

MITTAMVS LIGNVM IN PANEM EIVS IEREM. II.
MICHAELIS
GHISLERII
ROMANI
EX CLERICIS REGVLARIbus, in Ieremiam Prophetam Commentariorum
TOMVS SECVNDVS.
IN QVO QVID CONTINEAtur, Elenchus Primo Tomo annexus indicauit.
Scripsit Baruch ex ore Ieremiæ sermones Dñi. Ierem. 36
Ieremias.
Baruch.
Circundabit Virum. Ierem. 31
Quomodo sedet sola Ciuitas plena populo. Thren. Cap. 1.
Lapidati sunt. ad Hebræos. 11.
LVGDVNI.
Sumptibus LAVRENTII DVRAND
M. DC. XXIII.
C. Audran fecit

COMMENTARII

MICHAELIS GHISLERII ROMANI CLERICI REGVLARIS, IN IEREMIAM PROPHETAM.

CAPVT VNDECIMVM.

Prophetia Ieremiæ.

1 VERBVM quod factum est à Domino ad Ieremiam, dicens.

2 Audite verba pacti huius,& loquimini ad viros Iuda, & habitatores Ierusalem.

3 Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus Deus Israel: Maledictus vir qui non audierit verba pacti huius.

4 Quod præcepi Patribus vestris in die quà eduxi vos de terra Ægypti,de fornace ferrea,dicens:Audite vocem meam, & facite omnia quæ præcipio vobis, & eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum.

5 Vt suscitem iuramentum, quod iuraui patribus vestris daturum me eis terram fluentem lacte & melle,sicut est dies hæc. Et respondi,& dixi. Amen Domine.

6 Et dixit Dominus ad me: Vociferare omnia verba hæc in ciuitatibus Iuda, & foris Ierusalem, dicens: Audite verba pacti huius,& facite illa.

7 Quia contestans contestatus sum patres vestros in die, quâ eduxi vos de terra Ægypti vsque ad diem hanc, manè consurgens contestatus sum, & dixi: Audite vocem meam.

8 Et non audierunt, nec inclinauerunt aurem suam, sed abierunt vnusquisque in prauitate cordis sui mali: & induxi super eos omnia verba pacti huius, quod præcepi vt facerent,& non fecerunt.

9 Et dixit Dominus ad me: Inuenta est coniuratio in viris Iuda,& in habitatoribus Ierusalem.

10 Reuersi sunt ad iniquitates patrum suorum priores,qui noluerunt audire verba mea,& hi ergo abierunt post Deos alienos,& seruierunt eis:Irritum fecerunt domus Israel,& domus Iuda pactum meum, quod pepigi cum patribus eorum.

11 Quamobrem hæc dicit Dominus: Ecce ego inducam super eos mala,de quibus exire non poterunt,& clamabunt ad me,& non exaudiam eos.

12 Et ibunt ciuitates Iuda,& habitatores Ierusalem,& clamabunt ad deos, quibus libant,& non saluabunt eos in tempore afflictionis eorum.

13 Secundùm numerum enim ciuitatum tuarum erant dij tui Iuda, & secundùm numerum viarum Ierusalem posuisti aras confusionis, aras ad immolandum Baalim.

14 Tu ergo noli orare pro populo hoc, & ne assumas pro eis laudem, & orationem: quia non exaudiam in tempore clamoris eorum ad me, in tempore afflictionis eorum.

15 Quid est quòd dilectus meus fecit in domo mea scelera multa? Numquid carnes sanctæ auferent à te malitias tuas, in quibus gloriata es?

16 Oliuam vberem,pulchram, fructiferam, speciosam vocauit Dominus nomen tuum; ad vocem loquelæ,grandis exarsit, ignis in ea,& combusta sunt fruteta eius.

17 Et Dominus exercituum, qui plantauit te locutus est super te malum pro malis domus Israel,& domus Iuda, quæ fecerunt ad irritandum me,libantes Baalim.

18 Tu autem Domine demonstrasti mihi,& cognoui: tunc ostendisti mihi studia eorum.

19 Et ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam, & non cognoui, quia cogitauerunt super me consilia, dicentes: Mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra viuentium, & nomen eius non memoretur ampliùs.

20 Tu autem Domine Sabaoth qui iudicas iustè, & probas renes, & corda, videam vltionem tuam ex eis: tibi enim reuelaui causam meam.

21 Propterea hæc dicit Dominus ad viros

ros Anathoth qui quærunt animam tuam, & dicunt: Non prophetabis in nomine Domini, & non morieris in manibus nostris.

22 Propterea hæc dicit Dominus exercituum; Ecce ego visitabo super vos: iuuenes morientur in gladio, filij eorum, & filiæ eorum morientur in fame.

23 Et reliquiæ non erunt ex eis: inducam enim malum super viros Anathoth, annum visitationis eorum.

CAPVT VNDECIMVM.

Vers. 1.] Verbum quod factum est à Domino ad Ieremiam dicens.

Vers. 2.] Audite verba pacti huius, & loquimini ad viros Iuda, & habitatores Ierusalem.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a *Verbũ quod factum est à Domino ad Ieremiam.*

LOCVTVS [a] *est Dominus ad Ieremiam, necnon & ad illius concives ei in Ciuitate Ierusalem adstantes, Hocque est ipsius Domini verbum, quod iis omnibus, sed Ieremiæ in primis est habitum.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *Quando & vbi hoc factũ sit vaticiniũ.*

VErbum quod factum est, &c.] Iuxta eorum opinionem, qui ea quæ in præcedenti capite habita sunt, Ieremiæ epistolam esse censebant, vel ad eos qui iam in transmigratione in Babylone commorarentur, vel ad eos qui mox in captiuitatem ducendi forent, nullo pacto caput istud, istudque vaticinium cum iis potest connecti. Cæterùm cùm nobis id minimè ibi probatum sit, cumque nil in huius prophetiæ titulo appositum sit temporis, admodum probabiliter dicendum cum Hieronymo videtur, eodem tempore & hæc habita, quo & superiora, vel paulò post illa. Sed & de loco pariter incertum est, vbi prolata eadem sint. Nam quod ab Isidoro Clario, & aliis ex iis quæ reperiuntur in fine capitis, asseritur, in Anathoth ipsius Ieremiæ patria hæc Prophetam locutum: etsi verisimilitudinem quamdam habeat; non tamen est certum, cùm non minus probabiliter ex antecedentibus deducatur, habita & hæc, sicut & superiora in Ciuitate Ierusalem, in qua cùm complures essent ciues Anathothitæ, & quia vicus Anathoth proximus erat nobilissimæ Ciuitati ipsi Ierusalem, vt diximus in vers. 1. capitis primi, & quia cùm iidem essent Sacerdotes, operæpreciumi erat, vt eamdem Ciuitatem frequenter adirent, vbi Sacerdotalia exercerent munia: ad eos potissimum Ieremiam verba conuertisse, cum quibus magis vt cum suis conciuibus conuersabatur, & à quibus maiores sustinebat persecutiones, quibusque molestior ipsa eius erat prædicatio, vt infra videbimus.

Anathothitis in Ierusalem existentibus Ieremiã suũ hunc direxisse sermonem.

Vers. 2. PARAPHRASIS LITERÆ.

b *Audite verba pacti huius, & loquimini ad viros Iuda, & habitatores Ierusalem.*

AVdite, [b] *mentique imprimite quicquid à me acceperitis; & cùm Sacerdotali insignes sitis munere de Sacerdotibus oppidi Anathoth, iuxta Sacerdotum munus docete & populum loquentes quæ audieritis, docete viros Iuda, incolasque potissimum Ierusalem, in qua nunc estis; Docete eos verba pacti huius quod mox subiiciam.*

Vers. 2. EXPOSITIO LITERÆ.

2

AVdite verba pacti huius, &c. Ex iis quæ mox dixi, vaticinium istud directum potissimùm ad eos qui tunc in Ierusalem reperiebantur præsentes Anathotitæ, colligo & germanum præsentis sententiæ sensum, Cùm enim Dominus iis præsentibus Ieremiæ verbum quod prophetare debuerat inspirasset; seu cùm illum ad ea, quæ ipsi inspiraturus esset prophetanda excitasset, Eosdem cum quibus tunc is erat, simul alloquitur, quorum & id muneris erat, vt audita à Deo referrent ad populum, diuinamque docerent legem, cùm Sacerdotes ex oppido essent Sacerdotali, iuxta illud, [c] *de Sacerdotibus qui fuerunt in Anathoth.* Ac si dicatur, Locutus est Dominus ad Ieremiam, dicens illi simul, atque adstantibus eius conciuibus, Audite verba huius, quod mox subiiciam pacti, eaque prout vestri est muneris, Iudæis omnibus, in primisque iis qui incolæ sunt Ierusalem enarrate, qui modo in ipsa estis Ierusalem. Porrò cùm sat eidem Domino exploratũ esset, tantum abesse vt Anathotitæ illi audita referre vellent, vt potiùs Ieremiam insectarentur quòd denũciabat quicquid à Deo accepisset; ei vni subiicit in subsequenti vers. Et dices ad eos, i. Tacentibus illis, loquere tu coram ipsis. Communiori tamen sensu hæc tam ad Ieremiam, quam ad reliquos illius contemporaneos Prophetas habita censentur, ad Sophoniam, ad Baruch, ad Oldam Prophetissam, & ad quotquot tũc temporis Deus alloqui consueuerat, & verba, ac vaticinia indere, quæ eius proferrent nomine: quibus tamen omnibus ipse in hoc proferendo verbo de Domini pacto Ieremias præferatur, Ac si dicatur. Audite quotquot nunc in Iudæa estis Prophetæ, accipite verba pacti, quod commemoraturus sum, eaque enarrate Iudæis, &c. Et tu potissimùm Ieremias loquere, dicẽs, &c. Cui sensui fauet, quod in Principio Prophetiæ Abdiæ legimus, [d] *Auditum audiuimus à Domino, & legatum ad gẽtes misit.* Alij quod dicitur, (*Audite verba pacti huius,*) ad vniuersos de populo Iudaico, dictum putant, Quod mihi certè non displicet, vt primò quidem illis Deus significarit, se esse qui eis in memoriam verba antiquissimi pacti reduceret, adeoque & ad ea audienda ipsos hortari; quod verò adiecit, (*Et loquimini ad viros*, &c.) eo adiecerit sensu, quo in lib. Deuteronom. aliàs dixit, [e] *Eruntque verba hæc, quæ ego præcipio tibi hodie in corde tuo: Et enarrabis eam filiis tuis*, &c. In sequenti autem vers. hîc addiderit, *Et dices ad eos*, &c. Iam explicans per os Ieremiæ ipsum exponendum esse pactum.

c Ierem. 1. 1.

Prophetiam eamdẽ Deus pluribus reuelasse, & demandasse eodem tempore.

d Abdiæ 1.

e Deut. 6. 6.

3

In Codicibus versionis Sept. magnam in primis verbis reperio varietatem. Correctior enim Vaticanus, nec non & Complutensis, ac Regius sic legunt (*Audite, & loquere.*) Aldinus verò, & Frobenianus sic, (*Audi, & loquere.*) Hebræa sanè ambo habent in plurali, prout & nostra Vulgata, tametsi secundum verbum quod modò cum punctis legitur ודברתם *vedibbarthem*, secunda persona pluralis præteriti, sine punctis legi potuerit à Sept. vedibbartham, (*loquẽris ea,*) secunda persona singularis item præteriti. Quod istud sit pactum, cuius verba, & conditiones audiendæ, & enar

& enarrandæ hîc dicuntur, mox in subsequentibus explicatur. Perpendunt hoc loco expositorum aliqui Hebr. vocem ברית berith, quam pro pacto designando vsurpatam reperimus quod vel à verbo, ברה barah, excidere, deriuatum, sic nuncupatum sit, quia in fœdere faciendo cæderentur victimæ, vt constat tum ex sacris, tum ex prophanis literis, vel ob eandem rationem ab alio eiusdem significationis verbo בתר bathar, cædere, succidere, transpositis vltimis literis: vel à verbo ברר barar, declarare, quia pactis, atque fœderibus vtrimque declarata, aperta, & rata amicitia inter contrahentes confirmarentur adhibitâ publicâ solennitate.

Berith vox Hebr. pactum designans vnde sit deriuata.

4 *Pactum Dei cur Sept. appellarint testamentum.*

Sed haud tanti hæc de ethimologia Hebraici facio nominis; quantum arbitror necessarium rationem assignare, cur & hoc loco, & in subsequentibus eam Hebr. vocem Sept. reddiderint per Græcum nomen διαθήκη Latinè, testamentum, quod apud Apostolū Paulum in eundem significatum vsurpatum reperimus. Eius rei rationem hanc affert Hieronymus in cap. 32. Ierem. Quia in pacto voluntas est, atque testatio eorum qui illud ineunt. Notatque idem Hieronymus in cap. 2. Malachiæ plerisque scripturarum locis testamentum non voluntatem defunctorum sonare, sed pactum viuentium, cuius significationis ea assignari potest ratio, quòd cùm testamenti nomen propriè strictéque sumptum arctissimum designet maximumque pactum obligationis, testatoris quidem ad dandam hæreditatem, hæredis verò ad debita, voluntatem, & onera testatoris subeunda, inde factum vt extensâ significatione, & cuicumque pacto & fœdere id inditum sit obligationem continenti; sic in Psalmo 82. de Gentibus quæ fœdere se aduersùs Deum, eiusdemque populum simul constrinxerunt, pactumque inierunt, à quo non liceret discedere, dicitur. [a] *Quoniam cogitauerunt vnanimiter simul: aduersum te testamentum disposuerunt, tabernacula Idumæorum*, &c. Cæterùm tametsi verissimè hæc dicantur: dum tamen hoc testamenti nomen pacto tribuitur ei, de quo sermo in toto hoc Ieremiæ capite est, quod ab antiquo inter Deum initum fuit ac Iudæos, haud extensâ significatione, sed strictâ, propriaque id sumendum manifestè ex eo colligitur, quod Apostolus in epistola ad Hebræos his ait verbis, [b] *Ideo noui testamenti mediator est*, scilicet Christus, *Vt morte intercedente in redemptionem earum præuaricationum, quæ erant sub priori testamento, repromissionem accipiant, qui vocati sunt æternæ hæreditatis. Vbi enim testamentum est, mors necesse est intercedat testatoris: Testamentum enim in mortuis confirmatum est, alioquin nondum valet, dum viuit qui testatus est. Vnde nec primum quidem sine sanguine dedicatum est*, id est confirmatum & consecratum est. *Lecto enim mandato legis à Moyse vniuerso populo, accipiens sanguinem vitulorum, & hircorum, cum aqua, & lana coccinea, & hyssopo, ipsum quoque librum, & omnem populum aspersit.*

Hieronym.

Testamenti nomen aliquando pro pacto viuentium largo sumpto vocabulo.

a Psal. 82. 6.

Testamenti nomen propriè sumptum tributum pacto quod cum Iudæis iniit Deus in legis largitione, nec non & ipsi legi Dei.

b Hebr. 9. 15.

5 *Legis Dei pactum appellatum testamentum, quia in illo promissa æterna hæreditas.*

Ex quo Pauli loco tres colliguntur inditi eius testamenti nominis rationes. Prima, quia sicut in testamento propriè sumpto promittitur hæreditas, quæ nisi moriente eo qui pepigit, dari non potest; ita & in antiquo illo pacto promittebatur à Deo implicitè hæreditas æterna in terrena illa quam Iudæis explicitè promittebat; cùm certum nihilominus esset, regnum cælorum adiri à quoquam non posse ante Christi mortem, quâ id confirmatum fuit fœdus, atque promissio facta iis qui legem seruassent. Secunda: Quia idem pactum extitit summa, & vltima Dei voluntas, quæ victimarum confirmata fuit morte, quas Deum, cum mori ipse non posset, pro se morti addici voluit: ita vt cùm altare, quod Dei locum gerebat, victimarum aspergeretur sanguine, suo aspersus dici posset. Tertia, quod antiquum id Dei pactum vmbra fuit, & typus noui illius fœderis, quod per Christi mortem confirmandum erat, adeoque victimarum morte confirmatum & ipsum fuit, quibus mors item præfigurabatur Christi. Colligit ex eodem Apostoli loco & quartam rationem magis generalem Augustinus lib. in epist. ad Galat. qui habetur tomo 4. in Expositione capitis tertij, dicens, *Confirmatum hominis testamentum, inquit, nemo irritum facit, aut superordinat, quia cùm testator mutat testamentum, non confirmatum mutat: testatoris enim morte confirmatur. Quod autem mors testatoris valet ad confirmandum testamentum eius, quia consilium mutare iam non potest: hoc incommutabilitas promissionis Dei valet ad confirmandum hæreditatem Abrahæ.*

Et quia fuit vltima Dei voluntas confirmata per mortem victimarum.

Et quia id vmbra, & typus fuit noui fœderis per Christi mortem confirmandi.

Augustinus.

6 *Et quia id pactum confirmatū fuit per mortem moralem & Dei ad populum, & populi ad Deū.*

Liceat mihi & quintam eiusdem appellationis pacti huius, subtilioremque afferre rationem ex iis eiusdem pacti collectam verbis, quorum & hîc in vers. 4. meminit Deus, (*Et eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum.*) Quibus significatur, hoc vno in pacto consentientibus partibus, Deo scilicet, & Iudaico populo, tale factum testamentum, quod per moralem ambarum partium confirmaretur mortem, vt alter sibimet moraliter moriens & se, & sua vniuersa in hæreditatem legaret alteri, iuxta Vulgatam illam amoris regulam, *Anima magis est vbi amat, quàm vbi animat*, & illam, *Amans mortuus in se viuit in re amata*, iuxta quam Apostolus dicebat, [c] *Mihi viuere Christus est, & mori lucrum.* Quod & quodammodo de Deo quoque dici probasse me recolo in meis Comment. super Cant. præsertim expositione secundâ eorum verborum capitis quarti. [d] *Vulnerasti cor meum*, seu *Abstraxisti mihi cor soror mea sponsa in vno oculorum tuorum*, &c. Quia sicut per vulnus carnali inflictum cordi vnà cum sanguine effunditur & vita, sic, multoque perfectiùs vulnere in voluntatis suæ corde sauciatus Deus, vna cum vehementissimi amoris sanguine vitam in eos effundit, à quibus fuerit vulneratus, semet ipsum videlicet totum, vtpote qui semet viuit, sicut & semet est. Quæ apud Isaiam iis contestatum diximus, [e] *Et vocabitur voluntas mea in ea*, vbi pro *voluntas mea* est dictio חפץ hephets, quâ ita ardens significatur voluntas, vt simul connotetur omnis animi propensio, voluptas, desiderium, studiumque omne. Et quòd ob moralem, spiritalemque istam mortem prædictum pactum inter Deum, Iudaicumque populum iure optimo testamenti appellatione insignitum sit, per id tandem confirmatur, quòd & Deus hæreditatem suam Iudæos appellat, qui sibi ipsis mortui totos se se illi possidendos tradiderint, iuxta illud apud Isaiam, [f] *Hæreditas autem mea Israel:* & in præcedenti cap. nostri Ieremiæ dictum vidimus, [g] *Israel virga hæreditatis eius*, alibique, [h] *Iacob funiculus hæreditatis eius:* & pari ferè ratione iisdem Iudæis Deus ipse in hæreditatem cessisse reperire est sæpius, vt ibi, [i] *Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei, tu es qui restitues hæreditatem meam mihi.* [k] *Et ego pars & hæreditas tua.* Dictum est autem supra, hæreditatem non obtineri, nisi per testatoris mortem. Quæri autem hîc posset, si ob tales, tantasque rationes

c Philip. 1. 21.

Deus quomodo dici queat mori moraliter.

d Cant 4. 9.

e Isai. 62. 4.

Et quia in eodem pacto per moralem mortem & Deus populo, & populus Deo cessit in hæreditatem.

f Isai 19. 25.

g Ierem. 10. 16.

h Deut. 32. 9.

i Psal. 15. 5.

k Num. 18. 20.

id Dei pactum, quod cum Iudaico Deus iniit populo, testamentum extitit quoddam, ita vt propterea rectè sapientissimi illi seniores Sept. id eo testamenti explicarint nomine, cur noster Interpres Hieronymus pactum potiùs ipsum appellauit & hîc, & alibi, non testamentum. Ad quod ipsemet respondet Hieronymus infra in Comment. super cap. 31. dicens, *Quod autem pactum pro testamento ponimus Hebraica veritatis est,* q.d. Id à me factum, quia fidelissimè vertere volui, & Hebraica vox berith pactum propriè significat, non testamentum, vt à pacto distinguitur, præsertim cùm & testamentum pactum quoddam sit, Vnde subdit. *Licet testamentum rectè pactum appelletur, quia voluntas in eo, atque testatio eorum, qui pactum ineunt, continetur.*

Hieronym.

Vers. 1.] Verbum quod factum est, &c.

Vers. 2.] Audite verba, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

7 *Ad fidem perfectam quatuor necessaria sunt, eorumque series explicata.*

MORALITER colligere ex his licet quatuor, quæ ad perfectam quamque requiruntur animæ fidem. Quorum seriem ex Apostolo habemus Paulo, vbi, de ipsa agens fide sic aliquando loquitur,[a] *Fides ex auditu, auditus autem per verbum Dei.* Ex quibus patet, id quod primo loco ad fidem eliciendam requiritur, esse verbum vel desuper inspiratum, vel extrinsecus prædicatum. Tum secundo operæ precium esse, vt verbum ipsum intentis audiatur auribus, audituque percipiatur in corde: Ex quibus duobus præcedentibus illico est & tertium, quod aliàs in eadem epistola ad Rom. iis explicat idem Apostolus.[b] *Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.* Et in epistola secunda ad Corinth. ait,[c] *Habentes eumdem Spiritum fidei, sicut scriptum est,*[d] *Credidi, propter quod locutus sum: & nos credimus propter quod & loquimur.* Quibus consona sunt quæ & Petrus, ac Ioannes in Actibus Apostolorum audacter in Iudæorum concilio dixisse reperies,[e] *Non possumus quæ vidimus non loqui.* Cæterùm cùm iuxta commune Catholicorum affatum, quod sancti Patres colligunt ex Pauli item verbis ad Philippenses,[f] *Vobis donatum est vt in eum credatis.* Fides ipsa sit donum Dei: quatenus diuinæ gratiæ dono habetur inclinatio ad credendum, hæc inclinatio tribus præexpositis addenda est requisitis ad fidem perfectam, nec quarto, sed primo ea collocanda est loco, nisi enim priùs in Cornelio[g] Centurione ex Dei dono ista præcessisset, parum verba profuissent Prædicationis Petri: sed cùm, vt ex Angeli eum alloquentis patet verbis, cor haberet dispositum, & inclinatum ad credendum, tum & secundum adiiciendum ei fuit, & tertium Euangelij verbum, & illius auditus ab Apostolo, qui id illi prædicaret, ista enim duo necessaria eius erant fidei per quæ determinaretur quid ei esset credendum,

a Rom. 10. 17.

b Rom. 10. 10.

c 2. Cor. 4. 13.

d Psal. 115. 1.

e Act. 4. 20.

Fides cùm sit donum Dei, maximè ei necessaria inclinatio ad credendum.

f Philip. 1. 28.

g Act. 10. 1.

Istorum omnium euidentiam ex hoc Ieremiæ loco habemus. Tametsi enim tria & cæteris multis proposita asserantur, & verbum Domini, & illius auditus, & eiusdem locutio, *Verbum Domini audite, & loquimini.* Nihilominus vt exploratum nobis esset, his tribus adiunctam esse debere Dei dono præstitam inclinationem ad audiendum verbum, ad credendum, atque ad illud loquendum, cæteris omissis qui hoc destituti essent dono, quique eius se exhibuissent indignos, vni Ieremiæ a Domino imperatur post præcedentia, vt dicat & auditum loquatur verbum, *Et dices ad eos,* &c. Et vt id pariter pro certo haberemus, istud inclinationis donum primum, ac potissimùm esse, cuius in requisitis ad fidem perfectam habenda sit ratio, rametsi ad multos dicendum esset, *Audite, & loquimini* priùs dicitur, *Verbum quod factum est à Domino ad Ieremiam,* vtpote quem Dominus, faciens ei verbum, & ad id suscipiendum: eidemque credendum inclinauit.

8 *Prædicator bonus priùs studeat audire, vt discipulus, quàm loqui, vt magister.*

Plutarchus.

(*Audite verba pacti huius, & loquimini*) *In eo videmus errare plerosque,* inquit Plutarchus lib. de Auditione. *Quod in dicendo se exercent antequam se ad audiendum adsuefecerint: putantque dicendi esse disciplinam, atque meditationem, vtiliter autem quouis modo audiri. At verò qui pilæ ludum tractant, simul & iacere, & accipere pilam discunt: in vsu verò sermonis prius est rectè accipere, quàm emittere, sicut conceptio, & retentio fœtus partum antecedit.* Vtinam multorum nostri temporis concionatoribus ista bene perspecta esset sententia; nec enim fieri studerent priùs magistri aliorum, quàm fuissent discipuli: nec tantùm intenderent studij in vana addiscenda eloquentia, eiusque audiendis præceptis. Intelligerent enim, id sibi enitendum, vt diuinarum rerum peritos audirent priùs discipuli, tum diuinæ legis eruditionem callentes, ea duntaxat prædicarent, quæ populum ad eiusdem legis alliciant obseruationem. Bene autem diuinam dum prædicaturi sunt legem, curandum eis, vt ad viros Iuda, & habitatores Ierusalem, ad Ecclesiæ fideles verba loquantur pacti, quo ad legem ipsam se deuinxêre, quando in Baptismo contestati sunt se abrenunciare & Sathanæ, & omnibus operibus, ac pompis illius. Quæ & verba testamenti iuxta versionem Sept. extitisse doceant, Christo tunc temporis in Baptismo commortuis, cum Christo crucifixis, & consepultis, prout ex doctrina constat Apostoli dicentis,[h] *An ignoratis quia quicumque Baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius Baptizati sumus. Consepulti enim sumus cum illo per Baptismum in mortem.* Et paulò pòst.[i] *Hoc scientes, quia vetus homo noster simul crucifixus est.*

Christiani in Baptismo pactum, & testamenti fœdus inière cum Deo.

h Rom. 6. 3.

i Rom. 6. 6.

VVLGATÆ.

Vers. 1.] Verbum quod factum est, &c.

Vers. 2. Audite verba, &c.

SEPTVAGINTA.

1. Ὁ λόγος ὁ γενόμενος παρὰ κυρίου πρὸς Ἱερεμίαν λέγων.

2. Ἀκούσατε τοὺς λόγους τῆς διαθήκης ταύτης, καὶ λαλήσεις πρὸς ἄνδρας Ἰούδα, καὶ πρὸς τοὺς κατοικοῦντας ἐν Ἱερουσαλήμ.

Vers. 1.] Verbum quod factum est à Domino ad Ieremiam, dicens.

Vers. 2.] Audite verba testamenti huius: Et loquêris ad viros Iuda, & ad habitatores Ierusalem,

APPEN

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1

PARAPHRASIS Chaldaica. *Verbum Prophetiæ, quod factum eſt ad Ieremiam, à facie Domini dicentis.* Verſ. 2. *Suſcipite verba pacti huius, & loquimini ad viros Iuda, & ad habitatores Ieruſalem.*

(*Verbum quod factum eſt*, &c.)

Origen. *Verbum fieri ad ſanctorum aliquem eſt Dei filium ad illum commeare.* a Ioan. 1. 1.

Origenes homil. 6. in Ieremiam. *Quodnam eſt hoc verbum, quod factum eſt à Domino ſiue ad Ieremiam, ſiue ad quemlibet Prophetarum? Ego neſcio aliud verbum Domini præter id, de quo dicit Euangeliſta,* [a] *In principio erat verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hoc autem ſcire debemus, quia hæc ſit vtilitas credentium, ſi verbum ad ſingulos quoſque fiat. Quid mihi enim prodeſt, ſi deſcendat in mundum, & ego ipſum non habeam? Et ad Moyſem, & ad Ieremiam, & ad Iſaiam, & ad ſingulos quoſque ſanctorum idem Verbum commeauit, & illud quod à Domino diſcipulis dictum eſt,* [b] *Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſæculi, opere ſeruatum ante aduentum ſuum, quod omnibus manifeſtauit. Quomodo enim potuiſſent Prophetæ effari verbum Dei ſine ipſius Verbi aduentu?*

b Matt. 28. 20.

Hieronym.

Hieronymus. *Non quidem eſt poſitum in titulo ſub quo tempore, vel ſub quo Rege, & quoto anno eius hæc Prophetia facta ſit: Sed intelligimus, vel priori prophetiæ, & tempori hæc eſſe iungenda: vel certè poſt aliquod temporis interuallum prioris prophetiæ hunc Domini ad Prophetam factum eſſe ſermonem.*

Theodorit.

Theodoritus quoque in eadem videtur eſſe ſententia, ait enim, *Poſt hoc* ſcil. quæ mox habita fuère in præcedenti capite, *præcipit, vt dicat vniuerſo populo*, &c.

2

Verſ. 2. *Audite verba pacti* (ſeu *teſtamenti*) *huius, & loquimini ad viros Iuda, & habitatores Ieruſalem:*

Origen. *Iudæi veri ſunt Chriſtiani. Iuda filius Iacob typus Chriſti.* c Gen. 49. 8.

Origenes eadem homil. 6. *Viri Iuda nos ſumus propter Chriſtum: nec dubium eſt, quòd Dominus noſter ex Iuda ortus ſit. Nomen quoque ipſum Iudæ ſi iuxta ſcripturas probauero ad Chriſtum referri, Iudæi non erunt increduli Chriſto Iudæi, ſed nos, qui in Chriſto credimus.* [c] *Iuda te collaudant fratres tui, manus tua ſuper dorſum inimicorum tuorum. Te laudant. Non illum Iudam filium Iacob fratres ſui laudauerunt, ſed hunc Iudam laudant fratres ſui. Ait* quippe iſte Iudas, [d] *Narrabo nomen tuum fratribus meis, in medio Eccleſiæ cantabo tibi. Dicitur ad illum Iudam, Manus tua ſuper dorſum inimicorum tuorum. Vbi reperitur ille Iudas ſuper dorſum inimicorum ſuorum manus ſuas poſuiſſe? Si autem conſideres aduentum Domini Ieſu deſtruentis Zabulum,* [e] *expolìantis principatus, & poteſtates, oſtentui eos facientes, & triumphantis in ligno, videbis quomodo ſuper iſtum Iudam completa ſit prophetia illa, & nunc eum ad viros Iuda ſermo fit, nulli dubium eſt, quin ad Chriſtianos ſermo fiat propter Chriſtum, qui ex tribu Iuda natus eſt. Fit quoque ſermo & ad inhabitantes Ieruſalem, ſcil. ad eos qui in Eccleſia habitant. Hæc eſt ciuitas magni Regis, Hæc eſt viſio pacis. Pax quippe in nobis, ſi tamen filij pacis ſumus, & multiplicatur, & cernitur.*

d Pſal. 21. 23.

e Coloſſ. 2. 15.

Ieruſalem typus Eccleſiæ.

3

Hieronym. *Pro pacto Sep. legunt ſemper teſtamentum.*

Hieronym. *Notandum eſt quod verbum* ברית *berith, Aquila & Symmachus ſemper pactum: Sept. & Theodotio teſtamentum propriè interpretati ſunt. Propriè autem nunc ad Ieruſalem, & ad viros tribus Iudæ ſermo dirigitur.*

Rup. Abb.

Rupertus Abbas lib. 1. in Ieremiam cap. 8. *Sine dubio pacti verba, quod cum patribus eorum Abraham, Iſaac, & Iacob, & cum Moyſe Deus pepigit, promiſſiones fuerunt beati ſeminis quod eſt Chriſtus; promiſſiones inquam Dei, & ad iſtas reſpondens fides eorumdem patrum, per quam & iuſtificati ſunt, & cum ipſa fide opera quoque decem præceptorum, quæ per Moyſem in tabulis lapideis digito Dei ſcripta ſunt. Porrò holocauſtomata, & victimæ, verba pacti non fuerunt. Sed ob diligentiorem pacti eiuſdem cuſtodiam quaſi quædam claues, & quaſi quædam vincula adhibita ſunt, non iuſſa, ſed permiſſa, non quæſita, ſed pro tempore admiſſa. At illi pactum fidei & bonorum operum irritum fecerunt, eundo poſt Deos alienos, faciendo ſcelera multa in domo Dei, Sicut ſequentia prophetiæ præſentis oſtendunt: & poſt omnia, quod omnium peſſimum eſt, Chriſtum occiderunt, in quo ſteterat omne pactum, cuius venturi fide patres iuſtificati ſunt.*

Pactum Dei cum patribus quid contineret.

D.Thom.

D. Thomas (*Audite*) *Tu, & qui tecum ſunt boni ſunt, & ita quaſi priuilegiati. De hoc pacto* Ezech. 16. [f] *Operui ignominiam tuam & iuraui tibi & ingreſſus ſum pactum tecum, ait Dominus Deus, & facta es mihi.*

f Ezech. 16. 8.

Verſ. 3.] Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus Deus Iſrael: Maledictus vir, qui non audierit verba pacti huius.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

SEd [g] heus tu Ieremia, conciuibus hiſce tuis loqui renuentibus, loquere tu, & quò maiorem vim tua habeant verba, quibus obſiſtere nequeant, mea hæc referens ad Iudæos, & Ieroſolymitanos dices: Hæc vobis denuncianda accepi ab eo qui & omnipotens Dominus eſt, adeoque maximè metuendus, & patris veſtri Iſrael Deus, vobiſque propterea ſummopere diligendus. [h] *Maledictus ſit, inquit, omnibuſque odibilis, & execrabilis, ac vniuerſis quæ in lege expoſita ſunt maledictionum ſubiectus generibus, quiſquis ille eſt, qui & auribus, & corde non audierit, atque opere impleuerit verba quibus ex pacto conueniſtis mecum.*

g *Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus Deus Iſrael.*

h *Maledictus vir qui non audierit verba pacti huius.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1

ET *dices ad eos*, &c.) Cæteris, inquit, tacentibus, nec loquentibus, quæ à me inſpirata audierint, loquere tu Ieremia ad Iudæos, incolaſque Ieruſalem, & quia mala denunciaturus eis es, ne tibi fiant infenſi, & quò magis quæ loquèris in eorum imprimas animum, meimet hæc illis verba referto, qui & Dominus ſum omnipotens, & Iſrael eorum patris Deus nuncupari gaudeo. (*Maledictus vir, qui non audierit verba pacti huius.*) Quid ſibi hæc velint per id intelliges, quod in fine capitis 27. Deuteronomij ſic dicitur. [i] *Maledictus qui non permanſerit in ſermonibus legis huius, nec eos opere perficit.* Quòd autem maledictus dicitur vir, ſignificat & Deo inuiſum, odibilemque talem eſſe virum, & iis obnoxium eſſe malorum, & calamitatum execrationibus, quarum ingentem in cap. 26. Leuit. & in cap. 28. Deuter. à Verſ. 15. vſque ad finem reperies Cathalogum. Facilia quidem hæc per ſe ſunt. Sed id circa ipſa mihi non modicum ingerit difficultatis, quod per Apoſtolum Paulum aſſertum videtur, ma

Maledictum eſſe legis tranſgreſſorem quid ſit.

i Deut. 27. 26.

In lege exiſtentes quomodo dicerentur eſſe ſub maledicto.

maledictioni expositos Iudæos nedum quando ipsum legis pactum non audiissent, verbaque legis opere non complessent, verùm etiam quando in ipso permansissent, & in eius perstitissent operibus:ac si lex ipsa maledictum quid esset. In epistola enim ad Galatas primò hæc habet. [a] *Quicumque ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt*: pauloque post, subdit, [b] *Christus nos redemit de maledicto legis.*

a Gal. 3. 10.

b Gal. 3. 13.

2

Absit tamen vt in mentem cuiuspiam veniat, Apostolum asseruisse, Iudæos permanentes sub legis Dei pacto, ac in illius operibus fuisse maledictionibus expositos, æque ac cum in illis non permanerent. Neque enim dictum suum eo Deuteronomij probasset loco, [c] quem supra retulimus, vbi sermo est ad illos quibuscum id initum fuerat fœderis, vt legem ipsam seruarent, alioquin absolutè illi maledicti fuissent, maledictionibusque expositi. Absit, vt legem simpliciter maledictam appellasse credatur, quem aliàs dixisse nouimus. [d] *Lex quidem sancta, & mandatum sanctum, iustum, & bonum.* Sed per eam loquendi formam duo ibi contestatus est egregius Euangelicæ gratiæ prædicator, & quòd lex pactumque & testamentum illud vetus totum timoris esset, ita vt qui ad eam seruandam tenebantur Iudæi, semper timori subiecti essent maledictionum, quæ contra illos in ea descriptæ habentur, qui ipsius aliquod transgressi fuissent mandatū. Cùm è contra Euangelium lex esset amoris, vt pote ad cuius obseruationem amor ipse impelleret, Deique dilectio, iuxta illud Domini Iesu, [e] *Si diligitis me, mandata mea seruate.* Et, [f] *Qui non diligit me, sermones meos non seruat.* Et quòd ex lege illa timoris vt sic, & per se ij, qui in eius essent operibus, maledicti dicendi essent, *Maledictus enim*, inquit, *omnis qui non permanserit in omnibus*, id est qui non seruauerit omnia, *quæ scripta sunt in libro legis*: cùm tamen certum sit, atque vt tale ab eodem Apostolo suppositum, id nullatenus fieri posse, vt à quoquam sine fide, & gratia Christi tota ipsa seruaretur lex, eiusque omnia implerentur mandata. Vnde vt intelligeremus, & iustorum eos, qui ante Christi mortem permansère in omnibus, quæ scripta sunt in libro legis, adeoque eiusdem legis expertes fuère maledictionum, id exinde habuisse, quòd per fidem in Christum venturum illius participes extiterunt gratiæ subiecit. [g] *Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum, quia scriptum est, Maledictus omnis qui pendet in ligno*: sumens enim maledictionum pœnas, quæ transgressoribus per legem ipsam dispositæ erant, qui & pœnas peccati in se luendas suscepit, per mortem quam in crucis ligno sustinuit, & gratiam meruit quâ pactum cum Deo initum quoad omnes illius conditiones, omniaque diuinæ legis præcepta implere homines possent, & eosdem de timore redemit maledictionum ipsius legis.

c Deut. 27. 26.

d Rom. 7. 12. *Lex vetus dicta quodammodo maledictum, quia subdebat maledictionum timori.*

Euangelium lex amoris.

e Ioa. 14. 15.
f Ioã. 14. 24.
In lege veteri existẽtes dicti esse sub legis maledicto, quia sine fide, & gratia Christi non poterant totã legẽ seruare.

g Gala. 3. 13. *Christus quomodo factus maledictum.*

Vers. 3.] Et dices ad eos, Maledictus vir, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

3

Prælati, & Prædicatores boni quàm diuersimodè se habeant à malis erga peccatores.

ID primum hoc loco quo ad mores sese offert quod perpendas, quàm diuersimodè habere se debeant viri sancti Prædicatores, atque Prælati erga iniquos & diuinæ legis transgressores, ac ad eosdem se habeant viri illi, qui vel in pastorali sua cura, vel in suis concionibus, & consiliis sua potius quàm quæ Iesu Christi sunt, quærunt. De his enim id legimus in Psalmo, [h] *Laudatur peccator*, à talibus scilicet, & laudatur *in desideriis animæ suæ*, quod est summus adulationis gradus: per quem nedum laudantur malè à peccatoribus facta, sed & praua eorumdem cōmendatur procliuisque ad delinquendum voluntas, & ipsamet eorum celebrantur animæ desideria, quorum vel minimum quid extrinsecus percipi queat indicij. *Et iniquus benedicitur*, cùm videlicet ab iisdem palponibus, veluti insignes benedicuntur sancti in eo ipso quòd iniqua gerunt: vtque fœlices futuri prædicantur beati: dicente aduersùs istiusmodi hominum genus Domino apud Isaiã, [i] *Populus meus qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt.* At verò qui & Dei honorem, & proximi quærunt vtilitatem, iuxta factum sibi à Deo verbum: quod apud eumdem Isaiam tale est. [k] *Dicite iusto quoniam bene, quoniam fructum adinuentionum*, seu *cogitationum suarum comedet*, & in hac sc. vita, iuxta illud Psalmi. [l] *Labores*, seu *fructus*, (vt legit Augustinus,) *manuum tuarum* bonorum operum, *quia manducabis beatus es, & bene tibi erit*, quin & multò perfectius in alia vita fœlicitate æterna, [m] *Væ impio in malum*, s. dicite, *retributio enim manuũ eius fiet ei*: liberè & hoc clamant, quod hîc Ieremiæ dicendum asserit Dominus, (*Maledictus vir qui non audierit verba pacti huius*:) maledictos nimirum esse peccatores quicumque ij sint, qui iniquè erga Dei se gerant legem, maledictionibus eiusdem legis obnoxios, quibus nihil prosperè succedat, infœlices, Deo infensos, æternoque destinatos supplicio.

h Psal. 9. 24.

i Isai. 3. 12.

k Isai. 3. 10.

l Psal. 127. 2.

m Isai. 3. 11.

Sed & illud hîc maximi mihi videtur esse momenti, quòd maledictus prædicandus dicitur vel etiam ille, qui non audierit verba legis, præsertim si de æterna sermo sit maledictione, cui certè impij expositi sunt vniuersi, ni per veram conuertantur pœnitentiam. Enimuero extremam in Euangelio maledictionis illius legens sententiã, inuenio eam à Iudice proferendam aduersùs eos, qui primum, atque potissimum non impleuerint per misericordiæ opera dilectionis præceptum, quod vinculum est & cæterorum præceptorum legis, & totius perfectionis, [n] *Discedite* inquiet, *à me maledicti in ignem æternum, esuriui enim, & non dedistis mihi manducare, sitiui, & non dedistis mihi bibere*, &c. Et in cap. 27. Deuteronom. vbi [o] de maledictionibus contra legem peccantes agitur, ij pronunciantur maledicti, qui opere contra ipsam delinquerent, & opere sceleris alicuius grauissimi, dignique quod maledictione æternæ plectatur damnationis. Et in fine eiusdem capitis vnicâ sententiâ explicatur, duorum peccatorum generibus contra Dei legem homines æternam commereri maledictionem, vel ommissionis, vel commissionis, [p] *Maledictus qui non permanserit in sermonibus legis huius, nec eos opere perficit.* Qui enim opere non perficit, peccato delinquit omissionis: qui verò non permanet in legis sermonibus, peccat commissionis delicto: is quippe non permanet in recto legis tramite, qui per praua opera ab illius declinat præceptis, & in Psalmo 118. legimus. [q] *Maledicti qui declinant à mandatis tuis.*

4
Maledictionis damnationis æternæ accurata ponderatio.

n Matth. 25. 41.

Damnatio æterna pro quibus peccatorũ generibus inferẽda.
o Deut. 25. 15.
Peccata duplicis sũt generis, cōmissionis, vel omissionis.
p Deut. 27. 26.

Hîc tamen maledictum prædicandum vult Dominus per Ieremiam, non iam eum qui prædictorum duorum aliquo contra legem deliquerit genere: At eum omnem, qui non audierit verba eiusdem legis, eum qui contra legis præcepta ex ignorantia peccat, quam vel crassam vel affectatam

q Psal. 118. 21.

5
Peccata ex ignorantia crassa puniri pœna æterna

ctatam appellant Scholastici; multoque magis eum: qui ex contemptu, & ex superbia legem Dei docentes, deque illius præceptis verba ad populum habentes, & priuatim pariter monentes non vult audire. Quod certè superbæ ignorantiæ delictum sapientissimis Vates Regius cum eo iungit peccati genere, quod opere perpetratur, & transgressione mandatorum, ita vt per vtramque peccandi rationem æternæ maledictionis obnoxij fiant delinquentes; in præcitato enim Psalmi 118. loco dicturus.[a] *Maledicti qui declinant à mandatis tuis*, prædixit, *Increpasti superbos*. Idipsum autem est, maledictum quem dici, & increpatum à Deo: nam tunc increpat Deus, quum malis impios homines tanquam ore suo decretis castigat, & perdit, vt ex eo colligitur Psalmi 9. *Increpasti gentes, & periit impius: nomen eorum delesti in æternum, & in sæculum sæculi.*

Peccans ex ignorantia crassa æquiparatur cuique trāsgressori legis.

a Psal. 9. 5.

Maledici & increpari à Deo idē sunt.

Vide Appendicem Patrum huius Vers. post Expositionem secundam vers. 4.

Vers. 4.] Quod præcepi patribus vestris in die, quâ eduxi eos de terra Ægypti, de fornace ferrea, dicens: Audite vocem meam, & facite omnia, quæ præcipio vobis, & eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

QVÆ [b] *iam ab antiquo in lege præcepi progenitoribus vestris eo tempore, quo illos de terra eduxi Ægypti, deque durissimis laboribus circa fornaces in lateribus decoquendis. Æquum certè est, vt isti obtemperetis legis fœderi, arctissimâ vos ad id impellente & obligatione, quâ & pro vobis vestri tunc se obstrinxêre parentes, & beneficij illius præstantissimi memoria, quo in iisdem patribus de durissima vos erui seruitute ea Ægyptiaca præ duritie fornax ferrea meritò nuncupata.* [c] *Facillimam en vobis è vestigio propono obedientiæ seruitutem, nobilissimamque, ac iucundissimam: Tanta est istius seruitutis facilitas, vt si vni meæ intenderitis voci corde perfecto, quæ vobis præcipio facta sint vniuersa. Tanta est & nobilitas, vt per illam in populi mei regiam eleuemini dignitatem: Tanta denique & iucunditas, vt me propter eam in Deum vobis habentes, omnis compotes reddamini & boni, & fœlicis dulcedinis.*

b *Quod præcepi patribus vestris in die, quâ eduxi eos de terra Ægypti, de fornace ferrea, dicens.*

c *Audite vocem meā, & facite omnia quæ præcipio vobis.*

d *Et eritis mihi in populū, & ego ero vobis in Deū.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1

QVod præcepi patribus vestris, &c. Iam ad specialem deuenitur explicationem eius pacti diuini, ad cuius obseruationem denuò hîc excitantur Iudæi maledictionibus propositis, si id minimè seruassent, prout & aliàs, præsertim in libro Deuteronom. cap. 27. & 29. eadem ratione in memoriam iisdem redactum, & renouatum per Moysem fuit. Diei nomine Hebraicâ phrasi pro tempore posito, de eo sermonem esse dicitur pacto, quod in monte Sinai quinquaginta dies post eductionem de Ægypto initum à Domino legimus cap. 19. libri Exodi, vbi ad Moysem qui in montem ascenderat, hæc habuit Deus. [e] *Hæc dices domui Iacob, & annunciabis filiis Israel: Vos ipsi vidistis quæ fecerim Ægyptiis, quomodo portauerim* A *vos super alas Aquilarum, & assumpserim mihi. Si ergo audieritis vocem meam, & custodientis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis: mea est enim omnis terra. Et vos eritis mihi in regnum Sacerdotale, & gens sancta. Hæc sunt verba quæ loquêris ad eos.* Et quia pactum est conuentio ambarum partium, à quibus id contrahitur: adiicit textus. *Venit Moyses, & conuocatis maioribus natu populi, exposuit omnes sermones, quos mandauerat Dominus: Respónditque omnis populus simul, Cuncta quæ locutus est Dominus faciemus.*

Diei nomen pro tempore.

e Exo. 19. 3.

Est autem ponderandum quod hoc loco in B eius pacti descriptione non dicitur. (*Quod inij cum patribus vestris*,) aut aliud quid simile pactorum congruens conuentioni, sed (*Quod præcepi patribus vestris*,) vt eo præcipiendi verbo subindicaretur, pacti illius materiam ipsa esse Dei præcepta, quæ in illius lege mandata fuêre; ita vt non immeritò per Dei pactum, quatenus id designat, quod absque adhibita conditione ex parte est Dei, lex illius significetur; sicut per idem, habito respectu ad id quod ex parte erat Iudæorum, audire denotatur, & obseruare legem eamdem. Quæ ex vltimis colliguntur iis, quæ mox C retulimus Exodi verbis, *Venit Moyses, & conuocatis maioribus natu populi*, ad ineundum scilicet, & tractandum cum populo Domini, pactū & ipsum exponens quod in eo pacto ex parte Dei se teneret, *exposuit omnes sermones, quos mandauerat Dominus*: Tum & illud in textu adiicitur: quod ad populum spectaret; *Respónditque omnis populus simul, Cuncta quæ locutus est Dominus*, in præexpositis scilicet sermonibus, & præceptis. *Faciemus*, obsequentes.

2 *Lex Dei est illius pactum.*

Quò verò ad id Iudæos, quibuscum hic est sermo, magis prouocet, vt ratum habeant, ser- D uentque id pactum quoad partem quæ ad ipsos spectabat, quo ad obedientiam, duas breuiter attingit efficacissimas rationes alteram ex antiquissima simul, & arctissima, qua ad eam tenentur obligatione, ab antiquis nimirum patribus suis vnà cum lacte, imò in ipsamet generatione in ipsos deriuata. (*Quod præcepi patribus vestris*,) alteram, ex beneficiis, quibus ad eamdem obedientiam quasi arctissimis vinculis Deus illos & pellexit, & adstrinxit. Beneficiorum istorum vnum duntaxat exponens, quod tunc temporis cæterorum censebatur præstantissimum, & in quo cæte- E ra quæ consecuta postmodum sunt includebantur beneficia, (*In die, quâ eduxit eos de terra Ægypti.*) Et ad tanti beneficij. Eiusdemque obligationis amplificationem, addit.

3 *Ad Dei legē seruandam quanta esset Iudæorum obligatio.*

(*De fornace ferrea.*) Fornacem dictum inquit Ægyptum Hugo Cardinalis propter immensum illius calorem; ferream verò fornacem Ægyptiacam seruitutem nuncupatam asserit Ioannes Maldonatus, quòd ferreæ æquiparanda fuerit fornaci, in qua nimirum funditur ferrum, ob ingentes labores qui in istiusmodi fornace perferri solent. Petrus à Figueira, sic dictam ait eamdem F seruitutē ob nimias illius molestias, quia fornax ferrea calidior est quàm lutea. Verior tamē istius appellationis ratio est, quia Iudæorum in Ægypto seruitus tota extitit in lateribus faciendis, iisdemque coquendis in fornace. Et quia eiusmodi seruitus cum omni ab illis extorquebatur duritie, vt patet ex libro Exodi, ideo fornax ea dicta est ferrea, ne dum hîc apud Ieremiam, sed & in cap. 4. Deuteronomij, [f] & in cap. 8. lib. 3. [g] Regum, Fornax ob operis studium, ferrea ob summam duritiem, phrasi illâ & sanctarum, & pro-

4 *Ægyptiaca Iudæorū seruitus cur dicta fornax ferrea.*

Hugo Card. Ioan. Mald. Petrus à Fig.

f Deut 4. 20. g 3. Reg. 8. 51.

Ferreum dicitur quod valde durum est.
a Ierem. 1. 18.
b Ierem. 28. 14.
c Isai. 48. 4.
d Ezech. 4. 3.
e Psal. 2. 9.

phanarum literarum celeberrima, quâ ferreum id dicitur omne, quod durum in suo genere esse significatur duritie maximâ, sic supra in cap. 1. [a] columnam reperimus ferream, & cap. 28. [b] iugum ferreum, sic apud Isaiam, [c] Neruus ferreus ceruix, tua, sic sæpe, [d] murum ferreum, virgam ferream [e] & similia.

5
Seruitus Dei est facillima, nobilissima, & iucundissima.
f Psal. 17. 45.

(*Audite vocem meam, & facite omnia quæ præcipio vobis.*) Bene post propositam durissimam Ægypti seruitutem, à quâ educti sunt, facillimam è vestigio ab iisdem Iudæis, nobilissimam, atque etiam iucundissimam Deus exquirit seruitutem. Per obedientiam, ad simplicem auris auditum designatam seruitutem ex illo patet Psalmi quo dicitur, [f] *Populus, quem non cognoui seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi.* Facilitatem obedientiæ & seruitutis istius exinde indicat, quòd tametsi magnum quid, & arduum videatur quod dicitur, (*facite omnia, quæ præcipio vobis,*) id tamen totum per vnam vnius diuinæ vocis expletur auditionem nedum auris, sed & cordis. Nosse vis seruitutis istius nobilitatem, & iucunditatem? (*Et eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum.*) Quid eo nobilius, quòd est esse Dei populum? [g] *Et vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens sancta*, ait idemmet Dominus in supra citato Exodi loco. Quid eo iucundius, quòd illum quis sibi habeat in Deum, quem habere, est habere omne bonum, & per consequens fœlicitatem, voluptatemque cumulatissimam? cùm fœlicitas definiatur, *cumulus omnium bonorum.*

g Exod. 19. 6.

Vers. 4.] Quod præcepi patribus vestris, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

6
Iustificationis tempore anima educitur de Aegypto.
h Coloss. 1. 13.
i Psal. 106. 14.
Iustificationis tempore quomodo animæ exhiberi dicatur lex.

CVM Ægypti seruitus typicè mundi, & peccati, prout aliàs declaratum est, designet seruitutem, dies profectò quo fidelem animam Deus de terra eduxit Ægypti, id est tempus quo à peccatis eam iustificauit, [h] *eripiens* illam *de potestate tenebrarum*, cum & Ægyptus tenebras sonet, iuxta illud Psalmi, [i] *Et eduxit eos de tenebris, & vmbra mortis, & vincula* durissimæ *eorum* seruitutis *disrupit.* Hæc quidem moraliter rectè. At quánam ratione, dicet quis, moralitati isti aptari id potest, quod hic item ait Dominus de pacto legis,) *Quod præcepi in die quâ eduxi,* &c.,) quasi ipso iustificationis tempore, seu iis qui iam iusti censentur, iuxta Vulgatam illam sententiam, *Proximè accingendus habetur pro accincto*, lex ipsa exhibeatur. Contra quod tamen id facere videtur, quod in prima epistola ad Timotheum asserit Apostolus, [k] *Quia iusto lex non est posita, sed iniustis, & non subditis, impiis, & peccatoribus, sceleratis*, &c. Verissimum nihilominus est quod moraliter dicitur. Nam verum est quod ait Paulus quoad onerosam diuinæ legis, & præceptorum illius etiam decalogi obligationem coactiuam per pœnarum timorem, propter quam eumdem Paulum aliàs dixisse vidimus, [l] *Christus nos eripuit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum.* Quæ sanè iusto non est posita, sed iniustis, inobedientibus, impiis, &c. quos minis & pœnarum metu coerceri per ipsam oportuit legem. Ita vt propterea sub illa quasi sub durissima esse se reputent seruitute, quam & fornacem censent ferream, in qua iugum ferreum ipsis quotidie fabrefiat; & ferrea, quâ à Deo reguntur virgâ durissimæ suæ consona peruicaciæ propter quam apud Isaiam legimus. [m] *Scio quia durus es tu, & neruus ferreus ceruix tua, & frons tua ænea.*

Lex quomodo dicatur posita iniustis, nō autem iustis.
k 1. Timot. 1. 9.
l Gal. 3. 13.
Lex est impiis durissima seruitus, & fornax ferrea.
m Isai. 48. 4.

7
Iusti non sunt exleges, sed sunt sibimet lex, quaue ratione id sit intelligēdum.
Iustificationis tempore quomodo animæ lex exhiberi dicatur.
n Rom. 2. 14.

Numquid ergo iusti exleges propterea censendi sunt quòd iuxta prædictū sensum, illis dicitur non esse lex posita? Minime hercle: Imò verò ita sibi intrinsecus insitam, suisque præcordiis coniunctam habent Dei legem, vt præ facili, quā ad precepta illius implenda voluntariam habent inclinationem, ipsi sibi met lex dici quodammodo queant. Multòque verius de iustis id dici potest fidelibus, quod Paulus ipse de gentium asserit iustis, dicens. [n] *Cùm enim gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt faciunt, eiusmodi legem non habentes ipsi sibi sunt lex: Qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis.* Ex hoc enim Apostoli loco rationem deducere est eius quod in principio explicandum susceptum erat, quomodo id verum sit, quòd iustificationis tempore animæ fideli legis pactum à Deo præcipi, & lex ipsa exhiberi dicebatur. Nam id quod de iis asseritur, qui in gentilismo censebantur probi, ac iusti, quia aliqua opera legis naturalis naturaliter, id est ductu, lumine, ac virtute perficerent naturæ: cùm tamen reuera ij sine fide, & Dei gratia iusti minimè essent, qui totam per eius solum naturæ ductum implere nequibant legem, in quo vera sita est iustitia, quam sine fide, & gratia Christi assequi nemo potest. Multò certè (vt dicebam) verius de iis id affirmare est, qui per fidem ipsam, gratiamque Christi iustificantur: vt tametsi ipsis lex posita non sit. Quoad vim coactiuam, eo nihilominus tempore, quo per Dei gratiam iustificantur, ipsa in eorum corde diuina scribatur lex, dum exhibita ex gratia & charitate inclinationem habent, quá facilè, imò & cùm voluptate legis impleant præcepta, sicque sponte ea perficiant, vt ipsi sibimet lex videantur esse: vnum idemque quodammodo facti cum ipsa lege, cui & vniti sunt, quamque sibi vnitam habent.

8
Lex scribitur in anima iustificata corde cùm ei exhibetur gratia, & charitas.
o Ierem. 31. 33.
Ex lege & anima iustificata fit vnum iustificationis tempore.
p Psal. 39. 9.

Quod per gratiæ exhibitionem charitatisque infusionem ipso iustificationis tempore fidelibus rectè lex scribi dicatur in cordibus, testem habemus eumdem qui hæc pollicetur Deum infra apud Ieremiam nostrum dicentem. [o] *Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam.* Quod per hanc scriptionem legis in corde, & eiusdem collationem in visceribus vnum & idem quodammodo fiat ex iustificata anima & lege, exinde planè colligitur, quod & iustificata anima legem se ita inquit habere in cordis sui medio, vt eam sibi vnitam habeat vsquequaque, dicens. [p] *Vt facerem voluntatem tuam Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei.* Quo loco si particulam, *Et*, quæ in secundo est membro, iuxta frequentem sacrarum literarum morem, vt rationalem sumpserimus pro *quia* peregregiè id explicatum habebimus quod intendimus: vt sensus sit. Quia legem tuam in medio cordis mei inditam à te habui, meoque vnitam cordi, iam ipse mihimet lex id vnum volui, idque vnum & mei fuit cordis, vt facerem voluntatem tuam Deus meus, vtque implerem quæ secūdum tuam sunt & voluntatem, & legem. Et per Prophetam Dauid idipsum aliá ratione confirmatur, dum in primo Psalmo virum describens iustum ait, [q] *In lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte*, vbi, sicut aliàs explicasse me recolo, phrasi illâ iuxta Hebraicæ vim vocis חפץ *hephetz*, *In lege Domini voluntas eius*, significatur, ita

Iusti eo ita cum diuina lege vnitum, vt vnū cum ea sit.
q Psal 1. 2.

ita iusti voluntatem, affectum, desiderium, propensionem (hæc enim omnia vox designat Hebraica) & (vt vno verbo dicam) cor ipsum legi vnitum esse Domini, sicut amasij cor cum ea vnitum est, quam deperit; & omnino sicut sponsus vnum cum sua est sponsa.

9 *Legis scriptura facta in anima corde iustificationis tempore dicit & gratiã inclinantem ad mandatorum obseruãtiam, & ipsammet inclinationẽ.*

Quòd ista item legis scriptura in corde iustificationis tempore à Deo in eo ipso fiat, quòd gratiam animæ confert iustificantem, & vnà cum charitate eiusdem animæ cor inclinantem ad legem sponte, & iucundè implendam, ita vt gratia illa dici quodãmodo queat esse ipsamet talis inclinatio: per id non ineptè probatur, quòd anima quæ hanc à Deo exposcit gratiam, quà iustificetur, eruta de durissima concupiscentiæ seruitute, sic ait,[a] *Inclina cor meum Deus in testimonia tua*, in legem videlicet tuam, in eiusdẽque præcepta, & *non in auaritiam*, i. efficiens, ne sicut hucusque mihi euenit, à prauæ concupiscentiæ pondere inclinet in scelera: auaritiæ vocabulo prout aliàs sæpe genericè sumpto pro inordinata qualibet cupidine, & cõcupiscentia. Et vt id quoque nosses, quòd ex prædicta legis scriptura in animæ corde ipsaq; cordis in lege explẽda inclinatione à Deo per iustificantẽ gratiam & charitatem exhibita, vnum cum iustificata fiat anima, ipsa sibimet eam quam, tanto efflagitarat studio, tribuit inclinationem, eodem in Psalmo dicẽs.[b] *Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in omni tẽpore propter retributionẽ.* Ex anima enim, & quæ in ipsa est Dei gratia, vnum factum est efficiens legis impletionem.

a Ps. 118. 36.

Ex gratia inclinante ad facilè implẽda legis mãdata, imò ex ipsa inclinatione & anima iustificata fieri vnũ.

b Ps. 118. 112.

10 *Ad iustificationem peccatores vocat Iesus.*

Morale autem istud præsentis Ieremiæ loci pro eo facit Euangelij, quo Dominus ait,[c] *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos, Tollite iugum meum super vos: Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue:* quibus peregregiè quæ mox dicebamus, confirmantur. Vocans quippe Iesus laborantes & oneratos, vt ad ipsum venientes reficiantur, haud dubium quin eos alloquatur iniustos, peccatores, impios, & sceleratos, quibus (vt vidimus) legem positam dicebat Paulus,[d] quoad vim coactiuam, & vt grauissimum iugum, & onus durissimum seruitutis in timore: eosdemque ad se vocet, vt per ipsius gratiam iustificati præexpositæ compotes fiant inclinationis ad eamdem Dei legem facilè, iucundéq; seruãdam. Ponderemus singula: *Venite* inquit, *qui laboratis, & onerati estis*, i. quibus lex Dei tantum est oneris, vt pro eo excutiendo vsque ad lassitudinem defatigemini in trãsgrediendo illius præcepta, pro *qui laboratis* Græce est οἱ κοπιῶντες, *qui lassi & fatigati estis:* quanam ratione? in eo quòd non permansistis in omnibus quæ scripta sunt in libro legis: in eo quod declinare obnixi estis à mandatis diuinæ legis, prout ipsimet fatemini in lib. Sap. dicentes,[e] *Lassati sumus in via iniquitatis.* Lassati certè in errando à recto calle; lassati sub maiori iniquitatũ, quo vos grauatos exinde sensistis, onere, de quo is dicebat,[f] *Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meũ, & sicut onus graue grauatæ sunt super me.* Iugum legis super vestro à Deo collocatum fuerat obedientiæ collo, excutere illud è collo studuistis obedientiæ, & ecce pro exiguo eiusdem legis, iugique onere, iniquitatum grauissimo depressi estis pondere, quod vestrum iam in terram deiectum detinet mentis, rationisque caput.

c Matth. 11. 28.

d 1. Tim. 1. 9.

Lex Dei quàm grauis & onerosa peccatoribus.

e Sap. 7. 5.

f Psal. 37. 5.

11 *In iustificatione reficit Deus peccatorem dans gratiam, & charitatem, quà iucundè seruet legis mandata.*

Venite nihilominus ad me, ait ad tales Dominus, *Et ego reficiam vos*, gratiã iustificante, infusaque charitate: pro, *reficiam vos*, magis ad rem nostram, in Græco est ἀναπαύσω ὑμᾶς, propriè, *Quiescere vos faciam*, quo alluditur fortasse ad phrasim illam, quâ & Moyses in Deuteronomio,[g] & Paulus in epistola ad Galat.[h] vsi sunt, permanendi in mandatis legis, pro obseruare mandata ipsa cum quiete, tranquillitateque & iucunditate animi. Quod idemmet Dominus explicans apertiùs ait. *Tollite*[i] *iugum meum super vos.* Laborastis hucusque, lassati, & onerati estis sub lege mea præ superbia, quâ[k] *confregistis iugum meum, rupistis vincula mea, & dixistis, Non seruiemus.* Iam nunc ad me conuersi: atque refecti iustificante gratiã, legis meæ vos dirigentis iugo vos ipsos voluntariè sponteque subiicite per veram humilitatem, cuius in me optimum animaduertetis exemplar, *Et discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.* Neque verò paueatis ad iugi istiusmodi nomẽ, quasi vobis onerosum, arduumque futurum sit mea seruare mandata: Per ipsam quippe quâ vos reficiã iustificantẽ gratiam, perque ipsam quâ vos quiescere faciam infusam vobis charitatem, talem vobis exhibebo inclinationem, & facilitatem ad totam legem etiam cum voluptate seruandam, vt verè profitear, iugum idipsum meum vobis suaue futurum; & si quid in ea lege propter illam quam infert directionem, & obligationem videtur esse oneris, id omne profectò leuissimũ erit. Istorum omnium contestem habemus dilectum eiusdem Iesu discipulum Ioannem, quum in sua prima Catholica ait.[l] *Hæc est charitas Dei*, hoc est scilicet charitatis à Deo nobis infusæ opus, *vt mandata eius*, sc. Dei custodiamus, & mandata eius grauia non sunt.

g Deut. 27. 26.

h Gal. 3. 10.

Lex Dei quã sit facilis & suauis iusto.

i Matth. 11. 29.

k Iere. 2. 20.

l 1. Ioan. 5. 3.

12 *Peccati status & Mundus quàm rectè dicantur fornaces ferrea.*

(*De fornace ferrea,*) *Status peccati dicitur fornax*, ait Hugo Card. *Quia ascendit per delectationem, dicitur ferrea, quia retinet violenter, & stringit per consuetudinem.* Et mundum, dic tu, sicut & statum peccati fornacem dici ferream, quia summo cum ardore Dæmones, summoque cum concupiscentiæ æstu in mundo ipso, quem in[m] maligno positum dixit Ioannes vniuersum, homines mundani per ea quæ admittunt peccata, & per prauam in vitiis consuetudinem, obduratamque in sceleribus obstinationem ferreas sibi fabricant portas quibus, in peccati statu fortissimè conclusi teneantur à Dæmonibus, vt nullatenus egredi queant, nisi is ipsos vi gratiæ iustificantis educat, qui apud Isaiam dixit,[n] *Portas æreas conteram, & vectes ferreos confringam:* & de quo per Vatem Regium dicitur,[o] *Contriuit portas æreas, & vectes ferreos confregit, Suscepit eos de via iniquitatis eorum.* In dicta ferrea fornace fabricant sibi & ferreos prauorum habituum compedes, quibus affectuum suorum pedes compediti teneantur, ne coram Domino viam ambulent iustitiæ, donec ab illo adiuuentur, qui soluens compeditos appellatur in Psalmo 145.[p] Fabricant & manicas ferreas desidiæ, quibus præpediti contineantur, ne bonum aliquod suis operentur manibus. Sed ferreum quoque ibidem sibi fabricant durissimæ seruitutis Diaboli, atque peccati iugum, de quo in lib. Deuteronomij legimus,[q] *Seruies inimico tuo, quem immittet tibi Dominus in fame, & siti, & ariditate, & omni penuria, & ponet iugum ferreum super ceruicem tuam, donec te conterat.* Et de vno linguæ scelere legimus,[r] *Iugum illius iugum ferreum, & vinculum illius vinculum æreum est.* Quid plura? tot sibi in eadem mundi fornace vincula, & catenas fabricant ferreas, quot admittunt peccata,[s] *Catenas ligneas confregisti*, ait Dominus ad scelestum quendam, *& facies pro eis catenas ferreas.* Præclarè Ambrosius Serm. 8. in Psalmum

Hug. Card.

m 1. Ioan. 5. 19.

In mundo peccator sibi fabricat portas, compedes, manicas, iugũ, & vincula ferrea.

n Isai. 45. 2.

o Ps. 106. 16.

p Psal. 145. 7.

q Deut. 28. 48.

r Eccles. 28. 24.

s Iere. 28. 13.

Ambros.

Peccata sunt ferrea animæ vincula ab ipsamet, atque etiam à Diabolo fabrefacta.

munt 118. *Vinculum*, inquit, *nostrum auaritia est, vinculum nostrum ebrietas est, vinculum nostrum concupiscentia est, vinculum nostrum superbia est. Sunt & Diaboli vincula.* (quæ scilicet is in eadem mundi fornace fabricat.) *Denique scriptum est.*[a] *Hanc autem filiam Abrahæ, quam alligauit Sathanas decem & octo annis. Ligat nos Diabolus criminum nexu, ligat nos vinculo fornicationis, vinculo adulterij, vinculo perfidiæ, quâ Christus negatur, vinculo inuidiæ, quâ frequenter etiam frater appetitur: vinculo crudelitatis, quâ nonnunquam socius, & conformis occiditur. Hæc sunt vincula, quibus ligatus vnusquisque inclinatur, vt animam suam leuare non possit, nec obtutus ad cælum mentis erigere, nisi ei dicat Dominus:* [b] *dimissus es ab infirmitate tua, & munere suæ benedictionis erexerit.*

a Luc. 13. 16.

b Luc. 13. 12.

13 (*Audite vocem meam, & facite omnia quæ præcipio vobis, & eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum.*) Multa quidem per ea quæ in hac sententia habentur, moraliter obueniunt pertractanda, attingam tantùm eorum aliqua, singula eius perpendens verba. Ac primum circa id quod dicitur, (*Audite vocem meam.*) Cùm duobus id accipi queat modis, vel vt fidei significet initium, vel vt promptitudinem & propensionem ad obediendum designet. Vtrolibet modo sumatur, rectè primo loco ponitur, cùm de iustificatione, & iustitia agitur fidelium animarum. Ita tamen vt necessariò immediatè subiiciatur. (*Et facite*, &c.) Et quidem quòd fidei initium ex auditione sit verbi Dei cum concursu præuenientis eiusdem Dei gratiæ, iam supra probatum ex eo Apostoli. [c] *Fides ex auditu, auditus autem per verbum Dei.* Quod autem iure optimo fidei cum de iustificatione agitur, primæ concedendæ sint partes, omissis eiusdem Pauli verbis quæ infra expendam, ea sat sint, quæ in Sacro sancto Concilio Tridentino sessione 6. cap. 8. sic habentur. *Cùm Apostolus Paulus dicit iustificari hominem per fidem*, [d] *& gratis, ea verba in eo sensu intelligenda sunt, quem perpetuus Ecclesiæ Catholicæ consensus tenuit, & expressit, vt scilicet per fidem ideo iustificari dicamur, quia fides est humanæ salutis initium, fundamentum, & radix,* [e] *sine qua impossibile placere Deo, & ad filiorum eius consortium peruenire.*

c Rom. 10. 17.

Fides principium, & fundamentũ iustificationis.

Conc. Trid.

d Rom. 3. 22. & 24.

e Heb. 11. 6.

Fides est prima in iustificatione vt habet adiunctam promptitudinem ad obediendum legi Dei.

Cæterùm quòd ita fides in iustificatione primas habeat vt propensionem, animique promptitudinem ad Deo obediendum habet adiunctam, adeo vt eidem promptitudini non immeritò simul primus tradatur locus, exinde manifestè patet, quòd de fideli Abraham ait Paulus,[f] *Fide qui vocatur Abraham obediuit in locum exire, quem accepturus erat in hæreditatem, & exiit,* &c. vbi cùm primò dicit, *Obediuit in locum exire*, dictam intelligit animi promptitudinem, cùm postea addit, *& exiit*, actualem designat obedientiam, quæ eam secuta est promptitudinem.

f Heb. 11. 8.

14 Et vt noueris meritò ad hanc promptitudinem excitatas in primis animas, cùm hîc dicitur, (*Audite vocem meam,*) quæ ad iustificationem promouentur, audi animarum vnam in Psalmo trigesimo nono suæ ipsius enarrantem iustificationis seriem. [g] *Sacrificium & oblationem noluisti, aures autem perfecisti mihi: Holocaustum & pro peccato non postulasti: tunc dixi, Ecce venio: In capite libri scriptum est de me: vt facerem voluntatem tuam Deus meus volui.* Liceat mihi, abstracto Christi mysterio, de quo sat est exploratum, in his literaliter agi, moraliter ea & de fideli quaque exponere anima, Quæ per ipsa hæc sibi velit. Cùm iam variis externis operibus moraliter bonis apparentibus tibi deseruire contenderem, adhuc tamen in peccati permanens statu: haud grata certè tibi ea Domine mea extiterunt opera, sicut nec antiquitus grata tibi fuère quæ in peccato à Iudæis externa offerebantur sacrificia, cuiuscumque ea essent ex quatuor à te institutorum sacrificiorum generibus. Quid verò tum à te mihi præstitum est, vt vel aliquando tibi grata existerem, acceptaque offerrem? *Aures perfecisti mihi*, ad id me promouens in primis, vt audirem vocem tuam, animique indidisti promptitudinem ad vocem ipsam tuam audiendam, eidemque obediendum, ita vt vel ex tunc dixerim, *Ecce venio* promptitudinem eam verbo exprimens. Et vt nullus nobis relinqueretur ambigendi locus, quòd hoc in sua primum extitit iustificatione subdit, *In capite libri*, qui scilicet nouus tunc scribi cæpit de me, id scriptum est. *Vt facerem voluntatem tuam Deus meus volui*, promptitudo animi ad tibi obediendum primum locum obtinuit in scriptura, quæ de meis actibus denuo in meæ ipsius conscientiæ libro cæpta est. Esse enim plures libros in quibus singulorum describantur actus, aperiendos, atque legendos in extremi iudicij die, testis est B. Ioannes in cap. 20. Apocalypsis hæc habens,[h] *Et vidi mortuos magnos & pusillos stantes in conspectu throni, & libri aperti sunt:* conscientiarum scilicet cuiuscumque, *& alius liber apertus, qui est vitæ*, nimirum qui in sinu ipsius seruatur iudicis præscientiæ eius, *& iudicati sunt mortui ex his quæ scripta erant in libris secundùm opera ipsorum.* Hunc suæ conscientiæ librum ab ipso iudice scribi quoad actus quosque suos expetens aliquando Iob dicebat.[i] *Quis mihi tribuat auditorem, vt desiderium meum audiat omnipotens? & librum scribat ipse qui iudicat.* Et vt noueris, non tam de libro ipsum agere præscientiæ Dei, qui in sinu est Dei, quàm de ipso libro conscientiæ propriæ, quam in semet habet, & quem secum gestat, subdit. *Vt in humero meo portem illum, & circumdem illum quasi coronam mihi.* Benè *in humero meo portem*, inquit, *illum*, quia etsi nil mali sibi esset conscius, non tamen in hoc iustificatum se penitus arbitrabatur: & quia iuxta Apostoli dictum, cum timore,[k] & tremore suam operari volebat salutem. Id quod & in coronam ei redundabat gloriæ, *Et circumdem*, inquit, *illum* scil. librum *quasi coronam mihi: Per singulos gradus meos pronunciabo illum, & quasi principi*, sc. retributori *offeram eum.*

g Psal. 39. 7.

Obedientiæ promptitudo quâ ratione dicatur primum habere locum in anima quæ iustificatur.

Conscientiæ in libro nouo incipit Deus scribere actus animæ quæ iustificatur.

Libri plures conscientiarũ cuiusque aperiendi in die iudicij.

h Ap. 20. 12.

Librum conscientiæ propriæ scribi à Deo quàm optandum iusto.

i Iob. 31. 32.

k Phil. 2. 12.

15 (*Et facite.*) Benè post præexposita, (*Audite vocem meam;*) & necessariò (vt dicebam) adiectum hoc est, (*Et facite:*) Siue de fide ibi sermo sit, siue de animi ad obediendum promptitudine; Parum enim, vel etiam nihil istiusmodi prodest promptitudo, ni reducatur ad actum, si non fiat id, ad quod promptum ostenderimus animum; in cuius dicti confirmationem attulit Dominus in Euangelio id exempli,[l] *Homo quidam habebat duos filios, & accedens ad primum dixit: fili vade hodie, operare in vinea mea. Ille autem respondens ait: Nolo. Postea autem pœnitentia motus, abiit. Accedens autem ad alterum, dixit similiter: At ille respondens, ait, Eo Domine, & non iuit: Quis ex duobus fecit voluntatem patris? Dicunt ei: Primus.* Facitque in eiusdem confirmationem quod ipsemet Iesus alibi iis contestatus est verbis,[m] *Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine*, vel scilicet orando, vel magnam animi

Fidei & obedientiæ promptitudo parum prodest, nisi obediẽtia ipsa reducatur ad actum.

l Matth. 21. 28.

m Matth. 7. 21.

animi exhibendo promptitudinem ad Deo obediendum *intrabit in regnum cælorum: Sed qui facit voluntatem patris mei, qui in cælis est, ipse intrabit*, &c.

Neque verò quia Apostolus Paulus in epistola ad Romanos ait, [a] *Arbitramur iustificari hominem per fidem sine operibus legis*, & in epistola eadem, [b] *Iustitia Dei in eo reuelatur ex fide*, scilicet proficiente in fidem perfectiorem, *sicut scriptum est, Iustus autem ex fide viuit*. Exinde tollitur, quòd ad præexposita de fide, (*Audite vocem meam*) non fuerit necessariò adiiciendum. (*Et facite*) ac si neutiquam necessaria sit ad iustificationem operum adiunctio ad fidem, prout blasphemo ore inferunt Nouatores nostri temporis. Quâ enim tatione vitam conferre potest gratiæ fides sine operibus, quam mortuam manifestè Iacobus asserit Apostolus? [c] Sed quemadmodum ita per Salomonem [d] dicitur, custodiendum homini cor, à quo vita procedit, vt ex corde vitam homo ipse hauriat tamquam à vitæ radice, vtpote quod est primum in homine viuens, & vltimum moriens: vt tamen reliqua pariter vitæ necessaria membra minimè excludantur. Sic iustus vita gratiæ fide viuere dicitur, quasi corde, & radice vitæ spiritualis, fide inquam cum spe, timore, charitate, bonorumque operum studio vitalibus membris cæteris cum corde, & quasi ramis cum sua radice. Vnde bene Augustinus lib. de Gratia & lib. arb. cap.7. Tom.7. ea tractans Pauli verba, quibus in epistola ad Ephesios dicit. [e] *Gratiâ estis saluati per fidem, & hoc non ex vobis: Dei enim donum est, non ex operibus ne quis glorietur. Non quia negauit*, inquit, *aut euacuauit opera bona, cùm dicat*, [f] *Deum vnicuique reddere secundum opera eius: sed quia opera sunt ex fide, non ex operibus fides, ac per hoc ab illo sunt nobis opera iustitiæ, à quo est ipsa fides, de qua dictum est, Iustus ex fide viuit.*

a Rom.3.28. b Rom.1.17. *Per fidem sine operibus quomodo iustificari dicatur homo.* *Fides in iustificatione se habet vt cor cum cæteris membris vitalibus, & vt radix cum ramis.* c Iacob.2.17. d Prou.4.23. Augustinus. e Ephes.2.9. f Rom.2.6.

17 *Opera bona quàm necessaria vnà cũ fide sint ad iustificationem.*

Lege caput secundum Epistolæ Catholicæ Iacobi Apostoli, & planè hæc omnia intelliges, ita nimirum bona opera ex fide ipsa esse, vt illam quovt iustificans dici queat, perficiant, eidemque vitam conferant, vt vitæ possit esse principium & fundamentum. [g] *Abraham pater noster nonne ex operibus iustificatus est offerens Isaac filium suum super altare? Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius, & ex operibus fides consummata est, & suppleta est scriptura, dicens: Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam, & amicus Dei appellatus est.* Et post aliqua concludit, *Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est, ita & fides sine operibus mortua est:* Quid ad Iacobi confugimus epistolam, vt Pauli exponamus dicta, quæ necessitatem excludere videntur facturæ operum? cùm ipsummet Paulum habeamus ita auditioni fidei deferentem, vti primo iustificationis principio, vt tamen iustificationem ipsam facturæ potiùs tribuendam asserat operum, prout hic apud Ieremiam significari ostensum est, cùm dicitur. (*Audite vocem meam, & facite.*) Sic quippe in epistola ad Romanos ait, [h] *Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur*; idque non solùm, quia per facturam operum iusti esse declarabuntur, verùm etiam quia per eamdem & ex peccatoribus iusti fient, & ex iustis fient iustiores. Hinc est quòd & Iacobus ad istam potissimùm nos hortatur facturam, dicens, [i] *Estote factores verbi, & non auditores tantùm, fallentes vosmetipsos.* Vbi post allatum exemplum viri considerantis se in speculo, de quo nos aliâs, concludit, [k] *Qui autem perspexerit*, intuitu scilicet fidei, *in legem perfectam libertatis, non auditor obliuiosus factus*, id est non in solo fidei auditu confidens: *Sed factor operis: hic beatus in facto suo erit*, bene *in facto suo*, inquit, *erit beatus*, quia per operum facturam mercedem recipiet beatitudinis æternæ, iuxta illud Pauli, [l] *Reddes vnicuique secundùm opera eius, iis quidem qui secundùm patientiam boni operis gloriam & honorem, & incorruptionem quærunt, vitam æternam.* Quando ergo Paulus ipse ait, fidem iustificare sine operibus, de operibus loquitur legis veteris, vt à fide seiunctis.

g Iacob. 2. 21. h Rom.2.13. i Iacob. 1. 22. k Iacob. 1. 25. l Rom.2.6.

18 *Legis præcepta iusto seruanda omnia & singula.*

(*Et facite omnia quæ præcipio vobis.*) Præclarè, non ait simpliciter, (*Audite vocem meam, & facite eam*, seu *facite quæ per eam vobis præcipio:*) Sed, (*Et facite omnia quæ præcipio vobis*) designãs quid ad plenam animarum iustitiam requiratur, sine quo & ipsius expertes erunt iustificationis; id autem est, vt eâ ratione sint factores legis, vt nullum illius transgrediantur præceptum. Cuius rei ratio exinde fit euidens, quòd mox legem ipsam, & quicquid in illa continetur præceptorum pactum nuncupauit, cui fideles quique se obligarunt in Baptismo. Quis verò nesciat, pacto cuique ita standum, vt & omnium, ac singulorum quæ in eo continentur, pasciscentes sint debitores? Et pacti sanè transgressorem eum illico nuncupamus, qui vel vnum non fecerit contentorum, adeoque & pœnæ item transgressionis pacti eumdem esse non ignoramus obnoxium. Quam rationem egregiè Iacobus prosecutus est Apostolus dicens, [m] *Quicumque totam legem seruauerit, offendat autem in vno, factus est omnium reus.* Cùm enim Dei lex tale sit pactum, in quo arctissimo vinculo singula connexa inuicem sint præcepta, vt qui vni non steterit eorum, ipsam frangat vniuersitatis connexionem; rectè in vno offendens factus dicitur reus omnium, id est totius vniuersitatis legis, connexionisque vniuersalis eorum quæ in pacto continentur. Vnde bene semet declarans idem Apostolus subdit, *Qui enim dixit, Non mœchaberis, dixit &, Non occides. Quòd si non mœchaberis, occides autem, factus es transgressor legis*, non quòd occidens factus sis, & mœchus: Sed quod factus sis obnoxius pœnæ transgressionis vniuersi legis pacti. Et iuxta hunc sensum Apostoli dictum, & ratio nititur in debito iustitiæ, & in eiusdem debiti læsione. Tametsi aliis plerisque expositorum, Sanctorumque Patrum visum sit rationem eamdem niti potiùs in debito charitatis connectentis per pactum legis & animas cum Deo, & legis ipsius præcepta ad inuicem, propter quas connexiones, charitatem, vinculum perfectionis nouimus appellatam, ita vt cùm dicitur. *Qui in vno offenderit, factus est omnium reus*, de vnius intelligatur læsione charitatis, de qua Paulus, [n] *Omnis* inquit, *lex in vno sermone impletur, Diliges proximum tuum sicut te ipsum*, quæ proximi dilectio ad maximum & primum reducitur præceptum dilectionis Dei. Et quod subditur, *factus est omnium reus*, rectè intelliges de casu ab omnibus iuribus amicitiæ quam cum Deo habebat, vt esset de peculiari, dilectoque eius populo, sub speciali eius cura, & prouidentia, quâ iustis quibusque prospicit & similibus. Iuxta quem sensum ex iisdem apparet, quàm rectè hîc apud Ieremiam præexpositis verbis hisce (*Et facite omnia quæ præcipio vobis*, subiectum illico sit.

Lex Dei dicitur pactũ, quia obligat ad omnia quæ in ipsa continentur, idque ex debito iustitiæ. m Iacob.2. 10. *Legem Dei quomodo omnia præcepta iustus seruare debet & ex debito charitatis.* n Gal.5.14.

19 *Obedientia mandatorum Dei quomodo dici queat causa dilectionis.*

(*Et eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum.*) Nemo est enim Catholicorum qui ignoret,

ret, iustitiam, Deique amicitiam in iustis per charitatem, & legis obseruationem conseruari, & augeri in eiusdem charitatis operibus, quicquid in contrarium oblatrent Hæretici, aduersùs quos is est Concilij Tridentini Canon. 24. sess. 6. *Si quis dixerit, iustitiam acceptam non conseruari, ac etiam augeri per bona opera, sed opera ipsa fructus solummodo, & signa iustificationis adeptæ non autem ipsius augendæ causam, Anathema sit.* Cæterùm si seriem perpenderimus istius apud Ieremiam sententiæ, quà Dominus ait (*Audite*, &c. *& facite omnia, quæ*, &c. *Et eritis*, &c.) dicendum, & id quoque in ea designari, obedientiam mandatorum Dei, saltem quoad propositum & in voto esse causam dilectionis Dei, atque eiusdem Dei erga nos amicitiæ. Æquè enim est ac si dicatur. Si vel in voto audieritis vocem meam, meisque omnibus obtemperaueritis præceptis, peculiaris, & amicus mihi eritis populus, me vt vestrum diligentes Deum. Pro quorum declaratione supponendum è scholastica Theologia, dupliciter considerari posse in fideli quaque anima dilectionem Dei, vel vt actus est coniunctus cum contritione dolente de admissis peccatis, vt offensa Dei sunt, cum proposito ea detestandi in posterum, & totam Dei legem seruandi: vel vt est habitus in iustificatione a Deo infusus, per quem anima ipsa iusta euadit, virtute prædita, Deique amica, & filia, ac diuina, diuinæ consors naturæ, & opera efficiens æternæ vitæ meritoria. Quæ adhuc duplici ratione considerari potest, vel vt incipiens; vel vt proficiens, augmentumque in dies sumens. Quem Philippensibus precabatur Paulus, cùm diceret,[a] *Et hoc oro, vt charitas vestra magis, ac magis abundet in scientia, & in omni sensu, vt probetis potiora, & sitis sinceri, & sine offensa in diem Christi, repleti fructu iustitiæ per Iesum Christum in gloriam, & laudem Dei.*

Conc. Trid. — *Charitas tripliciter considerari potest in anima fideli.* — a Philip. 1. 9.

20 *Amicitia, & dilectio Dei quomodo sit ab obedientia mandatorum Dei in voto.*

His suppositis dicendum, Obedientiam mandatorum Dei re vera numquam esse posse sine charitate, per quam inclinatur homo, vt Dei legem quasi regulam vitæ ob oculos habeat, impleatque saltem, vt dixi, in voto. Nihilominus si sic in voto formaliter consideretur vt immediata, & proxima dispositio ad iustificationem, optimè causa dici potest dispositiua charitatis, quæ simul cum gratia iustificante à Deo infunditur per modum habitus: sicut ipsa charitas in actu contritionis proximè item præcedens iustificationem: causa dispositiua est habitus sui ipsius. Quo in sensu id accipi potest, quod Dominus in Euangelio ad Apostolos ait,[b] *Vos amici mei estis, si feceritis quæ præcipio vobis:* quo loco videtur indicare, amicitiam Dei, quæ per habitum est charitatis, dependere ab ipsa præceptorum obedientia, iuxta illud,[c] *Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea*, id est, si in voto obedientiam habueritis præceptorum meorum, manentem obtinebitis actum dilectionis meæ, id est, erga me, vt ex alio patet loco, quo ait.[d] *Qui habet mandata mea, & seruat ea*, intellige in voto, *ille est qui diligit me*; immediatè enim prædicti voti dispositionem iustificationis sequitur gratia, & habitus (vt dictum est) charitatis. Quamquam verè tribus hisce Euangelij locis haud admodum aptè id probetur, quod dicebamus, quia verior illorum est sensus, vt in illis sermo sit, de actuali præceptorum diuinorum obedientia per exhibitionem operum, quæ (vt paulò pòst explicabo) probatio sunt iam in anima existentis habitus charitatis. Aptiùs certè id ex iis patet, quæ

b Ioan. 15. 13. — c Ioan. 15. 10. — d Ioan. 14. 21. — *Ex obedientia mandatorum*

A hîc moraliter pertractamus, vbi ex ipsa mandatorum obedientia, quæ iis exprimitur verbis, (*Audite vocem meam, & facite omnia quæ præcipio vobis,*) duo veluti ex causa deriuari, modo quem iam explicauimus, haud obscurè designari videntur, cùm subiicitur (*Et eritis mihi in populum.*) En primum gratiæ scilicet iustificantis, per quam animæ fiunt Deo gratæ, ac si dicatur, & reddemini populus mihi gratus, & charus. (*Et ego ero vobis in Deum.* En secundùm, infusio habitus dilectionis Dei, quo iam Deus illis vt Deus est, nempe super omnia dilectus, reueritus, ac veneratus.

Dei in voto deriuant & gratiæ iustificantis exhibitio, & infusio habitus charitatis.

B Multò tamen probabiliùs, & congruentiori moralitate hunc, & similia loca de ea expones præceptorum obedientia, quæ nedum in voto, sed in actu consideratur executionis in animabus piis, & quæ sunt in gratia, & Dei charitate decoræ, eiusque charitatis habitum in dies augentes: fieri enim nullatenus potest, vt audiatur, prout opus est, libenter, & cum delectatione vox Dei, nisi gratiâ iustificati simus, & Dei filij, prout manifestè contestatus est Dominus, cùm Iudæis diceret.[e] *Qui ex Deo est, verba Dei audit: Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis*, vbi per id C quod ait, *Qui ex Deo est*, idipsum significat, quod expressiùs ab eodem Euangelista priùs dictum fuerat.[f] *Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, sed ex Deo nati sunt.* Quod ex eo patet, quia idemmet Iesus paulò superius Iudæis ipsis dixerat,[g] *Vos ex patre Diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere.* Nec ab aliquo Catholicorum admitti vnquam potest, vt impleri omnia Dei mandata queant, prout hoc loco ait Dominus, (*Et facite omnia quæ præcipio vobis*) nisi habitus adsit charitatis, quo Deus super omnia diligatur. Quod non ineptè ex iis probari crediderim Pau- D li verbis,[h] *Plenitudo legis est dilectio.* Charitas namque plenitudo legis, non solùm quia eminenter in ea continentur vniuersa legis præcepta, ita vt propterea & rectè idem asserat Paulus,[i] *Qui diligit, legem impleuit*: Verùm etiam quia per illam & tota impletur lex per actualem obseruationem vniuersorum mandatorum eius. Ita vt obedientia præceptorum ab habitu ipsius charitatis deriuet, atque dependeat.

21 *Obedientia præceptorum Dei actualis est à gratia, & charitate.* — e Ioan. 8. 47. — f Ioan. 1. 13. — g Ioan. 8. 44. — h Rom. 13. 10. — i Rom. 13. 8.

Cuius rei egregiam ex libro Exodi[k] typicam desumere est probationem; ibi enim, nec non & in lib. Deuteronomij, vbi describitur Dei præ- E ceptum vt in ostio domus perforetur subulâ à domino auris serui illius Hebræi, qui anno septimo è seruitute liberari nollet, sed suum potiùs eidem Domino continuare vellet seruitium, ista affertur ratio voluntatis eius eidem Domino seruiendi, quòd illum diligeret,[l] *Sin autem dixerit: Nolo egredi, eò quòd diligam te, & domum tuam, & bene sibi apud te esse sentiat, assumes subulam, & perforabis aurem eius in ianua domus tuæ & seruiet tibi vsque in æternum, ancillæ quoque similiter facies.* Sic in libro legimus Deuteronomij. Quis verò non aduertat, externâ illâ auris perforatione promp- F tam designari obedientiam, propter quam viri qui promptè pareat, à Salomone auris[m] appellatur obediens? Sed quia perfecta & perseuerans obedientia ex dilectione deriuat illius, cui ea exhibenda sit: ideo rectè tum demum facienda dicitur auris perforatio, cùm per ipsum seruum manifestata fuisset ea, quâ erga dominum flagraret dilectio. Constans est quippe ea Gregorij Papæ sententia, *Probatio dilectionis executio est operis*, & Dominus in Euangelio,[n] *Si diligitis me*, inquit, *mandata mea seruate*, Et Ioannes in sua prima Catholica,

22 *Obedientia actualis, & perseuerans est ex dilectione.* — k Exod. 21. 2. — l Deut. 15. 16. — m Prou. 25. 12. — *Obedientia actualis est probatio præexistentis dilectionis.* — n Ioan. 14. 15.

tholica. [a] *Qui ſeruat verbum Dei verè in hoc*, ait, *charitas eius eſt. Et hæc eſt charitas Dei, vt mandata eius cuſtodiamus.* Iuxta hunc igitur ſenſum, quod hîc apud Ieremiam ait Dominus, tale eſt, Ex veſtra obedientia ô fideles, & piæ quæque animæ, quę vocem meam audietis,& facietis omnia quæ præcepi vobis, probabitur quòd inter iuſtos, populumque mihi acceptabilem adnumerandæ ſitis, & quòd me ſuper omnia, in quo omnia, & per quem omnia. Hoc ſiquidem ſibi vult. (*Et ego ero vobis in Deum.*) Quamquam nihil prohibeat, ex hac ipſa ſententiâ id inferri, quòd ex perfecta quoque obedientia in faciendis omnibus, & ſingulis quæ in Dei lege præcepta ſunt, quodammodo vt ex cauſa ipſa ſit & Dei erga pias animas amicitia, quoad gratiæ gratum facientis augmentum. Quod rectè locus ille probat ſupra citatus, [b] *Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quæ præcipio vobis*: Et eiuſdem animæ charitas in Deum, & pietas in eius cultu, quoad augmentum, & profectum, iuxta illud Pauli.[c] *Veritatem*, actionum ſcilicet legi voluntatique diuinæ conformium. *Facientes in charitate creſcamus in illo per omnia, qui eſt caput Chriſtus.* [d] *Iuſtorum ſemita*, ait Salomon, quam viam mandatorum Dei, eius appellarat pater, *quaſi lux ſplendens procedit, & creſcit vſque ad perfectam diem*, æternæ ſcilicet fœlicitatis: Nemo eſt autem qui non aduertat quotidie creſcente luce ſenſibili in die augeri, & ſenſibilem calorem & idipſum de luce, atque calore aſſerendum eſt ſpiritualibus.

a Ioan. 5. 3.

Ex actuali obedientia eſt & gratia & charitatis augmentum in anima pia.

b Ioan. 15. 13.

c Ephes. 4. 15.

d Prou. 4. 19.

25 *In iuſtificatione peccatorum prius natura eſt gratia, quàm charitatis infuſio.*

Super eadem verba. (*Et eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum,*) duo demum aduertenda ſuperſunt. Alterum circa dictorum ordinem, cum enim prior ſit naturæ ordine gratiæ exhibitio, quâ homo de peccatore iuſtificatur, & de Dei inimico fit eiuſdem amicus, ac peculiaris illius populi, nec non & de ipſius amico per gratiæ item augmentum amicior, quàm infuſio habitus charitatis, eiuſdem augmentum; priùs eſt enim diligi à Deo eiuſque eſſe populum, quòd eſt gratiæ effectus, quàm homines ipſum Deum diligere, proque ſuo habere, quod effectus eſt charitatis. Idcirco rectè priùs hîc dicitur (*Et eritis mihi in populum,*) tum ſecundo loco, *Et ego ero vobis in Deum vnicum*, ſcilicet, veſtrum dilectum. Quamquam circa hæc non modicum ex duobus ſacræ ſcripturæ locis inſurgit dubij: & hoc alterum illud eſt, quod in his animaduertendum dicebam, quoad iſtum dilectionis ordinem inter Deum & animas,& multò magis quoad ordinem electionis, quæ ex ipſa oritur dilectione. Cùm enim phraſi iſtâ eſſe mutuò ſibi, arctiſſima quædam animorum, & dilectionis deſignetur coniunctio, prout ex eo patet libri Canticorum,[e] *Dilectus meus mihi, & ego illi.* Sanè & hîc pariter cùm dicitur (*Eritis mihi in populum*) ſubintelligendum arctiſſimè mihi coniunctum, atque dilectum: parique ratione cùm ſubditur,(*Et ego ero vobis in Deum*) ſubaudiendum maximè vnitum, atque dilectum: Quæ certè talis, tantaque dilectionis vnio inter Deum, & animam intercedere nequit, niſi quum anima ipſa in gradu verſatur perfectionis. Vt intelligeremus, in tali dilectionis pugna ab inuicem ambas quo ad ſui augmentum cauſari quodammodò, & eſſe dilectionem Domini in animâ à dilectione animæ in Deum, & è contra. Hoc quidem loco dependentia charitatis animæ in Deum tribui videtur charitati Dei in animam ipſam, cui primus datur locus, *Eritis mihi in populum* Ex quo quodammodo futurum ſignificatur id quod ſubiicitur, (*Et ego ero vobis in Deum.*) E contra in præcitato Canticorum loco primas habet dilectio animæ in Deum, quum anima ipſa Dei amore ſuccenſa ait, *Dilectus meus mihi*, tum quaſi ex hac dilectione procedentem dilectionem Dei erga ſe ſubiicit dicens, *Et ego illi.*

Dilectio & Dei in animam, & animæ in Deum quoad ſui augmentum ab inuicem ſe ſe cauſant in piis animabus.

e Cant. 2. 16.

Cæterùm ſi hac ipsâ phraſi, quâ hîc Dominus non omninò vt in Canticis pia illa anima conciſè, & abſque prædicato, ſed cùm prædicatis vtitur; *Eritis in populum, & ero in Deum*) non tam perfectam illam charitatis vnionem deſignari velimus inter Deum & animam, quàm ſimplicem explicationem electionis & Dei, & animæ, eiuſdemque executionem. Tunc duobus modis de mutua iſta agi poteſt electione: vel vt ea ab inuicem facta eſt, quum Deus, atque anima ſimul pactum iniêre, quomodo ſimilem factã nouimus inter eumdem Deum, ac Iudaicum populum in legis exhibitione: vel vt eadem ſimpliciter, & indefinite facta eſt ex vtraque parte. Si primo modo, ex iis Moyſi verbis, quibus in lib. Deuteronomij Iudaicum populum, in eoque moraliter & fidelem animam ſic alloquitur, [f] *Dominum elegiſti hodie, vt ſit tibi Deus, & ambules in viis eius, & cuſtodias cæremonias illius, & mandata, atque iudicia, & obedias eius imperio. Et Dominus elegit te hodie, vt ſis ei populus peculiaris, & cuſtodias omnia præcepta illius.* Colligendum videtur, primas in mutua electione iſta animæ dari potiùs quàm Deo, cùm tamen in Euangelio, quando Dominus cùm Apoſtolis de ipſorum agit electione ad Apoſtolatum facta, dicat aperte, [g] *Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos.* Sed ſciendum, quando ſic primus locus in eligendo tribuitur animæ, ſecundus autem Deo, eligendi verbum, electioniſque vocem largè ſumi pro vſu, nimirum pro proteſtatione, & pro perfectione electionis eius, quæ prima veraque electio eſt. Sicut enim Iudaicus populus in acceptione legis eatenus Deum elegiſſe dicitur, quatenus proteſtatus eſt, ſe bene ipsâ vſurum Dei primâ electione, quâ electus fuerat, cui daretur lex, & vel in voto eamdem legem ſeruare pollicitus eſt. Et è veſtigio Deus pro iſta illius populi electione primam ſuam electionem noua quodammodo perfecit electione, quâ arctiori eum ſibi dilectionis adſtrinxit vinculo. Ita & fidelis quæque anima quando bene vtitur primâ Dei electione, & vocatione per gratiam excitantem, vel in Baptiſmi, vel in pœnitentiæ fœdere, tunc certè primâ eligere Deum dicitur, vt ſit ſibi in Deum, vtque illius obediat legi. Id quod & ex immenſa habet Dei bonitate. Ex qua etiam bonitate fit, vt idemmet Deus ab ipſa eius electione quodammodo excitatus animam nouâ quaſi electione in ſuam eligat amicam, perficiendo æternam eiuſdem electionem in gratiæ, in charitatis exhibitione. Idque contingit & cùm animæ iuſtificatæ in virtutis ſtudio proficientes perfectiùs in dies eumdem ſibi eligunt Deum perfectiori diuinæ illius primæ electionis vſu ad quam carum electionem immediatè ſequitur perfectior, quâ Deus illas eligit electio ad excelſiorem ſuæ neceſſitudinis, & ſanctitatis gradum.

24 *Electio diuina animæ, & electio Dei ab anima diuerſimodè conſiderari poteſt.*

Quando anima tribuitur vt primò eligat Deum, tum à Deo eligatur, electionis vox ſumitur pro vſu & perfectione electionis.

f Deut. 26. 17.

g Ioan. 15. 16.

Mutua Dei & animæ electio quemodo ab inuicem deriuent in iuſtis.

At verò cùm de electione propriè ſumpta ſit ſermo, fides certè Catholica docet, primas in mutua inter Deum atque animam electione Deo dandas: [h] *Quis enim prior dedit illi, & retribuetur ei?* ait Apoſtolus. Cuius primæ Dei electionis rationem egregiè pertractat Auguſtinus cap. 20. lib. de Patientia, tom. 4. dicens: *Hanc electionem* non

25 *Electio prima propriè dicta eſt à Deo ſine nobis.*

h Rom. 11. 35.

Auguſtinus.

non præcedentium in bonis operibus meritorum, sed electionem gratiæ demonstrans Apostolus, sic inquit,[a] *Et in hoc tempore reliquiæ per electionem gratiæ saluæ factæ sunt. Si autem gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia. Hæc est electio gratiæ, id est electio qua per Dei gratiam homines eliguntur. Hæc est inquam electio gratiæ, quâ omnia bona merita præueniuntur humana. Si enim illis bonis meritis datur, iam non gratis donatur, sed debita redditur:* & post aliqua. *Propter hanc itaque gratiam*, inquit, *quæ cuncta bona merita humana præcedit, non solùm Christus ab impiis occisus est: verùm etiam pro impiis mortuus est, Et antequam moreretur non vtique iustos, sed iustificandos elegit Apostolos, quibus ait,*[b] *Ego vos elegi de mundo. Quibus enim dixit, de mundo non estis ne putarent se numquam fuisse de mundo, mox addidit. Sed ego vos de mundo elegi. Profectò vt de mundo non essent, ipsius in eos electione collatum est. Quocirca si per suam iustitiam non per gratiam eius eligerentur, non de mundo electi essent: quoniam de mundo iam non essent, si iam iusti essent. Deinde si propterea sunt electi, quia iam iusti erant, ipsi priores iam Dominum elegerant. Quis enim potest esse iustus, nisi eligendo iustitiam?*[c] *Finis autem legis Christus ad iustitiam omni credenti.*[d] *Qui factus est nobis sapientia à Deo, & iustitia*, &c. Hæc Augustinus.

a Rom. 11. 5.
b Ioa. 15. 19.
c Rom. 10. 4.
d 1. Cor. 1. 30.

26 *Electionē primam Dei sequitur bonus vsus animæ eiusdem electionis, quo illa dicitur eligere Deum.*

Quæ confirmabimus rectè ad rem nostram per ea quæ à Patriarcha Moyse Iudaico dicta sunt populo.[e] *Te elegit Dominus Deus tuus, vt sis ei populus peculiaris de cunctis populis, qui sunt super terram. Non quia cunctas gentes numero vincebatis, vobis iunctus est Dominus, & elegit vos, cùm omnibus sitis populis pauciores: sed quia dilexit vos Dominus, & custodiuit iuramentum, quod iurauit patribus vestris: eduxitque vos in manu forti, & redemit de domo seruitutis, de manu Pharaonis Regis Ægypti.*

e Deut. 7. 6.

Quibus ex verbis colligitur, tantùm abfuisse, vt in Iudaico populo fuerit quid meriti, propter quod eligi à Deo debuerit, vt adfuerint potiùs demerita; adeoque illius electionem in peculiarem Dei populum fuisse merè ex gratia, & dilectione ipsius Dei, quæ in eo exhibita est illustrior, quòd vilissimum, & in maximis constitutum miseriis elegit. Quarum miseriarum & turpitudinum catalogum videre est à principio capitis 16. Ezechielis.[f] Et quæ de Iudaico dicuntur populo facilè & cuique animæ fideli moraliter aptabis. Sicut & quæ hîc apud Ieremiam hoc ipso sensu à Domino eidem habentur, (*Et eritis mihi in populum*,) iuxta primam nimirum meam vestri electionem gratiæ primæ, (*Et ego ero vobis in Deum*,) à vobis per primæ eius gratiæ meæ vsum electus, in eo quòd iuxta Petri Apostoli consilium,[g] satagentes vos exhibueritis, vt per vestra bona opera certam vobis faceretis vocationem, & electionem.

f Ezec. 16. 1.
g 2. Petr. 1. 10.

VVLGATÆ.

Verſ. 3.] Et dices ad eos, &c.

Verſ. 4.] Quod præcepi, &c.

SEPTVAGINTA.

3. Καὶ ἐρεῖς πρὸς αὐτοὺς· τάδε λέγει Κύριος, ὁ Θεὸς ἰσραὴλ, ἐπικατάρατος ἄνθρωπος, ὃς οὐκ ἀκούσεται τῶν λόγων τῆς διαθήκης ταύτης.

4. Ἧς ἐνετειλάμην τοῖς πατράσιν ὑμῶν, ἐν ἡμέρᾳ ᾗ ἀνήγαγον αὐτοὺς ἐκ γῆς αἰγύπτου, ἐκ καμίνου τῆς σιδηρᾶς, λέγων, ἀκούσατε τῆς φωνῆς μου, καὶ ποιήσατε πάντα ὅσα ἐὰν ἐντείλωμαι ὑμῖν, καὶ ἔσεσθαί μοι εἰς λαὸν, καὶ ἐγὼ ἔσομαι ὑμῖν εἰς Θεόν.

Verſ. 3.] Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus Deus Iſrael: Maledictus homo, qui non audiet verba testamenti huius.

Verſ. 4.] Quod mandaui patribus vestris in die, qua eduxi eos de terra Ægypti, de fornace ferrea, dicens: Audite vocem meam, & facite omnia, quæcumque mandauero vobis: & eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1

Paraphrasis Chaldaica. *Et dices ad eos. Hæc dicit Dominus Deus Iſrael: Maledictus vir, qui non confirmauerit verba pacti huius.* Verſ. 4. *Quod præcepi patribus vestris in die, quo eduxi vos de terra Ægypti, ex fornace ferrea, dicens: Obedite verbis meis, & facite ea, iuxta omnia, quæ præcepi vobis: & eritis coram me in populum, & ego ero vobis in Deum.*

Verſ. 3. & 4. (*Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus Deus Iſrael: Maledictus vir, qui non audierit*, &c.)

Origenes eadem homil. 6. in Ieremiam legit, (*Et dicetis ad eos: Maledictus vir qui non audierit verba testamenti huius*, &c.) *Quis* inquit, *magis audit verba testamenti, quod mandauit Deus patribus? Nos qui in Christum credimus: an illi qui nec Moysi crediderunt, dum in Christum non credunt? Ad quos Saluator ait.*[h] *Si crederitis Moysi, crederitis vtique & mihi, de me enim ille scripsit. Si autem literis illius non creditis, quomodo verbis meis credituri estis? Nos credentes in Christum credimus testamento, quod traditum est per Moysem, & ad nos dicitur, ne maledicti simus, (Maledictus vir qui, &c.) Ergo illi maledicti sunt. Neque enim audierunt testamentum (quod mandauit Deus patribus eorum in die quâ eduxit eos de terra Ægypti de fornace ferrea:) maximè iuxta intelligentem id quod scriptum est in Apocalypsi*[i] *Ioannis, quia locus vbi crucifixus est Dominus, vocetur spiritaliter Sodoma, & Ægyptus. Si enim spiritaliter Ægyptus nominatur, & non Ægyptus secundùm intelligentiam corporalem; haud dubium quin si intellexeris Ægyptū spiritualem, & exieris de ea, tu sis egrediens de terra Ægypti, de fornace ferrea, & tibi dicitur, (Audite vocem meam, & facite iuxta hæc omnia.) Deinde repromissio Dei est ad audientes, si fecerint quæcumque præceperit Dominus, dicens: (& eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum.)*

Origen. *Testamenti verba audiūtur à Christianis non à Iudæis.*
h Ioan. 5. 46.
Iudæi sunt maledicti cū non audiant verba testamenti.
i Apoc. 11. 8.
Ex Ægypto spiritali egredimur nos fideles.

2

Non omnis, qui se populum Dei dicit esse, populus Dei est. Iudæorum populus populum se venditans Dei meruit audire, quia[k] *non populus meus vos. Nos in populum Dei facti sumus: &*[l] *annuncietur iustitia populo qui nascetur de gentibus. Iste enim populus subitò nascitur, & in Propheta scriptum est.*[m] *Si nata est gens in semel. Quando Saluator ascendit ad cælos, & crediderunt vna die*[n] *quinque millia, & alia addita sunt tria millia,*[o] *verè tunc fuit cernere populum in semel natum verbo Dei, & repentè sterilem parturientem, ad quam dicitur,*[p] *Lætare sterilis quæ non paris, &c. Quid ergo pollicetur Deus: (Eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum?) Non est omnium Deus, sed eorum tantùm, quibus se largitus est, quomodo Patriar-* che

Populus Dei non sūt Iudæi sed nos fideles.
k Ose. 1. 9.
l Psal. 21. 32.
m Isai. 66. 8.
n Act. 4. 4.
n Act. 2. 41.
p Isai. 54. 1.
Deus dicitur Deus nō peccatorum, sed iustorum.

cha illi ad quem dixit, [a] *Ego sum Deus tuus, & rursum alij, Ego Deus ero tuus, Nec non & de aliis ero inquit, Deus eorum. Putas ne aliquando consequimur id quod per singulos dico, vt Deus omniũ sit Deus noster? Si autem vis plenius discere, quorum sit Deus, & quibus vocabulum sui nominis largiatur.* [b] *Ego inquit Deus Abrahã, Deus Isaac, & Deus Iacob. Idque ipsum exponens Saluator ait:* [c] *Deus autem non est mortuorũ, sed viuorũ. Quis est mortuus? Vtique peccator, qui non habet dicentem,* [d] *Ego sum vita, qui habet mortua opera, qui nec dum pœnitentiam egit ab operibus mortuis. De quo Apostolus ait,* [e] *Nunc rursum fundamentum iacientes pœnitentiæ ab operibus mortuis. Si ergo Deus non est Deus mortuorum, sed viuentium, & scimus eum esse viuentem qui conuersatur in Christo, vt fiat particeps eius: etsi volumus, vt Deus noster sit, renunciemus operibus mortuis, vt pollicitationem suam in nobis compleat.*

a Gen. 17. 7. b Exod. 3. 6. c Matth. 22. 32. d Ioan. 14. 6. e Heb. 6. 1.

3 Hieronym. *Propter obedientiã præceptorũ Deus fit Deus noster, & nos populus illius. In Euãgelio mandatur similitudo Dei, cùm in lege mãdetur seruis obedientia.*

Hieronymus hîc in Comment. (*Maledictus vir*, &c.) *Non propter gentis priuilegia, non propter Circumcisionis iniuriam, & ocium Sabbati: sed propter obedientiam, & Deus efficitur populi Israel, & Israel populus eius. Et hic quidem quasi ad seruos loquitur, vt placeant Deo. In Euangelio verò Dominus ad discipulos,* [f] *Vos, inquit, amici mei eritis si feceritis quæ ego præcipio vobis. Iam non dicam vos seruos, quia seruus nescit quid faciat Dominus eius. Vos autem dixi amicos, quia omnia quæ audiui à patre meo, nota feci vobis. Cumque amici fuerint, de amicis transeunt in filios.* [g] *Quotquot enim receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri. Vnde amicis & filiis præcepit,* [h] *Estote perfecti, sicut & pater vester perfectus est: similitudinem imperans, non æqualitatem. Et ibi obedientia mandatorum est, hic similitudo Dei. Quodque ait, (In die quã eduxi eos de terra Ægypti de fornace ferrea,) dat nobis intelligentiam, quòd caminus, & fornax ferrea, atque succensa tribulationis, & pœna significet magnitudinem, non aliquem locum pœnæ ferri materia præparatum.*

f Ioan. 15. 14. g Ioan. 1. 12. h Matt. 5. 48. *Fornax ferrea designat pœnæ magnitudinem.*

4 Ambros. *Fornax ferrea dicitur infernus. Et tribulatio quæ peccatorẽ sine vllo fructu affligit.*

Ambrosius Serm. 20. in Psalm. 118. aliquantò post initium. *Hebræi quamdiu in Ægypto erant, in fornace erant ferrea, hoc est in fornace tentationis, in fornace afflictionis, cùm duris affligerentur imperiis. Vnde & scriptum est, (Quia eduxit eos Deus de fornace ferrea ex Ægypto) fornax erat ferrea, quia nullius adhuc in Ægypto opera virtutum plena lucebant: nullius aurum illic fuerat comprobatum: nullius plumbum iniquitatis exustum. Dura fornax, fornax mortis perpetuæ. Quam fornacem nullus poterat euadere, quæ omnes consumeret, in qua solus dolor inesset ac luctus. At verò fornax, in qua* [i] *Ananias, Azarias, Misael hymnum Deo canebant, fornax aurea illa, non ferrea, per quam toto Orbe sapientia fide deuotionis. Erat quidem etiam hæc fornax in Babylonia, vbi aurum non erat spiritale, nisi forte captiuum.* [k] *Captiuam enim Dominus duxit captiuitatem. Hoc erat aurum in Dei sanctis, qui captiui erant apud Babylonios, corpore, spiritu autem liberi apud Deum, soluti vinculis captiuitatis humanæ, iugo gratiæ spiritalis innexi. Et fortasse eadem fornax ferrea fragilibus est, aurea perseuerantibus.*

i Dan. 3. 21. *Tribulatio & purgatorium fornax non ferrea, sed aurea iustis.* k Ephes. 4. 8.

5 Theodorit. *Obedientia præceptorum facit nos dignos omnimoda Dei prouidentia.*

Theodoritus. (*Maledictus vir*, &c.) *Hoc ipsum cùm legem sanciret, addidit legi, & dixit Maledictus* [l] *omnis, qui non permanserit in omnibus quæ scripta sunt in libro legis, vt faciat ea, Pollicetur tam illo, quàm hoc rursum loco, se dignos habiturum omnimodâ prouidentiâ, qui obseruauerint mandata diuina.*

l Deut. 2. 26.

D. Thom.

D. Thomas. *Inducitur populus ad obseruandum legis pactum, Et primò proponit rationes duas, quarum primam sumit à pœna transgredientium, (Maledictus vir, &c.) & assignat iustitiam, (In die qua) quasi dicat iustum est puniri illos, qui post tot beneficia ingrati sunt (fornace) propter afflictionem, (ferrea) propter duram dominationem. Et proponit pacti formam (dicens) in quo aliquid petit, scil. obedientiam, (Audite,) & aliquid promittit, scil. diuinæ familiaritatis gloriam. (Et eritis, &c.)*

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Τάδε λέγει Κύριος. ἐπικατάρατος ὁ ἄνθρωπος, ὃς οὐκ ἀκούσεται τῶν λόγων.

Ὀλυμπιοδώρου.] ὁ Θεὸς καταρᾶται, ἀλλ' οἱ τοὺς θείους παραβαίνοντες νόμους ἑαυτοῖς ἐπισπῶνται τὰ δεινά.

[Ἐν ἡμέρᾳ ᾗ ἀνήγαγον αὐτοὺς ἐκ γῆς Αἰγύπτου.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] πῶς τῶν αἰγυπτίων * ἤκουσεν; ἵνα δείξῃ ὅτι δυνατὸν ἀκούειν, ὅταν θέλωσι. πηλὸς ἦν καὶ πλινθία, καὶ οὐδεὶς ἀντέλεγεν. ἄνεσις καὶ μάννα, καὶ ἐγόγγυζον.

* ἴσ. πῶς ὑπὸ τῶν αἰγυπτίων καὶ ταλαιπωρούμενοι, καὶ ἀπολλύμενοι ἤκουον.

Τοῦ αὐτοῦ.] ἀλλ' οὐδὲν μέγα ἐδόκει εἶναι τοῖς παχυτέροις.

[Καὶ ἔσεσθέ μοι εἰς λαὸν, καὶ ἐγὼ ἔσομαι ὑμῖν εἰς Θεόν.]

Ὠριγένους.] τοιγαροῦν ὁ ἐπαγγειλάμενος εἶναι λαὸς γέγονεν οὐ λαὸς, καὶ οἱ οὐ πρὶν λαὸς γεγόναμεν λαός. παραζηλωθεὶς γὰρ ἐπ' οὐ Θεῷ, παρεζήλωσεν αὐτοὺς ἐπ' οὐκ ἔθνει, καὶ γέγονεν ἡ δικαιοσύνη λαῷ τῷ τεχθησομένῳ, ὃν εὐλόγησεν

Vers. 3. **H**Æc dicit, &c. *Maledictus homo qui non audiet verba*, &c.)

6 Olympiod. *Maledictionẽ Dei peccator sibimet attrahit.*

Olympiodori.] *Deus maledicit, sed qui diuinas prætergrediuntur leges, sibi ipsis diras attrahunt.*

Vers. 4. (*Die quâ eduxi eos de terra Aegypti, de fornace ferrea.*)

Chrysost. *Aduersa veniunt nos Deo magis quàm prospera.*

Chrysostomi.] *Quomodo ab Aegyptiis afflicti & perditi audiebant? vt ostenderet non esse impossibile audire, si velint. Lutum erat, & lateres, & nemo contradicebat; Vacatio laborum & manna, & murmurabant.*

Eiusdem. *Maledictio Dei rudiori populo nil magnum videbatur, sicut neque magnum is esse bat nõ audire Dei verba.*

Eiusdem.] *Sed nil magnum esse rudioribus videbatur.*

Et eritis mihi in populum: Et ego ero vobis in Deum.

7 Origen. *Gentiles facti sunt Dei populus, Iudæi ab eodem Deo deficientibus.* m Deut. 32. 21.

Origenis.] *Itaque qui populus esse pollicitus fuerat, nõ populus effectus est: nosque qui priùs non eramus populus, facti sumus populus.* [m] *Prouocatus enim ad irã in eo, qui non erat Deus, prouocauit & ipse in eo qui nõ erat gens, factaque est iustitia populo*

γησεν ὁ Κύριος, περὶ οὗ φησὶν Ἡσαίας, ἡ ἐτέχθη ἔθνος εἰσάπαξ. ἐτέχθη δὲ ὅτε ἐπίστευσαν ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ πεντακισχίλιοι. μισθὸς δὲ τοῦ ἔσεσθαι αὐτῷ εἰς λαὸν, τὸ ἔσεσθαι ἡμῖν εἰς Θεόν. Θεὸς γὰρ ὢν κατὰ φύσιν, οὐ πάντων ἐστὶν κατ' ἀξίαν Θεὸς, ἀλλὰ τοῖς κατὰ τὸν πατριάρχην. ὡς, εἴπερ ἐγὼ Θεός σου, περὶ ὧν, φησὶν ἔσομαι αὐτῶν Θεός. καὶ ἐγὼ φησὶν ὁ Θεὸς Ἀβραάμ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰσαάκ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰακώβ, ᾧ ἐπιλέγει ὁ Χριστός, Θεὸς δὲ οὐκ ἔστι νεκρῶν, ἀλλὰ ζώντων. νεκρὸς δὲ πᾶς ἁμαρτωλὸς, οὐκ ἔχων τὸν εἰπόντα, ἐγώ εἰμι ἡ ζωή.

A *pulo nascituro,*[a] *cui Dominus benedixit, de quo Isaias aiebat,*[b] *Næ nata est gens tandem, Nata est autem cum*[c] *vno die quinque millia crediderunt. Merces autem quòd futurus sit ipsi populus, quòd futurus ille sit nobis in Deum. Cùm enim naturâ Deus sit, non tamen omnium est secundùm dignitatē Deus, sed his qui Patriarchæ similes sunt. Sicut illud,*[d] *Si ego Deus tuus de quibus ait, Ero ipsorum Deus, Et ego,*[e] *inquit, Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob, cui subiunxit Christus, Mortuorum autem Deus non est: sed viuentium, quisque verò peccator mortuus est cùm in se, eum qui dixit*[f] *Ego sum vita, minimè contineat.*

a Isai. 61. 9. b Isai. 66. 8. c Act. 4. 4. *Populus Dei sunt illi quibus is est Deus. Deus & si natura, & quoad se sit Deus omniū, ex defectu tamen pluriū hominum non est Deus omniū quoad gratia dignitatem.* d Malac. 1. 6. e Matth. 22. 32. *Peccatoris vt mortui nō dicitur Deus.* f Ioan. 14. 6. k Deut. 29. 12.

Verſ. 5.] Vt ſuſcitem iuramentum, quod iuraui patribus veſtris daturum me eis terram fluentem lacte & melle, ſicut eſt dies hæc. Et reſpondi, & dixi. Amen Domine.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

g *Vt ſuſcitē iuramentum, quod iuraui patribus veſtris, daturū me eis terram fluentē lacte, & melle.*

Nunc[g] *vel ob id obedientia vos dedite ſeruituti, meæ obtēperantes voci, meaque implentes mandata, vt iuramētum patribus veſtris à me præſtitum, ſed veſtris iam ſceleribus effectum irritū & vobis renouem, & quaſi intermortuum exſuſcitem, & reuiuiſcere faciam. Iuramentū inquam quo iuraui, vberrimam me vobis præſtiturum promiſſionis terram adeo rerum omnium feraciſſimam, vt manare dicenda ſit lacte, melle, & pinguibus, dulcibuſque vniuerſis.*[h] *Iuramentum quod quantum ex parte mea eſt, ita ſemper eſt, eritque firmum, atque perenne, ſicut firma, & perennis eſt diei huius continuata ſucceſſio.*[i] *Quibus auditis, iſtamque iuramenti, & pacti renouationem & confirmationem approbans & ipſe eiuſdem Dei Propheta, reſpondi, & intuli, Verè ita eſt Domine, ſicut locutus es. Quin & ad primam, quam populo referendam dixerat maledicti propoſitionem iis qui pacto non ſteterint, legique eius non obtemperarint, pro toto ipſo populo reſpondi, & dixi. Ita fiat Domine, ſicut dicis, vt maledictus ſit omnis qui non audierit verba pacti huius. Sicut & optanter ad exhibitam pacti, & iuramenti promiſſionem reſpondi, fiat Domine, maneatque ſemper quod pollicitus es.*

h *Sicut eſt dies hæc.* 1 i *Et reſpōdi, & dixi; Amē Domine.* 2 3

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVS MORALES.

1 Vt ſuſcitem iuramentū, &c. In his aliam Deus affert rationem Iudæos excitantē ad præexpoſiti pacti obſeruationem, & ad prædictam illos pertrahentem ſeruitutem, præmium vberrimæ, & feraciſſimæ terræ. Quam terrā cum iuramento pollicitū ſe ait eorum patribus, Abraham, vt habetur in lib. Geneſ. 22. 16. Iſaac Geneſ. 26. 4. & Iacob Gen. 28. 13. Habet autem magnam vim, quòd non ait ſimpliciter, (*Vt impleā iuramentum*, &c.) Sed, (*Vt ſuſcitem iuramentum,*) ſignificat enim, ſe iuramentum illud, quod ſanctis quidem patribus exhibitum fuerat, ſed propter filiorum eorumdem patrum peruerſitatē irritum erat iam redditū, amiſſo ab illis iure ad promiſſam cū iuramento terram, cum ipſiſmet renouaturū, ne vel minima eorum cuiquam irrepere queat ſuſpicio, eſſe vetus illud iuramētum penitus antiquatum; Quam intelligentiam colligo ex lib. Deuteron. vbi Moyſes hæc ad Iudaicum ipſum habet popu- B lum,[k] *Vt trāſeas in fœdere Domini Dei tui, & in iuramento quod hodie Dominus Deus percutit tecū.* Suſcitare iuramentū alij poſitum hîc dicunt tantùm pro confirmare, & implere iuramentū, Ac ſi dicatur, Vt confirmem, & re, ipſam perficiam, aut, Vt faciam reuiuiſcere quod quodāmodo intermortuū eſſe videbatur. *Dederat*, ait Andreas Cappella, *vt promiſerat Deus terrā promiſſionis, quod ſignificat, (Sicut eſt dies hæc,) i. quemadmodū præſens dies demōſtrat, poſſidetis enim terrā promiſſam ſed confirmare dicitur promiſſionem, dum eos in poſſeſſione cōſeruat, quod eā conditione facturum promiſerat, ſi ipſi legem ſeruaſſent.* Hoc dictum putat Hugo Card. quia terra ipſa C proſperitatis, & fertilitatis quodammodo irrita facta erat meritis eorum exigentibus: Terra enim ſæpe fuerat ſterilis præ eorum peccatis. Hebraicum verbum quod hoc loco noſter Interpres vertit, (*Vt ſuſcitem,*) tam Sept. quàm recentiores Interpretes, (*Vt ſtatuam*) reddunt, Vatablus autem, *Vt confirmem*, ſeu vt præſtem.

Suſcitare iuramentum quid ſit. *And. Cappel.*

2 (*Daturum me eis terram fluentem lacte, & melle.*) Conueniūt omnes, pollicitationem hāc eſſe terræ promiſſionis, quæ hac frequentiſſimè deſcripta reperitur periphraſi ad maximam illius deſignandam vbertatem. Et quidem Ioannes Pineda in verſ. 17. cap. 20. Iob, iure optimo hanc regionis D eius feracitatem ſic deſcriptam ait, quòd lac potiſſimùm flueret, atque mel: quia cùm ſponte in montium, & arborum cauernis mellificarēt apes, mel etiam tāquam ex occulta ſcaturigine efflueret: & cùm pecorum vbera nimium diſtenta lacte diſtillante terram perfunderent, & madefacerent, lacte & ipſa fluere videretur. Meliùs tamē dices, periphraſim iſtam eſſe hyperbolicam, dictaque hæc eſſe per hyperbolem, quomodo & in libro Iob ſanctus ille vir ait,[l] *Quando lauābam pedes meos butyro, & petra fundebat mihi riuos olei*, quibus ſimilibus hyperbolis vſos & prophanos probant E hîc Hieronymus & alij.

Terra promiſſionis cur dicta fluens lacte, & melle. Ioan. Pineda. l Iob 29. 6.

3 (*Sicut eſt dies hæc.*) Apud omnes quotquot vidi expoſitorum verba iſta ſic iungūtur cum iis quæ proximè præceſſerūt, *daturum me eis terram fluentem lacte, & melle*: vt ſenſus ſit, ſicut experimento nunc eius probatis terræ feracitatem; ſeu ſicut hodierno die etiam fluit; quod ideo dicere videtur, vt excitet eorum deſiderium, ait Maldonatus: Vel quemadmodum præſens dies demonſtrat, me iuramentum dandi vobis vberrimām eam terram impleſſe; poſſidetis enim terram promiſſam. Et communi huic exponendi rationi fauent recentiores ex Hebræo verſiones cùm & Sanctes Pagninus, & Regia legant, (*Secundùm diem hunc.*) Et Vatablus, (*Vt hæc dies teſtatur.*) Quam Vatabli lectionem, ſeu potiùs Hebraicæ

Ioan. Mald.

Dies perpetua ſucceſſionis ſimilitudine probata ſtabilitas promiſſionis, & iuramenti Dei.

Hebraicæ lectionis ad verbum,(*Vt dies hæc*)explicationem admittit & verſio Sept. καθὼς ἡ ἡμέρα αὕτη. (*Sicut dies hæc.*) Cæterùm tametſi hæc exponendi ratio prædictis ſat rectè aptetur lectionibus; noſtræ tamen Vulgatæ nullatenus eam crediderim congruam propter verbum ſubſtantiuum,quod non tam terræ fluenti lacte, & melle, aut illius tribuitur promiſſioni, quàm ipſimet diei,(*Sicut eſt dies hæc*)in recto,aliàs enim in ſeptimo caſu diceretur, *Sicut eſt die hac*, niſi admodum violenter velimus ſubintelligi participium aliquod, ac ſi dicatur. Sicut eſt dies hæc ſcilicet conteſtans,aut quid ſimile.

4 Faciliùs ergo, & pace expoſitorum reliquorum, meo tenui iudicio veriùs dicendum, verba iſta referenda ad Dei iuramentum, ad illius nimirum ſtabilem,& perpetuam, quantum ex parte Dei eſt, comprobandam firmitatem ſimilitudine perennis dierum, ſucceſſiuique temporis firmitatis. Quod probo ex ſimili ſententia quam in libro Deuteronomij reperio,vbi in cap.11.hæc leguntur. [a] *Terra quam iurauit Dominus patribus tuis, vt daret eis, quamdiu cælum imminet terræ.* Quod in Hebræo eſt, *Sicut dies cæli ſuper terram.* Et in libro Eccleſiaſtici cap. 45. vbi de pacto agitur æterni ſacerdotij inito cum Aaron, eiuſque ſemine,in quo & Ieſus Chriſtus includebatur,ſic pariter legimus, [b] *Factum eſt illi in teſtamentum æternum, & ſemini eius ſicut dies cæli.* Neque verò moleſtiam cuiquam ingerat, Quòd hoc loco nec cæli vlla ſit mentio, nec in plurali dies, prout in iis quæ mox citata ſunt, aliiſque locis habetur, nam frequens haud dubium eſt, in ſcriptura ſacra perennitatis ſimilitudinem è cælo ſumere; & dies in plurali ipſam etiam apud prophanos ſucceſſionem continuam deſignat temporis. Eſt enim apud Ieremiam noſtrum iſtiuſmodi perennitatis pacti diuini conteſtatio abſque vlla cæli commemoratione,& diei nomine item in ſingulari, in cap. 33. vbi dicitur. [c] *Si irritum poteſt fieri pactum meum cum die, & pactum meum cum nocte, vt non ſit dies,& nox in tempore ſuo, & pactum meum irritum eſſe poterit cum Dauid ſeruo meo, vt non ſit ex eo filius, qui regnet in throno eius,*&c. iuxta illud videlicet Pſalmi 88. [d] *Et ponam in ſæculum ſæculi ſemen eius, & thronum eius ſicut dies cæli.* Hunc ſenſum rectius & originalibus tribues lectionibus Hebr. & Gr. Sept. quæ ad verbum ita reddi debent,*Sicut dies hæc.*

a Deut. 11. 21.
b Eccleſ 45. 19.
c Ierem. 23. 20.
d Pſal. 88. 30.

5 *Et reſpondi, & dixi: Amen Domine.*) Supra in Verſ. 19. capitis tertij vidimus in verſione Sept. Prophetam noſtrum in medio inſignium quæ enarrabat Dei promiſſionum Iudaico populo præſtitorum ſimilem interpoſuiſſe ſententiam,*Et dixi, fiat Domine.* Quomodo & hîc legitur (*Et reſpondi,& dixi* γένοιτο κύριε. *Fiat Domine.*) Confirmationem nimirum prædictorum quæ Dominus pollicitus fuerat, ſe optare vtrobique ſignificans. Noſter interpres hoc loco, ſicut & alibi ſæpius Hebraicam ſeruauit dictionem Amen,quę deducitur à verbo אמן *aman*, Credere, certum eſſe dictis, vel promiſſis acquieſcere, & ſumitur aliquando vt nomen veritatem deſignans,vt Iſai. 25. [e] *Cogitationes fideles Amen*, id eſt veritatis, & 65. [f] *Benedicetur in Deo Amen*, id eſt veritatis, adeoque ipſimet tributum reperitur Deo,ſicut & veritatis vocabulum,vt Apoc.3.[g] *Hæc dicit Amen teſtis fidelis, & verus*: aliquando verò aduerbialiter pro verè: Sæpiùs vt particula interiectionis, vel affirmantis, & approbantis, vel deprecantis, vel etiam optantis. Quorum omnium paſſim reperies exempla: neque enim circa illius vim longiùs agere intendo, cùm vix ſacrum reperire ſit auctorem apud quem de ea non habeatur tractatus. Hoc ſanè loco vt particulam confirmantem libenter ipſam accipio, ac ſi dicatur, Confirmationem diuini iuramenti, ac pacti allatâ perennitatis temporis ſimilitudine factam, approbans & ipſe eiuſdem Dei Propheta reſpondi & dixi, verè ita eſt Domine,vt locutus es.

Dictionis Amen multiplex ſignificatus.

e Iſai. 25. 1.
f Iſai.65.16.
g Apoc.3,14.

6 Diuerſimodè nihilominus, & æquè bene aliter exponi eadem ſic poſſunt, vel vt hæc reſponſio referatur ad principium iſtius ſermonis Domini, in quo tota eſt ſermonis eiuſdem directa ſeries ad id inquam quod in verſ.3. dictum vidimus, *Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus Maledictus vir, qui non audierit verba pacti huius.* Sicut enim in eorum expoſitione aſſeruimus, prædictam maledicendi rationem eſſe ei ſimilem, ſeu illam referre quæ habetur in cap. 27. Deuteron. Ita & hoc quoque loco reſpondiſſe, Amen, Prophetam dicendum eſt totius populi nomine, qui ibidem & ad maledictiones ſingulas, & in fine capitis ad maledictionem generalem contra eos qui diuinam non ſeruaſſent legem, reſpondit, Amen. Ac ſi hîc dicatur. Et reſpondi,Ita fiat Domine,ſicut dicis, vt maledictus ſit, qui non audiuit,&c. Sic fieri æquum eſt. Vel, vt hæc per modum precis dicta ſint. Et reſpondi, ſemper maneat Domine quod dediſti; Semper maneamus in hac terra, de quâ mox ſermo habebatur, nobiſque ſit promiſſorum bonorum copia. Singulariter Ioannes Maldonatus eamdem reſponſionem refert ad id quod dicebatur in Verſ. 2. *Audite verba pacti huius, & loquimini*, &c. *Et dices ad eos*, &c. vt ſenſus ſit, & reſpondi ego Propheta,& dixi,Amen,id eſt, faciam quod iuſſiſti, hæc dicam viris Iuda,& habitantibus Ieruſalem.

Io. Maldon.

Verſ. 5.] Vt ſuſcitem iuramentum, quod iuraui,&c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

7 SI tanta in Pauli corde exarſit erga proximum charitas, taleque ſalutis omnium & deſiderium, & ſtudium vt aliquando in ea proruperit verba, [h] *Omnibus omnia factus ſum, vt omnes facerem ſaluos.* Haud profectò cuiquam in dubium venire debet, multò maius Deo ſemper extitiſſe ſalutis hominum vniuerſorum deſiderium,ſollicitumque eius procurandæ ſtudium, cuius mediâ cordis charitate conſtratâ propter filias Ieruſalem legimus, & de quo per Paulum ipſum dicitur, [i] *Deus vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.* Omnibus propterea tantùm conferens diuini ſui auxilij,quantò vnuſquiſque ſaluari poſſet, ſi vellet. Tametſi nihilominus innumeri ſint qui minimè ſaluantur, ipſiſmet culpa ſua omni Dei ope abutentibus,irritaſque ſibi propterea reddentibus eiuſdem Dei promiſſiones patribus factas cæleſtis hæreditatis. Quòd à ſancto Ieremia altis vocibus proteſtandum voluit in ſubſequentibus, cùm ei dicet, *Vociferare omnia verba hæc*,&c. *Quia conteſtans conteſtatus ſum patres veſtros*, &c. *Et non audierunt*, &c.Vt habes in verſ.6.7.& 8.[k] *Quid* inquit Apoſtolus,*ſi quidam illorum non crediderunt? Numquid incredulitas*, cæteraque peccata *illorum fidei*, id eſt fidelitatem *euacuabit*,id eſt,inanem, & euanidam reddet? *Abſit: Eſt autem Deus verax*, [l] *omnis au-*

Dei charitas in homines tanta,vt omnium velint ſalutem omnibus auxilium det ſufficiens.
h Cor.9.22.
i Cant 3.10.
Dei charitas iſta non obfuſcatur per id quod plures hominum propriâ culpâ non ſaluantur.
k 1. Tim. 2. 4.
l Rom. 3. 3.
m Pſal. 115. 2.

tem homo post naturam corruptam *mendax*, id est A propensus ad mendacium, omnemque errorem, *sicut scriptum est*, [a] *Vt iustificeris in sermonibus tuis*, id est, Vt iustus appareas in seruandis quantum ex parte tua est, promissionibus, quotiescumque & ex parte hominum pacti seruatæ sint conditiones, *Et vincas cùm iudicaris*, id est, & cùm à blasphemis arguêris infidelitatis quòd reprobis irritæ tuæ factę sint promissiones cælestis patriæ, superior eorum sis blasphemiis. Vel magis ad rem nostram, sicut scriptum est à Dauid admissi sceleris pœnitentiam agente, Vt iustificeris Domine, fidelisque & verax manifestêris in iis im- B plendis sermonibus tuis, quibus remissionem peccatorum verè pœnitentibus, deperditamque eis gratiam pollicitus es, & in veracitate, ac benignitate superiorem te blasphemantium omnium exhibeas calumniis.

a Psal. 50. 6.

8

Eligere, & electionis voces dicuntur de prædestinatis ad gloriam.

Hocque illud est, quod hoc loco ipsemet subindicat Dominus, dum suum antiquissimum commemorans iusiurandum suscitandi vtitur verbo, (*Vt suscitem iuramentum.*) Quòd videlicet à plerisque fidelium propter ea, quæ admisissent delicta quasi mortuum redditum eis esset. Est autem hîc notandum, dicta ista moraliter su- C menda pro iis, quibus te ipsa id implendum est iuramenti promissæ fœlicitatis æternæ. Enimuerò cùm vsu iam in Ecclesia sacræ scripturæ consono receptum sit, vt eligendi, & electionis voces de iis prædicentur, qui efficaciter prædestinati electi dicuntur ad promissam obtinendam gloriam, iuxta id Euangelij. [b] *Multi sunt vocati pauci verò electi.* Vt firmitas istiusmodi eorum electionis contestata omnibus esset, humano more promissioni & iuramentum Deus adiunxisse se ait. Quod & frequenter, cùm opus fuerit, suscitet & quodammodo renouet, dicens, *Vt suscitem* D *iuramentum*, &c. In quorum explicationem faciunt quæ ab Apostolo in epistola ad Hebræos fidelibus sic habentur. [c] *Cupimus vnumquemque vestrûm ostentare sollicitudinem ad expletionem spei vsque in finem: vt non segnes efficiamini: verùm imitatores eorum, qui fide & patientiâ hæreditarunt promissiones. Abraha namque promittens Deus, quoniam neminem habuit per quem iuraret, iurauit per semetipsum, dicens: Nisi benedicens benedicam te, & multiplicans multiplicabo te, & sic longanimiter ferens adeptus est repromissionem. Homines enim per maiorem sui iurant: & omnis controuersia eorum finis, ad* E *confirmationem est iuramentum. In quo abundantiùs volens Deus ostendere pollicitationis hæredibus immobilitatem consilij sui, interposuit iusiurandum, vt per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri Deum*, promissionem scil. & iuramentum, *fortissimum solatium habeamus, qui confugimus ad tenendam propositam spem*, id est rem speratam, *quam sicut anchoram habemus animæ tutam, ac firmam.* Circa quæ plurima sanè essent, quæ libenter perpenderem, nisi ad alia properarem Prophetæ nostri.

b Matth 20. 16

Ad istam electionis huius firmitatem signandum Deus iuramentum interposuisse, & renouasse se ait.

c Hebr 6. 11.

9

Terra promissionis typus calestis patriæ.

Cælestis patria dicta fluens lacte, & melle quia in ea est fruitio diuinitatis, & humanitatis Christi.

(*Daturum eis terram fluentem lacte, & melle.*) F Celeberrimum sacrarum literarum peritis est promissionis terram cælestis patriæ typum extitisse, ideoque & hæreditatis nomine insignitam, quod illius possessio non nisi post mortem adeatur. Cur autem & hac periphrasi ipsa describatur patria cælestis, hanc affert rationem Hugo Cardinalis, quia suos habitatores satiat lacte humanitatis, & melle diuinitatis. [d] *Hæc est enim vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum.* Mel enim est de rore cæli,

Hug. Card.

d Ioan. 17. 3.

atque de floribus, lac autem de terræ nascentibus. Cui rationi duas adderem alias. Quia in ea copiosissimus est dulcedinis cibus, & is quem labore actionum, ac passionum sibi operati sunt in hoc sæculo qui vitæ indulgent actiuæ, iuxta illud, [e] *Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, quem filius hominis daturus est vobis.* Magnis enim laboribus, multaque tolerantes, & in itineribus quæ peragunt, & in frigore ac æstu, & in vehementium ventorum impulsibus, & in pondere oneris materiæ hinc, & inde è floribus collectæ fabricant sibi apes & fauos in domum, & mella in cibum tametsi re vera cibum illum mellis è cælo defluxum habeant, prout gloriæ dulcedo ipsa beatis à Deo propter opera bona exhibenda est, vt ex præcitatis colligitur verbis in quibus *operamini* dicitur *cibum*, &c. sed illico additur, *quem filius hominis daturus est vobis.* Et alter quem vitæ indulgentes contemplatiuæ, instar pecudum quæ in vberrimis pascuntur pascuis, ex sacrarum literarum lectione, ex vitæ & passionis Domini Iesu meditatione, necnon & ex cælestium, ac diuinorum quorumcumque contemplatione copiosissimum operantur lac, quo in cælesti patria vbera primùm suæmet pascant mentis, tum & ipsam mentis suæ dulcedinem aliis fluentis instar lactis communicent, iuxta mutuam illam quæ in cœlis est beatorum communionem: de qua in Psalmo legimus, [f] *Cuius* cælestis scil. Ierusalem *participatio eius in idipsum.* Constat autem ex naturali Philosophia, lac primum inseruire pro nutrimento vberum, sicut & Chilum pro nutrimento stomachi, & sanguinem impurum pro nutrimẽto hepatis, depuratum verò pro nutrimento cordis. De hoc lactis cibo id intellige quod de vita contemplatiua ait Dominus, [g] *Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.*

Et quia in ea habent fructũ suum & qui vitæ actiuæ, & qui contemplatiuæ indulserunt.

e Ioan. 6. 27.

f Psal. 121. 3.

g Luc. 10. 24.

10

Cœli Patria dicitur fluens lacte, & melle quia & perfectiores, & minus perfecti beatorum ad societatem congruo cuique fruentur fœlicitatis gradu.

Quòd si ista ratio subtilior fortasse videatur, En tertiam porrigo. Mel cibus est grandioribus aptior quàm paruulis, multóque est lacte dulcius, ita vt in libro Ecclesiastici propterea quòd primas inter vniuersa habet dulcia, [h] *initium* appelletur *dulcoris.* Lac verò cibus est ex natura sua paruulorum, sed & ei tanta inest dulcedo, vt ad maximam designandam dulcedinem & ipsum adhibere sacræ soleant paginæ, prout apud Ioelem, [i] *Stillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lacte.* Porrò quia in cælesti patria distinctio inter beatos erit perfectionis, & sanctitatis, aliis quoad merita perfectioribus, aliis præhabitæ vitæ merito quidem paruulis, æternâ tamen gloriâ dignis, iuxta illud Domini, [k] *In domo patris mei mansiones multæ sunt.* Quòd & Apostolus apertiùs confirmauit dicens: [l] *Alia claritas solis, alia claritas lunæ, & alia claritas stellarum, Stella enim differt à stella in claritate. Sic & resurrectio mortuorum.* Ideo in cælesti eadem patria, & mel futurum esse dicitur in cibum perfectiorum, & lac pro minus perfectis. At ne cuiquam aliquid propter hanc gloriæ disparitatem vel in mente exoriatur offensionis, quasi in beata illa terra quidpiam esse queat inuidiæ, & perturbationis ex parte minus perfectorum, vbi tamen omnia peccata, & omnia charitas, bene tam melle, quàm lacte fluens ea dicitur, vt summa pro quocumque beatorum ordine designetur dulcedinis, & gradus gloriæ abundantia, quâ vnusquisque iuxta propriam capacitatem in iugiter manantibus voluptatum fluminibus exsaturari queat, & inebriari, iuxta illud Psalmi, [m] *Satiabor, quum apparuerit gloria tua.*

h Eccl. 11. 3.

i Ioel. 3. 18.

k Ioan. 14. 2.

l 1. Cor. 15. 41.

In cœli patria nulla æmulatio in beatis, & si dispar sit inter illos gloriæ gradus.

m Ps. 16. 15.

a Psal. 30. 20.

tua. Et [a], *Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ, quam abscondisti timentibus te. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ: & torrente voluptatis tuæ potabis eos.* Hæc verò præcedentium optima est ratio, cur cælestis illa patria hoc insigniatur vocabulo, Terræ fluentis lacte, & melle: vt copiosissima, quæ in illa est exprimatur dulcedo, & voluptatum plenissimus cumulus: vt ex literæ patet sensu. Cur autẽ perfectissima illa fœlicitas quæ per visionem diuinæ est essentiæ metaphora potius explicata hoc loco sit rerum comestibilium, ac si beati sensu ea potirentur gustus, atque comestionis, pluribus explicasse me recolo rationibus in Comment. super verba illa Cant. [b] *Comedite amici, & bibite,* &c. Expositione 3. sensu 3.

Cæli patria dicta terra fluens lacte & melle ob summam fœlicitatis, dulcedinisque copiã.

b Cant. 5. 1.

Circa ea quæ habentur in vers. 6. 7. & 8. non est quod hîc in moralibus detineamur. Vide quæ diximus in locis citatis in præcedenti literæ expositione.

VVLGATÆ.

Vers. 5.] Et suscitem iuramentum, &c.

SEPTVAGINTA.

Ὅπως στήσω τὸν ὅρκον μου, ὃν ὤμοσα τοῖς πατράσιν ὑμῶν, τοῦ δοῦναι αὐτοῖς γῆν ῥέουσαν γάλα, καὶ μέλι, καθὼς ἡ ἡμέρα αὕτη. καὶ ἀπεκρίθην, καὶ εἶπα, γένοιτο κύριε.

Vers. 5.] Vt statuam iuramentum meum, quod iuraui patribus vestris, daturum me eis terram fluentem lacte, & melle, sicut est dies hæc. Et respondi, & dixi: Fiat Domine.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1

PARAPHRASIS Chaldaica. *Vt confirmem iuramentum quod iuraui patribus vestris, quod darem eis terram producentem lac & mel, sicut est dies hæc: Et respondi, & dixi: Amen Domine.*

Vers. 5. (*Vt suscitem iuramentum,* &c.)

Origenes vbi supra, homil. 6. *Obserua quid dicat, (Statuam iuramentum, quod iuraui patribus vestris, dare illis terram fluentem lac, & mel.) Hæc enim non est terra, quam pollicitus est Deus,* [c] *terra fluens lac & mel. Sed illa est terra, de qua Saluator docuit, dicens:* [d] *Beati mites: quoniam ipsi possidebunt terram. Deinde ad hæc quæ dixerat Deus, Propheta respondit, id est, ad id quod ait, (Maledictus homo, qui non audierit verba testamenti huius,) Et dicit, (Et respondi, & dixi: fiat Domine,) Quid est quod ait, (fiat Domine?) Vtique id quod pronunciauit Deus, (Maledictus homo, qui non audierit verba testamenti huius.)*

Origen. *Cælestis patria dicta terra fluẽs lacte, & melle.*

c Exo. 3. 17.
d Matt. 5. 4.

Hieronymus. (*Vt suscitem,* &c.) *Patres videntur accipere, quando accipiunt filij, & Abrahæ promissio completur in posteris. Terram autem lacte, & melle manantem Hyperbolicè debemus accipere, pro omnium rerum abundantia, vt est illud, Mella fluant illi, ferat & rubus asper amomum. Et iterum. Et passim riuis currentia vina repressit. Aut certè tropologicè, Terram lacte, & melle manantem, Christi Ecclesiam sentiamus, in qua paruuli, atque lactentes educamur per fidẽ, vt possimus solidum cibum capere, (Et respondi, & dixi: Amen Domine,) Pro quo Sept. (fiat Domine) hoc enim significat, transtulerunt. Dixerat Dominus. Iuraui patribus vestris daturum me eis terram lacte, & melle manantem, sicut rebus ipsis hodie comprobatur: Propheta diligens populum suum occupat vocem Domini, & cupit vera esse, & in perpetuum permanere quæ data sunt: Vnde ait: Verè Domine implesti, quod pollicitus es: Siue fiat Domine, hoc est. Semper maneat quod dedisti.*

Hieron. *Terra dicitur fluẽs, lacte, & melle hyperbolicè propter abundantiã.*
Virgil. in Bucolic. eclo. 3.
Ecclesia dicta terra fluens lacte, & melle.
Amen, *dictio confirmãs, & deprecans.*

D. Thomas. *Secundam rationem sumit ex præmio obseruantium, (Vt suscitem) quia iam quasi periit captiuitate imminente (lacte) propter abundantiam animalium, (melle) propter abundantiam terræ nascentium. Vel hyperbolicè, In his duobus abundantia omnium bonorum designatur: Tum ponitur prophetiæ assensio, (Et respondi, Amen,) id est, Verè fecisti quod promisisti: Vel, fiat hoc quod promittis.* [e] *Deut. 27. Et dicent omnis populus. Amen.*

D. Thom.

e Deut. 27. 26.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΟΠΩΣ στήσω τὸν ὅρκον μου, ὃν ὤμοσα τοῖς πατράσιν ὑμῶν τοῦ δοῦναι.

Ὠριγένους.] τῶν γὰρ ἀπογόνων λαμβανόντων, οἱ πατέρες ἔλαβον, οὕτω καὶ ἡμῶν βασιλευόντων, Χριστὸς βασιλεύει. σημειοῦνται δέ τινες, ὅτι στήσω λέγει, ὡς μηδέπω δεδωκώς, οὐ γὰρ περὶ τῆς αἰσθητῆς, ἀλλὰ περὶ ἧς φησὶν ὁ σωτήρ. μακάριοι οἱ πρᾳεῖς, ὅτι αὐτοὶ κληρονομήσουσι τὴν γῆν.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὕτω καὶ ἐν τῇ καινῇ ποιεῖ, ἐξείλετο ἡμᾶς δουλείας χαλεπῆς, καὶ τυραννίδος ἀφορήτου, καὶ δεινῆς, οὐδὲ καλέσασιν αὐτὸν, οὐδὲ δεηθεῖσιν αὐτοῦ ἔδωκε νόμον. καὶ πάλιν ὑπισχνεῖται δώσειν βασιλείαν οὐρανῶν. [τοῦ δοῦναι αὐτοῖς γῆν ῥέουσαν γάλα, καὶ μέλι.]

Ὀλυμπιοδώρου.] πρὸς μὲν ἱστορίαν τὴν παλαιστίνην, πρὸς δὲ διάνοιαν τὴν ἐκκλησίαν. γάλα μὲν ποτίζουσα τοὺς ἀρτιφύτους, μέλι δὲ τοὺς δυνα-

2

Vers. 5. VT statuam iuramentum meũ, quod iuraui patribus vestris daturũ, &c.

Origenis.] *Posteris enim recipientibus receperunt Patres, sic & Christus regnat, nobis regnantibus. Quidam autẽ notant quòd statuam ait, quasi nondum dederit. Non enim intelligit corpoream hanc, sed de qua Saluator dixit Beati mites quoniam ipsi hæreditabunt terram.*

Origen. *Filiis recipiẽtibus recipiũt & Patres. Regnantibus nobis regnat & Christus.* Matth. 5. 4.

Chrysostomi.] *Ita & in nouo facit testamẽto, eruit nos à dira seruitute & tyrannide graui, ac minimè tolarabili: qui nec vocabamus ipsum, nec rogabamus, legem dedit. Tandemque regnum cælorum se traditurum promittit, (Daturum me eis terram fluentem lacte & melle.)*

Chrysost. *Beneficia quæ per Christum à Deo nobis collata fuere, tria potissimum.*

Olympiodori.] *Si historiam spectes, Palæstinam: si sensum, Ecclesiam, Quæ lacte potat recenter natos, mel verò iis dat qui perfectionis discipli-*

Olympiod. *Ecclesia terra fluens lacte, & melle.*

δυνάμενοι ἀπογεύσασθαι τῶν τελειοτέρων μαθημάτων. [καθὼς ἡ ἡμέρα αὕτη. καὶ ἀπεκρίθην, καὶ εἶπα, γένοιτο Κύριε.]

Ὀλυμπιοδώρου.] τὴν θεοφάνιον ἡμέραν τοῦ σωτῆρος ὁ προφήτης προβλέπει, καθ' ἣν ταῦτα τοῖς πιστοῖς δέδοται. ἣν καὶ εὐχόμενος παραγενέσθαι, φησὶ γένοιτο Κύριε.

A *ciplinæ gustum habere possint, (Sicut est dies hæc. Et respondi, & dixi: fiat Domine.)*

Olympiodori.] *Diem, quâ Deus mortalibus apparuit præuidet Propheta, quâ hæc fidelibus tributa sunt, Quæ vt adueniat supplicibus verbis deprecatur inquiens, Fiat Domine.*

Olympiod. *Christi aduētus & redēptionis diem præuidens Ieremias, pro illo deprecatur.*

Vers.6.] Et dixit Dominus ad me: Vociferare omnia verba hæc in ciuitatibus Iuda, & foris Ierusalem, dicens: Audite verba pacti huius, & facite illa.

Vers.7.] Quia contestans contestatus sum patres vestros in die, quâ eduxi eos de terra Ægypti vsque ad diem hanc, manè consurgens contestatus sum, & dixi: Audite vocem meam.

Vers.8.] Et non audierunt, nec inclinauerunt aurem suam, sed abierunt vnusquisque in prauitate cordis sui mali: & induxi super eos omnia verba pacti huius, quod præcepi vt facerent, & non fecerunt.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Et dixit Dominus ad me vociferare omnia verba hæc in Ciuitatibus Iuda, & foris Ierusalē, dicens: Audite verba pacti huius, & facite illa.

PORRO[a] qui de populi salute sollicitus quàm maximè extitit semper, dictis hæc adiecit, ad prædicandum iterum me impellens, ac dicens, Heus tu perambula vniuersas Iudeæ Ciuitates, & vniuersa hac voce elatâ vociferare verba, quæ veluti in libro à me tibi exhibito legens sic clamabis, Audite externis, internisque auribus præcepta fœderis huius, quod in legis exhibitione initum fuit, eaque & opere implete: Atque hæc clamabis præsertim in plateis ac foris Regiæ Ciuitatis Ierusalem.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *Dei sollicitudo in procurāda Iudaici populi salute.*

ET *dixit Dominus ad me*, &c.] Qui in procuranda Iudaici populi salute maximè semper extitit sollicitus, iterum, iterumque Ieremiam ad id pariter excitasse nunc dicitur, sicque excitasse, vt modum rationemque illi exhibuerit eius muneris cumulatè exequendi, nimirum vt singulas Iudææ perambularet Ciuitates, in iisque elatâ prædicaret voce, vt ipsius legem nedum externis audirent auribus, sed & facto implerent: atque id in primis vociferaretur in foris, ac plateis Regiæ Ciuitatis Ierusalem. Egisse me recolo in vers.2. capitis secundi de Hebraico, quod hîc est verbo קרא *kara* significante, & clamare, ac vociferari, & prædicare, prout hîc redditur à Pagnino, Regia, & Vatablo, nec non & legere, prout legunt Sept. Vbi & explicaui, quàm rectè Prophetis legendi verbum competerer, quum verba referent Domini: De Hebraica quoque voce חוץ *hutz* egi sæpius, quæ & aduerbialiter poni solet pro foras & extra, quo sensu & hîc illam sumpsêre Sept. eam vertentes ἔξωθεν & secundùm aliquos expositorum noster etiam interpres, vt (*foris Ierusalem*) sit, in suburbanis, in Ciuitatibus, & oppidis circumuicinis, seu in agro Ierusalem. Et vt nomen substantiuum designans plateam & forum, quo significatu ea

B hoc loco sumpta est quando & cum præpositione, & in numero plurali sit behutzoth adeoque & bene à Chaldæo, & à recentioribus interpretibus redditur, (*Et in plateis,*) vnde & in Vulgata subintelligendam puto præpositam præpositionem *In.*

Vers. 7. PARAPHRASIS LITERÆ.

b Quia cōtestans cōtestatus sū patres vestros in die, quâ eduxi eos de terra Ægypti vsque ad diem hanc, manè cōsurgens cōtestatus sum. Et dixi: Audite vocem meam.

PER[b] me certè non stetit, nihil omisi, quod vestræ prodesset saluti. Monui vos frequenter, dicit Dominus: adiuraui sæpius patres vestros: protestatus sum de imminentibus malis: minas, præmiaque C *proposui: testes quoque propterea adhibui cœlum & terram, idque per singulas præstiti ætates ab ipso tempore quo illos eduxi de Ægypto: Sed & temporibus quoque istis. Summâ sollicitudine & vigilantiâ omne in hoc vobis persuadendo adhibui studium, vt meæ obtemperaretis voci.*

Vers.8. PARAPHRASIS LITERÆ.

c Et non audierunt, nec inclinauerūt aurem suam, sed abierunt vnusquisque post prauitatem (seu adinuentiones, duritiem, & libidinē) cordis sui mali.

AT[c] neque vos, neque qui vos præcesserunt patres vestri vllam tantæ meæ diligentiæ adhibuerunt rationem, Tantum enim abest, vt mihi obedierint, vt ne vel vnam aurem eis, quæ à me dicta fuere voluerint D *inclinare: Quin potiùs distortis incessêre itineribus, ambulantes post prauas cordis sui semitas, & post idola quæ corde ipso suo prauo adinuenerant, & ad quos suis inhiarant desideriis, facientes quicquid sibi libuisset, postque pessimi cordis libidinem, duritiem, & seductionem aberrantes. [d] Quapropter per ipsa quæ illis mandaram verba mea eos iudicaui, inferens in eos maledictiones, & pœnas vniuersas, quæ legis debentur transgressoribus, iuxta ipsorum meritum, qui pacto non stantes id minimè impleuerunt, quod sponderant.*

1
2
3
4

d Et induxi super eis omnia verba pacti huius, quod præcepi vt facerent, & non fecerunt.

Vers. 7. & 8. EXPOSITIO LITERÆ.

E

2

IN versione Sept. hi duo vers. prout notat Hieronymus non habentur, sicut videre est & in correctioribus Codicibus Vaticano, Aldino, & aliis. Tametsi in Complutensi, ac Regio hæc omnia ad verbum reperiantur, vt sunt in Vulgata, & in textu Theodoriti.

Quod ait, (*Contestans contestatus sum,*) Phrasis est Hebraica, quâ per istiusmodi verborum repetitionem amplificatur & exaggeratur actio, quæ refertur, eiusdemque significatur intensio.

F

Contestari populū quid sit.

Quid sit Deum populum contestari explicaui supra vers. 10. cap. sext. *Cui loquar? aut quem contestabor vt audiat?* Vbi & de vi Hebraici verbi יעד *iangad*, seu עוד *ngud* in coniugatione quam appellant Hiphnghil. Vatablus certè in Scholiis ita illud hîc vertit. (*Adhibitis testibus admonui.*) Alij, Additâ promissione, & iureiurando pactum inij, vt in sponsalibus, quum fides certò promissa attestationibus rata fit, vel testibus: Alij, imploraui in testes pacti initi res

&

Hugo Card. & animatas, & inanimatas. Hugo Cardinalis. (*Contestans contestatus sum.*) id est, firmiter, inquit, & sæpe contestatus sum adiurando. Et omninò significatur, nullam à Deo omissam rationem persuadendi, idque ab illo præstitum sine intermissione, & per singulas Iudaici populi ætates, hoc enim denotant verba, (*In die quâ eduxi*, &c.) Summaque sollicitudine, & vigilantiâ, vt per eam designatur phrasim, (*Manè consurgent*) quàm explicatam videas licet in expositione vers. 3. capitis septimi. *Et locutus sum ad vos manè consurgens, & loquens.*

3 *In legis trãsgressorum damnationẽ inducit Deus eiusdem legis præcepta.*

Quid demum sit abire, seu ambulare post prauitatem cordis sui mali, explicatum vide supra in expositione vers. 17. capitis tertij, *Et non ambulabunt post prauitatem cordis sui pessimi.* Hebr. Pagninus hæc ita vertit. (*Sed abierunt vnusquisque in duritie*, Regia, *in pertinacia cordis sui mali.*) Vatablus, *Quin magis incesserunt in praua libidine cordis sui mali.*

Io. Maldon. (*Et induxi super eos omnia verba pacti huius, quòd præcepi*, &c.) Ioannes Maldonatus *Induxi*, inquit, *super eos*, id est, *sæpe illis in memoriam reuocaui omnia verba pacti huius.* Sed phrasis inducendi super aliquem, pœnæ potiùs immissionem, & mali significat in sacris literis. Quòd idemmet videns addidit, *Et, induxi super eos, vltionem, vt Ionathas exponit, quia vna conditio erat, vt si non obedirent præceptis meis, pœnas de illis sumerem, vt sup. 3. verf. Maledictus vir, qui non audierit verba pacti huius.* Eodemque sensu Vatablus, aliique omnes per omnia pacti verba omnes maledictiones in pacto ipso adscriptas intelligunt. Ipse verò crediderim, rectè & id dici posse, vt per omnia pacti verba omnia intelligantur diuinæ legis præcepta, quæ inducenda dicantur super eiusdem legis, quæ & pactum dicta est transgressores, eo sensu, quo Apostolus Paulus in epistola ad Rom. ait.[a] *Quicumque in lege peccauerunt, secundùm legem iudicabuntur.* Cui sensui adstipulatur, quod de pacto ipso subiicit. (*Quòd præcepi vt facerent, & non fecerunt.*)

a Rom. 2. 12.

VVLGATÆ.

Verf. 6.] Et dixit Dominus ad me, &c.

Verf. 7.] Quia contestans, &c.

Verf. 8.] Et non audierunt, &c.

SEPTVAGINTA.

6. Καὶ εἶπε κύριος πρός με: ἀνάγνωθι σὺν λόγους τούτους ἐν πόλεσιν Ἰούδα, καὶ ἔξωθεν Ἱερουσαλήμ λέγων. ἀκούσατε σὺν λόγους τῆς διαθήκης ταύτης, καὶ ποιήσατε αὐτούς, καὶ οὐκ ἐποίησαν.

Verf. 6.] Et dixit Dominus ad me: Lege verba hæc in ciuitatibus Iuda, & foris Ierusalem, dicens: Audite verba testamenti huius, & facite illa. Et non fecerunt.

A APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Et dixit Dominus ad me: Prophetiza omnia verba ista in ciuitatibus domus Iuda, & in vicis Ierusalem, dicens Suscipite verba pacti huius, & facite ea.* Vers. 7. *Quia contestans contestatus sum patres vestros quo die eduxi eos ex terra Ægypti, vsque in diem hunc, manè consurgens, & contestans dicens: Obedite verbo meo.* Vers. 8. *Et non obedierunt, nec inclinauerunt aures suas: sed ambulauerunt vnusquisque in cogitatione cordis sui mali, & adduxi super eos vltionem, eo quòd non suscepissent verba pacti huius, quod præcepi vt facerent, & non fecerunt.*

B

Origen. Vers. 6. 7. & 8. Origenes vbi supra homil. 6. (*Et dixit Dominus ad me, Lege verba ista in ciuitate Iuda, & extra Ierusalem, & his qui foris sunt*) *Audite verba diuina prouocantia nos ad salutem. Legimus verba diuina prouocantia eos ad salutem. Verba testamenti huius & facite illa.*

Tertullian. *Inuitationi Dei quàm malè respondeant plerique.* Tertullianus lib. 4. contra Marcionem cap. 31. Ad eos hæc pertinere ait, qui in Euangelica parabola[b] inuitati ad nuptias se excusantes venire renuerunt. *Pertinentissimè* ait, *ad hanc parabolam Deus per Ieremiam*, (*Audite* inquit, *vocem meam, & ero vobis in Dominum, & vos mihi in populum, & ibitis in omnibus viis meis, quascumque mandauero vobis*) *Ecce inuitatio Dei.* (*Et non audierunt*, inquit, *& non aduerterunt aurem suam:*) *Ecce recusatio populi.* (*Sed abierunt in iis, quæ cupierunt corde suo malo.*)

C

b Luc. 14. 16.

Hieronym. *Dei clementia quanta in peccatores.* Hieronymus. (*Et dixit Dominus ad me*) *Clementissimus Deus frequenter futura prædicit, vt tandem durus ad credendum animus molliatur. Prædicit autem tam in vrbe Ierusalem, quàm foris in agro, vt quorum commune discrimen est, eadem pœnitudo sit.* (*Quia contestans contestatus sum*, &c.) *Hucusque in Sept. non habetur: Quodque sequitur* (*Et non fecerunt*) *ab eis positum est, & cum superioris capituli fine sociatum, in quo scriptum est: Audite verba pacti huius, & facite illa, & non fecerunt. Quid sit autem, de mane consurgere, & Dei verba per Prophetas frequenter ingerere, & educere eos de Ægypto, & sæpius admonere, & dicere, Audite vocem meam, & illos abiisse post prauitatem cordis sui; & postea eis reddere quæ merentur accipere: ante iam diximus.*

D

Theodorit. 2 *Rectitudinis vocabulum in malum sensum sumptum pro obstinata iniquitate.* Theodoritus. *Reuocat in memoriam quæ dicta sunt patribus eorum, & illorum inobedientiam* (*Declinauerunt enim, ait, aurem suam, & ambulauerunt quisque in rectitudine cordis sui praui*) εὐθύτητα *verò id est, rectitudinem hîc ponit, non pro iustitia, & æquitate, sed pro prauitate perseuerante in malitia. Nam ab ea non recesserunt, sed in ea continenter incedebant.* (*Et induxi super eos omnia verba pacti huius*, &c.) *Variis enim suppliciis addixit eos. Interdum Ammonitis, interdum Moabitis, interdum alienigenis seruiebant.*

E

D. Thom. *Dei studium pro peccatoris conuersione quale.* D. Thomas. *Primò ostenditur diligens admonitio, tum ex iuratione* (*Contestans*) *quasi adiurans: tum ex temporis continuitate* (*In die quâ eduxi*) *tum ex temporis opportunitate* (*Manè consurgens*) *quando homo magis paratus est ad intelligendum. Secundò ponitur inobedientis populi transgressio*, (*Et non audierunt.*) *Tertiò ponitur culpæ aggrauatio ex obstinatione*, (*Et induxi super eos*) *quia nec per pœnas: nec per beneficia, quæ in pacto legis continebantur eis indicto correcti sunt.*

F

CATE

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΑΝΑΓΝΩΘΙ σὺ λόγους τούτους. καὶ οὐκ ἐποίησαν.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὅρα ἀνθρωπίνην συμπάθειαν, ἐλεηθῆναι μόνον βουλομένου αὐτοὺς, οὐχὶ τὸ δίκαιον σκοποῦνται ἀλλὰ τὸ συγγενές. ἑτέρως φείδεται πατὴρ ἑτέρως ξένος. πατὴρ πολλάκις κολάζει καὶ οὐ κάμπτεται. ὁ δὲ ἀλλότριος ὁρῶν κάμπτεται, ἆρα φιλοστοργότερος οὗτος παρ' ἡμῖν;

Τοῦ Χρυσοστόμου.] παρίημι πάντα ἐκεῖνα ἀπὸ τοῦ νῦν. ἔσω παράδειγμα μέγιστον αὐτοῖς τὰ πάτρια κακά.

Ὠριγένους.] ἀναγινώσκωμεν καὶ τοῖς ἔξω σὺ θεοῦ λόγους, εἰς σωτηρίαν αὐτοὺς προτρεπόμενοι. μὴ ποιησάντων δὲ σὺ λόγους τῆς διαθήκης, φησὶν ὁ θεός, εὑρέθη σύνδεσμος ἐν ἀνδράσιν Ἰούδα, καὶ ἐν τοῖς κατοικοῦσιν Ἱερουσαλήμ.

A Vers. 6. LEge verba hæc, &c. & non fecerunt.] 3

Chrysostomi.] *Vide humanum affectum, misericordiam tantum illis optantem nec perpendentis quid iustum, sed naturæ affinitatem. Pater aliter, aliter extraneus virgæ parcit. Pater sæpe punit, & non flectitur; extraneus verò, dum videt flectitur. Erit ne igitur hîc illo filiorum amantior?*

Chrysost. Paternus Dei in homines affectus. Virga diuersimodè parcit, & non parcit pater, & extraneus.

Chrysostomi.] *Omnia illa ex nunc prætereo. Sint ipsis pro exemplo maximo paternæ calamitates.* B

Chrysost. Calamitates Patrum exemplo sint filiis.

Origenes.] *Sermones Dei recitemus & extra Ecclesiam constitutis, ad salutem eos cohortantes: quòd si verba testamenti non adimpleuerint, ait Deus, Adinuenta est colligatio in viris Iuda, & in habitantibus Ierusalem.*

Origenes. Verba Dei enarranda & iis qui sunt extra Ecclesiam.

Vers. 9.] Et dixit Dominus ad me: Inuenta est coniuratio in viris Iuda, & in habitatoribus Ierusalem. C

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

1 *a Et dixit Dominus ad me: Inuenta est coniuratio in viris Iuda, & in habitatoribus Ierusalem.*

QVia [a] *extrinsecus pietatem prosequi videbantur Iudæi, veroque cultu Deum venerari, & illius seruare legem, ad hæc eos compellente qui tunc super ipsos regnabat sanctissimus Rex Iosias, in confirmationem eorum quæ mox dixerat hisce omnino contraria, de rei totius veritate ab eodemmet Domino his instructum se modo ait Propheta, Hoc ipso tempore, quo arctius in fide, cultu, Legeque mea extrinsecus se mihi profitentur obstricti, à me qui scrutator sum renum, & cordium inuenta est secretè tractata coniuratio in viris potissimum Iuda, quos prærogatiuâ regni reddidi insigniores, & in habitantibus in Ierusalem, quam præ cunctis locis legi, vt sanctificarem nomen meum ibi, conspirasse enim eos comperi occultâ coniuratione præ optimi Regis metu, vt à me deficiant, meumque è medio tollant cultum, quum primum liberè id facto explere quiuerint:* D 2 *Et adiurationi quam frequentissimè, & summa cum sollicitudine dixi à me in eorum factam salutem, illi è vestigio id opposuisse, vt iuramento se colligarent conspirantes aduersus me, & cultum, legemque meam.* 3 *Quin & coniurationem in vitam tuam Ieremia in iisdem animaduerti.* E

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *Coniuratio Iudæorũ contra Deum antiquissima.* b Isai. 8. 11. Hieronym.

ET *dixit Dominus ad me.*) Ex iis Domini verbis quæ Isaiæ 8. sic habentur, [b] *Hæc ait Dominus ad me: sicut in forti manu erudiuit me, ne irem in via populi huius, dicens: Non dicatis, coniuratio: omnia enim quæ loquitur populus iste coniuratio est*, iuxta expositionem Hieronymi, tali eâ prosequentis paraphrasi. Hæc ad me locutus est Dominus. Qui propter bona opera, & gratiam, quam per bona opera consecutus sum, sicut in forti manu sua erudiuit me, & instituit ne ambularem in via populi huius, & pari tenerer errore: Vel certè fecit me recedere à via populi huius pessima, & dixit mihi. Noli duorum Regum timere coniurationem: Sed hoc magis considera, quòd omne quod loquitur hic populus aduersum me, coniuratio sit, & secundùm Symmachum, qui interpretatus est ἄνταρσις, in me extiterit perduellis. Tu autem Propheta, & ij qui tecum sunt, ne timeatis insidias populi, sed Dominum timete, & ipse sit timor vester. Ex his inquam ita expositis facilis est intellectus & istorum, *Et dixit Dominus ad me: Inuenta est coniuratio in viris Iuda, & in habitatoribus Ierusalem.* Habent tamen verba singula vim multò maiorem in his quæ idemmet Deus ad Ieremiam locutus est. Sed antequam illa expendamus, imò illamet enucleantes id primò definiamus quod in controuersiam verti solet circa tempus coniurationis eius, de qua sermo hîc est. Et quidem Vatablus. *Videtur*, inquit, *alludere ad tempora Iosiæ, quo mortuo Iudæi redierũt ad idola sub Ioacim.* Similiterque Isidorus Clarius, *post pœnitentiam enim* ait, *quam facere cœperant sub Iosia, iterum reuersi sunt ad vomitum contemnentes & Deum, & Dei legem.* Christophorus verò à Castro Lyranum sequens de tempore potiùs pessimi Regis Manasses sermonem hîc fieri censuit, quando post veram religionem seruatam tempore sanctissimi Regis Ezechiæ reuersus est Iuda ad iniquitates patrum priorum, propter quæ eius temporis scelera & euersionem Ierusalem, & Babylonicam totius Iudaici populi captiuitatem vel etiam regnante sibi maximè dilecto Iosiâ, per quem populus ipse in rectum deductus est tramitem, idemmet Deus sæpius comminatus est, vt ex 4. lib. Reg. 22. & 23. patet, nec non & ex cap. 24. F

De tempore coniurationis Iudæorũ contra Deum, cuius hîc fit mentio.

Vatablus. *Isidor. Clar.* *Lyra.* *Christ. à Ca.*

2 Mihi dicendum videtur, nec de tempore Regis Manasses, nec de diebus post mortem Iosiæ sub Ioacim intelligenda hæc esse, sed de eo ipso tempore quo istud factum est vaticinium, quodque tunc præsens erat, & de iis ipsis qui præsentes adstabant Iudæorum, & incolarum Ierusalem, nempe cùm regnaret Iosias optimus quidem Rex,

Rex,& cuius id pręcipuum ſemper extitit ſtudij, A vt Iudaicum populum, & ciuitatem Ieruſalem in fide, & religione Dei detineret. Hoc autem ex ipſa colligo hac loquendi ratione. (*Inuenta eſt coniuratio.*) Quà allutionem fieri arbitror ad id quod in politicis obſeruare eſt coniurationibus. Enimuerò cùm coniuratio propriè ſumpta tunc fieri ſoleat, quum plures in rebellionem, vel in vitam conſpirant principis ſui naturalis, quæ exactiſſimo ordiri ſolet ſecreto præ eiuſdem principis,& illius aſſeclarum metu: Cùm tamen manifeſtari eam contigerit,vulgari locutionis phraſi ſic dicitur. Inuenta eſt coniuratio in talibus B & talibus. Inueniendi verbo ſubindicante coniuratorum & ſecretiſſimam agendi rationem, & metum ne detegerentur. Hoc certè illud eſt, quod & hîc ſignificatum Ieremiæ voluit Deus; Viros Iuda,& habitatores Ieruſalem in ipſo tempore, quo ſub ſanctiſſimo Rege arctiùs in fide, veroque in cultu, & in legis obſeruantia apparebant vt ſuo peculiari Deo obſtricti: occultè nihilominus præ optimi Ioſiæ Regis metu ſimul conueniſſe, & ſecretà conſpiratione factà coniuraſſe, vt & à Deo deficerent, & illius è medio C tollerent cultum quum primum liberè ſibi agendi exhibita eſſet opportunitas. Quam nihilominus coniurationem vel ſecretiſſimam à ſe inuentam dicit Deus, cui nihil eſſe poteſt occultum,& qui ſcrutatur ſingulorum renes,& corda.

Coniurationum inueniri quid ſit.

3 *Coniurationi Iudæorum cõtra Deum quàm debita pœna.*

Quòd ſi id in more eſt apud homines, vt inuentà coniuratione quaque maximis coniurantes omnes afficiantur pœnis, vt poſt læſæ maieſtatis crimini obnoxij. Summo iure ex his inferri idem vult Deus, aduersùs Iudæos, & habitantes Ieruſalem grauiſſima infligenda flagella, quæ paulò pòſt proſequetur.Hebraicum nomen קשר D *kaſcier*, quod noſter interpres, vt & interpretes recentiores coniurationem vertunt: deducitur à verbo קשר *kaſciar*, quod propriè ſignificat ligare, colligare,adeoque benè illud Sept. συνδεσμον *colligationem*, reddiderunt quod Italicè diceremus *Lega* in idemque recidit cùm cõiuratione,quamquam efficaciorem vim habeat coniurationis vocabulum, denotans colligationem ſpecialem in malum inſidioſe patrandum, & ſecretò pertractatum vel in rebellionem, vel in damnum, aut mortem alicuius, Vnde Chaldæus legit *Rebellio.* Quòd ſi coniuratio iuxta Latinæ vocis etymon colligationem eam deſignat, quæ inter plures E adſtricta ſit iuramento, & adiuratione,egregiam in his animaduertere eſt antitheſim ad ea quæ mox ab eodem Domino dicta fuére, *Quia conteſtans conteſtatus ſum patres veſtros,&c.Manè conſurgens conteſtatus ſum, & dixi, Audite vocem meam.* Vt adiurationi à Deo tam frequenter, tamque ſollicitè in ipſorum ſalutem factæ Iudæi è contra arctiſſimi iuramenti adiuratione aduersùs illum, eiuſque cultum, & legem oppoſuerint conſpirationem. Augentque non modicum præexpoſita omnia, quòd talis coniuratio inuenta dicitur in F iis, qui Deo magis multiplici ratione deuincti alioquin eſſent (*In viris Iuda*) quorum ex Dei peculiari electione, & firmâ pollicitatione erat regnum. (*Et in habitatoribus Ieruſalem,*) Ciuitatis Dei,& loci ſanctificationis ipſius.

Coniuratio quid propriè hic ſit.

4 *Alter Senſus.* *Iudæos aduersùm Ieremiam coniuraſſe.*

Quamquam hunc germanum præſentis ſententiæ cenſeo ſenſum, vt ſermo ſit de coniuratione Iudæorum aduersùs Deum, ac Dominum ſuum, prout ex his, quæ mox ſubiiciuntur, *Reuerſi ſunt ad iniquitates patrum ſuorum*,&c. Fieri videtur perſpicuum. Non omnino tamen abs re & id dici poſſe crediderim, vt coniurationem inuentam non tam aduersùs ſe, quàm aduersùs Prophetam quocumque loquutus eſt,eidem Prophetæ ſignificarit Dominus. Tum eorumdem Iudæorum peſſimam & aduersùs ſe ſubiecerit agendi rationem à verſ. 10. vſque ad verſ. 18. In quo verſ. 18. Ieremias ipſe conteſtans iſtiuſmodi aduersùs ſe reuelatam ſibi coniurationem, *Tu autem*, inquit, *Domine demonſtraſti mihi, & cognoui: tunc oſtendiſti mihi ſtudia eorum*, &c. Nec iſti obſtat ſenſui, quòd coniuratio hoc verſ. 9. dicitur inuenta in viris Iuda, & in habitatoribus Ieruſalem, ex iis verò quæ infra habentur in verſ.21.& 23. colligitur, conciues potiùs ipſius Ieremiæ Anathothitas aduersùs eum, in eiuſque vitam conſpiraſſe. Hoc inquam non obſtat; quia expoſitores omnes in id conueniunt, vniuerſos Iudæos, incolaſque Ieruſalem,quibus Ieremias vaticinabatur,& verbum Domini prædicabat,in illum conſpiraſſe, illumque eſſe perſecutos; Quia tamen magis illi conciuiũ moleſta extitit perſecutio, & Sacerdotum ex Anathoth, de eorum in primis loquutus eſt peruerſitate erga ipſum, iiſmet tunc ſibi in Ieruſalem præſentibus.

Verſ. 9.] Et dixit Dominus ad me,&c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

A Domino certè audiendum hoc erat, vt crederetur, in iis qui ſanctiorem in Eccleſia profitentur vitam, inueniri poſſe coniurationem, in Clericis inquam, in Sacerdotibus,in Prælatis, atque in Religioſis, conſpirantibus aduersùs eumdem Deum, aduersùs eius Eccleſiam,aduersùs illius legem, & aduersùs obſeruantias regulares. Vtinam id non accideret ſæpius,vt hiſce ſimilia audirentur, Inuentam, & manifeſtatam à Deo coniurationem in Religioſorum, & Collegiorum capitulis. [a] Legimus in Euangelio,quòd conſpiraſſent Iudæi ne dum aduersùs Ieſum, ſed & aduersùs eos,qui illum confiterentur eſſe Chriſtum. Si exactius verò inueſtigemus quinam Iudæorum in iſtiuſmodi conuenerint conſpirationem, ex eo quod paulò pòſt ab eodem Euangeliſta refertur, intelligemus, ex illorum ipſos extitiſſe ordinibus, qui tunc temporis ſanctiores apud illum cenſebantur populum, Sacerdotes, Pontifices, & qui de ſecta erant Phariſæorum;ſic enim Beatus ait Ioannes,[b] *Collegerunt Pontifices,& Phariſæi concilium, & dixerunt, Quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit?* Et vt noſſes, in concilio impiam, & ſecretam factam inter illos conſpirationem,ita vt dici poſſet Inuenta eſt coniuratio,in iis qui iuſtitiam,& ſanctitatem profitentur, poſt aliqua, ſubdit. [c] *Ab illo ergo die cogitauerunt vt interficerent eum.* In quibus ponderandum verbum, *cogitauerunt* cùm enim Græcè eſſet ἐβουλεύσαντο, quòd propriè iuxta Græcos Patres Chryſoſtomum, Cyrillum Alexandrinum, Theophilactum, & Euthimium,ſignificat, ab illo die decreto apud illos qui in eo conuenerant concilio ſtabilitum, vt Ieſum interficerent: ſubtiliter noſter Interpres id vertit, *Cogitauerunt*, vt intelligeremus, decretum illud ſtabilitum per coniurationem, & ſecreto coniurationis modo, ſicut occultæ ſunt coniurantium cogitationes. Quam nihilominus ſecretam coniurationem inuentam, cognitamque ab Ieſu exinde patet,quod mox

5 *In Eccleſiaſticis, & Religioſis reperiri frequenter coniurationes contra Deum, eiuſque legem & contra bonum religionis.*

a Ioan.9.22.

b Ioan. 11. 47.

c Ioan. 11. 53.

a Ioã. 11. 54. mox subiicitur. [a] *Iesus ergo iam non in palam ambulabat apud Iudæos.*

6

Cõiurationis Ecclesiasticorum, & Religiosorũ cõtra Deũ egregia descriptio.

b Ezech. 22. 25.

Quòd autem coniuratos aduersùs Christum, eiusque asseclas antiquitus Sacerdotes, & Pontifices, ac Pharisæos nouimus ex Euangelio: idipsum & temporibus nostris impiissimè (vt dictum est) euenire ex iis probare est, quæ apud Ezechielem legimus, istiusmodi sic describentem coniurationem. [b] *Coniuratio Prophetarum in medio eius,* scil. Ierusalem, *sicut Leo rugiens, capiensque prædam: animas deuorauerunt: opes, & precium acceperunt: viduas eius multiplicauerunt in medio illius. Sacerdotes ipsius contempserunt legem meam, & polluerunt sanctuaria mea. Inter sanctum, & prophanum non habuerunt distantiam: & inter pollutum, & immundum non intellexerunt, & à Sabbatis meis auerterunt oculos suos, & coinquinabar in medio eorum.* Egregiè verò Hugo Cardinalis morali ita ad rem nostram eà pertractat expositione. *Mali,* dicens, *Prophetæ sunt mali Prædicatores, mali Clerici, mali Religiosi, qui videntur coniurasse contra Deum, quia amicos eius, Et ipsum impugnant, & hostes eius iuuant. Bernardus. Videtur bone Iesu coniurasse aduersum te vniuersitas Christianorum, & illi in persecutione tua primi sunt, qui in Ecclesia tua videntur primatum gerere, & diligere principatum. (Sicut Leo rugiens, capiensque prædam animas deuorauerunt, &c.) Voce rugitus terrent sicut Leo, comminatione enim excommunicationum intonant, leuè & manu rapiunt substantias, & occidunt animas. Non quærunt de ouibus, nisi lac & lanam, & carnes, & hoc est totum, infra 34.*[c] *Lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod crassum erat occidebatis. Et nota, quòd rugiunt criminando quasi Leones. Mich. 3.*[d] *Si quis non dederit in ore eorum quippiam sanctificant super eum prælium (capiunt prædam) aliena auferendo, vi vel fraude tamquam raptores. (Animas deuorant) prauo exemplo subditos corrumpentes: (opes in precium accipiunt) tamquam simoniaci, Et Sacramentorum venditores, (Viduas eius multiplicauerunt in medio illius,) id est multas animas à Christo vero sponso viduauerunt. (Sacerdotes eius contempserunt legem meam,) id est legis meæ doctrinam, (& polluerunt sanctuaria mea) per vitæ immundiciam, quasi dicat, Defecit in eis doctrina, & vita. (Inter sanctum, & prophanum non habuerunt distantiam, &c.) id est, Sancta mea ita tractauerunt, ac si essent prophana, & immunda, nec corpus, & sanguinem meum diiudicauerunt. Bernard. Omnino audent agni immaculati sacras contingere carnes, & intingere in sanguinem Saluatoris manus nefarias, quibus paulò ante, proh dolor! carnes meretricias attrectarunt, sic altaria circuire, sic frequentare Psalmos, cùm huiusmodi laus sit execrabilis, & oratio in peccatum (& à Sabbatis meis auerterunt oculos suos,) id est. Non cogitauerunt de Sabbato pectoris custodiendo, vt peruenirent ad Sabbatum æternitatis, vt esset Sabbatum ex Sabbato, sicut dicitur Isai. 66.*[e] *Sed ab huiusmodi Sabbatis auerterunt oculos mentis, & conuerterunt eos ad Sabbatum temporis, id est, prosperitatis præsentis, quæ vana est. Vel (A Sabbatis oculos auerterunt,) id est, à festis: sed oblationes eorum attendunt. (Et coinquinabar in medio eius,) id est, quasi coinquinatus respuebar, & paruipendebar, existens tamen in medio eius ad auxiliandum paratus Ioan. 1. Medius* [f] *vestrûm stetit quem vos nescitis. Hebr. 10.* [g] *Irritam quis faciens legem Moysi sine vlla miseratione duobus, vel tribus testibus moritur: quantò magis putatis deteriora mereri supplicia qui filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est: & spiritui gratiæ contumeliam fecerit,*

Hug. Card.

Prælatorum prauorũ pessima agẽdi ratio in Ecclesia, & cum subditis.

Bernardus.

c Ezech. 34. 3.

d Mich. 3. 5.

e Isai. 66. 23.

f Ioan. 1. 26

g Hebr. 10. 28.

7

Circa vocem quâ hoc loco vsi sunt Sept. legentes. (*Inuenta est colligatio in viris Iuda,* &c.) Dubitare moraliter potes, quanam ratione possit inter iniquos colligatio esse in malum, & qualis demum ea sit. Et ratio dubitandi est, quia animos colligare proprium videtur esse charitatis, quam propterea Apostolus vinculum appellat perfectionis, ita vt propter illam de primitiuæ Ecclesiæ fidelibus dicatur, [h] *Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna:* quia vna colligati erant charitate: quod & Romanis optabat Paulus, cùm eis scriberet, [i] *Deus autem patientiæ, & solatij det vobis idipsum sapere in alterutrum secundum Iesum Christum,* id est, vna Iesu Christi vos colligante charitate: *vt vnanimes, vno ore honorificetis Deum, & patrem Domini nostri Iesu Christi.* Sic de perfectissima illa inter Ionatham, & Dauid colligatione legimus, [k] *Anima Ionathæ conglutinata est.* Hebr. *colligata est animæ Dauid,* & vt innotesceret quo vinculo ea facta esset colligatio subiectum est, *Et dilexit eum Ionathas quasi animam suam,* perfectâ nimirum charitate, quâ præcipimur diligere proximum sicut nos ipsos. Cùm itaque charitas inter impios esse nequeat, qui & diuinæ expertes sunt gratiæ, quonam pacto colligari dicuntur, esseque inter illos colligationem quæ contra omnem sit charitatis virtutem.

Colligatio in malũ quemodo esse queat inter impios, cũ charitatis proprium sit animos colligere.

h Act. 4. 32.

i Rom. 15. 5.

k 1. Reg. 18 1.

8

Colligantur impij in malum vinculo amoris proprij, & proprij interesse, catenâ tenebrarũ: cum iusti colligentur in bonũ catenâ lucis, & charitate.

Cæterùm quod inter probos sanctosque viros efficit charitas, vt arctissimâ colligatione ad bonum connexi, & quodammodo conglutinati ad inuicem sint. Id miro modo in improbis amor efficit proprius, & id quod vulgo interesse proprium nuncupatur. Lege primum libri Prouerbiorum caput, & intelliges quomodo qui pessimæ isti ordiendæ colligationi operam nauant, hoc vno potissimùm vtantur ligamine, prout ibi monet Sapiens dicens, [l] *Fili mi, si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis. Si dixerint, Veni nobiscum: Insidiemur sanguini, abscõdamus tendiculas contra insontem frustra: deglutiamus eum sicut infernus viuentem, & integrum quasi descendentem in lacum.* En pessimæ colligationis descriptionem: Audi colligantis vinculi propositionem. *Omnem preciosam substantiam reperiemus, implebimus domos nostras spoliis. Sortem mitte nobiscum, marsupium vnum sit omnium nostrûm.* Audi idipsum illos significantes, quos colligationem contra Iesum fecisse diximus, [m] *Quid facimus,* inquiunt, *quia hic homo multa signa facit? Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum: & venient Romani, & tollent locum nostrum & gentem.* [n] *Vnâ catenâ tenebrarum omnes erant colligati,* de Ægyptiis ait Sapiens. Quod de his aptissimè dicendum est, in quibus tam detestanda inuenta sit colligatio; sicut enim iustorum colligatio illa sanctâ catenâ fit lucis charitatis, in qua semper pro visus obiecto Dei honorem intuentur, & proximi vtilitatem: Ita è vestigio impiorum colligatio ista catenâ fit tenebrarum, quatenus amor proprius tenebris nos offundit odij & Dei, & proximi, & rectitudinis omnis. Quæ subindicata crediderim à Domino, quum in Euangelio dixit. [o] *Ambulate dum lucem habetis, ne tenebræ vos comprehendant,* istiusmodi nimirum suâ vos colligentes catenâ. Clariusque Ioannes in sua Catholica prima, dicens: [p] *Qui diligit fratrem suum in lumine manet, & scandalum in eo non est,* Quia nimirum catenâ lucis colligatus cum illo est. *Qui autem odit fratrem suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quò eat, quia tenebræ obcæcauerunt oculos eius.*

l Prou. 1. 10.

m Ioa. 11. 18.

n Sap. 17. 17.

o Ioa. 12. 35.

p Ioan. 2. 10.

Præclarè hanc impiorum colligationem Nahum Propheta describit, quum ait, [q] *Sicut spinæ se inui*

q Nah. 1. 10

inuicem complectuntur, ſic conuiuium eorum pariter potantium, conſumentur quaſi ſtipula ariditate plena. Ex te exibit cogitans contra Dominum malitiam, mente pertractans præuaricationem. Quibus in verbis duæ ſunt quæ ponderentur ſimilitudines, altera conuiuij pariter potantium, ſpinarum ſe inuicem complectentium altera. Rectè enim primùm impiorum colligatio comparatur conuiuio, cum ex lib. Prouerb. illam ordientes audierimus dicentes, [a] *Deglutiamus eum ſicut infernus viuentem, & integrum quaſi deſcendentem in lacum.* Quòd ſi conuiuium ſymbolum eſt voluptatis, quis non videat, conuiuium rectè appellatam iſtiuſmodi colligationem, in qua læta omnia ſibi in principio pollicentur colligati, & ad votum ſibi promittunt vniuerſa, cunctaque facilia ingentis lucri, ac maximi commodi. Cùm re vera poſtmodum, appareat, ipſam eſſe inſtar conuiuij pariter potantium, in quo cum lætitia quidem, & voluptate incipiunt conuiuantium compotationes: at iiſdem poſtea vino incaleſcentibus, atque ebriis, iurgiis replentur omnia, rixis & contentionibus, iuxta illud item Salomonis, [b] *Cui væ? cuius patri væ? cui rixæ? cui foueæ? cui ſine cauſa vulnera? cui ſuffuſio oculorum? Nonne his qui commorantur in vino, & ſtudent calicibus epotandis?* Et certè. [c] *Inter ſuperbos ſemper iurgia ſunt.* Et, [d] *ſemper iurgia quærit malus*, per eumdem Sapientem dicitur in libro Prouerbiorum. Quæ magis per alteram deſignantur ſimilitudinem. Sicut enim ſpinæ cùm ſe inuicem complectuntur, quot quidem habere ſibi contigerit proximos pungunt, rapiuntque, & ad ſe attrahunt quicquid attigerint; at per illum met mutuum inter ſe complexum ita ſeſe implicant, alia aliam, totamque cæterarum connexionem ad ſe trahere obnitente, vt iam ad nihil aliud inſeruiant, quàm ad ignem, quo & illicò ſuccenduntur omnes vnâ aliam incendente. [e] *Spinæ congregatæ igne comburentur*, dicitur Iſai. 33. Et in lib. Eccleſiaſtici ſub alia metaphora de iniquorum colligatione legimus. [f] *Stuppa collecta Synagoga peccantium, & conſummatio illorum flamma ignis.* Er in præcitata Nahum ſententia propterea de ſic colligatis ſubiicitur, [g] *Conſumentur quaſi ſtipula ariditate plena.* Et benè nota, quòd ſpinæ ſe inuicem complexæ, damnum quidem inferunt, ſed rebus, & animantibus quæ tetigerint. At impij iſti nedum iis cum quibus conuerſantur, eorumque rebus obeſſe ſatagunt, verùm & Deo iniuriam obnituntur inferre, eumque ſi fieri poſſet, ſuis pungere peruerſitatibus. Quod idem indicauit Propheta præexpoſitis adiiciens. [h] *Ex te ſcilicet colligatione exibit cogitans contra Deum malitiam, mente pertractans præuaricationem*, vbi per verba cogitandi, & mente pertractandi, ad ſecretum alludit talis colligationis, & coniurationis, quam hîc apud Ieremiam inuentam idemmet ait Dominus nempe à ſe, vt explicatum eſt.

Colligatio impiorũ quã rectè aſſimilata conuiuio cõpotantium.

Colligatio impiorum in malũ aſſimilata rectiſſimè ſpinis ſe inuicem cõplectentibus.

[a] Prou. 1. 12. [b] Prou. 23. 29. [c] Prou. 13. 10. [d] Prou. 17. 11. [e] Iſai. 33. 12. [f] Eccl. 21. 10. [g] Nahum. 1. 10. [h] Nahum. 1. 11.

VVLGATÆ.

Verſ. 9.] Et dixit Dominus ad me, Inuenta, &c.

SEPTVAGINTA.

9. Καὶ εἶπε κύριος πρός με· εὑρέθη σύνδεσμος ἐν ἀνδράσιν ἰούδα, καὶ ἐν τοῖς κατοικοῦσιν ἐν ἰερουσαλήμ.

Verſ. 9.] Et dixit Dominus ad me: Inuenta eſt colligatio in viris Iuda, & in habitatoribus Ieruſalem.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1 Paraphrasis Chaldaica. *Et dixit Dominus ad me: Inuenta eſt rebellio in viris Iuda, & in habitatoribus Ieruſalem.*

Verſ. 9. (*Et dixit Dominus ad me, Inuenta eſt.*)

Origenis homil. 6. in Ieremiam. (*Inuenta eſt colligatio in viris Iuda, & in habitatoribus Ieruſalem,*) *Si peccauerimus nos qui propter Chriſtum Chriſtiani vocamur, & inuenti fuerimus in numero peccatorum, & de nobis dicitur, (Inuenta eſt, &c.) Cùm in Eccleſia Dei tales ſunt, in quibus reperiatur laqueus iniquitatis & vincula peccati in tantum vt id quod de peccatore dicitur, eis valeat conuenire,* [i] *Vinculis peccatorum ſuorum vnuſquiſque conſtringitur, tunc dicis Deus: (Inuenta eſt colligatio in viris Iuda.) Verùm non inuenietur colligatio in nobis, ſi id impleuerimus,* [k] *Solue omne vinculum iniquitatis, diſſolue obligationes violentarum commutationum, omnem conſcriptionem iniquam diſſipa. Frange eſurientibus panem tuum.*

Origen. Colligatio inter Chriſtianos inueniri tunc dicitur, cùm inter illos ſunt qui peccant. [i] Prou. 5. 22. [k] Iſai. 58. 6.

2 Hieronymus in Comment. *Pro coniuratione quã nos iuxta Symmachum interpretati ſumus. Aquila, & Sept. & Theodotio* συνδεσμὸν *tranſtulerunt quam nos colligationem poſſumus dicere. Vnde & Athalia cùm in templo parari inſidias deprehendiſſet, eodem verbo locuta eſt.* [l] *Coniuratio, coniuratio. Propriè autem hoc verbo ſcriptura abutitur, quando non ſubito fortuitoque peccato, ſed paratis inſidiis, & coniuratione tenditur ad delictum, & pari mente, vnoque ſtudio id agunt, vt Dei mandata contemnant.*

Hieron. [l] 4. Reg. 11. 14. Coniurationis vocabulũ quo ſenſu propriè vſurpetur in ſcriptura.

Theodoritus. *Iſtud, (Inuenta eſt colligatio) perinde eſt ac ſi dicat, Colligati ſunt, & implicati cum patribus, & itinere eorum incedunt. Hoc enim ſubiecta ſignificant, Et ecce ipſi vadunt poſt Deos alienos, vt ſeruiant eis. Quæ quidem committentes pactum illis datum tranſgrediuntur.*

Theodorit.

D. Thomas. *Aggrauatur Iudæorum culpa ex coniuratione, (Inuenta eſt coniuratio,) quaſi dicat. Omnes communiter peccant, ac ſi ad hoc coniuraſſent. Eſt enim coniuratio conſenſus iuramento firmatus ad aliquid faciendum.*

D. Thom. Coniuratio in peccato qualis.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Ευρέθη σύνδεσμος ἐν ἀνδράσιν ἰούδα.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τὴν πλοκὴν τῶν κακῶν τὴν διὰ τῶν ἁμαρτημάτων λέγει.

Ὠριγένους.] κἂν γὰρ τοῖς ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας ἐστιν

3 Verſ. 9. *Inuenta eſt colligatio in viris Iuda.*)

Chryſoſtomi.] *Malorum ait ſeriem ex delictis ortam.*

Origenis.] *Etenim hominibus Eccleſiæ eſt vincu*

Chryſoſt. Ex Peccatis oritur malorum ſeries, & catena. Origen.

ἐστιν ἁμαρτημάτων δεσμὸς, σειραῖς τῶν ἰδίων ἁμαρτιῶν σφιγγόμενοι. καὶ δεῖ λῦσαι πάντα σύνδεσμον ἀδικίας, διαλύειν δὲ στραγγαλίας βιαίων συναλλαγμάτων, κατὰ τὸ γεγραμμένον. ὅρα δὲ, πῶς ὡς περὶ μελλούσης ἑτέρας διαθήκης ἐπισημαινόμενος, διαθήκης λέγων, ἀεὶ τὸ ταύτης προσέθηκεν.

Ὀλυμπιοδώρου.] συμφωνία πάντων ἐπὶ τὸ χεῖρον.

A vinculum peccatorum, catenis propriorum scelerum colligatis & oportet soluere omne iniustitiæ vinculum, violentorumque nodos commerciorum, iuxta quod scriptum est. Vide autem vt futurum aliud testamentum significans testamenti mentionem faciens, semper addidit huius.

Peccatorum vinculis colligantur peccatores. 1

Olympiodori.] *Concors omnium animus ad malum.*

Olympiod. Colligatio iniquorum qualis.

Vers. 10.] Reuersi sunt ad iniquitates patrum suorum priores; qui noluerunt audire verba mea, & hi ergo abierunt post Deos alienos, & seruierunt eis: Irritum fecerunt domus Israel, & domus Iuda pactum meum, quod pepigi cum patribus eorum.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Reuersi sũt ad iniquitates (seu auersi sunt aut defecerũt super iniquitates) patrum suorum.
b Qui noluerunt (seu renuerunt) audire verba mea.
c Et hi ergo abierunt post Deos alienos, vt seruirent eis.
d Irritum fecerunt, (seu euacuauerũt, dissiparunt, impugnarũt) domus Israel, & domus Iuda pactum meum, quod pepigi cũ patribus eorum.

Animi [a] *certè proposito, tametsi ad tempus id dissimulent; ad eadem rediêre scelera, quæ ipsorum admisêre maiores. Imò auersi sunt delinquentes multò peius quàm antiquitus eorum deliquerint patres: eorumdemque rebellio priorum patrum suorum superat iniquitates.* [b] *Enimuero eorum maiores multas magnasque, vel in hoc vno admisêre iniquitates, quòd meam audire renuerunt vocem, nec legem meam seruantes, nec internis meis respondentes inspirationibus, neque iis obsequentes qui recta eis meo suaderent nomine.* [c] *At isti ita à me sunt auersi ad alienos deficientes Deos, vt instar mancipiorum infami eorum se dederint seruituti,* [d] *Et insuper coniuratione factâ vniuersi tam qui è decem erant tribubus, quàm qui è Iuda, duobusque tribubus, simul in hoc conspirarunt, & colligati sunt, vt antiquissimum, quod in summi amoris signum cum ipsis eorum patribus inieram pactum, irritum reddiderint, quantumque in illis extitit, & summâ contentione eidem contradicentes ad nihilum id deducere obnixi sint, nullamque eius partem illæsam seruarint.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 Iudæi Ieremiæ tempore peiores quàm ipsorum maiores.

Reuersi sunt, &c.) Iuxta hanc lectionem, cui omnino similes sunt & Latinæ quotquot vidi versiones vel ex Græco Sept. vel ex Hebræo, nihil est quod hîc adnotem: cæterùm Hebraicus textus exactius expensus noui aliquid suggerit, quod minimè omitramus. Pro eo enim quod dicitur, *(Reuersi sunt ad iniquitates, &c.)* Hebraicè sic habetur שבו על־ עונת *sciabu ngal ngauonoth:* quod ex vi Hebraici verbi שוב *sciub* prout sæpius supra notatum est, verti sic potest *(Auersi sunt, seu defecerunt, & rebellarunt super iniquitates patrum suorum priores,)* vt sensus sit, Auersi sunt delinquentes multò magis quàm antiquitus deliquerunt eorum maiores. Ipsorumque rebellio priores patrum suorum superat iniquitates, ipsi quoque hoc addiderunt, quod auersi sunt, & rebellarunt. In versione Sept. dicta Hebr. propositio reddita est per similem præpositionem ἐπὶ, *Super* Superari autem præcedentium patrum iniquitates ab auertentibus se & rebellantibus Iudæis illis, de quibus tunc sermo B habebatur, quique tunc actu defecerant à Deo, & scelestissimè delinquebant, exinde confirmatur quod de illis id duntaxat dicitur, *(Qui noluerunt audire vocem meam:)* de istis verò, *(Et hi abierunt post Deos alienos, vt seruirent eis: irritum fecerunt domus Israel, & domus Iuda pactum meum quod pepigi cum patribus eorum.)* In Originalibus enim Hebr. & Græc. non est illatiua particula, *(Ergo,)* quam iuxta communem sensum rectè noster adhibuit Interpres.

2

Quantus autem iste iniquitatum præsentium C excessus esset ad priorum patrum item iniquitates, ex accurata magis patebit singulorum perpensione. Illi quidem multas, magnasque vel in vno hoc admisêre iniquitates, quòd *(noluerunt. Hebr. renuerunt audire Dei vocem,)* neque videlicet diuinam eius seruantes legem, neque internis eius respondentes inspirationibus, neque iis obtemperantes qui recta eis illius suaderent nomine. At verò isti eorum successores ita à Deo suo auersi sunt, ad alienos deficientes, falsosque Deos, vt instar mancipiorum infami eorum se dederint seruituti: Quin & coniuratione D factâ vniuersi, tam qui è decem erant tribubus, quàm qui è tribu sunt Iuda eidemque adnexis, simul in hoc colligati sunt, & conspirarunt, vt antiquissimum summaque veneratione habendum, quod iam diu in eximij amoris sui signum Deus ipse cum eorum Patribus inierat pactum, vt iis audientibus voci eius, & facientibus omnia quæ in eius scripta essent lege, ei in populum essent, ipseque illis esset in Deum, irritum facerent. Qua vero ratione irritum id fecerint pactum, vno multiplicis significationis Hebr. patet ex verbo פור *phur*, quod nedum irritum simpliciter facere significat. Sed & euacuare inaneque reddere, ad nihilum redigere prout in lib. Iob sumitur, vbi dicitur, [e] *Quantum in te est euacuasti timorem,* cultum, scil. Dei, *& tulisti,* scil. è medio, abstulisti *preces coram Deo,* abegisti ex Orbe & diuinum cultum, & preces quæ Deo exhiberi consueuerunt, & labefactare, cõfringere, ac dissipare, prout in eo sumitur Psalmi, [f] *Tempus faciendi Domine, dissipauerunt legem tuam:* nullum videlicet illius fragmentum, nullum præceptum integrum sinentes, nullam eius illæsam seruantes partem. Quo sensu & hîc quoque Sept. id sumpsêre vertentes καὶ διεσκέδασαν. *(Et dissipauerunt.)* Quod F autem irritationem, euacuationem, ac dissipationem istam summâ fecerint contentione, eiusdemque pacti impugnatione per idipsum designatur verbum, quod & contradicere significat, prout illud & noster sumpsit Interpres, cùm in cap. 30. lib. Num. ita id vertit, [g] *Sin autem extemplo contradixerit,* scil. vir, *non tenebitur promissionis rea,* scil. mulier.

Legis Dei pactum quomodo irritum fecerint Iudæi.

e Iob. 15. 4.

f Psal. 118. 126.

g Num. 30. 13.

Vers. 10.

Verſ. 10.] Reuerſi ſunt ad iniquitates, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA ſenſus Moralis.

3 *Religioſi praui reuerſi ad vitia ſæcularium ſæpe peiores ſunt, quàm ſæculares ipſi.*

PROSEQVITVR Dominus explicare quid in peſſima quam inuentam dixit coniuratione, factum & à colligatis impiis quibuſque Chriſtianorum, & ab iis præſertim qui ſanctiorem profitentur vitam, clericis, atque religioſis. Et quidem de iis certè regularium, in quibus inueniuntur, vt ſupra explicatum eſt, coniurationes, haud dubium quin & hæc rectè veréque aſſerantur quòd, vt canes ad vomitum, ad iniquitates priſtinas eorum regreſſi ſint ſæcularium patrum maiorumque ſuorum, qui ex Deo minimè extiterunt, cùm illius audire noluerint verba. Vtinā non & peiora quàm à ſæcularibus ab ipſis admitterentur ſcelera, prout ex lectione Hebraica colligi poſſe oſtendimus in prima literæ expoſitione. Enim verò & hi (*abierunt poſt deos, alienos, vt ſeruirent eis*) ſuis ſeruientes concupiſcentiis, quas & veluti Deos idolorum, cultu proſecuti ſunt, prout aliàs declaratum ex illo eſt Apoſtoli, [a] *Auarus, quod eſt idolorum ſeruitus.* An non poſt Deum alienum abit regularis ille, qui in capitulis, vbi de Dei honore agitur, deque obſeruantiis in priſtinum ſtatum reſtituendis nullâ, vel Dei, vel regularis diſciplinæ habitâ ratione, cum in omnibus & per omnia ſuo ſequitur voto, quem conſtat & Dei honorem ac cultum, & religionis omnem ſus deque vertere obſeruantiam? An non poſt deos alienos abit, eorumque ſe exhibet mancipium Religioſus, qui in electionibus, omiſſis iis quos vt digniores iuxta Dei honorem tenetur eligere, eos nihilominus eligit, quos ſuiſmet conformes paſſionibus, vt idola ſua colit, quoſque ij eligendos proponunt in quorum iurarunt verba? His profectò & ea congruunt, quæ Deus ſubiicit. (*Irritum fecerunt domus Iſrael, & domus Iuda pactum meum quod pepigi cum patribus eorum.*) Quis enim non animaduertat, & deplorandum oculatim videat, quàm malè ab iſtiuſmodi religioſis vocabulo quidem domus Iſrael nuncupatis, & domus Iuda, vtpote de familia videntium Deum, quod ſonat Iſrael, & eumdem Deum confitentium, atque laudantium, quod deſignat Iuda, regulæ habeantur ſanctorum patrum Baſilij Auguſtini, Benedicti, Franciſci, & ſimilium? Inanes ſanè illas reddunt, eas euacuantes, diſſipantes, eiſque contradicunt, prout verbo Hebraico diximus hîc ſignificari.

Religioſi praui quomodo in Capitulis ſequi dicantur Deos alienos.

a Epheſ. 5. 5.

Religioſi praui quàm malè habeant regulam, & conſtitutiones ordinis ſui.

4 *Chriſtiani multi inſtar gentilium, imò & peius quàm gentiles viuunt.*

Si in præcedenti verſu de colligatione actum velis impiorum Chriſtianorum quorumcumque, Iniquitates priores Maiorum noſtrorum, ſcelera intelligi gentilium, è quibus Eccleſia deſcendit gentium. Vt colligati ij reuerſi dicantur ad iniquitates patrum ſuorum priores, quatenus contra Apoſtoli conſilium, [b] *ambulant ſicut & gentes ambulauerunt, in vanitate ſenſus ſui, tenebris obſcuratum habentes intellectum, alienati à vita Dei per ignorantiam, quæ erat in illis propter cæcitatem cordis ipſorum.* Quam ignorantiam, & cæcitatem deſignat hoc loco Dominus per ea (*Qui noluerunt audire verba mea*) id eſt, qui non obedierunt Euangelio. *Qui deſperantes, ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ in operationem immunditiæ omnis in auaritia.* Quòd ſi, vt ex Hebr. colligimus, id pariter hîc de iniquis Chriſtianis iſtis aſſerat Dominus, quòd ab ipſo auerſi ſint, & rebellarint ſuper iniquitates priorum patrum ſuorum, peruersè nimirum agendo magis quàm gentes, id eo intelligas modo, quo idem Paulus de fideli illo Corinthio ait, [c] *Auditur inter vos fornicatio, qualis nec inter gentes.* Quod de idololatria dicitur, intellige de nimio erga creaturas affectu, prout aliàs explicatum eſt, quam ſpiritualem idololatriam neceſſariò ſequitur omnimoda irritatio, & diſſipatio diuinæ legis, quam ſupra vidimus appellatam pactum Dei cum patribus noſtris.

b Epheſ. 4. 17.

c 1. Cor. 5. 1.

VVLGATÆ.

Verſ. 10.] Reuerſi ſunt ad iniquitates, &c.

SEPTVAGINTA.

10. Ἐπεστράφησαν ἐπὶ τὰς ἀδικίας τῶν πατέρων αὐτῶν προτέρων. οἳ οὐκ ἤθελησαν ἐπακούειν τῶν λόγων μου. καὶ ἰδοὺ αὐτοὶ πορεύονται ὀπίσω θεῶν ἀλλοτρίων, τοῦ δουλεύειν αὐτοῖς. καὶ διεσκέδασεν οἶκος Ἰσραὴλ, καὶ οἶκος Ἰούδα τὴν διαθήκην μου, ἣν διεθέμην πρὸς τοὺς πατέρας αὐτῶν.

Verſ. 10.] Reuerſi ſunt ad iniquitates patrum ſuorum priores: Qui noluerunt exaudire verba mea: & ecce ipſi abeunt poſt Deus alienos, ad ſeruiendum eis. Et diſſipauit domus Iſrael, & domus Iuda teſtamentum meum, quod diſpoſui ad patres eorum.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1

PARAPHRASIS Chaldaica. *Reuerſi ſunt ad iniquitates patrum ſuorum priorum, qui noluerunt ſuſcipere verba mea, & ipſi errauerunt poſt idola populorum, vt colerent ea. Irritum fecerunt domus Iſrael, & domus Iuda pactum meum quod pepigi cum patribus ſuis.*

Verſ. 10. *Reuerſi ſunt*, &c.

Origen. *Patrem duplicem habemus, Diabolum priorem, & Deum poſteriorem, per quem geniti fuimus in conuerſione.*

Origenes homiliâ citatâ. *Diximus hæc de nobis dici, & his qui in nobis ſunt peccatores. Quomodo igitur qui inter nos ſunt peccatores conuerſi ſunt ad iniquitates patrum, & patrum ſuorum priorum? Duplices habemus patres, & vna ſpecies eſt peſſimorum patrum. Siquidem antequam crederemus, Diabolus pater noſter fuit, vt ſermo Euangelicus oſtendit, dicens,* [d] *Vos de patre Zabulo nati eſtis. Cùm autem credidimus, facti ſumus filij Dei. Si ergo poſt hæc peccauerimus, conuertimur ad iniquitates patrum non ſimpliciter, ſed patrum priorum. Ad probationem autem huius rei, quia duplices habemus patres, vtimur & Dauid teſtimonio in 44. Pſalmo: Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui. Quaſi pater quippe cæpit,* [e] *Audi filia. Ergo duplices noſtri patres ſunt. Sed obliuiſcere, inquit, domus patris tui prioris. Si igitur oblitus domum patris tui, prioris rurſus fueris ad peccata conuerſus, incidiſti in id quod nunc dicitur peccatum. (Conuerſi ſunt ad iniquitates patrum ſuorum priorum) Dicebamus dudum Zabulum patrem noſtrum fuiſſe antequam Deus factus ſit pater: ſi tamen nunc non habemus etiam patrem Zabulum. Quod etiam de Ioannis epiſtola approbaui, in quâ ita ſcribitur,* [f] *Omnis qui peccatum facit, ex Zabulo natus eſt.*

d Ioan. 8. 44.

e Pſal. 44. 11.

Ad Diaboli patris prioris iniquitates redit fidelis qui poſt conuerſionem recidit in peccatum

f 1. Ioan. 3. 4.

Toties ex Zabulo nascimur, quoties peccamus, Infelix ille qui semper generatur à Zabulo. Rursumque multum beatus qui ex Deo semper nascitur. Neque enim semel dicam iustum ex Deo natum, sed per singula virtutis opera semper iustus nascitur ex Deo. Hoc autem vt plenius possit probari, etiam de Saluatoris nostri quotidiana natiuitate dicamus: liquidò in iustis obtinentes, quod in Domino præcesserit, Saluator noster splendor est claritatis, splendor autem non semel nascitur, & deinceps desinet nasci, sed quotiescumque ortum fuerit lumen, ex quo splendor oritur, totiens oritur & splendor claritatis. Saluator noster sapientia est Dei, sapientia [a] *verò splendor est lucis æternæ. Si igitur Saluator semper nascitur, & idcirco dicit,* [b] *Ante omnes autem colles generat me: non vt quidam malè legerunt generauit. Si semper ex patre nascitur Dominus, etiam tu in similitudinem eius; Si tamen adoptionis habes spiritum, semper generaris à Deo per singulos intellectus, per singula opera, & efficeris filius Dei in Christo Iesu.*

A Deo semper in singulis bonis operibus noua generamur natiuitate.

a Sap.7.16.
b Prou.8.25.

Hæc Origenis referens Hugo Cardinalis *Dicit*, inquit, *Origenes ibi esse generat, & non generauit. Sed contra Gregorius super Iob, Christus in hoc quòd virtus, & sapientia Dei est, de patre ante tempora natus est: vel potiùs quia nec cœpit nasci, nec desiit, dicamus veriùs, semper natus: Non autem possumus dicere, semper nascitur, ne imperfectum esse videatur. Solutio. Veriùs intellige, id est expressius: quod dicit contra quosdam, qui dicebant, generationem filij non esse æternam. Ideo autem sic expressius dicitur, quia præsens est, cuius pars præterijt, & pars futura est, & sic intelligeretur numquam perfecta esse generatio, si diceretur, Semper gignitur. Origenes autem respectum non ad hoc habet, quòd præsens sic sumatur strictè, quòd res quæ est non fuit, vel erit. Sed hoc dixit scilicet, quòd semper nascitur, ne generatio videatur non esse, sicut præteritum non est, vel futurum.*

2 *Verbum quomodo & genitum esse, & semper gigni dicatur à Patre.*
Hugo Card.
Greg. PP.

Hieronymus. *Et patres & filios dicit vnâ mente, parique sententiâ neglecto Deo idola veneratos, tam Israel videlicet, qui im domum Iuda, hoc est tam decem tribus, quam duas, quarũ imperium erat in Ierusalem, vt quorum in contemptu Dei vnum studium fuit, par sit in sustinenda captiuitate supplicium.*

Hieronym.

D. Thomas. *Ponitur culpa aggrauatio ex consuetudine (Reuersi sunt) Ose.7. Reuersi sunt vt essent absque iugo, facti sunt quasi arcus dolosus. Tum inducitur conclusio (Irritum fecerunt) Ose.6.* [c] *Ipsi* [d] *autem sicut Adam transgressi sunt pactum, ipsi præuaricati sunt in me.*

D. Thom.
c Ose.7.16.
d Ose.6.8.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Ἐπεστράφησαν ἐπὶ τὰς ἀδικίας τῶν πατέρων αὐτῶν τῶν προτέρων.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ποία συγγνώμη; τί δύσκολον; τί χαλεπόν; χαλεπὸν τὸ ἁμαρτεῖν. οὐχ ἑώρων παράδειγμα τοὺς προγόνους.

Ὠριγένους.] καὶ ἐφ᾽ ἡμῶν δὲ διττοὶ πατέρες. οἱ μὲν γὰρ πρὸ τῆς πίστεως, οἱ δὲ μετὰ ταύτην. φησὶ δὲ ὁ χριστός. ὑμεῖς ἐκ τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ διαβόλου ἐστέ. ὥσπερ οὖν καὶ ἡμεῖς ἦμεν, πιστεύσαντες δὲ γεγόναμεν υἱοὶ χριστοῦ, καὶ ἐν ψαλμῷ δὲ λέγεται μδ. ἄκουσον θύγατερ. ὁρᾷς ὡς πατρὸς ἡ φωνή; εἶτα λέγει. καὶ ἴδε, καὶ κλῖνον τὸ οὖς σου, καὶ ἐπιλάθου τοῦ λαοῦ σου, καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου. πατὴρ ἀγαθὸς περὶ πατρὸς λέγει ψεκτοῦ. λέγει δὲ καὶ Ἰωάννης ἐν τῇ καθολικῇ. πᾶς ὁ ποιῶν τὸ πονηρὸν ἐκ τοῦ διαβόλου γεγέννηται. ὁσάκις οὖν ἁμαρτάνομεν, ἐκ τοῦ διαβόλου γεννώμεθα. ἐκ τοῦ θεοῦ δὲ πάλιν, ὁσάκις ἀρετὴν κατορθώσωμεν.

Vers. 10. Reuersi sunt ad iniquitates patrum suorum priores, &c.]

3

Chrisostomi.] *Quæ venia? Quid difficile? Quid arduum? arduum est peccare. Nonne illis exemplo maiores erant?*

Chrysost. *Peccare difficillimum est.*

Origenis.] *Duplices & apud nos patres; Quidam enim ante, quidam post fidem; dicit verò Christus,* [e] *Vos à patre vestro Diabolo estis, sicut & nos olim eramus; Per fidem verò facti sumus filij Christi: & in quadragesimo quarto Psalmo dicitur.* [f] *Audi filia; vides vocem patris? Quibus addit: Et vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum Patris tui. Pater bonus de patre reprehensibili loquitur. Ait quoque Ioannes in Catholica.* [g] *Omnis qui praua operatur, ex Diabolo natus est; quotiescumque igitur delinquimus, ex Diabolo nascimur; ex Deo verò, cùm virtutum opus præstiterimus.*

Origenes. *Patres duos habet anima vnusque Diabolum ante fidem, & Deũ post conuersionem.*
e Ioan.8.44.
f Psal.44.11.
g Ioan.3.6.
Peccando efficimur filij Diaboli.

Vers. 11.] Quamobrem hæc dicit Dominus: Ecce ego inducam super eos mala, de quibus exire non poterunt, & clamabunt ad me, & non exaudiam eos.

h *Quam ob rem hæc dicit Dominus Ecce ego inducam super eos mala, de quibus exire non poterunt (seu eluctari non poterunt.)*
i *Et clamabunt ad me, & non exaudiam eos.*

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

Quid [h] *igitur inuentã istiusmodi coniuratione colligatos tam turpiter pœnâ plectam? Horrenda sanè ad stuporem vsque in eos inferam mala, à quibus se expedire nequibunt, & propter quorum liberationem neque precibus, & lachrymis poterunt mecum eluctari.* [i] *Cùm enim, quantùm ex illis est, non sim ampliùs eorum Deus, tametsi pœnarum horrore adacti ad me suis clamarint vocibus, illos tamen minimè exaudiam.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

Qvamobrem, &c. Tam magnam defectionem, tanta scelera, talem denique Iudæorum coniurationem in verum Deum, ac Dominum suum ingens sanè ab omnipotente Domino, eadem sequi debuit pœna in coniuratos. Quòd si ipsi infideles se se illi exhibuerunt in eius pacti irritatione, æquum certè erat, vt qui Deus verax semper est, ipsaque veritas, & in eo fidelem se ostenderet, ac veracem, quòd iis ipsis dissipan

1 *Infidelibus existentibus in obseruatione pacti legis Deus fidelem se exhibet quo ad talibus promissas pœnas.*

diſſipantibus pactum ſuum pollicitus eſt malorum horrendorum, quorum Catalogum recenſuit Moyſes in cap. 28. Deuteronomij, ea enim omnia hîc vno complexus vocabulo, ait, (*Ecce*) conſuetâ eius particulæ ſignificatione, id eſt. Ad ſtuporem, (*Inducam ego ſuper eos mala.*) Eaque talia, ac tanta à quibus ſe expedire nequibunt, pro, (*de quibus exire non poterunt,*) legit Vatablus (*De quibus eluctari non poterunt,*) Quis enim contra omnipotentem eluctetur? Sed & tametſi cum illo precibus & lacrhymis eluctari poſſe vel eo pateat exemplo, quo iuxta Oſeæ [a] Prophetæ explicationem. [b] Iacob cum Deo legimus luctatum; Ipſis nihilominus neutiquam iſtiuſmodi proderunt luctandi rationes (*Clamabunt ad me, ait; & non exaudiam eos.*) Sicut enim quando ſeruato pacto meo illi erant mihi in populum, & ego illis eram in Deum, id ſeruabam promiſſionis, vt in quacumque die clamarent ad me exaudirem eos: Ita cum, quantum ex illis eſt, non ſim eis ampliùs in Deum, & ſi pœnarum horrore acti ad me clamarint, eos minimè exaudiam, qui Deus eorum non ſum. Quod & inimicis ſuis contigiſſe aſſeruit Dauid, dicens, [c] *Clamauerunt, nec erat qui ſaluos faceret: ad Dominum, nec exaudiuit eos.* Non quòd Deus vnquam repellat orationem plebis ſuæ Iſrael; ſed quòd ipſi Deum repellentes iam, quantum ex eis erat, deſierant illius eſſe plebem. Id quod effectu comprobarunt: nam ſubditur. *Et ibunt ciuitates Iuda*, &c.

Impij in ſua perſiſtentes malitia nec precibus, ac lacrhymis eluctari cum Deo poſſunt in ærumnis ſuis.

a Oſe. 12. 4.
b Gen. 32. 24.
c Pſal. 17. 42.

Verſ. 11.] Quam ob rem hæc dicit Dominus, &c.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVS MORALES.

2

Pœnitentiâ ſolâ placari poteſt Deus, quando indignatus immittit mala ſuper impios.

PARTICVLA, (*Quamobrem*) ad duo referenda eſt, quæ in hac vna habentur ſententia, & ad illationem malorum, de quibus, &c. & ad non exauditionem clamoris eorum ad Deum. Quamquam & ipſa non exauditio ſit adnumeranda inter mala, & pœnas quæ impios propter eorum contingunt ſcelera, imò malorum omnium peſſimum. Significatur itaque primùm id quod moris eſt apud Deum, flagellandos variis preſſurarum generibus eos qui ſuis ſceleribus Deum offenderint, eiuſque legem irritam reddiderint, vt mox dictum fuerat: & additur, (*De quibus exire non poterunt*) vt nouerimus veritatem eius quod à Domino dictum eſt Paulo in terram proſtrato, [d] *Durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare*: vnamque ſolam efficacem ſupereſſe rationem à malis per Deum immiſſis egrediendi ſi per pœnitentiam, & veram conuerſionem Deus ipſe placetur, qui pœnitentes & humiles ſuâmet ex illis educat manu. Et vt nouerimus, in maximo eos verſari errore, qui ſibi perſuadeant, abſque pœnitentia, per ſolam orationem validoſque clamores flecti illum à quoquam poſſe ad talem eductionem eius qui adhuc in actu perſeuerat delinquendi, & diuinam legem contemnendi, benè adiectum eſt, (*Et clamabunt ad me, & non exaudiam eos.*) Iuxta illud Prouerb. [e] *Qui declinat aurem ſuam ne audiat legem, oratio eius fiet execrabilis*, & illud quod in Euangelio tamquam tritum, & ſcitum apud omnes aſſeruit cæcus. [f] *Peccatores Deus non exaudit, ſed ſi quis Dei cultor eſt, & voluntatem eius facit, hunc exaudit.* Cæterùm ſicut id Euangelij, iſta & iſtud quod hîc à Domino dicitur, non modicum habent difficultatis, cùm manifeſtum è contra ſit, peccatores ipſos in multis à Deo exaudiri ſolitos, quod Baſilius item ex Euangelio, lib. de Conſtitut. Monaſt. cap. 2. illâ probat parabolâ, quā apud Lucam dixit Ieſus, [g] *Amen dico vobis etiam ſi non dabit illi ſurgens, eo quòd amicus eius eſt, propter importunitatem ſurget, & dabit illi quot quot habet neceſſarios.* Imò tantùm abeſt, quòd Deus homines ad ſe clamantes non exaudiat peccatores; vt & Dæmonia exaudita legamus in Euangelio pariter Lucæ, [h] quando à Domino Ieſu petierunt, ne imperaret ipſis vt in abyſſum irent, ſed eis permitteret ingredi in porcos; & Dæmoniorum principem Sathan quando à Deo petiit vt ſanctum Iob percuteret, exauditum patet ex eiuſdem Iob libro. [i]

Per orationē ſine pœnitentia flectere putans Deum indignatum eſt in magno errore.

d Act. 9. 5.
e Prou. 28. 9.
f Ioan. 9. 31.
Baſilius.
g Luc. 11. 8.
h Luc. 8. 31.
i Iob. 1. 12.

Tractat hanc difficultatem D. Thomas 2. 2. q. 83. art. 16. ſoluitque illam dicens, *Veriſſimum quidem hoc eſſe, quòd peccator à Deo minimè exaudiatur, ſi aliquid ab eo petatur in quantum peccator eſt, id eſt ſecundùm deſiderium peccati, & de his quæ ipſi fauent peccato: tametſi aliquando & in iis exaudiri videatur, quum ſimilia petentes nonnumquam recipiat; quod tamen non eſt exaudiri ex miſericordia, ſed illa eis à Deo exhiberi potiùs ad vindictam, iuxta illud Auguſtini, Deus quædam negat propitius, quæ concedit iratus. Cæterùm ſi contingat eumdem peccatorem ad Deum clamare per orationem ex bono naturæ procedentem deſiderio illum ex pura Dei miſericordia exaudiri quatuor obſeruatis conditionibus, vt ſcil. pro ſe petat neceſſaria ad ſalutem, piè, & perſeueranter.* Quam D. Thomæ doctrinam peregregiè dilucidat Franciſcus Suarez 2. tom. de Religione lib. 1. de Oratione in communi, tres diſtinguens peccatoris gradus, primum quando peccator orat, ignorans ſe peccatum habere, vel ſuum non aduertens lapſum, vel putans ſe contritum, cùm tamen ſit duntaxat attritus, de quo non eſt difficultas, quod exaudiatur, ſi rectè oret, cùm is ſecundùm exiſtimationem moralem non peccator, ſed iuſtus cenſeatur. Secundùm, Quando peccator aduertit ſuum in peccato ſtatum, & de illo dolet, petens & id quoque à Deo vt dolorem ſibi exhibeat, qui ſat ad bonam ſit contritionem. De quo pariter eſt certum quòd exaudiatur ex Dei miſericordia, vt ex Publicani peccatoris illius patet exemplo, qui in Euangelio dicitur [k] à longe ſtetiſſe, & clamaſſe pectus ſuum percutiendo, *Deus propitius eſto mihi peccatori*, & quem iuſtificatum præ Phariſæo pronunciauit Ieſus. Tertium denique quando peccator, licet ſuum cognoſcat ſtatum, eumdemque conſideret, neutiquam tamen dolet, quin potiùs voluntariè in eo perſiſtit, & in tali nihilominus ſtatu preces ad Deum fundit, quibus vel temporalia poſtulat, vel ſpiritalia; De quo probabile, inquit eſt, quod rarò exaudiatur, ſiue quia illius oratio rarò poteſt habere aliàs conditiones neceſſarias; ſiue quia indignus eſt exaudiri, qui diuinam amicitiam quodammodò contemnit. Quamquam nec iſtiuſmodi peccatores ab oratione auertendos ait idem Suarez, ne in deſperationem inducantur, imò animandi, ſi aliquando peculiarem, & pium affectum, & deuotionem habeant; ex quo patet, illos haud eſſe penitus obſtinatos; & fieri facillimè poteſt, vt ex ſuperabundanti Dei miſericordia exaudiantur, præſertim in iis, quæ petunt, ad ſalutem ſpectantia.

3

Orationes peccaterum quomodo non exaudiri, & exaudiri à Deo dici debeant.
D.Thom.

Omnium peccatorum triplex genus eſſe poteſt.
Franc. Suarez.

k Luc. 18. 13.

Sed quamuis per hanc doctrinam rectè id explicatum ſit commune à cæco allatum ſcitum, [l] *Peccatores Deus non exaudit*, ex quo inferre is voluit,

l Ioan. 9. 31.

luit,Iesum à Patre exauditum in tam eximio cæci nati illuminationis miraculo non potuisse esse peccatorem,vt Iudæi asserebant; quia si is peccator esset,exauditus à Deo fuisset vt peccator, & in petitione miraculi faciendi in confirmationem maximè detestandi sceleris, quo ille Christum se asserebat, & Dei filium: cùm è contra apud omnes pro certo habeatur,Deum nō exaudire peccatores,quando tale quid vel peccati,vel in peccati petunt confirmationem. Adhuc nihilominus in generali remanet difficultas; ex eo namque quod in Euangelio [a] exaudiri dicitur Dei non amicus, & exaudiri propter eius improbitatem,quis non videat,eum exaudiri vt peccatorem,& propter peccatum,quod improbitas est? Adde, & Dæmones quoque cùm exaudiuntur, dicendos exaudiri vt peccatores, quia quicquid petunt ad peccatum petere certum est.Sed facilè his est satisfieri. Nam quod ex Euangelio infertur, propter peccatum ipsum exaudiri peccatorem, falsum est;cùm eo in loco improbitatis vocabulo non ea designata sit moralis improbitas, quàm malitiam communiter appellamus, sed assiduitas magna in petendo,petitionemque suam vrgendo,quo sensu apud Poëtam dicitur, *Labor improbus omnia vincit*,quod ex originali patet voce Græca ἀναίδεια propriè impudentia,quæ certè haud semper est vitiosa. Imò per eam vt commendabilem etiam peccatoris orationem exaudiri à Deo significare voluit Iesus, si tamen tres alias eius oratio habeat conditiones à D.Thoma loco supracitato enumeratas. Dæmonibus verò numquam à Deo quicquam iuxta prauam illorum petitionis intentionem conceditur, ita vt eorum praua aliqua exaudiri dici queat postulatio; Sed si quid petitorum eis aliquando præstitum reperiatur vel ad maiorem ipsorum confusionem, & damnationem præstitum est ad eius prauitatis vindictam:vel ad meritum hominibus conciliandum, vt ex historia colligere est beati Iob. Imò ex eo quod petentibus illis, ne mitterentur in abyssum,sed sinerentur ingredi in porcos, idque postremum ei à Domino concessum dicitur in citato Euangelij loco, [b] colligit Ambrosius,dicendum, Dæmones à Domino minimè exauditos;Sic quippe lib.1. Examerón cap.8. ait, *Rogabant Dæmonia Saluatorem,ne iuberet illis, vt in abyssum irent.Sed qui docebat, voluntates Dæmonum non esse faciendas,præcepit illis,vt irent in porcos,porci autem in stagnum aquarum se præcipitarunt, vt quod recusabant Dæmonia non euaderent, sed digno præcipitio demergerentur.* Quamquam idem Ambrosius in Comment. super citatum Lucæ locum, spiritualem afferat rationem, cur Dæmonia Christus exaudierit, vt sineret ingredi in porcos, *Sic videmus*,inquiens, *quia homo ipse sibi auctor est ærumnæ: nam nisi quis porci more vixisset, numquam accepisset in eum Diabolus potestatem, aut si accepisset, non vt perderet,sed vt probaret.* Quam rationem attulit & Augustinus Tract.6.in epist. Ioannis. Vide Ioannem Chrysostomum homil. 29. in Matth. vbi quinque huius concessionis affert rationes literæ magis consonas.

Oratio hominis Deo non amici quomodo exaudiri dicatur propter illius improbitatem.

a Luc.11.8.

Dæmonum petitiones an à Deo exaudiātur. Quare ratione & ad quid aliquādo exaudiantur.

b Luc. 8 31. Ambros. *Dæmonū non esse faciendas voluntates.*

Dæmon non habet potestatē ad perdendum aliquē, nisi vitam is agat porcorū.

August. Ioan. Chrys.

Iam ad rem nostram, nosse vis quando, & propter quid potissimùm Deus peccatores non exaudiat clamantes ad se,audi. (*Quam ob rem,*) id est, propter illa, quæ mox enumerata fuère iniquorum Christianorum scelera,(*inducam*,inquit, *super eos mala,*)flagella,& calamitates, quibus illi erudiantur, atque ad pœnitentiam reducantur. Cùm tamen ipsi per ea nec erudiendi suâ culpâ sint, nec pœnitentiæ vlla exhibituri sint signa, qui id potiùs omni obnitentur studio, vt ab immissis eruantur afflictionibus quomodolibet fieri id queat; At ab eis nullâ ratione egredi poterunt.Quamobrem (*& clamabunt*, addit,*ad me,& non exaudiam eos,*) non solùm scilicet propterea eos non exaudiam,quia clamant ad me,cùm tantis fœdi sint sceleribus: verùm etiam quia nulla admissorum scelerum pœnitentiâ clamant: quin potiùs ob id clamant,vt salubrem deuitent castigationem, clamoreque & precibus, quas ad me fundunt,id vnum efflagitant, vt ab opprimentibus eruti calamitatibus consueta liberè contra me patrent facinora. Ita vt ipsorum clamor non tam ex humili deriuatus sit animi demissione, quàm ex superba animi obfirmatione in delictis præteritis, & impatientia in ærumnis præsentibus.Adde quòd cùm ad me clamant, profitentur simul, me nequaquam se cognoscere vnicum Deum suum, à quo solo omne eorum sit auxilium; eodem namque tempore, (*Et clamabunt,* inquit,*ad Deos alienos,quibus libant,*) confugientes nimirum ad opem hominum, in quibus vti in diis suam habent fiduciam, dæmonumque auxilia implorantes,variis superstitionum generibus, & cultu illos prosequentes.

5 Orationes peccatorum quando nullatenus exaudiuntur.

Porrò quæ hîc à Domino dicta sunt, iamdiu antea in libro Iob [c] habita videntur ab Eliu in cap.35.vbi ait,*Propter multitudinem calumniatorum clamabunt,& eiulabunt*,ij scilicet super quos propter eorum peccata inducet Deus istiusmodi mala calamitatum,& oppressionum,*propter vim brachij tyrannorum*,quos super illos Deus immittet.[d] *Et non dixit*, qui scilicet sic clamabit in oppressionibus,*Vbi est Deus,qui fecit me,qui dedit carmina in nocte*·Deum nimirum minimè cognoscens,vnicamque suam in ipsum constituens spem, à quo & factus est,& qui aliàs in nocte tribulationis,& ærumnarum ei singulari præstitit beneficio, vt carminibus gratiarum actionum ipsum benediceret. [e] *Qui docet nos super iumenta terræ, & super volucres cæli erudit nos.* Præ cæteris animantibus sapientiâ, & intelligentiâ nos insigniens quibus, scilic. eum laudaremus,ad eum confugeremus, & cùm firmâ clamaremus fiduciâ. [f] *Ibi clamabunt*, scilicet in præexpositis oppressionibus, *& non exaudiet propter superbiam malorum:* licet enim præ dolore calamitatum ad Deum clamēt, non tamen ab illo exaudiuntur, idque propterea quod & mali sint, & superbi: & quia praui existentes cum superbia, & elato animo, atque ob superbiam id clamant, vt à calamitatibus ipsis suis eos eruat. [g] *Non ergo frustra audiet Deus, & omnipotens causas singulorum intuebitur:*quasi dicat. Ex quibus omnibus concludendum, Deum non audire frustra, nec exaudire frustra,inanique ratione clamantes ad eum: cùm ipse qui omnipotens est singulorum clamantium attentiùs obseruet causas, pro quibus clamant, & propter quas clamorem ad ipsum emittunt.

Orationes eorum qui eodē tempore & Deū orant,& Dæmones per incātationes, non exaudiūtur à Deo.

6 Orationes à superbo corde non exaudiūtur à Deo.

c Iob 35.9.

d Iob.35.10.

e Iob 35.11.

f Iob.35.12.

g Iob 35 13.

Vide Appendicem Patrum istius, Vers. 11. post Expositionem secundam vers.12.

Vers.12.]Et ibunt ciuitates Iuda, & habitatores Ierusalem,& clamabunt ad Deos, quibus libant, & non saluabunt eos in tempore afflictionis eorum.

PARA

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ. A

a Et ibūt Ciuitates Iuda, & habitatores Ieruſalē, & clamabūt ad Deos, quibus libant, & non ſaluabūt eos in tēpore afflictionis eorum.

QVID a namque exaudirem, quos patentiſſimum eſt deſiiſſe plebem meam eſſe, quæ in me vno confideret? Cùm iam non pauci de populo, ſed integræ Ciuitates Iudææ, & vniuerſi Ciuitatis ſanctæ Ieruſalem incolæ ſimul ad idola commigraturi ſint, clamoreque valido Diis, quos colunt, preces porrecturi in afflictionis ſuæ tempore ab illis minimè ſaluandi, quibus nec ſpiritus eſt, nec vires vt ſemetipſos queant ſeruare.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

7 ET ibunt Ciuitates Iuda, &c. *Et clamabunt ad Deos quibus libant*, ſeu *quibus ipſi adolent eis.*) vt habent originalia Hebr. & Sept. Vt noueris, non quoſpiam ſolummodo è populo, ſed coniuratione conſpirantes vniuerſos Deum abieciſſe, tametſi aliquando ad illum clamarint, integræ Ciuitates Iuda, non vna, ſed omnes, cunctique etiam habitatores Ieruſalem ſimul commeabunt ad idola, clamoreque valido preces aliis porrigent, quos colunt. (*Et non ſaluabunt eos in tempore afflictionis eorum.*) b *Surgant*, inquit aliàs de iiſdem loquens diis, *& opitulentur vobis, & in neceſſitate vos protegant*: irridens illos: quomodo ſaluabunt, qui nec ſemetipſos poſſunt ſaluare: cùm vt ſupra dictum eſt. c *Vana ſint ſimulacra, & opus riſu dignum, & in tempore viſitationis eorum peritura ſint.*

b Deut. 32. 38.

c Ier. 10. 15.

Verſ. 12.] Et ibunt Ciuitates Iuda, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

8 VTINAM ſimile quid & pleriſque non contingeret Chriſtianorum Ciuitatibus, multiſque fidelium Eccleſiæ, vt in calamitatibus quibus premuntur ab inſurgentibus hoſtibus, non ad reconditos theſauros, & mundana præſidia potiùs quàm ad Deum inclamarent, eamque in illis ſuam defixam non haberēt ſpem, vt propterea quaſi Deos ſuos ea inuocarent. Quod per illud Pſalmi moraliter ſignificatum videtur, d *Hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine Dei noſtri inuocabimus.* Quo loco ſi verbum inuocandi & in primo membro ſubintelligatur: quis non videat, deſignari, à pleriſque cultum diuinum exhiberi curribus, & equis, ac ſimilibus humanis præſidiis, à quibus ita ea inuocantur, ſicut ab iis, quibus vnus colitur Deus, in quo ſolo confidunt, in nomine eius inuocatur. Benè in præcitato Pſalmo de illis ſubditur, *Ipſi obligati ſunt*, iiſdem nimirum vincti, conſtrictique mundanis præſidiis, *Et ceciderunt*, prout hîc quoque adiectum eſt. (*Et non ſaluabunt eos in tempore afflictionis eorum.*)

Non cōfidendum in mundanis præſidiis, ſed in Deo ſolo.

Mundana præſidia aliqui habēt, & inuocant vt Deos.

d Pſal. 19. 8.

VVLGATÆ.

Verſ. 11.] Quam ob rem hæc dicit Dominus, &c.

Verſ. 12.] Et ibunt Ciuitates Iuda, &c.

SEPTVAGINTA.

11. Διὰ τοῦτο τάδε λέγει κύριος· ἰδοὺ ἐγὼ ἐπάγω ἐπὶ τὸν λαὸν τοῦτον κακὰ, ἐξ ὧν οὐ δυνήσονται ἐξελθεῖν ἐξ αὐτῶν, καὶ κεκράξονται πρός με, καὶ οὐκ εἰσακούσομαι αὐτῶν.

12. καὶ πορεύσονται πόλεις ἰούδα, καὶ οἱ κατοικοῦντες ἱερουσαλὴμ, καὶ κεκράξονται πρὸς τοὺς θεοὺς αὐτῶν, οἷς αὐτοὶ θυμιῶσιν αὐτοῖς. οἱ μὴ σώσουσιν αὐτοὺς ἐν τῷ καιρῷ τῆς κακώσεως αὐτῶν.

B *Verſ.* 11.] Propterea hæc dicit Dominus: Ecce ego induco ſuper populum hunc mala: ex quibus exire non poterunt ex eis: & clamabunt ad me, & non exaudiam eos.

Verſ. 12.] Et ibunt Ciuitates Iuda, & habitatores Ieruſalē, & clamabunt ad Deos, quibus ipſi adolent eis: qui non ſaluabunt eos in tempore malorum eorum.

C APPENDIX EXPOSITIONVM Ex antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Propterea hæc dicit Dominus: Ecce ego inducam ſuper eos malum, & non poterunt liberari ex eo, & orabunt coram me, & non ſuſcipiam orationes eorum.* Verſ. 12. *Ibuntque viri ciuitatum Iuda, & habitatores Ieruſalem, & deprecabuntur idola, quibus adolebant aromata, ſi fortè poſſint ſaluare eos in tempore mali ſui.*

Verſ. 11. & 12. (*Quamobrem hæc dicit Dominus*, &c.) *Et ibunt Ciuitates*, &c.

D Hieronymus. *Non exaudit Deus in tempore neceſſitatis, & anguſtiæ, quia illi vocem Domini audire noluerunt, quod & Saul paſſus eſt:* e *Cùm enim Philiſthim agmina reformidans verbum Domini non meruiſſet accipere, conuerſus eſt ad Pythoniſſam, vt ab idolis diſceret quod inſtantiâ orationis & fletuum à Domino debuit extorquere. Per quæ diſcimus, Etiam ſi Dominus non exaudierit, nequaquam eſſe ceſſandum, nec confugiendum ad Dæmones, qui cultores ſuos adiuuare non poſſunt: Sed ad Domini auxilium, qui citò iratus flectitur, & mutat ſententiam, ſi & hi, quibus iratus fuerit, commutentur. Totum autem quod nunc dicitur ad tribum Iuda pertinet, & vrbem Ieruſalem, quibus inſtat captiuitas.*

Hieron. Oratione ad Deum perſeuerandū etiā ſi is nō exaudiat, nec vnquam confugiendum ad Dæmones.

e 1. Reg. 28. 8.

E 2 Auguſtinus Enarrat. in Pſalm. 144. f *Prope eſt Dominus omnibus inuocantibus eum. Et vbi eſt illud.* (*Et clamabunt ad me, & non exaudiam eos?*) *Ergo vide quod ſequitur, Omnibus qui inuocant eū in veritate. Nam multi eum inuocant nō in veritate. Aliud ab illo quærunt, non ipſum quærunt. Quare amas Deum? quia dedit mihi ſanitatem. Iſtud manifeſtum eſt quia ipſe dedit. Non enim ab vllo eſt vlla ſalus niſi ab illo. Quia dedit mihi, inquis, vxorē diuitem, qui nihil habebam, & ſeruientem mihi: & hoc ipſe dedit, verum dicis. Dedit, inquis, filios, & multos, & bonos; dedit familiam, dedit omnia bona. Ideo nihil amplius quæris? Ideo amas? Eſto eſuriens, adhuc pulſa ad ianuam patris familiâs, habet adhuc quod det. In mendicitate es cum omnibus his quæ accepiſti, & neſcis Pannoſam carnem mortalitatis adhuc portas, ſtolam illam gloriæ immortalitatis nunquid accepiſti, & quaſi iam ſatiatus non rogas?* g *Beati qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam, quia ipſi ſaturabuntur. Ergo ſi bonus eſt Deus, quia iſta tibi dedit, quantò beatior eris, cùm ſe ipſum tibi dederit? Deſideraſti tanta ab illo rogare, deſidera & ipſum. Neque enim ve-*

Auguſt. Orationes fidelii quomodo Deus exaudire, & non exaudire dicatur.

f Pſ. 148. 18.

F

g Matt. 5. 6. Oratio eius à Deo exauditur qui inuocat illum in veritate.

rè dulciora sunt ista, quàm ille, aut ex aliqua parte comparanda sunt illi. Ergo qui Deum ipsum à quo accepit, de quibus gaudet præponit omnibus rebus quas accepit, ipse inuocat Deum in veritate. Qui sic inuocant Dominum, exaudit Deus: prope est tibi, nondum dedit quod vis, ibi est tamen. Quomodo medicus si forte aliquid imponat vel oculo, vel vlceribus, quod vrendo sanet, si roget ager vt tollatur illi, medicus expectat tempus, non facit quod rogat æger, non tamen recedit. Et prope est, & non facit, & ideo magis non facit, quia prope est. Curando enim imposuit, & curando non facit quod rogatur. Non te exaudit ad præsentem voluntatem, exaudiendo ad futuram sanitatem, & hoc vtique ad voluntatem. Nam vtique sanus esse vult etiam qui vri non vult. Prope est ergo Dominus omnibus inuocantibus eum. Sed quibus omnibus? omnibus qui inuocant eum in veritate. Tales confirmat decidentes, qui inuocant eum in veritate, [a] Voluntatem timentium se faciet: faciet, faciet: & si non faciet ad horam, tamen faciet. Certè si ideò times Deum vt tu facias ipsius voluntatem, ecce & ipse quodammodo ministrat tibi, facit voluntatem tuam: Et preces eorum exaudiet, & saluos faciet eos.

Orationes exaudit Deus frequenter etiam cùm eas videtur non exaudire.

a Psal. 144. 19.

3 Theodorit.

Theodoritus. *Quam ob rem omnimodis eos obruam calamitatibus, nec plangentes eos venia dignos existimabo, tametsi nullum à diis quos coluerunt, consequantur auxilium, quorum multitudinem commemorat.*

Ioannes Cassianus Collatione 6. cap. 6. *Nonnumquam solet scriptura abusiuè mala pro afflictionibus ponere: non quia per naturam propriè mala sint, sed secundum hoc quod ab his sentiantur mala quibus vtiliter inferuntur. Cùm hominibus enim disputans diuina censura, necesse est vt humanis verbis, & affectibus eloquatur. Etenim sectio, vel vstio salutaris, quæ illis qui vlcerum contagione putrefacti sunt, piè infertur à medico, mala à tolerantibus creditur nec equo calcar, nec emendatio suauis est delinquenti. Sic apud Ieremiam Dominus, (Ecce, inquit, adducam super eos mala) dolores, ac vastitates, quibus in præsenti salubriter castigati, ad me, quem in rebus prosperis contempserunt, reuerti tandem, ac festinare cogantur.*

Ioan. Cass. *Malorum vocabulum vsurpat Scriptura pro afflictionibus.*

D. Thomas. *Hic contra incorrigibilem culpam comminatur ineuasibilem pœnam. Et primò ponitur pœna (Ecce ego) Isai 24. [b] Qui explicuerit se de fouea, tenebitur laqueo. Secundo excludit euasionis remedia, & primò, quod non iuuabuntur orationibus propriis fusis ad Deum, (Clamabunt, &c.) Prou. 1. [c] Inuocabunt me, & non exaudiam. Et fusis ad idola. (Et ibunt ciuitates) Isai 45. [d] Nescierunt qui leuant signum sculpturæ suæ, & rogant Dominum non saluantem.*

D. Thomas.

b Isai. 24. 18.

c Prou. 1. 28.

d Isai 45. 20.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Καὶ κεκράξονται πρός με, καὶ οὐκ εἰσακούσομαι αὐτῶν. καὶ κεκράξονται πρὸς τοὺς θεοὺς αὐτῶν, οἷς αὐτοὶ θυμιῶσιν αὐτοῖς καὶ οὐ.]

Ὠριγένους.] ὁ μὲν θεὸς δικαίως οὐκ ἀκούει τῶν μὴ ἀκουσάντων αὐτοῦ. οἱ δὲ δαίμονες, τὸ δίκαιον σῶσαι τοῖς θυμιάσασιν αὐτοῖς οὐ δυνήσονται, ὅταν ὁ καιρὸς τῶν κακῶν ἐπέλθῃ. ὅταν οὖν μὴ ἐπακούσῃ θεὸς δεινὸν τὸ ζητεῖν παρὰ δαιμόνων βοήθειαν. ἀλλ᾽ ἐξέχεσθαι δεῖ θεοῦ, διὰ τὰ ἡμαρτημένα ἀπεστραμμένου, τὴν δὲ πολλὴν ἐπ᾽ αὐτὸν, καὶ ἐπίμονον κατὰ φυγὴν, οὐχ ὑπερορῶντος.

4

Vers. 11. *Et clamabunt ad me & non exaudiam eos,* Vers. 12. *Et clamabunt ad Deos, quibus ipsi adolent eis, & non saluabunt eos, &c.*]

Origenis.] *Deus quidem iustè eos qui ipsum non audierunt non audit. Dæmones autem suffumigiis eos venerantium iura nequibunt defendere, cùm tempus calamitatum venerit: cùm ergo Deus non exaudierit, perniciosum est à Dæmonibus opem poscere; Sed pendere à Deo oportet; qui propter iniquitates auersus est, & qui multùm, constanterque ad ipsum confugientes non despicit.*

Origen. *Orationes eorũ qui ipsum non audiunt meritò non exaudiuntur à Deo. Dæmones offerre nequeũt tribulatis qui ipsos adorant. Orans Deum & ab illo non exauditus caueat ne ad Dæmones cõfugiat. Orantem perseueranter nõ despicit Deus.*

Vers. 13.] Secundùm numerum enim Ciuitatum tuarum erant dij tui Iuda, & secundùm numerum viarum Ierusalem posuisti aras confusionis, aras ad libandum Baalim.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

O Te [e] miseram, Iudaica congregatio, me relicto, qui vnus eram tibi omnia, tot tibi falsos assumpsisti Deos, quot in te erant ciuitates. Et vel in vna ciuitate sanctitatis meæ tot ad confusionem, ignominiamque tuam erexisti aras, in quibus Baalim sacrificiorum, libaminum, & thurificationis prosequereris cultu, quot in illa erant compita.

e Secundùm enim numerũ ciuitatum tuarum erant dij tui Iuda, & secundùm numerũ viarum Ierusalem posuisti aras confusionis, aras ad libandum Baalim.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *Iudæorum idololatria quanta.*

SEcundùm numerum, &c.) Prosequitur explicare apertiùs defectionem per coniurationem virorum Iuda, & habitatorum Ierusalem. Non est autem quod in istorum detineamur expositione, iam enim similia habita fuere in cap. 2. vers. 29. vbi idemmet Dominus Iudæis item illudens ait, *In die afflictionis suæ dicent: Surge, & libera nos. Vbi sunt Dij tui, quos fecisti tibi? Surgant, & liberent te in tempore afflictionis tuæ: Secundùm numerum quippe ciuitatum tuarum erant dij tui Iuda,*

Quæ hoc loco per id amplificat, quod pro habitatoribus Ierusalem ciuitatis aliàs sanctæ specialiter addit, (*Et secundùm numerum viarum Ierusalem aras confusionis*) id est, Idoli prout aliàs declaratum est sæpiùs; vnde per epexegesim subiicitur, (*aras* scilicet inquam, *ad libandum*, seu vt Hebr. habent, & Græca, *ad adolendum Baalim*) id est idolis, vt notatum est supra. Quod & apud Ezechielem eidem Ierusalem iis exprobratum videre est verbis, [f] *Ad omne caput viæ ædificasti signum prostitutionis tuæ*, & paulò infra. [g] *Quia fabricasti lupanar tuum in capite omnis viæ, excelsum tuum fecisti in omni platea.*

f Ezech. 16. 25.

g Ezech. 16. 31.

Vers. 13.

A

Verſ. 13.] Secundùm numerum enim viarum, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

2 Hug. Card. *Eccleſiaſticorum aliquorũ auaritia multiplicantium ſibi & idola, & redditus. Hæreſũ quãta multitudo in partibus Aquilonaribus.*

AD morale ita hæc refert Hugo Card. vt pari ratione multi Prælati in qualibet Ciuitate pro viribus multiplicent ſibi redditus, & præbendas. Vel illi ſecundùm numerum Ciuitatum idola colant, qui ſecundũ quod plus abundant in redditibus, & dignitatibus magis, & pluribus ſe ſubiiciunt vitiis. Aptiùs verò ipſe ex hoc loco amplificarem noſtrorum temporũ miſeriam in partibus Aquilonaribus, vbi vniuerſam ferè Eccleſiam innumeræ depaſtæ ſunt hæreſes. Ita vt de illis iam non ſat ſit dicere, *Secundùm numerum Ciuitatum*, &c.) Cùm in Nouatorũ Euangelicorum Synagoga, nedum tot ſint hæreſiarchæ, quos veluti Deos habent, quot in regionibus iis ſunt Ciuitates: & nedum tot erectæ ſint hæreſûm aræ, quot in Ciuitate qualibet ſunt viæ: Sed & tot coluntur hæreſiarchæ, quot ibi eſſe contigerit prædicantes: totque ſunt & hæreſes, quot ſunt & domus, imò quot & homines. Quæ rectè aræ dicuntur confuſionis, ob maximam quæ ex ipſis prouenit religionis confuſionem, & aræ ad libandum Baalim: cùm re vera id ſit ſingularum hæreſûm proprium, vt in ipſis non tam Deus colatur, quàm Dæmones, & hæreſiarchæ illi, quos maiori certè quàm Deum proſequuntur cultu, maiorem eorum dictis, quàm reuelatæ à Deo veritati præſtantes fidem.

VVLGATÆ.

Verſ. 13.] Secundùm numerum, &c.

SEPTVAGINTA.

13. ὅτι κατ' ἀριθμὸν τῶν πόλεών σου ἦσαν θεοί σου ἰούδα, καὶ κατ' ἀριθμὸν ἐξόδων τῆς ἱερουσαλὴμ ἔταξαν βωμοὺς θυμιᾶν τῇ βάαλ.

B

Verſ. 13.] Iuxta enim numerum Ciuitatum tuarum erant Dij tui Iuda: & iuxta numerum viarum Ieruſalem poſuiſti aras ad incenſum adolendum Baal.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1 PAraphraſis Chaldaica. *Quia ſecundùm numerum Ciuitatum veſtrarum fuerunt dij veſtri viri domus Iuda, & ſecundùm numerum viarum Ieruſalem poſuiſtis aras confuſioni, aras ad adolenda aromata ipſi Baal.*

Verſ. 13. *Secundùm numerum*, &c.

C

Hieronym. *Iuda peiora fecit quàm Iſrael.*

Hieronymus. *Legamus Regum, & Paralypomenôn libros, & inueniemus Iudam, & Ieruſalem multò quàm Iſrael peiora feciſſe, vt quot haberent vrbes, tot haberent & idolorum ſpecies. Et quot erant in vrbe Ieruſalem plateæ, & viarum capita, tot haberent aras in confuſionem ſuam, in quibus idolis Baalim victimas immolarent.*

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΟΤΙ κατ' ἀριθμὸν τῶν πόλεών σου ἦσαν οἱ θεοί σου.

D

Ὀλυμπιοδώρου.] ἵνα μηδεὶς εἰσπορευόμενος, ἢ ἐκπορευόμενος μένῃ καθαρὸς, τό γε ἐπ' αὐτοῖς.

Verſ. 13. IVxta enim numerum Ciuitatum tuarum erant dij tui.

Olympiod. *Iudæorũ idololatriæ ſtudium.*

Olympiod.] *Vt ne quis ingrediens, quod aut egrediens, quod ad ipſos attinet, mũdus maneret.*

Verſ. 14.] Tu ergo noli orare pro populo hoc, & ne aſſumas pro eis laudem, & orationem: quia non exaudiam in tempore clamoris eorum ad me, in tempore afflictionis eorum.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Tu ergo noli orare pro populo hoc. b Et ne aſſumas pro eis laudem, & orationem.

TV[a] itaque Ieremia, qui totus eſſe ſoles in effundẽdis precibus pro populo iſto, caue ne vt patronũ illum defendens, eiuſque apud me agens cauſam, pro illo orationem coram me habeas; haud enim æquum eſt, vt tu qui ſanctus es iniuſtam tuearis cauſam, è qua honorem minimè ſis relaturus.[b] Ne tempus conteras in progenitorum eius præconio exaggerando, vel etiam in me laudando, quòd id in primis in me habeam naturæ, vt miſericors beniгnuſque ſim. Ne pro illis Pſalmos magno ad me proclames affectu.[c] Omnino enim tibi ſignifico, me tuas pro illis non exauditurum preces, præſertim quando & illi in afflictione conſtituti vnà tecũ ad me clamauerint, ne exauditum populus ille ſuum cenſeat clamorem, indignus qui exaudiatur, cùm haud contrito clament corde, ſed ob id dumtaxat, vt ab opprimente eruantur malo. Et quomodo te tunc temporis exaudiam, quum illi ad me clamantes, me ſimul & maledicant, ad Deos clamantes alienos, in quibus ſuam habent fiduciam.

1 2 3 1

c Quia non exaudiam in tẽpore clamoris eorum ad me, in tẽpore afflictionis eorum.

2

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

E

1 TV ergo noli orare pro populo hoc, &c.) Vide quæ ſuper eamdem ſententiam exactiùs pertractata à nobis fuêre in verſ. 16. cap. 7. vbi ad verbũ ea habetur omnino prout hîc, tam in Vulgata quàm in Hebr. & in verſione Sept. Id non omittendum, in quo hîc aliquid eſt diuerſitatis, ab eo quod ibi reperimus. Ibi enim poſt relata, adiiciebatur, *Et non obſiſtas mihi: quia non exaudiam te.* Hîc autem omiſſo, *Et non obſiſtas mihi*, dicitur. (*Quia non exaudiam in tempore clamoris eorum ad me in tempore afflictionis eorum,*) *Notandum*, inquit Andreas Cappella, *non dicere, (Non exaudiam te,)* Sed *(non exaudiam in tempore clamoris eorum ad me,) quaſi dicat. Ideo orationes tuas non ſuſcipiam, quia tu ex illorum perſona ad me oras, qui propter ſcelera non merentur exaudiri.* Defert

Andr. Capp. *Orationibus ſanctorũ quãtum deferat Deus.*

fert Deus sanctis suis, & honorat illos, qui eius tuentur honorem, vt non audeat dicere, Non exaudiam te, cùm oraueris pro populo hoc; Sed, ne ores pro populo hoc, ne tuis coactus orationibus ignoscam illi. Cæterùm animaduersio ista, pace tanti viri dixerim, tuta non est. Si enim tantùm honor Ieremiæ Deo cordi extitisset, vt propterea non ausus sit quodammodo dicere. (*Quia non exaudiam te*,) cur in c.7. vbi similem habuit sententiam, apertè eidem Prophetæ contestatus est, *Quia non exaudiam te?*

2

Orationes iustorum sæpe à Deo nō exaudiuntur quū fiunt pro impiis obstinatis.

Id potiùs mihi expendendum necessariò videtur, Quid sibi voluerit Dominus, quum non dixit, (*Non exaudiam in tempore clamoris tui ad me:*) Sed, (*Non exaudiam in tempore clamoris eorum.*) Ad quod tria dicerem: Primum, tantumdem esse, (*Non exaudiam in tempore clamoris eorum,*) ac Non exaudiam in tempore clamoris, scil. tui pro eis ad me, vt pronomen (*eorum*) non actiuè, sed passiuè sumatur, sicut in eo quod subiectum est, (*In tempore afflictionis eorum,*) quam scil. ij patientur. Verùm quia hunc sensum Originalia non admittunt, cùm Hebræa ad verbum sic habeant, (*Quia non ego audiens in tempore clamare eos ad me,*) & Sept. (*Quia non exaudiam in tempore, quo inuocant, seu inuocabunt me.*) Ideo secundò sic dictum censerem, vt Ieremiæ testatum Dominus faceret, tunc temporis nolle vt sibi preces pro eo populo offerret, quando populus ipse, etiam in afflictione cōstitutus ad eum clamaret, quia tunc nullas suscepturus esset orationes, nullas exauditurus preces, ne exauditum populus suum censeret clamorem, indignum certè qui exaudiretur; cùm haud contrito clamarent corde, dolentes quòd Deum suis offenderint sceleribus; sed ob id duntaxat, vt à præsenti liberarentur malo, prout patet ex eo quod adiectum est, (*In tempore afflictionis eorum,*) pro quo in Hebr. est, (*Pro malis ipsorum.*) Vel tertiò, & meliùs. (*Non exaudiam,*) inquit, scilicet quas pro populo hoc fuderis preces, in tempore quo ipsi in afflictione constituti eâ ratione clamauerint ad me, quam mox enarraui. Et ad me nimirum simul clamantes, & ad Deos alienos, qui sanè eorum clamor maledictio est, non oratio. Vt exinde appareat causa, cur eo tempore minimè & sancti viri exaudiendæ sint preces, iuxta id Sapientis illius.[a] *Vnus orans, & vnus maledicens, cuius vocem exaudiet Dominus?* Ex quibus vniuersa tollitur occasio dubitandi, & disputandi hoc loco, an per hæc quæ hîc ait Dominus, simpliciter prohibitum sit orare pro impiis, dicente Hieronymo, ex his colligi, frustra aliquem rogare pro alio cùm ille non mereatur accipere, pro quo rogatur. De qua difficultate egimus pluribus in præcitato loco capitis septimi. Videantur ibi in Expositione prima.

Orationes iustorū pro impiis nō exaudiūtur quādo & impij cum illis impœnitenti corde orant affluit.

a Ecclef. 34. 29.

Hieron.

Vers. 14.] Tu ergo noli orare pro populo hoc, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

3

Orationes nullius exaudit Deus quādo id pro quo oratur petitur & à Dæmonibus per superstitiones, & incantationes.

PRæter ea quæ fusè pertractata videre potes in Expositione Morali vers. 16. capitis septimi, atque ea quæ super hunc ipsum locum mox diximus in prima literæ Expositione. Id vnū pro moribus hîc est quod notamus, apertè Deum protestari, nec cuiuspiam quantumlibet sancti preces ab ipso exaudiendas, quæ fusæ ab illo sint pro liberatione alicuius ab afflictione, & ægritudine, quando is pro quo viri sancti Deum orant, ad superstitiones, veneficia, & incantationes confugiens, vel etiam quum Deo debitis precibus, & vnà cum verbis sacris ad Deos clamans alienos, cum Dæmonibus pactum in talibus incantationibus vel expressè, vel tacitè habet. Vide sensum vltimo allatum in litera, cui hæc innituntur.

VVLGATÆ.

Vers. 14.] Tu ergo noli orare pro populo hoc, &c.

SEPTVAGINTA.

14. Καὶ σὺ μὴ προσεύχου περὶ τοῦ λαοῦ τούτου. καὶ μὴ ἀξίου περὶ αὐτῶν ἐν δεήσει, καὶ προσευχῇ. ὅτι οὐκ εἰσακούσομαι ἐν τῷ καιρῷ, ἐν ᾧ ἐπικαλοῦνταί με, ἐν καιρῷ κακώσεως αὐτῶν.

Vers. 14.] Et tu noli orare pro populo hoc: & noli postulare pro eis in oratione, & deprecatione: quia non exaudiam in tempore, in quo inuocabunt me, in tempore afflictionis suæ.

APPENDIX EXPOSITIONVM

Ex antiquis Patribus collecta.

1

PARAPHRASIS Chaldaica. *Tu autem ne ores pro populo isto, nec deprecêris pro eis in deprecatione, & oratione, quoniā non erit voluntas coram me, quo tempore tu orabis pro eis coram me, in tempore mali eorum.*

Vers. 14. *Tu ergo noli orare pro populo hoc*, &c.

Hieron.

Oratio pro aliis frustra fit, cùm is non meretur accipere pro quo oratur.

Hieronymus. *Præcipitur Ieremiæ, ne velit pro eis Dominum deprecari, in quos iam est consummata sententia, ne videatur oratio eius infirma, & propriis sceleribus non exaudiri. (Noli,* inquit, *orare pro eis, nec laudem assumere,) nec replicando veteris historiæ clementiam, quâ eis semper misertus sum, & laudando meam nitaris mutare sententiam. Etsi enim hoc feceris, non exaudiam eos, qui me necessitatis tempore rogare coguntur. Ex quibus discimus frustra aliquem rogare pro alio, cùm ille non mereatur accipere, pro quo rogatur Deus.*

Tertullian.

Virtutes, & orationes proximorum nostrorum parū nobis proficiunt, nisi propria adsint nobis virtutes.

Chrysost.

Vide Tertullianum lib. de Pudicitia cap. 2. relatum supra à nobis in Appendice ad expositionem vers. 16. cap. 7. Vbi & aliqua relata habes loca Ioannis Chrysostomi, huc etiam spectantia.

Idem Chrysostomus, Homil. 5. in Matthæum. *Si fratribus Domini omnino nil proficit vel patriā, vel domo, vel propinquitate Christo fuisse coniunctos antequam de propria fulgerent virtute, quā nos dignos veniā putamus, qui de iustis propinquis, ac fratribus gloriamur, nisi eos ipsos fuerimus imitati. Nam & Propheta idipsum significans ait,*[b] *frater non redimit, redimet homo: Etiamsi Moses fuerit, etiamsi Samuel, etiāsi Ieremias: Audi tamen quid ad illum loquatur Deus, (Noli, inquit orare pro populo isto, quoniam non exaudiam te.)*

2

Orationum donum nobis dedit Deus vt nos sedulos redderet.

Idem Homil. 14. in epist. ad Rom. circa Principium Moralis. *Precum donū Deus dedit, non ipse obsecrationis indigens, sed vt ne ipsi dum simpliciter salui simus, deteriores reddamur, Quo sanè nomine sæpenumerò, vel propter Dauid, vel propter aliū quempiā illis se conciliari ait, hoc ipsū moliens, vt figurā conciliationi*

addat,

addat, quamquã benignior multò viſus ipſe fuerit, ſi nõ per illum vel per ſeipſum diceret, illis ſe ita dimittere. Verùm non ita ille in animum ſuum induxit, vt reconciliationis videlicet argumentum iis qui ſalui fiunt, ignauiæ cauſa exiſtat. Propterea & ad Ieremiam dixit: (Ne roges pro populo hoc: nam te ipſe non exaudiam) Non quod illum à precibus ceſſare (ſalutem enim noſtram magnopere deſiderat) Sed quia illos terrere vellet, quod quidem Propheta cùm intelligeret à precibus non abſtinuit.

Theodorit. Theodoritus. *Propter immodicam impietatem prohibet Propheta ne pro eis ſupplicationem offerat. Ne oraueris enim ait, pro populo iſto; Et ne digneris pro ipſis deprecari, aut orare; quia non exaudiam in tempore afflictionis eorum, quia in ipſo pœnarum momento preces offerunt. Quare Dauid Propheta denunciat his verbis.* [a] *Præoccupemus faciem eius in confeſſione.*

a Pſal. 94. 2.

D. Thom. D. Thomas. *Oſtendit quòd nec iuuabuntur orationibus alienis. (Tu ergo noli, &c.) (laudem, vt me quaſi miſericordem laudans ad miſericordiam prouoces 1. Reg. 16.* [b] *Vſque quò tu luges Saul, cùm ego proiecerim eum, ne regnet ſuper Iſrael?*

b 1. Reg 16.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Καὶ σὺ μὴ προσεύχου περὶ τοῦ λαοῦ τούτου. ὅτι οὐκ εἰσακούσομαι.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] εἶδες ἀπόφασιν; καὶ μὴν ἄνω εἶπες, ὅτι οὐκ εἰσακούσομαί σου. καὶ πάλιν λέγεις. ἀνάγνωθι σὺ λόγους τούτους. καὶ πάλιν δίδως πρόφασιν σωτηρίας, λέγων, ἐὰν διορθοῦντες διορθώσητε τὰς ὁδοὺς ὑμῶν καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα ὑμῶν.

Ὠριγένους.] οὐκ εἶπεν, οὐκ εἰσακούσομαί σου ἀλλ' αὐτῶν δεικνύς, ὅτι καὶ τότε μετανοούντων ἐὰν αἰτήσῃς ὑπὲρ αὐτῶν, εἰσακούσομαι.

Verſ. 14. *Et tu noli orare pro populo hoc. &c quia non exaudiam, &c.*]

Chryſoſtomi.] *Vidiſtin ſententiam? & certè ſupra dixeras, quòd non exaudiam te. & iterum inquis. Percurre ſermones hos. & iterum das ſalutis occaſionem dicens, Si emendantes emendabitis vias veſtras, & mores veſtros.*

Chryſoſt. *Deus vel etiam indignatus ſalutis occaſiones præbet peccatoribus.* Ierem. 22. 16.

Origenis.] *Non dixit, non exaudiam te, ſed non exaudiam eos; ſignificans quòd ſi eos pœnituerit, & pro ipſis preces effundens, exaudiam.*

Origen. *Orationes fuſa pro peccatoribus tunc à Deo exaudiuntur, quũ illos pœnitet.*

Verſ. 15.] Quid eſt quòd dilectus meus fecit in domo mea ſcelera multa? Numquid carnes ſanctæ auferent à te malitias tuas, in quibus gloriata es?

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

SANE [c] *id admirationi eſſe debet maxime, quid nam ſit, quod tantis à me cumulatus beneficiis, & adeo mihi dilectus populus, in templo meo, quod adit preces & ſacrificia offerens, ſicque clamans ad me, multa ſimul admiſerit ſcelera in intimis præcordiis ſuis, quibus ibidem ad Deos clamauit alienos, cogitatu, affectuque illos omni proſequens ſtudio.* [d] *An exiſtimas ingrate popule per ea quæ tam prauâ mente mihi offers ſacrificia, perque talium victimarum carnes mihi ſanctificatas auferendas à te malitias, & ſcelera illa, quæ vt tibi maximè glorioſa arbitrata es?* [e] *Non poſſum non obſtupeſcere, quid iſti alioquin & dilecto populo, & dilectæ ciuitati ſit, quòd ita in domo mea tam multa patrat ſcelera: profectò ſacrificia quæ ibi offers, abſque vlla tui vtilitate tranſibunt à te, nihil tibi proficientia, quia eo ipſo tempore quo illa obtuliſti, in tua exultaſti malitia. Quid iam tibi prodeſt, quòd templum meum frequentes, multis modis, & cùm idolis plurimis res admittens execrandas. Tum & prætermittens ſacrificia quæ mihi offerre conſueueras, execrandas iam idolis ſacrifices victimas, atque in hoc ipſo exultes? Quid iam & dilectus Propheta meus tam aſſiduè Prophetat, oratque pro populo iſto in templo meo, quando populus iſte meus multas admittit abominationes, neglectis ſanctis ſacrificiis, ſummaque cùm exultatione, & gloria plurima colit idola. Sed & idem Propheta admirabundus obſtupeſcit. Quidnam ſit, quod Deus quem ipſe vnicè diligit, adhuc in templo habitare non dedignetur, cùm Iudæorum congregatio nefanda ibi cum multis patrarit idolis, diſtributa omnibus viris ſanctis & exultans cùm maleſecerit?*

c *Quid eſt quòd dilectus meus in domo mea fecit ſcelera, (ſeu prauas cogitationes) multas?* d *Numquid carnes ſanctæ auferent à te malitias tuas, in quibus gloriata es?*

1 e (*Quid dilecto, meo, ſeu dilecta, in domo mea facere ipſam ſcelſtas cogitationes, ſeu res execrandas multas, ſeu multis aut cum multis? Et carnes ſanctæ tranſibunt à te, quia malitiâ tuâ tunc exultaſti.*) 2 3 4 5

9

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

QVid eſt quod dilectus, &c.) Communis quidem noſtrorum expoſitorum ferè omnium ſenſus ſententiæ iſtius eſt, vt magnâ emphaſi, & admirabundus Deus de Iudaico conqueratur populo, quòd cùm ſibi præ cæteris gentibus eſſet vnicè dilectus, & cui propterea præſtantiſſima in innumeris beneficiis dilectionis exhibuiſſet indicia, is in templo ſancto habitationis ſuæ multa admiſerit idololatriæ, cæterarumque abominationum ſcelera, quando tempore Regis Manaſſes idola, eorumque aræ ibi extructæ, & erectæ leguntur lib. 4. Reg. cap. 21. Tum ad eumdem conuerſus populum non minori illum arguat efficaciâ, quòd adhuc in eodem templo ſancta ſibi offerat ſacrificia, exiſtimans per externa ea ſacrificia, omnibus ſatisfactum, quæ ipſi deberentur Deo: conteſtans ſimul, fieri non poſſe, vt per ſacrificia illa malitiæ eius auferantur, & ſcelera, quæ glorìabundus perpetrauit: hoc illud eſſe quod addit, (*Numquid carnes ſanctæ auferent à te malitias tuas, in quibus gloriata es?*

1 *De Idololatria admiſſa in templo ſuo queritur Deus.* Senſus Communis.

Sacrificia externa Iudæorum inſufficientia ad tollenda peccata.

Si tamen mihi à communi iſto ſenſu fas ſit recedere, dicerem, hæc à Domino quidem habita in confirmationem ſimul, & rationem eius quod mox in verſ. præcedenti Ieremiæ dixerat, *Tu ergo noli orare pro populo hoc, &c. Quia non exaudiam in tempore clamoris eorum.* Quando (vt vltimo explicauimus ſenſu) ad Deos alienos, atque ad Deum in ſua clamarent afflictione. Non tam ergo ad tempora

2 *Conqueritur Deus & de ſceleribus quæ in templo à fidelibus admittuntur etiam animo, & cogitatione internâ.* Senſus Auctoris.

tempora Manasses, & ad idola actu in templo Dei erecta hæc spectant, quàm ad tempora Sanctissimi quidem Regis Iosiæ, & ad eos Iudæorum, ciuiumque Ierusalem, quos (vt in principio diximus capitis huius vndecimi) sat norat Deus, intrinsecus in proposito idololatrandi persistere, secretóque in Idolorum cultum conspirasse, factà ad hoc coniuratione, tametsi præ optimi Regis metu extrinsecus veri Dei profiterentur Religionem, adeoque & templum illius frequentarent, precesque & sacrificia in suis multiplicarent necessitatibus. Quia verò in hac coniuratione non pauci de plebe, sed vniuersus à Deo inuentus est populus, prout res ipsa postmodùm mortuo Iosia docuit: Ideo de populo ipso generaliter loquens in maiorem illius confusionem dilecti vocabulo eum designat, sicut fecit & Moyses, cùm de eodem rebelli agens populo, dixit.[a] *Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit.* Et est sensus. Noli orare pro populo hoc, Ieremia, tuas enim preces non exaudiam, cùm eodem tempore is in sua afflictione clamet ad me, clamans intrinsecus & ad Deos alienos. Certè admirationi id maximæ esse debet, quidnam sit, quòd tantis à me cumulatus beneficiis, adeoque mihi dilectus populus in templo meo quod adit, preces & sacrificia offerens, sicque clamans ad me, multa simul admisit ibi scelera in intimis præcordiis suis, quibus ibidem ad Deos clamauit alienos, cogitatu, affectuque illos omni prosequens studio, Hebraica enim vox מזמה *mezimmah,* propriè significat scelus cogitatum, maloque animo conceptum, à verbo זמם *zamam,* cogitare. Vnde in libro Prouerb. pro eo quod Vulgata habet,[b] *Qui cogitat mala facere stultus vocabitur, Cogitatio stulti peccatum est.* In Hebr. *Qui cogitat mala facere.* Bangal mezimmoth, id est, *vir cogitationum* scil. est. *Cogitatio* zimath, *stultitia peccatum est.* Et in lib. Genesis de iis qui praua machinantes turrim ædificare cœperant Babel, [c] *Non desistent* ait, Dominus *à cogitationibus suis,* eadem voce, *donec eas opere compleant.* Et in Psalmo 9. [d] *Comprehenduntur* binzimoth *in consiliis,* seu *cogitationibus, quibus cogitant.*

a Deut. 32. 15.

b Prou. 14. 8. & 9.

c Gen. 11. 6.

d Psal. 9. 23.

3 *Orationes, & sacrificia impiorum non auferunt malitias actuum illorum.*

Ex occasione prædictorum quæ ad Prophetam hoc sensu habuit, conuertit deinde Dominus sermonem suum ad populũ ipsum, de inani eum arguens istiusmodi eius vsu precum, & sacrificiorum, quæ in sancto templo præexpositâ offerebat ratione, deque vana in iisdem confidentia quasi per ea expiari possent crimina, in quibus suam statuit gloriam, dicit enim, (*Numquid carnes sanctæ, auferent à te malitias tuas, in quibus gloriata es?*) Magisque ad sensum nostrum iuxta versionem Sept. μὴ εὐχαὶ καὶ κρέα ἅγια ἀφελοῦσιν ἀπὸ σοῦ τὰς κακίας σου, ἢ τούτοις διαφεύξῃ; (*Numquid orationes, seu vota & carnes sanctæ auferent à te malitias tuas, aut propter ista,* & *hisce effugies*) pœnam scil. iis debitam malitiis. In nostra quidem vulgata in hoc secundo membro mutatur genus; cùm enim priùs de populo in masculino genere dictum esset. (*Quid dilectus meus,* &c.) postmodùm ad ciuitatem Ierusalem in fœminino dicitur. (*In quibus gloriata es.*) In versione autem Sept. etiam in membro primo de ciuitate fœminino genere est sermo τί ἡ ἠγαπημένη. (*Quid dilecta;*) Hebraicam enim vocem לידידי *lididi,* non vt nomen cùm pronomine sumpsêre, sed vt nomen fœminei generis. Vide similem Domini redargutionem eidem populo fusiùs factam in cap. septimo à vers. 4. & in vers. 21. Vbi & pluribus de hac materia actum à nobis fuit.

4 Litera Hebraica maximè perplexa in hac est sententia. Et quidem noster Interpres optimè eam dilucidauit. Quin & si ad verbum reddatur, præexpositis duobus sensibus rectissimè eam explicari crediderim, duobus suppositis; & quòd duo nomina singularia nempe (*malitia,* seu *scelesta cogitatio tua,* & *caro sancta.*) collectiuè posita sint, adeoque adiectiuum, & verbum eis adnexa sint pluralia: & quòd in vltima voce designante etiam malitiam subintelligenda sit præposita litera ב *beth,* præpositio *In,* quod frequens est in scriptura. Sic igitur ea ad verbum reddita, (*Quid dilecto meo.* seu *Quid dilectæ in domo mea facere eam scelestam cogitationem multas, & caro sancta transibunt à te, quia malitiâ tuâ tunc exultasti*) facilem hunc habebunt sensum. Quid isti alioquin meo dilecto populo, istique dilectæ est ciuitati, quòd in domo mea facit multa scelera? profectò sacrificia quæ ibi offers, absque vlla tui vtilitate à te transibunt, nihil tibi proficientia, quia tunc, & eo ipso tempore, quo illa obtulisti, in tua exultasti malitia.

5 *Templa adire simulque peccata admittere nil prodest.*

Quia tamen diuersimodè eadem lectio ab aliis plerisque & redditur, & exponitur, quid & ab illis circa eam dicatur referam breuiter. Porrò cùm quibusdam videatur, Deum esse qui hîc loquitur, aliis verò Prophetam, vt distinctè procedamus. Inter eos qui Deo hæc tribuunt quidam dilecti nomine populum intelligunt, quidam Prophetam Ieremiam: populum intelligunt Sanctes Pagninus, Andreas Capella, & Ioannes Maldonatus. Pagninus enim ita hæc vertit, (*Quid est dilecto meo vltra in domo mea, cùm fecerit abominationes multas?*) Ac si dicatur, Nihil iam populo meo cum domo mea, cùm tantas fecerit abominationes. Similique ferè ratione Cappella sic legens. (*Quid venit in mentem dilecto meo, vt faciat ipsa.* hoc est plebs mea *in domo mea scelera multa quæ cogitauit?*) Aliter tertiò Maldonatus, legens enim (*Quid dilecto meo in domo mea cùm faciat res execrandas cum multis.*) Ita ea interpretatur, Quid prodest populo meo, quòd templum meum frequentet, cùm faciat res execrandas, cum multis idolis, cùm tam multis Diis sacrificet. Sicut si vir de adultera vxore dicat, Quid facit coniux mea in thoro meo, aut quâ fronte cubat in lecto meo, cùm tam multos habeat amicos? Haud longè ab hoc sensu differunt duo quos affert Gaspar Sanctius. Primò vt Deus de Iudaico populo dicat. Quid dilecto meo in domo mea negocij est? hoc nimirum, facere in ea abominationem, aut facere ipsam domum abominationem multorum idolorum; aut multarum gentium ritu domum temerare. Secundò. Quid est dilecto meo negocij in domo mea? id est in templo, hoc nempe, facere ipsum iniquitatem, &c.

Pagninus. Andr. Cap. Ioan. Mald.

De Propheta Deum loqui, secundùm quosdam ait Isidorus Clarius, ac si dicat (& *est quartus sensus.*) Quid dilectus meus Ieremias tam assiduè Prophetat, oratque pro populo in templo meo, dum ipsa Ecclesia, populusque ipse Iudaicus abominationem facit.

Isidor. Clar.

Prophetæ quinto sensu eadem tribuunt ex Hebræis Rabbi Dauid, & ex nostris Vatablus, qui ita primùm ea vertit (*Quid* (*negocij*) *vnicè dilecto meo, in domo mea, quum ipsa.* (congregatio) scelerate multa designet?) In scholiis verò, *Quæritur,* ait, *hîc Propheta de Idololatria suorum popularium. Quid causæ est, cur diutius habitet Deus, quem vnicè diligo, in templo Ierosolymorum, quod pro templo* Domini

Rab. Dauid. Vatablus. *Dei assistentia in templis multùm ingerit admirationis cùm tanta à fidelibus admittantur scelera.*

Domini habeo, cum congregatio Israel scelus illud nefandum faciat cum multis,scil.diis.

6 *Sanctis destituuntur Ciuitates plerumque ob magna populi scelera.* Pagninus.

Non minus autem dissensionis est in versione, & interpretatione secundi membri. Ac primo Sanctes-Pagninus carnis nomine homines designatos sumens sic vertit, (*Et homines sanctuarij transibunt desuper te,quia in malitia tua tunc exultasti.*)Quæ ita interpretatur Vatablus,vt sint verba Prophetæ,prædictis ista subiicientis.Cùm iam destitutus sis viris sanctis, quia exultasti tunc, cùm malefaceres : sicque & Isidorus Clarius. *Alij*,inquit,*carnes pro hominibus, iuxta id*,[a] *Et omnis caro corruperat viam suam : Omnes viri sancti transierunt à te,ne contaminarentur malis tuis.*Christophorus à Castro ex prædictorum sententia.*Ita vt addat pœnam, non tantum Deus recedat à templo, sed omnes viri Sancti,vt Sacerdotes transibunt à te, & captiui ducentur , quia gloriabaris in tuis sceleribus. Vel per præteritum.* Cur Deus in templo diutiùs remaneat, cùm nullus in te remanserit virorum sanctorum.

Isid. Clar. a Gen. 6. 12. Christoph. à Castro.

7 Per (*carnes sanctas*) sacrificia Dei communiori sensu designata sumuntur, sed & diuersâ ratione sic nihilominus sumpta hæc explicantur. Alij enim iuxta nostrum Vulgatæ sensum, transire inquiunt desuper populum carnes sanctuarij est, non illi prodesse,non manere in populo fructum sacrificiorum vt illis auferantur peccata.Sic Andreas Cappella, & Christophorus à Castro,referunt alij id ad neglectum sacrificiorum.Sic Vatablus(*& carnes Sanctuarij*,vel *sanctitatis trãsierunt à te,quia malitiâ tunc lætaris , vel cùm malefeceris tunc lætaris*,)cùm negligas sacrificia à te fieri solita.Secundùm verò Isidorum Clarium sensus est Holocausta & oblationes templi transtulisti in cultum idolorum , & cùm hoc malum feceris gaudes,cùm potiùs confundi deberes. Sic & Maldonatus , (*Et carnes sanctæ præterierunt à te,*) id est, prætermisisti sacrificia sancta quæ mihi offerre debuisti , & sacrificia execranda obtulisti idolis. *Quia* , aut quinetiam *exultasti cùm malefeceris.*[b] *Lætantur cùm malefecerint*,&c.Prouerb.2.

Andr. Capp. Chr.à Castr. Vatabl. Isid. Clar. *Sacrificia Deo debita transtulerunt Iudei in cultum idolorum.* Io.Maldon. b Prou 2.14.

Denique Rabbi Salomon carnis sanctæ vocabulo significatam censet Circumcisionem , vt quod dicitur, (*& caro sancta transibunt à te,*) designet,etiam Circumcisionem omittes,etiam Circumcisionem abrogauerunt,per quam mihi sanctificati erant. Aliter verò Nicolaus de Lyra hic, *Circumcisio non liberabit te,nisi adsint opera iustitiæ.*

Rab.Salo. *Circumcisio à Iudæis neglecta.* Lyra. *Circumcisio sine operibus inualida ad liberandos Iudæos.*

8 Illud vnum circa hoc verbum is iuxta lectionem Hebraicam est quod notes , quia in primo eius membro vox quam noster reddit,(*scelera*,)est in singulari & fœminini generis, & vox alia quæ in Vulgata versa est,(*multa*,)relata ad scelera , est in plurali generis masculini, ideo à plerisque ista hic reddita est,(*cum multis*,)scil.idolis , vt iam vidimus;posse tamen simpliciùs eadem sine additamento præpositionis *In*,verti (*multis*) scil.modis. *Quid dilecto meo in domo mea facere ipsum scelus multis modis?*) Gaspar Sanctius in genitiuo aptiùs sumendum id censet in hanc sententiam:fecit ibi abominationes multorum idolorum : quia multis , inquit, idolis in templo abominabiles instituit victimas.

Gaip. Sanct.

Circa secundum quoque membrũ id est quod notetur fœminino genere Deum compellare Iudaicum populum quem mox dilectum nuncuparat , at manifestiùs ex Hebraico patet textu , in quo nedum verbum(*gloriata es:*) sed & pronomina(*à te,& tuos,*) & quod in primo etiam membro est pronomen adiunctum verbo infinito, (*facere eam,*) generis sunt fœminei , iuxta eam regulam, quam & aliàs supra obseruauimus, muliebri genere in sacris literis ea explicari solita quæ ignobilia,viliaque sunt,idemque genus & hominibus tribui,qui istiusmodi agant vt muliebria.

Verf.15.]Quid est quod dilectus meus,&c.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVS MORALES.

9 DVPLICI ratione ad mores exprimi hæc possunt, vel vt generaliter dicta aduersùs fidelem quemlibet in Dei templo delinquentem : vel vt specialiter ad quemcumque habita religiosum, qui in religione prauam agat vitam.

Exordiamur à prima: quamuis enim pluribus eo de argumento egerimus in capite septimo, suggerunt tamen singula præsentis sententiæ verba,morales rationes,quibus,& ad templorum venerationem magis promouemur,& ab eorumdem deterremur offensione. (*Quid est*) admiratur Deus, in quem reuera nulla cadere potest admiratio,quæ Aristotele teste , ex ignorantia ortum habet,&dubitatione,vt rei potius designet extraordinariam rationem , per quam in vno quoque cõmoueri debeat admiratio; Ecquid enim admirabilius quàm duo simul in vno eodemque subiecto proponi cõtraria,Inde eæ coaceruatæ Apostoli admirationes , [c] *Quæ participatio iustitiæ cum iniquitate? Aut quæ societas luci ad tenebras? Quæ autem conuentio Christi ad Belial? Aut quæ pars fideli cum infideli? Quis autẽ consensus templo Dei cum idolis.* Seu,addamus nos,*cum sceleribus*? prout hîc ait Dominus.(*Quid est quòd dilectus meus in domo mea facit scelera multa?*) Seu iuxta aliam lectionem *abominationem cum multis*,scil.idolis.

Quod in Dei tẽplo à fideli aliquo admittatur scelus, est admirationis maxime. Aristot. lib. 1.Metaph. cap.2. c 2. Cor. 6. 14.

10 Admirationis porrò istius magnitudinẽ mirum in modum auget quòd adhibitum est vocabulum(*dilecti*,)non solum quia quisquis dilectus dici dignus est expers esse generaliter debet sceleris omnis , prout æquum esset vt Christiani vniuersi ita essemus,iuxta illud Ioannis.[d] *Qui dilexit nos,& lauit nos in sanguine suo*, & [e] *Nos ergo diligamus Deum , quoniam ipse prior dilexit nos.* Verum etiam quia ob specialem rationem is de quo sermo hic est,sic nuncupatur Dei dilectus : quia nimirum in domo Dei. (*Quid est,quod dilectus meus in domo mea.*) Qui primus Deo templum ædificauit Salomon hoc insignitus est dilecti Dei Ieddi nomine , seu, vt in nostra Vulgata legimus, [f] *Amabilis Domino* , propterea quòd id præstantissimum in se is habuit diuinæ dilectionis indicium , ostensionemque amoris , quod ei præstitum , vt illi templum instrueret , & in idem à se ædificatum ascenderet, staretque in eo. Qua de re ingentes ipse intra templum Deo retulit gratias , vt videre est in cap.8. lib.3. [g] Reg.vbi inter alia hæc leges,*& ait Salomon. Benedictus Dominus Deus Israel qui locutus est ore suo ad Dauid patrem meum*,&c. [h] *Confirmauit Dominus sermonem suum, quem locutus est, stetique pro Dauid patre meo , & sedi super thronum Israel,sicut locutus est Dominus : & ædificaui domum nomini Domini Dei Israel.* Et post aliqua: [i] *Ergone putandum est,quòd verè Deus habitet super terram? Si enim cælum, & cæli calorum te capere non possunt, quantò magis domus hæc,quam ædificaui? Sed respice ad orationem serui tui*, &c. Quod Salomoni ob dictam rationem inditum est nomen

Dilecti Dei nomen quàm alienum ab admissione scelerum in templo. d Apoc. 1.5. e 1.Io. 4.19. *In templum Dei admitti quem à Deo est dilectionis Dei magnum specimen.* f 2.Reg. 12. 25. g 3. Reg. 8. 15. h 3. Reg. 8. 20. i 3. Reg. 8. 27.

men dilecti Dei, idipsum igitur & fideli ei est A pli desiderium eas vniuersas suas spectare lacrymas, quòd illius non esset compos, idque ipsum sibi exprobraretur quotidie à gentibus, addit illico. [k] *Hac recordatus sum, & effudi in me animam meam, quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis, vsque ad domum Dei, In voce exultationis*,&c.

præstitum, qui in Dei templum admissus sit, vt exinde dilectus Dei & ipse appelletur, quia concessum, vt Dei ingrederetur templum, cùm istud ipsum admitti in Dei templum, præstantissimum sit diuinæ dilectionis specimen.

11 *Templũ Dei est sedes Dei, & aliud cælum in terris.*

An non præstantissimum dilectionis Dei beneficium, ac specimen admitti ab illo aliquem in cælum? Audi sanctissimam illam animam Dei sponsam,[a] *Introduxit me in cellam vinariam*, i. in cælum vbi cumulus est voluptatis omnis designatæ simbolo vini. Quid tum? *Ordinauit*, inquit, *in me charitatem* instruxit in me omnis amoris aciem, seu, iuxta Hebr. lectionem, *Erexit super me vexillũ amoris*: atque ob id crediderim liberè, & fiducialiter dixisse Paulum de semetipso.[b] *Qui*, s. Deus *dilexit me, & tradidit semetipsũ pro me.* Quod raptus fuerat vsque ad tertiũ cælum: porrò quod in supernis cælũ est, quia in eo suam Deus fixit sedem, hoc & in terris est eius templũ, iuxta illud Psal.[c] *Dominus in templo sancto suo, Dominus in cælo sedes eius.* Hinc tam vehemens illud eiusdem tẽpli, seu tabernaculi, sedisque Dei adeundæ desiderium, vt desiderium rei præ rebus omnibus quæ in terra obtineri queunt, amabilis: propter quod sanctus ille exclamabat. [d] *Quàm dilecta tabernacula tua*, Quàm amabile templum tuũ, in quo plura tabernacula, plura atria, pluresque partes, *Domine virtutum: concupiscit*, & i. imò *deficit*, sc. præ desiderio *in atria Domini.* Idemque magis exprimẽs desiderium subdit,[e] *Etenim passer inuenit domũ, & turtur nidum sibi, vbi reponat pullos suos: Altaria tua Domine virtutũ, Rex meus, & Deus meus*, i. Quod auiculis domus earũ sunt, atque nidi. Id mihi altaria quæ in tuo sunt templo. Illæ inueniunt aptas sibi domos, nidosque & eos obtinẽt, in quibus quiescũt, & positos suos pascunt pullos; mihi id vnũ est desiderij, vt tua adire queam altaria tuũ visitare detur tẽplum, in quo veluti in domo quiete fruar, & veluti in nido meos reponã, & pascam affectus, donec instar pullorum pennas adepti sint, quibus ad cælestem, vbi tu regnãs sedes, euolet patriam, de qua multò verius dicitur,[f] *Beati qui habitant in domo tua Domine in sæcula sæculorum laudabunt te.* Quamquam quemadmodũ templum sedes pariter tua est, & alterum prout explicatũ est, in terris cælum, & is quoque beatus dicendus sit, cui concessum, vt illud adeat,[g] *Beatus enim* subdit, *cuius est auxilium abs te: ascẽsiones in corde suo, disposuit in valle lacrymarum, in loco* seu, vt in Græco est, & in Psalterio Romano, *in locum quem posuit*, i. Beatus etiam ille qui auxilio tuo fretus, etiamsi sit constitutus in valle lacrymarum vbi exulat, tamen disponit in corde suo ascendere in eum locum quem elegit, posuitque sibi Dominus, vt ibi eum orationum, & sacrificiorum veneretur cultu.

a Cant 2.4.
b Gal. 2. 20.
c Psal. 10. 4.
Templi Dei adeundi quãto desiderio teneantur viri boni.
d Psal. 83. 2.
e Psal. 83. 4.
f Psal. 83. 5.
g Psal. 83. 6.

12 *Templũ Dei adeundi quãto desiderio teneãtur viri sancti.*

Quemadmodum [h] *desiderat Ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus*, ait in alio Psalmo, idem Dauid de eodem suo templi adeundi vehementissimo agens desiderio. (*Sitiuit anima mea Deum fortem, viuum*) explicansque formalitatem obiecti talis desiderij, subiicit. *Quando veniam*, scil. in templum (vt ex subsequentibus patet,) *& apparebo ante faciem Dei*: in templo nimirum, sicut & in cælo sedentis. [i] *Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die, ac nocte*, cùm scilicet exul à propria patria haud ipsum adire possem Dei tẽplum, cumque mihi diceretur, *Vbi est Deus tuus?* cuius videlicet dici queas dilectus, si id tibi minimè præstat, vt eius adeas templum? Et vt contestatum omnibus relinqueret, ad id tem-

h Psal. 41. 2.
i Psal. 41. 4.
k Psal. 41. 5.

Hæc inquit quæ mox retuli, memoriâ iugiter tunc versabam, animoque anxius suspirans, gemensque ferè deficiens, in ipso animi deliquio exclamabam. Quandonam obtinget, vt securus B dicam, Quòd transibo in locum tabernaculi magnifico & admirabili opere constructi, vsque ad intima templi, in quo Deus vt in sua habitat domo: & transibo ad eam Dei domum exultans, & gratias agens, in hilaritate canentis, atque sonantis, qualis esse in conuiuiis solet. Tanto enim ex ingressu, & admissione in Dei templum, ex ipsoque templo viri sancti perfunduntur gaudio, vt propterea idem templum ab eodem Dauid nuncupatum reperiam voluptatẽ Domini, quam scilicet dilectis impertit suis in hac vita commorantibus. Ideoque hanc vnam ab illo efflagitaram C admissionem: in Psalmo enim 26. ait,[l] *Vnam petij à Domino, hanc requiram, vt inhabitem*, & commorer *in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ*: quasi dicat, Numquam, cùm illam adire concedit, discedere ab ea vellem. Et omnino eò vniuersa mea ad Deum tendit istiusmodi vna efflagitatio, *Vt videam voluptatem Domini*, eius adiens templũ, quod ab effectu voluptas meritò dicendum est, & voluptas diuina, quæ in hac vita habetur à Domino: quod expressiùs mox subiicit, *Et visitem templum eius.*

Templũ Dei appellatũ Dei voluptas, & cur.
l Psal. 26. 4.

Lege caput 16. Isaiæ, & videbis ab ipsomet Deo totum id quod hucusque pertractatum est, D confirmatum, in præstantissimum nempe diuini amoris sui specimen, quo contestari consueuit dilecti Dei nomẽ cuipiam competere, id esse, quòd eum in suum admittit templum, dans, vt is illud adeat. Cùm enim Propheta dixisset,[m] *Et filios aduenæ qui adhærent Domino, & colunt eum, & diligunt nomen eius, vt sint ei in seruos: omnem custodientem Sabbatum ne polluat illud, & tenentem fœdus meum.* Quæ vniuersa signa sunt dilectionis eorum in Deum; exhibet & Deus ipse, quod illos suos patefaciat esse dilectos, signum, & ostensionem sui in eos amoris dicens: *Adducam eos in montem E sanctum meum*, id est, in templum meum quod in monte Sion ædificatum erat; vtque hoc clariùs pateret addit: *& lætificabo eos in monte orationis meæ: holocausta eorum, & victimæ eorum placebunt mihi super altari meo: quia domus mea domus orationis vocabitur cunctis gentibus.*

13 *In templum admitti esse magnum dilectionis Dei signum.*
m Isai. 56. 6.

Ionas in piscis ventre ad Dominum orans, suos contrarios dum ei pandit affectus timoris, atque spei: timoris, ne à nomenclatura dilecti Dei exciderit; & spei ostensionem se habiturum quòd eius adhuc particeps sit nominis, quodque à Deo reuera diligatur, sicut secundum istum spei affe-F ctum exinde in se esse significauit, quòd sperabat à Deo in eius templum se iterum admittendum: Sic primum affectum timoris in eo patefacit quòd intra se expauescens dixit, se à Dei templo eiectum. *Et ego* inquit, *dixi:* [n] *Abiectus sum à conspectu oculorum tuorum*, id est à templo, vt patet ex subsequentibus, *Verumtamen rursus videbo templum sanctum tuum.* Et benè: quia sicut admissio in templum Dei ex magna est Dei dilectione, Ita & abiectio à templo ex ingenti est eiusdem Dei odio, quo & ius tollitur.

14 *In templum Dei non admitti est signum odij Dei erga aliquẽ.*
n Ion. 2. 5.

litur appellationis dilecti Dei. Quod & Oseas A Propheta, & idemmet Dominus apud Oseam contestatus est. Oseas quidem, quando post descriptionem hominum Deo infensorum, quàm iis effecit verbis. [a] *Non libabunt Domino vinum*, vel amoris scil. vel contritionis, *& non placebunt ei sacrificia eorum*, id est frequentia sacramentorum, & si quid boni operis Deo obtulerint, *quasi panis lugentium*. Quem iuxta legem [b] Num. 19. constat esse pollutum, vniuersa immunda erunt, & contaminata, ab immundo nimirum corde prouenientia. *Omnes qui comedunt eum, contaminabuntur, quia panis eorum animæ ipsorum*. Cùm enim bona B quæ faciunt, non tam in Dei honorem, & in proximi faciant vtilitatem, quàm vt sibimetipsis aliquid exinde colligant vel inanis gloriolæ, vel temporalis lucri, quotquot in talibus eorum operibus cùm illis communicauerint, contaminabuntur sanè, vel saltem aliquod ex iis concipient scandalum. Hoc denique afferens euidentissimum Dei erga tales odium ait. [c] *Non intrabit*, quisquam scil. illorum *in domum Domini*. Quòd si quis contendat, iuxta germanum literæ sensum, postremum hoc quod dicitur, *Non intrabit*, neutiquam ad homines referendum, sed ad panem, C parum certè id refert, reciditque in id ipsum, si sensus is sit, quem cum Hieronymo communiter ibi afferunt expositores: Si enim hominum panis, oblatio, & sacrificium non intrat in templum Domini, neque illi quorum is dicitur esse panis, in ipsum intrant Dei templum.

a Ose. 9. 4.
b Num. 19. 11.
c Ose. 9. 4.

15 *Mundus iste in quo sunt omnia peccata dictus rota.*

Quicquid tamen de verbis sit Prophetæ, audiat Deum ipsum apertè id confirmantem. [d] *Omnes nequitiæ eorum in Galgal*. Secundùm literam in loco sic nuncupato, in quo & antiquissima fuit Iudæorum idololatria, & Saul vnctus fuit primus Iudæorum Rex, quod Deo extitit ingra- D tissimum, vt patet ex cap. 8. [e] & 10. [f] lib. primi Reg. Iuxta moralem verò sensum, cùm vox Galgal rota interpretetur, & reuolutio, rectè iniquorũ nequitias vniuersas in Galgal asserit Dominus, quia quicquid mali operantur homines praui in hoc agunt mundo, qui rotæ instar in iugi, prout experimur, est reuolutione, circa quem cùm impij iugiter versentur rectè de illis dictum reperimus. [g] *In circuitu impij ambulant*, & *ponet* [h] *illos vt rotam*, in continua scil. reuolutione. Omnis igitur nequitiæ eorum in Galgale, & in E mundo hoc, qui totus in maligno positus est, ait Dominus: additque, *Quia* (redundanter, prout aliàs sæpissimè) *ibi exosos habui eos*. En apertum Dei odium. At audi præstitum ab ipso Deo euidentissimum eius erga impios illos odij signum, præcipuumque scelerum hominum illorum effectum. *Propter malitiam*, inquit, *adinuentionum eorum de domo mea eiiciam eos*. Quid clarius? *Non addam vt diligam eos, omnes principes eorum recedentes*.

d Ose. 9. 15.
e 1. Reg. 8. 6.
f 1. Reg. 10. 19.
g Psal. 11. 9.
h Psal. 82. 14.

Odij Dei in quempiam signum magnum, cùm illum à suo reiicit templo. Vnde excommunicatio & Interdictum.

Hinc Ecclesia Catholica quæ Dei est sponsa, hunc sponsi sui vsurpans morem, quos magnis sceleribus à Deo recedentes nouit, excommuni- F cationis, Et interdicti ferit censuris, quibus ab ingressu arceantur templorum Dei, ita vt si quando eorum adierint aliquod, eiici eos iubeat. Et fortasse ob id iura quoque ciuilia eis qui intra Dei templa extitissent, nullam à satellitibus inferri voluerunt noxam, quòd & ipsi qui ea statuerunt Principes, ratum habendum id signi Dei erga illos dilectionis censuerunt, quia præstitum illis sit, vt in Dei templum admitterentur, in eoque manerent. Neque huic signo repugnare ar-

Templi Dei immunitas concessa à Principibus vnde.

bitrati sunt prauam eorumdem vitam, & crimina, propter quæ iudices iustè eos persequerentur, quòd occulta expauenda sint iudicia Dei, qui & iis plerumque quoad externum, exhibet amoris iudicia, quæ alioquin eis iure præstanda nouit, quibus & nomen dilecti Dei, & ratio eius seruatur nominis. Quemadmodum enim Paulus de eximio illo agens Dei erga Iudæos amoris specimine, quo sua eis tradidit eloquia, ita vt propterea Vates Regius dixerit, [i] *Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis*: sic ratiocinatur. [k] *Quid ergo amplius Iudæo est? aut quæ vtilitas Circumcisionis? Multum per omnem modum. Primùm quidem quia credita sunt illis eloquia Dei. Quid enim si quidam illorum non crediderunt? Numquid incredulitas illorum fidem Dei euacuauit?* id est. Numquid quia Iudæorum aliqui fidelibus abusi sunt Dei eloquiis, iis fidelibus minimè existentibus ipsa Dei fidelitas, & veracitas irrita & euanida reddita per eorum est incredulitatem & infidelitatem? *Absit. Est autem Deus verax, omnis autem homo mendax*. i. Dei veracitas semper nihilominus firma stat, & incócussa; quicquid eo in Dei, dono, amorisque eius signo prauitatis est, atque mendacij, ex hominum illorum parte est, cùm omnis homo post corruptam naturam ex parte sua mendax sit, atque prauus. Idipsum dici & de præstantissimo alio hoc dilectionis item Dei specimine, quo & peccatoribus compluribus præstat, vt ipsius adeant templa, & ratiocinari debemus.

i Psal. 147. 9.
k Rom. 3. 1.

16 *In templo peccans, speciali ratione peccat contra Deum habitantem in illo.*

(*In domo mea*) Hinc alia desumitur ratio eam de qua hîc est sermo, magnopere augens admirationem, quòd plerique fidelium in Ecclesiis, templisque Dei peccata committant: Cùm templa sint domus Dei. Quemadmodum enim, [l] *qui iurat in altari, iurat in eo, & in omnibus quæ super illud sunt. Et quicunque iurauerit in templo, iurat in illo, & in eo qui habitat in ipso, & qui iurat in cælo, iurat in throno, & in eo qui sedet super eum*, vt ait Iesus in Euangelio. Ita & qui peccat in templum, delinquens in illo, peccat in Deum specialiter habitantem in templo. *Elegit Sion*, in quo extructum erat templum, [m] *Elegit eam*, templumque ipsum, *in habitationem sibi*. Quis verò non admiretur, eò dementiæ deuenire fidelium complures, vt in Dei delinquant habitationem, quod vix quisquam repetiretur hominum, qui in terreni Regis admitteret palatium? idque Deo faciant præsente, quòd in Regis Palatio nec facere auderent, vel si Rex ipse abesset? Sanctum est cælum, quia habitatio Dei est. [n] *Tu autem in sancto habitas*, ait Dauid de cælo ipso. Sanctum est & templum, quia illud teste eodem Dauid. [o] *Sanctificauit vt tabernaculum suum altissimus*; ideoque sæpissimè id & sanctuarium reperies appellatum, & sanctificationem, & sanctum, & sancta in plurali. Recole quàm grande id vnum existimatum est scelus, & quàm illud punitum fuerit grauiter, quod olim in cęlo à Lucifero, & Angelis eius fuit admissum. Simili mensura arbitrare quodammodo metienda, & quoad culpæ, & quoad pœnæ grauitatem peccata quæ admittuntur in templum. [p] *Testimonia tua credibilia facta sunt nimis, domum tuam decet sanctitudo in longitudine dierum*, dicitur ad finem Psalmi 92. Et quidem peroptimè duo eius sententiæ sibi inuicem concinunt membra. Ex testimoniis enim nimis credibilibus factis, far vnus quisque fidelium conuictus esse deberet, quòd templa domus Dei decet sanctitudo, non hoc, vel illo die duntaxat,

l Matth. 23. 20.
m Psal. 131. 13.

Templa Dei sancta, ideo summa illa decet sanctitudo.

n Psal. 21. 4.
o Psal. 45. 5.

In templo peccantes metuant pœnam datam Angelis peccantibus in cælo.

p Psal. 92. 5.

Testimoniis efficacissimis conuincimur quomodo templa Dei deceat sanctitudo.

sed omni tempore. Quæ sunt testimonia ista adeo efficacia? duplicis ea sunt generis, alia enim sunt terribilia, alia verò mirabilia, *Terribilia*, propter quæ in libro Leuitici Deus [a] *Sanctuarium*: inquit, *meum metuite*. Mirabilia, propter quæ & [b] *Deus mirabilis*, dicitur *in sanctis suis*, neutro genere id est, in templo quòd sancta nuncupari diximus. & alibi, [c] *Templum* dicitur *Domini*, *templum est mirabile in æquitate*. Nosse vis quæ sint istiusmodi testimonia mirabilia? Audi. [d] *Mirabilis Deus in sanctis suis. Ipse dabit virtutem, & fortitudinem plebi suæ*: illustria & admirabilia ea sunt, quæ orantibus in templo ex Dei æquitate, bonitate, atque clementia conceduntur.

a Leuit. 19. 30. b Psal. 67. 36. c Psal. 64. 5. d Psal. 67. 36.

17 An non mirabile testimonium, quòd domum Dei decet sanctitudo, credibile factum est nimis in præstita à Deo virtute, & fortitudine admiranda sancto Regi Ezechiæ, [e] quando in angustias reductus extremas à Sennacherib superbissimo Assyriorum Rege, acceptis ab illo minacibus, blasphemisque literis Sanctè domum Dei adiuit, expandit literas in conspectu Domini, & coram eo humiles effudit preces, Audiuitque eum sibi dicentem, *Quæ deprecatus es me super Sennacherib Rege Assyriorum audiui*. Et postmodum istius Dei auditionis fortissimum vidit euentum, quo in nocte illa Angelus Domini percussit in castris Assyriorum Centum octoginta quinque millia, ipsumque in fugam vertit eorum Regem? Si mirabilia ad eamdem probandam, quæ domum Dei decēt sanctitudinem credibilia facta nimis nosse vis testimonia gratiarum, quæ in templo ex Dei conceduntur æquitate, atque clementia, lege cap. 7. lib. 2. Paralipomenôn, vbi post enarratam sancti Regis orationem sanctè & piè in templo coram Deo habitam dicitur, [f] *Apparuit ei Dominus nocte, & ait: Audiui orationem tuam, & elegi locum istum mihi in domum sacrificij. Si clausero cælum, & pluuia non fluxerit, & mandauero, & præcepero locustæ vt deuoret terram, & misero pestilentiam in populum meum: conuersus autem populus meus, super quos inuocatum est nomen meum, deprecatus me fuerit, & exquisierit faciem meam*, scil. in templo, *& egerit pænitentiam à viis suis pessimis, &c. Et ego exaudiam de cælo, & propitius ero peccatis eorum, & sanabo terram eorum. Oculi quoque mei erunt aperti, & aures meæ erectæ ad orationem eius, qui in loco isto orauerit*, &c. Nec cuiquam nostrûm istiusmodi mirabilium testimoniorum Dei series deest quotidiana, & magna.

e 4. Reg. 19. 14. f 2. Paral. 7. 12.

Testimoniis terribilibus conuincimur in sacris literis quòd templa Dei deceat sanctitudo.

Porrò quod & terribilia quoque Dei testimonia ad idipsum requisitæ sanctitatis domui eiusdem Dei testificandum, credibilia facta sint nimis, patet ex eo quòd contigit [g] Nadab, & Abiu filiis Aaron ingressis non sanctè in sanctuarium, & cùm igne alieno incensum ibi Deo adolentibus; quod impio [h] Regi Antiocho ob id quòd Dei templum prophanarat; quod scelesto [i] Helidoro iniqua in templi ærario molienti; quòd Oziæ [k] Regi Iuda ingresso templum Domini, ibique contra fas incensum adolere audenti; quodque [l] ementibus, ac vendentibus in templo columbas, atque iis nummulariorum quorum mensas subuersas, [m] quosque facto de funiculis flagello eiectos è templo à Iesu legimus in Euangelio vicibus duabus.

g Leuit. 10. 2. h 1. Mach. 6. 12. i 2. Mach. 3. 25. k 2. Paralip. 26. 19. l Matth. 21. 12. m Ioan. 2. 14.

18 *In templo quantam admirationem excitent scelerum maculæ.*

(*Fecit scelera multa.*) Hæc est tertia non minùs quàm duæ præcedentes efficax ratio admirandi templorum Dei abusum apud fideles. Si enim in veste candida vel exigua macula vna admirationem incutit intuenti. Quid admirationis excitabunt plures, eæque maximè deformes scelerum maculæ purissimo, ac sanctissimo inspersæ Dei templo? Neque enim ambigo manufactum templum sanctitatis decore insigne candidissimæ assimilare vesti, cùm & Christi caro mysticum Dei templum vestem diuinitatis appellare non dubitarit Apostolus, [n] *Et habitu*, de Christo inquiens, *inuentus vt homo*, & cælum quod est eiusdem Dei habitatio, vetumque templum, vestem pariter illius nuncuparit Dauid, quum de ipso Deo loquens ait, [o] *Amictus lumine sicut vestimento*, quando clariùs de cælestibus orbibus vniuersis aliàs dixerat, [p] *Opera manuum tuarum sunt cæli, Et omnes sicut vestimentum veterascent, & velut opertorium*, seu, vt legit Paulus, [q] *& velut amictus mutabis eos*. Decor ipse sanctitatis quàm decēte dixi domum Dei, ipsaque confessio, laus & gratiarum actio, quæ in templo eidem Deo exhibentur, vestes Dei sunt, iuxta illud, [r] *Confessionem & decorem induit*. Maculam omnem vel minimam ab hac veste atque à Dei templo excludendum designans Propheta, cùm aliquando dixisset, [s] *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo?* subiicit, *Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam*, & prosequens specialiùs eiusdem iustitiæ, & probitatis descriptionem, subdit. *Qui loquitur veritatem in corde suo, qui non egit dolum in lingua sua*, &c. Ex quibus facilè à contrario sensu colliges, quænam potissimùm illa sint scelera, propter quæ hoc loco admirabundus ait Dominus, (*Quid est quod dilectus meus in domo mea fecit scelera multa?*) Sanctitas, quam decere domum Dei dicebat Propheta, duo dicit, quæ si templum Domini ingredienti defuerint, prout sæpissimè desunt, haud dubium, quin intra illud multa admittantur scelera, ἁγιότης agiotis ea Græcè dicitur ab eo quod designat esse sine terra, hocque est primùm eorum duorum; sicut alterum deducere ab ipsa possumus ethymologia Latinæ vocis, secundùm quam sanctitatis à sanciendi verbo deriuata id designat, quod est, aut fit iuxta sancita. Quod aliis verbis dicunt Theologi, iuxta regulam diuinæ legis, quam fidelium quisque scriptam habet in corde. Et hæc duo in præcitato Psalmo necessaria dicta sunt adeuntibus tabernaculum Dei, commorantibusque in templo sancto eius. Eademque in alio Psalmo de eadem agens materia Dauid aliis hisce replicat verbis. [t] *Quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto eius?* [u] *Innocens manibus*. (En secundum) operum rectitudo: *& mundo corde*: En primum. *In simplicitate cordis mei lætus*, inquit idem Rex Dauid, *obtuli vniuersa hæc*, adeoque & audacter dicebat, [x] *Clamaui in toto corde meo*, nihil videlicet eius dans terræ, aut alij quàm tibi, ideo *exaudi me Domine*: Et [y] leuari manus puras in oratione præcipit Apostolus. Quis verò recensēre posset, quàm multa quotidie à fidelibus istorum duorum expertibus in templis Dei admittantur scelera? [z] *Cùm extenderitis manus vestras*, ait apud Isaiam Dominus, de innumeris sceleribus, quæ contra primum admittuntur, *auertam oculos meos à vobis, & cùm multiplicaueritis orationem, non exaudiam; manus enim vestræ*, quas in oratione puras leuare deberetis, *plena sunt sanguine*, multiplicium criminum fœditate sordidæ, Et de sceleribus quæ aduersùs secundum non minus in numero, & varietate ibidem patrantur, addit, [aa] *Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum, ab oculis meis.*

Templum dici posse vestem Dei. *Templum Dei qualem à nobis exposcat sanctitatem.* *Quàm deficiant fideles quoad sanctitatē templis debitam.*

n Phil. 2. 7. o Psal. 103. 2. p Psal. 101. 28. q Heb. 1. 12. r Psal. 103. 2. s Psal. 14. 1. t Psal. 23. 3. u 1 Paral. 29. 17. x Psal. 118. 145. y 1. Tim. 2. 8. z Isai. 1. 15. aa Isai. 1. 16.

19 Cæterùm vt adhuc plura noueris ea scelera,

quæ

quæ in templo Dei admittuntur, ita vt magnâ emphasi à Domino hîc dictum sit, (*In domo mea fecit scelera multa,*) in præcitato Psal. 23. loco peccatis cogitationum cordis, & operum: adduntur & quæ oris sunt, ac locutionis: subditur quippe,[a] *Qui non accepit in vano animam suam: nec iurauit in dolo proximo suo.* Nemo est enim qui nesciat, Ea esse solenniora iuramenta, quæ in templis, & ante Dei fiant altare. Vtinam non innumera fieri contingeret dolosè, & contra proximum. Benè autem vniuersa oris peccata, quæ multiplicia sunt, generali hac explicantur phrasi, *Accipere in vano animam suam.* Quod est vanè, malè, & frustra loqui, animæ vocabulo posito pro spiritu, & spiraméto, prout subtiliter, ait Ioannes Pineda in c. 26. Iob vers. 4. n. 4 de qua anima ibi dictū inquit. [b] *Quem docere voluisti? nonne eum qui fecit spiramentum? id est. Cum tu, ô Baldad, respiras ac respirando attrahis aërem, refrangis, elidis, sicque formas vocem, profectò vteris spiritu ipso, anima spiramento, quòd Deus tibi ipse velut auctor naturæ, & vitæ contulit. Si igitur tuis istis verbis, & loquendi facultate abutaris, Dei beneficio, & spiramento illius abuteris: si tuo spiramento: & voce velis illum adiuuare, cum ab illo ipso spiramentum acceperis, stultè facis.* Hæc Pineda. Quamuis autem genericè de omni praua locutione prædicta phrasis in eo sumatur Psalmi, ea tamen potissimùm designantur grauissima scelera, quæ in templo ipso per superbas admittuntur orationes, quales à Pharisæo emissas legimus in Euangelio,[c] Vnde vt hoc clarius redderet Hieronymus in sua versione ex Hebr. pro, *Qui non accepit in vanum animam suam:* sic vertit, *Qui non exaltauit frustra animam suam.*

Accipere in vano animā suam pro vanè loqui, & malè.

a Psal. 23. 4.

Ioan. Pineda.

Animæ vocabulū vsurpatum pro spiramento.

b Iob. 26. 4.

Loquens in Deū abutitur spiraměto ab illo accepto.

Orationes superbo animo factæ sūt præcipua scelera, quæ in těplo admittūtur.

c Luc. 18. 11.

Hieron.

20 *In těplo Dei quibus potissimum sceleribus delinquere arguantur fideles improbi.*

Cùm ex præcitatis Psalmis quartodecimo, & vigesimotertio, in quibus de adeuntibus Dei těplum agitur, hoc explicatum iam sit, quod hîc de multis dicitur sceleribus: & tamen si eorumdem Psalmorum singulæ perpendantur sententiæ pateat, nó tam ea ab ingredientibus templa excludi peccata, quæ intra templum ipsum admiserint, quàm illa quæ & extra templum antea patrarunt scelera. Maximam apud me id vnum habet vim, quod hoc loco est verbum (*fecit,*) Cùm dicitur, (*In domo mea fecit scelera multa,*) Seu in infinito, (*facere ipsum*) aut, vt alij legunt item ex Hebr. (*facit*) in præsenti. Quamuis haud dubium quin & de his sermo hic sit sceleribus, quæ intra templū fiunt opere, cogitatione, & locutione, quorū ingentem possemus texere seriem: Arbitror nihilominus sub multitudine nuncupatorum scelerum designari, & ea, quæ à scelestibus extra templū facta fuère, nec per pœnitentiam deleta: Imò de iis potissimùm sermonem hîc esse, quæ & priùs quidem facta fuère, & postea per complacentiam in illis iterum quodammodo fiunt ante faciem Domini in templo habitātis. Quod mihi magis persuadeo ex Originalium Hebr. & Sept. lectione, in qua est (*abominatio*) in singulari, cùm Sept. sic legant, (*In domo mea fecit abominationem,*) Hebræa verò ad verbum reddi sic possunt, (*Quid dilectus meus in domo mea facere, seu faciendo ipsum abominationem multis,*) sc. modis prout in literæ notatum est expositione.

21 *Quàm multiplicem abominationem admittāt fideles improbi qui sine pœnitentia præcedentiū delictorum, sed & cum cōplacětia in iisdem templa Dei adeūt, vt orēt Deum vel vt Sacramentū sumant.*

Ea porrò vna est illa abominatio, quæ à prædictis templum adeuntibus multis admittitur modis, quòd sine pœnitentia in templo sceleribus onusti preces ante Deum fundentes vel quod peius per Sanctissimæ Eucharistiæ susceptionem sacrificium offerentes, vnico illo actu tot modis quodammodo Deum ipsum denuò offendunt, quot antea irretiti sceleribus venerant, quæ Dei offensam recrudescere faciunt. Hæc est illa abominatio, de qua apud Isaiam dicebat Dominus,[d] *Incensum abominatio est mihi.* Hæc illa, quā describens Malachias ait,[e] *Transgressus est Iudas,* i. confitentes & laudantes Dominum, & *abominatio facta in Israel, & in Ierusalem,* id est, in eis qui intra templum existentes Deum contemplari deberent, quod nomen Israel sonat, sicque & visione perfrui pacis, quod sonat nomen Ierusalem. Quod si nosse vis in quo sita sit abominatio ista, tamque grandis, & multiplex transgressio prædictorum, Audi: *Quia contaminarunt, quia contaminauit Iuda sanctificationem Domini quam dilexit,* id est, těplum Domini, prout clariùs expresserunt Sept. legentes. *Quia contaminauit Iuda sancta Domini in quibus dilexit,* id est, in quibus sanctis, in quo templo dilectionis suæ signa exhibere potissimùm consueuit, prout supra ostendimus. *Et adinuenit,* scil. in semetipso idem Iudas iidemque prauè in templo Deum laudantes adinuenerunt *Deos alienos,* idola scelerum suorum mente versantes. Vnde benè iuxta eorumdem Sept. versionem subditur. *Disperdet Dominus qui facit hæc,* multa scil. scelera in vna abominatione præexposita, *donec exturbetur de tabernaculis,* id est de templo *Iacob,* (Habes enim & apud Paulum in[f] vno sanctuario, & in vno templo duo tabernacula,) *& de his qui offerunt sacrificium Domino.* Adiicitque Dominus ipse ad eosdem, *Et hæc quæ oderam fecistis: operiebatis lacrymis altare Domini: planctu, & gemitu de laboribus adhuc dignum respicere sacrificium, aut suscipere acceptabile de manibus vestris.* Seu iuxta nostram Vulgatam. *Et hoc rursum fecistis:* illud nimirum sceleris omne quod antea admiseratis. *Operiebatis lacrymis altare Domini fletu, & mugitu, ita vt non respiciam vltra ad sacrificium, nec accipiam placabile quid de manu vestra.*

d Isai. 1. 13.

e Malac. 2. 11.

f Hebr 9. 2.

In quorum confirmationem consequēter hoc loco apud Ieremiā idem subdit Dominus. (*Numquid carnes sanctæ auferent à te malitias tuas, in quibus gloriata es?*) Vel iuxta versionem Sept. (*Numquid orationes, seu vota, & carnes sancta auferent à te malitias tuas? aut propter ista effugies?*) [g] *Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit eum, quid proficit lauatio illius? Sic homo qui ieiunat in peccatis suis: & iterum eadem faciens, quid proficit humiliando se? Orationem illius quis exaudiet?* dicitur in libro Ecclesiastici vt pro certo habeamus, tantum abesse, vt vel orationes, vel carnes Sanctissimi Sacraměti, ante quas eæ fiunt orationes, & per quarum sumptionem sacrificium Deo offertur in templo, ab iis qui sceleribus grauati indignè coram Deo orant, & carnes ipsas sacras suscipiunt corpus, & sanguinem Christi, sordes eorum auferant scelerum, vt eorumdem potiùs & renouent abominationem, & aggrauent pœnam; de pœna enim intellexēre Sept. in eo quod legēre. (*Aut propter ista effugies?*) Et quidem quoad id quod de carnibus, seu vt est in Heb. de carne sancti dicitur, certū est quod de pœna asserit Apostolus,[h] *Qui manducat, & bibit indignè iudicium sibi manducat, & bibit, non diiudicans corpus Domini*; notaque est sententia in Euangelica[i] parabola cōtra eum illata, qui in nuptiarum cœna accubuit sine veste nuptiali. Et certum pariter est quod de culpa apud Malachiam de typicorum panum loquens dixit Deus.[k] *Dixistis in quo despeximus nomen tuum? offertis super altare meum panem pollutum, & dicitis: In quo polluimus te? In eo quod dicitis:* si non verbo, certè quod peius est factis, *Mensa Domini despecta est,* ac-

22 *Ad sanctissimum Sacramentū accedens sine pœnitentia admissorum delictorū aggrauat sibi & culpam & pœnam.*

g Eccl. 34. 30.

h 1. Cor. 11. 29.

i Matth. 22. 11.

k Malach. 1. 6.

ac si idipsum assereret, quod ab Apostolo dicebatur, *In eo quod non diiudicatus corpus Domini.*

23 *Orationes quæ in téplo fiút ab eo qui cóplacet sibi in admissis sceleribus, agrauát illi & culpã, & pœnam, quia per illas Deus tẽtatur subsannatur, & affligitur.*

Cæterùm quoad ea, quæ asserimus & de orationibus, & votis quæ pari ratione in Dei domo & templo emittũtur ab iisdem, necessariò in fine istius sententiæ adiectum est, (*In quibus*, scil. malitiis *gloriata es*,) seu vt habent Hebr. *In qua*, sc. malitia *tunc exultasti*,) vt sit allusio ad id quod de talibus in lib. Prouerb. dicitur. [a] *Qui lætantur cùm malefecerint, & exultant in rebus pessimis.* Quo loco ponderandum, quòd verbum quidem, *cum malefecerint*, præteriti est temporis, præcedentia designans scelera multa: verba *lætantur & exultant*, temporis sunt præsentis, vt ea innuatur, de qua hucusque locuti sumus abominatione, scelera illa omnia complectente, atque aggrauante: & omnino sicut supra indicatum fuit, sermo hic est de fidelibus iis, qui templum Dei adeunt ita multis irretiti sceleribus, vt & cùm preces, votaque ibi coram Deo offerant, in suis ipsis complaceant sceleribus. Hacque ratione admiratio est efficacior, quam hîc efficacissimam propositam diximus. Complacent autem, seu gloriantur, & lætantur scelesti ij duobus modis intra templum Dei in pristinis sceleribus; quia orantes eorum recordantur; & vel actu delectantur in illis, vel saltem de eis minimè dolent. Ambobus his modis hi in domo Dei *fecisse*, & *facere* dicuntur *abominationem*, & *scelera multa*, quippequi ibidem Deum & tentent, & subsannent, & quoad possunt suis ipsis affligant precibus, & votis, iuxta illud, [b] *Ante orationem præpara animam tuam*, vt ores, scilic. in spiritu contribulato, & in animo contrito, & *noli esse quasi homo qui tentat Deum.* [c] *Victimæ* enim *impiorum abominabiles*, vt in lib. Prouerb. habes, *sunt coram Domino.* [d] Et *non sunt beneplacitæ subsannationes iniustorum*: auctor ait libri Ecclesiastici & apud Isaiam, [e] *Iniqui*, ait Dominus, *sunt cœtus vestri, calendas vestras, & solennitates vestras*, in quibus, scil. ad templa commeatis, *odiuit anima mea: facta sunt mihi molesta: laboraui sustinens.* Et nominatim de eorundem orationibus apud Amos, [f] *Aufer à me*, inquit, *tumultum carminum tuorum, & cantica lyræ tuæ non audiam.* Ac si dicat, Preces, quæ alioquin, si dignè à te emitterentur in templo meo, suauissima mihi essent carmina, & iucundissima, instar cãticorum Lyræ, ita nunc in sceleribus à te prolatæ, factæ sunt mihi permolestæ, meque affligunt, quapropter ab iis cessa.

a Prou. 2. 14.
b Eccl. 18. 23.
c Prou. 15. 8.
d Eccl. 34. 21.
e Isai. 1. 13.
f Amos. 5. 23.

24 *Religiosum in claustro admittere scelera multa quantæ sit admirationis.*

(*Quid est quòd dilectus meus in domo mea facit scelera multa?*) Si admirationem (vt mox explicatum est) in hac sententia excitauit Dominus ob id quod fidelium aliqui in templo suo fecerint abominationem, & scelera multa, Multò certè rationabilius est, vt iuxta alterum, quem supra indicauimus sensum, & ipse obstupescat ob rem, quam vix sibi persuadere quiuisset, & nos pariter vniuersos in maximam eleuet admirationem, quòd religiosus reperiri potuerit quispiam, qui in religione, & claustro multis eum offenderit sceleribus. Porrò quò rationabilitas tantæ pateat admirationis, singula necesse est perpendamus eius sententiæ verba, certè efficacissima. Atque vt à primo exordiamur. (*Quid est*,) ita est nota admirationis, vt sit & causæ inquisitio, atque insuper aposiopesim, & reticentiam designet, multa, magnaque includentem. Si vt notam sumpserimus admirationis, nouitatem indicat & incompossibilitatem ad inuicem eorum quæ dicunt, vt religiosus dilectus Dei in domo Domini, & scelera fecerit, & multa. Quid enim cum dilecto Dei scelera? quid cum Dei domo? Si vt causæ sumitur inquisitio: Causæ propter quas religiosus excusari fortasse sibi videatur posse, quòd in scelera sit prolapsus, hæ sunt: vel quia viribus destitutus esset, quibus Diabolo, & innumeris iisque grauissimis obsisteret tentationibus, quæ in vita regulari sustinere cogebatur: vel quia expers esse non posset voluptatum: vel ob loci commoditatem: vel ob aliorum impulsum; vel ob ducis defectum, & similia. Dicens igitur Dominus. (*Quid est*, &c.) Æquè est ac si dicat, Quid assignari potest causæ, quòd religiosus in claustro multa admisit scelera? simulque iis quibus ad hæc inquirenda vtitur verbis, vniuersas excludit, & quæ enumeratæ sunt, & quotquot similes assignentur rationes. Quî enim deficiant vires gratiæ efficacissimæ, cui talis dilectionis Dei est prærogatiua, vt dilecti sui is eum insignierit nomine? An in claustro voluptates deesse poterant; vel locus ille opportunus est ad malum, aut praua ibi reperit consortia; defecitque dux per quem duceretur in viam rectam? Cùm claustrum domus sit Dei, & sit quoddam cælum, vt paulò pòst explicabimus; vbi Deus dux in Prælato; Angeli socij in fratribus: absconditum tabernaculum Dei in clausura: & voluptatum spiritualium ingens sit copia in regularibus exercitiis?

Quid est, sumi & vt notam admirationis, & vt causæ inquisitionem, & vt per aposiopesim.

Religiosus nullam assignare potest rationem cur in claustro admiserit scelera multa.

Si denique tertio modo, vt per Aposiopesim dictum id sumpserimus, (*Quid est, quod*, &c.) Oratio ista ei similis erit, quã in Psalmo 54. dicitur, [g] *Si inimicus meus maledixisset mihi. Et si is qui oderat me, super me magna locutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo. Tu verò homo vnanimis, dux meus, & notus meus: Qui simul mecum dulces capiebas cibos, in domo Dei ambulauimus cum consensu.* Quid tum? Aposiopesis est, Reticentia est, designans exprimi non posse præ rei indecentia, quod dicendum foret. Quam reticentiam meliùs exponit Hebraicus textus legens, (*Quid dilecto meo*, seu *quid dilectã facere in domo mea*, seu *faciendo ipsam abominationem multis*,) scil. modis? Vt tale quid in his sibi Deus velit, Quid animi habuit, Quid ausus est Religiosus contra omne & necessitudinis, & pietatis ius in domo mea mihi dilectus scelera multa admittens? Quid sibi hac in re voluit? Quid exinde retulit commodi? Quàm graue id est? quàm mihi molestum? Quid cordis illi extitit, vt acerba non expenderit quæ talia manent supplicia? & cætera huiusmodi.

Religiosum in Claustro admittere scelera multa adeo est indecens, & nefandum, vt exprimi nequeat.

g Ps. 54. 13.

(*Dilectus meus.*) Amplificatur quàm maximè & Aposiopesis, & admiratio proposita, per hoc quod Religioso inditum à Deo est nomen dilecti sui. Quo certè illum insigniuit, quum ipsum elegit, quem in Religiosorum adscriberet numerum; quũque re ipsã eum internã vocauit inspiratione benignã, & efficaci ad religionis statum; & multò magis quum eumdem in claustrum admisit, & effecit vt per aliquod temporis in illo religiosã proficeret viuendi ratione. Diximus supra in expositione secunda verborum illorum cap. 2. [h] *Recordatus sum tui, miserans adolescentiam tuam, & charitatem desponsationis tuæ quando secuta es me in deserto. Sanctus Israel Domino, primitiæ frugum eius.* Et ostendimus, quã ratione eum dilexerit Deus, quem in Religionem admisit. Vide ibi. Hoc loco id duntaxat est quod ponderemus, Ob id in primis Religiosum tali dignum effectum nomine, quòd in Religionem admissus, quæ

25 *Religioso quàm competat dilecti Dei nomen.*

h Iere. 2. 2.

Religioso cõpetit nomẽ dilecti Dei ob id potissim. quòd Deus ipsum admisit in religionem, domũ suam.

quæ domus Dei est. Sic quippe hîc dicitur (*Dilectus meus in domo mea.*) Et quidem tametsi aptissimus ad hoc probandum is esset Cantici Canticorum locus, quo anima religiosa apertè id fatetur sub parabola introductionis in Cellam vinariam dicens. [a] *Introduxit me Rex in cellam vinariam, ordinauit*, seu *instruxit in me charitatem*, aut *erexit super me vexillum dilectionis*. Quia tamen pluribus hæc in nostris Commentariis pertractata videri possunt expositionibus tertiis eorum verborum. Altero potiùs ad ipsum confirmandum vtar loco Psalmi 64. quo dicitur, [b] *Beatus quem elegisti, & assumpsisti, habitabit in atriis tuis, replebimur in bonis domus tua.* Ille reuera beatus, quem Deus in suum elegerit, habuerirque dilectum. [c] *Beata enim gens cuius Dominus Deus eius, populus quem elegit in hæreditatem sibi.* Et religiosus idcirco beatus, quia habitabit in atriis Dei; & exinde iure dilectus dicendus est Dei; cui enim propriùs id competet nominis, quàm Religioso, quem peculiari ratione è mundo elegit, & peculiari dilectione è fidelium sibi Deus assumpsit multitudine? Quomodo namque, & ad quid illum sibi assumpsit, nisi vt arctissimo dilectionis vinculo connexum eadem in domo cohabitantem, proximumque haberet? Et quidem vis Hebraici verbi, quod in Vulgata legimus. *Assumpsisti*, propriè est, *Appropinquare fecisti tibi.*

a Cant. 2.4.
b Psal. 64.5.
c Psal. 32.12.

26 *Religiosi boni appropinquare dicuntur Deo applicati ab illo sibi in claustro.*

Quod multò ante Moyses in lib. Num. contestatus fuerit, dicens: [d] *Notum faciet Dominus qui ad se pertineant, & sanctos applicabit sibi: & quos elegerit appropinquabunt ei.* Quibus in verbis ad Religiosos aptatis notanda duorum verborum diuersitas. Primò enim dicitur, *sanctos applicabit sibi:* tum de iisdem sanctis, & à Deo electis, atque dilectis subiicitur, quòd *appropinquabunt ei.* Enimuerò Religiosi per studium vitæ regularis appropinquant Deo in cælis residenti, cælum versùs suâ scandentes conuersatione, quos iam idemmet Deus in monasterio sibi applicauit in sua Monasterij domo, præcipuo in terris cæli exemplari. Istorum omnium intellectum ex eo colligere possumus, quod typicè in libro Genesis contigisse [e] Iacob legimus. Quod enim de Religiosorum diximus appropinquatione, per id designatum est, quòd Iacob vidit scalam stantem super terram, & cacumen illius tangens cælum: Angelos quoque Dei ascendentes, & descendentes per eam, & Dominum innixum scalæ. Status quippe religiosus, & vita regularis scala illa est, quia in continuo est graduum perfectionis, & ascensionum progressu, per quam quotquot progrediuntur Angeli Dei meritò nuncupantur, propter Angelicam, quâ decori sunt, innocentiam, & puritatem, & quamuis eorum studium sit vt semper ascendant, ad vlteriora se extendentes, & de virtute in virtutem crescentes; miro tamen modo simul & per accuratum humilitatis studium descendere satagunt, ad ima suimet nihili se demittentes, ita vt rectè ea illis adaptes Psalmi verba, [f] *Ascendunt vsque ad cælos, & descendunt vsque ad abyssos.* Recolunt namque scriptum, [g] *Deum in altis habitare*, sed *humilia respicere in cælo, & in terra.* Et verentur ne id eis suo contingat malo, quod de eo qui sine descensu ascendit, alibi dicitur. [h] *Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus.* Siquidem cacumen prædictæ scalæ est tangens cælum quatenus religiosa conuersatio in cælis est, & cùm boni quique religiosorum sursum cor habeant ad Dominum, bene eidem scalæ Dominus innixus apparuit, qui humilia in altis habitans respicit, & alta à longè cognoscit, vt prædictum intelligeremus adesse in religiosa conuersatione humilitatis studium; per quod fit, vt sursum directo religiosorum corde, nedum non exaltetur Deus, & elongetur à corde alto, sed fixus potiùs ipsi inhæreat scalæ, iuxta illud, [i] *Super quem requiescet spiritus meus nisi super humilem & quietum?*

d Num. 16.5.
e Gen. 28.12.

Religionis status est scala Iacob, per quam religiosi vt Angeli ascendũt proficientes, & descendũt humilitati studentes.

f Psal. 106. 26.
g Psal. 112.6.
h Psal. 73.7.
i Isai. 66.2.

27 *Religiosa conuersatio tota innixa Deo.*

Quamquam magnam apud me & ob aliud vim habet, quod visum Iacobo est, & scripto consignatum, *Dominum innixum scalæ.* Cùm è contra potiùs dicendum fuisse videatur, scalam ipsam cacumen cælum tangens habentem Deo innixam, prout Beatus Ioannes in sua Apocalypsi Ecclesiam sanctam sibi visam è cælo fundamentum in Deo habentem, eidemque innixam, contestatus est dicens: [k] *Vidi Ciuitatem sanctam Ierusalem nouam, descendentem de cælo à Deo.* Nemo est enim qui nesciat, Deo ita innixam religiosam conuersationem omnem, vt id vnum in primis seruare studeant humilitate suâ boni religiosi omnes, dicentes, [l] *Nobis adhærere Deo bonum est, ponere in Domino Deo spem nostram*, & [m] *Non possumus cogitare boni aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est.* [n] *A quo omne bonum, & omne donum perfectum descendens est.*

k Apo. 21.2.
l Psal. 72.28.
m 2. Cor. 3. 5.
n Iacob. 1. 17.

A Religiosis quomodo sustentari, & deturbari dicatur Deus in populo Christiano.

Summo nihilominus iure exhibuisse se dicitur Dominus innixus scalæ status & conuersationis religiosæ, vt exinde intelligeremus, tantùm starui triburum religioso, vt illi innixum catenus se Deus voluerit, quatenus & fides Catholica, & pius eius cultus, & diuinæ legis ipsius obseruantia per religiosos fulciri, sustentari, vtinam non & deturbari passus est: Sic enim obseruare est per cuncta Ecclesiæ sæcula. Quid enim Apostoli regularis vitæ studiosissimi? Quid Basilius Magnus? Quid Hieronymus? Quid Augustinus? Quid Gregorius Papa? Quid Bernardus? Quid Angelicus Doctor S. Thomas? Quid innumeri alij regulares? Nonne & verbo, & scriptis Dei sinceram sustentare obnixi sunt fidem? Nonne sanctâ, & religiosâ suâ conuersatione debitum Dei cultum, diuinæque eius legis studium in Christianis populis fulcire conati sunt? In quo & eos collaborantes habuerunt, & habent, qui monasticam, & regularem vitam in simplicitate sectati sunt, Antonium, Hilarionem, Benedictum, atque similium infinitum penè numerum. Ita vt meritò de Religiosis ipsis id à Domino dici queat prolatum, quod in libro Leuitici legimus: [o] *Sanctificabor in iis qui appropinquant mihi, & in conspectu omnis populi glorificabor*, scilicet per eosdem.

o Leui. 10.3.

Religiosi praui quantùm Ecclesiæ obsint.

Sicut contra aliis Religiosis prauis id pariter à Deo dictum potest tribui, quod est apud Malachiam Prophetam, [p] *Vos recessistis de via, & scandalizastis plurimos in lege: irritum fecistis pactum Leui, dicit Dominus exercituũ.* Vtinam enim, quod nostro sæculo multùm est quod ingemiscamus, plurimis Christianorum prouinciis hæresi defœdatis, à religiosorum quàm plurimis per id Deus scalæ innixus non deturbaretur, quòd scelesti suâ conuersatione plebi Dei ingenti sunt scandalo: quòd sacramentorum abusu retrahunt homines à sacrificio Domini, vt de filiis Heli scriptum est: [q] quòd sceleribus suis à diuinæ legis obseruatione auertunt sæculares: quódque proprietatem sectantes, rebusque sæculi indulgentes, irritum faciunt pactum Leui, quo Deus partem, ac possessionem ipsis futurum se est pollicitus, ita vt nihil eis defuturum esset necessariorum, si ipsi ab eo

p Malac. 2. 8.
q 1. Reg. 2. 17.

eo solo dependentes permansissent, totique eius addicti essent obsequio. Hocque illud est, quod ita admirandum, vt vix credi possit, & ferri, hoc loco proponit idemmet Deus, dicens (*Quid est quod dilectus meus in domo mea fecit, & facere perseuerat scelera multa?*)

28 *Religionis claustra esse locum sanctum.*

(*In domo mea*) inquit, religionis claustra domum suam appellans. Quid sit autem hoc, claustra dici domum Dei, ne à cœpta recedamus typica historia Iacob, per ea eiusdem Iacob verba ad amussim explicatur, quibus [a] *euigilans è somno*, quo scalæ præexpositæ compos factus fuerat visionis, dixit: *Verè Dominus est in loco isto, & ego nesciebam: pauensque, quàm terribilis est, inquit, locus iste. Non est hic aliud, nisi domus Dei, & porta cœli.* Perpendamus singula, locus in quo scala videtur, & claustrum in quo regularis cernitur conuersatio, locus certè sanctus est, vtpote in quo Deus est, tametsi corporeis eum non intueamur oculis. Si enim de terra illa, in qua Angelus Dei personam gerens Moysi apparuit in Rubo, dictum fuit eidem Patriarchæ. [b] *Solue calceamentum de pedibus tuis: locus enim in quo stas, terra sancta est.* Si & de loco in quo Angelus item princeps exercitus Domini adstitit Iosue, dictum eidem fuit Iosue: [c] *Solue calceamentum tuum de pedibus tuis, locus enim in quo stas, sanctus est.* Nonne multò magis sanctum proclamare debemus claustrum, in quo ipsemet est Deus? Æquum igitur & multò magis, vt qui ad istiusmodi locum Dei admissi sunt religiosi, sicut in introitu religionis terrenarum rerum cupiditates, & mortuorum animantium pelles vetera peccata designātes è suorum affectuum soluerunt pedibus: ita in claustro, loco Dei sancto nudis persistāt affectibus. [d] *Adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius.* dicebat aliquando Dauid in Sacerdotum, & Religiosorum persona, de quibus paulò post eodem in Psalmo subiecit, [e] *Sacerdotes tui induantur iustitiam, & sancti tui exultent.* Hæc ipsa sunt quæ claustrum in suis exposcit religiosis, ob id quòd locus sanctus illud est, in quo Deus ipse est. Adorent in illo opus est quem secum ibi habent & commorantem, & simul cum ipsis viam perfectionis ambulantem, [f] *Induant* iustitiam, *nouum* nimirum *hominem*, vt ait Apostolus, *qui secundùm Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis*, quam iustitiam, & veram sanctitatem ibidem, & in cap. 3. epistolæ ad Colossenses [g] distinctius descriptam videre potest: Atque vt sancti, & segregati ad Dei obsequium exultent, iuxta id eiusdem Vatis Regij consilium. [h] *Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore.*

Claustra quanta decet sanctitas

a Gen. 28. 16. · b Exod. 3. 5. · c Iosue. 5. 16. · d Psal. 131. 7. · e Psal. 131. 9. · f Ephes. 4. 24. · g Coloss. 3. 12. · h Psal. 2. 11.

29 *Claustra religionis sunt locus timoris, & lætitiæ.*

Istiusmodi enim exultationem & ipsum claustri locum exposcere, in eiusdem loci descriptione iam relata asseruit Iacob quum post præexposita adiecit pauens, [i] *Quàm terribilis est locus iste:* terribile certè est obseruantis religionis claustrum dæmonibus, quia ibi reuera boni religiosi ab [k] Angelis custoditi, atque vt habitantes in adiutorio Altissimi super Aspidem, & Basiliscum ambulant, conculcantque Leonem, & Draconem infernalem. Sed & iisdem quoque terribile est religiosis in Dei obsequio ibi exultantibus, ita tamen vt iuxta Pauli sententiam [l] cum timore, & tremore suammet operentur salutem, memoriā id semper versantes, quod in libro dicitur Ecclesiastici, [m] *Fili accedens ad seruitutem Dei sta in iustitia, & timore, & prepara animam tuam ad tentationem.* [n] *Qui timetis Dominum sperate in illum: & in oblectatione veniet vobis misericordia.* Bene *in oblectationem*, quia locus iste ita terribilis, quia claustrum ipsum, in quo exultantes in Dei obsequio religiosi stant in timore, domus Dei est.

i Gen. 28. 17. · k Psal 90. 11. · l Philip. 2. 12. · m Eccl 2. 1. · n Ecc 2. 9.

30 *Claustra religionis sunt domus Dei, & quidam ingressus cæli.*

Non est hic [o] *aliud* addit Iacob de eo loquens, *nisi domus Dei:* Et quia domus Dei nomine cælum propriè intelligitur, quod & propterea vocatur Dei sedes simpliciter, & Deus in eo dicitur habitare: vt pateret, religiosorum claustrum ita Dei domum, & non aliud esse, vt suo tamen modò sit & cælū per epexegesim illico subintulit, *Et porta cæli* designans, illud talem esse Dei in terris domum, in qua initialiter (vt ita dicam) sit fruitio bonorum cælestium, & quidam gloriæ cælestis ingressus. Portarum enim vocabulo initium quoddam tam mali, quàm boni, ingressumque in ea designari in sacris literis consuetum, vel ex eo patet Psalmi noni, quo moraliter hoc ipsum de quo agimus, in persona Religiosi sic asseritur, [p] *Qui exaltas me de portis mortis*, id est, de mundi huius abyssis, in quibus est ingressus, limenque mortis; in quibus mundani iam cœpêre pœnas & dolores sentire mortis æternæ: *Vt annunciem omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion*. i. Ierusalem, ac si dicat, vt è mundo erutus, & eius negociis, in claustris quæ cælestis Ierusalem sunt portæ, quasi in cælestis illius patriæ limine cōstitutus id vnum exerceam studij, quod commune, & perpetuum cælestibus ciuibus vniuersis intra illam est patriam. Annunciandi omnes laudationes tuas, teque summa cum voluptate laudandi.

Portarū vocabulo designari initiū tā boni quàm mali.

o Gen. 28. 18. · p Psal 9. 15.

31 *Claustra religionis sunt exemplar Paradisi.*

Et quidem de hac re minimè dubitādum, cùm si quod in terris, & in hac vita assignandum sit cælestis illius patriæ exemplar, ipsa assignanda sunt religionis obseruantis claustra; In quibus boni religiosi nihil habentes, idcirco ab Apostolo vniuersa possidere dicuntur, iuxta illud [q] Domini, [r] *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum*, nedum in futuro erit, sed & in hac vita *est regnum cœlorum.* Quod & aliàs per eumdem Iesum in Euangelio Marci hisce significatum est. [s] *Nemo est qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut filios, aut agros propter me, aut propter Euangelum*, id est, iuxta Euangelica consilia, quæ à Religiosis implentur: *qui non accipiat centies tantum nunc in tempore hoc, domos, fratres*, &c. *cum persecutionibus*, id est, quantumlibet propter mundanorum renunciationem magnas sustinere aliquando cogatur persecutiones; *& in sæculo futuro vitam æternam.* Quo loco ponderandum quod primo dictum est, *centies tantùm nunc in tempore hoc.* Id quod & in Euangelio Lucæ obseruandum est, vbi ipsemet Iesus idipsum cum iureiurando contestans ait. [t] *Amen dico vobis, nemo est qui reliquit domum, aut parentes, aut fratres, aut vxorem, aut filios propter regnum Dei*, id est propter religionis studium, & propter claustra, quæ & ipsa regnum Dei dicenda sunt, quatenus portæ sunt cæli. *Et non recipiat multò plura in hoc tempore, & in sæculo venturo vitam æternam*, id est, tempus quidem in sæculo & vita præsenti, & in æternum in futuro.

q 2. Cor. 5. 10. · r Matt. 5. 3. · s Marc. 10. 29. · t Luc. 18. 29.

32 *In claustro religionis ingens copia bonorum Paradisi.*

Hocque illud est quod iidem propterea sibi pollicentur audacter, qui in Psalmo 64. id optare significarunt, vt sibi daretur à Deo religionem adeundi, admittique in Claustrum, prout in principio huius tractatus retulimus, vbi ingenti cum desiderio dicebant ad Deum. [u] *Beatus quem elegisti, & assumpsisti, inhabitabit in atriis tuis. Replebimur in bonis domus tuæ.* q. d. Sanè in bonis quibus fruemur in claustro, quod non est aliud nisi domus Dei, & porta cæli, replebimur, ita vt nihil

u Psal. 64. 5.

nihil ampliùs sit quod concupiscamus in hoc sæculo, vel bonorum temporalium, vel gaudij, & consolationum ac voluptatum. Id enim peculiare est bonorum, & consolationum cælestium, vt vel ad modicam eorum perceptionem, & exiguam cælestis illius gloriæ exhibitionem, quæ veluti per portam cæli apparet, & repleat, & satiet, iuxta illud,[a] *Satiabor*, ne dum quum admissus fuero in cælorum penetralia, sed *& quum apparuerit gloria tua.* Quod & Apostolus Petrus contestatus est, quando in Christi transfiguratione ad exhibitionem vel exiguam illius gloriæ in splendida Christi facie, & in nitidis vestimentis in ea prorupit verba,[b] *Domine bonum est nos hic esse, si vis faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, Moysi vnum, & Eliæ vnum.*

Consolationū spiritualium vel minimus gustus satiare aptus est.

a Ps. 16. 15.

b Matt. 15. 4.

33 *Claustri, & Religionis egregia descriptio dulcedinis, & participationis bonorum cælestium.*

Domus Dei istius, & portæ cæli, claustri inquam obseruātis religionis participationem bonorum cælestium, eorumdemque in religione exhibitorum inexplicabilem dulcedinē descripsisse mihi videtur Propheta in Psal. 30. quando propterea in hanc prorupit exclamationem.[c] *Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quā abscondisti timentibus te*, ab oculis nimirum mundanorum hominum, quum illam non vident, nec probant, miseros omnisque consolationis expertes proclamant in claustro degentes: cum nihilominus religiosis quorum,[d] *vita abscondita est cum Christo in gloria*, dulcedinis eius profectò cælestis in claustri abscondito in eo ipso quòd in timore tibi obsequuntur, quàm maximam exhibueris copiam. *Perfecisti eis qui sperant in te in conspectu filiorū hominum.* Eis quippe qui in conspectu filiorum hominum, & coram hominibus in hac vita degentibus, totam in te suam coniecerunt spem, talem tantamque perfectam in spiritualibus regularis vitæ exercitiis exhibuisti dulcedinem. *Abscondes eos in abscondito faciei tuæ à conturbatione hominum.* Quodnam istud est absconditum faciei Dei, nisi claustrum ipsum, in quo cùm Deus vt in sua commoretur domo, abscondit tamen in eo faciem suam, & semet à conspectu mundanorum, à quibus ibi eum esse minimè intelligitur: simulque & ab eorumdem conturbatione, quâ per sæcularia negocia conturbari possent, ipsos absconditos, clausosque seruat religiosos? Quin & in claustro vt in tutissimo tabernaculo militari à maledicentibus, & contradicentibus seruat illorum linguis. *Proteges eos*, inquit, *in tabernaculo tuo à contradictione linguarum.*

c Ps. 30. 20.

d Colos. 3. 3.

34

Vnde quasi per Epiphonema ab ipso religioso prolatum, qui prædicta experimento probauit, subdit, *Benedictus Deus, quoniam mirificauit misericordiam suam mihi in Ciuitate munita.* Seu, vt legit Symmachus ὁ παράδοξος, *qui vt paradoxum quid fecit misericordiam suam mihi tamquam in Ciuitate circummunita.* Dulcedinis copiam, & consolationum designans spiritualium multitudinem, quam ita in religionis exhibet claustro, vt tamen cùm id asseritur, paradoxum homines reputet sæculi, quibus vt mox dictum est, abscondit illas Dominus. Cùm potiùs ab iis, qui experimento illam ex Dei misericordia exhibitam in claustro ipso probarint, eadem, seu Deus qui eam largitur, & celebretur, & benedicatur, qui miris modis illius participes ipsos effecerit. Id quod & in persona Christi contestatus est Dauid in Psalmo 15. dicens,[e] *Sanctis qui in terra sunt eius mirificauit omnes voluntates meas in eis.* Quatenus cælestis Pater mitas fecit omnes diuinæ bonæ voluntatis, & benignitatis filij sui exhibitiones in Religiosis sanctis, & qui in eius obsequium segregati commorantur in Religione, eiusque claustro, quod sicut est Dei domus, ita & terra est eius. Porrò tametsi ingens sit mirabilium misericordiæ, & benignitatis, ac dulcedinis Dei multitudo in regularium claustro, & in religione, propter quæ religiosi repleri dicuntur in bonis domus Dei, quorum longam seriem apud eos videre potes, qui de statu Religiosi scripsère tractatus; vnius nihilominus in præexposita gratiarum actione Psalmi trigesimi ipsemet meminisse visus est Religiosus, quum[f] *mirificatam sibi* à Deo dixit *misericordiam in Ciuitate munita*, seu *tamquam in Ciuitate circummunita*, hoc videlicet nomine claustrū ipsum insigniens. Vnum namque istud est cohabitatio, vnanimitas, & mutua fratrum charitas, quam & Salomon in libro Prouerbiorum eodem insignisse videtur nomine, quum dixit,[g] *Frater qui adiuuatur à fratre, quasi ciuitas firma*, & *munita*, vt legunt alij. In quo quàm maximè & cælesti assimilatur Ierusalem, de qua pariter legimus, *Ierusalem quæ ædificatur vt Ciuitas, cuius participatio eius in idipsum*, cuius est ciuium omnium vnum cor, vnaque anima, & vnum velle; in vna nimirum fortissimè Dei vnitum voluntate, in vna & colligatum charitate.

Religiosis Deus mirificè exhibuit benignitatis suæ gratias, & cōsolationes.

e Psal. 15. 3.

Religiosis mirificauit Deus misericordiæ, & benignitatis suæ exhibitiones in vnanimi fratrum cohabitatione in claustro.

f Ps. 30. 22.

g Prou. 18. 19.

35 *Religiosum in Claustro admittere scelera quàm sit execrabile.*

(Fecit scelera multa, seu fecit abominationem,) vt legunt Sept. Quanto Religiosus insignioribus dilectionis Dei insignitus est prærogatiuis, per id quod ei inditum vidimus dilecti Dei vocabulum, quantóque maior Religionis claustri puritas est, & sanctitas, atque sublimitas, vt pote quod locum sanctum, domum Dei, portamque cæli vidimus appellatum, tanto certè admirabilius, & execrabilius hìc esse significatur, quòd Religiosorum aliquis reperiatur, qui etiam in Religione grauia admittat peccata. Non est hìc sermo de leuioribus peccatis, quibus non tollitur Dei gratia, propter hæc quippe de religiosis ipsis, quos in Ecclesia Deus posuit vt stellas firmamenti, legimus in libro Iob,[h] *Et stellæ non sunt mundæ in conspectu Dei*, & per Sapientem dictum nouimus,[i] *Septies in die cadit iustus.* At de iis sermo est delictorum generibus, quibus Dei constituimur inimici, & quæ deformitatis habent plurimùm, ita vt & sceleris, & abominationis eis competant nomina, & omnino de iis quæ non tam ex ignorantia, vel ex infirmitate, quàm ex certa scientia, ex proposito maligno, atque ex cognita, & præmeditata, benéque cogitata admittuntur malitia, prout ex Hebraica colligitur voce, quam in prima literæ expositione ostendimus propriâ vi cogitationes designare, & machinationes. Istorum enim complura ab iis patrantur Religiosorum, quibus id competit Apostoli, quòd[k] *cum cognouissent Deum, eumque non sicut decuit* in claustro *glorificassent* per obseruantias regulares, *tradidit illos Deus in reprobum sensum.*

h Iob 25. 5

i Prou. 24. 16.

Religiosorum prauorū peccata quàm grauia.

k Rom. 1. 21. & 28.

36

Dicebat aliquando Iesus de delinquentibus grauissimè, & scelestissimè Iudæis aduersùs ipsū, patremque suum.[l] *Si non locutus fuissem, & opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent: nunc autem & viderunt, & oderunt, & me, & patrem meum. Sed vt adimpleatur sermo qui in lege eorum scriptus est*,[m] *Quia odio habuerunt me gratis*, id est, sine vlla ratione, at ex malitia, & temeritate. In quibusnam Christianorum plura, & maiora opera & facta probantur, & fieri quotidie à Deo, quàm in Religiosis, & in Religiosorum claustris? quibus & frequentiùs loquitur, tum internis inspirationibus; tum sacrâ quæ in clau

l Io. 15. 24.

m Ps. 24. 19.

claustro iugis habetur lectione; tum in Prælatorum, sociorumque & fratrum monitis. Cùm ergo iidem Deum ipsum, & religionis statum oderint, ideóque tam in eumdem Deum, quàm in religionem peccent, grauissimis certè delinquere dicendi sunt sceleribus ex malitia, & temeritate. Quæ profectò scelerum eorum malitia tantò est deterior, quantò maiorem comitem habet erga Deum ipsum ingratitudinem. S. Thomas 2. 2. quæst. 107. art. 2. tres affert ingratitudinis gradus, quibus scelerum iure competit nomen: Primum, quo mala retribuuntur pro bonis: Secundum, quo beneficium vituperatur: & tertiũ, quo idem beneficium quasi maleficium reputatur. Vtinam non omnia & hæc ingratitudinis scelera in iis reperirentur Religiosorum, qui hîc dicuntur, (*In domo Dei fecisse scelera multa*) dati in reprobum sensum. Quid enim tot quæ vel contra vota admittunt? Nonne reddere Deo mala pro bonis? Quid & arctis iugiter detrahere regularibus obseruantiis, & de Prælatis murmurare qui curant vt illæ seruentur? Nonne vituperare Dei beneficium? Quid denique toties ingressus in religionem pœnitêre? Quid displicere in ea persistere? Quid & blasphemare eos quorum operâ religioni nomen dedimus, & maledicere diei, in quo admissi sumus in claustra? Nonne hæc sunt, Dei præstantissimum beneficium censêre, & asserere maleficium?

Ingratitudo triplex in prauis religiosis. D.Thom.

37 Dicet fortasse aliquis, quanam ratione quod in textu Hebraico, & in versione Sept. in singulari dicitur (*abominatio*, seu *res execranda*,) ab interprete nostro redditum est in plurali (*scelera multa?*) Neque id frustra factum censêre debemus, aut ob id duntaxat, quòd in Originalibus Hebr. & Græc. singulare positum sit collectiuè, & pro plurali: Crediderim ipse, & dixerim ad hæc, summo iure id factum, quòd vna claustralis, & praui religiosi abominatio, vnum & scelus magnum secum habeat multiplicium scelerum seriem, quod in textu Hebraico euidentiùs expressum est iuxta eam quam supra attulimus versionem, (*In domo mea facit abominationem multis,*) scil. modis. Et quidem Basilius Magnus Sermone de abdicatione rerum, qui est primus post præfationem in Asceticà, post dimidiũ, magnum recenset catalogum vnam gulæ ingluuiem comitantium scelerum, fuséque hoc prosequitur vt probet, hanc vnam abominationem plures iure optimo dici in religiosis abominationes, pluraque scelera. *Vt enim fons*, ait, *aqua si in plures sit riuulos diffectus, vicina riuulis illis loca omnia herbarum viriditate conuestit, & quasi pubescere facit: sic vitium gulæ si per cordis tui*, (loquitur Monacho) *venas se effuderit, & distraxerit: indéque permeans sensus tuos irrigauerit, vbi libidinum multarum in te syluam conseuerit, animum tuum ferarum habitaculum, id est multorum scelerum irretitum efficiet:* quod multis sacrarum literarum probat exemplis, vt videre cuique licet loco citato.

Basilius. *Ex vna Gulæ abominatione in Religioso plura deriuãt scelera.*

38 Communiori verò sensu vna hæc præcipua abominatio, quæ in Dei fit domo, ac in religione scelera multa secum habens, quæ ipsam comitantur ex ipsa deriuata, vitium est proprietatis in Religioso; quod ei consonum est Apostoli dicentis, [a] *Radix omnium malorum cupiditas, quam quidam appetentes errauerunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis*, id est peccatis, & sceleribus multis, quomodo & in Psalmo, [b] *Concepit dolorem*, id est, peccatum mente concepit, *& peperit iniquitatem.* Et certè vitium istud proprietatis dici & ipsum potest abominatio desolationis, eique aptari quod in Euangelio ait Iesus, [c] *Cùm videritis abominationem stantem in loco sancto*, id est, in religione, quam locum sanctum, & domum Dei esse probauimus: *tunc qui in Iudæa* in ipsa, scilicet religione vbi præcipuum confessionis, & glorificationis Dei deberet esse studium, vt Iudææ sonat nomen *fugiant ad montes*, de quibus per Prophetam dicitur, [d] *Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi*, vehementibus clamoribus preces ad Deum pro semet, proque toto religionis suæ corpore cælum versùs emittant. Verè enim proprietas abominatio desolationis in ipsa est Religione, cùm per eam fundamentum destruatur, super quod Dominus vniuersum fundauit religiosi status ædificium, quando dixit, [e] *Vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni, & sequere me.* Et, [f] *Nisi quis renunciauerit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus:* cúmque illum cui id inhæserit, & vero desolet religiosi nomine, & bono vniuerso quo in ipsa potiebatur religione. Quandoquidem iuxta præstantissimam illam B. Isaac sententiam quam lib. 3. Dialogorum cap. 14. refert S. Gregorius Papa, *Monachus qui in terra possessionem quærit, Monachus non est.* Et quodnam primum, ac potissimum est status religiosi bonum, nisi habere Deum pro parte, & possessione, ac hæreditate sua? [g] *In terra eorum nihil possidebitis, nec habebitis partem inter eos*, scilicet sæculares. *Ego pars, & hæreditas tua in medio filiorum Israel:* dixit Deus ipse Leuitis, qui religiosorum antiquitùs locum obtinebant.

Proprietatis vitiũ est talis Religiosorum abominatio, vt ex ipsa reliqua deriuẽt scelera, quæ in religione admittũtur.
a 1.Tim.6.10.
b Psal.7.15.
c Matth.24.
d Ps.120.1.
e Matth.19.21.
f Luc.14.33.
Gregor.PP.
g Num.18.20.

39 Cæterùm, vt & ipse dicam quid sentiam, abominationem in religione multa secum habentem scelera, cuius hoc loco Dominus percellitur admiratione, arbitror vnumquodque designare Religiosi vitium, quod malitiam atque contemptum habet comites, (de his enim sceleribus sermonem hîc fieri, & supposuimus supra, & mox infra probabimus.) Id autem gemens assero, & à quotidiana instructus experientia. Et quia talium est natura peccatorum, vt numquam sint sola; qua de re egimus sæpe, & quia iuxta Sapientis sententiam, [h] Tunc qui re vera contemptu scelus admittere dicendus quum in profundum venerit malorum, si non actu, certè habitu, & propensione ad scelera omnia.

Religiosi vitiũ quodque est abominatio, multa scelera secum habens.
h Prou.18.3.

20 *Numquid carnes sanctæ*, seu iuxta Sept. *Numquid orationes*, seu vota, *& carnes sanctæ auferent à te malitias tuas, in quibus gloriata es*, seu *exultasti*) vt habent Hebr.

Ex vocabulo malitiarum, & multò magis ex eius adiecto, (*In quibus gloriata es*,) confirmatum tutò habemus, quod hucusque supposuimus, in hac sententia Deum admirari, & conqueri de iis religiosorum sceleribus, quæ in religione ab illis ex malitia, & contemptu, ac temeritate admittuntur, tantâ nimirum impudentiâ, vt & in illis committendis exultent, & de illis admissis, aut admittendis se se iactent. Vnde apertè colligitur eius solutio, quod in controuersiam verti solet circa discrimen peccantium religiosorum, ac sæcularium, quorum scilicet grauiora sint peccata, quiue eorum peccans magis delinquat. Enimuerò tametsi verum sit, quod asserit Basilius Magnus Regul. breuiorum, Interrogatione 81. Generaliter loquendo magis

Religiosorum peccata quomodo minora peccatis sæcularium.
Basil.

magis delinquere ſæculares, & grauiora eorūdem eſſe ſcelera, quàm quæ à viris admittuntur religioſis, *Quatenus qui religioſus eſt*, (vt idem inquit Sanctus) *is cùm de ineunda gratia ſollicitus ſit, in eaque elaboret, non de induſtria, ſed caſu aliquo, & præter animi ſui ſententiam labitur, caditque. Qui verò de vulgo eſt, & in vtramuis partem nihil penſi habet, is cùm nullam vel ſui, vel Dei rationem habeat, neque quicquam omnino referre exiſtimet, peccet ne, an rectè agat, grauiſſimis, ac pernicioſiſſimis duobus malis laborat, videlicet quod aut Deum contemnit, aut tollit penitus*, & poſt multa, ad finem addit. *Atque illud etiam ſcire conuenit, peccata religioſorum virorum plerumque etiam euenire ex conſilio Dei ad eorum vtilitatem, cùm videlicet Deus illos labi interdum permittat, ad ſanandam aliquam animi eorum elationem, quæ præceſſerit, cuiuſmodi eſt quod Petro dictum eſt, & in ipſo etiam contigit*. Tametſi vera inquam hæc ſint, datis nihilominus terminis paribus, haud ambigendum multò deterius delinquere religioſum quàm ſæcularem in eo ſcelerum genere, quorum hîc meminit Dominus, multóque peiorem eſſe ſceleribus iis peccans religioſus, quàm iiſdem delinquens ſæcularis ob maiorem ingratitudinem, & ob præſtantiorem Dei cognitionem, ob plures benefaciendi, & periculorum vitandorum commoditates, ob arctiorem votorum, & regularis regulæ obligationem, & ob plura alia ſimilia, vt paulò pòſt explicabo ex S. Thoma.

Religioſorum peccata ex malitia ſunt peiora peccatis ſæcularii item ex malitia.

41 *Religioſo dato in reprobum ſenſum cōpetit Diaboli nomen.*

In cuius rei confirmationem aceti afferri ſolet ſimilitudo, cuius id probatur eſſe acrius, quod ex meliori factum ſit vino. Imò talis, tantóque eius religioſi, de quo nunc eſt ſermo, præ ſæcularium iniquitate eſt peruerſitas, vt idem iure illi competat Diaboli nomen, quod Lucifero nouimus appropriatum, vt colligitur ex iis Domini verbis, quibus ad Apoſtolorum collegium, in quo prima ab ipſo iacta ſunt in Euangelio religioſi ſtatus fundamenta, quodque prima extitit congregatio Clericorum Regularium, vt eruditè probat noſter Antonius Caracciolus in ſuis Notis ad Præfationem Conſtitutionum noſtrarum Clericorum regularium; ait,[a] *Nonne ergo vos duodecim elegi, & vnus ex vobis Diabolus eſt*? Diabolum Iudam appellans, qui vnus prauus, & ſceleſtiſſimus in ſacro illo extitit collegio. Et certè prauus quiſque religioſorum illorum, quos datos diximus in reprobum ſenſum, ob id quidem præcipuè Diabolus iure dicitur, quia Diaboli, Luciferi inquam miniſter eſt, eiuſdemque imitator in eo, quòd ſicut ille in cælo deliquit, è cæloque cecidit, ita & iſte in religione, quam domum Dei, & portam cæli eſſe dixi, facit ſcelera multa, vtinam non contingat, ſi non actu, ſaltem animo per apoſtaſiam è ſtatu cadat religioſo: imò & filius Diaboli cùm illius perficiat deſideria, iuxta illud item Domini,[b] *Vos ex patre Diabolo eſtis, & deſideria eius perficitis*. Vetumetiam quia & ſignificatus eius nominis ipſi congruens. Diabolus enim calumniator interpretatur. Quid enim facit dum gloriatur in malitiis & ſceleribus, quæ in domo Dei ac in religione admittit? nonne ſimul vel tacitè & Deum calumniatur, qui id religioſi conſuluit inſtituti & ſanctos religionum inſtitutores: Vtinam non & blaſphemis ſæpe ſermonibus & arctas extrinſecus calumniaretur obſeruantias regulares; & Prælatis qui ſedulam nauant operam, vt eæ ſeruentur, & fratribus pariter quorum ſanctâ & religioſâ conuerſatione magnopere offenditur, ita vt cum impiis illis

Anton. Caracciolus.
a Ioan. 6. 16.
b Ioan. 8. 44.

A qui in libro Sapientiæ loquuntur, dicat.[c] *Contrarius eſt operibus noſtris, grauis eſt etiam ad videndum.*

c Sap. 2. 12.

42 *Religioſus prauus in ſpiritualibus religionis exercitiis magis delinquens, per illa minimè expurgatur à ſuis ſceleribus.*

Terribilia autem quàm maximè ſunt quæ de tali religioſo ſceleſto, qui gloriatur in malitiis ſuis, & cuius gloria in confuſione ipſa ſua eſt, vt de Iudæis, ſeu de Iudaicè viuentibus aiebat Apoſtolus,[d] prædicta fuêre à Domino in ea quam tractamus ſententia, (*Numquid orationes*, ſeu vota, *& carnes ſanctæ auferent à te malitias tuas*? Quomodo per orationes, per Pſalmodiam, pérque reliqua ſpiritualia religionis exercitia ab iis purga- B bitur ſceleribus, cùm in iis potiùs delinquat magis? inuitus ea peragens extrinſecus, coactè, & per contentionem, ita vt non ineptè id eis aptari poſſit, quod ſceleſto cuidam à Domino dicitur in Pſalmo.[e] *Quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum? Tu verò odiſti diſciplinam*? Et infra in cap. 48. Ieremiæ de iſtiuſmodi religioſo legimus,[f] *Maledictus qui facit opus Domini fraudulenter*: fraudulenter enim, vt ſcilicet externis inhærens exercitiis & Prælatum, & fratres ſuâ deceptos detineat fraude, dum prædicta opera facit nouis maledictionibus certè ſe C facit obnoxium, noua & in iis ipſis operibus admittens ſcelera. Quid dicam, de tribus Votis? quâ ratione per illa iuſtificabitur, quæ iugiter frangit, & per quæ maxima ſceleribus, & noua in dies addit facinora? Nouimus enim per ſapientem dictum,[g] *Multò meliùs eſt non vouêre, quàm poſt votum promiſſa non reddere*. Et ad Ananiam paupertatis tranſgredientem votum dixit Petrus.[h] *Cur tentauit Sathanas cor tuum, mentiri te Spiritui Sancto, & fraudare de precio agri? Non es mentitus hominibus, ſed Deo.*

d Philip. 3. 19.
e Pſal. 49. 16.
f Ierem. 48. 10.
g Eccl. 5. 4.
h Act. 5. 3.

43

Quid de carnibus ſanctis corporis, & ſangui- D nis Domini? Nonne in Euangelio idemmet Dominus ait,[i] *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem habet vitam æternam, & ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die*? & paulò pòſt item addit.[k] *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem in me manet, & ego in eo*? Et certè non eſt dubitandum, ex his Domini verbis vltra tanti ſacramenti effectus conferendi vitam æternam, ad eamque ipſum ſuſcipientes reſuſcitandi, & eos qui in gratia eius fiunt participes, per gratiæ charitatiſque augmentum, & per ſacramentalem vnionem verè ac realiter Chriſto vniendi, inferri E etiam effectus alios, quibus plerumque aliquibus, qui abſque gratia, peccatiſque irretiti ad ipſum accedunt, & gratiam præſtat, & etiam ipſa aufert peccata, vnde à pleriſque ſanctorum Patrum id appellatur Medicamentum vulnerum, & Eccleſia iſtud à Deo efflagitat, vt hoc ſacramentum ſit ablutio ſcelerum. Quomodo ergo hîc apud Ieremiam idemmet ait Deus, (*Numquid carnes ſanctæ auferent à te malitias tuas*?) Religioſo præſertim, qui vel quotidie eius fit particeps, Miſſam celebrans, vel frequentiſſimè communicat? Quidquid ſit quoad allatam ex Euangelij F verbis illationem, id ſanè certum apud vniuerſos eſt Theologorum, per Euchariſtiæ ſacramentum regulariter nec conferri primam gratiam iuſtificantem, nec peccata tolli mortalia, quia eſt ſacramentum viuorum, non autem mortuorum; niſi quum ab eo perceptum ſit, qui eſt in peccato mortali, cuius conſcientiam, & affectum non habet; fortè enim primò non fuit ſufficienter contritus, ſed deuotè, ac reuerenter accedens conſequetur per hoc Sacramentum gratiam charitatis, quæ contritionem perficiet, & remiſſionem

i Ioan. 6. 55.
k Ioan. 6. 57.

Euchariſtiæ ſacramentum quâ ratione dici queat tollere peccata mortalia.

D. Thom.

nem peccati, ait D. Thomas 3. p. q. 79. art. 3. in corpore. Vbi & in responsione ad primum addit, Ecclesiam petere, vt hoc sacramentum sit ablutio scelerum, vel eorum, quorum conscientiam non habemus, iuxta illud Psalmi, [a] *Ab occultis meis munda me Domine*, vel, vt contritio in nobis perficiatur ad scelerum remissionem; vel etiam vt nobis robur detur ad scelera vitanda.

a Psal. 18. 13.

44 *Religiosorum ruina vt plurimum ex Sacramentorum abusu.*

b 1. Cor. 11. 24.

Quicquid inquam de his sit, firmissimum est sanè peruulgatum Apostoli affatum, [b] *Qui manducat, & bibit indignè reus est corporis, & sanguinis Domini*, adeoque *& iudicium sibi manducat.* Audeo dicere, vix mihi persuadere possum, dari religiosum aliquem in reprobum sensum, ita vt in domo Dei faciat scelera multa, in iisque glorietur, & exultet, nisi Sacro-sanctis abuti is cœperit Sacramentis vel per vsum, & vt Italicè dicimus, *A stampa*, vel etiam fraudulenter, vt bonum scilicet se simulet ad illa accedens. Id quod ne dum de Sanctissima Eucharistia, sed & de cæterorum quoque intelligo Sacramentorum abusu, ordinis præcipuè, & pœnitentiæ in fictis, & dimidiatis confessionibus. Sicque quod hîc dicitur. (*Numquid carnes sanctæ auferent à te malitias tuas?*) Quod de præcipuo Eucharistiæ dicitur sacramento, idipsum significatum & de reliquis intellige Sacramentis, cùm Religiosi illis abutuntur. In quorum Domini sic sumptorum verborum confirmationem optimus is est Apostoli locus aliàs etiam à nobis expensus, quo in epistola ad Hebræos ait, [c] *Impossibile eos qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donum cæleste, & participes facti sunt spiritus Sancti, gustauerunt nihilominus bonum Dei verbum, virtutesque sæculi venturi,* (quæ omnia religiosis magis quàm vlli alij fidelium statui congruunt) *& prolapsi sunt*, per malitiam scilicet, per contemptum, & animi obfirmationem faciendo in domo Domini scelera multa, *rursus renouari ad pœnitentiam*, sc. veram, atque proficuam. Quibus benè adiicit: *Rursus crucifigentes sibimetipsis filium Dei*, per multa, scil. illa, quæ in semet admittunt scelera quasi denuo instar Iudæorum Christum cruci affigentes, quantùm ex parte ipsorum est, *Et ostentui eumdem*, scilic. Christum crucifixum *habentes*, quatenus in suis ipsis malitiis (vt hic dicitur) exultantes, & gloriantes illum & contemnunt, & irrident, ludibrioque, imò in ludibrij exemplum & sæcularibus exponunt. Quamquam non propterea quòd hæc omnia verè dicantur, idcirco dum adhuc viuunt, desperanda penitus est salus similium, & millies insuper plura, & maiora etiam in religione, vel à religione apostatarum admittentium scelera. Quamuis enim vt plurimùm impossibile id esse experientiâ teste probetur, fitque id ordinariè difficillimum, vt tales verè pœniteant: quod tamen impossibile iuxta consuetam talium agendi videtur rationem, vel saltem difficillimum, id ex eximia Dei bonitate contingit sæpe reddi facillimum, nedum possibile: [d] *quia non est impossibile apud Deum omne verbum.* Facillimum inquam propter antiquam, quam habent bonorum religiosi status reminiscentiam; propter eam quâ pollent diuinorum cognitionem; & propter magna quæ in religione ipsa reperiunt adiumenta bonorum, præsertim fratrum, & verbo recta consulentium, & ad bonum suo allicientium exemplo.

Religiosi praui quàm difficilè conuertuntur.

c Hebr. 6. 4.

Religiosorum quantumlibet pessimorũ dum adhuc viuunt numquam est desperanda salus.

d Luc. 1. 37.

45 *Apostatæ Religiosi quàm difficilè conuertantur.*

Fateor autem propterea multò eius praui Religiosi difficiliorem esse conuersionem, eiusdemque vt plurimum certiorem, vel saltem periculosiorem extremam esse ruinam, qui vel apostatæ facti sint à religione, claustro, habituque relicto, vel in apostasiam prolapsi sint etiam à fide. In quæ incidere frequenter sinuntur à Domino, qui in religioso statu nedum multa admiserint scelera, vt supra explicatum est, sed & insuper in suis ipsis gloriati sunt, & exultarunt peruersitatibus. Quod in Hebraica præexpositorum verborum significatur lectione, quæ sic habet. (*Et carnes sanctæ, seu sancti, aut sanctuarij transibunt desuper te*, vel *à te, quia malitia, seu in malitia tunc exultasti.* Seu vt Pagninus legit, *Et homines sancti transibunt*, &c.) Per hoc quod dicitur (*Et homines sancti*, &c.) prout & plures Hebræorum exponunt, designatur Apostasia à statu religioso, per quam apostata præcipuo priuatur adiumento consortij bonorum fratrum. Quamquam & absque apostasia id prauis religiosis obtingere potest pœnæ, quando ex multitudine prauorum claustralium in aliquo monasterio, ex Dei fit permissione, vt si qui in eodem sancti essent religiosi, ab illo in aliud commigrare curent, in quo regularis magis vigeat obseruantia.

Religiosi ob multa scelera quæ in religione admiserint, in pœnam sæpe accidit vt decidant in apostasiam à religioso statu.

46 *Religiosi peruersi permittuntur ruere in apostasiam etiam à fide ob multa eorum scelera.*

Per illam verò lectionem (*Et caro, seu, carnes sanctæ transibunt à te.*) altera peior designatur apostasia à fide, quâ iam infelix religiosus ille improbus in hæreses prolabitur Sacramentis, Missæ, & communioni aduersantes, quales plurimas vigere nouimus sectariorum nostri temporis. Habetque vim magnam & phrasis loquutionis, quâ carnes ipsæ sanctæ transire dicuntur à talibus apostatis, vt respondet ei, quod à Domino dicitur in Euangelio, [e] *Auferetur à vobis regnum cælorum, & dabitur genti facienti fructus eius.* Meritò improbis hisce religiosis aufertur per apostasiam primam & vita religiosa, quæ rectè regnum cælorum dicitur, quia vt supra probatum est exemplar in terra est cælestis patriæ, & regni cælorum: & per apostasiam alteram aufertur vnâ cum Catholica fide & participatio Sacrosancti in primis Eucharistiæ Sacramenti, quod rectissimè dicitur regnum cælorum, iuxta id Domini in Euangelio, [f] *Non bibam de generatione vitis, donec regnum Dei veniat.* Quod de Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento complures Sanctorum Patrum exponunt, & benè, quia in hoc Sacramento idem communicatur Deus, qui in regno cælorum cælestis impertitur dulcedinis copia maxima, & donum exhibetur immortalitatis, quod eius regni est proprium. Et tam istud Sacramenti, quàm illud Religionis ablatum ab illis improbis, aliis datur qui Sancto Spiritu ad religiosum admittuntur statum, sicque ab iis ad hos & regnum transit cælorum.

e Matth. 21.

Religiosus status est regnum cælorũ.

Eucharistia sacramẽtum dictum regnũ cælorum.

f Luc. 22. 18.

VVLGATÆ.

Vers. 15.] Quid est quod dilectus meus, &c.

SEPTVAGINTA.

15. Τί ἡ ἠγαπημένη ἐν τῷ οἴκῳ μου ἐποίησε βδέλυγμα; μὴ εὐχαὶ καὶ κρέα ἅγια ἀφελοῦσιν ἀπό σοῦ τὰς κακίας σου. ἢ τούτοις διαφεύξῃ?

Vers. 15.] Quid dilecta in domo mea fecit abominationem? Numquid vota, & carnes sanctæ auferent à te malitias tuas, vt propter ista effugies?

APPEN

APPENDIX EXPOSITIONVM
Ex antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Quid eſt populo huic, qui erat dilectus coram me? Reliquerunt cultum domus ſanctuarij mei:inierunt conſilium ad peccandum multum: commiſcent carnem abominationum cum ea ac ſanctificata, migrabunt à te,propter malitiam tuam tunc eras fortis.*

Verſ.15.(*Quid eſt quod dilectus meus,&c.*)

Hieron. *Contra Prælatos delinquentes in Eccleſia.* Hieronymus. *Dilectiſſimum & amantiſſimum vocat populum Iuda,qui in templo eius poſuit, & veneratus eſt idola,& in eo ſe putat iram Dei placare, ſi multas hoſtias immolet, & gloriatur in ſacrificiorum multitudine,quæ malitia peccatorum auferre non poſſunt. Dicamus iſtud capitulum Principibus Eccleſiarum: (Quid eſt quod dilectus meus in domo mea fecit ſcelera multa?) Vel certè diuitibus,qui, cùm aliena diripiant, & non auferant malitias cordis ſui, putant ſe Dei clementiam mereri. (Numquid carnes ſanctæ auferent à te malitias tuas,in quibus gloriata es?) At nunc publicè recitantur offerentium nomina, & redemptio peccatorum mutatur in laudem, nec meminerunt viduæ illius in Euangelio,* [a] *quæ in gazophylacium duo æra mittendo, omnium diuitum vicit donaria.*

Cōtra improbos diuites de alieno offerētes in Eccleſia.

a Marc. 12. 41.

Baſilius. *Oblationes quænam ſint Deo acceptæ, quæ verò nō.* Baſilius Magnus homil.1.in Pſalmum 28.circa principium. *Afferte Domino filij Dei. Quoniam non cuiuſuis donum acceptum eſt Domino, ſed eius tantùm qui corde puro offert illud.* [b] *Non enim caſtæ ſunt preces,nec accepta oblatio ex meretricis mercede.Et rurſus Ieremias,(Num vota inquit,& ſancta carnes auferent malitias tuas, aut per hæc purus eris?) Ideo Pſalmus prius nos vult eſſe filios Dei, deinde vltroneos accedere ad offerenda Deo dona, non qualibet, ſed quæ ſunt ab eo ordinata.*

b Mich. 1.7.

2 Cyril.Alex. *Sancta cōtaminari dicūtur,quū contemptui habentur quæ Dei ſunt.* Cyrillus Alexandrinus lib.4. in finem cap. 43. Iſaiæ. *Auſi ſunt Iudæi non Ieruſalem ſolum dæmonum columnas erigere, ſed & in ipſo templo diuino hoc impiè feciſſe deprehenſi ſunt. Dixit igitur Deus de Synagoga Iudæorum,(Quod flagitium abominabile commiſit dilecta in domo mea?) Quia dicit loco Dei fabricatam eſſe imaginem, & effigiem.Contaminantur etiam ſancta alio modo, ſi contemptui habeantur ab aliquibus ea quæ in gloriam Dei venerentur, & ſanctè fieri iubentur, & ſi qui diuinarum eius legum tranſgreſſionem nihili facient.*

Idem. *Abominationis vocabulo deſignatum idolum.* Idem lib.1.de adoratione in Spiritu & veritate pag.24. *Singula quæ in nobis inſunt vitia ſpiritualium Ægyptiorum abominationes ſunt, id eſt, præcipuum eorum cultus.Eſſe autem hunc morem ſacrarum literarum,vt quod idoli vice ſit,& numinis, abominationem appellent,confirmat Deus,cùm per Ieremiæ vocem de Iudæorum Synagoga dicit, (Cur dilecta in domo mea fecit abominationem?)*

Idem Comment. in Oſeæ verſ. 5. cap.12. *Statuerunt in Bethel vitulum aureum, tametſi Bethel interpretationem haberet domus Dei. Quocirca & per Ieremiam Deus de Iudæorum Synagoga. Quid dilecta in domo mea fecit abominationem? idolum puta.*

Theodorit. *Chriſtianorū peccatum quàm graue.* Theodoritus. *Exceſſum hic impietatis Synagogæ demonſtrat, (Quid eſt quod dilecta operata eſt in domo mea abominationem?) Vtrumque declarat grauitatem impietatis, tum hoc quod vocata eſt dilecta:tum illud quòd interius in templo Dei collocauerit ſtatuas eorum qui non ſunt dij. (Numquid preces, & carnes ſanctæ auferent à te malitias tuas:aut per hæc effugies? Clarè nos inſtruit intentio,& ſermo Prophetæ, Dominum opera bona requirere. Quod etiam Dauid inclamat.* [c] *Sacrificium & oblationem noluiſti,corpus autem perfeciſti mihi.Et iterum,* [d] *Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium,dediſſem:vtique holocauſtis non delectaberis. Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies.*

c Pſal. 39.7.
d Pſ. 50. 19.

3 D.Thom. D.Thomas. *Oſtendit,quòd non iuuabuntur ſacrificiorum oblationibus,aſſignans reprobationis rationem. (Quid eſt quòd dilectus,)ſcil. populus Iuda, (in domo) in templo,colens ibi idola. Ezech.8.* [e] *Fili hominis putas ne vides tu quod iſti faciunt, abominationes magnas, quas domus Iſrael facit hic, vt procul recedant à ſanctuario meo? Et ponit ſacrificiorum reprobationem,(Numquid carnes,)ſc.animalium immolatorum. Hebr.10.* [f] *Impoſſibile eſt ſanguine hircorum,& taurorum auferri peccata.*

e Ezech.8.6.
f Hebr.10.4.

D.Thom. *Religioſorum peccata poſſunt eſſe grauiora peccatis ſæcularium triplici ratione.* Idem verò D.Thomas 2.2.quæſt.86.art.10. in corpore exactius pro hoc loco ſic ait. *Peccatum quod à religioſis committitur,poteſt eſſe grauius peccato ſæcularium eiuſdem ſpeciei tripliciter. Vno modo, ſi ſit contra votum religionis, puta ſi religioſus fornicetur vel furetur, quia fornicando facit contra votum continentiæ,& furando,contra votum paupertatis, & non ſolùm contra præceptum diuinæ legis. Secundò, ſi ex contemptu peccet,quia ex hoc videtur eſſe magis ingratus diuinis beneficiis, quibus eſt ſublimatus ad ſtatum perfectionis.Sicut Apoſtolus dicit ad Hebr. 10.* [g] *quòd fidelis grauiora meretur ſupplicia ex hoc quòd peccando filium Dei conculcat per contemptum.Vnde & Dominus conqueritur Ierem. 11. (Quid eſt quod dilectus meus in domo mea facit ſcelera multa?) Tertio modo peccatum religioſi poteſt eſſe maius propter ſcandalum, quia ad vitam eius plures reſpiciunt. Vnde dicitur Ieremiæ 23.* [h] *In Prophetis Ieruſalem vidi ſimilitudinem adulterantium, & iter mendacij, & confortauerunt manus peſſimorum, vt non conuerteretur vnuſquiſque à malitia ſua.Si verò Religioſus non ex contemptu, ſed ex infirmitate,vel ignorantia aliquod peccatum, quod non eſt contra votum ſuæ profeſſionis committit abſque ſcandalo, puta in occulto, leuiùs peccat eodem genere peccati quàm ſæcularis: quia peccatum eius, ſi ſit leue quaſi abſorbetur ex multis operibus bonis quæ facit, & ſi ſit mortale, faciliùs ab eo reſurgit: primò quidem propter intentionem quam habet rectam ad Deum, quæ & ſi ad horam intercipiatur, de facili ad priſtina reparatur. Vnde ſuper illud Pſalmi 36.* [i] *Cùm ceciderit non collidetur,dicit Origenes homil.4. in Pſalm.36. Iniuſtus ſi peccauerit non pœnitet, & peccatum ſuum emendare neſcit:iuſtus autem ſcit emēdare,ſcit corrigere.Sicut ille qui dixerat,* [k] *Neſcio hominem,paulò poſt, cùm reſpectus fuiſſet à Domino flere* [l] *cœpit amariſſimè.* [m] *Et ille qui de tecto mulierem viderat, & concupierat eam,dicere voluit,* [n] *Peccaui, & malum coram te feci.Iuuabitur etiam à ſociis ad reſurgendum, ſecundùm illud Eccleſiaſtes 4.* [o] *Si vnus ceciderit ab altero fulcietur. Væ ſoli, quia cùm ceciderit non habet ſubleuantem ſe.*

g Hebr.10. 28.
Religioſorum peccata quâ ratione dicēda leuiora peccatis ſæcularium.
h Ier.23. 14.
i Pſ. 36.24. Origen.
k Marc. 14. 71.
l Matth. 26. 75.
m 2.Reg.11. 2.
n Pſal. 50.6.
o Eccl.4. 19.

4 *Iuſti cùm perueniunt ad peccandū ex contēptu euadunt peſſimi.* Notandum eſt id pariter, quod eodem habet articulo in reſponſione ad 3. *Quòd iuſti non de facili peccant,ſed quandoque labuntur in aliquod peccatum ex ignorantia,vel infirmitate, à quo de facili releuantur.Si autem perueniant ad hoc quòd ex contemptu peccent, efficiuntur peſſimi, & maximè incorrigibiles, ſecundùm illud Ierem. 2.* [p] *Confregiſti iugum meum, dirupiſti vincula, dixiſti non ſeruiam: In omni colle ſublimi, & ſub omni ligno frondoſo tu proſternebaris meretrix.Vnde Auguſtinus in epiſtola 137. ad plebem Hipponenſem, paulò ante finem: Ex quo Deo ſeruire cœpi,quomodo difficile ſum expertus meliores,quàm qui in monaſteriis profecerunt, ita non ſum expertus peiores,quàm qui in monaſteriis ceciderunt.*

p Ierc.2.20.
Auguſtinus. *Religioſorum qui boni,optimi ſunt, qui verò mali, peſſimi eſſe comperiuntur.*

D. Thomas. Nota & pro eadem materia de religioſorum peccatis quod idem D.Thomas 2.2.quæſt.84.art. 8.in corpore ad finem dicit: *Grauiùs peccat cæteris paribus,*

Religiosus sine ordine sacro cæteris paribus minus grauiter peccat quã Clericus in sacris ordinibus cõstitutus.

paribus, Clericus in sacris ordinibus constitutus, si aliquid contrarium sanctitati agat, quam aliquis religiosus, qui non habet ordinem sacrum, quamuis laicus religiosus teneatur ad obseruantias regulares, ad quas illi qui sunt in sacris ordinibus, non tenentur. Et ra- A *tio est, quia per sacrum ordinem aliquis deputatur ad dignissima ministeria, quibus Christo seruitur in Sacramento altaris, ad quod requiritur maior sanctitas interior, quàm requirat etiam religionis status.*

CATENA VETERUM PATRUM GRÆCORUM.

Τί ἡ ἠγαπημένη ἐν τῷ οἴκῳ μου, ἐποίησε βδέλυγμα;

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ποῖον ἔχει τὸ πρᾶγμα λόγον; τίνα αὖ ἔχει καιρὸν ἐνταῦθα τὸ λέγειν, οὐχὶ τοῦ ἀνθρώπου ἡ ὁδὸς αὐτοῦ; ποίους πόνους οὐκ ἤνεγκε; τίνας ἱδρῶτας; ποίους ἀγῶνας ὑπέμεινε; ποῖος ὄλισθος; ἐμὲ παροξῦναι βούλεται. διατί εἰς ἐμὲ ἐνύβρισεν ἡ πεφιλημένη; εἰ γὰρ μὴ ἐφίλουν αὐτὴν τίνος ἕνεκεν ὕβρισεν; [τί ἡ πεφιλημένη; οὐ μὴ εὐχαὶ, καὶ κρέα ἅγια ἀφελοῦσιν ἀπὸ σοῦ.]

Βίκτορος Πρεσβυτέρου.] καὶ τοιαῦτα πλημμελοῦντας ὁ φιλάνθρωπος ἠγαπημένους καλεῖ, διὸ καὶ τιμωρεῖται. ὃν γὰρ ἀγαπᾷ Κύριος παιδεύει. τοὺς δὲ τὸν Θεοῦ ναὸν εἰδώλοις βεβηλώσαντας, εὐχαὶ ψιλαὶ, καὶ θυσίαι πῶς σῶσαι δυνήσονται; [τί ἡ ἠγαπημένη;]

Ὀλυμπιοδώρου.] αὕτη οὖν πῶς ἡ ἠγαπημένη; [μὴ εὐχαὶ καὶ κρέα ἅγια ἀφελοῦσιν;]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] καὶ μὴν εἰς τοῦτο ἐδόθησαν, ἵνα ἀφέλωσι τὰς σωματικὰς τὰς ἀκουσίους, ἀλλ' οὐχὶ τὰς τοιαύτας.

B Vers. 15. *QUID dilecta in domo mea fecit abominationem?)* 5

Chrysostomi.] *Quæ reddi posset huius rei ratio? Quanam occasione dictum hîc est, Non est in homine via eius? Quos labores non pertulit? quos sudores? quæ non subiuit certamina? Qui lapsus? me vult irritare. Cur in me contumeliosa fuit dilecta? si enim eam non amarem, cur iniuriosam se præstitit? Quid dilecta, &c. Numquid vota & carnes sanctæ auferent à te? &c.*

Chrysost. Iustũ in peccata labi maxima est Deo admirationi.

C Victoris Presbyteri.] *Et hæc peccantes pius Dominus dilectos vocat; quapropter & pœnas sumit: quem enim diligit Deus castigat: iis verò qui templum Dei idolis prophanarunt, nudæ preces & sacrificia salutem dare quomodo poterunt? (Quid dilecta?)*

Vict. Presb. Iustos castigat Deus cũ peccant, quia sunt ipsi dilecti. Orationes, & sacrificia non prosunt prophanantibus templa.

Olympiodori.] *Hoc est, Quanam ratione quæ mihi dilecta est? (Numquid vota, & carnes sanctæ auferent? &c.)*

Olympiod.

Chrysostomi.] *Et certè ad hoc data sunt, vt corporales non spontaneas tollerent, non quæ sunt huiusmodi.*

Chrysost. Sacrificia animaliũ cur à Deo Iudæis concessa.

Vers. 16.] Oliuam vberem, pulchram, fructiferam, speciosam vocauit Dominus nomen tuum: ad vocem loquelæ, grandis exarsit ignis in ea, & combusta sunt fruteta eius.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Oliuam vberem, (seu viridẽ) pulchrã, fructiferam speciosam vocauit Dominus nomen tuum.
b Ad vocem loquelæ (seu magni rumoris) grandis exarsit ignis in ea, & combusta sũt fruteta eius (seu fracti sunt rami eius.)
c In vocẽ Circumcisionis eius accensus est ignis super eam magna tribulatio, super te, inutiles facti sunt rami eius.)

O[a] Popule, ô congregatio Israel, euexit te iam Dominus in statum felicissimum, & omnium rerum abundantiâ te reddidit opulentam, & multitudine magnam, & E *cultu, gloriáque insignem, efficiens vt esses talis quam vocarent omnes, & admirarentur similem oliuæ omnibus partibus & virore, & pulchritudine, & fructuum copiâ speciosissimæ: sicque eras, cùm, te eiusdem Domini pactum seruante, illi eras in populum, & ipse tibi erat in Deum.[b] At ô te miseram, nũc ad eiusdem Dei vocem, quâ contra te Chaldæos vocauit, atque ad illius imperium per Chaldæos ipsos ad extremam redigenda es miseriam, non secus atque quum grandis in pulchra oliua exardescat ignis, comburentur ciuitates, & suburbana tua; principes, & celsiores quique tui consumentur.* F *Propterea quod blasphemo ore, & iactantiæ voce grandia de temet aduersus Deum locuta es, [c] eo certe præcipiente, vt tu veluti oliua circumcidaris, & puteris, ignis indignationis, & furoris Chaldæorum super te exarsit; ingensque est tribulatio per Babylonios, inutilibus factis quasi oliuæ ramis, principibus tuis, qui vel* D *interficientur, vel in captiuitatem deducentur. Quando magna cum tumultus voce hostes ignem in tuas inijcient ciuitates.*

EXPOSITIO PRIMA IUXTA SENSUM LITERÆ.

OLiuam vberem, &c.) Querelas Domini de Iudaico populo prosequitur item & Propheta suamet oratione, quodque mox vnico dilecti nomine in vers. præcedenti Deus subindicauit quoad immensum suorum erga illum beneficiorum cumulum, ipse nunc egregiè amplificat Ieremias, assumit autem propterea oliuæ metaphoram, imitatus eumdem Dominum, qui & similitudine ex agricultura desumptâ summum sui patefecit studium, quod in eo magnificando, exornando, ac perficiendo adhibuit populo, nihil omittens quod in illius necesse esset prouectionem, & gloriam, vt vidimus supra in cap. 2. vbi istud ipsum ei exprobrans studium dixit, [d] *Ego autem plantaui te vineam electam, omne semen verum: quomodo ergo conuersa es mihi in prauum vinea,* seu, *vitis aliena?* Et apud Isaiam. [e] *Quid est quod debui facere vineæ meæ & non feci?* Et apud Oseam hac ipsâ oliuæ metaphorâ, [f] *Ero,* inquit, *quasi ros, Israel germinabit sicut Lilium, & erumpet radix eius vt Libani,* scilicet arbores. *Ibunt rami eius, & erit quasi oliua gloria,* i. magnitudo, pulchritudo & vbertas *eius.* Et propterea etiam Apostolus Paulus in epistola ad Rom. eumdem populum [g] *bonam oliuam* appel

1 *Ex agricultura sumpta frequenter similitudines ad describendum Dei erga suos studium.*

d Ierem. 2. 21.
e Isai. 5. 4.
f Osee. 14. 6.
g Rom. 11. 24.

Oliua præſtantiſſimæ deſcriptio.

appellat. Præſtantiſſimum itaque Ieremias deſcribere volens eius populi ſtatum, & omnimodæ perfectionis culmen, ad quod iam diu illum Deus euexit, quatuor epithetis vſquequaque perfectam deſcribit oliuæ arborem, primò enim (*vberem*) eam dicit, & nouellis, ſcilicet è radice vberi in eius circuitu prouenientibus, de quibus in Pſalmo legimus, [a] *Sicut nouellæ oliuarum in circuitu menſæ tuæ*, vberem & virentibus ramis, id enim propriè Hebraica quæ prima hîc eſt ſignificat vox רענן *ranganan*, id eſt, (*viridem*) & quæ prima pariter eſt in verſione Sept. iuxta codices Complutenſem, & Regium εὔσκιον (*bene vmbroſam.*) addit ſecundò (*pulchram*) ad eam deſignandam pulchritudinem, quæ in debita magnitudinis, altitudinis, ramorumque eius ſita eſt proportione: (*fructiferam*) verò ait tertiò, ſine quo nihili eius facienda eſſet viriditas, & pulchritudo: Sed & (*ſpecioſam*) inſuper ait ob ſpeciem ipſam ſuam quam præ ſe fert ſemper in iugi filiorum virore. Hebr. ad verbum (*Oliuam frondoſam*, ſeu *viridem*, aut *virentem pulchram fructu forma*, ſeu vt legit Pagninus. *Formoſam*) Vatablus (*pulchram, & fructu ſpecioſam.*) In ſcholiis verò. (*pulchram fructu, & ſpecie.*) Sept. in correctiori Codice Vaticano (*Oliuam* ὡραίαν εὔσκιον τῷ εἴδει *pulchram & benè opacam ſpecie.*

a Pſal. 127. 3.

2

Vocari à Deo quid nomen alicuius, eſt Deum efficere, vt ſic vocetur. Vel etiam fieri re ipſa, vel ſimile ei cuius nomen is illud vocat.

Quot ait (*Vocauit Dominus nomen tuum,*) Duplicem habere poteſt intellectum, alterum, ac ſi diceretur, Fecit Deus vt ſic ab vniuerſis vocareris: quomodo apud Malachiam de Edom, & Idumæis dicitur, [b] *Et vocabuntur termini impietatis, & populus, cui iratus eſt Dominus in æternum.* Alterum, vt tantumdem ſit, ac effecit Dominus, vt eſſes oliua &c. phraſi frequentiſſimè in ſacris literis obſeruata, quâ Dei facere ſignificatur verbo vocandi, cùm dicere, & vocare illius ſit efficaciſſimum; ſic ſæpius apud Prophetas is dicitur vocare famem, ſiccitatem, gladium, & ſimilia ſuper terram, dum facit vt in terra ea ſint. Vnde benè Apoſtolus Paulus, vt à Chryſoſtomo animaduertitur homil. 8. in epiſt. ad Rom. ait, [c] *Et vocat ea quæ non ſunt, tamquam ea quæ ſunt.* Germanus igitur iſtorum ſenſus ſimpliciter hic eſt, vt dolens Propheta in hunc ferè modum Iudaicum alloquatur populum, primò illius fœlicem deſcribens ſtatum, ô Deo dilecte, euexit te iam Dominus in ſtatum fœliciſſimum, & cætera, vt habes in Paraphraſi.

b Malach. 1. 4.

c Rom. 4. 17.

Iudaicus populus cur oliuæ præſtantiſſimæ comparatus.

Hug. Card.

Hugo Cardinalis comparatum inquit Iudæorum populum oliuæ propter Reges, & Sacerdotes, qui oleo vngebantur: quam dici ait (*vberem, & fructiferam*) in terræ naſcentium copia (*pulchram & ſpecioſam*) in vrbium, & domorum ædificatione. (*Oliuam*) eumdem dici inquit, Petrus à Figueira (*vberem,*) id eſt ramoſam, quo notatur populi multitudo: (*pulchram*) colore nẽpe virenti, quo notatur proſperitas animorũ, & animorũ vigor. (*fructiferam*) copiâ baccarũ, propter bonorum operum copiam, & magnitudinem (*ſpecioſam*) partium optimâ diſpoſitione. Nicolaus de Lyra duo aſſignat iſtius fœlicitatis tempora, nempe in principio exitus de Ægypto, quando vſque ad vituli conflationem, fuit, inquit, gratioſus ſtatus populi. Et tempore Regum Dauid, & Salomonis, quando & Dauid auxit cultum diuinum, & Salomon magnificentiſſimum ædificauit templum. Meliùs tamen generaliter & quoad tempus, & quoad allatæ ſimilitudinis epitheta, vt dictum eſt, ſumes vniuerſa.

Figueira.

Lyra.

3

(*Ad vocem loquelæ grandis exarſit ignis in ea, &* A *combuſta ſunt fruteta eius.*) Caſum iam è fœlici illo ſtatu deplorans eiuſdem populi, more ſolito Propheta mutat perſonam illius in fœliciſſimam deſcribens ruinam: benigniſſimæ autem Dei vocationi, quâ fœlicem proſecutus fuerat ſtatum illum, cùm ſincero corde is ipſi Deo ſeruiret vocem opponit eiuſdem maximè formidandam, ad quam cùm iam populus à vero eius excidiſſet cultu, atque timore in miſerrimam deductus eſt ſortem, (*Oliuam vberem,* &c. *vocauit Dominus nomen tuum.*) Perſtans in eadem oliuæ metaphora (*Ad vocem,*) poſtmodùm inquit, (*loquelæ*) eiuſdem B ſcilicet Dei, quâ contra te Chaldæos vocauit, atque ad illius efficaciſſimum imperium per Chaldæos ipſos in extremam redactus es miſeriam, non ſecus atque cùm grandis in oliua exardeat ignis. Vel vt per Dei vocem grandem tonitruum magnum ſignificatum ſit, vt in præcedenti cap. 10. verſ. 13. quod vnâ cum fulgore, igneoque eſſe ſolet fulmine arbores quas attigerit conterente, ac comburente; vt metaphoricâ locutione exercitus deſignetur Chaldæorum: loquitur in præterito de clade quæ mox futura erat, prout C moris eſt Prophetarum, ad euentus deſignandam certitudinem. Congruitque cum eo quod re ipſa contigit, ignis, & combuſtionis metaphorâ; cùm conſtet, ignem à Chaldæis iniectum, ſuccenſamque & Ieruſalem ciuitatem Regiam, & templum. Hunc arbitror facilem, & germanum horum ſenſum, explicatum ſanè apertiùs in verſ. ſubſequenti, (*Et Dominus exercituum qui plantauit te*) En primum membrum, (*oliuam vberem vocauit Dominus nomen tuum. Locutus eſt ſuper te malum*) En vocem loquelæ de qua per Vatem Regium dicitur, [c] *Vox Domini in virtute, Vox Domini confringentis Cedros: Vox Domini intercidentis flam-* D *mam ignis.*

Chaldæi ad Dei imperiũ Iudæam deuaſtarunt.

c Pſal 28. 4.

Iudaicus populus à Chaldæis diſſipatus propter ſuperbiã, & blaſphemiã ipſius iactantiam.

d Iere. 12. 8.

Communior tamen noſtrorum expoſitorum ſenſus eſt, vt vocationi primæ illi, quâ Deus Iudaicum populum (*oliuam vberem,* &c.) vocaſſe dixerat, per Antitheſim nunc eiuſdem populi Propheta apponat vocem loquelæ grandis, eam nimirum de qua in ſequenti cap. 12. dicet Dominus, [d] *Dedit contra me vocem, ideo odiui eam*, vocem blaſphemiæ, ſuperbæque elationis, & iactantiæ, quâ grandia de ſemet ſentiens aduersùs Deum locutus eſt, ac ſi ab illo minimè accepe rit & gloriam, & robur, & opes quas iactauit. Secundum quem ſenſum adiectiuum (*grandis*) E quod in correcto Vulgatæ Codice Vaticano refertur ad ignem, voci adiungitur loquelæ, prout aptiùs eidem loquelæ id iungendum patet ex textu Hebraico, in quo fœminini illud eſt generis, ſicut & loquela, cùm è veſtigio ignis vocabulum generis ſit maſculini.

4

Chaldæi magno cùm tumultu incenderunt Ieruſalem.

Porrò Hebraicam iſtius ſententiæ lectionem diuerſimodè apud recentiores & redditam, & interpretatam reperio. Sanctes enim Pagninus, & Regia eã ſic legunt. (*Ad vocem loquelæ grãdis, exarſit ignis in ea, & confregerunt ramos eius*) Vatablus F verò (*Sed ad vocem magni rumoris incendit folia eius igni, & defracti ſunt rami eius,*) Idem in ſchol. (*Accendet Deus ignem contra illam, & franget ramos eius*) vt ſenſus ſit, ob idololatriam tuam excitabitur contra te clamor militum Chaldæorum, qui vrbem tuam incendendo perdant. Similique ſenſu Iſidorus Clarius, (*Ad vocem*) inquit, &c. *Vel cum voce magni tumultus hoſtis incendit ignem in ea.* Hicque eſt & Hebræorum ſenſus. Noſter interpres vertens in vltima parte (*Combuſta ſunt fruteta eius,*) Hebraicum verbum רעו *rangu* non à

verbo רעע rangang confringere. Sed ab alia radice רעה rangah pascere, & depasci deduxisse videtur, combustio enim ignis depastio eius est.

Sept. Interpretes Hebraicã quæ in primo membro est, vocem חמולה hamulah, quam & noster interpres, & alij omnes vt deductam à verbo מלל hamal loqui, loquelam vertunt, ab alio deduxère verbo מול mul circumcidere, scindere, & resecare, ideóque (*Circumcisionis*) enim interpretati sunt. Sed & in tota hac sententia non modicum varietatis in eorumdem reperio Codicibus. Complutensis enim & Regius sic legunt, (*In vocem circumcisio eius incensus est ignis in eam. Inutiles facti sunt rami eius:*) Codex Aldinus. (*In vocem circumcisionis eius* ἐφύτευσεν plantauit. *Inutiles facti sunt rami eius.*) Pro ἐφύσησεν sufflauit ἐφύτευσεν, plantauit legit textus catenæ Græcæ & Codex Frobenianus, sensusque est Deum plantasse prædictam oliuam, vt circumcideretur, & secaretur. Sed correctior Vaticanus εἰς φωνὴν περιτομῆς αὐτῆς ἀνήφθη πῦρ ἐπ' αὐτήν, μεγάλη ἡ θλῖψις ἐπὶ σὲ ἠχρειώθησαν οἱ κλάδοι αὐτῆς. *In vocem circumcisionis eius.* (scil. oliuæ) *accensus est ignis super eam, Magna tribulatio super te: Inutiles facti sunt rami eius.*) Apud Cyrillum Alexandrinum lib. 3. in cap. 29. Isaiæ sic tota hæc citatur sententia (*Oliuam vmbrosam pulchram specie vocauit Dominus nomen tuum, in vocem circumcisionis eius accensa est magna afflictio super illam, Inutiles facti sunt rami eius.* Quamquam vt in Græco Vaticano Cyrilli Codice manu scripto obseruaui, Cyrillus re vera ibi habet lectionem ipsissimam, quam dixi esse in correcto Codice nuper impresso in Vaticano versionis Sept. Quorum sensus est, præcipiente Domino, vt tu veluti oliua circumcidaris, ac puteris, ignis certè indignationis & furoris Chaldæorum super te exarsit, maximaque exorta est tribulatio per Babylonios, inutilibus factis eius oliuæ ramis, Principibus nimirum tuis, qui tamquam altiores oliuæ rami erant, confractis, & interfectis. Alij verò iuxta eamdem lectionem significari inquiunt, quod cùm scissus Israel, à Iuda tempore Regis Roboam magnæ calamitatum tragediæ exortæ sunt inter eos.

Cyril. Alex.

5 *Ob Regis petitionem Iudai in proxima inciderũt mala.*

Præter allatos, duo insuper sunt, quos hîc notemus, sensus, & Vulgaræ, & Hebraicæ lectioni congruentes, alter Hugonis Cardinalis asserentis, Loquelam grandem fuisse quòd Iudæi Regem petierant, quod magnæ extitit superbiæ & propter hoc destructi fuerunt, quia Reges induxerunt eos ad idololatriã propter quod captiuati sunt, & combusta sunt fruteta oliuæ, id est ciuitates, & suburbana eorum. Alter est, quem Chrysophorus à Castro desumpsisse inquit à Gregorio Papa homil. 21. in Ezechielem. Vt vox respondeat verbo *vocauit*, id est, fecit te florentem, & famosam, ac gloriosam apud finitimas nationes. Ad famam ergo celebris nominis huius Reipublicæ, gentes desiderauerunt, inquit, contrahere cum ea amicitiam, & commercium habere, ex quo factum est, vt omnis populus idololatriæ peccato contaminaretur, propter quod excidio à Deo parato subiectus est.

Hug. Card.

Iudæis maximè obfuit gloriosa apud Gentes fama.

Vers. 16.] Oliuam vberem pulchram, fructiferam, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

ADMODVM sanè consequenter iuxta morale quod mox prosecuti sumus præcedentem exponentes sententiam, bonam nunc idemmet Dominus suam ostendit primò extitisse eiusdem, de quo ibi agebatur Religiosi vocationem ad Religionem, oliuæ vtens similitudine. Imitatus dixerim sanctum Regem Dauid qui in Psalmo 51. peruersò priùs descripto, [a] bonum in domo Domini sicut oliuam proponit religiosum. Vidimus praui religiosi maluta eò deuenire profundi, vt ne dum multa in domo Domini admittat scelera, eaque excogitata; sed & in ipsa sua glorietur malitia, ideóque id illi contingere frequenter, vt per Apostasiam ex tutissimo Religionis tabernaculo, vt è domo excidat Dei. Hæc & Vates ille Regius in præcitato Psalmo, ab eo quod malorum omnium est causa exordiens, illum ipsum qui talis sit, ita alloquitur. [b] *Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate?* bene per adiectum in secundo membro exponens primum; gloriari enim de malitia est iactare potentiam quam habet ad faciendum malum, & quâ animum ac vires habuerit ad iniquitatem, & scelera admittenda, Diabolica propterea gloriatio, quia de potentia ei simili, quam habet & Diabolus, cuius potestati ad malum certè parrãdum nõ est qui obsistere queat in terra. Corinthiis dixit aliquando Paulus, [c] *Non est bona gloriatio vestra*, quia de eo gloriabantur quòd inter se quemdam præpotentem haberent, qui liberã conscientiæ vsus potestate vxori incestuosè adhæreret patris sui. [d] *Omnino auditur inquit inter vos fornicatio, & talis qualis nec inter gentes, ita vt vxorem patris sui aliquis habeat, & vos inflati estis*, superbè scilicet tantum iactantes malum. *Et non magis luctum habuistis, vt tollatur de medio vestrũm qui hoc opus facit.*

6 *Religiosi etiã praui vocatio prima ad Religionem, vt à Deo extitit, bona certe fuit.*

a Psal. 51. 10.

Gloriari in malo est quid Diabolicum.

b Psal. 51. 3.

c 1. Cor. 5. 6.

d 1. Cor. 5. 1.

Prosequitur postea Dauid multa eiusdem praui religiosi enarrare scelera, [e] *Tota die iniustitiam cogitauit lingua tua, sicut nouacula acuta fecisti dolum. Dilexisti malitiam super benignitatem, iniquitatem magis, quàm loqui æquitatem: Dilexisti omnia verba præcipitationis lingua dolosa*, de quibus non est modò dicendum per singula: Id sat sit obseruemus pro nunc, ea in primis enarrari scelera, quæ in proximi vergunt damnum, præsertim ex lingua, quibus profectò sceleribus infestissimi ij sunt, & damnosissimi vniuerso Religionis corpori: Audi consequentem tandem in similibus apostasiam, extremumque interitum, [f] *Propterea Deus destruet te in finem: euellet te, & emigrabit te*, id est emigrare faciet te, *de tabernaculo tuo*, id est de Religione, & Claustro, quod tam bonum tibi, & tutum erat tabernaculum; quod tibi singulari eiusdem Dei gratiâ in tabernaculum fuerat datum: tabernaculum alioqui, & domus ipsius Dei. De Dei enim tabernaculo id intelligendum asserit & Nyssenus Tract. 2. in Psalmos cap. 13. & Agellius, aliique complures. Quodque pessimum est, *Et radicem*, inquit, *tuam de terra viuentium*, scil. emigrare faciet, de terra sancta, de religione quæ terra est viuentium, omnem tuam auferet radicem, ne quid amplius pullulare in ea queat, in terram mortuorum, & in mundum illam transferens, vbi fructus mortis progerminet. Radicis autem commemoratione ad præstantissimum alludit beneficium, quod illi ab se factum fuerat, vt in domo Domini instar oliuæ pulcher

7 *Religiosi praui infestissimi fratribus ob linguæ scelera.*

e Psal. 51. 4.

De Religiosi praui apostasia post multa eius scelera.

f Psal. 51. 7.

Greg. Nyss. Agellius.

Religionis beneficium significatum similitudine arboris radicatæ in Domo Dei.

pulcherrimæ eſſet. Quod in perſona boni è contra Religioſi cum gratiarum actione ſibi exhibitum gaudens idem Propheta mox ſubiicit, [a] *Ego autem ſicut oliua fructifera in domo Dei ſperaui in miſericordia Dei in æternum, & in ſæculum ſæculi.*

a Pſ. 51. 10.

8 Vſus frequenter eſt Dauid fructiferæ arboris ſimilitudine ad viri iuſti deſignandam proficientem iuſtitiam, vt in primo Pſalmo, [b] *Et erit tamquam lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo, Et folium eius non deflueſt, & omnia quæcumque faciet proſperabuntur*: ſiue folia, ſcil. ea ſint bonorum verborum, ſiue flores ſanctorum deſideriorum, ſiue fructus operum iuſtitiæ, ſiue ſurculi progerminantium in bono diſcipulorum, proſperè vniuerſa ei contingent. Sic & in Pſalmo 91. [c] *Plantati* inquit, *in domo Domini in atriis Dei noſtri florebunt*, de Religioſis nimirum loquens, quum ante de quolibet iuſto dixiſſet, [d] *Iuſtus vt Palma florebit, ſicut Cedrus Libani multiplicabitur.* Et ſanè admodum congruè Religioſi dicuntur in domo Dei plantati, quia & per vota radicati ſunt in vita clauſtrali, atque in clauſtro, quod domum Dei eſſe diximus, & affectuum ſuorum radices in ſancta fixerunt religionis terra. Vbi & propterea iugi progreſſu in atriis Dei, religioſiſque in clauſtris florent eo florum genere, de quo Sapientia dicebat, [e] *Et flores mei fructus honoris, & honeſtatis*, fructus virtutum.

b Pſal. 1. 3. c Pſ. 91. 14. d Pſ. 91. 13. *Religioſi quā aptè dicātur plantati in domo Dei.* e Eccl. 24. 23.

9 Sed certè nulla aptiori quàm arboris oliuæ ſimilitudine proprietates, & excellentiæ boni deſignantur religioſi. Vnde & eam potiſſimùm hîc vſurpauit & Dominus, Primò quia oliua Deo præ cæteris arboribus dicata eſt, vnde & in domo illius aſſeritur eſſe, quia præcipuæ eius proprietatis ſymbolum eſt miſericordiæ & Religioſi præ fidelibus reliquis Deo dicati, in vaſaque miſericordiæ aſſumpti, in Dei (vt dictum eſt) plantati ſunt domo, ita vt de ipſis ad eumdem dici queat. [f] *Filij tui ſicut nouellæ oliuarum in circuitu menſæ tuæ.* Et benè verèque *filij tui.* propter inſignem religioſorum prærogatiuam pacis, & pacificationis, cuius item ſimbolum ipſa eſt oliua, cùm & Dominus Ieſus in Euangelio dixerit, [g] *Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur.* Vnde & alibi duæ [h] oliuæ in domo Dei ſtantes à dextris, & à ſiniſtris candelabri vocantur *duo filij olei*, eius nimirum qui eſſentialiter bonitas eſt, pax, & miſericordia eſt, cui dicitur, [i] *Oleum effuſum nomen tuum.* Secundò quia ſicut oliua ſola eſt quæ pinguedinē proferens olei dicere in libro Iudicum potuit, [k] *Numquid poſſum deſerere pinguedinem meam, quâ & Dij vtuntur, & homines.* Ita & religioſorum præ fidelibus cæteris eſt, vt eam deuotionis habeant rationem, vt nec pro totius mundi regno illam deſerant pinguedinem ſuam, quam in Dei laudibus exoluendis, ad quas proferendas tenentur, ſic ſeruant, vt ipſimet Deo dicant. [l] *Sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea, & labiis exultationis laudabit os meum*: cùm prius dixerint, [m] *Quoniam melior eſt miſericordia tua*: Oleum & pinguedo deuotionis ex tua mihi præſtitum miſeratione, *ſuper vitas*, id eſt quàm ipſummet viuere diutiùs, quàm longæ & voluptuoſæ mundanorum hominum vitæ. *Labia mea laudabunt te, Sic benedicam te in vita mea.* Sic in totius vitæ meæ curriculo, id enitar, vt te benedicens, & meâ te reficiam pinguedine deuotionis. *Et in nomine tuo*, ipſo nimirum deuotionis oleo, quod in tui nominis celebratione effundis largiter, *leuabo*, & in oratione, & in bonis operibus *manus meas.*

Religioſorum ſtatus quàm aptè deſignatus oliuæ metaphorâ. f Pſ. 127. 3. *Religioſi dicti filij pacis.* g Matt. 5. 9. h Zach. 4. 14. i Cant. 1. 2. *Religioſorum peculiare eſſe vt ſummā deuotionis habeant rationem.* k Iudic. 9. 9. l Pſal. 62. 6. m Pſal. 62. 4.

A . Illud autem hoc loco eſt notandum, quòd iſta oliuæ pinguedo, & Religioſorum in domo Dei commorantium deuotio, tanti apud Deum eſt, vt quò iugi illius in conſpectu ſuo ſignificaretur neceſſitas, propterea in lege veteri iuſſerit Moyſi, *Præcipe* [n] *filiis Iſrael, vt afferant tibi oleum de arboribus oliuarum puriſſimum, piloque contuſum: vt ardeat lucerna ſemper in tabernaculo teſtimonij extra velum, quod oppanſum eſt teſtimonio. Et collocabunt eam Aaron, & filij eius, vt vſque manè luceat coram Domino. Perpetuus erit cultus per ſucceſſiones eorum à filiis Iſrael.* Quo loco ponderandum, quòd ita neceſſarium ſignificatum, vt iugiter oleum de arboribus oliuarum in conſpectu eſſet Dei, vt tamen ſimul & arderet coram illo, & luceret. Quia bonis Religioſis ita coram Deo iugis exhibenda eſt deuotio, vt non ſit otioſa, frigida, & mortua. Sed & in affectu igne accenſa ſit charitatis, quem ipſa poſtmodum nutriat, vt docet D. Thomas 2. 2. quæſt. 83, art. 2. ad 2. & extrinſecus inſuper luceat per exhibitam in omnibus promptam voluntatem ſuam ad ea quæ pertinent ad Dei obſequiū, in quo ſitam deuotionis eſſentiam idem aſſerit D. Thomas eadem quæſt. art. 1. in corpore. Vnde præclarè S. Bernardus Serm. in Natiuitate S. Ioannis Baptiſtæ ea Euangelij expendens verba, [o] *Ipſe erat lucerna ardens, & lucens, Magnum* inquit, *teſtimonium, fratres mei, Eſt enim tantum lucêre vanum, tantùm ardêre parum: ardêre, & lucêre perfectum.* Et poſt multa. *Non ait*, inquit, *lucens & ardens: quia Ioannis ex feruore ſplendor, non feruor prodiit ex ſplendore; Sunt enim qui non eo lucent, quia feruent, ſed magis feruent vt luceant. At ipſi planè non feruent charitatis ſpiritu, ſed ſtudio vanitatis.*

10 *Deuotionis in Religioſo quanta ſit neceſſitas.* n Ex. 17. 20. *Deuotio Religioſorum qualis eſſe debeat.* D. Thom. S. Bernard. *Deuotio Religioſi debet eſſe ardens, & lucens.* o Ioan. 5. 35.

Cæterùm ne quis inaniter fortaſſe ſibi perſuaderet, iuge iſtud deuotionis ſtudium coram Domino ardens, lucenſque in fratrum oculis haberi à quoquam poſſe Religioſorum qui in Clauſtro non maneat, & in domo Domini, vel affectu & animo, ſi nequeat corpore. Idemmet Dominus [p] Zachariæ oſtendit quidem in viſione candelabrum cum ſuis lucernis, atque lampadibus, nec non & infuſiora eiſdem lucernis, Super quas tamen duæ eſſent oliuæ. Vt exploratum eſſet, neceſſarium eſſe, vt arbores ipſæ viuæ radicatæ in domo Domini, ex humore gratiæ, quam è terra illa ſancta ſuſcipiunt in regularibus exercitiis, nouum ſemper fructificarent deuotionis oleum, ex multiplici virtutum, ſanctarumque operationum ſtudio exprimendum. Idcirco enim quò & neceſſitas iſtius innoteſceret ſtudij, & feracitatis maximæ ſpiritualium oliuarum, & religioſarum in vberrima ſanctarum operationum copia. Zacharias cùm Angelum ſibi adſtantem de oliuis interrogaſſet dicens, [q] *Quid ſunt duæ oliuæ iſtæ ad dexteram Candelabri, & ad ſiniſtram eius?* adiecit inſuper, [r] *Quid ſunt duæ ſpicæ oliuarum, quæ ſunt iuxta duo roſtra aurea, in quibus ſunt ſuffoſoria ex auro.* Spicarum vtens vocabulo, vt deſignaret, tantam in prædictarum oliuarum arboribus baccarum eſſe copiam, quanta & in frumenti ſpicis eſt copia granorum: ita vt onuſtæ baccis oliuarum earum rami inſtar ſpicarum plenæ apparerent.

11 *Deuotionem Religioſus habere nequit qui in Clauſtro non degat, ſaltem animo, ſi non poteſt corpore* p Zach. 4. 2 *Deuotionis quanta ſit copia in clauſtris Religioſorum.* q Zach. 4. 11. r & 12.

Vbertatem Religioſorum iſtam commendat in primis hîc apud Ieremiam Deus Religioſum alloquens, (*Oliuam vberem, pulchram, fructiferam, ſpecioſam vocauit nomen tuum.*) (*Vberem,*) primò dicet ipſam actualem baccarum deſignans vbertatem, ingentemque actuum virtutum copiam: (*pulchram,*) ob proximi ædificationem, quam in illis exhibet, iuxta id Euangelij, [ſ] *Videant opera*

12 *Religioſi boni vbertas ſpiritus deſignata metaphorâ oliuæ.* ſ Matt. 5. 16.

vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cælis est: (*fructiferam*,) ob nouos quos veteribus addit fructus, & ob continuos quos in eodem virtutum studio facit progressus: (*speciosam*) denique ob perpetuum virorem quem vnà cum fructu habet, atque ob iuge spiritus robur, quod in suis ipsis præ se fert operationibus, iuxta illud Apostoli. [a] *Spiritu feruentes, Domino seruientes*. Et omnino vt perspicuum esset, totam spiritualium oliuarum excellentiam, & pulchritudinem in fructuum, & sanctarum copia sitam esse operationum, è quibus pinguedo, & oleum est deuotionis: & Dauid in supracitato Psalmo 51. ex Religiosi persona dicebat, [b] *Ego autem sicut oliua fructifera in domo Domini*. Et auctor libri Ecclesiastici in præstantissimo encomio Simonis Sacerdotis, vltra multas quibus obnititur eius laudes celebrare similitudinibus, & hanc addidit, *Quasi oliua pullulans*. Græcè ἀναθάλλουσα καρποὺς fructus germinans.

a Rom. 12. 11.

Religiosi boni vbertas spiritus sita præsertim in sanctarum operationum copia.

b Ps. 51. 10.

13 Quod si Hebraicam expendere velimus lectionem, quæ hoc loco sic habet. (*Oliuam virentem, seu frondosam, & fructu speciosam vocauit Dominus*, &c. Virorem primò commendatum dicamus spiritus in eodem Religioso, eumque in spiritualibus sermonibus & prædicationis verbis, quæ foliorum typo designari in Scriptura solet. Pulchritudinem & sanctitatem illius ex operum potiùs celebratum fructu. Vel aliter per oliuæ virorem viuidum, atque continuum, iugem ipsius boni Religiosi laudatam spem diuinæ sibi exhibendæ misericordiæ, & per eam Dei misericordiam exhibendæ gloriæ pariter cælestis. Sed formam istiusmodi eius viuidæ spei exinde euectam, quòd comitata sit meritis, & fructibus bonorum operum, sine quibus non tam laudis in spiritali ipsa oliua esset, quàm vituperij, cùm iam non tam spes fiducia illa dicenda esset, quàm præsumptio elationis. Sicut ex præcitata Psalmi 51. sententia patet, vbi cùm dictum fuisset, [c] *Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei mei*, subiicitur rectè, *Speraui in misericordia Dei in æternum, & in sæculum sæculi*.

Religiosi boni laudata spes misericordiæ Dei comitata meritis bonorum operum.

c Ps. 51. 10.

14 Non sine causa autem prauum Religiosum hîc alloquens Ieremias eximiumque illud ei in memoriam reducens Dei beneficium, quo ipsum ad Religiosum vocauit statum, atque in suam sacræ religionis domum iam diu admisit Dominus, hac locutionis vsus est phrasi, (*Oliuam vberem*, &c. *vocauit Dominus nomen tuum*,) cùm simpliciùs dicere potuisset, (*Oliuam vberem*, &c. *fecit te Dominus*,) Id enim duntaxat significare voluit, quod spectabat ad Dei vocationem, quæ ad hoc eidem à Deo facta fuit, vt re vera bonus esset religiosus, idque tunc illi indidit animi, vt sanctè viueret in Dei domum admissus, nec ei sufficienti in gratiæ elargiendo robore defuit vnquam; tametsi ipsemet postmodùm sibi in exhibitorum vsu defuerit auxiliorum. Non secus ac Iudæ proditori contigit, qui electus à Domino bonus factus est, & iustus, sed & suomet arbitrio Diaboli minister, & imitator postea factus est, vt super ea Euangelij verba, [d] *Nonne ego vos duodecim elegi, & ex vobis vnus Diabolus est*, asserunt Cyrillus Alexandrinus lib. 4. cap. 30. Et Hieronymus lib. 3. contra Pelagianos. Imò Tertullianus lib. de anima cap. 4. asserit illum bonum perseuerasse vsque ad loculorum officium. Si ergo Religiosus quidem ille qui prauus temporis processu euasit, quando primò à Deo electus fuit, vt ipsum in Religionem admitteret, electus est vt bonus esset, adeoque oliua præstantissima vocatum est nomen eius. Cæterùm tunc in prauum conuersus est, quando suimet culpâ, & malitia læsus est, prout in lib. Iob legimus, [e] *Quasi oliua proiiciens, & abiiciens florem suũ*: quando destitit à primo nouitiatus feruore, quo quasi magna florum copia, ingentem promittebat fructuum, sanctorumque profectuum, & operum vbertatem. Quod prædixisse dixerim in mystico suo Cantico Habacuc dicens. [f] *Mentietur opus oliuæ*: arefactum nimirum, & tabescens in flore, nec proferens fructum quem polliceri videbatur. Quæ & hîc explicantur meliùs.

Vocatio ad Religionẽ ex parte Dei semper bona, & summi est beneficij, quãuis complures id sibi conuertãt in occasionem maioris damnationis.

d Ioan. 6. 71.

Cyril. Alex. Hieron. Tertullian.

Religiosi ruina vnde potissimum.

e Iob. 15. 33.

f Hab. 3. 17.

(*Ad vocem loquelæ grandis ignis exarsit in ea, & combusta sunt fruteta eius*. Quum enim primum superbiæ dedit aditum, qui in schola admissus erat humilitatis, & per superbiam iactare suam cœpit prudentiam, & Prælatis, religionisque constitutionibus ac regulis detrahere, nec non & regulares deridere obseruantias. Tunc exardêre cœpit in ipsum ignis indignationis Dei, ardente iam in flammas magnas in intimis eius igne concupiscentiæ, quo combustæ sunt vniuersæ illius potentiæ, quibus quasi tot oliuæ ramis fructus eò vsque protulerat bonorum affectuum, ac operum. Vnde bene adiectum est. *Et Dominus exercituum*, &c.

Religiosi praui ruina qualis.

Vide Appendicem Patrum istius vers. 16. post Expositionem Secundam vers. 17.

Vers. 17.] Et Dominus exercituum, qui plantauit te locutus est super te malum pro malis domus Israel, & domus Iuda, quæ fecerunt ad irritandum me, libantes Baalim.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

1 *Enimuerò* [g] *Deus qui tanto te olim prosecutus est amore, vt tametsi pluribus constipatus esset exercitibus, quorum regendorum nobilissimo detinebatur studio, te nihilominus vt plantam, hortumque voluptatis suâ sibi plantarit dexterâ, quam & solertissimo excoluit studio, & benignissimâ tutatus est curâ, iam ingens comminatus est malum, certumque tibi parauit exitium, & maledicens te perdidit, propter admissa in te scelera, tam ab iis qui in te sunt è duabus tribubus, quàm ab iis qui se ad te contulêre decem tribuum: propter scelera inquam illa quæ omnes ij contra semetipsos patrarunt, cùm me in iracundiam pronocarent, idolis, in primisque Baal sacrificantes.*

g Et Dominus exercituũ qui plantauit te, locutus est super te malum: pro malis domus Israel, & domus Iuda quæ fecerunt sibi ad irritandũ me, libantes Baalim (seu adolentes Baal.)

2

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *Et Dominus exercituum*, &c. Replicat idipsum quod mox dixerat, semet meliùs (vt dictum est) explicans. Habet autem magnam vim, & quòd plantandi hîc vtitur Propheta verbo, & quòd Iudaici populi plantationem asserit factam à Domino exercituum. Isto enim Domini exercituum nomine iuncto cum plantandi verbo designat, Deo altius quidem, & nobilius esse studium multiplices regendi exercitus, & spirituum cælestium ordinum variorum, & cælestium item & orbium, & stellarum, ac sydeium, & innumerarum creaturarum, & gentium, populorumque multorum, atque magnorum, Instar tamen potentissimorum Principum,

Iudaicũ populum ad suã delicias Deus plantasse dicitur.

cipum, atque ducum qui sæpius manibus propriis agriculturæ operam dant, vt in eo quod consueuerint delectentur, Israeliticum plantasse populum, è quo eâ ratione quâ de Deo dici id potest, delectaretur & caperet voluptatem. Ob id enim Deus ipse in Canticis eidem populo, & Israeliticæ congregationi dixisse repetimus. [a] *Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus conclusus.* Clariusque apud Isaiam. [b] *Ecce ego creo Ierusalem exultationem & populum eius gaudium, & exultabo in Ierusalem, & gaudebo in populo meo.* Sed & cùm iugi experientiâ pateat, maximè ab vno quoque eam diligi quam plantauerit plantam, & solers circa eius cultum, & conuersationem, & prouectionem adhiberi studium: profectò & hæc pariter omnia indicare Propheta voluit, dicens. (*Qui plantauit te*) *Perfice* [c] *eam quam plantauit dextera tua*, dixit aliquando Dauid, istud Domino erga eumdem populum quodammodo in memoriam reducens studium, quod ipsemet Deus à se minimè prætermissum apud alium significauit Propheta. [d] *Quid est quod debui vltra facere vineæ meæ, & non feci?* Si sedulam nosse vis, & affectuosissimam erga illum eius curam, ne quid damni à quoquam ipsi inferretur, audi Moysem. [e] *Custodit eum quasi pupillam oculi sui:* Audi ipsummet Deum. *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei.* In Hebr. in præsenti est. [f] (*Et Dominus exercituum plantans te.*) Quo subindicatur idem Dei studium, eumdem amorem, eamdem curam eo ipso tempore, quo à Propheta hæc habebantur perdurare, vt vel exinde Iudaicum populum ipsum ad mutuum erga tam sedulum suum agricolam alliceret amorem: vel etiam eius patefactâ ingratitudine, ostenderet quomodo compulsus Deus ad illius deuenturus esset dissipationem, & quàm æquo id factum esset iudicio, quod mox subiicit.

a Cant. 4. 12.
b Isai. 65. 18.
Dei studium solertissimum erga Iudaicũ populum.
c Psal. 79. 16.
d Isai. 5. 4.
Dei cura erga Iudaicum populũ quanta, ne quid ei damnum inferretur.
e Deut. 32. 10.
f Zach. 2. 8.

2 (*Locutus est super te malum.*) Loqui malum tripliciter accipi hic potest, primùm, pro simplici comminatione mali imminentis: prout iugiter per suos sanctos effecit Prophetas: Secundò, pro maledicere, vt opponitur benedictioni Dei, id est destruere; & minuere, vt tantumdem sit, (*Deus locutus est super te malum,*) ac Maledixit tibi, teque iam perdidit, iuxta illud Habacuc, [g] *Maledixisti sceptris eius, capiti bellatorum eius*, id est perdidisti duces, & bellatores eius: Tertiò, pro certum decernere exitium, prout eodem sensu Michæas ad Regem Achab dixit, [h] *Et Dominus locutus est contra te malum*, id est certum tibi parauit exitium. Congruitque hoc loco phrasis ista iuncta cum nomine Domini exercituum, vt magis futuri euentus designetur certitudo, vtpote cùm ad loquentis imperium parati sint quæ eius illico verbum exequantur exercitus.

Loqui super aliquem malum Deum quid sit.
g Hab. 3. 14.
h 3. Reg. 22. 23.

3 (*Pro malis domus Israel, & domus Iuda,*) quod tantumdem est ac pro malis tuis, quæ iam domus Israel es, & domus Iuda, cùm vltra duas tribus quibus constas, quotquot Assyriorum manus euaserunt ad te confugerint, qui è domo Israel, & è decem sunt tribubus. Et benè nota, quòd Deus malum in singulari super Iudæos locutus dicitur, cùm è vestigio id vnum malum pro pluribus dicatur eorumdem Iudæorum esse malis, quæ non tam à Deo quàm ab ipsismet eis prouenêre. (*Quæ fecerunt sibi ad irritandum me, libantes Baalim*) Sept. clariùs ὅτι ἐποίησαν ἑαυτοῖς τοῦ παροργίσαι με ἐν τῷ θυμιᾶν αὐτὰς τῇ Βάαλ. *Quia fecerunt*, seu, Vt Vaticana Latinè habet. *Quicquid fecerunt sibimet ad irritandum me, cum incensum offerrent Baal.* Quæ intelligenda sunt iuxta ea quæ ab eodem Domino dicta fuêre & cap. 4. [i] *Viæ tuæ, & cogitationes tuæ fecerunt hæc tibi*, & in cap. 7. [k] *Numquid me ad iracundiam prouocant, dicit Dominus? Nonne semetipsos in confusionem vultus sui?* In Hebr. singulariter habetur (*Pro malitia domus Israel*, &c. *quam fecerunt sibi ipsis ad irritandum me suffientes*, seu *sacrificando Baal*) item in singulari. Sed vtrobique singulare sumendum collectiuè, prout à nostro Interprete.

i Iere. 4. 18.
k Iere. 7. 19.

Verſ. 17.] Et Dominus exercituum qui plantaui, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

4 HÆc de prauis Religiosis eodem planè sensu quo Apostolus ad Romanos de Philosophis gentilibus qui Deum cognoscentes, non coluerunt illum, vt par erat, dixit. [l] *Propter quod tradidit illos Deus in reprobum sensum.*

l Rom. 1. 28.

Iuxta lectionem illam versionis Sept. (*Ad vocem sectionis*, seu *circuncisionis eius incensus est ignis in eam, Magna tribulatio super te, Inutiles facti sunt rami eius.*) Exprimitur magis ratio ruinæ praui Religiosi qui in prima sua non perstiterit vocatione. Possumus autem per *vocem sectionis eius*, vel Dei vocem accipere, vel ipsiusmet Religiosi. Si Dei sumamus significatur Religiosi ruinam exinde vt plurimùm prouenire solitam, quòd ad Dei imperium factam à Prælatis Regularibus putationem superfluorum, vel etiam prauarum quæ è sæculo detulerat consuetudinum, ferre non valens excandescit; notum est autem, sicut nihil oliuæ reperitur perniciosius igne, dicente Marone (vt refert Pierius lib. 53. de olea pag. 386. litera F.) Solum ignem inimicissimum oleæ, quo si comprehensa semel fuerit non à stirpe valêre, non cæsam reuerti posse, atque imâ similem reuiuiscere terrâ. Ita nihil religioso obtingere, quod maius ei inferat damnum, quàm igne excandescere erga Prælatos suos, quando illius vel per correptiones, vel per mortificationes procurant progressum. Quum nihil hisce eidem euenire queat salubrius, sicut nihil & arbori oliuæ obtingit vtilius, quàm vt circuncidatur, putetur, vel multiplici sectione cædatur, in quo similis est viti, quam nouimus ex Euangelio putari, & purgari à bono agricola, vt fructus plus afferat. Vnde benè hîc subditur (*Magna tribulatio.*) Quis enim explicet quantæ ex prædicta excandescentiæ ignis succensione in ipsius Religiosi mente consurgant perturbationes, qualesque animi cruciatus: ex quibus prouenit, vt iam rami bonorum habituum quos expandere cœperat inutiles ad bonum omne euadant. Adeo vt irritatus ab eo Deus, super ipsum loquatur extremi Excidij malum, qui alioquin illum propterea in Religionis plantauerat terra, oliuæ ei indens nomen, vt instar oliuæ quæ in pacis, & æternitatis apud veteres vsurpari solebat symbolum, quòd longæua ex natura sua esset, quam neque tempestas, neque caries, neque vetustas labefactaret; & ipse per totum vitæ suæ tempus in statu perseueraret religioso, pacificam, quietamque iugi progressu degens vitam. Quis & id explicet quanta in Religione tota per vnum istiusmodi religiosum inquietum, ac reprobum insit tribulatio?

Religiosi potissima ruinæ causa ex igne excandescentia in Prælatos.
Oliuæ inimicissimus ignis & vtilissima sectio, & putatio.
Maro. Pierius.
m Ioã. 15. 2.
Ex Religiosi praui excandescentia quã magna & illi, & toti Religioni causetur tribulatio.

5 Cæterùm si per *vocem sectionis eius*, non tam Dei quàm ipsiusmet praui Religiosi sumpserimus

Religiosi praui omnimoda ruina vnde.

mus vocem, aliam ex his significatam colligere est ruinæ eiusdem rationem. Ex eo enim quod infelix ille, vel interna voce sibimet imperauit, vt regulares à semet circunciderct obseruantias, ex eo quòd etiā externo sermone protestatus est sectionem in se facere earūndem obseruantiarum, quibus circūudata erat: Multóque magis ex eo quòd decreuit à vita se scindere religiosa, ignis sanè concupiscentiæ in ipsum ita exarsit, vt & magna tribulatio, multiplicium nimirum malorum cumulus super eum irruerit, & iam inutiles facti sint, quos in religione fecerat in bono progressus.

6 *Prælati designati metaphorâ oliuæ.*

Aptari facilè tota hæc sententia, & oliuæ metaphora ad piam quamque posset animam, quæ postmodùm in profundum decidat peccatorum. Multæque expendi quæ de oliuæ arboris afferri solent proprietates. Sed ne longior sim, mitto Lectorem ad Hugonem Cardinalem super hunc locum, vbi hæc de Prælato interpretatur. Et ad Ioannem Lorinum super id Psalmi 51. *Ego autem sicut oliua fructifera*, &c. vbi plurima congessit.

Oliuæ proprietates.

Ex Clericorum & Religiosorum scelesta conuersatione quanta mala eueniant in Ecclesiam.

Illud sanè addiderim, quod in vers. 17. dicitur (*Et Dominus exercituum qui plantauit te, locutus est super te malum, pro malis domus Israel, & domus Iuda quæ fecerunt sibi ad irritandum me, libantes Baalim.* Aptiùs sumi vt mysticè ad Ecclesiam dicta, quam Deus plantasse suâ dicitur dexterâ, & super eam in Prouinciis multis idem locutus asseratur malum reprobationis, & excisionis à Sede Apostolica propter Clericorum, & Religiosorum mala, quibus & semetipsos ij læserunt infelicissimè & eumdem Deum suâ irritarunt auaritiâ, & cupiditate, ac libidinibus, quæ sunt idolorum seruitus.

VVLGATÆ.

Vers. 16. Oliuam vberem, &c.

Vers. 17. Et Dominus exercituum qui, &c.

SEPTVAGINTA.

16. Ἐλαίαν ὡραίαν εὔσκιον τῷ εἴδει ἐκάλεσε κύριος τὸ ὄνομά σου εἰς φωνὴν περιτομῆς αὐτῆς ἐφύτευσεν ἀνήφθη πῦρ ἐπ' αὐτὴν μεγάλη ἡ θλῖψις ἐπὶ σὲ ἠχρειώθησαν οἱ κλάδοι αὐτῆς.

17. Καὶ κύριος τῶν δυνάμεων ὁ καταφυτεύσας σε ἐλάλησεν ἐπὶ σὲ κακὰ, ἀντὶ τῆς κακίας οἴκου Ἰσραὴλ, καὶ οἴκου Ἰούδα, ὅτι ἐποίησαν ἑαυτοῖς τοῦ παροργίσαί με, ἐν τῷ θυμιᾷν αὐτοὺς τῇ Βάαλ.

Vers. 16. Oliuam pulchram, benè opacam specie vocauit Dominus nomen tuum, ad vocem circuncisionis eius, accensus est ignis super eam: magna tribulatio super te: inutiles facti sunt rami eius.

Vers. 17.] Et Dominus qui plantauit te, loquutus est super te mala, pro malitia domus Israel, & domus Iuda: quicquid fecerunt sibi ad irritandum me, in adolendo ipsos Baal.

A APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1

PARAPHRASIS Chaldaica. *Sicut arbor olea pulchra formâ, & speciosa aspectu, cuius rami obumbraut in arbore; sic magnificauit Dominus nomen tuum in populis. Et nunc quia transgressa es legem, exercitus populorum, qui fortes sunt sicut ignis, venient contra te, & coniungentur eis auxilia.* Vers. 17. *Dominus exercituum qui sustinuit te, decreuit inducere super te malum propter peccata domus Israel & domus Iuda, quæ fecerunt sibi ad irritandum coram me, vt adolerent aromata Baal.*

B Vers. 16. & 17. (*Oliuam vberem*, &c.)

Hieronym. *Oliuæ instar plantatus à Deo Iudaicus populus suâ culpâ succensus fuit.*

Hieronymus. *Comparat Ierusalem, siue omnem populum Iudæorum oliuæ pulchræ, atque fructiferæ, quæ exaltata per superbiam, nequaquam egit humiliter, nec intellexit creatorem & dominatorem suum; sed elata per superbiam, & locuta granditer, Domini igne succensa est: ita vt comburerentur, & redigerentur ad nihilum rami, siue fruteta eius, id est omnis populus aduersariorum gladio deleretur. Hic sensus & in alio loco est, vbi dicitur ad Ierusalem,* [a] *Ego te plantaui vineam frugiferam, omnem veram; quomodo conuersa es* C *in amaritudinem vitis alienæ? Quando destruuntur maceriæ illius, & vastat eam aper de sylua, & omnes bestiæ deuorant fructus illius, dicamus istud capitulum principibus Ecclesiarum.* (*Oliuam, inquit, vberem, pulchram fructiferam vocauit te Dominus tuus, atque plantauit.*) *Sed quia ad vocem loquelæ grandis Dei in te flamma descendit, & consumpsit omnes ramos tuos: Propterea qui te plantauerat nunc locutus est super te malum: non iniquitate sententiæ, nec subitâ prauitate sermonis: Sed pro malis quæ fecerunt sibi domus Israel, & domus Iuda, & studiosè egerunt, libantes Baalim, vt me ad iracundiam prouocarent. Cumque possit Deus* D *facere quæ vult, reddit causas, ne facere videatur iniustè, secundum illud, quod scriptum est,* [b] *Vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cùm iudicaris.*

a Iere. 2. 21.

Contra Prælatos superbos.

Sententiæ suæ in peccatores reddit Deus rationem.

b Psal. 50. 6.

2

Cyril. Alex. *Incensionis vocabulum vsurpatum pro omni inutilitate.* Vide quoad istamCyrilli lectionem sup in exposit. literæ.

Cyrillus Alexandrinus lib. 3. cap. 267. Isaiæ. *Quamuis secundùm historiam incensa fuerit Ierusalem; potest nihilominus incensionis verbum inutilitatem designare, omnibusque modis incumbentem Iudæis desolationem, diuinâ irâ illos tantū non incendente, & in puluerem veluti ac cinerē redigente. Tale quid dicit Ieremias tamquam ad Ierusalem,* (*Oliuam vmbrosam pulchram specie vocauit Dominus nomen tuum, in vocē circuncisionis eius accensa est magna afflictio super il-* E *lam. Inutiles facti sunt rami eius.*) *Inutile est enim, & noxium animæ hominis à Deo discedere, eius gratiâ & auxilio omnino priuari.* [c] *Horridum est enim incidere in manus Dei viuentis, & quemadmodum ait Moyses, Deus* [d] *noster ignis consumens est.*

Inutile id in primis est homini quod à Deo discedit.

c Hebr. 10. 31.

d Deut. 4. 24

Chrysost. *Eleemosyna Largiter, & iugiter largienda, vt simus oliuæ fructiferæ.*

Ioannes Chrysostomus Homiliâ 32. in epist. ad Hebr. paulò ante finem. *Efficiamur sicut oliua fructifera, ex omnibus partibus misericordias germinemus. Non enim sufficit oliuam esse, sed opus est, eam esse fructiferam. Sunt enim misericordes, Sed modicè per totum annum tribuentes, aut per singulas septimanas, aut si quando fortè progrediuntur: isti oliuæ quidem sunt,* F *sed non fructiferæ, quinetiam aridæ: Et quandoquidem miserentur, oliuæ sunt: quoniam vero non largè, neque magnificè, non sunt fructiferæ.*

3

Theodorit. *Operum fructum requirit Deus à fidelibus.*

Theodoritus. *Vbi Synagogam vocauit dilectam iterum aliam refert ipsius denominationem* (*Oliuam formosam, specie valde opacam vocauit Dominus nomen tuum.*) *Hanc appellationem addidit, vt inuitaret eam ad ferendos fructus: Eo etiam modo sæpe vocauit eam vineam.* (*Ad vocem putationis ipsius exarsit ignis super eam.*) *Vt vocauit oliuam, meminit purgationis. Putationem enim nuncupat purgationem. Sic & Dominus*

a Ioan. 15. 2.

Ob operũ bonorum defectum nos ipſi ſumus in cauſa vt Deus nos caſtiget.

minus in Sacris Euangeliis dicit, [a] *Omnis palmes in me non ferens fructum exciditur, & in ignem, mittitur. (Magna tribulatio ſuper te. Rami eius inutiles facti ſunt.) Quia bonos fructus ferre noluerunt. Et vt oſtendat, non Regem Babylonis potentem pœnas ei infligere, ſed Dominum ipſum; hæc addidit (Et Dominus Deus exercituum qui plantauit te, locutus eſt ſuper te mala pro malitia domus Iſrael, & domus Iuda, quia fecerunt ſibi hoc, ad irritandum me libantes Baal) Ipſe, inquit, qui te plantauit præcidit ramos, tu verò in cauſa es, quæ non probos fructus, ſed exitiales protuliſti.*

Greg. Pap.

Vana gloria affectu depereunt inutilis plerisque & prædicatoribus, & bona quæ egerant, & ſancta quæ protulerunt eloquia.

Gregorius Papa homil. 21. ſuper Ezech. poſt dimidium. *Eſt in doctrinæ verbis graue periculum, quia ſæpe ſermonem docentium fauores audientium ſequuntur: & cùm doctores ab eo quòd bene innotuerint, apparêre iam minores in dictis nolunt, doctrinæ verbum, quod pro acquirendis animabus auditores ex omnipotentis Dei amore inchoauerunt, in hoc poſtmodum pro acquirendis animabus laborant. Et qui in verbis Dei quærebant priùs lucrari ſpiritalia, temporales poſtmodùm fauores ſequuntur. Vnde fit, vt ſiue recta qualibet opera, ſiue ſanctæ doctrinæ verba in omnipotentis Dei iudicio pereant, cùm per hæc quiſque tranſitoriis fauoribus anhelat. Hinc etenim per Prophetam Iudeæ dicitur quod in ſe ipſam incauta mens inuenit, ſi ſaltem poſt culpam ſuas cautè cogitationes timetur. (Oliuam vberem, &c.) vt in Vulgata (oliuam quippe vberem, & pulchram, fructiferam & ſpecioſam Deus vocat,) cuius vel efficaciam in operatione, vel ſancta ſtudia in verbis ſcientiæ approbat. Sed (ad vocem loquelæ grandis exarſit ignis in ea) quia cùm laudari quis cœperit, erubeſcit forſitan minor videri quàm dicitur, & ſtudet eſſe, quod dicatur. Vnde ſcriptum eſt,* [b] *Qui benedicit proximo voce grandi de nocte conſurgens, ſimilis eſt maledicenti: (Ad vocem ergo loquelæ grandis exarſit ignis in ea) quia in magnitudine fauoris flamma in corde accenditur de amore laudis. Sed omnia oliuæ fruteta comburuntur, quia ante omnipotentis Dei oculos vel quæ benè geſta, vel quæ ſcienter ſunt dicta depereunt, cùm iam non amore Domini ſed intentione tranſitoriæ laudis fiunt.*

b Prou. 27.

4 D. Thom.

Iudæorum priſtina gloria & ruina

D. Thomas. *Oſtendit quòd non iuuabuntur propriis viribus. Et circa hoc duo facit. Primò commemorat priſtinam gloriam. (Oliuam vberem,) quantùm ad abundantiam ramorum, in quo ſignificatur multitudo populi. (pulchram) quantùm ad virorem coloris, in quo proſperitas florens, & virtus animi virens: fructiferam) quantùm ad copiam fructuum, in quo abundantia bonorum operum, & magnorum: (ſpecioſam,) quantùm ad compoſitionem partium, in quo deſignatur ordinatio debita populi (Vocauit) vt talis fama vndique de te exiret, Oſe.* [c] *14. Erit quaſi oliua gloria eius, & odor eius vt Libani. Secundò prædicit futuram pœnam: primò proponens ipſam pœnam, (Ad vocem loquelæ) id eſt, ad imperium Nabuchodonoſor (Vinea) id eſt domus Iſrael, (exarſit in ea ignis) ad literam: (fruteta) ſcil. homines, & ea quæ ad ipſos pertinebant. Vel (loquelæ grandis) quia ex tali vocatione grandia de te ſenſiſti, & ideo pœnam meruiſti.* [d] *Iſai. 27. In prælio gradiar ſuper eam, ſuccendam eam pariter, ſecundò punientis potentiam, (Dominus exercituum) id eſt* [e] *1. Reg. 2. Dominus mortificat, & viuificat, deducit ad inferos, & reducit, &c. Tertiò ponit cauſam (pro malis) Deut. 32.* [f] *Ipſi me prouocauerunt in eo qui non erat Deus, & irritauerunt in vanitatibus ſuis. Et ego prouocabo eos in eo qui non eſt populus, &c.*

c Oſe. 14. 7.

d Iſai. 27. 4.

e 1. Reg. 2. 6

f Deut. 32. 21.

Sanctus cõparatus oliuæ.

Idem D. Thomas ad finem Comment. huius capitis. *Nota quòd ſanctus dicitur oliua propter pinguedinem, in quo deuotio Rom. 11.* [g] *Socius radicis, & pinguedinis oliuæ factus es: propter olei nitorem, in quo contemplatio Zach. 4.* [h] *Iſti ſunt duo filij Olei, qui aſſiſtunt dominatori vniuerſæ terræ 3. Reg. 6.* [i] *fecit in oraculo duos Cherub. de lignis oliuarum decem cubitorum altitudinis. Propter filiorum virorum, in quo virtus mentis.* [k] *Geneſ. 8. Reuerſa eſt columba ad veſperam portans ramum oliuæ virentibus foliis in ore ſuo. Propter fertilitatem, in quo abundantia bonorum operum, Pſal. 51.* [l] *Ego autem ſicut oliua fructifera in domo Dei ſperaui in miſericordia Dei in æternum, & in ſæculum ſæculi. Propter pulchritudinem, in quo ſanctorum gloria.* [m] *Eccleſiaſtici. Quaſi oliua ſpecioſa in campis, & quaſi Platanus exultata ſum iuxta aquas.* [n] *Oſe. 14. Erit quaſi oliua gloria eius.*

g Rom. 1. 17.

h Zach. 4. 14.

i 3. Reg. 6. 23.

k Gen. 8. 11.

l Pſal. 51. 10.

m Eccl. 24. 19.

n Oſe. 14. 17.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

|| ἴσ. τῇ ὥρᾳ ἢ τῇ ὀπώρᾳ.

Ἐλαίαν ὡραίαν εὔσκιον τῷ εἴδει.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] || πεῖρα τὸν πλοῦτον παρέστησεν. τὸ κάλλος ἀπὸ τοῦ δένδρου, τὸ διηνεκὲς τῆς ζωῆς, τὸ ἀειθαλές.

Ὀλυμπιοδώρου.] ὅτε τοὺς πατριάρχας ἐκλεξάμενος ἐφύτευσεν. [εἰς φωνὴν περιτομῆς αὐτῆς ἀνήφθη πῦρ ἐπ' αὐτήν, μεγάλη ἡ θλίψις ἐπὶ σέ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τουτέστιν οὐδὲ πρὸς βραχὺ δώσεις δίκην, ἀλλὰ τιμωρίαν μεγίστην διὰ τὰς ἁμαρτίας σου.

Ὀλυμπιοδώρου.] ὅτε φησὶν ἔδει καλλιεργηθῆναι τὴν συναγωγήν, τό τε πρὸς ἑαυτὴν ἀξίαν κατέστησεν. ἔδει δὲ αὐτὴν καλλιεργηθῆναι ἐν τῇ παρουσίᾳ τοῦ Χριστοῦ. [ἀνήφθη πῦρ ἐπ' αὐτήν, μεγάλη ἡ θλίψις ἐπὶ σέ. ἠχρειώθησαν οἱ κλάδοι αὐτῆς.]

Τοῦ ἁγίου Κυρίλλου.] ἀχρειοῖ γὰρ ὁλοτρόπως τὴν

5 Chryſoſt.

Diuitiæ ſignificatæ metaphorâ oliuæ fructiferæ.

Verſ. 16. *OLiuam pulchram bene opacam, &c.*

Chryſoſtomi.] *Re ipsâ diuitias præ oculis poſuit. Vbertate diuitias expreſſit, pulchritudinem arbore quæ perennè vireſcit, & frondet.*

Olympiod.

Plãtatus Iudaicus populus quando fuit electus in Patriarchis.

Olympiodori.] *Quando Patriarchas eligens plantauit. (Ad vocem Circumciſionis eius accenſus eſt ignis ſuper eam: magna tribulatio.)*

Chryſoſt.

Iudæorũ ingens ſupplicium pro eorum peccatis.

Chryſoſtomi.] *Hoc eſt nec paruo tempore pœnas dabis, ſed ingens ſupplicium propter iniquitates tuas.*

Olympiod.

Synagoga excolenda in Chriſti aduentu.

Olympiodori.] *Cùm opus erat, inquit, excoli Synagogam, tunc igni dignam ſe præſtitit: excolenda porrò erat in aduentu Chriſti. (Accenſus eſt ignis ſuper eam: magna tribulatio: Inutiles facti ſunt rami eius.)*

S. Cyrill.

Sancti Cyrilli.] *Omnino enim hominis animum*

τὴν τῆς ἀνθρώπου ψυχὴν τὸ ἀποφοιτῆσαι θεοῦ, καὶ ἀμοιρῆσαι παντελῶς τῆς παρ' αὐτοῦ χάριτος, καὶ ἐπικουρίας. φοβερὸν γὰρ τὸ ἐμπεσεῖν εἰς χεῖρας θεοῦ ζῶντος.

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] τὸ, ἠχρειώθησαν οἱ κλάδοι αὐτῆς, παῦλος, ἐξεκλάσθησαν, ἔφη, τὸ, καταφυτεύσας δὲ, τὸ, εἰς ἔθνος καλέσας δηλοῖ. ὡς ἀγαθὸς δὲ φυτουργὸς, τοὺς μὴ ἀποδιδόντας καρπὸν ἐξέκοψε κλάδους, μᾶλλον δὲ πονηρὸν ἀποδιδόντας. [καὶ Κύριος ὁ καταφυτεύσας σε, ἐλάλησεν ἐπὶ σε κακὰ, ἀντὶ τῆς κακίας οἴκου ἰσραήλ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἡ μεγίστη κακία, ὅταν ὁ τοιοῦτος κολάζῃ, ὁ τοσαύτην ἐπιδεικνύμενος πρόνοιαν, αὐτὸς ὁ τιμωρούμενος ᾖ. οὐ γὰρ ἂν ἣν ἐφίλει ἀθρόον οὕτως ἔρριπτεν, εἰ μὴ πολλὴν ᾔδει κακίαν οὖσαν. ὁ μηδὲν κατορθωκυῖαν οὕτω φιλήσας, καὶ ἐπιμελείας μεταδοὺς τοσαύτης, οὕτως οὐκ ἂν ἀπέστη εὐθέως. ὥστε εἰκότως μεγίστης τοῦτο κακίας τεκμήριον.

A mum inutilem reddit à Deo recedere, eiusque penitus gratiâ suffragioque priuari, [a] *Horrendum enim incidere in manus Dei viuentis.*

Recedere à Deo reddit animam inutilem.

a Heb.10.31.

Incertus.

Incerti.] (*Inutiles facti sunt rami eius,*) *Paulus* [b] *præcisi sunt, ait, Illud autem; qui plantauit te: perinde est, ac si diceret; qui vocauit, vt esset gens: vt optimus autem plantator ramos non afferentes fructum imò perniciosum ferentes excidit.*

b Rom 11. 19.

Plantatur à Deo quis cùm ab eo vocatur, & eligitur.

Plantator optimus Deus excidẽs ramos non afferentes fructus bonos.

B Vers. 17. (*Et Dominus qui plantauit te, loquutus est super te mala, pro malitia domus Israel,&c.*)

6

Chrysost.

Chrysostomi.] *Summa nequitia, cùm talis punit; qui tantam exhibet prouidentiam, ipse irrogat pœnam; non enim quam tantopere diligebat, tam repentè proiiceret, ni maximam in illa sciret inesse nequitiam: quì eam nullo sui merito adeo adamauit, tantáque curâ complexus est, non ita statim ab ea recederet. Ingentis igitur hoc prauitatis indicium.*

Cùm Deus fidelẽ quempiã castigat, ipsamet talis castigatio signũ est maximæ peruersitatis in castigato.

Vers. 18.] Tu autem Domine demonstrasti mihi,& cognoui: tunc ostendisti mihi studia eorum. C

PARAPRHASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

1

c *Tu autem Domine demõstrasti (seu scire fecisti) mihi, & cognoui (seu sciui) tunc ostẽdisti (seu videre fecisti) studia eorum.*

SED [c] *iam referam quid post praexposita ipse intulerim, & vt Ieremias in persona propria, & vt prophetans, personamque gerens Christi, cuius typum me gerere Deus voluit. Auditis siquidem quæ Deus mihi enarrarat Iudæorum sceleribus, futurisque calamitatibus, hæc vt Ieremias ei respondi. Tu igitur Domine talium exhibuisti reuelationem, indeque cognoui quid mihi vaticinandum esset: tunc aperuisti mihi oculos, vt ipsorum Iudæorum scelestissima viderem studia, & opera. Atqui & ob id eidem gratias egi Deo, quòd mihi inscio machinamentorum contra me, & reuelauit, & sensibili notitiâ intueri me fecit hostium meorum conatus, dixique: Ignarus Domine eram ordita aduersùs me coniurationis; eatenus verò illius factus sum conscius, quatenus tu, qui eam, tametsi secretissimam, inuenisti, & illam mihi patefecisti, præstans, vt & coniuratorum viderem insidiarum studia.* [d] *De his aliquo suspectus te rogaram, vt ea mihi manifestares; Benedictus sis Deus meus, qui ad primas meas me exaudiens preces, talia illico animaduertere fecisti machinamenta.* [e] *Multò tamen ardentiùs gratias meo tibi agit ore Christus filius tuus, passioni pro humani generis redemptione à te expositus, dicens, Tu Domine demonstrasti mihi, à primo incarnationis meæ articulo plenissimam omnium mihi infundens & futurorum quoad me scientiam, & cognoui à te mihi manifestata quæ mihi subeunda essent passionum: ex tunc certè ostendisti mihi Iudæorum conatus aduersùm me, Sed & hoc à te habui, vt ipso passionis meæ tempore experimentali scientiâ noscerem eorumdem ordita in me consilia, & sensibili notitiâ compos fierem, & probarem quæ aduersarij mei cogitauerunt, & moliti sunt contra me.*

2

D

3

d *Domine notum fac mihi, & cognoscam. Tunc vidi studia eorum.*

E

4

e *Tu autem Domine demõstrasti, &c.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1

TV autem Domine,&c.) Locus iste etsi facilitatem primo præ se ferat aspectu, mihi nihilominus admodũ est explicatu difficilis, tum quia haud constat, an in nouæ sit narrationis exordium, an verò ad superiora referendus sit: tum quia dubium reperio apud Expositores, An Ieremias in tota hac narratione de semetipso loquatur, aut potiùs in persona sua de Christo sermonem habeat, dicente B. Hieronymo in suis Comment. *Omnium Ecclesiarum iste est consensus, vt sub persona Ieremiæ à Christo hæc dici intelligant*, idque non de sensu mystico, sed de sensu intelligit literali; tum quia arduum maximè reperio singula vel Ieremiæ, vel Christo conuenientia quæ hìc dicuntur, probare secundùm literam.

Hieronym.

Pro quorum intelligentia, supposito quod aliàs probatum est, vnam eamdemque sacræ scripturæ vel sententiam, vel historiæ narrationem plures habere posse sensus æquè literales: adeoque & absque vllo scrupulo dici posse, & Ieremiæ, & Christo hæc competere, ambobus quidem literali sensu, qui tamen quoad Ieremiam sit historicus, quoad Christum verò propheticus. Sed ita vt quædam magis Ieremiæ, quædam magis Christo conueniant. Quod frequenter obseruare est in sacris paginis. Sicut 2.Reg.7. 12. ad literam sermo est de Salomone; in narratione per hyperbolem quædam de eo dicuntur, quæ propriùs ad literam Christo conueniunt. Et Isaias 14. 11. & sequentibus, describit casum Regis Babylonis per casum Luciferi, eaque, in narratione quædam habet quæ propriè Lucifero: Regi verò Babylonis parabolicè tantùm conueniunt: quædam quæ è contra propriè Regi Babylonis,&c.

Sensus literales possunt esse plures vnius sententiæ, & vnius narrationis.

2

Particula autem sumi potest vt transitioni inseruiens, & vt copula & nota consecutionis.

Exordientes à prima difficultate, quoad id quod in hoc vers. 18. asseritur. Si Ieremias sit qui in propria loquatur persona. Sanè per adhibitam particulam (*Autem*) quæ dupliciter vsurpari solet, & vt transitioni seruiens, & vt copula notaque consecutionis, liberũ esse permittitur, vt tam ad sequentia, quàm ad præcedentia hæc referantur. Ad sequentia, vt Propheta à præexposito vaticinio transeat ad narrationem paratarum sibi à contribulibus suis insidiarum, quas à Deo sibi patefactas gratias illi agens primùm in his fateatur; estque iuxta hunc sensum eorum intellectus planus, vt vtrumque verbum, (*demonstrasti*, & *ostendisti*,

diſti,) idem habeat accuſatiuum, (*ſtudia eorum,*) contribulium,ſcil. meorum, vt infra explicabit. Quamquam vt patet ex textu Hebraico in quo ſic legitur,(*Et Dominus fecit me ſcire, & ſciui: tunc videre me feciſti conatus, ac opera eorum*) ita Propheta ſanctus duobus iis verbis deſignet ſibi à Domino reuelatas contra ſe paratas machinationes per intellectus illuſtrationem,vt eodem tempore & ſenſibili quoque notitiâ ipſamet machinantium intueri fecerit ſtudia, qua de re meritò ei gratias agit. In verſione Sept. hæc gratiarum actio magis eſt manifeſta in ſecundo membro, Cùm enim in membro primo deprecatiuè dixiſſet.(*Domine notum fac mihi,& cognoſcam,*) quid iſti ſcil.contra me machinentur, ſubiicit, (*Tunc vidi ſtudia eorum.*) Ac ſi dixerit, Benedictus Deus, qui ad primas preces meas me exaudiens, eorum qui me perſequuntur, illico animaduertere fecit machinamenta.

3
Ieremiæ à Deo manifeſtata & Iudæorum ſcelera, & eorumdem coniuratio contra ipſum.

Si ad præcedentia hæc referantur,vt item à Ieremia habita in perſona propria, duplicem ea habere queunt ſenſum; primum, vt ex eo quod ſupra in verſ. 9. dictum à Domino fuerat eidem Prophetæ. *Inuenta eſt coniuratio in viris Iuda,* &c. inferat Ieremias, ſe quidem antea talis contra ipſum orditæ coniurationis fuiſſe ignarum, eatenus verò illius factum conſcium,quatenus idemmet Deus qui eam, tametſi ſecretiſſimam, inuenit, ipſam ſibi reuelauit; & tunc pariter ab eodem Domino præſtitum, vt coniuratorum videret inſidiarum ſtudia, atque conatus. Secundum, vt hæc illatio per particulam *autem* hîc deſignata, non tam de patefactione prædictæ ſit coniurationis, quàm de reuelatione, & manifeſtatione præexpoſitorum Iudaici populi ſcelerum, atque calamitatum,Ac ſi dicatur. Tu igitur Domine talium indidiſti reuelationem, indéque cognoui quid mihi vaticinandum eſſet:tunc aperuiſti mihi oculos, vt eorum Iudæorum praua viderem ſtudia, & opera. Iuxta quem ſenſum ita eadem exponit Andreas Cappella. *Cum tu oſtenderes mihi quid loqui deberem, & manifeſtares mihi cogitationes, & ſtudia eorum peſſima,de quibus eos reprehendebam, conuerſabar inter illos vt agnus manſuetus, nihil mali cogitans,*&c.

Andr. Cap.

4
Chriſtus in præcipuis ſuis & ſermonibus, & geſtis Patri gratias agere ſolitus.

Si vt perſona quoque Chriſti etiam ſecundùm literam dicta hæc ſumpſerimus. (*Tu autem Domine demonſtraſti mihi, & cognoui tunc,*&c.)Dicendum, exordiri in his Dominum Ieſum narrationem ſacratiſſimæ paſſionis ſuæ,In quo,iuxta eum quem in Euangeliis iugiter ipſum ſeruaſſe nouimus morem, vt in præcipuis quibuſcumque vel oculos ad cælum leuaret, vel Patri gratias ageret, vel eidem quod dicendum, aut faciendum ſibi erat, adſcriberet; Tu inquit,Domine (loquitur vt homo) demonſtraſti mihi, & cognoui à te mihi demonſtrata, quæ mihi patienda eſſent, Tunc oſtendiſti mihi & manifeſtaſti ſtudia,conatuſque eorum,ſcil.Iudæorum aduersùs me.Quod quando factum ſit explicatum ab ipſomet Chriſto per Iſaiam habemus in cap.50.vbi de ſua item agens paſſione hæc præponit, [a] *Erigit manè, manè erigit mihi aurem, vt audiam quaſi magiſtrum. Dominus Deus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico, retrorſum non abij:* Tum ſubdit ipſius paſſionis ſuæ narrationem. *Corpus meum dedi percutientibus,* &c. Quo loco ſignificat, in ipſomet principio incarnationis ſuæ à Patre ſibi manifeſtatum quicquid ſibi ſubeundum eſſet paſſionis, & quicquid tunc temporis contra ipſum foret agendum, quibus libentiſſimè ſe exhibuit paratum omnibus. Phraſi illâ erectionis,ſeu apertionis auris manifeſtationem prout aliàs,deſignans; & geminatione eiuſdem vocis *manè* per epitaſim magnæ ſollicitudinis, celeriſque eius quod dicitur ſtudij, primum ſignificans manè,primumque temporis articulum. Quod clariùs expreſſit Paulus ex Pſalmo 39. quum in epiſtola ad Hebræos ait,[b] *Ideo ingrediens mundum*, id eſt, in primo Incarnationis articulo dicit. *Hoſtiam & oblationem noluiſti, corpus autem aptaſti mihi*, pro quo magis ad rem noſtram in citato Pſalmi loco. Vulgata habet,[c] *Aures autem perfeciſti mihi*, id eſt me exci-taſti ad audiendum,me erudiſti,& docuiſti, idem quod mox apud Iſaiam, erigere, & aperire aurem.

Paſſio manifeſtata Chriſto à Patre in primo Incarnationis articulo.
a Iſai. 50. 4.

Aurem erigere, ſeu aperire ſignificat manifeſtare.
b Hebr. 10. 5.
c Pſal. 39. 7.

5
Paſſionis tempore Chriſto exhibita à Patre ſcientia experimentalis & per ſenſus eorum omnium quæ paſſus eſt.

Hæc quidem rectè quoad primam demonſtrationem Chriſto à Patre factam per ſcientiam infuſam, quam à primo conceptionis inſtanti perfectiſſimam ei inditam norunt, aſſeruntque vniuerſi. Cæterùm cùm iuxta totius præſentis narrationis ſeriem, de præſtita potiùs eidem à Patre ipſo paſſionis tempore notitia ſpeciali ſermo fieri videatur, eorum quæ tunc temporis paſſurus erat, conatuumque Iudæorum aduersùs eum,dicendum de exhibita (Patri enim & eam more ſuo acceptam fert) notitia experimentali, & per ſenſus Chriſtum ipſum loqui. Quod ex duobus patet Hebraicis, quibus hîc vſus eſt verbis; Pro eo enim quod in ſecundo membro in Vulgata legimus. (*Tunc oſtendiſti mihi ſtudia eorum*) verbo ſenſum exprimente viſus, Hebraicè propriè ſic habetur. (*Tunc videre me feciſti ſtudia*, ſeu *conatus*, ac *opera eorum.*) Et in primo membro vbi nos legimus, (*Tu autem Domine demonſtraſti mihi*) Hebræo in textu propriè ſic eſt; (*Scire me feciſti*) verbo ידע *iadang* quod & ſi propriè mentis ſit & intellectus, frequentiſſimè tamen pro hac peculiariter deſignanda ſcientia experimentali, & per ſenſus reperitur vſurpatum, ſic Iſai 53. maximè ad rem noſtram de ipſomet Chriſto legimus, [d] *Vidimus eum & non erat aſpectus*, &c. *Virum dolorum* וידוע חלי *vidoang holi*, quod peroptimè noſter Interpres reddidit, *Et ſcientem infirmitatem*, id eſt expertus infirmitatem; iuxta illud Apoſtoli.[e] *Non habemus Pontificem qui non poſſit compati.* Græcè συμπαθῆσαι, id eſt, condolêre infirmitatibus noſtris, ſeu ſenſu affici infirmitatum noſtrarum,eaſque nobiſcum experimentaliter pati,Vnde bene ſubditur, *Tentatum autem per omnia pro ſimilitudine abſque peccato*, id eſt, ad noſtri ſimilitudinem ſcientiâ probatum experimentali noſtrarum omnium,peccato excepto, infirmitatum, ac miſeriarũ,famis,ſitis,fatigationis,horroris,ignominiæ, atque ipſius mortis, præcedentiumq; verberum, vulnerum, irriſionum, contumeliarum, bonorum omnium ſpoliationis, & ſimilium. Pro quorum confirmatione clarior eſt eiuſdem Apoſtoli locus allatus ad probandam acquiſitam, & experimentalem hanc ſcientiam in Chriſto à S. Thoma 3.p.q. 9. art. 4. in arg. Sed contra ex ipſa pariter epiſtola ad Hebr. vbi dicitur, [f] *Et quidem cum eſſet filius Dei didicit ex iis quæ paſſus obedientiam.* i. exactiſſimo modo in paſſione ſua expertus eſt, quantus ſit perfectæ obedientiæ labor, quâ duriſſima,ignominioſiſſima,atque aſperrima ſubeunda ſibi fuêre, *Et conſumatus* Græcè τελειωθεὶς.i. immolatus,quando in morte, vt in Euangelio legimus dixit.[g] *Conſummatum eſt*, experimẽtali ipsâ ſcientiâ ſuâ. [h] *Factus obediens vſque ad mortem, factus eſt* pariter *& omnibus obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis æternæ.* Idque non ſolùm per exhibitum perfe

d Iſai. 53. 3.
e Heb. 4. 15.
f Hebr. 5. 8.
g Iſai. 19. 30.
h Philip. 2. 8.

perfectissimæ obedientiæ suæ exemplum, quo docuit, perfectam fidelis cuiusque in salutis via consummationem sitam potissimùm in eo quòd Deo obtemperet prompto animo, & in arduis, & in aduersis subeundis; verùm etiam per ipsam suam experimentalem passionum scientiam, quâ dolores verberum, vulnera, & ignominias expertus gratiam fidelibus meruit, quâ in salutem iustificantur.

6 *Ex passione sua Christus suscipit summo cum gaudio fructum magnum.* Pro quo designando aptissimus is mihi videtur Euangelicæ (sic loquitur Hieronymus,) passionis eiusdem Christi narrationis Isaiæ locus in cap. 53. vbi hæc habentur.[a] *Pro eo quod laborauit anima eius, videbit, & saturabitur: In scientia sua iustificabit ipse iustus seruus meus multos, & iniquitates eorum ipse portabit.* Quem locum tametsi communiter iuxta literam sic exponant, Pro eo quod ipse Christus in passione summa cum molestia labores sustinuit maximos, in eorundem laborum præmium videbit fructum ingẽti cum gaudio, eoque saturabitur, & satisfactum sibi censebit. Idemque iustus per antonomasiam, & seruus meus (verba sunt cælestis Patris) iustificabit multos in sciẽtia sua tam actiuè, quam passiuè, id est, *In scientia* passiuè sumpta *sui*, doctrina nempe de se, dum se aliis exhibet cognoscendum, de qua idemmet apud Ioannem ait.[b] *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum*, cognoscant, inquit, non intellectu duntaxat sterili, sed & affectu efficaci, & operatorio. Nec non & in sua scientia actiuè sumpta, atque in Euangelica sua doctrina, quâ iustificauit, docens per illam, quomodo, quidue agendo, ac fugiendo iusti esse possemus, iuxta illud Apostoli,[c] *Vt sit ipse iustus, & iustificans eum, qui est ex fide Iesu Christi.* Non minùs fortasse congruè literali pariter sensu aliter ipse ad rẽ de qua agimus, ita illum intelligo. Pro eo quòd ipse Christus molestissimos primùm in anima & mente sustinuit, quos cum docui subeundos in passione sua labores, adueniente ipso passionis tempore notitiâ experimentali atque per sensus ardua sibi parata videbit, asperaque experietur saturatus (vt in Ieremiæ Threnis exponitur) opprobriis.[d] *In scientia sua* Hebraicè בדעתו *bedangtho* ab eodem quod hic apud Ieremiam esse diximus, verbo ידע *iadang*. In experimentali scientia, quâ passiones, & vulnera expertus re ipsâ sustinuit, ipse iustus seruus meus iustificabit multos, & iniquitates eorum pœnas videlicet iniquitatum eorum ipse portabit, prout eodem cap. 53. dictum fuerat,[e] *Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra, disciplina pacis nostræ*, id est, castigatio *super eum*, quâ Deo reconciliati, & pacificati sumus iuxta illud Apostoli,[f] *Iustificati ergo ex fide pacem habeamus ad Deum per Dominum nostrum Iesum Christum.* Quæ omnia peregregiâ paraphrasi in sua prima Catholica explicauit Petrus dicens,[g] *Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, vt peccatis mortui iustitia viuamus*, hac ratione nimirum pacificati cum Deo, *cuius*, scil. Christi *liuore sanati sumus.* Hocque illud est quod verbis primò allatis significatur. *In scientia sua*, experimentali nimirum, *iustificabit multos*, eo sensu quem clariùs de hac iustificatione agens prosequitur Paulus, quum ait,[h] *Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quæ est in Christo Iesu, quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiæ suæ propter remissionem præcedentium delictorum, in sustentatione Dei*, id est, quæ fuerunt in sustentatione Dei, quæ Deus tolerauit, *ad ostensionem iustitiæ, & sanctitatis eius*, scil. Christi *in hoc tempore.*

[a] Isai. 53. 11.
In scientia & sua actiuè & sui passiuè Christus iustificauit multos.
[b] Ioan. 17. 3.
[c] Rom. 3. 26.
In scientia sua experimentali passionũ & mortis Christus iustificasse dicitur multos.
[d] Thr. 3. 30.
[e] Isai. 53. 5.
[f] Rom. 5. 1.
Quomodo Christus dicatur iustificasse multos in sua experimẽtali sciẽtia passionũ, & vulnerũ.
[g] 1. Pet. 2. 24.
[h] Rom. 3. 24.

Ad rem ergo nostram redeuntes, fatetur hîc apud Ieremiam Christus, se à Patre habuisse vt passionis suæ tempore experimentali scientiâ nosceret Iudæorum in se ordita consilia, & sensibili notitiâ compos fieret studiorum, adinuentionum, conatuum, atque operum eorumdem contra ipsum. Hæc omnia vocabulo studiorum hîc designata patet ex vi Hebraicæ vocis מעלליהם *mengallehem* à verbo עלל *ngalal*, Agere, moliri, conari, meditari, designare. Ac si dicat. Tu certè Domine demonstrasti per realem experientiam passiones, experimentoque cognoui: Tunc & sensibili cogitatione effecisti vt viderem, & probarem, quæ aduersarij mei cogitauerunt, moliti, & conati sunt.

Vers. 18.] Tu autem Domine demonstrasti mihi, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

7 *Non iudicãda aliorũ dicta, aut facta.* Colligi ex his id primò potest morale pro eo Euangelij, quo Dominus ait,[i] *Nolite iudicare, & non iudicabimini.* Vt non nobis temerè iudicium de aliorum vsurpemus factis, multóque minus illud audeamus, vt de cuiuscumque animo, aut intentione diiudicemus.[k] *Charitas* enim quæ peculiaris est Christianorum tessera, *non cogitat malum*, vt ait Apostolus.[l] *Tu quis es, qui iudicas alienum seruum? Domino suo stat, aut cadit:* dicit idem Apostolus. Tunc certè sancti cognoscere aliquid fatentur proximi, tunc & aliorum praua asserere studia, quum ab ipso Domino & fuerint patefacta; In quo ponderanda est Hebraica lectio, *(Tunc videre me fecisti studia, seu, opera eorum.)* Vt non iudicemus quidpiam, nisi videamus.

Tribulationũ scientia experimentalis necessaria. Iuxta alterum sensum, quo & Christus, & Ieremias in his, *(Tu autem Domine demonstrasti mihi, seu, scire me fecisti, & cognoui: tunc ostendisti, seu, videre me fecisti studia eorum,)* gratias Deo agunt de experimentali ab illo sibi præstita subeundarum notitia, & scientia ærumnarum: colligi ex iisdem illud potest morale, quanti ab vnoquoque fideliũ istiusmodi habenda sit experimentalis scientia, & experimentum tribulationum, & persecutionum, iuxta id Ecclesiastici.[m] *Qui non est tentatus quid scit?* id est. Qui tribulatione probatus non est, parum, aut nihil scite dicendus est, cùm *sola*[n] *vexatio*, Isaiâ teste, *det intellectum.* Et, *qui multa didicit.* scil. experimento *enarrabit intellectum*, iuxta illud Pauli.[o] *Benedictus Deus, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra, vt possimus & ipsi consolari eos qui in omni pressura sunt, per exhortationem, quâ exhortamur & ipsi à Deo. Qui non est expertus pauca recognoscit.*

[i] Matth. 7. 1.
[k] 1. Cor. 13. 5.
[l] Rom. 14. 4.
[m] Eccl. 34. 9.
[n] Isai. 28. 19.
[o] 2. Cor. 1. 4.

VVLGATÆ.

Vers. 18.] Tu autem Domine demonstrasti, &c.

SEPTVAGINTA.

18. Κύριε γνώρισόν μοι, καὶ γνώσομαι. τότε εἶδον τὰ ἐπιτηδεύματα αὐτῶν.

Vers.

Vers. 18.] Domine notum fac mihi, & cognoscam. Tunc vidi studia eorum.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1

PARAPHRASIS Chaldaica. *Dominus autem docuit me, & didici, tunc ostendisti mihi studia eorum.*

Vers. 18. (*Tu autem Domine, &c.*)

Origen. Cogitationes hominũ absque Dei reuelatione sciri nequeunt à quoquã Sanctorum.

Origenes homil. 8. in Ieremiam in initio, supposito quod in Euangelio dicitur, [a] *Vnus est magister vester Pater, qui in cælis est.* Et quod in Psalmo habemus, [b] *Qui docet hominem scientiam:* rectè hæc à Ieremia dicta asserit. (*Notum fac mihi Domine & cognoscam,*) *Neque enim scire possum, nisi tu mihi reuelaueris. Sin autem demonstrante te potero nosse quod nescio, Tunc videbo cogitationes singulorum, & cognoscam quid vnusquisque gerat, & cuius sit voluntatis.*

a Matt. 23. 8.
b Ps. 93. 10.

Hieron. In Ieremiæ persona hæc locutũ Christum.

Hieronymus è contra non Ieremiæ, sed Christo hæc tribuens, *Omnium* inquit, *Ecclesiarum iste est consensus, vt sub persona Ieremiæ à Christo, hæc dici intelligant: quod ei Pater monstrauerit, quomodo eum oporteat loqui, & ostenderit illi studia Iudæorum. Et ipse quasi agnus, &c.* quæ sequuntur.

Ambros. Christus locutus passionis suæ mysterium in Ieremia.

Ambrosius quoque lib. 4. de fide cap. 7. hoc tamquam certissimum assumens, vt Christus sit qui hæc, & sequentia ad Patrem habuerit vt homo. *Dicas* inquit, *velim quis ille sit, qui locutus sit in Propheta,* (*Domine notum mihi fac vt sciam. Tunc vidi cogitationes eorum. Ego vt agnus ductus sum ad immolandum innocens, & nesciebam, &c.*) *Si enim filius incarnationis futuræ loquitur Sacramentum, quod impium est, vt de Patre credas, filius est vtique qui supra dixit.* [c] *Ego plantaui te vitem fructiferã, &c.* Christo pariter hæc tribuunt Patres ferè omnes quos mox referam de Christo exponentes quod sequitur de agno ducto ad victimam, & ligno misso in panem eius.

c Iere. 2. 21.

Theodorit. Ieremias refert simul quæ cõtra se, & cõtra Christum gesta sunt.

Theodoritus. *Docet Propheta quæ commiserunt in se ipsum, & in Dominum Christum, in ipso enim Propheta hæc adumbrata sunt.* (*Domine demonstra mihi, & cognoscam.*) *Ipsa precatio testatur, eum non modò referre quæ commissa sunt in se. Alioquin nullâ reuelatione opus erat ad perspicienda quæ tunc fiebant, cum in eum admitterentur. Reuelatio autem præmonstrat futura,* (*Tunc vidi studia eorum.*)

D.Thom. Christi passio figurata per Ieremiæ persecutionem.

D.Thomas. *Hoc quidem quod dicitur ad literam, conuenit Ieremiæ, qui in odiũ populi venit propter mala quæ prædicebat. Sed persecutio Ieremiæ figurabat passionem Christi, & quod in præsenti in Ieremia completum est: hoc in futurum de Domino prophetauit. Primò ergo hic ponit communis culpæ reuelationem,* (*demonstrasti*) *interiori reuelatione,* (*Ostendisti*) *exterioribus signis* (*studia*) *machinationes eorum* (*contra me,*) *Et proponit reuelationis necessitatem: quia per se cogitationes scire non poterat, nec suspicari propter suam innocentiam quæ talia non merebatur. Christus etiam secundum hominem in via cognitionem illam accepit à Deo, quã omnia sciuit per gratiam vnionis, sicut alij accipiunt ea quæ sciunt per gratiam reuelationis.*

Christus sciuit omnia per gratiã vnionis.

3

In Prophetis plura quæ secũdum historiam, plura quæ secũdum allegoriã intelligi debẽt.

Rabanus Maurus in principio lib. 6. in Ieremiã. *Cum plura sint, quæ in libro Ieremiæ puram historiam retexant, pluráue quæ mysticam interpretationem quærant: Sunt quoque inter hæc nonnulla quæ dupliciter, hoc est iuxta historiam, & iuxta allegoriã intelligi valeant. Prudens lector diligenter considerare debet, quod vnicuique sententiæ ritè conueniat, & sic allegorizet, vt veritatem historiæ non perdat, sicque historiæ innitatur, vt allegoriæ vtilitatem in locis opportunis accipere non negligat. Simulque notandum quod Prophetæ, & Psalmi ideo obscuri sunt, & difficiles ad intelligendum, quia in diuersam narrationẽ sæpe persona mutatur, & dum lector ad alia attẽdit, subitò ad alia rapitur, quod in multis locis Sacræ Scripturæ, nec non & in præsenti loco probatur. Quia dum Propheta ex sermone Domini Iudã pro sceleribus suis, & idololatria corripuit, vocemque Domini ad se factam testatus est prohibentem orare pro populo, eo quod indignus sit veniã, repente ad Christi passionem narrandam sub sua persona se contulit, dicens.* (*Tu autem Domine demonstrasti mihi & cognoui, &c.*)

Prophetarum obscuritas exinde quòd frequẽter ex vna re, & persona trãseunt ad aliam.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΚΥΡΙΕ γνώρισόν μοι καὶ γνώσομαι. τότε εἶδον τὰ ἐπιτηδεύματα αὐτῶν.

Εὐσεβίου καισαρείας.] Θεοῦ γὰρ δεῖται διδασκάλου τὸ τῆς οἰκονομίας μυστήριον, οὗ τις μὴ τυχὼν, καὶ τοῖς περὶ τὸν σωτῆρα συμβεβηκόσι περιπταίει. ἰουδαίοις γοῦν ἐστὶ σκάνδαλον, ἕλλησι δὲ μωρία. τὸ δὲ, ἔτι σοῦ λαλοῦντος ἐρῶ, ἰδοὺ πάρειμι, καὶ περὶ τὸν προφήτην δεξάμενον γέγονεν. ὡς γοῦν εἰσακουσθεὶς φησί. τότε εἶδον τὰ ἐπιτηδεύματα αὐτῶν. ὁ τοίνυν γνωρίζων αὐτῷ Θεός. [κύριε γνώρισόν μοι, καὶ γνώσομαι.]

Ὀλυμπιοδώρου.] θείαν ἀποκάλυψιν αἰτεῖ λαβεῖν περί τε τῶν καθ᾽ ἑαυτὸν, καὶ τῶν ἐπὶ τοῦ δεσπότου χριστοῦ.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὅτε εἰς ἐμὲ ἡμάρτανον, οὐχ ἑώρας. ὅτε τοιαῦτα ὕβριζον οὐκ εἶδες. ἀλλ᾽ ἔλεγες, οὐχὶ τοῦ ἀνθρώπου ἡ ὁδὸς αὐτοῦ. διατί μὴ λέγεις καὶ νῦν. οὐχὶ τοῦ ἀνθρώπου ἡ ὁδὸς αὐτοῦ, ἀλλὰ τὰ ἐπιτηδεύματα αὐτῶν καλεῖς;

4

Vers. 18. DOmine notum fac mihi, & cognoscam. Tunc vidi studia eorum, &c.

Euseb Cæs. Doctrina sacra præsertim mysterij Incarnationis, Dei indiget magisterio.

Eusebij Cæsariensis.] *Deo enim indiget præceptore diuinæ dispensationis mysterium, sine quo errabit in iis, quæ spectant ad Saluatorẽ. Iudæis* [d] *itaque scandalum est, gentibus autem stultitia. Illud verò,* [e] *Adhuc te loquente dicam, Ecce adsum, Prophetæ quoque oranti contigit. Veluti igitur exauditus ait;* (*Tunc vidi studia, moresque eorum.*) *Qui ergo hæc illi nota facit, Deus est,* (*Domine notum fac mihi & cognoscam.*)

d 1. Cor. 1. 23.
e Isai. 58. 9.

Olympiod.

Olympiodori.] *Reuelari sibi diuinitus petit & quæ ad se, & quæ ad Christum attinent.* (*Tunc vidi studia eorum.*)

Chrysost. *Opera nostra & non in nobis esse dicuntur, & esse nostra.*

Chrysostomi.] *Quum in me delinquebant, non videbas; cùm hæc petulanter agebant, non inspexisti; sed dicebas,* [f] *non est in homine via eius. Propter quid & nunc non dicis, Non est hominis via eius, sed studia eorum vocas?*

f Ier. 10. 23.

Vers.

Vers. 19] Et ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam, & non cognoui, quia cogitauerunt super me consilia, dicentes: Mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra viuentium, & nomen eius non memoretur ampliùs.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

1 a *Et ego quasi agnus mansuetus, (seu, & quasi bos) qui portatur ad victimã: & non cognoui, quia cogitauerunt super me consilia, dicentes, Mittamus lignũ in panem eius: & eradamus (seu excidamus, aut exteramus) eum de terra viuentium, & nomen eius non memoretur ampliùs.*

b *Et ego quasi agnus, &c.*

ET[a] *ego ad passionem quam demonstrasti subeundam, absque vlla renitentia, imò prompto hilarique animo me habui, ac si non nossem quæ mei contra me secretis consiliis decreuerint aduersarij, gerens me instar agni mansueti, & bouis, qui dum ad lanienam ducuntur, sequuntur ipsos ducentem, quæ eis euentura sint ignorantes. Commune enim inter se Iudæi habuerunt consilium, ita vt dixerint, Demus in panem eius lignum, suspendamus, affigamusque illum crucis ligno. Et penitus ipsum, eiusque memoriam de terra ista, in qua degunt viuentes, deleamus, nomen quoque eius sicut peruersissimis fieri consueuit, vbicumque repertum fuerit eradentes. Excidamus eum veluti arborem vsque ad radicum ima, itavt nedum quidpiam eius reliqui appareat in terra, sed nec amplius germinare in ea queat, aut pullulare in discipulis. Atteramusque illum vti vas figlinum in puluerem, vt nil eius supersit, cuius meminisse quis valeat.* [b] *Similia & mihi pariter Ieremiæ contigêre: Siquidem cùm in Ierusalem simplici animo inter Iudæos conuersarer, ignorabam quæ mihi illi molirentur malorum, eramque inter illos tanquam agnus mansuetus, vel etiam vt bos qui ad necem ducuntur, quò tendant, quóue trahantur penitus nescientes. Contra me namque secretò consuluerunt, vt ligno me cibarent, in lignum extollentes, vtque & mei memoriam omninò de medio tollerent.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *Christus quã aptè dictus sit agnus.*

ET *ego quasi agnus mansuetus*, &c. Quòd Christi etiam secundùm literam hæc sint verba, tum ex iis patet, quibus in præallata apud Isaiam passionis narratione de eo sic dicitur,[c] *Sicut ouis ad occisionẽ ducetur, & quasi agnus coram tondente se, obmutescet, & non aperiet os suum:* tum ex eo quòd ad [d] typicum alludens Paschalem agnum, cuius sanguine aspersi sunt Iudæorum postes in Ægypto, alterumque [e] illum, qui singulis diebus manè & vespere in templo sacrificabatur: multóque magis verum agnum istum ab Isaia, & hîc apud Ieremiam Prophetatum insinuans Ioannes Baptista, digito ipsum indicans dixisse cum Græco articulo legimus in Euangelio,[f] *Ecce ille agnus Dei*, & qui antiquitus scil. figuratus fuit, & quem Prophetæ prænunciauerunt. *Ecce qui tollis peccata mundi*, quia ipsius sanguine (vt mox explicauimus) peccatorum maculæ deletæ, & mundatæ sunt. Ecce agnus ille qui ob immaculatam innocentiam de semetipso apud Ieremiam, iuxta versionem Sept. dixit, (*Ego quasi agnus innocens ductus ad immolandum, non cognoui.*)

c Isai. 53. 7.
d Exo. 12. 3.
e Ex. 29. 38.
f Ioan. 1. 29.

2 *Christus cur agnus innocens, mãsuetus & electus dictus sit.*

Pro eo quod Sept. ad prædictum mysterium oculos habentes immaculati candoris Christi verterunt. (*Innocens:*) & noster quoque Interpres vertit, (*Mansuetus,*) aliud respiciens mysterium in supra relatis expositum iis Isaiæ verbis. [g] *Oblatus est quia ipse voluit, & non aperuit os suum, sicut ouis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tondente se, obmutescet*, &c. In Hebr. est vox אלוף *aluph* quæ & nomen substantiuum esse potest, & participium passiuum verbi אלף *alaph*, docere, & assuefacere. Vt participium sumptum fuisse videtur à nostro Interprete, quatenus animalia assuefacta, docta, atque edomita mansueta esse conspiciuntur. Quamquam potuit idem quoque illud sumere vt nomen substantiuum, vt Principem significat, ducem, atque ductorem, quomodo id sumpsit & Paraphrasis Chaldaica, illud reddens, (*electus*:) constat autem animalium ea quæ in duces eliguntur gregalium, cæteris quæ ab illis ducuntur, præelecta esse solere præstantiora, & mansuetiora. Cæterùm cùm alter sit eiusdem nominis significatus, nempe bouis, in eo id hoc loco sumunt Hebræi, asseritque Rabbi Dauid in lib. Radicum subintelligendam ei præpositam literam vel vau, significantem, &, vel caph, designantem sicut, Vnde ex Hebræo Sanctes-Pagninus ita hæc vertit, *Et ego eram tamquam agnus, & tamquam bos, qui ducitur ad iugulandum, & non cognoui, quod* &c.) Vatablus, (*At ego sicut agnus assuefactus.*) In scholiis verò, *Et sicut bos qui duci solet ad iugulandum*, seu, *ductus ad lanienam*,) Regia verò magis ad verbum, (*Et ego tamquam agnus, bos ducetur ad iugulandum*, &c.)

g Isai. 53. 7.

R. Dauid.

3 And. Cappel. *Christus agnus innocẽs, mansuetus, electus, bos, & ductor.*

Præclarè autem Andreas Cappella has omnes significationes Christo congruentissimas ostendit. *Ipse enim*, inquit, *verus est* (*agnus*) *de quo Ioannes*, [h] *Ecce agnus Dei, qui*, &c. (*Mansuetus*) [i] *qui cùm malediceretur non comminabatur, de quo Isaias*, [k] *Quasi agnus coram tondente se, obmutescet*, &c. (*Innocens*) [l] *qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius.* [m] *Talis enim decebat, vt nobis esset Pontifex, innocens, impollutus*, &c. *Ipse* (*bos*,) *qui iugum crucis portauit, dicens*, [n] *Tollite iugum meum super vos, & discite à me*, &c. *Et in eadem cruce pro nobis oblatus est hostia, & sacrificium pro peccatis. Ipse* (*agnus assuefactus*.) [o] *Didicit enim ex his quæ passus est, obedientiam, Ipse* (*agnus electus*) *de quo sponsa*, [p] *Electus ex millibus: Et in Isaia*, [q] *Ecce puer meus quem elegi. Ipse Princeps, & (ductor) noster, qui vt* [r] *bonus Pastor proprias oues vocat nominatim, & ante eas vadit, & oues eum sequuntur.* [f] *Et qui sequitur me, ait, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Et in Apocalypsi*, [t] *Hi sequuntur agnum quocumque ierit.*

h Ioan. 1. 29.
i 1. Pet. 2. 23.
k Isai. 53. 7.
l 1. Pet. 2. 22.
m Heb. 7. 26.
n Matth. 11. 29.
o Hebr. 5. 8.
p Cant. 5. 10.
q Isai. 42.
r Ioan. 10. 3.
f Ioan. 8. 12.
t Apo. 14. 4.

4 *Christus quomodo dicere potuit se non cognouisse quæ sibi subeunda fuerant tempore passionis.*

Contra hunc de Christo sensum id facit, quod post allatas similitudines agni, & bouis, seu similitudinem agni mansueti, assuefacti, electi, atque ductoris, & innocentis, subditur, (*Et non cognoui, quia cogitauerunt super me consilia, dicentes*, &c.) Quomodo enim non cognouisse dici potest, (*quia cogitauerunt*, &c.) quem sæpius Euangelistæ [u] asserunt & sciuisse, & vidisse Iudæorum sibi infensorum cogitationes? Quomodo non cognouit quæ passionis tempore contra ipsum à Iudæis ordienda essent, quæue tunc subeunda sibi forent asperrima, qui etiam vt homo per infusam à Patre scientiam ab instanti primo Incarnationis (vt supra explicatum est) eorum omnium factus fuerat conscius? Vnde & duodecim Apostolis ea ab ipso prædicta legimus in Euangeliis [x] Matthæi, [y] Marci, [z] ac Lucæ distinctissimâ singulorum habitâ enarratione. Et de cognita sibi instante sui crucifixione, discipulis dixit, [aa] *Scitis quia post biduum Pascha fiet, & filius hominis tradetur vt crucifigatur.* His tamen non obstantibus haud ambigendum, & Christo iuxta literam quicquid hîc dicitur optimè

u Matt. 9. 4. Matt. 12. 25. Luc. 6. 8. Luc. 5. 47.
x Matth. 20. 17.
y Marc. 10. 31.
z Luc. 18. 31.
aa Matt. 26. 2.

Duci tanquã agnũ,& tanquam bouem phraſi Hebraicâ ſignificatur, ſine renitentia,& ſimpliciter ſequi ducentẽ ſe ad interitum.

mè competere. Quod enim ait, (*Et ego ſicut agnus manſuetus*, ſeu, *ſicut agnus,& tamquam bos, qui portatur ad victimam*, ſeu *ad iugulandum*, aut, *ad lanienam*, *& non cognoui*, &c.) Phraſis eſt Sacræ Scripturæ, quâ ſignificari conſueuit, quempiam ſimpliciter, & abſque vlla renitentia ſinere ſe duci ad ſui interitum: ſic in libro Prouerbiorum de vecorde illo iuuene iuxta noſtram Vulgatæ lectionem legimus *ſtatim eam*, [a] ſcilic. prauam mulierem, *ſequitur, quaſi bos ductus ad victimam, & quaſi agnus laſciuiens*, id eſt, cum lætitia exiliens, *& ignorans quòd ad vincula ſtultus trahatur*. Secundùm quam phraſim quod Christus inquit tale eſt, Ego ad paſſionem, quam mihi demonſtraſti ſubeundam, abſque vlla renitentia, promptóque ac hilari animo me habui, ac ſi non noſſem quæ mei contra me ſecretis conſiliis decreuerint aduerſarij, non ſecus ac ſi eſſem agnus, &c. ſeu, gerens me inſtar agni manſueti, ſeu inſtar agni, ac bouis, qui dum portantur ad occiſionem ſequuntur ducentem ſe, ignorantes quæ ipſis ſint euentura.

a Prou. 7. 22.

5 *Ignorantia quomodo tributa Chriſto, & quomodo Ieremiæ.*

Et per eamdem phraſim patet, non minùs congruè hæc ipſa pariter iuxta literam Prophetæ competere Ieremiæ, qui nedum in perſona Chriſti, ſed in perſona hæc habuerit propria: tametſi ſimilitudo ignorantiæ diuerſa ratione ei cõgruat ac Chriſto. De Chriſto quippe ea (vt dictum eſt) intelligitur quòd ita ſe habuerit, ac ſi ignoraſſet Iudæorum conſilia, non declinans eorum inſidias, cùm facilè id quiuiſſet, prout eum feciſſe quum voluit, legimus in Euangelio, quando vel ſe ab eis abſcondit, vel tranſiens per medium illorum ibat. De ipſo verò Ieremia eadem pro vera ſumenda eſt deſignanda ignorantia, vt ſenſus ſit, Cùm in Ieruſalem ſimplici animo inter Iudæos conuerſarer, ignorabam, quæ mihi illi molirentur malorum, eramque inter illos tamquam agnus manſuetus; vel etiam vt bos qui ad victimam, & lanienam ducuntur, quò tendant, quóue trahantur penitus neſcientes.

6 (*Mittamus lignum in panem eius*,) Locus iſte celeberrimus eſt apud Sanctos Patres in confirmationem crucifixionis Chriſti: ſicque neceſſariò Hieronymus de Chriſto eum cenſet intelligendũ ſecundùm literam, vt nullatenus de Propheta queat interpretari, quem ſcriptura non memorat crucifixum. Imò tam apertam de Chriſto hanc totam ſententiam, ne per eam conuincerentur myſterij tanto tempore ante prænunciati crucifixionis illius, Iudæos è ſcriptura ſua eam reſecaſſe aſſerit Iuſtinus Martyr Colloquio cum Triphone Iudæo, Sed cùm, ſicut idem ait, ea adhuc in aliquibus ſupereſſet exemplaribus eorum, quæ in Synagogis legebantur: altero id vaticinij eneruare obnixi ſunt artificio ſceleſtiſſimo, textum in ipſorum lectione vitiantes: vt rectè aduertit Leo de Caſtro lib. 3. Apologetici noſtræ ſcripturæ, & Sanctorum Patrum. Si quidem pro נשליכה *naſlicha*, (*Mittamus*) prout legiſſe patet & Sept. antiquiſſimos eorum ſapientiſſimos, mutatis duabus literis ל *lamed* ſcilicet in ח *cheth* & כ *chaph* in ת *thau*, poſuêrunt נשחיתה *naſchithah*, (*corrumpamus*) & iuxta vitiatam hanc lectionem recentiores ex Hebræo interpretes ſuas ediderunt verſiones. Sic Regiæ Interpres imitatus Rabbi Dauid in libr. Radicũm, aliosque Iudæos, legit, (*Corrumpamus lignum in pane eius*.) Vatablus, (*Corrumpamus lignum in cibum eius*,) ſeu per tranſpoſitionem præpoſitionis, (*Corrumpamus ligno cibum eius*,) (notum eſt, Hebraicâ Sacræ Scripturæ phraſi panis vocabulo deſignari cibum in genere.) Denique Pagninus eadem præpoſitionis tranſpoſitione vertit, (*Corrumpamus veneno cibum eius*.) Veneno autem vertit, quia communis Hebræorum ſententia eſt, vt lignum intelligendum hîc ſit lethiferum, ac venenoſum, Taxumque in primis, cuius & lignum, & folia, & flores & baccæ, imò & vmbra præſentiſſimi ſunt veneni, vt videre eſt apud eos qui de eo tractant, Theophraſtum lib. 3. hiſtor. cap. 10. Plinium lib. 16. cap. 10. & alios: ita vt ex magna Taxi vi venenoſa, quodlibet venenum Toxicum appellatum cenſuerint aliqui. Iuxta quam lectionem ita hæc exponit Vatablus, vt ſignificetur, Iudæos contra Ieremiam decreuiſſe illum occidere eius cibo infecto veneno, ac ſi dicatur inquit, *Ligno minutatim conciſo venenatum reddamus, & lethalem eius cibum*. Seu, vt ait Maldonatus, *Comminuamus, In puluerem redigamus toxicum & miſceamus cibo Ieremiæ, vt tollamus eum*, &c. Aliter Rabbi Dauid accipiens præpoſitionem (*in*) pro alia, *Cum Perdamus*, ſignificari inquit, *arborem cum fructu ſuo*: ac ſi dicatur, *Occidamus Prophetam, vt cum ipſo pereat, & prophetia eius, ne nobis quotidie ingrata prophetet*. Iudæorum & Iudaizantium ſenſum de veneno aptant plerique recentiorum & lectioni noſtræ. (*Mittamus lignum*,) id eſt, iniiciamus venenum (*in panem*, & *cibum eius*.) *Nolebant*, inquit Petrus à Figueira, *eum palàm occidere, ſed veneno, idque operâ cognatorum Anathothitarum, apud quos edere ſolebat*. Imò & D. Thomas ex antiquioribus, & Nicolaus de Lyra eumdem proſequuntur ſenſum in ſuis in hunc locum poſtyllis. Aſſertque ex Iudæorum ſententia illum & Hugo Cardin. Ac ſi dicatur, *Mittamus lignum aliquod venenoſum, & toxicatum quod ſi radatur, vel teratur, & ponatur, vel miſceatur pani, vel vino, inde homo edens ſtatim moritur. Vel lignum, id eſt ſuccum ligni, vel arboris alicuius venenoſæ, vt Taxi*. Addenſque ſenſum alterum eodem ſpectantem ait, *Mittamus lignũ in panem eius, id eſt, confringamus eum. Quaſi hæc fuerint conſilia eorum: vt ſicut vitrũ ponitur in pane, vt canis inde edẽs moriatur. Vitrum enim cùm tranſglutitur dirũpit inteſtina; Sic ipſi occultè mortem machinabantur Ieremiæ per alios, vt ſic totum facerent, & nihil feciſſe viderentur, Vnde mittamus lignum in panem eius, id eſt, occultè occidamus eum. Simile Sap. 2.* [b] *Circumueniamus iuſtum*, &c.

Hieron.

Iudæi antiquitùs reſecarunt è textu hanc Prophetiam.

Iuſt. Matt.

Iudæi vitiauerunt textũ huius Prophetiæ.

Leo de Caſt.

Taxus adeo venenoſa, vt aliqui cẽſeãt ab ea venenũ quodlibet appellatum toxicum.

Theophraſt. Plinius. Vatablus.

Maldon.

Rab. Dauid.

Petr. à Fig.

D. Thom. Nicolaus de Lyra.

Hug. Card.

b Sap. 2. 12.

7 *Iudæorũ ſenſus qui ſunt contra fidei myſteria eliminandos ab Eccleſia.*

Similes tamen ſenſus (vt dicã quod ſentio, pace noſtrorũ qui quoquo modo illos ſequuntur) omnino ab Eccleſia Catholica eliminãdos eſſe cenſerem, ſicut & Iudæorũ textus corruptionẽ; quæ ob id abſque dubio facta eſt ab iis crucis Chriſti inimicis, vt locus pro ea cõfirmãda alioquin euidentiſſimus ita propriè cõueniens appareret Ieremiæ, vt nec cruci, nec Chriſto vllatenus competeret. Quid enim veneni mors, cum morte crucis? Et nemo eſt qui neſciat, tantùm abfuiſſe vt Chriſto mors occultè fuerit exhibita, vt vix excogitari quiuerit eâ patentior, & toti populo, & vniuerſo mundo. Quippe quæ ei illata fuit in celeberrima Ciuitate Ieruſalem, quam in medio Orbis terrarum ſitam inquiunt: in ſolennitate Paſchali, quo tempore vndequáque ad eam frequentiſſimus erat concurſus: Super montem, vt è loco excelſo omnibus eſſet conſpicua: & denique per ſuſpenſionem in ligno crucis, vt oſtentui cunctis ea eſſet, & in exemplum: vnde factum eſt, vt quod Latinè ſuſpendere, & crucifigere dicitur, in Græca verſione Sept. expreſ-

Chriſto illata fuit mors patentiſſimè.

expressum reperiamus verbo παραδειγματίζειν in exemplum proponere, quod ab omnibus videatur, & rideatur, vt patet ex cap. 25. lib. Numer. vbi enim nos legimus.[a] *Tolle cunctos Principes, & suspende eos contra Solem in patibulis.* pro *Suspende* Sept. legunt παραδειγμάτισον. Quo verbo vsus est & Apostolus Paulus in cap. 6. epistolæ ad Hebr. vbi enim ait, [b] *Rursum crucifigentes filium Dei, & ostentui habentes,* Græcè pro ostentui habentes est παραδειγματίζοντας, id est, *exemplum ludibrio palàm exponentes.*

a Num. 25. 4.

b Heb. 6. 6.

8 Sensus Communis Patrum.

Communis certè ab initio Ecclesiæ veterum, Sanctorumque Patrum, quorum longum in nostra Appendice videre quilibet potest collectum Catalogum, sensus est, vt primâ ratione de Christo hæc interpretanda sint, vt ligni nomine crucis designatum sit lignum, panis verò Christi vocabulo, illius intelligendum sit corpus, & caro, de qua ipsemet in Euangelio ait. [c] *Caro mea verè est cibus,* iuxta id quod & mox supposuimus, cibum in genere & quodlibet eduliorum in sacris literis Hebraicâ phrasi panem nuncupari; Quamquam & ob specialem magisque propriam rationem idem Christi corpus panis sit dictum, quia in S. Eucharistiæ Sacramento sub panis speciebus manducandum tradatur, propter quam rationem dixit ipse item in Euangelio, [d] *Ego sum panis vitæ Patres vestri manducauerunt Manna in deserto, & mortui sunt: Qui manducat hunc panem viuet in æternum.* Subiiciens illico. [e] *Et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita.*

Panis nomine designata caro Christi.

c Ioan. 6. 56.

d Ioan. 6. 48.

e Ioan. 6. 52.

Hunc certè sensum communi (vt dictum est) Sanctorum Patrum consensu fidelibus traditum, & iam ab Ecclesia Catholica etiam in officio commemorationis passionis Christi receptum, si non venerarer, si non amplecterer, vix effugere me posse arbitrarer magnæ notam temeritatis. Quam auertat à me Deus. Id nihilominus cum omni debita dixerim reuerentia, ipsum non tam literalem dicendum, quàm mysticum. Quis enim abnuat, eam panis acceptionem mysticam esse, cùm corpus Christi, de quo hîc dictum est, (*Mittamus lignum in panem eius*) seu, Aptemus crucis lignum corpori eius, quando cruci affixum fuit, te vera tunc nec vt cibi rationem habens, nec sub panis fuerit speciebus. Quodque apud me maiorem vim habet id est, quòd Sicut exinde quòd in Euangelio Ioannis de Christo prædictum id dicitur. [f] *Os non comminuetis ex eo*, deducunt admodum bene Theologorum complures, literalem eum esse sensum, ita tamé, vt idipsum literali pariter & historico sensu de vero dictum sit agno, qui integer [g] comedendus iubebatur in Paschate. Pari ratione sic censeo ista literali sensu de Christi crucifixione prædicta in eiusdem Christi persona à Ieremia, vt tamen sensu pariter literali ipsimet congruant Prophetæ, & in persona quoque propria historicè loquenti. Certum est autem, allatam eius sensus expositionem nullatenus ambobus aptam. Quis enim dicere ausit, Ieremiæ etiam carnem significatam panis vocabulo, sicut & carnem Christi?

f Ioan. 19. 36.

g Exod. 12. 46.

9 *Mittere lignum in panem alicuius parabolicâ locutione significat illum vel ligno verberare, vel in ligno suspendere, aut affigere.*

Sensus Auctoris.

Quamobrem sine præallati sensus præiudicio, hunc ipse magis meâ sententiâ literæ consonum; & tam Christo, quàm Ieremiæ, & crucis pariter mysterio congruum existimo. Vt quod hîc dicitur sit quædam prouerbialis, & parabolica locutio, Iudæorum designans consilij decretum, vt tam Ieremiam ligno suspenderent, quàm Christum ligno item, crucique

A suspensum affigerent. Quam prouerbialem locutionem & Italice vulgo vsurpamus dicentes, *Farò ch'il tuo pane sia il bastone*, quum cuipiam significare volumus, frequenter eũ ligno vapulaturum, aut magis ad rem. *Ti darò per pane vna forca*, suspendium in ligno illi minitantes. Et Latinè pariter similem apud Plautum reperio in Actu primo Amphitruonis circa medium, vbi Mercurius ad Sosiam ait. *Quisquis homo huc venerit, pugnos edet.* Ad quem Sosias, *Apage*, inquit, *non placet me hoc noctis esse, cœnaui modo. Proin tu istam cœnam largire, si sapis, esurientibus.* Quid Gentiles refero

Plautus.

B Poetas, cùm & apud Sanctissimum Gregorium Nazianzenum in Carmine de vita sua eadem phrasi reperiamus dictum λίθοις παρίεσο τὴν ἐμὴν πανδαισίαν. Non iam recensebo lapides lautissimum epularum omnium conuiuium meum. Quinimò & in sacris literis eamdem aduertere est, vt in Psal. 41. [h] *Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte.* In Psalmo 79. [i] *Cibabis nos pane lachrymarum.* In Psalmo 101. [k] *Cinerem tamquam panem manducabam.* Sicut & Thren. 3. [l] *Cibauit me cinere.* Tale est id quod supra in cap. 9. dicebat Dominus, [m] *Ecce ego cibabo populum istum Absinthio,* &

h Psal. 41. 4.

i Psal. 79. 6.

k Psal. 101. 10.

l Thren. 3. 10.

m Ierem. 9. 15.

C quod in Threnis dicitur, [n] *Satiabitur opprobriis.* Eadem prouerbiali locutione, in bonum tamen sensum vsum & Redemptorem dixerim nostrum, quum in Euangelio Ioannis, dicentibus illi discipulis, [o] *Rabbi manduca: respondit: Ego cibum habeo manducare; quem vos nescitis.* Moxque meliùs se declarans, addit. *Meus cibus est vt faciam voluntatem eius, qui misit me, vt perficiam opus eius.* Itaque hac ratione hoc quod hîc dicitur sumpto, Tantumdem est, *Cogitauerunt super me consilia, dicentes, Mittamus lignum in panem eius.* Ac si dicatur, commune inter se Iudæi contra me habuerunt con-

n Thren. 3. 30.

o Ioan. 4. 34.

D silium, ita vt dixerint, Demus in panem eius crucis lignum; & absque parabola, Suspendamus, & affigamus illum ligno crucis. Id quod contra Ieremiam decreuerunt quidem, executioni verò minimè mandarunt. At contra Christum, & decreto statuerunt, & facto expleuerunt, quando ad Pilatum clamarunt, [p] *Crucifige, crucifige eum.*

p Ioan. 19. 6.

10

Et iuxta hunc sensum haud necesse est vt confugiamus ad figuram metathesis, & transpositionis, Ad quam confugiunt, plerique eorum qui præallatum communem sequuntur sensum, Ac si

E dicatur, Mittamus panem eius in lignum. Quamquam Hugo Cardinalis summâ ratione absque tali transpositione dictum ait, (*Mittamus lignum in panem eius*) ad innuendum, quòd maiorem haberet potentiam panis ille carnis Christi super lignum, quàm lignum super panem, iuxta id Habac. 3. [q] *Cornua in manibus eius.* Porrò quod non simpliciter dictum est (*Demus lignum in panem eius*) iuxta nostrum iam allatum sensum, sed,)*Mittamus lignum*, &c.) Haud nouum certè in sacris est literis, vt mittendi verbum adhibeatur pro verbo dandi. Nam & Psalmo 104. 28. id quod Deus ef-

Hugo Card. *Corpus Christi crucifixum maiorem potentiam habuit in cruce, quàm crux in ipsum.*

q Habac. 3. 4.

F fecit, dando tenebras in Ægypto per lucis duntaxat priuationem, sic asseritur, [r] *Misit tenebras & obscurauit*: id est dedit, causauit tenebras obscurando. Et ipsummet dare cibum, Eccl. 11. [f] *Mitte panem tuum super aquas,* id est da panem tuum hominibus, instar aquarum labentibus, vt plerique ibi interpretantur Expositorum, iuxta illud Sapientis eius viduæ, quæ 2. Reg. 14. 14. dixit. [t] *Quasi aqua dilabimur.* Atque idipsum de exhibitione obseruare est & potus Habac. 2. 15. [u] *Væ qui potum dat amico suo mittens fel suum & inebrians,* &c.

Mittẽdi verbum vsurpari solitum pro verbo dandi.

r Psal. 104. 28.

f Eccl. 11. 1.

t 2. Reg. 14. 14.

u Habac. 2. 15.

quod

quod tantūdem est ac si diceretur, Væ ei qui mittit, id est, dat fel, id est, furorem suum in potum amico suo, vt illum exhibitis inebriet, cumuletque afflictionibus. Sed & fortasse id factum dici posset, vt intelligeremus, ad eum antiquissimum allusum morem, quo iis qui in crucem suspendendi essent, à iudicibus crux ipsa mittebatur, quam ipsimet sibi eò deferrent loci, vbi affligendi in illa essent, cuius moris meminit Plutarchus lib.6. de tarda numinis vindicta, dicens, *Corpore quidem quisque maleficorum suam effert crucem.* Sic apertè de Christo Iesu in Euangelio legimus, [a] *Et baiulans sibi crucem exiuit in eum qui dicitur Caluariæ locum, vbi crucifixerunt eum.*

Cruci affigendi deferebant suam crucē.

Plutarchus.

a Ioā.19.17.

Gasp.Sanct.

Gaspar Sanctius alium excogitauit sensum in suis super hunc locum Comment. vt metaphorica in his sit locutio, & pariter prouerbialis, ligno quo propriè designari consueuit crux, quodlibet significatum inquiēs supplicium genusque mortis: vt significetur, cum cibo mortem quoque commiscendam, aut certè einsmodi porrigendum Prophetæ cibum, qui instar mortis sit, aut qualis ad patibulum tractis, aut in mortuorum funeribus ministrari solet. *Mittere itaque lignum in panem, idem esse videri*, inquit, *potest, atque aliquem eò conijcere, vbi vita sit instar mortis, & cibus, qui non tam vitam sustentet, quàm protrahat mortem.* Verùm & hic sensus generalior est, quàm vt sententiam istam ad specialem crucis referat mysteriū. Adeoque nec propter illum ab eo recedendum puto, quem mox attuli, imò in ipso magis confirmor.

11 *Ligno significatum quodlibet supplicium, mortisque genus.*

Mittere lignū in panem est quē eò conijcere, vbi vita sit instar mortis, & cibus qui protrahat mortem.

12

(*Et eradamus eum de terra viuentium, & nomen eius non memoretur amplius.*) Breuiùs hoc totum explicatum habemus in libro Sapientiæ, vbi aduersùs iustum per impios dicitur, [b] *Morte turpissimâ condemnemus eum.* Per mortem enim eraditur quisque de terra, in qua viuentes degunt. Per mortem verò crucis, quâ nulla turpior, ea inferebatur infamia, vt nemo esset qui fari crucifixi hominis auderet nomen. Vnde & in libro Deuteronomij dicitur. [c] *Maledictus à Deo est qui pendet in ligno.* Quamquam per ipsam, quâ hîc & Christi & Prophetæ hostes vsi sunt loquendi formam, multò efficaciùs suum contestati sunt erga eum odium, quem morti crucis adiudicare decreuerant. Quomodo & in primo lib. Regum mulier illa Pythonissa ingentem Regis Saul odium in magos, & hariolos, quo illos sic persecutus erat, vt & illos, & ipsorum nomina è terra sustulerit, hisce expressit verbis, [d] *Ecce tu nosti quanta fecerit Saul, & quomodo eraserit magos, & hariolos de terra: quare ergo insidiaris animæ meæ, vt occidar?* Sic igitur propositâ quam inferre volebant turpissimâ morte, & hi addunt, (*Et eradamus eum*, &c. id est. Et penitus eum, eiusque memoriam de terra ista, in qua vitam degunt viuentes, deleamus, sicut quod eraditur omnino deletur. Vt sit & allusio ad id quod in summam cuiuspiam fieri consueuit detestationem; vt quo nulla eius nominis fiat commemoratio, vbicumque inter viuentes repertum illud sit; nedum deleatur, sed & insuper eradatur, ne quis vel minimus ipsius reliquus sit apex.

b Sap. 2. 20.

c Deut. 21. 23.

Eradēdi verbo Iudai suū maximū contestati sunt odium in Christum.

d 1.Reg. 28. 9.

Faciunt in istorum confirmationem hæc quæ D. Chrysostomus orat. Rhodiaca sic habet. *Quod Athenis factum noui, arbitror autem & hîc quoque seruari secundùm iustam quamdam legem, dicere vobis volo. Cùm ciuium aliquem illic ob scelus admissum mori publicè oporteat, è publicis tabulis deletur prius illius nomen. Cur verò istud? Primum quidem ne tale mortis genus subeat qui ciuis sit, sed qui quoad fieri possit in peregrinorum habitus sit numero: Tum non exiguam & id existimatam censeo supplicij partem, quòd eius nec nomen & appellatio appareat ampliùs, qui eò progressus sit scelerum, sed penitus is obscuretur. Sicut & illud quoque ob idipsum fieri puto, quòd non sepeliuntur proditores, vt nullum apud posteros reliquum sit scelesti viri monumentum.*

In textu Hebraico pro (*Eradamus*) est verbum ונכרתנו *venichrethennu*, propriè (*& excidamus,*) seu (*succidamus eum:*) quo allusio ad excisionem est arboris ex imis radicibus, ita vt ne dum quid eius reliquum appareat in terra, sed nec ampliùs in eadem germinare queat aut pullulare. Aliam denique ad idipsum significandum factam hîc indicant allusionem Sept. Hebraicum verbum prædictum reddentes καὶ ἐκτρίψωμεν (*& exteramus*,) in munitissimum scilicet veluti puluerem atteramus, vt nil eius supersit, cuius meminisse quis valeat. Allusione nimirum ad vasis figulini attritionem in partes minutissimas, vel etiam in puluerem ex magna atterentis indignatione. Quam vasis confracti similitudinem in Psalmo 30. ad exprimendam memoriæ nominis sui deletionem vel etiam è corde proximorum suorum, Dauid hisce vsurpauit. [e] *Obliuioni datus sum tamquam mortuus à corde, factus sum tamquam vas perditum*, id est confractum, vt notat Felix in margine ad suam Psalmorum versionem, & ex Chaldæo colligitur. De qua item similitudine dicemus plura infra in cap. 19.

13 *Christi nomē quàm infensum Iudæis.*

Crucifixio Christi quātâ rabie à Iudæis procurata.

e Ps. 30. 13.

Felix.

Vers. 19.] Et ego quasi agnus mansuetus, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

Ex loco libri Prouerbiorum è quo in prima expositione præsentem explicauimus allatæ similitudinis phrasim, colligere est, quantum Christiano inesse deberet verecundiæ, quòd plus apud mundanos possit sensualitas, quàm apud eos qui Christo nomen dedêre, ipse valeat Christus. De mūdano enim ibi dicebatur. [f] *Statim eam* mulierem, scil. fornicariam, & sensualitatem *sequitur, quasi bos ductus ad victimam, & quasi agnus lasciuiens, & ignorans quòd ad vincula stultus trahatur.* An non stultus, qui vti rationis expers violentiâ trahi se sinit sensus, nesciens infœlix quòd ad vincula trahatur scelerum? An non stultus, qui agni puritatem, quam adeptus fuerat in Baptismo, in voluptuosam conuertit lasciuiam, factus quasi agnus lasciuiens, quæ videntur incompossibilia? An non stultus, qui suaui excusso diuinæ legis iugo, victimam se exhibuit Dæmoni mactandam, comparatus iumentis insipientibus, effectusque quasi bos ductus ad victimam? An non satius esset, vt ij in stultorum computandi simus numerum, stulti fiamus propter Christum, qua de re gloriabatur [g] Paulus, cùm eamdem priùs, fideles item alloquens, suadere conatus esset, dicens. [h] *Si quis videtur in hoc sæculo sapiens esse inter vos stultus fiat, vt sit sapiens.* Sapientissima certè stultitia, à qua nec Deus extitit alienus: quin, sicut infirmitatem assumpsit carnis, ita & tali se subiecit stultitiæ, quæ & ab ipso nomen desumeret, dicente Apostolo, [i] *Quod stultum est Dei, sapientius est hominibus*: quam denique & Christus ita complexus est, vt in exemplum eam suis reliquerit fidelibus. [k] *Nos enim:* idem

14 *Sensualitatē plus apud fideles posse quàm Deum, turpissimum est.*

f Prou. 7. 22.

Sensualis quā sit stultus.

Stultitia Dei amplexanda à nobis.

g 1. Cor. 4. 10.

h 1. Cor. 3. 18.

i 1. Cor. 1. 25.

k 1. Cor. 1. 23.

idem ait Paulus, *prædicamus Christum crucifixum: Iudæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam.* Et, [a] *Verbum crucis pereuntibus quidem stultitia est: iis autem qui salui fiunt id est nobis Dei virtus est.* Hocque illud est, quod moraliter hoc loco proponit in exemplum, quum dicit, (*Et ego quasi agnus mansuetus qui portatur ad victimam, & non cognoui.*)

a 1. Cor. 1. 18.

15 *Imitandus proponitur nobis Deus vt agnus pro nobis effectus.* b Psal. 118. 177. c Matth. 18. 12.

Agnum se tibi repræsentat, qui carnem ex humana tui sumpsit natura, quæ illa errans erat ouis, quæ in Psalmo dicebat, [b] *Errani sicut ouis quæ periit.* Et propter [c] quam deperditam relictis nonaginta nouem ouibus in cælo Deus ipse è cælo descendisse dicitur in Euangelij parabola. Agnum & tu imitare, stultum quidem, Et eius agni stultitia, quæ cùm summa sit sapientia; reputatur tamen à mundo stultitia, cuius & tres iuxta nostram Vulgatæ lectionem subindicantur conditiones ab exemplari ipso agno traditæ, Prima in eo quod ait, (*Mansuetus,*) secunda cùm subiicit. (*Qui portatur ad victimam:*) & tertia, in extremis verbis, (*Et non cognoui, quia cogitauerunt super me consilia.*) Prima, vt inter lupos nos veluti agnos exhibeamus, *Ecce enim*, inquit, [d] *Ego mitto vos sicut agnos inter lupos:* & ille hoc dicit, qui & id quoque ait, [e] *Discite à me quia mitis sum, & humilis corde.* [f] *Non clamabit*, de agno isto miti ait apud Isaiam Dominus, *neque accipiet personam, neque audietur vox eius foras. Calamum quassatum non conteret, & linum fumigans non extinguet,* [*] *Qui cum malediceretur non maledicebat, cùm pateretur non comminabatur, tradebat autem iudicanti se iniustè.* Vt & nos gloriæ habeamus, si mundo stulti ob id videamur, quòd agnos nos exhibere obnitentes mansuetos illud implere satagamus eiusdem Christi præceptum, quo in Euangelio dicit. [g] *Ego autem dico vobis non resistere malo: sed si quis te percusserit in dexteram maxillam præbe illi & alteram; Et ei qui vult tecum iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. Et quicumque te angariauerit mille passus, vade cum illo, & alia duo.* Stultus reputatus est Christus mansuetus ille agnus, quia portari se permisit ad crucis victimam, vbi [h] *tradidit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiam Deo in odorem suauitatis.* De hac stultitia gloriemur & nos, dicentes cum Apostolo, [i] *Mihi absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.* [k] *Exhibentes corpora nostra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem rationabile obsequium nostrum.*

Agni mansuetudo in Christo nobis imitanda proponitur. d Luc. 10. 3. e Matth. 11. 29. f Isai. 42. 2. * 1. Petr. 2. 23. g Matt. 5. 39. *Agni stultitia in Christo nobis imitanda proponitur in tribulationibus, & persecutionibus libenter subeundis.* h Ephes. 5. 2. i Gal. 6. 14. k Rom. 12. 1.

16 *Agni stultitia in Christo imitanda nobis proponitur, quâ tribulationes, & illatas ærumnas pro nihilo habeamus, imò in eis gloriemur. Passionis tempus Christi censuit horã suã, in qua & ipsemet Pater clarificaretur.* l Ioan. 13. 1. m Ioan. 12. 23.

(*Et non cognoui, quia cogitauerunt super me consilia.*) En tertiam sapientissimæ stultitiæ conditionem. Non cognouisse se ait Christus quæ Iudæi contra ipsum cogitauerint, & quòd eum crucifigere decreuerint, cùm hoc vnum præ cæteris & ab initio sciuerit, & cordi habuerit, vt pro humani generis redemptione cruci affigeretur. Non cognouisse ergo se ea dicit, quæ pro nihilo habuit, cùm optimè alioquin impedire illa quiuisset: Pro nihilo autem ea habuit, quia id vnum se scire profitebatur, vt per crucifixionem, & Patrem, & semetipsum clarificaret, & illustraret, vnde dilectus eius discipulus, & secretorum illius conscius Ioannes horam illam crucifixionis, horam appellat ipsius, eamque illam in primis sciuisse significans ait, [l] *Ante diem festum Paschæ, sciens Iesus quia venit hora eius, vt transeat de hoc mundo ad Patrem, cùm dilexisset suos,* &c. Et idem met Christus horam illam dicit clarificationis suæ, [m] *Venit*, inquiens, *hora vt clarificetur* A *filius hominis. Amen, amen dico vobis, Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum affert.* Quod omnes de ipsius morte dictum sumunt. Et altera vice, [n] *quum subleuatis oculis in cælum dixit. Pater venit hora* passionis, scil. crucifixionis, & mortis, *clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te*, id est. Clarifica mundo (vt exponit Euthymius) me ex affectu, & amore erga se meos passionem, & mortem subiisse: hoc enim faciet accurrere ad me populos, & gentes, dum nouerint, me tam eximio amore eos prosequi, sicque B per me filium tuum cruci affixum illustrius fiet & nomen tuum. Vtinam & stultitia nostra propter Christum & tertia ista decora esset stultitiæ Christi conditione, vt vnà cum Apostolo vnusquisque nostrûm quando in mediis reperitur ærumnis; quando & persecutionibus & damnis hinc & inde se concuti animaduertit, diceret, [o] *Non iudicaui me scire aliquid inter vos*, inter quos, seu etiam à quibus grauissima perfero, *nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum, Et ego*, id est. Quamuis ego *in infirmitate*, id est, in ærumnis (vt ibi notat Chrysostomus) ex periculis, insidiis, exiliis, & C timore, & tremore, cruciatuum, sc. atque mortis, quæ mihi mei moliebantur hostes, *fui apud vos.*

n Ioan. 17. 1. Euthymius. o 1. Cor. 2. 2. Chrysost.

Iuxta illam ex Heb. lectionem. (*Ego quasi agnus dux, qui portatur ad victimam, & non cognoui, quia cogitauerunt super me consilia.*) Morale id ex hoc loco insigne deduces, quod in maximam & consolationem, & gloriam redũdet, Virginum, Martyrum, atque Religiosorum, & eorum omnium, qui mortificationi indulgent. Quorum singulorum ducẽ se proclamat Iesus Christus filius Dei. Ita enim vniuscuiusque prædictorum ordinum se asserit ducem, vt tribus epithetis, seu nominiD bus suis, & eorum singulos quales sint peroptimè designet. Enimuerò quòd Virginum (vt à primo exordiamur) ille sit dux, & non aliter quam vt agnus, apertè in Apocalypsi contestatur à se visum Ioannes, dicens. [p] *Et vidi, & ecce Agnus stabat supra montem Sion, & cum eo centũ quadraginta quatuor millia, habentes nomen eius, & nomen patris eius scriptum in frõtibus suis.* Et post aliqua. [q] *Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati: Virgines enim sunt, & sequuntur agnum quocumque ierit.* Et nota quòd illum sequuntur ducẽ, vt agni nomine insignem, & eo decore insigniri illum ducẽ sequunE tur, quo cum ipso visi sunt super montem Sion, excellum Virginitatis designantem in Ecclesia statum, *habentes* nimirum *nomen eius*, scil. ducis, & *nomen patris eius scriptũ in frontibus suis.* Quod nam est istius ducis nomen? *Agnus*: Quod est nomen patris eius? *Deus.* Præstantissimis istis duobus insignitus nominibus Virginum ordo suum sequitur ducem. Agnus nedum hyeroglyphicum est puritatis virginalis, sed & eamdẽ suomet Græcæ vocis denunciat significatu, ἁγνὸς enim significat mundũ, purum, castum, & inremeratum, sicut & F ἁγνότης castitatẽ signat. Sed & nomen Dei vnâ cũ agni nomine habent; quandoquidem cùm diuinũ quid sit, in carne supra carnem viuere, & diuinam quodammodo promerentur nomenclaturam, similes ei suâ existentes puritate, iuxta illud Ioannis, quo cùm dixisset, [r] *Scimus quia cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est,* subintulit, *Et omnis qui habet hãc spem in eo, sanctificat se:* magisque ad rem nostram, vt legit August. tract. 4. in primam epist. Ioan. *castificat se*: castitati potissimùm diuinam tribuens similitudinẽ, quæ per beatificam Dei visionem obtinetur, quod ei conso

17 *Christus est dux fidelium omnium præsertim Virginum Martyrum, & Religiosorum.* *Virgines ducẽ habent Christũ, vt agnũ.* p Apoc. 14. 1. q Apo. 14. 4. *Virgines suamet puritate habent nomẽ Agni Christi, & nomen Patris eius.* *Virgines quomodo habere dicantur nomen Dei.* r 1. Ioan. 3. 2.

a Matt. 5. 8.

consonum est Euangelij, vbi dicitur,[a] *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.*

18 *Virgines sequūtur Christum agnum etiam vt Martyres.*

Porrò Christum ducem sequentes Virgines vt agnum qui portatur ad victimam, occisioni nimirum expositum, & ipsæ nedum agnas, vt dictum est, per virginalem se exhibent puritatem, sed & victimæ iugiter se præbent expositas, in ipso suæ virginitatis candore Martyres existentes, iuxta illud Hieronymi ad Demetriadem de seruanda Virginitate, *Assume scutum fidei, loricam iustitiæ, galeam salutis, procede ad prælium: habet & pudicitia seruata martyrium suum.* Et propter hoc martyrij insigne, id eis peroptimè congruit, quod in lib. legimus Apocalypsis.[b] *Dealbauerunt stolas suas in sanguine agni*, puritatem enim & candorem virginalem in multis seruant, quas propter ipsum tutandum sustinere coguntur ærumnis; cùm sint,[c] *sicut Lilium inter spinas*, ad quemlibet notum suis ipsas configentes puncturis: & per multas eumdem illibatum custodire satagunt, perque asperas carnis propriæ mortificationes.[d] *Semper* enim *mortificationem Iesu*, vt de semet ait Apostolus, *in corpore suo circumferunt, vt & vita Iesu* purissima & immaculata *manifestetur in ipsarum carne mortali:*

Hieronym. b Apo. 7. 14. c Cant 2. 2. d 2. Cor. 4. 10.

19 *Virgines sequūtur Christum agnum in ignorantia rerum sæculi: & absque sollicitudine rerum mundi.*

Denique agnum sequentes ducem, qui non cognouisse se ait quæ laboris sunt, & doloris, (*Et non cognoui quia cogitauerunt super me consilia.*) Et virgines id pariter habent peculiare, vt expertes se seruent cognitionis, & scientiæ rerum mundi, quæ sollicitudinis laborem adnexum habent, atque dolorem, iuxta illud Eccl.[e] *Qui addit scientiam, addit & laborem, seu, & dolorem*, vt alia habet Lectio. Quod virginum insigne verbis iis expressit Apostolus, quibus de illis loquēs ait,[f] *Qui vtuntur hoc mundo tanquam non vtantur. Volo autem vos sine sollicitudine esse. Qui sine vxore est, sollicitus est quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo. Qui autem cum vxore est, sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori & diuisus est. Et mulier innupta, & Virgo cogitat quæ Domini sunt, vt sit sancta corpore, & spiritu.* Quod nescire & quam ignorantiam rerum quæ ipsam conturbare sui possent sollicitudine, sibi inhæsisse contestatur Christi sponsa, columba, immaculata, & perfecta, dicens,[g] *Nesciui, anima mea conturbauit me propter quadrigas Amminadab*, rationem ignorantiæ suæ complacentiæ ipsam afferens transitoriarum rerum conturbationem, & sollicitudinem transitoriasque res nomine quadrigarum exprimens Principis, quæ celerrimè currunt:[h] *Præterit enim figura*, id est habitus species, statusque *mundi huius*, vt ait Apostolus. Et per hanc ignorantiam id potissimùm Virgines habent, vt in vitæ huius itinere proximiùs indiuisæ suo inhæreant duci agno, prout ex Græca lectione colligitur eius loci Apostoli, quo pro eo quod in Vulgata legimus.[i] *Hoc ad vtilitatem vestram dico*, (loquitur de bono Virginitatis) *non vt laqueum vobis iniiciam, sed ad id quod honestum est, & quod facultatem præbeat sine impedimento Dominum obsecrandi:* Græcè in vltimo membro sic habetur, ἀλλὰ πρὸς τὸ εὐσχήμον, καὶ εὐπρόσεδρον τῷ κυρίῳ ἀπερισπάστως: id est. *Sed ad honestum, & ad id quod indistractè, & indiuulsè semper adhæreatis Domino.*

e Eccl. 1. 18. f 1. Cor. 7. 31. *Virgines quā eniti debeant vt mundi res nesciant.* g Cant. 6. 11. h 1. Cor. 7. 31 *Virgines per ignorantiam rerum mundi habent, vt proximiùs semper Christo inhæreant agno.* i 1. Cot. 7. 35.

20 *Martyrum dux est Christus vt agnus occisus.* k Apoc. 5. 6.

Cæterùm cùm B. Ioannes in sua Apocalypsi Christum ipsum vt agnum quidem in cælo viderit, sed & stantem, vt promptum scilicet, paratumque ad prælium, & occisum, id est occisionis suæ signa habentem; sic enim ait,[k] *Et vidi, & ecce in medio throni, & quatuor animalium, & in medio seniorum agnum stantem tamquam occisum*, vbi particula *tamquam*, iuxta communem sanctorum expositionem, prout aliàs sæpe & similes particulæ, non similitudinem, sed veritatem designat rei: Cùmque idem Apostolus audierit item in cælo agnum eumdem laudibus celebratum quatenus occisum, dicentibus voce magnâ Angelis multis in circuitu throni, & animalibus, & senioribus.[l] *Dignus est agnus qui occisus est, accipere virtutem*, &c. Profectò haud ambigendum, hoc loco quum ipsemet se dicit agnum ducem qui portatur ad victimam, ducem se proclamare Martyrum, quos veluti agnos misisse dixit inter[m] lupos, & quorum animas idem[n] Ioannes vidit, vt *interfectorum propter verbum Dei, & propter testimonium quod habebant.* Et quidem rectè quem vidimus agnum ducem Virginum cum prosequentium, Æquum est, vt & ducem spectemus Martyrum, & Martyres enim, & Virgines in prælio iugiter versantes ducem eum habeant opetæ precium est. Et vt istorum duorum agminum millibus circumdatum insignem sponsa in Canticis ducem eum descripsit, quando ad ardentissimam sociarum suarum interrogationem illam.[o] *Qualis est dilectus tuus ex dilecto*, id est. Quid insigne dilectus tuus præ alio quoque habet dilecto? Id retulit responsi.[p] *Dilectus meus candidus, & rubicundus: electus ex millibus.* Quæ expendens Bernardus serm. 28. in Cant. post dimidium, ait. *Formosus planè quem circumdant flores rosarum, & Lilia conuallium, hoc est Martyrum, Virginumque chori, & qui medius residet, vtrique non dissidet choro, Virgo, & Martyr: Quomodo denique candidis non congruit Virginum choris Virgo, Virginis filius, Virginis sponsus? Quo modo non roseis Martyrūm causa, virtus, fructus, & forma martyrij? Electus ex millibus. Millia Millium cum dilecto, & decies centena millia circa dilectum, & nemo ad dilectum*, & paulò pòst: *Num tibi verendum*, inquit, *erit, ne fortè in quempiam de multitudine errore incidas quærendo quem diligis? Non prorsus ambiges quemnam eligas, facilè occurret electus à millibus, cunctis insignior, & dices.*[q] *Iste formosus in stola sua, gradiens in multitudine virtutis suæ.* Pro eo quod in Vulgata sic legimus, *Electus ex millibus*, In textu Hebraico magis ad rem nostram est דגול מרבבה *dagul merbabah.* Quod ad verbum rectè sic vertes, *Vexillatus*, id est vexillum deferens *præ myriadibus*, Vatablus, *Sub signis habens exercitum decem millium.*

l Apoc. 5. 12. m Luc. 10. 3. n Apoc. 6. 9. *Christus vt agnus, est dux agminū Virginum, & Martyrum.* o Cant. 5. 9. p Cant. 5. 10. Bernardus. q Isai. 63. 1.

21 *Martyrum Ducem se exhibuit Christus vt agnus, qui portatur ad victimā, & nō cognoscens consilia aduersum se.*

Audiamus ipsummet se exhibentem ducem quem in ærumnis, & persecutionibus sequerentur Martyres; loquens enim de iis quæ pro ipsius nomine subituri essent passionibus & apud Matthæum ait,[r] *Non est discipulus super magistrum, nec seruus super Dominum suum:* indicans illis, æquum esse, vt ipsum in passionum itinere ducem sequerentur, ipsius inhærentes vestigiis, & vt magistri, & vt domini. Ideo de iis qui iam sancto obierunt martyrio canit in Antiphona Ecclesia. *Gaudent in cælis animæ Sanctorum, qui Christi vestigia sunt secuti, & quia pro eius amore sanguinem suum fuderunt, ideo cum Christo exultant sine fine.* Et clariùs apud Ioannem,[s] *Si mundus vos odit, scitote*, inquit, *quia me priorem vobis odio habuit.*[t] *Mementote sermonis mei, quē ego dixi vobis. Non est seruus maior domino suo, si me persecuti sunt, & vos persequentur.* Ita verò sancti Martyres potissimùm secuti sunt Christum ducem, vt agnus extitit ipsos præcedens pariter vt agnus, vtque agnus qui portatus fuit ad victimam, portati & ipsi quoque ad lanienam; & denique vt fuit agnus

r Matth. 10. 24. s Ioan. 15. 18. t Ioan. 15. 20.

qui non cognouit quia cogitauerunt super eum consilia, nullam & ipsi rationem habentes consiliorum, & decretorum contra eos. Quòd Martyres appellari debeant agni, sat nobis auctoritas persuadet Ecclesiæ, de iis sic Cantans. *Isti sunt agni nouelli, qui annunciauerunt.* Et iam vidimus supra iisdem à Christo ipso dictum, [a] *Ecce ego mitto vos sicut agnos in medio Luporum.* Quos ipsos in medio hostiū fidei misit vt essent instar agnorum lanienæ expositorum. Audi hoc expressiùs declarantem. [b] *Tradent*, inquit, *vos in Conciliis, & in Synagogis suis flagellabunt vos. Et ad Præsides, & ad Reges ducemini propter me in testimonium illis, & gentibus.* Et post pauca. [c] *Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium: & insurgent filij in parentes, & morte eos afficient: & eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum.* Quòd & ita se iidem habuerint Martyres, ac si non cognouissent, ignarique fuissent & hostilium consiliorum contra eos, & quibus verbis respondere illis debuissent, ex eo colligere est, quod in loco mox citato mandatum legimus. [d] *Cum autem tradent vos, nolite cogitare, quomodo, aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos estis, qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis.* Vt nouerimus Sanctorum Martyrum præexpositam ignorantiam reuera sapientiam extitisse perfectissimam.

Martyres appellandi agni portati ad victimam nō cognoscentes statuta consilia contra ipsos.

a Luc. 10.3. b Matth. 10. 17. c Matth. 10, 21. d Matth. 10. 19.

22 Visum à se aliquando hunc ducem asserit in principio sui Vaticinij Zacharias Propheta, [e] *Vidi*, inquit, *per noctem, & ecce vir ascendens super equum rufum, & ipse stabat inter myrtheta, quæ erant in profundo, & post eum equi rufi, varij, & albi.* Quâ visione id certè ei significatum fuit mysterij, quo modo, & quorum Christus, de quo dictum est, [f] *Fœmina circumdabit virum*, ducem se exhibuerit exhibeatque sanctorum. Quòd enim super equum rufum, illud ipsum designat eius ducis, quod & visio ostensa Ioanni, agni occisi; in eo scilicet potissimùm ducem se Christum exhibere fidelibus, quòd passus rufo purpuratus suo est sanguine, iuxta illud Apostoli Petri, [g] *Christus passus est pro nobis vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius.* In quo rufo colore & nunc quoque eum ducem ob oculos habere debemus: [h] *Aspicientes*, prout consulit Paulus, *in Auctorem fidei, & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem confusione contemptâ, atque in dextera Dei sedis sedet.* Sedet enim & ibi in rufo ipso effusi sanguinis colore, quo insignitum ascendisse eum in cælum, illæ apud Isaiam contestantur voces ipsum comitantium Angelorum. [i] *Quis est iste qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bozra? Iste formosus in stola sua*, &c. *Et quare ergo rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari?* Quòd ducem istum super equum rufum sequantur equi item rufi, & albi per quos duo designantur ordines Sanctorum, de quibus hucusque egimus Martyrum videlicet, ac Virginum, sat exploratum est. Sed præter illos alij insuper dicuntur eumdem ducem sequi qui sub specie equorum variorum visi sunt. Hocque illud est, quod superest modo enodemus, quo pacto Christus fidelibus quibuscumque in primisque Religiosis ducem se exhibeat, quum hoc loco ait, (*Et ego quasi agnus dux qui portatur ad victimam, & non cognoui*, &c.) Per varios quippe equos variis nimirum aspersos coloribus, rufo, albo, nigro, cinereo, & similibus, vniuersi ij designantur fidelium ordines, qui mortificationi operam nauant, viduarum, coniugatorum, in primisque Religiosorum, qui omnes varietate insignes virtutum multiplicium, agnum sequuntur ducem.

Christus fidelibus ducem in eo potissimùm se exhibet quòd passus est.

e Zach. 1.8. f Ierem. 31. 22. g 1. Pet. 2. 21. h Hebr 12.2. i Isai. 63. 1.

Christus dux fidelium omnium mortificationi studentium.

23 Et quidem quâ ratione varij isti Sanctorum fidelium ordines præcedentem se ducem sequantur, vt agnum, *vt agnum qui portatur ad victimam*, atque vt *qui non cognouerit.* (prout explicatum est) quæ sibi parata erant aduersa: hæc tria & ipsi pariter in semet habere satagentes, ex iis colligere est Apostoli verbis, quibus pro eorum singulis ait. [k] *Quis accusabit aduersùs electos Dei? Deus qui iustificat, quis est qui condemnet? Christus Iesus qui mortuus est, imò qui & resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis.* [l] *Quis ergo nos separabit à Charitate Christi?* ne scilicet Christo nostro duci proximè in via inhæreamus charitatis eius? *Tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? Sicut scriptum est.* [m] *Quia propter te mortificamur totâ die, æstimati sumus sicut oues occisionis.* (Nota ad propositum agnorum, qui portantur ad victimam) Nosse vis, quòd taliter suum sequentes ducem agnum, nec cognoscant quæ contra ipsos cogitentur, nec vllam paratorum sibi vel acerbissimorum habeant rationem, ac si nil eorum agnoscerent? Audi. [n] *Sed in his omnibus*, iam scilicet adnumeratis aduersis, *superamus*, Græcè ὑπερνικῶμεν, id est, *superuincimus*, insigni nimirum victoriâ quam obtinemus, dum non resistendo, sed patiendo omnes superamus hostes, & aduersa cuncta, *propter eum qui dilexit*, id est, & amorē, & exemplo, & gratiæ adiutorio Christi agni, qui nos in charitate præcessit dux, *Certus sum enim* Græcè πέπεισμαι, id est, *persuasum habeo*, certamque in Domino spem habeo, *quia neque mors, neque vita, neque*, &c. *poterit nos separare à charitate Dei, quæ & in Christo Iesu Domino nostro*, id est, quam profitemur, Christum Iesum sequentes ducem. Super quæ Apostoli verba Ioannes Chrysostomus homiliâ 29. in Genesim circa medium hisce ad rem nostram exclamat. *O animam furentem insaniâ: sed quæ sobrietatem pariat; omnia quæ in cælis, quæ in terra, quæ sub terra, quæ supra cælos sunt, visibilia, & inuisibilia præ amore Christi transcendens nihil æstimabat: vnum hoc metuebat, ne à Christi dilectione exciderct.*

Sancti quomodo Christū sequantur ducem vt agnum portatum ad victimam, & non cognoscentem consilia contra se.

k Rom. 8. 33. l Rom. 8.35. m Psal. 43. 22. n Rom. 8.37. Io. Chrysost.

24 Si subtiliùs & Christum vt hoc loco propositum agnum ducem, & equos varios Zachariæ, vt iam dictum est, visos post eumdem Christum equo rufo insidentem, perpendamus, Inueniemus, Christum ob id potissimùm ducem se appellasse, quòd sæpius in Euangelio inuitarit quos se sequi vellet, modumque & rationem præbuerit, quâ ad viuum status, & ordo descriptus est Religiosorum, ea ipsa habere obnitentium, quæ sibi dux ipse hic tribuit, sicque & eiusdem inhærere studentium vestigiis. Quis verò nesciat, religiosorum præ reliquorum ordinum fidelibus equum rectè appellatum, cùm ei quàm maximè id comperat quod in Psalmo 72. dicitur, [o] *Vt iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum, Tenuisti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxisti me*, &c. Varietatem verò Religiosorum, Christum vnum ducem sequentium in Ecclesia vix enumerare quis valeat, ita vt propter ipsos quoque Ecclesia eadem dicta sit [p] *circundata varietate.* [q] *Si quis vult venire post me*, ait in Euangelio Christus religiosis se exhibens ducem, *abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.* Tria proponens, quibus operam dare debent quotquot post ipsum venturi essent, iturique post

Religiosorum potissimùm Christus se asserit ducem.

o Psal. 72. 23. p Psal. 44. 10. q Matth. 16. 24.

Religiosi sequūtur Christum in iis quæ spectant ad tria vota.

poſt ducem: quæ ea ipſa ſunt, quorum & ſpecimen iiſdem hîc exhibet in ſemet exemplari, quum ait, (*Et ego ſicut agnus dux qui portatur ad victimam, & non cognoui, quia cogitauerunt ſuper me conſilia.*)

25 *Caſtitatis voto Religioſi eunt poſt Chriſtum ducem agnum vt agni illum ſequentes in ſanctificatione.*

Quænam verò tria iſta ſunt? Ea quæ in regulari ſtatu Religioſi ipſi per tria profitentur eſſentialia religionis vota, paupertatis, obedientiæ, & caſtitatis. Agnum primò ſe eſſe hîc ait, ducem ſe exhibens Religioſis poſt ipſum venientibus, vt & illi hoc quoque enitantur, vt carnis, mentiſque puritate agni ſint, caſtitatiſque voto agnos ſe ſeruent immaculatos in perfectionis itinere. B Hocque illud eſt, quod tertio loco eumdem ab illis expoſcere crediderim in Euangelio, dicens, *Et ſequatur me.* Vidimus enim ſupra in Apocalyſi dictum, [a] *Hi ſunt qui cum mulieribus non ſunt coinquinati, Virgines enim ſunt, & ſequuntur agnum quocumque ierit.* Et ſi Deum, Chriſtumque ſequi, eſt, illius facere voluntatem, vt ex iis colligitur Apoſtoli verbis. [b] *Nolite conformari huic ſæculo, ſed reformamini in nouitate ſenſus veſtri, vt probetis quæ ſit voluntas Dei bona, & bene placens, & perfecta.* Profectò id per agni puritatem, ac per caſtitatis ſtudium conſtat impleri, vt idem aſſerit Apoſtolus, quûm in epiſtola prima [c] ad Theſſalonicenſes apertè dicit. *Hæc eſt voluntas Dei, ſanctificatio veſtra,* in puritate ſcilicet & caſtitate. *Vt ſciat vnuſquiſque vas ſuum poſſidere in ſanctitate & honore, Vt abſtineatis vos à fornicatione. Non enim vocauit nos Deus in immunditiam, ſed in ſanctificationem,* id eſt, in caſtimoniam, & puritatem. Sine qua certè fieri non poteſt, vt quis ſanctum ducem ſequatur agnum, quem videre oculus non poteſt immundus, & à libidinis obcæcatus concupiſcentia. Lege S. Thomam 2.2. quæſt. 153. art. 5. in corpore, vbi mentis cæcitatem primam aſſerit eſſe luxuriæ filiam.

a Apoc. 14. 4.

b Rom. 12. 2.

c 1. Theſſ. 4. 3.

D. Thomas.

26 *Per paupertatis votum Religioſi vadunt poſt Chriſtum ducem tollentes crucem ſuam.*

Quòd ſi qui poſt Chriſtum venire volunt in Religionis ſtudio, id quoque obniti debent, vt poſt ducem euntes agnum qui portatur ad victimam, & ipſi ſic agnos per caſtitatis ſe exhibeant votum, vt pariter victimæ, & lanienæ ſe expoſitos præbeant. *Tollentes* nimirum *crucem ſuam*, id quod & in Euangelio idem ſecundo loco recenſuit Ieſus, per votum ſanè paupertatis id optimè explent Religioſi. Quid eſt enim lanienæ eſſe expoſitum, crucemque deferre, niſi grauiſſimis neceſſitatibus, tribulationibus, miſeriis, ærumniſque ſubiici? Tantam quippe cum paupertate connexionem habent miſeriæ, & tribulationes, vt ſcriptura eas coniungere aliquando ſoleat, ſic in lib. Apocalypſis Angelo Smyrnæ à Domino dictum legimus, [d] *Scio tribulationem tuam, & paupertatem tuam.* Imò quaſi paupertas ipſa ſit cumulus ærumnarum, ad deſignandas multiplices & maximas tribulationes ac miſerias, vnam eam vſurpatam reperio, vt apud Iſaiam, [e] *Ecce* ait Deus *Elegi te in camino paupertatis*, Clariuſque in lib. Iob dicente Eliu. [f] *Et ſi fuerint in catenis, & vinciantur funibus paupertatis.* Pro eo quod in Heb. eſt. *Et vinciantur funibus ærumnarum.* Cùm Plutarcho teſte de virtute Morali, *paupertatem antiqui malum maximum eſſe cenſuerint, vt eius vitandæ gratiâ de ſaxis, & in mare ſe præcipitare hominem iuſſerint.*

d Apoc. 2. 9.

Paupertatis nomen vſurpatum ad deſignãdas miſerias, & ærumnas in genere, vt ærumnarum maxima.

e Iſai. 48. 10.

f Iob. 38. 8.

27 *Paupertatem vt crucem ſuam Religioſi amplectuntur vt maximũ theſaurum, & regnum.*

In quo admiranda eſt ingens Dei prouidentia, quâ ſicut efficitur, vt fideles, iuxta Iacobi conſilium [g] *omne gaudium cenſeant, quum in varias tentationes, ærumnaſque inciderint:* Ita fit, vt Religioſi paupertatem ipſam, vt ſummam amplectantur A fœlicitatem, votoque emiſſo eam omni ſeruare ſtudeant cuſtodiâ, vti ditiſſimum theſaurum, vti & regnum. Ad cuius dicti probationem faciunt, quæ ab Apoſtolo de fidelium Macedonum liberalitate, diuitiarumque dicuntur contemptu, [h] *Quod in multo experimento tribulationis abundantia gaudij ipſorum fuit*, id eſt, quod multas experti ærumnas, in tribulationibus ipſis ſuis ſummo repleti ſunt gaudio: *Et altiſſima*, id eſt maxima, Græcè κατὰ βάθους, id eſt, *ſecundùm profundum*, profundiſſima, & abiectiſſima *paupertas eorum abundauit in diuitias ſimplicitatis eorum*, id eſt, *effectum abundantiæ fecit*, vt exponit in ſuis Commentariis D. Thomas, *quia cor eorum erat ſolùm ad Deum, ex quo prouenit contemptus diuitiarum.* Facitque ad eamdem rem, quod idem Paulus in alia epiſtola de ſancto ait Moyſe, [i] *Fide Moyſes factus grandis negauit ſe eſſe filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere iucunditatem, maiores diuitias æſtimans theſauro Ægyptiorum improperium Chriſti*, id eſt paupertatem ſpiritus: *Aſpiciebat enim*, inquit, *in remunerationem* de qua Chriſtus ipſe in Euangelio. [k] *Beati pauperes ſpiritu*, id eſt, qui ex ſpiritu paupertatem C eligunt, coluntque *quoniam ipſorum eſt regnum cælorum*, & Iacobus in ſua Catholica. [l] *Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide, & hæredes regni quod repromiſit Deus diligentibus ſe?* & in paulò ante citato Apocalypſis loco, Qui dixit Angelo & Epiſcopo Smyrnæ, [m] *Scio tribulationem tuam, & paupertatem tuam*, adiecit illicò, *Sed diues es.*

g Iacob. 1. 2.

h 2. Cor. 8. 2.

D. Thom.

i Hebr. 11. 24.

k Matt. 5. 3.

l Iacob. 2. 5.

m Apoc. 2. 9.

28 *Paupertas voluntariè aſſumpta, quàm cõgruè dicta ſit crux.*

Dicat hîc fortaſſe aliquis. Quid paupertas, eiuſque votum cum crucis geſtatione, vt eam deſignarit Ieſus, quum Religionis ſtatum amplexuris dixit. [n] *Tollat crucem ſuam?* Quid paupertaD tis electio cum *portari ad victimam*, ſeu ad lanienam, quod hoc loco apud Ieremiam eidem ſubeundum ſubindicatur? Ad hæc reſpondendum primò, multùm paupertati cum cruce eſſe Symboli, non ſolùm ob generalem rationem, quia & crux, ſicut & paupertas ipſa cuiuſcumque tribulationis, omniſque Symbolum eſt ærumnæ prout ibi apertiùs idem ſignificauit Dominus, vbi dixit, [o] *Et qui non accipit crucem ſuam non eſt me dignus*, vbi propriè exigit tolerantiam cuiuſuis cruciatus, ignominiæ, & mortis, necnon & quarumuis aduerſitatum, & miſeriarum, quæ in hac E vita à Deo immittuntur. Cùm nequaquam dignus ſit vocari Chriſti diſcipulus, qui non æquo animo accipit, & fert quaſcumque Deus immittat aduerſitates. Verùm etiam ob ſpecialem rationem, quòd voluntaria paupertas, inſtar grauiſſimi oneris ſuper humeros ſublati, crux illa eſſe videtur, quam ſecundo loco neceſſariam recenſebat in Euangelio Ieſus, quando non iam dicebat, prout aliàs, *Et accipiat*, ſed *& tollat.* Quamuis enim crucem, & ærumnas quas Dominus ſibi immiſerit ferre cogatur vnuſquiſque, artamen ij duntaxat tollere eam dicendi ſunt, qui F voluntariè, imò & cum alacritate iiſdem veluti humeros ſupponunt, quales certè ſunt, qui voluntariam pro Chriſto aſſumunt paupertatem. In qua, & propter quam innumeris quotidie premuntur neceſſitatibus, atque miſeriis, ita vt vel ob eam ſolam id impleant, quod ſecundùm alium Euangeliſtam idipſum ſic exponitur. [p] *Et tollat crucem ſuam quotidie.* Noſſe vis quàm graue ſuper humeros ſit crucis paupertatis onus: [q] *Infirmata eſt in paupertate virtus mea*, ait in Pſalmo 30. Dauid. Ac ſi dicat, Paupertas inſtar onuſtæ crucis

n Matth. 16. 24.

o Matth. 10. 38.

Crucem quis propriè dicatur tollere.

p Luc. 9. 23.

Paupertatis crux, quàm grauis ſit oneris.

q Pſal. 30. 11.

meis

meis gestata humeris, adeo mihi extitit grauis, vt viribus propè deficientibus, procubuerim sub eius onere, robore ipso meo infirmato, debilitato, ac succumbente.

29 *Paupertatem vouère est quoddam portari ad victimam.* *Paupertatis spiritus electio est se offerre in victimam & sacrificium Deo.*

Quòd autem istiusmodi crucis paupertatisque gestamen sit & morale quoddam portari ad victimam facilè est probari siue sacrificium, siue lanienam, interfectionemque victimæ sumamus vocabulo. Ac primùm eo assumpto in significatu sacrificij, colligi ex eo potest, quod in lib. Ecclesiastici legimus.[a] *Qui offert sacrificium ex substantia pauperum, quasi qui victimat*, id est, qui in victimam, & sacrificium iugulat *Filium in conspectu patris sui.* Aperteque id desumitur ex eo quod Paulus eleemosynarum largitionem, quam ij in primis faciunt qui paupertatis crucem tollunt, dantes omnia quæ habebant pauperibus, hostias, oblationemque Deo suauissimam appellat, tum in epistola ad Philippenses, dicens,[b] *Repletus sum acceptis ab Epaphrodito quæ misistis odorem suauitatis, hostiam acceptam, placentem Deo.* Tum in epistola ad Hebræos, vbi ait,[c] *Beneficentiæ autem, & communionis nolite obliuisci, talibus enim hostiis promeretur*, id est conciliatur, & inducitur ad benefaciendum ex merito Deus, iuxta illud, *Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.* Quod si diuitiæ sunt hominum sanguis, ita vt qui substantiam aufert, auferre dicatur & vitam, iuxta illud Ecclesiastici.[d] *Panis egentium vita pauperum: qui defraudat illum homo sanguinis est:* quis iam vereatur dicere, Religiosum tollentem paupertatis crucem, in eo ipso quòd suis omnibus se expropriat opibus, morali sanguinis sui exponi effusioni, & portari ad lanienam, & necem? Et quis scit, si ad hæc designanda Spiritus Sanctus idipsum & ex ore Isaiæ, & ex ore Ieremiæ sub eadem agni similitudine Christum in exemplum Religiosis potissimùm adducens. Quod hîc per Ieremiam dicit Christum ipsum ([e] *quasi agnum qui portatur ad victimam, seu ad lanienam.*) alibi per Isaiam *quasi agnum* dixit eumdem *coram tondente se obmutescentem*? Cùm & propterea Spirituales Ecclesiæ dentes,[f] quos ipsos esse Religiosos peregregiè probat Bernardus Sermone 63. ex paruis, gregibus per Salomonem assimilantur tonsarum, ouium scilicet lanâ detonsis. Super qua similitudine ad finem citati sermonis idem ait Bernardus. *Quàm bene Monachi tonsis ouibus comparantur: quia reuera tonsi sunt: quibus nec corda, nec corpora, nec aliquid mundanum in proprietate relictum est.*

a Ecc 34 24. b Philip. 4. 18. c Hebr. 13. 16.

Paupertatis electio est exhibitio sanguinis & vitæ.

d Ecc. 34. 25. e Isai. 53. 7. f Cant. 4. 2. Bernardus.

30 *Obedientiæ voto Religiosus abnegat semetipsum.*

Tertium superest explicemus, quod Religiosum habere voluit Christus Iesus, quando post ipsum vt ducem in itinere ituri sunt perfectionis, & in quo eumdem debent imitari, vt agnum eorum ducem. Id autem in Euangelio illud est, quo dicebat,[g] *Qui vult venire post me abneget semetipsum*, abnegatio inquam sui ipsius: quâ id obtinent, vt agno similes & in eo sint, quo de semet hîc apud Ieremiam vltimo ait, (*Et non cognoui quia cogitauerunt super me consilia.*) Quæ in idipsum redeunt perfectissimæ obedientiæ, quam tertio profitentur voto. Abnegare se ipsum, si in primo gradu sumatur, est, ne dum voluntati, sed & intellectui per subiectionem, & obedientiam quodammodo renunciare, negando sibi per quæ potissimùm homo est & rationalis, velle, & cognoscere. Hucque Religiosum obedientiæ voto deducit Christus agnus dux coram tondente se, obmutescens, & non aperiens os suum, vt à primo obeditionis gradu, qui in simplici ea situs est propriæ voluntatis negatione, quâ facto imple-

g Matth. 16. 24.

Abnegatio sui ipsius quomodo ad votum spectet obedientiæ. *Obedientiæ gradus tres quos scandūt Religiosi per sui abnegationem.*

A tur voluntas superioris, ad secundum eleuet obedientiæ gradum, quo ita & proprium negatur consilium, vt absque contradictione, & sine vlla cuiusque in contrarium rationis allatione præcipienti pareatur: Demumque à præexpositis duobus ad tertium eumque summum eiusdem virtutis extollat gradum, quo ita quis semet abneget suo exhibitum superiori, vt & sibi deneget cognitionem etiam eorum, quæ contra se fieri alioquin videantur. Enimuerò hoc ex peruersitate habemus naturæ corruptæ, vt intellectu nostro non solùm circa ea ratiocinemur, speculemur, B eorumque cognitione pollere studeamus, quæ nostro proportionata sunt captui; Sed & illa cognitione ipsâ penetrare satagamus, quæ vni patentia Deo sunt intima aliorum hominum cogitata, intentiones, atque consilia. Vnde fit, vt quum aliquid per obedientiam nobis præcipitur, quod graue nobis sit, & nostro aduersùm commodo, cognoscere illico arbitremur, quia superiores nostri nobis, vt putamus, aduersantes, cogitauerint in iussionibus suis consilia contra nos. Vt huic pessimo prospectum sit Religiosi vitio, enitendum ei hîc significatur, vt agnum ducem C sequens per virginitatis votum pariter agnus, & per votum paupertatis crucem suam tollens ad victimam, per votum quoque obedientiæ ita suæ indulgeat abnegationi, vt perfectissimum quoad fieri potest, eius attingat gradum, in quo in superioris sui mandatis, gestisque ac dictis sic se habeat, vt penitus cognoscere nolit, quid is cogitauerit contra ipsum consiliorum,[h] *In captiuitatem*, prout ait Apostolus *redigens intellectum suum in obsequium Christi*, & in simplicem obedientiam Prælato propter Christum, & vt Christo exhibendam.

Obedientiæ summus gradus est abnegare semet quoad cognitionem mentis superioris qui grauia mandet.

h 2. Cor. 10. 5.

31 *Tribulationes iusto sunt cibus suauissimus.*

D *Mittamus lignum in panem eius.*) Sumentes hæc tamquam prouerbiali locutione pronunciata, prout ea accipienda diximus in expositione literæ. Id primum hoc loco notandum circa mores. *Quòd diligentibus*[i] *Deum omnia*, vt inquit Apostolus, *cooperantur in bonum, iis qui secundum propositum vocati sunt sancti.* Quæ enim ad Sanctorum afflictionem decernuntur ab impiis, ea in summum iustis ipsis redundant & commodum, & gaudium. Sic quando id impij enituntur, vt tantis iustum affligant tribulationibus, vt præ iugi miseria illum sibi persuadeant pascere & replere amarissimis ærumnis. Diuinâ nihilominus gra- E tiâ fit, vt re vera tribulationes, ærumnæque illatæ veluti in suauissimas eidem conuertantur epulas, prout de gloriosa Virgine Agatha martyrio exposita canit Ecclesia, *Et quasi ad epulas inuitata agonem suum Domino precibus commendabat.* Vide quæ pro hac materia diximus in nostris Comment. super Cant. in Expositione tertia eorum verborum capitis quinti,[k] *Comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi.*

i Rom. 8. 28. k Cant. 5. 1.

32 *Doctrina Christi & sacræ scripturæ fit suauis, & optima ligni crucis immissione.*

Si Ligni nomine Christi crucem sumpserimus, non incongruè moraliter, in bonum tamen sensum, hæc ipsa & nos vsurpare possumus, id- F que triplici modo, iuxta triplicem panis eiusdem Christi significationem. Mittamus crucis lignum, dicentes, in prædicationem, enarrationem, atque in studium Euangelicæ eius doctrinæ, quam panem ipsemet appellauit, quum dixit.[l] *Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.* Id semper & in studio sacrarum literarum satagentes, vt Crucis Christi ligno, si quid in illis visum fuerit amari tollatur; sicut typicè per Moysem factum legimus in Exodo,

l Matth. 4. 4.

a Exod.15. 25. Exodo. [a] Quando per lignum in amaram iniectum aquam, suauem illam reddidit, & potui aptam. In iisdem verò ad populum enarrandis, cum Apostolo dicentes, [b] *Nihil iudicaui me scire inter vos nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum.* Et, [c] *Nos autem prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam; ipsis autem vocatis Iudæis, atque Græcis Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam.*

b 1.Cor 2.2.

c 1. Cor. 3. 23.

33 *Crucis & Passionis Christi memoria efficit nos promptos ad faciendam Dei voluntatem in omnibus.*

Est alius panis, ac cibus, in quem contendere debemus, vt eiusdem crucis mittamus lignum, promptos nimirum nos exhibentes, vt in omnibus Dei voluntatem faciamus siue in tolerandis aduersis, siue in perficiendis operibus iis, quæ per nos facienda voluerit Deus voluntate, quam Theologi appellant signi. Hoc eum esse cibum quem manducauit Christus, sicque proprium eiusdem, vt hoc loco meritò panis, cibusque eius appellatus sit, ipsemet in Ioannis contestatus est Euangelio, quum dixit, [d] *Ego cibum habeo manducare quem vos nescitis*, id est, qui mihi est peculiaris, ita vt nec vobis discipulis meis adhuc sit cognitus, subditque, [e] *Meus cibus est vt faciam voluntatem eius, qui misit me, vt perficiam opus eius.* Discipuli Christi nondum tunc temporis ad id peruenerant, vt eo solido vescerentur pane, quo postmodùm affatim post Christi mortem, postque Spiritus Sancti aduentum pasti sunt. Eodemque iam & nobis enitendum ab ipso pascamur Domino nostro in sua Ecclesiæ domo: pascemur autem vbertim, si id studuerimus, vt in voluntatis Dei faciendæ panem pro dentibus nostris, proque nostris viribus duriusculum, lignum mittamus crucis eiusdem Christi, quo illius conteratur durities. Id implentes, quod & Paulus Apostolus suasit dicens, [f] *Recogitate eum qui talem sustinuit à peccatoribus contradictionem, vt ne fatigemini; animis vestris deficientes.* Quodque clariùs dixit & Apostolus Petrus. [g] *Christo passo in carne, & vos eadem cogitatione armamini, quia qui passus est in carne, desiit à peccatis. Vt iam non desideriis hominum, sed voluntati Dei, quod reliquum est in carne, viuat temporis.*

d Ioan.4.32.

e Ioan.4.34.

f Hebr.12.3.

g 1.Petr.4.1.

34 *Passionis Christi meditatione optimè præparamur ad Eucharistiæ Sacramentum.*

Denique si panis Christi nomine Sacrosanctum sumpserimus Eucharistiæ Sacramentum, sub panis speciebus à Christo ipso nobis exhibitum, quo reficeremur corpore ipsius. Aptissimè nobilimer ad tanti Sacramenti præparationem morali hæc sensu dicemus, (*Mittamus lignum in panem eius.*) Certiores & à Domino, & ab Apostolo facti, nullam eidem Sacramento efficaciorem, magisque propriam institui à quoquam posse præparationem quàm istam commemorationis, & contemplationis passionis, crucis, mortisque Redemptoris mundi. Qui & propterea in eius panis prima consecratione, ea adiecit verba. [h] *Hoc facite in meam commemorationem.* Recolendo scilicet tam eximium beneficium, quo pro vobis me in mortem super lignum tradidi crucis. Sic quippe ea verba declarasse visus est Paulus, quum, illis relatis subintulit. [i] *Quotiescumque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis: mortem Domini annunciabitis donec veniat.*

h Luc. 22. 19.

i 1. Cor. 11. 26.

Crux in Christo ac per Christum facta maximè fructifera. Hug. Card.

Non est contemnenda ratio moralis allata hîc ab Hugone Cardinali per panem Christi ipsum intelligente Christum, cur dictum sit, (*Mittamus lignum in panem eius*) potiùs quàm (*Mittamus panem eius in lignum.*) *Arbor enim*, inquit, *ponitur in terra vt fructificet, & non è conuerso: Ideo ergo crux in Christum dicitur posita, vt fructus crucis ex tali terra procrearet. Ibi enim cecidit in terram bonam, imò optimam. Crux enim non erat fructifera antequam Christus in ea poneretur, Imò secundùm legem,* [k] *Maledictus erat omnis qui pendebat in ea.* Porrò quot, qualesque ex Crucis Christi arbore producti sint fructus optimè ei constabat eiusdem Christi sponsæ, quæ dicebat, [l] *Sub vmbra illius sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo*, &c, [m] *Ascendam in Palmam, & apprehendam fructus eius.*

k Deut 21. 23.

l Cant 2.3.

m Cant.7.8.

35 *Iustorum nomen, & memoria fit illustrior, & celebrior per impiorum conatus, quibus eradere eos nituntur à terra.*

(*Et eradamus eum de terra viuentium, & nomen eius non memoretur amplius.*) Adhibeant impij omne quod possunt studium, suos omnes intendant neruos, exerantque & supra vires proprias conatus, vt iustum è viuentium deleant memoria, eiusdemque eradant nomen. Illustrius nihilominus, iucundius, & magis semper id reddent celebre. [n] *In memoria enim æterna erit iustus*, vt ait Propheta, *ab auditione mala non timebit. Eradamus eum de terra viuentium*, &c. dixerunt Iudæi aduersùs Christum: & post omnes illorum conatus, dicit, de eodem Apostolus, [o] *Deum exaltasse illum, & dedisse ei nomen super omne nomen, Vt in nomine Iesu omne genu flectatur cælestium, terrestrium, & infernorum.* Et Petrus, [p] *Nec aliud*, inquit, *nomen sub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri.* Nec mirum, cum multò ante quàm talia contra ipsum molirentur Iudæi, istiusmodi eius nomen simile dixerit, [q] *vnguento effuso*, quæ cum sanctis post illum currere satagebat *in odorem vnguentorum eius.* Et bonum iusti nomen vnguentis preciosis comparatum magno cum excessu legimus in libro Eccl. vbi dicitur, [r] *Melius est nomen bonum, quàm vnguenta preciosa.* Quod altera non minùs apposita per eumdem Salomonem in lib. Prouerb. expressum est similitudine auri, & argenti. [s] *Melius est nomen bonum, quàm diuitiæ multæ: super argentum, & aurum gratia bona*, id est, bona auditio, & gratum suo esse nomine. Aptè autem suam impij iuanem contra iustum, iustique nomen exprimunt machinationem hoc verbo vtentes, (*Eradamus*;) nam & qui suaue effusum in tabula vnguentum eradere obnititur, Erasione profectò ipsâ suâ id potiùs efficit, vt vnguenti fragrantia vehementiùs, longiúsque spargatur. Et qui conatur vel argentum radere, vel aurum, radendo sanè vtriusque magis illustrant nitorem. Sic quantumlibet illi contra iusti nomen obnitantur, celebrius, suauiusque id nihilominus redditur, ita vt propterea per Sapientem dicatur. [t] *Memoria iusti cum laudibus: & nomen impiorum putrescet.*

n Psal.111.7.

o Philip.2.9.

p Act.4.12.

q Cant. 1.2.

r Ecc 7.2.

s Prou.22.1.

t Prou.10.7.

36 *Impiorum nominis celebritas, & memoria quàm breuis, & quàm inanis.*

Quamuis enim in ipsa sua iustorum persecutione, & conatu delendi, ac eradendi eorum nomina, id in primis intendant impij, vt proprium celebre reddant nomen, quod & aliquando assequi videntur, ita vt propter violentias ipsas suas, quod de Gigantibus legimus in libro Genesis, [u] *dicantur viri famosi*: Omnis tamen eorum famositas, vniuersaque nominis eorum celebritas in externa ad modicum est conuersatione, & (vt ita dicam) apparentia, nomine ipso existente instar floris, qui extrinsecus magnam præ se fert pulchritudinem, sed vix ortus putrescit, iuxta illud quod clamandum præceptum est Isaiæ, [x] *Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius tamquam flos agri. Exsiccatum est fœnum, & cecidit flos, quia spiritus Domini sufflauit in eo.* Vnde de superbo Moab dicet infra Ieremias noster, [y] *Date florem Moab*, id est, finite vt tamquam flos extrinsecus insignis nominis sit, & gloriosus: subditque, *Quia florens egredietur*, id est. Quia extrinsecus eius apparebit gloriæ, eritque sicut & gloria orientis è candice floris.

u Gen. 6.4.

x Isai.40.6.

y Ierem.48. 9.

floris. Quod absque vlla similitudine de impio inquieto, & erga iustos furente in lib. Iob loquens Baldad Suites contestatus est verbis iis, [a] *Memoria illius pereat de terra, & non celebretur nomen eius in plateis*, pro quo vltimo membro legunt Sept. *Et erit nomen ei super faciem extra*. Ac si dixerit: Cùm impij nomen, & gloria sit duntaxat in externa apparentia, nihilque habeat solidi, facilè omnis illius peribit memoria è terra. Exponitque Vates Regius quâ ratione id fiet, dicens: [b] *Periit memoria eorum cum sonitu*: quamuis magni, & celebris esse viderentur nominis dum viuerent: vbi tamen obierint, vnà cum vita & ab omni excidère memoria, desiitque cum ipsis & nominis eorum celebritas, sicut sonus quum desierit, qui magnum quid cùm editur esse videtur, nullum eius relinquitur vestigium.

a Iob. 18. 17.

b Psal. 9. 7.

VVLGATÆ.

Vers. 19.] Et ego quasi agnus, qui portatur ad victimam, &c.

SEPTVAGINTA.

19. Ἐγὼ δὲ ὡς ἀρνίον ἄκακον ἀγόμενον τοῦ θύεσθαι, οὐκ ἔγνων, ἐπ' ἐμὲ ἐλογίσαντο λογισμὸν πονηρὸν λέγοντες: δεῦτε καὶ ἐμβάλωμεν ξύλον εἰς τὸν ἄρτον αὐτοῦ, καὶ ἐκτρίψωμεν αὐτὸν ἀπὸ γῆς ζώντων, καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ οὐ μὴ μνησθῇ οὐκέτι.

Vers. 19.] Ego autem quasi agnus innocens ductus ad immolandum, non cognoscebam. Super me cogitauerunt cogitationem malam, dicentes: Venite, & mittamus lignum in panem eius, & exteramus eum de terra viuentium, & nomen eius non memoretur ampliùs.

APPENDIX EXPOSITIONVM
Ex antiquis Patribus collecta.

1

PARAPHRASIS Chaldaica. *Et ego sicut agnus electus qui ducitur ad victimam, & nesciui, quia contra me cogitauerunt cogitationes malas, dicentes: Mittamus venenum mortiferum in cibo eius, & disperdamus eum de terra Israel, & nomen eius non memoretur amplius.*

Vers. 19. (*Et ego quasi agnus, &c.*)

Origen.

Christus agnus innocēs,

c Isai. 53. 7.

Origenes homil. 8. in Ieremiam. *Videamus quid Saluator loquitur in Propheta, (Ego vt agnus innocens ductus ad immolandum, & nesciebam) Isaias* [c] *quoque quòd Christus vt ouis ad victimam ductus sit, & vt agnus coram tondente se sine voce, sic non aperuit os suum, pronunciat; & ibi quidem ille de Christo, hîc verò de se, ipse Christus. (Ego inquit, vt agnus,* &c. *& nesciebam.) Nec addit quæ non cognouerit. Non enim dixit, Non cognoui mala, non cognoui bona, non cognoui peccatum, siue iustitiam: verùm simpliciter, (Non cognoui) Tibi igitur derelìquit, vt quæras, quid nescierit. Lege Apostolum.* [d] *Qui cùm peccatum non cognouisset, pro nobis peccatum se fecit. Peccatum quippe nosse peccare est: vt iustitiam nosse, iustè est agere. Ex quo manifestum est eum qui iustitiam prædicat & non agit iustè, nescire iustitiam.*

Christus peccatum non cognouit, quia id non fecit.

d 2. Cor. 5. 21.

Nosse peccatum aut iustitiam, est ea facere.

Quomodo verò aptabimus ei quod dicitur. (Aduersum me cogitauerunt consilium dicentes) hoc quod inferunt. (Venite mittamus lignum in panem eius?) Nimiæ difficultatis est. Panis Iesu quo nutrimur, Sermo eius interpretatur. Quia igitur docente eo voluerunt quidam scandalum ponere doctrinæ eius, crucifigentes eum dixerunt, (Venite mittamus lignum in panem eius.) Cum enim verbo Iesu, & disciplinæ eius coniungitur magistri crucifixio, in panem lignum mittitur. Et illi quidem insidiantes dicunt (Venite,) &c. *Ego verò admirabile quiddam inferam. Lignum missum in panem eius, panem fecit meliorem. Exemplum accipe de lege Moysi:* [e] *Sicut lignum quod missum est in amaram aquam, fecit dulcem; Sic lignum passionis Christi missum in doctrinam eius fecit panem illius dulciorem. Ante enim quàm immitteretur lignum in panem eius, in vniuersam terram non exierat sonus eius. Postea verò quàm panis eius assumpsit fortitudinem per lignum, tunc in vniuersum Orbem passionis eius disseminatus est sermo. Lex non intellecta aqua amara extitit in veteri testamento, quæ dulcis facta est per lignum. Cùm enim venerit lignum Iesu Christi, & sermo Saluatoris mei descenderit in eam, tunc dulcoratur, & fit suauissimi saporis intellecta pariter, & lecta lex Moysi.*

Doctrinam Christi impedire Iudæi voluerunt eū crucifigendo.

Doctrina Christi robur sumpsit ex ligno Crucis.

e Exod. 14. 25.

Scriptura sacra antiquitus amara, facta est dulcis per Christi crucem, & passionem.

Communi tamen reliquorum Veterum Patrum consensu per Christi panem, in quem lignum missum hic dicitur, illius intelligitur corpus & caro, in quam crux missa fuit, quando eum crucifixerunt. Ita Iustinus Martyr colloquio cum Triphone Iudæo, circa medium. Cyprianus lib. 2. Testimoniorum aduersùs Iudæos num. 20. Tertullianus lib. 3. contra Marcionem cap. 18. & lib. 4. cap. 40. & lib. aduersùs Iudæos cap. 20. Eusebius Cæsariensis lib. 1. demonstrat. Euangelicæ cap. 10. Cyrillus Ierosolymitanus Catechesi 13. Lactantius Firmianus lib. 4. Diuinarum Institutionum cap. 18. Hieronym. hîc in Comment. Ambrosius Præfatione enarrationis in Psalmum 35. Augustinus in Dialogo altercationis Ecclesiæ & Synagogæ tom. 6. Gregorius Nyssenus Oratione prima in Christi resurrectionem, post initium. Ioannes Chrysostomus Sermone de Trinitate tom. 3. Ruffinus Presbyter Comment. in Symbolum inter opera Cypriani. Prosper Aquitanicus lib. de Prædictionibus parte 3. cap. 21. Gregorius Papa lib. 3. Moral. cap. 12. Eucherius lib. de Spiritualibus formulis cap. 8. Isidorus Hispalensis lib. de Passione Domini cap. 35. Concilium Hispalense Actione 13. Tom. 2. Conciliorum. His adde Athanasium lib. 1. de Incarnatione. Theodoritum. D. Thomam, &c.

2

Lignum missum in panem Christi quando illius corpus cruci affixum est.

Iustin. Mar. Cyprianus. Tertullian. Euseb. Cæs. Cyril. Ierosol. Lact. Firm. Hieronym. Ambrosius. Augustinus. Greg. Nyss. Io. Chrysost. Ruffi. Presb. Prosp. Aquit. Greg. Papa. Eucherius. Isidor. Hisp. Conc. Hispa. Athanas. Theodorit. D. Thom.

In Cypriano libro citato num. 15. est, quam notemus lectionem. *Domine significa mihi, & cognoscam, tunc vidi meditationes eorum. Ego sicut agnus sine malitia perductus sum ad victimam; in me cogitauerunt cogitatum, dicentes: Venite mittamus lignum in panem eius, & eradamus à terra vitam eius, & nomen eius non erit in memoria ampliùs.*

Cyprianus.

Quam lectionem ad verbum habet & Lactantius Firmianus loco citato. In quo notandum quod ait, lignum crucem significare, & panem corpus Christi, *quia ipse est cibus & vita hominum, qui credunt in carnem quam portauit, & in crucem, in qua pependit.*

Lactant. Fir.

Lignum missum in Christi panē, quia Christus cibus hominum qui credunt in eius carnem, & crucem.

In Cyrillo Hierosolymitano loco citato, notanda & lectio, & exponendi ratio. (*Ego sicut agnus innocens ductus ad sacrificium nesciens:) Sic enim per interrogationem legitur. Quasi diceret. Qui dicit quòd post* [f] *duos dies Pascha fiet, & filius hominis tradetur ad crucifigendum, nunquid nesciuit? Ego sicut agnus mansuetus qui portatur ad victimam, & non cognoui? Super me cogitauerunt cogitationem.) Qui cogitationes nouit, nunquid euentum nesciet? Venite*

3

Cyrill. Hier.

Crucifixionē suam optimè norat Christus.

f Matth. 26. 2.

& in

& iniciamus lignum,&c. ſenſu communi.

Ambroſ. Euchariſtiæ inſtituenti Chriſto quàm malè ab hominibus reſponſum. In Euchariſtiæ Sacramẽto Chriſtus iunxit carnẽ ſuam ligno crucis, vt repararet famẽ per eſum vetiti in paradiſo ligni cauſatam. a Gen. 2.16.

Ambroſio item loco citato pulchrè ad eiuſdem ſenſus explicationem hæc habentur. (*Iniciamus inquit lignum in panem eius.*) *Bene panem dixit Propheta pro carne eius. Ille alimentum debitis, iſti pro beneficio retulẽre ſupplicium. Non mirum ergo ſi eſuriunt qui ſibi vitæ æternæ alimoniam denegarunt. Pulchrè etiam duo iunxerunt. Neſciebant quid loquerentur Iudæi,& myſterium loquebatur. Paradiſum nobis Crux reddidit Chriſti. Hoc lignum quod Adæ Dominus demonſtrauit, dicens,[a] de ligno vitæ quod eſſet in medio Paradiſi edendum, de ligno autem ſcientiæ boni, & mali non edendum. Errauit Adam, mandata non tenuit, interdictum guſtauit. Per lignum cœpimus eſurire, quia ſuum caro accepit alimentum. Ideò Dominus in Chriſto carnem iunxit, & lignum vt fames antiqua ceſſaret vitæ gratia redderetur. Beatum lignum Domini, quod omnium beatam crucifixis: Beata Domini caro, quæ victum omnibus miniſtrauit.*

4

Theodorit. Ieremias cenſuit ſe non paſſurum in prophetando ærumnas. b Iere. 1.18. c Iere. 1.19.

Theodoritus. (*Ego autem quaſi agnus innoxius qui ducitur ad victimam, non cognoui.*) *Iſtud,* (*Non cognoui*) *quadrat Prophetæ triſtia non ſperanti: qui non diligenter attendebat dominicis promiſſionibus. Sed cum audiiſſet.*[b] *Poſui te hodie in Ciuitatem munitam, & vt columnam ferream,& murum æneum, arbitratus eſt, ſe nequaquam moleſtiâ tentandum. Atqui ſermo diuinus non hoc pollicebatur, Sed, Vinces aduerſa.*[c] *Pugnabunt enim, inquit, tecum,& non præualebunt aduerſum te, quia ego ſum tecum, vt liberem te, dicit Dominus. Verùm ſermo prolatus de Domino Chriſto alium habet intellectum. Tanquam enim agnus, inquit, qui ducitur ad victimam, non nouit quid paſſurus ſit, & excepturus paſſionem ſequitur ducentem.* (*Quia cogitauerunt ſuper me cogitationem, dicentes, Venite mittamus lignum in panem eius, &c.*) *Iſtud omninò non conuenit Prophetæ. Quî enim fieri poterat, vt lignum mitteretur in panem. At Chriſto Domino ſermo prophetiæ maximè quadrat. Nam ſuum ipſius corpus panem appellauit.*

Mittamus lignum, &c. non conuenit Ieremiæ ſed Chriſto.

D.Thomas. (*Mittamus lignum,*) *id eſt, Taxum, vt ſic venenatus moriatur. Myſticè,* (*Mittamus lignum,*) *id eſt, corpus Chriſti lignum Crucis: vel lignum in panem, id eſt, per lignum crucis ſcandalum doctrinæ eius ſuſcitemus, quæ panis eſt.*

D.Thom. Ligni nomine ſignificatum venenum.

5

(*Et eradamus eum,&c.*) Origenis citatâ homiliâ 8. Etiam hoc addunt, (*Et conteramus eum à terra viuentium, & nomen eius non memorabitur ampliùs.*) *Sic enim Iudæi Chriſtum interfecerunt, quaſi nomen eius penitùs eradicarent. Sed Ieſus ſcit quare, & quomodo moriatur. Propter quod ait,*[d] *Niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, non multum fructum affert. Ergo mors Ieſu Chriſti ſpica frumenti facta eſt, ſeptuplum, & multò amplius reſtituens quàm fuerat ſeminatum: fingamus enim pauliſper, non fuiſſe eum crucifixum, neque poſt mortem ad inferos deſcendiſſe: Sequitur vt ſolum granum maneat frumenti,& multi non naſcantur ex eo. Attende diligenter eloquia diuina quid in ſe velint intelligi.*

Origen. Chriſti mors cauſa ingentis fructus. d Io. 12.14. *Chriſti mors ſpica frumẽti facta eſt.*

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΕΓΩ δὲ ὡς ἀρνίον ἄκακον ἀγόμενον τοῦ θύεσθαι, οὐκ ἔγνων. ἐπ' ἐμὲ ἐλογίσαντο λογισμὸν πονηρόν.

Εὐσεβίου Καισαρείας.] ἐγὼ φησὶν, ὡς ἀρνίον, ἄκακον ἀγόμενον τοῦ θύεσθαι, οὐκ ἔγνων τὰς περιστάσεις.

Τοῦ αὐτοῦ.] τὸν προφήτην φέρειν διδάσκει γενναίως. τί γὰρ πέπονθας τηλικοῦτον φησὶν, ἡλίκον ἐγώ. || ὅθεν οὔπω πείθομαι, παρ' αὐτῶν ἐπὶ σφαγὴν ἀχθησόμενος; καὶ τὸ ἡσαΐου δὲ ὅμοιον. ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη. καὶ γὰρ τὸ παρὸν εἰς τὸν προφήτην ἀνάγεται πεπονθότα δεινά. τῷ σωτῆρι δὲ μᾶλλον ἁρμόσει, περὶ ἐκείνου γὰρ οὐδὲν τοιοῦτον ἱστόρηται. τὸ δὲ, ἄκακον, παρ' ἡσαΐᾳ σαφέστερον. ὃς ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ. ὅτι δὲ ὡς ἀμνὸς, εἰς τὴν ὑπὲρ ἡμῶν ἤχθη σφαγὴν, μάρτυς ἰωάννης, ἅμα τῷ τὸν χριστὸν ἰδεῖν λέγων. ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου.

|| ἕτοιμος ἔχω.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τινὲς ταῦτα εἰς τὸν χριστὸν ἐκλαμβάνουσιν, ἀλλ' ἡμεῖς τέως τῆς ἱστορίας ἐχώμεθα μηδὲν ἐγκαλοῦντες ἐκείνοις. πανταχόθεν γὰρ ἡ ἐκκλησία οἰκοδομείσθω. δεύτερον ἤδη τῷ προφήτῃ εἶπε, μὴ εὔχου ὑπὲρ αὐτῶν, καὶ οὐχ ἁπλῶς εἶπεν ἀλλὰ καὶ τὰς αἰτίας προσέθηκε. καίτοι εἰ καὶ ἁπλῶς ἦν εἰρηκὼς, ἔδει ἀκοῦσαι. νῦν δὲ καὶ τὰς αἰτίας λέγει. οὐχ ὁρᾷς τί αὐτοὶ ποιοῦσιν, ἐπεὶ οὖν διὰ τῶν λόγων οὐκ ἔπεισεν αὐτὸν

6

Verſ. 19. EGo autem quaſi agnus innocens ductus ad immolandum non cognoſcebam: ſuper me cogitauerunt cogitationẽ malam.)

Euſebij Cæſarienſis.] *Ego ait vti agnus abſque malitia, qui ducitur ad victimam, non cognoui circumſtantias.*

Euſeb. Cæſ.

Eiuſdem.] *Prophetam vt Viriliter in his tolerandis ſe gerat inſtituit. Quid enim, ait, pertuliſti tale, quale perpeſſurus ſum ego non poſt multa tempora, ab ipſis in occiſionem ducendus? Simile eſt & illud Iſaiæ,*[e] *Vt ouis in occiſionem ductus: hoc enim ſpectat ad Prophetam malè habitum, ſed magis quadrat in Saluatorem; Illi enim nihil tale contigiſſe hiſtoriâ notum eſt. Illud,* (*Sine malitia*) *clarius in Iſaia,*[f] *Qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. Quod autem vt agnus pro nobis in occiſionem ductus ſit, teſtis Ioannes, qui ſimul atque Chriſtum vidit, exclamauit,*[g] *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi.*

Idem. Summas ærũnarũ tolerantiã promouet Deus Ieremiã ad patientiã in perſecutionibus. e Iſai. 53.7. *Agni ad occiſionẽ ducti epithetũ Chriſti proprium.* f Iſai. 53.9. g Ioan. 1.29.

7

Chryſoſtomi.] *Quidam hæc vti de Chriſto intelligenda explicant. Sed nos nil ipſos improbantes hiſtoriæ curſum ſequamur. Omni enim ex parte ædificatur Eccleſia. Iam ſecundò Prophetæ dixerat,*[h] *Ne ores pro his; nec ſolum dixit, ſed & cauſas adiunxit. Quamquam ſi etiam nudè protuliſſet, audiendus erat: nunc verò & cauſas affert. Nonne vides quid agant? Poſtquam igitur verbis eum non perſuaſerat, factis perſuaſit, & il*

Chryſoſt. Ieremiam de ſemet hic loqui cenſuit Chryſoſtomus. h Ier. 11.14. *Rationem affert Ieremiæ Deus cur illi prohibuerit, no tunc pro Iudæis oraret, eamque facti exhibitionem.*

αὐτὸν, δι' ἔργων ἐπεισε, καὶ τὴν εἰς αὐτὸν ὕβριν ἐδείξεν. φιλοσοφεῖς σὺ, φησὶν, ἐν οἷς ὑβρίζομαι ἐγώ. ὅρα ἐπιείκειαν, καὶ πραότητα. ἐπειδὴ γὰρ εἰκὸς ἦν ἐκείνους ταῖς εὐχαῖς ταῖς τούτου θαῤῥοῦντας γίνεσθαι χείρους, οὗτος δὲ οὐκ ἠνείχετο μὴ εὔχεσθαι ὑπὲρ αὐτῶν. δεῖξαι αὐτῷ βουλόμενος, ὅτι οὐκ ἔστι τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπότερος, ἀλλὰ οὐδὲ κατὰ μικρὸν ἐγγύς. ὅρα τί ποιεῖ. τοὺς δόλους αὐτῶν καὶ τὰς βουλὰς κατασκευάζει γίνεσθαι φανερὰς, ἐκπομπεύων ταῦτα, καὶ τί ἔπραττον, καὶ τί ἔλεγον. ἵνα μάθῃ ὅτι οὐκ ἀπορῶν αὐτῶν οὐκ ἀκούει, ἀλλ' ἀναξίους ὄντας οὐκ ἐλεεῖ. [ἐγὼ δὲ ὡς ἀρνίον ἄκακον.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] θαυμαστὴ ἡ ἀφέλεια τοῦ προφήτου. οὐδὲν οὕτως ὁ Θεὸς προσίεται. ἄρα καὶ τὰ πρότερα ἐξ ἀφελοῦς πείρας ἔπαθεν.

Ὀλυμπιοδώρου.] ὡς γὰρ πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη. ὁ Κύριος κατὰ τὸν Ἠσαΐαν.

Ὀλυμπιοδώρου.] οὐκ ἀντέστη, οὐ γὰρ ἐρίσει φησὶν, οὐδὲ κραυγάσει, οὐδὲ ἀκουσθήσεται ἔξω ἡ φωνὴ αὐτοῦ. [δεῦτε καὶ ἐμβάλωμεν ξύλον εἰς τὸν ἄρτον αὐτοῦ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τί ἐστι ξύλον; σταυρώσωμεν αὐτὸν, ὡς ἐπικατάρατον. μὴ δὲ κοινῷ τελευτήσει θανάτῳ. καὶ μετὰ ὁμονοίας ἡ κακία.

Εὐσεβίου.] σημαίνει τοίνυν τὸν σταυρὸν, ἐν ᾧ τὸ σῶμα τοῦ χριστοῦ προσέπηξαν. ὅπερ ἄρτον κατὰ φωνὴν τοῦ σωτῆρος καλεῖ, περὶ τοῦ δοθέντος ἄρτου τοῖς μαθηταῖς εἰπόντος. τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα τὸ ὑπὲρ ὑμῶν διδόμενον. ἄρτος γὰρ ἦν ὁ ἐξ οὐρανοῦ καταβὰς, στηρίζων καρδίαν ἀνθρώπου. τὸν γὰρ τρόφιμον τῆς αὐτοῦ διδασκαλίας ἐμποδίζειν οἰόμενοι διὰ τὸ ξύλον τοῦ σταυροῦ συμπλακὲν αὐτῷ, κωλύειν ἐνόμιζον τοὺς ἀπογεύεσθαι τῶν αὐτοῦ μαθητῶν ἐθέλοντας, διὰ τὸ σκάνδαλον τοῦ σταυροῦ. [ἐμβάλωμεν ξύλον.]

Ὀλυμπιοδώρου.] πρὸς μὲν τὸν προφήτην, βοτάνην τινὰ θανάσιμον, ἵνα ἐσθίων ὀδυνᾶται. τῷ δὲ τιμίῳ σταυρῷ, τὸν ἄρτον τῆς ζωῆς ἐνέπηξαν. [καὶ ἐκτρίψωμεν αὐτὸν ἀπὸ γῆς ζώντων. καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ οὐ μὴ μνησθῇ οὐκέτι.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ὅρα πῶς καὶ ἀνώνυμον αὐτὸν ποιῆσαι θέλουσιν, οὐδὲ μνήμην τινὰ αὐτοῦ εἶναι βουλόμενοι. οὐ γὰρ δὴ μόνον ζῶντας, ἀλλὰ καὶ τελευτήσαντας βαροῦνται τοὺς δικαίους οἱ ἁμαρτωλοί. ὁρᾷς ἡρώδης πῶς τὸν ἰωάννην ἀνελὼν, ὡς ζῶντος εἶχεν ἐν ἑαυτῷ φόβον; τοσοῦτον ἐστὶν ἀρετὴ, τοσοῦτον κακία, οὕτως ἐκείνη || δειλὴ, καὶ ἄνανδρος, οὕτως αὕτη ἀνδρεία, καὶ πεπαῤῥησιασμένη.

|| ἄλ. δειλὴ καὶ ἄνανδρος.

A & illatam sibi iniuriam palàm ostendit. Tu inquit philosopharis, in quibus ego contumeliis impetor. Considera humilitatem, & æquanimitatem. Cùm enim non absonum esset, eos huius precibus fidentes peiores euadere, hic autem pro illis non orare nequaquam pateretur: volens illi ostendere, Deo eum non esse humaniorem, sed ne parum quidem accedere ad eius pietatem, vide quid faciat: dolos eorum, consiliaque patefacit, publicans hæc, & quid agerent, quidque dicerent; vt intelligeret quòd non inops animi eos non audiret, sed quòd digni non essent qui misericordiam experirentur. (Ego autem quasi agnus innocens.) B

Chrysostomi.] Mira Prophetæ simplicitas. Nil ita Deo gratum: ergo & priora ex simplicitatis experimento sustinuit.

Olympiodori.] [a] Vt enim ouis ad occisionem ductus est Dominus secundùm Isaiam.

Olympiodori.] Non restitit, non enim concertabit ait, nec exclamabit, nec intelligetur foras vox eius. (Venite & mittamus lignum in panem eius.) C

8

Chrysostomi.] Quid est lignum? Crucifigamus illum, vti maledictum: Communi ne pereat morte: & concorditer conspirat malitia.

Eusebij.] Notat igitur crucem, in qua corpus Christi foderunt. Quod panem iuxta Saluatoris vocem vocat, qui de distributo pane discipulis dixit.[b] Hoc est corpus, quod pro vobis datur.[c] Panis enim erat, qui de cælo descendit, [d] cor hominis firmans: namque ipsius doctrinam alimenta præbentem impedire cogitantes propter lignum crucis illi annexum, auocare se existimabunt eius discipulos, qui degustare volebant, propter crucis scandalum. (Mittamus lignum, &c.) D

Olympiodori.] Ad Prophetam quidem, herbam quandam lethalem, vt comedens magnus vrgeretur doloribus. At preciosæ cruci panem adfixerunt vitæ. (Et exteramus eum de terra viuentium & nomen eius non memoretur amplius.)

9

Olympiodori.] Vides vt & nomen eius extinguere cupiant, ne memoriam quidem ipsius extare volentes. Nam non tantùm viuentes, sed & mortui iusti graues sunt peccatoribus. Viden vt [e] Herodes etiam Ioanne perempto adhuc illum timeret quasi viuentem? tantum valet virtus, tantum nequitia: adeo timida, & vilis ista res, adeo fortis illa & libertatis plena. E

Dei humilitas & æquanimitas. *Benigniter Deo nullus est, vel etiam cùm is indignationẽ præ se ferat.* *Orationes Sanctorũ factas pro persistentibus in peccando, quã meritò Deus nõ exaudiat.* Chrysost. *Simplicitas Ieremiæ Deo pergrata.* Olympiod. a Isai. 53. 7. Olympiod. Isai. 42. 2. *Mansuetudo Christi quãta.* Chrysost. *Crucifixionis Christi mysterium prænunciatum.* Euseb Cæs. *Crucifixio corporis Christi est missio ligni in panẽ.* b Luc. 22. 19. c Ioan. 6. 33. d Psal. 103. 16. *Crucis scandalo enixi sunt Iudæi auertere homines à doctrina Christi.* Olympiod. *Ligni missio in panem Ieremiæ per venenũ, Christo verò per Crucifixionem.* Olympiod. *Et mortui iusti graues sũt impiis.* e Luc. 9. *Virtus quàm valida.* *Malitia quã vilis, & timida.*

Verf. 20.] Tu autem Domine Sabaoth, qui iudicas iustè, & probas renes, & corda, videam vltionem tuam ex eis: tibi enim reuelaui causam meam.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

f Tu autem Domine Sabaoth, qui iudicas iustè (seu iusta, aut iustitiã.)

Vid [f] igitur facerem his per te mihi patefactis? Quid fecit & Christus? Ad te Domine & ipse, & ille pariter confugimus, quem & summã potentiã, vt Deum exercituum; & perfectã iustitiã, vt iudicantem & iustè, & iusta quæque, & omnem iustitiam; [g] nec non & omnimodã pollere nouimus scientiã, nedum actuum externorum, sed & omnium internorum, affectuum quoque & cogitationum vniuscuiusque. Sic tu nostram veram, falsamque eorum qui nobis mortem machinantur, proba iustitiam, æquè ac aurum igne probari solet, probatamque & aliis exhibeto. [h] Idcirco enim, quia tu solus es verus,

g Et probas renes, & corda. *h Videam vltionem tuam ex eis: tibi enim reuelaui causã (seu litem, aut iustificationem) meam.*

verus, exactiſſimuſque omnis iuſtitiæ probator, & iudex, expoſuimus tibi quicquid iuſtitiæ haberemus in cauſa quæ eum illis nobis erat, & propter quam mors nobis parata ab illis fuerat. Ideoque vel ex hoc ipſo, quod cauſam, litem, iuſtificationem, ac defenſiones iuris noſtri tibi commiſimus, liberè, tutoque aſſerimus, nos noſtris ipſis oculis tuam de eis viſuros vltionem, quòd propterea te deuinctum quodammodo teneri non ambigamus ad nos vindicandos ex illis.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *Iudicis tres virtutes.*

TV autem Domine Sabaoth, &c.) Benè hoc loco notat Christophorus à Castro quod à D.Thoma priùs hîc tactum fuit, tres in his verbis indicari virtutes Iudicis, potentiam ad pœnam infligendam, iuſtitiam, & omniſcientiam. In correctionibus tamen Codicibus verſionis Sept. non eſt vox (*Sabaoth,*) ſeu (*exercituum*) quæ virtutem indicat primam: quamquam ea reperiatur in Codicibus Complutenſi, & Regio. Porrò circa vocabulum Hebraicum (*Sabaoth*) quod & hîc, prout & aliàs retinuit noſter Interpres, & quo in celeberrimo triſagij Cantico vtitur Eccleſia. Notanda ſunt S. Hieronymi in epiſtola 137. ad Marcellam verba. *Siue Sept. ſiue Apoſtolos id curaſſe, vt quoniam prima Eccleſia ex Iudæis fuerat congregata, nihil ad credentium ſcandalum innouarent; Sed ita vt à paruo imbiberant traderent: poſtea verò quàm in vniuerſas gentes Euangelij dilatatus eſt ſermo, non potuiſſe ſemel ſuſcepta mutari. Licet & illud in libris ſuis, quos ἐξηγητικὰς vocant, Origenes aſſerat: propter vernaculum linguæ vniuſcuiuſque Idioma non poſſe ita apud alios ſonare, vt apud ſuos dicta ſunt, & multò melius eſſe non interpretata ponere, quàm vim eorum interpretatione tenuare.*

Sabaoth Hebraicam vocē cur retinuerit & Eccleſia, & noſter Interpres. Hieron.

2 *Iudicans iuſtè eſt propriū Dei epithetū.* a Pſal. 9.2. b Pſal. 9.5. c Pſal. 9.9.

(*Qui iudicas iuſtè.*) Peculiare Dei epithetum, quatenus adiutor, & defenſor eſt oppreſſorum, à Vate Regio in Pſalmo talibus celebratum verbis,[a] *Confitebor tibi Domine in toto corde meo: narrabo omnia mirabilia tua.* Inter quæ iſtud primum obtinet locum, [b] *Quoniam feciſti iudicium meum, & cauſam meam, ſediſti ſuper thronum, qui iudicas iuſtitiam.* Et poſt aliqua. [c] *Parauit in iudicio thronum ſuum, Et ipſe iudicabit Orbem terræ in æquitate, iudicabit populos in iuſtitia. Et factus eſt Dominus refugium pauperum: adiutor in opportunitatibus in tribulatione.* Bene autem in præſenti hîc dicitur, (*Qui iudicas iuſtè,*) vt exploratum cunctis ſit, non ob id duntaxat iſtud Deo competere epitheti, quòd in futuro iudicaturus iuſtè ſit vniuerſos, verùm etiam ob id, quòd & quotidie iuſtum deprehenditur exercere iudicium. Sept. idem ſic legunt epithetum Κύριε κρίνων δίκαια. (*Domine iudicans iuſta,*) Hebræa verò habens שׁפט צדק *ſciopheth tſedek*, (*iudicans iuſtitiam.*) Quamuis autem omnia idipſum ſignificare queant; ſubtiliùs tamen ea expendentes triplicem ex tribus his lectionibus colligere poſſumus rationem, cur peculiari titulo Deus dicatur, [d] (*Iudex iuſtus,*) vt appellatur in Pſalmo 7. & vt hîc quoque legit Vatablus, quia iudicet iuſtè, iudicet iuſta, & iudicet iuſtitiam. Sunt enim pleriquc hominum, quibus idem tribuitur epithetum iudicum iuſtorum; cùm tamen eorum ſæpe aliqui iudicent quidem iuſtè in cauſis, quarum expediunt iudicium, iuſtum tamen non ſemper iudicent; quatenus vel ob timorem, vel ob humani quidpiam aliud, quæ iuſta iis propoſita ſunt definitiuâ ſententiâ vel nolunt, vel differunt iuſta proferre. Sed & vniuſcuiuſque ſingulorum actionis iuſtitiam expendere, benéque diiudicare vnius ipſius eſt Dei, qui & propterea dicit. [e] *Cùm accepero tempus, Ego iuſtitias iudicabo*: vnde ad illum ſæpe Sanctus Rex Dauid dixit. [f] *Iudica me Domine, ſecundùm iuſtitiam meam*, quam ſcilicet in externis exhibeo factis, additque aliquando, *Et ſecundùm innocentiam meam*: ſimplicitatem deſignans animi ſui ab omni dolo remoti, vt pote qui iudicem ſe alloqui ſciret, qui nedum externam in factis, ſed & internam in cogitatis cuiuſlibet iudicat iuſtitiam. Quod & hoc quoque loco tam Chriſtus, quàm Ieremias conteſtantur, cùm illico ſubiiciant, (*& probas renes, & corda,*) vt mox explicabo. Porrò vterque rectè ad Deum poſt præexpoſita confugiens, hoc illum inſigniunt peculiari eius epitheto. (*Qui indicas iuſtitiam,*) vt is tam iuſtitiam ſuam, Chriſti inquam in bonis operibus, & in ſancta prædicatione: & Ieremiæ in prophetando iuxta demandatum ſibi deſuper onus: quàm Iudæorum iuſtitiam iudicet, quibus id apprimè conuenit, quod in Euangelio de ſimilibus ad diſcipulos ſuos Chriſtus ipſe dixit, [g] *Venit hora vt omnis qui interficit vos arbitretur obſequium ſe præſtare Deo.* Sic, dicenti eodem Ieſu Iudæis eum lapidare volentibus.[h] *Multa bona opera oſtendi vobis ex Patre meo, propter quod eorum opus me lapidatis?* Reſponderunt Iudæi, *De bono opere non lapidamus te, ſed de blaſphemia: & quia tu homo cùm ſis, facis te ipſum Deum.*

Iudicu iuſti titulus triplici ratione eſt Dei peculiaris. d Pſal. 7.12. *Iudices iuſti inter homines quales.* *Iudicans iuſtitiā eſt peculiaris titulus Dei.* e Pſal. 74.3. f Pſal 7.9. g Ioan. 16.2. h Ioā. 10.32.

3 *Iudicium iuſtum fieri nequit niſi per exactā ſingulorum examinationem.*

(*Et probas renes & corda.*) Adducuntur hæc, vt mox tetigi, in comprobationem iuſti iudicij Dei, & ad confirmandum id quod vt Dei peculiare tributum illi fuerat nomen Iudicis iuſtitiæ, & iudicantis iuſtè. Et quia iudicium rectum, ac iuſtum per exactam fiat operæ precium eſt ſingulorum examinationem eorum quæ ad rem ſpectant, cuius definienda ſit iuſtitia. Ideo quamuis aliàs dictum reperiamus, *Qui ſcis*, ſeu *Qui noſti*, aut *Qui vides renes, & corda.* Aptiùs tamen hîc dicitur, (*Qui probas renes & corda.*) Eâ ſcilicet exactâ probatione, & examinatione, quâ ab aurifice per ignem probari bonitas conſueuit auri. Quod apertiùs expreſſit Dauid in Pſalmo 25. vbi item vt iudicem iuſtitiæ omnis Deum alloquens, cùm dixiſſet, [i] *Iudica me Domine, quoniam ego in innocentia mea ingreſſus ſum, & in Domino ſperans non infirmabor*: hunc exponit modum exactiſſimi eius quod expoſcit iudicij, ſubdens, [k] *Proba me Domine, & tenta me, vre renes meos, & cor meum.* Sicut autem ibi Dauid iuſtitiam ſuam, quam Deo optimè compertam notat, ita ab eodem iudicari poſtulauit, vt per exactam renum, & cordis ſui probationem, & aliis pariter notam ipſam faceret. In eumdem modum & hoc pariter loco, & Propheta, & Chriſtus idcirco Deum, ac Patrem, quem vt iudicantem iuſtitiam interpellarant, probantem quoque appellant renes, & corda, quò illum ſic ad iudicandum excitent tam ſuam veram, quàm falſam Iudæorum mortem ipſis machinantium iuſtitiam, vt probando, ſicut dictum eſt, ſingulorum renes & corda, qualis demum ea ſit cunctis fiat manifeſtum.

Renes, & corda probare quid ſit. i Pſal. 25.1. k Pſal. 25.2.

4 *Renes cur ſæpe in ſcripturæ iunguntur cum corde.*

Quamuis autem vnanimis omnium ſit conſenſus doctorum, vt amplificationis cauſa, ſimul ac explicationis intimorum quæ à ſolo Deo

Deo videntur,& affectuum, & desideriorum, & cogitationum, Hæc duo Hebraicâ phrasi, quæ in sacris literis est frequentissima, coniungantur, (*Renes, & corda*,) Non consentiunt tamen in ratione afferenda, cur renum potissimùm propterea cum corde fiat commemoratio, quod constat cogitationum omnium fontem esse, atque principium, iuxta illud Domini.[a] *De corde exeunt cogitationes*, &c. & illud lib. primi Paralipom.28.[b] *Omnia corda scrutatur Dominus, & vniuersas mentium cogitationes intelligit.* Quidam enim id factum arbitrantur, quod Hebraicum renum vocabulum כליות *chilaioth* à desiderando sit deriuatum à verbo כלה *chalah*, quod inter alia & desiderare significat: quia in renibus; quod omnium vehementissimum est desiderium insit libidinis. Alij ob aliud potiùs eiusdem Hebraici verbi significatum, perficiendi, & consummandi, quòd in renibus ipsis sedes sit principij, & consummationis affectuum: vnde plerique in illis vim collocant consultandi, & consummandi consilij. Cæterùm tametsi hæc rectè mihi dicta videantur, si ratio quæratur Æthymologiæ prædicti Hebraici nominis, quo renes appellantur. Primam tamen eius de quo quæritur eam assignandam censeo rationem, quam in Psalmum septimum affert Ioannes Chrysostomus, quòd cùm renes sint in intimo corpore, & abditissimi, sicut & cor, æquè prout ipsum cor, ad internas designandas cogitationes, affectusque vsurpatur; iungique simul hæc duo, renes, & cor idipsum significantia, Hebræorum more ad Epithasim, & amplificationem, ac certitudinem eius quod dicitur.

a Matth. 15. 19.
b 1. Paral. 28. 9.

Renum vocabulo significata interna quæque animi, cùm renes ipsi sint in intimo corporis abditissimi, sicut & cor.
Ioan. Chrys.

5 Quod autem renum vocabulo interna quæque in sacris literis designentur siue cogitationum, siue affectuum, siue motuum quorumcunque animi, facilè est probare, quandoquidem & in lib. Prouerbiorum affectus illis tributus reperitur gaudij, dicente Sapiente,[c] *Fili mi si sapiens fuerit animus tuus, gaudebit tecum cor meum, & exultabunt renes mei, cum locuta fuerint recta labia tua*, i. magnâ perfundar exultatione vel etiam in intimis visceribus meis, itavt & intima ipsa mea præ gaudio commoueantur. Id quod & quoad affectum, internumque animi motum maximæ indignationis, ac Zeli iisdem pariter adscriptum habemus renibus in primo libro Machab. vbi de Mathatia, vidente Iudæum quemdam Idolis palàm sacrificare iuxta Regis Antiochi iussum, dicitur.[d] *Et vidit Mathathias & doluit, & contremuerunt renes eius.* Et vt intelligeremus quid eo significatum sit tremore renum, adiectum est. *Et accensus est furor eius secundum iudicium legis*, &c. Quod clariùs in semet expertum eadem ferè phrasi in Psalm.72. contestatus videtur Dauid, Quum ait,[e] *Quia inflammatum est cor meum, & renes mei commutati sunt.* Quod egregiè ad rem nostram sic exponit Agellius meus. *Cùm indignarer, & renes mei commutarentur, varioque cogitationum æstu fluctuarem, tum ad nihilum redactus sum, & penè bellua, vt in Hebræo est, Euasi, cùm in ea re deprehendenda, (quam mox prosecutus fuerat) nihil saperem.* Quid plura? Idem Dauid in Ps.15. in quo in Christi persona ipsum locutum colligitur ex verbis & Petri Act.2. & Pauli Act.13.[f] *Insuper*, inquit, *& vsque ad noctem increpuerunt me renes mei*, i. Interiores animi mei cogitationes, & affectus semper mihi sancta, & laudabilia suggesserunt. Seu vt supra citatus ait Agellius, *Etiam in ipsa nocte, cùm sopore animi vinctus essem, ne ita liberè ratiocinari, & intelligere possem, mea præcordia me erudiũt. Et in ipsa quoque nocte tribulationis, & molestiarũ animus mihi sapit, & sancta suggerit.*

c Prou. 23. 15. & 16.
d 1. Mach. 2. 24.
e Ps. 72. 21.
Agellius.
f Psal. 15. 7.

6 (*Videam vltionem tuam ex eis.*) Locus iste non modicũ videtur habere difficultatis, vt à Ieremia prolatus, multóque magis vt a Christo habitus: contra enim Ieremiam talia loquentẽ facit, quod in lib. Ecclesiast. legimus,[g] *Qui vindicari vult, à Domino inueniet vindictã.* Quod verò talia Christo tribui nequeant, qui in toto Euangelio remissionem suasit iniuriæ, vel ex eo patet, quod contra potiùs pro suis orans crucifixoribus dixisse reperimus.[h] *Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt.* Ad quæ facilè saluo literæ sensu respõderi posset ex peruulgata illa Sacrarum regula phrasi innixa Hebraicæ quã frequẽtissimè imperatiua quæ deprecatiuam vim habere videntur, pro futuris poni consueuêre, sicque imperãdi modo prophetias pronunciare, in cuius phrasis, & moris cõprobationem vnus sat sit locus ex Psal.108. vbi Sanctus, ac mitissimus Dauid,[i] *Fiant*, inquit, *filij eius orphani*, &c. Et paulò ante, *Diabolus stet à dextris eius.* Quem locum Patres omnes vt prophetiam sumunt de eo quod proditori euẽturum erat Iudæ. Et certè legimus in Euangelio,[k] Christum cum gemitu futuram Dei ex Iudæis pro eo quod in ipso crucifigendo admiserunt sceleris prophetasse vltionem per Romanos sumendã. Et quòd per prophetiam hæc à Ieremia quoque dicta sint ex eo colligere est, quod mox clarè prophetãdo subiecit. *Propterea hæc dicit Dominus ad viros Anathoth*, &c. *Ecce ego visitabo*, &c. Quicquid tamen de hoc sit, Etiamsi deprecatiuè, prout sonat, hoc sumatur quod hîc dicitur vel à Christo, vel à Propheta, neutri certè eorum id inconueniens est, vt zelo iustitiæ vindictam aduersùs eos à Deo exposcant qui obfirmato animo in Deum delinquunt, contra omne ius iniquo animo necent iusto machinantes, & filio Dei, diuinæ & in hoc tã Propheta, quàm Christo se conformantibus voluntati, cùm nouerint ab illo dictum,[l] *Mea est vltio; & ego retribuam eis in tempore.* Quod si in lib. Eccles.[m] simpliciter prohibetur, Ne vindicari velimus; intelligendum id ibi prohiberi, ne quis ex odio, aut per semetipsum vlciscatur, Itavt in eo quod dicitur, *Qui vindicari*, verbũ vindicari deponentaliter pro vindicare sumendũ sit, vt patet ex textu Græco in quo est ὁ ἐκδικῶν hoc est *vindicans*: aut vlciscens. Quòd si Christus pro suis orauit persecutoribus, vt eis Pater ignosceret: pro iis certè orasse manifestũ est, qui per ignorantiã in eo delinquebãt. Exinde tamen minimè inferendũ, orasse & pro illis, de quibus Pilatũ sciuisse dicitur in Euãgelio,[n] quod per inuidiã tradi dissent eũ, dicente ipsomet Iesu ad Patrẽ,[o] *Non pro mundo rogo*, i. pro illis qui mundi more ex inuidia, ex odio, atque ex malitiæ peruersitate in me persequendo deliquerint, *sed pro iis quos dedisti mihi.* Pro quibus enim orauit,[p] *Exauditus fuit*, vt ait Apostolus, *pro sua reuerentia.*

Vltionem aduersariorũ an expetierint Christus, & Ieremias.
g Eccl 28. 1.
h Luc. 23. 34.
Imperatiua poni solita sæpè pro futuris.
i Psal. 108. 9.
k Luc. 19. 41.
Vltio contra obstinatos in malo exposci potest à Deo ex iustitia zelo.
Vltio prohibita, ne fiat ex odio aut per semetipsũ.
l Deut. 32. 35.
m Eccl. 28. 1.
Christus pro quibus orauerit in Cruce.
o Luc. 23. 34.
p Matth. 27. 18.
q Ioan. 17. 9.
r Heb. 5. 7.

7 (*Tibi enim reuelaui causam meam.*) Pro (*causam meam*,) Hebraicè est ריבי *ribi* propriè (*litem meam.*) Quod ita exponit Petrus à Figueira. *Humano modo de Deo loquitur. Non habeo propinquum, aut amicum qui cum negocium istud liberationis meæ, & vindictæ tractẽ, nisi te, Ideo tibi dico negocium meum.* Hugo Card. Christo ita hæc tribuit, *Numquã*, inquit, *Pater filij causam ignorauit, sed est modus loquendi*, i. *Causam meam omnino proieci super te, & omnino eam tibi cõmendaui. Sicut homo loquitur Deo, & expandit ei cor suum. Licet Deum sciat non ignorare quod cogitat. Vel, (Tibi reuelaui, &c.) i. Meis bonis operibus ostẽdi, quòd nõ merito meo, sed populi scelere crucifixus sum,*

Christus quomodo dicat se reuelasse Patri causam suam.
Figueira.
Hug Card.

Vnde

a Ioã. 5. 36.
b Ioã. 14. 30.

Vnde Ioannis 5. [a] *Opera quæ ego facio testimonium perhibent de me, & Ioan. 14.* [b] *Venit Princeps mundi huius, & in me non habet quidquam. Vel (Tibi reuelaui, &c.) i. Tu scis, sicut per reuelationem reuelatur aliquid.*

8

Litis & causa cuiusque nostræ ius vni Deo commendare, & committere fiducialiter debemus, vt benè nobis succedat.

c Psal. 36. 5.

Germanum tamen istius sententiæ sensum tã à Christo, quàm à Ieremia prolatæ ex eo peroptimè colligi posse crediderim quod iusto cuique Regius consulit Vates, quum in Psalmo 36. ait, [c] *Reuela Domino viam tuam, & spera in eo, & ipse faciet, Et educet quasi lumen iustitiam tuam, & iudicium tamquam meridiem.* Vbi vix nomine id ipsum significatur, quòd hîc causæ vocabulo exprimitur, in Vulgata, & in versione Sept. hoc quidem loco τὸ δικαίωμα, id est, *Iustificatio*. Infrà verò in huic simili loco cap. 20. τὰ ἀπολογήματα *defensiones*, dicitur. Quòd enim ibi consulit Dauid iuxta hunc Agellij est sensum, *Ius tuum, quod potentiâ malignantium & diuitum oppressus obtinere non potes, qui causam tuam quamuis optimam emergere ex captiosis calumniis, & falsis criminationibus non sinunt, Deo reuela, illique tamquam summo, & integerrimo iudici committe: & spera in eo, sollicitudine, curisque omnibus ab animo reiectis. Illi rem totam permitte. Causam enim tuam iudicabit, & de tenebris eruet, adeo vt tamquam lux appareat omnibus iustitia tua, & iudicium, ac ius tuum tamquam meridies, quo tempore lux ad summum splendoris gradum peruenit.* Id re ipsa explesse his verbis, (*Tibi enim reuelaui causam meam,*) Deo protestantur & Christus, & Propheta. Quamquam per particulam rationalem, enim, eò potissimum hæc spectare videntur, vt per ea ratio reddatur, cur tam securè mox prædixerint. (*Videam vltionem tuam ex eis.*) Aut iuxta alterum eorumdem sensum, ex hoc ipso quòd causam, litem, iustificationem, & defensiones suas omnes Deo commisère, rationem eidem proponunt quâ is quodammodo deuinctus teneatur ad vltionem de Iudæis sumendam. Vel denique referri hæc possunt ad id quod in principio huius vers. 20. dicebatur, *Tu autem Domine Sabaoth, qui iudicas iustè*, seu *iustitiam, & probas renes, & corda*: vt per particulam. (*Enim*) significent, idcirco quia Deus solus est verus, exactissimusque omnis iustitiæ probator, & iudex se reuelasse, & exposuisse illi quicquid iustitiæ haberent, in causa quæ cum Iudæis sibi erat, & propter quam ab illis mors sibi parata erat.

Vers. 20.] Tu autem Domine Sabaoth, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

9

Iudiciũ Dei quàm metuendum.

d Ephe. 5. 15.

FAciunt hæc ad incutiendum timorem iudicij Dei. Et ad nos impellẽdos ad sanctam ineundam conuersationem multò magis coram Deo quàm coram hominibus: iuxta illud Pauli, [d] *Videte quomodo cautè ambuletis, non quasi insipientes, sed vt sapientes. (Videam vltionem tuam ex eis,)* Hæc vsurpet quisquis malè, aut iniuriosè habitus ab aliquo fuerit: Non desiderio vltionis, quã acriorem erga sibi iniurium à Deo optet eâ quã vlcisci ipsemet se posset: Sed causam ipsam suam, iniurias, & illata damna cum charitate erga sui offensorem in Deum reiiciendo, iuxta illud item Apostoli. [e] *Non vosmet ipsos defendentes charissimi, sed date locum iræ. Scriptum est enim: Mihi vindicta: ego retribuam, dicit Dominus: sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitit, potum da illi: Hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius:* si scilic. emendari ille noluerit, igneam in illius caput congeres Dei vltionem quam ipsemet sibi suâ promerebit peruersitate. Tu tamen. *Noli vinci à malo; sed quãtum ex te est, vince in bono malum.* Insignem & perargutam in præsentis loci explicationem expendere est sententiam Tertulliani lib. de Pœnitentia cap. 3. quâ ait, *Neque enim si mediocritas humana factes solum indicat, quia voluntatis latebris par non est, ideirco crimina eius etiam sub Deo negligamus. Deus in omnia sufficit. Nihil à conspectu eius remotum, vnde omnino delinquitur. Quia non ignorat, nec omittit, quo minus iudicium decernat. Dissimulator & præuaricator perspicaciæ suæ non est.* Quibus extremis verbis probatur, quòd iure & confidenter ab anima qualibet vere resignata cum propheta dici queat. *Tu &c. qui iudicas iustè, & probas, &c. Videam, &c.* pro certo nimirum habent fieri non posse, vt Deus ipsi pront res exegerit non prouideat, & si iustitia id exposcat, non vlciscatur de iis qui ipsam molestat: cùm alioquin facile esset vt diuinæ eius perfectioni triplex inureretur nota, infidelitatis dissimulantis videre quæ intuetur; præuaricationis prouidentiæ ad ea quæ perspicit; & defectus iustitiæ non exhibitæ iis quæ nouit eius solius expositis tribunali. Cùm tamen indubitatum sit, eum nec dissimulatorem, nec præuaricatorem esse posse perspicaciæ suæ.

Erga inimicũ qualiter cũ Deo habere nos debeamus.

e Rom. 12. 19.

Tertull.

10

Andr. Cap.

Reuelatio rerum suarum facta Deo est signum eximiæ iustitiæ.

f 1. Cor 4. 3.

(*Tibi enim reuelaui causam meam.*) Notat super his Andreas Cappella, Eximiæ iustitiæ indicium esse, reuelare Deo causam suam, omniaque illi committere. *Sunt, inquit, qui hominibus causam suam reuelant, ad tantum moliuntur, vt illorum causa iusta appareat hominibus: nihil interim curantes quid de illis Deus iudicet. Sunt & qui nemini reuelant, eo tantum contenti, quod suo iudicio iusti sint, superbi, elati, seipsos amantes, & sibi placentes in confusione ipsorum. Vtrumque fugiendum docet Apostolus,* [f] *dicens: Mihi autem pro minimo est, vt a vobis iudicer, aut ab humano die. Sed neque me ipsum iudico: qui autem iudicat me, Dominus est.*

VVLGATÆ.

Vers. 20.] Tu autem Domine Sabaoth.

SEPTVAGINTA.

20. Κύριε κρίνων δίκαια, δοκιμάζων νεφροὺς, καὶ καρδίας. ἴδοιμι τὴν παρὰ σοῦ ἐκδίκησιν ἐξ αὐτῶν. ὅτι πρὸς σὲ ἀπεκάλυψα τὸ δικαίωμά μου.

Vers. 20.] Domine iudicans iusta, probans renes, & corda, videam eam, quæ à te, vltionem ex eis: quoniam ad te reuelaui iustificationem meam.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1

PARAPHRASIS Chaldaicã. *Et Dominus exercituum iudex veritatis in cuius conspectu manifesta sunt renes, & cor. Videbo vltionem iudicij tui ex eis: quia coram te dixi iniuriam meam.*

Vers. 20. (*Tu autem Domine Sabaoth; qui iudicas iustè, &c.*

Origenes homil. 8. supra citatâ. *Prophetice orat. ut videat vindictâ de eis apud Patrem. Circundata est quippe ab exercitu Ierusalem, & appropinquauit subuersio eius, & id quod dictum ad eam fuerat, [a] Ecce dimittetur vobis domus vestra deserta, completum est. (Videam ergo quæ ex te est vindictam de eis,) quia ad te reuelaui iustificationem meam.*

Origenes. *Imprecatio vindictæ prophetice facta in Iudæos.* a Matth. 23. 38.

Hieronymus in Commentariis. *Id scelus animo cogitarunt Iudæi, vt nomen Christi delerent in perpetuum. Sed è contrario iuxta assumpti corporis sacramentum loquitur filius ad Patrem: & imprecatur iudicium eius, dum laudat iustitiam, & inspectorem renis, & cordis inuocat Deum; vt ipse reddat populo quod meretur, & dicit. (Videam vltionem tuam ex eis) eorum videlicet, qui in scelere perseuerant; & non eorum qui vertuntur ad pœnitentiam. De illis ait in cruce. [b] Pater ignosce illis, quod enim faciunt nesciunt. Reuelatque Patri, & aperit causam suam, quia nullo suo merito, sed de scelere populi crucifixus est, dicens [c] Ecce venit princeps mundi huius, & inuenit in me nihil.*

Hieronym. *Vindictam quibus imprecatus fuerit Christus.* b Luc. 23. 34. c Ioan. 14. 30.

Theodoritus. *Tum Propheta, (Tu verò Domine* C

A *exercituum, qui, &c.) Renes vocat cogitationes, eò quòd concupiscendi vis in renibus sita, frequenter incitat cogitationem. Non tamen frustra permisit Deus Prophetam aduersis tentari, sed cùm sæpe conatus esset pro iniquè agentibus supplicare, volens suadere ei Deus, ne seipsum putaret clementem, thesaurum autem bonitatis, crudelem, insultum hunc fieri permisit. Ille verò dolore confectus supplicat Deo, vt iustè iudicet, & de impiis sumat pœnas.*

Theodorit. *Renum nomine significata cogitationes à vi concupiscendi. Tribulationis vtilitas.*

D. Thomas. *Propheta petit vindictam allegans auctoritatem, & potentiam (Tu autem Domine Sabaoth.) id est exercituum, per quam potest, (Iustitiam)* B *per quam vult, (Qui iudicas iustè:) Scientiam, per quam scit, (Et probas renes,) id est cogitationes, (Ex eis) Ex persona Christi, qui scilicet obstinati sunt: pro aliis enim orat. Luca 23. Thren. 3. [d] Vidisti Domine iniquitatem illorum aduersùm me, iudica iudicium meum. Et assignat causam (Tibi enim reuelaui) non quasi nescienti, sed totam causam meam in te ponens.*

D. Thom. *Vindicta Deo relinquenda.* d Thren. 3. 3.

Rupertus Abbas lib. in Apocalyp. in cap. 9. ita hæc citat. *Domine exercituum probator iusti, qui vides renes eorum videam quæso vltionem.*

Rup. Abb.

CATENA VETERVM PATRVM
GRÆCORVM.

Κύριε κρίνων δίκαια. ἴδοιμι τὴν παρά σου ἐκδίκησιν ἐξ αὐτῶν, ὅτι πρὸς σὲ ἀπεκάλυψα τὸ δικαίωμά μου.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὅρα παῤῥησίαν ἀπλῶς, D καὶ εἰκῆ ταῦτα πάσχω. παρά σου βούλομαι ἐκδίκησιν ἂν θέλης, φησίν. οὐκ ἂν δὲ γένοιτο παρά σου, ὃ μὴ μετὰ τοῦ δικαίου γένοιτο, ὡς ὅταν παρὰ τοῦ κριτοῦ ἡ ἀπαίτησις. οὐχ ἀπλῶς εἶπεν κρίνων δίκαια, δοκιμάζων νεφρούς. εἴτι λάθρα κατ' αὐτῶν τετόλμηται, εἴτι κατὰ διάνοιαν, σὺ οἶδας ὁ τὰ ἀπόῤῥητα πάντων εἰδώς.

[Πρὸς σὲ ἀπεκάλυψα τὸ δικαίωμά μου.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τουτέστι τὰ δίκαιά μου σοὶ εἶπον. σὺ κύριος ἐπεξελθεῖν. ὁρᾷς ὅτι οὐχ E ἑαυτῷ ἐπιτρέπει, ἀλλὰ τῷ Θεῷ; ἤκουσάς μου τὰ δικαιώματα, ὡς θέλεις ποίησον.

Ὀλυμπιοδώρου.] λοιδορούμενος γὰρ οὐκ ἀντιλοιδόρει, πάσχων οὐκ ἠπείλει: παρεδίδου δὲ τῷ κρίνοντι δικαίως, κατὰ τὸν ἱερὸν Ἀπόστολον.

Vers. 20. *Domine iudicans iusta, &c. Videam eam quæ à te vltionem ex eis, quoniam ad te reuelaui iustificationem meam.*

2

Chrysostomi.] *Vide dicendi libertatem: sine causa, temereque hæc patior; A te vindictam peto. Si tu volueris, inquit. Non enim fiet à te nisi quòd iustum est, quippe cùm à iudice rectum exquirat. Non sine graui causa dixit, iudicans iustitiam, & probans renes. Si quid clam aduersùs eos ausum mihi est, si quid animo cogitatum, tu, cui omnium secreta patent, nosti.*

Chrysost. *Vindicta in eos qui se offendũt quomodo petenda sit à Deo.*

(Ad te reuelaui iustificationem meam.)

Chrysostomi.] *Hoc est, tibi quæ pro me faciunt dixi. Tu potes vindictam sumere. Vides non sibi ipsi, sed Deo causam committere? audisti iustificationes meas; fac vt placuerit, acquiesco.*

Chrysost. *Vindictam à Deo exposcens resignet rem totam in ipsius Dei manus.*

Olympiodori.] [e] *Cùm enim malediceretur non remaledicebat, cùm pateretur, non comminabatur, se autem iustè iudicanti præbebat, iuxta diuinum Apostolum.*

Olympiod. e 1. Pet. 2. 23. *Christi tolerantia, humilisque reprehensio in passione.*

Vers. 21.] Propterea hæc dicit Dominus ad viros Anathoth, qui quærunt animam tuam, & dicunt: Non prophetabis in nomine Domini, & non morieris in manibus nostris.

PARAPRHASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

IN [f] quorum confirmationem hæc idem subintulit Dominus, & ad viros oppidi Sacerdotalis Anathoth. Qui te è vita tollere moliuntur conciues tui Ieremia, ideoque sibimet metuentes, ne propter acerrimum quem ex ratione vaticinandi, prædicandi, & arguendi apud Iudæos tibi conflasti odium aliquid tandem & eis, vt contribulibus tuis contingat F *mali, palàm tibi protestantur, ne Prophetes quæ sibi desuper reuelata prædicas aspera, & calamitates: neue toties in vitiis reprehendendis suadendisque virtutibus meum proponas, in quo loqueris, nomen, alioquin propriis manibus ipsosmet mortem tibi illaturos. Id quod & Christi mortem pariter minitantibus dixit Sacerdotibus, prohibentibusque ei ne loqueretur in nomine Patris sui.*

f *Propterea hæc dicit Dominus ad viros Anathoth, qui quærunt animam tuã, & dicunt: Non prophetabis in nomine Domini, & non morieris in manibus nostris.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1

PRopterea hæc dicit Dominus, &c. Ita ad verbum & lectio Hebraica. Versio autem Sept. parum quid habet diuersi, sic quippe legit. *(Propterea hæc dicit Dominus super viros Anathoth quæren-*

An hæc Ieremiæ Soli, vel etiã & Christo conueniãt sensu literali.

quæren

quærentes animam meam, dicentes, Non prophetabis in nomine Domini, alioquin morieris in manibus noſtris. Ob ſpecialem iſtam commemorationem ciuium Anathoth patriæ Ieremiæ, vt vidimus in principio iſtius operis, & quia totum hoc vaticinium, quod ab hoc verſu continetur vſque ad finem præſentis capitis cōtra illos nominatim eſt ipſius Prophetæ conciues, factum eſt vt communi expoſitorum ſententia narratio iſta vniuerſa, quam cæptam vidimus in verſ. 18. de Ieremia hiſtoricè, & ſecundùm literam ſumenda aſſeratur, de Ieremia inquam quatenus typus extitit Chriſti, ita vt typicè, & myſticè ea eidem Chriſto conueniant. In quam ſententiam & Hieronymus, qui omnino id negauerat, vtque Iudæorum, & Iudaizantium aſſertum dixerat ab Eccleſia reiiciendum, propter hæc inclinans tandem ait, *Vt autem nos omni interpretationis moleſtiâ liberemur, illam ſequamur regulam. Quòd omnes Prophetæ in typum Domini Saluatoris pleraq. geſſerint, & quicquid iuxta præſens tempus completum ſit in Ieremia, hoc in futurum de Domino Prophetari.* A qua communi ſententia religio mihi eſſet, ſi diſcederem quoad hoc, quòd in hac extrema præſentis narrationis parte Ieremias de ſuis quidem ſpecialibus hoſtibus; qui ipſi mortem intentabant, hiſtorico loquatur ſenſu, ſenſu verò typico atque myſtico in Chriſti loquatur perſona, deque illius perſecutoribus quærentibus animam eius. Ita tamen, vt quæ vſque ad præſentem verſ. 21. præceſſerunt iſtiuſmet narrationis, & de Ieremia, & de Chriſto hiſtorico ſenſu, & literali vt ſupra notatum eſt, ſumenda non dubitem, iuxta eam quam hucuſque proſecutus ſum in illis exponendis rationē.

Hieronym.

2 Celeberrima eſt enim Sanctorū Patrum Hieronymi Proœmio in Iſaiam, Auguſtini lib. 17. de Ciuit. Dei cap. 3. & lib. 12. contra Fauſtum cap. 7. Gregorij Papæ homil. 1. in Ezechielem. Baſilij Magni prologo in Iſaiam Theodoriti prologo Comment. in Danielem, regula in ſacris literis obſeruanda, & præſertim in Prophetarum vaticiniis, vt aliqua & literali ſenſu de Chriſto dicantur, plerìſque aliis ſecundùm hiſtoriam, literalemque ſenſum aliò ſpectantibus, quorum & complura ad Chriſtum item pertineant, ſed ſenſu myſtico, & ſpiritali. Id autem contingere plerumque, prout in hoc Ieremiæ, quod præ manibus habemus Vaticinio, in vna, eademque eiuſdem narrationis ſerie, vel vno ſat ſit probemus exemplo Paſchalis agni hiſtoriæ, quam & ſupra tetigimus. In ea quippe certum eſt, id quod hiſtoricè de eo agno dictum eſt in libro Exodi.[a] *Nec os illius confringetis*, & literali ſenſu de Chriſto habitum in Cruce pendente, iuxta expoſitionem Ioannis Euangeliſtæ, qui cùm retuliſſet Chriſto cruci affixo crura minimè fracta, ſubintulit.[b] *Facta ſunt enim hæc, vt ſcriptura impleretur, Os non confringetis ex eo.* Et certum pariter eſt, cōplura alia, quæ eodem Exodi capite hiſtoriæ mandantur quoad agnum illum, figuraliter quidem, & myſticè Chriſto conuenire, nullo tamen pacto ſecundùm literam, cùm exploratum omnibus ſit, Chriſtum nec vnius duntaxat anni extitiſſe quando in crucem elatus fuit, quod ſecundùm hiſtoriam agno illi competebat, quem anniculum ſumendum, dicit textus, & ſic de cæteris.

Hieronym. August. Greg. Papa. Baſil. Magn. Theodorit. *Regula ſenſuū in Vaticiniis Prophetarum.*

a Exod. 12. 46.

b Ioan. 19. 36.

3 Hoc poſito in his, & ſequentibus eam proſequemur exponendi rationem, vt primò explicemus quæ ad Ieremiam ſpectant iuxta hiſtoriam: tum & ea addamus, quæ iuxta typum & ad Chriſtum pertinent, quò cæptam in præcedentibus & nos terminemus narrationem. (*Propterea hæc dicit Dominus.*) Tertia perſona pro prima. *Ego Dominus dico*: vt bene notat Vatablus. Ac ſi dicat, *Quia mihi reuelaſti cauſam tuam, faciam quod à me petis, & vltionem ſumam de hoſtibus tuis.* Nominatim autem meminit vt præcipuorum ipſius hoſtium, eius conciuium virorum Anathoth, quòd ij præ cæteris Iudæorum illum & odio proſequerentur, & eius inſidiarentur vitæ. Cur verò ita ſe erga ipſum habuerint Anathothitæ, duas affert rationes Nicolaus de Lyra, & quia ab eo frequentiùs, & acriùs arguebantur: Et quia illi inuidebant ob prophetiæ donum, cùm inuidia magis ſit inter conciues, & ſimul habitantes, quàm inter extraneos, & longinquos, prout ait Ariſtoteles 2. Rethoric. quandoquidem inuidia eſt triſtitia de bono alterius, in quantùm æſtimatur boni proprij diminutiuum, bonum autem excellens alicuius multum longinqui non apprehenditur ſic diminutiuum proprij, ſicut propinqui &c. Duas alias aſſignat eiuſdem rei rationes Chriſtophorus à Caſtro ex eorumdem collectas verbis, (*Non Prophetaſtis in nomine Domini*, &c.) Vnam, quòd falſi Prophetæ Anathothitæ, qui prophetabant in Baal, ferre non poſſent, vt Ieremias prophetaret in nomine Domini, quem exoſum habebant. Alteram, quòd non benè audiret Ieremias ipſe apud eos propter increpationes, & comminationes, quibus ſæpius in Dei nomine comminabatur captiuitatem, ſtragem, & euerſionem. Cæterùm quamuis quatuor allatæ hæ rationes bonæ ſint, ſi Anathothitarum ſpecialiter hìc facta ſit mentio, quòd illi maiori Prophetam proſequerentur odio, propter quod & eidem prohibuerint ſub pœna mortis, ne prophetaret in nomine Domini: Tamen ipſe haud exinde factum crediderim, vt Anathothitæ prohibuerint cum comminatione necis Ieremiæ neprophetaret in nomine Domini, quòd ipſum præ cæteris Iudæis odirent: ſed quod iſtiuſmodi illius conciuis ſui prophetationem metuerent in ipſorum redundaturam perniciem. Itaut non tam propter proprium odium, quàm propter rationem politicam, propriumque (vt dicunt) intereſſe, illius inſidiarentur vitæ. Videntes quippe, Iudæos illum vehementiſſimo acerrimóque proſequi odio, propter vaticinia quæ ab eo proferebantur imminentium calamitatum, timebant ipſi ſibimet, ne aliquid inde ſubirent mali, in eiuſdem Prophetæ conciuis ſui odium.

Vatablus. *Anathothitæ cur præ cæteris Ieremiam odirent.* Nicolaus. de Lyra. *Inuidia inter quos ſit magis.* Ariſtoteles. Chriſt. à Caſtro. *Anathothitæ necem Ieremiæ comminati ſunt ſi non deſtitiſſet à prophetando in nomine Domini, ob rationem politicam.*

4 (*Qui quærunt animam meam.*) Quærere animam alicuius. Phraſis eſt Hebraica contraria ſignificans, adeóque iuxta eum quem antecedentia, & conſequentia ſuggerunt ſenſum, vnoquoque in loco variè interpretanda. Quamquam noſter Interpres in vulgata id ſeruauit, vt quando in bonum ſenſum ea vſurpata reperitur, compoſitis ipſam reddiderit verbis requirere, aut exquirere, vt Geneſ. 9.[c] *De manu hominis, de manu viri, & fratris eius requiram animam hominis*, id eſt, vlciſcar, & vindex ero necis hominis. Et Pſal. 141.[d] *Periit fuga à me & non eſt qui requirat animam meam*, id eſt. Neſcio quo, & ad quem confugiam cùm nullus ſit, qui rationem vitæ habeat meæ. Baruch. 6. *Ipſe autem exquiram animas veſtras*, id eſt, Si quis mortem vobis intulerit, ego illius vltor ero. Hoc autem loco, prout & alibi quando in noſtra Vulgata ſimplici verbo habetur. Quærere animam eſt vitæ inſidiari, contendere vt vita cuipiam eripiatur, prout phraſim ipſam declaratam habe-

Quærere animam alicuius phraſi hebraicâ ſignificat duo contraria & ſumitur in bonum, & in malum.

c Gen. 9. 5.

d Pſal. 141. 5.

e Baruc. 6. 6.

habemus in Psalmo 39. vbi Propheta ait,[a] *Confundantur, & reuereantur simul qui quærunt animam meam, vt auferant eam.*

a Psal. 39. 15.

5 *Prophetandi verbo quid significetur. Iudæorum Idololatria quò excreuerit.*

(*Et dicunt, Non prophetabis in nomine Domini.*) Prophetandi verbo nedum futura prædici, sed & prædicare quæ salutaria essent, & Dei verbum exponere significatur, prout aliàs probasse me recolo. Hocque totum illud erat, quod in Ieremia ferre non poterant Iudæi, & quod illi prohibent sui in primis conciues propter politicam, quam mox attulimus rationem. Colligi ex hoc loco inquit Andreas Cappella, adeo apud Iudæos tunc temporis creuisse Idololatriam, vt Deum veluti exosum haberent, ita vt non possent æquo animo audire Prophetantes in nomine eius. Sed id potiùs ex his colligendum putarim ipse, quò generaliter in Iudæorum animis deuenerit peruersitas; cùm ne dum à suis emendari noluerint sceleribus, sed nec de iis corripi verbo vellent Domini, cuius nomine ipsos arguebat Ieremias, nec minis eiusdem Dei deterreri: Imò nec ipsum Dei nomẽ toties repetitum audire. Quod totum expressioribus verbis Isai. 30. iidem contestati sunt, dicentes.[b] *Videntibus, nolite videre, Nolite aspicere nobis ea quæ recta sunt: loquimini nobis placentia: videte nobis errores.* i. Prophetate nobis prospera, ne semper animis diuexemur, tametsi errores ea sint, fallaciæ & deceptiones. Loquimini quæ nobis sint ad sensum, quæque vos putatis errores. *Auferte à me viam.* Ne eadem semper, & consueta ingeratis. Cesset iam aliquando quam nobis quotidie inculcatis via mandatorum Dei. *Declinate à me* istiusmodi Dei *semitam. Cesset à facie nostra sanctus Israel.* Ne nobis iam toties nomen occinatis Sancti Israel, quo in singulis vestris vatibus & sermonibus, & vaticiniis. Molesta est & pergrauis ista iugis cantilena. Et vt exploratum esset, cur hæc ab illis dicerentur, benè eos priùs descripsit Dominus Isaiæ dicens,[c] (*Populus ad iracundiam prouocans est, & filij mendaces, seu infideles filij nolentes audire legem Dei.*)

Andr. Capp.

Peruersitas quò tandem deueniat in impiorum animos.

b Isai. 30. 10.

c Isai. 30. 9.

6 *Quomodo demonstratas à Domino occultas sibi insidias mortis dicat Ieremias, quas palàm ab ipsis insidiantibus audiuit.* Figueira.

(*Et non morieris in manibus nostris.*) Idem est ac si dixissent, *Et non interficiemus te.* Quærit hoc loco Petrus à Figueira. Si mortem illi palàm minabantur, quomodo supra ipsemet dixerit, *Tu Domine demonstrasti mihi, & cognoui,* &c. Respondetque Ieremiam has minas, tamquam solùm minas accepisse, nec timuisse ne ab iis morte apertâ occideretur, neque sollicitum ea de re extitisse. At ignarum de veneno fuisse, quod occultè ei parabant. Cæterùm cùm id quod de veneno dicitur minimè probauerimus supra in vers. 19. Meliùs, tutiúsque prædictæ difficultati duobus modis satisfieri posse crediderim. Vel vt dicamus, Ieremiam primùm quidem gratias Deo egisse, quòd cùm ignoraret, Iudæos omnes in ipsius necem machinatos, id sibi reuelare dignatus sit: Tum in hoc vers. exponere, quomodo apertas à suis conciuibus sibi factas acceperit necis minas. Vel vt quod priùs dixerat. *Tu autem Domine demonstrasti,* &c. intelligatur de eo quod antea ab Anathothitis ipsis secretâ coniuratione mortem Ieremiæ inferre consuluerunt, decreueruntque: quod verò hic subiectum est, intelligatur de ea quæ tandem per eosdem facta est ipsi Prophetæ manifestatio decreti eorum consilij, quando & laruam (vt dici solet) sibi abstulerunt, apertos se se illi declarantes hostes, necisque ministros, si non cessasset Prophetare in nomine Domini.

7 *Christo quomodo comminasse dicantur Anathothitæ mortem.*

Si Christum in hoc quoque vers. loqui, seu, Si vt ad Christum pertinentia hæc sumere velimus. Tota difficultas in eo sita est, quâ ratione ei conueniat, quod dicitur, Ab Anathoticis viris mortem illi comminatam. Hugo certè Cardinalis sequens B. Hieronymum, per nominis Anathoth interpretationem ab hac se explicat difficultate, cùm enim Anathoth interpretetur obedientia, per viros Anathoth Iudæos in genere significatos inquit, qui viri esse debuissent obedientiæ. Mihi aptiùs videtur dicendum sub typo virorum Anathoth, quos Sacerdotes fuisse diximus, è Sacerdotali oppido Sacerdotũ, eos designatos, per quos potissimum factum est, vt Christo mors sit illata: idque ob politicam pariter rationem, vt ex eo colligitur Euangelij Ioannis, quando,[d] *Colligentes Pontifices, & Pharisæi Concilium dicebant, Quid facimus? quia hic homo multa signa facit. Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, & venient Romani, & tollent nostrum locum & gentem.* Porrò quòd propterea mortem eidem inferendam curarint, quia ipse à Prophetatione in nomine Domini, id est, à prædicatione verbi Dei desistere noluerit, & quia Iudæos, ipsosque in primis in Patris nomine, proque eiusdem Patris honore increparit, plenæ sunt omnes Euangeliorum paginæ. Lege cap. 11. Euangelij Marci,[e] quando ingressus templum, eiectisque vendentibus & ementibus, &c. cùm dixisset. *Nonne scriptum est, Quia domus mea domus orationis vocabitur omnibus gentibus?* Subdit Euangelista.[f] *Quo audito Principes Sacerdotum, & Scribæ quærebant quomodò eum perderent.* Lege cap. 20. Lucæ.[g] Vbi post expositas à Christo parabolas vineæ, & lapidis reprobati. Subdit item Euangelista,[h] *Et quærebant Principes Sacerdotum, & Scribæ mittere in illum manus in illa hora.*

Hug. Card.

Christo mors illata potissimum per Sacerdotes.

d Ioan. 11. 47.

e Marc. 11. 15.

f Marc. 11. 18.

g Luc. 20. 9.

h Luc. 20. 19.

Vers. 21.] Propterea hæc dicit Dominus, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

8 *Religiosi praui & inobedientes qualiter se erga suos habeant Prælatos.* Hugo Card.

SAT bonum est Morale, quod in istorum expositione affert Hugo Cardinalis. Vt viri Anathoth hic dicantur Religiosi, qui quam vouerunt non seruant obedientiam, nomine Anathoth significatam. *Hi* inquit, *quærunt animam Christi, & dicunt, Non Prophetabis in nomine Domini: quia & vitam Christi, & doctrinam in se extinguunt: quia mali, & immundi sunt in vita: & hebetes in scientia, & doctrina: de Christo enim dicitur Lucæ vlt.*[i] *Qui fuit vir Propheta potens in opere, & sermone,* (*Et non morieris in manibus nostris.*) *Sic multi mali Prælatis suis dicunt: Desiste à correptione, & prædicatione, & nos desistemus à tua persecutione, & dimittemus te in Prælatione. Galat. 4.*[k] *Factus sum vobis inimicus verum dicens.*

i Luc. 24. 19.

k Gala. 4. 16.

Vide Appendicem Patrum post Expositionem Secundam vers. 23.

Vers. 22.] Propterea hæc dicit Dominus exercituum: Ecce ego visitabo super eos: iuuenes morientur in gladio, filij eorum, & filiæ eorum morientur in fame.

Vers. 23.] Et reliquiæ non erunt ex eis: inducam enim malum super viros Anathoth, annum visitationis eorum.

PARA

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Propterea hæc dicit Dominus exercituum: Ecce ego viſitabo ſuper eos: iuuenes eorum morientur in gladio filij eorum, & filiæ eorum morientur in fame.

Quid [a] verò illud eſt, quod & ad iſtos, & ad illos ait, qui vindex iuſtorum eſt? Ecce ego, inquit, exactiſſimo facto ſingulorum examine, vt ſedulus viſitator punitionem ſuper eos inſtituam; qui iuuenili robore in prælium ex eis egreſſi fuerint gladio interficientur: fameſque tam acerba erit in ciuitate, vt qui in domibus ſuperſtites fuerint tenelli filij, filiæque ipſorum præ cibi inopia mortem ſint obituri, vnà cum mulieribus, atque iis qui confecti ſunt ſenio.

EXPOSITIO PRIMA IUXTA SENSUM LITERÆ.

1

Propterea hæc dicit Dominus, &c.) In Originalibus Hebr. & Sept. nihil diuerſi. Recole quod ſæpius animaduertimus, verbum viſitandi ſumi & pro punire. In futura autem punitione virorum Anathoth, & iuuenum meminit gladio interficiendorum in prælio, & imbellis ætatis puerorum in ipſiſmet domibus fame morientium, idipſum intelligit & de ſenibus.

Verſ. 23. PARAPHRASIS LITERÆ.

b Et reliquiæ non erunt ex eis: inducam enim malum ſuper viros Anathoth, annum (ſeu in anno) viſitationis eorum.

Vix [b] ex illis ſupererit quis reliquus, ſemen eorum deficiet, obſtinatorumque eorum in odio nullæ ſinentur eſſe reliquiæ. Tempore enim quo ipſorum viſitabo agendi rationes, inferam & ſuper Anathothithas, & ſuper Sacerdotes malorum genera multiplicia, inter quæ non extremum obtinebit locum viſitatio ipſa, & iudicium eorum quæ egerint.

Verſ. 23. EXPOSITIO LITERÆ.

2 Reliquiæ non remanſuræ ex Iudæis & ex viris Anathoth quomodo intelligendum.

Et reliquiæ, non erunt ex eis. Inducam enim malum ſuper viros Anathoth, annum viſitationis eorum. Sept. (*Et reliquiæ non erunt eorum, quia inducam mala ſuper habitantes in Anathoth in anno viſitationis eorum.* Sic & Hebr. (*In anno*, &c.) Quòd ait, (*Reliquiæ non erunt ex eis*) duplicem habere poteſt ſenſum, vel vt reliquiarum nomine illorum intelligatur poſteritas, iuxta illud Pſalmi, [c] *& ſemen impiorum peribit.* Vel vt eodem vocabulo & ipſi deſignentur, contra quos iſta habentur, ſenſuſque ſit, nullum eorum remanſurum ſuperſtitem in futura clade. Cæterùm hîc notandum, hæc intelligenda de reprobis & obſtinatis: ſuperfuiſſe enim ex illis eos qui veniam meruerunt, patet ex primo libro Eſdræ, vbi inter Iudæos, qui è Babylonia redierunt in patriam Cyri tempore, numerantur & quædam Anathothitarum reliquiæ, ſic enim habes in cap. 2. [d] *Viri Anathoth centum viginti octo.* Annum porrò dicit viſitationis eorum ſtatutum tempus, quo punientur. Simulque per Metonymiam & calamitates vniuerſas quæ eo contingent tempore. Id autem aduersùs Ieremiæ hoſtes extitit, quando per Chaldæos facta eſt totius Iudeæ euerſio: contra hoſtes verò Chriſti, quum per Romanos extrema facta eſt eiuſdem deſolatio.

c Pſal. 36. 28.

d 1. Eſdr. 2. 23.

Verſ. 22.] Propterea hæc dicit Dominus, &c.

Verſ. 23.] Et reliquiæ non erunt, &c.

A EXPOSITIO SECUNDA IUXTA SENSUS MORALES.

3 Religionis inobſeruantis caſtigatio à Deo.

Propterea hæc dicit Dominus.) Sequitur Hugo. *Quia contemnitis minorem correptionem: faciam fieri ſuper vos duram inquiſitionem à Papa, & ideo dicitur annus viſitationis* (*Iuuenes,*) *Nouitij morientur in gladio ſcilicet diſciplinæ, per quam eorum laſciuia iuuentutis perimitur, (filij eorum, & filiæ eorum morientur in fame) quaſi fortiores, & debiliores de nouitiis arctabuntur ciborum ariditate.*

Verſ. 23. (*Et reliquiæ non erunt ex eis. Quaſi ad* B *literam, ita arctabuntur in cibis, quòd in menſa paruas facient reliquias. Ita enim eſt in Religione, quòd ſenes abundant cibis, & veſtibus in cellis: ſed iuuenes non habent quid comedant in Conuentu. Cùm enim viſitantur Religiones, plus arctantur minores quàm maiores.* Hæc Hugo.

Deus nouit quamdiu vnumquemque expectare debeat ad pœnitentiam, ſeu ad pœnam. Andr. Capp.

Circa id quod vltimo hîc dicitur (*Annum viſitationis eorum.*) Nota cum Andrea Cappella cùm id ipſum ſit, ac *Tempus viſitationis eorum*, Ex his colligi, Noſſe Dominum quamdiu expectare debeat: præfixiſſe vnicuique terminum ſuum ſibi ſoli manifeſtum, iuxta illud, [e] *Neſcitis diem, neque* C *horam.* Et, [f] *Eſtote ergo parati, quia quâ horâ, non putatis, filius hominis veniet.* De præfixa autem hac Dei viſitatione vide plura dicta à nobis in cap. 5. ſuper verſ. 9. *Numquid ſuper his non viſitabo?* &c.

e Matt. 25. 13.

f Luc. 12. 40.

VULGATÆ.

Verſ. 21.] Propterea hæc dicit Dominus, &c.

Verſ. 22.] Propterea, &c.

D *Verſ.* 23. Reliquiæ non erunt, &c.

SEPTUAGINTA.

21. Διὰ τοῦτο τάδε λέγει κύριος, ἐπὶ τοὺς ἄνδρας ἀναθώθ τοὺς ζητοῦντας τὴν ψυχήν μου, τοὺς λέγοντας, οὐ μὴ προφητεύσῃς ἐπὶ τῷ ὀνόματι κυρίου, εἰ δὲ μὴ ἀποθάνῃ ἐν ταῖς χερσὶν ἡμῶν.

22. Ἰδοὺ ἐγὼ ἐπισκέψομαι ἐπ' αὐτούς. οἱ νεανίσκοι αὐτῶν ἐν μαχαίρᾳ ἀποθανοῦνται, καὶ οἱ υἱοὶ αὐτῶν, καὶ αἱ θυγατέρες αὐτῶν τελευτήσουσιν ἐν λιμῷ. E

23. Καὶ ἐγκατάλειμμα οὐκ ἔσται αὐτῶν, ὅτι ἐπάξω κακὰ ἐπὶ τοὺς κατοικοῦντας ἐν ἀναθώθ. ἐν ἐνιαυτῷ ἐπισκέψεως αὐτῶν.

Verſ. 21.] Idcirco hæc dicit Dominus ſuper viros Anathoth, qui quærunt animam meam, dicentes; non Prophetabis in nomine Domini: alioqui morieris in manibus noſtris. F

Verſ. 22.] Ecce ego viſitabo ſuper eos. Iuuenes eorum in gladio morientur: & filij eorum, & filiæ eorum morientur in fame.

Verſ. 23.] Et Reliquiæ non erunt eorum. Inducam enim mala ſuper habitatores Anathoth, in anno viſitationis eorum.

APPEN

APPENDIX EXPOSITIONVM
Ex antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Propterea hæc dicit Dominus super viros Anathoth qui quærunt occidere te, qui dicunt, Non Prophetabis in nomine Domini, & non morieris in manibus nostris.* Vers. 22. *Propterea hæc dicit Dominus exercituum: Ecce ego visitabo super eos: Iuuenes eorum occidentur gladio: filij eorum & filiæ eorum morientur fame.* Vers. 23. *Et reliquiæ non erunt eis, quia inducam malum super viros Anathoth, Annum visitationis peccatorum.*

Vers. 21. 22. & 23. (*Propterea hæc dicit Dominus, &c.*)

Origenes citatâ homil. 8. omnino negat hæc spectare ad personam Ieremię, quem nulla inquit historia narrat persecutiones sustinuisse à viris Anathothitis. Asserit autem per viros Anathoth quod obedientia interpretatur, significatos Iudæos, quatenus obedientia Dei in illo fuit populo, qui Christum persecuti sunt, eiusque animam quæsierunt, prohibentes ei ne doceret. Similiter ad Christi tempora refert, quod de fame dicitur. Vers. 22. intelligens id de fame audiendi verbi Dei. *Ista fames,* inquit, *est Prophetiæ vocis cessantis: in eis Completum est illud vaticinium.* [a] *Auferet Dominus à Iudæa, & à Ierusalem validum, & validam, virtutem panis, & virtutem aquæ, &c. vt habes Isai. 3. Migrauerunt ab eis Architecti, venerunt ad Ecclesiam, posuerunt fundamentum Christum Iesum.*

Origenes. Anathothitarum nomine designati Iudæi.

Iudæis defecit Prophetia, & Propheta post Christi mortem.

a Isai. 3. 1.

2 Hieronymus. *Videtur hoc superiori sententiæ contraire, quâ voluimus approbare, ex persona Christi dicta esse quæ dicta sunt, Et non ex Ieremiæ, qui propriè habitat in viculo Anathoth, qui ab Ierosolymis tribus distat millibus. Sed si intellexerimus ethymologiam oppidi Anathoth, quod interpretatur obedientia, liquidò monstrabitur, viros Anathoth, qui quondam Domini præceptis obtemperarunt, omnes dici Iudæos, & maximè habitatores Ierusalem, in quos extrema venit sententia, vt obsidionis malis, gladio, fame & peste interirent. Vt autem nos omni interpretationis molestiâ liberemus, illam sequamur regulam. Quòd omnes Prophetæ in typum Domini Saluatoris pleraque gesserint: & quicquid iuxta præsens tempus completum sit in Ieremia, hoc in futurum de Domino Prophetari.*

Hieronym. Iudæi significati per ciues Anathoth, quod obedientiam sonat.

Propheta pleraque gesserunt in typum Christi.

Theodoritus ad Ieremiam hæc spectare existimans. *Ille,* inquit, *dolore confectus supplicat Deo, vt iustè iudicet, & de impiis sumat pœnas. Quam supplicationem suscipit Dominus, ac datâ responsione punitionem minatur, & quosdam in bello interficiendos dicit, alios fame perituros.*

Theodorit.

D. Thomas allato huic simili sensu literæ addit & mysticum Origenis, & Hieronymi ex ethymologia nominis Anathoth.

D. Thom.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΔΙΑ τοῦτο τάδε λέγει κύριος ἐπὶ τοὺς ἄνδρας ἀναθὼθ, τοὺς ζητοῦντας τὴν ψυχήν μου, τοὺς λέγοντας, οὐ μὴ προφητεύσεις ἐπὶ τῷ ὀνόματι κυρίου, εἰ δὲ μή.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὁρᾷς ὅτι εἰς θεὸν ἔτεινε τὸ πρᾶγμα. ἐκώλυον λέγειν τὰ παρὰ θεοῦ: τοῦτο καὶ Ἡσαΐας λέγει. μὴ λέγετε ἡμῖν τὴν ὁδὸν κυρίου, ἀλλὰ λέγετε ἡμῖν ἕτερα. κἀκείνων πολλὴ ἡ κακία, ὅταν μὴ ἀνέχωνται μηδὲ φωνῆς θεραπεῦσαι δυναμένης. καὶ ὅρα τὴν κακίαν, αὐτοὶ οἱ πολῖται καλλωπίζεσθαι ὀφείλοντες ἐπὶ τῷ προφήτῃ, αὐτοὶ αὐτὸν ἐπιχειροῦσιν ἀνελεῖν. ἔνθα ἐβλάστησε τὸ καλὸν, ἐκεῖ πλείων ἡ κακία. ἴσως καὶ φθόνος ἦν πολύς.

Ἰδοὺ ἐγὼ ἐπισκέψομαι ἐπ' αὐτοὺς, καὶ οἱ υἱοὶ αὐτῶν, καὶ αἱ θυγατέρες.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἀλλ' ὅρα χαλεπωτέραν ἔδωκαν δίκην. διατί καὶ οἱ παῖδες; τίνος ἕνεκεν; ἴσως καὶ αὐτοὶ πονηροὶ ἦσαν, οὐδὲ τῷ παραδείγματι τῶν ἀνδρῶν ἐσωφρονίσθησαν.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὁρᾷς πῶς ἀγανακτῶ ὑβριζομένου σου; οὕτω καὶ σὺ ὑβριζομένου μου.

Ὅτι ἐπάξω κακὰ ἐπὶ τοὺς κατοικοῦντας ἐν ἀναθὼθ ἐν ἐνιαυτῷ ἐπισκέψεως αὐτῶν.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] πάλιν εἰς ἀναβολὴν τὸν λόγον ἤγαγεν, ὅτε οὕτως ἐπείγει τὴν τιμωρίαν. πείθων αὐτὸν καὶ δεικνὺς πῶς ἐστιν ἀγαθός. οὐχὶ νῦν ἐπάξω φησὶν, ἀλλ' ἐν ἐνιαυτῷ, ὥστε καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς καὶ προθεσμίαν μετανοίας.

Ὀλυμ

3 Vers. 21. IDcirco hæc dicit Dominus super viros Anathoth, qui quærunt animam meam dicentes: Non Prophetabis in nomine Domini, alioqui morieris, &c.

Chrysostomi.] *Vides quòd in Deum tendebat hæc res. Non permittebant ea dici quæ erant à Deo: hoc & Isaias ait,* [b] *Nolite dicere nobis viam Domini, sed dicite nobis alia. Certè ingens eorum malitia, cùm ne vocem quidem quæ illos curare posset, audire sustinent: & considera nequitiem. Ciues ipsi, qui Prophetæ causâ iactare se debebant, eum interimere aggrediuntur. Vbi pullulauit bonum, ibi & malum vberius. Fortè & inuidia grassabatur multa.*

Chrysost. Persecutio in viros iustos redundat in Deum.

b Isai. 30. 11.

Alienatio ab audiêdo verbo Dei maximum peruersitatis culmen.

In ciuitatibus vbi sit ingens bonũ, est pariter & maximum frequenter malum.

Inuidia iste concitati.

Vers. 22. *Ecce ego visitabo super eos: Iuuenes eorum, &c. Filij eorum, &c.*

4 Chrysostomi.] ***Sed vide, seueriores persolserunt, pœnas, quam ob causam & Pueri? Cur quæso? Fortè & ipsi nequam erant, nec virorum exemplo resipuerunt.***

Chrysost. Pueri cur sæpe ex Dei permissione interimantur hostili gladio.

Chrysostomi.] ***Vides quàm ægro animo feram te opprobriis affici, ita tu quoque facias, me contumeliis affecto.***

Chrysost. Dei contemptus, quàm nos debeat angere.

Vers. 23. *Inducam enim mala super habitatores Anathoth in anno visitationis eorum.)*

5 Chrysostomi.] *Rursus quod dictum est, in aliud distulit tempus, cùm hîc punitionem sollicitat; suadens ipsi, ostendensque quàm sit bonus. Non modo inferam ait, sed in annum, ita vt illis ad pœnitendum diem protraxerit.*

Chrysost. Longanimitas Dei maxima in differenda iniquorum punitione.

Olympio

‖ ὀλυμπιοδώρου.] τοὺς πολίτας τοῦ προφήτου, οἳ καὶ ἐπεβούλευον αὐτῷ. ‖

‖ Olympiodori.] *Prophetæ ciues, qui etiam illi ſtruebant inſidias.* ‖

Olympiod.

CAPVT DVODECIMVM.

1 IVSTVS quidem tu es Domine, ſi diſputem tecum: verumtamen iuſta loquar ad te: Quare via impiorum proſperatur? bene eſt omnibus qui præuaricantur, & iniquè agunt?

2 Plantaſti eos, & radicem miſerunt: proficiunt, & faciunt fructum: prope es tu ori eorum, & longè à renibus eorum.

3 Et tu Domine noſti me, vidiſti me, & probaſti cor meum: congrega eos quaſi gregem ad victimam, & ſanctifica eos in die occiſionis.

4 Vſquequò lugebit terra, & herba omnis regionis ſiccabitur propter malitiam habitantium in ea? conſumptum eſt animal, & volucre, quoniam dixerunt: Non videbit nouiſſima noſtra.

5 Si cum peditibus currens laboraſti: quomodo contendere poteris cum equis? cùm autem in terra pacis ſecurus fueris, quid facies in ſuperbia Iordanis?

6 Nam & fratres tui, & domus patris tui, etiam ipſi pugnauerunt aduersùm te, & clamauerunt poſt te plenâ voce: ne credas eis cùm locuti fuerint tibi bona.

7 Reliqui domum meam, dimiſi hæreditatem meam in manu inimicorum eius.

8 Facta eſt mihi hæreditas mea quaſi Leo in ſylua: dedit contra me vocem: ideo odiui eam.

9 Numquid auis diſcolor hæreditas mea mihi? numquid auis tincta per totum? venire congregamini omnes beſtiæ terræ properate ad deuorandum.

10 Paſtores multi demoliti ſunt vineam meam: dederunt portionem meam deſiderabilem in deſertum ſolitudinis.

11 Poſuerunt eam in diſſipationem, luxitque ſuper me: deſolatione deſolata eſt omnis terra: quia nullus eſt qui recogitet corde.

12 Super omnes vias deſerti venerunt vaſtatores, quia gladius Domini deuorabit ab extremo terræ vſque ad extremum eius: non eſt pax vniuerſæ carni.

13 Seminauerunt triticum, & ſpinas meſſuerunt: hæreditatem acceperunt, & non eis proderit: confundemini à fructibus veſtris, propter iram furoris Domini.

14 Hæc dicit Dominus aduersùs omnes vicinos meos peſſimos, qui tangunt hæreditatem, quam diſtribui populo meo Iſrael: Ecce ego euellam eos de terra ſua, & domum Iuda euellam de medio eorum.

15 Et cùm euulſero eos, conuertar & miſerebor eorum, & reducam eos, virum ad hæreditatem ſuam, & virum in terram ſuam.

16 Et erit: Si eruditi didicerint vias populi mei, vt iurent in nomine meo: Viuit Dominus, ſicut docuerunt populum meum iurare in Baal ædificabuntur in die populi mei.

17 Quod ſi non audierint, euellam gentem illam euulſione, & perditione, ait Dominus.

Verſ. 1.] Iuſtus quidem tu es Domine, ſi diſputem tecum: verumtamen iuſta loquar ad te: Quare via impiorum proſperatur: bene eſt omnibus, qui præuaricantur, & iniquè agunt?

PARAPRHASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

FIrmiſſimum [a] *Domine menti eſt meæ, iuſtum te eſſe, ita vt nihil in te cadere queat iniuſti, tametſi ad mei effuſionem Spiritus tecum diſputem: Imò propterea quia hoc mihi firmum, id aggredi audeo: Noui enim te, vel ex hoc maximè comprobandum iuſtum, quem rationibus, & argumentis nequeam ſuperare. Satque mihi eſt exploratum, & in quibuſcumque iudiciis iuſtè te gerere: Adactus tamen ab ea qua percellor tentatione, ad temetipſa tua erga impios eloquar iudicia, quia tibi & de hac mea poſtmodùm ſatisfaciam libertate. Dum mihi ærumnis, & tribulationibus concuſſo rationes ingeris, quibus tuam ipſam in eo quod me affligis patefacis iuſtitiam, cogis certè infirmitatem meam excitans, vt ad te, tuaſque reſpondeam ad rationes: haud aliter tamen reſpondebo, quàm tuoſmet tibi proponens iudicia exercendi modos. Reſpondens autem pro me, explebo ſimul & munus pios quoſque defendendi calamitatibus preſſos, & coram te qui eos ſic ſinis affligi apologiam pro illis contexam, in qua non proferam niſi iuſta, & quæ tuorum ſunt iudiciorum. Cauſam quippe tecum agens, iſtiuſmodi promam interrogationes,* [b] *Quidnam iuris eſt, vt eos qui circa cultum tuum tibi ſunt iniurij, tu tamen colas, illorum proſperans vitam? Quid iuſti habet, quòd illos qui omnis expertes ſunt pietatis in proximum, tam benignâ tu proſequeris pietate, vt ſummam eis conferas proſperitatem? Quænam iuſtitia id patiuntur leges, vt proſperè habere ſe ſinas in vita atque*

a Iuſtus quidem tu es Domine, ſi diſputem tecum (ſeu ſi tecum contendam, vel, Quia ſatisfaciam tibi: aut. Quia reſpondebo ad te: ſiue, Quia apologiam faciam ad te) Verumtamen iuſta, (ſeu iudicia, aut interrogatoria) loquar ad te.

b Quare via impiorum proſperatur?

atque in agendi ratione, quorum totum in eo est studij, vt & se inquietos reddant, & quæque perturbent? Quoniam iure qui omni miseriæ propter sua scelera sunt obnoxij, prosperitatis compotes in vita sua esse comperiuntur, quod in iustorum cedere deberet præmium? Qui fieri potest, vt prosperam per te habere sinantur vitam impij isti, quorum cor ingiter configit spina anxietatis opum: quorum impietas in eo ipso contra te est, quod diuitias pro suo habent Deo? [a] *Secunda sunt omnia, tuta, pacata, & fœlicia cuncta, largissimaque diuitiarum abundantia peruersissimis iis, qui summâ audaciâ, & contemptu & tuas præuaricantur leges, & tibi sunt infideles, ad opes à te rebellantes, & contra proximum iniqui.*

4

5

a Benè est (seu pax fuit) omnibus (vel abundant omnes) qui præuaricantur, & iniquè agunt.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *An ad superiora pertineant quæ dicuntur in hoc capite.*

COMMVNIORI Hebræorum, necnon & ferè omnium nostrorum recentiorum expositorum sententia quod in hoc cap. 12. dicitur iungendum cum iis, quæ in præcedenti habita sunt capite, ita vt idem continuetur vaticinium, deque suis hostibus Anathothitis præsertim, ac de semet Propheta hîc verba habeat, & idcirco præmiserit, *Iustus es Domine*, quasi dicat, ait Hugo Cardinalis. *Tu Domine comminatus es mala super eos qui cogitarunt super me mala, tamen adhuc video illos florere, cum ego torquear: vnde admiror, & quasi de iustitia tua conqueror, non tamen præsumo tuam arguere iustitiam, quia iustus es in omnibus operibus tuis.* Et secundùm hanc opinionem videbimus infra de ipsis Anathothitis exponi quæ dicuntur in versibus quinto, *Si cum peditibus*, &c. & sexto, *Nam & fratres tui*, &c.

Hugo Card.

Crediderim nihilominus hæc neutiquam spectare ad superiora, sed aliud in hoc capite, & nouum esse vaticinium, quod ita B. Hieronymo extitit indubitatum, vt huic ipsi capiti duodecimo initium tribuerit tertij libri suorum Commentariorum in Ieremiam. Nec contra Anathothitas, aut contra solos ipsius Prophetæ hostes; sed, vt idem ait Hieronymus, contra omnes iniquè agentes ista est disputatio. Et quidem vehementissima, & frequentissima ista sanctorum animos percellere solet tentatio circa Dei iustitiam, ac prouidentiam ex impiorum prosperitate; quam tamen iidem facilè vnâ hac superarunt ratione, quòd fiducialiter eidemmet Deo quicquid ea in re ipsorum mentem perturbaret aperuêre. Sic filiali libertate Abacuc magnam hanc animi sui in primo suæ Prophetiæ capite euomuit, (vt ita dicam) patri perturbationem. [b] *Quare ostendisti mihi iniquitatem, & laborem, videre prædam, & iniustitiam contra me, & factum est iudicium, & contradictio potentior?* [c] *Quare respicis super iniqua agentes, & taces? deuorante impio iustiorem se? & facies homines quasi pisces maris, & quasi reptile non habens principem?* Magnitudinem autem illius perturbationis egregiè expressit Iob, quando in cap. 21. antequam in illa prorumperet. [d] *Quare ergo impij viuunt, subleuati sunt, confortatique diuitiis*, & cætera quæ in eamdem prosequitur materiam, ea præmisit, [e] *Et ego quando recordatus fuero*, quum scilicet primum memoriâ repeto impiorum fœlicitatem, *pertimesco intra me ipsum, & concutit carnem meam tremor*, id est, tanta interna est animi mei per istiusmodi quam enunciabo tentationem, concussio, vt & extrinsecus in vehementi etiam carnis meæ appareat tremore.

Impiorum prosperitas tentationem maximam semper causauit sanctis. Tentationem de Dei prouidentia ex prosperitate impiorum curarunt sancti pronunciando illam ante Deum.

b Abac. 1. 3.

c Abac. 1. 13.

d Iob. 21. 7.

e Iob 21. 6.

2

Multóque efficaciùs Sanctus eam ipsimet Deo aperit Dauid in Psalmo 72. vbi præmissâ firmâ, & inconcussâ suâ circa Dei erga probos prouidentiam fide, quam primò protestatus est, dicens. [f] *Quàm bonus*, id est, Certe beneficus *Israel Deus, iis qui recto sunt corde.* Nullatenus vel mihi dubium est, vel cuiquam ambigendum, quòd reuera Deus Israeli iis nimirũ qui recti, probique sit bonus, & sit summa prouidentia beneficus: subiecit illico ingentis istius suæ tentationis pugnam. [g] *Mei autem penè moti sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei. Quia zelaui super iniquo pacem*, id est prosperitatem *peccatorum videns, quia*, &c. Quo loco insigni allusione vna tria simul designat. Alludit enim ad militem, qui in præforti constitutus loco magnos ibi sustinuerit belli impulsus, quibus tamen minimè cesserit. Primum quippe significat, Deoque tacitè proinde agit gratias, quod in firmissima fidei petra sui consolidati sint pedes, quod clariùs expressit in Eucharisticô Psalmo 39. dicens, [h] *Et statuit supra petram pedes meos, & direxit gressus meos.* Tum pugnam simul exponit vehementissimam, & tertiò quod nihilominus per illam minimè fuerit deiectus. *Mei autem penè moti sunt pedes*, q.d. Impulsus quidem tentationis fuêre & multi, & validissimi, ita vt penè succubuerim, pedibusque roboris mei motis defecerim, & effusis cogitationum mearum gressibus vacillarim. Nec moti tamen reuera ipsi sunt pedes mei, nec effusi sunt mei gressus: non cessi loco, non vacillaui, non succubui. Hæc enim omnia vna repetita significantur voculâ *pene*.

f Psal. 72. 1

g Psal. 72. 2.

h Psal. 39. 3.

Ad prædictorum ergo imitationem & Propheta noster Ieremias suam similem Deo patefacit tentationem, idque ob duplicem facit rationem, alteram se, alteram populum cui vaticinabatur spectantem; cùm enim nihil magis haberet in optatis, quàm vt errantes Iudæos ad rectum pœnitentiæ reduceret tramitem, nullum omittit rethorices artificium, omnéque propterea loquendi assumit formam & locutionis variat modos, vt quoad fieri posset, persuasos illos redderet quoquo pacto. Interrogando siquidem, & ratiocinando hîc cum Deo quoad eius circa impios, piosque prouidentiam responsum ab illo extorquet, quo & populus in timorem inducatur, & ipse suam sedatam habeat tentationem. *Ingeniosus est Propheta*, inquit Isidorus Clarius super hunc locum, *& abundat argumentis spiritus, vt vnam eamdemque rem tot tantisque variis modis inculcet, omnia præmitigat, & profert magna cautione, ne quem offendat. Videtur ergo esse σχηματισμὸς*, id est coloratus, & figuratus sermo) *ad correctionem impiorum factus, quo clarius proponatur iniquitas.* Ait igitur primò.

3 *Ieremias quanto vsus artificio vt populum errantem reuocaret ad rectum iter.*

Isid. Clar.

(*Iustus quidem tu es Domine, si disputem tecum.*) Quibus duo potissimùm facere intendit. Primùm suam præmittit quamdam firmæ fidei professionem, quâ suum coram Deo effusurus spiritum, suamque prompturus (vt dictum est) tentationem, è qua aliquid exoriri in auditorum, & lectorum mentibus posset scandali, protestatur se firmiter tenere, & prædicare Deum ita esse iustum, vt nihil in illo esse queat iniusti; tametsi ad sui spiritus effusionem ipse cum eo disputet, iudicioque contendat, & causam agat. Et iuxta hunc sensum, in eo quod subiicit (*Verùmtamen iusta loquar ad te*) particula (*Verumtamen*,) non est aduersatiua, sed assertiua & affirmatiua quomodo frequentissimè vsurpata reperitur quæ in textu Hebraico pro ea est particula אך *ach*, vt designat Profectò, sanè, certè, verè, & similia. Vel etiam illatiua pro Idcirco, propterea, quapropter, prout vsurpata

4 *Fidei suæ professionem præmittit Ieremias aggrediens disputare cum Deo.*

Verumtamẽ *particula sumitur aliquando & vt assertiua, & vt illatiua.*

dunt & contremiscunt. Per quam itaque fidem antequam murus eius dissiparetur virtutum scilicet cæterarum constructio, erat ei Christus murus & antemurale, per eandem fidem in anima collocatus. Sed quia noluit infelix custodem & defensorem Christum habere, dissipantur virtutum opera, & luget ante murale, fides videlicet, quâ credit futurum Dei iudicium, & contremiscer: nec tamen adeo se valer, hostibus iam exposita, expedire vel defendere: nō quòd ei locus non pateat pœnitentiæ dum viuitur, sed quia [a] impius in profundum malorum cùm venerit, contemnit.

a Prou. 18. 3.

13 Hug. Vict. *Post longanimitatem expectationis ad pœnitentiam, quàm iusti, vt impœnitentes absque remissione castigentur.*

Hugo de S. Victore. Quoad primas partes conuenit cum S. Paschasio. Circa reliquas verò hæc habet. *Non auertit manum suam à perditione.* Ac si apertè diceretur. Quantò magis priùs patiēdo sustinuit: tantò minus nunc feriendo parcit: quia profectò iustum valdè est, vt si nos manus nostras dum possumus ab illicito opere non retrahimus, Dei quoque manus in vlciscendo à perditione A non auertatur. Sequitur. *Luxitque antemurale, & murus pariter dissipatus est.* Si per murum (vt dictū est) virtutes animæ significantur, rectè per antemurale opera virtutum accipimus. Quid est ergo: quòd Deo in nos vindicante ante-murale luget, & murus dissipatur: nisi quòd eius gratiâ recedēte & virtus tollitur, & opera virtutis infatuantur? Tunc enim opera nostra lugent, quando amissâ virtute etsi ad tempus manent, meritum tamen non habent. Sunt qui murum opera, per antemurale fidem accipere volunt: & bene fides destructis operibus bonis lugere dicitur, quia absque B bono opere apud Deum fides non approbatur.

Opera bona nostra tunc lugent, quādo amissā per peccatū gratiā, atque virtute, meritū iam non habent.

Fides antemurale animæ tunc luget, quando destructo operum bonorum muro ipsa Deo accepta non est.

In Bonauentura nota quod vltimò addit. Vel antemurale custodia disciplinæ, quod luget, cùm homo deserit disciplinam: quo factǫ virtus pariter dissipatur, quæ per murum intelligitur. Vnde, [b] *apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus*, &c.

14 Bonauent. *Disciplina antemurale animæ luget, cū ipsa abiecta, murus pariter qui virtus est, dissipatur.*

b Psal. 2. 12.

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Ἐλογίσατο κύριος.]

Ὠριγένους.] πᾶσαν γὰρ αὐτῆς ἀφεῖλεν ἀσφάλειαν, τῆς τιμωρίας ἐκτείνας τὸ μέτρον. ὃ δὴ καὶ Ζαχαρίας τεθέαται. [Τεῖχος θυγατρός.]

Ὀλυμπιοδώρου.] || ἔκρινε τεῖχος τὸν νόμον.

|| ἴσ. ἔφθειρε.

[οὐκ ἀπέστρεψε.]

Τοῦ αὐτοῦ.] || τὸ σύγκριμα παρέτεινεν.

|| ἴσ. τὸ σύντριμμα.

[καὶ ἐπένθησε.]

Τοῦ αὐτοῦ.] οὐκ ἐφείσατο οὐδὲ παραρρίψαι εἰς καταπάτημα, τοὺς εἰς αὐτὸν ἐμμόνως ἁμαρτάνοντας.

Ὠριγένους.] πενθεῖ δὲ τεῖχος καὶ προτείχισμα, τὰ D πένθους ἄξια, καὶ τοῖς ὁρῶσιν αἴτια γιγνόμενα. τὴν γὰρ βουλὴν τίς διασκεδάσει, καὶ τὴν χεῖρα αὐτοῦ τὴν ὑψηλὴν τίς ἀποστρέψει, κατὰ τὸν μακάριον Ἡσαΐαν, τὴν δὲ τοιαῦτα πενθοῦσαν εἴτε πόλιν, εἴτε ψυχὴν, ὡς εἶναι τοῖς ἐχθροῖς καταπάτημα, πενθεῖν εἰκὸς ἀγγέλους τοὺς πρότερον αὐτὴν ἄλλους ἐπ' ἄλλοις φυλάττοντας, μείζους τε, καὶ ὑπερβεβηκότας. εἰ γὰρ ἐπὶ σωθεῖσι χαίρουσιν, ἐπὶ πεσοῦσιν πῶς οὐ πενθήσουσιν;

C Vers. 8. *Cogitauit Dominus.)*

15 Origenes. *Castigans Deus extēdit punitionis mensuram.*

Origenis.] *Omne quippe illi munimentum abstulit, mensuram punitionis extendens; quod etiam Zacharias vidit.*

(Murum filiæ.)

Olympiodori.] *Destruxit murum, legem.*

Olympiod. *Lex dicta murus.*

(Non auertit.)

Eiusdem.] *Conculcationē auxit.* (*Luxitque.*) Idem.

Eiusdem.] *Eis non pepercit, sed conculcandos proiecit, qui assiduè in eum peccabant.* Idem.

Origenis.] *Luget murus, & antemurale, quæ digna etiam sunt luctu.* [c] Consiliū enim quis dissipabit? & manum eius excelsam quis auertet? *vt tradit Beatus Isaias. Ita porrò lugentem siue vrbem, siue animā, vt esset hostibus conculcatio, par est lugeri ab Angelis, qui eam olim custodierunt, alij post alios maiores & superiores. Etenim si de his gaudent qui salui fiunt, delapsi cur non lugebunt?*

Origenes. *Lugere dicūtur quæ videntibus luctum prouocant.*

c Isai. 14. 27.

Angeli lugēt animam peccatricem.

VERSVS NONVS.

VVLGATÆ. E

Teth.

Defixæ sunt in terra portæ eius: perdidit, & contriuit vectes eius: Regem eius, & principes eius in Gentibus. non est lex, & Prophetæ eius non inuenerunt visionem à Domino.

SEPTVAGINTA.

Teth.

Defixæ sunt in terram portæ eius: perdidit, & contriuit vectes eius, Regem eius, & principem eius in gentibus. Non est lex: & etiam Prophetæ eius non viderunt visionem à Domino.

PARAPHRASIS CHALDAICA.

Teth.

Defixæ sunt in terram portæ eius: perdidit & contriuit postes eius Rex & principes eius migrauerunt inter populos, eò quòd non custodierunt verba legis, quasi non suscepissent eam in monte Sinai: & etiam à Prophetis eius prohibitus est spiritus prophetiæ sanctæ, & non fuit dictum eis verbum propheticum à facie Domini.

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

Sententiam istam quoad primas præsertim partes diuersimodè pertractat Hugo de S. Victore lib. 4. de Claustro Animæ c. 9. Vbi agit de portis Ierusalem moraliter. Et c. 12. Vbi de Vectibus portarum Ierusalem. Cæterum quia ea ipsa referenda sunt infra cùm eius afferemus dicta in libro Expositionis super Threnos, non est quod hîc in iis detineamur.

1 Hug. Victor.

Bonauentura. Serm. 1. in festo S. Bartholomæi Bonauēt.

Apostoli, post dimidium, agẽs de vera nostra cum Deo amicitia, vbi, ait, est amicitia, siue mutua donatio cordium, ibi est & communicatio omnium secretorum. Sed quis hodie Christi amicus? Vbi sunt hodie, quibus pandantur diuina secreta? Vbi sunt hodie diuina miracula? Vbi Propheta, cui pandantur diuina secreta? Vnde potest hodie dicere cum Propheta religio Christiana: [a] *Signa nostra non vidimus, iam non est Propheta: & nos non cognoscet amplius.* Et illud: [b] *Prophetæ nostri non inuenerunt visionem à Domino.* [c] *Quis* hodie iuxta Apostolum *cognouit sensum Domini? aut quis Consiliarius eius fuit?* Sed quare, ô fratres, hæc omnia? quare sic exclusi sumus à Domini nostri præsentia? Numquid non sunt in Ecclesia Dei, qui digni essent hac gratia? Sunt quidem plurimi, sed ab hac gratia exclusi sunt propter peccata populi.

Amicitia vera sita in mutua cordium donatione, secretorumque communicatione.

Amicorum Dei, & Prophetarum eur vix quispiam nunc in Ecclesia reperiatur.

a Psal. 73. 9.
b Thr. 2. 9.
c Rom. 11. 34.

2

Ex Patribus istius libri Interpretibus.
Sensus literæ.
Theodorit.

Theodoritus. Factâ iterum portarum, murorum, ac principum mentione, subdidit, *Non est lex.* Si quidem ante aduentum hostium citra formidinem transgrediebantur legem: post vrbem verò captam, & incendium templi: ne volentes quidem poterant iuxta legem peragere officium diuinum. *Et Prophetæ* quoque eius *non inuenerunt visionem à Domino:* Dicit Pseudoprophetas: qui vaticinabantur ei falsa.

Legem Iudæis non extitisse, nec esse quam verè dictum sit.

Prophetarũ ij non inuenisse dicuntur à Domino visionem, qui falsa vaticinabantur.

3

Rabanus.

Rabanus apud Hieronymum. *Defixæ sunt,* &c. Hoc describit sermo propheticus, quòd destructâ Ierusalem terrenâ, imò Synagogâ Iudæorum, doctores eius & defensores, quos portarum, & vectium nomina denotant. Contriti sunt atque dissipati, Reges eius & principes, atque Prophetæ iam non sunt in illa: sed nec legem inuiolatã habeant, neque visionem propheticam à Domino habere mereantur: quia ipsum verum legislatorem, & Dominum Prophetarum præsentialiter ad se venientem recipere dedignabantur. [d] *Ipse enim finis est legis ad iustitiam omni credenti:* Verusque Propheta paternam, & suam credentibus annuntians voluntatem.

Iudæi post excidiũ Romanum expertes Doctorũ, defensorum, Regum, Principum, & Prophetarum, atque ipsiusmet legis.

d Rom. 10. 4.

S. Paschasius ferè eadem, id tantùm in eo nota, quod dici non esse legem ait, vel ob id, quia concremata est à Chaldæis. Quod & à Bonauentura asseritur.

4

S. Paschas.

Lex Dei concremata fuit à Chaldæis.

Rupertus Abbas cap. 44. quod de portis, ac vectibus dicitur, & propriè accipit, & metaphoricè: propriè, dicens. Portarum altitudo, vectiumque firmitas inter illa numerantur, quæ visu pulchra erant, & istæ portæ ciuitatis cum vectibus suis contritis atque perditis in terrã defixæ sunt, pro causa, quam alius propheta congemit, [e] *quia conuersum est retrorsum iudicium, & iustitia longè stetit, & quia corruit in platea veritas, & æquitas non potuit ingredi.* Metaphoricè tamen Regem, & principes. Legẽ, & Prophetas vult intelligi. Nam quasi quæreres quas portas in terrã defixit, quos vectes perdidit, & cõtriuit? *Regem,* inquit, *& principes eius in gentibus, non est Lex, & propheta eius non inuenerunt visionem à Domino.* Et congrua satis transformatio, quia videlicet vbi non est Rex, neque princeps, vbi auctoritate suâ non vtitur Lex, quæ in gentibus non est, vbi Prophetis oracula cœlestia clauduntur, & Dei visiones subtrahuntur, sic est populus quasi ciuitas patens absque portis & vectibus.

Rup. Abbas.

Portæ deiectæ in terram signum maximæ euersionis ciuitatis.

e Isai. 59. 14.

Populus ille vt ciuitas patens, in quo non vigeat auctoritas principum, & legis, nec Dei percipiuntur oracula.

5

Hug. Vict.

Hugo etiam de S. Victore & propriè, & metaphoricè eadem sumit. Quod tamen dicitur. *Non est Lex.* &c. dictum, inquit, vt prædictorum malorum causam, Quia nimirum præuaricatores legis sunt: & quia illos Prophetas audierunt, qui ex spiritu Domini locuti non sunt. De Pseudoprophetis intelligit, & Bonauentura hic Prophetarum vocabulum.

Legis diuinæ trãsgressio, & falsorũ Prophetarũ auditio, Principum ruinæ causa.

D. Thomas. Defleri hic arbitratur destructionem hominum principum primò secularium, tũ & spiritualium. Quantùm ad principes sæculares præmittit, ait, parabolã, & metaphorã. *Defixæ sunt in terra,* id est, tribulationibus implicati, vt facilè euelli non possint. Psalmus [f] *Infixus sum in limo profundi, & non est substantia (portæ)* Reges, quorum erat potestas iudicij quod in portis exercebatur, *(perdidit)* captiuando: *(& contriuit)* in captiuitatem redigendo *(vectes)* principes: quibus confirmatur regnũ: sicut vectibus portæ, & exponit. *(Regem,* &c. *in gentibus)* inter gentes Psal. [g] *Contriuit portas æreas, vectes ferreos confregit.* Isa. 3. [h] *Mærebunt atque lugebunt portæ eius: & desolatæ erunt.* Secundò quantùm ad principes spirituales scilicet Sacerdotes. *(Non est lex)* per Sacerdotes edocẽda. Malach. 2. [i] *Labia Sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirũt de ore eius:* & Prophetas *(& Prophetæ eius)* Psalmus. [k] *Iam non est Propheta, & nos non cognoscet amplius.*

D. Thom.

Reges desi gnati portarũ metaphorâ, & cur.

f Psal. 68. 3.

Principes sæculares designati vectiũ metaphorâ.

g Ps. 106. 16.
h Isai. 3. 26.

Principes spirituales, Sacerdotes, ac Doctores designati nomine legis, ac Prophetarum.

i Malac. 2. 7.
k Psal. 73. 9.

S. Paschas. per portas, & vectes, perque Reges, & Principes Ecclesiæ Prælatos eius intelligẽs, atque Doctores, quos meritò defleri ait, & quia ita terrenis affixi sunt, vt dimoueri vix ab illis queãt: & quia hi qui instar vectium diuinæ legis ianuas credentibus aperire, vel non credẽtibus obserare debuerant, vel in circulos intromitti ad diuina mysteria perferenda, hæreticorum conterunrur viribus, vel suis perditis deprauãtur moribus. Nõ esse autem tunc legem, quia excrescentibus malis apud improbos, non imputatur quid esse, dum cogitant se sine legis vindicta peccare. Ac de iisdem doctoribus id quoque plangi quod iam non mereantur à Domino erudiri, vt rectè doceant.

6

Allegoria de Ecclesia.
S. Paschas.

Prælatos, ac Doctores Ecclesiæ terrenis addictos esse quàm sit deplorandum.

Lex non esse ibi dicitur, vbi ita peccatur, ac si nulla esset quæ puniret lex.

Hugo de S. Victore & hunc ipsum sensum primò afferẽs explicat quomodo Ecclesiæ Prælati & portæ æreæ sint per disertum verbũ, & per consilium firmum vectes ferrei, & per exemplum bonum viæ planæ. Tum & de doctoribus agẽs. Quid, inquit, sunt portæ erectæ, nisi doctores cælestia prædicantes: quæ benè in vectibus pendent: quia de consilio cordis firmatur verbũ prædicationis. Et quæ sunt portæ destructæ & ablatæ, nisi prædicatores negligentes & tepidi: quos Dominus per Prophetam increpat dicens. [l] *Canes muti non valentes latrare.* Et alibi. [m] *Non ascendistis in die Domini ex aduerso, vt poneretis vos murum pro domo Domini.* De quibus etiam superiùs dixerat: Portæ eius destructæ. Hîc autem amplius aliquid insinuare volens, ait, *Defixæ sunt in terra portæ eius.* Talibus namque in Euangelio Dominus dicit. [n] *Væ vobis Scribæ, & Pharisæi: quia tulistis clauem scientiæ, ipsi non introistis, & alios intrare volentes prohibuistis.*

7

Hug. Vict.

Prælati sunt & portæ, & vectes, & via in Ecclesia.

Doctores Ecclesiæ quando portæ erectæ, seu destructæ, aut ablatæ, & defixæ in terram.

l Isai. 56. 10.
m Eze. 13. 5.
n Luc. 11. 52.

Aptat deinde idem Hugo totam hanc sententiam ad Iudaicam Synagogam post Christi aduentum, dicens, Portæ in terra defixæ dicuntur, quia Scribæ & Pharisæi doctores populi propter hoc quòd mentem in terrenis desideriis fixerant: non solùm Christum recipere noluerunt, imò etiam, ne terram illam amitterẽt, Christũ occiderunt. Vel in terra defixi sunt, quia solã in Christo carnẽ attendentes in laqueũ perfidiæ inciderunt. Vel in terra defixi sunt, quia translatâ spirituali intelligentiâ legis ad gentes, ipsi in carnalibus obseruantiis remanserunt. Vnde benè subditur. *Perdidit & contriuit vectes eius.* Quid enim vectes, nisi occulta, & fortia consilia Scribarum, & Pharisæorum designant? quibus consiliati sunt Christum occidere, ne terram perderent?

8

Scribæ, & Pharisæi triplici ratione defixi in terra.

Consilia Iudæorum in Christum cõtrita.

Sed

Sed vectes perdidit & contriuit : quia conſilium eorum ad nihilum redegit. Conſilium perditum eſt, quia Chriſtum occidendo extinguere nō potuerunt. Conſilium contritū eſt, quia ob hoc terram perdiderunt quòd Chriſtū occiderunt: propter quod ſubditur. *Reges eius, & principes eius in gētibus:* ſubauditur conſtituit Deus: vt ſcilicet gentiles regnent & principentur ſuper eos. Sic igitur perditi ſunt, & contriti vectes. Vt non ſolùm Regibus gentium tributum ſoluerent, ſed etiā præfecti & præſides Regum inter eos habitarent, & eos opprimerent, tandémque rebelles à terra eiicerent, & per totum mundum diſſiparēt. De quibus adhuc ſubditur. *Non eſt Lex,* ſcilicet apud eos: quia etſi libros legis habeant, quia tamen in Chriſtum non credunt, legem non obſeruant. Sed quia ipſi Chriſtum ſuum adhuc ſibi venturum promittunt, contra hoc rectè reſpondetur cùm dicitur.

Legem Iudæis nunc non eſſe, cùm illam nō obſeruent.

9

Morale de Anima.

S. Paſchaſius.

Senſibus portis ſuis in peccati limo defixis, vectibus virtutū contritis anima ita captiuatur, vt & ſine lege, & ſine Dei inſpirationibus eſſe eā dicas.

Propheta eius non inuenerunt viſionem à Domino. Ac ſi diceret. Quod de aduentu Chriſti falsò ſibi blandientes prædicant, hoc à ſemet-ipſis non à Domino reuelante inuenerunt.

Eadem ferè ad verbum reperies, & apud Bonauenturam.

S. Paſchaſ. Anima iurè plangitur, cuius ſenſus defixi ſunt in terra, ſc. in limo peccati, & nulla eſt virtutum ſubſtantia euadendi : quæ quia per anguſtam noluit intrare ianuam, portas ſuas ſenſus videlicet in terrenis confixit oblectamentis, & perdidit, ac contriuit vectes, & ſeras virtutum, ne vllus ad eam immundorum ſpirituum prohibeatur ingreſſus. Quibus ita confractis, iam deinceps omnis, quo regebatur mandatorum Dei, principatus captiuatur vitiis, in tantum, vt non ſit ei Lex, nec viſio à Deo inueniatur, vt corde audiat, quid ei Deus loquatur intus, ſed effrænis vadit poſt vana ſuæ mentis & ſui ſectatur cordis deſideria.

10

Hug. Vict.

Senſus externi non delinquūt, ni priùs mens interna diſſipetur.

In eadem recidunt quæ & Hugo de S. Victore. Referam tamen nōnulla quæ in maiorem iſtorū declarationem ab eo aſſeruntur. Ait quippe. Quia numquā foris ſenſus turpibus deſideriis ſuccumbit, niſi priùs interiùs mentis cuſtodia per negligentiā fracta, & diſſipata fuerit: rectè ſubinfertur, cùm dicitur: Perdidit & cōtriuit vectes eius. Vectes etenim perdit, quando ſublato timore bono mentem vagā & diſſolutam relinquit. Vectes conterit, quando ingredientibus vitiis conſtantiam mentis frāgi & emolliri permittit. De quo ſequitur. *Reges eius & principes eius in gentibus.* Per gētes enim vitia ſignificantur. Reges ergo, & principes animæ in gentibus ſunt, quando ipſa vitia ei per conſenſum dominari incipiunt. Vel per Reges & principes ipſas animæ virtutes, per quas priùs regebatur accipere poſſumus. Reges, quia intus voluntatibus præſident: principes, quia foris animum ad bene agendum mouent. Et referendū eſt ad hoc quod præmiſerat: *perdidit & cōtriuit vectes eius :* videlicet Reges & principes : id eſt virtutes perdidit & contriuit in gentibus, id eſt per vitia frangi, & opprimi permiſit. Hinc eſt enim quod adiungit dicens. *Non eſt Lex.* Animus enim legem intrinſecus habere debet : timorem videlicet, & amorem Dei : & ad huius legis iudicium ſenſus ſuos foris regere. Timorē videlicet, ne eū concupiſcentia carnis per laſciuiam & diſſoluat: Amorē verò, ne in bono opere deſidia torpentem reddat.

Abſque lege eſſe ea dicitur anima, quæ ſine Dei timore viuit, atque amore.

Prophetæ eius non inuenerunt viſionem à Domino. Quia ille profectò ſe in foueam perditionis præcipitat, qui ſemper conſiderat quod carni ſuæ dulceſcit, & quid Deo placeat non attendit.

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Τὰ θ.

Ἐνεπάγησαν.

Ὠριγένους.] ὡς γὰρ ὑπὸ γῆς ἢ θαλάττης καταποθεῖσαι γεγόνασιν ἀφανεῖς. ἀπώλοντο δὲ καὶ βασιλεῖς, καὶ ἄρχοντες, καὶ οἱ ψευδοπροφῆται, καὶ ὁ νόμος αὐτῆς ἀνάγκη δουλείας, ὃν δὴ προαιρέσει καὶ πρὶν ἁλῶναι κατέλυσαν. πύλαι δὲ ψυχῆς αἱ αἰσθήσεις, αἵτινες ἁμαρτανούσης κατακλύζονταί τε πάθεσιν, καὶ γίγνονται γήιναι. καὶ αἱ ταύτας δὲ τηροῦσαι τῆς ψυχῆς δυνάμεις, ἐκλύζονται ἀπολωλυῖαι. τοῦ || τε βασιλεύοντος, καὶ λογισμῶν ἀρχικῶν ἐν τοῖς πάθεσιν, ὅτε τῆς ψυχῆς νόμος τε καὶ τάξις ἀπόλλυνται, καὶ γίνεται Βαβυλών, πλήρης οὖσα συγχύσεως, μηδὲν ἔχουσα προνοητικὸν ὑπὸ θεοῦ βοηθούμενον.

|| ἐν. μη.

Ὀλυμπιοδώρου.] οἱ τὴν διδασκαλίαν πεπιστευμένοι κατεβυθήθησαν εἰς τὰ γήινα πράγματα.

[Ἀπώλεσε καί.]

Τοῦ αὐτοῦ.] ἠφάνισεν αὐτῆς τὰ παραγγέλματα, ὥστε τὸν βουλόμενον εἰσέρχεσθαι ἀπορεῖν, καὶ ζητεῖν.

11

Origenes.

Verſ. 9. **D**Efixæ ſunt.)

Origenis.] *Nā veluti terrā, vel mari abſorptæ euanuerunt, perierunt etiā & Rex, & Principes, & Pſeudoprophetæ, & lex eius ſeruitutis neceſſitate, quam iam etiam antequam caperentur, vltrò deſtruxerant. Portæ autem animæ ſunt ſenſus qui delinquente illā paſſionibus obruuntur, terrenique efficiūtur; & facultates animæ eos cuſtodientes demerguntur & pereunt. Mente enim non imperante, & cogitationibus in affectus non dominantibus, lex & ordo animæ pereunt, & Babylon euadit confuſionis plena, nihil habens prudentiæ, cui Deus auxilio ſit.*

Senſus paſſionibus, terreniſque rebus obruti, ſunt portæ animæ defixæ in terram.

Ratione non imperante in quem miſerū ſtatum deueniat anima.

(Defixæ ſunt; &c.)

Olympiod.

Doctores ſunt portæ Eccleſiæ.

Olympiodori.] *Quibus docendi munus creditum eſt, in res terrenas immerſi ſunt.*

(Perdidit.)

Idem.

Eiuſdem.] *Monita ſeu conſilia illius perdidit, vt qui intrare velit, hæreat & quærat.*

VERSVS DECIMVS.

VVLGATÆ.

Iod.

SEderunt in terra, conticuerunt ſenes filiæ Sion : conſperſerunt cinere capita ſua

SEPTVAGINTA.

Iod.

S*Ederunt in terra, conticuerunt ſenes filiæ Sion : impoſuerunt cinerem ſuper caput ſuum: accin*

sua, accincti sunt ciliciis, abiecerunt in terram capita sua virgines Ierusalem.

A *accincti sunt ciliciis, deduxerunt in terram principes virgines in Ierusalem.*

PARAPHRASIS CHALDAICA.

Iod.

SEderunt in terra, & tacuerunt senes cœtus Sion: imposuerunt cinerem ignominiæ super capita sua, accinxerunt se saccis super carnem suam: demiserunt in puluerem terræ capita sua virgines Ierusalem.

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

1 Ambrosius. *Pœnitentis fides, & habitus corporis.*

AMbrosius lib. 2. de Pœnitent. cap. 6. non longè à fine. Fidem mentis cognosce, & habitum corporis (pœnitentiam agentis.) *Sederunt*, inquit, *in terra, tacuerunt seniores filiæ Sion, & imposuerunt terram super caput suum, præcinxerunt se cilicio, deduxerunt in terram principes, virgines Ierusalem defecerunt in lachrymis.* (Nota hanc lectionem) subdit enim postea, *oculi mei caligauerũt*, &c.

2 Petr.Blesens.

Petrus Blesensis Sermone 41. in Synodo pro sermonis themate hæc sumens. *Sederunt in terra, conticuerunt senes filiæ Sion.* Per senes Presbyteros intelligit, atque Prælatos super quorum vt custodum Ecclesiæ sponsæ suæ, negligentia conqueratur Dominus. Officium inquit, Sacerdotum est deambulare, & sedere in nauicula Simonis, turbâ sedente in terra, sicut & Christus [a] ambulauit super mare, dum colligeret discipulos. [b] Sedit in nauicula, & de nauicula docuit turbas, quæ erant in littore. De ambulatione dicit veritas in Euangelio. [c] *Ecce ego mitto vos, vt eatis, & fructum afferatis.* Et alibi. [d] *Ite docete omnes gentes.* Etiam de ambulatione Sacerdotum vidit Ezechiel in spiritu. Deambulare autem debent de oue ad ouem, de morbida ad confractam, de confracta ad erroneã, de erronea ad validam. Morbidam debent confortare, confractam consolidare, erroneam reuocare, validam conseruare, ne incurrant illud propheticum. [e] *Quod morbidum fuerat, non confortastis; quod confractum, non consolidastis, quod erroneum, non reuocastis, quod pingue & forte, deuorastis.* Præterea debent sedere in nauicula Simonis: Nec videatur vobis paruum in nauicula Simonis sedere. Est enim summus & supremus gradus in via sedendi sedere in nauicula Simonis. Alius quidẽ est summus & maior isto gradus sessionis ad mensam Patris, vel in throno iudicis, de quo dictum est. [f] *Sedebitis & vos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel.* Sed hic est supremus in patria: ille in via.

Prælatorum ac Sacerdotũ officium est deãbulare, & sedere in nauicula Simonis.

a Mat.14.25. b Matt.13.2. c Ioã. 15.16. d Matth.28. 19.

Prælati quã ratione deãbulare debeant.

e Ezec.34.4.

Sedere in nauicula Simonis id est, Prælaturam, & Sacerdotiũ in Ecclesia exercere, est supremus gradus sedendi in hoc sæculo, & in via.

f Matth. 19. 28.

3 *Sacerdotale officium conuertentes ad terrena sedere dicuntur in terra.*

Sedetur per terrenorũ studium in terra aliena, & in terra propria.

Cùm deambulare deberent, *sederunt*, nec sederunt in nauicula Simonis, vt docerent turbas in terra: sed quod dolendum est, *sederunt in terra*, id est, totum Sacerdotale officium conuerterunt ad terrenum emolumentum, quærentes quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi. Sedentium verò in terra quidam sedent in terra aliena, quidam in terra sua. Illi sedẽt in terra aliena, qui agros agris, domos domibus continuant, opes opibus cumulant, non sibi, sed nepotibus, quos educauerunt, vel quod deterius est manzeribus, quos de cõcubinis suis susceperunt. Illi verò sedent in terra sua, qui proprio commodo suo laborant deseruientes voluptati, vel vacantes valetudini.

4 *Prælati praui tacent silentio, & doctrinã, & vita exemplo.*

Potuit dicere, *Senes tacuerunt*, sed expressiùs dictum est. *Conticuerunt*, i. simul tacuerũt, quia vtrãque partẽ loquendi omiserunt. Duæ sunt partes loquendi vita, & doctrina, quibus Sacerdotes debent præfulgere, sicut præeminent honore. Vtrũque enim necessariũ est. Quantùm enim prodest bona cõuersatio exemplo, tantum nocet silentio: verumtamen non imitantes Saluatorem, de quo scriptum est. [g] *Cœpit Iesus facere & docere.* Nec exẽplo instruũt, neque verbo docent. Præterea, *conticuerunt*, i. omnes modos loquendi suppresserunt. Tres sunt modi loquendi, docere, monere, orare: docere veritatẽ, monere ad conuersationem, orare ad intercessionem. Docere veritatem de fide & articulis: monere de moribus: orare ad intercessionem pro sua, & populi ignorantia. De primo loquitur Dominus. [h] *Ite docete.* De secũdo legimus in Ieremia. [i] *Ecce constitui te super gentes, & regna, vt euellas, & destruas, & ædifices, & plantes.* Et de tertio ait Apostolus. [k] *Primum omniũ rogo in vobis fieri obsecrationes, postulationes, orationes*, &c. *Conticuerunt* etiam, i. omnem causam tacendi habuerunt. Tres sunt causæ tacendi, ignorantia, impotentia, negligentia. Ignorantia est turpis, impotentia difficilis, negligentia pinguis. Quid enim est turpius, quàm incipere discere, cùm deberemus docere. Ludicolosa quidem res est, elementarius senex, teste Philosopho. Impotentia est difficilis, quia nonnũquam nouit Prælatus docere, sed non potest, cõscientiâ obstaculum præbente, & os eius claudẽte, qui est quasi calculus in ore positus: hic est ranunculus obstruens ora canum. Est enim quoddã genus ranæ mutum, non vocale, viride, modicũ, quod dicitur calamites: quia manet inter calamos, & in os canum proiectũ clamorem eorũ prohibet. Non secus conscientia mordicãs criminosum prohibet eum docere: neque iterum, quod difficillimũ est permittit eum silere. Væ igitur ampullæ, si vult loqui, conscientia respõdet ei Deum dixisse peccatori. [l] *Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentũ meum per os tuum?* Si autem formidãs docere, disponit tacere, surgit in eum, & dicit quare taces? nonne teneris prædicare? nonne audisti Scripturam comminantem? [m] *Væ vobis canes muti.* Negligentia est pinguis: Quidam enim confidentes laborem & dolorẽ, malunt otio se tradere, quàm in vinea Domini laborare, de quibus scriptum est. [n] *Væ vobis canes muti, pigri, somnolenti, non valentes latrare.* Et alibi. [o] *Maledictus, qui facit opus Domini negligenter.*

g Actor.1.1. *Loquẽdi tres modi, docendo, monendo, & orando.*

h Marc.16. 15.

i Iere.1.10.

k 1.Tim.2.1.

Tacendi tres causæ, ignorantia, impotentia, & negligentia.

l Psal.49.16.

m Isai.56.10

n Isai.56.10.

o Iere.48.10.

5 Ex Patribus istius Libri Interpretibus. Sensus Literæ. Rabanus.

Rabanus apud Hier. *Sederunt in terra*, qui terrena non cælestia secuti sunt desideria, conticuerunt senes eorũ, quia non habuerunt spiritalem scientiã legis Dei, vnde nec iam desertã veritate consiliũ vtile auditoribus suis præbere valebant. *Filiæ Sion conspersa sunt capita sua, accinctaque ciliciis*, lugubri indutæ sunt tegumento, quoniam ornatum virtutum, & sapientiæ spiritalis, quoad cælestis Regis thalamum pertingere debuerant, non seruauerunt. Idcirco *abiecerunt in terra capita sua virgines Ierusalem*, cùm mentes tristitiã terrenã grauatas in ima depresserunt, nec iam ad cæleste gaudium vllo modo aspirare præsumpserunt.

S.Paschas.

Cum Rabano legunt. *Accinctæ sunt ciliciis*, (scil. virgines) S. Paschasius, & D.Thomas. Rupertus tamen Abbas masculinè meliùs legit, sicque & Hugo de S.Victore, & Bonauentura, vt referatur ad senes: vel vt notat Bonauentura ad vtrumque sexum.

Apud omnes certè prællatos Patres vnus idemque est istius sententiæ sensus quoad literam, quæ clara est.

In

6 Rup. Abbas. *Senes Iudæorum ex vana templi Domini confidentia quàm deiectati sint.*

In Ruperto tamen Abbate hoc notandum, quod specialiter ait. Erecti priùs senes filiæ Sion, & multa loquentes, nunc præcipitati, & fracto superbiæ cornu mutilati sederunt taciturni in terra, tantùm ab illa deturbati, quam habebant, confidentia templi Domini, quantùm à cælo distat terra.

D. Thomas. *Virginum Iudæorum tres ordines.*

In Hugone Victorino. Per id, *abiecerunt in terram capita sua*, significari voluntariam mortis accelerationem.

7 Allegoria de Ecclesia.

In D. Thoma, tres enumeratas Virginum species, Virgines filiæ Sion, quæ erant in arce, vel iuxta templum filiæ Sacerdotum: Virgines Ierusalem, illas quæ habitabant in ciuitate: & Virgines Iuda, illas quæ per regnū vndique habitabāt.

S. Paschas. *Senes quinam deflendi sint in Ecclesia. Fideles praui in quàm misero sint statu.*

S. Paschas. eos Ecclesiæ senes defleri hîc ait, quos Græci Presbyteros nuncupant, qui nullo senectutis opere decorātur, sed quasi fatui torpentes in terra sedent, dum terrenis, & carnis occupantur operibus. Per *Virgines*, &c. eas intelligit fideles animas, quæ filiæ Sion nomine tantùm, & regenerationis Sacramento, quæ ceciderunt de throno regni, aut in hæresim, aut ad puluereas vitæ actiones, quibus oppilatum est os, nec audent oculos sursum leuare ad Deum, sed capita sua mentes videlicet, puluereis aspergunt operibus, & sacco vestiuntur cilicino, peccatorum cōtexto setis, caprarumque pilis. Et quia semel deiecerunt capita in terram, mentes scilicet in terrena conuoluentes oblectamenta, nolunt se erigere, neque excutere de puluere: si quo modo priùs, rursus induantur à sponso, suis ornamentorum vestibus.

8 Hug. Victor.

Hugo de S. Victore quoad primas partes per senes, Prælatos accipiens nil iis addit, quæ ex Petro Blesensi iam relata sunt. Quoad reliqua, per Virgines, subditos designatos existimat, qui fidei, inquit, integritatem sinceritate morum conseruantes ad visionem supernæ pacis festinant. Et quid per caput, nisi actio spiritualis: quid per cinerem, qui ab igne relinquitur, nisi terrenæ cogitationes significantur: Quasi enim ab igne cinis nascitur, quando cogitationum inanium reliquiæ à concupiscentia carnali generantur. Bene ergo postquam senes in terra sedent, & tacent: virgines capita sua cinere conspergunt: quia simplices quique in Ecclesia cùm Prælatos suos, postposito studio prædicationis, terrenis delectationibus vident incumbere, etiam in bonis quæ agunt carnaliter delectati incipiunt.

Prælatis malè viuētibus, ac tacētibus, etiam subditi prauā agunt vitam.

9 *Terrenorum cura, & anxietas sequitur carnales delectationes.*

Accincti sunt ciliciis. Quid per Cilicium, nisi cura terrenarum rerum signatur, quæ conscientiam assiduis occupationum aculeis pungit: Priùs ergo senes in terra sedentes describuntur, & postea ciliciis accincti: quia vbi mens in amore carnaliū delectationū primùm resoluta fuerit, mox deinde cura sequitur, quæ illam pro adimplendi, desideriis suis sollicitando compungit. Virgines quoque priùs capita sua aspergere, ac postea ipsa capita sua in terrā abiicere dicuntur: quia hic perditionis ordo est, vt primū quisque bona quæ agit per intentionē laudis humanæ offuscet: ac deinde etiā ipsa bona opera in prauas actiones cōmutet.

In operibus prauis quis sit ordo.

10 Bonauent. *Senibus duo debentur, prima sedes, & primum verbum.* a Iob. 29. 25. b Eccl. 32. 5. *Senes cum in terra sedent, & tacere cogūtur: pueris in Prælatos assumptis, iisdemque doctibus quàm sit deplorandum.*

In Bonauent. qui ferè ad verbum dicta prosequitur Hug. Victorini: hæc referenda habeo. Nota, quòd senibus duo debentur. Prima sedes: [a] *Si quando volebam ire ad eos, sedebam primus.* Item primum verbum: [b] *Loquere maior natu: decet enim te primum verbum.* E contra senes sunt in terra, & pueri præficiuntur: senes conticere coguntur, & pueri ad doctrinæ principatum sublimātur: quod non est lamentabile, quia pueri sunt: sed quòd sunt non minùs moribus, quàm ætate pueri.

Cinere caput aspergere est delectationes terrenas quærere: vel in bonis actibus laudes humanas: Caput abiicere est manifestè malis indulgere.

11 Morale de Anima. Rabanus. *Terrenis hærere quàm cauendum.* c Gen. 3. 19.

Rabanus apud Hieron. His admonemur, ne sedeamus in terra, carnis nostræ desideriis quasi cinere polluti, & vitiorum setis circumamicti, totam gloriā, quam in cælesti regno habere potueramus, perdamus: iaceamusque in terra donec [c] *caro nostra in puluerem, vnde sumpta est reuertatur*, & finis noster fiat interitus sempiternus.

12 S. Paschas. *Consilij cogitatibus versantibus circa terrena, atque carnalia, senes animæ in terra sedere, omnesque animi cogitatus apud Deum tacere dicuntur.* d Psal. 31. 3.

S. Paschasius hæc ipsa dilucidans magis ait, Anima cùm spiritum consilij amiserit, quasi de senectute grauitatis, & dignitate naturæ vitæ, in terrenis residens infatuatur: quia nullo sapientiæ sale conditur: dum terrena inhiat, carnisque sectatur illecebras: & hoc est senes sedere in terra: omnes consilij cogitatus, & prudentiæ actus in voluptatibus huius vitæ, & lucris sæculi versari. Quibus cùm occupatur anima cutis, cōticescunt apud Deum omnes animi conatus. Vnde & Dauid gemens. [d] *Quoniam tacui* (inquit) *inueterauerunt ossa mea, dum clamarem totā die.*

13 Hug. Vict. *Cogitationū caligo gignitur statim ac animæ affectus deprauati sint. Conscientiæ cōpunctio sequitur prauā delectationem mentisque confusionem. Desperatio consequi plerumque solet impiorū asperam cōscientiæ compunctionem in mente confusa.*

Reliqua clariùs hisce explicat. Hugo de S. Victore, qui ferè in omnibus tum ipso hîc consentit S. Paschas. Per Virgines Ierusalem mundas animæ cogitationes intelligere debemus. Quid est ergo quòd postquā senes in terra sedēt, virgines cinere capita sua spargere dicuntur: nisi quòd quādo affectus animæ deprauati sunt, statim caligo cogitationū generatur. Vnde adhuc subiungitur. *Accincti sunt ciliciis.* Post sessionē enim, & aspersionē cineris, ciliciū sequitur: quia prauam delectationem, & confusionē mentis aspera peccatrici conscientiæ de reatu sui sceleris cōpunctio generatur. Postremò autem in fine cumulus infelicitatis apponitur cùm subinfertur. *Abiecerūt in terrā capita sua virgines Iuda.* Post accinctionē enim cilicij capita in terram abiicere, est post angustiam & trepidationem malæ conscientiæ, etiam de venia desperare. Propter quod etiam rectè Virgines Iuda dicuntur. Ad augmentum namque doloris postrema in eis confessio nominatur: quia & illa nouissima post alias omnes virtutes amissas à desperatis excluditur.

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Ὠριγένης.] λυπηρὰ διηγεῖται θαύματα ἐν τῷ χωρίῳ τῆς εὐφροσύνης γεγενημένα. φόβῳ γὰρ οὐδὲ θρηνεῖν τοῖς πρεσβυτέροις ἐπέτρεπον. καὶ τὰς πρώτας παρθένους εἰς γῆν ὁρᾶν παρεσκεύασαν, μήποτε φανεῖσαι, πρὸς βίαν αὐτοὺς ἐκ τοῦ κάλλους ἐν ὥρᾳ ἐπιτηδείων ἐπισπάσωνται. εἴποις δ' ἂν καὶ τὸν ἐν

14 Origenes. *Crudelitas hostium victorum.*

Vers. 10. **S**Ederunt in terra.) Origenis.] *Mæroris plena narrat spectacula in loco lætitiæ facta: præ timore enim ne lugere quidem senioribus permittebant, & primarias virgines, vt oculos in terram figerent iubebant, ne conspectæ ob pulchritudinem, quā præstabant, eos attraherent ad vim ingerendam.*

ἐν ἀρετῇ πάλαι πρεσβεύοντας, δι' ἣν οὕτως ἐλέγοντο, χοϊκοὺς γεγονότας, καὶ πάθεσιν ἀλόγοις ἐνιδρυθέντας, κατὰ λόγον ἔτι μηδὲν ἐνεργεῖν, καὶ τὸ ἐν αὐτοῖς ἡγεμονικὸν ἀπογεώσαντας πνεῦμα, καὶ πένθους ἀξίαν ἣν εἶχον πάλαι σωφροσύνην ποιήσαντας, καὶ λογισμοὺς διαφθείραντας οὓς πρὶν ἀφθόρους διέσωζον.

Ὀλυμπιοδώρου.] ἠδαφίσθησαν τὰ γήϊνα φρονήσαντες. [Ἐσιώπησαν.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἀπώλεσαν τὸ διδασκαλικὸν ἀξίωμα, ἀπεκωφώθησαν.

[Ἀνεβίβασαν.]

Ὀλυμπιοδώρου.] κατὰ μὲν τὴν ἱστορίαν τὸ σχῆμα πενθικὸν, ὡς ἐν αἰχμαλωσίᾳ. κατὰ δὲ θεωρίαν, ἐκ προαιρέσεως φησὶν, τὰ γήϊνα πράγματα τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας προέκριναν.

[Κατήγαγον εἰς γῆν.]

Τοῦ αὐτοῦ.] κατήνελκαν εἰς τὰ γήϊνα πράγματα τὰς συναγωγὰς, ἢ καὶ τὰς δυναμένας σώζεσθαι ψυχάς.

A *Dici etiam potest: eos qui virtute olim antecellebant, propter quam seniores vocabantur, factos iam terrenos, & affectibus irrationalibus applicatos, secundùm rationem nihil modo agere, cùm & principem animæ spiritum in terram verterint, & quam olim possidebant castimoniam, dignam lachrymis effecerint, cogitationesque corruperint, quas antea incorruptas seruabant.*

Sanctiores ex terrenis addicuntur, nil boni agentes, maximè in Ecclesia deplorandum.

Olympiodori.] *Sederunt in terra terrena sapientes.*

Olympiod.

B *(Conticuerunt.)*

Olympiodori.] *Magisterij dignitatem amiserunt, muti facti sunt.*

Olympiod.

(Imposuerunt.)

Olympiodori.] *Secundùm historiam, lugubris habitus captiuitatis tempore. At mysticè sponte suâ ait, res terrenas suæ saluti præposuerunt.*

Olympiod. Puluis super caput respersus significat terrena sua praeferre saluti.

(Deduxerunt in terram.)

Eiusdem.] *Ad res terrenas Synagogas deduxerunt vel animas quæ saluari poterant.*

Idem.

VERSVS VNDECIMVS.

VVLGATÆ.

Caph.

DEfecerunt præ lachrymis oculi mei, cõturbata sunt viscera mea: effusum est in terra iecur meum super contritione filiæ populi mei, cùm deficeret paruulus, & lactẽs in plateis oppidi.

C

SEPTVAGINTA.

Caph.

DEfecerunt in lachrymis oculi mei: conturbatum est cor meum: effusa est in terram gloria mea, super contritionem filiæ populi mei, cùm deficeret paruulus, & lactens in plateis ciuitatis.

PARAPHRASIS CHALDAICA.

Caph.

COnsumpti sunt lachrymis oculi mei; conturbata sunt viscera mea: effusum est in terram iecur meum propter contritionem cœtus populi mei, cùm siti deficerent iuuenes, & lactentes in plateis ciuitatis.

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

1 Ambros. *Oculi deficientes præ lachrymis descendere dicuntur.*

AMbrosius lib. 2. de Pœnitentia cap. 6. Ita sententiam istam exorditur, & legit. *Oculi mei caligauerunt. Turbatus est venter meus, effusa est in terra gloria mea.*

Idem verò in Serm. 17. in Psalm. 118. non longè à fine, aliter sic. *Defecerunt in lachrymis oculi mei caligauerunt.* Tamquam descenderunt oculi, qui deficiunt lachrymis.

2 Hug. Vict. *Delectationes carnales cùm & Prælati quærunt, & subditi, deficere dicitur paruulus, & lactãs in plateis oppidi.*

Hugo de S. Victore lib. 4. de Claustro Animæ cap. 14. Tom. 2. Paruulus est simplex, & rudis populus. Lactans est doctor carnalia prædicans. Plateæ oppidi sunt delectationes huius mundi. *In plateis* igitur *oppidi paruulus & lactans deficiunt:* quando prælati cum subiectis cessantes à bonis operibus passim carnalia quærunt.

3 Ex Patribus istius libri Interpretibus. Sensus literæ. Theodorit. *Infantium mors præ fame misericordiam maximè commouet.*

Theodoritus. Ipse Propheta clamat. *Defecerunt in lachrymis oculi mei*, &c. Ostendit autem tribulationem misericordia dignissimè. Dum exanimarentur pueri, & lactentes in plateis ciuitatis.

Rabanus.

In Rabano, S. Paschasio, atque Hugone Victorino nil circa hunc literæ sensum notandum reperi. In D. Thoma habeo hæc. Ostendit Propheta suam compassionem, & ex viscerum commotione. *Conturbata sunt:* quasi, tantum doleo, sicut est dolor turbationis viscerum, vel quia peruenit vsque ad intima cordis. Et quantùm ad Iecoris effusionem. *Effusum est in terra iecur meum*, i. ita doleo ac si effusum esset. Vel quia amor meus cuius sedes in epate est, ad terrã proiectus est, illis quos amabam prostratis. *Oppidi* denique nomine vel Ierusalem significatam ait, ob vilitatem, ad quam redacta fuerat, sic appellatam, vel quamcúmque ciuitatem aliam.

D

Bonau.

In Bonauentura, nota quod ait, Aliqui exponunt lactantem actiuè, pro matribus, scil. pueros lacte pascentibus, quibus maximè est compatiendum.

4 Allegoria de Ecclesia. S. Paschasius. *Oculi spirituales Ecclesiæ deficiunt ab intuitu terrenorum. Lachrymarũ encomium. Venter & viscera Ecclesiæ multitudo fidelium. Fideliũ multitudo facilè instar maris, & instar viscerum commouetur. Diuites fideles voluptatibus indulgentes sunt Ecclesiæ iecur. In iecore sedẽ habẽt voluptas, & cõcupiscentia secundum philosophos.*

E

S. Paschasius post multa de Spiritualibus Ecclesiæ oculis, qui ad ea intendunt sempiterna deficientes ab iis quæ vana sunt: postque multa in encomium lachrymarum, ad quas Ecclesiam vnà cum Ieremia quasi ad consueta medicamenta recurrere ait, Circa ea quæ dicuntur, *& omnia viscera mea conturbata sunt*, &c. hæc habet. Hoc sunt viscera, quod venter, eò quòd intra ipsum sunt quasi receptacula colluuionis. Per quæ (vt iam dictum est) multitudo fidelium, quæ diuinis quotidie infra vterum Ecclesiæ repletur alimentis, accipitur. Sed commota pressura tentationis, aut pro cruditate doctrinæ, aut morum prauitate mox conturbantur, & velut mare feruent, pro quibus excelsiores animæ indesinenter curam & sollicitudinem gerunt. Vnde & Ecclesia, quasi parturiens *conturbata sunt* (inquit) *viscera mea, & effusum est in terra iecur meum.* Nam per iecur existimo, illi rectè intelliguntur, qui locupletes in Ecclesia curis, & voluptatibus deseruiunt: Sicut & Physici philosophãtur, quod in iecore voluptas & concupiscentia sedem habeant:

F

Vnde

a 1. Tim. 6. 17.
b 1. Cor. 7. 31.
Iecur Ecclesiæ effunditur, cū diuites relaxant fræna concupiscentiis.

Vnde tales monet Apostolus reuocari, ª *ne sperent in incerto diuitiarum, sed,* ᵇ *qui habent* (inquit) *sic sint, quasi non habentes: & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtentes sint: & qui possident, tanquam non possidentes.* Alioquin cùm hi se effundunt per varia mundi desideria, & relaxant fræna concupiscentiarum, quid aliud quàm iecur Ecclesiæ in terra effunditur?

5
Diuitiæ vix sine amaritudine habentur, quia & iecur non sine felle.
Diuites distribuant egētibus opes, vt iecur ciborum succum reliquis membris corporis.
c 1. Cor. 7. 31.

Et notandum; quòd non Epar sine felle habetur: ita & diuitiæ, nescio si vnquam, sine amaritudine possideantur. Dicitur autem quòd ad se calore suo succum ciborum trahat, vertatque in sanguinem, quem sanè ad vsum pascendi nutriendique singulis membris præbet, & hoc fortè est, quod Apostolus docet; ᶜ *Et qui habent, sic sint quasi non habentes*, vt in sanguine redemptionis suæ ea vertant, & singulis Ecclesiæ membris, quasi ex abundantia sanguinis, pastum & alimentum præbeant. Hinc quoque sequitur. *Super contritionem filiæ populi mei, cùm deficeret paruulus, & lactens in plateis oppidi.* Ac si diceret. Effusum est iecur meum in terra, & super contritionem filiæ populi mei: quia Ecclesia Christi, quæ filia Sanctorum iurè vocatur, tunc conteritur, & afficitur tentationibus, quando iecur ipsius, diuites videlicet & potentes, in terrenis se effundunt desideriis, & sola quæ præsentis vitæ sunt inhiant.

Paruuli tunc in Ecclesia scandalizantur, cùm fœlicitatē vident diuitum huius sæculi.

Tunc itaque *paruulus & lactens in plateis oppidi deficiunt*: quando tales omni fœlicitate sæculi abundare videntur. Sin aliàs, nisi paruuli & lactentes essent in fide & doctrina Christi, pro talibus numquam in plateis deficerent.

6
Hug. Vict.
Feruentes in bono opere aliosque excitantes, sunt Ecclesiæ iecur.

Hugo de Sancto Victore. Oculi in sancta Ecclesia sunt prouisores, viscera misericordes, Iecur studiosi & in bono opere feruentes. Vt enim ferunt Physici in iecore calor decoctionis est. Sicut ergo iecur vel Epar suo calore crudum cibum in ipso stomacho decoquit, & exinde succum nutritiuum in omnes corporis partes transmittit: sic nimirum ij qui alios per feruorem suæ deuotionis à torpore ad bene operandum excitant, quasi ex sua decoctione alimētum corpori Christi subministrant. Quid est ergo quòd peccato vastante populum fidelem, oculi Ecclesiæ deficiunt, & viscera turbantur, iecur in terram effunditur: nisi quòd ij qui verè charitatem Christi habent, semper alienis miseriis compatiuntur: Sicut Apostolus dicit. ᵈ *Quis infirmatur & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror?* Nullum enim certius indicium est veræ charitatis, quàm affectus fraternæ compassionis.

Charitatem habentes semper alienis malis compatiuntur.
d 2. Cor. 11. 29.

7

Super contritione filiæ, &c. Quid enim per muliebrem sexum nisi plebs infirma significatur? quam tamen cùm filiam nominat, fidei professionem habere demonstrat. Per contritionem autem irreparabilis calamitas ostenditur, sicut quod contritum est ampliùs non reparatur.

Circa vltimam partem eadem dicit quæ supra in libro de Claustro Animæ.

Bonauent.
Prælati boni sunt in subditos suos prouisores, misericordes; atque ferventes charitate.

Bonauentura quoad istum de Ecclesia sensum conuenit ferè in omnibus cum Hugone, tametsi tria ista membra oculi, viscera, & iecur, vt spiritaliter designant prouisores, misericordes, & feruentes sanctis aptet Prælatis.

8
Morale de Anima.
Rabanus.
Simplicium fidelium ruina quàm deploranda.

Rabanus apud Hieronymum. Sed & nunc pari modo deflenda est ruina animarum quondam fidelium, quæ pretio sanguinis Christi redemptæ, & vnda Baptismatis à sorde peccatorum ablutæ, mysticaque vnctione consecratæ, iterum nunc in cænum, & sordes vitiorum deuolutæ sunt: ita vt hi qui innocentiam, & simplicitatem paruulorum videbantur imitari, in plateis mundi, & sæculi desideriis ab hostibus spiritualibus enecentur.

9
S. Paschas.
Oculi animæ illius intentio.
Viscera animæ sunt illius conceptiones, & cogitationes.
Iecur animæ, illius voluptas, & concupiscentiarum luxus.

S. Paschasius. Bene anima plorans, *Defecerunt* (inquit) *præ lachrymis oculi mei*, quando amore languida videt viscera sua interius conturbari, nec valet conceptiones mentis suæ ad ea quæ oculus intendit, dirigere. Viscera quippe eius, sunt conceptiones cogitationum. Quas itaque conceptiones videt interiùs contùrbari: oculus rectæ intentionis & deficit præ lachrymis, nec valet libere contueri ea quæ cupit, dolore pressus amaritudinis. *Quia effusum est* (inquit) *in terra iecur meum*, id est, omnis eius voluntas, & concupiscentiarum luxus, quarum colluuione etiam in ea diuinus ignis extinguitur. Et quia ignis humani corporis in iecore (vt aiunt Philosophi) sedem habere creditur, inde vsque ad cerebrum subuolat: deinde vsque ad oculos, cæterosque sensus, & sic per membra diffunditur. Vnde cum prona est mens & concupiscentia eius in malum, & ignis ille de iecore in terra effuso ad oculos vsque attollitur, quid aliud quàm defectum rectæ intentionis inferre creditur? Et hinc est quòd plangit. Defecerunt, inquit præ lachrymis oculi mei, quia ex dolore, quo lachrymæ nascuntur, defectus diuinæ contemplationis generatur. Et notandum, quod effusio iecoris ad terram, non nisi de contritione animæ, quæ filia Sanctorum esse debuit, eò quòd conculcata est ab hostibus euenit: Vnde tam exterior sensus virore gratiæ, paruulus, quàm & mens introrsus lactens, defecta virtutibus, per plateas huius sæculi malè dilapsa, non est quò se vertat, nisi ad lachrymas, ex quibus, licet oculi grauentur, saltem fletibus consolatur.

Animæ in malum effusæ miserrimus defletur status.

10
Hug. Vict.
Animæ oculi claritas contemplationis: viscera, sensus internæ dulcedinis: Iecur, feruor diuini amoris.

Hugo de Sancto Victore. Quid per oculos, nisi claritas contemplationis: & quid per viscera, nisi sensus internæ dulcedinis: & quid per iecur, nisi feruor diuini amoris accipitur? Quid est ergo. Quòd Propheta in contritionem filiæ populi sui oculos suos defecisse, & viscera conturbata, iecurque effusum in terram commemorat: nisi quòd spiritualis quisque quantò magis animum suum in tribulatione proximorum ad compassionem fotas effundit: tantò ampliùs interna illa gaudia quæ quietus gustare consueuerat, ex ipsa mœroris sui perturbatione subtracta deplorat. Sequitur, *Super contritione*, &c. Per filiam populi carnalis anima: per paruulum, sensus carnis: per lactentem, virtus mentis accipitur. Sensus enim carnis, quantùm in se est, puerilia quædam & leuia semper appetit, nisi quantùm mentis constantia eum per disciplinam restringit. Quasi paruulus igitur lacte pascitur: quia per virtutem animi ad maturitatem constantiæ velut ad robur virile paulatim enutritur. Sequitur.

Sensus carnis dictus paruulus lactens, cùm per animi virtutem, & per disciplinam non restringitur.

In plateis oppidi. Per oppidum non incongruè corpus quod anima inhabitat: & per plateas oppidi fluxa desideria carnis intelligere possumus. Quare ergo in contritione filiæ populi paruulus & lactens in plateis oppidi deficere dicuntur: nisi quòd in anima carnali priùs per illecebrosa desideria foris sensus corrumpitur: ac deinde virtus quoque ac constantia animi emollitur.

11
Bonauent.
Iecoris effusio est carnis afflictio, quæ lachrymis iungenda est pœnitentia.

In Bonauentura nota id tantùm, quod ait, effusio iecoris est mortificatio carnis: ne ergo fictæ lachrymæ credantur, carnis afflictio lachrymis iungatur, & tunc iecur in terram funditur. Quæ ex Hugone Victorino desumpsit.

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

χάφ.

Ἐξέλιπον ἐν δάκρυσιν.

Ὠριγένους.] Δόξαν ἰδίαν φησὶν ὁ προφήτης θεοῦ τὸν λαὸν, καὶ πατρίδιον εὐσέβειαν. τῶν δὲ νηπίων τὴν ἔκλυσιν ὁ λιμὸς ἀπειργάζετο. εἴποις δ' ἂν ὑψηλότερον, ὡς οἰκειοῦται τῶν συγγενῶν κατὰ σάρκα τὰ πάθη κατὰ τὸ, τίς ἀσθενεῖ, καὶ οὐκ ἀσθενῶ; τὰ κατὰ ψυχὴν ἐκείνων ἀναδεχόμενος δυσχερῆ, γνώσεως ἀληθοῦς μαρασμὸν, καὶ φορὰν ἄστατον τοῦ λογισμοῦ πρὸς τὰ γήινα, καὶ στέρησιν δόξης τῆς ὑψούσης τὴν κεφαλὴν κατὰ τὸ, σὺ δὲ κύριε ἀντιλήπτωρ μου εἶ, δόξα μου καὶ ὑψῶν τὴν κεφαλήν μου.

[ἐν τῷ ἐκλείπειν.]

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] γάλα ἐστὶν ἡ κατ' εὐσέβειαν διδασκαλία. ταύτης οὖν ἀναστελλείσης, εἰκότως τὰ δι' αὐτῆς τρεφόμενα ἐκλείπουσιν.

[ἐν πλατείαις.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ὅτι οὐχ ὑπὸ τῶν ἐθνικῶν ὠχλήθη ἡ εὐσέβεια, ἀλλ' ὑπὸ τῶν νόθων υἱῶν παρεφθάρησαν.

A

Vers. 11. *Defecerunt in lachrymis.)*

Origenis.] *Gloriam suam vocat Propheta Dei populum, patriæque pietatem: defectionem verò paruulorum fames efficiebat. Poteris etiam sublimiori sensu dicere, cognatorum secundùm carnem passiones illum pro suis habere, secundùm illud,* [a] Quis infirmatur, & ego non infirmor? *mala animarum illorum suscipientem, veræ cognitionis languorem, præcipitem mentis impetum ad res terrenas, priuationemque gloriæ caput extollentis. secundùm illud,* [b] Tu Domine protector meus es, gloria mea, & extollens caput meum.

B

(Cùm deficeres.)

Incerti.] *Lac est pietatis doctrina; quâ repressa qui illâ alebantur, iure deficiunt.*

(In plateis.)

Olympiodori.] *Quoniam non à Gentilibus pietas impedita est, sed à spuriis filiis deprauati sunt.*

12 Origenes. *Ieremias gloriam suam appellat Dei populum, patriaque pietatem. Sancti ærumnas proximi suas proprias reputant.* a 2.Cor. 11. 29. b Psal. 3. 4.

Incertus. *Doctrina pietatis lac animarum.*

Olympiod.

VERSVS DVODECIMVS.

C

VVLGATÆ.

Lamed.

MAtribus suis dixerunt: Vbi est triticum, & vinum? cùm deficerent quasi vulnerati in plateis ciuitatis: cùm exhalarent animas suas in sinu matrum suarum.

SEPTVAGINTA.

Lamed.

MAtribus suis dixerunt, vbi est triticum, & vinum? Cùm dissoluerentur, quasi vulnerati in plateis ciuitatis, cùm effunderent animas suas in sinum matrum suarum.

PARAPHRASIS CHALDAICA.

Lamed.

MAtribus suis dicebant iuuenes Israel: Vbi est frumentum, & vinum? quando deficiebant, quasi occisi gladio, præ siti in plateis ciuitatis, quando effundebatur anima eorum præ fame in medio sinuum matrum suarum.

D

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

1 Hug. Vict. *Voluptatum in via quinã deficiant, & non deficiant. A peccato non resipiscẽtes deficere dicuntur in delectationũ studio.*

HVgo de Sancto Victore lib. 4. de Claustro Animæ cap. 14. Circa extremam istius sententiæ partem. In plateis, inquit, Ierusalem boni sunt, sed non deficiunt: quia vanitatibus sæculi dediti non succumbunt. Mali verò in plateis ciuitatis sunt, & deficiunt: quia vagi & instabiles voluptatibus carnis non resistunt. Plateæ sunt viæ latæ, quæ per eas gradientes ducunt ad mortem. *Cùm deficerent* (inquit) *quasi vulnerati in plateis ciuitatis.* Peccata sunt quasi vulnera. Quasi vulnerati in plateis deficiunt: quia deficientes in bono à delectatione peccati non resipiscunt.

2 Ex Patribus libri istius Interpretibus. Sensus Literæ. Theodorit. *Fames vincit amorem naturalem.*

Theodoritus. Fames vincebat amorem naturalem, quod indicat, *Matribus suis dixerunt, Vbi est triticum, & vinum? dum defecerunt ipsi.*

Ne omnino ieiuni circa hunc literæ simus sensum, qui Patribus clarus visus est ponderationes hîc adnotabo quas circa illum facit Hugo de Sancto Victore, hisce eum prosequens. In matribus tenerior affectus, si possunt non solùm audiunt, sed præueniunt. Cur igitur filios rogantes expectant, nisi quia non habent quid egentibus offerant: Et ne maternam pietatem naturali vitio induruisse existimes: audi quales se olim filiis exhibuerint. Non petunt ordeum, & aquam, scilicet alimenta seruilia, quia nihil eiusmodi dare solebant: sed, *Vbi est inquiunt triticum, & vinum?* Hoc petunt quod soliti fuerunt accipere. Non tamen petunt: sed admirantes interrogant, quia nec petere solebant, sed habere. Sed fortassis dices, lasciui erant filij isti, & delicati, superflua quærebant: quibus etiam materna pietas contradicere deberet. Audi quid sequatur. *Cùm deficerent,* inquit, *quasi vulnerati in plateis ciuitatis.* Duplex malum, egestas, & ignominia. Tolerabilius saltem fuisset in domo deficere, & in occulto fame consumi: quàm in plateis, cum tabe famis confusionem ignominiæ sustinere. Sequitur. *Cùm exhalarent animas suas in sinu matrum suarum.* Omnia cooperantur ad malum. In plateis deficiunt. In sinu matrum animas exhalant: vt manifesta tabes confusionem, & mors præsens dolorem multiplicent.

E

3 Allegoria de Ecclesia. Rabanus. *In indicij die frustra ad auxilium confugient negligentes Sanctorum doctorum.*

Rabanus apud Hieronymum. *Matribus suis,* &c. Frustra tunc auditores negligentes quærunt à doctoribus suis triticum, & vinum verbi gratiæ spiritualis: cùm in terrenis negociis, & voluptatibus

tibus ſæculi ad affectum peruenerint præſentis vitæ,& ſub ipſo magiſtrorum nutrimine tempus indultum perdiderunt in praua conuerſatione. Non enim tunc tempus eſt remedij,ſed vltionis: quando diſtrictus iudex veniet ſingulorum actus, & vitam diſcutere, per diſcretionem iuſti examinis.

4

S. Paſchaſius. *Peccator fidelis inſtar filij prodigi à patre nobiliſſimo, tametſi degener.*

S. Paſchaſius. Illis hæc aptat fidelibus, qui Euangelicum imitantur filium prodigum. Notandum enim,ait, quòd paruulus, & lactens ipſi ſunt, adoleſcentior filius, generoſæ nobilitatis indoles, ſed ſuâ peruagatione, & conſumptione rerum inopes,vnde norunt, quibus in domo patris vſi ſunt cibis: Non enim aiunt. Vbi eſt hordeum,aut ſiliquæ, quæ famelici gratanter accipiunt, ſed *vbi eſt triticum, & vinum?* Norunt igitur, & ſi degeneres ſuo vitio, quales eos primùm pater genuerit: propterea & prodigus ille filius concupiebat ſaturari de ſiliquis, quas porci manducabant. [a] *Quanti (ait) mercenarij abundant panibus in domo patris mei:* Sed & Iſaac de filio ſuo Iacob; [b] *Frumento (inquit) & vino ſtabiliui eum.* Quia profectò duobus iſtis libertas paſcitur, vt pane confirmetur cor hominis & vino, id eſt gaudio Spiritus Sancti lætetur interiùs. Non enim alio pane libertas noſtra vtitur, [c] *niſi qui de grano frumenti, quod in terram cecidit, & mortuum fuit,*conficitur. [d] *Qui profectò panis de cælo veniſſe creditur*, neque alio vino, niſi [e] *quod de vinea Sorech, & vite, quæ* Chriſtus eſt, vindemiatur. Hoc quippe vinum, & hunc panem, paruulus & lactens à matribus requirunt: ſed quia in plateis non inuenitur, neque vulnerati eum dignè accipiunt, exhalant animas ſuas in ſinu matrum ſuarum,quæ illos malè alueрant, & in ſinu oblectationis peſſimè illexerant. Eruditior enim ille filius, qui ad patrem [f] ſuſpexit agens, quàm iſti, qui à voluptatibus carnis quaſi à matribus ea requirunt: quoniam paterna ſunt iſta. Alioquin,ſi cum patre eſſent, aut ad patrem domum redirent, animas fame non exhalarent: Sed quia caro eos decipit, errant: & ſi non in eo quòd panem vinumque requirunt, ſaltem quia in carne torpentes, ab ea iſta petunt. Neſciunt miſeri, [g] *quod qui in carne ſunt, Deo placere non poſſunt.* Idcirco in ſinu carnis intereunt: quoniam hi filij patris ſunt, [h] *qui non ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt.*

Fideles libertatis filij quibus in Eccleſia nutriãtur cibis.

a Luc. 15. 17.
b Gen. 27. 37.
c Ioã. 12. 24.
d Ioan. 6. 32.
e Iſai. 5. 3.

Peccatores,& mundani exhalãt animas quærentes ſpirituales cibos non à cæleſti Patre, ſed à matre carne, ſeu à matribus & carnis voluptatibus.

f Luc. 15. 18.
g Rom. 8. 8.
h Ioan. 1. 13.

5

Hug. Vict. *Prælati debent eſſe matres pietate.*

Hugo de Sancto Victore, quem & Bonauentura in omnibus ſequitur ſubtiliter, & egregiè hanc pertractans ſententiam.Prælati,inquit,ſanctæ Eccleſiæ ſenes prudentiâ atque conſilio, & matres pietate eſſe debent. Sed quia praui quilibet, & negligentes cùm locum prælationis obtinent,curam ſubiectorum poſtponunt, & ſuæ potiùs auaritiæ, aut luxui ſuo ſtudent: rectè nunc per Prophetam dicitur. *Matribus ſuis dixerunt: vbi eſt triticum & vinum?* Magnus dolor: quia quod petentibus ſubtrahunt, hoc etiam non petentibus offerre debuerunt. Sciendum autem quòd tribus modis vita ſubditorum Prælatis loquitur: per miſeriam, per deſiderium, per obedientiam. Petunt enim quando indigent: petunt quando deſiderant: petunt quando audire parati ſunt. Per miſeriam petunt, quia viſâ afflictorum indigentiâ, dum pias mentes ad ſubueniendum prouocat, etiam ſi lingua ſilet, vita clamat. Per deſiderium quoque petunt; quia quodammodo petere eſt velle habere. Item per obedientiam petunt; quia dum paratos ſe ad recipiendum offerunt, quaſi velle & deſiderare ſe dicunt.

A Prælatis vita ſubditorum tribus modis petitur per miſeriam, per deſideriũ, & per obediẽtiæ promptitudinem.

Prælatis negligentibus ſubditorum & ſi non lingua,vita tamen ſemper loquitur.

Et attendite quòd in tempore neceſſitatis, filij non patres, ſed matres vocant. Ac ſi dicant. Si debitum obliti eſtis, pietatem ſaltem obliuiſci non debetis.

6

Vbi eſt inquiunt triticum,& vinum? Non petunt hordeum, & aquam. Quid per triticum, niſi Chriſtus? quid per ordeum niſi lex? quid per aquam, niſi carnalis ſenſus: quid per vinum,niſi intelligentiã ſpiritualis accipitur? Seruis igitur, qui ſenſu carnali legem tenuerunt, hordeum & aqua ſufficere poterant: filij autem qui iam per gratiam in Chriſto adoptati ſunt, & Chriſtum ſpiritualiter edere ſciunt, nonniſi triticum & vinum deſiderant. [i] *Hæc omnia* (inquit Apoſtolus, videlicet legales obſeruantias) *arbitror vt ſtercora, vt Chriſtum lucrifacerem.* Vide quomodo iſte hordeum legis abiicit: & nonniſi triticum, id eſt, Chriſtum edere quærit? Et benè per hordeum, quod aſperum eſt ad edendum, lex: & per triticum quod ſuaue eſt & dulce, Chriſtus accipitur: quia lex venit peccata punire: & Chriſtus ſoluere. Quare ergo Chriſtus triticum dicatur, iam per Dei gratiam & legendo diſcimus, & edendo ſentimus. Quatuor autem modis Chriſtum comedimus. Chriſtum enim edimus, quando corporaliter Sacramentum corporis & ſanguinis eius ſumendo ſpiritualiter animas noſtras ſaginamus. Chriſtum edimus,quando Chriſtum credendo diligimus. Chriſtum edimus, quando Chriſtum imitamur. Chriſtum edimus, quando verbum Dei audiendo in nouæ vitæ conuerſationem tranſimus.

i Ad Philip. 3. 8.

Lex vetus quàm bene deſignata per hordeum aſperum.

Comedimus Chriſtum vt triticũ quatuor modis, ſacramentaliter, ſpiritaliter,dilectione, & imitatione.

7

Sed ſi triticum edimus, vinum & non aquam bibere debemus,id eſt,verbum Dei audiendo ſumere & per ſpiritualem intelligentiam illud in nobis irrigare. Hoc eſt enim quod in lege nobis præcipitur: [k] ne carnes agni paſchalis aquâ coquamus: quia carnaliter nobis ſapere non debet quod ad paſtum ſpiritualem datum eſt. Interrogent ergo boni ſubiecti malos Prælatos ſuos, & dicant *vbi triticum?* Ac ſi dicerent. Vbi eſt doctrina veritatis? vbi exempla boni hominis? Ac ſi apertiùs dicerent. Vos nec loquendo veritatem oſtenditis, nec bene viuendo imitatione dignos exhibetis. *Vbi eſt vinum?* Quaſi dicerent.Vos qui etiam ſpiritualia carnaliter tractatis, quomodo nos de carnalibus ad ſpiritualia euocare poteritis? Vos qui terrena quæ abiiciſſe videbamini, obliuiſci non poteſtis: quomodo nos ad obliuionem eorum quæ poſſidemus inebriabitis?

Verbum Dei ſpiritaliter non carnaliter audiendo ſumendum.

k Exod 12. 9.

8

Cùm deficerent quaſi vulnerati in plateis ciuitatis. Per ciuitatem ipſam Eccleſiam non inconuenienter accipimus: habet namque ſancta Eccleſia plateas, habet & ſemitas. Quid enim terrenæ actiones ſunt, niſi quædam plateæ? & quid ſpirituales actiones niſi ſemitæ? In plateis ergo ciuitatis ſunt quæ in ſancta Eccleſia licitè terrenis actionibus inſeruiunt. In plateis autem ciuitatis deficiunt qui terrenis negociis occupati ſpirituales conſolatores non inueniunt: qui profectò nequaquam deficerent, ſi detrimenta quæ foris ſæpe patiuntur, conſilio & admonitione bonorum Prælatorum intus ſemper repararent vnde bene de eiuſmodi dicitur *quaſi vulnerati.* Quid enim peccata ſunt niſi vulnera? Quaſi vulnerati igitur deficiunt, qui ſic per negligentiam, ſicut alij per culpam ad interitum tendunt. Cùm magno igitur dolore pronunciandum eſt, *quaſi vulnerati*, ac ſi diceretur: Cur iſti per negligentiam Prælatorum pereunt: qui criminibus & flagitiis vulnerati ſunt? vnde ſequitur. *Cùm*

Ex Prælatorũ negligentia, & prauitate deficiunt plerique ſubditorum in actionibus.

exhal-

Prælatorum adulatio quando obsit subditis.

exhalarent animas suas in sinu matrum suarum. Quid namque est sinus matrum nisi blanda adulatio Prælatorum? Quasi morientes namque filios matres in sinu tenent, quando carnalium mentes in corpore suo pereuntes mali Prælati nedum ad bonam operationem non exsuscitant: sed etiam blandis fauoribus palpando in sua perditione fouent.

Allegoria de Ecclesia. S. Paschas. *Anima dum ab illecebris sibi blandientibus cogitatus suos, suámque scientiam refici petit præ inopia deficit.*

S. Paschasius. Paruuli cogitatus, & lactens animæ scientia, si ad exteriora carnis, & plateas delectationis se proiecerint, non habent à matribus quid reposcant, scilicet ab illecebris sibi malè blandientibus: quoniam eis nec panis est, qui cor hominis confirmat, doctrina videlicet spiritualis: nec vinum, quod lætificat, Spiritus Sancti gratia intus, quâ mentes inebriantur fidelium. Et ideo bene, dum requirunt ab iis, in quibus, & cum quibus ista nunquam inueniuntur, exhalant animas, qui talia sunt, sicuti in sinu gehennæ ad mortem, quæ illas genuit, dum caro, quam quasi matrem crediderunt, in terram rediit.

10 Hugo Vict. *Cogitationes sunt filiæ affectionum, à quibus in vna mentis domo tanquam à diuersis prodeunt matribus.*

Hugo de Sancto Victore. Præhabito quòd filiorum, ac matrum nominibus, multitudo designetur cogitationum, quæ dum in vna mente de diuersis affectionibus prodeunt, quasi multarum matrum soboles in vna domo non ex vna origine procedunt. Quódque per triticum cibus significetur sapientiæ, per vinum verò internum gaudium. Quid est, inquit, quòd filij famelici à matribus triticum & vinum quærunt, nisi quod cogitationes de bonis affectionibus natæ, sed per negligentiam arefactæ pristinæ dulcedinis saporem in eis inuenire non possunt? De quibus rectè subditur. *Cùm deficerent quasi vulnerati in plateis ciuitatis.* Quid enim sunt plateæ ciuitatis, nisi vagationes mentis? In plateis ergo ciuitatis deficiunt, quia dum vaga mens eas ad internam quietem non colligit: vsque ad gustum intimi saporis non pertingunt. Quibus hoc etiam bene congruit quod dicitur, *quasi vulnerati.* Praua quippe desideria vulnera sunt bonarum cogitationum: quia dum sua eas admixtione inficiunt, quasi plagæ quædam integritatem rectitudinis earum corrumpunt. Bene ergo steriles cogitationes animæ quasi vulnerati deficere dicuntur: quia sic à fructu iustitiæ inanes permanent, sicut illæ quæ per illicita desideria corruptæ sunt. Sequitur. *Cum exhalarent animas suas in sinu matrum suarum.* Sinus matrum tepor & desideria est bonarum affectionum: in quo meritò paruuli cogitatus animas exhalare dicuntur, quia cùm mens à feruore diuini amoris tepescit, omnis mox bonarum cogitationum vigor emoritur.

Triticum & vinū animæ sunt sapiētia, & internum gaudium. Cogitationes dum vagari sinuntur, sic à iustitiæ fructu inanes permanent, sicut illæ, quæ per praua desideria corruptæ sunt.

Tepescentis animæ bonarum cogitationum vigor omnis emoritur.

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Λάμιδ.

ΤΑῖΣ μητράσιν.]

Ὀλυμπιοδώρου.] αἱ ἁμαρτωλαὶ ψυχαὶ ταῖς ἐκκλησίαις.

[Ποῦ σῖτος, καὶ]

Τοῦ αὐτοῦ.] ποῦ τῶν μυστηρίων ἡ παῤῥησία; ταῦτα φασὶν, ὡς μὴ ἀξιούμεναι τῶν μυστηρίων διὰ τὰς ἁμαρτίας.

[ἐν τῷ ἐκλύεσθαι.]

Τοῦ αὐτοῦ.] τουτέστιν ὑφ᾽ ἁμαρτίας || καὶ θάνατον.

|| Ἴσ. εἰς.

[ἐν τῷ ἐκχεῖσθαι.]

Τοῦ αὐτοῦ.] καίτοι ἐν κόλποις μητέρων ὑπάρχοντες, λιμῷ διδασκαλίας ἐπεκλείπουσιν.

Vers. 11. 12. MAtribus suis.)

Olympiodori.] *Peccatrices animæ Ecclesiis.*

11 Olympiod. *Animæ peccatrices à sacramentis repulsæ.* Idem.

(*Vbi est triticum & vinum?*)

Eiusdem.] *Vbi Sacramenti libertas, hæc aiunt tamquam à Sacramentis repulsæ propter peccata.*

(*Cùm dissoluerentur.*)

Eiusdem.] *Hoc est ob peccatum in mortem.*

(*Cùm effunderent.*)

Eiusdem.] *Quamuis in sinu matrum essent, tamen doctrinæ fame deficiunt.*

Peccatrices animæ in sinu matrum, & Ecclesiarum deficiunt præ doctrinæ fame.

VERSVS DECIMVS TERTIVS.

VVLGATÆ.

Mem.

CVi comparabo te? vel cui assimiliabo te filia Ierusalem? cui exæquabo te, & consolabor te virgo filia Sion? magna est enim velut mare contritio tua: quis medebitur tui?

SEPTVAGINTA.

Mem.

QVid testificabor tibi? aut quid assimilabo tibi filia Ierusalem? Quis saluabit, & consolabitur te virgo filia Sion? quoniam magnificatum est poculum contritionis tuæ: quis medebitur tui?

PARAPHRASIS CHALDAICA.

Mem.

QVem contestabor tibi, & cui assimilabo te cætus Ierusalem? cui exæquabo te, & consolabor te virgo cætus Sion? quia magna est contritio tua, sicut multitudo confractionis fluctuum maris magni in tempore tempestatis suæ: & quis est medicus qui sanet te ab infirmitate tua?

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

1 Ambrosius. *In funere boni principis quātùm communis sit mæror.*

AMbrosius Oratione de obitu Valentiniani, ante medium, ad exprimendum vniuersalis propriique mœroris pro Imperatoris nece magnitudinem, ita hanc affert sententiam. Sed reuertamur, ait, ad Threnos, & ipsa doloris ingrediamur viscera. Quid

Quid testabor, inquit, *tibi*, *aut quid assimilabo tibi filia Ierusalem? quis saluam te faciet? & quis consolabitur te virgo filia Sion? Quia magna facta est super te contritio tua. Quis sanabit te?* Quis autem me consolabitur, à quo alij petunt consolationis officium?

Bonauent. *Pœnitentia est quædam sicut maris turbatio, quā emittuntur immunditiæ.*

Bonauentura. Dietæ salutis Tit. 2. de Pœnitentia cap. 1. Pœnitentia, ait, est turbatiua instar maris, accensiua instar ignis, & conclusiua instar sepis. Est itaque pœnitentia sicut quædam maris turbatio. Nam sicut mare non emittit immunditias, nisi sit turbatum: sic anima mea non emittit peccatum, nisi in se habeat pœnitentiæ, & conturbationem, & motum. Vnde de pœnitentia dicitur in Threnis: [a] *Magna est velut mare contritio tua.*

a Thre. 2. 13.

2 Theodorit. Ex Patribus istius libri Interpretibus. Sensus Literæ.

Theodoritus. Dicit se non reperire æstimationem, & pondus huius afflictionis. *Quid enim*, ait, *testificabor tibi, aut quid comparabo tibi, filia Ierusalem?*

Rabanus apud Hieronymum, quem sequitur & S. Paschasius, aggrauari in hac sententia Iudæorum excidium, & contritionem ex negatione comparationis, similitudinis, & æqualitatis quoad vtrumque fortunam, & cùm florerent, & cùm premerentur irato eis Deo, cuius fauore mirum in modum cæteris vniuersis præcellebant nationibus.

3 Rup. Abbas. *Impœnitentia Iudæorum incurabilis, vel etiā à Christo, supposità eorum perfidâ obstinatione.* b Matth. 12. 41. c Matth. 11. 22.

Rupertus Abbas cap. 48. ad incomparabilem Iudææ impotentiam hæc refert, Ac si Deus dicat. Numquid [b] Niniuitis comparabo te? Non vtique; nam pœnitentiam egerunt, ad prædicationem Ionæ. Nunquid [c] Tyro aut Sydoniis exæquabo te? Non vtique; nec enim facta & dicta sunt in illis, quæ facta, & dicta sunt in te. Si in illis facta fuissent, olim in cinere & cilicio pœnitentiam egissent. Tui ergo quis medebitur? Non profectò ipse, si de cælo venerit, medicorum medicus. *Magna est velut mare contritio tua*, & quicumque accedit ad medendum, persecutionum, & ipsius mortis in te patitur naufragium.

4 Hug. Vict.

Hugo de Sancto Victore. Quia tam magna est contritio tua, *cui cōparabo te?* & quia tam gratis est, *cui assimilabo te*: Quod est apertè dicere. Mala tua & magnitudine, & modo omnem miseriam superant. Sed quia etiam magna minimis quadam differenti similitudine comparari aliquando possunt: subdit. *Et exæquabo*, &c. Quod est dicere. Alia mala etsi per differentiam quandam tibi comparari possunt: tamen nulla per æqualitatem possunt. Quare. Sequitur. *Magna enim velut mare contritio tua.* Mirum est quòd calamitatem eius nulli coæquari posse commemorat: & statim magnitudinem maris, ei in comparatione coæquat. Sed sic intelligendum est, ac si diceret. Quemadmodum mare super omnes alias aquas & mole, & amaritudine excellens est: ita tuæ contritioni nulla calamitas coæquari potest. Sequitur, *quis medebitur tui*? Sicut exsiccari non potest aqua maris: sic contritio tua ab homine æstimari non poterit: nec est in quo speres, nisi solus Deus.

Maris similitudo hic adiecta ad excludendam similitudinem, & æqualitatem omnem à contritione Iudææ.

5 D. Thom. *Similitudo plus est quàm comparatio, & æqualitas plus quàm similitudo.*

In D. Thoma nota enim aduersam ab illo gradationem in tribus verbis. Similitudo enim, ait, plus est, quàm comparatio: quælibet enim distantia eiusdem rationis comparabilia sunt, dummodo in infinitum non distent, nec tamen similia. Si eamdem qualitatem participent: nec omnia hæc æqualia; sed tantùm illa quorum vnum in participatione qualitatis alterum non excedit. Excedit autem Iudæorum plaga aliorum plagas: quia & temporalem, & spiritualem gloriam amisit quā aliæ gentes caruerunt in hoc.

Nota etiam, quod vltimò dicit. Secundò ostendit, quòd non potest sanari, medicinis propter suam magnitudinem, *Magna velut mare*, quod latissimum est, & inquietum.

Maris similitudine asserta contritio, & vastatio, probat illius insanabilitatē.

Alias rationes eiusdem similitudinis ad idipsum allatas censuit.

Bonauent. *Maris similitudo probat cumulum miseriarum omnium.*

Bonauentura, quòd sicut non potest exhauriri tota aqua de mari: sic nec præallata miseria potest releuari. Vel sicut omnia flumina intrat mare, ita omnia malorum genera illata sint Iudææ.

6 Allegoria de Ecclesia. Hug. Vict.

Hugo de Sancto Victore. *Cui comparabo te*: Illi qui post agnitam veritatem retrò abeunt peiores sunt iis, qui nunquam veritatem agnouerunt. Et quantò cuique excellentior gradus est, tantò periculosior est lapsus. Vnde Propheta cùm superiùs malorum Prælatorum in Ecclesia negligentiam, & subiectorum interitum planxisset: statim sequutus adiunxit. *Cui comparabo te, & cui assimilabo te, & exæquabo virgo filia Sion?* Inculcatio verborum magni doloris vim exprimit. Ac si ipsi Ecclesiæ de membris eius arefactis loquatur, & dicat. Sicut priùs, cùm fidem rectè viuendo tenuisti, nulli comparabilis fuit gloria tua: ita nūc, cùm per vitam reprobam à fide cecideris, nulli comparabilis est ignominia tua. Sequitur. *Magna enim velut mare contritio tua.*

Ecclesiæ ignominia fidelibus reproba vita viuentibus, nulli est comparabilis.

Sæcularis vita iuxta carnis concupiscentias quanta sit amaritudo.

Quid per mare nisi vita sæcularis accipitur: quæ dum semper motu instabili nunc de aduersis ad prospera, nunc de prosperis in aduersa trahitur, quasi quibusdam procellis fluctuantibus exagitatur? Et quia nunquam vel in prosperis timorem, vel in aduersis dolorem excludit: quasi mare, in quacumque partem refluat amaritudinem non amittit. Dicatur ergo illi, quæ à dulcedine spirituali vitæ per concupiscentiam carnalem, & curas sæculares amarescit: dicatur inquam. *Magna velut mare contritio tua.* Ac si apertè diceretur. Tu quæ per mundi contemptum, & desiderium æternorum bonorum ab amore carnali dulcorata fuisti, quomodo iterum in amaritudinem versa es? Sequitur. *Quis medebitur tui?* Audiant hoc Prælati Ecclesiæ, qui medici animarum constituti sunt: audiant quod dicitur. *Quis medebitur tui?* Ac si diceretur. Alios ægros medici curant, sed medicos infirmantes quis curabit? Si populus peccat, orant Sacerdotes pro eo. Sed pro Sacerdotibus si peccauerint quis orabit? Periculosa prorsus hæc sunt, & tamen vera. Quæ etsi audire timemus: negare tamen nō possumus.

Prælatis, & Sacerdotibus vix curatio.

7 Morale de Anima. Rabanus. *Peccatricis animæ tanta ruina, vt nulla alia æquari ei possit.*

Rabanus apud Hieronymum. Animæ Christianæ, cuius à statu rectæ fidei, & celsitudine virtutum, immensa virtutum ruina fuit, nullius est miseria coæquanda, quæ ex consortio diuino, & societate Angelorum Sanctorum in malignorum spirituum decidit dominium, qui eam variis vitiis atque sceleribus captiuatam, huc illucque per sæculi vndantem luxus, ac casus vertendo, in foueam perditionis propellunt, in barathrumque gehennæ perpetualiter puniendam præcipitare contendunt.

8 S. Paschas. *Comparatio nulla, vbi nulla species, sicut est in peccato.*

S. Paschasius. *Cui comparabo*, &c. Ac si dicat, Nulli, nisi cuius es imitatrix, illi te coæquari liceat, quia digna est. Nulla est comparatio, vel assimilatio, vbi nulla species, vel formositas inuenitur, sed totum informitas, horror, vastitas, & contritio possidet, & ad non esse tendit: & quod ad non esse tendit: reuocari nescio si possit ad essentiam

Maris

Peccatrix anima à peccati feruore numquam quiescit quãdiu impœnitens sit.

Maris similitudinem ita explicat. Quòd autem A contritio illius velut mare magna plangitur, inde est, quòd postquam hostibus suis substrata, vel subiecta fuerit, à feruore conculcationis, ac si mare nunquam quiescit: sed, sicut illud magis vndarum suarum fluctibus indesinenter alliditur, ita & istæ, postquam in manibus inimicorum preuenerunt, ruinis, & tentationibus fractæ conteruntur: à feruore peccati non quiescunt, donec gehenna eos excipiat.

Pœnitentiæ difficultas animæ quæ à Deo recesserit.

Hincque sequitur. *Quis medebitur tui?* Ac si dicat, Nullus, donec ad eum redeas, à quo auerteris. Hoc autem loco, *Quis*, aut pro impossibilitate ponitur, eò quòd aliqua earum irreuocabilis post lapsum probatur, aut pro nimia raritate, quia qui mederi possit corruptæ, nullus est nisi vnus qui peccauerat, & hoc difficile est vtrum ipse velit.

9 *Conscientia praua appellatur mare, & ob inquietudinem, & ob amarorem.*

Hugo de Sancto Victore. Quid per mare nisi conscientia praua accipitur: quam & memoria præteritorum scelerum, & delectatio præsentium huc illucque impellendo exagitant? Quasi enim fluctus quidam è regione venientes ad in- C uicem se collidunt, quando infelicem animam quodammodo semper, & pœnitentia præteritorum errorum suorum retrahit, & amor præsentium impellit. Et quia in hac tanta contradictione illa qualiscunque miseræ delectationis dulcedo semper admixto dolore inficitur: rectè praua conscientia non solùm inquietudine, sed etiam amaritudine mare appellatur.

Peccati plaga quàm periculosa, & difficillima curationis.

Quod ait, *quis medebitur tui?* Æquè est ac si dicat, Periculosa est plaga tua, cui per humanam industriam subueniri non potest: & quæ propter culpam præteritam à Deo sanari digna non est.

10 *Bonauent. Apostatantes sunt peccatibus reliquis peiores.* a Psal. 106. 26. *Conscientiæ remorsus prauus similis mari.* b Isai. 57. 20. c Eccl. 12. 13. *Contritio bona similis mari in excessu ad cæteros dolores.*

B Bonauentura. Omnes apostatantes inueniuntur cæteris omnibus deteriores?[a] *ascendunt vsque ad cælum, & descendunt vsque ad abyssum. Magna, velut mare, contritio tua*, contritio, spiritualis remurmuratio cordis ad nullam stabilitatem virtutis reducibilis:[b] *Cor impij quasi mare feruens, quod quiescere non potest:* [c] *Quis medebitur incantatori à serpente percusso?* quasi dicat, nullus. Exponitur etiam in bonum: quia dolor contritionis debet amaritudine imaginatiuæ omnem alium dolorem excedere.

CATENA GRÆCA VETERVM
PATRVM GRÆCORVM.

Μιμ.

Τί μαρτυρήσω σοι.]

Ὠριγένους.] τὴν παντελῆ κακίαν ἐδήλωσεν, ὡς μηδεμίαν ἔχειν ἀρετῆς μαρτυρίαν, D μηδὲ τὸν πλημμελήσαντα παραπλήσια. τί γὰρ ὅμοιον ἁμάρτημα, τοῦ μακρὰν τοῦ θεοῦ, καὶ τοῦ μετὰ τὸ πλησιάζειν ἀφηνιάσαντος; εἰ γὰρ μὴ ἦλθον φησί, καὶ ἐλάλησα αὐτοῖς, ἁμαρτίαν οὐκ εἶχον. διὸ καὶ ἐν τοῖς ἐγγίζουσί μοι ἁγιασθήσομαι. ὅτι ὁ μὴ εἰδὼς τὸ θέλημα τοῦ κυρίου, καὶ μὴ ποιῶν αὐτὸ δαρήσεται ὀλίγας· ὁ δὲ εἰδώς, καὶ μὴ ποιῶν αὐτό, δαρήσεται πολλάς. τὸ οὖν τοσοῦτον πάθος, ὃ μὴ προφῆται θεραπεῦσαι δεδύνηνται, μόνου δεῖται θεοῦ. διὸ καὶ σάρκα πεφόρηκεν, τῶν προφητῶν ὁμολογούν- E των ἀσθένειαν ἐν τῷ, κύριε τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν; ἔλεγε δὲ καὶ πρότερον Ἱερουσαλήμ· ἴδετε, εἰ ἔστι πάθος κατὰ τὸ πάθος μου. ὁ τοίνυν παίσας ἰάσεται. αὐτὸς γὰρ ἀλγεῖν ποιεῖ, καὶ πάλιν ἀποκαθίστησιν. τὸ γὰρ τίς, λαμβάνεται, καὶ ἐπὶ τοῦ σπανίου, καὶ ἐπὶ τοῦ μηδενός. οὐδεὶς γὰρ ἀνθρώπων ἰάσασθαι δύναται τὴν ὑπὸ θεοῦ ἐπαγομένην πληγήν.

Ὀλυμπιοδώρου.] τί χρηστόν σοι προσμαρτυρήσω.

[Ἢ τί ὁμοιώσω σοι.]

Τοῦ αὐτοῦ.] ποίαν ἁμαρτίαν συγκρίνω πρὸς F τὴν σήν; καὶ γὰρ ἀληθῶς ὑπερβάλλουσα ἡ κατὰ τοῦ κυρίου σφαγή.

[Ὅτι ἐμεγαλύνθη.]

Τοῦ αὐτοῦ.] ἡ ἐκδίκησις τῆς ἁμαρτίας σου.

[Τίς ἰάσεταί σε.]

Τοῦ αὐτοῦ.] ἀντὶ τοῦ, οὐδείς, εἰ μὴ μόνος θεός.

11 *Origenes. Iudæorum nequitia summa, & respectu sui, quòd nil haberet virtutis, & respectu nequitiæ aliorum.* d Ioã. 15. 22. e Leuit. 10. 3. f Luc. 12. 47.

Vers. 13. *Quid testificabor tibi.)*

Origenis.] *Absolutam significauit nequitiam, quæ nullum virtutis haberet testimonium, nec vllum, qui similia peccauerit. Quid enim simile erit peccato eius, qui longè à Deo fit, & postquam propè accessit, reluctatus abscessit?* [d] si enim non venissem ait, & locutus illis non fuissem, peccatum non haberent, [e] quare & in his qui approximant mihi Sanctus ero, *quoniam* [f] qui voluntatem Domini nescit, eamque non fecerit, paucis vapulabit; qui verò nouit, illamque non fecerit, multis plagis vapulabit, *tantùm igitur malum, cui Prophetæ medicinam afferre non potuerunt, solius Dei indiget. Quamobrem & carnem induit fatentibus Prophetis imbecillitatem suam in illo*, [g] Domine quis credidit auditui nostro? *dicebat etiam antea Ierusalem;* [h] Videte si est dolor secundùm dolorem meum. *Igitur qui percussit, sanabit. Ipse enim dolorem infert, & rursus liberat*, Quis, *enim & de iis quæ rarò contingunt, & quod nusquam est ponitur. Nemo enim hominum à Deo illatam plagam curare potest.*

Pro nequitia & peccato curando necessaria fuit Incarnatio Dei. g Isai. 53. 1. h Thr. 1. 12. *Quis, interrogatiuè dicitur, & de his quæ rarò.*

Olympiod. Olympiodori.] *Quid boni inesse tibi attester?*

(Aut quid assimilabo tibi.)

Idem. *Christi cædes superat peccata omnia.* Eiusdem.] *Quodnam peccatum cum tuo conferam? Verè enim cædes Domini superat omnia.*

(Quoniam magnificatum est.)

Eiusdem.] *Iniquitatis tuæ vltio.* *(Quis medebitur tui?)*

Idem. *Peccatum à Deo solo sanari potest.* Eiusdem.] *Hoc est nemo, nisi solus Deus.*

VERSVS

tatem meam, fidem meam: & fortitudine meâ probatâ, omnem è mente mea dispellens praexpositæ tentationis perturbationem per prophetiæ oraculum mihi reuelasti, vniuersa impiorum prospera in eorum illis exhibita ruinam, quippe quos tu intra vallum congregabis ipsarum diuitiarum suarum, vt in illo bonis temporalibus apprimè saginatos laniena tãdem exponas; vt que quantumlibet firmâ visi sint radice, extirpentur nihilominus impetu magno, facilique eos perdas negocio, quomodo facillimè ad victimam grex ducitur pecudum.[a] Et quidem pro victimis eos mactabis ad eorum expiationem, quorum propter illorum prosperitatem mens aliquid passa sit scandali. Futurumque vt per ipsorum ruinam tu iustis placeris, quos antea per illos permiseras affligi sic ad istiusmodi destinatos sacrificium, vt segregatos, sanctificatosque parata seruabis neci.

2

a *Et sanctifica eos in die occisionis.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1

Ieremias opponit se impiis omnibus pro iustis.

ET tu Domine nosti me, &c.) Ex his patet, germanum prædictorum, (*Prope es tu ori eorum, & longè à renibus eorum.*) sensum eũ esse, quem mox vt communem retuli. Hæc quippe in illorum dicta sunt antithesim, secundùm quam Propheta iis se se opponit impiis, de quibus sermonem habuerat. Et quidẽ secundùm aliquos ita se illis opponit, vt simul iudicet, immeritò se affligi, æquum potiùs esse: vt illi flagellentur, atque perdãtur, quorum cor longè à Deo est, vt sensus sit. Tibi Domine optimè exploratũ est, quàm diuersè ab illis me habeam, experimẽtóque sat tibi est probatum, quàm te habeam, in corde, q.d. Cur ergo ipse affligor, illi autẽ prosperè habent? Eodemque sensu opponere se impiis omnibus pro omnibus iustis, ait Maldonatus, q. d. *Tu scis, me non ita facere, sed in corde etiam te habere expertus es cor meum tecũ esse, te amare, & quarere. Cùm ergo ita sit, redde vnicuique secundùm opera sua. Congrega eos,* &c. Ex versione Vatabli, quæ ita hæc legit. (*Tu autem Domine qui me cognouisti, qui me vides, & exploras cor meum apud te, seu animum meũ, qui te colit, Extrahe,* &c.) dicẽdum Prophetam id supponere vt certum, quòd Deus in eius vindictam impios puniturus esset, vt paulò pòst explicabo. Nicolaus de Lyra è cõtra hæc dici censuit, vt per ea excitetur Deus ad talem suscipiendam vltionem de ipsius Prophetæ hostibus, Ac si dicatur, *Et tu Domine nosti quia nihil eis nocui, sed magis proficere volui, quapropter congrega eos,* &c. Meliùs tamẽ in prædictorum excusationem hæc sumit Figueira, vt eorum sensus sit, *Quamuis ita loquar ex persona infirmorum: tu tamen Domine nosti pietatem meã, & fidem erga te: Vidisti, & vides conscientiã meam, & probasti, i. & re ipsa, & opere cognoscis, cor meum esse tecũ, quia propter te perseuero in persecutionibus, & labore prophetandi.* Refert Hugo Card. triplex verbum (*nosti, vidisti, & probasti,*) ad triplicem Dei cognitionem: *ex triplici testimonio probitatis Prophetæ, Nosti, inquit, me in ore, Vidisti in operatione, & probasti cor meum in cogitatione, & affectione: ecce triplex testimonium, cordis, oris, & operis.* Hoc tamen voluntariè dicitur. Et in versione Sept. non habentur, tria, sed duo tantùm verba, (*Et tu Domine cognoscis me, probasti cor meum coram te.*)

Maldon.

Nic. de Lyr.

Figueira.

Hug. Card.

Testimonium triplex, cordis, oris, & operis.

2

Dei cognitio perfectissima qualis.

Tribulationis igne Deus quum probat iustos, subiicit quodammodo & semet eidem igni.

Simplicius, veriúsq; dices, pluribus verbis perfectissimam vsquequaque designatam istiusmodi Dei cognitionem, quę præter familiarem notitiã, iuge insuper adiunctum habeat experimentũ. In quo experimento ponderandum verbum (*probasti*) & quod haud simpliciter dictum est. (*Probasti cor meum,*) Sed cum additamento (*tecũ*) *Probasti cor meum tecum.*) Cùm enim probandi verbum, prout

A

sæpius notauimus supra, probationem eam potissimùm designet, quæ per ignem fit in metallis auri præsertim, atque argenti: hac loquendi formâ Ieremias duò designat. Primum quòd probaturus Deus eius cor per ignẽ persecutionum, ac ærumnarum, semet simul eidem subiecit quodammodo igni, suum nimirũ honorem, suam iustitiã, suamque prouidentiam, & attributa cætera persecutioni exponens humanorum iudiciorum, & linguarum contra ipsum oblatrantium: quòd suos cultores tueri vel nequiuerit, vel neglexerit: quòd summâ iniustitiâ ab impiis prosperè agentibus probos viros affligi sinat; quòd humana nõ curet, & similia. Sed miro potiùs modo duo simul efficit per probationem istam, & ipsum Ieremiæ cor magis magisque purgatum nitidius reddit; & semet quàm maximè clarificat. Quæ ambo significasse visus est Petrus Apostolus pios alloquens. Primum quidem, quum ait. [b] *Si exprobramini in nomine Christi beati eritis: quoniam quod est honoris, gloriæ, & virtutis Dei, & qui est eius spiritus super vos requiescit.* Audi secundum.[c] *Nemo vestrũm patiatur vt homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor. Si autem vt Christianus, non erubescat: glorificet autem Deum in isto nomine,* id est, si accidat vt patiamini propter Christi nomen, seu etiam (adde tu) propter virtutis studium, eo ipso passionis igne, quo tu clarificaris vt aurum bene probatum, efficietur vt & glorificetur Deus.

B

Tribulationis igne probans iustum Deus clarificat & illum, & semet.

b 1. Pet. 4. 14.

c 1. Pet. 4. 15.

C

Alterum quod hac loquendi formâ, (*Probasti cor meum tecum*) significatur & arctissima vnio, & similitudo cordis viri sãcti, atque Dei, sicut enim in ignis probatione materiali disiunguntur, & segregantur sordes, aliaque metalla quæ auro inhæserint; si tamen duo sint æquè bona auri genera simul in eadem massa vnita, ea minimè ab inuicem separantur. Ita in probatione viri iusti per ignem tribulationis, & persecutionis etsi ab eius corde penitus seiungantur & sordes quælibet, & quicquid alienum à Charitate Dei est, quã Ioannes in Apocalypsi[d] aurum appellat ignitum, nullatenus tamen id separatur à charitate ipsa, vel etiam à Deo, quem idem Ioãnes nuncupat [e] charitatem, imò assimilãtur, vniunturque ambo magis,[f] *Qui enim manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo.* Ideo bene ait Propheta, [g] *Probasti Domine cor meum tecũ:*) iuxta illud Pauli, *Quis nos separabit à charitate Dei, tribulatio? an angustia? an persecutio? an gladius?* &c. *Certus sum quia neque mors, neque vita, neque* &c. *separabit nos à Charitate Dei, quæ est in Christo Iesu.*

3

Cordis viri sancti quãta sit vnio, & similitudo cũ Deo, dignoscitur ad ignem tribulationũ.

D

d Apo. 3. 18.

e 1. Ioan. 4. 8.

f 1. Io. 4. 16.

g Rom. 8. 35.

E

In versione Sept. aliâ locutionis formâ ita hæc habentur, (*Et tu Domine,* &c.) *Probasti cor meum* ἐναντίον σου *coram te*) quo rationem indicat Propheta, quâ Dominus per eos qui iustos persequuntur, ærumnisque afficiunt eorumdem iustorum probare dicatur renes, & corda, vt in præcedenti dicebatur cap. 11. Instar illius enim efficere videtur aurificis periti, qui ministrorum quidem in succendendo igne, & in auri massa excoquenda vtitur opera, coram se tamen id operis omne fieri curat, eidéque adstat, attentiùs singula intuens, & perfectionem purificationis obseruans. Hinc legimus, ipsummet dicentem.[h] *Cum ipso sum in tribulatione.* Et ad eum Sanctus ille in alio Psal. 90.[i] *Si ambulauero in medio vmbræ mortis non timebo mala, quoniam tu mecum es,* & per Sapientem de Sãcto Ioseph.[k] *Et in vinculis non dereliquit eum.* Vide quę diximus super id Canticorum 1. [l] *Nolite me considerare quod fusca sum, quia aspexit me Sol.* expositione tertiâ.

4

Tribulato iusto adstat Deus obseruans illius probationem.

F

h Ps. 90. 15.

i Psal. 22. 4.

k Sap. 10. 14.

l Cant. 1. 6.

I (Con

5

(*Congrega eos quasi gregem ad victimam.*) Putant plerique expositorum Ieremiam hæc de suis dumtaxat persecutoribus protulisse, vel vltionem eis ex zelo imprecans iustitiæ, vel id prædicens, quod per prophetiam norat eventurum, congregandos nimirum Anathothitas in primis vniversos pro celebranda solemnitate Paschali, vt pote Sacerdotes intra Ierusalem, vt ibi à Chaldæis eò temporis in Civitatem irrumpentibus tamquam oues in laniena trucidarentur. Id quod & Iudæis contigisse legimus etiam quum per Romanos oppressi fuêre. Aptiùs tamen est, vt sicut in superioribus de prosperitate impiorum in genere, diuitumque præsertim egerat, suos quos eam ob rem intra se tentationis sentiebat proferens coram Domino æstus: Ita nunc vt verè priùs, ac sanctus suæ illi obuians tentationi, suæque satisfaciens quæstioni, vanitatem exponat, breuitatemque totius prosperitatis illius eorumdem impiorum item in genere. Eamdem omnino in tota hac oratione seruans methodum, quam & Iob, & Dauid seruasse norat in præcitatis locis, in quibus hoc ipsum argumentum sunt prosecuti. Sic quippe B. Iob post factam de prosperitate impiorum interrogationem illam, [a] *Quare impij viuunt, subleuati sunt, confortatique diuitiis:* postque magnam bonorum factam seriem, quâ ij cumulati videntur: versâ (vt dici solet) paginâ ait, [b] *Verumtamen quia non sunt in manu eorum bona sua, consilium impiorum longè sit à me. Quoties lucerna impiorum extinguetur, & superueniet eis inundatio, & dolores diuidet furoris sui. Erunt sicut palea ante faciem venti & sicut fauilla quam turbo dispergit*, &c. quæ in eamdem rem per totum caput illud habet. Sic & Dauid post multa in suo zeli æstu enarrata impiorum prospera, eò tandem deuenit, vt veluti palinodiam faciens dixerit, [c] *Verumtamen propter dolos posuisti eis*, scilicet bona ista omnia, quæ enarrauit, vt per ea dolosos dolosè deciperes. Quod perpulchrâ metaphorâ exprimitur per Hebraicam lectionem, *Verumtamen in lubrico posuisti eos*, seu, *In lubricitatibus posuisti eis*, scilicet pedes, vt in bonis ipsis maximè lubricis in præcipitium facillimè ruerent extremæ miseriæ, [d] *Deiecisti enim eos dum alleuarentur. Quomodo facti sunt in desolationem, subitò defecerunt, perierunt propter iniquitatem suam. Velut somnium surgentium Domine:* quod iam euanuit: *in Ciuitate tua*: in qua scilicet florere eos permisisti, *imaginem ipsorum ad nihilum rediges*, imaginariam, & extrinsecus apparentem eorum fœlicitatem nihil esse ostendens.

Impiorũ prosperitas quã breuis, vana & fallax.

a Iob. 21. 7.
b Iob. 21. 16.
c Ps. 72. 18.
d Ps. 72. 20.

6

Impiorum interitus quàm facilis.

In eumdem igitur modum Propheta noster facilitatem interitus exprimens eorum impiorum, quos adeo fœlices proclamarat, *Congrega* ait, id est congregabis eos *quasi gregem* mitium scilicet ouium, atque agnorum, vt patet ex Hebr. *ad victimam* communi vtens prouerbio ad instantis mortis facilitatem designandam, quæ facili negocio absque vlla subeunda est resistentia; quo prouerbio & in capite præcedenti ipsummet Ieremiam vsum vidimus, cùm diceret. [e] *Et ego quasi agnus mansuetus qui portatur ad victimam*, & Isaiam item de Christo loquentem. [f] *Sicut ouis ad occisionem ducetur.* Sic iuxta hunc sensum nequaquam facienda est vis in proprietate significatus verbi congregandi, quasi coadunandi impij in vnum dicantur locum, in vnam Ciuitatem, vt eorum fuit sententia, quos primò retulimus; Sed in tota locutionis phrasi, ipsumque verbum, (*Congrega*) sumendum iuxta aliam ipsius frequentissimam in sacris literis significationem occidendi, & consumendi, de qua egimus supra capit. 8. vers. 13. [g] *Congregans congregabo eos, ait Dominus.* Vt sensus sit, Interficies eos, ac si pecus essent ad lanienam destinatum, seu, Deduces illos ad lanienam vt oues. Quod aliis quidem verbis, sed eodem prouerbio dicitur in Psalmo 48. [h] *Sicut oues in inferno positi sunt, mors depascet eos*, id est. Tam facilis eorum erit cædes, vt mors ipsa quodammodo eorum dici queat pastor.

e Ierem. 11. 19.
f Isai. 53. 7.
g Iere. 8. 13
h Ps. 48. 15.

7

Diuites impij congregantur à Deo in vallum diuitiarum, vt bonis temporalibus saginati interficiantur.

Quòd si secundùm vim propriam verbi congregandi desumi hæc velimus. (*Congrega eos quasi gregem ad victimam*,) alterâ perpulchrâ allusione idipsum hîc significabitur, quod dictum vidimus in Psalmo 72. [i] *Verumtamen propter dolos posuisti eis, deiecisti eos dum alleuarentur.* Allusio autem est ad oues in laniena interficiendas, quæ intra stabulum congregantur vbi saginentur, tutóque seruentur, quò pinguiores postmodum occidantur. Et certè de prosperitate in genere dicebat Deo Sathan de B. Iob. [k] *Nonne tu vallasti, seu sepisti eum*, &c. Et specialiter de diuitiis quas neruum meritò dicunt prosperitatis in libro Prouerb. legimus. [l] *Substantia diuitis vrbs roboris eius, & quasi murus validus circumdans eum.* Intra hoc vallum murumque istum congregandos impios ait modò Ieremias, in quo bonis temporalibus ita saginentur, vt de eorum singulis dici id queat quod, est in libro Iob. [m] *Operuit faciem eius crassitudo, de lateribus eius aruina dependet:* prosperitate nimirum & in externa conuersatione, & in intimis domus penetralibus obesus, vt iis tam id congruat, quod in Psalmo 16. dicitur. [n] *Adipem suum concluserunt:* quàm id Psalmi 72. [o] *Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum.* Saginationi verò isti congregandos quasi pecus ad lanienam dicit, vtpote quos ipsa eorum diuitiarum, & prosperitatis pinguedo mactationi exponet, iuxta illud Ecclesiastes, [p] *Diuitiæ congregatæ in malum Domini sui*; idque Prouerbiorum, [q] *Prosperitas stultorum perdet eos.* Quòd eadem seruatâ metaphorâ expressiùs contestatus est Amos, dicens, [r] *Audite verbum hoc vaccæ pingues, quæ estis in monte Samariæ*, &c. *Iurauit Dominus Deus in sancto suo: quia ecce dies venient super vos, & leuabunt vos in contis:* occisos nimirum in laniena, *& reliquias vestras in ollis feruentibus.* Et huic sensui optimè congruit, vt mox exponemus, quod adiectum hîc est, (*Et sanctifica eos in die occisionis.*)

i Psal. 72. 18.
k Iob. 1. 10.
l Prou. 18. 11.
m Iob. 15. 27.
n Ps. 16. 10.
o Psal. 72. 7.
p Eccl. 5. 12.
q Prou. 1. 32.
r Amos 4. 1.

Prosperitatis & diuitiarũ pinguedo impios exponit laniena mortis, atque inferni.

8

Impiorũ ruina explicata.

In Hebraico textu non est verbum quod significet cõgregare, sed id adhibuit noster Interpres, vt clariorem redderet sententiæ sensum, Pro eo enim est verbum נתק *natak*, quod cùm significet eradicare, euellere, necnon & abstrahere, & transferre: factum est vt diuersimodè ex Hebræo locus iste redditus sit. Plerique enim vt Pagninus, Regia, Maldonatus, Cappella, Figueira, & Christophorus à Castro legunt, (*Euelle os sicut pecus ad iugulationem*, seu *sicut gregem ad victimam.*) Vatablus, (*Extrahe*, seu, *Transfer eos sicut gregem ad lanienam.*) Isidorus Clarius, (*Perde eos quasi gregem ad victimam*, *Vt sensus*, inquit, *sit*, *Postquam impij multa cumulauerint bona, & in omnibus fœlicẽ habuerint successum, tu subitò educis illos ex bonis eorum, vt destines morti, etiam postquam visi sunt radicem firmasse, taliquefine clauditur fœlicitas eorum.*

Et

Et Figueira. *Alludit,ait,ad euulſionem arboris,quaſi dicat, Scio quòd citò euellentur.* Sed certè non video quomodo iſtiuſmodi facta hîc dici queat alluſio, cui nullatenus reſpondet quæ ſubiecta eſt ſimilitudo pecoris ad victimam,& lanienam: congruet autem cum ipſa ſimilitudine Hebraicum verbum, ſi in ſignificatu id ſumatur transferendi, vt illud ſumpſiſſe vidimus Vatablum, ſeu etiam perdendi, vt vertit idemmet Iſidorus. Quòd ſi quis in ſignificatu euellendi ipſum accipiendum cum communiori contendat ſententia. Tunc vel impropria hæc dicenda locutio. (*Euelle eos vt pecus ad victimam,*) ad ſignificandam omnimodam eorum perditionem, & extirpationem eâ facilitate, quâ pecus mactatur ſine reſiſtentia: eâ phraſi quâ & Italicè dicimus *ſpiantare & ſradicare vna famiglia:* quando illam penitus volumus perdere. Vel ſi propriè ea ſumatur, dicendum, id quod adiectum eſt, (*Sicut pecus ad iugulationem:*) nequaquam ad præcedens referri verbum, (*Euelle,*) ſed per apoſiopeſim additum, cui ſubaudiatur verbum aliud, *duc*, ſeu,vt in præcedenti cap.*porta*,ſcilicet illos. Vt duabus ſimilitudinibus vna eademque ſignificetur impiorum ruina, in qua duo mira ſpectentur, Et eradicatio arborum, quæ firmas vt ſup.verſ.2.dicebatur,miſerunt radices, quod difficultatem non modicam præ ſe ferre videtur in extrema, & omnimoda earumdem arborum ruina.Et ſumma nihilominus facilitas,qualem videre eſt in ouium mactatione, & quum oues ipſæ portantur, aut earum grex ducitur ad lanienam: ſeu ad victimam,Hebraic.enim nomen טבחה *thibhhah*,& iugulationem ſignificat, & mactationem,& victimam.

Impiorũ ruina ſimilis extirpationi arboris bene radicatæ, & ouium iugulationi.

9 *Impiorum diuitum ruina, quàm facilè contingat.*

Quidni verò facillimum Deo ſit impiorum penitus euellere quibus in mundi ſolo defixæ, & firmatæ ſunt radices bonorum temporaliũ, cùm vel ab exiguo humani infortunij vento facili negotio propemodùm in inſtanti idipſum quotidie eorum pleriſque euenire animaduertamus? Quãuis enim firmiſſimè ij videantur radicati, re tamen vera nihil in radicatione illa ſua habent firmitatis,tum propter ipſarum radicum,bonorumque ſuorum temporalium fragilitatem, quippe quæ iuxta Eccleſiaſtem [a] nedum vana ſunt, ſed ita vana, vt ipſa dicenda ſint vanitas:tum propter ſoli in quo radicati ſunt molliciem, & inſtabilitatem. [b] *Præterit enim figura.* Et externa pulchritudo *huius mundi,* vt ait Paulus & Ioanne teſte.[c] *Mundus tranſit,& concupiſcentia eius.* Vnde in libro Iob cùm dixiſſet Eliphaz.[d] *Ego vidi ſtultum firmâ radice.* ſubiecit immediatè. *Et maledixi pulchritudini eius ſtatim,*id eſt.Primo quidem aſpectu ſtultus, atque impius bene in hoc mundo radicatus mihi viſus eſt, firmiſque multiplicium bonorum temporalium ſtabilitus radicibus. Attentiùs tamen illum ſpectans, contrarium eſſe animaduerti,ideoque illico malum,atque extremam eius proſperitati, & gloriæ imminentem prænũciani ruinam certiſſimæ euulſionis.[e] *Vidi enim*,vt dicitur in Pſal.36.*impium ſuperexaltatum,& eleuatum ſicut Cedros Libani,& tranſiui, & ecce non erat, quæſiui eum & nõ eſt inuentus locus eius.* Nec mirum, quia re vera [f] *neque plantatus,neque ſatus:neque radicatus in terra truncus eorum,repentè flauit in eos,& aruerunt, & turbo quaſi ſtipulam auferet eos*, vt ait Iſaias perinde enim impij ſunt ac ſi non modò non radicati,ſed nec ſati eſſent,atque plantati.Ita vt propterea per Sapienté meritò de eis dicatur.[g] *Spuria vitulamina, ſeu Adulterinæ plantationes non*

a Eccl.1.2.
b 1.Cor.7.31.
c 1.Ioã.2.17.
Impij diuites etſi primo aſpectu videãtur bene radicati facillimè nihilominus euelluntur.
d Iob.5.3.
e Pſ.36.35.
f Iſai.40.24.
g Sap 4.3.

dabunt radices altas,nec ſtabile fundamentum collocabunt,& ſi in ramis in tempore germinauerint,infirmiter poſita à vento commouebuntur, Et à nimietate ventorum eradicabuntur.Confringentur enim rami inconſummati,&c.

10 *Per Impiorũ ruinam Deus quaſi per victimã placatur iuſtis, quos affligi per illos permiſerat.*

In eo quod hîc iuxta Hebraicam lectioně ita adiectum diximus,(*Quaſi pecus ad victimam,* ſubaudi *eos deduc*, aut *defer*) præter ruinæ impiorum facilitatem, aliud inſuper deſignatur, futurum nempe, vt & per illorum ruinam iuſtis placetur Deus, qui per illos prius affligi eos permiſerat: vtque pro victimis mactandi ſint, ad eorum expiationem,quorum mentem tentatio ingens perculſerat illorum proſperitas, iuxta illud Prouerbiorum,[h] *Pro iuſto datur impius,& pro recto iniquus:* pro quo in Hebraico textu. *Redemptio iuſto impius,& pro rectis eſt præuaricator.* Magiſque ad rem noſtram Sept. περικάθαρμα δὲ δικαίου ἄνομος,*i.purgamentum vel expiatio iuſti impius.* Cui ſenſui fauet quod hîc mox ſubiicitur.

h Prou.21.18.

13 *Sanctificare pro praeparare,ſeruare,& ſeparare.*

(*Et ſanctifica eos in die occiſionis,*) id eſt. *Deſtina tamquam victimas ad diem ſacrificij*,prout bene exponit Ioannes Maldonatus,iuxta illud Poetæ, *Et me deſtinat ara.* Quamquam Hebraicâ phraſi, de qua egimus ſupra verſ.4.capitis ſexti,ſanctificandi verbũ hîc non tam pro ſanctificatione facienda,quàm pro præparare, ſeruare, vel etiam ſeparare communiter hîc ſumatur, ſicque vertit Pagninus,(*Et prepara eos ad diem occiſionis.*) Et Vatablus qui in textu ſuæ verſionis legerat. (*Et conſecra eos ad diem occiſionis.*)In ſcholiis, (*Præpara habet,cõſtitue diem,quo illi cædẽdi ſint.*) Andreas Cappella.(*Præpara vt pecora quæ ſaginãtur ad occiſionẽ.*) Alioque ſenſu Figueira. (*Præpara permittendo eos impiè agere ad diem occiſionis,*)*ferè enim fit,inquit, vt Tyranni & impij violentâ morte rapiantur.* Impropriè ergo Hugo Card.(*Sanctifica eos,*&c.) *i.Peccata eorũ purga per occiſionem exercitus Babylonis. Iudæi enim ad literam per occiſionem illam purgati ſunt à multis peccatis:occiſio quippe ſanctificat Iob 5.*[i] *Ipſe vulnerat & medetur,id eſt,vulnerando medetur. Vel ſanctificabis quoſdam illorum in tempore quo alij interficientur, ſecundùm regulam Tychonij. Vel ſi intelligatur de deſtructione facta per Romanos: Adduces eos in Ieruſalem,vt ſanctificentur in die occiſionis Chriſti,id eſt, in diebus Paſchæ.*

Ioan.Mald.
Virgil. 2. Æneid.
Vatablus.
Andr. Capp.
Figueira.
Impij, & Tyranni violentâ morte ferè rapiuntur.
Hug.Card.
i Iob.5.18.

12

In Codicibus verſionis Sept.non modicum reperitur diuerſitatis circa duo iſta membra. (*Congrega eos quaſi gregem ad victimam, & ſanctifica eos in die occiſionis.*) Complutenſis enim, & Regius ſicut etiam & textus Theodoriti omnino vt Vulgata noſtra habent.Vaticanus primi mẽbri nihil, ſed ita hîc legit ἅγνισον αὐτοὺς εἰς ἡμέραν σφαγῆς αὐτῶν. *Purifica eos in diem occiſionis ipſorum.* Aldinus, & Frobenianus poſt hæc Vaticani addita hæc habẽt,ἄθροισον αὐτοὺς ὥσπερ πρόβατα εἰς σφαγὴν *collige,ſeu coaduna,& congrega eos ſicut oues in occiſionem.* Notat autem Theodoritus ἅγνισον,quod Codices omnes habent,idem eſſe ac ſegrega,nam ſegregat ſe qui vult purificari, & ſanctificari, addirque, Syrum poſuiſſe ἑτοίμασον,(*bene præpara.*) Vide in Appendice noſtra.

Verſ. 3.] Congrega eos quaſi gregem ad victimam.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

13

EX duabus Salomonis ſententiis moraliter perpendere hæc poſſumus. Ex eo enim quod in principio libri Prouerbiorum poſt deſcriptam

Impij simul cōgregari sæpe sinuntur à Deo ad ipsorummet ruinam.

a Prou. 1. 18.

scriptam rationem & verba, quibus impij simul A conueniunt,& congregantur ad opes ex rapinis, & necibus congerendas:subijcitur, [a] *Ipsi quoque*, sc. impij congregati simul, *contra sanguinem suum insidiantur,& moliuntur fraudes contra animas suas:* colligere est, per hoc quod hîc, (*Congrega eos*,ad Dominum dicitur,*sicut gregem ad victimam*,seu *ad lanienam:*) iusto Dei iudicio id sæpe contingere, vt sinantur impij simul conuenire,& congregari ad praua agenda, quò congregati vel se se inuicem interficiant,vt plerumque vsu venire solet in conuiuiis, in theatris, in ludis,ac similibus: vel B quasi grex facili negocio vno arctati in loco internecioni dentur,vt cótingere sæpius solet prædonibus. Ex Sententia verò altera, quā in libro Canticorū inducit Sponsum ita loquentem, [b] *Si ignoras te, ò pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi post vestigia gregum,& pasce hædos tuos iuxta tabernacula pastorum:* deducitur, eatenus impios,& voluptuosos congregari quasi gregem ad victimam,quatenus permittuntur, vt irrationabilium more, & sine intellectu ad appetitus suos exsatiandos in suammet conueniant perniciem. Pro quo faciunt,quæ Bernardus Serm. 35. in Cant. citatam expendens sententiam:sic ait. *Quonia propter sui ipsius, ac Dei ignorationem homo egregia creatura gregi admixta est, hinc eum bestiali similitudine Dei similitudo putata est, hinc societas cum iumentis pro consortio Angelorum inita est.* Idemque paulò superiùs eodem serm. *Hædos*, inquit, *vagos dicit, & petulantes corporis sensus,per quos peccatum tamquam mors per fenestras intrauit ad animam. Et hædi isti cælestia non requirunt, sed iuxta tabernacula pastorum,ex omnibus,sc. bonis sensibilibus huius mundi,quæ est regio corporum,sumunt vnde sua desideria non tam satient,quàm irritent.*

Impij cōgregantur simul ad malum,vt brutalem vitam in sui ducant perniciem.

b Cant. 1. 8.

Bernardus.

14

Tribulationes cur iustis, iniustis verò cur prosperа det Deus in hac vita.

Greg. Pap.

Illud denique & pro morali consideratione facit, quòd hæc Propheta sanctus,*Congrega*, seu *Congregabis eos quasi gregem ad victimam*:immediatè subiecit postquam dixit, se à Deo igne probatum ærumnis,& tribulationibus. Quia,vt præclarè Gregorius Papa lib. 21. Moralium cap. 4. dicit: *Festina consolatio bonorum, est consideratus finis malorum. Dum enim*, inquit, *ex eorum interitu malum conspiciunt, quod euadunt, leue existimant quicquid aduersum in hac vita patiuntur. Nunc flagellatur iustus,& verbere disciplinæ corrigitur, quia ad æternæ hæreditatis patrimonium præparatur. In suis autem voluptatibus relaxatur iniustus, quia tantò ei tēporalia bona suppetunt,quantò æterna denegantur. Iniustus ad debitam mortem currens effrenatis voluptatibus vtitur,quia & vituli qui mactandi sunt,in liberis pastibus relinquuntur. At contra iustus à delectationis transitoriæ iucunditate restringitur, quia & nimirum vitulus ad laboris vsum vitæ deputatus sub iugo retinetur. Negatur electis in hac vita bona terrena,quia & ægris quibus spes viuendi est,nequaquam à medico cuncta quæ appetunt,conceduntur. Dantur autem reprobis bona quæ in hac vita appetunt quia & desperatis ægris omne quod desiderant,non negatur.*

15

Pro Conuersione inimicorum suorū orant Deum iusti.

Et est quartum Morale ex his, & subsequentibus verbis deductum, Iustos nimirum quādo vel offensione aliquā, & læsione quantumcumque graui appetiti ab impiis fuerint, vel scandalo ex praua illorum conuersatione sint cōturbati, non tam malum eis imprecari, quàm bonum à Deo deprecari conuersionis. Id quod in sanctis viris & obseruare sæpius est in sacris literis,& quotidiano animaduertere est experimento. Neque est contra literam;nam etiam secundùm literam,fieri potuit, vt Propheta Sanctus hoc loco Deum alloquens,quem norat nolle mortem peccatoris, sed vt conuertatur,& viuat;sub metaphora victimæ,& occisionis hanc hostibus & suis, & Iudaici populi deprecatus sit cōuersionem mysticam. In quorum comprobationem facit insignis doctrina Augustini lib. 10. de Ciuitate Dei cap. 6. Vbi agens de vero perfectóque sacrificio hæc habet. *Ipse homo Dei nomini consecratus, & Deo deuotus in quantum mundo moritur,vt Deo viuat sacrificium est*,& paulò pòst: *Corpus etiam nostrum quum per temperantiam castigamus, Si hoc quemadmodum debemus, propter Deum facimus, vt non exhibeamus membra nostra arma iniquitatis peccato, sed arma iustitiæ,Deo sacrificium. Ad quod exhortans* [c] *Apostolus ait. Obsecro itaque vos fratres per misericordia Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuam,sanctā, Deo placentem,rationabile obsequium vestrum. Si ergo corpus quo inferiore tamquam famulo, vel tamquam instrumēto vtitur anima, quum eius bonus & rectus vsus ad Deum refertur,sacrificium est,quantò magis anima ipsa quum se refert ad Deum, vt igne amoris eius accensa, formam concupiscentiæ sæcularis amittat, eique tamquam incommutabili formæ subdita, reformetur: hinc ei placens, quòd eius pulchritudinem acceperit.* Concludensque post aliqua ait, *Cùm vera sacrificia opera sint misericordiæ,siue in nos ipsos,siue in proximos,quæ referuntur ad Deum:opera verò misericordiæ non ob aliud fiant, nisi vt à miseria liberemur, ac per hoc vt beati simus, quod non fit nisi à bono illo, de quo dictum est:* [d] *Mihi autem adhærere Deo bonum est: profectò fit, vt tota ipsa redempta ciuitas: hoc est Congregatio societasque Sanctorum vniuersale sacrificium offeratur Deo per Sacerdotem magnum, qui etiam se ipsum obtulit in passione pro nobis, vt tanti capitis corpus essemus secundum formam serui.* Iuxta hæc igitur dum iustus pro impiis deprecans D dicit, (*Congrega eos quasi gregem*, seu *quasi pecus, & oues ad victimam*,) id à Deo efflagitare censendus est, vt Deus ipse illos conuersos in congregationem referat Sanctorum,vbi mundo carnique mortui verum & à Christo summo Sacerdote,& à semetipsis offerantur in sacrificium, & victimam; & in die ipsa quā semet occiderint, carnem propriam crucifigentes cum vitiis, & concupiscentiis suis, & puritatem assequantur corporis, & sanctitatem adipiscantur animæ: quod iis significatur verbis,(*Sanctifica*, seu *Purifica eos in die occisionis.*)

Conuersio & pœnitentia, ac Vita bona gratum Deo sunt sacrificium.

Augustinus.

c Rom. 12. 1.

Congregatio iustorum est sacrificium Deo oblatum à Christo.

d Psl. 72. 28.

Mortificatio est sacrificiū Deo exhibitū.

E Possunt tamen aptiùs vocationi hæc tribui ad statum religiosum, quem iustus iis deprecetur impiorum,quibus in compensationem malorum quæ passus est ab eis, istud summum desiderat bonum. Religioso enim statui maximè consona sunt & congregandi verbum, & similitudo gregum. Quis enim nesciat,sæpissime greges nuncupari solitos Religiosorum cœtus, eorumdemque ordines congregationes dictos? cùm in quolibet ordine plures in vnum congregati, instar simplicium pecudum gregatim charitatis vinculo vniti & orent,& laborent, & comedant, & in F vita progrediantur claustrali.

16

Religionis statū vt optimum bonum deprecatur vir iustus eis à quibus mala sustinuit.

Porrò non cuilibet gregi comparantur qui in Religionis admittuntur congregationem, sed congregari dicuntur quasi pecudes ad victimam; quia re vera & ipsi ad hoc admittuntur in regularem congregationem vt victimæ exponantur, sacrificium se, suaque exhibentes, imò & holocaustum: quod egregiè fieri per tria vota asserit D. Thomas 2. 2. quæst. 186. art. 7. quatenus paupertatis emittens votum Religiosus exteriores res suas omnes Deo offert: sicut & per votum castita

Religiosum per tria vota offerre se Deo in sacrificiū, & holocaustum.

D. Thom.

castitatis totum suum offert corporis bonum, & per votum obedientiæ bonum pariter animæ totaliter offert, suam Deo exhibendo voluntatem. In quorum confirmationem faciunt verba Gregorij Papæ homil. 20. in Ezechielem pòst dimidium, quem citat etiam D. Thomas.

Greg. Pap.

17

Seculares boni offerunt se Deo in sacrificium, boni verò Religiosi in holocaustum.

Cum quis suum Deo aliquid vouet, & aliquid non vouet, sacrificium est. Cùm verò omne quod habet, omne quod viuit, omne quod sapit omnipotenti Deo vouerit, holocaustum est. Nam sunt quidem qui adhuc mẽte in hoc mundo retinentur, & tamen ex possessis rebus subsidia egentibus ministrant, oppressos defendere festinant. Isti in bonis quæ faciunt, sacrificium offerunt: quia & aliquid de actione sua Deo immolant, & aliquid sibimetipsis reseruant. Et sunt quidam qui nihil sibimetipsis reseruant, sed sensum, linguam, vitam, atque substantiam, quam perceperint, omnipotenti Deo immolant. Quid isti, nisi holocaustum offerunt, imò magis holocaustum fiunt? Israeliticus enim populus primum sacrificium in Ægypto obtulit, secundum verò in eremo. Qui itaque adhuc mentem habet in sæculo: sed boni iam aliquid operatur, Deo sacrificium obtulit in Ægypto. Qui verò præsens sæculum deserit, & agit bona quæ valet, quasi iam Ægypto derelicta sacrificium præbet in eremo: quia repulso strepitu desideriorum carnalium, in mentis suæ quiete, atque solitudine Deo immolat quicquid operatur.

18

Quomodo in Regularium votorum professione & occidatur, & sanctificetur Religiosus prout hîc dicitur, (*Sanctifica eos in die occisionis*,) vel ex vno obedientiæ voto probat idem Gregorius Papa lib. 35. Moral. cap. 12. his verbis. *Sola virtus est obedientia, quæ virtutes cæteras menti inserit, insertasque custodit. Vnde & primus homo præceptum quod seruaret accepit, cui se si vellet obediens subdere, ad æternam beatitudinem sine labore perueniret. Hinc Samuel ait,* [a] *Melior est obedientia quàm victimæ, & auscultare magis quàm offerre adipem arietum. Obedientia quippe victimis bene præponitur: quia per victimas aliena caro, per obedientiam verò voluntas propria mactatur. Tantò igitur quisque Deum citiùs placat, quantò ante eius oculos repressâ arbitrij sui superbiâ gladio præcepti se immolat.* Quod autem dies professionis ille sit dies, qui hîc appellatur, (*dies occisionis*) per eam sat probatur Ecclesiæ cæremoniam, quâ eâ die quum vota per ipsam emittuntur professionem, mortui instar prostratus in terram qui professurus est iacet. Sed & qualis quantaque puritas, & sanctitas eadem die ex Dei habeatur gratia, per id argues quod tangit & D. Thomas 2. 2. quæst. 189. art. 3. ad 3. quòd æquè ac in Baptismo vniuersa remittantur peccata.

Greg. Papa. Obedientia inserit, & custodit virtutes reliquas.

a 1. Reg. 15. 22.

Obedientia quomodo mactetur victima animæ.

Professionis dies & dies occisionis, & purificationis.

D. Thom.

VVLGATÆ.

Verſ. 3.] Et tu Domine nosti me, &c.

SEPTVAGINTA.

3. Καὶ σὺ Κύριε γινώσκεις με. δεδοκίμακας τὴν καρδίαν μου ἐναντίον σου: ἅγνισον αὐτοὺς εἰς ἡμέραν σφαγῆς αὐτῶν.

Verſ. 3.] Et tu Domine cognoscis me: probasti cor meum coram te. Purifica eos in diem occisionis.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1

PARAPHRASIS Chaldaica. *Tu autem Domine omnia scis, & manifestum est corã te, quòd tu eligis corda quæ sibi placent in timore tui. Præpara impios quasi oues ad victimam, & præpara eos in diem occisionis.*

Verſ. 3. Origenes citata homil. 8. *(Et tu Domine nosti, & probasti cor meum in conspectu tuo. Sanctifica illos in die interfectionis eorum.) Tormenta sanctificationem vocat eorum qui torquentur. (Sanctifica quippe eos ait, in die interfectionis eorum,) id est, per hoc quod interficis eos, sanctifica eos.* [b] *Quem enim diligit Dominus corripit, flagellat autem omnem filium quem recipit.*

Origen. Tribulationibus & tormẽtis Deus sanctificat.

b Hebr. 12. 6.

Hieronymus. *(Et tu Domine nosti me, vidisti me, &c.) Nullum, inquit, scandalum est, quòd impij, siue omnes hæretici pro tempore floreant: (Tu enim Domine nosti me, & vidisti me, & probasti cor meum tecum.) Quem ita nouit Pater Deus quomodo filium suum?* [c] *Nemo enim cognoscit filiũ nisi Pater, & nemo cognoscit Patrem, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Licet, inquit, proficiant, licet filios generent, & faciant fructum Hæretici, & propè sit tu ori eorum, & longè à renibus eorum, id est conscientia: tamen non parua est consolatio, quòd quasi pecora saginantur ad victimam. (Congrega eos) in vrbem Ierusalem, siue in sua conciliabula, vt quasi victimæ cadantur in mortem: & tunc sanctificentur, cùm Ecclesiastico fuerint mucrone iugulati: Interfectio enim hæreticorum salus eorum est, qui decepti fuerant.*

Hieron. Prosperitatis impiorum, & hæreticorum finẽ spectantibus nullum eius est scandalum.

c Matth. 11. 27.

Hæreticorum iugulatio eit salus deceptorum ab eis.

Theodoritus. *(Et tu Domine nosti me, vidisti me, probasti cor meum.) Quia non ea tantùm quæ patent cognoscis, sed etiam secretas cogitationes meas. (Congrega eos velut oues ad victimam & sanctifica eos in diem occisionis eorum.) Verbum istud (sanctifica) dicit pro (segrega,) Segregat enim se qui vult sanctificari. Propterea Syrus ιντρίνισον, id est, præpara posuit pro ἅγνισον quod est, (sanctifica.)*

2

Theodorit. Sanctificare pro segregare.

Gregorius Papa lib. 27. Moral. cap. 18. *Cùm æterni iudicij æstus incanduerit, nullus verba prædicantium necessaria tunc habebit, quia veniente iudice ad cor suum quisque reducitur, vt sancta iam cùm agere non valet, & rectum quod sequi debuit ex tortitudinis suæ pœna cognoscat. Vnde bene per Prophetam dicitur, (Congrega eos quasi gregem ad victimam, & sanctifica eos in die occisionis.) In die enim occisionis sanctificantur reprobi, quia tunc sancta quæ debuerunt agere consentiunt, cùm digna prauitatis suæ supplicia iam declinare non possunt.*

Greg. Papa. In die iudicij impij cognoscent quæ bona debuissent facere.

D. Thomas. *Ex parte sua dat intelligere iustitiam. (Et tu Domine nosti) ab æterno: (vidisti quomodo rectè ambulo coram te. Etsi enim hæc loquar, non tamen scandalum patior. Et dat intelligere correctionem, (Probasti.) A pœnis probatus inuentus sum tecum ambulans.* [d] *Psal. Probasti cor meum, & visitasti nocte: igne me examinasti & non est inuenta in me iniquitas. Tum ostendit pœnam per modum imprecationis. Et primò imprecatur pœnæ inflictionem, (Congrega eos,) quasi dicat. Quia iustus es, non potest esse, quòd impios non punias. Ideo ergo ita eos in prosperitatibus exaltas, sicut qui impinguat gregem ad occisionem. Ergo ex quo impinguati sunt, & iniusti sunt, (Congrega eos) in quo significatur, quod Paschali tempore, quando ad festum conuenerant in Vrbe, obsessi sunt. (Sanctifica eos,) Loquitur per similitudinem animalium quæ occidebantur ad immolandum. Isai. 34.* [e] *Victima Domini in Bosra, & interfectio magna in terra Edom.*

D. Thom.

d Psal. 16. 3.

e Isai. 34. 6.

D. Bonauen.

Iudæi post occisionem Christi congregati sunt in Ierusalem vt grex ad lanienam.

D. Bonauentura in cap. 21. Lucæ: *exercitus Romanorum primo per Iudæam euertit multas ciuitates antequam venirent in Ierusalem. Et omnes penè Iudæi intrauerant ibi, sicut dicit Iosephus, propter solemnitatem, & propter securitatem: ideo comprehensi sunt ibi iusto iudicio Dei, secundum illud (Congrega eos quasi gregem ad victimam, & sanctifica eos in die occisionis.) Sed Christiani per fugam liberati sunt, vt notat Glossa in cap. 21. Lucæ.*

3

Io. Chrysost.

Iusti quantâ cautelâ interrogarint Deum.

Ioannes Chrysostomus lib. 1. de Prouidentia Dei, post dimidium, arguens eos qui curiosiùs rationes inquirunt diuinæ prouidentiæ circa bonos, & malos. *Ambigebant* inquit, *quidem & sancti, atque inquirebant, sed non ita, vt faciunt impy. Neque enim accusabant Deum: neque ex his quæ fiunt, illius iustitiam reprehendebant. Sic Ieremias prouidens ne quis vnquam suspicaretur, Interrogationi iudicium suum præposuit, dicens. (Iustus es Domine,) hoc est. Scio quidem, omnia à te fieri iustè: modum autem ignoro, quo fiunt. Quid igitur amplius illi didicerunt? Nempe de his nullum responsum retulerunt, quod B. Dauid* [a] *indicat, cùm dicit, Existimabam vt cognoscerem, quia hoc labor est ante me. Idcirco autem responsa super his non acceperunt, vt posterioribus sæculis futuros homines docerent, etiam ipsi interrogatione abstinere. Atque priores illum quidem vnum tantum inquirebant, Cur scil. impij in copia rerum omnium, & prosperitate viuerent, & ne sic quidem didicerunt. At verò isti longè plura quàm illi temerariâ curiositate scrutantur. Itaque manifesta eorum ratio illi permittatur, qui nouit omnia antequam fiant. Si tamen pro captu nostro his qui in huiusmodi curiosi sunt respondere necessarium sit, rationemque aliquam afferre: Illud*

a Psa. 72. 16.

Curiosæ interrogationes sibi factæ non placent Deo.

Cur iustos affligi hic sinat Deus, iniustos verò prosperari.

A *primum dixerim, Indignum esse quærere, Cur boni in pressuris, mali contra in requie persistant cælesti iam reuelato regno, futurique sæculi præmio nobis ostenso. Nam cùm in illa vita singuli digna suis meritis recipiunt, quid iam eis rebus perturbamur, quæ hìc bonis, ac malis contingunt? eos nempe qui sibi intentiùs, ac deuotiùs obtemperant, veluti fortissimos athletas huiusmodi laboribus exercet: imbecilliores verò, vt qui nihil horum laborum perferre possunt, prius ad bona opera hortatur. Quòd si contra nonnumquam euenit, plurimique iusti hic in requie vitam cum honore agunt: mali verò in ignominia, summisque aduersitatibus perdurant;* B *Interim quidem prior illa obiectio, quæ affligi bonos, malos verò iugiter esse in deliciis conquerebatur, hac ratione euersâ profligatur. Sin autem & huius rei causam inquirere velimus. Id profectò dicimus: Deum nostra omnia non vno modo solitum esse disponere, sed cùm sit misericordissimus, ac potentia affluentissimus, plures nobis salutis vias aperire. Cùm itaque plures sint, qui futuri sæculi, ac resurrectionis rationem ad mittere pertinaciter renuant; veluti in breui tabula, hìc iudicij futuri imaginem ostendit, quum punit malos, bonosque remunerat. Quod cùm in iudicio illo supremo generaliter futurum sit, etiam nunc ex parte fiat aliqua.* C *Itaque nonnullos hìc peccatores vlciscitur, quosdamque pro rectè factis in oculis omnium præmiis donat: Vt ex eo quod non id omnibus facit, profundissimo quasi somno sepultos excitet. Nam & malorum quidem punitione plurimi timore corriguntur, ne patiantur eadem. Ex eo autem quod non omnibus pro merito hìc retribuitur, cogitare compelluntur, huiusmodi præmia in alind tempus esse reseruata.*

Cur aliquãdo iustos in hac quoque vita prosperari, iniustos cruciari sinat Deus: aliquando verò è contra. Et cur non semper, & cũ omnibus æqualiter cum iustis se habeat, & cum iniustis.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Καὶ σὺ Κύριε γινώσκεις με. δεδοκίμακας τὴν καρδίαν μου.] D

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὅταν τις τῆς οἰκείας ἀρετῆς μάρτυρα τὸν θεὸν φέρῃ, τοῦ τί ἂν γένοιτο ἴσον; ὥστε ἡ ἀπορία διπλῆ, καὶ ἑκατέρωθεν τοὺς εὐπραγεῖν ἐκείνους, καὶ τούτους ἐν δυσπραγίᾳ εἶναι. ἢ εἰ καὶ ἐξ ἑνὸς μέρους ἦν, καὶ ὁ ‖ ἀγαθὸς διαπορεῖν ἔδει. νῦν δὲ ἐκ τοῦ ἐναντίου τί ἄν τις εἴποι; μᾶλλον δὲ οὐκ ἀπορεῖν χρή. οὐ γὰρ ἁπλῶς, οὐδὲ συντυχίᾳ τινὶ γίνεται. οὐ γὰρ ἂν οὕτως ἦν. ἀλλ' εἴπωμεν τίνος ἕνεκεν τὸ παλαιὸν οἱ ἀσεβεῖς εὐθηνοῦν. E ἐμοὶ δοκεῖ, ἵνα μὴ ‖ ἀνάγκης εἶναι τὴν ἀρετήν. ἢ ὥστε καὶ τοὺς ἁμαρτάνοντας ἐπιγνῶναι τοῦ θεοῦ τὴν δύναμιν, ὅτι ἀνατέλλει τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθούς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους.

‖ Aliquid Dei eueniretur. F. ἢ ὁ ἀγαθὸς ἰδοσύχει, διαπο.

‖ ἴσ. ἵνα μὴ τις λέγοι ἀνάγκης.

[Ἄγνισον αὐτοὺς εἰς ἡμέραν σφαγῆς.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὁρᾷς, ὅτι τοῦτο ἐπεθύμει ὑφ' ἓν ἀναιρεθῆναι ἅπαντας; φονικὴ φησὶν ἡ προαίρεσις. μὴ γένοιτο. F ὅτε γὰρ ἤκουσε τοῦ θεοῦ ὅτι ἐκωλύθη εὔχεσθαι ὑπὲρ αὐτῶν, τότε αὐτὰ φησιν ὁρᾷ, καὶ τὸν καιρὸν ἀναμένει.

Ὠριγένους.] δι' αὐτῆς αὐτοὺς ἅγνισον τῆς σφαγῆς. ὃν γὰρ ἀγαπᾷ Κύριος, παιδεύει.

Ὀλυμπιοδώρου.] οὐ καταρώμενος αὐτῶν τοῦτο φησιν,

Vers. 3. Et tu Domine cognoscis me, probasti cor meum coram te.

4

Chrysostomi.] *Cùm profert Deum quispiam virtutis propriæ testem, Quid recogitari potest fidentius? Itaque dubium duplex, & vtraque ex parte, cur illi bene agant, & hi ærumnis colluctetur, quamquam si vna tamen parte probus calamitates tulisset, dubitandum adhuc esset: nunc verò è contrario quid dicemus? Imò verò dubitandum non est. Non enim casuque fortuito hoc euenit, alioquin non ita fieret. Sed afferamus causam, cur olim impiis bene erat: mea sententia, ne quis diceret necessitatis esse vires. Vel etiã vt peccantes Dei potentiam agnoscerent, quod* [b] *oriri faciat solem suum super malos & bonos, & pluere faciat super iustos & iniustos.*

b Matth. 5. 45.

(Purifica eos in die occisionis.)

Chrysost.

Non imprecando, sed prædicando asserit hæc Ieremias.

Chrysostomi.] *Vides quòd hoc optabat internecionem omnium? Cruenta inquit voluntas, absit. Cùm enim Deum audiit, Cùm pro eis illi preces interdictæ, tunc ait, vides hæc, tempus expectat.*

Origen.

c Prou. 3. 12.

Imprecatio Ieremiæ ad bonũ Iudæorum.

Origenis.] *Per ipsam eos purifica occisionem. Quem* [c] *enim diligit Deus, castigat.*

Olympiod.

Olympiodori.] *Non illos imprecando hæc dicit,*

φησὶν, ἀλλὰ πληροφορούμενος, ὅτι εἰ καὶ βραδὺ, πλὴν ἥξει ἡ τιμωρία αὐτοῖς. τὸ δὲ, ἅγνισον, ἀντὶ τοῦ ἑτοίμασον, ὑπόμνησον, ὡς ἐπὶ τῶν μελλόντων θύεσθαι.

A dicit, ſed certò ſciens, illos etſi tardè, pœnas tamen omnino daturos. Illud verò purifica valet idem, quod Prepara, vt in promptu ſint, quaſi hoſtiæ immolandæ.

Purificare pro praeparare.

Verſ. 4.] Vſquequò lugebit terra, & herba omnis regionis ſiccabitur propter malitiam habitantium in ea? conſumptum eſt animal, & volucre, quoniam dixerunt: Non videbit nouiſſima noſtra.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

1 a *Vſquequò lugebit terra & herba omnis regionis ſiccabitur propter malitiam habitantium in ea? Conſumptum eſt animal, & volucre.*

NOn [a] *poſſum me continere, ô Iuda, quin in magnos prorumpam fletus, cùm in ſpiritu tantam futuram, iamque captam videam in rebus omnibus deſolationem, vt luctus in vniuerſa percipiendus ſit terra. Heu! quouſque id perdurabit, vt terra ipſa ſic deſolata lugere videatur, omni regionis germine exſiccato: omnique animante, ne dum quod in illa eſt, ſed & omni quod in aëre eſt conſumpto volatili. His omnibus propter eorum contingentibus malitiam, qui iſtam incolunt regionem.*[b] *Et propter id in primis quàm maximum ſcelus, quo & aduersùs Dei prouidentiam, atque ſcientiam dicere auſi ſunt, Neſcit Deus quid nobis euenturum ſit. Ad illum non pertinet quam recepturi ſimus mercedem pro operibus noſtris, quidue nobis ſit futurum. Numquam fiet vt ab hoſtibus noſtra vaſtetur terra. Non videbit ille, nec quiſquis id eius minatur nomine. Neque enim intuetur itinera, viaſque noſtras, & quâ ratione noſmet geramus. O certè te miſerum qui in talia prorumpere auſus es.*

2 1 b *Quoniam dixerunt: Nō videbit nouiſſima noſtra (ſeu vias noſtras.)* 2 3 4

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *Peccata eſſe cauſam miſeriarum mundi.*

VSquequò lugebit terra, &c.) Quid ſit lugere terram explicatum eſt ſupra cap. 4. verſ. 28. dicitur enim per proſopopeiam, ad exprimendam cum emphaſi, & affectu diram regionis deſolationem. Vnde non malè Pagninus proſopopeiam declarans, ſic legit (*Vſquequò deſolata erit terra,*) quam deſolationem & textus ipſe exponit, per ea quæ adiiciuntur (*Et omnis herba regionis, ſeu agri ſiccabitur, conſumptum eſt animal, & volucre.*) Tota autem iſtorum difficultas eſt, in aſſignanda ratione, cur hoc loco habita hæc ſint. Siquidem Chriſtophorus à Caſtro & hæc ad ſuperiorem imprecationem, *Congrega eos quaſi gregem*, &c. pertinere arbitratur, vt eamdem proſequens Propheta, obſecret Dominum, vt celeriùs puniantur, & è terra euellantur impij Iudæi, ne propter eorum impietatem, dum pœna differtur, terra ſuſtineat ſterilitatem, quam paſſura eſt imminente obſidione Chaldæorum. Alij putant Prophetam deplorare terræ ſterilitatē magnam, & ſiccitatem à Deo iam in Iudeæ regione immiſſam; eam ait Lyra, quam ipſemet Ieremias deſcribit infra in cap. 14. *Loquitur*, inquit Hugo Cardinalis *in perſona ipſorum conquerentium de terra ſterilitate, quam magnam paſſi ſunt. Vel Propheta admiratur terræ ſolitudinem poſt factam deſtructionem Iudæ.* Crediderim ipſe in his exordium eſſe noui argumenti, quod tamen ad ſuperiora confirmanda non modicum faciat. Magno enim cum affectu more ſuo futuram per Chaldæos totius Iudaicæ regionis deſolationem, necnon & imminentem ſiccitatem, quæ Chaldaicam deuaſtationem præcedere debebat prædicit, ac deplorat. More item ſuo, prout aliàs & ſupra, id totum deſolationis, & calamitatis malitiæ tribuit in Iudæa ipſa habitantium. Exponitque ſpeciatim quid nam potiſſimùm malitiæ tantorum malorum extiterit cauſa, adiiciens.

Chriſtoph. à Caſtro. Lyra. Hugo Card.

(*Quoniam dixerunt*, ſcil. impij Iudæi, *Non videbit nouiſſima noſtra.*) Quod multiplicem habet ſenſum, Poteſt enim eſſe ſimplex negatio diuinæ prouidentiæ. Ac ſi dicatur, Deus neſcit quid nobis euenturum ſit, nec præſcientiam habet, nec prouidentiam euentuum noſtrorum, iuxta illud quod impij proſperè ſe habentes dixère in ſæpius citato Pſalmo 72. [c] *Quomodo ſcit Deus, & ſi eſt ſcientia in excelſo?* & Pſalmo 93. [d] *Non videbit Dominus, nec intelliget Deus Iacob.* Nec non & in libro Eccleſiaſtici vbi legimus, [e] *Omnis homo qui tranſgreditur lectum ſuum contemnens in animam ſuam, & dicens. Quis me videt? tenebræ circundant me, & parietes cooperiunt me, & nemo circumſpicit me, quem vereor? delictorum meorum non memorabitur Altiſſimus.* Sic igitur & hîc, inquiunt, Ad Deum non pertinet quam mercedem recepturi ſimus pro operibus noſtris; quidue nobis futurum ſit. Hæc autem diuinæ prouidentiæ negatio eſt veluti feneſtra aperta, per quam omnis reliqua ſcelerum turba ingreditur, vt bene notat Figueira. Poteſt idem dictum referri ad excludendam quam toties per Prophetas Deus minitabatur Iudæis imminentium pœnam calamitatum, futuræque vaſtationis Chaldaicæ. Ac ſi dicatur, Numquam eueniet, vt ab hoſtibus, vt à Chaldæis terra noſtra vaſtetur: Non videbit id Deus, vel quiſquis id illius nomine minatur. Nicolaus de Lyra addit, hæc dici quoque ex errore, quo negatur animæ immortalitas. In textu Hebraico in ſingulari eſt, (*Non videbit nouiſſimum noſtrum.*) Sept. aliter (*Non videbit vias noſtras.*) Quod magis conuenit ad negationem notitiæ quam Deus habet ſingularum actionum, greſſuumque noſtrorum.

2 *Impij negant, Dei prouidētiam, & præſcientiam.* c Pſ. 72. 11. d Pſal. 93. 7. e Eccl. 23. 25. *Prouidentiæ diuinæ negatio eſt feneſtra per quā ingrediuntur in animam ſcelera omnia.* Figueira. *Impij negant animæ immortalitatē, & Dei futurorum cognitionem.* Lyranus.

Verſ. 4.] Vſquequò lugebit terra, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

DIXIMVS in expoſitionē literæ, terræ per proſopopeiam tribui luctum. Cæterùm ſi metonymicè terræ nomen hîc, ſicut & alibi ſæpius, ſit poſitum pro hominibus, terram incolentibus, & propriùs moraliter pro iis hominum, quos terrenos dicimus, quia quaſi terræ affixi circa terrena toti & cogitatione ſunt, & actione: Quod de luctu hîc dicitur, non metaphoricè & tranſlatè, ſed propriè accipiendum. Faciuntque egregiè ad mores tam verba ſingula, quàm modus, quo ea à Propheta pronunciantur, quaſi cum diſplicentia, & tædio non modico (*Vſquequò lugebit terra*, &c.) (*Vſquequò*) inquit, quia ſancti viri nec tantillum temporis iſtiuſmodi ferre queunt luctum terrenorum hominum, ex quo maxima

2 *Luctus terrenorum hominum ſummopere diſplicet viris Sanctis.*

prouenlunt damna, breuiter iis indicata verbis, (*Et herba omnis regionis siccabitur.*) Plutarchus in libello de causis naturalibus cap.1. & cap.2. duo proponit problemata, quæ ad præsentis moralitatis faciant dilucidationem. Primum, cur aqua marina nedum non nutriantur, sed exsiccentur germina herbarum, & arborum. Alterum, cur iisdem germinibus magis proficuæ sint aquæ pluuiales, quàm aliæ, quibus vel è fontibus, vel è fluuiorum riuis, vel è puteis irrigantur. Et quidem quoad hoc secundum, euenire id ait, quòd pluuialis aqua vtpote cælestis, est leuis,& aëris, Spiritusque plena, quare celerem suâ leuitate viam ad plantas facit,magisque & citiùs illas nutrit,& excrescendi vim ingerit. Additque id fieri propterea quòd ab alito facile superatur, & conficitur, vtpote tenuis, & simplex in aëre ventoque creata, integra,& nullius rei mixtione viciata de cælo cadens. Cùm è vestigio aquæ terrestres, cum terra quâ profluunt, & locis quibus labuntur, affinitatem, inquit, aliquam habent: quo fit, vt pluribus naturis præditæ minùs bonæ censeantur, & nutrimento minùs conuenientes, tardiúsque ab illius quod nutritur facultate superaræ concoquantur. Quoad primum verò problema ait, Per aquam marinam exsiccati germina, quia à Sale vim & ea habet exsiccandi, & quia exustæ terræ habet admixtionem, ita vt sit quasi lixiuium quoddam, quod est aqua cinerem habens admixtum: ac demum quia propter admixtionem istam & amara sit, & adeo grauis, vt nec animalia nutrire apta sit, nec plantas ipsas. Nam cùm crassa, inquit, radicum sint capillamenta, ea aqua non subintrat,neque sustolli grauitatis causa potest.

Plutarchus.

Aquæ pluuiales cur præ cæteris aquis salubriores sint plantis.

Aqua marina cur inepta sit ad plantarum irrigationem.

3 Lacrymæ Mundanorum hominum aquæ profectò sunt, sed quæ ad perniciem miseris eorum deseruiunt animabus, vt per earum effusionem cuncta quæ per diuinam gratiam pullularant germina virtutum in illis exarescant & pereant. Quæ nam verò istæ tam perniciosæ sunt lacrymæ? quæ ex luctu profluunt emisso vel ex eo quòd bona temporalia minimè habeantur ad votum: vel ob eorum amissionem: vel ob impatientiam in ærumnis: vel ad deceptionem, quales impudicarum sunt mulierum: vel denique ad inanem ostentationem, vt quæ ab hypocritis. Maris autem aquæ rectè dicuntur, tum ob vim quam habent omne exsiccandi bonum Spiritus; tum ob magnam terræ admixtionem; tum ob amaritudinem; tum maximè ob grauitatem, quâ nec minima ex reliquiis radicum bonorum habituum præcedentium sustolli sinunt bona desideria, bonaque proposita. Ita vt propterea non incongruè lacrymis istis aptari ea queant, quæ in alio sensu,à Propheta nostro Ieremia infelici cuidam huius generis animæ in Threnis sic habita fuère. [a] *Magna est velut mare contritio tua quis medebitur tui?* Notum est, contritionis vocabulo genericè in sacris literis internum quemque significari dolorem, vtpote contritionem, & plagam cordis, è qua non tam sanguis, quàm lacrymæ defluunt. Propter ipsas igitur lacrymas, quæ ex terreni hominis animæ fluunt mœrore, magna eiusdem animæ cōtritio iure optimo mari comparatur, quòd eæ instar maris aquæ, in spiritualium germinum perniciem, & exsiccantes sint,& terrenæ, & graues, & amaræ. Itaut propter ingentia quæ infœlici animæ inferunt damna, rectè adiectum sit, *Quis medebitur tui*? quia si lacrymæ, quæ in peccati vnicum a Deo datæ sunt medicamentum, in morborum conuersæ sint causam; Quanam ratione mederi quis istiusmodi valeat ægritudinibus? Quod de iis potissimùm intellige damnis quæ per lacrymas inferuntur desperationis, quales & Antiochi fuère impij Regis, & Iudæ proditoris. Aliis quippe haud impossibile est,vt medela adhibeatur,si ipsum quod deprauatum est, lacrymarum medicamentum corrigatur, & deputatum frequentetur.Eæ super huiuscemodi animæ ægritudines fundantur lacrymæ, quæ instar pluuialium aquarum è cælis defluant, propter cælestem finem effusæ, absque terrenorum admixtione spiritus plenæ. *Sicut enim ex aqua, & spiritu,sic rursus ex lacrymis, & confessione purgamur, modo ne ad ostentationem istud, & laudem faciamus,* ait Chrysostomus homil.6.in Matthæum, vbi & plures earumdem lacrymarum enumerat fructus.

Lacrymæ mundanorum similes aquis marinis perniciosæ, & exsiccantes virtutum germina.

Mūdanorum contritio, & lacrymæ quā aptè comparata mari & marinis aquis.

a Thren.2. 13.

Lacrymæ quomodo dānosæ, & quomodo vtiles.

Chrysost.

4 In libro Deuteronomij differentiam [b] assignans Sanctus Moyses terræ Ægypti, atque terræ promissionis, quam pro populo suo destinarat Dominus, in hoc potissimum illam constituit,quòd *in terra Ægypti iacto semine in hortorum morem aquæ ducuntur irriguæ*, eæ nimirum quæ è fluuio sunt Nili, Basiliscis, Crocodillis, aliisque Serpentum generibus pleni: *Terra verò sancta, montuosa*, inquit, *est,& campestris, de cælo expectans pluuias, quam Dominus Deus semper inuisit, & oculi illius in ea sunt à principio anni vsque ad finem.* Dans nimirum ei pluuiam temporaneam,& serotinam, vt colligerentur fructus frumenti, vini, & olei, fœnumque ex agris ad pascenda iumenta.Et quidem Ægypto mundum symbolicè designari frequentissimum in sacris est literis, sicut & mundanam vitam Ægypti tenebris totam offusam. Per terram verò promissionis, quam ingrediuntur ex Ægypto egressi, significata vita est spiritualis, quam adeunt qui mundo valedicunt. Aquæ istius vitæ spiritualis, & aquæ mundanæ vitæ lacrymæ sunt, sed admodum diuersæ. Lacrymæ mundanorū instar aquarum terrestrium, terrestres, sordidæ, amaræ, & sæpe etiam perniciosæ sunt, quales certè eæ fuère, quæ in delicio-sa instar horti Ægypto irriguæ ab Ægyptiis vniuersis ductæ asseruntur nocte illâ quâ interfecit Dei Angelus primogenitos, & hominum, & iumentorum omnium, de quibus legimus in Exodo, [c] *Et ortus est clamor magnus in Ægypto: neque enim erat domus, in qua non iaceret mortuus.* Quales & eæ sunt, quas ad terrenam ostentationem per vim, & artem, vel etiam coram Domino ex oculis propriis ducunt hypocritæ, vt bonarum lacrymarum simulatione quid apud intuentes adipiscantur terreni. Quarum inutilitatem, atque perniciem contestatam voluit Deus, quum apud Malachiam de hypocritis hisce conquerens, ita eos est allocutus. [d] *Et hoc rursum fecistis,* id est, & eò peruenistis peruersitatis. *Operiebatis lacrymis altare Domini fletu, & mugitu,ita vt non respiciam vltra ad sacrificium, nec accipiam placabile quid de manu vestra.* Vide ingens talium lacrymarum damnum, exsiccant omne bonorum operum, vel etiam sacrificiorum, & Sacramentorum germen,atque virorem;efficiuntque vt ea quamtumuis aliàs iucunda minimè respiciat Deus.

b Deut. 11. 10.

Lacrymarum mundanorum hominum, & lacrymarum hominum spiritualium discrimen.

Lacrymæ mundanorum similes aquis Ægypti, & Nili.

c Exod. 11. 30.

Lacrymarum mundanorum inutilitas.

d Malac.2. 13.

5 Cuius è contra oculi iuxta supra allatam Moysis differentiam, in terra promissionis, in iisque qui vitæ spirituali indulgent, iugiter sunt: vt eos qui de cælo pluuias expectant semper inuisat, dans illis sanctarum lacrymarum pluuiam temporaneam, & serotinam, quibus & in principio, & in

Lacrymæ spiritualium datæ à Deo vt pluuia temporanea & serotina.

& in fine bonorum quæ faciunt operum, malefactis germinibus, fructus ex iis colligant vberes, & frumenti roboris spiritus, & vini lætitiæ spiritualis, & olei multiplicis gratiæ diuinæ, Atque etiam fœni bonorum sæpe temporalium ad pascenda iumenta, corporeos videlicet sensus de quo fœno cùm dixisset in Euangelio Dominus,[a] *Si fœnum agri quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit, quanto magis vos modicæ fidei?* declarans postmodùm, quod nam illud sit, subiecit.[b] *Quærite ergo primum regnum Dei, & iustitiam eius: Et hæc omnia*, bona scil. temporalia, quæ fœnum & ipsa dici queunt, cùm hodie sint, & cras frequenter reperiantur defecisse, *adiicientur vobis.*

Bona temporalia dantur à Deo vt fœnum pro iumentis corporeorum sensuum.
a Matth. 6. 30.
b Matth. 6. 33.

6 (*Consumptum est animal, & volucre, quia dixerunt, Non videbit nouissima nostra.*) Legimus in veterum auctorum libris, & viuentium adhuc percipimus relatione, vtinam non & videre sæpius contingeret, fascinatores reperiri aliquos, qui præstigiosis quibusdam id efficiant verbis, vt vel à longe infantes tabefactos reddant, necnon & animalia, & quæ per aërem volitant consumant aues. Peiora certè, aut magis præstigiosa, ac diabolica non reperio apud fideles verba, quàm ista quæ hîc à spiritualibus prolata dicuntur fascinatoribus noxam nedum aliis, sed sibimet ipsis per ea inferentibus maximam. (*Consumptum est animal, & volucre, quia dixerunt, Non videbit nouissima nostra.*) Pessima sanè imò diabolica ars ista est fascinationis, cui nemo se dedit, qui eò primùm non peruenerit insaniæ, vt sicut apud Isaiam legimus,[c] *non sit recordatus nouissimi sui.* Quam propterea insaniam à fideli quaque anima longè abesse optabat, qui dicebat,[d] *Vtinam saperet, & intelligeret ac nouissima prouideret*, & ille, cuius celeberrima ea sunt verba,[e] *In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis.* Qui suorum nouissimorum à se reiicit prouidentiam in multiplicia necessariò prouoluitur scelera: quorum istud maximè noxium, vt eorumdem nouissimorum suorum & Deo pariter deneget prouidentiam, idque vel intra se dicere audeat. (*Non videbit nouissima nostra.*)

Fascinatoris spiritualis verba præstigiosissima, & Diabolica, & maximè perniciosa.

Nouissima sua non memorare quàm perniciosum, & summæ insaniæ.
c Isai. 47. 7.
d Deut. 33. 29.
e Eccl. 7. 40.

7 Nec prouidentiam dumtaxat ei deneget futurorum nouissimorum suorum, sed & præsentium suorum item & actuum, & gressuum, dicens, iuxta versionem Sept. (*Non videbit vias nostras.*) Haud ergo mirandum, si, vt ait Propheta, consumptum in tali sit anima & animal, & volucre, & quicquid scilicet boni operari consueuerat in terra, per potentias sensuum externorum, & per corporis membra, de quibus Apostolus,[f] *Mortificate*, inquit, *membra vestra quæ sunt super terram*: & quicquid operabatur excelsi per superioris partis potentias, quibus conuersabatur in cælis, quando[g] sedens solitarius, & tacens leuabat se super se. O quàm vtilior fidelium cuique vera esset sapientia, quâ vnâ cum Sancto Dauid eidem Deo dicat,[h] *Domine probasti me*, nedum scilicet speculariuam, sed & experimentalem exactissimam mei habens cognitionem, *Et cognouisti me: Tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam*: vix à quoquam cessare mihi contingit operis, vix quidpiam aggredi, & perspecta tibi fuere omnia: *Intellexisti cogitationes meas de longe, semitam meam, & funiculum meum inuestigasti.* Cogitata mea, quæ vix ipse perpendo, tibi de cælo, & ab æterno fuere explorata: quamque in illis seruo, optimè nosti semitam, necnon & inuestigabilem eorumdem connexionem, qua simul veluti funiculo quodam inuicem ea peruestigasti colligata. *Et omnes vias meas* omnemque agendi rationem *prauidisti, quia non est sermo in lingua mea.* Quamuis nil externo proferam sermone, sat tibi compertum, quò rendere velim, quidue sim acturus. Et omnino, *Ecce Domine tu cognouisti omnia nouissima, & antiqua. Mirabilis facta est scientia tua ex me.* Et quoad me, resque meas: *confortata est, & non potero ad eam*, quippe qui præ illius præstantia penetrare eam minimè valeo.

Prouidentiæ Dei negatio causat in anima omnia mala.
f Coloss. 3. 5.
g Thren. 3.
Deo qualem tribuere debeamus & prouidentiâ, & scientiam rerum, & actionum nostrarum.
h Psal. 138. 1.

VVLGATÆ.

Vers. 4.] Vsquequò lugebit terra, &c.

SEPTVAGINTA.

4. Ἕως πότε πενθήσει ἡ γῆ. καὶ πᾶς ὁ χόρτος τοῦ ἀγροῦ ξηρανθήσεται ἀπὸ κακίας τῶν κατοικούντων ἐν αὐτῇ. ἠφανίσθησαν κτήνη, καὶ πετεινά, ὅτι εἶπαν, οὐκ ὄψεται ὁ θεὸς ὁδοὺς ἡμῶν.

Vers. 4.] Vsquequò lugebit terra, & omnis herba agri siccabitur à malitia habitantium in ea? Deleta sunt iumenta, & volatilia: quia dixerunt: non videbit Deus vias nostras.

APPENDIX EXPOSITIONVM
Ex antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Vsquequò deserta erit terra, & herba omnis agri siccabitur propter peccata impiorum qui habitant in ea? Consumptum est animal, & volucre, quia dixerunt: Non est reuelatus coram eo finis noster.*

Origenes citatâ homil. 8. (*Quousque lugebit terra, & fœnum omne agri arescet à malitia habitantium in terra.*) *Quasi animal sit terra, sic nunc loquitur Propheta, dicens lugere eam, quando mali sunt habitatores, qui in ea commorantur. Per vnumquemque enim nostrûm terra aut lætatur in virtutibus accolarum, aut luget in vitiis. Si autem terra consequenter & elementa cætera.* Paulò verò post addit. Terram dici lugere, quòd lugeat Angelus, qui terræ præsidet. *Omnes*, inquit, *ij Angeli, cum quibus versamur in terra, gaudent quando iustè agimus: quando peccauimus lugent, eodem ergo nomine Angelum terræ præpositum appellat, quo ipsa terra nuncupatur. Sicut & aquæ Angelus, eius vocabulo nuncupatur, ibi,*[i] *Viderunt te aquæ, & timuerunt.*

Vers. 4. Origenes. *Terra lætari dicitur, & lugere ob virtutes, & ob malitiam accolarum.*

Lugere dicitur terra, cũ luget Angelus ei præsectus.
i Psal. 76. 17.

Angelos nedum corporibus cælestibus, sed & cuicumque corpori inferiori præsidere D. Thomas prima parte, quæst. 110. in corp. ait, non solùm à Sanctis Doctoribus poni, sed etiam ab omnibus Philosophis, qui in corporeas substantias posuerunt. Quâ verò ratione lugere item tribuatur Angelis, explicat idem D. Thomas 1. par. q. 113. art. 7. ad p. inquiens, id dici secundùm sensum anagogicum, & esse metaphoricam locutionem, *ad designandum quòd Angeli volunt in vniuersali hominum salutem. Sic enim, ait, Deo, & Angelis huiusmodi passiones attribuuntur.*

Angelos etiã corporibus inferioribus præsidere. D. Thomas.
Angelis quomodo luctus tribuatur.

2 Hieronymus. (*Vsquequò lugebit terra, &c. Quicquid in mundo vel bonorum accidit, vel malorum non absque prouidentia, & fortuito casu accidit, sed iudicio Dei, Terra nunc sterilis est, herba siccatur. Vis nosse rationem? Malitia habitatorum eius hoc faciunt, itaut & animalia super terram, & volatilia cæli consumantur, quia in vsus hominum hæc creata sunt omnia:*

Hieronym. *Peccata sunt causa sterilitatis terræ, & mortalitatis animalium.*

nia: qui in tantam consurrexêre blasphemiam, vt dicerent, Deum ignorare vias suas, & nescire quid vnusquisque passurus sit. Quod autem dicit (Vsquequo?) illud significat, permanere iram Dei, quia animus peccantium non flectebatur ad pœnitentiam.

Theodorit. *Prouidentiæ negatio malorum omniũ causa.*

Theodoritus. (*Vsquequò lugebit terra, & omnis herba agri desiccabitur propter malitiam habitantium in terra? Perierunt animalia, & volucres, quia dixerunt, Non videbit Deus vias nostras.) Propter iniquitatem eorum deserta mansit terra, Domine, quia existimant, se non obseruare, neque videre quæ perpetrantur ab ipsis.*

D. Thomas.

D. Thomas. *Excludit pœnæ dilationem, quia tempus est vt puniantur in propriis personis, non in possessionibus, neque in terra nascentibus (Vsquequò lugebit) Psal.* [a] *Posuit flumina in desertum, & exitus aquarum in sitim, terram fructiferam in salsuginem à malitia habitantium in ea: in animalibus (Consumptum est animal) Ezech. 9.* [b] *Dixerunt, dereliquit Dominus terram, & Dominus non videt.*

a Psal. 106. 33.

b Ezech. 9. 9.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΕΩΣ πότε πενθήσει ἡ γῆ, καὶ πᾶς ὁ χόρτος τοῦ ἀγροῦ ξηρανθήσεται.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] πολλὴ ἡ κακία, καὶ αὐτῆς ἥψατο τῆς γῆς. ὁρᾷς, πόθεν λιμοί.

Ὠριγένους.] εἰ λογικοῦ τὸ πένθος, τὸν ἄγγελον ὁμωνύμως δηλοῖ τὸν ἐφεστηκότα τῇ γῇ πρὸς διάταξιν. ἡ δὲ τοιαύτη γῆ, ἢ πενθεῖ ἀπὸ κακίας τῶν κατοικούντων ἐν αὐτῇ, ἢ εὐφραίνεται ἀπὸ τῆς αὐτῶν ἀρετῆς.

|| Ἀπολιναρίου.] δυσχεραίνει δὲ τὴν ὑπέρθεσιν. οὐ τὴν κρίσιν ἀπελπίζει. διὰ πονηρίαν ἀνθρώπων, οὐ διὰ θεὸν τὰ κακά: τὸ δὲ πενθεῖν τὴν γῆν, ἢ ὑπερβολικὸν, ἢ διὰ τὸ τῆς ἀφορίας κατηφές. ||

[Ἀπὸ κακίας τῶν κατοικούντων.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τίνος ἕνεκεν ἐκεῖνα καταρᾶται ἀεί; διὰ τούτους γεγόνασιν, οὐκοῦν διὰ τούτους ἀναιρεθήσονται.

[Ἠφανίσθησαν κτήνη καὶ πετεινὰ, ὅτι.]

Ὀλυμπιοδώρου.] διὰ τὴν ἀφορίαν τῆς γῆς. πρὸς δὲ διάνοιαν, κτήνη ἂν καὶ πετεινὰ νοήσῃς ἀφανιζομένους ἀνθρώπους, τῶν μὲν ἐπιθυμοῦντας τῶν δὲ ἐπιγείων μὴ ἀφισταμένους.

3

Vers. 4. *Vsquequò lugebit terra, & omnis herba agri siccabitur, &c.*)

Chrysost. *Fames ex peccatis.*

Chrysostomi.] *Multa quidem iniquitas, & ipsam infecit terram. Vides vnde oriatur fames.*

Origen. *Lugêre dicitur terra lugente Angelo terræ illi præposito, ob malitiam inhabitantium in ea.*

Origenis.] *Si lugere est ratione vtentis, Angelum administrationi terræ præpositum nomine illo significat. Hæc autem terra, vel ob malitiam inhabitantium luget, vel ob eorum virtutes effertur gaudio.*

Apolinarius. *Mala ab hominum nequitia. Lugêre dicitur terra cũ infœcunda est.*

Apolinarij.] *Aegrè autem fert longas moras, non de iudicio spem abiicit, nequitiâ hominum, non propter Deum mala fiunt. Terram autem lugêre, vel Hyperbolicè dictum, vel propter infœcunditatis mœstitiam.* ||

(*A malitia inhabitantium, &c.*)

Chrysost. *Calamitatũ terræ causa malitia hominum.*

Chrysostomi.] *Quare semper illa execratur? propter hos facta sunt, propter hos etiam destruentur.*

(*Delata sunt iumenta & volatilia quia, &c.*)

Olympiod. *Homines vani appellati iumenta, & volatilia.*

Olympiodori.] *Ob infœcunditatem terræ. Sensus autem erit; Bruta & volatilia homines euanescentes: Qui etsi cælestium desiderio teneantur; à terrenis tamen non se auellunt.*

Vers. 5.] Si cum peditibus currens laborasti: quomodo contendere poteris cum equis? cùm autem in terra pacis securus fueris, quid facies in superbia Iordanis?

PARAPRHASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

1 *c Si cum peditibus currens laborasti: quomodo contendere poteris cum equis?*

SI [c] *Idumæi, Ammonitæ, & Moabitæ tibi vicini, qui pedites pugnare consueuêre multùm tibi intulêre ærumnarum, quid non sustinebis aduenientibus aduersùm te qui equites dimicant Chaldæis? Quando cum exiguis gentibus istis, quæ quasi pedites censendæ respectu Chaldæorum sunt, dimicandum tibi fuit, maximos exantlasti labores; quanam subiturus putas ab irruentibus Chaldæis, quasi equitibus? Quod si molestiam non modicam, magnaque damna per ipsos tibi illata fuêre, quando primâ vice sub Ioakim, & secundâ vice sub illius filio Ioachin cum iisdem Chaldæis, quasi peditibus tunc dimicantibus res tibi fuit, quanam ratione tertiâ vice sub Sedecia cum illis te habebis propter tertiam rebellionem tuam instar equorum frementibus, & exacerbatis, vt suo te penitus deuastent equitatu?* [d] *Quamdiu in terra pacificè à te possessa morari tibi licuit, quascumque ærumnas patiens securè degisti; quandoquidem ingi saltem ibi consolabaris fiduciâ. At verò quid facies, & quanam ratione te habebis, quando in captiuitatem è terra ipsa tua abstractus fluctuantem, & inundantem transibis Iordanem in Babylonem captiuus ductus?*

2

3

d *Cùm antè in terra pacis securus fueris, quid facies in superbia Iordanis?*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *Altiora quæ stultè homo aggrediatur qui impar est ad minora.*

SI cum peditibus, &c.) Hebræi, & recentiores plerique nostrorum ad Ieremiam hæc vnâ cum subsequentibus habita censent à Domino, vt quod hîc dicitur, prouerbiali dicatur locutione, quâ significetur eum qui impar sit ad minora, multò magis imparem fore ad maiora, adeoque inani id aggredi consilio vt difficiliora assequatur, qui facilioribus cessit. Duplicem autem apud istos reperio præsentis loci exponendi rationem, Alteram quæ magis est communis R. Salomonis. R. Dauid, Nicolai de Lyra, Vatabli, & recentiorum ferè omnium. Alteram allatam à R. Dauid ex ore patris sui, quam & Isidorus

Iſidor. Clar. 1. Senſus.

Iſidorus Clarius, vt probabiliorem retulit primo loco. Audiamus Iſidorum ipſum breuiter vtramque proſequentem.

2 *Dei conſilia quàm ſtultè inueſtiget qui non poteſt cõprehendere quæ habet ob oculos plura.*

Reſpondet, ait, Deus Prophetæ ad eius quæſtionem, vt Hebræi putant, & docet, ne temerè perquirat conſilia diuina; Non potuiſti inquit curſu contendere cum peditibus, & tui ſimilibus, & quomodo prouocas equos vt tecum currant? Hoc eſt. Neſciebas miſceri tibi ab Anathothitis lethalia pocula, & ſcire vis, quâ ratione ego gubernem vniuerſum mundum? Et illud, (Si in terra pacis, &c.) hunc habet ſenſum. Si in tua patria ignoraſti quid aduersùm te molirentur inimici tui. Sed ſecurus in mediis periculis verſatus es, quid facies, ſi B *fluctibus Iordanis obiiciaris? id eſt, Quomodo cognoſces conſilia Dei de proſperitate impiorum, &c. Et hæc quidem erit ſententia, ſi ſuperioribus continuetur.*

2. Senſus Communior. *Fidendum in Deo, non in hominibus quibuſcumque.*

Si verò ſequentibus eam adiungas, Animatur Propheta ad aſpiciendum ſimpliciter in Deum, quia nihil tutum ſit inuenturus, quando grauiſſimos inimicos inuenerit inter familiares, & propinquos ſuos. Longè moleſtius inquit inſolentia vrbana, cùm Regis, tum Principum te feret. Vel ſic, ſi cum tuis fracto animo vſus fuiſti, quid ages cum potentibus Ieruſalem? Qui non reſiſtunt carni & ſanguini, quomodo reſiſtent principibus aduerſariis? Idem dicit etiam aliâ parabolâ Tu C *ſperabas te pacem inuenturum in Anathoth, quid igitur futurum eſt Ieroſolymis, vbi tam ſuperbè arrogantes inſtantur ſicut Iordanis?* Hicque eſt ſenſus communior.

3 3. Senſus. Chriſt. à Ca. *Futuram impiorum fœlicitatẽ arguere licet ex fœlicitate quam in hoc mundo tribuit impiis Deus.*

His duabus exponendi rationibus addit Chriſtophorus à Caſtro tertiam ex Chaldæo in hunc ſenſum. *Si ſuper bona quibus ego bene feci Nabuchodonoſor Regi Babylonis pediti, ô Propheta tu videns miraris: quid vbi primùm ego oſtendero tibi quod facturus ſum patribus tuis iuſtis, qui à ſæculo fuerunt, qui cucurrerunt ſicut equi, vt facerent opera bona coram me? Etiam dixi eis quod adducerem ſuper filios* D *eorum benedictiones, & conſolationes, ſicut aquas, quæ deſcendunt cum inundatione in Iordanem. Quibus reſpondet,* ait Caſtro, *quæſtioni propoſitæ in initio capitis, intelligens eam factam propter fælicitatem Nabuchodonoſoris hoc modo.*

Proſperitas impiorũ magna conſolationis eſſe deberet iuſtis in hoc mundo afflictis.

Quid quereris quòd tam proſperè ſuccedat impio Regi, & tuo populo tam infæliciter: tuâ argumentatione contrarium potiùs deberes concludere. Si tam liberalis ego fui cum pedite impio Nabuchodonoſore; multùm liberalior ero cum patribus veſtris, qui tamquam equi cucurrerunt in mea ſeruitute, vt propter eos vobis eorum filiis largas impertiar benedictiones, & E *conſolationes inſtar aquarum inundantium Iordanem.* Ex quibus idem colligit Caſtro, Optimam hanc eſſe rationem, quâ probos afflictos conſolemur, & oſtendamus, non affligi à Deo, quòd illis malè velit, ſed quo prouectiores fiant. *Si enim in impios tam largus eſt, quantò largior erit in pios? Si ergo filiis immittit calamitates, permittitque tentationes, ſeruis autem tribuit optima quæque huius mundi, ergo pluris æſtimat inopiam quàm copiam, id eſt pluris infirmam valetudinem, quàm firmam, pluris tentationes, quàm pacem temporariam.*

Deus pluris facit in hoc mundo tribulationes, quã proſpera.

4 Senſus Auctoris.

Ipſe qui nihil eorum quæ in hoc capite habentur, ad ea pertinere cenſeo, quæ in præcedenti habita ſunt capite vndecimo, ſententiam potiùs Hieronymi, Theodoriti, aliorumque noſtrorum antiquorum amplector, vt hæc ſint verba Prophetæ nonum proſequentis argumentum Vaticinij imminentis vaſtationis Iudeæ, quod in præcedenti cæptum vidimus verſiculo quarto. Arguit, vt futuræ calamitatis amplificet grauitatem à minori ad maius, populum ipſum alloquens, & plebem Iudæorum. Poſſunt autem &

4. Senſus.

A iuxta hanc exponendi rationem duplici modo deſumi vel vt propriè, vel vt metaphoricè, & prouerbialiter habita. Propriè, vt ea ſumit Hieronymus. Si Moabitis, Ammonitis, Idumæis qui pedites pugnare ſolent, reſiſtere vix potuiſti, ita vt magnopere tibi cum illis fuerit laborandum, quomodo Chaldæis reſiſtes, & quibus iidem te oppriment damnis, qui equites pugnant? Impropriè verò, vt tam equites, quàm pedites comparatiuè, & metaphorico exceſſu poſiti ſint, quia vicinæ illæ Gentes ſi cum Chaldæis in robore comparentur, atque potentia, ita ſe haberent ac pedites cum equitibus.

Hieron.

5 Hug. Card.

Hugo Cardinalis. *Vox,* inquit, *eſt Prophetæ reſpondentis, quòd imò Dominus reſpondebit ad nouiſſima veſtra, id eſt deſtructionem: quia ſi cum peditibus currens laboraſti, quomodo, &c. Poſt terræ enim deſtructionem: & Iudæorum interfectionem, hinc oſtendit duram hoſtium dominationem, cui non poterunt reſiſtere: quare durè trahent eos in captiuitatem. q. d. Si aliquis qui non poſſet currere cum homine pedite contenderet cum veloci equo currere, fatuus eſſet. Moleſtum eſt tibi, & durum trahi peditem à pedite, quantò moleſtius tibi erit quòd traheris pedes ab equite?*

6

Quoad lectionum varietatem, Hebraicam ita vertunt & Pagninus, & Regia, (*Quia cum peditibus cucurriſti, & laborare fecerunt te, & quomodo contendes cum equis?*) Vatablus verò (*Si cum peditibus cucurriſti, & illi te feſſum reddiderunt, quomodo cum equis celerrimis miſcebis te?*) Vltimum autem verbum in Theſauro linguæ Sanctæ, aliis ſignificatis ſic interpretatum reperitur. *Quomomodo inflammabis? facies fremere equos, qui etiam æmulatione laborant?* Vt ſit peregregia amplificatio extremæ vaſtationis Iudaicæ per Babylonios in vehementiſſimam commotos excandeſcentiam, quâ per vltimam exacerbati ſunt Regis Sedeciæ rebellionem à Rege Nabuchodonoſor, de qua rebellione dicitur ad finem cap. 24. lib. 4. Reg. [a] *Receſſitque Sedecias à Rege Babylonis.* Vnde immediatè ibidem in ſequenti cap. 25. enarrantur, quæ per exacerbatos Chaldæos horrenda perpetrata fuêre contra Iudæos, eorumque Regem, Principes, & contra Ieruſalem, totamque Iudeæ regionem. Sic quod hîc dicitur tale erit. Quando cum vicinis Gentibus Ammonitis, &c. quaſi peditibus reſpectu Chaldæorum dimicandum tibi fuit ipſi certè maximos tibi intulêre labores: prout legimus lib. 4. Reg. verſ. 2. capitis 24. Vel per pedites ſumendo Chaldæos, qui quaſi pedites extitiſſe dicantur quando primâ vice venerunt in Iudæam, regnante Ioakim; necnon & ſecundâ vice, cùm regnaret Ioachin filius Ioakim reſpectu eorumdem, quando vltimâ vice à Sedecia Rege exacerbati inſtar equorum inflammatorum atque frementium omnia deuaſtarunt, ſenſu allato in Paraphraſi num. 3. Aliter denique ibidem ſic idem redditur verbum, (*Et quomodo tete committes, ſeu etiam, aſſimilabis cum equis?*) vt ſit de- F hortatio à defectione tertiâ à Rege Babylonis, qualem dehortationem ſæpius à Ieremia factam videbimus infra. Denique circa Hebraicam lectionem notandum duo nomina, primum רגלים *raghelim*, & ſecundum הסוסים *haſuſim*, propriè ſignificare pedes, & equos: Sed vtrumque ad homines deſignandos vel pedites, vel equites vſurpari ſolita, ſicque eadem hoc loco ſumi, præſertim primum ferè ab Hebræis etiam omnibus.

[a] 4. Reg. 24. 20.

6. Senſus.

7. Senſus.

7

Verſio Sept. ita hæc habet, (*Tui pedes currunt, & diſſoluunt te, quomodo præparaberis in equis?*) Cuius

Andr. Cap.

ius sensum deducit Andreas Cappella ex Paraphrasi Chaldaica, (*Propheta similis es tu viro, qui currit pedibus, & lassatur, quomodo ergo tu putas currere contra equos?*) id est. Si in patria tua non potuisti consilia hominum comprehendere, quomodo, &c. vt supra in primo sensu ab Isidoro. Quamquam & alio modo ipse ita hæc exponerem, vt metaphorâ pedum Iudaici populi vicinæ designentur Gentes, de quibus dicitur in lib. 4. Reg. tempore Ioakim.[a] *Immisit ei Dominus latrunculos Chaldæorum, & latrunculos Syriæ, & latrunculos Moab, & latrunculos filiorum Ammon, & immisit eos in Iudam, vt deperderent eum*: metaphorâ verò equorum exercitus designetur Regis Babyloniæ, vt idem sit versionis Sept. sensus, atque Vulgatæ, iuxta id quod supra dictum est vltimo loco. Quo sensu vt notat Theodoritus, & Syrus ita hæc legit. μετὰ πεζῶν τρέχουσα ἡττήθης, καὶ πῶς ἀναστῆναι ἱππεῦσι δυνήσῃ; (*Cùm peditibus currens victa es, & quomodo consurgere aduersùs equites poteris?*) Necnon & Aquila, qui referente Chrysostomo, legit σὺν δρομεῖ τε ἔδραμες, καὶ ἐμόχθησέ σε. (*Cum cursore cucurristi, & fatigauit te.*)

a 4. Reg. 24. 2.

8 (*Cùm autem in terra pacis securus fueris, quid facies in superbia Iordanis?*) Hebr. (*Et in terra pacis tu fidens, & quomodo facies in altitudine, seu tumore, & elatione Iordanis?*) Sicque & Sept. (*Et in terra pacis tu confidisti, quomodo facies in fremitu Iordanis?*) Seu, vt Syrus apud Theodoritum. (*Quomodo traiicies Iordanem exundantem?*) Hebr. & ex nostris ij quos sequi illos diximus. Orationem concisam in his esse autumant, ac si Ieremiæ eodem sensu, quo & præcedentia iuxta communiorem exponendi rationem à Domino item dicatur, Si patria tua Anathoth in qua confidebas (surrexit scilicet contra te, vt secundùm istos explicatur magis in vers. sequenti,) quomodo poteris sustinere tumultus ciuitatis Ierusalem, similes fluctibus Iordanis? seu, vt addit Vatablus. (*Quid ergo facies in loco, in quo intumescit Iordanis?* Vide quæ ex Isidoro Clario in præcedentis membri expositione relata sunt.

9 Meliùs tu præcedentium item ei inhærens expositioni, quæ Hieronymi, antiquorumque aliorum est expositorum, vt à Propheta ad populum hæc addita accipe, & nota particulam *autem*, prout aliàs sæpe, positam pro particula *Et*, atque asseueranter, totumque hoc membrum adiectum primò ad illius amplificationem. Ac si dicatur. Et quidem in terra tua, & in regione quã pacificè possidebas, securè degebas, Et nihilominus ingenti cum labore currendum tibi fuit cum peditibus, magnas à vicinis Gentibus sustinens molestias. Vel meliùs, Cùm quamdiu in terra pacificè à te possessa morari tibi licuit, quascumque ærumnas patiens securè degeris. Seu, iuxta Originalia Hebr. & Sept. Sanè in terra tua semper fidens fuisti, iugi saltem consolabaris fiduciâ. At verò quid facies, quánam ratione te habebis, quando in captiuitatem è terra ipsa tua abstractus fluctuantem, & inundantem transibis Iordanem Babylonem ductus? Hugo Cardinalis. *Et si in terra tuâ tempore pacis aliquam habuisti securitatem, quid acturus es, cùm Iordanem transieris, & illius gurgites sustinueris? Quid facies in tumore, & inundatione Iordanis? id est multum fatigaberis in transeundo, & eundo in captiuitatem, non solùm ob duritiem, & velocitatem trahentium iuxta equos suos, sed etiam quia mala erit via propter Iordanis inundationem, quæ totam viam quasi inmeabilem reddit. Ad literam enim Iordanis intumuerat, cùm illud deberent transire: per illum enim oportuit illum transire à terra sua in Chaldæam. Vel, Quid facies quando non solùm hostilis exercitus te vastabit, sed etiam inundatio Iordanis bona terræ operiet, & inutilia reddet?*

Iudæi ante captiuitatem Babylonicam multa passi sunt à vicinis Gentibus, Idumæis, &c.

Hugo Card.

10 Superbiam Iordanis translatè hic sumendum censet Gaspar Sanctius, duplicemque istius sententiæ affert sensum. Primum ei nitentem phrasi, quâ fluuiorum appellatione designantur Gentes, quæ regiones incolunt iis vicinas fluminibus, ac si dicatur. Licet securus fueris, ô Iudæorum popule, quo tempore nullus ab hoste proponeretur metus, at cùm Iordanis intumuerit contra te, quâ te ratione, quâ virtute defendes. *In Iordane autem*, inquit, *omnes copiæ significari possunt tam vicinæ Iordani, nempe Moabitarum, Ammonitarum, & Idumæorum, quæ secum Babyloniis coniunxêre, quàm Babylonicæ, quæ statim, atque Iordanem traiecerunt, Iudæorum fines populari cæperunt.* Quem sensum admodum sanè probabilem confirmat simili loco Ierem. 49. 19. vbi de Iudæis è captiuitate regressis & contra prædictas nationes sibi vicinas insurgentibus, dicitur[b] *Ecce quasi Leo ascendet de superbia Iordanis ad pulchritudinem robustam.* Sensu verò altero eâ nitenti phrasi aliâ, quâ in fluminum exundatione, atque æstu significari consueuêre hostiles copiæ ad vim cædesque inhiantes, vt Ierem. 46. 7. Ægyptiorum exercitus & Isai. 87. exercitus Assyriorum. Ac si hîc dicatur. Quid facies ô Ierusalem quando in tuos fines irrumpet hostilis acies, quæ tamquam Iordanis superbè alueum egressus, & agros inundans, cuncta populetur, & perdet? Indicat hunc sensum Theodoritus, vt habes infra in Appendice.

Gaspar Sanctius.

Fluuiorum appellatione designari solita Gentes quæ regiones incolunt illis vicinas fluminibus.

b Ierem. 49. 19.

Fluminum inundantium metaphorâ designari solita hostiles copiæ.

Vers. 5.] Si cum peditibus currens laborasti, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

11 Mvnire fideles quosque volens Apostolus Paulus in spirituali pugna.[c] *Induite vos*, ait, *armaturam Dei, vt possitis stare aduersùs insidias Diaboli: quoniam non est nobis colluctatio aduersùs carnem, & sanguinem: sed aduersùs principes, & potestates, aduersùs mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ in cælestibus.* Indicans eò maiorem, & periculi grauioris istiusmodi esse pugnam, quò cum spiritualibus est nequitiis, & in cælestibus, id est, in aëreis regionibus versantibus, vt exponit Hieronymus, non autem cum corporeis, & carnalibus hostibus. Cæterùm ex præsenti Ieremiæ sententia contrarium potiùs deducitur, multò nimirum grauiorem esse pugnam eamdem quando committitur cum carne, & sanguine, quàm quando cum ipsis est Dæmonibus, vt spirituales nequitiæ sunt. Et quidem vtrumque verum est: Quis enim abnuar, vix vllam esse comparationem prælij quod cum iis fit hominibus, qui visibili, & infirmâ circumdati sunt carne, cum bello cum Dæmonibus potentissimis, quod ita quidem comminus fit, vt colluctationi assimiletur, in qua tamen ab hostibus vim patiamur, quorum insidias inspicere non liceat, vtpote spiritualium, & in tenebris. Nihilhominus & id certissimâ constat experientiâ, idem tunc grauius committi prælium, quando cum carne & sanguine est, vt caro, & sanguis quasi equi sunt, quibus nobiscum Dæmones pugnant.

Prælium cum Dæmonibus quàm graue, & periculosum.

c Ephes. 6. 11.

Prælij animæ cum dæmonibus, & prælij cum hominibus vix vlla comparatio.

Enimue

12 *Dæmones præliantur cũ anima, & vt pedites, & vt equites.*

Enimuerò duplici ij ratione dimicare consueuêre cum hominibus,& pedites, & equites. Nemo est autem qui nesciat, in militum aciebus eas maiorum esse virium, quæ equitibus constent, quàm quæ peditibus. Porrò pedites certare dicendæ sunt nequitiæ illæ spiritales, quæ per suggestiones solummodo tentant, quomodo iugi se decertare studio Sathan in principio libri Iob significasse videtur, vbi dixit, [a] *Circuiui terram, & perambulaui eam:* Sed & tunc peditem pariter eumdem cum Beati Iob dimicatum dixerim, quando variis illum impetiit plagarum iaculis, & bonorum amissione, & pecudum, armentorumque, ac etiam filiorum orbatione. Eques verò, vehementiorique robore, & impetu eumdem virum Sanctum aggressus is est: quando ad illum cuincendum operâ vsus est coniugis illius, & amicorum, quos eidem insultasse legimus in libro Tobiæ, [b] & quorum ope quasi conscensis equis ipse in extremis præliĳ sui viribus vsus est diabolus. Sicut & quotidie cum fidelibus dimicans mulierum tandem in tentando vtitur ope in prælio libidinis: falsorum doctorum in prælio fidei, atque erroris: prauorum negociatorum in prælio auaritiæ: Simoniacorum in prælio ambitionis: delatorum in prælio indignationis, & sic de singulis.

a Iob.1.7.

Dæmones præliantur cũ anima vt equites, quãdo in ea tentanda vtuntur ope hominũ.

b Tob.2.15.

13 *A consortio malorũ quã nobis cauendum.*

Admonemur igitur verbis istis. (*Si cum peditibus currens laboraſti, quomodo contendere poteris cum equis?*) multò magis sæpius nobis cauendum à carne, & sanguine, atque à praua vel mulierum, vel malorum hominum conuersatione, quibus inequitant dæmones, quàm à dæmonibus ipsis per semet dimicantibus; quia si plerumque cum iis, internis dumtaxat suggestionibus, vel externis illatis ærumnis quasi peditibus dimicantibus in malum summo currimus damno, & eiulabore: quid nobis contingere existimandum, si vt equites eos in nos sinamus irruere? Id certè, quod in libro Prouerbiorum mulierum ope fieri legimus, [c] *Multos vulneratos deiecit, & fortissimi quique interfecti sunt ab ea. Via inferi domus eius, penetrantes in interiora mortis.* Et quod de ope hominis iracundi, & hominis delatoris, ac susurronis,[d] *Noli esse amicus homini iracundo, neque ambules cum viro furioso; ne fortè discas semitas eius, & sumas scandalum animæ tuæ.* [e] *Sicut enim carbones ad prunas, & ligna ad ignem, sic homo iracundus suscitat rixas.*[f] Et *verba susurronis quasi simplicia, & ipsa perueniunt ad intima ventris,* id est cordis. Non sine causa autem factum crediderim, vt non dictum sit. (*Quomodo contendere poteris cum equitibus,* sed *cum equis:*) nam tantum est roboris, quod in præexpositis præliis ope suscipiunt equorum dictorum carnis, & sanguinis, qui eos inequitant, & in illis præliantur dæmones, vt victoria non immeritò ipsis adscribatur equis, ipsis inquam hominibus potiùs quàm dæmonum æquitatui.

c Prou.7.26. *Cõsortia mulierũ, & prauorum hominum quàm damnosa.*

d Prou.22.24.

e Prou.26.21.

f Prou.26.27.

Dæmonũ victoria quãdo in tentando ope vtuntur hominum, cur tribuatur hominibus ipsis.

14 *Occasiones proximæ peccatorũ, quàm euitandæ.*

Iuxta versionem Sept. quæ sic habet, (*Tui pedes currunt, & dissoluunt te, quomodo præparaberis in equis?*) Facit peregregiè hic locus aduersùm eos, qui cùm vel à solis affectibus, & passionibus propriis incursum ad malum tracti in vitam deueniant dissolutam, nihilominus proximis se obiicere audent occasionibus prauarum consuetudinum, & noxiorum commerciorum cum mulieribus, aut cum hominibus improbis, vel etiam aspectus, aut contactus,

A & negociationis mundanorum, ac impudicorum, quibus vt celerrimis in præceps violentissimè pertrahantur equis. Ad quæ aptari ea possunt quæ Apostolus ait Petrus. Primùm, [g] *Charissimi obsecro vos tamquam aduenas, & peregrinos abstinere vos à carnalibus desideriis, quæ militant aduersùs animam:* tum addens, *Conuersationem vestram inter gentes habentes bonam.* Est autem ponderandum verbum, quo hîc vsi sunt Sept. dum pro eo quod in Hebr. & in nostra Vulgata dicitur, (*Quomodo contendes cum equis?*) legunt, (*Quomodo præparaberis in equis?*) Per id B quippe significatur, inaniter ab eo qui facilè à suis depelli solet passionibus, quodcumque parari studium, vt tutò proximis se exponat occasionibus peccatorum, libidinis præsertim, atque similium; cùm ipsamet præparatio ad talem pugnam prælium sit, idque grauissimum, victoriam faciliorem reddens equis, & occasionibus ipsis, in quibus, seu cum quibus grauius initutus est bellum.

g 1.Pet.2.11.

Occasio proxima adeo periculosa, vt ipsamet præcedens animæ præparatio ad illa sæpe sit grauissimum prælium.

15 *Occasiones peccati vel minimè deuitandæ.*

Ioan. Cass.

Puritati studentibus, ait Abbas Serapion apud Ioannem Cassianum collatione 5. cap. 4. *plurimum confert vt carnalium passionum ipsas materias* C *sibi primitus subtrahant, quibus potest vel occasio, vel recordatio earumdem passionum ægrotanti adhuc animæ generari. Necesse est enim, vt morbo duplici duplex adhibeatur curatio. Nam corpori, ne concupiscentia in effectum tentet prorumpere, necessario effigies, & materia illiciens subtrahenda est: & animæ nihilominus ne eam vel cogitatione concipiat, attentior meditatio scripturarum, & solitudo peruigil, ac remotio solitudinis vtiliter apponenda. Sicut enim plerumque certâ ægritudine laborantibus vtile est*, inquit Cassianus ipse lib. 6. de octo vitiis cap. 3. *vt cibi noxij ne oculorum quidem ipsorum obtutibus offerantur*, D *ne quod aſpectus occasione desiderium eis lethale gignatur: Ita plurimùm confert ad depellendum hunc specialiter morbum*, scilicet libidinis *quies ac solitudo, vt mens ægra minimè diuersis figuris interpellata ad puriorem perueniens contemplationis intuitum faciliùs pestiferum concupiscentiæ fomitem radicitùs possit eruere.* Vnde saluberrimum est illud auctoris libri Ecclesiastici consilium, ad eum qui cursu dumtaxat pedum affectuum suorum dissolutus peccare consueuit, ne vlla ratione se præparare audeat ad prælium in equis occasionum proximarum. [h] *Fili peccaſti? ne adiicias iterum, & de pristinis deprecare, vt tibi di-* E *mittantur. Quasi à facie Colubri fuge peccata,* id est, peccati occasiones proximas, quæ tibi iam ferè peccata deputantur, quia instar Colubri suo te veneno inficient peruersitatis. *Et si accesseris*, inquit, *ad ea suscipient te*, id est, inuadent te, implicabuntur tibi, seu, vt in Græco est, *mordebunt te*, instar Serpentium.

h Eccl.21.1.

16 And. Capp. *Prælaturas ambire quã stultũ iis qui nec semet regere apti sint.*

(*Cùm autem in terra pacis securus fueris, quid facies in superbia Iordanis?*) Andreas Cappella, superiorem sententiam, (*Si cum peditibus*, &c.) F moraliter iis aptat, qui, cùm in priuata vita debito suo minimè satisfaciant, sed in multis offendant; nihilominus officia ambiunt, & aliorum curam assumere non timent, animi elatione, & ambitione excæcati, & Seducti. Quibus & hæc non minùs certè conueniunt, vt addita ad epitasim desumpti argumenti, ex declaratione differentiæ status vitæ priuatæ, atque Prælaturæ, hæc appellata superbiâ Iordanis, illa verò, terrâ pacis, in qua securitas. Pro quo faciunt quæ peregregiè

Prælatura quanta sit causa turbationis.

Greg. Pap.

Gregorius Papa primâ parte Pastoralis cap. 9. sic habet. *Plerumque in occupatione regiminis ipse quoque boni operis vsus perditur, qui in tranquillitate tenebatur: quia quieto mari rectè nauem & imperitus se nauta dirigit: turbato autem tempestatis fluctibus, etiam peritus se nauta confundit. Quid namque & potestas culminis, nisi tempestas mentis? In qua dum cogitationum semper procellis nauis cordis quatitur, huc illucque incessanter impellitur: vt per repentinos excessus oris, & operis, quasi per obuiantia saxa frangatur.*

17

Religiosis quàm stulta, & periculosa ambitio, & procuratio Episcopatus, & Prælatura aliùs.

a Ps 106.26.
b Eccl. 11.1.

Multò autem propriùs ea quæ hîc dicuntur iis inculcanda censuerim Religiosorum, qui pacifico, tutissimoque fastiditi claustrali statu Episcopos fieri ambiunt, atque procurant. Quibus rectè ea aptes Psalmi,[a] *Qui descendunt*, è celso nimirum religionis statu, *mare in nauibus, facientes operationes in aquis multis*, id est, in hominum cura, in hominibus, de quibus in lib. Ecclesiastes dicitur. [b] *Mitte panem tuum super transeuntes aquas. Ascendunt vsque ad cælos*, per superbiam in culmine Prælationis: *& descendunt vsque ad abyssos*, per rerum terrenarum studium, perque peccata in quæ plerumque delabuntur: *anima eorum in malis tabescit:* tam animæ, quàm corporalium sollicitudinum. *Turbati enim sunt, & moti sunt sicut ebrius*, ebrij nimirum & ipsi præ vino ambitionis, qua *omnis sapientia eorum deuorata est*, ita vt intelligere id nequiuerint, quàm stultum id sit, vt è terra pacis, & è monasterio, in quo à sæcularibus curis liberi securè degitur, in elatos se immitrant fluctus aquarum. Benè autem Iordanis potiùs quàm maris metaphorâ status designatur Episcopalis, quia Iordanis fluuius sacer est, eiusque superbia, cuius hîc fit mentio, aptiùs superbiam signat sacræ Episcopalis dignitatis, sicut & illius fremitus turbarionem significat dignitatis eiusdem. His porrò Religiosorum in cõfirmationem præpositorum, ea referenda sunt, quæ Bernardus epistola 42. ad Henricum Senonensem Archiepiscopum sic ait. *Si tentatio est cuiuscumque hominis vita super terram, quantis putatis periculis patet vita Pontificis, cui omnium necesse est ferre tentationes? Si ergo latens in cauerna, & quasi sub modio, non quidem lucens, sed fumigans, ventorum tamen impetus nec sic declinare sufficio, sed continuis tentationibus, variisque fatigatus impulsibus, instar vento agitatæ arundinis huc illucque circumferor, quid positus supra montem, positus supra candelabrum? Solus mihi seruandus, solus tamen ipse mihi sum scandalo, solus tædio, solus oneri, atque periculo, ita vt propria gula, & ventri, & oculo scandalizanti frequenter irasci oporteat. Quibus ergo molestiis angitur, quibus lacessitur iniuriis, cui etiam etsi propria cessent, numquam tamen de alienis desunt foris pugnæ intus timores?*

Bernard.

Episcopatus & Prælatura alia quàm periculosa, & turbulenta Religiosis.

VVLGATÆ.

Vers. 5.] Si cum peditibus currens, &c.

SEPTVAGINTA.

5. Σοῦ οἱ πόδες τρέχουσι καὶ ἐκλύουσί σε. πῶς παρασκευάσῃ ἐφ' ἵπποις, καὶ ἐν γῇ εἰρήνης σὺ πέποιθας, πῶς ποιήσεις ἐν φρυάγματι τοῦ ἰορδάνου;

Vers. 5.] Tui pedes currunt, & dissoluunt te: quomodo præparaberis in equis? & in terra pacis confidisti; quomodo facies in fremitu Iordanis?

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1

PARAPHRASIS Chaldaica. *Hæc est responsio quæ facta est ad Ieremiam Prophetam super interrogationem suam. Propheta, similis es tu viro, qui currit pedibus, & lassatur. Quomodo ergo tu putas currere contra equos? in planicie, & terra pacis tu fidis, & cadis: & quomodo tu putas facere contra bestias agri in elatione Iordanis? Et si super bona quibus ego beneseci Nabuchodonosor Regi Babylonis pediti, ô Propheta tu videns miraris, quid vbi primum ego ostendero tibi quod ego facturus sum patribus tuis iustis, qui à sæculo fuerunt, qui cucurrerunt sicut equi, vt facerent opera bona coram me? Etiam dixi eis, quod adducerem super filios eorum benedictiones, & consolationes, sicut aquas, quæ descendunt cum Inundatione in Iordanem.*

Hieron.

Iudæi ducti in captiuitatem etiam à vicinis Gentibus.

Persas, & Chaldæos præliari equites.

Vers. 5. Hieronymus. (*Si cum peditibus currens*, &c.) *Si inquit, te crebra vicinarum Gentium captiuitas fatigauit, Moabitarum, & Ammonitarum, Philisthiim, & Idumæorum, quid facies ad longam captiuitatem, quæ te Chaldæam vsque ductura est? Et comparat pedites equitibus, quia re vera, & iuxta historiam omnis Persis, & vniuersa Chaldæa, & regionum illarum exercitus gaudet equieatu. Istæ autem Gentes, quas supra memoraui, propter difficultatem locorum non tam pugnæ aptæ sunt, quàm latrocinio. Seruatque metaphoram, & dicit: (Si cum peditibus currens lassitudine defecisti, quid facies si equis cursum tuum volueris coæquare? etsi in terra tua aliquam habuisti fiduciam, quid actura es cùm Iordanem transieris) & illius gurgites sustinueris?*

2

Theodoret.

Iudæi sæpè victi à Gentibus sibi vicinis.

Peccata minuunt vires in bello.

Fluuio inundanti comparatus exercitus magnus.

Theodoritus. (*Pedes tui currunt ad nequitiam, & dissoluent te. Quomodo præparaberis aduersus equos: & in terra pacis confidis?*) *Hoc ita interpretatus est Syrus. (Victa es dum curreres ad dimicandum cum peditibus: & quo pacto equitibus reluctari poteris?) Itaque quod dicit, est eiusmodi, Moabitæ, Ammonitæ, Idumæi, atque alienigenæ exercitu pedestri bellum gerebant, & tu certans sæpe victa es. Qui fiet, vt resistas Babyloniis cum equestri exercitu in aciem prodeuntibus? At secundum interpretationem Græcam sic intelligendum est, nempe, Ob nequitiam tuam cursus labefactauit te, & viribus spoliauit: fortitudine porrò, & viribus destituta quomodo repugnare poteris, & gerere bellum cum his, qui ingenti equorum numero militant? Quomodo te geres in electione Iordanis? Syrus ita dixit, (Quo pacto traiicies Iordanem exundantem:) figuratè multitudinem exercitus vocauit fluuium inundantem. Reducit autem eis in memoriam illos qui erant sub Iesu Naue, videlicet quando tui curam gerebam, fluuium illum æstuantem transmisisti.*

D.Thom.

c Iob. 6.16
d Ecclef. 10. 34.

D.Thomas. *Quasi exauditus: contra puniendos ponit insultationem & primò ex parte hostium quantum ad potentiam. (Si cum peditibus,) quasi dicat. Si vicinæ Gentes quæ pedites pugnant, tibi multum laborem fecerunt: quomodo poteris resistere Chaldæis, & Ægyptiis qui equis potentes sunt? Iob. 6.* [c] *Qui timent pruinam, irruet super eos nix. Et quantum ad captiuitatis terram. (Cùm autem,) id est, & si in terra tua semper pacem habuisses quid facies, quando eris trans Iordanem, cuius gurgites sunt tumentes? quia scilicet superbi sunt. Ecclesiastici. 10.* [d] *Qui gloriatur in substantia, paupertatem vereatur.*

CATE

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΣΟΥ οἱ πόδες τρέχουσι, καὶ ἐκλύουσί σε. πῶς.]

Θεοδωρήτου.] ὁ σύρος οὕτως ἔφη, μετὰ πεζῶν τρέχουσα ἡττήθης. καὶ πῶς ἀντιστῆναι ἵπποισι δυνήσῃ; εἰ γὰρ οἱ ὅμοροι ἀμμονῖται, μωαβῖται, καὶ ἰδουμαῖοι, καὶ ἀλλόφυλοι πεζεύοντες ἐτρέψαντό σε μαχόμενοι, πῶς ἀντιστῆναι δυνήσῃ βαβυλωνίοις, ἱππόται ὑπάρχουσι; κατὰ δὲ τὴν ἑλληνικὴν ἑρμηνείαν, οὕτω φησὶ νοητέον. ὁ διὰ τὴν πονηρίαν σου δρόμος ἐξέλυσέ σε, γυμνὴν ποιήσας ἰσχύος. καὶ πῶς ἵπποισι μαχέσῃ; [σου οἱ πόδες τρέχουσι, καὶ ἐκλύουσί σε.]

Ὀλυμπιοδώρου.] πρὸς τοὺς ἁμαρτάνοντας ὁ λόγος. τρέχοντες γάρ φησιν ἐπὶ τὰ πονηρὰ, ἐκλύετε τοὺς τόνους τῆς ἀρετῆς.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] πολλὴ ἀσάφεια. ἀκύλας, ἕτερός φησιν ἑρμηνευτής. συνδραμεῖται. ἔδραμες καὶ ἐμόχθησέ σε. ὃ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν. εἶδε κατεπείγοντα αὐτὸν καὶ ἐπειγόμενον. καὶ οὐκ ἀνεχόμενον οὐδὲ τῆς προθεσμίας. ὅρα τοίνυν πῶς ἐπιπλήττει αὐτῷ. οὐδὲν οὔπω πέπονθας, καὶ τοιαῦτα λαλεῖς; οὕτω θορυβῇ; τί οὖν ποιήσεις ἐν τοῖς μεγάλοις; εἰ μετὰ πεζοῦ δραμεῖν οὐκ ἠδυνήθης, πῶς μετὰ ἵππεων φησί; πῶς τοὺς μείζους οἴσεις; ἢ πάλιν. εἰ τοὺς οἰκείους οὐκ ἤνεγκας, πῶς τοὺς πολεμίους οἴσεις; ἐνταῦθα θλίβῃ; τί οὖν ποιήσεις ὅταν ἴδῃς τὰ δεινά; ἢ πάλιν ἑτέρως. πρὸς ταύτην μου τὴν οἰκονομίαν ἰλιγγιᾷς; τί ἂν τὰς ἀποῤῥητοτέρας μάθῃς; [πῶς παρασκευάσῃ ἐφ' ἵππους.]

Ὀλυμπιοδώρου.] πῶς προσκρούων Θεῷ, δι' ἱππικῆς βοηθείας πιστεύεις σώζεσθαι; πρὸς δὲ διάνοιαν, ἵπποι τὸν θεῖον ἔχοντες ἐποχούμενον λόγον, ἀπόστολοι, καὶ προφῆται. πῶς οὖν δύνασαι φησὶ παρασκευάζεσθαι εἰς τὴν τούτων ὠφέλειαν τὰ τῆς κακίας ἔργα μεταδιώκων; [καὶ ἐν γῇ εἰρήνης σὺ πέποιθας, πῶς ποιήσεις.]

Ὀλυμπιοδώρου.] μὴ θάῤῥει φησὶν ἐπὶ τῇ νῦν εἰρήνῃ τῆς γῆς. ἥξει γὰρ πάντως ὁ πόλεμος, σοῦ πλημμελοῦντος. πρὸς δὲ διάνοιαν. πῶς δύνῃ φησὶν ἐπὶ τῇ γνώσει τῆς εὐσεβείας θαῤῥεῖν ἁμαρτάνων. γῆ γὰρ εἰρήνης ἐστὶν ἡ εὐσέβεια, δι' ἧς πρὸς Θεὸν εἰρηνεύομεν. [πῶς ποιήσεις ἐν φρυάγματι τοῦ ἰορδάνου.]

Ὀλυμπιοδώρου.] καύχημα τοῦ ἰορδάνου, τὸ θεῖον βάπτισμα. πῶς οὖν δύνῃ καυχᾶσθαι ἐπὶ τῷ βαπτίσματι ἁμαρτάνων;

Verſ. 5. TVi pedes currunt, & diſſoluunt te quomodo, &c.) 3

Theodoriti.] *Syrus ita tranſtulit, Cum peditibus currens victa es, & quomodo contendere poteris cum equitibus. Nam ſi confines Ammonitæ, Moabitæ, & Idumæi, atque alienigenæ, pedeſtribus copiis fuderunt; quomodo reſiſtere poteris Babylonis, qui equis vtuntur? in arenam deſcẽdere, illiſque vim inferre valebis? iuxta verò Græcam verſionem ſic intelligendum ait. Curſus propter iniquitatem ſuſceptus diſſoluit te, nudauitque roborem, & quomodo cum equitibus pugnabus?*

Theodorit. Peccator criminibus debilitatus difficillimè aduerſariis obſiſtere poteſt.

(*Tui pedes currunt, & diſſoluunt te.*)

Olympiodori.] *Ad peccantes fit hic ſermo: currentes enim ait ad mala neruos virtutis diſſoluitis.*

Olympiod. Peccatu debilitatur animi robur.

Chryſoſtomi.] *Valde obſcurus locus. Aquila, alius quidam interpres ait, (Concurret, Accurriſti, & labore confecit te.) Quod nobis inſinuat illud eſt. Vidit ipſum ſollicitantem, ſollicitatumque, & nec tempus præfixum expectantem. Vide igitur, vt illum increpet. Nihil adhuc paſſus es, & talia loqueris? adeone turbaris? Quid facies in arduis? Si cum pedite currere non valuiſti, quomodo inquit cum equitibus? Quomodo feres valentiores? Vel rurſus: ſi affines non ſuſtinuiſti, quomodo hoſtium impetum ſuſtinebis? hîc opprimeris anguſtiis quid ergo cum piſsima videris? Vel aliter rurſus: ad hanc meam diſpenſationem laboras vertigine? quid ergo, ſi latentiores cognoueris? (Quomodo præparaberis in equis?)*

Chryſoſt. In eius querelas qui ad primũ ærumnarum impetũ turbatur.

Olympiodori.] *Quomodo apud Deum offendens equeſtri auxilio ſalutem tibi futuram putas? ſpiritaliter autem, equi diuinum ſermonem inſidentem geſtantes Apoſtoli ſunt, & Prophetæ. Quomodo igitur inquit ad capiendam ex iis vtilitatem te comparare potes, qui malitiæ opera ſequeris? (Et in terra pacis confidiſti, quomodo facies, &c.)*

4 *Olympiod. Peccatoris fiducia vana in auxilio equeſtri.*

Equi ſpiritales ſũt Apoſtoli, & Prophetæ geſtãtes Dei verbum.

Peccati inhærens parũ vtilitatis capturus ex prædicatione verbi Dei.

Olympiodori.] *Ne confide ait paci, quâ nunc terra fruitur; adueniet enim omnino bellum, te peccare non deſinente. Myſticè verò. Quomodo potes, ait, fidere notitiâ pietatis delinquens? Terra enim pacis eſt pietas, per quam pax eſt nobis cum Deo.*

Olympiod. In pace præſenti non cõfidat peccator.

Pietas eſt ſpiritalis terra pacis, in qua peccator delinquens confidit inaniter.

(*Quomodo facies in fremitu Iordanis?*)

Olympiodori.] *Res quam Iordanes gloriatur ſacrum Baptiſma eſt. Quomodo ergo potes gloriaris in Baptiſmate peccando?*

Olympiod. Peccando nõ glorietur quiſque in Baptiſmo.

Verſ. 6.] Nam & fratres tui, & domus patris tui, etiam ipſi pugnauerunt aduersùm te, & clamauerunt poſt te plenâ voce: ne credas eis cùm locuti fuerint tibi bona.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Nā & fratres tui, & domus patris tui, etiam ipsi pugnauerunt aduersùm te (seu praeuaricati sunt in te) & clamauerunt post te plenâ voce (seu conuocauerunt cõtra te congregationẽ) ne credas eis, cùm locuti fuerint tibi bona.

1

SAt a profectò recolis vicinas istas gentes Idumæos filios Esau, & Ammonitas Moabitasque filios Loth, adeoque & fratres tuos, & domum ac de familia patris tui Abrahæ, instar latrunculorum per insidias vel in primo Chaldæorum aduentu contra te pugnasse; palàm te aspernantes inconditis clamoribus te fuga Chaldæorum metu datum insecuti sunt, conuocãtes contra te hostium multitudinem. Quapropter nil iam in illis est quòd fidas; vel etiam si mentientes vtilia, tutaque & pacifica tibi loquantur, polliceantur, & offerant, fidem iis minimè habeas.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

NAm & fratres tui, &c. Addita sunt hæc in explicationem prædictorum, vt constaret, quinam peditum nomine designati fuissent: quáue ratione laboratum sit currendo cum illis. Et quidem qui à Deo ad Ieremiam sermonem habitum cẽsuêre, de ea hîc agi inquiunt pugna, déque iis quæ à conciuibus, proximisque & consanguineis ipsius, ab Anathothitis cõtra eum commotæ sunt turbæ molientibus in eum consilia, vt eum morti traderent prohibentibusque illi sub mortis comminatione ne prophetaret in nomine Domini, vt visum est ad finem præcedentis capitis. Porrò quia & manifestè magnisque vocibus in ipsum insurrexêre, & per insidias eidem moliti sunt mortem, vtrumque illi Deus exponit pugnandi genus. Primum, (*Et clamauerunt post te plenâ voce.*) Quamquam Nicolaus de Lyra ponderans particulam (*post te,*) id intelligat de verbis (vt ipse ait:) pũgitiuis, & detractiuis, quæ non dicuntur ante faciem, Sed post, i. occultè. Secundum, in eo quod adiectum est, (*Ne credas eis, cùm locuti fuerint tibi bona,*) quando blanditiis tecum videlicet egerint, teque laudauerint, & inuitauerint, (*Ne credas eis,*) ait Isidorus Clarius, *hoc est, Ad eumdem modum non putes fidendum in prosperitate impiorum.*

Lyra.

Isid. Clar.

2

Iudæorũ fratres Idumæi, & propinqui Moabitæ, & Ammonitæ ipsis fuêre aduersi vnà cũ Chaldæis,

Cæterùm iuxta superiorum expositionẽ, quam Patrum inhærentes vestigiis secuti sumus, & hîc pariter Prophetam suam dicamus prosequi orationem ad Iudaicum populum, præcedentia item exponendo, fratrumque ipsius, & domus patris eius nominibus Idumæos designando, filios Esau fratris Iacob, & Ammonitas, ac Moabitas ex Loth oriundos fratris Abrahæ primi Iudæorũ parentis, de quibus manifestè infra in hoc ipso cap. 12. verba habẽtur, aduersùm illos vaticinio illo prolato, *Hæc dicit Dominus aduersùm omnes vicinos meos, qui tangunt hæreditatem, quam,* &c. Quod ergo hîc ait Propheta est, quòd vicinæ istæ Gentes, & ante vltimum aduentum Regis Babylonis tẽporibus Regum Iuda Ioakim, & Ioachin filij eius pugnauerint, instar latrunculorum videlicet, vt diximus supra ex c. 24. lib. 4. Regum Iudæam depopulantes, quodque & inconditis clamoribus cõtra Iudæos vnà cum Chaldæis conclamarint similia iis quæ in Psal. legimus verba dicentes,[b] *Persequimini, & comprahendite eos, quia non est qui eripiat:* turbasque contra eumdem populũ & palàm cierint, & simul quoque insidiis cum illo egerint, vel ad se eum inuitãtes, vel securitatẽ fugientibus vafrè pollicentes, cùm Chaldæorum concussi essent timore, vt in suam receptos fidem vel ipsi interficerent, vel insequentibus traderent Chaldæis. Idcirco, *Ne credas eis, inquit, cùm locuti fuerint tibi bona.*) Iuxta hunc pariter sensum ita hæc exponit Hugo. *Ne respõdere posset Iudaicus populus, Scio quid faciam; fugiam enim ad amicos, & cognatos meos Idumæos, Ammonitas, & Moabitas, qui iuuabunt contra Chaldæos. Imò dicit, quòd ipsi pugnabunt cõtra te. Tangit autem nequitiam illarum gentium, quæ non solùm manu pugnauerunt contra Iudæos. Sed & lingua calamitati, inquit, tuæ insultabunt apertè, quæ ante contra te non audebant mutire. Quique post Iudæos fugientes clamabant, Redite ad nos, & occultabimus vos à Chaldæis, & saluabimini, quos redeuntes interficiebant, vel Chaldæis vendebant, vel propalabant, vt apertè improperat eis Abdias in prophetia sua. Vnde dicitur,* (*Ne credas eis,* &c.) Vide quæ de Idumæis asserit Abdias à vers. 10. & hæc quæ hîc dicuntur optimè exposita animaduertes.

b Ps. 70. 11.

Hugo Card.

Circa lectionum varietatem notandum, tria in Hebraico textu esse verba quæ ob variam significationẽ causam dedêre, vt diuersimodè præsentem redditam reperiamus sententiam. Et quidem de multiplici significatu primi verbi בגדו *baghedu* quod noster interpres vertit (*pugnauerunt*) egimus sæpe & in primo vers. istius capitis, quòd significet, præuaricari, inobedientem esse, & infidelem, rebellare, ac spernari. Verbum secundũ מלא *male,* tripliciter accipi potest, & vt verbum præteriti tẽporis pro impleuit, seu congregauit: vel vt eiusdem verbi participium præsentis temporis, implens, congregans, seu plenus: vt id sumpsit noster Interpres: vel demum aduerbialiter, pro plenè. Tertium verbum, seu potiùs secundum קראו *kareu,* & clamare significat, & vocare.

3

Ita igitur ex Hebræo hæc legunt Pagninus & Regia. (*Nam etiam fratres tui, & domus patris tui etiam ipsi præuaricati sunt contra te, etiam ipsi clamauerunt post te congregando* (habet Pagninus) *implẽdo* (habet Regia:) *Ne credas eis, cùm locuti fuerint ad te bona.*) Vatablus verò sic: (*Quia fratres tui, & domus patris tui, hi etiam perfidè tecum agent,* seu, *pararunt tibi insidias: hi etiam plenâ* (voce) *clamant post te:* seu *vocauerunt post te congregationem,* (i. induxerũt turbam, vt persequerentur te: *Ne ergo credas eis, etiã si bona tibi loquantur,* seu *quum post hæc loquantur tecũ bona,* siue *quum blandè te alloquentur.*) R. Dauid, (*Conuocauerunt post te plenitudinem,* seu *multitudinem:*) hoc enim quarto modo sumi potest Hebraica vox מלא *male,* vt nomen substantiuum, quam acceptionem mox oblitus fueram. Ioannes Maldonatus, (*Conuocauerunt contra te congregationem,*) id est, coniurauerunt aduersùm te.

Sept. (*Nam & fratres tui, & domus patris tui, καὶ οὗτοι ἠθέτησάν σε, & ipsi inobedientes fuerunt tibi:* (vt legunt Latina Codicum Complutensis & Regij,) *seu spreuerunt te* (vt Codex Vaticanus), *Et ipsi clamauerunt ex posterioribus tuis congregati sunt: Ne credas eis ὅτι quando,* seu ὅτι, vt Vaticanus, *quia loquentur ad te pacifica.*

Vers. 6.] Nam & fratres tui, & domus patris tui, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

4

Religiosos à Claustro ad Episcopatum, & Prælaturas per cognatorũ opẽ promoueri se sinere quàm malum, & periculosum.

CHristo hæc à plerisque aptãtur, sicut & quæ in subsequentibus eidẽ tribuuntur. Idque sensu mystico. Vide infra in Appẽdice Patrũ. Moraliter autem eadẽ nos interpretantes, vt iis cõsona sunt, quæ præcessêre de Religiosis à pace claustri ad Episcopatus, & sæculares Prælaturas ambiẽtibus, & procurantibus, Dicendũ hæc ad illos habita itẽ Religiosorũ, quos fratres, & cõsanguinei ab ipso Claustro ad sæculi auertere satagunt Prælaturas, ad pingues (vt aiũt) Episcopatus. Quorum illatã sibi vim ea recensebat anima religiosa, quæ

a Cant. 1. 6.

In procurãdis Epiſcopatibus cognatis ſuis Religioſis varia cõſanguineorũ ſtudia, quamue ea cauenda.

quæ in Canticis dicebat, [a] *Filij matris meæ pugnauerunt contra me, poſuerunt me cuſtodem in vineis, vineam meam non cuſtodiui.* Iſtius ergo pugnæ maximè profectò pernicioſæ meminit & Propheta, ſimpliciorem ad eam præmuniens Religioſum. Quia verò & clam priùs cum illo pugnant, contendentes illius animum ab affectu auertere clauſtrali, tum palàm id quod ſibi eſt animi corã omnibus conteſtantur: primò ait, (*etiam ipſi*, per epitaſim, pugnauerunt *aduerſùm te:*) tum addit. (*Et clamauerunt poſt te plenâ voce.*) Quod & duo inſuper ſignificare poteſt; & quòd obiurgãtes magnis vocibus ad id eum propellere obnixi ſint, vt ipſorum nõ contradicat ſtudio: & quòd omnibus humanitatis vocibus idipſum ab eo contenderint, alios quoque & Religioſos cõuocantes qui ea in re ipſos adiuuent: quod magis ea exprimit Hebr. lectio, (*Et clamauerunt poſt te congregando, ſeu, Conuocauerunt poſt te congregationem.* Benè autem adiecit. (*Ne credas eis, cùm locuti fuerint tibi bona,*) magna nimirum recẽſentes quæ in Epiſcopatu colligere poteris animarũ lucra, id inculcantes Apoſtoli, [b] *Qui Epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat:* excellentiam euchentes dignitatis: innumerabiliũ ſanctorum Epiſcoporũ ſeriem proponentes: quin & cõmoda, & lucra repetẽtes cenſuum, quibus & miſericordiæ exerceri queant opera. *Ne credas*, inquit, *eis*, quia nimirum iſta omnia in medium proferunt, ſuum potiùs ſpectantes lucrum, ſuum intereſſe.

b 1. Tim. 3. 1.

VVLGATÆ.

Verſ. 6.] Nam & fratres tui, & domus patris tui, &c.

SEPTVAGINTA.

6. ὅτι καὶ οἱ ἀδελφοί σου, καὶ ὁ οἶκος τοῦ πατρός σου, καὶ οὗτοι ἠθέτησάν σε, καὶ αὐτοὶ ἐβόησαν ἐκ τῶν ὀπίσω σου. ἐπισυνήχθησαν. μὴ πιστεύσῃς ἐν αὐτοῖς, ὅτι λαλήσουσι πρός σε εἰρηνικά.

Verſ. 6.] Nam & fratres tui, & domus patris tui, etiam ipſi ſpreuerunt te: & ipſi clamauerunt: & poſterioribus tuis congregati ſunt: ne credas in eis; quia loquentur ad te bona.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1

PARAPHRASIS Chaldaica. *Et tu quæris pro illis miſericordiã? Nequaquam; quia etiam fratres tui, & domus patris tui, etiã ipſi iniquè egerunt cõtra te: ipſi quoque dixerũt aduerſùm te verba mala. Ne credas eis, cùm dixerint de te verba recta.*

Verſ. 6. *Nam & fratres tui*, &c. Hieron. *In tantũ* inquit, *grauiſſimis Iordanis operieris fluctibus, & equitũ de lõgè venientiũ te multitudo vaſtabit: vt fratres quoque tui Idumæi, & domus patris tui, qui de Loth ſtirpe nati ſunt, Moab, & Ammon, etiam ipſi tempore neceſſitatis, & anguſtiæ dimicent contra te, & inſultent tibi. Vnde caue, ne velis eis credere, & ſpem habere conſanguinitatis, per quam maiori in te quàm hoſtes deſæuiãt. Poteſt hoc & de Saluatore accipi, quod fratres eius, & domus patris eius pugnauerunt contra eum, & clamauerunt plenâ voce, dicentes*, [c] *Crucifige, crucifige eum, non habemus Regem niſi Cæſarem.*

Iudæos infeſtata sũt vicina Gentes.

Chriſtũ perſecuti Iudæi fratres eius, & domus patris eius.

c Ioan. 19. 6.

2

Ad Chriſtum & Cyrillus pariter Alexand. hæc refert, ſed alio modo. Libro enim quarto in Ioannem c. 32. ſuper ea verba. [d] *Dixerunt ad eũ fratres. Tranſi hinc, & vade in Iudæam, &c. Si hæc facis, manifeſta te mundo: neque enim fratres eius credebant in eum. Hoc ipſum, inquit, Ieremias ſermone ad Chriſtum conuerſo, ſic prædixit: (fratres etiam tui, & domus patris tui ſpreuerunt te, & ipſi clamauerũt poſt te: Noli credere, quia loquentur ad te bona.) Qui enim antequam firmiter crederent, ita leuiter ſequebantur, quaſi aduersùs eum clamantes, congregati poſtea per fidẽ ad ipſum, benè de ipſo locuti ſunt, ſalutare cæteris Euangelium prædicantes. Diuinitus autẽ cùm fratres Propheta dixerit, ſtatim ſubiecit: & domus patris tui: ne filij Virginis fratres eius putarentur.*

Cyril. Alex.
d Ioan. 7. 3.

Chriſti fratres antequã in eum crederent illum inſectabãtur.

Fratres Chriſti qui ſic dicti.

Theodorit. (*Quia & domus patris tui, & ipſi ſpreuerunt te, & ipſi clamauerũt à tergo tuo: & illi cõuenerunt cõtra te.*) *Pleriq; enim (vt vero ſimile eſt) ex decem tribubus iã in captiuitatẽ ductis ſub hoſtibus militabãt: (Ne credas, quãdo loquentur tibi proſpera.) Talis erat Rabſaces, qui* [e] *Hebr. voce vtẽs blaſphemabat in Deũ.*

Theodorit.
Aliquos ex decem tribubus militaſſe cũ Chaldæis cõtra Iudæos.
e 4. Reg. 18. 26.

D. Thom. Conſententia ferè dicit Hieron. per fratres intelligẽs Idumæos, per domum, &c. Moabitas, & Ammonitas. *Ne credas eis, cùm locuti) quaſi volentes tibi fœderari ad reſiſtendum Chaldæis.*

D. Thom.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΟΤΙ καὶ οἱ ἀδελφοί σου. καὶ οὗτοι ἠθέτησάν σε.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] πῶς οὖν οἱ ἀδελφοί σου ἐβόησαν ὀπίσω σου; οὐκ εἰδότος σου φησί, μεγάλα κατά σου φθέγγονται. καὶ τὸ δεινὸν λαλήσουσι πρός σε κακά. ὁρᾷς πῶς ῥυθμίζεται ὁ προφήτης, πῶς μανθάνει φιλοσοφίαν, δι' ἔργων διὰ λόγων εἰς ἀνδρίαν ἐναγόμενος; [ἐκ τῶν ὀπίσω σου ἐπισυνήχθησαν μὴ πιστεύσῃς ἐν αὐτοῖς.]

Τοῦ αὐτοῦ.] πολλοὶ ὡς εἰκὸς ἐκ τῶν δώδεκα φυλῶν ἁλόντων ἤδη συνεστρατεύοντο τοῖς πολεμίοις. μὴ οὖν πιστεύσῃς αὐτοῖς, ὅταν λαλήσωσι πρός σε καλά. οἷος ἦν ὁ ῥαμψάκης, τῇ ἑβραΐδι κεχρημένος φωνῇ, καὶ κατὰ τοῦ Θεοῦ βλασφη-

Verſ. 6. *NAm & fratres tui*, &c. *etiam ipſi ſpreuerunt te, & ipſi*, &c.

3

Chryſoſtomi.] *Quomodo igitur fratres tui clamauerunt poſt te? te inſcio ait aduerſùm te magna effabuntur: & quod graue eſt, ad te mala loquentur. Vides vt informetur Propheta, vt diſcat philoſophari, operibus, verbis eum ad fortitudinem impellentibus?*

Chryſoſt.
Conuiciis impelluntur viri probi ad benefaciendũ.

(Ex poſterioribus tuis congregati ſunt ne credas eis, quia, &c.)

Eiuſdem.] *Multi vt videtur ex duodecim tribubus, iam adductis, in captiuitatem, vnà cum hoſtibus militabant. Caue igitur illis credas, cùm ad te bona loquentur: vt fecit Rapſaces, Hebraicè locutus, & contra Deum effundens blaſphemias,* & con-

Chryſoſt.
Inimicis non credendũ cũ bona loqui videntur.
4. Reg. 18. 19.

φημῶν, καὶ συμβουλεύων αὐτοῖς ὡς φειδόμενος.

|| Ὀλυμπιοδώρου.] εἰ μὲν πρὸς τὸν προφήτην ὁ λόγος, περὶ τῶν ἐν Ἀναθὼθ πολιτῶν αὐτοῦ φησὶν, οἵτινες ἐβούλοντο αὐτὸν ἀνελεῖν. εἰ δὲ πρὸς τὸν ἁμαρτωλὸν, οἱ πάλαι φησὶ διὰ τὴν εὐσέβειαν προσῳκειωμένοι σοι, νῦν βδελύσσονταί σε, καὶ πολέμιοι σοι γεγόνασι, καὶ ἐκδιώκουσί σε. ||

& consilia dans, quasi Hebræis consultum volens.

|| Olympiodori.] *Si ad Prophetam spectat hic sermo, de his qui erant in Anathoth ciuibus eius ait, qui eum interimere volebant. Si verò ad peccatorem; Qui tibi olim, inquit, pietatis ergo erant addictissimi, nunc te abominantur, & hostes effecti te persequuntur.* ||

Olympiod.

Peccatorem vel etiā qui eius erant amici, abominantur.

Verſ.7.] Reliqui domum meam, dimiſi hæreditatem meam: dedi dilectam animam meam in manu inimicorum eius.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Reliqui domum meam, dimiſi hæreditatē meam, dedi dilectam animā meam (ſeu dilectionem animæ meæ) in manu inimicorū eius.

Audiant [a] *qui à Deo deficientes illum abiecerunt, & dixerunt, Non videbit noſtra; Audiant illum ipſum loquentem; Iam enim, inquit, vt pateat an viſurus ſim extremas veſtras calamitates, relinquere vos cœpi, quos nedum domum Abrahæ, domumque Iacob, ſed & domum nuncupabam meam, vt pote filios meos: quoſque ipſe mihi vni filios feceram, & creaueram vt mei ſolius eſſent hæreditas, & poſſeſſio, abieci iam: Quinimò quos tam arctè mihi habebam vnitos, quàm vnita eſt anima corpori, illorumque Eccleſiam quam vt meam diligebam & animam, & vitam, in hoſtium ipſius manus definitiuâ tradidi ſententiâ. Iis & templum habitationis gloriæ meæ domum deuaſtandum dimiſi: iis populum ipſum hæreditatis meæ expugnandum reliqui: iis & ſummopere mihi dilectam deſolandam Ciuitatem dedi Ieruſalem. Vniuerſus ſiquidem meus in eam amor in vehemens conuerſus eſt odium.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *Figueira.*

RELIQUI *domum meam*, &c. Ad primò poſitas Ieremiæ querelas de proſperitate impiorū hæc pertinere arbitratus eſt Petrus à Figueira, Ac ſi dicere Deus voluerit, *Noli iam ampliùs conqueri Ieremia de proſperitate impiorū, nam cito videbis eius miſeriam, & interitum, vt Pſal. 36.* [b] *Vidi impium ſuperexaltatum & eleuatum ſicut Cedros Libani, & tranſiui & ecce non erat, & non eſt inuentus locus eius.*

b Pſ. 36.35.

Meliùs tamen dices, Ieremiam ipſum nouum ſuum quod in verſ. 4. cœpit deſolationis Iudeæ proſequi vaticinium, moréque ſuo ad rē maiori cum energia confeſtādam variis vti & argumentis, & loquendi formis: ſicq; poſt multa quæ huc uſque ad id adhibuit: nunc efficaciùs Deū ipſum inducere, qui ea patenter omnibus aſſerat, quæ illi priùs ſecretò reuelarat. Quàm grande autem ſit malum, à Deo derelinqui, quantáque illud conſequantur mala, ſatis ſupérque explicauimus ſupra in cap. 6. vbi idémet Dominus dicebat, [c] *Erudire Ieruſalē, ne fortè recedat anima mea à te, ne fortè ponam te deſertam terram inhabitabilem.* Communiter ferè expoſitores in duobus quoad præſentis ſententiæ enodationem conueniunt: primò, vt præterita pro futuris poſita ſint, prout moris eſt Prophetarum: Secundò, vt tribus diſtinctis nominibus tria diſtincta deſignentur, quæ à ſe relicta aſſerit Deus, nomine nimirū domus ſuæ, templum, aliàs locum habitationis eius appellatum: nomine hæreditatis, populus ipſe, de quo Deus pariter ait, [d] *Hæreditas mea Iſrael:* nomine denique dilectæ, ſeu dilectionis animæ ipſius, ciuitas Ieruſalem, in qua & templum erat, & populus, quam & propterea vt à ſe electam, tamquam animam ſuam diligebat, totoque amabat animo. Bene autem notat Iſidorus Clarius, Deum hîc loqui σχετλιαστικῶς, id eſt, indignabundè. Et quòd inter omnia difficilè relinquitur domus, difficiliùs hæreditas, difficillimè dilectio animæ, id eſt, quod ſummè diligitur.

c Ierem. 6.8.

Deus reliquiſſe ſe dicit, & templū, & Iudaicum populum, & Ciuitatem Ieruſalem.

d Iſai. 19.25.

Iſid. Clar.

2

Crediderim tamen ipſe, per omnia hæc nomina vnum eumdemque deſignatum populum, cōtra quem tantò maior extitiſſe ſignificetur Dei indignatio, quādo ab illo exacerbatus eum derelinquere quodammodo coactus eſt, quātò plura, atque arctioria inter eumdem Deum, atque illum interceſsêre dilectionis vincula. Domus autē vocabulum pro familia poſitū accipe, vt ſic domus Dei dicatur Iudaicus populus, quia ex Deo genitus. Deique filius eſt, ſicut alibi dicitur domus Iacob, & domus Iſrael. Quomodo & apud Zachariam eodem ſenſu id nominis vſurpatum reperimus, vbi Deus ipſe ait, [e] *Et circumdabo domū meam,* i. Eccleſiam aliàs dictam domum Iſrael, *Ex his qui militant mihi euntes, & reuertentes,* i. ex iis qui ad meum imperium hūc, illucque diſcurrūt euntes, & redeuntes: ex Angelis: quorum præſidio illam munitam ſeruabo, quomodo & Apoſtolus Timotheo ait, [f] *Vt ſcias quomodo oporteat te in domo Dei,* i. in fidelium Eccleſia conuerſari *quæ eſt*, inquit, *Eccleſia Domini, columna, & firmamentum veritatis.*

Iudaicus populus appellatus domus Dei.

e Zach. 9.8.

f 1. Tim. 3. 15.

3

Quem verò domum ſuam præexpoſito appellauit ſenſu: hūc & ſuam Deus appellauit hæreditatem, ac poſſeſſionem. Quòd ſi quis dicat, iuxta hunc ſenſum orationem hoc ſecundo mēbro videri potiùs minui, quàm augeri. Quis enim ambigat multò arctiùs vnumquemque per amorē deuinciri filiorum, quàm per amorem hæreditatis, poſſeſſioniſque cuiuſlibet? Nonne videmus pro filij ſeruanda, aut recuperāda ſalute nullam poſſeſſæ hæreditatis, ſi expendere, & alienare illam propterea opus ſit haberi frequenter rationē? Ad hæc dicendum, re vera totam hanc orationē eſſe accreſcentem: hæreditatis enim nomine idipſum hîc deſignatur, quod & nomine ſignificatum eſt domus, familiam nempe & filium, ſed qui ſingulari ratione ſit filius, ita nimirum Dei filius, vt totus Dei ſit, nulluſque in eo habeat partem, non ſicut in aliis filiis, in quibus & pater partē habet, & mater: neque ex ſemine filius, ſed ex nulla eius præexiſtente materia à Deo ipſo mirabili genitus ratione. Quam indicaſſe viſus eſt Moyſes in ſuo Deuteronomij Cantico, eidem populo dicens, [g] *Nonne ipſe, ſ. Deus eſt pater tuus qui poſſedit te.* (Nota poſſeſſionem) *& fecit & creauit te?* Hominū certè filij dici & ipſi poſſunt parentum poſſeſſio; ſed quam ex Deo parentes ipſi obtineant, vnâ cum ipſorum cooperatione, Vnde quæ prima filiū genuit Eua, cùm ab Adam cognita viro ſuo concepit, & peperit, poſſeſſionis ei indidit nomen dicens. [h] *Poſſedi hominem per Deum.* Sed populus Dei, illius ſolius eſt poſſeſſio, ita filius, vt nullus in eo quidpiam habeat iuris præter Deum ipſum, à quo in

Iudaicus populus appellatus hæreditas, & poſſeſſio Dei.

Hæreditatis & poſſeſſionis nomine deſignatus populus fidelis, vt à Deo creatus, & factus.

g Deut. 32. 6.

Filij dicūtur poſſeſſio parentum.

h Gen. 4. 1.

in peculiarem sibi nedum factus, sed & creatus fuit possessionem. Quod Isaias in cap.43. iis contestatus est verbis, [a] *Et nunc hæc dicit Dominus creās te Iacob, & formans te Israel:* pauloque post, [b] *Et omnem qui inuocat nomen meum, in gloriam meam creaui eum, formaui, & feci eum.*

a Isai.43.1.
b Isai.43.7.

4
Fidelium populus quantâ vnione sit Deo connexus.

Multa denique cum accessione dilectam animam suam eundem populum appellat, quem in præcedenti cap.11. suum dixerat dilectum, [c] *Quid est quod dilectus meus in domo mea fecit scelera multa?* arctissimam quam cum illo haberet indicans vnionem, per similitudinem vnionis animæ, & corporis, quâ in creatis nullam est reperire maiorem. Vel animæ nomine vitam sumentes, id summum insinuans sibi cum ipso populo extitisse dilectionis, vt propter eam in illo vixerit, iuxta illud Apostoli, [d] *Viuit verò in me Christus,* in illo & munia exercuerit vitæ, & operationis, iuxta illud. [e] *Et diuisiones operationum sunt, idem verò Deus, qui operatur omnia in omnibus.* Et vt nossemus quanti ipse hanc faceret vitam in eo populo quem formasse dixerat in gloriam suam, dilectam illam dixit. Et in eo quod ait, (*Dedi dilectam animam meam in manu inimicorum eius*) innuit, simul cum eo populo in Chaldæorum manus, & potestatem dedisse & gloriam suam, quia in populo illo tunc ipsius manifestari consueuerat vita gloriosa, permittens vt malè habentes populum suum, suam pariter malè haberent & gloriam.

c Ierem. 11. 15.
Fidelium populum Deus appellat vitam suam.
d Gal. 2. 20.
e 1. Cor. 12. 4.
Fidelium populo iniuriis exposito infidelium, & Deus iisdem se ducit expositum.

5
Petr. Galat.
Ex dilectione Deus morti se exposuit.

Hebraicam lectionem Petrus Galatinus lib.8. cap. 12. de Arcan. Catholicæ veritatis ita legit, atque interpretatur, (*Dimisi domum meam, dereliqui, vel abieci hæreditatem meam, dedi dilectionem animæ meæ, vel dedi ex dilectione animam meam in manu inimicorum eius. Cùm inquit, Deus dicit se ex dilectione animam suam, vel seipsum dedisse, haud profectò dubium est, quòd ipsam pro eorum redemptione ad passionem, & mortem dederit. Quod in eo notatur, cùm dicitur, In manu inimicorum eius.* Et quidem plerique Antiquorum Patrum Christo Domino hæc tribuunt, quæ hîc ex Dei ore à Propheta referuntur. Vide infra in nostra Appendice. Certè Hebraicam vocem ידידות in regimine accipiunt vniuersi, ideoque rectè hæc vertunt, (*dilectionem animæ meæ.*)

Quòd in præterito hæc habuerit Deus factum & ob id dici potest, vt significetur, ea iam ex tunc cœpta esse, quando plurimis indiciis comprehendere erat Dei cœptam indignationem.

Vers. 7.] Reliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

9
Hugo Card.
Religionem adiens relinquere debet omnia, atque etiã seipsum.

TRIBVIT hæc moraliter Hugo Cardinalis religioso, cui superiora habita fuêre in vers. præcedenti, vt significet, se in ingrediendo religionem, quod boni est Religiosi, reliquisse omnia, domum, cognationemque suam, substantiam quam hæreditate susceperat, necnon & dilectam animam suam, id est seipsum, iuxta illud. [f] *Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui*, illudque Euangelij, [g] *Qui vult venire post me, abneget semetipsum.* Non explicat autem Hugo ad quid hoc loco habita hæc sint, nec quâ ratione relinquens & semetipsum in ingressu Religionis dedisse se dicat animam suam in manu inimicorum eius. Nisi fortè eo id intelligi debeat sensu, quo in libro Ecclesiastici eidem dicitur. [h] *Fili accedens ad seruitutem Dei, prapara animam tuam ad tentationem.*

f Gen. 12.
g Matth.16. 24.
h Eccl. 2. 1.

Religiosi promoti ad Episcopatum ope consanguineorum, querela magna.

Consequenter autem iis quæ habita fuêre in vers. præcedenti, sumi hæc ipsa poterunt, vt ab eodem dicta Religioso, quem parentes, seu fratres, & consanguinei, ita impugnatunt, à Claustro sæculi Prælaturas eum trahentes, vt ipse miserum se tandem animaduertens, quòd Prophetæ non obsecutus sit consilio, vt non crederet illis, cùm sibi loquerentur bona, gemens in hæc prorumpat, Quando religionem adij reliqui cum domo, & cognationem meam omnem: cum iis quæ mihi erant bonorum & opum dimisi, & renunciaui vniuersæ hæreditati, cui succedere quiuissem sat opulentæ: Et ecce post hæc cùm vnius animæ meæ saluti indulgere in sancta debuissem Religione, ipsam meam dedi animam in manu inimicorum eius de quibus dictum sciebam à Domino, [i] *Inimici hominis domestici eius*, dum fratrum, & consanguineorum meorum consensi voluntati, vt è claustro ad aliarum animarum curam transferri permiserim.

i Matth. 10. 36.

7
Religiosum ob aliquid eius superbiã permittit nõnumquam Deus in illius ruinam ab eius cognatis educi è Claustro ad Episcopatum.

Cæterùm cùm, prout in expositione literæ vidimus, hæc Dei sint verba, sicut & subsequentia: & de prædicto Religioso moraliter exponi hæc queunt, quatenus tamen in ruinam animæ ipsius cognatorum ope ad externam Prælaturam è claustro is educi à Deo permittitur, propter vel saltem internam eiusdem animi elationem. Neque enim adeo sum mentis inops, vel etiam audacis animi, vt Religiosos omnes damnandos censeam, quibus Episcopatus cognatorum ope obueniunt; fieri enim plerumque posse non abnuo: vt & hac ratione vocatus quis dici debeat à Deo tamquam Aaron, vtente ipsomet Deo eorumdem cognatorum operâ ad hoc, vt Pontifici Maximo, & ei qui Ecclesiæ prouidere tenetur, aptus proponatur minister, qui optimè id impleturus sit ministerij.

8
Deum nos derelinquere nobis imputandum.

Meliùs tamen de fideli quoque dato in reprobum sensum hæc sumentur. Quomodocumque autem ipsa accipiantur, par est vt singula expendamus verba, Dei enim sunt, & tenerrimo loquentis affectu, vt ex ipsa affectus sui teneritudine contestatum & id omnibus faciat, hæc ei vel referenti cor (vt ita dicam) abstrahi totumque id mali peccatori adscribendum, ab ipso se elonganti, qui cum immensus sit, vbique est, & cui cura est de omnibus, cùm omnium sit pater. Quod manifestiùs apud alium Prophetam rebellem alloquens populum idem expressit, dicens: [k] *Ego cognoui te in deserto, & in terra solitudinis,* quando scilicet nil in te erat boni, imò plurimum erat mali. Mutansque more Prophetarum personam. *Iuxta pascua sua adimpleti sunt*, inquit, *& saturati sunt: & leuauerunt cor suum*, per superbiam, [l] quam initium peccati omnis ait Sapiens quidam, *& obliti sunt mei*, me scilicet Deum suum, hæreditatem suam, dilectam animam suam derelinquentes, dimittentes, eumdemque quoad eis licuit, in manu dantes inimicorum eius. Quid tum? *Et ego ero eis quasi Leana, sicut Pardus in via Assyriorum. Occurram eis quasi Vrsa raptis catulis, & dirumpam interiora iecoris eorum, & consumam eos ibi quasi Leo, bestia agri scindet eos*, Id verò, quia vt hîc apud Ieremiam in sequenti vers.8. dicitur, *Facta est hæreditas mea quasi Leo in Sylua, dedit contra me vocem.* Vnde benè ibi apud Oseam adiecit, *Perditio tua Israel: tantummodo in me auxilium tuum.*

k Ose. 13.5.
l Eccl. 10. 15.

9

Anima pia est domus Dei, vt templum Spiritus Sancti.

De fideli igitur anima, quæ data sit in reprobum sensum, (*Reliqui domum meam,*) primùm ait Deus, domum suam illam appellans duplici sensu, quatenus antequam in miserum eum statum illa delaberetur, & templum ipsius extitit, iuxta illud Apostoli, [a] *Nescitis quia templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis?* In confirmationemque eorum quæ hîc ait Dominus, subiicit ibidem Paulus. *Si quis autem templum Dei violauerit disperdet illum Deus.* Quodque magis est, domum suam dicit eamdem, nimirum suam & familiam suam prolem, iuxta illud Ioannis, [b] *Quotquot autem receperunt eum dedit eis potestatem filios Dei fieri. Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, sed ex Deo nati sunt:* Familiam iuxta id Redemptoris nostri. [c] *Quicumque fecerit voluntatem patris mei, qui in cælis est, ipse meus frater, & mater & soror est.* Habetque vim magnam quod animam ipsam prolem suam, tamque charam sibi familiam, cuius alioquin præcipuam habere consueuit summa cum dilectione curam, reliquisse nihilominus se Deus ait, quod illud ipsum est, quod ab Apostolo dicitur, [d] *dedit eos in reprobum sensum,* permittendo nimirum, vt absque vllo retinaculo pessimè suâ vteretur libertate, quæ priùs legis Dei compedibus, & vinculis alligatam se detineri gloriæ sibi censebat maximæ, iuxta illud Ecclesiastici. [e] *Et erunt tibi compedes eius in protectionem fortitudinis, & bases virtutis: & torques illius in stolam gloriæ,* quæque id ardentibus orabat votis. [f] *Confige timore tuo carnes meas,* cuius & compos facta desiderij sui dicere cum Paulo poterat. [g] *Christo confixa sum cruci,* &, [h] *Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.*

Anima pia dicta domus Dei, vt illius proles, & de eius familia.

a 1.Cor. 3. 16.
b Ioan. 1. 12.
c Matth. 12. 50.
d Rom. 1. 28.
e Eccl. 6. 30.
f Psal. 118. 120.
g Galat. 2. 19.
h Gal. 6. 14.

10

Animam piã vt hæreditatem suam tanti facit Deus, vt pro ea seruanda quasi reliqua vniuersa post habuisse visus sit.

Neque verò minùs inest efficaciæ in eo quod adiectum est, (*Dimisi hæreditatem meam.*) In eo enim quòd fidelem animam, antequam eò miseriæ deducta esset, hæreditatem Deus appellat suam, duo designat maximi momenti, primum, quòd tanti illam fecerit, vt eam dominio totius Orbis quodammodo visus sit prætulisse, prout & apud homines fieri obseruare est sapientes, atque prudentes, apud quos tanti est patrum suorum hæreditas, vt quò eam sibi, suæque seruent posteritati, vniuersa posthabeant: Vnde prudentem illum virum Naboth Regi Achab hæreditariam à se petenti vineam respondisse legimus, [i] *Propitius sit mihi Dominus, ne dem hæreditatem patrum meorum tibi.* Alterum, quod eodem hæreditatis significat nomine. Est quòd cùm in hæreditate magna, qualis certè ea est, quæ Deum contingit Regia, & vineæ includantur, & horti, & agri, & pecudes, & serui, & ciuitates, & thesauri, & regnum ipsum. In vna pia anima hæreditate suâ Deus ista omnia extitisse designat, & benè. Quidni enim vineam, & hortum animam ipsam non intelligat, qui dixit. [k] *Ego te plantaui vineam electam, omne semen verum?* [l] *Et eris quasi hortus irriguus,* dicit eidem Isaias, & in Canticis sponsus, [m] *Hortus conclusus, soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus,* & [n] *fons hortorum.* Et in ea vt in agro optimo patrem familias semen bonum legimus seminasse. [o] Nonne de spiritualibus eius capillis per eumdem sponsum dicitur, [p] *Capilli tui sicut greges Caprarum, quæ ascenderunt de monte Galaad.* Et de spiritalibus item illius dentibus, [q] *Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus, & sterilis non est inter eas.* Iumentum semet illa obtulit dicens, [r] *Vt iumentum facta sum apud te, & ego semper tecum.* Seruitutem in semet pariter fatetur. [s] *Seruus tuus sum ego, & filius ancillæ tuæ.* Ciuitatem se vocandam ab ipso audiuit dicente sibi. [t] *Tu autem vocaberis quæsita ciuitas, & non derelicta.* Et [u] *Post hæc vocaberis ciuitas iusti, vrbs fidelis,* vtpote in qua increata sapientia requieuisse se asseruit, [x] An non preciosissimus, vberrimusq; thesaurus cor eius est, propter quod dicitur, [y] *Similis homini patri familias, qui profert de thesauro suo noua, & vetera:* vt pote [z] *bonus homo, qui de bono thesauro profert bona,* vt in Euangelio ait Iesus. Regnum denique Dei eamdem & in se continere, & esse, quis ambigat, qui recolat vel id item Euangelij. [aa] *Regnum Dei intra vos est:* vel id quod in Apocalypsi, [bb] *Fecisti nos Deo nostro Regnum.* Hæc Deus omnia vnico hæreditatis suæ significauit nomine, quo piam animam honestauit, dicens: (*Dimisi hæreditatem meam,*) verbo quoque (*dimisi*) robur magnum suo isti conferens sermoni; designans, talem, tantamque hæreditatem se nihilominus ob illius ingratitudinem, ac peruersitatem sic dimisisse, vt ipsam prætermittens, illius sedulam & affectuosissimam omiserit curam, atque custodiam eam, quâ alioquin vel vt suam [cc] seruare ipsam consueuit pupillam oculi sui, cùm diceret, [dd] *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei.*

In vna pia anima Deus habet quicquid in magna & regia continetur hæreditate.

i 3. Reg. 21. 3.
k Ierem. 2. 21.
l Isai. 58. 11.
m Cant. 4. 12.
n Can. 4. 15.
o Matth. 13.
p Cant. 4. 1.
q Cant. 4. 2.
r Ps. 72. 23.
s Ps. 115. 16.
t Isai. 62. 12.
u Isai. 1. 26.
x Eccl. 24. 15.
y Matth. 13. 52.
z Matth. 12. 35.
aa Luc. 17. 21.
bb Apoc. 5. 10.
cc Deut. 32. 10.
dd Zacch. 2. 8.

Dimittere dicitur Deus animã quatenus illius omittit affectuosam curam.

11

Quòd si dimittendi verbum in significatu sumatur relinquendi, reiiciendi & alienandi, non ingrata ex his desumitur moralitas; in eo enim quod Deus dicit (*Dimisi hæreditatem meam*) duo iungit, quæ sibi inuicem pugnant, hæreditatis nomen cum eius dimissione, & alienatione. Iuxta legem enim id fuisse [ee] videtur peculiare hæreditatis alicuius vel familiæ, vel personæ, [ff] vt tametsi vendi posset ad tempus, vsque ad annum scilicet Iubilei, alienari tamen nequiret; itaque ipsum hæreditatis vocabulum quamdam præ se fert possessionis perpetuitatem. Quòd si propriam vim eiusdem expendamus nominis, quæ, vt colligitur ex l. Hæreditas ff. de reg. iur. non aditur nisi per mortem defuncti. Duo præclara modicis hisce verbis ab ipsomet Deo designata aduertere est. Primum, quòd quando Deus fidelem animam vt suam adiit hæreditatem, post quamdam defuncti mortem eam adiit. Secundum: quòd, quantum ex parte sua extitit, eamdem ita sibi assumpsit in hæreditatem, vt in possessionem eam haberet perpetuam. Et quidem hoc secundum Deus ipse testatum voluit apud Prophetam nostrum infra, vbi dicet, [gg] *In charitate perpetua dilexi te.* Quâ loquendi formâ ita hoc contestatur, perpetuitatis possessionis animæ, vt dicebam, vt simul innuat & explicationem eius, quod & primo designatum asserebam ipso hæreditatis vocabulo, in eius nimirum possessionis aditione mortem intercessisse, non tam alterius, quàm ipsiusmet, qui vt immortalis hæreditatem adiit per suimet mortem moralem, quam per nimiam suam dilectionem erga ipsam subiit, quando In charitate perpetua dilexit illam. Mortem enim quamdam, quam moralem appello, vt contra distinctam à morte vera, per dilectionem causari, & ex Philosophica amoris definitione patet, & ex sacris habetur literis. Definiunt quippe illam, iuxta Platonis doctrinam Philosophorum quidam, vt sit impetus, quo homo quodammodo in se mortuus viuit in alio, quem scilicet amat. Vnde peruulgata illa sententia, *Anima est magis vbi amat, quàm vbi animat,* & *Amans viuit in alieno corpore,* quod vt à Catone Censorino dictum refert Plutarchus in Catone. Hocque illud est, quod & cælestis sponsus contestatus in Canticis est,

Hæreditatis possessio quodammodo perpetua in lege veteri.

ee Num. 27. 8.
ff Leuit. 25. 10.

Hæreditas nõ aditur nisi per defuncti mortem.

Animã piam Deus sic assumpsit in hæreditatem, vt illam perpetuò possideret.

gg Ierē. 31. 3.

Animã piam Deus adiit vt hæreditatem propriã, per moralem sui ipsius mortem.

Dilectio dicta mors moralis, quâm ratione.

a Cant 4. 9. eſt, ſiue quum dixit, [a] *Abſtuliſti mihi cor ſoror mea ſponſa*, pro eo quod in Vulgata legimus, *Vulnerasti cor meum*, & Siue quando addidit, [b] *Auerte oculos tuos à me, quia ipſi me auolare fecerunt*, ſiue in iis capitis vltimi verbis, [c] *Fortis eſt vt mors dilectio*. Et idem non minus clarè confirmauit, vt expertus loquens Paulus, vbi dixit, [d] *Viuo ego iam non ego, viuit verò in me Christus*. Quibus in verbis ponderandum, quod vt ex mox allata amoris definitione patet, Apoſtolus non tam de ſua in Chriſtum, quàm de Chriſti in eum dilectione loquitur. Niſi velimus dicere, illum tam de Chriſti in ipſum, quàm de ſuo in Chriſtum amore locutum, iuxta allatam ab ipſomet Chriſto regulam de duobus coniugibus per dilectionem ad inuicem vnitis, [e] *Itaque iam non ſunt duo, ſed vna caro*. Quod idem Apoſtolus, [f] *Sacramentum* dixit *magnum in Christo & in Eccleſia*: Et nos pariter Sacramentum magnum dicere poſſumus in Deo & in anima.

b Cant. 6. 4.
c Cant. 8. 6.
d Gal. 2. 20.
Per dilectionem, fit vnũ anima cum Deo.
e Matth. 19. 6
f Ephe. 5. 32.

12 *Anima pia dicta anima Dei ob dilectionis Sacramentum.*

Vnde factum crediderim, vt hoc loco apud Ieremiam animam fidelem eamdem, quam mox ſuam Deus appellatat hæreditatem, poſtmodùm & dilectam dicat animam ſuam, propter iam expoſitum ſacramentum animam ſuam, nuncupans, quæ anima certè eius fidelis eſt hominis, quem ipſe tam ardenter amauit, in quo, ſi Deus animam haberet, anima ea viueret, & iam non duæ, ſed vna dicerentur anima, propter quam vnionem, qualis qualis ea ſit, Petrus Apoſtolus, dilectos Dei [g] *conſortes* dicit *diuinæ naturæ*, & Paulus item Apoſtolus, [h] *Qui adhæret*, inquit, *Domino vnus ſpiritus eſt*. Sed ſicut per appellationem hanc, Dilectæ animæ ſuæ, primùm hoc loco Deus ſubindicauit, quòd ipſam fidelem animam adiit vt hæreditatem poſt mortem, vt explicatum eſt. Ita & per totam hanc locutionis ſeriem, quâ ait. (*Dedi dilectam animam meam in manu inimicorum eius*) alterum duorum, quæ dicebam, explicar, ſimulque & rationem tangit, quomodo animam ipſam reliquerit, & dimiſerit, quam ſuam dixit hæreditatem, ſi hæreditatis id erat peculiare, vt alienari non poſſet à poſſidente. Quemadmodum enim quamuis hæreditas antiquitus cùm alienari non poſſet, perpetua (vt dictum eſt) erat hæredis, ſeu familiæ poſſeſſio, relinquebatur nihilominus à poſſidente, & alienabatur à familia, vel per defectum eiuſdem familiæ deficientis in Dei populo; vel per mortem, quâ hæreditatem eam poſſidens à viuentibus ſeparabatur eiuſdem populi. Ita & Deum relinquere, & à ſe alienare dicamus neceſſe eſt fidelem eam animam, quam vt ſuam adiit hæreditatem, & per defectum, & per mortem: tam iſtam tamen, quàm illam non ex ſe, ſed ex hæreditate, & anima ipſa prouenientem. Noſſe ſi vis quo pacto defectus vnionis animæ, ac Dei, & alienatio eumdem conſequens defectum ſit ab anima, recole quæ à Paulo dicta ſunt, [i] *Neſcitis quoniam corpora veſtra membra ſunt Christi? Tollens ergo membra Christi faciam membra meretricis? An neſcitis quoniam qui adhæret meretrici vnum corpus efficitur?* Quodque de membris, & corpore dicit Apoſtolus, dic tu & de Anima, prout eumdem Apoſtolum intuliſſe vidimus, quum ſubiecit, *Qui adhæret Domino vnus ſpiritus eſt*. Deficit ergo vnio animæ cum Deo, quia homo adhærens Creaturæ, ſuiſque hoſtibus, Diabolo, mundo, & carni, tollit animam Dei, quæ ſcilicet vna cum Deo per dilectionem erat, animam propriam, facitque illam animam inimicorum ſuorum eorumdem. Quia verò Deus, ne libertatem impediat arbitrij hominis, id totum ſinit ab illo fieri, permiſſiue

g 1. Pet. 1. 4.
h 1. Cor. 6. 17.
Animam fidelem relinquit Deus, & dimittit, quia illa deficit ab eius familia, & moritur per peccatũ.
Alienatio fidelis animæ à Deo cuius erat hæreditas, non tam à Deo quàm ab ipſa eſt anima.
i 1. Cor. 6. 15.

dediſſe ſe ait animam illam, quæ ſua primum erat, *in manu*, id eſt in poſſeſſionem, & in hæreditatem ipſorum *inimicorum eius*, alienatamque ſignificat ipſam hæreditatem ſuam, deficiente homine ab eius familia.

13 *Animam fidelem dare ſe dicit Deus in manum hoſtium eius vt permittit illam ſemet dare in eorum manus.*

Eſt autem ponderandum, vt ad rem noſtram maximè hîc faciens, quòd non dicitur. (*Dedi animam meam in manum inimicorum eius*) quo ſignificaretur Deum dando animam in manum inimicorum eius, & transferendo eam in hoſtes illos, eam in ipſos alienaſſe. Quòd abſit vt in Catholici cuiuſpiam decidat mentem. Sed in ablatiuo dicitur, (*Dedi animam meam in manu inimicorum eius.*) vt intelligeremus, Deum quum eâ ratione animam dediſſe ſe, inquit, nullam illius tunc feciſſe tranſlationem, vel alienationem eius in hoſtes, ſed tantummodo quam illa ipſa feciſſet, faceretque, permiſſiuè: vt ſenſus ſit, Dedi, & permiſi, vt anima mea eſſet in manu inimicorum eius, in quam videlicet ipſamet ſe tranſtulit, alienauitque à me vita ipſius, adeóque per mortem moralem, ita vt vita viuens naturali, mortua tamen dici debeat, prout de praua Vidua ait Paulus, [k] *Quæ in delicijs eſt, viuens mortua eſt*. A quo item Apoſtolo peregregiè alio in loco & iſta deſcribitur mors, & quam per eam factam dicimus hæreditatis Dei alienationem, vbi fideles alloquens Epheſios ait, [l] *Hoc dico, & teſtificor in Domino*, vt rem nempe certam, & indubitatam: *vt iam non ambuletis, ſicut & Gentes ambulant in vanitate ſenſus ſui.* (vbi ambulare pro viuere poſuit, iuxta quod aliàs dicit, [m] *Si ſpiritu viuitis, ſpiritu & ambulate,*) *tenebris obſcuratum habentes intellectum alienati à vita Dei*, id eſt à Deo, qui eſt vita animæ, iuxta illud, [n] *Ego ſum via, veritas, & vita*. Et [o] *In ipſo vita erat*; vel alienati à charitate, & gratia, quâ anima viuit, iuxta illud, [p] *Gratiâ autem Dei vita æterna* (Nota alienationem; nota & mortem animæ formalem per ipſam alienationem à Deo, & à gratia eius) Nota, & quòd mors iſta, eaque alienatio non à Deo facta eſt, ſed ab ipſamet anima, ſubdit enim poſt aliqua, *Qui deſperantes*, quod Italicè diceremus *Alla diſperata*, ò, *alla peggio, ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ in operationem immunditiæ, omnis in auaritiam*. Hoc igitur illud eſt, quod Dominus hac ſignificauit forma loquendi, (*Dedi animam meam in manu inimicorum eius,*) in quo denotat, ſibi magis damnum diſplicuiſſe infœlicis animæ illius, quàm propriam iniuriam, quam ſignificaſſet, ſi dixiſſet (*Dedi*, &c. *in manu inimicorum meorum*) (*In manu* autem dicens *inimicorum eius*) ingentem quodammodo illius deplorat ſtultitiam, quæ à Deo cui maximè erat dilecta in infenſiſſimos ſemet alienaſſet hoſtes, in eorumque ſe tranſtuliſſet manus, quæ omnis ſunt inſtrumentum nequitiæ ruinæque omnis.

k 1. Timot. 5. 6.
Anima fidelis alienat ſe à Deo per mortem ſpiritalem.
l Ephe. 4. 17.
m Gal. 5. 25.
Alienatio à vita Dei qualis.
n Ioan. 14. 6.
o Ioan. 1. 5.
p Rom. 6. 23.

VVLGATÆ.

Verſ. 7.] Reliqui domum meam, &c.

SEPTVAGINTA.

7. Ἐγκαταλέλοιπα τὸν οἶκόν μου. ἀφῆκα τὴν κληρονομίαν μου, ἔδωκα τὴν ἠγαπημένην ψυχήν μου, εἰς χεῖρας ἐχθρῶν αὐτῆς.

Verſ. 7.] Reliqui domum meam, dimiſi hæreditatem meam: dedi dilectam animam meam in manus inimicorum eius.

APPEN

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1

PARAPHRASIS Chaldaica. *Reliqui domum Sanctuarij mei, abieci hæreditatem meam, tradidi populum qui erat dilectus coram me, in manum inimicorum eius.*

Verſ. 7. *(Reliqui domum meam, &c.)*

Origen. In incarnatione Christus reliquit domum, & hæreditatem ſuam. a Ioan. 14.

Origenis citatâ homil. 8. in Ierem. *Vide mihi eum qui in forma Dei conſiſtebat in cælis. Vide domum eius, & thronos, & excelſas quaſque virtutes. Si autem vis aliquid ſublimius intelligere propter hoc quod ait,* [a] *Ego in Patre, & Pater in me, vide domum eius Patrem Deum. Reliquit Patrem ſuum, & matrem ſuam cæleſtem Ieruſalem, venitque in hunc terrenum locum, & ait: (Reliqui domum meam, dimiſi hæreditatem meam) Illa erat hæreditas eius, poſſeſſionis Angelicæ, & ſanctarum ordo virtutum. (Dedi dilectam animam meam in manus inimicorum meorum) Tradidit animam ſuam in manus inimicorum ſuorum, in manus Iudæorum interficientium eum, in manus Principum congregatorum aduerſum ſe, in manus Regum, quoniam,* [b] *Aſtiterunt Reges terræ, & Principes conuenerunt in vnum aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius.*

In Paſſione Chriſtus dedit dilectam animã ſuam in Iudæorum manus. b Pſal. 2. 2.

HiginiusPP.

Ad exinanitionem à Patre prout exponit Origenes refert primam iſtius verſ. partem Higinius Papa in prima ſua Decretali epiſtola, quæ habetur tom. 1. Conciliorum, ſicque eam citat. *(Dereliqui domum meam, dimiſi hæreditatem meam.) Veni & factus ſum illis in opprobrium*, & Pelagius item Papa Epiſtola ad Vigilium Epiſcopum quæ habetur tom. 2. Conciliorum inter decreta Pelagij. Eodemque ſenſu, & iiſdem verbis refert ea Idacius Clarus Hiſpanus tom. 4. Bibliothec. Veterum Patrum lib. 3. aduersùs Varimundum paulò poſt initium. Tametſi vltima verba illa *Veni*, &c. non ſint Ieremiæ.

IdaciusClar.

2

Iudæos dimiſit Deus propter peccatũ crucifixionis Chriſti. Euſeb. Cæſ. Ruffi. Presb.

Communiter tamen à Patribus tota ſententia, ſicut & duæ ſequentes referuntur ad Chriſtum, qui Iudæos, templumque, ac Ieruſalem, propter admiſſam in eum crucifixionis ſæuitiem, dimiſerit, & abiecerit. Ita Euſebius Cæſarienſis, Demonſtrationis Euangelicæ lib. 10. Demonſtratione quarta & Ruffinus in ſymbolum inter opera Cypriani.

Hieronym. c Ioan. 14. 31. d Matth. 23. 28.

Hieronymus. *(Reliqui domum meam, &c.) Qui in Euangelio locutus eſt,* [c] *Surgite abeamus hinc. Et iterum* [d] *relinquetur vobis domus veſtra deſerta: hîc etiam in Propheta eadem comminatur, & quod facturus eſt, feciſſe ſe dicit, Hæreditas enim Domini, Iſrael eſt, & funiculus hæreditatis eius. Quod autem ait, (Dedi dilectam animam meam in manum inimicorum eius) Illud eſt,* [e] *Poteſtatem habeo ponendi animam meam, & poteſtatem habeo iterum reſumendi eam.*

e Ioan. 10. 18.

Baſil. Seleuc. Ab Angelis derelicta eſt Ieruſalẽ poſt crucifixionẽ Chriſti.

Baſilius Seleucenſis Oratione 38. quæ eſt in Iudæos: non diſſimili ſenſu locum iſtum de Iudæorum conſummatione explicat, quæ propter Chriſti necem illis contigit, quando Deus Iudæam ipſam deſeruit, primam tamen huius ſententiæ partem diuerſo modo ſic legit, *Dereliquerunt terram meam, dimiſerunt hæreditatem meam.* Quod de Angelis dictum ipſe interpretarer, iuxta præallata.

A

Cyrill. Alex.

Cyrillus Alexandrinus lib. 4. Glaphyrorum in lib. Num. *Diuina atque immortalis natura ſuccenſens, ægréque ferens temeraria Iudæorum facinora debacchationeſque in Chriſtum, auolauit quodammodo, receſſitque à Synagoga, iuxta illud quod dictum eſt à Chriſto. Reliqui domum meam, & deſerui hæreditatem meam.*

B

Theodoric. Iudaicum excidium prædictum.

Theodoritus. *Propheta reſumit Prophetiam de Domino, & prænuncians Iudaicum excidium ait ex perſona Dei, (Reliqui domum meam, &c.) Bonitatem ſuam oſtendit, & docet, abominationem eorum increpando. Ipſe enim verbis vtitur amicitiâ plenis, vocans eam, quæ hoſtis erat, animam ſuam dilectam. Illa verò inſidiatorum, & hoſtium exercet opera, quod ex ſequentibus declaratur.*

Procopius Gazæus. Ante vltimũ excidium Iudæorum auditas Angelorum voces è templo diſcedentium.

Procopius Gazæus in cap. primum Iſaiæ. *Narrat in expugnationis Iudaicæ hiſtoria Ioſephus lib. 7.* de bello Iudaico cap. 12. *antequam Ieruſalem caperetur, auditas eſſe Sacerdotibus Angelorum voces dicentium, Diſcedamus hinc. Iuxta id quod hic ait Dominus, Reliqui domum meam, dimiſi*, &c. Vide & Cyrillum Alexandrinum itidem in primum caput Iſaiæ eadem habentem.

C

Cyrill. Alex.

3

D. Thom. f Iſai. 19. 25.

D. Thomas. *Hic ponitur Domini reſponſio, & primò ponit pœnæ comminationem, ſecundò pœnæ conſolationem, ibi (Hæc dicit Dominus) Primò autem comminatur pœnam quantum ad diuini auxilij deſtitutionem: (Domum) ſcil. templum, vt non defendam: (Hæreditatem) populum Iſrael, Iſai. 19.* [f] *Hæreditas mea Iſrael. Et quantum ad hoſtium oppreſſionem, (Dedi dilectam,) id eſt, Iudæos quos quaſi animam meam diligebam.*

D

D. Bonau. Religioſus bonus retinuiſſe ſe recolit domum ſuam, &c.

D. Bonauentura in cap. 9. Lucæ, In perſona boni Religioſi hæc dici ait, *(Reliqui domum meã, &c.)*

Vualfridus Strabo Tom. 6. Biblioth. Vet. Patrum lib. de rebus Eccleſiaſticis cap. 13. *Sciendum ita demum Templorum, & officiorum, Sacrorum Deo vniuerſorum Creatori cultus eſſe acceptos: Si hominum pectora, quorum ob cauſam ſibi hæc exhiberi permittit, vel iubet, ipſius inhabitatione fuerint digna. In vanum enim ligna, & lapides poliunt, qui mores non componunt: fruſtra dona, & pecunias comportant, qui interius diuinæ ſubtilitatis oculum non placat. Nam quia Iudæi Dominum interius non audierunt, exteriora eorum contempſit, & abiecit per Prophetam dicens, (Reliqui domum meam, dimiſi hæreditatem meam,) Et per ſe ipſum.* [g] *Relinquetur domus veſtra deſerta. Ergo propter peccata hominum loca Sacra à Deo negligi teſtis eſt Arca ab Allophylis capta: Templum toties euerſum, & prophanatum, & multæ Chriſtianorum Eccleſiæ nunc à Barbaris vaſtatæ, nunc ignibus, vel fulminibus deſolatæ, nunc terræmotibus, vel turbinibus dirutæ.*

Tẽpla propter hominũ peccata à Deo negliguntur, ſicut & alia ſacrorum genera. Vualfridus. g Matt. 23. 38.

E

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Ἐγκαταλέλοιπα τὸν οἶκόν μου.]

Εὐσεβίου.] ἁρμόσαι τοῦτο πῶς ἐπὶ τοῦ προφήτου δυνήσεται; οὐ γὰρ οἶκος αὐτοῦ ὁ νεὼς οὐδὲ κληρονομία αὐτοῦ Ἰσραήλ. ἐχθροὺς δὲ φησὶ τῆς αὐτοῦ

Verſ. 7. *Reliqui domum meam, &c.)*

4

Euſeb. Cæſ.

Euſebij.] *Quomodo poterit hoc Prophetæ ipſi accõmodari? Non enim domus ipſius templum, nec hæreditas eius Iſrael: hoſtes autem ſuæ*

αὐτοῦ κληρονομίας τοὺς ἄνδρας, τοὺς εἰπόντας, δεῦτε ἀποκτείνωμεν τὸν κληρονόμον.

[Ἀφῆκα τὴν κληρονομίαν μου.]

|| Εὐσεβίου.] κληρονομία κυρίου γέγονεν Ἰσραὴλ κατὰ τὸ ἐν δευτερονομίῳ λεχθὲν ὅτε διεμέριζεν ὁ ὕψιστος ἔθνη, καὶ διέσπειρεν υἱοὺς Ἀδάμ. τοῦτον οὖν ὁ ἐγκαταλείψας αὐτὸν Χριστός, καὶ εἰπών. ἰδοὺ ἀφίεται ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος, αὐτὸς αὐτὸν ἐξ ἀρχῆς κληρονομίαν ἐκτήσατο. καὶ Χριστός ἐστιν ὁ ὕψιστος. οἶκον δὲ φησὶ τὸν ναόν. κατέλιπε δὲ αὐτόν, ὅτι διὰ μέσου τῶν προφητῶν ἔφη περὶ αὐτῶν. ὁ οἶκός μου οἶκος προσευχῆς κληθήσεται πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν, αὐτοὶ δὲ αὐτὸν ἐποίησαν σπήλαιον λῃστῶν, ὡς αὐτὸς ἐν εὐαγγελίοις ἔφη ὁ τῆς κληρονομίας δεσπότης.

[Ἔδωκα τὴν ἠγαπημένην ψυχήν μου εἰς χεῖρας.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τί λέγεις; καὶ οὐδὲν ἡ ἀγάπη; οὐδὲν ἡ φιλία; καὶ μὴν οὐκ ἔδωκεν, ἀλλὰ λέγει δεδωκέναι, ἵνα μὴ δῷ εἴ τις ἔχει νοῦν, εἴ τις προσέχει οὐχ οὕτω τῆς τιμωρίας ὁ φόβος ἱκανὸς ἦν || αὐτοῖς ἀνακτήσασθαι, ὡς τὰ ῥήματα τῆς τοῦ θεοῦ σοφίας σύμβολα. τὸν οἶκόν μου τὴν κληρονομίαν μου, τὴν ἠγαπημένην ψυχήν μου. καὶ παρὰ τὸν καιρὸν τῶν τιμωριῶν, ἀναμιμνήσκει τῶν προτέρων αὐτοὺς τούτους βουλόμενος ἐπικάμψαι. ||

|| ἐν. αὐτοῖς.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] λέγει τὰ πρότερα, ἵνα μᾶλλον αὐτοὺς δάκῃ. πολλὴ βία τῶν ἀπελασάντων αὐτόν. καὶ οὐκ εἶπε, τί ἀπελαύνετε; ἀλλ' ὃ χεῖρον ἦν καὶ χαλεπώτερον, τοιαῦτα πράττουσιν, ὡς ἐμὲ αὐτὸν ἐγκαταλιπεῖν. ἀφῆκα τὴν κληρονομίαν μου. ὥσπερ ἄνθρωπος, εἰ μέλλει προσιέναι κληρονομίᾳ πολλὰ πράγματα ἐχούσῃ αἱρεῖται καταλιπεῖν, οὕτω καὶ ὁ θεός, ἴσως ἐνταῦθα τὴν ἐπιθυμίαν φησίν.

A suæ hæreditatis eos appellat, qui dixerant, [a] Venite occidamus heredem.

(Dimisi hæreditatem meam.)

|| Eusebij.] Hæreditas Domini factus est Israel, iuxta id quod in [b] Deuteronomio dicitur cùm Deus altissimus partiretur gentes, & disseminaret filios Adam, qui eum igitur dereliquerat Christus, quique [c] ecce derelinquetur domus vestra deserta, dixerat, ipse eum in ipso suæ Originis ortu, sibi in hæreditatem adscripsit, & Christus est altissimus ille. Domum verò dicit templum: abie- B cit porrò eum, cùm de eis per Prophetas dixisset. [d] Domus mea, domus orationis est, vos autem eam fecistis speluncam latronum, vt ipse in Euangeliis hæreditatis dominus effatur.

(Dedi dilectam animam meam in manus, &c.)

Chrysostomi.] Quid ais? Nihil ne amor? nihil amicitia? & tamen non dederat, & dedisse ait, ne det, si quis sanam habet mentem, si quis attendit. Non ita punitionis, timor satis erat ad C eos reducendos, vt verba diuinæ sapientiæ symbola. (Domum meam, hæreditatem meam dilectam animam meam,) & ipso pœnarum tempore, illis antiquiora reducit in memoriam, eos flectere desiderans. ||

Chrysostomi.] Priora commemorat, vt eos acrius pungat: magna eorum violentia, qui ipsum eiecerunt. Nec dixit, cur expellitis? Sed quod peius, & enormius erat; Agunt talia, vt ego ipse reliquerim. (Reliqui hæreditatem meam.) Velut i D homo qui hæreditatem aditurus multis annexam difficultatibus, mauult missam facere, ita & Deus. Fortassis autem hic desiderium significat.

a Matth. 21. 31.

Euseb. Cæs.

b Deu. 23. 8.

Christus reliquit Iudaicum templũ dimisitque Iudaicum populum hæreditatem suã.

c Matth. 23. 28.

d Matth. 21. 13.

Chrysost.

Minatur antequam inferat pœnas Deus, ne illas impleat delinquentium pœnitentiã placatus.

Ad pœnitentiam persuadendam aptiora censet Deus amoris sui symbola, quam timoris rationes.

Chrysost.

Fideli anima eiiciant à se Deum improperat Deus priores suas in illam amoris exhibitiones.

Relicta à Deo anima fidelis quò peruenerit necesse est peruersitatis.

Vers. 8.] Facta est mihi hæreditas mea quasi Leo in sylua: dedit contra me vocem, ideo odiui eam.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

e Facta est mihi hæreditas mea quasi Leo in sylua: dedit contra me vocẽ, ideo odiui eã.

HÆcque [e] omnia inde contigêre, quia populus ipse in peculiarem à me electum hæreditatem meam, semet furiosum contra me rabidumque fecit Leonem, quales nimirum ij esse solent Leones, qui degunt in Sylua, blasphemis quippe vocibus suis, quibus in idololatriæ Sylua aduersum me rugiit, fugatus ab eo sum, æquè ac à Leone intra Syluam rugiente in fugam vertuntur viatores.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1

Deus deserit eum à quo fugatur.

FActa est mihi hæreditas mea, &c.) Qui tam eximiis dilectionis titulis mox Iudaicum populum insignierat, simulque indignabundus illum nihilominus à se relictum, in manusque suorum hostium traditum significarat. Quia maximam exinde concitandam norat admirationem, quî fieri id potuerit, vt ita à se dilectum deseruerit. In confirmationem communis illius Theologici affari. Deus non deserit, nisi priùs deseratur. Hanc prædictorum assignat rationem, quòd illius pessimis & gestis, & verbis omnis in eum amor suus in vehementissimum item cõtra illum E conuersus sit odium. Cùm enim is à Deo sic possessus, & factus, ac creatus fuisset in filium, in hæreditatem, ac possessionem peculiarem, vt eã ipsi deuinctus esset vnione, quã anima corpori, ille è vestigio semet contra ipsum furiosum, rabidumque fecit Leonem, quales ij esse solent Leones, qui degunt in Sylua. Blasphemisque suis quibus in idololatriæ Sylua contra ipsum rugiit fugatus ab illo est, æquè ac à Leone in Sylua rugiente in fugam verti solent viatores.

Iudaicus populus contra Deum conuersus est in Leonem in Sylua.

Isidorus Clarius tali hæc interpretatur para- F phrasi. Vniuersam terram hæreditatis meæ horrui non secus quàm per Syluam quis graditur, & rugientem audit Leonem, declinat ab illo loco: sic ego propter rugitum pauperum, qui à potentioribus vim, & calumniam patiuntur deseri terram meam. Et hic est Hebræorum quoque sensus, Rabbi Dauidis, & R. Salomonis. Factus est Leo in Sylua ait Figuciera cum Lyrano, id est, extraneus à me per idololatriam. Vel, sicut Leo deuorans, & consumens, opprimensque inferiores orphanos, viduas, & aduenas. Dedit contra me vocem, id est blasphemias mihi irrogauit, idola sua laudando, & inuocando, me autem contemnendo,

2

Pauperum oppressiones fugant Deũ à Ciuitatibus & à populis.

R. Dauid.

R. Salomon.

Figuciera.

Lyran.

nendo, vel minando Prophetis. *Sicut Leo in Sylua,* dicit Maldonatus, id est, *efferatus offendens me, sicut Leo homines quos non nouit occidit.* Est autem aptissima comparatio in eumdem sensum ait Christophorus à Castro, *Quæ à Leone de Sylua sumitur in quo spectamus duo, & naturalem sæuitiam, Et ignorationem eius, quem morsu apperit, aut unguibus lacerat. Sic populus Leonis instar contra Deum irrugiit, quasi numquam illum nosset, neque ab eo vllum accepisset beneficium: nam Leones beneficiis acceptis ferinam deponunt naturam; & ad eos à quibus humaniùs accepti sunt, mitiùs afficiuntur, & benè de se vtcumque meritis gratiam, & officium rependunt.*

Maldon.

Christ. à Ca.

Vnum hoc loco minimè prætereundum, quod Deus ait, (*Ideo odiui eam*) intelligendum de odio simpliciter & in genere, non de odio reprobationis, de quo apud [a] Malachiam, Esau, odio habitus dicitur, & per Ecclesiastem asseritur, [b] *Neminem scire an odio, vel amore dignus sit.* Et quidem certum est, nec odium quodcumque in Deum cadere posse, sicut nec vlla alia passio: Si de iis sermo sit quoad affectum, esse tamen quoad effectum; quod explicasse visus est Dauid, quum in Psalmo quinto postquam dixit. [c] *Odisti omnes qui operantur iniquitatem,* quale id esset Dei odium declarans subintulit, *Perdes omnes qui loquuntur mendacium.* Bene autem hîc præponitur rationalis particula (*Ideo odiui eam,*) vt nouerimus, illud de quo sermo est, Dei odium, non ad eius hæreditatem, & populum simpliciter referri, quem mox & dilectam animam suam, & dilectionem appellarat animæ suæ: sed ad formam quam is in semet assumpsit ferocis Leonis, atque ad Leonina quibus ille se induit vitia, & Leoninum quem ore suo contra ipsum emisit rugitum. Verissima est enim Sapientis illa ad eumdem Deum sententia. [d] *Diligis omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum quæ fecisti: nec enim odiens aliquid constituisti, aut fecisti.* Similitérque verum & id est quod per eumdem dicitur Sapientem, [e] *Odio sunt Deo impius, & impietas eius,* & ratio diuini istius odij in impium ea est, quam in lib. Iudith attulit Achior, [f] *quia Deus odit iniquitatem vbicumque reperiatur.* [g] *Mundi quippe sunt oculi eius,* vt Propheta ait Habacuc, *ne videat malum, & ad iniquitatem respicere non potest.* Præclarè hanc materiam, & breuiter explicat Augustinus Tract. 110. in Ioannem paulò ante finem. *Habebat,* inquiens, *Deus erga nos charitatem, etiam cùm inimicitias aduersus eum exercentes operaremur iniquitatem, & tamen ei verissimè dictum est, Odisti omnes qui operantur iniquitatem. Proinde miro & diuino modo, & quando nos oderat diligebat: oderat enim nos quales ipse non fecerat, & quia iniquitas nostra opus eius non omni ex parte consumpserat, nouerat simul in vnoquoque nostrûm & odisse quod feceramus, & amare quod fecerat, & hoc quidem in omnibus intelligi potest de illo, cui veraciter dicitur, Nihil odisti eorum quæ fecisti: non enim quodcumque odisset esse voluisset, aut omnino esset, quod omnipotens esse noluisset, nisi & in eo quod odit, esset etiam quod amaret.*

3 *Odit Deus aliquos odio in genere, aliquos odio reprobationis.*

a Malac. 1. 2.

b Eccl. 9. 1.

Odiũ in Deo esse dicitur quoad effectum, non quoad affectum.

c Psal. 5. 7.

Non odit in peccatore Deus creaturam suam, sed quod is in se fecit mali.

d Sap. 11. 25.

e Sap. 10. 9.

f Iudith. 5. 21.

g Habac. 1. 13.

Odij Dei egregia explicatio.

Augustin.

Quod lectionum varietatem nihil est in præsenti versiculo quod notetur à nostra Vulgata diuersum, nisi quòd pro eo quod nos legimus, (*Dedit contra me vocem*) in Hebraico textu ad verbum ita est, (*Dedit super me, seu contra me in voce sua.*) De eo quod in principio pro eo quod legimus (*facta est,*) ibidem habetur, (*fuit:*) non est quod dicam quidpiam, sæpius enim notauimus, verbum substantiuum הָיָה *haiah*, vsurpari frequenter pro fieri.

Vers. 8.] Facta est mihi hæreditas mea, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

FIDELIS anima, quæ antequam alienaretur, hæreditas Dei erat, & quodammodo Deus, per dilectionisque vnionem eiusdem Dei anima, vt mox explicatum fuit, postquam per malitiam semet alienauit in manum suorum hostium, iuxta axioma illud, [h] *Facti sunt abominabiles sicut ea quæ dilexerunt,* facta dicitur quasi Leo in Sylua, vtpote quæ in mundi Sylua quæ feris est plena, feram in primis dilexit principem huius mundi Diabolum de quo Petrus Apostolus, *Aduersarius,* inquit, [i] *vester Diabolus tamquam Leo rugiens circuit quærens quem deuoret.*

4 *Anima fidelis in Mundi Sylua facit se quasi Leonem, imitans Diabolum.*

h Ose. 9. 10.

i 1. Pet. 5. 8.

(*Facta est*) non exprimit à quo facta sit. Sed cum tribus modis intelligi id posset, additione vocis, (*Mihi*) innuit quonam trium modorum accipiendum id esset. (*Mihi*) inquit, id est apud me, coram me, & iuxta existimationem meam; ne quis factam censeret Leonem fidelem illam animam transmigrando ex homine in Leonem, iuxta Pythagoræ errorem asserentis animarum trãsmigrationem ex hominibus in pecudes, ferasque, & bestias. Aut per naturalem metamorphosim, quomodo fabulantur Poetæ, Circem transformare solitam homines in variam ferarum genus. (*Facta est*) non à Deo, qui illam bonam condidit: non à Diabolo, cui haud tantum inest potestatis, vt metamorphosim facere queat creaturæ tam præstantis in aliam, hominis in feram: Sed id à semetipsa facta est, cui soli vt creatæ à Deo liberæ, admirabilis super semet inest potestas, vt moraliter se transformet alienando se (vt dicebam,) & transferendo se à Deo in creaturas per auersionem ab eo ad illas.

Anima fidelis quomodo facta sit fera à semetipsa.

(*Mihi*) autem inquit est benè, *facta est,* quia istiusmodi moralis metamorphosis, sicut per actum contra Deum facta est, iuxta illud. [k] *Tibi soli peccaui, & malum coram te feci.* Ita Deo potissimùm perspecta est. Hæcque fortasse est ratio, quòd post hominis creationem in Genesi non legimus. [l] *Vidit Deus quòd esset bonum,* sicut post creationem legimus aliarum creaturarum, animaliumque cæterorum; quia ex tunc visa Deo est, quæ per ipsummet hominem moralis facienda erat transformatio. Etenim creaturæ aliæ ita à Deo inditam habent naturam determinatam, vt nec Physicè, nec moraliter in diuersam queant transformari. Solus homo (non loquitur hîc de Angelis) id proprij habet propter arbitrij libertatem, vt moraliter in ea transformetur, quæ diligit: & quorum in se suscipit vitia. Ac sicut actu suo elicito ea diligit, ita & actu suo se se in illa transformat, ita vt propterea de eo dicatur, [m] *Comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis,* idque quia ipsemet non intellexit. Et eorum singulis saluberrimum id datur consilij, [n] *Nolite fieri sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus.* Quibus in sententiis ponderanda locutionis forma, quâ non simpliciter dicitur, *Nolite fieri equus,* &c. Sed, *sicut equus,* &c. Nec asseritur homo factus simpliciter iumentum, aut iumenta, sed eis similis, prout & hoc pariter loco particula adhibita est, *quasi* (*facta est mihi hæreditas mea quasi Leo.*) Vt id intelligeremus, quod & à Basilio homil. 10. in Exameron animaduersum est, cùm homo dictus sit factus [o] ad imaginem, & simili-

5 *Transmutatio moralis animæ in feras bestias à semet facienda perspecta fuit à mundi creatione.*

k Psal. 50. 6.

l Gen. 1.

Transformare nulla creatura semet potest in aliã vel Physicè, vel moraliter, præterquã homo, qui id moraliter facit.

m Psal. 48. 13.

n Psal. 31. 9.

Basilius.

o Gen. 1. 26

ſimilitudinem Dei: quoad ſimilitudinem dumtaxat quæ morale quid eſſet, cum ſubire potuiſſe alterationem, non quoad phyſicam naturam, in qua ſita Dei eſſet imago: ſic per peccatum relictâ ipſâ Dei ſimilitudine, quâ propter bonitatem diuinæ conſors erat naturæ, ſimilis ei fit bruto, cuius in peccando imitatur vitium.

6 [*Quomodo homo dicatur factus quaſi Leo per ſuperbiam.*] (*Quaſi Leo,*) factus à ſemetipſo dicitur, & apud Deum, & corã Deo, & contra Deum, potiùs quàm aliud feræ genus peccator omnis, qui datus eſt in reprobum ſenſum. Eiuſque dicti rationem ex eo colligere eſt, quod per Sapientem de Leone aſſeritur.[a] *Leo fortiſſimus,* ſeu ſuperbiſſimus *beſtiarum, ad nullius pauebit occurſum.* Propter ſuperbiã, & nimiam quam ſibimet tribuit fortitudinem [b] quaſi Leo dicitur peccator, quia *initium omnis peccati ſuperbia.* Quomodo autẽ iſte, de quo ſermo hîc eſt, peccator fortiſſimus quaſi Leo in ſua ſit opinione, & ſuperbiſſimus ex iis patet, quæ per Iſaiã dicuntur,[c] *Audiuimus ſuperbiam Moab, ſuperbus eſt valde: ſuperbia eius, & arrogantia eius, & indignatio eius pluſquàm fortitudo eius.* Noſſe vis quomodo per ſuperbiam iſtam propriæ fortitudinis opinionem idem peccator quaſi Leo inter feras redactus ſit? [*Peccator quomodo fit fera per ſuperbiã.*] Audi quid ſuperbiſſimo contigerit Regi Nabuchodonoſor; ſic namque legimus in lib. Daniel.[d] *Reſponditque Rex, & ait: Nonne hæc eſt Babylon magna, quam ego ædificaui in domũ Regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei? Cũq; ſermo adhuc eſſet in ore Regis, vox de cælo ruit: Tibi dicitur Nabuchodonoſor: Regnum tuũ tranſibit à te, & ab hominibus eiicient te, & cum beſtiis, & feris erit habitatio tua, fœnũ quaſi bos comedes.* Bene qui factus eſt Deo quaſi Leo in Sylua, & inter feras per ſuperbiã, & rapacitatem, fœnũ quaſi bos comedere dicitur: quia moralis iſtius Leonis cibus, tametſi caro ſit, quã opprimit per ſuperbam fortitudinẽ ſuam; tametſi gloria ſit carnis; fœnum tamen eſt, iuxta id vocis in deſerto clamantis,[e] *Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quaſi flos fœni.* [*Peccator inter feras paſcitur fœno.*] An nõ quaſi Leo fortiſſimus iſte, de quo hîc eſt ſermo, peccator ſuperbiſſimuſque factus eſt, qui & de fortitudine cũ Deo contẽdere audet, & de Regno: imitator profectò Diaboli Leonis infernalis. [*Peccator quaſi Leo cõtendens cum Deo de fortitudine, & de Regno.*] Audiamus Bernardum Serm. 4. in Vigilia Natalis Domini. *Non mentitur Apoſtolus quoniã ille* ſ. Diabolus[f] *extollitur ſupra omne quod creditur, aut quod colitur Deus. Horret humanus auditus verbum, ſed vtinã horreat ſimpliciter animus cogitatũ malignum pariter, & affectũ. Dico enim vobis, quòd non ille tantùm, qui ſecundùm ſcripturam Rex eſt, & ſuper omnes filios ſuperbiæ, ſed & omnis ſuperbus extollitur ſupra Deũ. Vult enim Deus fieri voluntatem ſuam, & ſuperbus vult fieri ſuam. Iã videtur æqualitas; Sed attende malè congruam proportionem. Deus quidem in his tantùm quæ ratio approbat, ſuam vult fieri voluntatem: ſuperbus verò & cum ratione, & contra rationem.*

[a Prou. 30. 30. — b Eccl. 10. 15. — c Iſai. 16. 6. — d Dan. 4. 27. — e Iſai. 40. 6. — Bernard. — f 2. Theſſal. 2. 4.]

7 [*Peccator fit quaſi Leo ob defectum timoris.*] Bene verò Salomon in præcitata Leonis deſcriptione poſtquam dixit,[g] *Leo fortiſſimus beſtiarum,* quarum & Rex propterea aſſeritur: adiecit, *Ad nullius pauebit occurſum.* Vt primariam intelligeremus rationem moralis, de qua nunc agimus, trãsformationis animæ fidelis in Leonẽ, & propter quam homo dicitur (vt ſupra explicatum eſt) factus quaſi Leo. Ea verò eſt, quia eò deuenit, vt ſine timore Dei fuerit, ſummam habens audaciã. Quod apertis verbis alius expreſſit Sapiens in libro Eccl. dicens,[h] *Timor Domini expellit peccatum,* & per pœnitentiam, ſ. mundando à præteritis vitiis, & præſeruando à futuris: *Nam qui ſine timore eſt non poterit iuſtificari,* i. iuſtè viuere, vt fidelem & pium decet hominem. *Iracundia enim animoſitatis,* i. ſuperbia, & audacia illius, *ſubuerſio illius eſt,* & cauſſa nimirũ, vt ille à ſimilitudine Dei, & à fidelis animę puritate decidat in ſimilitudinẽ ad Leonẽ, factus & ipſe quaſi Leo fortiſſimus, & ſuperbiſſimus, beſtiarũ more viuentium hominum, ad nullius vel Dei nomine increpãtis pauens affectũ.

[g Prou. 30. 30. — h Eccl. 1. 27.]

8 [*Peccator Dei timore deſtitutus decidit à Paradiſo in ſyluam mũdi huius factus quaſi Leo.*] (*In Sylua,*) quaſi Leo factus is dicitur, qui ſine timore in reprobum datus eſt ſenſum: & cui animoſa iracundia, quã & contra Deum, & contra proximum deſæuiit, ſubuerſio fuiſſe dicebatur. Quia à Paradiſo & gratiarũ, & deliciarum Dei in Syluam deiectus eſt Dæmonum habitaculũ.[i] *In deliciis Paradiſi Dei fuiſti,* ad illum dicitur, quando Dei hæreditas erat, in Dei perſiſtens timore.[k] *Timor* enim *Domini Paradiſus* aſſeritur *benedictionis,* i. gratiæ, & beatitudinis. Odiens poſtmodùm lucẽ in obſcuram delapſus eſt omnis peruerſitatis Syluam.[l] *Quaſi Leo in iumentis Syluarum,* dicit Micheas Propheta, *& quaſi catulus Leonis in gregibus pecorum qui cùm tranſierit, & conculcauerit, & ceperit; non eſt qui eruat.* Id enim totum eius eſt ſtudium, vt pauperibus, & infirmioribus, qui in mundo cum illo negotia agunt, abſque vlla reſiſtentia inferat damna, prædas ex eorum referat bonis, opprimatque, & mactet.

[i Ezech. 28. 13. — k Eccl. 40. 28. — l Mich. 5. 8.]

9 [*Peccatoris fames Leonina Deum offendendi.*] (*Dedit contra me vocem, ideo odiui eam.*) Leonis vox rugitus, & fremitus eſt. Porrò cùm conſtet tunc Leonem rugitũ emittere, quum maximè ſtimulatur fame, vel etiam quum prædã habet præſentem. In eo quòd cõtra Deum impius rugitum dediſſe dicitur, ſumma illius deſignatur fames, & rabies planè Leonina ipſum pro viribus offendẽdi Deum. Animaduertens verò ſe nihil illi inferre poſſe læſionis præter quam moralis peccatorum, peccata quotidie peccatis addit. Et cõtra illius creaturã, contra pauperes, viduas, Orphanoſque in illius quoque iniuriam vt ad ſibi paratam rugit prædam. [*Peccator rugit ad prædã pauperum.*] *Nũquid enim rugiet Leo in ſaltu, niſi habuerit prædã?*[m] *Numquid dabit catulus Leonis vocem de cubili ſuo: niſi aliquid apprehenderit?* ait Amos Propheta. Odiſſe autem rugientem Leonẽ iſtum quum ait ſe Dominus propter hoc ipſum quòd quaſi Leo contra eum dedit vocem, rationẽ aſſignat prædictorum, cur ſ. illius animam reliquerit, dimiſeritque, & dederit in manu inimicorum eius: hoc eſt enim Deum quempiam odiſſe. [*Odiſſe ſe dicit Deus aliquem quando illum relinquit.*]

[m Amos 3. 4.]

VVLGATÆ.

Verſ. 8.] Facta eſt mihi hæreditas, &c.

SEPTVAGINTA.

8. Ἐγενήθη ἡ κληρονομία μου ἐμοὶ ὡς λέων ἐν δρυμῷ ἔδωκεν ἐπ' ἐμὲ τὴν φωνὴν αὐτῆς, διὰ τοῦτο ἐμίσησα αὐτήν.

Verſ. 8.] Facta eſt hæreditas mea mihi, quaſi Leo in Sylua: dedit ſuper me vocem ſuam: ideo odiui eam.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Facta eſt coram me hæreditas mea quaſi Leo in Sylua: aſcendit in conſpectum meum tumultus eius, propterea proieci eam.*

Verſ. 8. Hieronymus. *Facta eſt hæreditas quondam Domini populus Iudæorum contra eum quaſi Leo in Sylua, quando pari aduersùs illum in paſſione voce* [*Hieron. Paſſionis tempore Iudaicus populus Leonis rugitum emiſit contra Ieſum.*]

clamauit. Et quia dedit contra eum vocem suam. Ideo eam odio habuit, & abiecit: & quæ quondam dilecta, & charissima, nunc appellatur odiosa.

Theodorit. *Iudæi nunc sunt Deo odiosi.*

Theodoritus. (*Facta est hæreditas mea mihi quasi Leo in Sylua.*) *Qui pro sponsa effecta est fera quæ sponsum deuorauit.* (*Dedit super me vocem suam.*) *Veritatem prophetiæ docent Euangelia, vnde discimus quo pacto clamabant,* [a] *Tolle, Tolle, Crucifige eum. Propterea odiui eam. Iustam esse causam vindicta docet.*

a Ioã. 19. 15.

D. Thom. Similia ferè & D. Thomas.

Origen. *Iudæi efferati, & quasi Leones contra Iesum.*

Origenes citatâ homiliâ 8. *Ista quæ super terram erat hæreditas eius, quam sibi elegerat in possessionem, quæ pars eius fuerat, efferata est aduersus eum & facta est hæreditas eius, id est, Iudæi quasi Leo in Sylua. Nec mirandum est, si tam truci belluæ comparata sit: Vsque ad præsentem diem Leones sunt in Sylua, anathematizantes Dominum Iesum, & blasphemantes illum, & insidiantes credentibus in nomine eius. (Dedit super me vocem suam, ideo odiui eam.)*

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΕΓΕΝΗΘΗ ἡ κληρονομία μου ἐμοὶ ὡς λέων ἐν δρυμῷ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὕτως ἐβόησε κατ' ἐμοῦ φησί. τίς ἂν ἐθελήσειε τοιαῦτα κληρονομεῖν; ὡς ἐν δρυμῷ, πολλὴν λέγει τὴν θηριωδίαν. [ἔδωκεν ἐπ' ἐμὲ τὴν φωνὴν αὐτῆς, διὰ τοῦτο ἐμίσησα αὐτήν.]

‖Εὐσεβίου.] πρὸς γὰρ πιλάτον ἐβόων. αἶρε αὐτόν. τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς. διὰ τοῦτο μισηθεῖσαν αὐτὴν ἐγκατέλιπεν. ἐπεὶ καθά φησι μωυσῆς. Θεὸν τὸν γεννήσαντα αὐτὴν ἐγκατέλιπεν.‖

Τοῦ ἁγίου Κυρίλλου ἐκ τοῦ κατὰ ματθαῖον εὐαγγελίου.] κατεσυγημένη γὰρ ὄντως ἡ πάροινός τε καὶ ἀλαζὼν ἱερουσαλὴμ, τὸν τῆς σωτηρίας, καὶ ζωῆς χορηγόν τε καὶ πρύτανιν, ταῖς εἰς ἄγαν ἀπονοίας ἀποσοβήσασα, καὶ τοῖς ὑπὲρ λόγον τολμήμασι, καὶ οὐχ ἑκόντα ἤδη πως εἰς ἑτέρους μεταχωρεῖν ἀναγκάσασα.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὁρᾷς παρ' ἡμῶν τὰς ἀρχὰς τῆς κακίας, καὶ τὴν ἀπεχθείας;

Vers. 8. *Facta est hæreditas mea quasi Leo in Sylua.*

2 Chrysost. *Iudæorum feritas contra Deum, Christumque Dei filium.*

Chrysostomi.] *Adeo inquit contra me clamauit, Quis talem optaret hæreditatem? tanquam in Sylua multam ait feritatem. (Dedit contra me vocem, ideo odiui eam.)*

Eusebius. *Iudæos quàm iure Deus dimiserit post eorũ clamores cõtra Christi sanguinem.*

‖Eusebij.] *Etenim ad Pilatum clamabant; Tolle eum; Sanguis eius super nos. Quapropter fastiditam ipsam dimisit;* [b] *Cùm vt refert Moyses Deum qui eã genuit deseruit. (Ideo odiui eam.)*‖

b Deut. 32. 18.

Cyrill. *Odiũ Dei in Ierusalem, & in Iudæos ab illis ipsis qui Christũ à se eiecerunt cõtumeliisque, & morte infectati sunt. Christus inuitus à Iudæis ad alios transire coactus quodãmodo fuit.*

Sancti Cyrilli ex Comment. in Matthæi Euangelium.] *Odio quippe digna est iniuriosa planè & superba Ierusalem, quæ salutis, & vitæ largitorem, ac principem, nefandissimis eiecit contumeliis, & omnem vim sermonis superantibus ausis vel inuitum quodammodo ad alios coegit transire.*

Chrysost. *Malitiæ, inimicitiarũque Dei causa ex nobis.*

Chrysostomi.] *Vides ex nobis esse primordia malitiæ, & inimicitiarum?*

Vers. 9.] Numquid auis discolor hæreditas mea mihi? numquid auis tincta per totum? venite congregamini omnes bestiæ terræ, properate ad deuorandum.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

c *Numquid auis discolor hæreditas mea mihi? Nũquid auis tincta per totum?*

d *(Numquid spelũca Hyenæ hæreditas mea mihi, aut spelunca in circuitu eius?*

e *(Numquid auis tincta hæreditas mea mihi? Nũquid auis circum contra eam?)*

f *Venite congregamini omnes bestiæ terræ, properate ad deuorandum.*

Numquid [c] *fieri & id potuisse crederet quispiã, vt populus, hæreditasque tantopere mihi alioquin dilecta, cõtra me iam, ne dum vt Leo Syluestris: sed & vt rapacissima facta sit auis sanguine vndique respersa ex pauperũ oppressionibus, & ex Prophetarum meorum, ac innocẽtium cædibus:* [d] *Numquid Ierusalem eius metropolis propter istiusmodi rapinas, propter effusi sanguinis copiam, & propter multiplicem, & horrendorũ scelerum sordes spelunca facta est Hyenæ ferocissimi, maximè fraudulenti, & fœdissimi animalis: Numquid ita populus eidem se similem reddidit Hyena, vt & quæ circa Ierusalem sunt Ciuitates, & oppida spelunca pariter censeantur?* [e] *Quis vel imaginatione excogitasset talem, tantumque populum in id deuenisse miseriarum, vt Gẽtes vniuersæ, & ludibrio eum haberẽt, & vulneribus cædibusque insectarentur: iis videlicet redditum & vt noctuam rubris discolorem maculis, quam circumdantes illudunt, percutiuntque auiculæ: Et vt Corniculam alienis pennis discolorem, quam reliquæ tandem denudãt aues,* [f] *Quid ab auibus ipsum illudendum, denudandum, ac percutiendum dico? Vna cum Chaldæis consurgite iam Gentes vniuersæ, instar ferocissimarum quarumcumque bestiarum, eumque, vt par est, dilaniatum subitò deuorate.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1

Numquid auis discolor, &c.) Locus iste perdifficilis est, variéque vertitur ex originali Hebræo, ideoque augetur potiùs illius difficultas ex Originalium lectionibus Hebræa, & Græca Sept. Interpretum; totque ferè eius sunt sensus, quot sunt & expositores. Quapropter ne confusione obruamur, explicabo primùm nostram Vulgatæ lectionem, aliatóque sensu, qui mihi arridet magis, referam & quæ ab aliis circa illam dicuntur. Tum lectionem expendam Hebraicam, quæue in illius enodationem dici solent breuiter recensebo. Ac demum & versionis Sept. proferam intellectus.

1. Sensus qui & auctoris. *Iudaicus populus, & impius quilibet contrà Deum conuersus dicitur in auẽ rapacẽ, & totam sanguine respersam.*

Puto igitur per hanc sententiã idipsum Deum significare voluisse prout legitur in Vulgat. quod in sententia cõtestatus fuerat præcedenti, mutatâ tamen ad maiorem Emphasim suo sermoni dandam, & similitudine, & dicendi ratione. Quod enim mox simplici enunciatione dixerat, suam hæreditatem populumque suum factum contra ipsum Leonem in Sylua, vt iam exposuimus. Hoc cum vehementi interrogatione, maximaque cum admiratione, quæ & ex geminata iteratione non modicum suscipit accessionis, similitudine confirmat auis rapacis, quæ tota ad natiuum colorem colore aliorum respersa sit sanguinis, ita vt meritò

meritò & diſcolor dici debeat, & per totum corpus ſanguine tincta eorum vel volucrum, vel animãtium aliorũ, quæ rapacibus vnguibus, & vnco diſcerpſerit roſtro. Ac ſi dicatur, Numquid & hoc fieri potuiſſe credendum eſt, vt populus, &c. vt habes in Paraphraſi. Vt hoc ſimile ſit illi quod eidem populo ſupra exprobratum legimus ſub eadem rapacis auis metaphora.[a] *In alis tuis inuentus eſt ſanguis animarum pauperum, & innocentium.* Et iuxta hunc ſenſum quod adiectum eſt, (*Venite cõgregamini omnes beſtiæ terræ, properate ad deuorandũ:*) non ſolùm ad auis ſimilitudinem, ſed & ad Leonis referendum eſt, vt per hæc explicetur, re iam & effectu, quod in verſ. 7. idemmet Deus dixerat Iudaicum populũ dimiſiſſe, & vel alioquin ſummè dilectum dediſſe in manu hoſtium ſuorum: quodque aſſeruerat in verſ. 8. ſe illum odiſſe, contra Leoninã enim eius ferocitatem, ac rugitũ, & contra feræ auis rapacitatem ipſius, aduersùm ſe Deum eius, vnà cum ferociſſimis Chaldæis conuocat, ſollicitatque omnes gentes, vt inſtar rabidatum ferarum contra illum conuenientes, ac irruentes dilanient, & deuorent eum. Facillimum quidem, & maximè probabilem hunc ipſe arbitror lectionis noſtræ ſenſum, eiuſdem tamen quatuor alios apud noſtros reperio Expoſitores.

a Iere. 2. 34.

2

2. Senſus. Hieron. *Pauus deſignatur nomine auis diſcoloris & tinctæ per totum.* Hug. Card. *Pauo aſſimilatus Iudaicus populus.*

Primum Hieronymi per auem diſcolorem Pauum intelligentis, cuius pulcherrimam colorum variegationem admiramur quotidie. Quem ſenſum ita ad rẽ aptat Hugo Card. verba enim Hieronymi referam in Appendice.) *Quia mox dictum fuerat à Domino, Ideo odiui eam, i. abieci, vt quæ quondam fuit dilecta, & chariſſima, nunc ſit odioſa. Ne quis dicat, Non eſt ita: Numquam enim Dominus deſtruet hæreditatem ſuam, quam ſic variis donis exaltauit, & doctoribus honorauit, Ideo ſubdit, (Numquid auis diſcolor hæreditas mea mihi?) Pauus, quaſi dicat, Imò valde pulchra eſt, & diuerſis dignitatibus, & proſperitatibus colorata. (Numquid auis tincta per totum?) quaſi; Ita pulchra eſt hæreditas mea inter omnes alias nationes, ſicut Pauo pulcher, & depictus diuerſis coloribus inter alias aues. Et tamen licet ita ſit pulchra, (Venite cõgregamini omnes beſtiæ terræ,) id eſt, multitudo diuerſarum gentium crudelium, venite cum Chaldæis, Properate ad deuorandum, id eſt omnino & irrecuperabiliter, & celeriter vaſtate eam. Et loquitur ad modum alicuius, qui cùm pulchram habet auem, quam dilexit multùm, ſi aliquid contra ipſum cõmiſerit dicit, Numquid nõ pulchra eſt auis mea? Et tamẽ dabo eam eſcam catto, vel cani ad deuorandum, quaſi dicat, Propter pulchritudinem, & dignitatem hæreditatis meæ, & licet ſit hæreditas mea, non dimittam quin deſtruam eam.* Et hunc ſenſum vt probabiliorem attulit Gaſpar Sanctius.

3

3. Senſus. Martin. del Rio. *Iudaicus populus factus Deo odioſus vt auis diſcolor.*

Secundum adiicit idem Hugo ſenſum quem primo loco in primo tomo Adagiorum Sacræ ſcripturæ, Adagio 837. breuiùs ſic explicat Martinus del Rio, *Concolores aues congreges eſſe ſolent, inter diſcolores odia vigent: diſcolores voco, quæ alterius coloris, quàm quæ ſpeciei illius propria. Hinc aiunt à Coruis implumes negligi, & deſeri, donec nigreſcant, & pullis plumis membra tegantur. Sic, vt odioſam factam gentem, quæ priùs dilecta & gratioſa fuerat, Deus ſignificet, inquit. (Numquid auis diſcolor?* &c.)

Iudaicus populus odioſus cunctis gentibus.

Diſcrepat tamẽ in iſtius ſenſus applicatione Hugo. *Sic contra populum, inquiens, Iudæorum qui alium Deum coluerunt, quàm gentes, inſurrexerunt omnes gentes. Et hoc eſt, (Numquid auis diſcolor) quaſi, Imò talis eſt. Sed quia colorem ſuum, non honorat, nec ſe occultat ab aliis auibus, id eſt, gentibus, imò in eis confidit, & apud eas conuerſatur per illarum idololatriam, Ideo venite, & congregamini,* &c.

4

4. Senſus. And. Cappel. *Iudaicus populus ob religionis inconſtantiam dictus auis diſcolor.*

Tertium ſenſum apud Andream reperio Cappellã, qui auis diſcoloris metaphorã inconſtantiam deſignatam cenſet illius populi, qui modò Deum, modò idola, nec vnius gentis ſolius, ſed omnium quæ in circuitu erant idola colebat. Quaſi Deus admiretur quomodo gentes aduerſùs Iudæos congregatæ ſint, vt ad auem alienigenam congregari ſolent aues.

5. Senſus. Chriſt. à Caſtro. Martin. del Rio. *Iudaicus populus in idolorum cultu ſimilis Corniculæ ex alienis plumis ornatæ. Iudaicus populus ex gentium opibus ditatus à Gẽtibus denudatus fuit.*

Quartus denique ſenſus, vt præcipuus, atq; primus à Chriſtophoro Caſtro allatus, & iuxta quẽ adagialiter præſentem ſententiam ſumendã arbitratur in loco mox citato Martinus del Rio, eſt, vt ſit alluſio ad quiddã ſimile apologo Æſopi de Cornicula ſe aliarum auium pennis exornãte, in quam aliæ conſurgentes miſeram deplumarunt, iuxta illud Horatij lib. 1. epiſtolarũ epiſtola 3. *Ne ſi fortè ſuas repetitũ venerit olim, Grex auium plumas moueat Cornicula riſum furtiuis nudata coloribus. Sic enim Iudæi,* inquit del Rio, *omnes Idololatrarũ Gẽtiliũ ritus mutuati, & variis Dauidis, ac Salomonis, & aliorum Regum victoriis à Deo conceſſis, ſpolia quoque Gentilium iam inde ab Ægypti egreſſu, & Chananææ occupatione ſibi coaceruarant, & ſic plumis alienis variegati, tamdem iuſto Dei iudicio primùm à Chaldæis, & poſtea à Romanis penitus denudati fuerunt.*

5

6. Senſus. *Iudaicus populus datus à Deo in manus Gẽtilium, vt auium ſanguinariarũ, & beſtiarum agri.* Pagninus.

Hebræa ad verbum ſic habent, vt bene ea reddita ſunt in Regia, (*Numquid auis tincta hæreditas mea mihi? numquid auis circum ſuper, ſeu contra eam? Ite congregate vos omnis feræ agri, venite ad deuorandum.*) Quæ iuxta ſenſum potiùs primo ſic interpretatus in ſua eſt verſione Sanctes-Pagninus, (*Numquid vt auis tincta ſanguine contra hæreditatem meam quam elegi? Numquid auis per circuitum contra eam? Ite, cõgregate vos omnes beſtiæ agri, venite ad deuorandũ.*) Quem ſenſũ apud Hebr. proſecutus eſt R. Ioſeph, & ex noſtris clariùs cũ dilucidat Iſidorus, qui legẽs, (*Nũquid aui ſanguinariæ data eſt hæreditas mea? Ex derelictione mea,* Deũ dicere inquit, *hoc futurũ eſt, vt tanta populi mei fiat ſtrages, vt etiam rapaces aues ſanguine occiſorũ ſe tincturæ ſint, & beſtiæ agri corpora ipſa laceraturæ.* Quod ob id dictũ putant R. Ioſeph, & ex eo R. Dauid, quia Nabuchodonoſor cum multarum ferociſſimarũ gentium exercitu cõtra ipſam venturus eſſet Iudæam per circuitum, & poſt illum omnes contra eamdem conſurrecturæ eſſent gentes. Quia is, inquiunt, mos eſt auium, vt primæ veniant ad cadauera, vt potè volucres iuxta illud Iob de Aquila, [b] *Vbicùmque cadauer fuerit ſtatim adeſt.* Deinde veniunt terreſtres feræ, veluti ab auibus ſanguine infectis inuitatæ. Quæ feræ ſignificant gentes, quæ venerunt cum Nabuchodonoſor ad excidium Ieruſalem ab illo tamquam Aquilæ inuitatæ.

R. Ioſeph. Iſid. Clat.

b Iob. 39. 30.

6

7. Senſus. R. Dauid. *Iudæorum populum omnes Gentes perſecuta vt eis odioſũ, atque vt aues auẽ perſequuntur diſcolorem & odioſam.* Vatablus.

Magis ad rem idem R. Dauid ex proprio ſenſu diuerſã ratione vſurpatã cenſet auis metaphoram in primo, atque in ſecundo mẽbro, nempe in primo, vt Iudaicum referat populũ, in ſecundo verò, vt collectiuè aues referat rapaces, & Chaldæos, vt ſignificetur, Iudæorũ populum factũ eſſe ſimilem aui diſcolori, multis, ſ. coloribus reſperſæ, & inſolentibus plumis, quã vt deuorent omnes aliæ aues vti inimicã circumdant. Et iuxta hunc ſenſum Vatablus ita ex Hebr. hæc legit, (*Hæreditas mea auitium, (i. auium genus) varicolor eſt mihi, auitium per circuitum contra eam eſt:*) In ſcholiis verò idem, *Nũquid auis tincta (coloribus ſacta eſt) mihi hæreditas mea: Numquid ſunt in circuitu aduerſum eam, i. vt alienigenam, & inſolẽtibus plumis ornatam auem reliquæ perſequuntur, ſic hoſtes populi mei illum perſequentur, & appetent. Ite congregate omnes feras agri, effici*

efficite, vt veniant, & deuorent eam, Agite, sine, Venite, inquiunt Gentes, praefecti exercitus. Congruit autem sensus iste cum eo quem tertio loco nostrae Vulgatae attulimus ex Del Rio.

7 8. Sensus. *Iudaicus populus datus in ludū omnibus gentibus, vt noctua in aucupio exposita ludibrio, & offensioni auium.*

Quidam putant per auem varicolorē designatam noctuā, quae rubris expersa est maculis, & cōtemptui, ac morsibus appeti à reliquis auibus solet, vt contemptibilis, & odio habita prout in eo obseruare est aucupio, quod cum ipsa fit, illā aucupe super baculum in medio exponēte, vt accurrentes circum ipsam visco perplexas capiat aues. Cui sensui fauet quod in secundo membro dicitur, (*Num auis*(collectiuè)*in circuitu super eam?*) Vt significetur, Iudaeorum populum deuenturum in cōtemptum Gentibus, & in ludum ludo noctuae similem: in eiusque offensionem circa illum adulolaturas Gentes omnes. Quas Deus vt optimus auceps contra eum & conuocet, & sollicitet, vt tandem & ipsas visco scelerum suorum innexos capiat & necet, prout re vera factum infra noster vaticinatur Propheta.

9. Sensus. Nic. de Lyr. *Iudaicus populus primò per partes, postea totus datus in manus Gentium.*

Alienius Nicolaus de Lyra, (*Numquid auis rubricata sanguine in diuersis partibus,*) *Ac si dicat, sic, quia Regnum Iuda fuerat afflictum partialiter ab Aegyptiis, & Assyriis. (Numquid auis tincta per totum?) id est, tota sanguinata, quasi dicat, sic per Nabuchodonosor, qui totam terram destruxit, occidendo, & captiuando, Ideo subditur, Venite,* &c.

8 Pet. à Figuei. *Iudaicus populus comparatus auibus rapacibus propter oppressiones, & caedes pauperū, & Prophetarum, ideoque datus in manus Gentium.*

Denique Petrus à Figueira optimè meo iudicio & Hebraicam lectionem iuxta cum exponit sensum, quem primo loco, vt probabiliorem nostrae attuli Vulgatae; Primùm enim ait, Hebr. vocē עיט *ngaith*, non inueniri, nisi vt significat aues rapaces, quae vnguibus tenent, & rostro dilaniant, vocem autem צבוע *tzabuang* significare tinctam, i. sanguinolentam. Tum hunc dicit posse esse sensum, *Nūquid auis tincta hereditas mea mihi? Subaudi, facta est? An conuersa est mihi in auem rapacem, & sanguinolentam? propter pauperūm oppressionem, & Prophetarum occisionē. An auis in circuitu super eam, seu contra eam, scil. hereditatem meam? Quia ipsimet Principes, & diuites atque maiores, qui pertinebant ad hereditatem Domini, opprimebant, & occidebant infirmiores ad hereditatem item pertinētes, iuxta illud Ecclesiastici.* [a] *Venatio Leonis Onager in Eremo, sic & pascua diuitū sunt pauperes. Qua in re peiores sunt,* inquit, *homines feris: illa enim non capiunt, nec vorāt feras sui generis. Venite congregamini, &c. q. d. Quoniam hereditas mea facta est mihi auis deuoratrix, aequum est vt etiam ipsa deuoretur, idcirco venite,* &c.

a Eccl. 13. 23.

9 *Defenditur Versio Vulgata.*

Haec quidem sat esse queunt pro lectionibus Vulgata, & Hebraea. Vnum duntaxat est notandum, rectè à nostro redditum quod aliter reddendum fuisse ex Hebraico textu dicat fortasse aliquis: & quidem de primo membro manifestū id est, rectè enim Hebraicum participium צבוע *tzabuang* quod propriè tinctum, coloratum, seu coloribus respersum significat, voce discoloris expressit, legens, (*Numquid auis discolor*, &c.) Maior difficultas est circa secundum membrum, quod certè non modicum illustrauit, repetendo Hebraicam vocem tzabuang, id est, *tincta*, positam in primo membro, Quodque Hebr. dicitur, (*Numquid auis circum super eam,*) sic exposuit, (*Numquid auis desuper circumtincta,*) hoc est enim (*tincta per totum,*) quod posuisse reperimus.

10 *Expenditur Versio Sept.*

Difficilius est assignare rationem, cur alioquin diuersissimè ab Hebraico textu hanc ipsam sententiam verterint Sept. quos & alios antiquos interpretes secutos ait Hieronymus in Commentariis suis, Sic quippe legunt, (*Numquid spelunca* A *Hyena hereditas mea mihi? aut spelūca in circuitu eius: super eam?*(quamquā particulam istam (*super eam,*) quae est in Codic. Complutensi, & Regio, in textuque Hieron. correctiores non habeant Codices Vaticanus, Aldinus, & alij.) (*Pergite, congregate omnes bestias agri, & veniat ad deuorandū eam.*) Et quidem quod vocem צבוע *tzabuang*, quam tinctā, & coloratā, seu coloribus respersam significare diximus, adeoque discolorem, ac tinctam redditam vidimus à nostro interprete, ipsi verterint Hyenam, haud miror, cùm apud Plinium lib. 8. c. 30. de Hyena inter alia haec legam, *Oculis mille esse va-* B *rietates, colorumque mutationes.* Nec ambigendum, Sept. illis senioribus optimè habitam cognitionē significationis Hebraicorum nominum propriorum animalium, aliarumque rerum, cuius omnino expertes postmodum factos constat recentiores Hebraeorum doctores. Ad quid verò Spelūcae adhibuerunt vocem, cùm Hebr. vocabulum עיט *ngaith* auem significet? Ait quidē Christophorus à Castro videri ab eis sumptum auis nomen, pro auiario, & loco, in quem aues rapaces, aut bestiae se se abdunt, vt ibi carnibus saturentur. Dicerem tutiùs, illos aliter legisse, quod vt peritis sacra- C rum literarum exploratum est, frequenter de eis asserere operae pretium est, sicut & de Interpretibus aliis, vt bene ex Hieronymo probat Leo de Castro lib. 2. cap. 12. sui Apologetici.

Christoph. à Castro.

Sept. Interpretes saepe aliter legerunt ac modo habetur in textu Hebraic. Leo à Cast.

11 10. Sensus. *Iudaicus populus assimilatus Hyenę, Ierusalē verò, & caetera ciuitates Speluncę Hyenę propter pauperū oppressiones, caedesque & alia scelera.*

Id sanè certum est, quoad sensum istam versionem. Sept. haud discrepare à sensu Hebraicae lectionis, quem primo loco à nostro pariter Interprete redditū vidimus. Cùm enim Hyena sit animal ferocissimum, sanguine, & immunditiis cadauerum suas replens speluncas, cadauerum inquam, & quae ex sepulchris eruit, & eorum animalium quae ab ipsamet interfecta fuerint. Egre- D giè sicut supra in c. 7. de templo dixerat, [b] *Numquid spelunca latronum facta est domus ista, in qua inuocatum est nomen meum in oculis vestris?* Ita nunc efficaciùs de tota Iudaea Deus admiranter ait, & illius metropolim Ierusalem, & reliquas quae circa eam sunt Ciuitates & oppida facta esse instar speluncarum Hyenae, vt pote plenas pauperum substātiā, & sanguine, multipliciumque scelerum immunditie, Iudaeosque qui in illis degunt instar ferocis, fraudolentis, sordidaeque Hyenae in externa se habere cōuersatione. Vel legendo in secundo membro. (*Aut spelunca in circuitu eius super* E *eam?*) Vt in primo membro Iudaicus populus generaliter speluncae cōparetur Hyenae circa eumdem populum, & super, ac contra illum propter pauperum oppressiones, rapinas, impotētiorumque caedes. Aliter Martinus del Rio in supracitato loco, vt sensus sit, inquit, *Sicut illa rapto vixit, & speluncam suam rapinis impleuit: ita vicissim cuniculis, & suffossionibus, & speluncis latronum (hostium) circumsideatur, & cedat omnium rapinae.*

b Iere. 7. 11.

Martin. del Rio.

Vide infra in Patrum Appendice.

F *Vers. 9.*] Numquid auis discolor haereditas mea? &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

12 *Rapacitas impij super [illegible]*

SI per auem discolorem, tinctamque per totum rapacem auem designatam sumamus, prout sumendam diximus in primo literae sensu. Aptissimè post fieri Leonis similitudinem, & haec adiecta est ad exprimendam impij rapacitatem, quae

quæ nulli parcat proximorũ ſuorum, nec iis qui ſub ſpeciali Dei ſunt protectione; quorumque ſtudium eſt, vt cæleſtia ſpectent,& in cælis conuerſentur. Enimuero Leo quamtumlibet ſit ferociſſimus: prædas tamen agit in Sylua,& in aperto: quos enim ambitus cuſtodit murorũ, aut præfortis alterius valli, non attingit. At verò ab aue rapaci nec ea tuta ſunt animantium, quæ intra domos arctè cõcluſa ſint, quum vel ad modicum temporis ad apertum egreſſa fuerint cælum. Leo volantes non aggreditur, rapax verò auis volantes potiùs rapere contendit auiculas in medio cæli. Sic qui in reprobum datus eſt ſenſum,& eos potiſſimùm inſequitur, quos magis norit ſpirituales, magiſque à terrenis abſtractos: eoſque pro viribus diſcerpere ſatagens illorum totum ſe tingit ſanguine, vel ſubſtantiæ, vel corporis, vel plerumque etiam bonorum animæ, variis id tentans gyrorum inſidiis, inſtar rapacis Milui in pullum gallinæ, auiſque alterius, aut in volantem Paſſerculum, dolis nimirum agens, & per hypocriſim.

Rapaci aui ſimilis impius.

Hypocrita deſignatur per auem diſcolorem.

Quam certè hypocriſim epithetum ad viuũ exprimit diſcoloris, ſicut enim in rapacitatis celeritate, auis factus dicitur, quatenus veloces pedes eius ad effundendũ ſanguinem: Ita & propter eã, quã in prædando vtitur hypocriſis calliditate, inſidioſaque attentatione, diſcolor aſſeritur, Polypo in eo ſimilis, iuxta illud Theognidis, *Multicolor Polypi diuerſam tu obtine mentem. Et petram ſimili quamque colore refer.* Qui ex induſtria, & malitia diuerſos ſuſcipit colores, vt hac ratione deceptam rapiat prædam.

Polypo ſimilis impius. Theognis.

13 Si per auem diſcolorem noctuam intelligas, vt in octauo literæ ſenſu diximus, moraliter ex hoc loco probare potes, quomodo Dæmones cũ impio ludum agant, quem noctuæ dicimus: in quo in medio conſtitutũ, qui illum hinc inde circumdant ex omni parte percutiãt iocantem. Et etiam quomodo eodem periti ſſimus auceps Diabolus ad ſimpliciores quoſque aucupandos, viſcoque terrenarum rerum retinendos vtatur. Vide præcitatum literæ ſenſum. Quod ſi ad Cornicis apologum per hanc metaphoram alluſum quis velit, vt dictum eſt in ſenſu quinto allato item in litera, faciet locus iſte & generaliter contra improbos diuites illos, qui fraudibus, maliſque artibus ex aliorum ditati ſunt opibus: quas nihilominus, ſaltem quum moriuntur eis auferunt dæmones, quando [b] *relinquent alienis diuitias ſuas.* Et ſpecialiter aduersùs eos item prædones quos decoctos ſæpe videmus, alieniſque rebus expoliatos ignominiæ expoſitos omnium, ſuis cuique per iudices redditis.

Cũ peccatore ludũ noctuæ agunt Dæmones, eoque aucupãtur ſimpliciores.

Diuites improbi inſtar Corniculæ amictæ pennis aliarũ auiũ.

a Pſ. 48. 11.

14 Iuxta verſionem Sept. expenſam in ſenſu decimo literæ moraliter exponit Deus eò tandẽ quæ quondam hæreditas ipſius fuerat, fidelem illius peccatoris animã qui datus ſit in reprobum ſenſum, peruenisse abominationis, vt facta ſit inſtar ſpeluncæ Hyenæ, vt pote in cuius corde omnia ſint immundiciarũ genera, & vitia quoque mortuorum hominũ, quorum quaſi cadauera fœtida è ſepulchris eruta congeſta eò ſeruat. Multa hîc dici poſſent, ſi diceretur, *Numquid Hyena hæreditas mea mihi*,&c. de peccatoris ſimilitudine ad Hyenam animal rapaciſſimum Vide de Hyenæ proprietatibus Ariſtot. lib. 6. de hiſtor. animaliũ c. 32. & Plinium lib. 8. cap. 30. Eæ certè impio detractori, ac raptori conueniunt, quòd homines nedum viuos, ſed & mortuos perſequitur; viuentibus inſidias ſtruẽs circumeundo eorum mapalia, & domos, humanã ſimulans vocem,& plerumque nominatim eorũ aliquem euocans, vt egreſſum diſcerpat: mortuos verò è ſepulchris extrahat, voretque. Quòd canibus in primis inimica ſit, eos pariter & viuos diſcerpens,& mortuos deuorans: Quam naturalem inimicitiam lib. Eccl. 13. 22. ſignificatam videre eſt iuxta lectionẽ textus Græci, ſecundùm quam pro eo quod in Vulgata legimus,[b] *Quæ cõmunicatio ſancto homini ad canem?* ita habemus. *Quæ pax Hyenæ ad canem?* Quòd oculos quidem valde habeat mobiles, & multicolores, collum verò rigidũ,& inflexibile,& ſimilia. Quæ libenter omitto cùm ad præſentem non faciant locum, in quo ſermo de ſpelunca tantùm ipſius eſt Hyenæ.

Peccatoris cor ſimile ſpeluncæ Hyenæ.

Hyena deſignat detractorẽ & raptorem.

b Eccl. 13. 22.

15 (*Venite, congregamini omnes beſtiæ terræ, properate ad deuorãdum.*) Hic eſt finis eorum qui ſuas à Deo alienant animas: vt omnibus expoſiti infernalibus beſtiis, ab iis ſimul contra eos collectis deuorentur. Poſſunt autem moraliter hæc accipi & vt dicta à cæleſti iudice in articulo mortis impii: aut ſaltem in die iudicii, quando in reprobos extremam proferet dãnationis ſententiã. Et vt nunc pariter à Deo contra ſceleſtum eo ſenſu pronunciata, quo de impio Iſmael dictũ reperimus,[c] *Manus eius contra omnes, & manus omnium contra eum.*

Peccatoris finis.

In morte peccatoris cõuocantur Dæmones.

c Gen. 16. 12.

VVLGATÆ.

Verſ. 9.] Numquid auis diſcolor,&c.

SEPTVAGINTA.

9. Μὴ σπήλαιον ὑαίνης ἡ κληρονομία μου ἐμοί; ἢ σπήλαιον κύκλῳ αὐτῆς; βαδίζατε, συναγάγετε πάντα τὰ θηρία τοῦ ἀγροῦ, καὶ ἐλθέτωσαν τοῦ φαγεῖν αὐτήν.

Verſ. 9.] Nonne ſpelunca Hyenæ hæreditas mea mihi? an ſpelunca in circuitu eius? Pergite, congregate omnes beſtias agri: & veniant ad comedendam eam.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Sicut auis quæ diſperſa eſt, ſic diſperſa eſt hæreditas mea coram me; & ſicut auis quæ volat, ſic congregabuntur contra eam beſtiæ agri, vt diripiant eam.*

Verſ. 9. Origenes citatã homil. 8. ad finem, iuxta verſionem Sept. (*Numquid ſpelunca Hyenæ hæreditas mea mihi, aut ſpelunca in circuitu eius?*) *De ſua* inquit, *hæreditate prænunciat, quod ſpelunca Hyenæ futura ſit, beſtiæ rabidæ, & ferocis mortuorum cadaueribus viuentis, quæ ſemper ſepulchris, & oſſibus incubat. (Numquid ſpelunca Hyenæ,&c.) Quoniam tales ſunt, impero vobis, Angeli, vt eatis, & congregetis beſtias, & tradatis eos ad dilacerandum. (Ite congregate omnes beſtias agri, veniant, & manducent eos.) Venerũt beſtiæ agri deuorauerunt populum Iudæorum. Vide exeſa corda omnium à fortitudinibus contrariis. Si illis Deus non pepercit, ſed ait: Ite congregate beſtias: quantò magis non parcet, ſi non fecerimus legem eius, Si ſermonem Euangelii neglexerimus? Rurſum dicit, (Ite congregate beſtias, & tradite eos,) Sed nos confidamus in Domino, Et in oratione dicamus,* [d] *Ne tradas beſtiis animam confitentem tibi. Agamus pœnitentiam.*

Origen. Iudæa facta ſpelunca Hyenæ.

Iudæi dati in manus Dæmonũ, & vniuerſarũ Gentium.

In Peccatores Deus immittit Dæmones.

d Pſal. 73. 19.

Clemens Alex. lib. 2. Pædagogiæ cap. 10. aliquantò poſt principium. *Ieremias quando dicit, hoc eſt per ipſum loquens Spiritus Sanctus, (Spelunca Hyenæ facta eſt domus mea,)* quod erat ex mortuis corpo

Clem. Alex. Idolorũ cultum in templo à Deo reprahenſum.

corporibus alimentum abhorrens, Sapienti allegoria Deus per hæc reprehendit cultum simulacrorum: verè enim oportet ab idolis puram esse domum Dei viuentis.

Hieron. *Pauus nemine auis discoloris significatus.*

Hieronymus. *(Numquid auis discolor, &c.) Auem discolorem, tinctamque per totum, iuxta literam Pauum vocat. Tantam, inquit, habuit pulchritudinem Israel, & tantis fuit Ierusalem distincta virtutibus, vt nihil esset bonum, quod non cerneretur in ea. Quia igitur mihi facta est hæreditas quondam mea, id est populus Israel quasi Leo in Sylua, & dedit contra me vocem suam, & eam omni odio detestatus sum, Idcirco venite, & congregamini contra eam omnes bestiæ terræ, diuersarum Gentium multitudo, & deuorate eam quæ suum Dominum non cognouit. Sin autem vt Sept. & alij Interpretes transtulerunt legatur, (Numquid spelunca Hyenæ hæreditas mea mihi, vt spelunca in circuitu eius super eam pergite congregate omnes bestias agri, & veniant, & comedant eam,) Referamus ad immunditiam nocturnæ bestiæ, quæ viuit cadaueribus mortuorum, & de sepulchris solet effodere corpora, nihilque est immunditiæ quâ non vescatur. Talis est Israel offendens Dominum suum, & omnium bestiarum morsibus traditus.*

Iudaicus populus vt Hyenæ spelunca, dum Deum offendit.

Hieron. *Hyenæ proprietates aliquæ.*

Idem Hieronymus lib. 18. in cap. 65. Isaiæ. *Quis, inquit, hæreticorum non requiescit in memoriis? non dormit in specubus magistrorum. Lumen Sancti Spiritus relinquentes, & cænaculum in quo Apostoli versabantur, in Diaboli tenebris commorantur, & speluncas diligunt, quas Ieremias mystico sermone condemnat. (Facta est hæreditas mea mihi quasi spelunca ὑαίνης,) quam nostri Hyenam vocant, quod animal semper cadauera persequitur, & viuit succo ac sanie corporum mortuorum.*

2 Chrysost. *Hyenæ proprietates aliquot.*

Ioannes Chrysostomus homil. 13. in Marcum Tom. 2. *Cur domum quondam Dei speluncam Hyenæ dixit Propheta? Hyena numquam videtur in die, sed semper in noctibus: numquam videtur in luce, sed semper in tenebris, Et hanc naturam habet, vt effodiat corpora mortuorum, & ipsa cadat: Denique si quis negligenter sepelierit mortuum, effodit nocte, & tollit corpus, & comedit: Vbicumque sepulchra sunt, vbicumque ossa mortuorum, ibi cubile Hyenæ est, Maximè insuper canibus delectatur, & ipsos rapit, & deuorat: qui seruant domum: Spinam vnicam habet, quæ flecti non potest, adeoque si vertere se voluerit, tota conuertitur, non potest se flectere sicut cætera animalia. Videtis ergo quia ista quæ semper in tenebris est: numquam conuertitur. Hoc autem dicitur de Sacerdotibus Iudæorum: Iudæum enim de plebe facilè potes adducere ad pœnitentiam; de Sacerdotibus verò, & doctoribus non potes, quia semper delectantur cadaueribus mortuorum eorum, quos seduxerint, & non sufficit eis, quòd ipsi non sunt in luce, sed eos qui in luce latent, conantur occidere: vnam spinam habent, non conuertuntur: non enim agunt pœnitentiam, quoniam occupati sunt in cadaueribus mortuorum.*

Iudæorū doctorem & Hæresiarcham conuertere quàm sit difficile.

Theodoritus. *(Nonne spelunca Hyenæ est mihi hæreditas mea? aut spelunca quæ in circuitu eius sunt?) In iis quæ ante exposita sunt, vocauit templum speluncam latronum ob sacrificulorum iniquitatem: Hoc verò loco non vrbem dūtaxat, sed etiam quæ circū adiacent, hoc est Iudæam, appellat speluncam Hyenæ, & rursum accusat iniquitatem in se admissam, (Mihi enim, ait, facta est spelunca Hyenæ.) Deinde vaticinatur extremum illius interitum. (Venite ad eam, & congregamini omnes bestiæ agri, & veniant ad deuorandum eam.) Nam Romani suscepto Orbis imperio, coacto ex variis nationibus exercitu, alios interfecerunt, alios duxerunt captiuos.*

Theodorit. *Iudæa facta speluca Hyenæ.*

Iudæis prænunciatū excidium per Romanos.

3 Rup. Abbas. *Iudaicus populus factus fera pessima.*

Rupertus Abbas lib. 8. in Genesim cap. 26. *Gens illa quondam Patris domus vel hæreditas, nunc fera pessima, vel bestia dicitur, & est, vocatur Hyena: sic enim in Propheta dicit filius ipse (facta est mihi habitatio mea quasi spelunca Hyenæ.)* Affert hæc Rupertus in mysticam expositionem verborum eorum Iacob,[a] *Fera pessima deuorauit filium meum.*

a Gen. 36. 20.

Petr. Damia. *Tepidus assimilatus Hyenæ.*

Petrus Damiani lib. 2. Epistolarum Epistola 18. *Qui ab eo quem ante iam conceperat, calore tepescit, quasi de viro qui fuerat, se se in fœminam vertit: & hic Hyenæ meritò comparatur, quæ nonnumquam de masculo in fœminam, aliquando de fœmina in masculum commutatur, atque ideo immundum animal dicitur, & humanis esibus prohibetur: de qua per Ieremiam dicitur, (Speluca Hyenæ hæreditas mea facta est mihi.)*

D. Thom. *Iudæorum instabilitas in Deo colendo.*

D. Thomas. *Miratur animi instabilitatem. (Numquid auis discolor,) quasi dicat. Quādoque mihi, quandoque Idolis adhærens: (tincta) sordibus peccatorum, (per totum) quia omnes mali sunt. 3. Reg. 18.*[b] *Vsquequò claudicatis in duas partes: Si Dominus ipse est Deus, sequimini eum, &c. Vel potest esse sensus. Numquid eam in charā teneo, sicut huiusmodi aues pulchras, vt tandem non abiiciam? vt discoloritas ad decorem referatur.*[c] *Ezech. 16. Vestiui te discoloribus, & calceaui te hyacintho. Vel hoc quod dicit, (Reliqui domum, &c.) possunt esse verba Prophetæ, qui vt annunciaret verbum Dei, mortis periculo se exposuit, & domum, & patriam reliquit, & à compatriotis suis quasi Leonibus, & variis dolositate, & plenis malitiâ insidias perpessus fuit. Mysticè sunt verba Christi qui domum, & patriam relinquere dicitur in mundum veniens, quia ad modū relinquentis se habuit quando in infirmitate abscondit maiestatem (hæreditatem) cælestem patriam.*

b 3. Reg. 18. 21.

c Ezech. 16. 10. *Iudæi quàm chari Deo extiterint.*

Aptat totum hūc locum Ecclesia Romana eidem Christo domino, sed passionis suæ tempore hæc habenti, cùm in tertio responsorio secundi nocturni officij feriæ sextæ in Parasceue ita illum proponat loquentem. *Animam meam dilectam tradidi in manus iniquorum, & facta est mihi hæreditas mea sicut Leo in Sylua dedit contra me vocem aduersarius, dicens, Congregamini, & properate ad deuorandum illum.*

In Incarnatione Verbum reliquit, & hæreditatem.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Μὴ σπήλαιον ὑαίνης ἡ κληρονομία μου ἐμοί;]

|| Εὐσεβίου.] καὶ ὡς ἐν Εὐαγγελίοις πάλιν σπήλαιον λῃστῶν αὐτὴν ἀπεκάλεσεν. τοῦτο γὰρ βούλεται τῇ δυνάμει τῆς ὑαίνης τὸ σπήλαιον. τὸ γὰρ ζῶον νεκροβόρον, καὶ θηρίον ἔσχατόν τε, καὶ ἀτιμότατον. τοιαύτη

4 Vers. 9. Nonne *spelunca Hyenæ hæreditas mea mihi? &c.)*

Eusebij Cæsariensis.] *In Euangeliis Iterum speluncam latronum eam appellauit. Hoc enim nobis innuit Hyenæ specus; quippe est animal cadauerum vorax, infirmū, & vilissimum, simile huic se*

Euseb. Cæs. Matt. 21. 13. *Iudaicus populus similis Hyenæ.*

τιαύτη γέγονεν ἡ κληθεῖσα κληρονομία. καὶ γὰρ ἀποκτείνασα τοὺς προφήτας, καὶ τοὺς ἀπεσταλμένους λιθοβολοῦσα, τέλος κατὰ τοῦ δεσπότου παρῴνησεν. ||

[Μὴ σπήλαιον ὑαίνης.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τὴν ἀκαθαρσίαν λέγει τὸ θηριῶδες, καὶ ἐμοὶ τῷ κληρονομοῦντι. ἔστω, ἀνθρώποις, πῶς καὶ ἐμοί; μὴ τοιαῦτά τις κληρονομεῖ; καὶ τὰ ἔξωθεν λέγει κακά, ὅτι κύκλῳ καταδύσεις εἶχον πολλάς, οὐδὲ ἁπλῶς ἀνθρώπων σπήλαιον, ἀλλὰ θηρίων ἀκαθάρτων, καὶ χαλεπωτέρων θηρίων, ἐν σκότει διαπορευομένων.

Ὀλυμπιοδώρου.] τὸ τῆς ὑαίνης σπήλαιον μεστὸν ἐστιν ἀκαθαρσίας, καὶ ὀστέων νεκρῶν ἐκ διαφόρων σωμάτων. τοιοῦτοι δὲ ἦσαν οἱ τῶν Ἰουδαίων καθηγηταί, τάφοι κεκονιαμένοι, ἔσωθεν δὲ γέμοντες ὀστέων νεκρῶν, τουτέστι πάσης ἀκαθαρσίας πεπληρωμένοι.

[Βαδίσατε, συναγάγετε πάντα τὰ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τίνος ἕνεκεν οὐκ αὐτὸς πορθεῖς, ἀλλ' ἑτέροις δίδως, τουτέστι τὰ θηρία καλεῖς; ἵνα μάθῃς ὅτι καὶ τὰ ἔθνη τὰ ἄλλα, ὅταν βούληται, καλεῖ. ὅτι πάντες ὑπ' αὐτὸν εἰσι τεταγμένοι. || ἄλλως τε καὶ τὴν τιμωρίαν γενέσθαι χαλεπωτέραν. καὶ θαύματα ἐργάσασθαι πολλά. κἀκείνους μάρτυρας γενέσθαι τῶν συμβαινόντων αὐτοῖς.

[Ἐλθέτωσαν τοῦ φαγεῖν αὐτήν.]

|| Ὀλυμπιοδώρου.] πάντα διὰ ἁμαρτίαν πολεμοῦντα τὸν ἄνθρωπον. πρὸς δὲ ἱστορίαν τοὺς Ῥωμαίους φησίν. ||

(margin: || ἴσ. ἄλλως δὲ οὕτ.)

A se hæreditas, quam diximus exhibuit: etenim occisis Prophetis, & iis qui mittebantur lapidibus obrutis, tandem aduersus Dominum debacchata est. ||

(Nonne spelunca hyænæ, &c.)

Chrysostomi.] *Impuritatem ait, feritatem & in me hæredem. Esto in homines, cur & in me? Num quis harum rerum hæres efficitur? & exteriora mala percurrit, quod in circuitu multas haberent latebras, nec certè hominum* B *speluncam, sed ferarum impurarum, & ferarum magis noxiarum, in tenebris ambulantium.*

Olympiodori.] *Hyenæ antrum sordibus plenum est, & ossibus diuersorum cadauerum. Tales autem erant Iudæorum doctores,* [a] *sepulchra dealbata, intus verò plena ossibus mortuorum, hoc est omni impuritate:*

(*Pergite, & congregate omnes bestias,* &c.)

Chrysostomi.] *Quare ipse non disperdis, sed aliis committis? idest belluas aduocas? vt* C *intelligas, quod & alias gentes, cùm illi collubitum est, vocat: Omnes enim sub illius potestate sunt. Vtque pœnæ fierent vehementiores, miraculaque multa ederentur, illique testes forent eorum quæ illis euenissent.*

(*Veniant ad comedendam eam.*)

|| Olympiodori.] *Omnia propter peccatum cum homine bello certantia: historicè verò Romani accipiendi sunt.* ||

(margin: Chrysost. *Iudæorum feritas, & impuritas in Christum. Latebras multas ferarum impurarum habet peccator.* 5 Olympiod. *Doctores Iudæorum spelunca Hyenæ.* a Matth. 23. 27. Chrysost. *Gentes omnes sub Dei potestate sunt, vocatque earum quasque cùm sibi libuerit. Gentibus alienis fideles castigat Deus potius quam seipso ob tres rationes.* Olympiod. *Creatura omnes peccatorem impugnant.*)

Vers. 10.] Pastores multi demoliti sunt vineam meam, conculcauerunt partem meam: dederunt portionem meam desiderabilem in desertum solitudinis.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

(margin: 1 b *Pastores multi demoliti sunt (seu corruperũt) vineam meã, conculcauerunt (seu polluerunt) partem meam; dederunt portionem meam desiderabilẽ (seu desiderij) in desertũ solitudinis (seu inuium, seu desolationis admirandæ.)* 2)

Vos [b] *cura gregis mei præfeceram Sacerdotes, Prophetæ, ducesque Iudaici populi, in causa extiterunt, vt ipse eumdem populum reliquerim domum meam, dimiserimque, tametsi hæreditas mea is esset, quin & in manu dederim inimicorum* E *eius, quem vt dilectam meam habueram animam. Siquidem ij curâ omissâ pastorali in illius se dedêre ruinam: eum quasi vineam depascentes, & instar ignis consumentes, nedum fructibus, sed & foliis, & palmitibus denudando. Et re vera quem ego vt vineam plantaram electam, ipsi demoliti sunt, omnem ab ea demolientes munitionem, quâ feræ ab illa arcebantur: quem in meam assumpseram ex vniuersis populis partem, ipsi vt peripsema conculcantes contemptibilem cunctis reddidêre: Ac demum in quem, vt in portionem mihi maximè delectabilem id omne contuleram eximij, quod desiderium commouêre aptum esset: ipsi cunctis destitutum virtutibus instar arentis reddiderunt deserti, diuinâque meâ priuatum præsentiâ, & in miserrimam dederunt solitudinem. Tria mihi potissimum in vniuerso terrarum Orbe, quibus præ cæteris rebus affectus essem, elegeram Iudaicum populum, totam inquam Hebræorum collectionem ex duodecim tribubus constantem, quam in latam maximamque, & Regiam* D *plantaui in loco vberrimo vineam: In amplissima hac vinea seruaui pro parte mea magis speciali domum Iuda vt distinctam à domo Israel, decemque tribubus: Atque in hac ipsa mea parte portionem mihi maximè dilectam selegi ciuitatem Ierusalem, in quam id omne contuli, quod insigne vel virtutis esset, vel sanctitatis, vel opum, vel dignitatis. Hæc nihilominus tria pessundata non tam à meis fuêre hostibus, quàm ab iis qui de mea erant familia, quos & pastores constitueram gregis, ducesque populi mei. Quippe qui multi simul ablatâ à Iudæorum cordibus timoris Dei sepe, dirutâque diuinæ legis macerie, ac præforti deiecto diuinæ prouidentiæ muro: atque etiam munitissimâ solo æquatâ turri cultu nominis mei, vineam primò meam magnam demoliti sunt; corruptâ de præexpositis doctrinâ vniuersum meum illum deprauatum reddentes populum. Tum effecerunt, vt plebs illis in domo Iuda commissa, instar dissipatarum pecudum vineæ racemos, aliosque fructus, & vites ipsas pedibus conculcantium, quicquid in Iudæa virtutis erat, necnon & legis meæ præcepta instar vitium fructum proferentium sanctitatis, & sanctificationis, stultè, ac peruersè, & cum contemptu vt sordes conculcarent, suomet exemplo, suis* F *& glossis, & traditionibus studium omne inquinantes sanctificationis, quâ in hac mea parte sanctificabar, & propter quam sanctificationem præ decem tribubus domum ipsam Iuda vt meam seruaram partem. Quinimò vt plenior eorum in me esset iniuria, ciuitatem quoque Ierusalem portionem meam præstantissimam, & loci sanctitate, & templo, & sacrificiorum cultu, & virtutum plenitudine desiderabilem, ita malè ijdem habuêre Pastores, vt in desertum eam dederint solitudinis:* in

in id peruersitatis ea deducta, vt nedum omnibus deserta extiterit virtutibus, & virtute præditis, sed nec via pateret in illa, quâ aditus ad boni quidpiam esset. Quapropter & id ob talia, tamque Pastorum eorum horrenda indignatione fiet meâ, vt & Principes, Ducesque exercitus Chaldæorum, pastores militum, instar ferarum omnia depascentium, vniuersam demoliantur vineam terræ Hebræorum, domumque Iuda, & ipsius regionem vniuersam quasi nihilum conterant conculcentque desolatam: Et ciuitatem quoque Ierusalem plenam populo, omnibusque desiderabilibus exuberantem in horridum, ac inuium reddant desertum ac solitudinem, hominum quidem expertem, sed ferarum, & serpentium plenam.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA sensvm Literæ.

1. Sensus. *Pastorum nomine designati Principes, & Duces exercitus Chaldæorum.*

EX duplici ratione quâ metaphoricè hîc ab expositoribus nomen sumitur Pastorum, factum est, vt & dupliciter locus iste reperiatur expositus. Supra cap. 6. vidimus eo vocabulo designatos Principes, & Duces exercitus Chaldæorum, sic quippe ibi dicebatur. [a] *Ad eam filiam* scil. Sion, *venient Pastores, & greges eorum: fixerunt in ea tentoria in circuitu: pascet vnusquisque eos qui sub manu sua sunt*, & iuxta hanc acceptionem facilis est eorum quæ hîc dicuntur sensus maximè & his quæ mox præcesserunt consonus, vt cùm dictum esset, *Venite congregamini omnes bestiæ terræ, properate ad deuorandum*: quæ, vt iam explicauimus, de Babylonico dicta fuere exercitu ex ferocissimis quibusque Gentibus collecto, Nunc id enarretur, quo pacto per exercitum illum, perque tam varias, ferasque Gentes expletum id fuerit deuorationis, & consumptionis Iudææ hæreditatis Domini, nempe per Principes, Ducesque gentium earum bellicæ artis peritissimos, qui & instar Pastorum vel ferocissimas eas quasi bestias agri duxerint, ad depascendum quicquid in ipsa Dei erat hæreditate. Hoc ita ipse expono, vt aptè assumpta hîc sit Pastorum metaphora. Quod generaliter iuxta hunc primum sensum, nullâ prædictæ metaphoræ habitâ ratione, ferè communi Hebræorum præsertim, atque etiam multorum nostrorum consensu, de excidio Iudææ per Chaldæorum Principes faciendo asseritur. Vt præterita pro futuris posita sint, & eam quæ iam cæpta erat, designent ruinam.

a Ierem. 6. 3.

Exercitus Duces cur dicti Pastores.

2. Sensus *Pastorum nomine designati Sacerdotes, Prophetæ, & duces Iudaici populi.*

Cæterùm cùm idem Pastorum nomen frequentius vsurpatum acceptione item metaphoricâ pro Sacerdotibus, ac Prophetis, iisue qui ipsum Iudaicum ducebant populum, reperiatur, de istis hæc intelligenda, & pleríque sunt arbitrati, vt idipsum hîc significetur, quod eadem metaphorâ dictum fuit supra in cap. 10. [b] *Quia stultè egerunt Pastores, & Dominum non quæsierunt: propterea non intellexerunt, & omnis grex eorum dispersus est.* Vel vt sit allusio ad id quod aliàs de iisdem dictum fuerat item sup. in cap. 6. & 8. [c] *Et* [d] *curabant contritionem populi mei cum ignominia, dicentes, Pax, pax, & non erat pax.* Sed nec isti qui hunc prosequuntur sensum, vllum de vsurpatis duabus metaphoris Pastorum, ac vineæ verbum habent, aut rationem assignant, cur præcedentibus sint hæc adiecta.

b Ierem. 10. 21.

c Iere. 6. 14.

d Iere. 8. 11.

2

1. Sensus. *Probabilis & facilior.*

Mihi primus quidem sensus admodum est probabilis, & (vt iam dixi) facillimè iuxta illum consona comprobantur omnia, & connexio cum superioribus, & assumptæ metaphoræ, & illata vineæ Domini damna iis item tribus ferè simillimis, quæ eidem permissiuè à semet illata asseruit Deus ipse apud Isaiam sic minitans. [e] *Auferam sepem eius, & erit in direptionem; diruam maceriam eius, & erit in conculcationem, & ponam eam desertam.* Arridet tamen (vt verum fatear) magis secundus sensus, quia frequentissimus huiusmodi de prauis Sacerdotibus, & Prophetis ac Ducibus populi in Sacris literis reperio Domini querelas, vtpote per quos vniuersa mala misero illi contigerunt populo, omnisque Iudææ euenit ruina. Id quod & in Christiano populo ingemiscimus. Vt autem totius huius sententiæ, quæ certè efficacissima est, & affectuosissima, innotescat vis, singula opus est exactiùs perpendamus.

e Isai. 5. 5.

2. Sensus. *Magis probatur auctori.*

3

Ac primum difficile est assignare modum quo prædicti Pastores vineæ Domini enumerata intulerint damna, quídue sibi velint duæ istæ tam disparatæ metaphoræ Pastoris, ac vineæ: quandoquidem metaphoræ vineæ magis respondisset metaphora vinitorum. Quo nomine istos ipsos quos hîc dicit Pastores, apud alium Prophetam, cùm item de vinea esset sermo, sic Deus appellauit. [f] *Et dabo ei vinitores eius ex eodem loco, & Vallem Achor ad aperiendam spem & canet*, &c. Tribus autē modis Iudaici populi Duces vineæ obfuère Domini, idque vt Pastores: vno modo per omissionem: & duobus per commissionem, per semet scilicet, atque per commissos sibi animalium greges. Et quidem omissioni eorum id totum tribuendum ex simili apud Isaiam loco colligi posse videtur. In capite enim quinquagesimo sexto Isaiæ de ruina item Iudaici populi quæ futura per Chaldæos erat, siue etiam per Romanos agens Dominus primùm, sicut & hîc, bestias conuocans ait, [g] *Omnes bestiæ agri venite ad deuorandum, vniuersæ bestiæ saltus.* Tum ruinæ eius vniuersæ causam in Pastores, Ducesque referens populi illius addit: *Speculatores eius cæci omnes, nescierunt vniuersi, canes muti non valentes latrare, videntes vana, dormientes, & amantes somnia: ipsi Pastores ignorauerunt intelligentiam.* Cæterùm quamuis hæc vera sint, & rectè ei congruant Isaiæ loco, quo de Iudaico populo sub metaphorâ agitur gregis, cuius cura Pastori creditur, ita vt Pastoralis curæ omissioni meritò vniuersa gregis adscripta sint damna. Haud tamen his eadem congruunt quæ modò præ manibus habemus in Ieremiæ expositione, vbi damna non gregis sed vineæ asseruntur. Notum est autem, vineæ curam non Pastori demandari solitam, sed vinitori, cuius & omissioni damna adscribenda sunt eius, quam omni sedulitate custodire tenetur, vineæ.

f Ose. 2. 15.

. *Pastores, & duces Iudaici populi per omissionē multa damna intulisse eidem populo.*

g Isai. 56. 10.

4

Reliquum ergo est, vt iuxta duos alios modos hæc explicemus. Ac primum, quòd duces populi tam sæculares Principes, quàm Spirituales, Sacerdotes, Prophetæ, atque Doctores, quibus vt Pastoribus curæ esse debuisset Dei populus, vt eum quasi commissum sibi gregem, & regerent, & doctrinâ pascerent, & monitis curarent, omissâ Pastorali hac eius curâ, in illius potiùs se dederint ruinam, eum quasi vineam depascentes, & consumentes, nedum fructibus, sed & foliis, & palmitibus denudando. Cuius rei rationem ab eis exquisiturum Deum asserit Isaias, dicens, [h] *Dominus ad iudicium veniet cum senibus populi sui, & Principibus eius: Vos enim depasti estis vineam, & rapina pauperis in domo vestra.* Quod duobus modis intelligi potest, vel vt per id quod secundò dicitur. *Et rapina pauperis in domo vestra*, declaretur quod primò fuerat dictum, *Depasti estis vineam,*

Pastores Iudaici populi illum quasi vineam consūpsere falsâ doctrinâ, prauisque exemplis.

h Isai. 3. 14.

vineam, vel vt duo ſignificentur diſtincta & quòd depaſti ſint vineam, & quòd ſuum in ea depaſtione quæſierint lucrum, quod Apoſtolus [a] quærere dixit quæ ſua ſunt. Depaſcendi autem verbo non ſimplex dumtaxat deſignetur fructuum vineæ comeſtio, ſed & omnium quæ in ea ſunt conſumptio, talis profectò qualis combuſtione fieri ſolet ignis. Id enim quod noſter interpres vertit, *depaſti eſtis* Hebraicum exprimit verbum בער *bangar*, ardêre, comburere, & ardendo depaſci. Cuius vim optimè reddidêre Sept. illud hic verrentes ἐνεπυρίσατε. *Incendiſtis vineam*, prauâ ſiquidem doctrinâ, ſicuti ea erat quâ dicebant, *Pax, pax, cùm non eſſet pax*, & ea quâ plebem, cunctumque ſeducebant populum, nec non & multò magis peſſimæ vitæ ſuæ exemplo veluti igne quicquid virtutis, quicquid præclari, quicquid decori in Dei vinea erat, abſumpsêre.

a Philip. 2. 21.

5 *Sacerdotes & Paſtores Iudæorum vineæ Domini ruinam cauſarunt ablatis eius repagulis, & valdis.*

Magis autem propriè, congruentiúſque metaphoris paſtorum atque vineæ, totam iſtam Sacerdotes, Prophetas, ducéſque ipſos Iudæorum cauſaſſe, & effeciſſe dicendi ſunt hæreditatis Domini ruinam, quia ablatâ à Iudæorum animis ſepe timoris Dei, dirutáque diuinæ prouidentiæ macerie, dum plenâ dicerent voce, *Non videbit nouiſſima noſtra, Non videbit vias noſtras*, prout iam ſupra explicatum eſt, Iudæos ipſos eorum curæ commiſſos ex hominibus in beſtias conuerſos, in diuinorum præceptorum vites immiſerunt, in dulciſſimi fructus feraciſſimam obſequij Dei ficum deduxerunt, atque in ſanctarum traditionum arbores reliquas impulerunt. Hinc conſecutum id quod terrenæ euenire conſueuit vineæ, quando ruptis per paſtores repagulis eius, & Capræ & iumenta in illam irruunt. Hinc in eam ingens ingreſſa eſt earum multitudo vulpium, quas & adhuc paruas ſedulo ſtudio capiendas iubebat ſponſus demolientes [b] vineas: Hinc non tam de Rege Nabuchodonoſor, aut Rege Salmanaſar id dicendum fuit Pſalmi 79. [c] *Exterminauit eam aper de Sylua, & ſingularis ferus depaſtus eſt eam*, quàm de Iudæis ipſis conquerendum, & Iſraelitis, ouibus paſcuæ Dei, caprino dente omnia depaſcentibus; ita de toto ipſorum grege diſperſo hinc inde, & peruagante, [d] *Poſuit*, ait idem Deus, *vineam meam in deſertum, & ficum meam decorticauit, nudans ſpoliauit eam, & proiecit: albi facti ſunt rami eius*. Hocque illud eſt de quo & hoc loco Deus ipſe conqueritur.

b Cant. 2. 15.
c Pſa. 79. 14.
d Ioel. 1. 7.

6 *Paſtoribus tribuuntur mala gregis, & per eorum gregem illata. A Paſtoribus damna ſuſtinuiſſe in vinea ſua quàm graue ſit Deo.*

(*Paſtores multi demoliti ſunt vineam meam.*) Paſtoribus, ducibuſque populi ne dum quæ ipſimet, ſed & quæ eorum ſubditi admiſiſſent mala adſcribit. Si per extraneos, aut per hoſtes damna illata aſſereret, haud tantùm ſuæ querelæ indidiſſet efficaciæ; factum quippe retuliſſet, quod fieri ab iis iugiter conſueuit. Dicens verò, (*Paſtores*) magnam eiuſdem querelæ innuit rationem, quod ab iis damna ſuſtinuiſſet, qui nedum de ſua eſſent familia, ſed & familiæ eidem à ſe eſſent præfecti; quorum ipſe rationem præ cæteris habuit; & quos quarumcumque rerum ſuarum par fuiſſet & defenſores eſſe, & promotores. Quòd ſi ab vno eorum, vel altero id ſibi contigiſſet, nec damna tanta fuiſſent, nec querelæ tam rationabiles, cum damnis illorum facilè fuiſſet proſpicere, & expulſis iis, alios in ipſorum ſubſtituere locum. At (*Paſtores*, inquit *multi*) id admiſêre facinoris.

7 *Paſtorum improborũ quãtum robur multitudo habeat in vineam Domini.*

(*Demoliti ſunt vineam meam.*) [e] *Vinea Domini exercituum domus Iſrael eſt*, dixit aliquando Iſaias Propheta. [f] *Et vinea iſta facta* dicitur *dilecto* ſuo *in cornu filio olei*, id eſt in loco vberrimo, & præforti validâ circumdata ſepe, & excelsâ in eius medio ædificatâ turri. Paſtorum nihilominus multitudo tantum habuit roboris, vt hanc fortiſſimam, & alioquin munitiſſimam Domini exercituum deuaſtarint vineam, in eiuſdem Domini iniuriam, qui dexterâ ipsâ ſuâ illam ſummo plantarat affectu, & electam plantarat. Quomodo verò eam vaſtarunt? demoliendo: diruendo nimirum in primis, & deiiciendo quicquid in ea fortis erat munitionis, ſepem (vt dictum eſt) timoris Domini; maceriem diuinæ eius legis: necnon & fiduciam in Dei nomine, de quo in lib. Prouerb. dicitur. [g] *Turris fortiſſima nomen Domini, ad ipſum currit iuſtus, & exaltabitur*: Hanc namque vim propriè demoliendi Latinum habet verbum à mole deductum. Quamquam quod in Hebræo pro illo eſt verbum שחתו *ſchibhath*, perdere generaliter ſignificet, propriúſque corrumpere, quo ſignificatu id ſumpsêre Sept. ita hîc vertentes διέφθειραν (*Corruperunt vineam meam*,) vt & modum intelligeremus prædictæ Paſtorum demolitionis: nempe per corruptionem doctrinæ de timore, déque lege, & fide nominis Domini.

e Iſai. 5. 7.
f Iſai. 5. 1.

Paſtores vineam Domini demoliti ſunt per corruptionẽ doctrinæ de timore, de lege, & de fide nominis Domini.

g Prou. 18. 10.

8 *Pars Domini dictus & generice totus Iudæorum populus, & ſpecificè duæ tribus appellatæ Iuda.*

(*Conculcauerunt partem meam.*) Partis Domini dupliciter hoc loco ſumi poteſt nuncupatio, vel generaliter pro vniuerſo Iudæorum genere, quomodo in Cantico Deuteronomij dicitur, [h] *Pars autem Domini populus eius, Iacob funiculus hæreditatis eius*, vel ſpecialiter & ſignatè pro ea illius populi parte, quæ diſtincta a decem tribubus vocabulo Iſrael appellatis Iuda, ſeu Iudæa dicebatur, de qua apud Zachariam legimus, [i] *Et poſſidebit Dominus Iudam partem ſuam in terra ſanctificata.* Si primo id ſumpſerimus modo, prout accipitur communiter. Idipſum Deus ſignificabit (*partem meam*) dicens, atque cùm mox dixit, (*Vineam meam*:) id nihilominus innuens, tanti apud ipſum eum extitiſſe populum, tantique illum æſtimaſſe, vt ex toto terrarum Orbe, & ex innumeris eius Gentibus, quaſi ex vaſtiſſima poſſeſſione eum vnum vt proprium ſuáque manu plantatam vineam in ſuam aſſumpſerit partem, in cuius & cultura, & cuſtodia totus ferè eſſet. Placet tamen mihi magis ſecunda eiuſdem appellationis acceptio: Vt præſens oratio ſit acreſcens aduersùs improbos Paſtores, quod & verbo (*Conculcauerunt*) fit, vt mox explicabo. Ex generali enim illa vinea tam lata, & magna, de qua in Pſalmo 79. [k] *Plantaſti radices eius, & impleuit terram. Operuit montes vmbra eius, & arbuſta eius Cedros Dei. Extendit palmites ſuos vſque ad mare, & vſque ad flumen propagines eius*, partem ſibi eſſe Deus voluit peculiarem Iuda, duas nimirum tribus, quas & vt partem ſuam, abiectis decem tribubus, ſibi ex tota ſeruauit vinea. Quid verò, dicet aliquis, eximij hæc habuit vineæ pars, propter quod ſpecialiter Deus illam in ſuam elegit partem? ipſiuſmet Dei ſanctificationem, à qua & inſigne habuit nominis, vt ex eo colligitur Pſalmi, quo dicitur, [l] *Facta eſt Iudæa*, ſeu propriùs ex Hebr. *factus eſt Iuda ſanctificatio eius.* Deficientibus quippe poſt Salomonis obitum decem tribubus à vero Dei cultu ad cultum vitulorum aureorum, & conſequenter ab eiuſdem Dei lege, ſacrificiis, & virtutibus, quibus apud populum illum Deus ſanctificabatur, pars Domini Iuda in eius perſtitit ſanctificatione. Ideóque bene apud Zachariam dicebatur, [m] *Et poſſidebit Dominus Iudam partem ſuam in terra ſanctificata*, id eſt, idcirco ipſum

h Deu. 32. 9.
i Zach. 2. 12.

Iudaicus populus ex omnibus Gentibus, & ex vniuerſo mundo à Deo electus vt ſua peculiaris pars.

Domus Iuda ex toto populo Hebræo pars peculiaris Domini.

k Pſ. 79. 10.

Duæ tribus dictæ peculiaris pars Domini, quia in iis ſanctificatio eiuſdem Domini.

l Pſal. 113. 2.
m Zach. 2. 12.

ipsum Iudam vt suam possidebit peculiarem partem, quia ex tota Hebraici populi vinea, is terra est sanctificata, sanctitatis atque sanctificationis.

9 *Pastores duas tribus partem Dei conculcasse eidē Deo grauissimum extitit.* a Isai. 63. 18.

Quòd si ingenti cum dolore conquestus apud Dominum aliquando est Isaias verbis iis. [a] *Quasi nihilum possederunt, populum sanctum tuum*: Ac si diceret, Populum, qui alioquin pars tua, & ex vinea ipsa tua illa magna, terra sancta, iam ita habent Gentes, ac si nihil esset: Quod melius declarans addidit. *Hostes nostri conculcauerunt sanctificationem tuam*, templum quidem communiter intelligunt, sed eumdem non incongruè intelligi posse arbitror populum Iuda, sanctificationem Dei, vt populum, partémque Dei, sicut vidimus appellatum. Quantò maiori cum affectu suas idemmet Deus promere potuit querelas, non iam de hostibus, sed de suismet Pastoribus. (*Pastores multi demoliti sunt vineam meam*, Quodque me magis angit, *Conculcauerunt partem meam.*)

Pastores Iudaeorum conculcasse dicuntur partē Domini, conculcatā reddentes sanctificationis studium.

Quomodo conculcauerunt? conculcando sanctificationem, propter quam pars Dei Iuda dicebatur. Effecerunt enim, vt plebs sibi commissa, instar dispersarum pecudum vineæ racemos, aliosque fructus, & vites ipsas pedibus conculcantium quicquid in Iudæa virtutis erat, necnon & Dei præcepta instar vitium fructus proferentium sanctificationis, & sanctitatis, stultè, ac peruersè & cum contemptu conculcarent, vt sordes, & peripsemata. Bene autem iisdem Pastoribus talis adscribitur conculcatio, ab eorum facta subditis, ac discipulis, tum quia id & ipsi suo præstiterunt exemplo: tum quia praua insuper doctrinâ suâ præexpositam sanctificationem sordidam esse docuerunt, virtutes, diuinaque legis præcepta suis falsis inquinantes glossis, atque traditionibus. Quod expressêre Sept. pro (*conculcauerunt*) legentes ἐμόλυναν (*polluerunt, inquinarunt*), quem significatum habet & Hebraicum verbum בוססו *bosesu*, quamuis id propriùs significet (*conculcauerunt.*)

10 *Iudaicus populus appellatus vinea, pars, & portio Domini desiderabilis*

(*Dederunt portionem meam desiderabilem in desertum solitudinis.*) Duobus pariter modis, & portionis Domini desiderabilis accipi potest nomen, sicut in præcedenti membro de voce obseruauimus partis item Domini: generaliter & specialiter, & quidem communi expositorum consensu generaliter & hoc sumitur, vt eadem vinea seu idem populus, eademque Iudææ Regio tribus insignita sit nominibus, sicut supra vers. 7. tribus pariter expressa est appellationibus, domus, hæreditatis, & dilectæ animæ, seu dilectionis animæ Dei, vt & hac nuncupatione portionis Domini desiderabilis, ipsa designata sit vinea optima, fertilis, atque præclara, iuxta illud, [b] *Vinea autem Domini exercituum domus Israel est & germen eius delectabile.* Quod enim in Hebraico textu est (*desiderij*) appositum portionis, id designat totum eximij, delectabilis, & optimi, quod vineam ipsam delectabilem redderet, & desiderabilem atque amabilem, Vt sic eumdem populum portionem desiderij sui dixerit, quomodo supra dilectionem dixit animæ suæ. Sicque id confirmetur quod ibi notauimus, Cùm à Deo dicebatur, *Dedi dilectam animam meam in manu inimicorum eius*; Eatenus illam dedisse Deum, &c. quatenus ea primùm dederat se se in manu inimicorum suorum; hac scilicet ratione, quâ eius Pastores, ac Duces ipsam dedisse hîc dicuntur in desertum solitudinis, prout mox explicabo.

b Isai. 5. 7.

Portio Domini desiderij quid sit.

11 Cæterùm tametsi sensum istum vt communem venerer, nihil tamen illi detrahens persisto libentiùs in capta opinione mea, vt oratio ista tota sit accrescens, & in verbis, & in nominibus, & in ipsorum nominum significatis, Sanè in nobilissimis quibusque Principum vineis, id obseruare est; vt quamuis vinea ipsa tota Principis sit, eidémque chara, & delectabilis; præsertim si is illam plantarit: distinctæ tamen quædam in eadem sint partes, quas Italicè dicimus, *Vigne secrete, ò Giardini secreti*, quarum frequenter vna est alterâ præstantior, in qua Princeps magis se se detineat, in quam & id conferat omne quod fructuum reperiatur eximij, quodque pulchri sit, & delectabilis, ac desiderabilis. Vineam Domini exercituum magnam, & spatiosam vniuersum Hebræorum populum vidimus doluisse Deum ipsum in primo huius sententiæ membro à Pastoribus deuastatam. *Pastores multi demoliti sunt vineam meam*, necnon & præcipuum eiusdem vineæ partem appellatam Iuda, & duas tribus multò maiori (vt ita dicam) cum Dei dolore ab iisdem Pastoribus conculcatam, in membro secundo, *Conculcauerunt partem meam.* Reliquum est, vt accessionem comprændamus eiusdem Dei doloris explicati membro isto. (*Dederunt portionem meam desiderabilem, seu desiderij in desertum solitudinis.*) Doloris certè præcedentium maximi, amori in portionem desiderabilem respondentis. Portionem namque istam desiderabilem Dei, præstantiorem, & secretiorem, atque amabiliorem intellige in magna vinea partem, in qua libentiùs, & iucundiùs detinebatur, quamque speciali studio cælestis excoluit Princeps, Vrbem dico Ierusalem, ciuitatem Sion, ciuitatem Dei propterea appellatam, portionem in tota vinea, ac in ipsa speciali Dei parte eius vineæ in domo inquam Iuda, & in duobus tribubus nobilissimam, pulcherrimam, omnique iure præstantissimam, de qua in Psalmo. [c] *Gloriosa dicta sunt de te Ciuitas Dei*: & in Threnis. [d] *Haccine vrbs perfecti decoris, gaudium vniuersæ terræ.* Hanc quoque Pastores ita malè habuerunt, inquit Deus, iisque ipsi Pastores, quos eidem præfeceram, vt dederint illam in desertum solitudinis.

In Principū magnis vineis secrete, & nobiliores esse solent eiusdem vineæ partes.

Portio Dei desiderabilis vrbs Ierusalem.

c Psal. 86. 3 d Thren. 2. 10.

12 *Pastores Iuda quomodo ciuitatem Ierusalem portionem Dei desiderabilem dederint spiritualiter in desertum solitudinis.* e Isai. 1. 21.

Duobus autem modis Sacerdotes, Prophetæ, Ducesque populi id effecêre suis prauis & docendi & agendi rationibus, spiritualiter primùm, ex quo id ipsum secundò consecutum est materialiter iuxta historiam, quæ Vrbi ipsi contigit calamitatem. Quomodo primum per eosdem factum sit pastores, ex Isaia discere est, sic id ingemiscente, [e] *Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis plena iudicij? iustitia habitauit in ea*, vtpote in qua vera fides, sincerusque Dei cultus antiquitus seruabatur, loco, quem elegerat Dominus vt in eius templo coleretur, & à Sacerdotibus, & Scribis responsa, & ius cuique darentur: quamque vnà cum eodem Deo & virtus ipsa incoluit, ita vt magnâ hominum virtute præditorum abundaret copiâ. *Nunc autem*, inquit, *homicidæ*, scilicet in ipsa habitant, desertam suis eam reddentes homicidiis Sanctorum virorum. *Argentum tuum*, doctrinaque tua [f] *versum est in scoriam* in doctrinam adulteratam: *vinum tuum mixtum est aqua*; Sacrarum literarum vinum Spiritus Sancti efficacissimum, scribarum tuarum Spiritu, & commentatione, veluti frigidâ dilutum aquâ, vim roburque suum in te amisit. Idque totum ex Pastoribus factum est tibi, qui te portionem Dei desiderabilem dedêre in desertum solitudinis, [g] *Principes quippe tui infideles, socij furum: omnes diligunt munera,*

f Isai. 1. 22.

g Isai. 1. 23.

munera, sequuntur retributiones, Pupillo non iudicant, & causa Viduæ non ingreditur ad eos. En ciuitatem omnibus destitutam virtutibus, desertumque redditam, omni ferarum, vitiorumque genere plenam. Nosse vis quomodo nedum tale sit effecta desertum, sed & insuper in desertum data à Pastoribus sit, & *solitudinis*, vt dicitur in Vulgata, & *stupendæ desolationis*, vt Hebraica designat vox שממה *sciemamah*? recole quæ in principio capitis quinti per Ieremiam nostrum dicta fuère [a] *Circuite vias Ierusalem, & aspicite & considerate, & quærite in plateis eius, an inueniatis virum facientem iudicium, & quærentem fidem.* (In desertum inuium) legunt Sept. & bene: quia in id peruersitatis eadem data est ciuitas à Pastoribus, vt nedum omnibus deserta extiterit virtutibus, & virtute præditis, Sed nec via in ea pateret, quâ aditus ad boni quidpiam esset. Vnde haud mirum si iusto Dei iudicio etiam materialiter secundùm historiam idipsum eidem miseræ contigerit vrbi, de quo & queritur Deus dicens, (*Dederunt* scil. Pastores multi *portionem meam desiderabilem in desertum solitudinis,*) iuxta illud, [b] *Quomodo sedet sola ciuitas plena populo?* illudque apud Isaiam. [c] *Ciuitas sancti tui facta est deserta, Sion deserta facta est, Ierusalem desolata est.*

a Ierem. 5. 1.
b Thren. 1. 1.
c Isai. 64. 10.

Vers. 10.] Pastores multi, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

13 *Operum prima in Mundo diuisio fuit in pastorale, & in agricolationem.*

IN prima terrenorum operum diuisione quæ à principio facta est mundi legimus in libro Genesis, duorum primorum fratrum Cain, & Abel alterum pastoris exercuisse munus, alterum agricolæ assumpsisse opus. Neque enim qui pastor extitit rectè pastoris explêre quiuisset munia, si & agricolationi simul operam dare voluisset, neque agricola terram, vt par erat potuisset excolere, si pastorali implicare se obnixus esset curæ. [d] *Fuit Abel*, dicit textus, *pastor ouium, & Cain agricola: factum est autem post multos dies, vt offerret Cain de fructibus terræ munera Domino. Abel quoque obtulit de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorum.* Si & Sacras noui testamenti voluamus paginas, in quibus Ecclesiæ spiritalis mundi describuntur primordia, similem quoque inter fratres comperiemus factam operum diuisionem. Quid enim aliud Sancti sibi voluerunt Apostoli, quando [e] *conuocatâ discipulorum multitudine dixerunt, Non est æquum nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis. Considerate ergo fratres viros ex vobis boni testimonij septem, plenos Spiritu Sancto, & sapientia, quos constituamus super hoc opus. Nos verò orationi, & ministerio verbi instantes erimus.* Nisi hæc duo ab inuicem distincta designare munia, pastoris inquã spiritalis, & agricolæ mystici. Spiritalis enim Pastor est, qui animas pascit spiritali ratione, spiritalique pabulo: mysticus verò agricola is omnis dicendus, qui in terrenorum desudat cultu, & ministeriò. Bene autem ad hæc duo potissimùm tam materialis, quàm spiritalis mundi multiplicia & munia redacta sunt, & opera: quia hæc duo sunt inter se maximè incompossibilia, cùm eorum vtrumque præ studiis reliquis vniuersis, iugis, & indefessæ sit sollicitudinis, & multiplicis operis.

d Gen. 4. 2.
Operum prima diuisio in Ecclesia fuit in pastorale, & in agricolationis.
e Act. 6. 2.

14 *Pastoris quæ-nam sint onera, quales & labores.*

Quis enim explicet quæ ad pastoritiam artem rectè explendam requirantur, quanta vigilantia, quanta peritia, quanti labores, quanta & facere oporteat, & pati? Lege caput trigesimum primum libri Genesis, vbi à [f] vers. 38. videbis Iacob ea prosequentem, quæ & in pascendis ouibus Laban ipsemet fuerat expertus. Lege & totum caput 34. Ezechielis Prophetæ, [g] Dominum fusiùs eadem enarrantem, de spiritalibus agentem Pastoribus. Quis & ea enarret quæ vel ad vnam vineæ agricolationem necessaria sint, iugis pariter laboris, peritiæ, diligentiæ, ac operis? *Cognoui iam plurimos*, ait Columella lib. 4. de re Rustica cap. 3. *qui persuasum haberent agrum bonis, ac malis rationibus colendum. At ego cùm omne genus ruris nisi diligenti curâ, scitéque exerceatur, fructuosum esse non posse iudicem, tum vel maximè vineas. Res enim est tenera, infirma, iniuriæ maximè impatiens, quæ plerumque nimio labore, & vbertate consumitur, peritque, si modum non adhibeas, fœcunditate suâ.* Lege apud ipsum Columellam eodem libro, quomodo iugi in vineæ desudandum sit studio, vel in scrobibus faciendis, vel in vitibus conserendis, vel in terra sæpius fodienda; vel importandis palmitibus, vel in palis adhibendis; vel in pampinatione; vel in vindemia, & cæteris similibus faciendis. Sicut igitur vtrique istorum maxima operæ precium est inferat damna is, cui alterutrum eorum commissum sit vel pastoris munus, vel vinitoris, si in alterum suum conuertat studium, quod in commissum debuisset impendere. Ita & in Ecclesiasticis euenire hoc loco significat Dominus, dicens. (*Pastores multi demoliti sunt vineam meam.*)

f Gen. 31. 38.
g Ezech. 34. 1.
Vinearum agricolatio qualis, quantisque sit operis, & laboris.
Columella.

15 *Beneficia curata duo habent adnexa, pastoris, & censuum collectionem.*

Duo in Ecclesiasticis viris studiorum in primis reperio munia, cuique eorum quæ curata nuncupantur, adnexa beneficio, Pastoralis cura animarum, & censuum collectio; Et quidem tametsi vtrumque ad beneficiatum pertineat; tamen quia pascere suamet debet præsentiâ, labore suo, & vigilantiâ ac sedulitate suâ; idcirco Pastor propriè dicitur, hocque ei vnum tribus vicibus pascendi studium inculcauit Iesus, quum Petro Apostolo dixit, [h] *Pasce agnos meos; pasce agnos meos; pasce oues meas:* & non vinitor nuncupatur propter census quos ex Ecclesiæ terris, & ex vinea colligit Domini: quia vineam, terrasque ipsas aliorum committere debet curæ, ex earumque locatione congruos colligere censuum fructus: prout ex Euangelica discere est parabola patris familiâs, [i] *qui vineam suam locauit agricolis. Cùmque tempus fructuum appropinquasset, misit seruos suos ad agricolas, vt acciperent fructus eius.* Et in Canticis legimus, [k] *Vineam fuisse pacifico in ea quæ habet populos, & tradidisse eam custodibus, quorum singuli afferrent pro fructu eius mille argenteos.* Egregiè Gregorius Nazianzenus libro Carminum Cygneorum, Carmine de Episcopis, non longè à fine. *Me quidem*, inquit, *pudet. Antistitem ne putabas rationarium esse? Stercora tibi curæ sunt. Meo iudicio vnum est maximum Sacerdotis, & quidem solius opus, nimirum animos, & ita doctrinaque purgare, diuinis homines motibus sursum ferendo, vtque sedatus sit, & sursum erectam mentem habeat, & solos in se diuinos radios absque maculis habeat expressos, tamque speculum intus conformatum, ac Sanctas pro liberis oblationes mittat Deo, donec eos efficiat diuinam oblationem. Cætera missa faciat, ac relinquat iis, qui ea rectiùs tractare possunt. Sic vita nostra securè transigetur.* Tota spiritalis mundi, & Ecclesiæ exinde prouenit ruina, quòd Curati Sacerdotes, & Episcopi in primis Pastoris simul, & vinitoris exercere volunt munia, maiusque vineis adhibent studium, & agricolationi, quàm gregi pascendo. Et

h Isai. 21. 15.
Curatus cura animarum per semet, beneficij verò rebus temporalibus per alios attendat.
i Matth. 21. 33.
k Cant. 8. 11.
Ecclesiarum ruina ex eo quòd Episcopi, & Curati volunt esse Pastores simul, ac vinitores.

Et nec de gregibus quidpiam Deo offerunt vel conuersionis, vel spiritalis progressus animarum; nec munera eidem exhibent de agricolationis suæ fructibus: Et in hoc multò inferiores quàm primi, vt vidimus, fratres Abel, & Cain, quorum vtérque Deo de suo obtulit opere: Id igitur illud est, de quo nunc queritur Dominus: omissáque ea quæ maioris momenti per prædictos pastores gregi, adeoque & Ecclesiæ infertur ruina; eamque cùm explicari non posset nobis cogitandam, & deplorandam insinuans ipso pastoris pronunciato vocabulo vinearum adnexo operi, eius solummodo defleт ruinæ damna, quæ per tale agricolationis studium ipsis Ecclesiæ infertur temporalibus bonis. (*Pastores multi demoliti sunt vineam meam,*) generaliter primum bona vniuersa, agros, oliueta, vineta, Syluas, & cætera huiusmodi ob rationem supra allatam vinearum designans nomine, eorumque damna demolitioni assimilans vineæ.

16 *Curati quæstui & proprio lucro intendentes maxima dãna inferunt & terrenis Ecclesiæ bonis.*

In prouerbium sanè iam versum est, vt qui vineam in societatem ab eius acceperit domino, modico temporis spatio eam reddat demolitam, quia illi haud tam de vinea cura est, quàm de lucro ex ea sibi capiendo. Quid igitur mirum, si dum Ecclesiæ pastores toti sunt in proprio ex Ecclesiæ bonis sibi procurando lucro, bona ipsa demoliantur, & vineam Dei terrenam? Sed multò peius id est quod pro eodem sibi augendo lucro, partem quoque conculcant, defœdantque Domino seruatam. (*Conculcauerunt*, inquit, seu *inquinauerunt partem meam*) vtpote qui & ea Ecclesiæ bona quæ nosocomiis, aliisque operibus piis destinata sunt, omnium exponunt conculcationi, conculcantque & ipsi, quando quæstum sibimet ex illis amplius capere nequeunt: necnon & sæpius profanari sinunt à sæcularibus quæ pauperum sunt, vt ipsis pariter ea dicantur à Domino per Ezechielem.[a] *Nonne satis vobis erat pascua bona depasci? Insuper & reliquias pascuarum vestrarum conculcastis pedibus vestris: & cùm purissimam aquam biberetis, reliquam pedibus vestris turbabatis.* Tertium denique per pastores eosdem infertur Ecclesiæ damnum præ cæteris maximum, quod iis hîc designatur, (*Deduxunt portionem meam desiderabilem in desertum solitudinis.*) Portio Dei desiderabilis inter ea quæ pastores prædicti commendata habent in bonis Ecclesiæ, Sacra sunt templa, eorumque ædificia; quæ & desiderij portio dicuntur ob preciosam eorum suppellectilem argento, & auro, & plerumque etiam lapidibus preciosis decoram, quibus desiderium commouetur intuentium. Vtinam non esset & nobis frequenter hac de re ingemiscendum, propriis oculis videntibus, atque etiam auditu percipientibus, nobilissimarum Abbatiarum templa magnis olim extructa sumptibus, ditissimas redditibus multis Ecclesiasticis dirutas, atque in desertum solitudinis redactas, lucro proprio dumtaxat indulgentibus beneficiatis, & Ecclesiasticis Pastoribus.

a Ezech. 34. 18.

Templorum, & ædificiorũ Ecclesiasticorum ruina, & desolatio ex eo quòd beneficiati soli intendũt suimet lucro.

17 Hug. Card. *Per Prælatos malos quanta damna proueniant Ecclesiæ.*

Ad spiritalia Ecclesiæ damna per eius pastores ipsi illata refert hæc Hugo Cardinalis in sua mystica expositione: quo loco ponderat primùm quòd praui isti pastores dicuntur multi, tum quia [b] *stultorum infinitus est numerus*, vt dicitur in lib. Ecclesiastes, tum quia eorum singuli non vnum, sed multa quærunt in ouibus, lac scilicet, & lanam, non earum salutem, propter quod ab illo vno diuisi sunt Pastore, qui ait,[c] *Ego sum Pastor bonus.* Demolitos verò hos inquit vineam Domini, quia Ecclesiam à mole sanctitatis & grauitatis morum, & bonorum operum diuiserunt. Conculcasse item Dei partem, quia spiritualia in suis contemptui habuerunt Ecclesiis: cùm tamen partem propriam minimè conculcent, quorum de temporalibus congregandis tota est sollicitudo. Denique & portionem Domini desiderabilem dedisse in desertum solitudinis subditorum, qui animas quas Christus proprio redemit sanguine, quasque præ cæteris quæ in mundo sunt amare Deus dicitur in libro [d] Sapientiæ, incultas, & desertas dimittunt, in culpam, & scelera eas deducentes, per quæ à Deo deseruntur.

b Eccl. 1. 15.

c Ioan. 10. 11.

d Sap. 11. 27.

Andr. Cap. *Per Dæmonia quàm malè tractetur anima vinea, & pars, & portio Dei.*

Refert eadem ad animæ damna illata à Dæmonibus Andreas Cappella, quorum primum fit demolitio sepis, & maceriæ timoris videlicet Dei, & custodiæ sui ipsius, quam demolitionem sequatur eorumdem Dæmoniorum conculcatio ipsius animæ, dum ea omni spurcitiæ genere fœdatur: vnde fiat, vt detur in desertum solitudinis spoliata virtutibus, & Domino eam relinquente. Possent autem multa iuxta tropologiam istam expendi quoad vim trium distinctarum appellationum eidem ab ipsomet Deo animæ inditarum, & trium pariter distinctorum verborum, sed non est cur in his detineamur: perpensis enim quæ circa eorum quodque dicta sunt in prima literæ expositione, facile cuilibet erit in hoc argumentum Philosophari.

VVLGATÆ.

Vers. 10.] Pastores multi demoliti sunt, &c.

SEPTVAGINTA.

10. Ποιμένες πολλοὶ διέφθειραν τὸν ἀμπελῶνά μου, ἐμόλυναν τὴν μερίδα μου, ἔδωκαν τὴν μερίδα τὴν ἐπιθυμητήν μου εἰς ἔρημον ἄβατον.

Vers. 10.] Pastores multi disruperunt vineam meam: polluerunt partem meam: dederunt portionem meam desiderabilem in desertum inuium.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Reges multi occiderunt populum meum, conculcauerunt hæreditatem meam, posuerunt possessionem desiderij mei in desertum desolationis.*

Vers. 10. (*Pastores multi*, &c.) Citat hunc locum Clemens Papa lib. 2. Apostolicarum Constitut. cap. 15. in hunc modum. (*Multi Pastores vineam meam vastauerunt, fœdarunt hæreditatem meam.*)

Sacerdotes praui causa ruinæ plebis fidelium. Clem. Papa.

Greg. Naz.

Gregorius Nazianzenus in Apostolico post dimidium. De Sacerdotibus ait hæc à Domino habita, (*Multi Pastores demoliti sunt vineam meam, contaminauerunt partem meam desiderabilem, adeo vt in inuiam solitudinem redacta sit.*) Super me, Nazianzeni verba ait Elias Cretensis. *Per vineam Israeliticum populum intelligit, de quo Dauid,*[e] *Vineam de Ægypto transtulisti. Hunc autem etiam partem appellat. Dederunt enim*, inquit, *partem meam desiderabilem in inuiam solitudinem. Talis autem est impietas, & iniquitas, vt quæ diuino amore præditis in-*

e Psal. 79. 9.

Desertum inuium est iniquitas.

uia sit, vtpote eorum qui per eam ambulant, animas spiritualibus fructibus vacuas reddens.

Hieron. *Prælati reddituri rationem pro commissis sibi gregibus.*

Hieronymus in Comment. *Audiant hæc qui Principes volunt esse populorum, quòd non solùm pro se, sed pro commissis sibi gregibus reddituri sunt rationem in die iudicij. Propter illos enim pars Domini conculcatur, atque polluitur, vt vbi quondam Dei erat hospitium, ibi sit habitaculum bestiarum. Alij verò non præpositos plebis, & Sacerdotes, sed hostium intelligunt Principes, qui Ierusalem, id est, vineam Domini dissiparunt.*

2 Cyrill. Alex. *Ex Sacerdotum auaritia Ecclesiarum demolitio, & conculcatio pietatis.* a Ioan. 2. 14.

Cyrillus Alexandrinus lib. 1. in Ioannem cap. 27. super ea verba. [a] *Et inuenit in templo vendentes,* &c. *Qui* inquit, *hæc prohibere debebant ne fierent, imperare vt fierent videbantur: ita verè de ipsis, Scriptura locuta est, (Pastores multi demoliti sunt vineam meam, conculcauerunt partem meam, &c. posuerunt eam in dissipationem) Corrupta enim certè fuit Domini vinea, quæ auaritia Præsulum inculta conculcare pietatem didicit.*

b Ioan. 7. 13.

Idem lib. 4. item in Ioannem cap. 39. super verba illa. [b] *Nemo tamen palàm loquebatur de illo propter metum Iudæorum. Quum ipsi Iudæi,* ait, *murmurent Iudæorum tamen dici timore neminem de illo palàm loquutum. Sed præcipuè hîc Iudæos, Iudæorum Principes appellauit. Indignum enim iudicauit homines adeo à pietate remotos Sacerdotes, aut seniores populi appellare, quos per Prophetam vt spiritalis vineæ corruptores Deus accusat dicens. (Pastores multi demoliti sunt vineam meam,&c. posuerunt eam in dissipationem.) Quomodo enim dominicam vineam ipsi iniquitate suâ non deuastarunt, qui non modò nihil ad cultum ipsius conducunt; verùm etiam studia, & opera faciunt, vt populus timore pressus non pareat rectè docenti? Quemadmodum igitur gubernator sic quum ipse gubernandi rationem habeat, cæterique omnes qui in eadem sunt naui, sibi apprimè obtemperent, ipse solus culpam habebit, si nauem in cautes, & scopulos illiserit: aut auriga si agens in inuia, currus fregerit: Ita certè Iudæorum Principes, quia subiectam patentemque plebem habebant, non iniuriâ perditionis omnium rationes relaturi sunt.*

Prælati reddituri rationem de peccatis subditorum.

3 Theodorit.

Theodoritus. *Legis doctores fuisse ait auctores impietatis crucifixionis Christi, (Pastores multi demoliti sunt, &c.) euaserunt in deletionem, & interitum. Principes enim Sacerdotum, Scribæ, & Pharisæi decipientes populum, & Dominum crucifigentes, accersiuerunt Iudæis Vulgata quæ eis euenerunt postmodum mala.*

Sacerdotes & Scribæ auctores crucifixionis Christi.

Synodus 7. In Iconoclastas.

Septimâ Synodo, quæ & Nicena secunda, Actione septimâ, in definitione eiusdem Synodi, de Iconoclastis, dicitur. *Quandoquidem suarum dedicationum, & oblationum Deo decentem ornatum calumniari non dubitarunt, appellantes se Sacerdotes, cùm re vera non sint. De his Deus per Prophetam clamat. (Pastores multi destruxerunt vineam meam, contaminauerunt portionem meam.) Minimè enim sanctè viros qui sibi ipsi multa tribuunt, sequuti, sanctam nostram Ecclesiam, quam sibi Deus adaptauit, accusarunt: neque inter Sacrum, ac prophanum vllum discrimen posuerunt. Nam imagines Dei, & Sanctorum suorum, similiter cum statuis Sathanicis idolorum nomine appellarunt.*

4 D. Thom. c Isai. 5. 5.

D. Thomas. *Designat hostium afflictionem quantum ad interfectos, (Pastores multi,) id est Principes Chaldæorum, vt supra 6. Vel Principes populi demoliti sunt, per occisionem. Et quantum ad oppressos seruitute, & captiuitate (Conculcauerunt) Isai. 5.* [c] *Auferam sepem eius, & erit in direptionem. Et terra desolationem (Dederunt portionem.)*

Prælati praui destruunt fidelē populū propter multa. d Ierem. 10. 21. e Iere. 50. 6. f Zach. 11. 17. g Ezech. 34. 4. h Zach. 11. 16.

Idem ad finem capitis huius 12. *Nota*, inquit, *quòd Prælati destruunt populum propter operis peruersitatem, supra 10.* [d] *Quia stultè egerunt Pastores, & Dominum non quæsierunt, propterea non intellexerunt: & omnis grex eorum dispersus est, propter doctrinæ falsitatem, infra 50.* [e] *Grex perditus factus est populus meus, Pastores eorum seduxerunt eos, feceruntque vagari in montibus,&c. Propter timoris pusillanimitatem, Zach. 11.* [f] *ô Pastor, & idolum derelinquens gregem,&c. Propter dominij austeritatem, Ezech. 34.* [g] *Cùm austeritate imperabatis, & cū potentia, & dispersæ sunt oues meæ, &c. Propter curæ remissionem Zach. 11.* [h] *Suscitabo Pastorem in terra, qui derelictum non visitabit, dispersum non quæret, & contritum non sanabit. Id quod stat non enutriet, & carnes pinguium comedet, & vngulas eorum dissoluet.*

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΠΟΙΜΈΝΕΣ πολλοὶ διέφθειραν τὸν ἀμπελῶνά μου.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἡ κατὰ θεὸν ποιμαντικὴ μία ἐστίν. οἱ δὲ πολλοὶ ποιμένες, εἴτε Ἰουδαῖοι, εἴτε ἕλληνες, εἴτε αἱρετικοὶ διαφόρους εἰσηγοῦνται διδασκαλίας, καὶ ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ κρατῦναι βούλεται. ὅθεν καὶ διάφοροι τῶν διδασκομένων οἱ τρόποι.

Τοῦ χρυσοστόμου.] ὅρα πῶς μιμεῖται ἄνθρωπον, καὶ βουλόμενον κολάσαι, καὶ ἀλγοῦντα ἐπὶ τῇ κολάσει, καὶ ζητοῦντα μικρὰν γοῦν ἀπολογίαν πόθεν εὑρεῖν τοῖς μέλλουσι τιμωρεῖσθαι. ποιμένες πολλοί. τίνος ἕνεκεν προειδὼς ταῦτα οὐκ ἀνεῖλες αὐτούς; τίνος ἕνεκεν ποιμένας τοιούτους ἐπέστησας; ἀλλ' εἶπον μὴ προσέχειν αὐτοῖς, ἀλλὰ τῷ νόμῳ μου. τίνος γὰρ ἕνεκεν οὐ θαυμαστοὺς διδασκάλους ἐπέστησας, καὶ τὸ ποίμνιον οὐκ ἐφθάρη;

5 Vers. 10. *Pastores multi dissiperunt vineam meam,&c.)*

Olympiod. *Pascendi scientia, quæ Deo probatur est vna infidelium verò sunt plures.*

Olympiodori.] *Pascendi scientia Deo probata vna est. Multi verò Pastores siue illi Iudæi sint, siue Ethnici, siue Hæretici, diuersas tradunt doctrinas, & quisque suam probare nititur, vnde & multiplices discipulorum mores.*

Chrysost. *Puniens peccatores Deus in hoc mundo præbet illis occasiones ipsum placādi. Prælatos malos cur præfici finat, & cur perdurare permittat Deus.* i Matt. 23. 3.

Chrysostomi.] *Vide vt imitetur hominem, & punire volentem, & si puniat dolentem, & quærentem alicunde puniendis vel modicum defensionis prætextum. (Pastores multi.) Quare cùm tu hæc præscires eos non perdidisti? quare tales præfecisti Pastores? Sed dixeram,* [i] *legi meæ, non illis attendendum. Tu verò cur illis præclaros non præposueras magistros, per quos ouile non periisset? Vt discant & cùm mali præsunt,*

θάρη; ἵνα μάθωσι, καὶ πονηρῶν ὄντων ἀνθρώπων, μὴ προσέχειν αὐτοῖς. ποία γὰρ αὐτοῖς χάρις; μὴ γὰρ οὐκ ἦν νόμος; μὴ γὰρ οὐκ ἦσαν προφῆται, μὴ γὰρ ἐγκατέλιπον ἐρήμους; οὐκ ἠβουλήθην ἀνάγκῃ καλοὺς εἶναι, [καὶ μετ' ὀλίγα] ἐμόλυναν τὴν μερίδα μου, πανταχοῦ τοὺς ποιμένας αἰτιᾶται, καὶ τοὺς ἄρχοντας, οὐχὶ τοὺς λοιποὺς ἀπαλλάττει. πῶς γάρ; μὴ γὰρ ἄλογα πρόβατά εἰσι; || μὴ γὰρ οὐκ ἠδύναντο ὑψῶσαι αὐτούς; μὴ γὰρ οὐχ ἱερεμίας τότε ἦν;

|| ἴσ. μὴ γὰρ οὐκ ἠδύναντο βελτίους ἑαυτούς.

A *sunt, non illos attendere. Quæ enim illis gratia? Num lex non erat? Num Prophetæ non erant? Num destitutes reliqui? nolui probos esse necessitate coactos,* [& post pauca,] *Fœdauerunt partem meam. (Vbique Pastores accusat & Principes, non tamē reliquos culpā liberat.) Cur enim? Num pecora rationis expertia sunt? Num se ipsos ad bonam frugem reducere non poterant? Num Ieremias tunc non florebat?*

Subditi non sunt culpæ expertes tametsi eorum culpa adscribatur Prælatis prauis.

Verſ. 11.] Posuerunt eam in dissipationem, luxitque super me: desolatione desolata est omnis terra: quia nullus est qui recogitet corde. B

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Posuerunt eam in dissipationem, luxitque super me.

Ad [a] vltimum Iudæa deuenit exterminium, hostes quippe illius Chaldæi, Chaldæorumque Rex Nabuchodonosor in extremā eam redegerunt ruinam, ac dissipationem. In maximam autem Iudææ ipsius cōfusionem id quoque factum est stuporis maximi, vt non recogitantibus & tantorum malorum causam peccata sua non expendentibus hominibus, terra luxerit inanimata, & quæ potuit signa sui dederit luctus propter me creatorem ipsius tot tantisque modis à suis offensum incolis.[b] Desolatione inexplicabili ipsa deuastata est tota Iudæa terra, idque ex magna quæ hominum corda peruaserat inconsideratione, scelerum, malorūque omnium causa, cum iam nullus esset, qui vel me Deum suum recogitaret; nullus qui admissorum scelerum vel tantillum haberet compunctionis, nullus qui innumera mea in se expenderet beneficia: nullus denique qui in corde suo ea satageret ponere, quæ æqua, & recta sunt. C

b Desolatione desolata est omnis terra: quia nullus est qui recogitet corde, (seu qui ponat super cor.)

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 Posuerunt eam in dissipationē, &c.) Iuxta hanc nostram Vulgatæ lectionem, videntur & hæc referri ad Pastores multos demolientes vineam, vt relatiuum (*eam*) ad ipsam referatur vineā, de quibus actum est in præcedenti verſ. 10. Sicque ferè à nostris Expositoribus ista sumuntur. Cæterùm ex Originalibus Hebr. & Græc. Sept. aliter patet esse dicendum. Finitam nimirum in versu superiori vineæ metaphorā, necnon & metaphoram pastorum. Idemque argumentū Deum prosequi clarius, & absque metaphoris de Iudææ, Iudaicique populi vastatione. In Hebr. enim ita hæc habentur, (*Posuit eam* לשממה *lischmamah in stupendam desolationem,*) scil. Nabuchodonosor, seu hostis. Vnde ad id quod nos legimus, (*Posuerunt,*) subaudiendum hostes, atque Chaldæi, qui eam de qua loquutus fuerat, hæreditatem Domini seu terram dissiparunt. In Codicibus versionis Sept. varia est lectio, Codices enim Aldinus, & Frobenianus, habēt in plurali ἐγενήθησαν (*facti sunt,*) Meliores tamen Codices habēt in singulari, vt in Hebr. vel ἐγενήθη, *facta est,*) vt legunt Complutensis, ac Regius velut Vatican. codex correctissimus ἐτέθη, (*Posita est in dissipationem perditionis,*) Sicque & in textu Hieronymi iuxta Sept. legitur, (*Posita est in dissipationem.*) Quo significatur, Iudæam ab hostibus positam ad vltimum exterminium. E

Iudæa posita in vltimum exterminiū.

2 (*Luxitque super me,*) Duplex in modicis hisce verbis inest difficultas. Et cui iste tribuendus sit luctus, & quid hoc loco sibi velit. Lugere super Deum. Et quidē circa primam, communiori sensu existimatur, de Iudaico populo hæreditate Domini appellato dictū, quòd positus in dissipationem, vt mox dicebatur, luxerit, & omnino vt verbum ipsum (*luxit*) referatur ad præcedens pronomen *eā* (*Posuerunt* seu *Posuit eam in dissipationem,*) luxisse autem dicatur, sicut in Threnis de eadē dicitur,[c] *Plorans plorauit in nocte, & lachryma eius in maxillis eius.* Mihi haud dubium, verbum istud, (*luxitque*) referendum illi, quæ significata sit per præcedens pronomen *eam*; id enim patet ex adiecta particula coniunctiua *que*. Sed per pronomen illud designatam puto terram, de qua mox subiicietur, *Desolatione desolata est omnis terra*. Moris enim est Sacrarum Scripturarum, vt frequenter pronomina relatiua præponāt quæ ad subsequentia referantur nomina. Ideóque arbitror congruentius dici Iudææ terram luxisse prout hoc ipso capite.[d] *Vsquequò lugebit terra,* & apud Isaiam, *Luxit, & defluxit terra, & infirmata est.* Fauetque huic sensui Hebraica lectio, quam recentiores ita hîc reddunt,[e] (*Luxit super me desolata, desolata est omnis terra.*) Adde quòd, vt mox probabo, non videntur hæc duo conuenire, Iudæos luxisse, & non fuisse qui recogitaret corde ex eis quemquam. D

c Thren. 1. 2.

Pronomina relatiua sæpe in Scriptura præponi solita quæ referuntur ad subsequentia.

d Iere. 12. 4.

e Isai. 24. 7.

Quoad difficultatem alteram, Quid sit (*lugere super Dominū;*) cùm Hebraica propositio על ngal, cui respondet Latina *super*, multipliciter vsurpetur, & pro in, & pro ad, & pro contra, & pro Pro, & pro propter, diuersimodè quod hîc dicitur solet, exponi: ex Hebræis R. Dauid, legens, (*Luxit contra me desolata.*) *Synagoga*, inquit, *desolata, & destructa in suo luctu conquesta est, quod ego eam desolassem*, Sic & Vatablus, *Lugendo de me conquesta est.* Sicque plerique ex nostris, Luxit super me quòd eam hostibus tradiderim. R. Salomon. (*Luxit coram me,*) quomodo & Paraphrasis Chaldaica. Alij luxit Synagoga, se. aut hæreditas mea ad me, implorans nimirum à me, licet serò, auxilium, vt eam liberarem sicut sup. in cap. 11.[f] *Ecce ego inducam super eos mala, de quibus exire non poterunt, & clamabunt ad me, & non exaudiam.* Ioannes Maldonatus, *Luxit ad me*, id est, petens à me pluuiam, & fructus; Quod declarat subiiciens, *Terra nimiâ ariditate dehiscit, quasi aperto ore pluuiam à Deo postulat.* Pro quo sensu facit quod infra cap. 14. vbi maxima prædicitur, quæ in Iudeæ terra futura erat siccitas, ad principium capitis dicitur,[g] *Luxit Iudæa, & portæ eius corruerunt*, &c.

3 *Præpositionis Hebraic. ngal varij significatus.*

R. Dauid.

Vatablus.

R. Salomon.

f Iere. 11. 11.

Ioan. Mald. *Terra sitiēti, & arida tribuitur lugere ad Deum pro pluuia.*

g Iere. 14. 2.

F Verùm quamuis & ipse (vt iam dixi) de terræ luctu sermonem hîc fieri sentiam; dissentio tamē in ratione huius dicti explicandi, (*Luxitque super me.*) Obseruaui enim, hāc specialem esse Scripturæ phrasim, vt flere & lugere super aliquem significet fletum & luctum assumptum propter illum, propter mali scilicet quidpiam quod illi accidit. Sic in 2. lib. Reg.[h] *Et planxerunt, & fleuerunt, & ieiunauerūt vsque ad vesperā, super Saul, & super Ionatham*

4 *Lugere super aliquē scriptura phrasi significantes luctus, propter quid mali quod illi acciderit.*

h 2. Reg. 1. 12.

tham filium eius, & super populum Domini, & super domum Israel eò quod corruissent gladio. Sic in Euangelio mulieribus cum fletu prosequētibus Iesum ad mortem ductum. [a] *Filiæ Ierusalem:* dixit idē Iesus, *nolite flere super me, sed super vos ipsas, & super filios vestros flete, quia venient dies,* &c. Sic apud Zachariam Christus Dominus de Iudæis, [b] *Et aspicient* ait, *ad me quem confixerunt, & plangent eum planctu quasi super vnigenitum, & dolebunt super eū, vt doleri solet in morte primogeniti.* Vnde desumpsit Ioānes quod in lib. Apocalypsis dixit, [c] *Et videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt plangent se super eum omnes tribus terræ.* Quibus in locis significatur, Iudæos, cæterosque videntes in die iudicij apparens signum filij hominis, crucem nimirum, & ipsum iudicem planctu magno ploraturos super illum, sic malè scilicet ab ipsis habitū, propter offensas quæ illi intulēre: quāquam luctus ille, vt intempestiuus in maiorem eorum erit damnationem: Iuxta hunc igitur sensum, ad Iudæorū confusionem, quorū nullus in tanta erat calamitate, qui Dei recogitaret, defleretque offensas innumeras, magnasque, quas ei ipsimet intulēre, ait hic Deus ipse, Non recogitātibus, prout par fuisset, hominibus, luxisse terram inanimatam, quæque potuit dedisse signa luctus propter ipsū Dominum, & creatorem suum tot tantisque modis in se, & ab incolis suis offensum. Vnde quod in in vltimo istius versiculi membro dicitur, *Quia nullus est qui recogitet:* non solùm ad immediatè præcedentia, *Desolatione desolata est omnis terra:* sed & ad hæc referenda sunt, *Luxitque super me, vt vtriusque sit ratio.*

a Luc. 23. 28.

In die iudicij plangent se propter offensas quas Christo intulēre. Sed inutiliter, & in maiorem sui pœnam.

b Zac. 12. 10.

c Apoc. 1. 7.

Terra inanimata lugere dicitur Dei offensas, quas homines illi intulēre, hominibus minimè eas flētibus.

In versione Sept. nihil est de luctu, seniores enim ij Hebr. sapientissimi vocem אבלה *abelah*, quam & noster Interpres, & Hebræi omnes sumunt vt tertiam personam fœminini generis præteriti temporis verbi אבל *abal*, lugere, desolare, perire, & perdere, vt nomen accepēre generis item fœminini, desolationem, & perditionem designans, eamdemque cum præcedentibus iungentes verterunt, (*Posita est in dissipationem perditionis,*) id est, in extremum exidium.

5

(*Desolatione desolata est omnis terra.*) Sept. cum his iungentes præpositionem præcedentem עלי ngalai, (*Super me*) quam & in Vulgata sic legi vidimus, (*Luxitque super me,*) In hunc modum hæc habent, (*Propter me dissipatione dissipata est omnis terra.*) Et est sensus, In extremam dissipationem, atque ruinam deuenit omnis terra, propter me sic volentem, sic decernentem. Seu meliùs, Propter me ab hominibus offensum, & ad iracundiam irritatum; cum nullus eorumdem esset hominū, qui id recogitaret, inanimata terra vniuersa commota est, summáque dissipata est dissipatione. Quomodo supra apud Isaiam dictum vidimus, [d] *Luxit, & defluxit terra, & infirmata est,* cùm immediatè ante dictum fuisset, *Dissipatione dissipabitur terra.* Et paulò pòst subiiciatur, *Et terra infecta est ab habitatoribus suis, quia transgressi sunt leges,* &c. In textu Hebraico quia vox שממה *sciememah* sumi potest & vt nomen substantiuum, & vt participium, factum est, vt diuersimodè hæc reddita sint ab interpretibus: Recentiores enim cùm Hebræorum Rabinis eâ voce pro participio sumptā, & ad præcedentia, vt vidimus, relatā, simpliciter hanc partem sic habent, (*Desolata,* seu *Vastata est omnis terra,*) Noster tamen Interpres secutus Sept, pro nomine substantiuo vim, & intentionem augente eius quod dicebatur, eamdem accepit vocem. Recole quæ aliàs notauimus, vehementio-

Terra commouetur, & dissipatur nō recogitantibus hominibus Dei offensas.

d Isai. 24. 4.

A rem significationem Hebraici verbi שמם *sciamam*, stupendæ desolationis. Et omnem terram frequenter apud Prophetas de tota Iudeæ dici terra. Quamquam si eum sequamur sensum, quem secundo loco versioni attulimus Sept. aptiùs de tota in vniuersum terra id intelligetur & efficaciùs.

(*Quia nullus est qui recogitet corde.*) Notaui iam supra, in his (vt apparet ex particula quia) afferri rationem, duo postrema huius versiculi membra spectantem, propter quam & terra luxit super Deum, & propter quam & terra ipsa desolatione B desolata est. Porrò cùm generaliter dicatur, (*Nullus est qui recogitet corde,*) absque vllo adiecto cuiuspiam quod recogitandum esset, ad generalem profectò id referendū est defectum attentæ considerationis, in Iudæorum omnibus existentem: ex quo certè defectu, & omnia in hominibus proueniunt scelera, & omnis in eisdem spes tollitur resipiscentiæ. Cùm homo sine recogitatione, discursu, & attenta consideratione vix quicquam distet à bruto, iuxta illud Psalmi, [e] *Homo cum in honore esset non intellexit,* non intelligens autem, ac recogitans *comparatus est iumentis insipientibus, &* C *similis factus est illis.* Quamuis autem, generaliter de prædicto considerationis defectu accipi hoc queat; magis tamen ad rem, & cùm id in duorum prædictorum allatum sit rationem, ad duo potissimùm referendum est, ad inconsiderationem, & neglectum offensarum Dei, in cuius Iudæorum inconsideratione confusionem, dictum est, terram luxisse super Deum, vt supra explicaui. Necnon & ad non recogitandum de resipiscentia, & pœnitentia facienda pro admissis sceleribus: siue etiam ad ingratitudinis vitium, quo innumera Iudæorum nemo recogitaret, menteque reuolue- D ret Dei beneficia. Vnde factum, vt desolatione desolata sit omnis terra.

6

Considerationis defectus causa, & peccatorum, & calamitatum omnium hominibus.

e Psal. 48. 13.

Sine consideratione homo est potiùs brutum animal.

Noster interpres retulit defectum istum ad intellectum præcipuè, cuius est, cogitare, & attento corde, ac mente recogitare, memoriáque versare. Magis tamen affectum rationem quæ hîc affertur, spectare Hebraica indicat lectio, (*Non vir ponens,* seu, *Non est quisquā qui ponat super cor.*) Quam phrasim seruarunt Sept. vertentes, (*Quia non est vir ponens in corde,*) subintellige, id omne quod ponere æquum esset. Dei beneficia, peccati deformitatem, & similia, quæ & à peccato retrahe- E re quiuissent, & ad iustitiam allicere. Quomodo in Euangelio discipulis ait Dominus, [f] *Ponite vos in cordibus vestris sermones istos,* &c. Quomodo Sapiens, visis quæ facta sunt in pigri vinea ait, [g] *Quod cum vidissem posui in corde meo, & exemplo didici disciplinam:* quomodo & de impiis fructum non facientibus ex sanctorum fœlici exitu, dicitur in lib. Sapientiæ. [h] *Populi autem videntes, & non intelligentes, nec ponentes in præcordiis talia. Quoniam gratia Domini, & misericordia est in sanctos eius.*

7

Ponere in cor. de seu super cor. Hebraicā phrasi significatu consideratio cū motu affectus.

f Luc. 9. 44.

g Prou. 24. 32.

h Sap. 4. 14.

F *Vers.* 11.] Posuerunt eam in dissipationem, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

SI de Ecclesiasticis Pastoribus hæc intelligantur, prout cōmuniter sumuntur à nostris, optimus est pro moribus locus iste aduersùs eos Beneficiariorum, qui proprio toti addicti sunt lucro, vt in præcedenti vers. vi-

8

Beneficiarij lucro proprio dediti ponunt Ecclesiam in dissipationē.

 sum

sum est. Hi enim Ecclesiam, & vniuersa illius bona in dissipationem ponunt, iuxta illud Euangelij de villico iniquo,[a] qui diffamatus est apud Patrẽ familiàs, quòd dissiparit bona illius. Necnon aduersùs illos qui redditu um Ecclesiasticorũ census dissipant in luxus, ludos, & similia, quique ex rebus Ecclesiæ suos ditant cognatos. In qua Pastorum dissipandi Ecclesiam ratione bene ipsa Ecclesia luxisse dicitur, & non tam super se luxisse, quàm super Deum. (*Luxitque super me:*) quia hoc vnum eam, & quotquot in ipsa sunt, angit viros sanctos, quòd hac malâ agendi ratione Pastorum Deus mirum in modum, & à sæcularibus offendatur, magnaque apud illos fiat diminutio diuini cultus, prout & antiquitus ex pessima agẽdi ratione filiorum Heli contigisse legimus primo lib. Reg. quibus & eorum pater dixit,[b] *Non est bona fama, quam ego audio, vt transgredi faciatis populum Domini.* Aliter de iisdem Pastoribus, eademque Ecclesia ita hæc ipsa exponit Hugo Cardinalis, vt Prælati eatenus posuisse Ecclesiam dicuntur in dissipationem, vt singula illius membra per singula vitia dissipentur, quatenus ipsi nequaquam vni subiacent vitio, sed per diuersa distrahũtur. Luxisse autem Ecclesiam super Deum, id est, ad Deum, vt de prædictis eam vindicaret Prælatis, qui ipsam diripiunt. *Luget enim* inquit, *Ecclesia pro dissipatione sua à Pastoribus facta.*[c] *Non despiciet* verò Deus *viduam si effundat loquelam gemitus.*

a Luc. 16. 1.

A Prælatis praue posita in dissipationem Ecclesia luget nõ tam super se, quã super Deum.

b 1. Reg. 2. 24.

Prælati mali Ecclesiam in dissipationem ponũt distrahentes illius membra in varia vitia.

Hug. Card.

c Eccl. 35. 17.

Cæterùm cùm in expositione literæ ostensum sit, hæc nec ad Pastores, nec ad vineam pertinere, de quibus actum fuerat, sed de terra sermonem esse, & eius hostibus, à quibus posita est in dissipationem. Insigne ex his colligere est morale, quòd quando terram aliquam, aliquam ciuitatem, aut Prouinciam ab irruentibus hostibus in dissipationem positam, grauibusque & multis calamitatibus pressam, & deuastatam inspicere contigerit, eam arbitremur eo modo quo potest, non tam propter se, quàm propter Deũ lugere, propter cuius offensiones grauia illa sibi euenère, lugere, inquam haud obscura ipsam intuentibus præbens argumenta, quibus ad lugendum super Deum sceleribus ab ipsis offensum commoueantur. Hocque est quod dicit Dominus, (*Luxitque super me.*)

Terra lugere dicitur dum nobis exhibet argumenta commouentia ad lugendum super Deum.

6

(*Desolatione desolata est omnis terra, quia non est qui recogitet corde.*) Omissis quæ pluribus dici hîc possent moraliter circa maximam animæ, quam terram spiritalem esse constat, desolationem ex inconsideratione ei prouenientẽ, de quibus aliàs loco actum: cùm & iam in prouerbium deductum sit, vt de homine qui non recogitet, quasi de desolata terra, aut domo dicatur, *Non habitare*, scilicet in anima ipsa sic Italicè dicimus de vecorde. *Il pouerello non habita, Non ci stà.* Idipsum prout sonat morale est admodum vtile, quod cuiuscumque terræ desolatio quantumuis maxima exinde dicitur esse, quòd nullus sit qui recogitet. Vnde enim bella inter Principes eò perueniunt, vt hostiliter ab inuicem alter alterius desolare obnitatur regiones, nisi quia illi in initiis inimicitiarum, & in prælij principio, atque in eiusdẽ prosecutione non recogitant quid mali ab eis admissum sit, quid vnusquisque habeat virium; quisue esse queat belli exitus, iuxta Euangelicam parabolam, quam habes Lucæ 14.[d] Vnde regnorum, & prouinciarum desolationes plerumque etiam pacis tempore, nisi ex Praua Principum, eorumque Ministrorũ gubernandi ratione, cùm

Anima sine cõsideratione dicitur desolata, & Homo inconsideratus dicitur non habitare.

Desolatio Regnorum, & Prouinciarũ ex inconsideratione Principum, & ministrorum.

d Luc. 14. 31.

nullus sit qui quæ muneris sunt sui propria, & congruentia recogitet? Hocque illud est quod per Salomonem significatum est, siue quum diceret,[e] *Vbi non est gubernator corruet populus:* ibi quippe gubernator re vera non est, vbi qui præsunt minimè recogitant; Vnde bene subdit, *Salus autem vbi multa consilia.* Siue quum adiecit,[f] *Regnantibus impiis ruina hominum.* Ecquis enim alienior à recogitandis quæ deberet, muneris sui, quàm impius, totus quidem oculi in cogitandis, & inspiciendis quæ voluptatis sibi sint, & quæstus; sed cæcus, & incõsideratus in iis quæ illi deberent esse cordi: Siue quum clariùs ait.[g] *Væ tibi terra, cuius Rex puer est.* Quod & apud Isaiam contestatus est & Dominus, dicens,[h] *Dabo pueros Principes eorum, & effœminati dominabuntur eis:* subiiciẽs illico, *Et corruet populus vir ad virum, & vnusquisque ad proximum suum.* Quod de Regnorum desolatione dixi, id & de particularium familiarum, & domorum intellige.

e Prou. 11. 14.

f Prou. 28. 12.

g Eccl. 10. 16.

h Isai. 3. 4.

10

Si Originalium Hebr. & Sept. expendere velimus lectionem, (*Quia nõ est vir qui ponat super cor*) intelligimus, tunc re vera terram omnem, & quæ sensibus patet, & quæ spiritalis est, pessimâ desolatam esse desolatione, quum Deus super cor, & in corde hominis non fuerit. Certum est enim quod per Ecclesiastem positum est axioma illud,[i] *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas:* Adeoque quãuis innumera sint quibus, & exornari, & repleri videatur terra: per ea tamen vniuersa vt pote vanitates, nequaquam eiusdem auferri vanitatum vanitatem patet, Sed per vnum duntaxat Deum repleri, qui indeficiens est ens entiũ & bonorum omnium contentiuum, & actus purus. Vnde alienis à Deo existentibus alicuius terræ hominibus, nec Deum in suo habentibus corde, desolatione profectò desolata asserenda ea est: quia qui immensus est, haud aliter commorari, & replere vult terram, quàm in hominum cordibus positus.[k] *In plenitudine* enim *sanctorum detentio mea*, inquit. Ponunt quidem plerique hominum super corda sua ea quæ ad terram spectant, terrenaque sunt, & quæ sunt scelerum; at ea vniuersa nihil sunt, & ideo spiritalis terra, & anima eorum desolata est. Ponendus Deus est non tantũ in corde, sed super cor, vt omne desolationis periculum tollatur. Quod Deus ipse significauit sponsæ dicens,[l] *Pone me vt signaculum super cor tuũ, quia fortis est vt mors dilectio.* Vt signaculum quippe super cor ab homine poni exposcit, quo omnis ad ipsum cor occlusus, signatusque sit aditus rebus reliquis, earumque dilectioni:[m] angustum est cordis stratũ, cum Deo nil capere potest aliud, & si quid vnà cum illo admittatur quod illi aduersum sit, excidat Deus operæ precium est, vnde mors animæ sequitur; quia alterius rei quæ admissa est dilectio, fortis vt mors est, inde & desolatio summa in ea, quæ vita, & summo desolata est bono. Vtinam non videremus plerumque & familias, & oppida, & ciuitates exinde in extremam delabi desolationem, quòd homines non ponunt quidem super corda sua Deum, ponunt tamen, & vt signaculum super ea imprimunt illatas ab inimicis iniurias vel minimas.

Desolatio terra & animæ tunc est, quũ Deus non est super cor hominis.

i Eccl. 1. 2.

k Eccl 24. 16.

Super cor Deũ ponere quid sit.

l Cant. 8. 6.

m Isai. 28. 20.

Desolatione desolatam à gratia, & doctrina Ecclesiam dici inquit Hugo, quia nullus est, qui ex intimo affectu curam animarum Ecclesiæ habeat, sibique commissæ plebis, iuxta illud Isaiæ,[n] *Iustus perit*, id est in periculo est, vel à iustitia cadit, *& non est qui recogitet.*

Hug. Card.

Ex Prælatorũ inconsideratione est Ecclesia desolata à gratia, & doctrina.

n Isai. 57. 1.

VVL

VVLGATÆ.

Verſ. 11.] Poſuerunt eam in diſſipationem,&c.

SEPTVAGINTA.

11. Ἐτέθη εἰς ἀφανισμὸν ἀπωλείας, δι' ἐμὲ ἀφανισμῷ ἠφανίσθη πᾶσα ἡ γῆ, ὅτι οὐκ ἔστιν ἀνὴρ τιθέμενος ἐν καρδίᾳ.

Verſ. 11.] Poſita eſt in diſſipationem perditionis. Propter me diſſipatione diſſipata eſt vniuerſa terra: quia non eſt vir, qui ponat in corde.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1

PARAPHRASIS Chaldaica. *Poſuerunt eam in deſolationem: luxit coram me; deſerta eſt,& deſolata eſt omnis terra, quia non eſt homo,qui proponat animo timorem Dei.*

Verſ.11.*(Poſuerunt eam in diſſipationem,&c.)*

Hieron.

Hieronymus. *Hoc quod poſuimus, Luxitque ſuper me,iuxta Hebraicum priori verſiculo copulatur,vt ſit ſenſus. Poſuerunt eam in diſſipationem, hoc eſt, hæreditatem meam: Luxitque ſuper me, meo auxilio deſtituta. Iuxta Sept.verò loquitur Deus, quòd propter illum terra ſit diſſipata,& redacta in ſolitudinem, quia nullus ſit qui corde recogitet, nec vlla pax vniuerſæ carni. Porrò iuxta Hebraicum ideò Iuda omnis eſt deſolata,quia nullus eſt qui recogitet Deum, nec reſiduus qui poſſit euadere.*

Origenes in principio homil.7.in Ierem. *Propter me exterminio exterminata eſt omnis terra Chriſtus hæc loquitur, Nam ante eius aduentum multa quidem peccata fuerunt in populo Iſrael,ſed Dominus veniens prohibuit talia,vt penitus relinquerentur, & in longam traderentur captiuitatem. Quando autem compleuerunt menſuram patrum ſuorum, & addiderunt ad occiſionem Prophetarum,perſecutionemque iuſtorum, & ſaluatoris interfectionem, tunc completum eſt,*[a] *Dimittetur domus veſtra deſerta, & quia ille ab eis quæ in Euangelio ſcripta ſunt,paſſus eſt,idcirco nunc dicitur, (Exterminio exterminata eſt omnis terra.) Quòd ſi ſubtiliùs volueris intelligere. (Propter me exterminata eſt, &c.) Conſidera eam quæ in te eſt quomodo exterminata ſit terra; & tunc videbis, poſt aduentum Ieſu Chriſti impleta eſſe quæ dicta ſunt, mortificatis membris noſtris ſuper terram: cum iam non operetur terra opera ſua: non fiant apud iuſtum ea, quibus antea caro fouebatur, non fornicatio, non immunditia, non idolorum ſeruitus,non veneficia.*

Origen. *Propter Chriſti occiſionem Iudæa tota exterminata.*

a Matth.23. 28.

Mortificanda caro propter Chriſtum.

Theodoritus. *(Propter me deletione deleta eſt omnis terra.) Omnem terram Iſraeliticam dicit Chriſtus quoniam ob ea quæ commiſſa ſunt in eum,tunc quidem ipſorum regio redacta eſt ab hoſtibus in ſolitudinem: modo verò celeberrima ſuâ metropoli prorſus priuati ſunt.(Non eſt vir qui ponat in corde,)quaſi dicat.Non vtuntur piis cogitationibus.*

Theodorit.

D.Thomas. *(Luxitque ſuper me) quamuis tardè. Oſe.2.*[b] *Et dicet,Vadam & reuertar ad virum meum priorem, quia bene mihi erat tunc magis quàm nunc. Tum ponit pœnæ cauſam, (recogitet) Dei mandata,& beneficia. Iſai. 5.*[c] *Propter hoc captiuus ductus eſt populus meus,quia non habuit ſcientiam.*

D.Thom.

b Oſe 2.6.

c Iſai.5.13.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Δι' ἐμὲ ἀφανισμῷ ἠφανίσθη πᾶσα ἡ γῆ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τί ἐστι, δι' ἐμέ; δι' ἐμὲ τὸν προφήτην. εἰ γὰρ μὴ ἦλθον καὶ ἐλάλησα αὐτοῖς, ἁμαρτίαν οὐκ εἶχον.

Εὐσεβίου.] γῆν δὲ πάλιν ἠφανισμένην τὴν λεχθεῖσαν λέγει κληρονομίαν.

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐκ μὲν τοῦ προσώπου τοῦ Κυρίου λεγόμενον δηλοῖ, ὅτι διὰ τὴν εἰς αὐτὸν σφαγὴν ἠφανίσθη τῶν ἰουδαίων ἡ χώρα, ἐκ δὲ τοῦ κοινοῦ τῆς ἀνθρωπότητος λεγόμενον σημαίνει, ὅτι διὰ τὸν ἄνθρωπον τὸν ἐκδεδωκότα ἑαυτὸν πάσῃ διδασκαλίᾳ ἠφανίσθη ἡ γῆ.

Τοῦ αὐτοῦ.] οὐκ ἔστι φησὶν ἄνθρωπος ἐννοῶν, ὅτι ὁ Θεὸς ἐστὶν ὁ τῶν ἀνθρώπων Κύριος, καὶ οὐκ ὀφείλουσιν αὐτοὶ διὰ τῆς οἰκείας διδασκαλίας κλῆρον ἑαυτῶν ποιεῖσθαι τοὺς διδασκομένους, ἵνα κυριεύσωσιν αὐτῶν.

|| Ὠριγένους.] εἴποις δ' ἂν ὑψηλότερον τὸ, δι' ἐμὲ ἠφανίσθη πᾶσα ἡ γῆ. Χριστοῦ γὰρ ἐλθόντος, καὶ διὰ τῆς αὐτοῦ διδασκαλίας νεκρωθέντων ἡμῶν τῶν μελῶν ἡ ἐν ἡμῖν ἠφάνισται γῆ, τῆς σαρκὸς μηκέτι ποιούσης τὰ ἑαυτῆς.||

Verſ. 11. ***P****Ropter me diſſipatione diſſipata eſt vniuerſa terra.)*

2

Chryſoſt. *Propter Chriſtū deſolata Iudæorum terra.*

Chryſoſtomi.] *Quid hoc eſt, propter me? Propter me Prophetam,*[d] *Ni enim veniſſem, & locutus illis fuiſſem peccatum non haberent.*

d Ioā.15.22.

Euſebij.] *Terram rurſus deſolatam ante dictam vocat hæreditatem.*

Euſebius. *Iudæa quæ hæreditas Dei facta terra deſolata.*

Olympiodori.] *Si ex perſona Domini dicitur,ſignificat Iudæorum regionem, ob Chriſti necem penitus euerſam. Si verò vniuerſo hominum generi tribuitur hæc vox,ſignificat terram eſſe deſolatam propter hominem, qui ſe imbuendum quāuis diſciplinâ tradidit.*

Olympiod. *Iudæa deſolata propter Chriſti necē. Terra deſolata dicitur propter homines à fidei ſinceritate lapſos.*

Eiuſdem.] *Non eſt ait homo qui recogitet hominum Dominum eſſe Deum: nec debere illos, vt ſe magiſtros ſtatuant, arrogare ſibi diſcipulos quaſi propriam hæreditatem, cui dominentur.*

Olympiod. *Dominatum, & Magiſterium ambiūt pleriq; quia non recogitāt vnū eſſe Dominum, & Magiſtrum Deum.*

|| Origenis.] *Subtiliùs autem illud, (Per me terra omnis deſolata eſt,) explicabis. Nam Chriſto adueniente, & per eius doctrinam membris noſtris mortificatis, terra quæ in nobis eſt, deſolata eſt, carne iam ſuis non fungente officiis.* ||

Origen. *Mortificationis ſtudio deſolatam reddimus terrā carnis noſtræ propter Chriſti doctrinā.*

Verſ. 12.] Super omnes vias deſerti venerunt vaſtatores, quia gladius Domini deuorabit ab extremo terræ vſque ad extremum eius: non eſt pax vniuerſæ carni.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Super omnes vias, (ſeu excelſa) deſerti venerũt vaſtatores: quia gladius Domini deuorabit ab extremo terræ vſque ad extremum eius: Non eſt pax vniuerſæ carni.

Tanta [a] *erit militum omnia deuaſtantium multitudo, vt ne dum vniuerſam terræ planiciem, ſed & montium occupatura ſit vertices, cunctaſque oppletura ſit & deſerti, per quod veniet, vias, nullum liberum ſinens locum, in quem tuta cuiquam poſſit eſſe fuga: vndequaque enim hoſtium illorum gladius, & vim à Domino habens cuncta conſumet. Sanè nuſquam hominum in tota ea terra quidpiam alicui erit quietis, & ſecuritatis, nulla ſpes pacis, nulla effugij ratio ibi erit ſuperſtes.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1

b Iere. 4. 11.

Super omnes vias deſerti, &c.) Quæ ſuper his dicenda forent, vide iam pertractata in c. quarto, in Expoſitione eorum verborũ. [b] *In tempore illo dicetur populo huic, & Ieruſalem: Ventus vrens in viis, quæ ſunt in deſerto:* vbi & in Hebræo pariter pro *viis* eadem quæ & hîc eſt vox שפים *ſephaim*, excelſa, & colles, editaque loca. Porrò ex ipſa Hebraica lectione, quæ ita hæc habet. (*Super omnia excelſa, ſeu edita loca in deſerto venerunt vaſtatores.*) Atque etiam ex verſione Sept. ἐπὶ πᾶσαν διεκβολὴν. (*Ad omne diuerticulum in deſerto venerunt vaſtantes,*) colligitur, hæc dici & ad deſignandam ingentem hoſtium copiam, quæ nedum oppida, ciuitates, earumque oppletura ſit agros, atque planicies, ſed & deſerti vias, & vertices quoque collium, vt vbique omnia deuaſtet: & ad ſignificandum, nuſquam tutam futuram fugam in tota Iudææ terra. Vnde apparet Sept. optimè ad ſenſum Hebraicam vocẽ Sephaim, reddidiſſe διεκβολὴν quæ vox non tam *Exitum* hoc loco ſignificat, vt Latinè reddita eſt in Bibliis Complutenſi, & Regio, quàm diuerticulum, ſemitamque interſeptam, ἀτραπὸν à Syro redditam, vt notat Theodoritus.

2 Gladius Dei dicta omnis calamitas ab illo immiſſa, atque etiam gladius hoſtium.

c Deut. 32. 42.

(*Quia gladius Domini deuorabit ab extremo terræ vſque ad extremum eius.*) Gladium Domini gladium dicit vaſtatorum qui à Domino vim tantam habuit omnia deuaſtandi, & deuorandi interfectorũ corpora, iuxta illud item Domini. [c] *Et gladius meus deuorabit carnes*, per occiſionem, ſcil. vt alibi dicitur in ore gladij. Quamquam eodem gladij nomine, ſicut notaui & aliàs, omne deſignat calamitatis genus à Deo immiſſum.

Figueira.

Carnis nomine ſignificati homines.

(*Non eſt pax vniuerſæ carni.*) Generaliter hæc etiam iuxta literam ſumit Petrus à Figueira. *Quia cum Deo, inquit, pacem non habent, ideirco inter ſe belligerantur, & ab inuicem conſumuntur.* Meliùs tamen de Iudæis hominibus hæc dicta ſumes in confirmationem prædictorum, ſenſu quem habes in paraphraſi; Carnis enim vniuerſæ nomine vniuerſi deſignati ſunt Iudæi, ſicut in verſ. 11. terra Iudææ dicta eſt omnis terra, pacis quoque vocabulum Hebraicâ phraſi, generalius poſitum eſt, quàm ſonare videtur, nempe & pro proſperitate.

Verſ. 12.] Super omnes vias deſerti, &c.

A

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

3 Diabolus paſcens deuaſtat. And. Capp.

Paſtoribus de quibus in præcedentibus actum eſt, vaſtatorum nomen meritò tributum ponderans Andreas Capp. *Paſcit, inquit, te aduerſarius ſuis ſuggeſtionibus, & prauis cogitationibus, quas immittit, demulcet: neque aliud molitur, niſi vt deuaſtet. Si talem Paſtorem admiſeris, deuaſtatorem ſenties.* Mihi firmum id eſt, nihil hæc iuxta literam pertinere ad ſuperius commemoratos Paſtores. Vnde quamuis non improbẽ iſtam Cappellæ cõſiderationem pro moribus. Illud tamen potiùs moraliter conſiderandum arbitror,

B

Via quomodo eſſe dicantur in anima quæ ſit deſertum inuium.

Quomodo in anima, quæ iam in deſertum facta ſit ex eo quod propter inconſiderationem, & quia non poſuit Deum ſuper cor ſuum, deſolata eſt, vt in verſ. præcedenti dictum fuit, viæ eſſe dicantur, cùm in Sacris literis inuij appoſitum frequentiſſimè tributum reperiatur deſerto, quaſi id ei ſit adnexum, prout re vera eſt, quum ſermo de vero eſt deſerto, quod vltra inuium & alia includit mala, vt ex eo colligitur Sophoniæ, [d] *Ponet ſpecioſam in ſolitudinem, & in inuium & quaſi deſertũ.* Et vidimus ſupra in verſ. 10. de anima ipſa dictũ

d Sophon. 2. 13.

C

iuxta verſionem Sept. *Dederunt portionem meam deſiderabilem in deſertum inuium.* Et Dominus apud Iſaiam in maximum gratiæ miraculum, [e] *Ponam* inquit, *in deſerto viam.* Nomen vaſtatorum quod dæmonibus inditũ hîc eſt, indicat, haud pugnantia dici, quum anima peccatrix deſertum quidem aſſeritur, & vias habere, eas nimirum quas vaſtatores ipſi in eius inuio fecerint. Nouimus enim, exercitum in regionem aliquam irruentem præmittere vaſtatores, qui vias in locis faciãt inuiis, per quas iter habeant milites, & tormenta bellica ad vindictam de ea ſumendam regione.

e Iſai. 43. 19.

D

4 Vaſtatores quinam ſint, per quos Deus facit vias iræ ſuæ in anima peccatrice, deſerto inuio.

Iniuriam Domino exercituum & zelotæ intuliſti maximam ô anima, quando non recogitans cum deſolata es: quando nedũ non poſuiſti eum ſuper cor tuum; ſed illo in corde ipſo exiſtẽte, & ſuper idem cor tuũ ponens creaturas ex illo eum eieciſti. Miſit indignatus vaſtatores in loca per quæ tranſiturus cum ſuis eſſet exercitibus, vt per eos vias in te facerẽt. Noſſe vis præcurſores iſtos, & vaſtatores ipſius? Audi Abacuc Prophetam, [f] *Ante faciem eius ibit mors:* En vaſtatorem vnum: *Et egreſſus eſt Diabolus ante pedes eius:* En alium: Audi alios ex Pſal. 77. [g] *Miſit in eos irã indignationis ſuæ: indignationem & iram, & tribulationem: immiſſiones per Angelos malos.* Audi, quomodo per vaſtatores ipſos vias fecerit: ſubdit enim Pſal. *Viam fecit ſemitæ iræ ſuæ, & non pepercit à morte animabus eorũ:* iuxta ea quæ & hîc ſubiiciuntur, (*Quia gladius*, i. vindicta *Domini deuorabit ab extremo terræ vſque ad extremum eius.*) Præclarè in iſtorum omnium declaratione Greg. Papa lib. 25. Moral. c. 12. & 13. *Hoc, inquit, iuſto Dei iudicio agitur, vt culpa culpis feriantur, quatenus ſupplicia fiant peccantium ipſa incremẽta vitiorũ. Hinc de Domino per Pſalmiſtã dicitur.* [h] *Immiſſiones per Angelos malos, viam fecit ſemitæ iræ ſuæ. Cor quippe Dominus prioribus mortis aggrauatũ iuſtè permittit etiã ſubſequentibus malignorũ ſpirituũ perſuaſionibus falli, quod cùm dignè in culpa trahitur, reatus eius in pœna cumulatur. Vnde & iræ ſuæ Dominus viam de ſemita feciſſe perhibetur. Latior enim eſt via, quàm ſemita. Ex ſemita vero iræ ſuæ viã facere, eſt iræ cauſas diſtrictè iudicãdo dilatare, vt qui illuminati agere rectè noluerunt, iuſtè excæcati adhuc faciant, vnde amplius puniri mereantur.* Omnino tot ſunt vaſtatores immiſſi in peccatricẽ animam, quot ſunt dæmones, qui illam tentare permittuntur: tot ſunt viæ, quas

f Abac. 3. 5.

g Pſ. 77. 49.

E

Peccata aliquando à Deo permittuntur in pœnã præcedentium delictorum. Greg. Pap.

h Pſ. 77. 49.

F

Ira Dei per quas vias decurrat in anima peccatrice.

quas gladio, iræque ac vindictæ Dei in eadem ij faciunt, quot ſunt vitiorum ſuggeſtiones, quibus in varia illam deiicere obnituntur vitia; per eas ſuggeſtiones, vti per ſtratas vias ipſa decurrit ira Dei in ſceleribus, quæ miſera ipſa anima ad ſui maiorem committit damnationem.

5 *Pax eſſe nequit carni.*

(*Non eſt pax vniuerſæ carni.*) Quomodo pax eſſe poteſt carni, quæ iugiter præliatur cum ſpiritu, iuxta illud [a] *Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, Spiritus autem aduerſus carnem?* [b] *Vnde & bella & lites in vobis*: ait Iacobus Apoſtolus, *Nonne hinc? ex concupiſcentiis veſtris, quæ militant in membris veſtris*, id eſt in carne veſtra. Et Paulus item Apoſtolus adeo alienam à carne cēſuit pacem, vt quum primum in quopiam quid apparuerit contentionis, arguendum tutò arbitratus ſit, illum eſſe carnalem, [c] *Cum enim ſit*, inquit, *inter vos zelus, & contentio, Nonne carnales eſtis, & ſecundùm hominem ambulatis?* Quo loco nota, tria ſimul indicari ita eſſe adnexa, vt vnum idem ferè ſint, eſſe contentioſum, eſſe carnalem, & ſecundùm hominem ambulare, ſeu eſſe hominem, quod ſubiecit ipſe Apoſtolus addens, [d] *Cùm enim quis dicat, Ego quidem ſum Pauli. Alius autem, ego Apollo, Nonne homines eſtis?*

a Gal. 5. 17. b Iob. 4. 1. c 1. Cor. 3. 3. *Carnalem, & cōtentioſum, & hominem eſſe vnum idemque ſunt.* d 1. Cor. 3. 4.

VVLGATÆ.

Verſ. 12.] Super omnes vias deſerti, &c.

SEPTVAGINTA.

12. Ἐπὶ πᾶσαν διεκβολὴν. ἐν τῇ ἐρήμῳ ἦλθοσαν ταλαιπωροῦντες, ὅτι μάχαιρα τοῦ Κυρίου καταφάγεται ἀπ' ἄκρου τῆς γῆς, καὶ ἕως ἄκρου τῆς γῆς οὐκ ἔστιν εἰρήνη πάσῃ σαρκί.

Verſ. 12.] Ad omne diuerticulum in deſerto venerunt vaſtatores: quia gladius Domini deuorabit ab extremo terræ vſque ad extremum terræ: non eſt pax vniuerſæ carni.

APPENDIX EXPOSITIONVM
Ex antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Super omnia excelſa deſerti venerunt depradatores, quia gladius coram Domino occidit eos, qui congregantur ab extremis terræ: & vſque ad extrema terræ non eſt pax vlli carni.*

Verſ. 12. (*Super omnes vias deſerti, &c.*)

Hieronymus. *Per omnes vias ſolitudinis venerunt vaſtatores, id eſt, hoſtilis exercitus: & gladius Domini deuorauit à termino vſque ad terminum: nec requies vlla fuit de vrbe fugientibus: vnde dicitur: Non eſt pax vniuerſæ carni: Neque enim pacem Dei poteſt caro recipere:* [e] *Sapientia enim carnis inimica eſt Deo, Et qui in* [f] *carne ſunt, Deo placere non poſſunt.*

Hieron. *Pax eſſe non poteſt carni.* e Rom. 8. 6. f Rom. 8. 8.

Theodoritus. (*Ad omne diuerticulum deſerti venerunt*) *miſerè degentes in deſerto* τὴν διεκβολήν. *Syrus interpretatus eſt* ἀτραπὸν *hoc eſt diuerticulum, ſemitam; Omne*, inquit, *deſertum repleuerunt diuerticulis calamitoſi, & hoſtes effugientes. Proprium eſt enim fugientium, non vti viis Regiis.* (*Quia gladius Domini deuorabit, &c.*) *Commemorat ea quæ Iudæis acciderunt ab extremo terræ vſque ad extremum terræ Iſraeliticæ.*

Theodorit. *Fugientes vtūtur viarum diuerticulis.*

Origenes citatâ homil. 7. in Ierem. *Dominus loquitur, Quid putatis, quia veni pacem mittere ſuper terram?* [g] *Non veni pacem mittere, ſed gladium. Verè antequam deſcenderet, non erat gladius ſuper terram, neque caro concupiſcebat aduerſum Spiritum, neque Spiritus aduerſus carnem. Quando autem venit, & edocti ſumus quæ carnis, quæue ſint Spiritus, & doctrina eius quaſi gladius immiſſus diuiſit carnem, id eſt terram à ſpiritu, & exterminauit eam,* [h] *quia mortificationem Ieſu Chriſti circumferimus in corpore noſtro, & non viuimus vltra iuxta carnem, viuit autem Spiritus:* [i] *& ſeminamus non in carne ſed in ſpiritu, vt non metamus corruptionem de carne, ſed de ſpiritu vitam æternam.*

Origenes. *Poſt Chriſti aduentum edocti ſumus pugnam carnis ac ſpiritus, & gladio mortificationis ſpiritum à carne ſeiungere.* g Matth. 10. 34. h 2. Cor 4. 10. i Gal. 6. 8.

Petrus Damiani lib. 7. Epiſtolarum Epiſtolâ 19. (*Gladius Domini deuorabit ab extremo terræ vſque ad extremum eius: Non eſt pax vniuerſæ carni.*) *Gladius deuorare terram dicitur, & pax vniuerſæ carni deeſſe perhibetur, quia quiſquis nunc carnaliter conuerſatur, vel terrena immoderatiùs ambire conuincitur, vltimæ diſtrictionis neceſſe eſt gladio perimatur.*

Petr. Dam. *Carnaliter viuētes perimuntur gladio vltimæ deſtructionis.*

D. Thomas. *Ponit pœnæ menſuram, primò oſtendens multitudinem hoſtium* (*Super omnes vias*) *q. d. Omnes vias implent deſerti, quod eſt inter Ieruſalem, & Babyloniam. Secundò, multitudinem interfectorum,* (*Quia gladius*) *vel peſtilentiæ, vel etiam Chaldæorum: tertiò conſolationis defectuum,* (*Non eſt pax*) *q. d. Nullus immunis erit.* [k] *Iſai. 57. Non eſt pax impiis dicit Dominus.*

D. Thom. k Iſai. 57. 21.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ἘΠΙ' πᾶσαν διεκβολὴν ἐν τῇ ἐρήμῳ.] Εὐσεβίου Καισαρείας.] μεθ' ὅ φησιν. ἐπὶ πᾶσαν διεκβολὴν ἐν τῇ ἐρήμῳ ἦλθον. τὴν τελείαν αὐτῶν ἐκπλωσιν δηλώσας λευκότατα. ἀτραπῶν γὰρ τὴν πᾶσαν ἐπλήρωσαν ἔρημον, σὺν πολεμίους ἀποδιδράσκοντες, καὶ τὰς νενομισμένας ὁδοὺς ἐκτρεπόμενοι.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τὴν αἰχμαλωσίαν ἐνταῦθα, καὶ τὸν πόλεμον, λέγει. ὅρα τινὰς οὐκ ἂν ἐποίησε βελτίους ἡ τοσαύτη ἀπειλή.

Ὀλυμπιοδώρου.] οἱ τῶν ἰουδαίων αἰχμάλωτοι. πρὸς

2 Verſ. 12. AD omne diuerticulum ſeu, in omnem eiectionem in deſerto.

Euſebius Cæſarienſis.] *Addit* (*in omnem eiectionem in deſerto venerunt*) *perfectum eorum exterminium clariſſimè ſignificans, ſemitis enim omne replerunt deſertum, dum hoſtes fugiunt, viaſque tritas auerſantur.*

Euſeb. Cæſ. *Iudæorum perfectum exterminium etiam in fuga.*

Chryſoſtomi.] *Captiuitatem & bellum intelligit. Vide quoſnam hæ tantæ minæ probiores non reddidiſſent.*

Chryſoſt. *Iudæorum obſtinatio, nec grauiſſimis emollita Dei minis.*

Olympiodori.] *Iudæorum captiui, at ſpirita*

Olympiod.

πρὸς τὴν διάνοιαν, οἱ τὴν ἄκαρπον τῶν πολλῶν ποιμένων παραδεχόμενοι διδασκαλίαν.

[ὅτι μάχαιρα τοῦ Κυρίου καταφάγεται ἀπ' ἄκρου τῆς γῆς.

. τοῦ αὐτοῦ.] πρὸς μὲν ἱστορίαν, ἡ τῶν Ῥωμαίων χεὶρ πορθοῦσα τὴν συγχώρησιν τοῦ Κυρίου, ἣν διὰ τὸ αὐτεξούσιον τῶν τε ποιμένων, καὶ ποιμαινομένων, μάχαιραν Κυρίου νοήσεις διαφθείρουσαν τοὺς ἐν πάσῃ γῇ ταῖς ποικίλαις διδασκαλίαις πειθομένους. οἵτινες οὐδὲ εἰρηνεύουσι πρὸς ἀλλήλους.

[ὅτι μάχαιρα κυρίου.]

||Ὠριγένους.] ὁ γὰρ ἐλθὼν βαλεῖν μάχαιραν, διέτεμεν ἀλλήλων τὰ πρότερον εἰρηνεύοντα κακῶς πνεῦμα καὶ σάρκα. τότε γὰρ οὐκ ἐπεθύμουν κατ' ἀλλήλων. ὁ δὲ διδάξας τὰ ἑκατέρου ἔργα, βέβληκεν μάχαιραν ἐν ἡμῖν τὸν ἴδιον λόγον. καὶ τὴν Χριστοῦ νέκρωσιν ἐν ἑαυτοῖς περιφέρομεν. καὶ ζῇ τὸ πνεῦμα θανούσης ἡμῖν τῆς σαρκός. ἐν ἐκείνῳ γὰρ, οὐκ ἐν ταύτῃ σπείρομεν, ἵνα μὴ θερίσωμεν φθοράν, ἀλλὰ ζωὴν αἰώνιον. ||

A *ritaliter, qui infructuosam multorum pastorum doctrinam recipiunt.*

Decimas varias & infructuosas recipientes descripti.

(Quia gladius Domini deuorabit ab extremo terra, &c.)

Eiusdem.] *Historicè Romanorum exercitus terram Iudaeorum, diripiens. Mysticè verò permissionem accipies Dei; Quam esse gladium Domini intelliges propter liberum pascentium, & pascendorum arbitrium, & interimentium illos, qui per totum Orbem varias sectantur doctrinas, nec inter se conueniunt.*

Olympiod. *Romanorum in Iudaeos clades praenunciata. Gladius Dei illius permissio interimens haereticos.*

B *(Quia gladius Domini,&c.)*

||Origenis.] *Qui enim* [a] *venit mittere gladium disiunxit ab inuicem quae priùs iniquâ vtebantur pace, Spiritum & carnem, tunc enim non concupiscebat aduersùs se inuicem. Qui autem vtriusque opera docuit, misit in nos gladium sermonem proprium: & Christi mortificationem in nobis circumferimus, carneque nobis emortuâ spiritus viuit;* [b] *in illo enim, non in hac seminamus, ne corruptionem, Sed vitam aeternam metamus.* ||

C

Origenes. a Matth. 10. 34. *Gladio Christi diuisa caro, ac Spiritus quae praua iuncta erant pace. Gladio verbi Christi docemur mortificationẽ carnis.* b Galat. 6. 8.

Vers. 13.] Seminauerunt triticum, & spinas messuerunt: haereditatem acceperunt, & non eis proderit: confundemini à fructibus vestris, propter iram furoris Domini.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERAE.

1

c Seminauerunt triticũ, & spinas messuerunt: haereditatem acceperunt, & non eis proderit: confundemini à fructibus vestris, propter iram furoris Domini.

QVin [c] *imò prospera expectantibus aliquando, in contrarium omnia euenient aduersa, ac per id maximo suffundentur pudore, quod ob exacerbatam ab ipsis Dei iram suâ se delusos videbunt expectatione, non secus ac qui spinas ex sato colligat tritico: suaque & omni destitutos spe, non secus ac cui nil prosit boni natura soli, si frugum in eo non videat quidpiam. Et reuera seminabunt infelices Iudaei bonum tritici semen, colẽtque & sata magnis laboribus: at messis tempore nil colligent frumenti, sed spinas metent pro tritico enatas, & meritò, quia & ipsi peccatis suis primã terrae renouari fecerũt maledictionẽ. Neque eis quidquã haereditariorum agrorum proderit bonitas.* D *Quid ni ergo ingens vos capiet cõfusio succensa in terras ipsas vestras furiosa Dei ira? Quod & exinde confirmabitur, quia quantumcumque, & frumenti in bonis agris iterent sationem, neutiquam nihilominus id ei proderit, vastatoribus enim omnia depraedantibus, ac deuastantibus, nil quod metatur relinquetur vobis praeterquam spinae, vt digna vobis sit retributio, qui & Domino pro vuis spinas reddidistis, & pro tritico tribulos.* [d] *Enimuerò Prophetae Sancti sedulo studio bonum in vobis seminauerunt verbi Dei triticum, & vestrâ factum est peruersitate, vt praeter peccatorum vestrorum spinas, persecutionumque & iurgiorum tribulos, nil ex vobis ij collegerint. Quapropter & dolor magnus corda occupauit eorum, quòd ex sua praedicatione nihil profecerint: & ingenti repleti sunt pudore propter praua opera vestra, & propter exacerbatam à vobis furoris Domini iram. Quae & in vos pariter confusionem inferet maximam.*

2

3

d (Seminauerunt frumenta, & spinas messuerunt: aegrotarunt, seu doluerũt, non profecerunt: & pudefacti sunt, (seu confundemini ab ira furoris Domini.)

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERAE.

SEminauerunt triticum,&c.) Duobus modis accipi haec queunt, vel vt propriè, ac historicè, vel vt metaphoricè & prouerbialiter habita, Vtroque autem modo certum est ea pertinere ad enarrationem imminentis Iudaico populo calamitatis, quae caepta est in superioribus. Facilior certè eorum est sensus, si historica sit locutio, ei non admodum absimilis, quae in cap. 8. dicebatur, [e] *Congregans congregabo eos, ait Dominus: Non est vua in vitibus, & non sunt ficus in ficulnea, folium defluxit: & dedi eis quae praetergressa sunt*; quáue clariùs apud Ioelem dicitur. [f] *Depopulata est Regio, luxit humus, quoniam deuastatum est triticum, confusum est vinum, elanguit oleum. Confusi sunt agricolae, vlulauerunt vinitores super frumento, & hordeo, quia periit messis agri*,&c. Quamquam multò efficacius eadem hîc experimantur. Potestque & sic iuxta historiam duplex esse sensus, vel vt de naturali sterilitate terrae, quae calamitas maxima est à facie irae furo- E ris Domini proueniens, iuxta illatam post Adae peccatum terrae ipsi maledictionem, [g] *Spinas, & tribulos germinabit tibi, maledicta terra in opere tuo.* Sicque sensus erit Seminauerunt, pro Seminabunt infoelices Iudaei, & caet. vt habes in Paraphrasi num. 2.

4

e Iere. 8. 13.

f Gal. 1. 10. *Penuria magna in Iudaea adueniente super eum citu Chaldaeorum.*

g Gen. 3. 18.

1. Sensus.

Vel secundo, magisque antecedentibus consequenter, de penuria frugum, ac fructuum causa ex depraedatione vastatorum, quorum in superiori versu tanta dicta est futura multitudo, vt & semitas occupaturi deserti, & loca quaeque repleturi essent per ardua, sensu quem habes item F in Paraphasi n. 3.

2. Sensus

3. Sensus.

Si prouerbialiter haec ipsa sumenda sit sententia. Quod dicitur. (*Seminare triticum, & metere spinas*) generale id esse prouerbij ait in tomo primo suorum Adagialium Sacrae Scripturae Martinus del Rio Adagio 838. quod in illos conuenit, quibus pro bono redditur malum: qui non modo oleum & operam perdunt bonis monitis, & consiliis, sed insuper iurgia, contumelias, persecutiones,

2

Prouerbium seminare triticum, & metere spinas. *Malum pro bono referre.*

Martin. del Rio.

cutiones, patiuntur. Hoc tamen loco inquit significari, Iudæis malè cessurum quicquid conabuntur: quod probat ex Chaldaica Paraphrasi.

4 Sensus. *Pro expectatis prosperis euenire aduersa est seminare triticum, & metere spinas.*

Aptiùs nihilominus dicendum mihi videtur, vt, cum mox dictum fuisset. *Non est pax vniuersæ carni*, id est, Iudæos nullum à vastatoribus reperturos effugium, nihil habituros quietis, nihil prosperi: Id modò peregregiè confirmetur, quod iisdem prospera tandem aliquando expectantibus in contrarium potiùs aspera euentura essent aduersa; ita vt per idipsum maximè & pudore, & mœrore essent afficiendi, quòd suâ delusos se visuri sint expectatione, spéque omni destituti, sic tribus membris, *Seminauerunt triticum, & spinas messuerunt*, vno: *hæreditatem acceperunt, & non profuit eis*, alio: & tertio, *Confundemini à fructibus vestris:* idipsum eloquentissimè exprimatur, quod totum Iudæis contigisse ex eo quòd vehementissimè Dei exacerbarunt iram.

5

Andr. Cap. 5. Sensus. *Principium bonum habere exitum, & finem malum est seminare triticum, & metere spinas.*

Quamuis hæc mihi & faciliora visa sint, & veriora in præsentis sententiæ explicatione, addam nihilominus quæ & probabilia censeo ab aliis dicta. Siquidem Andreas Cappella arbitratur per hæc significatum, Iudæos habuisse quidem principium bonum, sed finem exitumque malum, quòd in captiuitatem è sua deducendi essent hæreditate, vt secundum membrum sit primi explicatio, & accepisse hæreditatem habitatoribus eiectis, sit seminare triticum, optimum nempe principium habuisse: spinas verò metere, sit è terra eiici, & in captiuitatem abigi. Quòd verò additur, (*Confundemini à fructibus vestris*, &c.) de pessimis intelligatur eorumdem operibus, quibus cùm Dei irritauerint furorem ob superuenientem confundendi sint punitionem. Quod clariùs Paraphrasis exprimit Chaldaica. (*Et confundemini in operibus vestris, cùm venerit super vos ira furoris Domini.*)

4

Quia in Hebraico textu membro secundo est vox נחלו *nehhlu*, quæ & à verbo נחל *nahhal*, hæreditatem accipere, deduci potest, prout eam sumpsit noster Interpres, & Sept. atque etiam ab alio verbo חלה *hhalah*, ægrotare, & dolere, afficique mœrore: Quo sensu id interpretes acceperunt recentiores, vertentes vel (*Ægrotarunt non profecerunt, & pudore afficiemini à prouentibus seu fructibus vestris propter iram nasi, seu furoris Domini*) vt Pagninus, & Regia: vel vt Vatablus in Annotationibus, (*Dolore quodam animi affecti sunt quòd non profecerint, & pudefietis à prouentibus vestris ab æstu furoris Domini:*) Ideo ex Hebræorum doctoribus aliter hæc exposita reperiuntur. Quidam enim ad historiam hæc referentes, atque ad ipsos Iudæos, super quos venisse dicti sunt vastatores Chaldæi. Dici, inquiunt, eos seminasse triticum, quando per legatos munera Regi miserunt Ægypti, vt illorum opem contra Regem obtinerent Babylonis; Sed spinas messuisse, cùm ab iisdem afflicti sunt Ægyptiis. Vnde meritò dolor ipsos arripuit; quandoquidem id nil eis profecerit, & confusio, ac pudor, quòd propter Dei in ipsos exacerbatam iram tales collegerint calamitatum prouentus.

6. Sensus. *Ab Ægyptiis auxiliū muneribus procurantes Iudæi contra Chaldæos seminantes triticū, messuerunt spinas.*

5

7. Sensus. Nic. de Lyra.

Aliter verò Nicolaus de Lyra ex R. Salomone, de Iudæis item hæc sumit. Qui seminasse triticum, &c. dicantur, quia imminente destructione Ierusalem fecerunt bona aliqua, quæ tamen haud fuêre eis proficua, ita vt per illa imminentes euitarent calamitates: quoniam non fecerunt sibi nouale, pœnitendo de admissis sceleribus, iuxta consilium supra traditum in cap. 4. [a] *Nouate vobis nouale*, &c. Sed seminarunt super spinas suffocatoque tritico non nisi spinas messuerunt. Quando & doluerunt orando, & clamando coram Domino, sed nec id quidquam eis profuit, quòd ipsorum oratio cum sordibus mixta erat peccatorum. Vnde & propter fructus demeritorum suorum confusi sunt, irâ id causante furoris Dei, quem irritarunt.

a Ierem. 4. 3.

8. Sensus. R. Dauid. *Ex Verbi Dei prædicatione, auditorum peccata colligere, est seminare triticum & spinas metere.*

Communiori tamen sensu cum R. Dauid hæc referuntur ad Sanctos Prophetas, de quibus dicatur, Seminasse quidem triticum bonæ, sanæque doctrinæ, haud tamen aliud exinde præterquam spinas malorum operum propter terræ malitiam collegisse. Quod consonum Euangelicæ est parabolæ, de enatis [b] zizaniis, cùm bonum semen seminatum esset in agro. Vel illi, secundùm quam spinæ [c] exortæ suffocasse dicuntur frumentum; Doluisse verò eosdem Prophetas, quum nihil ex sua prædicatione profecisse se viderint, quin & erubuisse propter praua Iudæorum opera, & propter exacerbatam furoris Domini iram; legitur enim Hebraicè in tertia persona. (*Et confundentur à prouentibus vestris.*) Tametsi in secunda & antiqui, & recentiores interpretes eam reddiderint, referentes vltimum istud membrum ad Iudæos, quod & aptiùs est.

b Matth. 13. 26.
c Matt. 13. 7.

6

In Versione Sept. variant primò Codices quoad primum membrum: Complutensis enim, Regius, aliique permulti, & Hieronymus habent, (*Seminastis triticum, & spinas messuistis.*) Correctior verò Vaticanus in Imperatiuo legit σπείρατε, καὶ θερίζετε. (*Seminate, & metite.* In idem tamen recidunt lectiones ambæ, cum nostra Vulgata. Quod enim in tertia persona narratur euenisse in nostra, hoc iisdem Iudæis & euenisse dicitur, & euenturum significatur, iuxta duas præexpositas lectiones Sept. si ad Iudæos sermonem esse velimus. Similique ratione aptabis eadem & Prophetis, inaniter bonum verbi Dei triticum prædicantibus, spinasque colligentibus ne dum peccatorum, sed & iurgiorum, & persecutionum, iuxta sensus vltimo loco supra allatos. Secundum membrum, licet in textu Theodoriti habeatur prout præcedens in secunda item persona, (*Et Cleri vestri non proderunt vobis*) Codices tamen quos vidi omnes, & Hieronymus in tertia persona sic legunt οἱ κλῆροι αὐτῶν οὐκ ὠφελήσουσιν αὐτούς. (*Cleri eorum non proderunt eis.*) Quo idipsum significatur, ac per id quod in Vulgata dicitur, (*Hæreditatem acceperunt, & non proderit eis.*) Clerorum quippe vocabulo, Latinè sortium apud Sept. ex significari consueuêre agrorum partes, quæ in diuisione terræ per sortes vnicuique tribui, vel familiæ obuenêre in hæreditatem: vt ex eo manifestè patet, quod in lib. Num. legunt, ἐν μέσῳ υἱῶν Ἰσραὴλ οὐ κληρονομήσουσι κλῆρον. [d] *In medio filiorum Israel non hæreditabunt clerum*; paulóque post τὸ ἐπιδέκατον δέδωκα ὑμῖν ἐν κλήρῳ. *Quicquid decimum fuerit dedi vobis loco cleri.* In tertio denique membro iidem Sept. sensum potiùs quàm verba expressisse videntur, Sic quippe, quod iuxta Hebraicam lectionem in Vulgata dicitur. (*Confundemini à fructibus vestris, propter iram furoris Domini,*) illi legunt αἰσχύνθητε ἀπὸ καυχήσεως ὑμῶν ἀπὸ ὀνειδισμοῦ ἔναντι Κυρίου. (*Confundemini à gloriatione vestra, ab opprobrio in conspectu Domini.*) Gloriationem eam designantes, quæ de expectatis fructibus ipsi inaniter gloriabantur Iudæi: opprobrio verò in conspectu Domini, peccata significantes, quibus iidem iram furoris Dei irritauerunt. Vt in idem recidat cum sensu lectionis Vulgatæ. Vide in

Clericorum nomine apud Sept. significata partes hæreditatis, & agrorum, quæ per sortes distributa erant.

d Num. 18. 24.

in Appendice quæ circa eamdem versionem dicuntur à Patribus.

Vers. 13.] Seminauerunt triticum, & spinas messuerunt,&c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

7 *Ingratus reddit mala pro bonis.*

MORALE prouerbium aptissimum pro vi exprimenda ingratitudinis, cuius id peculiare est, vt pro collatis beneficiis spinæ reddantur malorum: Ei ferè simile, quod ex Menandro profanis est literis, Κριὸς τροφεῖα ἀπέτισεν, id est, Aries alituram rependit, quippe qui cum ipsum à quo nutritus sit cornibus impetit. Congruit & locus iste sanctis Apostolis, quibus prædicantibus Euangelium,spinæ redditæ & à Iudæis,& à Gentilibus fuerunt persecutionum, cruciatuum, & mortis. Quæ & Apostolicis quoque Prædicatoribus sæpius euenire conspicimus. Sed & de iis pariter Prædicatoribus,quos mercenarios rectè nuncupamus, in hunc modum interpretari hæc queunt, vt seminasse quidem dicantur bonum verbi Dei semen, at messuisse pecunias, quibus veluti acutissimis spinis eorum cor transfigatur curis multiplicibus,propter quas curas in Euangelio [a] Dominus spinas appellauit diuitias. Seminant etiam triticum, metuntque spinas qui bene incipiunt, sed non perseuerant, & qui bonis quidem insudant operibus, sed vt videantur ab hominibus,quique laborant in verbo Dei, & clamoribus, & gemitibus prædicationi indulgentes, idque vel vt falsò nomen sibi concilient sanctitatis,vel vt inanem apud plebem consequantur gloriolam. Quibus omnibus rectè id tribui potest Psalmi [b] *Euntes ibant,& flebant mittentes semina sua.* Non tamen quod ibidem subiectum est. *Venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos.* Sed vel id Euangelij,[c] *Receperunt mercedem suam:* vel id Aggæi,[d] *Seminastis multùm, & intulistis parum*, vel maximè quod hîc asseritur(*Seminauerunt triticum,& spinas messuerunt,*) iuxta illud [e] *Possidebit tremor hypocritas*, & illud, [f] *Congregatio hypocritæ*, collectio scilicet quam ex sua faciet satione, ex suisque laboribus, *sterilis*,id est, inanis à fructu vtili,sed spinis exuberans. [g] *Concepit enim dolorem, & peperit iniquitatem: & vterus eius præparat dolos, idque nedum aliis sed & sibimet.*

Prædicatores mercenarij & hypocritæ, quid tandem colligant ex sua prædicatione.

a Matth. 13. 22.

b Ps. 125. 6.

c Matt. 6. 2.

d Agg. 1. 6.

e Isai. 33. 14.

f Iob. 15. 34.

g Iob. 15. 35.

8 *Hæreditates magnæ diuitum impiorũ, nil prosunt prauis illorũ hæredibus.*

(*Hæreditatem acceperunt, & non eis proderit: Confundemini à fructibus vestris propter iram furoris Domini.*) Si terrenam & corpoream significatam velimus hæreditatem, deseruit locus iste moraliter ad id quod quotidianâ animaduertimus experientiâ in prauorum diuitum hæredibus, peregregiè in lib. Ecclesiastici literis consignatum, vbi dicitur. *Filiorum peccatorum*,id est diuitum impiorum, phrasi aliàs adnotatâ, [h] *periet hæreditas*;vnde apparet, quàm verè hoc sic dictum (*Hæreditatem acceperunt*) à suis parentibus: quæ nihilominus illis non prodest, quia illico eam in prauos dissipant vsus. Audi & confusionem, *Et cum semine illorum*,quod scilicet hæreditatem accepit, *assiduitas opprobrij*, & quod ex suscepta hæreditate referent fructuum, iuge opprobrium, perennemque confusionem (*propter iram furoris Domini*) quando [i] *Non proderunt diuitiæ in die vltionis*, vt ait Sapiens, & iuxta Ezechielis dictum, [k] *Argentum eorum foras eiicietur, & aurum eorum in sterquilinium erit. Argentum eorum,& aurum eorum non valebit liberare eos,in die furoris Domini.*

h Eccl. 41. 9.

i Prou. 11. 4.

k Ezech. 7. 19.

9 *Christianum aut Religiosum esse parũ prodest, nisi cooperemur gratiæ Dei. Imò hæc maiorem pariet confusionem, & pœnam.*

Si spiritalem intelligas hæreditatem, quam à cælesti Patre, & à Christo fratre nostro in hac vita accepimus, illam dico, de qua fidelis quisque in primisque Clericus,& Religiosus id concinit Psalmi. [l] *Funes ceciderunt mihi in præclaris, Etenim hæreditas mea præclara est mihi*,ipsam nimirum Ecclesiam Sanctorum, eiusque diuitias gratiarum, & vberrimos Sacrarum literarum campos, ac Sacramentorum thesauros: Vel statum religiosum, immensasque illius opes, quin & Deum ipsum, qui hæreditas est seruorum suorum. Ex hoc loco colligitur, parum hæc omnia nobis profutura, ni hæreditatem susceptam nostro colamus labore: ni cooperatores simus multiformis gratiæ Dei, alioquin ex fructibus prauorum operum, quos in tali hæreditate in summam Dei ignominiam habere comperiemur, propter exacerbatam Dei iram, confusionem nos reuecturos maximam: quando ad iudicium vocati dicetur cuique à Iudice, [m] *Redde rationem villicationis tuæ, iam enim non poteris ampliùs villicare.* Est autem ponderãda iuxta hunc ipsum sensum lectio Sept. (*Confundemini à gloriatione vestra, ab opprobrio in conspectu Domini.*) Illa enim ipsa, de quibus modò gloriamur, quòd hæredes Dei simus, & cohæredes Christi, vt explicatum est, confusioni maximæ nobis erunt, quando tandem intelligemus iis nos in conspectu Domini, atque in eius obsequio ad illjus vsos esse opprobrium. Seu quando mortis tempore, aut in die iudicij ante tribunal Dei opprobrio nobis dabitur, ob eius abusum, id omne quod ad gloriam fuerat collatum.

l Psal. 15. 6.

m Luc. 16. 2.

Dei ; dona quibus abusi sumus confusioni nobis erunt.

VVLGATÆ.

Vers. 13.] Seminauerunt triticum, &c.

SEPTVAGINTA.

13. Ἐσπείρετε πυρὺς, καὶ ἀκάνθας ἐθερίσατε. οἱ κλῆροι αὐτῶν οὐκ ὠφελήσουσιν αὐτοὺς: αἰσχύνθητε ἀπὸ καυχήσεως ὑμῶν, ἀπὸ ὀνειδισμοῦ ἔναντι κυρίου.

Vers. 13.] Seminate frumenta, & spinas metite: Cleri eorum non proderunt eis. Confundimini à gloriatione vestra, ab opprobrio in conspectu Domini.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1

PARAPHRASIS Chaldaica. *Nolite esse similes his qui seminant triticum in agro inculto, & non inueniunt quod colligant nisi spinas, & ex fructu eorum non est illis vtilitas. Et confundemini in operibus vestris, cum venerit super vos ira furoris Domini.*

Vers. 13. (*Seminauerunt triticum,&c.*)

Origenes citatâ homiliâ 7. in Ierem. *Dicitur de peccatoribus, (Seminatis triticum, & spinas metitis.) Qui enim neque iuxta voluntatem Scripturarum, nec iuxta fidei veritatem profert eloquia Dei, seminat triticum, & metit spinas. Hoc hæretici faciunt, qui legunt Scripturas, & spinas non de libris Sanctis, sed de propriis sensibus metunt. (Cleri eorum non proderunt eis.) Hæc ante me alij exposuerunt, & consentiens eamdem interpretationem profero. Nosse debetis, non* statim

Origenes. *Peccatores in primisque hæretici seminant triticũ, & metunt spinas.*

Clericatus dignitas parũ & nil prodest,ni si vita sit ordini cõgruens.

statim in eos nos esse saluandos, quia clerici sumus. Multi enim & Presbyteri pereunt, & laici beatissimi reperiuntur. Sed si ordinem clericatus & mereamur pariter, & habeamus. Quia igitur sunt quidam Clerici non ita viuentes, vt & ipsi ex ordine capiant fructum, & ornamento suæ sint dignitati, idcirco aiunt qui exposuerunt, Prophetam nunc dicentem (Cleri eorum non proderunt eis.) Verum charissimi nolite putare, hoc tantùm de nobis esse dictum: & nos, & vos commonet diuina maiestas, vt iuxta Scripturarum præcepta viuamus, & si sic expedit dicere, [a] *potentes potenter tormenta patientur. Plus à me exigitur quàm à Diacono, plus à Diacono, quàm à laico. Qui verò totius Ecclesiæ arcem obtinet, pro omni Ecclesia reddet rationem. Videamus iam & reliquis necessariam correptionem, quam vt mihi videtur, in morali loco debemus accipere. (Confundimini à gloriatione vestra ab opprobrio in conspectu Domini.) Multa sunt in quibus gloriantes insipientiam nostram ostendimus. Verbi gratia, si qui in multis possessionibus gloriantur, dicitur eis (Confundimini à gloriatione vestra:) si qui gloriantur in generis nobilitate: si qui iactabundi incedunt in pretiosissimis vestibus, super domo multis exornata diuitiis; aliena est quippe à gloriatione Sanctorum, dicit ad vos (Confundimini, &c.) Gloriemur, sicut* [b] *Apostolus, in cruce Domini nostri Iesu Christi, atque in* [c] *infirmitatibus, & tribulationibus, Discamus differentias gloriarum, & nonnullos esse, qui super his glorientur quæ rubore digna sunt, quorum* [d] *gloria est in confusione. In his quippe gloriantur, quæ cùm faciant, latebras & secreta perquirunt.*

(Clericus quò digniorem habet ordinem eò maiorem reddet rationem.)

a Sap. 6. 7.

Gloriatio in rebus mundi parit confusionem.

b Gal. 6. 14.
c 1. Cor. 12. 9.
d Phil. 3. 19.

2 Hieron. *Hæretici, & praui Ecclesiastici seminant triticū, & metunt spinas.*

Hieronymus. (*Seminauerunt triticum, & spinas messuerunt, &c.*) *Meliora inquit expectauerunt, & venerunt pessima: sperabant prospera, & aduersa perpessi sunt: acceperunt à Domino rerum omnium abundantiam, quæ eis non proderit. Iuxta Sept. verò omnes hæretici quasi triticum seminant, & spinas metunt, expectante Domino vt facerent fructum, & non fecerunt iudicium, sed clamorem. Dicitur autem hoc & Ecclesiasticis, qui verba Domini, & doctrinâ eius malâ conuersatione disperdunt. De quibus infertur (Cleri eorum non proderunt eis.) Quid enim eos iuuare poterit Episcopi nomen, & Presbyteri, vel reliquus ordo. Ecclesiasticus, cùm magis grauentur dignitatibus suis,* [e] *& potentes potenter tormenta patiantur, & quantò eis plus creditum fuerit, tantò plus requiratur ab eis. (Confundimini à fructibus, seu à gloriatione vestra, propter iram furoris Domini.) Dicitur ad eos, quibus cleri sui, & Ecclesiasticus ordo non proderit, vt confundantur à gloriatione sua, & ab opprobrio coram Domino.*

e Sap. 7.

Epiphanius Epistolà ad Ioannem Ierosolymorum Episcopum, quam Latinitate donauit Hieronymus, & quæ tomo secundo inter epistolas est eiusdem Hieronymi epistola 60. in initio. *Oportebat nos dilectissime clericatus honore non abuti in superbiam, sed custodiâ mandatorum Dei, & obseruatione diligentissimâ hoc esse quod dicimur. Si enim Sacra Scriptura loquitur, (Cleri eorum non proderunt eis:) quæ arrogantia clericatus conducere nobis poterit, qui non solum cogitatione, & sensu, verùm etiam sermone peccamus?*

Epiphanius. *Clericatus & Episcopatus dignitas nisi respondētem habeat vitam, maioris causa est confusionis & damnationis.*

Augustinus lib. 2. de Sermone Domini secundùm Matthæum, qui habetur in tomo 4. cap. 37. *Per diuinam prouidentiam legem Dei prædicantes possunt esse audientibus vtiles, cùm ipsi sibi non sint. De talibus per Prophetam dictum est (Seminastis triticum & spinas metetis:) quia bona præcipiunt, & mala faciunt. Tunc qui eos audiunt, & faciunt quæ ab eis dicuntur, non de spinis legunt vuas, sed per spinas de vite legunt vuas: tamquam si manum aliquis per sepem mittat, aut certè de vite, quæ sepi fuerit inuoluta, vuam legat, non spinarum est fructus iste, sed vitis.*

3 August. *Prædicatoris praui fructus haud est illius sed Christi, & diuinæ prouidentiæ.*

Theodoritus. (*Seminastis triticum, & spinas metetis.*) *Admonet non esse collocandam in fertilitate terræ fiduciam, sed in bonis illius operationibus. Qui enim nequitiâ vtitur, spinas ex ea colligit. (Sortes vestræ non proderunt vobis.) Sortes rursum vocat pinguem hæreditatem, cui non esse fidendum, censuit. (Confundemini à gloria vestra, ab opprobrio in conspectu Domini.) Quæ putatis illustrare vos, verbi gratia opes, potentiæ, hæc vos pudore perfundent, dum causam agetis apud Deum. Eius enim beneficia abundè experti, contraria illi rependistis.*

Theodorit. *Fertilitati terræ non fidendum, sed in bonis operibus.*

Bona fortunæ frequenter confusionis causa sunt.

D. Thomas. *Hic comminatur pœnam sterilitatis. Et primò seminis frustrationem, (Seminauerunt) q. d. Semina corrumpentur.* [f] *Matth. 13. Nonne bonum semen seminasti in agro tuo, Vnde ergo habet zizania? Secundò, hæreditatis amissionem (Hæreditatem,) non proderit, quia ab hostibus surripietur. Thren. vltimo.* [g] *Hæreditas nostra versa est ad alienos. Tertiò concludit confusionem (Confundemini) scil. propter defectum fructuum Isai. 24.* [h] *Luxit vindemia: infirmata est vitis: ingemuerunt omnes qui lætabantur corde.*

D. Thom.
f Matth. 13. 27.
g Thren. 5. 2.
h Isai. 24. 7.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΕΣΠΕΙΡΕΤΕ πυροὺς, καὶ ἀκάνθας ἐθερίσατε.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἐπειδὴ γὰρ κἀγὼ ἐφύτευσα ἄμπελον, καὶ ἐποίησε πικρίαν. καὶ σπέρμα καλὸν ἔσπειρα, καὶ ἐποίησε τοὐναντίον, οὕτως καὶ ὑμεῖς. ἵνα μάθητε πόση ζημία γεωργῷ, πόση ἀθυμία, ὅταν ἕτερ' ἀνθ' ἑτέρων φέρητε χεῖρον τοῦτο τοῦ λιμοῦ.

Ὀλυμπιοδώρου.] πρὸς πολλοὺς ποιμένας ὁ λόγος, οἵ τινες διὰ τῆς πιθανολογίας, τρόφιμον δοκοῦντες εἰσηγεῖσθαι διδασκαλίαν, ὄλεθρον ἑαυτοῖς ἀποθερίζουσιν.

[Σπείρετε πυρούς.]

Vers. 13. SEminate frumentum & spinas metite.)

4

Chrysostomi.] *Nam* [i] *& ego plantaui vitem & amaritudinem dedit, & semen bonum seminaui, oppositumque reddidit. Sic & vos, vt discatis, quantum agricolæ damnum, quantus angor animi, cùm vnum pro alio redditis. Omni fame hoc perniciosius.*

Chrysost. i Iere. 2. 21. *Seminanti in nobis Deo bonum semen partem non reddere fructum quam ei sit graue.*

Olympiodori.] *Ad multos pastores hic sermo; qui sermonis lepôri studentes, cùm videantur solidam proferre doctrinam, perniciem sibi metunt.*

Olympiod. *Prædicatores vani metunt sibi perniciem.*

(*Seminate frumenta, &c.*)

Σπεί- Orige

|| Ὠριγένους.] σπείρουσι δὲ πυρούς, καὶ θερίζουσιν ἀκάνθας, οἱ τοῖς μὲν λόγοις ὁμιλοῦντες τοῦ θεοῦ, μὴ ζῶντες δὲ κατ' αὐτά. ἢ πιστεύοντες ὡς παῖδες αἱρετικῶν. ||

[Οἱ κλῆροι αὐτῶν οὐκ ὠφελήσουσιν αὐτούς.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τινὲς μὲν καὶ εἰς τούτους φασί, τοὺς κλήρους τῆς Ἐκκλησίας εἰρῆσθαι τοῦτο καὶ πείθομαι. τί γὰρ ἡμᾶς ὠφελοῦσιν, εἰπέ μοι, τοὺς ἀναξίως βαδίζοντας; οὐχὶ δὲ καὶ κρίμα πλέον ἔσται; τί δὲ ὅλως κλῆρός ἐστι, καὶ πόθεν τὸ ὄνομα μάθωμεν. ἴσως γὰρ τινα καρπούμεθα, καὶ ἀπὸ τοῦ ὀνόματος ὠφέλειαν. ἄλλως δὲ καὶ πολλῆς αἰσχύνης ἀγνοεῖν τοῦτο ὃ καλούμεθα. οὐ γὰρ δὴ κλήρῳ τινὶ ἐκληρώθημεν κλῆρος γὰρ πρᾶγμα ἐστὶν ἄλογον. πόθεν οὖν κλῆρος ὠνόμασται, καὶ οὐ παρ' ἡμῖν μόνον; ἴσως γὰρ τις ἐνόμισε τῶν νεωτέρων εἶναι τὸ ὄνομα. ἀλλὰ καὶ ἐν ἀρχῇ λαχεῖν τὸν κλῆρον τῆς διακονίας ταύτης, καὶ Ἀποστολῆς ἐμοὶ δοκεῖ, καὶ ἀπ' ἐκείνου εἰρῆσθαι τοῦ κληρωθῆναι τὸν πρῶτον. ἢ καθάπερ ἐπὶ τῶν ὀλυμπιακῶν ἀγώνων, κληροῦταί τις, ὁ μὲν τοῦτον λαβεῖν τὸν ἀνταγωνιστὴν, ὁ δὲ ἐκεῖνον, οὕτω καὶ ἐνταῦθα. ἀλλὰ τῷ λόγῳ τούτῳ, καὶ τὸν κανονικὸν, ἢ ἐκκλησιαστικὸν, κλῆρον δεῖ καλεῖσθαι. ἑκάστῳ γὰρ φησιν, ὡς ἐμέρισεν ὁ θεός. ἕκαστον ὡς κεκλήρωκεν ὁ Κύριος, οὕτω περιπατείτω. καὶ γὰρ καὶ οὗτος ἐκληρώθη [καὶ μετ' ὀλίγα] πόθεν οὖν ἐπετέθη τὸ ὄνομα; οὐ γὰρ ἁπλῶς εἶπεν, ὅτι τὸν κλῆρον τῆς διακονίας. ἐπειδὴ γὰρ τὰ κληρούμενα οὐκ ἐξ οἰκείας γίνεται προαιρέσεως, ἀλλ' ἑτέρας τινὸς ἐξουσίας ἤρτηται, δεῖ τὸν κληρωθέντα, τὸν τόπον ἔχειν ὃν ἐκληρώθη. καὶ μήτε κατασκευάζειν ἑαυτῷ, οὐ γὰρ ἂν εἴη κλῆρος τοῦτο, μήτε φεύγειν δοθέντα. εἰ γὰρ τὰ τοῦ κλήρου κύρια, πολλῷ μᾶλλον τὰ τοῦ θεοῦ, ὅταν ὁ θεὸς κληρώσῃ. ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν ἄλογος ὁ κλῆρος, οὗτος δὲ οὐχί. δεῖ καὶ τὸν ποιοῦντα ἀπροσπαθῶς ποιεῖν. τοῦτο γὰρ κλῆρος. μὴ ὃν βούλεται αὐτὸς, ἀλλ' ὃν ἡ χάρις δίδωσιν. ἕως μὲν οὖν πνεύματος ἄμοιροι οἱ Ἀπόστολοι ἦσαν, κλήρῳ τὰ πράγματα ἐπέτρεπον. ὕστερον δὲ καὶ τῷ πλήθει, καὶ τῇ οἰκείᾳ χάριτι, ὁ κλῆρος πρᾶγμα ἄλυπον. οὐκ ἀφίησιν οὐδὲ ἐκείνους ἀλγεῖν ὡς ἀδικουμένους. ὁ κλῆρος συγγένειαν οὐκ οἶδεν, οὐδὲ χάριν, οὐδὲ ἀπέχθειαν. ἐπειδὴ γὰρ πολλῶν ὄντων πάντας κληροῦσθαι οὐκ ἔνι, εἰκότως καὶ ἐκ πολλῶν ὀλίγους ἐπιλεγόμεθα.

|| Ὠριγένους.] λέγοις δ' ἂν μὴ δεῖν τοὺς ἔχοντας κλῆρον ἐκκλησιαστικὸν ὀφείλειν ἐπὶ τούτῳ θαῤῥεῖν, ὡς σώζειν δυναμένῳ πάντας τοὺς ἔχοντας. πόσοι γὰρ δι' ἔργων γεγόνασιν ἄθλιοι; ἐκ λαϊκῶν δὲ πόσοι μακάριοι; πλὴν δυνατοὶ δυνατῶς ἐτασθήσονται. καθὰ γὰρ Παῦλος φησὶ, ζητεῖται δὲ ἐν τοῖς οἰκονόμοις, ἵνα πιστός τις εὑρεθῇ.

Θεοδωρήτου.] δεῖ γὰρ μὴ γῆς εὐκαρπίᾳ θαῤῥεῖν, ἀλλ' ἀρετῆς ἀσκήσει. κακίας γὰρ τις ἔχων ἀκάνθας τρυγᾷ.

Ὀλυμπιοδώρου.] τοὺς ποιμένας οὐδὲν οἱ ποιμαντικοὶ ὠφελήσουσι κλῆροι. ||

[αἰσχύνθητε ἀπὸ καυχήσεως ὑμῶν.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἐναντίον τοῦ θεοῦ αἰσχυνθῶμεν, μὴ

|| Origenis.] *Seminant verò frumentū, ac spinas demetūt, qui verba Dei assiduè tractant, sed nō viuūt, vt illa præcipiunt; vel credunt, vt hæretici.* ||

Origen. Prædicatores praui seminant triticū, metūt spinas.

(*Cleri eorum non proderunt eis.*)

5

Chrysostomi.] *Quidam hoc de Clericatu Ecclesiæ dictum existimant, quibus assentior; Quid enim quæso nobis prodest qui indignè ambulamus? an non & maius erit iudicium? Quid autem Clerus omnino sit, vndeque nomen duxerit, intelligamus. Fortasse aliquam, & ex nomine vtilitatem capiemus; alioquin & ingentis est dedecoris nescire quòd vocamur, nec enim sorte quadam in hæreditatem dati sumus. Nam hæreditas est res rationis expers. Vnde igitur sorti nomen, nec apud nos tantùm? Forsan enim positum à recentioribus nomen quispiam existimauit; Sed & initio illud,* [a] *sortitum esse sortem ministerij huius, & Apostolatus. Mihi videtur origo fuisse imponendi nominis quod sorte primus fuerit electus. Vel vt in Olympicis certaminibus sorte hic quidem antagonistam hunc habet, alius alium, Ita & hic: sed ratione hac, & regulis astrictus & Ecclesiasticus vocandus clerus est. Vnicuique enim sicut diuisit Deus; Vnusquisque vt sors ei data à Domino est, ita ambulet. Etenim & ille sorte lectus est.* [& post pauca.] *Vnde igitur nomen impositum? nec enim temerè dictum* [b] *sortem ministerij. Quoniam enim ea quæ sortibus eliguntur, non propriâ veniunt sponte: Sed pendent à potestate alterius, oportet vt sorte vocatus locum teneat quem sortitus est, & neque se ipsum ingerat; haud enim sors esset hic, neque datam sortem fugiat. Si enim quæ sorte obueniunt, rata sunt; multò magis quæ venit à Deo sors. Sed illa sors quidem sors non ratione fit, hæc autem ratione fit. Oportet & auctorem sortis hoc agere nullo animum affectu præoccupante; hæc enim sors est; Non quem ipse vult, Sed quem gratia Dei dederit,* [c] *Cùm igitur Apostoli nondum habebant Spiritum, res committebant sortibus: postea verò & propter multitudinem, & inditā sorti gratiam. Sors nullā affert tristitiam, nō permittit vt qui non electi sunt tamquam iniquè postpositi doleant, Clerus cognationē nescit, nescit necessitudinē, gratiam, inimicitias. Cùm enim multi sint, omnes in Clerū adscribi nō licet, & iure ex multis elegimus paucos.*

Chrysost. Clericatus maiori est damnationi ei qui vita probitate ipsi nō respōdeat. Clerus quid sit, à quo dicti sunt Clerici. Clerici nomē à sorte antiquissimum in initio Ecclesiæ. a Act. 1. 17. *Clerici nomē vnde habuerit Originem.*

6

Cleri nomen Clericis impositum quia non à seipsis, sed à Deo enim gradum assumunt ei sūt. b Act. 1. 17. *Sortiri ea dicimur quæ nobis ab alterius veniunt potestate. Sortis nomen quomodo tributum Deo. Sorte aliquē eligere in ministerium Ecclesiasticum quomodo rectè dicatur.* c Act. 1. 26. *Apostoli quomodo sortibus vsi dicantur. Sortis Deo commissæ in electionibus etiam Ecclesiasticis quid insit boni. In Clerum non admittendus, nec ab eo repellendus quis ob humanū affectū.*

7

|| Origenis.] *Dicas etiam, & Clero Ecclesiastico adscriptos non debere illi fidere, quasi possit ille omnes saluare, in quibus inest. Quot enim factis ipsis miserrimi effectiè laicis verò quot beatitudinem assecuti? Cæterùm* [d] *potentes potenter examinabuntur. Vt enim Paulus ait.* [e] *Quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur.*

Origen. Clericatus improbis Clericis est causa maioris damnationis. Clericis plerisque meliores sæpe laici. d Sap. 6.7. e 1.Cor 4.2.

Theodoriti.] *Nam terrarum vbertati, sed virtutis studio confidendum: nam qui iniquitates habet, spinas vindemiat.*

Theodorit. Impij spinas è terra cordis sui colligunt.

Olympiodori.] *Pastoribus nihil Pastorales sortes proderunt.* ||

Olympiod. Episcopis prauis nil pastoralis gradus proderit.

(*Confundimini à iactatione vestra.*)

8

Chrysostomi.] *Confundamur coram Deo, non*

Chrysost.

μὴ ἐναντίων ἀνθρώπων. τί ἐστιν, ἀπὸ καυχήσεως ὑμῶν; ἢ ἐφ' οἷς καυχᾶσθε, αἰσχύνεσθε, καυχῶνται γὰρ οἱ ἄνθρωποι πολλάκις ἐφ' οἷς καταδύεσθαι χρή. ἢ ὅτι τὴν καύχησιν ὑμῶν ἀναμνησθέντες, αἰσχύνθητε. τίνες ἦτε πότε, καὶ τίνες νῦν. ἀπὸ ὀνειδισμοῦ, ἀπὸ ὀνειδιζόντων ὑμᾶς. μὴ ἀπὸ τοῦ ὀνειδισμοῦ τοῦ Θεοῦ. μεγίστη γὰρ θεραπεία εἰδέναι αἰσχύνεσθαι, καὶ ἐρυθριᾶν οὐ μικρὰ σωτηρίας πρόφασις. κἂν ἀνέλῃς τὴν αἰσχύνην, πᾶσαν ἐλπίδα σωτηρίας ἀνεῖλες. οἶδα πολλάκις ἰσχύσαι τοῦτον, ὅσον οὐκ ἴσχυσε τιμωρία. οὐχ ἁπλῶς ἐνέθηκεν ἡμῖν τῇ φύσει ταύτην ὁ Θεός. ἀλλ' ἵνα ἡμᾶς ἀεὶ διεγείρῃ, ἐνέθηκεν, οὐχ ὥστε τοὺς ἀνθρώπους αἰσχύνεσθαι, ἀλλὰ καὶ τὸ συνειδός, πολλάκις οὐδὲ τιμωρίας οὔσης ἐπὶ ἁμαρτήματι αἰσχύνη μόνον, καὶ κατάγνωσις ἀνέστειλεν.

Ὠριγένους.] καύχησιν ὀνειδισμοῦ, καὶ αἰσχύνης φησὶ τὴν ἐπὶ πλούτῳ, καὶ ῥώμῃ, καὶ κάλλει, καὶ τῶν ὁμοίων σωματικῶν. κἂν ἔχῃς δέ τι προτέρημα ψυχικόν, οὐ καυχήσῃ, πειθόμενος τῷ λέγοντι μὴ καυχάσθω ὁ φρόνιμος ἐν τῇ φρονήσει αὐτοῦ, ἰσχύϊ τε καὶ πλούτῳ, ἀλλ' ἐν τῷ συνιέναι καὶ γινώσκειν τὸν κύριον. λέγων, ἐμοὶ δὲ μὴ γένοιτο καυχᾶσθαι, εἰ μὴ ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ. καὶ πάλιν, ἥδιστα καυχήσομαι ἐν ταῖς ἀσθενείαις μου, ἵνα ἐπισκηνώσῃ ἐπ' ἐμὲ ἡ δύναμις τοῦ χριστοῦ. [αἰσχύνθητε ἀπὸ καυχήσεως ὑμῶν.]

‖ Ὀλυμπιοδώρου.] αἰσχύνης φησὶ καὶ ὀνειδισμοῦ ἀξία ἐστὶν ἡ καύχησις παρὰ τῷ Θεῷ.‖

A *non corā hominibus. Quid eſt à iactatione veſtra? An de quibus inquit gloriamini, erubeſcite, Iactant enim ſæpe ſe homines de iis, pro quibus ſe velare deberent. Vel quæ iactatis, in memoriam reducentes, erubeſcite. Qui olim eratis, quique nunc (Ab opprobrio in conſpectu Domini) ab exprobrantibus vobis: non quod à Deo ſit, ſcire enim cōfundi magna curatio, & erubeſcere non parua ſalutis occaſio. Si ruborem tollas, omnem ſalutis ſpem ſuſtuliſti. Multoties hunc tantum valuiſſe noui,* B *quantum & pœnas. Non ab re illam naturæ noſtræ indidit Deus: ſed vt aſſiduè nos excitet, indidit & non vt homines, ſed & conſcientiam erubeſcamus. Sæpe nulla pœna peccato obiecta, Verecundia tantum, recognitioque repreſsit.*

Erubeſcere quā ratione, & de quibus debeamus.

Erubeſcentia & cōfuſio bona quantum proficua, atque ad ſalutem cōferens.

Erubeſcentia ſublata, & omnis ſublata ſalutis ſpes.

Erubeſcentiā quare Deus indiderit naturæ noſtræ.

9

Origenis.] *Iactantiam probri & verecundiæ ait, quæ diuitiis, robore, pulchritudine, cæteriſque corporis dotibus innititur. Quod ſi dote aliquā animi præſtas non gloriaberis, obtemperans dicenti,* [a] *Non glorietur prudens in prudentia ſua,* C *robore, & diuitiis, ſed in cognitione ac percepiione Domini, dicens,* [b] *Mihi autem abſit gloriari niſi in Cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti, & Iterum,* [c] *Gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Chriſti.*

Origenes. *Non gloriandū in humanis, & temporalibus dotibus.*

a Iere 9. 23. *In quo gloriari debeamus.*

b Gal. 6.14.

c 2. Cor. 12. 9.

(*Confundemini à iactatione veſtra.*)

‖ Olympiodori.] *Dedecore & probro digna eſt iactatio apud Deum.*‖

Olympiod. *Iactantia ignominia eſt apud Deum.*

Verſ. 14.] Hæc dicit Dominus aduersùs omnes vicinos meos peſſimos, qui tangunt hæreditatem, quam diſtribui populo meo Iſrael: Ecce ego euellam eos de terra ſua, & domum Iuda euellam de medio eorum.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

NE [d] *lætemini autem vos, Idumæi, Ammonitæ, & Moabitæ, quòd tam grauia contra Iudæos illata videatis. Hæc enim & aduersùm iſtiuſmodi peſſimos populi ſui vicinos ait Dominus: Haud eſt quòd meo inſultent populo Gentes iſtæ, quia illū à Chaldæis vaſtandum permittam: Quinimò propter hoc quòd & ipſæ infeſta ei fuēre, puniam & illas, ita è ſua illas extrahens terra, vt nil relinquendum ſit ex eis in ipſorum regione, æquè ac quum plantæ è ſua euelluntur tellure.* [e] *Id autem faciam quum Iudaicum populum qui terram incolit in talium vicinorū medio ſitam, in captiuitatem abducam, ita vt cùm Iudææ comminatam audient inſtantem vaſtationem, ſuam pariter & ipſi expectare debeant euulſionem.*

d Hæc dicit Dominus aduersùm omnes vicinos meos peſſimos, qui tangunt hæreditatem quam diſtribui populo meo Iſrael: Ecce ego euellam eos de terra ſua.

e Et domum Iuda euellam de medio eorum.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 Ioan. Mald. *Chaldæi quomodo dicti Iudæorum vicini.*

HÆc dicit Dominus, &c. Ioannes Maldonatus arbitratur iſta aduersùm Chaldæos à Deo prolata, qui & vicini dicti ſint, quia Iudæis vicinas haberent poſſeſſiones: & tangentes Dei hæreditatem, quia Iudæam ſibi vſurparunt eam deuaſtari. Vt quū dicitur, (*Ecce ego euellam eos, &c.*) ſenſus ſit, Sicut ipſi, Chaldæi Iudæos de ſua de-

D turbarunt poſſeſſione, ita efficiam, vt Medi eos de ſua deturbent, quod per Darium factum legimus Danielis 5. [f] & domum Iuda, quæ captiua erat apud eos, ſic de eorum liberabo tyrannide, quod per Cyrum factum eſt 1. Eſdr. 1. [g] ſicut & apud Iſaiam prædictum reperitur cap. 45. [h]

f Dan 5.31.

g 1. Eſd. 1. 1.
h Iſai. 45. 1.

Communi tamen & Antiquorum recētiorum conſenſu receptum eſt, de iis, hîc verba haberi Gentibus, quæ re vera Iudæis erant vicinæ, Idumæi, Ammonitæ, & Moabitæ. Nec à cōmuni iſta recedendum ſententia, præſertim, cùm iam ſupra de iiſdē Gentibus, Iudæis, aduerſantibus agi cæptum viderimus verſ. 5. & 6. E Aduersùs eos autem hæc prædicit Deus, ne illi, auditis quæ in Iudæos comminatus fuerat, exultarent, iiſque inſultarēt, quos vnà cum Chaldæis perſequebantur, Prout ex eo patet Pſalmi 136.7. *Memor eſto Domine filiorum Edom, in die Ieruſalem. Qui dicunt, exinanite, exinanite vſque ad fundamētum in ea.* Vocat eos vicinos ſuos, ſicut Chriſtus Paulo dixit; [i] *Saule, Saule quid me perſequeris:* dum is ſuos perſequeretur fideles: peſſimoſque nuncupat, non ſolùm quia vt idololatræ moribus maximè erant deprauati: Sed ob id in primis, quòd vicinos, fratreſque Iudæos F contra omne Ius offendere ſatagebāt, ideo additur: (*Qui tangunt hæreditatem quam diſtribui populo meo Iſrael.*) Quo loco verbum tangendi non tam terrarum, & agrorum vicinitatem eorum, & contiguitatem deſignat cum terra agriſue Iudæorū, quàm vt colligitur ex textu Hebraico legente, (*Tangentes in hæreditatem, quam hæreditare feci populum Iſrael,*) læſionem eiuſdem Iudææ. Quo ſignificatu frequenter in Sacris literis id vſurpatum reperitur, vt Geneſ. 26. [k] *Qui tetigerit hominē hunc, & vxorem eius morte moriatur.*

i Act. 9. 4. *Peſſimi dicūtur qui vicinis infeſti ſunt.*

Tangere pro lædere, & offendere.

k Gen. 26. 11.

N (*Ecce*

2 *Punire solet Deus illos quorũ opera usus sit in castigãdo populo suo ob nimirum eorũ sæuitiem.* 2 Zach. 1. 15.

(*Ecce ego euellam eos de terra sua.*) Ac si dicat: Haud est, quòd meo insultent populo Gentes istæ,&c. Vt habes in Paraphrasi. Id antè in more est Dei, vt eos ipsos grauiter castiget, quos ipsomet permittente, seueriùs uiderit in populum sæuisse suum, in cuius rei confirmationem vnus sat esse potest locus, quo apud Zachariam ipse ait, [a] *Irâ magnâ ego irascor super Gentes opulentas, quia ego iratus sum parum, ipsi verò adiuuerunt in malũ.* Euulsit porrò prædictas Gentes ex ipsarum terra, quia & illas in captiuitatẽ per Regem Nabuchodonosor in Babyloniã, sicut Iudæos eiecit, vt ex earum restitutione facta per Cyrum mox patebit.

3 Vatabl. *Iudæorum en remanserint aliqui in terris vicinarũ Gentiũ, quãdo vltimò captiui abducti sũt in Babyloniam.*

(*Et domum Iuda euellam de medio eorum.*) Reiicitur ab omnibus, quod Vatablus ait, de iis hîc verba haberi Iudæis, qui in terris prædictarum Gentium commorarentur, quãdo eæ in captiuitatem abducendæ essent, ac si sensus esset, faciam vt vicini isti pessimi oppressores populi abducantur captiui à Chaldæis: & si qui fuerint Iudæi in terra eorum, cùm abducentur captiui, auferam, & separabo eos: ne simul cum illis in captiuitatem ducãtur. Meritò autẽ reiicitur hoc ab expositoribus vniuersis, cùm ex verbo eodem, (*Euellam,*) quo & captiuitas illarum Gentium significata fuerat, Iudæorum pariter designata pateat captiuitas, totius inquam Iudaicæ plebis, quam certum est à Gentibus iis fuisse circundatam, in earũque medio habitasse, & ex capitibus 41. & 42. Prophetæ nostri constat, Iudæos omnes, tandemque & illos qui post Godoliæ mortem fugerunt in Ægyptũ, in captiuitatem abductos. Meliùs ergo Andreas Capp. communi inhærens sensui. Coniunxisse ait Dominum futuram & Iudaici populi captiuitatem, cum præexposita vicinorũ captiuitate, ne ita illos puniendos censerent Iudæi vt ipsi expertes eius futuri essent pœnæ. Vel hoc ipsum ad earũdem Gentium pœnam pertinere. Quia quamdiu Iudæi in sua manebant terra nec illæ penitus vastabantur: Iudæis verò in captiuitatem abductis, & illæ deuastatæ fuêre.

Andr. Capp.

Circa lectionum varietatem nihil est quod in hoc vers. notetur momenti, nisi quòd pro superlatiuo, (Pessimos,) tam Heb. quàm Sept. positiuum simplex habet, (*Malos,*) (*Molestos,*) legit Vatablus. In Versione Sept. id quoque est diuersi, quòd quum sermo est de domo Iuda, non eodem verbo sicut in Hebr. & in Vulgata, quo de vicinis dictum fuerat ἀποσπῶ (*euellam,*) sed ἐκβαλῶ (*eiiciam,*) dicitur.

Vers. 14.] Hæc dicit Dominus aduersùm omnes, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

4 *Sacerdotes praui dicti vicini Christi pessimi, eorũque pœne.*

PER accommodationem Moraliter aptari hæc possunt Sacerdotibus, quibus nemo est Christo propinquior, quique quotidie tangũt, in manibus gestant, & Sacramentali communione desumũt Sacratissimum Christi corpus, quod testamento morti proximus in hæreditatem suis reliquit fidelibus, per Sacerdotes, veluti per testamenti executores singulis distribuendum. Pessimos vicinos istos Christi dictos inquit, Hugo Card. Quia sunt mali, populum sibi commissum non docendo, vel orationibus protegendo peiores sunt, in se malè viuendo, & Corpus Domini pollutis manibus, & polluto ore, & sordido corde attrectando: pessimi, per malum exemplum mundum totum corrumpendo, *Ecce ego euellam eos de terra sua: & domum Iuda euellam de medio eorum.* Non solùm extremam hæc designatur damnationem, quâ Sacerdotes ipsi cum populo eis commisso in infernum proiicientur, euulsi per mortem è terra ista, quam suam censuerant, cui & fuerant defixi. Verùm & id per eadem significatur, quod in plerisque hæreticorum Prouinciis iam contigisse ingemiscimus, vt propter prauam pessimorum Sacerdotum vitam, & Sacerdotalis ordo, & domus Iuda, quotquot scilicet Catholicam, & Apostolicam confitentur fidem, è sua eliminati sint terra. Id quod multò magis deplorandum in innumeris Sarracenorum regionibus.

Hug. Card.

Ex prauorum Sacerdotum vita in plerisque regionum ruina Catholicismi.

Vide Appendicem Patrum huius Vers. post Expositionem Primam, Vers. 15.

Vers. 15.] Et cùm euulsero eos, conuertar & miserebor eorum, & reducam eos, virum ad hæreditatem suam, & virum in terram suam.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

TAmetsi [c] cùm & Iudæos, & Iudæorum vicinos in captiuitatem in Chaldæã abduxero per Regem Nabuchodonosor, misericordiã postmodum in vtrosque commotus, absque vllis eorũ meritis illorum vnumquẽque ad propria reuerti faciã, Iudæum quemque in hæreditatem patrum suorum, & quemque etiam vicinarum Gentium in suam restituens patriam, reducensque, quasi eorum in captiuitate socius reuertens & ipse, Restituam verò illos in terrestrem eorum patriam per Cyrum Christum meum.

[c] Et cũ euulsero eos, conuertar (seu reuertar) & miserebor eorum: & reducam eos virũ ad hæreditatem suam, & virũ in terram suam.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *Cyrus restituit in terras suas & Iudæos, & eis vicinas Gentes.*

ET cùm euulsero eos conuertar, &c.) Dubium est ad quosnã pronomina, & quæ hîc dicuntur sint referenda. Quidam enim de Iudæis sumenda ea asserunt, quorum captiuitatis postremò facta fuerat mentio. Ita ex Hebræis R. Dauid, & ex nostris Theodorit. Nicolaus de Lyra, Dionys. & Vatabl. Alij è contra ad vicinas Gentes ista referunt, ad quas simile pronomen eos, relatum fuit in præcedenti versu, *Ecce ego euellam eos de terra sua.* Ita Hieron. Isid. Clarius, Petrus à Figueira, & Christophorus à Castro. Alij denique de vtrisque, tam, sc. de Iudæis, quàm de eorum vicinis hæc sumunt, Ita Hugo Card. & And. Capp. Hocque mihi magis placet, vt de amborum hîc agatur reductione in terram suam, sicut de amborum mox actum fuit captiuitate: Et quidem de Iudæorũ reductione facta per Cyrum nullus est ambigendi locus, cùm clarè id enarretur in principio libri primi Esdræ. Sed & vicinarum Gentiũ restitutio per eundem Regem Cyrum facta colligitur ex c. 9. eiusdem primi libri Esdræ, vbi Ammonitarum, & Moabitarum fit mentio, cum quibus matrimonia inierint Iudæi: præsertim cùm apud Ieremiam nostrum cap. 48. legatur, [d] *Et conuertam Moab in nouissimis diebus, ait Dominus.* Et cap. 49. [e] *Et post hæc conuerti faciam captiuitatem filiorum Ammon.* Quamuis hæc ad Christi tẽpora plerique referãt, quando in nouissimis diebus à Diaboli captiuitate reuersi ad Christi sũt Regnũ.

[d] Ier. 48. 47.
[e] Iere. 49. 6.

2 (*Et reducam eos virum ad hæreditatem suam, & virum*

virum in terrã ſuam.) Hæc eſt miſericordia, quam illis pollicetur: Neque enim id ſuâ commeruêre iuſtitiâ, vt ad ſuam è captiuitate reducerẽtur terram. Quod optimè exploratum habens in captiuitate conſtitutus Sanctus Propheta Daniel dicebat, [a] *Domine nobis confuſio faciei, Regibus noſtris, Principibus noſtris, & patribus noſtris qui peccauerũt, Tibi autem Domino Deo noſtro miſericordia & propitiatio, &* [b] *Neque in iuſtificationibus noſtris proſternimus preces ante faciem tuam, ſed in miſerationibus tuis multis.* Non crediderim abs re factum vt primò dictum hîc ſit, (*virum ad hæreditatem ſuam,* poſtea, *Et virum in terram ſuam.*) At id quod primò dicitur: referendum ad Iudæos, quorum facta fuerit mentio hæreditatis ibi, *Qui tangunt hæreditatem quam diſtribui populo meo Iſrael:* quod verò ſecundò adiectum eſt, referendum ad vicinas gentes: quas euellendas è terra ſua dixerat idemmet Deus, *Ecce ego euellam eos de terra ſua.*

a Dan. 9. 7.

b Dan. 9. 18.

Cum tribulato pati quodammodo & Deum.

Circa lectionum varietatem duo ſunt quæ hîc notes. Primum, pro eo quod in Vulgata eſt, (*Conuertar*, In Hebraico textu eſſe idemmet verbum שוב *ſciub*, quod mox redditum fuit, (*Et reducam,* ſeu *reuerti faciam.*) Vnde bene Sanctes-Pagninus, & Regia, legunt, (*Reuertar:*) quomodo verterunt & Sept. prout eorum lectionem refert Hieronymus. Quod tametſi Vatablus ita exponat, (*reuertar,*) i. redibo cum eis in gratiam, ſeu Mutabo ſententiam. Poreſt tamen ex ea lectione deduci morale aliàs quoque à nobis expẽſum, Deum reuerſurum ſe dicere, vtpote qui cum Iudæis. Et quum in captiuitatem ducti fuêre ierit, & in vinculis non dereliquerit eos. Alterum eſt, quod pro (*Reducam,*) in verſione Sept. eſt verbum κατοικιῶ, id eſt, (*habitare faciam,*) multò efficacius.

VVLGATÆ.

Verſ. 14.] Hæc dicit Dominus, &c.

Verſ. 15.] Et cum euulſero eos, &c.

SEPTVAGINTA.

14. Ὅτι τάδε λέγει Κύριος περὶ πάντων τῶν γειτόνων τῶν πονηρῶν τῶν ἁπτομένων τῆς κληρονομίας μου, ἧς ἐμέρισα τῷ λαῷ μου Ἰσραήλ, ἰδοὺ ἐγὼ ἀποσπῶ αὐτοὺς ἀπὸ τῆς γῆς αὐτῶν, καὶ τὸν Ἰούδαν ἐκβαλῶ ἐκ μέσου αὐτῶν.

15. Καὶ ἔσται μετὰ τὸ ἐκβαλεῖν με αὐτοὺς, ἀναστρέψω, καὶ ἐλεήσω αὐτούς. καὶ κατοικιῶ αὐτοὺς, ἕκαστον εἰς τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ, καὶ ἕκαστον εἰς τὴν γῆν αὐτοῦ.

Verſ. 14.] Quia hæc dicit Dominus de omnibus vicinis peſſimis, qui tangunt hæreditatem meam, quam diſtribui populo meo Iſrael. Ecce ego euello eos de terra ſua: & Iudam eiiciam de medio eorum.

Verſ. 15.] Et erit poſtquam eiecero eos, reuertar, & miſerebor eorum, & habitare faciam eos, vnumquemque in hæreditate ſua, & vnumquemque in terra ſua.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1

PARAPHRASIS Chaldaica. *Hæc dicit Dominus ſuper vicinos omnes malos qui nocent hæreditati quam poſſidere feci populum meum Iſrael. Ecce ego tranſmigrare eos faciam de terra ſua, & viros domus Iuda trãſmigrare faciam de medio eorum.* Verſ. 15. *Et erit poſtquam trãſmigrare fecero eos, conuertar in verbo meo, & miſerebor eorum, & reducam eos, vnumquemque ad hæreditatem ſuam, & vnumquemque in terram ſuam.*

Verſ. 14. & 15. (*Hæc dicit Dominus,*) &c.

Hieronymus. *Quod infert aduerſus omnes vicinos meos peſſimos: Iuxta literam vicini terræ Sanctæ Idumæi ſunt, Philiſthim, Moab, & Ammon. Iuxta tropologiã verò, omnes hæretici, qui ſub nomine Chriſti cenſentur, & vicini magis ſunt quàm habitatores terræ Sanctæ: qui tangunt hæreditatem Dei, & deuaſtant eam: diciturque de eis, quod auferantur de medio terræ, & domus Iuda tollatur de medio eorum. Qui cùm euulſi fuerint, & de Hæreticorum faucibus liberati, conſequentur miſericordiam Dei, & reducentur in hæreditatem, & in terram ſuam.*

Hieron. *Hæretici appellati vicini Chriſti peſſimi.*

Theodoritus. (*Hæc dicit Dominus de omnibus vicinis peſſimis, de paſtoribus qui tangunt hæreditatem meã quam diſtribui populo meo Iſrael.*) *Idumæi, Moabitæ, Ammonitæ, & alienigenæ infenſum, & hoſtilem in Iudæos ſemper gerebant animum, quod tãdem ſibi perſuaſerunt, attendentes clades ſibi allatas. Ideo præmonet eos futuræ Iudæorum reuocationis. Paſtores autem vocat Principes illorum.* (*Ecce ego euellam eos de terra ſua, & domum Iuda eiiciam de medio eorum. Et erit poſtquam eiecero eos conuertar, &c.*) *Hiſce vaticinatur reditum qui fuit ſub Cyro, & Dario.*

Theodorit.

Similia & D. Thomas.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΟΤΙ τάδε λέγει κύριος περὶ πάντων, τῶν γειτόνων τῶν πονηρῶν.]

Τοῦ Χρυσοςόμου.] ἀραβίους ἐνταῦθα αἰνίττεται, ὅτι οὐ μικρὰ αὐτοὺς ἐδίδαξαν κακὰ δι' ἃ πρῶτον τεσσαράκοντα ἔτη ἐν ἐρήμῳ διέτριβον. διὰ τοῦτο οὐκ ἀφῆκεν ἀναμιχθῆναι τοῖς ἔθνεσι, διὰ τοῦτο καὶ τείχους ἀσφαλεστέρους τέθεικεν νόμους, οὐ συγχωροῦντας τοῖς γείτοσιν ἀναμιγνύναι.

Ὀλυμπιοδώρου.] γείτονες πονηροὶ οἱ τὸν θεῖον λόγον παραχαράττοντες, οἵ τινες καὶ διεκβολὰς εἰργάζοντο, παρεχελ(?)όντες τὴν θείαν διδασκαλίαν.

2

Verſ. 14. QVia hæc dicit Dominus de omnibus vicinis peſſimis, qui, &c.

Chryſoſt.] *Arabes hîc innuit, quod eos non modica docuerũt mala. Propter quæ olim in deſerto per quadraginta annos morati ſunt. Idcirco non permiſit eos miſceri cum gentibus: idcirco & muro valtdiores poſuit leges, per quas non licebat conſuetudine vicinorum vti.*

Olympiodori.] *Vicini praui qui Dei verbũ adulterãt, qui etiam callidis diſtractionibus vtuntur, diuinam doctrinam aliò traducentes.*

Chryſoſt. *Arabes vicini peſſimi Iudæorum. Gentibus vicinis Iudæos commiſceri cur prohibuerit Deus. Lex Dei murus fortiſſimus, muroque fortior.*

Olympiod. *Verbum Dei adulterantes, & diſtrahẽtes appellati vicini peſſimi.*

|| Θεοδωρήτου.] τοῖς γείτοσι μηδὲν ἐγκαλῶν ὑπὲρ τῆς ἰδίας πονηρίας, ὑπὲρ τῆς εἰς τοὺς ἰουδαίους γινομένης διαφθορᾶς ἐγκαλεῖ. ἐπειδὴ κακίας ἐπίδοσις, καὶ τὸ διδάσκειν ἑτέρους εἶναι κακούς. ὡς καὶ τοὐναντίον, ἐπίδοσις ἀρετῆς ὠφελεῖν ἑτέρους εἰς εὐσέβειαν. εἰς τοῦτο δὲ προτρεπόμενος τὸν λαὸν, πολλῷ μᾶλλον αὐτὸν διδάσκει γενέσθαι θεοσεβῆ.||

[ἰδοὺ ἐγὼ ἀποσπῶ αὐτούς.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἀπειλεῖ αὐτοῖς ἀπειλὴν μεγάλην, ἵνα καὶ αὐτοὶ βελτίους γένωνται. καὶ αἰχμαλώτοις δὲ ἀπειλεῖ. ὅρα καὶ αὐτοὶ πῶς ἐσωφρονίζοντο ἐκ τῶν τούτοις συμβαινόντων. ἅμα δίδωσιν αὐτοῖς πρόφασιν ἀπολογίας ὡς οὐκ εἰδόσιν. ὥσπερ αἴτιοι γεγόνατε αὐτοῖς ἀπωλείας, οὕτως ἔσονται σωτηρίας ὑμῖν. πολλὴ τῶν ἰουδαίων αἰσχύνη, εἴ γε μέλλοιεν παρὰ τῶν γειτόνων μανθάνειν. ὅρα πῶς αὐτοὺς οἰκειοῦται. μὴ εἰς ἔθνος ἓν ἦν αὐτοῦ ἡ σωτηρία; ὅλως βούλεσθε φίλοι εἶναι, καὶ ὁμονοεῖν; οὐκοῦν ἐπ' ἀγαθῷ, μὴ κατὰ τῆς τῶν συμφωνούντων σωτηρίας, οὐκοῦν ἔξεστι καὶ πρὸ τούτου γενέσθαι βελτίους.

|| Ὀλυμπιοδώρου.] ἀνασπῶ φησι τοὺς σωζομένους τοῦ λαοῦ μου ἀπὸ τῆς γῆς τῶν πονηρῶν γειτόνων. τουτέστι τῆς εἰδωλολατρείας, καὶ ψευδοῦς διδασκαλίας. ἰούδαν δέ φησι τὸν ἐξομολογούμενον καὶ σωζόμενον λαὸν, ὃν καὶ ἐκβαλεῖν ὑπισχνεῖται ἀπὸ τῆς πονηρᾶς γῆς.|| [καὶ ἔσται μετὰ τὸ ἐκβαλεῖν με αὐτοὺς ἀναστρέψω, καὶ ἐλεήσω αὐτούς.]

Ὀλυμπιοδώρου.] καὶ αὐτοὺς δέ φησιν ἐλεήσω τοὺς ἐθνικούς; τὴν τοῦ ἁγίου λουτροῦ ἄφεσιν χαριζόμενος αὐτοῖς.

|| Theodoriti.] *Cùm de sua nequitia nihil finitimas insimulet, de illa quæ in Iudæis facta erat corruptela accusat. Quando malitiæ incremẽtum sit alios vt mali sint instruere: sicut cõtra, virtutis incrementum, aliis esse ad pietatem adiumento: ad quod cùm populum adhortatur, multò magis illum docet pietatem in Deum.* ||

(Ecce ego euello eos de terra sua, &c.)

Chrysostomi.] *Vehementer illis minatur, vt & ipsi probiores fierent: minatur & captiuis. Vide vt & hi corrigebantur per ea quæ illis eueniebant: simul etiam ipsis occasionẽ pro se respondendi dat, quasi nescientibus. Sicuti vos eorũ perditionis auctores fuistis, ita vobis erunt illi salutis. Magnum Iudæis dedecus vt à vicinis addiscant. Vide vt eos vt suos agnoscat. Num in vnam gentem salus eius extendebatur? Omnino vultis amici esse; & vnum sentire? Sit ergo boni caussa, non contra salutem consentientium: licebat ergo, & ante hoc effici meliores.*

||Olympiodori.] *Eradico ait eos, qui saluandi sunt è populo meo è terra prauorum finitimorum; hoc est idolorum cultu, & falsa doctrina. Iuda verò vocat populum qui confitetur, & saluatur; quem & eximere pollicetur è terra praua.* ||

Vers. 15. *(Et erit postquam euecero eos, reuertar, & miserebor eorum.)*

Olympiodori.] *Et ipsorum ait gentilium miserebor, donans eis, sacri lauacri remissionem.*

Theodoriti. Malitiã, vel bonitatẽ aut exemplo, aut doctrinã in alios deriuatam & damnat, & premiat cum incremento Deus.

3 *Chrysost. Minæ Dei ad populi resipiscentiam directæ. Infidelibus cur minetur Deus ex innata sua bonitate. Discere fideles ab infidelibus magis eorum est dedecus. Salutem omnium Gentiũ vult ex parte sua Deus.*

Olympiod. Saluandos eruit Deus è terra prauorum, & à vitiis, prauaque doctrina.

Olympiod. Gentilibus promissa à Deo salus.

Vers. 16.] Et erit: Si eruditi didicerint vias populi mei, vt iurent in nomine meo: Viuit Dominus, sicut docuerunt populum meum iurare in Baal ædificabuntur in medio populi mei.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

Qvin[a] *& id addam Gentibus quibuscumque, iisque in primis vicinis populi mei, si ipsi ab idololatria conuersi, exactè didicerint, compotesque facti fuerint disciplinæ diuinæ legis, ac mandatorũ eius, per quæ, vti per vias meas ambulat populus: si eius populi mei rectas imitati fuerint viuendi rationes vẽrumque religionis edocti fuerint cultum, quem iurandi protestentur modo; vt sicut ipsi Idololatriam populum meũ edocuerunt, quam contestarentur iurantes in Idolo, falsoque Deo: Ita ab eodem edocti rectum mei cultum in eo profiteantur, vt in nomine iurent meo, dicentes Viuit Dominus;*[b] *non solùm temporaliter in medio eiusdẽ populi mei & prosperabuntur, & benedicentur; Sed & insuper inter Iudæos ex quibus per Christum erit salus, quasi lapides viui ad eiusdem Christi fidem conuersi in Ecclesiæ domum ædificabuntur.*

a Et erit si eruditi (seu discentes) didicerint vias populi mei, vt iurent in nomine meo: Viuit Dominus, sicut docuerunt populum meum iurare in Baal.

b Ædificabũtur in medio populi mei.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

ET erit si eruditi, &c.) Et ad Iudæos, & ad Chaldæos referri hæc posse ait Ioan. Maldonat. Et quidem de Iudæis ita ea sumit, ac si dicatur si Iudæorũ Principes qui ante idololatriam populum docuerunt, resipuerint, & didicerint vias populi mei, i. quas ego populum meũ iam docui, ædificabuntur stabilientur, prosperabuntur in medio populi mei, i. in hæreditate quam dedi populo meo. R. Dauid, quem & Nicolaus de Lyra sequitur, de iis hæc intelligenda arbitratur, qui ex vicinis Gentibus in reditu ex Babylonica captiuitate ad fidem Iudæorum cõuersi sunt proselytis nuncupatis. Sed de talium Gentium conuersione & ædificatione nil constat ex Scriptura Sacra: Imò ex cap. 9. libri primi Esdræ patet contrarium.

1 Ioan. Mald.

R. Dauid. Nic. de Lyr.

Meliùs ergo cum cõmuniori expositorum sententia locum istum de futura Gentium vocatione, & conuersione post Christi aduentum intelligendum dixerim. Neque enim vllà ratione probare possum, quod ait Varab. hæc referri ad liberationem Gentium vicinarum, quæ facta fuit per Cyrum: constat quippe (vt mox diximus) eam liberationem factam fuisse, tametsi Gentes illæ nõ didicerint Iudæorum vias. Moris certè est Prophetarum, vt frequenter à narratione euentuum corporalium (vt ita dicam) & temporalium, ad vaticinia transeant futurorum spiritualium. Quòd cæteris locis omissis, manifestè obseruauimus à nostro Ieremia factum in capite tertio à vers. 16. Perpendamus breuiter singula.

De Gentium conuersione post Christi aduẽtum facienda.

Vatablus.

Prophetæ trãseunt sæpe à corporalibus ad spiritalia.

(Et erit si eruditi, &c.) Eruditionem, correptionemque & emendationem per flagella intelligit Andreas Capp. At ex Originalibus patet, ad eruditionẽ potiùs intellectiuam id referendum, Hebræa enim, & Græca habẽt, *(Si discendo didicerint,)* i. si exactè cõpotes facti fuerint disciplinæ, & sciẽtiæ rationum viuendi, & cultus populi Iudaici. Duo enim elucebãt in populo illo, vt Dei populus erat, quibus ab vniuersis distinguebatur Gentibus, lex à Deo ei tradita, in qua ambulantes vitam

2 Andr. Cap.

In Iudæorum populo duo præcipua spectanda, lex Dei, & cultus veri Dei.

in qua ambulantes vitam agebant rectam, per vias incedentes diuinorum mandatorum: alterum in vero eiusdem Dei situm erat cultu. Sicut autem primum rectè viarum eius populi explicatum est vocabulo: Ita & hoc secundum, iurandi eiusdem populi designatum est ratione. (*Vt iurent in nomine meo, Viuit Dominus.*) Ex istiusmodi enim ratione iurisiurandi probari solitum Dei cultum, patet ex cap. 4. vbi quum de conuersione agatur, sic dicitur,[a] *Si reuerteris Israel, ait Dominus, ad me conuertere: si abstuleris offendicula à facie mea, non commoueberis. Et iurabis, Viuit Dominus in veritate*, &c. Et ex cap. 5. manifestè habetur, derelictionem veri Dei cultus exinde probari, quòd iuretur in diis alienis.[b] *Filij tui*, ait idem Deus, *dereliquerunt me, & iurant in his qui non sunt dij.* Hocque illud est, quod hîc dicitur, *Sicut docuerũt populum meum iurare in Baal*, id est in falso Deo: Dictum est namque sæpius, nomen Baal non solùm pro speciali Deo, & idolo: verùm etiam genericè pro quolibet idolo, Deoque falso vsurpari in Scriptura solitum.

Ex Iurandi ratione probari qualis sit cultus, & Religio cuiusque.

a Iere. 4. 1.

b Iere. 5. 7.

Baal sumitur & genericè, pro omni Idolo, & signatè pro Idolo particulari.

3

(*Ædificabuntur in medio populi mei.*) Ædificandi verbum apud Hebræos latissimæ est significationis, prosperari enim designat, ditari, augeri, benedici, numerosâ prole donari. Hoc tamen loco ædificationem significat spiritalem in Ecclesiæ ædificio. Quam ædificandi rationem exponens Petrus Apostolus,[c] *Ad quem* ait, *Christum Dominum accedentes lapidem viuum, ab hominibus quidem reprobatum, à Deo autem electum, & honorificatum: & ipsi tamquam lapides viui superædificamini, domus spiritualis.* In Codice Vaticano versionis Sept. singulariter est οἰκοδομηθήσεται, (*Ædificabitur in medio populi mei.*) Quo significatur, ex Gentibus vniuersis vnum Christi tempore ædificandum Ecclesiæ ædificium supra fundamentum Apostolorum, & Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu, sicut ait Paulus.[d] Et nota quòd istud ædificium erigendum dicitur in medio Iudaici populi, quia ex *Iudæis salus*, vt legimus in Euangelio:[e] Et Gentilis populus vt Oleaster in bonam oliuam insertus dicitur ab[f] Apostolo.

Ædificandi verbum multipliciter in scriptura sumptum.

c 1. Pet. 2. 4.

d Ephe. 2. 20.

e Ioan. 4. 22.

f Rom. 11. 17.

A *audierint*,) verba mea attentâ aure, & obedienti corde, (*Euellam gentem illam*,) id est. Iterum captiuabo eos captiuitate, scil. per Romanos (euulsione) quantum ad illos qui captiui ducentur, vel fugitiui per mundum vagabuntur. (*Perditione*,) quantum ad illos, qui occidentur. Meliùs verò iuxta communiorem sensum consequenter & hæc sicut superiora de vicinis intelliguntur Gentibus, si quæ earum minimè conuertatur, idcirco namque (gentem illam) in singulari dicitur. Audiendi verbum referunt aliqui ad auditum eorum quæ à Prophetis prædicarentur. Sed aptiùs

De Iudæorum captiuitate facta per Romanos.

B genericè id accipies pro susceptione præexpositæ disciplinæ, & eruditionis diuinæ legis, verique cultus Dei: vel etiam pro obedientia in iis explendis, quæ didicerint. Sept. ad conuersionem simpliciter id referentes legunt ἐὰν δὲ μὴ ἐπιστρέψωσι. (*Si autem non reuersi*, seu *Conuersi fuerint.*) Placet mihi ponderatio Petri à Figueira, vt congrua antecedentibus esset locutio, dici debuisse. (*Quod si non didicerint.*) Rectiùs tamen sic dictum, (*Quod si non audierint*, quia fidei doctrina ex auditu est. Ac si dicatur, Si prædicatæ non obedierint fidei, si non crediderint. Vt hæc quæ hîc habentur iis

Pet. à Fig.

C consona sint, quibus Dominus Iesus Apostolos ad omnium gentium mittens conuersionem dixit,[h] *Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ: Qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit, qui verò non crediderit condemnabitur.* Adeóque de eadem & condemnatione hîc agi dicendum est, de qua & ibi. Non tam de corporali videlicet, & temporali, cuius nihil de Gẽtibus iis tutò habemus scriptum, quàm de spiritali anima. Vt quod dicitur, (*Euellam gentem illam euulsione, & perditione*,) seu, vt est in Hebr. (*Euellendo & perdendo*) significet radicitus Gentem quæ

h Marc. 16. 15.

D non crediderit, de fidelium euellendam societate, quando in die iudicij segregabit hœdos ab ouibus, illisque dicet,[i] *Discedite à me maledicti in ignem æternum*, vt inutiles atque infructuosæ arbores, quæ in ignem mittuntur. Sept. pro (*euellam*, &c.) legunt ἐξαρῶ τὸ ἔθνος ἐκεῖνο ἐξάρσει, καὶ ἀπωλείᾳ. (*Auferam gentem illam ablatione, & perditione.*)

i Math. 25. 41.

Vide Appendicem Patrum huius vers. post Expositionem primam vers. 17.

Vers. 17.] Quòd si non audierint, euellam gentem illam euulsione, & perditione, ait Dominus.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

Æterùm[g] si ex Gentibus aliqui auditu non perceperint vera religionis disciplinam, nec quæ audierint diuinæ legis expleuerint: si prædicata ab Apostolis fidei non obedierint: si non crediderint, radicitus gentem illam, quæ non crediderit, de fidelium euellam societate, vt infructuosas, inutilesque arbores, quæ in ignem mittuntur, quando in die iudicij ego ipse qui hîc loquor vt Dominus, tunc vt Iudex dicam illis, Discedite à me maledicti in ignem æternum.

g *Quòd si non audierint euellam gentem illã euulsione, & perditione, ait Dominus.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

Vod si non audierint, &c.) De Iudæis per Romanos sumit hæc Theodoritus. Quod ita explicat Hugo Cardinalis, (*Quod si non*

1 Theodorit. Hug. Card.

VVLGATÆ.

Vers. 16.] Et erit si eruditi, &c.

E *Vers.* 17.] Quòd si non audierint, &c.

SEPTVAGINTA.

16. Καὶ ἔσται ἐὰν μαθόντες μάθωσι τὴν ὁδὸν τοῦ λαοῦ μου τοῦ ὀμνύειν τῷ ὀνόματί μου, ζῇ Κύριος, καθὼς ἐδίδαξαν τὸν λαόν μου ὀμνύειν τῇ Βάαλ, καὶ οἰκοδομηθήσεται ἐν μέσῳ τοῦ λαοῦ μου.

17. Ἐὰν δὲ μὴ ἀποστρέψωσι, καὶ ἐξαρῶ τὸ ἔθνος ἐκεῖνο ἐξάρσει καὶ ἀπωλείᾳ.

F *Vers.* 16.] Et erit si discentes didicerint viam populi mei, ad iurandum in nomine meo, viuit Dominus, sicut docuerunt populum meum iurare in Baal; & ædificabitur in medio populi mei.

Vers. 17.] Si autem non fuerint reuersi; & auferam gentem illam ablatione, & perditione.

APPENDIX EXPOSITIONVM
Ex antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Et erit si discendo didicerint de viis cœtus populi mei, vt iurent in nomine meo. Viuus est Dominus, sicut docuerunt populum meum iurare in nomine Idolorum, & stabilientur in medio populi mei.* Vers. 17. *Et si non susceperint disciplinam, transmigrare faciam populum istum transmigratione perditionis, dicit Dominus.*

Vers. 16. & 17. *Et erit si eruditi didicerint, &c.*

Hieron. *Haeretici pænitentes admittendi in Ecclesiam.* Hieronymus. *Si translati de Hæresi in Ecclesiam didicerint vias populi Dei, & iurauerint in nomine Domini & non in nomine Idolorum quæ de suo corde finxerunt, ædificabuntur à Domino, & erunt pars populi eius. Quòd si translati in Ecclesiam peruersorum* A *dogmatum reliquias tenuerint, & non audierint verba Domini, euelletur gens illa de medio populi Dei euulsione, & perditione perpetuâ, vt nequaquam eis vllus locus sit pœnitentiæ. Hæc quotidie cernimus, & rebus probamus: quod ideo Hæretici fidei simulent veritatem vt simplices quosque decipiant: & non ipsi conuertantur ad fidem, Sed fideles trahant ad infidelitatem.* *Hæreticorum fraus.*

Theodorit. *Iudæorū omnimoda euulsio futura prædicitur.* Theodoritus. (*Et erit*, &c.) *Omnimodam docet Iudaicæ plebis expulsionem, (euellam enim gentem illam euulsione, & perditione, dicit Dominus.)*

D. Thomas. *Ponit eorum instructionem ex promissione bonorum, si benefecerint. (Et erit si eruditi) quasi* B *computabuntur inter populum meum, quod propriè ad conuersionem, & comminationem pœnarum (quòd si non audieritis, perditione) perpetuâ.*

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Καὶ ἔσται. ἢ ὀμνύειν τῷ ὀνόματί μου.] Ὀλυμπιοδώρου.] ἵνα μηκέτι τὰ εἴδωλα, ἀλλὰ τὸν δεσπότην χριστὸν ὅρκιον ἔχωσιν.

Vers. 16. ET erit, &c. *Ad iurandum in nomine meo*, &c.

Olympiod. Olympiodori.] *Vt non ampliùs per Idola, sed per Christum Dominum iurent.*

CAPVT TERTIVM DECIMVM.

1 HÆc dicit Dominus ad me. Vade, & posside tibi lumbare lineum, & pones illud super lumbos tuos, & in aquam non inferes illud.

2 Et possedi lumbare iuxta verbum Domini, & posui circa lumbos meos.

3 Et factus est sermo Domini ad me, secundò dicens.

4 Tolle lumbare quod possedisti, quod est circa lumbos tuos, & surgens vade ad Euphratem, & absconde ibi illud in foramine petræ.

5 Et abij, & abscondi illud in Euphrate, sicut præceperat mihi Dominus.

6 Et factum est post dies plurimos dixit Dominus ad me. Surge vade ad Euphratem: & tolle inde lumbare, quod præcepi tibi, vt absconderes illud ibi.

7 Et abij ad Euphratem, & fodi, & tuli lumbare de loco, vbi absconderam illud: & ecce computruerat lumbare, ita vt nulli vsui aptum esset.

8 Et factum est verbum Domini ad me, dicens.

9 Hæc dicit Dominus: Sic putrescere faciam superbiam Iuda, & superbiam Ierusalem multam.

10 Populum istum pessimum, qui no- C lunt audire verba mea, & ambulāt in prauitate cordis sui, abieruntque post Deos alienos, vt seruirent eis, & adorarent eos: Et erunt sicut lumbare istud, quod nulli vsui aptum est.

11 Sicut enim adhæret lumbare ad lumbos viri, Sic agglutinaui mihi omnem domum Israel, & omnem domum Iuda, dicit Dominus: vt essent mihi in populum, & in nomen, & in laudem, & in gloriam, & non D audierunt.

12 Dices ergo ad eos sermonem istum: Hæc dicit Dominus Deus Israel, omnis laguncula implebitur vino, & dicent ad te: numquid ignoramus, quia omnis laguncula implebitur vino?

13 Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus: Ecce ego implebo omnes habitatores terræ eius, & Reges, qui sedent de stirpe Dauid super thronum eius, & Sacerdotes, & Prophetas, & omnes habitatores Ierusa- E lem, ebrietate.

14 Et dispergam eos, virum à fratre suo, & patres & filios pariter, ait Dominus: non parcam, & non concedam, neque miserebor, vt non disperdam eos.

15 Audite, & auribus percipite. Nolite eleuari, quia Dominus locutus est.

16 Date Domino Deo vestro gloriam antequam contenebrescat, & antequam offendant pedes vestri ad montes caliginosos:

noſos: expectabitis lucem, & ponet eam in vmbram mortis, & in caliginem.

17 Quòd ſi hoc non audieritis, in abſcondito plorabit anima mea à facie ſuperbiæ: plorans plorabit, & deducet oculus meus lachrymam, quia captus eſt grex Domini.

18 Dic Regi, & dominatrici, humiliamini, ſedete quoniam deſcendit de capite veſtro corona gloriæ veſtræ.

19 Ciuitates Auſtri clauſæ ſunt, & non eſt qui aperiat: tranſlata eſt omnis Iuda transmigratione perfectâ.

20 Leuate oculos veſtros, & videte qui venitis ab Aquilone: vbi eſt grex qui datus eſt tibi: pecus inclytum tuum?

21 Quid dices cùm viſitauerit te? Tu enim docuiſti eos aduerſùm te, & erudiſti caput tuum: numquid non dolores apprehendent te, quaſi mulierem parturientem.

22 Quòd ſi dixeris in corde tuo: quare venerunt mihi hæc? propter multitudinem iniquitatis tuæ reuelata ſunt verecundiora tua, pollutæ ſunt plantæ tuæ.

23 Si mutare poteſt Æthyops pellem ſuam, aut Pardus varietates ſuas: & vos poteritis benefacere, cùm didiceritis malum.

24 Et diſſeminabo eos quaſi ſtipulam quæ vento raptatur in deſerto.

25 Hæc ſors tua, parſque menſuræ tuæ à me, dicit Dominus, quia oblita es mei, & confiſa es in mendacio.

26 Vnde & ego nudaui femora tua contra faciem tuam, & apparuit ignominia tua.

27 Adulteria tua, & hinnitus tuus, ſcelus fornicationis tuæ: ſuper colles in agro vidi abominationes tuas. Væ tibi Ieruſalem non mundaberis poſt me vſque adhuc?

Verſ. 1.] Hæc dicit Dominus ad me: Vade, & poſſide tibi lumbare lineum, & pones illud ſuper lumbos tuos, & in aquam non inferes illud.

Verſ. 2.] Et poſſedi lumbare iuxta verbum Domini, & poſui circa lumbos meos.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Hæc dicit Dominus ad me vade, & poſſide tibi lumbare (ſeu, & eme tibi cingulum) lineum, & pones illud ſuper lumbos tuos. Et in aquam non inferes illud.

INiuncto [a] cùm vacarem vaticinandi populo meo muneri, & prædicationi cùm inſtarem verbi, pace adhuc exiſtente inter Iudæos, atque Chaldæos, & frequentiſſimo inter eoſdem commercio, Deus qui nullam omiſit rationem quâ errantes ad pœnitentiam reuocari quiuiſſent, re quoque geſtâ efficaciori modo Iudæos ipſos excitare ſatagens id mihi in mandatis dedit, vt in forum egrederer vbi merces venum expoſitæ eſſent, ibique lineum emerem cingulum, quod A *proprio iure poſſiderem, & eo meos accingerem lumbos, ita vt nec pro eius ablutione illud à me amouerem, aut commutarem vt factum ſordidum, quin potiùs curarem vt viderent vniuerſi & contractas illius ſordes, & meum erga ipſum affectum, qui nec ſordidum illico abiiciam.*

b Et poſſedi lumbare iuxta verbum Domini, & poſui circa lumbos meos.

Verſ. 2. *Et poſſedi*, &c. [b] *Iuſſis Domini obtemperans proceſſi in forum, quale mandarat emi lumbare, arctiuſque id meis adſtrinxi lumbis.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

B 1 DVo ſunt quæ ad præſentis Vaticinij enodationem neceſſariam prærequirunt diſcuſſionem, primum, quando habitum id fuerit, alterum, An quod parabolicè hîc dicitur, parabolâ expreſſum ſit eorum quæ in prophetica viſione Ieremiæ oſtenſa fuêre: An verò non id hoc loco Propheta enarret, quod ſimplici aſſecutus eſt viſione, & veluti in ſomnis ſibi fuit reuelatum, ſed quod re vera & facto ei contigit: ita vt quod de lumbari aſſeritur, haud ſimplex ſit parabola, quæ in actum minimè deducta ſit: ſed C & hiſtoria rei geſtæ. Diximus enim aliàs, frequens, efficaciſſimumque id apud Prophetas reperiri Vaticinij genus per geſta, quibus & oculi, & animi percellerentur auditorum. Ambarum autem quæſtionum iſtarum ſolutionem vnam arbitror ſufficientiſſimam, ſi ſolida temporis habeatur ratio totius Vaticinij huius: Neque enim aliunde argumentum deſumpſiſſe viſi ſunt, qui negarunt geſta à Propheta hîc narrari, quàm ex ipſa ratione temporis, quo id fieri minimè quiuerit, quorum cùm præcipuus auctor, & dux Sanctus ſit Hieronymus, æquum eſt vt illius ante D omnia referamus verba, quibus circa medium proœmium in Commentaria ſua ſuper Oſeæ iſtas pertractans quæſtiones ait. *Si omnia quæ præcipiuntur, ob cauſas vt in ſimilitudinem fiant, verè facta contendimus: ergo & Ieremias accinctus lumbari veſtimento muliebri, inter innumerabiles nationes, & Aſſyrios atque Chaldæos gentes inimiciſſimas Iudæorum, iuit ad Euphratem, vt ibi abſconderet lumbare ſuum, & poſt multa tempora reuerſus, inuenit illud computruiſſe, quod nulli eſſet vſui. Quomodo exire poterat, & ire tam longè obſeſsâ Ieruſalem extructis per circuitum munitionibus, foſsâ, vallo, atque Caſtellis.* [c] *Qui cùm* E *ſemel ad Anathoth viculum ſuum in tertio milliario ab vrbe ſitum voluiſſet exire in portam, capitur, & reductus ad principes, quaſi proditor verberatus in carcerem mittitur?* Ex quibus Hieronymi colligitur, illum ſenſiſſe vaticinium iſtud Ieremiæ habitum ſub Sedecia Rege, idque tunc temporis quum vltimò Nabuchodonoſor in Iudæam adueniens obſedit arctiſſimè Ieruſalem ab anno nono vſque ad annum vndecimum Regni, vt dictum eſt Sedeciæ.

Propheti a per rei geſtæ efficaciſſima.

Hieron.

Prophetia de lumbari lineo ſecũdùm Hieronymum habita tempore Sedeciæ, obſeſsâ Ieruſalè à Chaldæis eaque in ſpiritu contigit.

c Ierem. 37. 12.

2 Et quidem ſi hoc concedatur, maximi certè & apud me eſt momenti ratio ab eodem Hiero- F nymo allata, vt propterea dicendum ſit, hæc non tam re extrinſecus, quàm in ſpiritu ſolummodo eueniſſe. Neque enim probo quod in allatæ rationis eneruationem aſſerit Franciſcus Ribera in primum cap. Oſeæ num. 46. Quòd tunc exire potuerit Ieremias intelligi ex eius verbis ſupra in cap. 11. [d] *Vociferare omnia verba hæc in ciuitatibus Iuda, & foris Ieruſalem.* Nec mirum videri debere, ſi homo vnus & ignotus per inimicas Iudæis Gentes tranſire potuerit, præſertim à Deo miſſus, & eius auxilio confidens. Enimuerò quam

Ribera.

d Iere. 11. 6.

Hieronymus supponit difficultatem, & ferè impossibilitatem, non tam ex parte earum assignatur Gentium, quibus ignotus erat Ieremias, quàm ex parte ipsorummet Iudæorum, quorum omnium oculi in illum erant coniecti, & per quos summâ vigilantiâ portæ custodiebantur Ierusalem, ita vt ipsi in primis Prophetæ nullus reliquus exeundi sineretur locus, quem Chaldæorum partes tueri, ciuitatisque proditorem asserebant. Nec rectè ex allatis ex cap. 11. verbis id infertur, quòd tunc exire is quiuerit, quandoquidem totum vaticinium quod in citato continetur capite vndecimo, sub Rege Iosia habitum fuisse ostendimus, sicut & præcedentia, quando (vt mox probabo) pax erat Iudæis, & liber in ciuitatem Ierusalem ingressus, & egressus. Rectiùs ex præexposita Hieronymi ratione Christophorus à Castro ad initium sui Comment. in hoc caput tertium decimum id colligit, vt vaticinium istud, quod rei gestæ parabolam continet, fieri nequiuerit sub Sedecia, obsessaque Ierusalem. Arbitratur autem idem auctor, illud contigisse tempore Ioakim filij Iosiæ, & tunc quidem, quum Chaldæo Rex ipse pendebat tributum, prout dicitur cap. 24. lib. 4. Regum, quando peruium erat in Chaldæam ire; quod nō licuisset inquit, Chaldæo hoste declarato, ac proinde anno sexto, aut septimo, aut certè post octauum ipsius Ioakim.

Prophetia de lumbari lineo contigit secundùm Castrum tēpore Ioakim Regis Iuda. Christ. à Castro.

3 *Prophetia ista contigit tempore Iosiæ Regis Iuda.*

Vt tamen pace tantorum virorum & ipse quid sentiam dicam. Cùm & ea quæ hucusque à principio libri habita fuêre, & ea quæ in subsequentibus aliquot capitibus habebuntur, tempore Regis Iosiæ contigerint, dictaque fuerint, prout ex parte vidimus, & videbimus, profectò admodum rationi congruum censeo, vt eodem tempore & hæc quæ intermedia sunt euenerint, quando tale inter Iudæos, Chaldæosque erat commercium, vt Rex [a] ipse Iosias in auxilium Regis Assyriorum, & Chaldæorum Regi Ægypti Pharaoni Nechao ad Euphratem obuiam prodiens occisus sit in Mageddo, vt videre est in cap. 23. lib. 4. Reg. Quòd si duas potissimùm ob causas rebus gestis vaticinari sæpius soliti sunt Prophetæ, altera, quam tradit Hieronymus infra in cap. 19. vt & oculis populus doceatur, cùm magis mente retineatur quod visu, quàm quod auditu solo ad animum peruenit. Altera ex Theodoro Antiocheno communiter recepta, vt cùm viderent Iudæi noua quædam per Prophetas fieri, & inaudita, admiratione commoti causas inquirerent, & necessaria tenaciùs proptereà docerentur. Certè assignatum Iosiæ tempus maximè fuit opportunum, & vt Deus hæc Ieremiæ facienda demandarit, & vt Ieremias eadem facto explerit, quando singula, quæ vel in Ierusalem, vel extra Ierusalem, & ad Euphratem gessit, obseruari potuere, eorumdemque ratio à curioso inquiri populo: quando & illud ad Euphratem à Iudæis frequentabatur iter, sicut nostris hisce temporibus nos Romani, exempli gratiâ, iter frequentamus Româ Neapolim, cuius frequentis itineris ad Euphratem populum ipsum Iudaicum arguisse visus est idem Ieremias supra, cùm in capitulo secundo diceret: [b] *Et nunc quid tibi cum via Assyriorum, vt bibas aquam fluminis?* scil. Euphratis, quo Chaldæa irrigatur, & quem à parte Aquilonis terminum terræ promissionis assignauit Dominus, in libro Exodi dicens, [c] *Ponam terminos tuos à mari rubro vsque ad mare Palestinorum, & à deserto vsque ad fluuium.* Clariùsque in libro Deuteronomij, dicens, [d] *A deserto & à Libano, à flumine magno Euphrate vsque ad mare Occidentale erunt termini vestri*, quæ replicauit & Iosue. [e] Et hæc sat sint quoad præsentis vaticinij tempus sanè aptissimum quo eius singula reipsa fieri quiuerint.

a 4. Reg. 23. 29.

Prophetandi per res gestas duæ inprimis rationes. Hieron. Theodor. Antioch.

Iter ad Euphratem Iosiæ tempore frequentissimum.

b Iere. 2. 18.

Euphrates terminus Iudææ à parte Aquilonis.

c Exod. 23. 31.

d Deut. 11. 24.

e Iosu. 1. 4.

4 *Parabola & historia quomodo discerni queant.*

Cæterùm quòd & iuxta ferè communem Expositorum sententiam, verè facta ea sint, duabus validissimis id mihi persuadeo rationibus, altera ex specifica denominatione assignati fluminis Euphratis, ad quem se profectum asserit Propheta, ibique in foramine petræ abscondisse lumbare iuxta regulam communi Sanctorum Patrum consensu traditam quoad Euangelicam parabolam de diuite Epulone, & Lazaro paupere, quòd in parabolis minimè exprimantur nomina propria cuiusquam vel personæ, vel loci: & si expressa ea alicubi reperiantur, narrationem ibi fieri historiæ eius quod gestum sit *Parabolæ illæ sunt*, ait Ioannes Chrysostomus, homil. 1. de Lazaro, & diuite, *vbi exemplum ponitur, & tacentur nomina: Vbi autem dicitur Abraham, & Lazarus, hic verus est Lazarus.* Rationem verò alteram exinde desumo, quòd cùm Prophetica aliqua exponitur visio, quæ in spiritu duntaxat contigerit, aliquid vt plurimùm adhiberi consuetum reperio, quo dignosci id queat, vt obseruare est in vaticiniis ollæ succensæ, & virgæ vigilantis, de quibus apertè in cap. primo, dictum vidimus, [f] *Ollam succensam ego video*, &c. Et *Virgam vigilantem ego video.* Sic in principio Vaticiniorum Ezechielis, [g] *Et vidi*, inquit Propheta, *Et ecce* & cap. 8. [h] *Et leuauit me Spiritus inter terram & cælum, & adduxit me in Ierusalem in visione Dei.* Sic in visionibus Zachariæ, &c.

Io. Chrysost.

f Iere. 1. 11. & 13.

g Ezech. 1. 4.

h Ezech. 8. 3.

Vers. 1. *Hæc dicit Dominus ad me: Vade, & posside tibi lumbare lineum: & pones illud super lumbos tuos, & in aquam non inferes illud.*

Vers. 2. *Et possedi lumbare iuxta verbum Domini, & posui*, &c.

5

In Confirmationem eius quod mox dicebamus, rem gestam hic describi, quâ visâ, Iudæorum ad audienda quæ à Propheta dicebantur, magis excitandi erant animi, duas illi Deus primò imperat actiones, quæ videri à populo possent. Egressum nempe in forum, quòd verbo significat, (*Vade*) & quam ibi facturus erat lumbaris linei, veluti in Emporio emptionem, id enim verbo significari quo ait (*Et posside*) Hebræum indicat verbum קנה *kanah*, quod & emere significat, prout hîc illud interpretatur Pagninus, Regia, & Vatablus: quin & additum pronomen (*Posside tibi*,) idipsum confirmat, quasi dicat, Eme vt proprio possideas iure.

(*Lumbare lineum.*) Haud constat inter expositores, quidnam hoc esset lumbare lineum, quod vt emeret Ieremiæ præcipitur. Isidorus Clarius in suis scholiis super hoc caput 13. *Illud*, inquit, *lumbare, siue vt aliis succinctorium, sunt qui intelligant illud esse, quo præcinguntur operarij in laboribus*, id verò ipse eos intelligere crediderim, quod nos Italicè appellamus *il Zinale*: cuius fortasse opinionis fuisse visus est & Anastasius Sinaita relatas à nobis infra in Appendice, quippe qui de hoc agens, id affert quòd in Euangelio [i] Ioannis legimus, Christum pedes lauaturum discipulorum linteo se præcinxisse. Nec ab hac significatione alienum est, quod in præcitato proœmio in Oseam dicebat Hieronymus, lumbare istud lineum esse vestimentum muliebre: sanè enim mulierum nostrarum Italarum (nescio an & aliarum quoque regionum) præexpositum succinctorium

Lumbare lineum censuerunt aliqui id esse linteamen quo præcinguntur operarij. Isid. Clar.

Anastasius Sinaita.

i Ioan. 13. 4.

Lumbare lineum vestimentum muliebre.

ctorium lineum intra domeſticos præſertim parietes, vbi ferè labori cuipiam operam dant, commune eſt indumentum, quod & prænobiles ex byſſino, & ſubtiliſſima tela circa lumbos accinctum in honorem, decuſque deferunt à parte anteriori dependens vſque ad veſtis oras. Neque hoc mihi diſpliceret, vt ſignificatu iſto, taleque lumbare & ſuccinctorium lineum Ieremiæ præcepiſſe Deum cenſerem, vt ſe circa ſuos accingeret lumbos, quo nouo illo indumenti genere muliebri, vel operariorum magis intuentium percellerentur animi, quo modo ob id ipſum ſupra in cap. 7.[a] eidem mandatum fuit, vt tonderer capillum ſuum, & proiiceret: & infra cap. 27.[b] vt faceret vincula, & catenas, quas in ſuo poneret collo.[c] Et Iſaiæ, vt nudus, & diſcalceiatus per tres annos incederet per vrbem.

a Ierem. 7. 29.
b Iere. 27. 2.
c Iſai. 20. 2.

6 *Lumbare lineum inſignẽ eſſe baltheũ.*

Cæterùm cùm & Hebraica vox אזור *ezor* à verbo אזר *azar* cingere, & accingere ſeu Cingi, & accingere ſeſe, & nomen quoque Græcum Sept. ζῶσμα propriè cingulum deſignent, honeſtiſſimum quoddam veſtis genus: & Baltheum per id lumbare ſignificatum aſſerit idem qui ſupra Iſidorus Clarius, necnon & Vatablus, qui in ſuis ſuper hoc caput Annotationibus, *Inſignis,* inquit, *erat hic baltheus, qui tamen neglectus periit,* & Chriſtophorus à Caſtro id intelligit quo Sacerdotes veſtes ſtringebant, iuxta illud Exodi 29.[d] *Cinges baltheo Aaron, liberoſque eius:* quoque & Reges vtebantur, & principes, vt colligitur ex cap. 12. libri Iob,[e] *Baltheum regum diſſoluit, & præcinxit fune renes eorum.* Sed certè nec Sacerdotes, nec principes lineo ſimplici reperio vſos baltheo: De Sacerdotali ſiquidem cingulo hæc lego in cap. 39. Exodi,[f] *Cingulum verò de byſſo retorta, hyacintho, purpura, ac vermiculo bis tincto arte plumariâ.* Niſi velimus, baltheum iſtum ab eo diuerſum, quem Zonam lineam appellatam legimus Leuit. 16. 4. quod tamen non credo, cùm & byſſus lini genus ſit. Neque in textu citati loci libri Leuitici eſt quòd Zona illa coloris deberet eſſe albi, vt ſupponit Abulenſis ibi, Neque Hieronymus noſter, vel etiam Ioſephus Hebræus qui exactiſſimè de Sacerdotalibus indumentis tractarunt, iſtiuſmodi cingulorum agnouerunt diuerſitatem. Principum autem baltheum fuiſſe cingulum ex corio bullis diſtinctum, ex quo pendebat enſis, colligit ex Quint. lib. 11. Ioannes Pineda in præcitatum locum Iob. Ita vt Baifius lib. de re Veſtiaria ad finem capitis 18. probet ex Varrone, & Tacito, id adnumerandum inter armorum potiùs quàm inter veſtimentorum genera. Quamuis autem nil certi apud illum eorum qui antiquitatis monumenta collegêre, de iſtiuſmodi linei vſu reperiam cinguli: non dubito tamen & id antiquitùs aliquando vſurpatum, quomodo noſtris hiſce temporibus frequenter iter agentes lineo præcinctos videmus linteamine, ac mantili, quo manus, facieſque deterguntur, & exſiccantur, Italicè *touaglia, ſciugatorio, ò ſciugamano.* Sanè id in more fuiſſe Romanarum matronarum quæ viduæ erant, cùm puer eſſem, recolo, vt candidâ ex lino faſcia circa lumbos cinctæ incederent. Et Hiſpani hunc Ieremiæ locum pro concione pertractantes, lumbare faſciam dicunt lineam. Quinimò Orientalium pleroſque vidi & Armenorum, & Turcarum lineo, eoque inſigni accinctos cingulo vel albo, vel varicolori cum dependentibus floccis. Et fortaſſe non alienum à veritate erit, ſi dicamus, morem iſtum liniique iſtius cinguli vſum in Orientalibus partibus ſubindicatum antiquiſſimum in libro Prouerbiorum, vbi de muliere forti dicitur,[g] *Sindonem fecit, & vendidit:* quod per epexegeſim in Sacris literis frequentiſſimum magis declaratum repetatur in eo quod ſubditur, *Et cingulum tradidit Chananæo,* id eſt Mercatori. Notum eſt autem Sindonis vocabulo linteamen deſignari, & pannum quemlibet ex lino, prout & Hebraico quod ibi eſt nomine סדין *ſadin*, vt in lib. Radicum exponit R. Dauid, cuius generis linteaminum triginta pollicitum Samponem in lib.[h] Iudicum legimus iis qui proponendum ab ipſo ſoluiſſent problema. His adde, haud obſcure ex iis Domini verbis quibus apud Ezechielem 16. 10. ait.[i] *Cinxi te byſſo,* id eſt ſubtiliſſimo lino, talis cinguli linei argui vſum.

d Exod. 29. 9.
e Iob. 12. 18.
Baltheus Sacerdotalis qualis.
f Exod. 39. 28.
Baltheus Principum antiquitus qualis fuerit.
Pineda.
Baifius.
De Cinguli linei vſu.
g Prou. 31. 24.
h Iudic. 14. 12.
i Ezech. 16. 10.

7 *Cingulum lineum ad lumbos accingendos quomodo ſit à Deo Ieremiæ demandatum.*

Quidquid tamen ſit de antiquo hoc vſu: Hoc certum eſt, Ieremiæ eum à Domino hîc demandari, talique ratione demandari, vt ex ipſo loquendi modo haud obſcurè is indicetur; ſi enim in foro talia vendebantur cingula linea, ita vt propterea dictum ſit, (*Vade & poſſide,* ſeu *eme tibi cingulum lineum:*) quis non intelligat, eius tunc vſum vel apud Iudæos fuiſſe aliqualem? alioquin enim ad quid in foro vænum exponerentur? Quanquam ad hoc dici poſſet, verbis iis iuſſiſſe tantùm Prophetæ Dominum, vt linteamen, pannumque lineum in foro emeret, quod per anticipationem lumbare, ſeu cingulum appellauit ob ipſius vſum, quem mox ſubiecit, *Et pones illud ſuper lumbos tuos.* Id quod nec mihi diſpliceret; tunc quippe res geſta efficacior eſſet ad vaticinium, rei nimirum nouitate magis intuentium, vt & ſupra dicebam excitans oculos, animoſque. Neque enim probo quod hoc loco ait Ioannes Maldonatus, idcirco lumbare, ſeu cingulum demandatum lineum, vt ſignificaretur, id non eſſe ſuper veſtem, ſed ſuper carnem induendum. Sicut nec allatam omnino eiuſdem probo rationem, quòd idcirco id cingulum ſuper nudos lumbos Prophetæ iuſſum ſit lineum, quia quod nobis coniunctiſſimum eſſe, ac diligentiſſimè ſeruare volumus ad lumbos cingimus: ſicut viatores pecuniam lineo cingulo inſutam ſecùs lumbos circumcingunt: adeoque per hoc Deum ſignificare voluiſſe, Iudæorum populum coniunctiſſimum ſibi, & chariſſimum fuiſſe, tamen propter eius peccata illum repudiaſſe. Quòd enim de pecunia ait, verum quidem eſt, ſed antiquiſſimi eſt moris, tum viatorum, tum præcipuè militum, vt non in lineis dumtaxat cingulis ad nudos alligatis lumbos, ſed & ad extrinſecas Zonas, militareſque baltheos eas deferrent, iuxta illud Euangelij,[k] *Nolite poſſidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in Zonis veſtris,* tametſi id plerique, & Maldonatus ipſe Comment. in Matt. exponant in crumenis, quas in veſtris deferre conſueuiſtis Zonis, Militiſque & ducis inſignis id eſt Gracchi dictum in oratione, quam ad populum pro concione habuit, *Itaque Quirites, quum Româ profectus Zonas quas plenas argenti extuli, eas ex Prouincia inanes retuli.* Porrò quòd lumbari hoc lineo cingendus eſſet Propheta ſuper lumbos extrinſecus, ſuper veſtes nimirum circa lumbos etiam ad decus, ex iis colligo Domini verbis, quibus infra in parabolæ explicatione verſ. 11. ait, *Sicut enim adhæret lumbare,* &c. *ſic agglutinati mihi,* &c. *vt eſſet mihi in populum, & in nomen, & in laudem, & in gloriam,* &c.

Lumbare lineum Ieremiæ ſuper carnes ne, an ſuper veſtes ponendum eſſet.
Ioan. Mald.
In cingulis & Zonis pecunias deferre mos antiquiſſimus.
k Matth. 10. 9.

8 *Lumbare lineum Ieremiæ non lauandum.*

(*Et in aquam non inferes illud.*) Duplici ratione apud expoſitores hoc reperio acceptum. Quidam enim,

Vatablus R. Salomon.

enim, vt Vatablus, & ex Hebræis R. Salomon tantumdem esse inquiunt (*Et in aquam non inferas illud*) ac, Id minimè lauabis. In aquam nimirum illud non inferendum lumbare lineum, quæ purgandi vim habeat, id est in lixiuium, quasi dicatur, Sine baltheum illum colligere sordes, vt faciliùs corrumpatur, & pereat. Improbat hanc interpretationem in hunc modum Rabbi Dauid, quòd si de lotione intelligendum id esset, dici potiùs debuerit, (*Non lauabis illud.*) Adeóque ex hac loquendi forma, (*Et in aquam non inferes illud,*) id propriùs significati inquiunt alij, ex lino incurato futurum illud cingulum, nec à Propheta curandum aquâ; ad designandum, Deum dilexisse, sibique coniunxisse populum Iudaicum, cùm adhuc immundus esset, ac impolitus. Qui est sensus Hieronymi ferè communiter à nostris receptus. In cuius tamen explicatione sibimet contrarius mihi videtur Christophorus à Castro: quippe qui cùm primò dicat, ex his verbis colligi, non ad ornatum hoc loco Ieremiæ mandatum cingulum coëmere, & accingere, quod illotum, nec mollitudinem habens, nec candorem, sed ad coniunctionem duntaxat designandam: Parabolæ post modùm eius sic explicat similitudinem. *Quemadmodum si quis comparet sibi baltheum ex lineo contextum incurato, aspero, absque mollitudine, & candore, vt ex terra decerpitur, & suis lumbis applicet, ex quo gloriam capiat singularem.* (Nota:) *sordidus deinceps factus ex puluere repellitur, & in stercus reiicitur, vt ibi putrescat: sic Dominus elegit sibi plebem Israeliticam nullo ornamento præditam sed illotam, nudam, atque ex Ægyptiaca seruitute redemit, qualem describit Oseas cap. 3. & Ezechiel cap. 16. & adglutinauit eam sibi*, &c. Tertium eorum verborum indicat potiùs quàm explicet sensum Nicolaus de Lyra, iussum scilicet Ieremiæ, ne quoquo pacto lineum illud cingulum in aquam inferret, vt non ex ipsa corrumperetur malefactione. Hæbreâ ad verbũ sic habent (*Et in aquam*) לא תבאיו... *lo tebiehu, Non facies venire, seu non duces illud*) quod propriùs expressère Sept. καὶ ἐν ὕδατι οὐ διελεύσεται. (*Et in aquam non pertransibit.*) Quæ optimè à nostro reddita sunt interprete.

R. Dauid.

Sensus Communior. *Lumbare lineum Ieremiæ ex lino incurato, & impolito.*

Christoph. à Castro.

Nic. de Lyra.

9

Lumbare Ieremiæ cur nec ablui, nec mutari præcipiatur.

Hisce autem loquendi phrasibus vnam arbitror designatam lotionem, quicquid dicat R. Dauid, In qua linei panni & inferuntur in aquam, & in aqua ipsa fiunt sæpius pertransire. Cùm è vestigio in eo quod de lino incurato dicitur, obseruemus non id pertransire in aqua, sed aquam potiùs in illo pertransire, cùm in fluenti id iniectum sit riuo. Non lauandum autem mandari Ieremiæ lumbare circa lumbos eius positum, vt duo per id designarentur. Et quòd assumptus à Deo Iudaicus populus sordes in dies contracturus esset maiores, propter quas meritò à Deo ipso abiiciendus foret, ac in Euphrate, & in captiuitate Babylonica corrumpendus: Et quòd Deus illum sordidum quoque diutiùs sustinuerit, ita vt nec propter innumera eorum scelera ipsum commutarit, donec tandem abiectum à se illius omnibus notam fecit corruptionem. Æquè est igitur ac si verbis his, (*Et in aquam non inferes illud:*) dicat, & lineum illud cingulum semel circa lumbos tuos positum non ablues, à te id amouens, aut mutans, vt sordidum: Quin potiùs videant omnes illius sordes notentque vniuersi tuum in ipsum affectum. Sacras percurre historias librorum præsertim Iudicum, ac Regum, & Paralipomenon, & intelliges quomodo populus ille à Deo ex Ægypti emporio emptus, eidemque ag-

Iudaicum populum in peiora semper delapsum quantâ longanimitate sustinuerit Deus.

A glutinatus semper in deteriora prolapsus sit scelera, & quanta per plura annorum sæcula Deus ipse eum sustinuit longanimitate.

Vide Expositionem Moralem & Appendicem Patrum post expositionem primam vers. 11.

Vers. 3.] Et factus est sermo Domini ad me, secundò dicens.

Vers. 4.] Tolle lumbare quod possedisti, quod est circa lumbos tuos, & surgens
B vade ad Euphratem, & absconde ibi illud in foramine petræ.

Vers. 5.] Et abij, & abscondi illud in Euphrate, sicut præceperat mihi Dominus.

Vers. 6.] Et factum est post dies plurimos, dixit Dominus ad me. Surge, vade ad Euphratem: & tolle inde lumbare, quod præcepi tibi, vt absconderes illud ibi.

C *Vers. 7.*] Et abij ad Euphratem, & fodi, & tuli lumbare de loco, vbi absconderam illud: & ecce computruerat lumbare, ita vt nulli vsui esset.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

Vibus [a] peractis iterum is ipse hisce me affatus est post aliquid temporis. [b] Istud ipsum quod emisti, quodque circa lumbos tuos accinxisti, D *ab iisdem ablatum lumbis quantocyus iter arripiens Babyloniam versùs ad flumen deferes Euphratis, quo Regio ipsa alluitur Babylonica, & ad cuius ripas Iudæi, quando in Babyloniam ducentur captiui, sedes assignatas habebunt, vt à Chaldæis absconsi, qui illos vel intueri dedignabuntur. Quod tu hoc facto significabis, ad eiusdem Euphratis ripam cùm accesseris absconde ibi in petræ foramine quòd è lumbis tuis tulisti cingulum. [c] Itineri illicò me commisi, expleui ad vnguem quod præceperat Dominus, abscondique ad Euphratis ripam lumbare meum lineum. [d] Post multum verò temporis, ex quo expletis Dei mandatis Ierosolymam* E *reuersus sum, tertiò super eodem lumbari in hunc modum ipsemet allocutus me est Dominus. Tolle moras, confer te denuò quò primò accesseras, ad maximum Euphratis fluuium, inquire ibi de lumbari, quod iuxta meum imperium eò loci absconderas, tolle inde quale quale id sit. [e] Perrexi iterum ad Euphratem Chaldeæ flumen, terminumque Iudææ à parte Aquilonis, cúmque congesta per magni fluminis impetus illud terra opertum, & obrutum esset petræ foramen, in quo lineum meum absconderam lumbare, id fodi, & exinde sublatum cingulum, ecce tibi putrefactum repertum id à me est, eáque ratione marcidum, & corruptum, vt* F *nullo iam linteaminis cuiuspiam inseruire posset vsui, sed in vilissimum proiiciendum esset sterquilinium.*

a Vers. 3. *Et factus est sermo Dei ad me secundò, dicens.*
b Vers. 4. *Tolle lumbare quod possedisti, quod est circa lumbos tuos, & surgens vade ad Euphratem, & absconde ibi illud in foramine petræ.*
c Vers. 5. *Et abij & abscondi illud in Euphrate, sicut præceperat mihi Dominus.*
d Vers. 6. *Et factum est post dies plurimos: dixit Dominus ad me: Surge vade ad Euphratem: & tolle inde lumbare, quod præcepi tibi, vt absconderes illud ibi.*
e Vers. 7. *Et abij ad Euphratem, & fodi, & tuli lumbare de loco, vbi absconderam illud: & ecce cõputruerat lumbare, ita vt nulli vsui aptum esset.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

ET factus est sermo Domini, &c. Vers. 4. *Tolle lumbare*, &c. Vers. 5. *Et abij*, &c. Vers. 6. *Et factum est*, &c. Vers. 7. *Et abij ad Euphratem.*

Quia præsentis historiæ series & verba facilia sunt,

Vers. 3.

10

In Babylonica captiuitate Iudæi vt deteſtabiles ciuibus dicti abſconſi.

ſunt, haud eſt quòd in literali eorum detineamur A explicatione. Illud duntaxat notato, ad ripam Euphratis & ſub foramine, ſeu cauerna petræ ibi à Ieremia abſconſum lumbare, quod poſt multum temporis putrefactum repertum eſt. Quò id ſignificaretur, quod poſtea euentus in Iudaico comprobauit populo, ænigmaticè in lineo lumbari deſignato; quippe qui Deo illum à ſe ſeiungente, ſurgentéque ad eius vltionem ad Euphratis ripam, re ipsâ abſconſus fuit; quando in Babylonicam eiectum captiuitatem ad ripas riuorum magni fluminis Euphratis, quibus Babylonica irrigatur Regio, collocandum B per Chaldæos idem curauit Deus, quaſi abſconſos à Babyloniorum oculis, qui vel eorum vt viliſſimorum mancipiorum nedum conuerſationem, ſed & vel intuitum dedignabantur, prout animaduertit Polychronius in ſua Catena ſuper id primi capitis Ezechielis, [a] *Cùm eſſem in medio captiuorum, iuxta flumen Chobar*, id eſt Euphratem, prout ibi notant expoſitores, & colligitur ex Plinio lib. 6. cap. 26. Cuius Euphratis riuum extitiſſe crediderim, quem [b] Baruch Sodi nuncupat Babylonis flumen, dicens, ſe legiſſe vaticinij ſui librum ad aures populi à minimo vſque ad C maximum eorum omnium ſcil. Iudæorum habitantium in Babylonia ad flumen Sodi. Narrant & Herodotus lib. primo & Xenophon lib. de Cyri inſtitutione à Nithocri regina ita circumductum Euphratem per anfractus, vt Babylonem Vrbem reddiderit inexpugnabilem, Sed Cyrum in varios eumdem deducendo riuulos, vt facilè traiici poſſet, illam cæpiſſe. De quibus quoque vnius Euphratis riuis ad quorum ripas Iudæorum reiecta ſit habitatio, & id intelligo quod iidem Iudæi in Pſalmo 136. de ſemetipſis inquiunt, [c] *Super flumina Babylonis*, id eſt ad ripas fluminum, iuxta flu- D mina, riuoſque Babylonicam regionem alluentia, *illic ſedimus*, id eſt, ſedem, habitationemque aſſignatam habuimus, *& fleuimus, cùm recordarentur Sion.* Et quidem ex cap. 18. lib. 4. [d] Regum habemus, & decem tribuum Iſraelitis, quos Salmanaſſar in Aſſyriam abduxit datas ſedes pariter ad fluminum ripas, collocatos nimirum in Hala, & in Habor fluuiis Gozan in ciuitatibus Medorum. Vnde apparet, Antiquorum conſuetudine id firmum, vt quos contemptui haberent captiuos, ad fluminum collocarent ripas, vbi & aëris plerumque ſoler eſſe inclementia, & aquarum E frequentia inundationum. Id quod & hodie erga eoſdem Iudæos Romæ diuinâ factum prouidentiâ obſeruaui, quorum ſedes ad Tyberis ripam videre eſt, ita vt prima inundantis fluminis damna meritò ipſos attingant.

Polychronius.
a Ezech. 1. 3.
Chobar flumen idem cũ Euphrate.
Plinius.
b Banch.
Euphrates diuiſus in plures riuos, pluraque flumina.
Herodotus
Xenophon.

In captiuitate Babylonica Iudæis reiecta habitatio ad ripas riuorum Euphratis.
Ad fluminũ ripas antiquo more captiuis contemptui habitis aſſiguari ſolita ſedes.
c Pſal. 136. 1.
d 4 Reg. 18. 11.

11
Iudæorum mortalitas maxima in captiuitate Babylonica.

Et quis ſcit, an ænygmatico eo ſymbolo, quo abſconſum Euphratis ad ripam ſub foramine petræ lineum lumbare computruiſſe repertum aſſeritur, ita vt nulli vſui aptum eſſet, id ſignificatum ſit, quòd in iis ad Euphratem ſedibus ob magnam mortalitatem Iudaicus populus computruiſſe viſus ſit. Quis enim illum computruiſſe F non dicat, qui caput ſeptimum legunt libri primi Eſdræ, [e] vbi in eorum qui è Babylonia redierant cenſu vix quaſi vir vnus fuiſſe dicitur multitudo, non ampliùs quàm quadraginta duorum millium, trecentorumque ſexaginta; cùm alioquin ex [f] Ægyptiaca captiuitate eorumdem eductos legamus ſexcenta ferè millia peditum virorum abſque paruulis, ſed & vulgus promiſcuum innumerabile. Quamquam eadem linei lumbaris putrefactione illud potiùs deſignatum

e Eſdr. 7. 66.
f Exod. 12. 37.
In captiuitate Babyloni-

cenſeam, quòd in viliſſimis ſedibus iis ſuis in tantam deuenturus eſſet populus ille miſeriam, ac vilitatem, vt quaſi res putrida, & deſpectui omnibus eſſet, & reiiceretur, & conculcaretur à Babyloniis vniuerſis, iuxta id Azariæ in libro Danielis. [g] *Quia Domine imminuti ſumus pluſquam omnes Gentes, ſumuſque humiles in vniuerſa terra hodie propter peccata noſtra. Et non eſt in tempore hoc Princeps, & Dux & Propheta, neque holocauſtum, neque Sacrificium, neque oblatio, neque incenſum, neque locus primitiarum coram te.*

ca Iudæi in extremã deuenire vilitatem.
g Daniel 3. 37.

Hocque illud eſt quod de putrefacto lumbari lineo dictum eſt hoc loco. (*Ita vt nulli vſui aptum eſſet.*) Sicut enim putridum lumbare nulli eorum quæ illi conueniebant circa Prophetam obſequio vſuique aptum extitit, Ita in Babylonica captiuitate Iudaicus populus nulli inſeruire potuit vſui miniſteriorum Dei, quæ vt illi propria Sanctus enumerauit puer Azarias. Cæterùm quemadmodum tametſi lumbare lineum putrefactum nulli propriorum aptum eſſet vſui, in ſterquilinij nihilominus deſeruire potuit viliſſimum commodum. Pari ratione & Iudaicus ille populus in ea captiuitate præ nimia vilitate putridus abiectiſſimis addictus eſt, vel agriculturæ vel laterum conficiendorum, vel cæmenti operibus. Iniunctum enim illis admodum probabiliter opinatur Hieronymus Pratus Comment. in primum caput Ezechielis hortos Regios ad fluminis ripas ſitos colere: aut muros aliaſque vrbis munitiones extruere, quas Beroſus apud Ioſephum Hebræum factas prodit ex exciſæ Ieruſalem manubiis. Pro verbis iſtis, (*Ita vt nulli vſui aptum eſſet*) Hebraicè eſt לא יצלח לכל *lo itzalah lachol.* Quod duobus modis verti poteſt, primo (*Non proficiet omnibus,*) Hebraicâ phraſi, pro alicui rei, id eſt, nullius erit vtilitatis ſenſu & Vulgatæ & Sept. Secundo, vt ad verbum redditur in Regia, (*Non proſperabitur cuiquam*) Iuxta quam lectionem ſignificetur ænigmaticè nullo in opere Iudaicum populum in Babylonia quidquam habiturum proſperitatis.

12
Lumbare Ieremiæ quomodo putridum nulli vſui aptum dictum eſt.

In captiuitate Babylonica Iudaicus populus deſtinatus ad opera viliſſima.

Hieronymus Pratus.

In eo quod in verſ. 7. dicitur. (*Et abij ad Euphratem, & fodi, & tuli lumbare de loco, vbi abſconderam illud*) videtur ſignificari, abſconſum iuxta Euphratem lumbare lineum proceſſu temporis aquarum inundatione fuiſſe terrâ obrutum, & quodammodo ſepultum. Id quod aliquatenus ſimili metaphorâ in captiuitate ipſa Babylonica præ ærumnarum multitudine ſibi contigiſſe in perſona Iudaici populi in ſuis Threnis deplorat Propheta noſter, dicens, [h] *Lapſa eſt in lacum vita mea, & poſuerunt lapidem ſuper me*, alludens ad antiquum ſepeliendi morem, quo ponebatur lapis ſuper locum vbi ſepultum eſſet corpus. Vnde in Euangelio ad Lazari reſurrectionem dixiſſe legimus Ieſum, [i] *Tollite lapidem. Inundauerunt aquæ ſuper caput meum*, inundatione nimirum ærumnarum, & afflictionum innumerarum, *dixi perij.* Tantis ſiquidem obrutus ſum tribulationum aquis, vt me & mortuum, & corruptum cenſuerim.

13
In captiuitate Babylonica Iudaicus populus ærũnarum modo obrutus quaſi ſepultus.
h Thren. 3. 53.
i Ioan. 11. 39.

Verſ. 8.] Et factum eſt verbum Domini ad me dicens.

Verſ. 9.] Hæc dicit Dominus: Sic putreſcere faciam ſuperbiam Iuda, & ſuperbiam Ieruſalem multam.

PARA

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Verf. 8. *Et factum est verbum Domini ad me, dicens.*

Porrò [a] quia tota gestorum horum series mysterium spectabat Deo intentum, & in significationem mandata ab illo cuncta mihi fuerunt eorum, quæ Iudaici erant populi, cui vaticinabar; vt mysterium & ipse intelligerem, & intellectum prædicarem, ab ipsomet Domino, in ænigmaticæ rei gestæ explicationem hæc ad me habita fuêre. [b] *Nota, ô Propheta, quæ ipse tibi dico Deus, Quemadmodum pulchrum lumbare istud tuum lineum ad Euphratis ripam absconsum in foramine petræ aquis, terráque obrutum computruit; Sic abducens Iudæos in Babylonem captiuos, atque ad riuulorum Euphratis ripas reiectos, & ad vilissima quæque destinatos, ego efficiam vt ingens illa celsitudo Iuda, multaque ciuitatis Ierusalem excellentia in potentia, in opibus, in nobilitate, cæterisque huiusmodi quibus in intolerabilem tumuêre fastum, quibus & mihi iniurij existunt, putrida reddantur & fœtida.*

b Verf. 9. *Hæc dicit Dominus: Sic putrescere faciam superbiam (seu excellentiam, aut iniuriã) Iuda & superbiam Ierusalẽ multam.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

Verf. 8. 14

Et factum est verbum, &c. Verf. 9. *Hæc dicit Dominus,* &c. Proprio ore incipit Deus assumptam disserere, & adaptare parabolam, & rem iussu suo à Propheta gestam, indicans, quod postmodum melius declarat, lumbare in symbolum Iudaici populi assumptum, & illius regni, quod in ciuitate residebat Ierusalem. Declarat autem quid primum sibi in ænigmate voluerit putrefactionis eiusdem lumbaris, nempe ablationem & à populo, & à Ierusalem omnis excellentiæ, magnificentiæ omnis, propter quæ in fastum, & superbiam eleuabatur. Hebraicum nomen גאון *gheon*, & superbiam, tumoremque significat, & excellentiam ipsius elationis causam. Sept. effectum potiùs eiusdem superbiæ ponentes, legunt, (*Sic corrumpam τὴν ὕϐριν*, id est *iniuriam, seu contumeliam Iuda*) quam scilicet ob ingentem animi tumorem & Deo, & proximis infert, (*Et iniuriam Ierusalem, multam hanc iniuriam.*)

Superbiam comitem habet iniuriam, & contumeliam.

Verf. 10.] Populum istum pessimum, qui nolunt audire verba mea, & ambulant in prauitate cordis sui, abieruntque post Deos alienos, vt seruirent eis, & adorarent eos: Et erunt sicut lumbare istud, quod nulli vsui aptum est.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

c Verf. 10. *Populũ istum pessimum, qui nolunt audire verba mea, & ambulant in prauitate cordis sui pessimi: abierũtque post Deos alienos, vt seruirent eis, & adorarent eos: Et erunt sicut lumbare istud, quod nulli vsui aptum est.*

Ad [c] extremam deductio vilitatem populo isto pessimo per superbiam ipsam suam, quâ renuit, nec vllâ ratione vult suum mihi subiicere intellectum, nolens à me quæ optima sunt audire, vel à quoquam meo erudiri nomine: quin potiùs corde affectuque suo longiùs à me de industria ad malum quodque prorucre profitentur: Falsos sequuti Deos quos à me maximè norant alienos, instar vilissimorum mancipiorum seruituti se dedentes eorum, eosdemque in terram prostrati religioso in mei calumniam prosequentes cultu. Et quidem meritò illos in indignatione mea instar putrefacti reddam linei cinguli huius tui, quod nulli iam aptum alij est vsui quàm sterquilinij.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

Populum istum pessimum, &c.) Nota, ex eo quod cùm mox Deus dixerit (*Sic putrescere faciam superbiam Iuda,* &c.) nuncque sine alio verbo subiiciat, (*Populum istum pessimum,*) subindicari, tantumdem esse dicere superbiam populi, ac populum superbum, adeoque & pessimum; nullum enim ob vitium rationabilius quis dicitur pessimus, quàm ob superbiam, quâ à Deo optimo redditur maximè distans. Quod vt fiat cunctis patentius, quinque explicantur modi, quibus ob præexpositam superbiam populus ille ab optimo Deo elongatus est, seu rationes quinque quibus ipsam suam maximam patefecit elongationem. Prima est, quia renuit illi subiicere intellectum suum, nolens, ab ipso, quæ optima sunt audire, & erudiri vllo pacto. (*Qui nolunt,* Hebraicè, *Renuentes audire verba mea:*) Secunda, quia corde, affectuque ab eo longiùs procedere de industria profiterentur. (*Et ambulant in prauitate,* seu *in duritie,* vt Pagninus, vel *in pertinacia,* vt Regia: aut *in praua libidine cordis sui,*) vt Vatablus. Quid autem hoc sit, vide explicatum à nobis supra in verf. 17. capitis tertij. Tertia: quia eos secuti sunt falsos Deos, quos illi maximè norant alienos: (*abieruntque post Deos alienos,*) Vide quæ diximus supra in verf. 10. capitis octaui, expendentes verbum sequendi, quod idem est ac abire post. Quarta, quòd ita Deos illos secuti sunt alienos, vt eis instar mancipiorum seruirent; (*Vt seruirent eis.*) Quinta, vt eosdem adorarent se se ipsi in terram incuruantes, ac prosternentes: (*Ad incuruandum se eis,* legit Hebr. pro, *Et adorarent eos.*)

15 *Superbia reddit hominem pessimum.*

In lectione Sept. varietas est in Codicibus. Quamuis enim in eorum nullo reperiatur id quod primò dicitur (*Populum istum pessimum,* seu, *malum,*) vt est in Hebr. Sed simpliciter sic legatur. (*Non volentes audire verba mea.*) Pro eo tamen quod in Vulgata legimus, (*Et ambulant in prauitate cordis.*) Quod nec in correcto Vaticano, nec in aliis est codicibus; In Complutensi, & Regio, & apud Theodoritum sic habetur πορευθέντας ἐν εὐθύτητι τῆς καρδίας αὐτῶν τῆς πονηρᾶς. *Ambulantes in directione cordis eorum praui.* Quod & in suo textu agnouit Hieronymus, & in Commentario directionis vocem sic explicare visus est, Quod sibi rectum videtur, hoc faciunt. Quamquam eadem vox desumi pariter queat pro duritie, & peruicacia cordis, quod est consonum lectioni Hebraicæ, pro firmitate enim, & stabilitate vsurpata & aliàs reperitur, vt in eo Psalmi, [d] *Confitebor tibi in directione cordis,* id est corde firmo, ac stabili.

16 *Directionis vox pro duritie, & pertinacia.* d Psal. 118. 7.

Verf. 11.] Sicut enim adhæret lumbare ad lumbos viri, Sic agglutinaui mihi omnem domum Israel, & omnem domum Iuda, dicit Dominus: vt essent mihi in populum, & in nomen, & in laudem, & in gloriam, & non audierunt.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

Quandoquidem [e] iam diu & decem tribus, & domum Iuda duas tribus à decem illis Israel distinctas, in insigne mihi assumpsi lumbare, & instar candidi

e Verf. 11. *Sicut enim adhæret lumbare ad lumbos viri, sic agglutinaui mihi omnem domũ Israel, & omnem domũ Iuda, dicit Dominus.*

candidi linei cinguli, quod eius qui id ſibi conſtringit, adhæret lumbis: arctiſſimâ mihi in ipſa amoris mei ſede colligaui neceſſitudine, ita vt quantum ex parte mea erat, disiungi à me, nequiret, ni ſuis ipſi frangerentur ſceleribus, non ſecus ac quod tenaciſſimo conglutinatum ſit glutine frangitur potiùs, quàm disiungatur; Sanè enim & ipſos fortiſſimo amoris agglutinaui mihi glutine, & peculiariter vt cingulum fidelitatis ſymbolum eos mihi adſtrinxi, quo & mea omnibus explorata eſſet firmiſſima in vnione cum illis fidelitas, quam & certiſſimè conteſtatam volo.[a] Et vt lineum adſtrinxi cingulum maximè decorum, quò ab illo vt populo peculiari, atque ornamento circumdatus, & nomine illuſtrarer, appellatus Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob, Deus Iſrael, Deus Iuda, & laude, & gloriâ per illos celebrarer. Quibus tamen omnibus iam defraudatus per eorum ſum inobedientiam, & rebellionem, cùm non audierint.

a Vt eſſent mihi in populũ, & in nomẽ, & in laudẽ, & in gloriam, & non audierunt.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

17 Sicut enim adhæret lumbare, &c. Proſequitur Dominus aſſumptam explicare ſimilitudinem lumbaris linei cum Iudaico populo. Et quidem quamuis non deſint, qui & in lini factura vim expendant eius ſimilitudinis, qua de re & nos attingemus aliqua in expoſitione morali, & in Patrum Appendice. Deus tamen in vſu dumtaxat ipſius lũbaris, cingulique ac Zonæ proprio totam illam conſtituit. Porrò cùm duplex ſit cinguli vſus, alter qui ei per ſe propriéque cõpetit vt lumbare, & cingulum eſt; alter qui eidem competit vt eſt cingulũ tale, inter indumenta, ac ornaméta adnumeratũ. De primo agit in hac prima huius ſententiæ parte, de altero verò in parte ſecũda. Proprius cinguli vſus, & miniſterium eſt, vt conſtringẽdo ſuâ ipsâ arctiùs cum lumbis iungatur conſtrictione. Cæterùm tametſi conſtringat cingulum, coniunctio tamen ipſius cum lumbis non tam illi adſcribenda eſt, quàm ei qui tali eius vtitur miniſterio, vt ſuos illo conſtringat lumbos. Et idcirco cautè Dominus in hac explicanda ſimilitudinis vi ita locutus eſt, (*Sicut adhæret lumbare ad lumbos viri*, qui ſcilicet id ſibi accinxit: *Sic agglutinaui mihi omnẽ domum Iſrael* decem ſ.tribus, *& omnem domum Iuda*) reliquas nimirum duas tribus, Iuda, & Beniamin, (*dicit Dominus*,) De lumbari ſimpliciter inquiens, (*adhæret lumbos viri*:) de Iudaico verò populo dicens, (*Agglutinaui mihi*,) vt nouerimus, eam populi adhæſionem ad ipſum, ipſi pariter adſcribendam, iuxta illud Domini in Euangelio, [b] *Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos*. Et quia opera Dei ſunt perfecta, vt ſoliditas iſtius, quantum ex parte eiuſdem Dei eſt, pateret colligationis: hoc iuxta noſtram Vulgatam & verſionem Sept. vſus eſt agglutinãdi verbo, tam tenaci videlicet ſe ſibi cũ colligaſſe glutine ſignificans, vt aliâ ratione quàm per ipſius populi fractionem & ſcelerum corruptionem ſeiungi is minimè poſſet. Quod ſi & modum intelligere velimus, quo iſtam fecit agglutinationem: Audiamus Moyſem eidem populo illum explicantem, vbi ait: [c] *En Domini Dei tui cælum eſt, & cælum cæli, terra & omnia quæ in ea ſunt: & tamen patribus tuis conglutinatus eſt Dominus, & amauit eos*. Amoris gluten igitur eſt, quo iſta Dei populique Iudaici facta eſt agglutinatio: Amoris inquam gluten ex ardentiſſimæ cordis Dei fornace defluens, [d] *Non quaſi nos dilexerimus Deum, ſed quia ipſe prior dilexit nos*, ait Ioannes, Agglutinauit ſibi populum, agglutinans ſemetipſum illi.

Cinguli vſus proprius eſt vt conſtringat, & colligat.

b Ioã. 15. 16.

Coniunctio hominis cum Deo ex parte Dei ſolidiſſima.

Amoris glutine Deo coniungimur.

c Deut. 10. 14.

d 1. Ioan. 4. 10.

18 Ioannes Pineda lib. 7. de rebus Salomonis cap. 7. n. 1. arctiſſimam iſtius diuini amoris colligationem cum populo & verbo adhærendi, & adhæſione ſpeçificâ ad lumbos expreſſam perpendens, *Cùm adhærendi*, inquit, verbum *vxoriũ ſit, amoremque deſignet coniunctiſſimorum, vt colligitur ex Gen. 2. 24. Matt. 19. 15. Epheſ. 5. 31. Quum Dominus Ieremiæ ait, (Sicut adhæret lumbare ad lumbos viri, ſic agglutinaui mihi omnem domum Iſrael) duplex ſignificatur illius charitas ardentiſſima, tum illa vxoria quam diximus, quæue & agglutinatio iure dicitur, quia talem deſignat vnionem duorum, vt potiùs parte aliâ frangas, quàm diuidas ea, quæ ſic cohæſerunt: Tum illa lumbaria, quòd parte illâ humani corporis, in qua dicitur peculiariter reſidere humanæ affectionis robur, & ardor, contingit arctè, adhæretque perpetuò.*

Ioan. Pineda. *Coniunctio Iudaici populi cum Deo, vxoria & arctiſſima.*

19 Vxoriam hanc adhæſionem ipſam non tam per verbum, quàm per aſſumptam lumbaris, ac cinguli ſimilitudinem deſignatam hîc cenſuit Cornelius à Lapide in cap. 6. epiſt. ad Epheſ. num. 237. quia cingulũ ſymbolum ſit fidelitatis. *Hinc enim*, ait, *coniuges cingulo cinguntur, vt ſignificent amorem, & fidem, quâ alteri coniugi ſunt obſtricti, & deuincti. Hinc apud Ieremiam Deus populum Iſrael vocat lumbare, id eſt, cingulum ſuum, quia inſtar cinguli lumbis, & renibus Dei intimè adſtrictus is erat.* Cæterùm quamuis verum id ſit, quòd cingulum vxoriæ fidelitatis ſymbolum antiquitus fuerit in nouiter nuptis, quarum ſolius mari propterea eſſe dicebatur, vt Zonam ſolueret, quemadmodum ex Varrone notat Auguſtinus lib. 4. de Ciuitate Dei c. 11. Id tamen hoc loco non eſt ad rem, quo de cingulo agitur Dei. Maximè verò illud ipſum vt Symbolum fidelis, certæque coniunctionis ad propoſitum eſſe arbitror ad deſignandam fidelitatem ex parte Dei in ipſa quam fecit agglutinatione populi: vt ſit alluſio ad baltheũ militarem, qui vt fidelitatis ſymbolum tanti apud milites fiebat antiquitus, vt infidelem illico pronunciarent quem eo priuatum inſpicerent. Quam fidelitatem, certamque in ipſa aſſumpta ſimilitudine factam populi agglutinationẽ confirmaſſe idemmet viſus eſt Deus fideli ſuo veluti ſignaculo, vltimis quæ iſti primæ huius ſententiæ parti adhibuit verbis, (*Dicit Dominus*,) Cuius ſignaculi vis Hebraicum patefacit verbum. Neque enim vt aliàs frequentiſſimè hucuſque, communi verbo vſus eſt אמר *amar*, ſed נאם *neum*, circa quod Franciſcus Forerius in ſuis Comment. ſuper verſ. 24. cap. 1. Iſaiæ notat, illud eſſe nomen participale, idemque valere, quod ſermo certus & indubitatus, quodque Paulus dicit, [e] *Fidelem ſermonem*, tantumque in Scripturis Deo, & à Deo inſpiratis hominibus tribui, & hoc loco dumtaxat apud Ieremiam 13. reperiri vt verbum, quod propriè ſignificat, Certò affirmauit.

Cingulum eſt ſymbolũ fidei, & adhæſionis vxoriæ. Cornelius à Lapide.

Auguſtinus.

Cingulum ſymbolũ fidelitatis, & certæ coniunctionis.

Dicit Dominus, *eſt quoddam Dei ſignaculum.*

Franc. Forer.

e 1. Tim 4. 9.

20 (*Vt eſſent mihi in populum, & in nomen, & in laudem, & in gloriã.*) De ſecundo hîc agi diximus cinguli vſu in ornamentum, & decus In hunc ergo vſum æquè ac cingulum colligaſſe ſe inquit Dominus & Iſrael, & Iuda, vt eſſent ſibi in populũ, quo ſcil. veluti inſigni circumdaretur ornamẽto, eâ planè ratione quâ & apud Iſaiam innumeram Eccleſiæ pollicens conuerſorum fidelium multitudinem, [f] *Viuo ego, ait, quia his omnibus velut ornamento veſtieris, & circũdabis eos tibi quaſi ſpõſa*. Benè quaſi ſpõſa, quòd ſponſæ præ cæteris ornamentis in Zonis ſibi placeant, & glorientur, ita vt propterea ſæpius apud Homerum fœminæ, puellæque in

Iudaicũ populũ in cinguli quodammodo ornamentũ alligauit ſibi Dominus.

f Iſai. 49. 18.

in primis peculiari appellatæ reperiantur Epitheto καλλιζώνων id est pulchras Zonas habentes, siue pulchrè cinctæ, aut in Zonis pulchræ. Et nouimus, iuxta sententiam Tertull. lib.4. contra Marcionem c.11. Origenis in c.26. Genes. & August. plurimis in locis, & præsertim Tom.10. in sermone primo de eo quod Dominus interrogauit Iudæos, cuius filium dicerent esse Christum apud eumdem[a] Isaiam Deum ipsum sponsum se sponsamque simul nuncupasse, & omni muliebri ornatum ornamento, & insigni decorum mitrâ, cinguloque, Mitræ enim nomine Græcis, & cingulum, Zonamque significatã reperire est frequenter, ita vt quod prouerbialiter Latinis auctoribus dicitur Zonã soluere, Græcis dicatur μίτραν λύειν. Et innuptæ dicantur Ἀμιτροι Amitri. Sicut autem ex pulchro cingulo nomen (vt vidimus) καλλιζώνων pulchrarum Zonarum inditum sponsis est: Ita & ex Iudaico populo cingulo Dei (vt dictum est) nomen sibi conciliasse ait, (*Vt essent mihi & in nomen*) vt scilicet diceret Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, Deus & Iudæorum.

Deus & sponsum se dicit & sponsam. Tertull. Origenes. Augustin.

a Isai.61.10. sec.Sept.

Mitra nomine significatũ Græcis cingulum.

21 Sept. pro his duobus, (*Vt essent mihi in populum, & in nomen*) vnum sic legunt τοῦ γενέσθαι μοι εἰς λαὸν ὀνόμαστον. (*Vt sit mihi in populum nominatum,*) Quo sensu plerique expositorum & nostram explicant lectionem, vt significetur, Ideirco à Deo eum sibi agglutinatum populum, vt ex tali coniunctione celebre populus ipse consequeretur nomen, & laudem, & gloriã. Pro quo item sensu facit, quòd in cap.26. Deuteron. eidem dixit Moyses,[b] *Dominus elegit te hodie, vt sis ei populus peculiaris, sicut locutus est tibi, & custodias omnia præcepta illius, & faciat te excelsiorem cunctis gentibus, quas creauit, in laudem, & nomen, & gloriam suam.*) Vbi in Hebraico textu eadem omnino sunt nomina, eadem & locutio, quæ & hîc apud Ieremiam, (*Et in nomen, & in laudem, & in gloriam*) absque vllo pronomine. Quamquam optimè à nostro Interprete pronomen ibi additum sit (*suam,*) vt & hîc pariter illud subintelligeremus, sensusque sit, ex prædicta ad modum lumbaris populi Iudaici cum Deo coniunctione eidem Deo nedum nomen, sed & laudationem pronenisse, & gloriam, iuxta illud,[c] *Populum istum formaui mihi, laudem meam narrabit:* Et illud,[d] *Seruus meus es tu Israel, quia in te gloriabor.* Benè autem post præexposita & hîc adiicitur, (*Et non audierunt.*) Vt intelligeremus rationem primariam, cur iis omnibus defraudatus Deus sit; nẽpe quia populus ille à candore, & puritate excidit linei eiusdem Dei lumbaris, quam puritatem ad ea necessariam significatat in præcitato loco Moyses, vltimò addens, *Vt sis populus Sanctus Domini Dei tui, sicut locutus est.* Quia per inobedientiam denique corruptus est, & instar putrefacti lumbaris factus est abominabilis.

Iudaicus populus ex coniũctione cum Deo factus nominatus, laudabilis, & gloriosus.

b Deut.26. 18.

Ex Iudaico populo sibi cõiuncto Deus & nomen, & laudem, & gloriam assecutus.

c Isai.43.21.

d Isai.49.3.

Inobedientia corrũpit omnem hominis puritatem.

---

*Vers.*1.] Hæc dicit Dominus ad me: Vade, & posside tibi lumbare lineum, & cætera vsque ad vers.12.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

22 Cvm ex ipsamet ænigmaticæ huius historiæ, & vaticinij explicatione, quam à Domino traditã habemus, pateat, lumbaris cingulique linei symbolo eos designatos homines, quos Deus sibi adstrinxerit. Si cõmuniorẽ quis sequatur sententiã, quâ lumbare istud ex lino incurato fuisse dicitur, & quod non transierit per aquam:

In Peccatorũ vocatione & appropinquatione ad Deũ patefit charitas Dei admirabilis.

A Aptissima erit parabolica hæc historia pro eo Euãgelij quo asseritur,[e] *Erant appropinquãtes ad Iesum Publicani & peccatores:* proque eo Christi respõso,[f] *Non veni vocare iustos, sed peccatores.* Qua in parabola perpendendum, quòd peccatores isti à Deo vocati, & appropinquantes ad Iesum rectè per id designantur cingulũ, quod lumbis accingitur, in quibus sedes affectuum est, & principiũ generationis: quia in istiusmodi peccatorũ vocatione, & accessione ad Iesum admirabilis patefit Dei charitas, iuxta illud Apostoli,[g] *Commendat Deus charitatem suã in nobis, quoniam cùm adhuc peccatores essemus* B *secundùm tẽpus, Christus pro nobis mortuus est.* Simulque ostẽditur quod per eamdẽ charitatem vocatos ad se peccatores ipsos genuit, eos sibi adstringendo, iuxta illud item Pauli,[h] *Eramus enim aliquando & nos insipientes, increduli, errantes, seruiẽtes desideriis, & voluptatibus variis, in malitia, & inuidia agentes, odibiles, odientes inuicem. Cùm autem benignitas, & humanitas apparuit Saluatoris nostri Dei, non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundùm suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus Sancti.* De qua generatione Iacobus quoque Apostolus ait,[i] *Voluntariè*, C i. gratis, & nullis præcedentibus meritis nostris, imò multis præexistentibus in nobis peccatorũ demeritis, *genuit nos verbo veritatis*, i. Euangelio, *vt simus initium aliquod creaturæ eius*, i. vt inter eius creaturas primum apud illum, magisque proximum haberemus locum, ei nimirum instar cinguli adstricti, & agglutinati.

e Luc.15.1.

f Matt.9.13.

g Rom.5.8.

Peccatores Deus genuit in filios, eos sibi adstringendo.

h Tit.3.3.

i Iaco.1.18.

23 Cæterùm si alterum sequamur sensum, quem probabiliorem cẽsuimus, vt non de rudi, & incurato, sed de candido lino pulcherrimũ potiùs id fuerit lumbare, quod Prophetæ accingẽdum fuit lumbis, à quibus nec propter contractas sordes il- D lico amouendũ esset, vt explicatum est in litera, Moraliter per id ænigmatis significatur, & quinã propriè sint, qui præ cæteris Deo adstricti sunt. Et quâ ratione ij ad id peruenerint prærogatiuæ: & quomodo ingenti longanimitate eorum plerosque Deus sustineat sordescentes: & demum quò tamdem iidem delabantur, qui in eo quòd Deo proximi sunt, sordibus sordes addere nõ cessant.

Perpendamus singula: Quoad primũ, legimus in lib. Numer.[k] *Sanctos Deus applicabit sibi: & quos elegerit appropinquabũt ei.* Qui nam verò isti in Ecclesia sunt Sancti electi à Deo vt illi sint proxi- E mè applicati? ij, quos peculiari iure possidet in ministerium, ij quos Petrus Apostolus,[l] *genus* appellat *electum, Regale Sacerdotium, gentem sanctam, populum acquisitionis, vt virtutes annunciẽt Dei:* Viri inquam Ecclesiastici, Sacerdotes, & quotquot diuino in statu præsertim religioso se se addixère obsequio. Horum certè symbolum optimum lumbare extitit Ieremiæ, & quia cingulũ, & quia lineum. Enimuerò cingulum in eo quòd lumbos cõstringit circularis figuræ est, quæ cùm figurarũ omnium sit perfectissima, perfectionis pariter typus est, quam Ecclesiastici quique, & Religiosi in F primis assequi satagant operæ preciũ est. Quòd si apud Ægyptios circuli hieroglyphico Deũ principij finisq; expertẽ designari mos fuit, vt inquit Pierius Val. lib.39. c. de Circulo, sanè cùm lũbare Dei eatenus circularis sit figuræ, quatenus Deum cingit: quis nõ videat, quomodo per id ipsũ confirmetur, quod de talibus ait Apostolus.[m] *Qui adhæret Deo vnus spiritus est cum Deo*, i. diuini quid & in se habet,[n] *diuinæ consors naturæ*, idque in perfectione iustitiæ, propter quam in ipsis pariter illud verificatur quod per Isaiam prænunciatum de Christo

Ecclesiastici & Religiosi significati per lumbare Ieremiæ.

k Num.16. 15.

l 1.Pet.2.9.

Circulus symbolũ Dei, & virorum Deo adhærentium.

m 1.Cor.6 17.

n 2.Pet 1.4.

Christo fuit,[a] *Et erit iustitia cingulum lumborũ eius.* Sicut & id quod adiectũ per eumdem est, *Et fides cinctorum renum eius.* Quandoquidem iis Christo, Deoque existentibus fidelibus in eius ministerio fit, vt & Deus ipse fidelitatem facto expleat promissorũ, verborumque suorũ etiam in illos Christianorum, qui id minimè meterentur; ita vt verè concini id queat Psal.[b] *Fidelis Dominus in omnibus verbis suis, & Sanctus in omnibus operibus suis.*

a Isai. 11. 5.
b Psal. 144. 13.

24 Si cingulum est quod reliquas lumbis adstringit vestes: rectè vel ob id Ecclesiastici, & Religiosi lumbare dicuntur Dei; per ipsorum enim & orationes, ac sacrificia, & prædicationem, & sancta exempla fit, vt quotquot Deum vt variæ circumdant vestes, per charitatis studium arctiùs in dies illi adnectantur, & constringantur. Vnde Paulus Apostolus insigne & ipse Dei cingulũ hoc suum præcipuum cõtestatur esse desiderium, hoc suam orationem spectare, hoc suum & studium, dicens Philipp.[c] *Testis mihi est Deus, quomodo cupiam omnes vos in visceribus Iesu Christi*, sc. esse, vt viscerum participes sitis charitatis Christi, vtque ipsum intimè diligatis, illi nimirum agglutinati. *Et hoc oro, vt charitas vestra magis ac magis abundet in scientia*, quâ, scil. agnoscatis veritatem, eique firmiter inhæreatis, *& in omni sensu*, quo singula quæ proposita sint, vel amplectenda, vel agenda diiudicare, & discernere valeatis: *Vt probetis potiora, vt sitis sinceri*: quoad Deum, *& sine offensa*, quoad proximum, *in diem Christi*, id est, vsque ad vitę finem, & diem iudicij, *repleti fructu*, id est operibus iustitiæ *per Iesum Christum in gloriam, & laudem Dei.* Idemque fidelibus item Ephesiis,[d] *Veritatem* inquit, *facientes in charitate*, id est, vitæ rectitudinem in bonis exercentes operibus, quæ & iuxta Christianismi doctrinam, & iuxta veram bonorum operum formam charitas verè sint, *crescamus in illo per omnia qui est caput Christus.* Similiter & ad Thessalonicenses,[e] *Vos*, ait, *Dominus multiplicet, & abundare faciat charitatẽ vestram in inuicem & in omnes, quemadmodum & nos in vobis: ad confirmanda corda vestra sine querela in sanctitate ante Deũ, & Patrem nostrũ.* Quo loco nota effectum cinguli Paulum in se exprimentem, quum ait, *Quemadmodum & nos in vobis*, charitate, scil. affecti sumus, vos adstringentes Deo, & omnes simul, quasi diuersæ Dei vestes, & ad inuicem in ipsa charitatis colligatione. Sicut enim charitas cingulum est piæ cuiusque animæ, quâ & affectuum suorum lumbos, & multiplicium virtutum colligat vestes, iuxta illud.[f] *Super omnia charitatem habete, quod est vinculum perfectionis*: Ita & qui charitate insigne Christi sint cingulum, charitate ipsâ & fideles quosque simul constringere in vno satagit Deo.

Ecclesiastici, et Religiosi vt Dei cingulum constringunt cũ ipso Deo, & inter se fideles quosque Paulus fuit Dei cingulum.
c Philip. 1. 8.
d Eph. 4. 15.
e 1. Thess. 3. 12.
Charitas & animæ cingulum.
f Coloss. 3. 4.

25 Denique si cingulum fortitudinis symbolũ est, paratique & expediti animi ad opus: ita vt & de forti illa muliere propterea in lib. Prou. dicatur,[g] *Accinxit fortitudine lumbos suos*: & de Deo in Psal. 92. iuxta Psalterium Romanum legamus,[h] *Dominus regnauit, decorem induit, Induit Dominus fortitudinem, & præcinxit se virtutem.* Sanè haud ambigo affirmare, & ob hanc quoque rationem Ecclesiasticos, & sanctos viros rectè lũbare, & cingulum dictos Domini; quibus nimirum accinctus quodammodo lumbos, & fortem is se exhibeat, & promptum ad præstandum quodlibet. Lege c. 14. lib. Exodi, & videbis Mosem se instar cinguli precibus suis Dominum præcinctum exhibentem ad fortissimum id operandum subuersionis Pharaonis cum curribus, & equitibus, totoq; eius exercitu in mari rubro, dicente ipsomet Domino ad illum orantẽ.[i] *Quid clamas ad me? Loquere filiis Israel vt proficiscantur. Tu autem eleua virgam tuam, & extende manũ tuã super mare, & diuide illud*: pauloq; post. *Et glorificabor*, inquit, *in Pharaone, & in omni exercitu eius, & in curribus, & in equitibus illius.* Sed & ipsius sancti viri Moysi dexterâ totũ id perfici voluit: sic enim ait & textus, *Cumq; extendisset Moyses manũ contra mare, reuersum est primo diluculo ad priorẽ locum: fugientibusq; Ægyptiis occurrerunt aquæ & inuoluit eos Dominus in mediis fluctibus. Reuersæque sunt aquæ, & operuerunt currus, & equites cuncti exercitus Pharaonis*, &c. Cùm è vestigio idẽ Moyses mox in Cantico dixerit.[k] *Fortitudo mea Dominus: & dextera tua Domine magnificata est in fortitudine: dextera tua Domine percussit inimicum.* Ac si significare voluerit. Ego symbolũ dũtaxat fortitudinis tuæ fui, neque mea, sed tua fuit fortitudo illa omnis: neque mea, sed tua id totũ operata est dextera Domine. An non & tunc instar cinguli eumdem Dominum fortitudine præcinctũ exhibuit, ipsemet Moyses, & expeditũ ad introducendum populum Israel in terrã promissionis, cùm is præ indignatione ad hoc se alienum significasset?[l] *Magnificetur*, inquit, *fortitudo Domini, sicut iurasti dicẽs: Dominus patiens, & multæ misericordiæ*, &c. vicissimque Deus suã illi patefaciens promptitudinẽ ad id totum peragendum, quod ille flagitabat, ait illi:[m] *Dimisi, iuxtà verbũ tuum: Viuo ego & implebitur gloriâ Domini vniuersa terra.* Istam Dei promptitudinem ad faciendum illicò quod ab iis exoratus fuerit Sãctis, quibus præcinctus est, cõtestantur paginæ Sacræ omnes.[n] *Voluntatem enim timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet.*

Ecclesiasticis, & Religiosis, vt cingulo accinctus Deus fortem, & promptum se exhibet ad præstandum quodlibet.
g Prou. 31. 17.
h Psal. 92. 1.
i Exo. 14. 15.
k Exod. 15. 2. & 6.
l Num. 14. 17.
m Num. 14. 20.
n Ps. 144. 19.

26 Lineum autem Dei lumbare & cingulum iure optimo dicuntur viri isti Sancti qui Deo proximè adhærent, illius addicti obsequio & ministerio, cùm linum sit puritatis vitæ hieroglyphicum, ita vt propterea lineis potissimùm vestibus corãDeo ministrarent antiquitùs Leuitæ, ministrentque & hodie in Ecclesia Sacerdotes: quodq; & apud Gẽtiles in more extitit, dicẽte de Ægyptiis Herodoto, nefas illis extitisse laneas vestes in ædes Sacras inferre, at linteis vsos. Et Plutarch. lib. de Iside, & Osiride, vnicam linearum solummodo vestium in Sacris ministeriis hãc affert causam, quòd immortalibus diis omnia pura, mundaque conueniant. Legimusque apud Apostolum Paulũ,[o] *Non vocauit nos Deus in immunditiam, sed in sanctificationem, &* [p] *Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum*: alludẽs ad id Domini,[q] *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* Sed & ob id linei iidem esse dicuntur, quia iisdem ferè rationibus ad hoc peruenerunt, vt digni essent qui in tam proximum Deo assumerentur ministeriũ, quo & linum ad id peruenit vt in candidum & insigne deseruiat cingulum: per viã scilicet humiliationis, purgationis, lacrymarum, & mortificationis. De hac siquidem eorum appoximatione ad Deum Iacobus agens Apostolus,[r] *Appropinquate*, inquit, *Deo, & appropinquabit vobis*: linei indumenti indicans proprietatem, quã & ipsum præ cæteris aliùs materiæ vestimentis appropinquat corpori, cùm & illi præ cæteris pariter indumentorum generibus corporis appropinquent membra. Subdensque & quo pacto ad id peruenire queant appropinquationis linei indumenti, ait: *Emundate manus, peccatores, & purificate corda, duplices animo.* Qui mũdo simul, ac Deo seruire cupitimini, quique semper in stabili estis proposito, studete vt puras reddatis & externas, & internas actiones, & cogitationes, & ope

Linum puritatis symbolũ ideo sacræ vestes lineæ.
Herodotus lib. 2.
Plutarchus.
o Thess. 4. 7.
p Heb. 12. 14.
q Matt. 5. 8.
Ecclesiastici, & Religiosi ac Sãcti viri lineũ Domini cingulũ dicti eiusque ratio.
r Iacob. 4. 8.

a Iacob. 4. 9. & opera:[a] *Miseri estote vt implere id possitis*, miserrimam vestram ob oculos semper habentes, Græcè ταλαιπωρήσατε *affligamini*, i. affligite animas vestras, & corpora, mortificantes membra vestra quæ sunt super terram in ieiuniis, orationibus, cæterisque mortificationis operibus: *& lugete* pro admissis videlicet culpis, & plorate pro pœnis, quibus subiecti estis. *Risus vester in luctum conuertatur, & gaudium in mœrorem*, voluptatum illecebras in gemitus commutate contritionis. *Humiliamini in conspectu Domini*, toto nimirum corde, *& exaltabit vos*, sibimet instar lumbaris linei agglutinatos.

17

Pier. Valer. Lini instar Ecclesiastici, & viri sancti perueniūt ad id vt sint Dei cingulum.

Pro Lini autem similitudine explicanda, quæ hîc attingitur apud Ieremiam, visum mihi est optimum, vt verba ipsa referam Pierij Valeriani. Is enim lib. 40. suorum Hieroglyphicorum pag. 299. D. istud ipsum Ieremiæ pertractās cingulum. *Linum inquit, ex terra nascitur, satumque prius in gramen pullulat, mox vt flore lasciuierit, vellitur, aqua immersum maceratur, exsiccatum mox frangitur, & quoquo versum perdomatur, inde pectitur, atque netur: neq; tamen priusquam ferventi, mordacique subinde lixiuio perpurgatum sit, effectumque candidum, texitur, vt vestes inde construantur, quas induti ante faciem Domini preces allegemus. Hæc omnia nobis diligenter, inspicienda sunt, huiusmodique segetis, herbaue cura ante oculos proponēda, quippe quæ probationis castigationisque vitæ scenam quamdam pingere videatur. Siquidē nos è terra geniti luxuriare ineptiis statim incipimus: magistrâ igitur disciplinâ auellendi à terra sumus, & lacrymarum aquâ macerandi, ad Sacerdotalem talem mox exponendi: laboribus inde & perperam factorum pœnitentiâ domandi: inde per omnes conscientiæ scrupulos quàm diligentissimè pectendi, vt ita sordes excutiantur omnes, nihilque relinquatur quod in filo vitæ producendo possit officere: Quod quidem filum longâ bonorum operum continuatione nedum est mordacisque subinde lixiuio dealbandum, vt eluto ita tetro illo colore, quem à terrena contraxeramus origine candidissimum nobis amiculum, puta cingulum contexamus. Quod tamen ad Euphratem minimè defodiamus, ne ibi computrescat, inutileque reddatur: hoc est Assyriorum, & Babyloniorum moribus corrumpamur: Sed eo integro & nitido custodito, clericos qui verè sint per sortem electi, profiteamur.* Hæc Pierius.

28

Ecclesiasticos, & Religiosos peccātes quātâ lōganimitate expectat Deus ad pœnitentiam.

Quia inter Ecclesiasticos, & Religiosos plerūque contingit vt aliquæ ab eorum quibusdā contrahantur sordes, non tamen propterea illos à se Deus statim abiiciat, & à suo obsequio; per id quod Ieremiæ hîc iussit, vt positum supra lumbos lineum lumbare à se nō auferret, vel propter cōtractas sordes inferens illud in aquam: contestatū hoc voluit, quātâ ipse sibi adstrictos vel in clericatu sustineat, vel in statu regulari, & patientiâ, & longanimitate expectās illos ad pœnitentiam. Cuius rei exēpla quotidie intuemur in Ecclesia, & in Monasteriis. In quo summa erga tales Dei patefit charitas, quippe qui vt faciliùs ij, ad pristinum redigantur puræ vitæ cādorem, non dedignatur in eo ipsos sustinere statu, quo adeo sibi coniuncti sunt, vt sicut quādo boni erant per eos tamquam per insigne glorificabatur cinguli indumentum eâ ratione quam explicatam vidimus

b Iere. 4. 2. supra in c. 4. vbi dicebatur, [b] *Et iurabis Viuit Dominus in veritate, & in iudicio, & in iustitia: & benedicent eū Gentes, ipsumque laudabunt.* Ita & cum insorduêre, tamquam per sordidum amictū, per eosdem apud sæculares inhonoretur, ita vt & id eis

c Rom. 2. 23. aptari queat, quod Paulus Iudæis dicebat.[c] *Qui in lege*, & in vita regulari, aut clericali propinquitate ad Deum *gloriaris, per præuaricationem legis*, per que sordes peccatorum circa præuaricationē regulæ, & Ecclesiasticorum Canonum, *Deum inhonoras. (Nomen enim Dei per vos blasphematur inter Gētes*, sc. mundi. Quid ni verò inhonoretur & blasphemetur, si adeo quoad statum ij cum Deo coniuncti sunt, vt ipsorū sordes, & peccata, eius videantur sordes, ac peccata, qui ipsa est puritas, in quem nec vlla cadere potest macula?

Ecclesiasticorum & Religiosorū peccata tribuitur Christo Deoque cui secūdum statum coniunct: sūt.

d Zach. 3. 3.

Lege caput tertiū prophetiæ Zachariæ Prophetæ, hæcque probata habebis, cùm ibi dicatur,[d] *Et Iesus erat indutus vestibus sordidis: & stabat ante faciem Angeli. Qui respondit & ait ad eos, qui stabat coram se dicens: Auferte vestimēta sordida ab eo. Et dixit ad eum: Ecce abstuli à te iniquitatē tuam.* Quod vaticinium allegoricâ significatione Sancti Patres de Christo Iesu interpretātur, Deo certè, & homine. Non est autē præsentis loci, vt id expendens eorumdē Patrum varias afferam expositiones, quas apud alios videre est. Sat mihi id sit, vt notē dici Christo Domino ablata vestimēta sordida, & iniquitatē sensu iā explicato. Id certè est quod ponderemus in moralitate quam præ manibus habemus, quam aptè istam talium Ecclesiasticorū insordescētium suam Deus designare volens sustinentiam, & longanimem expectationē ad pœnitentiā, per hæc id cōtestatus sit verba, (*Et in aquā non inferes illud:*) prohibens quidem ablutionem à Propheta faciendā, non tamen omnem simpliciter sordiū interdicens à lumbari expurgationem, quam potiùs summopere optaret. Designans fieri quidē non posse, vt ij denuò in aquam illati Baptismatis ad pristinum per Baptismalē ablutionem reducantur candorem.[e] *Vna enim fides, vnum Baptisma*, quod iterari non potest, quia causa eius nō iteratur, quam assignat Apostolus, dicens,[f] *Consepulti sumus cum Christo per Baptismum in mortē.* Et per Petrum item Apostolū dicitur,[g] *Nunc autem Christus semel pro peccatis nostris mortuus est.* Et[h] *impossibile est eos qui semel sunt illuminati*, per Baptismū sc. *gustauerunt etiam donum cæleste, & participes facti sunt Spiritus Sancti*, &c. *Et prolapsi sunt*, s. in peccata *rursus renouari ad pœnitentiā*, sc. per iteratum Baptisma, vt plerique Sanctorum exponunt Patrum.

Baptismi ablutio iterari nō potest & cur.

e Eph. 4. 5.

f Rom. 6. 4.

g 1. Pet. 3. 18.

h Hebr. 6. 4.

29

Expectat Deus peccatores vt per pœnitentiam semet abluāt aquis lacrymarum.

Quò tamen isti qui lineū lumbare sunt Domini ab illo nō abiiciantur post diuinam sustinentiam, omni studio enitendū eis est, vt contractas ipsimet à se abluant sordes, lacrymarū fontes ex intimis suis præcordiis super illas rigando, & effundendo. Hoc quippe est quod sua longanimitate expectat Deus: hoc & suadet, & efflagitat ab illis: aliquando dicens,[i] *Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationū vestrarum:* aliàs talis ablutionis improperans moram,[k] *Laua*, inquiens, *à malitia cor tuum Ierusalem, vt salua fias. Vsquequò morabuntur in te cogitationes noxiæ?* Imitandus itaque Dauid, à quo post cōtractas adulterij, & homicidij sordes, dicebatur,[l] *Lauabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo.* Vt autē & hoc implere possimus, cum eodem Dauid diuinæ gratiæ implorādum auxilium, cuius & ista ipsa nostra est pœnitētiæ ablutio, adeoque dicendum,[m] *Amplius laua me ab iniquitate mea; & à peccato meo munda me:* nostrum namque tantum est vt eidem cooperemur gratiæ Dei. Cuius est, vt quando non licet homini vt denuò se sordidum linteum in aquam inferat Baptismi, hyssopo pœnitentiæ excussis vi gratiæ suæ aquis id aspergat lacrymarum.

i Isai. 1. 16.

k Iere 4. 14.

l Psal. 6. 7.

m Ps. 5. 4.

Quod idem ab eo exposcebat Dauid, cùm diceret.[n] *Asperges me Domine hyssopo*, humili nimirum

n Psal. 5.

instar

instar hyssopi, calenti, & purganti contritione, *& mundabor, lauabis me* ipsa sc. ea aspersione, *& super niuem dealbabor.* Quo loco duo sunt quæ animaduertamus in pœnitentiæ, & lacrymarum laudem.

Lacrymæ contritionis sunt quodammodo sanguis Christi.

Primum, quod contritionis lacrymæ sanguinem Christi quodammodo esse subindicatæ sunt, cùm aspergendæ dicuntur hyssopo, quâ ad purificationem leprosi, & immundi propter contactum cadaueris sanguis aspergebatur in lege veteri, vel passeris, vel vaccæ occisæ in figuram sanguinis Christi in cruce necati. In cuius dicti cõfirmationem ea facere possunt quæ à Ioanne illuminatos per Baptismum alloquente, sic habentur.[a] *Si in luce ambulamus, sicut & ipse, sc. Deus est in luce, societatem habemus ad inuicẽ, & sanguis Iesu Christi filij eius emundat nos ab omni peccato:* quòd sc. post illuminationem Baptismi admisimus. Id enim ait non solùm quia gratia quâ iustificamur, ab effuso Christi sanguine originẽ habet, ab eoque veluti à primo suo profluit fonte: verùm etiam quia ipsæ cõtritionis lacrymæ, quibus post Baptismum emundatio fit peccatorum, sanguis Christi quadam ratione apud cælestẽ censentur Patrem. Nec fortasse abs re sit, si dixerimus, easdẽ contritionis lacrymas stillationem quamdã ipsius esse Christi sanguinis positi per Dei gratiã in corde pœnitentis distillatorio vase ad prunas dilectionis, de quibus illud est in Cantico Canticorum,[b] iuxta Hebraicam lectionẽ, *Prunæ eius*, s. dilectionis *prunæ ignis Dei.* Quid igitur mirum, si lacrymis istis pœnitentiæ iidẽ tribuantur effectus, qui proprij sunt sanguinis Christi? Audi Chrysost. sermone de pœnitentia, qui habetur tomo quinto post decẽ homilias item de Pœnitentia. *Lacrymæ sunt*, ait, *quæ reconciliant Deo, à peccatis redimunt animam, & sanãt languores eius. Sordentẽ animæ vestem lacrymæ lauant, & dant illi remissionis candorem.* Et tamen ex Scriptura Sacra habemus, hos esse proprios sanguinis Christi effectus. Nam de Recõciliatione dicit ad Romanos Paulus,[c] *Reconciliati sumus Deo per mortem filij eius*, & ad Colossenses.[d] *Per eum*, sc. Christum Iesum *reconcilians omnia in ipsum, pacificãs per sanguinem crucis eius quæ in cælis, & quæ in terris.* De Redemptione legimus in Apocalypsi Ioann. 24. illos Seniores Christo ipsi dixisse.[e] *Redemisti nos Deus in sanguine tuo*, & per Paulum dicitur.[f] *In quo*, sc. Iesu *habemus redemptionem per sanguinem eius in remissionem peccatorum*: de languorum sanatione asserit Isaias Propheta,[g] *Cuius* item Christi Iesu *liuore sanati sumus*: de vestium ablutione in libro Apocalypsi dictum est,[h] *Beati qui lauant stolas suas in sanguine agni*, de remissionis, gratiæque, & iustificationis candore.[i] *Iustificati gratis*, inquit Paulus, *per gratiam ipsius*, sc. Dei, *per redemptionem quæ est in Christo Iesu: quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius*, & de iis qui in stolis albis sunt ante thronũ Dei, dictum fuit Ioanni, quod[k] *dealbauerint stolas ipsas suas in sanguine agni.*

Lacrymis pœnitentiæ tributi effectus sanguinis Christi. — Chrysost.

a 1. Ioan 1. 7. — b Cant. 8. 6. — c Rom. 5. 10. — d Coloss. 1. 20. — e Apoc. 5. 9. — f Ephes. 1. 7. — g Isai. 53. 5. — h Apoc. 22. 14. — i Rom. 3. 24. — k Apo. 7. 14.

31 *Lacrymæ cõtritionis dici possunt esse quodammodo efficaciores sanguine Christi.*

At liceat mihi in secundam animaduersionem præcitati loci ex Psalm. 50. & id dicere ad exaggerationem encomij lacrymarum contritionis, eas nedum esse sanguinem Christi (vt mox explicatum est,) Sed & ipso Christi sanguine dici quodammodo posse efficaciores. Nota est illa scholasticorum distinctio quoad Christi sanguinem: esse quidem illum quoad sufficientiam aptum ad redemptionem totius humani generis, & si mille darentur alij mundi, innumerique in iis essent homines, quibus prodesse is posset, vt pote qui valoris, & potentiæ sit infinitæ: eumdem tamen quoad efficaciam definitæ esse potentiæ, iuxta modum, & rationes quibus applicatus ille aliquibus specialiter à Deo fuerit: ad cuius efficaciæ effectus requiratur, vt vnusquisque diuinâ adiutus gratiâ illius sibi applicet vsum. Vnde fit vt iis nullius esse dicatur efficaciæ, qui eius contemnant vim, dicente Paulo, reperiri plerosque fidelium,[l] *qui filium Dei conculcant, & sanguinẽ testamenti pollutum ducunt in quo sanctificati sunt:* adeóque maxima tales mereri supplicia. Certum est autem, omnes quotquot ex contrito corde lacrymas profundunt sanguinem ipsum Christi sibi applicatũ obtinere, eoque vti, atque adeo lacrymas ipsas semper efficaciam eiusdẽ habere sãguinis, quia[m] *cor contritum, & humiliatum Deus non despiciet.* Et si per artem stillatoriam videmus in naturalibus fieri, & educi quem vocant quintam essentiam, & spiritum istius, vel istius rei per iteratas, & plures decoctiones: quorum experimento comprobamus, maiorem quàm ipsarummet rerum quæ distillationi exponuntur, vim esse & efficaciã; cùm iam dixerimus contritionis lacrymas ex Christi sanguine distillari, dici & id certè non incõgruè poterit, easdem sæpe vehementioris esse virtutis, ac efficaciæ, quàm ipse, è quo educuntur, sit Christi sanguis: quod tantumdem est ac si diceremus, eumdem Christi sanguinem maioris esse efficaciæ in præexpositis lacrymis, quas rectè quintam illius essentiam, eiusdemque (vt hoc vtar nomine) esse dicamus spiritum. Vnde quamuis exploratum sit, Christi sanguinem semel in cruce effusum vnum esse sacrificium acceptissimum, maximæque virtutis ad peccatorum omnium propitiationem, iuxta illud Pauli,[n] *Si sanguis hircorum, &c. inquinatos sanctificat ad emundationem carnis, quantò magis sanguis Christi, qui per Spiritum Sanctum semetipsum obtulit immaculatũ Deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis: ad seruiendum Deo viuenti?*[o] Et, *Vnâ enim oblatione consummauit*, i. perfecit *in sempiternum sanctificatos.* Ipsas nihilominus contritionis lacrymas quoad efficaciam validius, Deoque acceptius asserere est sacrificium, vt pote quæ illius (vt explicatum est) sint spiritus, iuxta illud Prophetæ,[p] *Sacrificium Deo*, sc. acceptissimum: *Spiritus contribulatus.* Vnde & Sanctus ille Azarias.[q] *In animo*, inquit *contrito, & in spiritu humilitatis suscipiamur, sicut in holocausto arietum, & taurorum, & sicut in millibus agnorum pinguium, sic fiat Sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie, vt placeat tibi.*

l Hebr. 10. 29. — m Ps. 50. 19.

Lacrymæ cõtritionis sunt quinta essentia, & spiritus distillatione eductus sanguinis Christi.

Lacrymæ cõtritionis sunt sacrificiũ, efficacius quodammodo sacrificio sãguinis Christi.

n Heb. 9. 13. — o Hebr. 10. 14. — p Psal. 50. 19. — q Dan. 3. 39.

32 *Lacrymarum contritionis ablutio efficacior quodammodo ablutione sanguinis Christi.*

Excessum hunc efficaciæ lacrymarũ vel in vno ipsius sanguinis Christi abstergendi peccatorum sordes, animasque dealbandi effectu indicat Vates Regius in præcitata Psalmi sententia,[r] *Asperges me Domine hyssopo, & mundabor: lauabis me, & super niuem dealbabor.* Cùm enim apud Isaiam dixerit Dominus,[s] *Si fuerint peccata vestra sicut coccinum, quasi nix dealbabuntur*: quod Tertullianus in Scorpiaco c. 12. de dealbatione intelligit facta per Christi sanguinem, quæ dealbationi assimiletur ad niuis instar. Dauid è vestigio de dealbatione agens facta per lacrymas contritionis, vt supra explicatum est, non ad niuis instar, sed super niuem futuram eam asserit. Quòd si & in altero ad maiorem nostri dicti confirmationem sanguinis Christi, & lacrymarum contritionis effectu eumdẽ probari quis velit efficaciæ excessum, ex Christi Iesu, & ex Apostoli verbis sic arguamus; In epistola ad Hebræos per Christi sanguinem præstitã Paulus inquit nobis fiduciam introeundi in cælum, sic enim ait,[t] *Habentes fiduciam in introitu*, seu *ad introitum*, vt est in Græco, *sanctorum in sanguine*

r Psal. 50. 9. — s Isai. 1. 18. — Tertull.

Lacrymæ cõtritionis violenter rapiũt cælorum regnũ, ad cuius introitũ Christi sanguis præstat fiduciam.

t Hebr. 10. 19.

sanguine Christi. At verò per cótritionis lacrymas nedum fiducia exhibetur adeundi cælorum regnum, sed efficacissima in illud infertur violentia ita vt violenter rapiatur, dicente in Euangelio Domino,[a] *Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Quatenus scilicet qui contrito sunt corde humiliantes se sicut paruuli, violentiâ eâ vtuntur, quâ & paruuli, vi nimirum lacrymarum.

a Matth 11. 12.

33 *Iusti in hac vita sunt Dei cingulum lineum pro cuius ablutione necessaria lacryma contritionis.*

Ad rem nostram itaque redeuntes, qui quamdiu in hoc sæculo vitam in Dei obsequio degimus, tametsi illi colligati simus, & instar lumbaris proximè inhæreamus, vt lúbare tamen, ac cingulum lineũ existentes, vel in ipso Dei obsequio in ipsaque proxima quoad statum adhæsione ad illum, peccatorũ facilè contrahere possumus sordes, enitendum vt contractas illico aspersione dictarum eluamus lacrymarum cótritionis. Quamdiu enim diuinis oculis in lineo cingulo obiectæ sunt iniquitatum sordes, iuxta illud pœnitentis dictum.[b] *Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo, sæculum nostrum in illuminatione vultus tui:* clarè illo & miseram nostram viuendi rationem, & peccatorum nostrorum sordes intuente, attentiúsque considerante: tamdiu & lacrymarum ablutionem eidem ponamus ob oculos, dicentes item cum Propheta,[c] *Deus vitam meam annunciaui tibi,* confitentes quæ in vita nostra admisimus crimina, eorumque sordes lacrymis aspergétes contritionis. *Posuisti lacrymas meas in conspectu tuo*, illatum mirum in modũ delectatus intuitu. At verò quia in alia vita qui Deo adhærent iusti non erunt amplius cingulum eius lineum, quod sordes cótrahat, nec peccare amplius poterunt, facti nimirũ,[d] *Zona* eiusdem *aurea*, quâ illum in spiritu vidisse se ait Ioannes, *præcinctum ad mammillas.* Ideo tunc & id verificabitur quod per eumdem Ioannem dicitur,[e] *Et absterget Deus omnem lacrymam: ab oculis eorum: & mors,* sc. peccati *vltra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltra, quia prima abierunt:* quia prædicta omnia, sicut & peccandi potentia iam defecerũt, nec locum habent in fœlici ciuitate illa Ierusalem noua, vbi iusti instar purissimi auri præfulgidâ decori charitate Deo adstricti erunt regnanti: imò vti zona aurea eumdem præcingent Deum ad mammillas vbi sedes amoris est, & è quibus cóstrictis toti in mutuum absorpti amorem lac sugẽt perpetuæ fœlicitatis, dicentes,[f] *Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur,* seu *pascit inter lilia.*

b Psal. 89.8.

c Psal. 99.5.

Lacryma contritionis non erũt amplius in cælo, quia ibi iusti non cingulum lineũ sed zona Dei erunt aurea.

d Apo. 1.13.

e Apo. 2.24.

f Cant. 2.16.

34 *Iusto cuique in hac vita pauendum ne per peccata à coniunctione excidat Dei,*

Sed certè piis quibusque ingemiscendũ quàm maximè est, atque expauendum ob id quòd in ænigmatica Ieremiæ de lumbari lineo historia, asseritur. Sanctum Prophetam Dei iussu à se abstulisse quod cinctum ad lumbos gestarat, vel etiam sordidum factum aliquamdiu: iuisse ad fluuium magnum Euphratem, ibique illud ad fluminis ripam abscondisse in foramine petræ, vbi & omnino id computruerit, ita vt nulli vsui esset aptum. (*Et factus est sermo Domini ad me secundò dicẽs: Tolle lumbare, quod possedisti, quod est circa lumbos tuos, & surgens vade ad Euphratẽ, & absconde ibi illud in foramine petræ,* &c.) quæ textus prosequitur. Mala quæ à prauis faciẽda essent Ecclesiasticis, & Religiosis per Prophetam fieri mandat Deus, quò & id designaret, quod ipse in eorumdem pœnam facturus ea esset, illa permittendo, eaque ratione quâ aliàs indurare quem dicitur, excæcare, & tradere in reprobum sensum. Quænã verò ista sunt mala, in quæ tandem deueniunt qui Dei abutẽtes longanimitate insordescere minimè desistunt? Multa, quorũ in textu longa est series. Primum, quod

Ecclesiastici, & Religiosi praui in quæ ruant mala quũ Dei abutuntur longanimitate.

A cùm in Dei obsequio sordes contrahere cæpissent, nulla eis cura fuit vt cótritionis semetipsos abluerent lacrymis, quatum sat conscij erant virtutis: Secundum, quòd sordes sordibus, peccata addentes peccatis in causa extiterunt, vt ipsos à se Deus elongaret, à suis illos auferens lumbis, specialem ab eis tollens prouidentiã, & dilectionem, quâ veluti suos prosequebatur filios. Tertium, quòd à Deo seiuncti è Iudææ, terræque promissionis finibus egrediuntur ad Euphratem fluuiũ Babyloniæ maximũ, in multos deriuatum riuos, B è clericali ordine, vel è regulari statu apostatantes, si non corpore, certè animo, Dei relinquentes obsequium, cui seruire regnare est, & spiritales Claustri delicias, mũdi se totos addixère deliciis, diuitiis honoribus, instar maximi fluminis copiosissimam exinde sibi pollicentes earum vbertatẽ, & in genere, & in specie quoad prædictorum singula. Non considerantes quòd instar decurrentium impetu magno aquarum ea omnia fluunt, & in flumine fluunt Babyloniæ, i. confusionis, & miserrimæ captiuitatis populi Dei. Quartũ, quòd dati illecebris, & voluptatibus mundi ad prædicti C fluminis ripam in foramine absconduntur petræ: in obstinationis petra sua abscondentes peccata penitus ab eorum confessione alieni: in insensibilitate quasi sub petra sepulti, atque in obfirmata malorum consuetudine veluti in munitione petræ, aduersùs Deum pugnam audent sustinere, à quo instar[g] purissimæ Columbæ in foraminibus petræ, in puro sui ministerio ipsius præforti protectione, in Monasterio, atque in Sacris Christi vulneribus tutissimis petræ foraminibus aduersùs infernalium hostium impetus fuerãt collocati. Quintum, quòd ad humorem aquarũ Euphratis, & ad fluxarum mundi rerum, & voluptatum D in eorum intimis penetrationem in superbiã elati fœtidi euasêre, penitusq; quoad potentias suas omnes, & quo ad cunctos affectus corrupti, & putridi, ita vt de vnoquoque eorum id verificatum pateat, quod per Prophetam Ioel prædictũ fuit,[h] *Et ascendit fœtor eius, & ascẽdet putredo eius, quia superbè egit:* quodq; per Dauid,[i] *Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studiis suis.* (*Sic putrescere faciã superbiam Iuda, & superbiã Ierusalem multam.*) Corrupti autem nulli iam vsui apti sunt. Neque enim inter eos est *qui faciat bonum, non est vsque ad vnũ.* At qui priùs Deo coniunctissimi erant, eidemque E obsequentissimi, totique illius laudationi & glorificationi addicti, in pessimorum numerum redacti, nec rectè monẽtes audire volũt, & renuentes Dei verba, iuxta proprij consilij, propriæque voluntatis impetus ruunt semper in præceps, quodque omniũ pessimum est, & verâ ac orthodoxâ fide relictâ, falsos alienatum hæresûm sequuntur errores. Hæc omnia moraliter per ea significantur, (*Populum istum pessimum, qui nolunt audire verba mea, & ambulant in prauitate cordis sui, abieruntque post Deos alienos, vt seruirent eis, & adorarent eos: & erunt sicut lumbare istud quod nulli vsui* F *aptum est. Sicut enim adhæret lumbare ad lumbos, sic agglutinaui mihi,* &c.)

g Cant. 2.14.

h Ioel. 2.20.

i Psal. 13. 1.

Admiranda mihi hoc loco se se offert iudiciorũ Dei incóprehensibilitas, cùm ex dictis colligatur, vnicuique fideliũ quantumcumque in sanctitate & iustitia, vel in ordine, & statu Deo coniunctissimo metuendum ne aliquando in corruptissimæ vitæ, extremum decidat præcipitium, iuxta illud Pauli,[k] *Qui se existimat stare, videat ne cadat,* & illud,[l] *Cum metu & tremore vestram salutẽ operamini; Deus est enim qui operatur in vobis & velle, & perficere* pro

35 *Dei iudicia cuique vel Sanctissimo metuenda dũ est in hac vita.*

k 1. Cor. 10. 12

l Philip. 2. 12.

pro bona voluntate. Vnde ex ipſius Dei elongatione omnia quæ enumerata ſunt cuiq; proueniūt mala. Quod ex eo deducitur Euangelij vbi Chriſtus Iudæis dixit,[a] *Ego vado, & quæretis me, & in peccato veſtro moriemini.* Et è veſtigio de nullo vel ſceleſtiſſimo, & qui datus videatur in reprobū ſenſum, quamdiu in hac vita degat, deſperandum, quin ex Dei immenſa ſaluari queat bonitate: cùm quemadmodum lumbare lineum à Ieremiæ lumbis ſeiunctum, & (prout vidimus) ad Euphratis ripam corruptum quamuis nulli iam vſui aptum dictum ſit, vt linteum ſcilicet erat: adeò vt in ſterquilinium proiectum ſignificetur fieri tamen potuit, vt ab eo qui & in ſterquilinio vilia ſcrutatur ſcruta, exinde id colligeretur, ac magna in aquis contuſione, ablutione, & maceratione ad puriſſimam reduceretur chartam, diuinorum verborum ſuſceptiuam, ac (vt ita dicam) delatiuam. Ita & inter eos qui è Dei coniunctione in corruptiſſimam viuendi rationem delapſi ſunt, fieri poteſt, fitque frequenter ex diuinæ benignitatis exceſſu, vt aliqui in lacrymarum aquis contuſione multiplicis compunctionis, & mortificationis, ablutioneque ſalubertimæ confeſſionis, & maceratione ieiuniorum inſtar candidæ euadant chartæ, ita vt & Deus id in eis impleat quod infra apud noſtrum Prophetam pollicitus eſt,[b] *Dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam.* Et iidem ſuſceptā in ſe pulcherrimis ſanctitatis coloribus Dei ſimilitudine, iuxta Apoſtoli dictum,[c] *glorificent, portentque Deum in corpore ſuo:* Quin &[d] *Chriſti ſtigmata* item *in ſuo portent corpore*, & totam eiuſdem Chriſti Ieſu in ſemetipſis delineatam manifeſtam[e] faciant vitam. Quæ tamen iis minimè eueniunt, qui in ſeiunctione à Deo obſtinatè perſiſtentes in ſcelerum corruptione reprobi pereunt, quibus parabola competit Domini in Euangelio & apud Ezechielem Prophetam[f] de vite, eiuſque palmitibus.[g] *Si quis in me non manſerit, mittetur foras, ſicut palmes, & areſcet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet,* de quibus non eſt modò dicendum pluribus.

[a] Ioan. 8. 21.
De nullius ſalute in hac vita deſperandum.
[b] Ierem. 31. 33.
[c] 1. Cor. 6. 20.
[d] Gal. 6. 17.
[e] 2. Cor. 4. 10.
[f] Ezech. 15. 2.
[g] Ioan. 15. 6.

VVLGATÆ.

Verſ. 1.] Hæc dicit Dominus ad me, &c.
Verſ. 2.] Et poſſedi, &c.
Verſ. 3.] Et factus eſt ſermo Domini, &c.
Verſ. 4.] Tolle lumbare, &c.
Verſ. 5.] Et abij, & abſcondi, &c.
Verſ. 6.] Et factum eſt poſt dies, &c.
Verſ. 7.] Et abij ad Euphratem, &c.
Verſ. 8.] Et factum eſt verbum Domini, &c.
Verſ. 9.] Hæc dicit Dominus, &c.
Verſ. 10.] Populum iſtum peſſimum, &c.
Verſ. 11.] Sicut enim adhæret lumbare, &c.

SEPTVAGINTA.

1. Τάδε λέγει κύριος. βάδισον, καὶ κτῆσαι σεαυτῷ περίζωμα λινοῦν. καὶ περίθες περὶ τὴν ὀσφύν σου. καὶ ἐν ὕδατι οὐ διελεύσεται.
2. Καὶ ἐκτησάμην τὸ περίζωμα κατὰ τὸν λόγον κυρίου, καὶ περιέθηκα περὶ ὀσφύν μου.
3. Καὶ ἐγενήθη λόγος κυρίου πρὸς με λέγων.
4. Λάβε τὸ περίζωμα, τὸ περὶ τὴν ὀσφύν σου, καὶ ἀνάστηθι, καὶ βάδισον ἐπὶ τὸν εὐφράτην, καὶ κατάκρυψον αὐτὸ ἐκεῖ ἐν τῇ τρυμαλιᾷ τῆς πέτρας.
5. καὶ ἐπορεύθην, καὶ ἔκρυψα αὐτὸ ἐν τῷ εὐφράτῃ καθὼς ἐνετείλατό μοι κύριος.
6. καὶ ἐγένετο καθ' ἡμέρας πολλάς. καὶ εἶπε κύριος πρὸς με ἀνάστηθι, καὶ βάδισον ἐπὶ τὸν εὐφράτην, καὶ λάβε ἐκεῖθεν τὸ περίζωμα, ὃ ἐνετειλάμην σοι τοῦ κατακρύψαι ἐκεῖ.
7. καὶ ἐπορεύθην ἐπὶ τὸν εὐφράτην ποταμὸν, καὶ ὤρυξα, καὶ ἔλαβον τὸ περίζωμα ἐκ τοῦ τόπου ἐν ᾧ κατώρυξα αὐτὸ ἐκεῖ. καὶ ἰδοὺ διεφθαρμένον ἦν, ὃ οὐ μὴ χρησθῇ εἰς οὐδέν.
8. καὶ ἐγενήθη λόγος κυρίου πρὸς με λέγων.
9. Τάδε λέγει κύριος, οὕτω φθερῶ τὴν ὕβριν ἰούδα, καὶ τὴν ὕβριν ἱερουσαλὴμ τὴν πολλὴν ταύτην ὕβριν.
10. Τοὺς μὴ βουλομένους ὑπακούειν τῶν λόγων μου, καὶ πορευθέντας ὀπίσω θεῶν ἀλλοτρίων τοῦ δουλεύειν αὐτοῖς, τοῦ προσκυνεῖν αὐτοῖς. καὶ ἔσονται ὥσπερ τὸ περίζωμα τοῦτο, ὃ οὐ χρησθήσεται εἰς οὐδέν.
11. Ὅτι καθάπερ κολλᾶται τὸ περίζωμα περὶ τὴν ὀσφὺν τοῦ ἀνθρώπου, οὕτως ἐκόλλησα πρὸς ἐμαυτὸν τὸν οἶκον ἰσραὴλ, καὶ πάντα οἶκον ἰούδα, τοῦ γενέσθαι μοι εἰς λαὸν ὀνομαστὸν, καύχημα, καὶ εἰς δόξαν. καὶ οὐχ ὑπήκουσάν μου.

Verſ. 1.] Hæc dicit Dominus: Vade, & poſſide tibi cinctorium lineum, & pone circa lumbum tuum: & per aquam non tranſibit.

Verſ. 2.] Et poſſedi cinctorium iuxta verbum Domini; & poſui circa lumbum meum.

Verſ. 3.] Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicens.

Verſ. 4.] Tolle cinctorium, quod eſt circa lumbum tuum, & ſurge, & vade ad Euphratem: & abſconde ibi illud in foramine petræ.

Verſ. 5.] Et iui, & abſcondi illud in Euphrate, ſicut præceperat mihi Dominus.

Verſ. 6.] Et factum eſt poſt dies multos; & dixit Dominus ad me. Surge, vade ad Euphratem: & tolle inde cinctorium, quod præcepi tibi, vt abſconderes ibi.

Verſ. 7.] Et abij ad Euphratem fluuium, & fodi, & tuli cinctorium de loco vbi defoderam illud ibi. Et ecce corruptum erat; ita vt nulli vſui aptum eſſet.

Verſ. 8.] Et factum eſt verbum Domini ad me, dicens.

Verſ. 9.] Hæc dicit Dominus: Sic corrumpam contumeliam Iuda, & contumeliam Ieruſalem multam contumeliam hanc.

Verſ. 10.] Eos, qui nolunt obedire verbis meis, & ambulauerunt poſt Deos alie-

nos, vt seruiant eis, & adorent eos: & erunt, sicut cinctorium istud, quod nulli erit vsui.

Vers. 11] Sicut enim adhæret cinctorium circa lumbum hominis; sic agglutinaui ad me domum Israel, & omnem domum Iuda; vt esset mihi in populum nominatum, & in gloriationem, & in gloriam. Et non exaudierunt me.

APPENDIX EXPOSITIONVM
Ex antiquis Patribus collecta.

1

PARAPHRASIS Chaldaica. *Hæc dixit Dominus mihi: Vade, & eme tibi cingulum lineum, & pones illud super lumbos tuos, & in aquam non inferes illud.*

Vers. 2.] *Et emi cingulum iuxta verbum Domini, & posui super lumbos meos.*

Vers. 3.] *Et factum est verbum Prophetiæ à facie Domini ad me secundò, dicens.*

Vers. 4.] *Tolle cingulum quod emisti, quod est in lumbis tuis, & surge, vade ad Euphratem, & absconde illud ibi in limpidissima petra conspicua.*

Vers. 5.] *Et abij, & abscondi illud in Euphrate, sicut præcepit mihi Dominus.*

Vers. 6.] *Et factum est post dies multos, & dixit Dominus ad me, Surge, & vade in Euphratem, & tolle inde cingulum, quod præcepi tibi, vt absconderes illud ibi.*

Vers. 7.] *Et abij in Euphratem & fodi, & tuli cingulum de loco in quo abscondi illud. Et ecce corruptum erat cingulum, ita vt inutile esset omni rei.*

Vers. 8.] *Et factum est verbum Prophetiæ à facie Domini ad me dicens.*

Vers. 9.] *Hæc dicit Dominus: Sic conteram fortitudinem virorum Iuda, & fortitudinem habitatorum Ierusalem, quæ erat multa.*

Vers. 10.] *Populus hic cuius opera sunt mala, qui noluit suscipere verba mea, qui ambulant in cogitatione cordis sui, & abierunt, & errauerunt post idola populorum, vt colerent ea, & adorarent ea, erit sicut cingulum istud, quod nulli vsui est vtile.*

Vers. 11.] *Quia sicut adhæret cingulum lumbis viri, sic applicaui ad cultum meum omnem domum Israel, & omnem domum Iuda, dicit Dominus, vt essent coram me in populum, & in nomen, & in laudem, & in magnitudinem; & non obedierunt.*

2 Origen. *Cingulum Dei est illius populus, & quilibet iustus.*

Origenes homil. 7. in Ierem. primò totam seriem narrat historiæ, in qua narratione id notandum quod legit, *Et per aquam non transibit*, pro eo quod modo in versione Sept. legimus, *Et in aqua non pertransibit*, Tum ad eorumdem expositionem deueniens ait. *Propheta in hoc loco pro Deo accipiatur, circundans lumbos suos cinctorio lineo, id est, populo Deus. (Agglutinaui quippe, inquit, ad me domum Israel) & quodammodo cinctorium Dei homo iustus efficitur. Sed cùm peccauerimus, vt cinctorium Propheta deposuit, & abiecit illud in Euphratem fluuium Mesopotamiæ, vbi Assyrij habitant inimici Israel, vbi Babylonij & ibi putrescemus. Cur enim in tantis in toto Orbe prætermissis fluminibus, de Iudæa ad Euphratem Propheta transmittit, nisi vt Sacramentum iuxta vim nominis doceat intellectum? Quærimus quare cinctorium lineum dicatur. Linum ex terra nascitur: Nam cùm semen eius in humum fuerit proiectum primùm in gramine pullulat, deinde, vt infinita præteream, demessum transfertur domum, pectitur, lauatur, teritur, tunditur, & ingenti (vt ita dicam) operâ excutitur, quo tale fiat, ex quo possit cinctorium, aut*

Iusti quomodo sicut linũ fiant Dei cingulum.

A *aliud quid in vsus necessarios fieri. Et nos ergo vniuersi, qui generationem habemus ex terra, vt linum quod in cinctorium Dei pectitur, multâ curâ indigemus, vt pectamur, vt lauemur, vt colorem terræ abiiciamus. Alius quippe color generationis in lino est, alius cùm fuerit operâ mundatus. Generationis color obscurior est & nigrior, operis autem lucidior. Tale quid in exordio euenit. Nigri enim sumus quando regeneramur, quando credimus, quando in Cantico Canticorum dicimus:* [a] *Nigra sum, & speciosa. Æthiopibus similem habemus animam indecoram, abluimur, vt fiamus candidi, vt nitorem qui nobis insitus ex natura* B *non fuerat, diligentiâ consequamur, iuxta illud, quod in eodem loco scribitur.* [b] *Quæ est ista, quæ ascendit dealbata? & efficiamur linum candidum purumque aquâ. Ita cùm digni fuerimus societate Dei, in cinctorium eius plicamur, neque ab eo aliquando deponimur: si tamen candorem quem nobis concesserat, semper habeamus: Cùm itaque Iudæi indigni extiterint Deo, & proiecti sint ab eo, nobis pro illis accinctus est. Cinctorium modo Dei Ecclesia est de Gentibus congregata, quæ scire debet, quia si prioribus non pepercit Deus, nec sibi parcet, si eum dereliquerit, si non fuerit digna lumbo eius, si non adhærens Domino vnus spiritus fuerit in* C *Christo Iesu:*

[a] Cant. 1. 5.

[b] Cant. 8. 5.

Ecclesia ex Gentibus est cinctorium Dei, post proiectos Iudæos.

3 Clem. Alex. *Vestimentorũ luxus improbatus.*

Clemens Alexandrinus lib. 2. Pædagogiæ cap. 10. ex hoc loco damnat vestimentorum luxum, quandoquidem Ieremias vili vsus est cingulo, ex vili materia lini.

Hieron. *Iudaicus populus cingulum Dei ex lino incuratum.*

Hieronymus. *Cinctorium, siue lumbare quod Dei renibus iungitur populus Israel, qui in lini similitudinem assumptus de terra, & illotus nec mollitudinem habuit, nec candorem: & tamen per illius misericordiam adhæsit Deo. Cùmque peccasset (rationale quippe est huiuscemodi linum, atque lumbare) ductus est trans Euphratem, id est in Assyrios, & ibi absconditur,* D *hoc est magnitudine magnarum, & innumerabilium gentium quodammodo absorptus nihili reputatus. Post multum autem tempus ipse Propheta in typum Dei liberat populum de captiuitate, qui nihilominus & post reditum Dei præcepta non fecit: Sed secutus Deos alienos, ad extremum etiam in Dei filium misit manus, & æternâ perditione contabuit. Omnis quoque vir Sanctus lumbare est Dei: qui assumptus de terra, & terræ limo Dei consortio copulatur, & quodammodo quæ in Ecclesia eius videntur obscœna maiori diligentiâ operit, atque circumdat, ne gentilium, & hæreticorum morsibus pateant. Quod lumbare si aquam tetigerit,* E *& Euphratis fluenta transierit, ita vt Assyriæ regionis humoribus imbuatur, perdit pristinam fortitudinem, & computrescit, atque dissoluitur. Et quamuis in vsum Dei redeat, tamen pristinam pulchritudinem habere non potest, non duritia Dei, sed suo vitio: quia nolunt audire verba eius, & ambulant in prauitate cordis sui: siue quod sibi rectum videtur hoc faciunt. Sed ipse sermo diuinus cur hanc posuerit similitudinem exponit dicens; (Sicut enim adhæret lumbare ad lumbos hominis: sic agglutinaui, & adhærere mihi feci omnem domum Israel, & omnem domum Iuda;) decem videlicet, vt duas tribus: (vt essent mihi in po-* F *pulum nominatum, & in laudem, & in gloriam, & pro his omnibus non audierunt me: sed sua vitia sunt secuti.) Caueat ergo qui potest dicere,* [c] *Mihi autem adhærere Deo bonum est, ne fortè per negligentiam ab illius renibus separetur, & transeat Euphratem, & detur in potestatem Regis Assyrij: & nequaquam in solidissima petra, sed in foramine petræ corruptæ, atque vitiatæ, hoc est hæreticorum sordibus, & vitiis occupetur, & in tantam veniat putredinem, vt in vsum, & in cinctorium Domini vltra redire non possit.*

Iustus quisque lumbare est linerũ Dei operiens Ecclesiæ defectus.

[c] Psal. 72. 28.

Quantã cautelam, & metum habere debeat fidelis quisque.

Idem Hieronymus in cap. 11. Isaiæ. *Dicendum quod*

Fides credentium eſt cingulum lineũ Dei.

quod cingulum Domini, quo cinctus eſt Ieremias, fides credentium ſit. Et in caput tertium libri Eccleſiaſtes. *Tempus quaſi cingulum, & baltheum circumdandi Deo populum Iudæorum, & tempus ducendi eos in Babylonicam captiuitatem, & ibi computreſcere trans Euphratem. Lege* ἐξῆγμα. *Ieremiæ.*

4 Theoderit. *Iudæorũ ſtatus miſerrimus in Babylone.*

Theodoritus narratâ hiſtoriæ ſerie, *Per hæc*, ait, *conuerſationem in Babylonem peractam innuit. Euphrates enim vrbem illam mediam diuidit. Iuſſus autem erat abſcondere cingulum iuxta Euphratem in foramine petræ, foramen petræ vocat Babylonem. Populus illic agens inutilis erat: non iam vocitabatur populus Dei, nec à ſe ipſo regebatur: neque cultum diuinum à lege mandatum celebrabat: ſed inutilis erat perinde ac cingulum illud putrefactum. In ſequentibus tamen explicat vſum cinguli. (Sicut enim cingulum adhæret lumbis viri: ſic agglutinaui mihi ipſi domum Iſrael, & omnem domum Iuda, dicit Dominus: vt eſſent mihi in populum celebrem, in exultationem, & gloriam: & non audierunt me.) Per hæc mirificam bonitatem Dei declarat, & copulationis modum edocet: & quòd decreuerat eos claros, & illuſtres reddere: at illi per iniquitatem probra ſibi contraxerunt.*

Ruff. Presb. *Vaticinium lumbaris linei ſpiritaliter viſum à Ieremia.*

Ruffinus Preſbyter Comment. in caput primum Oſeæ. *Tutius videtur, & ad ſignificationem* C *rerum accommodatiùs, ſi ſpiritualiter geſtum credatur, quod Beatus Ieremias de Iudææ finibus non recedens, infodiſſe tamen in regione Parthorum veſtimentum lumbare deſcribitur.* Notatum videre potes in expoſitione literæ & Hieronymum Ptologo in Oſeam eiuſdem ſententiæ aſſertorem.

5 Anaſtaſius Synaita. *Euphratis nomine ſignificata aqua intra Ieruſalem.*

Anaſtaſius Synaita lib. 8. Anagogicarum contemplationum in Hexameron tom. 1. Biblioth. Veterum Patrum. *Ieremiæ qui ante captiuitatem erat in Ieruſalem, dicit Dominus, Vade proiice ſubligaculum tuum in Euphratem: (Euphratem dicit locum aquâ circumfluum prope Ieruſalem, qui appellatur Phara, ſeu frugifer.) Cùmque illic poſuiſſet Propheta linteum lumbi ſui, miſit eum aliquot poſt diebus ad videndum ipſum, & afferendum. Et profectus inuenit ipſum corruptum. Et factum eſt verbum Domini ad Ieremiam dicens: (Sic corrumpetur hic populus quomodo ſubligaculum lintei.) Subligaculum lintei nominat Deus Iſraelem, quem corrupit, & perdidit magnus fluuius Euphrates in Ieruſalem; Eum enim funditùs diruit per Romanos Titum, & Veſpaſianum. Eſt quippe ſubligaculum non ſolùm naturæ ſitum in lumbis ventris, & partibus genitalibus.*[a] *Propterea Chriſtus cùm veniſſet ad cœnam noui teſtamenti, ad Gentes ſibi coniungendas cognatione, accepto linteo ſe ſuccinxit.*

Lumbaris nomine ſignificatus Iſrael deſtructus à Romanis.

a Ioan. 13. 4.

Rup. Abbas.

Rupertus Abbas in caput nonum libri Apocalypſis de hoc Ieremiæ agit lumbari, vt Iudæorum deſignauit populum. Non eſt autem quod ea quæ ab ipſo dicuntur referam, cùm ipſiſſima ſint Hieronymi verba: quæ ſupra retulimus.

6 Petr. Dam. *Clerici ſunt lumbare lineum arctiùs cæteris diuino corpori hærentes.*

Petrus Damian. lib. 2. epiſtolarum, epiſtola 10. *Dixit Dominus ad me, Vade, & poſſide tibi lumbare lineum*, &c. *Quid hîc Ieremiæ perſonæ, niſi Dominum? Quid lumbare, niſi ordinem ſignificat clericorum? Omnis Eccleſia veſtis eſt Chriſti, de cuius ſibi membris dicitur*[b] *Iſai. 49. Omnibus his velut ornamento veſtiêris. Sed ſicut lumbare intimum eſt humano corpori, & arctiùs adhæret quàm reliquæ veſtes: Ita clericalis ordo familiariùs diuinis agglutinatur obſequiis, quàm cæteri homines. Sicut illic de Iſraelitico populo diuina vox ait: (Sicut enim adhæret lumbare ad lumbos viri, ſic agglutinaui mihi omnem domum Iſrael*, &c.) *Clerici itaque ſunt lumbare lineum arctiori diuino corpori familiaritate connexum. Linum ſiquidem laborioſè peruenit ad candorem: & Clerici modò literarum ſtudiis inſudando: modò per interualla temporum quibuſdam* A *gradibus aſcendendo difficilè promouentur ad ſacri Ordinis dignitatem. Alioquin ſi quis contentioſiùs adſtruat hoc iuxta Scripturæ ſeriem hiſtorialiter factum, nec ſpiritualiter intelligendum, quomodo Ieremias potuit inter innumerabiles Aſſyriorum, Chaldæorumque nationes, Vrbem Ieruſalem conſtipatis agminibus obſidentes, lumbari præcinctus exire, idque in Euphrate, qui tam longè decurrit, abſcondere? Itaque quod hoc lumbare in Euphrate, hoc eſt in aquoſo loco, & in foramine petræ, id eſt, in obſcuritate atque vmbra poni iubetur, clericorum deſignat partem, quæ ſub voluptatis vmbra, & in fluxu luxuriæ commoratur.* B *Quòd autem dicitur fuiſſe poſitum in foramine petræ, poteſt non inconuenienter intelligi intra ſepta Eccleſiæ; quaſi enim in foramine petræ clerici recluduntur, dum intra Eccleſiæ limina ſuis excubare miniſteriis ſedulâ frequentatione iubentur. Porrò ad inſtar lumbaris in humecto loco poſiti Clerici computreſcunt, dum tumidos crapulâ, & ebrietate ventres ingurgitant: dum illuuie ſe libidinis, & cœno ſe luxuriæ fluentis inundant. Sicque vſibus redduntur cunctis inutiles: quia quò magis videntur in carne vireſcere, eò deterius marceſcentes obſoleſcunt in ſqualentis animæ fœditate.* Idipſum & in epiſtola 4. libri 5. epiſtolarum.

Lumbaris vaticinium ſpiritaliter à Ieremia viſum.

Clericorum vita praua repreſentata in corruptione lumbaris linei.

Lines lumbari quàm aptè comparati Clerici.

7 Hugo de S. Victore. *Continentia deſignata per lumbare lineum.*

Hugo de Sancto Victore Eruditionis Theologicæ ex Miſcellaneorum 2. lib. 3. tit. 57. *Lumbare ſuper carnem eſt continentia refrænans eam; ponitur in flumen, quando relaxatur in fluxa ſæculi voluptate: In ea computreſcit, quando inter carnales delitias continentia diſſoluitur, & perit: Nullique vſui eſt iam lumbare aptum, quia neque Deo, neque hominibus acceptum.*

D. Thomas. *Iudaicus populus lumbare lineum à Deo aſſumptum.*

D. Thomas. *Hic oſtendit populi dignitatem ex diuina adhæſione: & diuiditur in duas partes. In prima ponit ſimilitudinem, in ſecunda ſimilitudinis adaptationem. Circa primum tria, Primò ſignificatur populi* D *aſſumptio in diuinam familiaritatem, vbi ponitur Domini iuſſio (Vade) ad literam, ad locum vbi talia venduntur, quia ipſe Deus prior ad populum venit*[c] *1. Ioan. 4. Non quaſi nos dilexerimus, ſed quia ipſe prior dilexit nos: (poſſide) à me ſcil. vt proprio iure poſſideas, ſicut Dominus hæreditatem*[d] *Iſai. 19. Hæreditas mea Iſrael (tibi) in vſum tuum, ſicut populus in gloriam Dei.*[e] *Iſai. 43. Populum iſtum formaui mihi, laudem meam narrabit (lumbare) quod lumbis adhæret, in quibus concupiſcentia amoris, ſic eſt populus in diuinum amorem aſſumptus:*[f] *Oſeæ 11. In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis: (lineum) quod rude de terra tollitur, ſed cultu humano decoratur: Sic ille* E *populus cultu diuino.*[g] *Ezech. 16. Tranſiens autem per te, vidi te conculcari in ſanguine tuo*, &c. *(& in aquam) Iob 38.*[h] *Accinge ſicut vir lumbos tuos: Interrogabo te, reſponde mihi: Vbi eras quando ponebam fundamenta terræ? Et quia per facta Prophetarum, & non ſolùm per verba diuina myſticè exprimuntur, vnde dicitur Oſeæ 12.*[i] *In manibus Prophetarum aſſimilatus ſum, ponitur etiam præcepti impletio (poſſedi) in quo notatur Prophetæ obedientia. Secundò ſignificatur populi repulſio. (Et factus eſt) (tolle) à te: ſic abiiciam populum à me: (Vade ad Euphratem) per quem ſigni-* F *ficatur potentia Aſſyriorum, & Chaldæorum, per quos captiuatus eſt populus.*[k] *Iſai. 8. Adducet ſuper eos Dominus aquas fluminis fortes, & multas, Regem Aſſyriorum, & omnem gloriam eius: Et aſcendet ſuper omnes riuos eius, & fluet ſuper vniuerſas ripas eius, & ibi per Iudam inundans, & tranſiens vſque ad collum veniet. (Abſconde) Sic populus quaſi aquis abſconſus, abſorbebitur,*[l] *Ierem. 51. Abſorbuit me, quaſi draco, repleuit ventrem ſuum teneritudine mea, & eiecit me (in foramine) ne eum aqua defluat: In quo ſignificatur, quod de populo reliquiæ futuræ eſſent, & non totus periret,*

c Ioan. 4. 10.
d Iſai 19. 25.
e Iſai. 43. 21.
f Oſe. 11. 4.
g Ezech. 16. 6.
h Iob. 38. 3. *Prophetæ vaticinabantur etiam per facta.*
i Oſe. 12. 10. *Iudaici populi reiectio in captiuitatem Babylonicam.*
k Iſai. 8. 7.
l Ierem. 51. 34. *Iudaici populi reductio à Babylonia.*
b Iſai. 49. 18.

ret, supra scil. Consummationem autem non faciet. Tertiò significatur populi reductio (& factum est post dies plurimos) Ad significandum quòd multis annis in captiuitate erunt. Infra 29.[a] Cum cœperint impleri in Babylone septuaginta anni visitabo eos, & suscitabo super vos verbum bonum, vt reducam vos ad locum istum (Tolle inde) Sic ergo reducam populum [b] Ezech. 36. Tollam quippe vos de Gentibus, & congregabo vos de vniuersis terris, & adducam vos in terram vestram. Secundò significatur populi dispositio. (& ecce computruerat) Sic populi potentia, & pulchritudo consumpta erat, Ezech. 15.[c] Numquid vtile erit ad opus? Etiam cùm esset integrum, non erat aptum ad opus: quantò magis cùm illud ignis deuorauerit, & combus-

a Ierem. 29. 10.

b Ezech. 36. 24.

c Ezech. 15. 4.

A *serit, nihil ex eo fiet operis. Tum adaptatur similitudo quantùm ad pœnam (Sic putrescere) vt omnis vigor, & decor pertranseat. Ioel. 1.[d] Computrescent iumenta in stercore suo: & quantùm ad pœnæ causam scil. obedientiam: (populum istum.) Exod. 33.[e] Dixit Dominus ad Moysen, loquere filiis Israel, Populus duræ ceruicis es, &c. (Et erunt sicut lumbare) Isai. 30.[f] Comminuetur sicut conteritur lagena figuli contritione prævalidâ. Et quantùm ad diuinæ familiaritatis gratiam (Sicut enim adhæret) Deut. 10.[g] En Domini Dei tui cælum est, & cælum cæli, terra, & omnia quæ in ea sunt, Tamen patribus tuis conglutinatus est Dominus,* B *& amauit eos: elegitque semen eorum post eos, id est vos de cunctis Gentibus, sicut hodie comprobatur.*

d Ioel. 1. 17.

e Exod. 33. 3.

f Isai. 30. 14.

g Deut. 10. 14.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΒΑΔΙΣΟΝ καὶ κτῆσαι σεαυτῷ περίζωμα λινοῦν.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὃ βούλεται ἡ εἰκών, τοῦτό ἐστι. περίζωμα ἡ οἰκειότης, καὶ περίζωμα λινοῦν, τὸ ἱερατικὸν, τὸ ἀνάλωτον, τὸ εὐπρεπὲς τοῦ λαοῦ, τὸ μηδενὶ τούτων φθείρεσθαι τῶν εἰωθότων, ἢ χρόνῳ, ἢ σητὶ, ἢ ποσὶ τοιούτοις. τὸ ἐν πέτρᾳ, ἵνα μή τις εἴπῃ, ὅτι κατὰ ῥαθυμίαν φύσεως διεφθάρη. οὕτω καὶ ἰσραηλῖται. τοιαῦτα γάρ φησι τὰ ἀνθρώπινα, νῦν μὲν πόλεμοι, νῦν δὲ μάχαι, νῦν εἰρήνη, νῦν εὐθηνία. ἄνωθεν αὐτοῖς τοιαύτης ἐποίησε μεταβολῆς. ἐν ὕδατι οὐ διελεύσεται, τουτέστι καινόν. ἂν γὰρ διέλθῃ ὕδωρ νομίζουσιν αὐτὸ παλαιὸν εἶναι. ἵνα μὴ νομίσωσι || παρὰ τὸ παλαιωθῆναι διεφθάρησαν. ὁ λεγόμενον ἀβαφὲς, ἄτεγκτον βρέχειν γὰρ τὸ τέγγειν ἐστὶν, ὃ οἱ πολλοὶ ἄτεγκτον καλοῦσιν. τοιοῦτος ἦν ἀεὶ ὁ || λόγος, εἴγε ἐβούλετο. ὁ γὰρ θεὸν περικείμενος, οὐκ ἂν ᾔσθετο πένθους, ἢ γήρως. ἐκεῖ γὰρ παρὰ τὴν χρῆσιν τὸ τριβῆναι γίνεται. ἡμεῖς μὲν οὖν οὕτω χρώμεθα, ὥστε εἰ καὶ καινὸν εἴη καταστρέψαι. ὁ δὲ θεὸς οὕτω χρῆται, ὥστε εἰ καὶ παλαιὸν εἴη ποιῆσαι νέον. τοῦτο καὶ ἐπὶ τῆς καινῆς γέγονε. περιέθετο αὐτοὺς καὶ ἐποίησε νέους.

|| i. ὡς παρὰ τὸ παλαιωθῆναι διεφθάρησαν.

|| i. λαός.

|| Ὀλυμπιοδώρου.] περίζωμα λινοῦν τὸ πολλάκις πλυνέσθαι δυνάμενον. σημαίνει δὲ τοὺς πολλάκις συγχωρηθέντας, καὶ μὴ μετανοήσαντας. ||

Ἀπολιναρίου.] τὸ παράδειγμα δείκνυσιν, ὡς οὐκ ἀδύνατον, καὶ εἰ σφόδρα ἐπλησίασαν τῷ θεῷ, ἐκδοθῆναι αὐτοὺς τῇ φθορᾷ.

[Λάβε τὸ περίζωμα. καὶ βάδισον ἐπὶ τὸν εὐφράτην.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τίνος ἕνεκεν ἐν τῷ εὐφράτῃ, καὶ βαδίζειν τοσαύτην ὁδὸν ἐπέτρεψεν; ὁ γὰρ ἰορδάνης ποταμὸς οὐχὶ πλησίον ἦν; ἀλλ᾽ ἵνα δείξῃ πόθεν ἔρχεται τὰ κακά; καὶ τίνος ἕνεκεν, καὶ πολλὰς ἀφίησιν ἡμέρας.

[Καὶ ἐπορεύθην, καὶ ἔκρυψα,
Καὶ ἐγένετο καθ᾽ ἡμέρας πολλάς.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἵνα μάθῃς τὴν μακροθυμίαν. ἵνα γὰρ μὴ νομίσῃς, τὸ μῆκος τῶν ἡμερῶν πεποιηκέναι τὴν φθοράν, καινόν ἐστι, καὶ ἐν λίθῳ κεῖται, ἔνθα οὔτε σκώληξ ἀπὸ ξύλου ἐξιὼν κατέκρυψεν αὐτοὺς,

C Vers. 1. VAde & posside tibi lumbare lineum, &c.)

8

Chrysostomi.] *Quod sibi vult imago quâ vtitur hoc est, lumbare affinitas est, & lumbare lineum Sacerdotale, in consumptibile, decor populi, quod nullo horum corrumpitur consuetorum, aut tempore, aut tineis, aliisque similibus. In Petra verò, ne quis diceret naturæ neglectu corruptum esse; sic & Israëlitæ, tales enim ait res humanæ sunt. Nunc quidem prælia, nunc conflictus, nunc pax, nunc rerum omnium affluentia, hanc illis ab initio mutabilitatem indidit. In aquam non inferes, hoc est nouum; si enim penetret aqua, putabunt ipsum esse vetus; ne corruptum præ vetustate putent, quod vocamus non tinctum, non humectatum. βρέχειν enim madefacere est, quod plebs non madefactum vocat; talis semper esset populus, si voluisset: nam Deo circumuallatus non mœrorem, non senectutem expertus esset; ibi enim ex vsu consumptio fit. Certè nos ita rebus vtimur, vt quod nouum est conteramus; Deus autem sic vtitur, vt & quod vetus est, nouum faciat, hoc & in nouo testamento vsu venit, sibi apposuit eos, iuuenesque reddidit.*

Chrysost. *Lumbaris metaphorâ significata affinitas. Lumbare lineum Sacerdotale. Humana omnia iugi mutabilitati subiecta. Lumbare Ieremiæ nouũ, ne censeretur corruptum præ vetustate. Iudaicus populus semper lumbare Dei fuisset nouum si voluisset. Noua nos vsu consumimus. Cùm Deus & veteribus vtens noua illa reddat.*

9

|| Olympiodori.] *Subligaculum lineum, quod sæpius lauari potest, eos autem significat, quibus cum multoties venia detur, nullam tamen agunt pœnitentiam.* ||

Olympiod. *Lumbare lineum significat impœnitentes post sæpius acceptã à Deo veniã.*

Apolinarij.] *Exemplum probat fieri posse, vt etiam si Deo ipsi propinquissimi fuerint corruptioni traduntur.*

Apolinarius. *Est iustu timendum, ne in corruptionem decidant peccati.*

F Vers. 4.] *Tolle cinctorium, &c. & vade ad Euphratem, &c.*

Chrysostomi.] *Quare in Euphrate, tantumque iter facere iussit? Num Iordanis flumen prope non erat? sed vt indicaret vnde mala ducant Originem, & quâ de causa, multique dies prætereunt.*

Chrysost. *Iudaicæ captiuitatis & locus, & temporis longitudo indicata.*

Vers. 5.] *Et iui & abscondi, &c.*

20

Vers. 6.] *Et factum est post dies multos, &c.)*

Chrysostomi.] *Vt longanimitatem intelligas: nam ne opinareris multitudinẽ dierum illam corruptionẽ attulisse, nouum est, iacetque in Petra, vbi*

Chrysost. *Dei longanimitas in differẽda punitione Iudæi ci post ...*

αὐτὸν, τουτέστιν ἐν ἀσφαλείᾳ ἐποίησεν, ὥσπερ ἐν πέτρᾳ. ὅτε ἀφ' ἑαυτοῦ ἀφεῖλεν, ἐφόβησεν, ἠπείλησεν, καὶ οὐδὲν ἐγίνετο πλέον. λοιπὸν διαφθείρονται. δείκνυσιν ὅτι τῆς τοῦ θεοῦ ὀργῆς, ἡ διαφθορά. οὐχ ἅμα τὸ ἀρθῆναι ἀπὸ τῆς ὀσφύος ἀπώλοντο. οὐ γὰρ ἅμα ὅταν ἡμᾶς ἀποῤῥίψῃ ὁ θεὸς, ἀναιρεῖ. οὐχ ἅμα τῷ νομισθῆναι αὐτοῦ ἀνάξιοι, κολαζόμεθα. ἀλλὰ φέρει πολὺν χρόνον, καὶ τότε ἐπάγει τὴν τιμωρίαν. καὶ κτῆσαι σεαυτῷ. οὐ παρά τινος ἔλαβεν, οὐκ εἰς οἰκείαν χρείαν. οὐδὲ γὰρ ἐδεῖτο ὁ προφήτης. οὐχ ἵνα σκέπηται, ἀλλ' ἵνα αὐτὸ οἰκειώσηται. ὥσπερ οὖν ὁ προφήτης οὐδὲ περιβαλλόμενος ἐνδοξότερος ἦν, οὔτε ἀποθέμενος ἀδοξότερος ἦν, οὔτε ἐδεῖτο αὐτοῦ. οὕτως οὐδὲ ὁ θεός. ὅρα δὲ πῶς οὐ πάντα μανθάνει ἐφεξῆς, ἀλλὰ κατὰ μικρὸν, ἵνα μάθῃς αὐτοῦ τὴν ὑπακοήν. εἶπεν, κτῆσαι, καὶ περίθου. οὐκ εἶπε, διατί; ἀλλ' ὑπήκουσε. πάλιν εἶπεν. ὕπαγε εἰς τὸν Εὐφράτην. οὐκ εἶπεν, διατί, ἀλλ' ἐπληροφορήθη, καὶ ἐπείσθη. τοῦτο καὶ ἡμεῖς πράττωμεν. οὐκ εἶπεν ἀσχημοσύνη ἐστὶ, γέλως ἐστὶν, ἀλλὰ πάντα πείθεται. διὰ τοῦτο κατὰ μικρὸν αὐτῷ ἐπιτάσσει, ἵνα μάθῃ τὴν ὑπακοήν.

[καὶ ἐπορεύθην. καὶ ἰδοὺ διεφθαρμένον ἦν, ὃ οὐ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] τὸ ὕδωρ διέφθειρε τὸ περίζωμα. ὕδωρ δὲ ἡ ἁμαρτία, καθὰ ὑγρὸς οὖσα, καὶ διαῤῥέουσα, καὶ τοὺς αὐτῇ χρωμένους ἀχρείους ἀπεργαζομένη.

[Οὕτω φθερῶ τὴν ὕβριν ἰούδα.

Τοὺς μὴ βουλομένους ὑπακούειν τῶν λόγων μου, καὶ πορευθέντας ὀπίσω θεῶν ἀλλοτρίων.]

|| Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὁρᾷς πῶς ἡ ἐπίτασις τὴν τιμωρίαν ἐξήνεγκεν; ὁρᾷς ἰατρείαν τὰ κακὰ ἀναιροῦσαν, οὐχ ἁπλῶς τοὺς ἀνθρώπους; εἶτα λέγει τὴν κακίαν, τοὺς μὴ βουλομένους ὑπακούειν τῷ λόγῳ μου, καὶ πορευθέντας ὀπίσω θεῶν ἀλλοτρίων. καὶ ὅτι οὐ βούλονται, ἰδοὺ οὐδὲ ἄλλοι βούλονται. ἀλλ' οὗτοι εὐεργεσίας ἀπήλαυσαν. τὰ ἔθνη οὐ προσέθηκα ἐμαυτῷ, τούτους δὲ ναὶ οὐδὲ ἐμαυτὸν, ἀλλὰ δι' αὐτούς. ||

Ὀλυμπιοδώρου.] ὕβρις εἰς θεὸν, τὸ τὴν αὐτοῦ προσκύνησιν εἰδώλοις προσφέρειν.

[καθάπερ κολλᾶται τὸ περίζωμα περὶ τὴν ὀσφὺν τοῦ ἀνθρώπου, οὕτως ἐκόλλησα πρὸς ἐμαυτόν.]

|| Τοῦ Χρυσοστόμου.] τὸ περίζωμα εἰκὼν ἐστι τοῦ λαοῦ, καὶ προφήτης τοῦ θεοῦ. καὶ ὥσπερ τὰ πρῶτα κεκολλημένον τῇ τοῦ προφήτου ὀσφῦν ἀδιάφθορον ἦν, ταύτης δὲ χωρισθὲν διεφθάρη, οὕτω καὶ ὁ λαὸς ἡνίκα ᾠκείωτο τῷ θεῷ, ἔμενεν ἀβλαβὴς, τούτου δὲ ἀποστὰς, παντάπασι γέγονεν ἄχρηστος. ||

Τοῦ γενέσθαι μοι εἰς λαὸν ὀνομαστὸν, καὶ εἰς καύχημα, καὶ εἰς δόξαν.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ταῦτα λέγει οὐχ ὡς αὐτὸς δεόμενος δόξης, ἀλλὰ διὰ τοὺς ἀνθρώπους. ἔστω. ἐμὲ οὐ βούλεσθε δοξάσαι. τίνος ἕνεκεν ἑαυτοὺς ἠτιμάσατε;

vbi nec vermis è ligno exilit. Abſcondit eos, hoc eſt tutos eſſe fecit tamquam in petra. Cùm à ſemet ipſo abiecit, terruit, minatus eſt, nil tamen ſubſecutum vlterius, tandem corrumpuntur. Oſtendit iram Dei cauſſam eſſe cur Corrupti ſint. Non ſimul atque è lumbo ablati ſunt, perierunt: nec enim cùm nos Deus eiecerit ſtatim perdit: non ſimul atque habemur Deo indigni, punimur; ſed longo tempore ſuſtinet, tuncque ſumit pœnas. (Et poſſide tibi) non à quoquam accepit non in proprium vſum; Nec enim indigebat Propheta; non vt operiretur, ſed vt illud ſibi adſciſceret, ſicut igitur Propheta, nec illo indutus honorificentior erat, nec abiecto illo inhonoratior, nec illo indigebat; ita nec Deus. Vide porrò vt non omnia diſcat confertim, ſed paulatim, vt illius obedientiam agnoſcas. Dixit (poſſide & pone ſuper lumbos) non dixit ad quid? Sed mandato paruit. Rurſus dixit, Vade ad Euphratem; non dixit cur vadam? Sed ſatis illi fuit, & obediuit. Hoc & nos agamus. Non dixit turpe eſt, ridiculum eſt, ſed paratus fuit ad omnia. Propter hoc illi paulatim præcipit, vt obedientiam diſceret.

Iudaici populi conſumptio ex Dei ira.

Non punit nos Deus ſtatim atque peccamus, ſed expectat ad pœnitẽtiam.

Aſſumit nos Deus in populum ſibi coniunctum non propter aliquod commodum ſuũ, ſed in noſtrã vtilitatem, & decus.

Ieremiæ obedientia à Deo probata, & manifeſtata.

Obedientiæ exemplum exhibitum in Ieremia.

Obedientia ſit ſimplex.

Verſ.7.] *Et abij, &c. Et ecce corruptum erat, ita vt, &c.* 11

Olympiodori.] *Lumbare aqua corruperat, aqua verò peccatum eſt, humidum & diffluens, & ſe vtentes inutiles reddens.*

Olympiod. Peccatum eſt aqua corrũpens.

ỷ.9.]*Sic corrumpam contumeliam Iuda, &c.*

Verſ. 10.] *Eos qui noluerunt obedire verbis, & ambulauerunt poſt Deos alienos, &c.*

|| Chryſoſt.] *Vides additione malorum pœnam illatam? Vides medicinam mala deſtruentem non homines ipſos? Deinde vitium explicat, qui noluerunt verbis meis credere, & Deos alienos ſecuti ſunt, & quia nolunt, Ecce nec alij volunt. Verùm hi beneficio affecti ſunt; mihi gentes non addixi, hos autem maximè: non propter me, ſed propter eos.* ||

Chryſoſt. Calamitatũ medicina peccati malũ deſtruit non homines.

Iudæorum ingratitudo ad Deum.

Olympiodori.] *Iniuria Deo fit, ſi debita illi adoratio feratur Idolis.*

Olympiod. Idololatria fit iniuria Deo.

Verſ. 11.] *Sicut enim adhæret cinctorium circa lumbum hominis; ſic agglutinaui ad me, &c.* 12

||Chryſoſtomi.] *Subligaculum imago eſt populi, & Propheta Dei; & ſicut antea lumbis Prophetæ conglutinatum immune erat à corruptione, ſeiunctum verò corruptum eſt; ſic & populus, dum Deo adhærebat, liber erat ab omni noxa, auerſus autem ab illo, euaſit omnino inutilis.* ||

Chryſoſt. Sicut per adhæſionem ad Deũ immunes ſumus ab omni noxa: ita per ſeiunctionẽ ab illo inutiles reddiri omni ſubiacemus malo.

(*Vt eſſet mihi in populum & in gloriationem, & in gloriam, &c.*

Chryſoſtomi.] *Non quod ipſe gloriæ indigens, ſed propter homines. Eſto: me non vultis glorificare, quare vos metipſos inhonoraſtis?*

Chryſoſt. In Gloriam ſuam iuſtos reputat Deus, quod in illorũ potius eſt gloriam.

Verſ.12.

Vers. 12.] Dices ergo ad eos sermonem istum: Hæc dicit Dominus Deus Israel. Omnis laguncula implebitur vino. Et dicent ad te: numquid ignoramus, quia omnis laguncula implebitur vino?

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Dices ergo ad eos sermonem istum: Hæc dicit Dominus: Omnis laguncula (seu vter, aut vas) implebitur vino.

Quo [a] igitur de futuris eorum miseriis certiores Iudæi reddantur, ænigmatico sermone iterum illos sic alloquaris: Laguncula omnis, omneque vas ad vinum continendum, deferendum, ac conseruandum factum vino certè consueuit impleri: sicque similium vasorum implebitur vacuitas, vt nihil in eis reperiendum sit vacui, quod vinum non occupet. Id isto designans ænigmate, quod in eum Iudæorum quique reducti sint statum, vt eâ ratione calamitates exposcant, & afflictiones, quâ vacua vini susceptiua vasa impletionem exposcunt ex vino; adeoque futurum, vt nihil in eis inueniendum sit quod calamitatis sit expers, sicut & in plenis vini vasis, nulla pars est vino vacua: Ista tamen primò eis non declarabis. Sed simpliciter illud, vt à me prolatum loquaris, ex cuius ore postmodum referes, & ænigmatis interpretationem. [b] Siquidem illi te sic loquentem contemnentes audacter sic respondebunt, ô rem certè magnam dixisti, & inauditam. Satis superque nobis id constat, quod omnis vini laguncula vino implebitur. Imò & id pariter exploratissimum nobis est, quod Propheticè isto tuo significare videris ænigmate, maximam futuram anni fertilitatem, tantamque vini futuram copiam, vt plenis vasis omnibus, laguncula defectura sit, quæ impleatur, simulque & omnia prosperè euentura.

b Et dicent ad te: Numquid ignoramus quia omnis laguncula implebitur vino.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *Dices ergo ad eos sermonem istum.*) Rectè noster Interpres coniunctionis particulam (*Et*) quam in principio istius sententiæ habent Originalia Hebræa, & Sept. aliâ istâ reddidit illatiuâ particulâ (*Ergo*,) vt euidentius pateat, quàm stultè, & malitiosè Iudæi (vt paulò post videbimus) præsentem lagunculæ, vinique intellexerint parabolam. Exinde ergo quod mox ænigmaticâ lumbaris lini similitudine Dominus contestatus fuerat, se Iudaicum populum aliàs sibi coniunctissimum in Babylonicam proiecturum captiuitatem, vbi vilissimè computrescat, Infert modò, operæ precium esse, vt qui superiora per rem à se gestam significarat in lumbari, idem magnitudinem, & vniuersalitatem futuræ tunc temporis calamitatis Propheta explicat parabolâ alterâ. (*Hæc dicit Dominus Deus Israel*) Versio Sept. ista non habet iuxta correctiores Codices Vaticanum, & Aldinum, quamquam in aliis repeniantur Codicibus Complutensi, Regio, & Frobeniano. Sunt certè in Hebraico textu. Estque consueta Prophetis quidem omnibus locutio, sed Ieremiæ in primis cui vt plurimum; prout hoc loco aspera prædicenda Dei iussu erant populo ipsi aduersanti. Ideoque illi proferenda ea exhibentur, vt in fortissimum obiecta impugnantibus scutum.

(*Omnis laguncula implebitur vino.*) Hebraica quæ hîc est vox נבל *nebel*, omne designat vas à vacuitate quam intra habent ad recipienda quibus impleatur. Ideo diuersimodè, quamuis eodem sensu reddita reperitur ab interpretibus: nam Sept. & recentiores, Pagninus, Regia, & Vatablus, vtrem eam verterunt. Nec id alienum à vini parabola est, quod antiquitus in vtribus conseruari solitum colligitur ex iis Christi Domini verbis; quibus in Euangelio ait, [c] *Neque mittunt vinum nouum in vtres veteres, alioquin rumpuntur vtres, & vinum effunditur, & vtres pereunt: Sed vinum nouum in vtres nouos mittunt, & ambo conseruantur.* Symmachus Hieronymo teste, camdem vocem vertit (*craterem:*) Theodotion (*vas.*) Aquila in secunda quidem editione ipsam seruauit vocem (*Nebel:*) cùm tamen in editione prima (*Lagunculam*) interpretatus sit, quomodo & noster, hydriam nimirum fictilem, prout manifestè vsurpata reperitur apud Isaiam cap. 30. [d] *Et comminuetur sicut conteritur lagena figuli contritione prævalidâ*, & Iudaicum 7. [e] Quam idcirco aptissimè hîc adhibitam notant, Andreas Cappella, Petrusque à Figueira, necnon & Martinus del Rio tomo primo Adagiorum Sacrorum. Adagio 850. & ante hos omnes S. Hieronymus ad significandam hominis fragilitatem, iuxta illud Pauli. [f] *Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus*, & illud Thren. 4. [g] *Quomodo reputati sunt in vasa testea.* Quod magis mihi placet, quàm id quod asserit Ioannes Maldonatus, Lagunculam vocari caput vniuscuiusque Iudæi, quòd lagenæ similitudinem præ se ferat. Cæterùm iuxta literam vas quodlibet vini receptiuum intendit hoc loco Deus, prout manifestè colligitur ex adiecto verbo, (*implebitur*,) quod propriè significat, impleri solet, Hebraicâ phrasi, quâ futuris actio designatur consueta, vsuque frequentata. Tametsi quod fieri consueuit, hoc loco & specialiter faciendum significetur, vt omne vas vacuum implendum sit vino, ita vt nihil in eorum aliquo remaneat vacui, quod vinum non occupet, impleatque. Vt ænigmaticâ hac locutione subindicetur, Iudæorum quemlibet in id redactum esse status, vt eâ ratione exposcat calamitates, & afflictiones, quâ vacua vini susceptiua vasa impletionem exposcunt ex vino: Eosdem vndequaque calamitatibus premendos in tanta copia, vt nulla eorum pars illarum futura sit expers: quod alterâ indumenti metaphorâ expressum est in Psalmo 108. vbi dicitur. [h] *Fiat ei sicut vestimentum quo operitur, & sicut Zona, quâ semper præcingitur.*

Vinum antiquitus seruabatur in vtribus.
c Matt. 9. 17.
d Isai. 30. 14.
Hominis fragilitas signata per hydriam testeam.
e Iudic. 7. 20.
And. Cappel. Figueira. Martin. del Rio. Hieron.
f 2. Cor. 4. 7.
g Thren. 4.
Io. Maldon.
Futuris apud Hebræos designatur actio consueta.
h Psal. 108. 19.

Non ignoro, expositorum aliquos vini metaphorâ arbitratos hîc designatam Iudæorum omnium futuram cæcitatem mentis, quâ nec dicta, nec facta Prophetarum, vt ait Hugo Cardinalis intelligent, nec propria aduertent flagella: quâ[ue], vt inquit Maldonatus, inopes erunt consilij in aduersis. Pro qua sententia facere videtur parabolæ istius explicatio, quæ in sequente subiicitur vers. 13. in qua vini impletio explicatur per impletionem ebrietatis, *Ecce ego implebo omnes habitatores terræ*, &c. *ebrietate.* Quam ebrietatem explicat Isaias tum in cap. 19. dicens, [i] *Dominus miscuit in medio eius spiritum vertiginis, & errare fecerunt Ægyptum in omni opere suo, sicut errat ebrius, & vomens*, tum in cap. 28. [k] *Verùm hi quoque præ vino nescierunt, & præ ebrietate errauerunt: Sacerdos & Propheta nescierunt præ ebrietate, absorpti sunt à vino, errauerunt in ebrietate, nescierunt videntem, ignorauerunt iudicium.* Nihilominus per impletionem tam vini, quàm ebrietatis, maximam hoc loco calamitatum, & afflictionum suppliciorumque copiam significatam cum communiori

Vini metaphorâ hîc secundùm aliquos significatam mentis cæcitatē.
i Isai. 19. 14.
k Isai. 28. 7.
Vini repletionis metaphorâ hîc significatam maximam calamitatem copiam.

muniori sententia censeo probabilius. Quomodo & apud Michæam legimus,[a] *Stillabo tibi in vinum, & in ebrietatem*, id est, Prophetabo magna supplicia, maximamque calamitatum copiam. Significantur autem diuina supplicia, afflictionumque à Deo immissarum copia metaphoris istis vini, & ebrietatis, quia sint veluti propinationes vini furoris Domini, quod iuxta singulorum merita, & iuxta diuinorum iudiciorum, vnicuique congruentia decreta quasi è calice diuiditur, vt patet ex illo Psalmi 74. [b] *Calix in manu Domini vini meri plenus mixto, & inclinauit ex hoc in hoc:* clariúsque ex eo quod Ieremiæ nostro infra dicitur ab ipso Domino: [c] *Sume calicem vini furoris huius de manu mea: & propinabis de illo cunctis gentibus ad quas ego mittam te.* Subditurque primaria vsurpatæ huius metaphoræ ratio. *Et bibent, & turbabuntur, & insanient à facie gladij, quem ego mittam inter eos*; diuina namque supplicia æquè ac præpotens vinum totum perturbant hominem, viresque corporis, & sensus auferunt mentis, adeóque & ebrietas nuncupantur. Vnde in præcitato Ieremiæ capite additum est: [d] *Bibite, & inebriamini*, quotquot scilicet è calice iræ Domini propinatum hausistis vinum, *& vomite, & cadite, neque surgatis à facie gladij quem ego mittam inter vos.*

a Mich. 2. 11.

Vini metaphorâ cur significata diuina supplicia, & calamitates à Deo immissæ.

b Psal. 74. 9.

c Ier. 25. 15.

d Ier. 25. 17.

5 Neque verò quia vino naturale est, vt hilaritatem præstet, iuxta illud Psalmi.[e] *Et vinum lætificet cor hominis*, alienæ istæ censendæ sunt metaphoræ ab illius natura; vel incongruum id asserendum ad designandum Dei furorem, & supplicia atque calamitates eiusdem furoris quasdam, vt diximus, propinationes, Quis enim nesciat, & furorem ex vini natura causari? Lege Aristotelem Sectione 30. Problematum, quæstione primâ, vbi fusè pertractat similitudinem naturæ, naturaliumque effectuum vini cum natura, & effectibus melancholiæ, atræque bilis ad insaniam demum, & furorem deducentis. Celebre est id Anacharsis Philosophi dictum, In vnaquaque vite tres inueniri racemos, qui diuersâ inter se vi polleant: cùm primus voluptatem offerat, Secundus ebrietatem, & tertius molestiam. Quod & in Libro Ecclesiastici habemus vbi dicitur,[f] *Vinum multum potatum irritationem, & iram, & ruinas multas facit. Amaritudo animæ vinum multum potatum.* Et si austeritas cuique inest supplicio, cuique & calamitati, optima certè ad ea exprimenda, & congruentissima asserenda est ipsa vini metaphora, cui ita naturaliter indita asperitas est, vt vinum dulce, quodque asperitatis est expers, haud propriè vinum sit, nec vini causet effectum, dicente Aristotele lib. 4. Meteorolog. cap. 2. Illud nomine dumtaxat vinum esse, at non opere: *Non enim*, inquit, *vinosus sapor, quapropter nec inebriat, quodcumque autem vinum inebriat.* Confirmatque idipsum Sectione tertiâ Problematûm quæstione 27. Porrò vinosum saporem esse austerum colligitur ex eodem Sectione 21. Problem. quæstio. 13. propter quam austeritatem & vulneribus curandis vnà cum olei lenitate adhiberi id solium & ex Euangelio [g] didicimus, & ipsâ comprobamus experientiâ. Circa quæ nonnulla forsan in Morali attingemus expositione.

Vini metaphora congruentissima ad designandum Dei furorem, & calamitates, ac diuina supplicia.

e Ps. 103. 15.

Aristot.

Anacharsis.

f Eccl. 31. 38.

Vinum dulce non est propriè vinum.

Aristot.

Vini sapor propriùs est asperitas, seu austeritas.

g Luc. 10. 34.

4 *(Et dicent ad te, Numquid ignoramus, quia omnis laguncula implebitur vino?)* Sept. Conditionaliter ita hæc legunt: *(Et erit si dixerint ad te, Numquid cognoscentes non cognoscemus, quòd omnis vter implebitur vino?)* Asseueranter autem & in Hebraico sunt textu, Quem Pagninus, & Regia sic vertunt.

A *(Et dicent ad te, Numquid sciendo non scimus quia omnis vter, &c.)* Sicque Vatablus, *Ipsi vero dicent ad te, An ergo hoc nescimus, quòd, &c.)* Quamobrem & in versione Sept. particulam ἐάν. *Si*, non vt conditionalem, sed vt temporis sumetem, pro Quum, & Quando, quod frequentissimum & in Sacris, & in prophanis est literis. Repetitio verò verbi quæ & in Hebræo est, & in Græco intensiorem designat cognitionem, & certam scientiam, quam Iudæi magna cum efficacia se profitentur habere.

B Prophetæ præcedentia verba, *(Omnis laguncula implebitur vino,)* vt prophetice dicta à Iudæis sumpta asserit Hugo Cardinalis, vt in his fateantur, optimè sibi quod prædixerat Ieremias esse exploratum, maximam futuram fertilitatem. Quem sensum secutus est & Martinus del Rio in Adagio supracitato, sicque illum explicat. *Cùm mox allati à Propheta adagij duplex posset esse sensus, vnus in bonum de summa copia vini, adeò vt vasa sint defectura, vino reliquo: alter in malum de omnibus ad vnum supplicio puniendis, & potandis calice furoris Domini: Iudæi impudenter intellexerunt, vel simularunt de priori illo sensu, omnia sibi* C *pro votis, & vltra prosperè euentura. Sed Deus se posteriore sensu intellexisse infert, quem eorum peccata flagitabant.* Aptiùs communiori sensu hæc per contemptum prolata sumuntur ab iisdem Iudæis interpretantibus Prophetæ verba sine vllo prophetiæ sensu, eumdemque irridentibus tamquam nihil noui dicentem. In quo illorum notatur leuitas & procacitas, vt bene animaduertit Figueira, vt sensus sit, ô rem magnam dixisti, & nobis inauditam scilicet, quòd omnis laguncula implebitur vino.

Hug. Card.

Martinus del Rio.

Iudæorũ leuitas, & procacitas in cõtemnendis Prophetis.

Figueira.

D

Verf. 12.] Dices ergo ad eos sermonem istum, omnis, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

NOTA, homini vini repletionem nullo pacto competere, sed inanimatis, & insensibilibus vasis: Nec sine causa eis præsertim hîc illam adscribi, quæ fictilia sunt, fractionisque periculo facillimo exposita. Vt nouerimus, si quando contingat, vt hominum quispiam E vino se impleat in multa potatione, cum non iam rationis compotem, sed instar lagunculæ & insensibilem redditum, & præsentissimo mortis subiectum discrimini. [h] *Multos enim exterminauit vinum:* dicitur in libro Ecclesiastici. [i] *Et quæ vita est ei, qui minuitur vino?* id est, qui vinci se sinit à vino, & propter multam eius repletionem è nobilissima minuitur hominis natura. *Quid defraudat vitam? Mors*, quasi dicat: mortem ergo vinum repetes.

5 *Vino se replẽs excidit à rationali hominis natura, vitaque subest periculo iugi.*

h Eccles. 31. 30.

i Eccles. 31. 33.

F

Vide Appendicem Patrum post Expositionem Secundam verf. 14.

Verf. 13.] Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus: Ecce ego implebo omnes habitatores terræ huius, & Reges, qui sedent de stirpe Dauid super thronum eius, & Sacerdotes, & Prophetas, & omnes habitatores Ierusalem, ebrietate.

P PARA

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus: Ecce ego implebo omnes habitatores terræ huius, & Reges qui sedent de stirpe Dauid super thronũ eius, & Sacerdotes, & Prophetas, & omnes habitatores Ierusalẽ ebrietate.

AD quos a tale tu adiicies responsum. Quandoquidem tam impudẽter allatum deludẽtis ænigma, Accipite iam illius quam vobis ipsis Deus exhibet enodationem. Ecce ad magnum inquit stuporem vniuersos terræ huius incolas ad excessum vsque vino replebo grauissimarum calamitatum è calice vini furoris mei iuxta vniuscuiusque merita. Multo & vino calicis Babyloniæ illos epotabo, ita vt instar ebriorum à vino agitatorum & ipsi per Chaldæos à propriis agitentur terris, idque viribus omnino destituti quibus illis obsistant, consiliorumque inopes quibus insurgentia euadant pericula, præ horroris magnitudine vt præ ebrietate stupidi, & mente capti. Quodque horum omnium est pessimum, in tam graui calamitatum ebrietate, in peccatorum errore, atque ad resipiscentiæ lucem reddam eos & cæcos. Quæ eò toti acerbiora erunt populo, quòd singulis cuiuscumque contingent status, Regibus nõ vni, sed tribus qui è stirpe Dauidica oriundi regio eius præerunt imperio: necnon & Sacerdotibus, & Prophetis falsò vaticinantibus, & in primis iis qui ciuitatem sanctam incolunt Ierusalem: nulli parcam personæ, nulli vel loco.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1

ET dices ad eos, &c.) Diximus quid ebrietatis hoc loco significetur metaphorâ, magnarum, scil. calamitatum multitudo. Huius autem ingentem futurum excessum, verbum designat implendi cum ipsa coniunctum ebrietate. Nota est enim Sacrarum literarum phrasis, quâ & verbum inebriandi, & ebrietatis vocabulum ad maximam cuiuscumque rei designandam copiam vsurpatur, ita vt propterea & rebus tribuatur inanimatis, quin & ipsimet Deo, qui quando ingens ei sacrificiorum offertur copia, victimis dicitur inebriari. Cùm ergo hoc loco magnã vini furoris Domini, diuinorumque suppliciorum designet repletionem, quis non videat, tantumdem esse impleri ebrietate, ac impleri summâ eius, de quo sermo erat vini repletione. Hæcque potissima est ratio, cur sic dictum hîc est, (*Ecce ego implebo ebrietate,*) cùm dicendum alioquin fuisset, (*Ecce ego implebo vino.*) Quamquam & aliæ eiusdem rei fuerint rationes, quòd ipso ebrietatis vocabulo acerbissimi subindicentur effectus earumdẽ multiplicium calamitatum iis omnino similes: quos maxima vini causat repletio; iugis nimirum agitatio, destitutio virium, mentis alienatio, atque animi cæcitas. Significatur enim fore, vt Iudæi multùm vini calicis Babyloniæ epotati, instar ebriorum à vino agitatorum, impetu Chaldæorũ è suis agitentur terris: ad illorum agitati imperiũ, vt ebrius à vino: idque viribus omnino destituti: quibus iis obsistant, consiliorumque inopes quibus insurgentia euadãt pericula, quasi mẽte capti præ horroris magnitudine stupidi, vt impleta profectò dixeris, quæ aliàs per Isaiam habita fuere.[b] *Obstupescite, & admiramini, fluctuate, & vacillate: inebriamini, & nõ à vino: mouemini & non ab ebrietate.* Amplificatur autem non modicum maximus iste, de quo hîc agitur futurarum calamitatum excessus, cùm ad illius intẽsionem ebrietatis nomine designatam, adiecta est & eiusdem extensio ad quodcũque personarum, ordinũ, statuumque genus, imò & ad personas cuiuscumque Iudææ ciuitatis, ad cunctos Iudaicæ terræ, in primisque vrbis Ierusalem incolas, ad Prophetas, ad Sacerdotes, atque etiam ad Reges ex Dauidica stirpe in Iudæa regnantes super eiusdem Dauid thronum. Quod & supra in c. 4. prædictum fuit, vbi dicebatur:[c] *Peribit cor Regis, & cor Principum, & obstupescent Sacerdotes, & Prophetæ consternabũtur.* Bene autem hoc loco ad plures Reges fit calamitatũ extensio, quia re vera calamitates per Nabuchodonosor, & per Chaldæos Iudææ illatæ tres attigerunt in regno Dauid sedẽtes Reges, Ioakim, Ioacim, & Sedeciam, vt patet ex lib. 4. Regum.

Inebriari, & ebrietas maximã rerum abundantiã significat in Scriptura.

Ebrietatis vocabulo designata maxima calamitatum copia.

Maximarum calamitatum acerbissimi effectus in Iudæis, atque in impiis.

b Isai. 29. 9.

c Iere. 4. 9.

2

Ebrietatis nomine significata moralis cæcitas mentis, quæ ũ la sit.

Denique ebrietatis nomine moralem designatam aliqui putant cæcitatem, quâ impij in tenebris perdurare sinuntur erroris ad resipiscentiæ lumen obcæcati. Vnde Ioãnes Maldonatus, quod Deus ait, (*Implebo ebrietate,*) idipsum esse arbitratur, ac si diceretur, Mittam eis spiritum erroris, & Errare faciam eos in inuio, & non in via, & Andreas Cappella ex Vatablo, *Solet*, inquit, *in Sacra Scriptura ebrietas cæcitatem animi significare, quæ reddit animum ad omnes probas actiones ineptum. Cuius cæcitatis auctor dicitur Deus dum hominem luce suâ non perfundit propter illius peccata, sicut & obdurationis causa dicitur dum non emollit, quod quidem iustè facit exigentibus hominum peccatis.* Quæ si ad præsentis loci literalem spectare velimus sensum, dicendum, vnà cum præexpositis immittendarum à Deo calamitatum effectis iis similibus quæ per ebrietatem causantur, & hunc quoque ipso ebrietatis vocabulo subindicatum cæterorum omnium pessimum, quòd Deus eadem calamitatum magnitudine, & multitudine Iudæos eorumque falsos Prophetas, Sacerdotes, ac Reges in peccatorum errore, & ad conuersionis lucem instar ebriorum reddidit cæcos. Quòd clariùs in capite 12. libri Iob habemus expressum, vbi dicitur. [d] *Qui immutat cor Principum populi terræ, & decipit eos, vt frustrà incedant per inuium. Palpabunt quasi in tenebris, & non in luce: & errare eos faciet, quasi ebrios.* Eo nimirum sensu, quo supra in cap. 5. Propheta noster.[e] *Percussisti*, inquit, *eos, & non doluerunt: attriuisti eos, & renuerunt accipere disciplinam: indurauerunt facies suas supra petram, & noluerunt reuerti:* quo loco id nedum in pauperibus contigisse Iudaici populi, sed & multò magis in Optimatibus asserit.

Ioan. Mald.
Andr. Capp.

Calamitatibus, & diuinis supplicii: impij excæcantur magis vt errent nec conuertãtur.

d Iob. 12. 24.

e Iere. 5. 3.

Quoad lectionum varietatem nota, pro futuro, (*Implebo,*) tam in Hebr. quàm apud Sept. in præsenti esse, (*Ecce ego implens,* seu *impleo,*) pro (*& Reges,* &c.) Hebraicè ad verbum sic haberi. (*Et Reges sedentes Dauidi super sedem eius.*) Sept. (*Et Reges eorum sedentes filios Dauid super thronum ipsorum*) sic correctior Vaticanus Codex, Complutẽsis verò, (*Super thronos eius.*) In eadem quoque versione Sept. Sacerdotibus atque Prophetis adiungitur nominatim Iudas, sic quippe in ea legitur, (*& Sacerdotes, & Prophetas, & Iudam, & omnes habitantes in Ierusalem.*)

Vers. 13.] Et dices ad eos, &c. Ecce ego implebo, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

3

Vini repletio fugienda viro cuique ingenuo.

QVando de vini repletione respectu hominum agitur, bene nõ sicut supra de laguncalis impleri vino ij dicuntur, sed ebrietate, quia talis vini repletio ebrietas est sordida, eos nimirum omnes causans effectus, qui ipsi tribuuntur ebrietati. Quo monemur, ingenuum hominem qui ebrietatem abhorret, & vini pariter multam euitare debere potationem: Ne similia ei contin

a Gen. 9. 21. b Gen. 19. 33. c Prou. 20. 1. contingant, quæ vel Sancto [a] Noe euenêre Patriarchæ, vel præ nobili & iusto Loth. [b] *Luxuriosa res vinum*, ait Salomon, *& tumultuosa ebrietas, quicumque his delectatur non erit sapiens. Quid eos cancellos, eas fenestras requiris*, ait Plutarch. lib. 3. Symposij in Proœmio, *per quas alterius animum intueamur? Vinum abundè nostra pectora recludit, atque ostẽdit, quiescere non permittens, sed personam: frontisque tectorium detrahens nobis, vt longissimè à lege, seu à pædagogi latere recedentibus.*

Plutarchus. *Vinum recludit animos nostros.*

4 *Tribulationes iusti suscipiũt vt salubre, & iucundum vinum.*

Sed & ob id ebrietate potiùs quàm vino impleturum hoc loco se inquit Deus iniquos Iudæorum, de immittendis in eos calamitatibus agens, vt exinde morale illud argueremus, quàm diuersâ ratione afflictiones, & tribulationes ab impiis suscipiantur, atque à iustis. Enimuerò illas iusti vt vinum suscipiunt, de quo legimus, [d] *Vinum in iucunditatem creatum est.* Et, [e] *Exultatio animæ, & cordis vinum moderatè potatum. Sanitas est animæ & corporis sobrius potus*: quando cum Apostolo in ipsis tribulationibus inquiunt, [f] *Repletus sum consolatione, superabundo gaudio in omni tribulatione nostra*: idque eiusdem Apostoli memoria versant, [g] *Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione prouentum.* Et, [h] *Cum infirmor, tunc fortior sum.* [i] *Ostendisti populo tuo dura*: immittens scil. in eum dura, & ærumnas, *potasti nos vino compunctionis*, in eorum persona ait Dauid, qui potatos se à Deo fatentur vino tribulationem excitante ad compunctionem, quâ perfecta salus acquiritur. At impiis in ebrietatem eædem exhiberi dicũtur, quia in illis, ac per illos instar ebriorum se habẽt, nam & sicut ebrij linguam exerunt stultè & impudenter contra Deum impias effutientes blasphemias, quod vt valde consuetum Sanctissimo viro Iob ærumnis vndique oppresso suadere satagens eius vxor, dicebat, [k] *Benedic Deo*, ironicè, prout optasse se significarat & Dæmon, quãdo tribulationes eidem viro sancto augeri à Deo efflãgitans, dicebat: [l] *Sed extende paululum manum tuam, & tange cuncta quæ possidet, nisi in faciem*, id est palàm *benedixerit*, i. maledixerit *tibi*: blasphemiis absque vllo respectu te lacessens. Sicut ebrij in furorem aguntur, huc illucque per ipsas agitati calamitates, omni amissâ sustinentiâ contra illud Sapientis consilium, [m] *Ne festines in tempore obductionis*, i. ne furore festinanter, celerique cum impetu pertrahi te sinas: quando calamitate aliquâ premeris: quasi nebula mentem tibi obducente. *Sustine sustentationem Dei.* Quibus cõsona sunt, quæ & Beatus Petrus fidelibus consulit, dicens, [n] *Charissimi nolite peregrinari*, i. tamquam re nouâ agitari, atq; percelli, Italicè, *Non vi vogliate correre, in feruore*, scilicet ærumnarum ἐν πυρώσει, i. *in vstione*, vel *incendio, quod ad tentationem vobis fit*, quo sc. in igne tribulationum probemini, *quasi noui aliquid vobis contingat, Sed communicantes Christi passionibus gaudete*: furorem autem istum impiorum in tribulationibus, atque superbiam peregregiè ebrietati adscriptum videre est in libro Ecclesiastici, vbi hæc habentur, [o] *Ignis probat ferrum durum: sic vinũ corda superborum arguet in ebrietate potatum.* Tribulationum enim vinum per ebrietatis modum ab impiis susceptum in eorum furore, & impatientia manifestum illorum facit superbiã, sicut ignis duritiem patefacit ferri. Insuper & ob id sicut ebrij stupidi in iisdem calamitatibus esse conuincuntur, & mentis cæcitate oppressi, quòd nec id percipiunt amoris diuini, per quem eæ ipsis à Deo illatæ fuêre, iuxta illud Pauli, [p] *Obliti estis*

d Eccl. 31. 30. e & 35. f 2. Cor. 7. 4. g 1. Cor. 10. 13. h 2. Cor. 12. 10. i Psal. 59. 5.

Tribulationes suscipiuntur ab impiis per modũ ebrietatis.

k Iob. 2. 9. l Iob. 1. 11. m Eccl. 2. 2. n 1. Pet. 4. 12. o Eccl. 31. 31. p Hebr. 12. 5.

A *consolationis, quæ vobis tamquam filiis loquitur, dicens: fili mi noli negligere disciplinam Domini, neque fatigeris dum ab eo argueris. Quem enim diligit Dominus castigat: flagellat autem omnem filium quem recipit.* Nec earumdem calamitatum, & tribulationum percipiunt vtilitates, quas vno verbo, licet multiplices Regius designat Vates, siue quum ait. [q] *In tribulatione dilatasti mihi*, scilicet charitatem, fidem, spem, cæterarumque virtutum merita, gaudia quoque, & robur: siue quum dicit. [r] *Bonum mihi quia humiliasti me, vt discam iustificationes tuas.* Audiamus & nostrum Prophetam hanc in- B star ebriorum insensibilitatem, stoliditatem ac cæcitatem impiorum in illatis sibi à Deo ærumnis. [s] *Percussisti eos*, ait ad Deum ipsum, *& non doluerunt*: Aliàs verò ad illos inquit, [t] *Audi popule stulte qui non habes cor: qui habentes oculos non videtis, & aures & non auditis. Me ergo non timebitis, ait Dominus, & à facie mea non dolebitis?*

q Psal. 4. 1. r Ps. 118. 71. s Ierem. 4. 3. t Iere. 5. 20.

Cæterùm si ebrietatis metaphorâ non tam calamitates, ac tribulationes hoc loco iuxta literam designatas sumamus, quàm mentis obcæcationem, errorem, atque vertiginem, qualia sensibiliter per sensibilem ebrietatem solent causari: in C hoc quod Dominus ait, *(Ecce ego implebo omnes habitatores terræ huius, & Reges qui sedent de stirpe Dauid super thronum eius, & Sacerdotes, & Prophetas, & omnes habitatores Ierusalem, ebrietate.)* Morale, id est magnificandum, Inter vniuersa quæ Deus in regnum aliquod, vel in aliquam Prouinciam, aut ciuitatem immittit flagella, nullum esse peius, ac perniciosius, quàm quo omnes cuiuscumque sint gradus, vniuersali ignorantiâ excæcantur, vt omnes in erroribus versentur, & peccent: neque vitæ, neque morum suorum depprauationis vllã habentes rationem, ita vt quasi ebrietate sopiti nec D illa cognoscant. Quod ebrietatis supplicium eo tempore quo Iesus Christus [u] natus est, Iudæis illatum colligunt aliqui ex eo Euãgelij quo trium Magorum recensetur historia, quando ad illorum aduentum in Ierusalem dicitur turbatus Herodes Rex, & omnis Ierosolyma cum illo; & cùm ad eiusdem Regis interrogationem omnes Principes Sacerdotum, Scribæque populi respõdissent, palámque cõtestati essent, ex Prophetæ vaticinio constare, Christum nasciturum in Beth-lehem Iuda: nemo tamen è magna ciuitate illa tres sanctos secutus est Magos, vt natum quærerent Re- E gem, vt pote vniuersi mentis cæcitate sopiti, nemo suum agnouit errorem, quo vnà cum Herode & primò turbati sunt ad nati noui Regis denunciationem, & postmodùm illius machinati sunt in necem. Et notandum, atque pauendum, quòd terribile istud ebrietatis supplicium signanter illatum dicitur incolis terræ illius tantis prærogatiuis à Deo insignitæ, terræ inquam promissionis; & Regibus qui & à Sanctissimo Rege Dauid ortum ducebant, & super eiusdem thronum sedebãt: quin & Sacerdotibus Dei ministris, & iis qui sancto prophetali gloriabantur nomine: atque F etiam ciuitatis sanctæ Ierusalẽ habitatoribus. Vt meritò metuendum sit, ne eodem flagellati nos simus in Christianorum regnis, prouinciis, & ciuitatibus; vtinam non id contingat aliquando & in Religiosorũ congregationibus, ac Monasteriis.

5 *Cæcitas mentis quãdo est vniuersalis est maximum suppliciorum Dei in Regnis, & Ciuitatibus.*

u Matt. 2.

Vers. 14.] Et dispergam eos, virum à fratre suo, & patres & filios pariter, ait Dominus: non parcam, & non concedam, neque miserebor, vt non disperdam eos.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Et disperga (seu collida) eos virum à fratre suo, (seu quemque ad proximum suum) & patres & filios pariter ait Dominus.
b Non parcã (seu non desiderabo) & non concedam (seu, non conniuebo) neque miserebor, vt non disperdã eos.

Hinc a futurum, vt in diuersa dispergantur loca, in captiuitatem aliò abductis fratribus à fratribus, alióque parentibus à filiis, vt nec id habeant in tanta miseria consolationis, vt & colloquio se solentur inuicem, & conuersatione. Id verò efficiam, excitans inter amicos, & consanguineos, imò inter patres, ac filios discordias, vt nedum ab hostibus, sed & à semetipsis inuicem conterantur, & dispergantur, æquè ac quum lagenæ fictiles inuicem colliduntur. b Fidelis insuper Domini est istiusmodi sermo certò suum hoc firmissimum asserens decretum, ac dicens: Comminatam instantis perditionis pœnam nullatenus remittam cuiusquam motus amore, aut desiderio: nec desiderabo vt à quoquam illiciar ad eis parcendum, quorum in optatis est mihi animarum salus. Neque si Propheta, ac pius aliquis deprecatus me fuerit, vel tantillum pro eorum precibus concedam aut mitigationis, aut prorogationis, vt ad tempus conniueam. Quòd si multitudinem mihi quis proponat miserationum, viscerumque meorũ, apertè contestor me, nec propter misericordiam, quæ naturaliter innata mihi est, nec propter vllam viscerum commotionem sententiam mutaturum, iusto sic exigente diuini iudicij mei libramine, eorumque certâ mihi ob oculos positâ impœnitentiâ.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 De Iudæorum dispersione.

Et dispergam eos, &c.) Prosequitur ingentis calamitatum futurarum copiæ excessum quoad extensionem. Et quidem iuxta nostram Vulgatam, necnon & Versionem Sept. de simplici cognatorum, consanguineorum, & amicorum separatione ab inuicẽ per Chaldæos captiuitatis tempore facienda communi sensu hæc sumuntur à nostris, futurum nimirũ vt in diuersa dispergantur loca, vt nec id habeant in tanta miseria consolationis, vt & conuersatione, & colloquio inuicẽ se solentur. Ex Hebraico tamen textu colligitur dispersionem istam multò futuram acerbiorem, cum collisione videlicet, & confractione ab inuicem inter ipsosmet cõsanguineos, amicosque facienda; id quippe significat verbum נפץ naphaz, quo sensu id & noster interpres reddit frequenter Latino verbo collidere, prout & Sanctes-Pagninus, & Regia, & Vatablus, qui ita interpretati hæc sunt, (*Et collidam virum ad fratrem suum, seu quemque ad proximũ suum, & patrem, filiosque ab inuicem.*) Vt adhuc in assumpta persistatur lagunculæ metaphora, sensusque sit, quem affert R. Dauid, Deum excitaturum inter amicos, & inter consanguineos, imò & inter patres, ac filios discordias, vt nedum ab hostibus, sed à se inuicẽ conterantur, & dispergantur, quomodo cùm lagenæ colliduntur inuicem & frangunt, & franguntur, & huc illucque earum dispergũtur fragmenta. Qualia certè infœlicissimâ ratione in eorumdem Iudæorum excidio quod per Romanos factum est, contigisse testis est ipsorummet historicus Iosephus in lib. de bello Iudaico. Isidorus Clarius ita hæc legit, (*Et frustatim comminuam eos virum per fratrem suum, &c.*)

Iudæi ab inuicẽ consumpti sunt æquè ac lagenæ se se inuicẽ collidentes.

2 Decreti diuini de cõterendis Iudæis per Chaldæos firmitas qualis.

(*Non parcam, & non concedam: neque miserebor, vt non disperdam eos.*) Firmissimum Deus exponit animum suum ad sumendam de Iudæis vltionem, & ad eosdem maximâ (vt dictum est) calamitatum copiâ conterẽdos. Loquitur autem humano more fixum animi decretum triplici contestans verbo, quo omnem illius excludat mutationẽ: idque totum ex suppositione (vt aiunt Scholastici) asserit, vt pote cui sat erat exploratũ, illos nentiquam à pristina scelestique recessuros viuendi ratione, vel ad pœnitentiã conuertendos. Vide quæ fusiùs de immutabili hoc Dei decreto pertractauimus supra in Exposit. prima vers. 28. Capitis Quarti.

Porrò iuxta nostram Vulgatam in triplici verbo est oratio accrescens: Primò enim simpliciter ait (*Non parcam,*) indicans, se id statuisse vt cõminatam perditionis tẽporalis pœnam minimè remitteret: sed quia frequenter euenire solet, vt simile Dei decretum à quoquã immutetur, vel per proprias, vel per alienas preces quibus saltẽ prorogationis concedatur tẽpus, vel quid mitigationis præstetur pœnæ, ita vt quoquo pacto parcere impœnitẽtibus ipsis Deus videatur; idcirco rectè subiicit, (*Et non concedam:*) omnem excludens spem, vbi & omnem exclusam intuetur verã pœnitentiam. Quo sensu bis supra prohibuit & Ieremiæ vt oraret pro eo populo, cui nequaquã concedere volebat veniã, c *Quia non exaudiã*, inquiẽs, &c. Tertiò quia exinde inanẽ commutãdi prædicti decreti prauorũ Iudæorum aliqui concipere potuissent spem, quòd miserationes Dei super omnia illius opera asserantur: quodque diues, vt ait d Apostolus, sit in misericordia, similibus vtentes verbis, quibus apud Ioelem dicitur, e *Benignus, & misericors est, patiens, & multæ misericordiæ, & præstabilis super malitia*, i. non sinens se ab ea vinci, quam decreuit inferre pœnæ malitiam, & afflictionem: Qui aliàs Moysi qualitatem istius suæ misericordiæ declarauit dicens, f *Miserebor cui voluero*, planè & hîc protestatur nolle se propter misericordiam mutare sententiam, *Neque*, inquit, *miserebor, vt non disperdam eos.*)

c Psal. 144.9.
d Ephes. 2.4.
e Ioel. 2.13.
f Exo. 33.19.

In Hebraico textu tria sunt verba ferè eiusdem significationis ad ipsam confirmandam decreti diuini firmitatem; si tamen intimiùs singulorum eorum expendatur vis, auxesim quamdam & illa efficiunt in hac Dei oratione; primò enim est verbum חמל hamal, quod parcere ex quodam significat affectu: secundò est חוס hus, quod ita significat ignoscere, & parcere, vt & conniuẽtiam designet, oculosque claudere, quo sensu sæpius præsertim apud Ezechielem, dictum à Domino reperies, g *Non parcet super te oculus meus.* Tertiò denique est verbum רחם raham, quod tale significat misereri, quod ex intima fit viscerum commotione, & affectu. Quam & si alias apud nostrum pariter Prophetam in semet maximam Deus ipse profiteatur, dicens, h *Si filius honorabilis mihi Ephraim, si puer delicatus: quia ex quo locutus sum de eo, adhuc recordabor eius, idcirco conturbata sunt viscera mea super eum, miserans miserebor eius.* Hoc tamen loco quasi crudelem, & sine viscerum commiseratione ad Iudæorum perditionem futurum se asserit, Ita vt illi id obiici queat, quod eidem obiectum legimus Isai. 63. i *Vbi est zelus tuus, & fortitudo tua, multitudo viscerum tuorum, & miserationum tuarum? super me continuerunt se.* Hanc internam viscerum commiserationem vltimo loco & Sept. posuêre legentes καὶ οὐκ οἰκτειρήσω, primo tamen loco singulare adhibuêre verbum, οὐκ ἐπιποθήσω. *Non desiderabo*, quod Ioan. Maldon. interpretatur, Non impediar cuiusquã amore, aut desiderio. Omnino Hebraic. verbum חמל hamal, quod parcere significat, maximã reddiderunt energiã, ac si Deus contestetur, ita fore vt Iudæis non parcat, vt nec præ amore quo illos iam ab antiquo prosequutus est, eorũ desideraturus sit à comminatis calamitatibus liberationem iusto

3 Deus aliquãdo quasi crudelem se fore cõtestatur, & absque vlla misericordia.

g Ezech. 7.4.
h Ier. 31.20.
i Isai. 63.15.
Ioan. Mald.

iuſto id ſic exigente diuini iudicij ſui libramine, per quod fiet, vt nec vllatenus conniueat, nec ab vlla ſe dimoueri ſinat in ipſos commiſeratione quin eos perdat, (*Non deſiderabo: dicit Dominus, & non parcam, & non miſerebor à perditione eorum.*)

Ad confirmandam eiuſdem diuini decreti firmitatem, & certitudinem, & id facit, quod pro eo quod in Vulgata & in Verſione Sept. eſt, *dicit Dominus.* Hebraicè eſt נאם יהוה *neum Iehouah*, quod fidelem Domini ſermonem, & certum ſignificare notatum eſt ſup. hoc ipſo cap. verſ. 11.

Verſ. 14.] Et diſpergam eos virum, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

AD infernalem deſolationem, & diſperſionem referens hæc Hugo Card. *Heu*, inquit, *quam magna deſolatio, vt qui hic tenerrimè ſe dilexerunt ita ſeparabuntur, quod magnum Chaos inter vtroſque ponetur, ita quod nec hi ad eos, nec illi ad hos poſſint remeare, vt dicitur* [a] *Luc.* 16. *Ideo dicitur*, [b] *Oſeæ.* 13. *Conſolatio abſcondita eſt ab oculis meis, quia ipſe inter fratres diuidet, ſcilicet infernus.*

+ *In inferno ſeparatio charorũ in maximam cedet pœnam.*

a Luc. 16. 26.
b Oſe. 13. 14.

Verùm ſi velimus iuxta literam adhuc perſiſti in aſſumpta vini lagunculæ fictilis, ſeu lagunculaxum metaphora, quarum fragmenta diſperguntur ab inuicem per mutuam inter illas colliſionem, prout ex Hebraica collegimus lectione, quæ habet, (*Et collidam quemque ad proximum ſuum*, &c.) Id ex his colligere licet Morale, quod plerumque contingit inter compotantes, ac inter ebrios, vinoque in conuiuiis plenos, vt in conuiuia, in rixas, vulneraque, & neces prorumpentes inuicem collidantur, & diſpergantur. Quod fabulà ebriorum Centaurorũ expreſſerunt Poetæ. Vnde & in lib. Prouerbiorum peregregiâ gradatione ad hæc comprobanda per Salomonem dicitur, [c] *Cui væ? cuius patri væ? cui rixæ? cui foueæ? cui ſine cauſa vulnera? cui ſuffuſio oculorum? Nonne his qui commorantur in vino, & ſtudent calicibus epotandis?* & per auctorem libri Eccleſiaſtici dictum legimus, [d] *Vinum multum potatum irritationem, & iram, & ruinas multas facit.* [e] *Ebrietatis animoſitas, imprudentis offenſio, minorans virtutem, & faciens vulnera.* Audacia ſcilicet quam cauſat ebrietas, efficit ſæpe vt per impudentiam offendamus, & in aliquod incidamus malum: Et quamquam vires videatur homini addere: re vera tamen vt plurimum illius imminuit robur, aliorumque exponit iniuriæ, à quibus facilè & vulneratur & læditur, Quæ clariùs ita habent Græca. *Implet iram ebrietas ſtulti vſque ad offenſionem, minorans virtutem, & faciens vulnera.*

Vini repletio inter cõuiuas cauſat rixas & neces.

c Prou. 23. 29.
d Eccl. 31. 38.
e Eccl. 31. 40.

(*Non parcam, & non concedam, & non miſerebor, vt non diſperdam eos.*) Simpliciter hæc ſumpta aptiſſima ſunt ad exprimendam rationem: quâ erga impios Deus ſe habebit in extremo iudicio. Sed & de recto eiuſdem Dei iudicio in hoc ſæculo cõtra iniquos metuẽda cuique ea ſunt peccatori, vt veriſſimè, & immota quoad remiſſionem pœnæ temporalis. Quamuis enim certiſſimum id ſit, quod per ipſum Dominum ex Ezechiele perulgatâ propoſitione dicitur, [f] *In quacumque hora ingemuerit peccator, omnium iniquitatum eius non recordabor ampliùs*, certum tamen, & indubitatum illud eſt ſolummodo quoad remiſſionem culpæ, pœnæque æternæ, Non autẽ quoad remiſſionem temporalis pœnæ, quam comminatus ſit. In cuius executionẽ ita ſtabile plerumque ſuum vult eſſe decretum, vt comminationi ipſi hæc ſubieciſſe videatur, (*Non parcam*, &c.) Cuius rei exemplum ex eo colligere eſt: quod cùm Rege Dauid actum legimus in 2. lib. Regum, cui pœnitenti & ſi per Nathan Prophetam Dei nomine ſignificata ſit culpæ remiſſio, & conſequenter & remiſſio pœnæ pariter æternæ, verbis illis, *Dominus quoque tranſtulit peccatum tuum, Non morieris*, ſc. cum culpa quæ mortem meretur æternam. Temporales tamen pœnæ, quas idem Propheta illi infligẽdas ſignificarat, ei obuenire, ita vt nec propter vehementes preces, nec propter ieiunia, nec propter alia mortificationis opera, vitam concedere illi noluerit Deus filio quem ex adulterio ſuſceperat.

5 *Iudicij extremi damnatio irremiſſibilis. Pœnã temporalẽ plerumque Deus nũquam remittit, quando illius tulit ſententiam.*

f Ezech. 18. 21.

g 2. Reg. 12. 10.

VVLGATÆ.

Verſ. 12.] Dices ergo ad eos, &c.

Verſ. 13.] Et dices ad eos, &c.

Verſ. 14.] Et diſpergam eos, &c.

SEPTVAGINTA.

12. καὶ ἐρεῖς πρὸς τὸν λαὸν τοῦτον. πᾶς ἀσκὸς πληρωθήσεται οἴνου. καὶ ἔσται ἐὰν εἴπωσι πρὸς σὲ μὴ γνόντες, οὐ γνωσόμεθα, ὅτι πᾶς ἀσκὸς πληρωθήσεται οἴνου;

13. καὶ ἐρεῖς πρὸς αὐτούς, τάδε λέγει κύριος, ἰδοὺ ἐγὼ πληρῶ τοὺς κατοικοῦντας τὴν γῆν ταύτην, καὶ τοὺς βασιλεῖς αὐτῶν τοὺς καθημένους υἱοὺς τοῦ Δαβὶδ ἐπὶ τοῦ θρόνου αὐτοῦ, καὶ τοὺς ἱερεῖς, καὶ τοὺς προφήτας, καὶ τὸν ἰούδαν, καὶ πάντας τοὺς κατοικοῦντας ἐν ἱερουσαλὴμ μεθύσματι.

14. καὶ διασκορπιῶ αὐτοὺς ἄνδρα καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, καὶ τοὺς πατέρας αὐτῶν, καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτῶν ἐν τῷ αὐτῷ. καὶ οὐκ ἐπιποθήσω, λέγει κύριος. καὶ οὐ φείσομαι, καὶ οὐκ οἰκτειρήσω ἀπὸ διαφθορᾶς αὐτῶν.

Verſ. 12.] Et dices ad populum iſtum: omnis vter implebitur vino. Et erit, ſi dixerint ad te; nonne cognoſcentes cognoſcemus, quia omnis vter implebitur vino?

Verſ. 13.] Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus: Ecce ego impleo habitatores terræ huius, & Reges eorum ſedentes filios Dauid ſuper thronum ipſorum, & Sacerdotes, & Prophetas, & Iudam, & omnes habitatores Ieruſalem ebrietate.

Verſ. 14.] Et diſpergam eos, virum & fratrem eius, & patres eorum, & filios eorum pariter. Non deſiderabo, ait, Dominus, & non parcam, & non miſerebor à perditione eorum.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Et dices ad eos verbum iſtud: Hæc dicit Dominus Deus Iſrael: Omnis vter implebitur vino.*

Et

Et dicent tibi, Numquid planè ignoramus quòd omnis vter implebitur vino? Verſ.13. *Et dices ad eos; Hæc dicit Dominus: Ecce ego implebo omnes habitatores terræ huius, & Reges qui ſedent ſuper ſolium Dauid, & Sacerdotes, & Pſeudoprophetas, & omnes habitatores Ieruſalem tribulatione; & erunt ſimiles ebrio.* Verſ.14. *Et irruere faciam eos vnumquemque in fratrem ſuum, patres, & filios pariter, ait Dominus: non parcam, nec miſerebor, nec clemens ero, vt non diſperdam eos.*

Origen.

Verſ.12.13.& 14. Origines homil. 9. in Ierem. *Conſideremus Dei ſermonem quid iubeat, (Et dices ad populum ſermonem iſtum: Hæc dicit Dominus Deus Iſrael.) Quod dicit; Dominus Deus Iſrael dignum quæſo ſit Domino Deo Iſrael: (Omnis vter implebitur vino. Eritque ſi dixerint ad te, Numquid cognoſcentes non cognoſcimus, quia omnis vter implebitur vino?) Hæc reſpondentes ſi tantùm literam ſequuntur, & dicunt, noſſe ſe quia omnis vter implebitur vino, falluntur. Non enim neceſſariò ſequitur, vt omnes vtres impleantur vino. Sunt vtres oleo pleni, ſunt alij à qualibet liquentis naturæ materia vacui, aut certè non pleni. Conſideremus ergo omnes homines capaces eſſe vini, nec aliud poſſumus eis nomen imponere, quàm capaces vini, quàm vtrem; & dicere quia nequam homo plenus ſit vino, de vinea Sodomorum,* [a] *& Ægyptiorum, plenus ſit vino inimicorum Iſrael. Sanctus verò, Et is qui in virtutibus proficit, plenus ſit de vinea Sorek,* [b] *vino de quo ſcriptum eſt,* [c] *Calix tuus inebrians, quàm præclarus,* [d] *vino quod miſcuit ſapientia. Et hæc quidem intellecta ibi ſint ſecundùm nequitiam, atque virtutem. Si autem nequitià, ſeu virtutibus impleantur vtres, conſequens eſt vt ſuppliciis impleantur ob nequitiam, benedictionibus ob virtutem.* De vino ſuppliciorum eiuſque calice, & de calice, ac vino benedictionis agit pluribus citato loco Origenes, quæ videri apud ipſum poſſunt.

Omnis homo eſt vter vini boni, vel mali.

a Deut.32.32.

b Iſai.5.1.

c Pſal.22.5.

d Prou.9.5.

De vino ſuppliciorum, & de calice benedictionis.

2

Quod ea quæ ſequuntur. *(Et ego implebo omnes inhabitantes terram iſtam, & Reges, & filios Dauid, qui ſedent ſuper ſedem eius, & Sacerdotes ebrietate.) Nulli, inquit, parcit qui puniturus eſt peccatores. Non quia Propheta, non quia Sacerdos qui vocatus eſt, à ſuppliciis liberabitur. (Et diſpergam eos virum à fratre ſuo, & patres à filiis.) Iuſtos quidem congregat Deus, & peccatores ſeparat, prout contigit in ædificatione turris Babel: Populus quoque Iſrael antequam peccaret in Iudæa erat, poſt peccata in vniuerſum Orbem diſperſus eſt. Eſt quædam Eccleſia primitiuorum, eorum ſcilicet qui conſcripti ſunt in cæleſtibus, vbi mons Sion & ciuitas viuentis Dei Ieruſalem cæleſtis: Beati qui illuc congregabuntur. Peccatores autem diuidentur ab inuicem, vt etiam in hoc excruciatione pariter torqueantur. Nam quodammodo leuius eſt ſupplicium, ſi plures in eodem loco conſtituti mutuis ſe conſolentur alloquiis. Eſt & alia iſtorum ratio. Mali cùm ſimul fuerint, ea quæ mala ſunt cogitant, & in priſtina nequitia perſeuerantes augent peccata peccatis. Quomodo è contrario boni cùm ſimul fuerint, de honeſtis ſermocinantur. Diluitur ergo, & ad nihilum deducitur nequam cogitatio, cùm non habuerit allocutionem alterius nequioris: Idcircò per diſpenſationem Dei prouidetur, peſſimos à peſſimis ſeparari. Iuſtum quoque & commodum eſt, vt à priſtinis ſceleribus ipſâ ſolitudine, & penuriâ conſortij deſiſtant.*

Iuſti à Deo congregãtur, peccatores ſeparat.

Peccatores cur Deus ab inuicem ſeparet.

Mali ſeparari debent ab inuicem.

3

(Non requiram, & non parcam, & non miſerebor ab interitu eorum.) His & iſtiuſmodi ſermonibus aſſurgunt hæretici, dicentes, Vide ne qualis ſit creator prophetarum, & legis Deus quid loquatur? Quomodo poteſt iſte bonus eſſe? Quibus ego exemplis ſatisfaciam, & iudicis boni, pro vtilitate communi quibuſdam non miſerantis, & medici vni membro non parcentis, vt membris omnibus parcat. Sic & Eccleſia eiicit vnum de Eccleſia, vt multos reſeruet incolumes. Deus non vnum hominem, ſed vniuerſum curat Orbem, cæleſtia, atque terrena, & omnia vbique diſpenſat. Et cùm hoc prouideat quod vni commodum ſit, multò magis prouidet quid toti mundo conducat, & hominibus vniuerſis. Prouidet quidem & ea quæ vni expediunt, verùm ita ne illius vtilitas omnium damno ſit. Idcirco & ignis æternus præparatus eſt, & gehennæ, & tenebræ exteriores. Quæ omnia non tam ob eum qui puniendus eſt, quàm propter vniuerſos homines conſtituta ſunt. Audi Salomonem dicentem, [e] *Peſtilente flagellato imprudens callidior erit. Non eum qui flagellatur dixit callidiorem futurum, & ſapientiorem propter caſtigationem ſuam: ſed inſipientem à ſtultitia in prudentiam conuerti propter ſupplicia peſtilentis: Hoc quippe ex ipſo nomine calliditatis ſignificatur.*

Iuſtitia Dei rigor in aliquos peccatorum propter commune eſt vniuerſi humani generis bonum.

Infernus conſtitutus à Deo non tam propter particulares puniẽdos, quàm propter bonũ vniuerſale hominum.

4

Hieronymus. *Dices ergo ad eos, ſiue ad populum, &c. (Omnis lagunculа, ſiue vter implebitur vino, &c.) Non oleo, non aquâ, non melle, non lacte, non aliâ qualibet materiâ liquentis elementi, ſed vino, & ebrietate complebitur, oſtendens, nos vas eſſe fragile, iuxta Apoſtolum dicentem,* [f] *Habemus theſaurum iſtum in vaſis fictilibus: nec poſſe fieri, vt non illud impleatur in nobis, quod ſcriptum eſt,* [g] *Non enim habitat in carne mea bonum, & iterum,* [h] *Non enim quod volo bonum, hoc facio, ſed quod nolo malum, hoc operor.* [i] *Ac deinde, Miſer ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Hac autem ebrietate quâ obliuiſcimur præceptorum Dei, & vitiis atque peccatis, omnis impletur humana conditio, dicente Prophetâ,* [k] *Non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens. Non ad comparationem Dei (vt veteres, & noui hæretici volunt, & patroni hæreticorum) ſed ad ſcientiam eius:* [l] *Homo enim videt in facie, Deus autem in corde: & quod nobis interdum mundum videtur, illius oculis ſordidum deprehenditur: Non ſolùm vulgus ignobile, viliſque plebecula, ſed Reges Eccleſiarum de ſtirpe, ſiue filij Dauid, qui ſedent reſupini, erectâque ceruice, & protento aqualiculo ſuper thronum eius. Sacerdotes quoque ipſi, ſecundus in Eccleſiaſtico honore gradus, & Prophetæ qui videntur habere ſcientiam Scripturarum, & omnes habitatores Ieruſalem pro varietate peccatorum complentur: ſiue Iuda, vt addidêre Sept. Cùmque ebrij fuerint diſperguntur à ſocietate ſui, patreſque à filiis, & filij à patribus ſeparantur, vt diuerſis polluantur hæreſibus, & ſub Chriſti nomine inter ſe digladientur, & dimicent contra matrem ſuam, quæ eos genuit Eccleſiam. Vnde dicit. (Non deſiderabo eos, ſed odio habebo ſempiterno: Non parcam, & non concedam, neque miſerebor:) Non crudelitate ſententiæ, ſed veritate iudicij. Qui enim meos populos trucidarunt, ipſi in æternum peribunt. Poteſt hoc & iuxta hiſtoriam ſimpliciter accipi, quòd Reges Sacerdotes, & Prophetæ, & omnis populus Ieruſalem inebriandus ſit calice Babylonio, & captiuitatis obruendus malis.*

Hieronym.

Homo eſt vas fragile plenũ vino ebrietate malitiæ.

f 2.Cor.4.7.

g Rom.7.18.

h Rom.7.19.

i Rom.7.24.

k Pſ. 142.2.

l 1.Reg.16.7.

Eccleſiæ maximum flagellum.

Hereſeõn multiplicitas ſæpe in vna domo.

Deus nõ parcit quòd ſit crudelis, ſed veritate iudicij in peccatores impœnitentes.

5

Theodoritus. *Sub alia rurſum imagine futura prædicit. (Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, Omnis vter implebitur vino, &c.) Et docens quid ſignificet ebrietas, ſubiungit, (Et diſpergam eos virum, & fratrem eius, & patres eius, filios eius pariter, dicit Dominus.) Ac vt oſtendat firmum, & ineuitabile propoſitum iræ, addidit, (Non deſiderabo, non parcam, non miſerebor à diſſipatione eorum,) Pro, (diſſipationis eorum,) Vltionem ergo vocauit ebrietatem. Qui enim in grauiſſimas calamitates labuntur, ſunt perturbatis ſimiles, qui præ grauitate doloris lugêre nequeunt.*

Theodorit.

Ebrietatis metaphorâ ſignificata diuina vltio.

D.Thom. *(Dices ergo.) Proſequitur ſpecialiter pœnæ ordinẽ. Et circa hoc primò oſtendit imminens periculum, ponens exemplum, (Omnis lagunculа,) id eſt,* qui

D.Thom.

Vino ſignificata tribulatio.

a Isai 41.15.
b Iob 12. 3.
Ebrietate significata cæcitas mentis.
c Isai. 29. 9.
d Ose. 13. 15.
e Prou. 6. 34.
Vinum mysticum aliud bonum, aliud malum, & vtrumque multiplex.

quilibet de populo (vino) tribulationis. Isai. 41. [a] *Triturabis montes, & comminues, & quasi puluerem tolles. Exempli contemptum. (Et dicent) Iob. 12.* [b] *Quis enim hæc quæ nostis ignorat? Et ipsius expositionem, (Et dices ad eos) Quantùm ad cordis cæcitatem, (Ebrietate) vt quid agant ignorent. Isai. 29.* [c] *Fluctuamini, & vacillate inebriamini, & non à vino, &c. Et quantùm ad captiuitatem (& dispergam) ne se mutuò consolentur. Oseæ 13.* [d] *Consolatio abscondita est ab oculis meis, quia ipse inter fratres diuidet. Quantùm ad sententiæ seueritatem (Non parcam, & non concedam) quasi ad mouendum eos, quia obstinati, vel conuincendum, quia apertè mali. Prou. 6.* [e] *Zelus, & furor viri non parcet in die vindictæ, nec acquiescet cuiusquam precibus, nec suscipiet pro redemptione bona plurima.*

Ad finem Comment. in hoc caput 13. Idem D. Thomas, *Nota*, inquit, *quod vinum mysticè aliud bonum, aliud malum. Est enim bonum vinum sapientiæ contemplationis, Prou. 9.* [f] *Bibite vinum, quod miscui vobis. Diuini amoris. Cant. 8.* [g] *Dabo tibi poculum ex vino condito, & multum malorum granatorum meorum. Compunctionis, Psal. 59.* [h] *Potasti nos vino compunctionis. Est autem vinum malum, fraudulentæ deceptionis. Deut. 32.* [i] *Fel Draconum vinum eorum, venenum Aspidum insanabile. Carnalis delectationis. Apoc. 18.* [k] *De vino iræ fornicationis eius biberunt omnes gentes, & Reges terræ cum illa fornicati sunt. Diuinæ indignationis, Apoc. 14.* [l] *Si quis adorauerit bestiam, & imaginem eius, & acceperit charachterem in fronte sua, aut in manu sua bibet de vino iræ Dei, quod mistum est mero in calice iræ ipsius.*

f Prou. 9. 5.
g Cant. 8. 2.
h Psal. 59. 5
i Deut. 32. 33.
k Apoc. 18. 3.
l Apoc. 14. 10.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΚΑΙ ἐρεῖς πρὸς τὸν λαὸν τοῦτον. πᾶς ἀσκὸς πληρωθήσεται οἴνου.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] πάλιν ὑπόδειγμα. ὥσπερ ὁ ἀσκὸς πρὸς τοῦτο γεγένηται, ὥστε πληροῦσθαι, οὕτω καὶ ὑμᾶς ἀνάγκη ἐστὶ λοιπὸν, ὥσπερ πρὸς τοῦτο γενομένους, οὕτω πληρωθῆναι τῆς τιμωρίας. διὰ γὰρ τῶν δύο εἰκόνων δείκνυσιν, οὐχ ὅτι τιμωρεῖται, ἀλλ' ὅτι, μεθ' ὑπερβολῆς, καὶ ἀνιάτως.

Ὀλυμπιοδώρου.] ἀσκοῖς αὐτοὺς παρεικάζει, ἢ διὰ τὸ διὰ κενὸν, καὶ σχῆμα μόνον ἔχειν ἀνθρώπων. ἢ ὅτι εἰ βουληθεῖεν, δύνανται, καὶ αὖθις δέξασθαι θεῖα μαθήματα τὰ τῆς εἰς χριστὸν πίστεως.

Ὠριγένους.] δευτέρῳ χρῆται παραδείγματι τῶν ἀσκῶν. ὅτι πᾶς ἀσκὸς πληρωθήσεται οἴνου, καὶ τοι καὶ ἐλαίου, καὶ ἄλλων ὑγρῶν. τινὲς δὲ καὶ μέμυσι κενοὶ ἐὰν γνῶμεν τὰς τῶν οἴνων διαφορὰς, καὶ τὸ παρὸν ἀληθὲς δειχθήσεται. ἔστιν οὖν οἶνος θυμὸς δρακόντων ἐκ βότρυος πικρίας, καὶ ἄμπελος σοδόμων, ὡς γέγραπται. ἔστι καὶ ἄμπελος αἰγυπτίων, ἣν πατάσσει ὁ θεὸς ἐν χαλάζῃ, ἔστι καὶ ποτήριον κυρίου μεθύσκον, ὡς γέγραπται, κράτιστον. καὶ ἡ σοφία συγκαλεῖ ἐπὶ τὸν ἑαυτῆς κρατῆρα. δεῦτε, λέγουσα, φάγετε τῶν ἐμῶν ἄρτων, καὶ πίετε οἶνον ὃν κεκέρακα ὑμῖν. καὶ πάλιν ἀμπελὼν ἐγενήθη τῷ ἠγαπημένῳ. ἔστι καὶ ἄμπελος σωρὴκ ἐκλεκτή. πᾶς οὖν ἄνθρωπος τροπικῶς χρηματίζων ἀσκὸς οἴνου χωρητικός ἐστι κρείττονος, ἢ χείρονος, ἢ ἀναμὶξ ἀμφοτέρων. καὶ ἢ ἐπίσης, ἢ μᾶλλον, καὶ ἧττον θατέρου. τοῦ μὲν φαύλου δεχομένου τὸ ἐξ ἀμφοτέρων, σοδόμων καὶ αἰγυπτίων, τῶν ἐχθρῶν ἰσραήλ. τοῦ δὲ ἀγαθοῦ τὸν ἐκ ποτηρίου κυρίου, καὶ κρατῆρος τῆς σοφίας. καὶ τῷ μὲν παρέπεται τιμωρία, κατὰ τὸ, λάβε τὸ ποτήριον τοῦ οἴνου, καὶ ἀκράτου τούτου, καὶ ποτιεῖς πάντα τὰ ἔθνη, πρὸς ἃ ἐγὼ ἐξαποστέλλω σε πρὸς αὐτοὺς, τῷ ἱερεμίᾳ φησίν. ᾧ ἐπιφέρει. καὶ πίονται, καὶ ἐξεμέσονται, καὶ ἐκμανήσονται, καὶ πεσοῦνται. τὴν γὰρ κόλασιν οἶνον ἐκάλεσεν ἄκρατον, ὃν πίνουσιν οἱ ἀκράτου κολάσεως ἄξιοι. ἄλλοι δὲ κεκεραμένην

6 Chrysost.
Peccator ve peccator habet relationē ad pœnæ plenitudinem.
Iudæos, & obstinatos peccatores puniendos contra curationem.
Olympiod.
Peccator similis vtri ob veritatem.
Homo quilibet aptus est ad suscipiendas fidei institutiones, si velit diuinæ respondere gratiæ.
7 Origen.
Vinorū multiplex differentia in Sacris literis.
m Deut. 32. 33.
n Psal. 77. 47.
o Psal 22. 5.
p Prou. 9. 5.
q Isai. 5. 1.
r Iere. 2. 21.
Vino vel bono, vel malo, vel mixto moraliter capax est omnis homo.
Vinum prauum quo implentur improbi, est vinum asperrimæ punitionis.
s Iere. 25. 17.
Vino mixto potantur, qui puniuntur pœnis acerbioribus.
t Psal. 74. 9.

Vers. 12. ET *dices ad populum istum: omnis vter implebitur vino, &c.)*

Chrysostomi.] *Rursus exemplum, sicut Vter ad hoc factus est vt impleatur, ita & vos necesse pariter est, veluti ad hoc natos impleri pœnis. Per has enim duas similitudines ostendit, non quòd puniat, sed quòd summè & citra curationem puniat.*

Olympiodori.] *Vtribus eos assimilat, vel propter inanitatem: & humanam tantùm in illis figuram, vel quòd possint, dum velint, diuinas etiamnum recipere fidei in Christum institutiones.*

|| Origenis.] *Secundò hoc vtitur vtrium exemplò quòd omnis vter vino implebitur, sed si vinorum differentias percipiamus, & hoc veritati innixum commonstrabitur.* [m] *Est igitur vinum furor Draconum ex botro amaritudinis, Et vinea Sodomorum, vt scriptum legimus: est & Aegyptiorum* [n] *vitis, quam diuerberat Deus in grandine: est & calix* [o] *Domini inebrians, vt scriptum est præclarissimus: & sapientia vocat ad suum poculum,* [p] *Eia, agite ait, comedite è meis panibus, & bibite vinum quod commiscui vobis, & Iterum.* [q] *vinetum factum est dilecto:* [r] *est vitis Sorec electa. Omnis itaque homo figuratè cùm sit vter, capax est vini melioris, aut peioris, aut mixtim vtriusque, & vel æqualiter, vel magis & minùs alterius. Prauo quidem ex vtroque vinum capiente, Sodomorum videlicet, & Aegyptiorum Israel hostium, probo verò, vinum è Calice Domini & cratere sapientiæ: & hunc quidem consequitur punitio, iuxta illud,* [s] *Accipe poculum vini, & meri huius; & dabis potatum omnibus gentibus ad quas ego te mitto. Ieremiæ ait, quibus adnectit & Bibent, & euoment, & sæuient, & concident: punit is enim vinum vocauit merum, quod pœnâ acerbissimâ digni bibunt. Alij verò dilutam bibunt pœnam, vel meraciorem.* [t] *Nam calix in manu Domini vini meri plenum potione, reclinauitque ex hoc in*

μένην πίνουσι κόλασιν, ἢ καὶ ἀκρατωτέραν. ποτήριον γὰρ ἐν χειρὶ κυρίου οἴνου ἀκράτου, πλῆρες κεράσματος. καὶ ἔκλινεν ἐκ τούτου εἰς τοῦτο. πλὴν ὁ τρυγίας αὐτοῦ οὐκ ἐξεκενώθη. πίονται πάντες οἱ ἁμαρτωλοὶ τῆς γῆς. ἔστι δὲ καὶ ποτήριον εὐλογίας, ὃ πίνουσιν οἱ δίκαιοι. οἷον τὸ τῆς σοφίας, καὶ ὅπερ δίδωσι τοῖς μαθηταῖς εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. ||

[Καὶ ἐρεῖς. ἰδοὺ ἐγὼ πληρῶ. καὶ τοὺς βασιλεῖς αὐτῶν.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] μὴ νομίσητε ἔχειν ἀπὸ προγόνων ἀπολογίαν. τοῦτο μάλιστα ὑμῶν κατηγορεῖ. B

[Καὶ τοὺς ἱερεῖς.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] μὴ νομίσητε ἀπὸ τοῦ ἀξιώματος ἔχειν παραμυθίαν. τοῦτο μάλιστα ὑμᾶς ἀπόλλυσι.

[Κεράσματι.] Ὀλυμπιοδώρου.] τῇ τιμωρίᾳ τῆς ἀδικήσεως.

[Καὶ διασκορπιῶ αὐτούς. καὶ τοὺς πατέρας αὐτῶν. καὶ οὐκ ἐπιποθήσω, καὶ οὐ φείσομαι.] C

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἐπειδὴ γὰρ πολλάκις εἰώθαμεν μετὰ τὴν τιμωρίαν ἐλεεῖν τοὺς τιμωρουμένους, ἐγώ, φησίν, οὐδὲ τοῦτο ποιήσω. κἂν μεγάλη ἡ τιμωρία ἡ γερόντων || ἀναλωμένων. ἀλλ' ἐμὲ τοῦτο οὐκ ἐπικάμψει τὸν φιλάνθρωπον.

|| al. ἀλωμένων.

Ὠριγένους.] τὸ, δὲ οὐ φείσομαι, οὐδὲ οἰκτειρήσω. οἱ ἀπὸ τῶν αἱρέσεων ἐπεμβαίνουσι τῷ δημιουργῷ, καὶ τῷ τῶν προφητῶν θεῷ, ἀγνοοῦντες πόσον ἀγαθὸν τιμωρηθῆναι τοὺς ἁμαρτάνοντας, καὶ αὐτοῖς, καὶ τοῖς ἄλλοις, ὡς μὴ διὰ πάντων δοθῆναι τὴν λύμην, ὡς ἐκ μέλους νενοσηκότος, ἅπαν τὸ σῶμα. D διὸ καὶ δικασταὶ κολάζει, καὶ τέμνουσιν ἰατροί.

A *in hoc, attamen Lex ipsius non est euacuata, bibent omnes peccatores terræ. Est verò & poculum benedictionis, quod bibunt iusti, quale est illud Sapientiæ, quodque discipulis in remissionem peccatorum*[a] *exhibuit.* ||

Vino benedictionis sapientiæ & sanguinis Christi potantur iusti.
a Matth. 26. 28.

Vers. 13.] *Et dices, &c. Ecce ego impleo, &c. & Reges eorum, &c.*

8 Chrysost. *Parentes bonique maiores pœna faciũt nos magis obnoxios si in peccatis persliterimus.*

Chrysostomi.] *Ne putate maiores vestros fore vobis defensioni. Hoc vos magis obnoxios facit.*

(*Et Sacerdotes, &c.*)

Chrysost. *Dignitatum gradus impiis maiori sunt damnationi.*

Chrysostomi.] *Nolite putare fore vobis solatij dignitatem, hoc potiùs in vestram tendit perniciem.*

(*Ebrietate.*) Olympiodori.] *Punitione iniustitiæ.*

Olympiod. *Ebrietate designata punitio.*

Vers. 14.] *Et dispergam eos, &c. Et patres eorum, &c. Non desiderabo, & non parcam, &c.*

Chrysostomi.] *Nam quia sæpe misereri eorum solemus, qui pœnas luerunt; Ego inquit id quoque non faciam. Et licet ingens pœna sit, Senes absumi, me tamen qui misericors sum, id non flectet.*

9 Chrysost. *Indignationis diuinæ egregia descriptio.*

Origenis.] *Non parcam, & non miserebor. Hæretici hic insurgunt in creatorem, Prophetarumque Deum, ignorantes quantum sit bonum & sibi & aliis Peccantes puniri, ne serpat veluti ex membro malè affecto corruptela in totum corpus: idcircò & Iudex punit, & secant medici.*

Origen. *Peccatores irremissibiliter puniens Deus haud dicendus crudelis & malus. Punitio impiorum bona, & conferens ad vtilitaté totius humani generis.*

Ver. 15.] Audite, & auribus percipite. Nolite eleuari, quia Dominus locutus est.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

1

b Audite & auribus percipite, Nolite eleuari, quia Dominus locutus est.

2

Q Vapropter[b] *moneo ipse vos Propheta vester, vt auribus, & mente praexposita Dei verba percipiatis, & nullatenus aduersùs ea superbientes in vestra confidatis prudentia, in robore, in munimine, in opibus, in auxiliis, per quæ inaniter eleuamini. Audite, & intendite in ea quæ eloquar. Ne vos ita reputetis sapientes, vt arbitremini, opus non habere à Prophetis doceri, quicquid enim dixi, ac dixero, Dei est qui in me est locutus.* E

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1

Non confidendum femet contra Dei minas.

A *Vdite, &c.*) Hucusque Propheta ex F persona Domini, iam nunc in persona propria eosdem monet Iudæos, vt præxpositorum Domini verborum rationem eam habeant, vt nullatenus aduersùs ea superbientes de sua confidant prudentia, deque robore, munimine, opibus, auxiliis, & cæteris, per quæ inaniter eleuabantur. Hunc puto germanum quoad literam præsentis sententiæ sensum. Communiter tamen alij arbitrantur hæc ad sequentia potiùs pertinere, quorum attentionem priùs persuadere Iudæis obnitatur alioquin superbis, Prophetarumque verba contemnentibus, vt habes in Paraphrasi num. 2. *Ne sitis superbi* exponit Maldonatus, *sed humiliter, & submissè audite verbum Domini: superbia enim est audire nolle.* Ita cum subsequentibus hæc ipsa iungit Andreas Cappella, vt censeat, & ipsa pertinere ad suasionem conuersionis, & pœnitentiæ; conuersionis enim initium ab humilitate inquit, est.

Superbia est nolle audire monentes.

Ioan. Mald. *Ab humilitate initium suscipit conuersio.* Andr. Capp.

Vide Expositionem Moralem, & Appendicem Patrum huius vers. post expositionem primam Vers. 16.

Vers. 16.] Date Domino Deo vestro gloriam antequam contenebrescat, & antequam offendant pedes vestri ad montes caliginosos: expectabitis lucem, & ponet eam in vmbram mortis, & in caliginem.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

D Vm[c] *adhuc tempus est, per veram resipiscentiam, perque bonorum operum studia date Deo vestro gloriam, neque ab hoc vlla vos remoueat vel incredulitas, quâ eiusdem Dei non credatis minis, vel superbia quâ in vobismetipsis, aut in humanis confidatis auxiliis: Quin potius & per fidem Deum glorificate,*

c Date Domino Deo vestro gloriam.

ficate, & per humilem vestri recognitionem eidem gloriam afferte, ipsum vnum agnoscentes, atque fatentes afflictionum datorem, ac ab iisdem liberatorem. Antequam [a] *is comminatas in vos immittat calamitates, tenebrisque offundamini miseriarum, quando tales erunt tribulationes, vt cùm primas fugere tentaueritis, in vehementiores offensuri sitis, acerbiores, ac ineuitabiliores, tenebris iis planè similes, eique caligini, quæ montium instar elata sit celsissimorum. Et antequam captiui in Babylonem, eiusque regionis oppida, & vrbes abducti in difficillimas, perarduas, & grauissimas impingatis afflictiones.* [b] *Illud vobis certo denuncio, quòd si prosperorum expectetis lucem, eam conuertet Deus in tenebras, miseriasque tales, quales in morte contingere solent omnium terribillima; in caliginem inquam ei propemodum similem, quæ mortuis & intra sepulchra est mortuorum.*

1 *a Antequam contenebrescat: & antequam offendant pedes vestri ad mõtes caliginosos.*

2 *b Expectabitis lucem, & ponet, eam in vmbrã mortis, & in caliginem.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

D*Ate Domino Deo vestro gloriam.* Non ignoro frequentem in Scriptura Hebræis hanc esse loquendi formulam, quâ quidam asserunt obligari solitos homines Sacramenta ad fatendam rei veritatem, de qua interrogantur; per eam videlicet loquendi rationem admonitos stare se coram Deo, cuius reuereri, & pauere debeant maiestatem, ipsâ alioquin veritatis confessione glorificatam, vt omniscium, prout manifestè colligitur ex iis Iosue verbis, quibus in hunc modum Achan, qui de anathemate fuerat furatus, allocutus est, [c] *Fili mi da gloriam Domino Deo Israel, & confitere, atque indica mihi quid feceris, ne abscondas.* Quo sensu & id exponunt, quod in Ioannis Euangelio ad cæcum à Christo illuminatum dixêre Iudæi, [d] *Da gloriam Deo, Nos scimus quia hic homo peccator est. Sic dicebant*, inquit, Ioannes Maldonatus super Ioannem, *Da gloriam Deo, sicut Hispanus iudex dicit, Pone istic manum tuam, cruce porrectâ, & Gallus, Tolle manum, quasi per Deum iuraturus.* Pro quo facit id quod & in cap. 4. & in cap. 12. Prophetæ nostri notauimus, nullo externo signo magis Dei cultores illius contestari gloriam, quàm iuramento in ipsius nomine.

2 *Adiurandi formula antiqua, Da gloriã Deo.*

c Iosue. 7. 19.

d Ioan. 9. 24.

Ioan. Mald.

Quicquid de hac sit sententia, à qua parum distat quod alij circa eamdem asserunt formulam (*Da gloriam Deo,*) in vsu scilicet eam extitisse Iudæis, quando ab aliquo simpliciter veritatis confessionem exigebant, vt tantumdem sit (*Da gloriam Deo,*) ac Confitere veritatem, significantes Deum maximè in veritate manifestanda glorificari. Generaliorem tamen illam apud eosdem Iudæos fuisse ego non dubito. Nec in prædictis sensibus hoc loco à Ieremia crediderim vsurpatam, sed triplici potiùs aliâ ratione antecedentibus, & consequentibus magis congruâ. Per eam siquidem Iudæos ipsos ad tria excitauit, quibus Deum glorificarent, dum adhuc opportunum esset tempus, & ad fidem præexpositis illius verbis præstandam: & ad sui animi demissionem apponendam superbiæ, de qua mox dixerat, *Nolite eleuari:* & ad pœnitentiam, rectamque viuendi rationem amplexandam. Quia enim in vers. 14. dictum à Domino fuerat, *Non parcam, & non concedam, neque miserebor vt non disperdam eos,* Ne per ea in desperationem laberentur, modum subindicat, quo intelligenda ea essent, illum planè, quem & nos supra tetigimus, nempe ex suppositione, dato quòd illi à pristina minimè resipiscerent viuendi ratione, prout contigit. Simulque in tantum malum remedium quod in eorum adhuc libera erat potestate, ostendit, nempe resipiscentiam ipsam. Quod remedium & Dominus, vt eidem populo exponeretur sæpius præcepit, Sed præsertim in cap. 18. vbi ait, [e] *Nunc ergo dic viro Iuda, & habitatoribus Ierusalem, dicens: Hæc dicit Dominus Ecce ego fingo contra vos malum, & cogito contra vos cogitationem: reuertatur vnusquisque à via sua mala, & dirigite vias vestras, & studia vestra.* Quod autem per resipiscentiam, bonaque opera peregregio modo detur eidemmet Deo gloria, ex Christi Iesu verbis colligere est, quibus in Euangelio ait, [f] *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cælis est.* Ad quam lucem opponuntur tenebræ, de quibus mox Ieremias hîc subiicit, *antequam contenebrescat*, &c. vt paulò post videbimus.

3 *Veritatis manifestatione glorificatur Deus.*

Immisericordem erga fideles aliquos quomodo se asserat Deus.

e Ierem. 18. 11.

Per pœnitentiam, & bona opera glorificatur Deus.

f Matt. 5. 16.

Quia verò omnis Iudæorum impœnitentiæ causa ex duplici erat capite, & quòd fidem iis quæ prænunciata fuerant minimè præstabant, vnde opus fuit vt Propheta illis diceret, *Audite & auribus percipite;* [g] *fides enim ex auditu*, cuius fidei & obiectum in his addidit, (*Quia Dominus locutus est:*) Et quòd superbè in semetipsis, humanisque nimium confidentes auxiliis Deum nequaquam cognoscerent, cuius vnius percutere esset, atque sanare: mortificare, & viuificare, vnde & dicebat, (*Et nolite eleuari, quia Dominus locutus est*) mala scilicet exposita: tam ad ipsam fidem eos hortatur, quàm ad humilem sumet, ac Dei cognitionem vnâ eademque locutionis formulâ ista (*Date gloriam Deo.*) Porrò quòd per fidem præcipuâ ratione detur Deo gloria, testis est Apostolus Paulus, qui de fidei patre Abraham agens in epistola ad Romanos ait, [h] *In repromissione etiam Dei non hæsitauit diffidentiâ, sed confortatus est fide, dans gloriam Deo, plenissimè sciens, quia quæcumque promisit, potens est & facere.*

4 *Impœnitentiæ causa infidelitas, & superbia.*

g Rom. 10. 17.

Per fidẽ gloriam Deo damus.

h Rom 4. 20.

Quòd autem humilia de se sentientes, Deumque agnoscentes afflictionum datorem, & ab iisdem liberatorem præstantissimo pariter modo eidem Deo dent gloriam, ex iis patet Sacerdotum, ac diuinorum Philisthinorum verbis, quibus ad ipsos dixêre Philisthiim, [i] *Iuxta numerum prouinciarum Philisthinorum quinque anos aureos facietis,* &c. *Et dabitis Deo Israel gloriam: si fortè releuet manum suam à vobis*, id est. Sic humiliter recognoscetis Deum Israel huius vestræ calamitatis, & pœnæ auctorem, & qui solus ab ea vos queat eruere. Quo sensu & supracitatum Euangelij locum ad cæcum natum interpretantur & Ioan. Chrysostomus homil. 57. in Ioannem, & Gregorius Papa in caput 2. libri 1. Regum. [k] *Da gloriam Deo, Nos scimus quia hic homo peccator est,* ac si dicatur, Recognosce hoc opus mirabile à Deo acceptum, non ab homine, qui talia patrare nequit; nam nobis certò constat, istum esse peccatorem. Porrò cùm iuxta libri Ecclesiastici auctorem. [l] *Magna sit potentia Dei solius, & ab humilibus honoretur,* præsens Ieremiæ consilium. (*Nolite eleuari, date gloriam Deo,* &c.) illud ipsum esse censendum, quod aliis verbis dedit Apostolus Petrus fidelibus, dicens: [m] *Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam: Humiliamini igitur sub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore visitationis.*

Per humilitatem optimè Deum glorificamus.

i 1. Reg. 6. 4.

k Ioan. 9. 24.

l Eccl. 3. 21.

m 1. Petr. 5. 5.

(*Antequam contenebrescat.*) Hebr. (*Antequam tenebrescere faciat*) ipse scilicet Deus. Quamuis ad assumptam superiùs à Domino metaphorã ebrietatis, quâ ingentem calamitatem copiam Iudæis com

5 *Ebrietatis & calamitatũ duo effectus in impiis.*

comminatus est vnà cum mentis cæcitate, alludere & hæc queant, vt ex præcipuis duobus eius affectibus ipsa designetur ebrietas ex qua tenebrarum offusio, summa ignorantia, & inobuia quæque offensio, vt in montes caliginosos: faciliùs tamen, & meliùs iuxta communem sensum, tenebrarum nomine absque alia allusione ipsas designatas accipies calamitates, & afflictiones, ac tribulationes. Ac si dicatur, Date Deo gloriam, (vt supra explicatum est) antequam is comminatas in vos immittat calamitates, seu, Antequam in captiuitatem abduci vos faciat, iuxta illud Thren. 3. [a] *Me minauit, & adduxit in tenebras, & non in lucem.* Frequentissima est autem metaphorica ista ærumnarum descriptio in Sacris literis tenebrarum nomine, quam & explicatam habemus ad finem capitis quinti Isaiæ vbi dicitur. [b] *Aspiciemus in terram, & Ecce tenebræ tribulationis, & lux ob tenebrata est in caligine eius.* Quibus postremis verbis ratio attingitur à priori, cur ista vsurpata sit metaphora; quia cùm tenebræ sint priuatio lucis, adeóque & gaudij omnis, iuxta illud Tobiæ, [c] *Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumen cæli non video?* profectò eædem & summa omnium sunt calamitatum, ita vt tamquam primum analogatum meritò & reliquas designent tribulationes vniuersas. Et certè experientiâ comprobamus, per afflictiones internis quibusdam nos offundi tenebris; & cùm in externis tenebris nos esse contigerit, ipsâ duntaxat tenebrarum obscuritate opprimi tristitiâ, non modicâ; Adeo vt vel ob hanc rationem infernus calamitatum, tristiumque omnium locus in Matthæi Euangelio tenebræ vocetur exteriores, [d] *Eiicientur*, seu, [e] *Mittite eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus, & stridor dentium.* Quamuis enim ibi plura sint tormētorum, & cruciatuum genera, designata per ea duo, fletum, & stridorem dentium; quod tamen loco illi nomen indidit, ipsæ externæ sunt tenebræ, internarum tenebrarum & afflictionum in damnatorum animis causæ. Quod nomen explicatum habemus in libro Iob, vbi ait vir ille, [f] *Antequam vadam ad terram tenebrosam, & opertam mortis caligine, terram miseriæ, & tenebrarum, vbi vmbra mortis, & sempiternus horror inhabitat.*

a Thren. 8. 11. — *Tenebræ appellatæ tribulationes, & calamitates, & cur.* — b Isai. 5. 30. — c Iob. 5. 12. — *Infernus cur appellatus tenebræ exteriores.* — d Matth. 8. 12. — e Matth. 22. 13. — f Iob. 10. 21.

6 (*Et antequam offendant pedes vestri ad montes caliginosos.*) Facilis, iudicioque meo probabilior istorum verborum sensus est, vt iuxta frequentissimum Sacrarum literarum morem, idipsum quod mox dictum fuit, *Antequam contenebrescat*, & hîc pariter repetatur, sed cum epitasi: hyperbolicâ siquidem simul & metaphoricâ locutione id quod mox simpliciter de instantibus dicebatur calamitatibus tenebrarum metaphorâ designatis, amplificatur vehementiorum atrociorumque denunciatione afflictionum, quæ nullatenus queant superari, sicut superari non possunt tenebræ maximæ, ac caligo quæ montium instar in altum elata sit, (*Montes* dicit *caliginosos*) & Græcè ὄρη σκοτεινά. (*Montes tenebrosos*) quod in Hebr. est. (*Montes* נשף *nascieph*, id est, *crepusculi*) vt vertit Regia, seu (*tenebrarum*) vt interpretatur Rabbi Dauid. Habent autem peculiarem in hac amplificatione vim & verbum offendendi, & quòd offensionis pedum præcipuè fit mentio. Hebraicum enim verbum נגף *nagaph*, ita impingere significat, & percutere, vt simul & offensam denotet vel per vulnus, vel per contusionem, adeóque & dolorem; Quæ pedibus euentura dicuntur, quibus cursu fuga arripitur: vt significetur, tunc temporis tales futuras tribulationes, & calamitates, vt cùm primas fugere Iudæi tentarint, in vehementiores sint offensuri, & acerbiores, ac ineuitabiliores. Ioannes Maldonatus montes non metaphoricè, sed propriè sumens, ita hæc pariter de fuga interpretatur, Antequam fugitiui per montes tamquam in tenebris oberretis, nescientes quò vos conferatis, aut quid capiatis consilij, vt sit quid ei simile, quo in Ioannis Euangelio dicitur à Christo Domino, [g] *Ambulate dum lucem habetis:* [h] *Veniet nox, quando nemo poterit operari.*

Tribulationes magnæ significatæ nomine montium caliginosorum. — Io. Maldon. — g Ioan. 12. 35. — h Ioan. 9. 4.

7 Communiter tamen metaphoricè iidem sumuntur. Et quidem per eos aliqui putant designatam Ægyptum, Ac si dicatur, Antequam in perniciem vobis cedat arrogantia vestra, vanaque confidentia, quâ auxilium ab Ægyptiis expectatis. Cur autem montium caliginosorum vocabulo designata sit Ægyptus, non explicant qui hanc referunt præsentis sententiæ interpretationem. Dicerem, montes eam appellatam vel propter celsitudinem ædificiorum, vel propter imperij sublimitatem, vel propter munitissimas quæ in ea erant ciuitates, non quidem realiter in montibus, sed ita fortes, ac si supra montes extructæ essent: Caliginosos verò, seu tenebrosos, aut tenebrarum, vel propter superstitionum tenebras, quibus maxime oppleta erat, vel propter horribiles, palpabilesque tenebras illas, in quibus à Iudæis fuit relicta, cùm ex ipsa egrederentur, & propter celebres illas tenebras, quæ per Moysen in eam à Domino immissæ fuerunt. Quamquam non desint qui arbitrentur etiam secundùm nominis ethymologiam Ægyptum tenebras sonare, Vnde Apollinarius antiquissimus auctor pro Ægypti vocabulo tenebras posuit, quum metrice primùm vers. Psalmi 113. [i] *In exitu Israel de Ægypto.* sic reddidit, *Fortis Israel quando venit ex tenebris.* Hoc certum est, primùm quòd, vt ait Eusebius Cæsariensis in Chronico, illi Græcum extitit nomen Ἀερία Aëria caliginem sonare. Parui nihilominus apud me id est momenti, cùm etymon spectari potiùs debeatur nominis illius, quo apud Hebræos ea vocabatur מצרים *mizraim*, quod tribulationem, coangustantem sonare asserit Hieronymus lib. de nominibus Hebraicis. Ad quod allusum aptius dici potest, vt montes tenebrarum, id est tribulationum, angustiarumque dicta & Ægyptus sit, quomodo mox tenebrarum metaphorâ ipsæ designatæ fuêre calamitates, tribulationes, & afflictiones, (*Antequam contenebrescat.*)

Ægyptus appellata montes caliginosi. — *Montium caliginosorum nomen cur tributum Ægypto.* — *Ægyptus tenebras designat secundùm etymon.* — Apollinarius — i Psal. 113. 1. — Euseb. Cæs.

8 Communiori tamen sensu non tam Ægyptus, quàm Babylon significata desumitur in verbis istis (*Et antequam offendant pedes vestri ad montes caliginosos*) Vt sensus sit, Et antequam captiui in Chaldæam ac Babylonem magnâ abducamini afflictione, sitque allusio ad confusionis tenebras, iuxta significatum nominis Babel confusionem designantis. Cæterùm cùm constet, Babylonem nequaquam in montibus, sed in planitie sitam in campo scilicet Senaar, vt dicitur in cap. 10. [k] Genesis, montes eam nuncupatam inquiunt vel ob superbiæ elationem, vel ob imperij celsitudinem, vel ob munitionum, & ædificiorum altitudinem. Hoc certum est, & apud Isaiam de ipsa Babylone dictum. [l] *Super montem caliginosum leuate signum,* & apud Ieremiam nostrum infra cap. 51. [m] *Ecce ego ad te mons pestifer*, seu *corrumpens, ait Dominus, qui corrumpis vniuersam terram.* Et quidem quomodo mons dicatur pestifer, aut corrumpens suo loco explicabimus Deo fauente. Cur verò mons dicatur caliginosus pluribus rationibus enoda

Babylon appellata montes caliginosi, & cur. — k Gen. 10. 10. — l Isai. 13. 2. — m Ierem. 51. 25. — *Propter hortos pensiles Babylon dicta montes caliginosi.*

enodatam videre potes in Comment. ſuper eum A Iſaiæ, necnon & ſuper iſtum Ieremiæ locum Gaſparis Sanctij, inter quas ea quam vltimò is affert auctor, Babylonem ita nuncupatam propter altos qui in illa mirabili opere extructi à Rege Nabuchodonoſor fuerant penſiles hortos, haud extremo loco habenda, præſertim quoad præſentem Ieremiæ ſententiam, vbi non (*mons caliginoſus*, Sed *montes caliginoſi*) ipſa dicta eſt Babylon, quòd tot videlicet in ea viderentur montes, quot iſtiuſmodi in illa conſpicerentur penſiles horti, qui & caliginoſi dicerentur, vel ob iuges vapores qui ex B eorum aſcendebant irrigatione, aut ob denſas nebulas excitatas ex decurrente per varios riuos in ciuitate Euphratis flumine, vel quia à longè nubes iidem ſuâ videbantur attingere celſitudine. De quibus montibus legere eſt apud Ioſephum lib. 10. Antiquit. cap. 13. vbi hæc habet, *Moles ſaxeas fornicibus ſuſpendit*, ſcil. Rex Nabuchodonoſor, *montium ſpeciem referentes. Supernè conſitas variis arborum generibus.* Quicquid tamen de his ſit hortis pro miraculo à variis deſcriptis auctoribus: Si Babylonem caliginoſorum montium nomine deſignatam cum communiori hac expo- C nendi ratione ſumere quis velit, aptiùs, & fortaſſe veriùs eamdem eius nominis deſumet rationem, quam & ſupra attuli vltimam, cur ſic item & Ægyptus dicta ſit, vt alluſio ſit ad tenebras calamitatum, & tribulationum; quibus nedum in vrbe, ſed & in tota regione Babyloniæ miſeri affligendi erant Iudæi, de quibus & mox generaliter dicebatur, *Antequam contenebreſcat.* Quod confirmant quæ ſequuntur.

Gaſpar Sanctius.

(*Expectabitis Lucem, & ponet eam in vmbram mortis, & in caliginem.*) Quamuis enim qui per montes caliginoſos Ægyptum deſignatam acci- D piunt, & hæc ad ſpem referant opis Ægyptiorum, quæ inanis re ipsâ comperta eſt, cùm & ante Chaldæos per ipſos maximopere Ægyptios poſt Regis Ioſiæ necem, & quando poſt euerſam Ieruſalem à Chaldæis ſe in Ægyptum contulere, eodem loco pariter à Chaldæis attrociſſima Iudæi paſſi ſunt. Generalior tamen propoſitio iſta ei ferè eſt ſimilis, quæ iidem Iudæi abſque metaphoris ſupra in cap. 8. dixêre, [a] *Expectauimus pacem, & non erat bonum: tempus medelæ, & ecce formido.* Quamquam eaſdem metaphoras, itidem Iudæi ad idipſum ſignificandum vſurparunt apud Iſaiam dicentes, [b] *Expectauimus lucem, & ecce* E *tenebræ: ſplendorem, & in tenebris ambulauimus*: Lucis ac ſplendoris conſuetâ ſcripturæ metaphorâ proſpera deſignantes, iuxta id Prouerbiorum, [c] *Iuſtorum ſemita quaſi lux ſplendens procedit*, id eſt, omnia illis fauſta, & læta, ac proſpera ſunt, quod apertè in primo Pſalmo dicitur, [d] *Omnia quacumque faciet proſperabuntur.* Sicut è veſtigio impiis omnia dicuntur eſſe infauſta calamitatum, afflictionumque grauiſſimarum plena, ſub tenebrarum, & obſcuritatis metaphorâ, [e] *Via impiorum tenebroſa, neſciunt vbi corruant.* Quod expreſſiùs apud Iſaiam ſignificarunt, qui præallatis ſubiece- F runt, [f] *Palpauimus ſicut cæci parietem, & quaſi abſque oculis attrectauimus: impegimus meridie quaſi in tenebris, & in caliginoſis quaſi mortui*, peregregiâ ſanè tenebrarum maximarum periphraſi, inſignibuſque & variis alluſionibus ſumma deſcribentes quæ ſubierunt pericula, grauiſſimas afflictiones, acerbiſſimaſque in quas inciderunt calamitates. Quas & Propheta noſter modicis hiſce conteſtatus eſt verbis.

a Iere. 8. 15. *Lucis metaphorâ ſignificata proſpera.*
b Iſai 59. 9.
c Prou. 4. 18.
d Pſal. 1. 3. *Tenebrarum metaphorâ ſignificata infauſta & aduerſa.*
e Prou. 4. 19.
f Iſai. 59. 10.

10 (*Et ponet eam in vmbram mortis, & in caliginem.* Ponet ſcil. Deus, & conuertet eam quam vobis promittebatis proſperorum lucem, quámque expectabatis pacem, ac bonorum fœlicitatem in tenebras, miſeriáſue tales, quales in morte contingere ſolent, quam omnium terribilium appellat Philoſophus, in caliginem inquam, ei propemodum ſimilem, quæ mortuis eſt, & intra ſepulchra, quâ certè in hoc mundo nulla eſt maior, iuxta illud quo idipſum deflens ipſemet Ieremias in Threnis dicet, [g] *In tenebroſis collocauit me, tamquam mortuos ſempiternos.* Vtitur autem hoc loco ad tenebrarum amplificationem conſuetâ Sacrarum literarum phraſi (*Vmbræ mortis*,) quâ veluti prouerbio & ſumma diſcrimina Hebræi deſignant, & deploratiſſimas ærumnas, & tenebras obſcuriſſimas: vel quia morientium, aut iam defunctorum caligo & obſcuritas omnium (vt iam dictum eſt) tenebrarum extrema eſt, & ſuprema: vel quia tenebræ ipſæ metum afferunt mortis: vel quia eædem tenebræ mortis referunt ſpeciem, quæ ſicut vitæ, ita & omnis luminis eſt priuatio: vel denique ob laruas, quas in tenebris ſæpius pati contingit, quæ mortis repræſentant imaginem, & ſimilitudinem, vt ex Hebraicò plerique colligunt nomina צלמות *tzalmaueth*, id eſt vmbra, imago, & ſimilitudo mortis, cùm vox צלם *tzelem*, hæc omnia ſignificet. Propter quas laruas de Ægyptiis in tenebris detentis dicitur. [h] *Timore perculſi, illius quæ non videbatur faciei, æſtimabant deteriora eſſe quæ non videbantur.*

g Thren. 3. 6. *Vmbra mortis nomine cur deſignata ſumma tribulationes, & diſcrimina.*
h Sap. 17. 6.

Verſ. 15.] Audite, & auribus percipite, &c.

Verſ. 16.] Date Domino, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

Prædictis non obſtantibus, adhuc ſpem habere ſe indicat Propheta ſanctus remiſſionis, & comminatæ pœnæ temporalis. Quam ſpem inconcuſſam etiam in tormentis, calamitatibuſque grauiſſimis ſeruaturum ſe ſemper ſignificauit B. Iob, cùm diceret, [i] *Etiam ſi occiderit me*, ſcil. Deus, *in ipſo ſperabo; verumtamen vias meas in conſpectu eius arguam: & ipſe erit Saluator meus.* Exinde autem tam ſtabilem ſe habiturum aſſerit ſpem, quòd per pœnitentiam ſua coram illo redargururus ſit vitæ ſtudia, qui pœnitenti ſic adeſt propitius, vt propterea Saluatoris indirum habeat nomen. Noſter quoque Propheta tribus innixâ, ſuam indicat ſpem, quam & eadem ratione in quorumcúnque fidelium ingerere ſatagit animum, primò, ſi in priſtinum locum reſtituatur obedientia, quâ verba Dei & auditu percipiantur, & executioni mandentur, (*Audite, & auribus percipite*) vt ſcilicet mente percepta implere ea ſtudeatis. Secundò, ſi omnis abſit ſuperbia aduersùs Deum, aut præſumptio in ſemet, (*Nolite eleuari:*) & tertiò, vt id ob oculos habeatis mentis, quod qui prædicta protulit, & comminatus eſt, Dominus eſt, Hebraicè *Iehouah*, quod nomen ſicut eſſe, ita & bonitatem ſignificat, & benignitatem, quâ & communicatum creaturis ſuis ſeruare contendit eſſe, & bonum, adeóque *& quum iraſcitur*, [k] *miſericordiæ recordatur.* Porrò ſecuritas iſtius ſpei quæ his tribus nititur, optima eſt Dei glorificatio, quæ iuxta Iſaiæ dictum [l] *exaltatur parcens*: id eſt quando parcit. Hocque iuxta moralem

11 *Spes obtinendæ à Deo remiſſionis pœnæ etiã temporalis qualiter habeatur à Sanctis.*
i Iob. 13. 15.
k Habac. 3. 2. *Spes in Dei miſericordia eſt optima eiuſdem Dei glorificatio.*
l Iſai. 30. 18.

moralem hunc sensum illud est, quod hîc post præexposita addit Propheta. (*Date Domino Deo vestro gloriam,*) nam misericordia Dei in qua spectatur, gloria ipsius est Dei, qui exaltatur parens, sicque gloriam Dei illam appellasse visus est & Paulus Apostolus, quum dixit, [a] *Omnes peccauerunt, & egent gloriâ Dei*, id est misericordiâ, quâ Deus maximè gloriosum se censet, vt perfectionum suarum præstantissimâ. Quòd si sensus iste nimis videatur subtilis, & à litera alienus, vtamur hac sententiâ moraliter in exhortationem ad non procrastinandam pœnitentiam, & ad citò faciendam peccatorum confessionem, quâ gloria Deo datur, & laus. Quod peregregiè probat Augustinus enarratione in Psalmum 94. dicens, *Quare maximè pertinet ad laudem Dei, quando confiteris peccata tua? Quia tantò plus laudatur medicus, quantò plus desperabatur infirmus. Confitere itaque peccata tua, quò magis desperabas de te propter iniquitates tuas. Tantò enim maior laus est ignoscentis, quantò maior exaggeratio est peccata confitentis. Cùm peccata nostra cognoscimus, Dei gloriam commendamus.*

Misericordia est Dei gloria.

a Rom. 3. 23.

Confessione peccatorum damus Deo gloriam.

Augustinus.

12

Confessio non differenda post admissum peccatū.

(*Antequam contenebrescat, & antequam offendant pedes vestri ad montes caliginosos.* Duobus modis interpretari hæc possunt, iuxta eumdem moralem præcedentium sensum. Primò, vt ad subitam per ea excitemur confessionem statim ac commoditatem (vt inquiunt) habeamus Confessarij, quia alioquin duo nobis metuenda sint grauissima, quæ persistentibus in peccato solent obuenire, obtenebratio, & offensio pedum ad montes caliginosos, ex quibus, seu per quæ duo fit, vt in pro fundum decidatur malorum. (*Antequam contenebrescat.*) Notum est in Sacris literis tenebrarum nomine designari peccatum, dicente Ioanne in sua Catholica, [b] *Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt vllæ. Si dixerimus, quoniam societatem habemus, & in tenebris ambulamus, mentimur.* Quod postmodum declarans subiicit, [c] *Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus.* Tenebræ autem benè ea dicuntur, quæ luce nos priuant diuinæ gratiæ. Cæterùm quia quando quis iustus in aliquod mortale incidit peccatum, tametsi prædictæ expers redditus sit lucis gratiæ Dei, adhuc tamen aliquid habet luminis diuinæ cognitionis, quâ & peccati admissi dignoscit grauitatem, fœditatemque, & à se offensum ob oculos habet Deum, cuius & timore suam percelli aduertit conscientiam, & excitari, vt currat ad confessarium. De quo lumine id aptissimè intelliges, quod in Euangelio dictum legis à Domino, [d] *Adhuc modicum lumen in vobis est. Ambulate*, scil. ad pœnitentiam, & confessionem, *dum lucem* prædicti scil. luminis, licet perexigui *in vobis est, vt non vos tenebræ comprehendant: & qui ambulat in tenebris nescit quò vadat.* Idcirco & per Prophetam hîc dicitur, (*Antequam contenebrescat*) quod idem est, ac si diceretur, Antequam, deficiente modico eo, quod adhuc in vobis est reliquum lumen, tenebræ vos comprehendant cæcitatis mentis, quibus offusi per scelerum multiplicium ambulantes viam, quam Salomon [e] dicit tenebrosam, nesciatis quò demum tendatis præcipitij. Porrò quia ex frequentatis peccatorum actibus semper maior fit additio tenebrarum, & ipsius cæcitatis mentis, & eorumdem peccatorum, quibus vitiosi consurgunt habitus, propter dictam tenebrarum accessionem continuam montes tenebrosi appellati ac caliginosi, bene adiectum hîc est, dandam Deo gloriam per citam confessionem (*Antequam offendant pedes ad montes caliginosos,*) id est ne post amissum modicum quod superfuerat lumen, postque mentis cæcitatem viam occupantem studiorum nostrorum: pedes affectuum in vitiosos impingentes habitus, & per illos vehementer lædantur, & ipsos superare minimè queant.

Tenebrarum nomine designata peccata.

b 1. Ioan. 1. 5.

c 1. Ioan 1. 8.

Ex confessionis dilatione causatur plerumque cæcitas mentis.

d Ioan. 12. 35.

e Prou. 4. 19.

Ex dilatione confessionis causatur sæpe habitus vitiosi.

Quòd si ad eos habita hæc velimus, (*Date Domino Deo vestro gloriam antequam contenebrescat,* &c.) quos deterrere studemus à dilatione pœnitentiæ, & confusionis vsque ad mortem, quod vtinam plerique non facerent fidelium, etiam eorum, qui pro forma (vt dicitur) & fictè confitentur, ne Ecclesiasticis innodentur censuris. In quorum explicationem faciunt quæ in lib. Ecclesiastici sic habentur, [f] *Non demoreris in errore impiorum, ante mortem confitere. A mortuo quasi nihil perit confessio.* Quæ tametsi de confessione laudationis Dei communiter intelligantur, iuxta illud Psalmi, [g] *Non mortui laudabunt te Domine*; rectè tamen & de confessione peccatorum accipiuntur ab Augustino Serm. 8. de Verbis Domini qui postrema verba sic legens, *A mortuo quasi qui non sit, perit confessio* subdit post aliqua. *Siue ergo nos accusemus, siue Deum laudemus, bis Deum laudamus: si piè nos accusamus, Deum vtique laudamus. Quando Deum laudamus, tamquam eum qui sine peccato est, prædicamus. Quando autem nos ipsos accusamus, ei per quem resurreximus gloriam damus.* Hæc Augustinus ad rem nostram. Vnde quod in Vulgata legimus (*A mortuo quasi nihil, perit confessio*, rectè intelliges prout exponit Hugo Cardinalis. Ac si dicatur, Ægrotantis ad mortem confessio perit, estque quasi nihil. Nam dolor, & angustia mortis totam sibi vendicant animam, vt nec de peccatis libeat cogitare. Propterea rectè in præcitato Ecclesiastici textu dicitur. *Confiteberis viuens*, cùm qui morti proximus est, quasi mortuus reputetur: *viuus & sanus confiteberis, & laudabis Deum, & gloriaberis in miserationibus illius.* Sic igitur & Ieremias, *Date*, inquit, *gloriam Domino Deo vestro antequam contenebrescat.* Contenebrescit enim multipliciter impius mortis tempore, eleuatis caliginosis vaporibus terrenorum quæ possident, & consanguineorum, & consuetarum deliciarum, & admissorum peccatorum ad ægrotantem illius mentem: tenebrosisque adstantibus dæmonibus tenebrarum harum principibus. O quàm celsi arduique tunc eis caliginosi obiiciuntur montes, in quos impingunt affectuum illorum pedes, quibus viam ambulare debuissent pœnitentiæ. Caliginosi autem eius temporis montes, quorum præ offusa caligine inueniri à moribundo nequeunt accessus, & transitus isti sunt: restitutio alienorum bonorum: remissio iniuriarum: reconciliatio cum inimicis: dimissio concubinæ: & similia. Montes pariter caliginosi ea sunt omnia, quibus in extremam ægrotus impellitur desperationem, diuinæ misericordiæ omnino obnubilantia lucem. Vnde bene & hîc subditur.

13

Confessionem non differendam ad tempus mortis.

f Eccl. 17. 26.

g Psal. 113. 25.

Augustin.

Hug. Card.

Confessio & pœnitentia facta mortis tempore periculosa.

Mortis tempore quomodo peccatoribus tenebrescat.

Mortis tempore in quos montes caliginosos offendant, qui pœnitentiam eo vsque distulerunt.

(*Expectabitis lucem, & ponet eam in vmbram mortis, & in caliginem.*) Iusto namque Dei iudicio fit, vt qui, cùm sani essent, toti erant in sola expectatione lucis diuinarum miserationum, propter quam inanem expectationem, & spem, pœnitentiam, & confessionem vsque ad mortis tempus distulerant, pro tanta præsumptione misericordiam Dei in acerrimum conuersam sentiant damnationis, mortisque iudicium, æternæ mortis vmbram ob oculos positam habentes, & inferni caliginem, quibus præsumptio ipsa in desperationem eis commutetur.

14

Pœnitentiam differentibus ad mortis tēpus nimis in Dei misericordia confisis conuertitur misericordia in iudicium æternæ mortis.

VVLGA

VVLGATÆ.

Verſ. 15.] Audite, &c.
Verſ. 16.] Date Domino Deo veſtro, &c.

SEPTVAGINTA.

15. Ἀκούσατε, καὶ ἐνωτίσασθε, καὶ μὴ ἐπαίρεσθε, ὅτι κύριος ἐλάλησε.
16. Δότε τῷ κυρίῳ θεῷ ὑμῶν δόξαν πρὸ τοῦ συσκοτάσαι, καὶ πρὸ τοῦ προσκόψαι πόδας ὑμῶν ἐπ' ὄρη σκοτεινά. καὶ ἀναμενεῖτε εἰς φῶς, καὶ ἐκεῖ σκιὰ θανάτου, καὶ τεθήσονται εἰς σκότος.

Verſ. 15.] Audite, & auribus percipite, & nolite eleuari; quia Dominus loquutus eſt.
Verſ. 16.] Date Domino Deo veſtro gloriã; antequam contenebreſcat, & antequam offendant pedes veſtri ad montes tenebroſos: Et expectabitis ad lucem: & ibi vmbra mortis: & ponentur in tenebris.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Audite, & auſcultate, & nolite eleuari: quia in verbo Domini decretum eſt ita.* Verſ. 16. *Date coram Domino Deo veſtro gloriam, antequam veniat ſuper vos tribulatio, & ſimiles ſitis his qui ambulant in caligine, & anteqüã offendant pedes veſtri ad montes caliginis: & expectetis lucẽ, & veniãt ſuper vos tenebræ, & ſplendorem, & ecce ſitis quaſi in tenebris ambulantes.*

Verſ. 15. (*Audite & auribus percipite*, &c.

Origenes. *Audire eſt plus quàm auribus percipere.*

Origenes homiliâ 9. citatâ. *Eoſdem vult audire, & auribus percipere. Auribus percipere eſt auribus quæ dicuntur audire. Quod autem præcedit, (audite,) hoc imperat, vt in mentem, & ſenſũ ea quæ dicuntur, excipiant. Et in omni Scriptura ſunt quædam & facilia, & prompta ad intelligendum, quæ ſtatim vt lecta fuerint, vtilitatem legentibus tribuunt. Sunt alia ſecretiora, & ineffabilia, & quibuſdam obſcuritatibus inuoluta. De his igitur quæ latent, & expoſitione indigent, arbitror nunc dictum, (Audite:) de his autem quæ ſine ſcrupulo interpretãtibus auditori commoda ſunt, (Auribus percipite.) Denique cùm audierimus, & percepe-rimus auribus quæ dicuntur, non eleuemur.* [a] *Omnis quippe qui ſe humiliat exaltabitur: Et Saluator noſter dicens,* [b] *Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus veſtris, docet nos, ne extollamur. Nam cùm multis vitiis genus vexetur humanum, hoc peccato vel maximè premitur. Nec vnus eſt modus ſuperbiæ. Alius irrationabiliter, & ſtultorum more iis effertur, quæ magis pudore digna ſunt, aut certè modum elationis excedit: Alius quaſi veri ſimulatione ſeductus ſuper his eleuatur, quæ ſibi digna gloriã putat, cùm & in talibus periculoſum ſit gloriari.*

Superbia maximè premimur, adeoque & maximè cauenda.
a Luc. 14. 11.
b Matth. 11. 29.
Superbia modi varij.

Proſequitur Origenes exemplis hanc tractare materiam, tum concludit, *Super nullo igitur gloriandum eſt, ſequitur quippe ruina iactantium, Scripturâ dicente,* [c] *Ante contritionem eleuatur cor viri, & ante gloriam humiliatur.*

c Prou. 16. 18.

2 Hieronym. *Superbiã vitabit qui cõſiderat fragilitatem ſuã.*

Hieronymus. (*Audite*, &c.) *Quia ſupra dixerat, Omnis vter implebitur vino: ita vt Reges quoque & Sacerdotes, & Prophetæ, & omnes habitatores Ieruſalem impleantur ebrietate: propterea iungit & dicit, (Audite, & auribus percipite) tam extrinſecus, quàm intrinſecus, tam mente, quàm corpore: (Et nolite eleuari) per ſuperbiam, cogitantes fragilitatem veſtram, & quòd nullus ſit qui pro qualitate peccati, hac ebrietate careat. Vnde diſperditur, atque corrumpitur, & Dei miſericordiã indignus eſt, eleuans ſe aduersùs eum per ſuperbiam.*

Theodorit.

Theodoritus. (*Audite*, &c.) *Ceſſate ab audacia, & ab inſana arrogantia, & excipite quæ dicuntur tamquam à Deo.*

D. Thom. *Humilitatis conſilium optimum.*

D. Thom. *Dat eis vtile conſiliũ ad euadendum, vt ſ. humilientur, (Audite.) Et primò ad totam plebem proponens conſiliũ contra ſuperbiæ vitium, (Nolite eleuari) per ſuperbiam (locutus eſt) hoc conſilium, vel pœnas quas prædixi. Pſal.* [d] *Nolite extollere in altum cornu veſtrum, nolite loqui aduersùs Deum iniquitatem.*

d Pſal. 74. 6.

Verſ. 16. (*Date Domino Deo veſtro gloriam*, &c.)

3 Origen. *Operandum benè dum tẽpus in hac vita, & Deum habemus adiutorem.*

Origen. citatâ homil. 9. *Eum qui daturus eſt gloriam Deo vult dare in lumine, quaſi iam nõ poſſit gloriam prædicare cùm tenebræ ortæ fuerint. Quando tenebreſcunt, & quando non ſunt tenebræ? Operamini donec lumen in vobis eſt. Lumen in te eſt, ſi habes in te dicentem.* [e] *Ego ſum lumen mũdi. Quamdiu tibi lux iſta oritur clarifica Deum, ſciens quia futuræ ſunt tenebræ. Nec tibi expedit vt eas operiaris. Forſitan intelliges præſens capitulum, ſi de Euangelio ſumpſeris exẽplum, quod ita contexitur:* [f] *Operamini donec dies eſt, venit nox quando nullus poteſt operari, diem ibi ſæculũ iſtud nuncupauit, tenebras verò & noctem conſummationem mũdi propter ſupplicia quæ futura ſunt.* [g] *Vt quid enim vobis deſiderare diẽ Domini: & iſta & tenebræ, & non Lux Amos inquit Propheta: (Date itaque Domino Deo veſtro gloriã.) Non verbis & vocibus tantùm glorificãdus eſt Dominus. Glorifica eum in caſtitate, & iuſtitia, & beneficentia, cæteriſque virtutibus. Glorificat Deum iuſtus, contumeliis afficit quicumque peccator eſt. Nam & illud quod quidã dubitant, An ſit prouidentia Dei, nulla aliam ob cauſam, niſi ob vitia naſcitur. Aufer ea, abſtuliſti pariter & cauſas prouidentiæ deſtruendæ ſurſum, & deorſum. Qui aduersùs prouidentiam diſputant hæc dicunt. Quare tanti adulteri? quare tanti molles? quare tanti ſacrilegi? quare tanti irreligioſi ſunt? Atque ita contumelias in prouidentia, & offenſas in Deum, & criminationes in Creatorẽ peccatores generãt, ex quibus liquidò apparet, alios dare Deo gloriã, alios conuiciũ facere, dum vitiis, & paſſionibus ſeruiũt.*

e Ioan. 8. 12.
Dies appellatur ſæculum iſtud.
f Ioan. 9. 4.
g Amos 5. 18.
Nox appellata conſummatio mũdi.
Deus glorificatur virtutum ſtudiis: inhonoratur verò vitiis.

4 *Montes lucẽtes ſunt Angeli, Apoſtoli, & viri ſanctitate inſignes: Montes verò tenebroſi ſunt Dæmones.*

(*Antequam offendant pedes veſtri in montes tenebroſos.*) *Sunt alij montes tenebroſi, alij lucentes, Verumtamen quia vtrique montes ſunt magni, montes lucẽtes ſunt Angeli Dei, & Prophetæ. Moſes famulus Dei, Apoſtoli Ieſu Chriſti, de quibus dicitur,* [h] *fundamenta eius in montibus ſanctis. Montes tenebroſi dicuntur, qui eriguntur aduersùm ſcientiam Dei, Zabulus mons tenebroſus, principes populi huius deſtructores mõtes ſunt tenebroſi.* [i] *Dæmonium lunatici mons erat, & tenebroſus. Mons erat de quo Saluator ait, Si dixeris Monti huic, De Lunatico quippe Dæmonio ei quæſtio inciderat, & dicentibus diſcipulis, non potuimus eiicere illud, reſpondit Saluator,* [k] *Si habueritis fidem vt granum Sinapis, dicetis monti iſti, de quo quæſiſtis, Tranſmigra hinc, & tranſmigrabit, id eſt, ab homine ad locum definitum ſibi. Qui ergo offendunt, non offendunt ſuper montes lucentes, ſed ſuper montes tenebroſos, ſi fuerint cum Zabulo, & Angelis eius.*

h Pſal. 86. 1.
i Matth. 17. 15.
k Matth. 17. 19.

Glorificans Deum tẽpore opportuno ſperat ſemper in Dei miſericordiam.

(*Et ſuſtinebis lumen.*) *Poteſt quidem aptari ei quod dicitur, (Date gloriam Domino Deo noſtro) hoc quod modò infert, (Et ſuſtinebitis lumen.) Si dederitis Domino Deo veſtro gloriã antequàm tenebreſcat, & antequàm offendant pedes veſtri ad pedes ſuper montes tenebroſos, haud dubium quin etiam ſi contenebreſcat, & ſuſtineatis, lumen vos ſuſcipiat. Alius verò dicat, neſcio vtrum rectè, an perperam, quia & hi qui offendunt ſuper montes tenebroſos expectant aliquando miſericordiæ lumen. Hoc enim videtur oſtendere. Et ſuſtinebitis in lumen.*

Commercium cum Dæmonibus quàm vitandum.

lumen. Si autem quis venerit ad montes tenebrosos, vide quid ibi inueniat. Et illuc vmbra mortis, ibi tenebrosi montes, ibi vmbra mortis ex ipsis montibus procreata, Et ponetur in tenebras.

Ad istum Ieremiæ locum respexit Gregorius Nazianz. orat. in Sanctum Baptisma, post dimidium, vbi hæc habet. *Arripiamus diuinitatem, arripiamus primum, & purissimum lumen. Ad ipsius splendorem incedamus, priùs quàm ad caliginosos; & hostiles montes nostri pedes offendant.*

Quo loco (vt ibi Niceta) per pedes vitæ rationem, & institutum accipere possumus: per montes autem dæmones propter arrogantiam, & superbiam: vel etiam eorum laqueos, qui montes quidem dicuntur, quòd per eos prudentes, & sanæ mentis homines nequaquam incedant: & quia prærupti, ac pestiferi sunt; tenebrosi autem, vt obscuri, atque oculum fallentes.

5 Hieronym. *Ad pœnitentiam exhortatio.*

Hieron. (*Date Domino Deo vestro gloriam, &c.*) *Eos quibus dixerat sermo diuinus, Audite, & auribus percipite, & nolite eleuari, nunc prouocat ad pœnitentiam, vt priusquàm ducatur* [a] *Babylonem, & offendant pedes eorum ad montes caliginosos, siue tenebrosos, dent gloriam Deo. Vnde & peccatoribus sæpe dicitur,* [b] *Date gloriam Deo. Quod autem Babylon, & omnis Regio Chaldæorum montes caliginosi, siue tenebrosi appellentur, in principio Isaiæ contra Babylonem legimus vbi scriptum est,* [c] *Super montem caliginosum leuate signum, quod Hebraicè dicitur* נשׁפה *nischpah. Hoc itaque præcipit, vt antequam ducantur in captiuitatē, & seruitutis mala sentiant, agant pœnitentiam. Cúmque expectent lucem sessuri sunt in tenebris. Possumus autem & sic locum istum interpretari. Saluator loquitur,* [d] *Operamini dum dies est: veniet nox quando nullus vltra potest operari. De hoc tempore & Isaias vaticinium est.* [e] *Stellæ enim cæli, & Orion, & omnis ornatus cæli lucem non dabunt; & tenebrabuntur orto Sole, & Luna non dabit lucem. Sophonias quoque in eadem verba consentit, dicens,* [f] *Dies tribulationis & angustiæ, dies miseriæ, & perditionis; dies tenebrarum, & turbinis, dies nubis, & caliginis. Priùs ergo quàm iudicij tempus adueniat, & offendant pedes nostri ad montes tenebrosos, aduersarias, sc. fortitudines, quæ tormentis, & cruciatibus præpositæ sunt, agamus pœnitentiam, ne expectantes lucem, noctis tenebris inuoluamur.*

a Ps. 67. 35. b Ioan. 9. 24. *Montium tenebrosorū nomine significata Babylon eiusque regio.* c Isai. 13. 2. *Pœnitentia agenda antequam aduentat iudicij dies.* d Ioan. 9. 4. e Isai. 13. 10. Sec. Sept. f Soph. 1. 15.

6 Theodorit. *Pœnitentia agenda ante tempus vindictæ.*

Theodoritus. (*Date, &c.*) *Præoccupate ait tempus vindictæ. Quod & Apostolus suadet.* [g] *Igitur dum tempus habemus, operemur bonum. Et expectabitis lucem, illic vmbra mortis, & ponet eam in caliginem. In ipso supplicio implorabitis opem, & nullam consequemini humanitatem.*

g Gal. 6. 10.

Eucherius. *Hæretici montes caliginosi.*

Eucherius lib. de spiritualibus formulis cap. 4. per montes caliginosos intelligit hæreticos.

D. Thom. h Deut. 32. *Babylon dicta montes caliginosi.*

D. Thomas. (*Date Domino,*) *Deut.* 32. [h] *Date magnificentiam Deo nostro, Dei perfecta sunt opera, & omnes viæ eius iudicia. (Antequam tenebrescat) id est, antequam superueniant vobis tribulationes, in quibus nesciatis quid facere. (Et antequam offendant) ducti in captiuitatem, (ad montes caliginosos,) scilicet Babyloniæ, propter altitudinem, vel ex defectu visus, vel ex multitudine vaporum. (Expectabitis lucem,) id est, diuinam consolationem, & non habebitis supra 8.* [i] *Expectauimus pacem, & non erat bonum, temporis medelæ & ecce formido.*

i Iere. 8. 15.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΑΚΟΥΣΑΤΕ, καὶ ἐνωτίσασθε. ὅτι κύριος ἐλάλησε.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] παρατήρει παρὰ πάντα τὸν προφήτην, πῶς καὶ ὅταν τιμωρίαν λέγῃ, τὴν αἰτίαν ἀεὶ τίθησι. καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλ᾽ ὅταν εἴπῃ, ὅτι οὐκ ἐλεήσω, οὐ φείσομαι, καὶ ὡς περὶ ἀπεγνωσμένων διελέχθη. πάλιν παραίνεσιν εἰσάγει. ὁ γὰρ τοιαῦτα εἰρηκὼς, καὶ ἀποφαινόμενος, ἀκούσον τί φησιν. ἀκούσατε, καὶ ἐνωτίσασθε. μὴ ἁπλῶς ἀκούσητε. καὶ μὴ ἐπαίρεσθε. οὐδὲν γὰρ οὕτως ἀπόνοιαν ποιεῖ, ὡς τὸ μὴ προσέχειν τοῖς τοῦ Θεοῦ λόγοις. μὴ γὰρ ἀνθρώπων εἰσὶν αἱ ἀπειλαὶ, ἃς πολλάκις, καὶ διαψεύσασθαι δυνατόν; Θεός ἐστιν ὁ ἰσχύων, ὁ ἐπάγων ἀεὶ τὸ τέλος.

[δότε τῷ Κυρίῳ ὑμῶν δόξαν πρὸ τοῦ.]

|| Θεοδωρήτου.] ἀκούσαντες ἐμβαθύνατε τῷ λογισμῷ μὴ δι᾽ ἀπόνοιαν Θεοῦ λογίων ὑπερορῶντες, δοξάζοντες δὲ τὸν κύριον ἐν τοῖς μέλεσιν ὑμῶν, ὡς ὁ Παῦλος φησίν. αὐτὸν δὲ μόνον εἰδότες Θεὸν πρὸ τοῦ ἐλθεῖν ἐφ᾽ ὑμᾶς τὴν ἡμέραν τῆς κρίσεως κατὰ τὸν προφήτην ἀμώς. ἵνα τί ὑμῖν ἡ ἡμέρα κυρίου. καὶ αὕτη ἐστὶ σκότος, καὶ οὐ φῶς. σκοτοῦσι γὰρ τὸν νοῦν ἐξ ἀθυμίας αἱ συμφοραί. ὄρη δὲ σκοτεινὰ, δι᾽ ὧν εἰς αἰχμαλωσίαν πορεύεσθε, πάντα σκότους || πεπληρῶσθαι νομίζοντες εἰς φῶς δὲ καὶ εἰρήνην ἀνέμειναν ταῖς ψευδοπροφητῶν παρηγορίαις ἠπατημένοι.

|| πεπληρωμένα.

7 Verf. 15. *Audite & auribus percipite, &c. quia Dominus loquutus est.*

Chrysost. *Pœnas denūciantes Propheta solent afferre & earum causas. Verbis Dei non attendere mentem maximè labefactat. Dei mina quàm timendæ.*

Chrysostomi.] *Circumspice vbique Prophetam, vt semper dum loquitur de pœnis, & causam adnectat. Nec solùm hoc, sed quum dicit, Non miserebor, non parcam: quasi de desperatis locutus, rursus cohortationē adiiciat. Qui enim hæc dixerat, & instar sententiæ protulerat, vide quæ dicat. Audite, & auribus percipite: ne perfunctoriè audiatis, nec vagetur animus. Nil enim ita mentem labefactat, vt Dei verbis non attendere. Num enim hominum sunt hæ minæ, quas sæpe falli contingit? Deus est, qui potens est, qui semper ad exitum ducit. (Date Domino vestro gloriam antequam, &c.)*

8 Theodorit. *Dei verba attētiùs percipienda. Glorificandus à nobis Deus antequā iudicij aduentat dies.* k 1. Cor. 6. 20. l Amos 5. 18. *Tenebrarum nomine appellata calamitates.*

||Theodoriti.] *Dum hæc intelligatis perspicaciori mente disquirite; Dei verba Contumelioso animo non paruipendentes, sed glorificātes Dominum in membris vestris, vt Paulus ait:* [k] *ipsúmque solum Deū agnoscentes; antequam veniat ad vos dies iudicij secundum Amos Prophetam.* [l] *Vt quid vobis dies Domini, & hæc est tenebræ, & non lumen; caligine enim mentem obruunt calamitates ob mœrorem. Montes verò caliginosi, per quos in captiuitatem tenditis omnes tenebris offusi, putantes ire ad lucem: lucem verò & pacē sustinuerunt,*

Pseudo

μένοι. ἀνθ' ὧν αὐτοῖς αἰχμαλωσία παρ' ἐλπίδας ἀπήντηκεν. ἐν ᾗ ζωὴ φέρουσα θανάτου τὰ σύμβολα, καὶ δακρύων ἀφῄρηται || παῤῥησία παραμυθούμενον τὸ πάθος. σιγῇ δὲ ἡμῖν μόνον ἔξεστι, καὶ ἀκούσια προχυθήσεται δάκρυα, τῇ τῶν ὑμᾶς κακούντων ἀλαζονείᾳ συντετριμμένοις. || [δότε τῷ κυρίῳ ὑμῶν δόξαν πρὸ τοῦ συσκοτάσαι.]

|| παῤῥησίαν παραμυθουμένην.

A Pſeudoprophetarum decepti ſolatiis pro quibus præter omnem ſpem captiuitas illis contigit;in qua eſt vita mortis præ ſe ferens imaginem,in qua & lachrymas palàm effundere non licet,quibus afflictio leuatur, ſilentio verò nobis & inuitis ferè effluēt attritis eorum faſtu,à quibus opprimimur. || Verſ. 16. (Date Domino Deo veſtro gloriam,antequam contenebreſcat.)

9

Τοῦ Χρυσοστόμου.] πιστεύσατε τοῖς λεγομένοις. μὴ γὰρ οὐ δώσετε αὐτῷ; καὶ μετὰ ταῦτα. ἀλλὰ πρὸ τῆς τῶν δεινῶν πείρας, πρὸ τοῦ συσκοτάσαι τὴν αἰχμαλωσίαν αἰνίττεται.

Chryſoſtomi.] Credite iis quæ dicuntur. Nū enim non dabitis? & poſt hæc. Sed ante malorum experimentum, antequam contenebreſcat; captiuitatem innuit.

Chryſoſt. Tenebrarum nomine ſignificata captiuitas.

Ὀλυμπιοδώρου.] ὁ κύριος ὑμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς φῶς ἐστιν. ἕως οὖν ἔχετε φησὶ τὸ φῶς, πιστεύσατε εἰς αὐτό. [καὶ πρὸ τοῦ προσκόψαι τοὺς πόδας ὑμῶν.]

B Olympiodori.] Dominus noſter Ieſus Chriſtus lux eſt. [a] Vſque dum ait lucem habetis,in illā credite.Et antequam offendant pedes veſtri.

Olympiod. Chriſtus lux eſt.

a Ioā.12.36.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τοιαύτη γὰρ τῶν δεινῶν ἡ φύσις σκότος ἀεὶ εἴωθε καταχέειν τῶν ὀφθαλμῶν ἁπάντων. [ἐπ' ὄρη σκοτεινά.]

Chryſoſtomi.] Ea enim aduerſitatum natura eſt; Tenebras ſemper omnium oculis offundere ſolent. Ad montes caliginoſos.

Chryſoſt. Calamitates cur appellatæ tenebræ.

Ὀλυμπιοδώρου.] ὄρη σκοτεινὰ αἱ πονηραὶ δυνάμεις, καὶ αἱ διαβολικαὶ ἐνέργειαι. πρὸ τῆς οὖν παρουσίας τοῦ διαβόλου, φησὶ, πιστεύσατε εἰς τὸ φῶς.

Olympiodori.] Montes caliginoſi poteſtates iniquæ, Diabolicæque operationes, Ante igitur Diaboli aduentum Credite ait in lucem.

Olympiod. Dæmones dicti montes caliginoſi.

[καὶ ἀναμενεῖτε εἰς φῶς, καὶ ἐκεῖ σκιὰ θανάτου, καὶ τεθήσονται εἰς σκότος.]

C (Et expectabitis ad lucem,& ibi vmbra mortis, & ponentur in tenebras.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐ διαδέχεται φησὶν ἡ ἡμέρα. οὐ γὰρ κατὰ φύσεως ἀκολουθίαν γίνεται, ἀλλὰ κατὰ || συνήθειαν δεινῶν. ἐννόησον γὰρ οἷον ἦν ἐπάγεσθαι αὐτοὺς αἰχμαλώτους, καὶ πατρίδος στερίσκεσθαι. οὐ βούλεσθε, ὡς Θεῷ δόξαν δοῦναι; κἂν ἵνα τὰ δεινὰ ἀποκρούσησθε.

|| ἴσ. συνάφειαν.

Chryſoſtomi.] Non inquit ſuccedit dies. Nec enim fit ordine naturæ, ſed connexione calamitatum; conſidera enim quale erat abduci eos captiuos,patriáque orbari. Non vultis vt Deo gloriam dare? ſaltem vt ærumnas effugiatis.

Chryſoſt. Glorificandus Deus vel vt ab eo eœmamur ab ærumnis.

Ὀλυμπιοδώρου.] αἱ γὰρ ψευδεῖς διδασκαλίαι φῶς ὑπισχνούμεναι, θανάτου τυγχάνουσι πρόξενοι.

Olympiodori.] Fallaces enim doctrinæ cùm lumen promittant,mortem afferunt.

Olympiod. Doctrina praua mortē affert.

Verſ. 17.] Quòd ſi hoc non audieritis, in abſcondito plorabit anima mea à facie ſuperbiæ: plorans plorabit, & deducet oculus meus lachrymam, quia captus eſt grex Domini.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

1 a Quod ſi hoc non audieritis,in abſcōdito plorabit anima mea à facie ſuperbiæ.

Anè [a] ſi meo iſti non obtemperaueritis conſilio, id vnum mihi ſupererit vt mœrore intra me pro veſtra ſuperbia tabeſcam vehementiſſimo. Quoque liberè deflere queā ex corde propter ablata omnia quibus excellebatis,latibula quarā, vbi nemo ſit qui me cōſoletur:nec videar à Chaldæis quorum cōtumelioſa in populū meum ſuperbia,& iniuria acerbiores mihi excutient gemitus. [c] Hoc meū erit ſtudium,vt vehementiſſimo, iugique deplorē luctu;tantamque oculis emittam lachrymarum copiā,vt propemodū & oculi ipſi vnà cum lachrymis reſoluti deſcendant. Quia populumque qui grex Domini erat, & oues paſcua eius, in captiuitatem abductum in luporumque datum manus dilaniatum, & contritum iam videre mihi videor.

2 3 1 2 b Plorās plorabit, & deducet (ſeu,& deſcēdet) oculus meus lachrymā, quia captus eſt grex Domini.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 Ieremia quā ardens fuerit in populum ſuū affectus.

Vod ſi hoc non audieritis,&c. Qui flagrantiſſimis erga populum ſuum facibus ſuccenſus erat charitatis,ſicut mox proſecutus eſt mala ingentia, quæ in illum erant à Deo immittenda, ſi humiliter eius non audiſſet verba:ita & ea modò ſubiicit, quæ ipſemet ob dilectionis quā cum illo habet vnionem,paſſurus erat,quæue acturus, ſi is præ habito ſuo non obtemperauerit cōſilio, id quippe ſignificat pronomen,(*Hoc*) quod in Hebræo eſt fœminini generis,reciditq; in idem, Ac

D ſi dicatur, *Quòd ſi non audieritis hanc*, ſc. monitionem meam. In textu Græco verſionis Sept. ſine vllo pronomine ſic legitur,(*Si non audieritis*) quod duobus modis exponi poteſt,vel iuxta Vulgatam ſubintelligendo pronomen(*hoc*:)vel vt ei reſpondeat,quod in initio conſilij ſui dixerat Propheta. *Audite,& auribus percipite, nolite eleuari, quia Dominus locutus eſt.* Porrò paſſurum ſe indicat maximam internorum viſcerum ſuorum commotionem, acreſque animi dolores ob illorum ſuperbiam,vt idipſum hîc dicat quum ait,(*In abſcondito plorabit anima mea*) quod in capitulo quarto aliis

E verbis illis ſignificauit. [d] *Ventrem meum, ventrem meum doleo,ſenſus cordis mei turbati ſunt in me*:ſic ly, (*in abſcondito*, ſeu *in abſconditis*) vt eſt in Hebræo, abſconditum deſignabit cordis, abſconditaque præcordiorum.Poteritque hic eſſe Prophetæ ſenſus. Sanè ſi meum iſtud non perceperitis conſilium exhibitiſque nō obedieritis monitis:Id vnū mihi reliquum erit: vt mœrore intra me pro veſtra ſuperbia contabeſcam vehementiſſimo.

d Iere. 4.19.

2

Cæterùm cùm, & quod dicitur, (*in abſcondito*) duplici aliā ſumi queat ratione, vel aduerbialiter,pro abſconditè, & ſecretò, ac latenter prout

F habent Sept. κεκρυμμένως, vel vt locum deſignet abditum, ſeu in latibulis, iuxta vim Hebraici nominis במסתרים *bemiſtharim*; Et ly, (*Anima mea*,) nedum pro interno accipi queat animi, ſed & pro ipſa perſona Sacrarum literarum phraſi frequentiſſimâ, Ac ſi dicatur, *Ego plorabo*: & vox quoque ſuperbiæ, non ſolùm pro ipſo ſuperbiæ Iudaici populi actu, vel habitu: verùm etiam pro excellentia in rebus, ex quibus ſuperbia vt plurimum oritur, vt ſupra iuxta vim Hebraici nominis גאוה *gheuah*,

notauimus in verſ.9. huius capit.13. & pro ſuperbia, & arrogantia ſumi poſſit hoſtium, iuxta vim Græci nominis Sept. ὕβρεως calumniæ, iniuriæ, variis inſuper aliis modis exponi hæc poſſunt, (*In abſcondito plorabit anima mea à facie ſuperbiæ.*) Primò, ac ſi Propheta dicat, Inconſolabiter pro veſtra peruicaci ſuperbia deplorabo, abdita propterea quærens, vt nemo ſit qui me conſoletur. Secundò. Quò liberè deflere queá ex corde propter ablata omnia quibus excellebat, & ſuperbiebat populus latibula quæram, vt non ſit conſolator aliquis: vt ſit quid ſimile ei, quo Iſaias ait, [a] *Recedite à me, amarè flebo; nolite incũbere, vt conſolemini me ſuper vaſtitate filiæ populi mei.* Tertiò, Propter Chaldæorũ ſuperbiam, ne eorum in me conuertatur impetus abſconditè ex intimis gemam, quando ſcilicet Iudæi, cùm meum non audierint conſilium, iniuriosè ab illis tractabuntur. Sept. vniuerſum ploratum iſtum iiſdem tribuunt Iudæis in pœnam inobedientiæ & peruicaciæ ipſorum, quâ Domini reſpuerint verba, ſic namque hæc legunt. (*Quòd ſi non audieritis, abſconditè plorabit anima veſtra à facie contumeliæ, & deducent oculi veſtri, &c.*) eodẽ omnino ſenſu, quo in principio Threnorum de eorumdem plebe, ſeu de ciuitate Ieruſalem dicitur, [b] *Plorans plorabit in nocte, id eſt latenter, & lachryma eius in maxillis eius. Non eſt qui conſoletur eam ex omnibus charis eius; omnes amici eius ſpreuerunt eam.* Sic quod hîc dicitur, (*A facie contumeliæ,*) ſignificat occultè ploraturos Iudæos propter ea quæ iniuriosè, & contumeliosè à Chaldæis patientur. Vel vt ratio ſit cur occultè ſint deploraturi, ne videlicet à videntibus hoſtibus contumeliâ inſuper afficiantur, & verbis iniuriosis. Vide Patrum ſenſum in Appendice.

a Iſai. 22. 4.

b Thren. 1. 2.

3 *Ploratus magni periphraſis egregia.*

(*Plorans plorabit, & deducet oculus meus lachrymam.*) Duobus modis exponi hæc poſſunt. Vel vt per ea Propheta ſignificet, ſe præter internum in intimis præcordiorum gemitum, & extrinſecus quoque in acerbiſſimas proruptarum lachrymas. Vel ſi in ſuperiori membro non tam de interno, quàm & de externo locutus ſit gemitu, quum dixit, (*In abſcondito plorabit anima mea,*) idipſum iterum, iterumque repetat ad vehementiam exaggerandam gemitus, copiæque lachrymarum: vt quod dicit, (*Plorans plorabit*) tantumdem ſit, ac Acerbiſſimè plorabit: quodque ſubdit, (*Et deducet oculus meus lachrymam,*) æquè ſit ac, Educent, emittent oculi mei lachrymarum fontes: iuxta illud Pſalmi 118. [c] *Exitus aquarum deduxerunt oculi mei.* Quam fletus vehementiam, efficaciùs expreſsêre Hebræa, quæ ad verbum ſic habent. (*Et deducet oculus meus lacrhymam.*) Quod dupliciter exponi poteſt, primò iuxta noſtrum Vulgatæ ſenſum, Ac ſi dicatur, Et deſcendere faciet oculus meus lachrymam, vt interpretatus eſt Sanctes-Pagninus: Secundò, ſubintelligendo præpoſitionem *in* Deſcendet oculus meus in lachrymam, vt in Scholiis interpretatur Vatablus, vt ſenſus ſit: Tam amarè plorabo, tantaſque emittam lachrymas, vt præ gemitus vehementia vnà cum lachrymis oculi ipſi mei deſcendant in lachrymas reſoluti.

c Pſal. 118. 136.

4 *Mœroris vehemẽtis pulchra exaggeratio.*

Quòd ſi ſubtiliùs quod in noſtra Vulgata dicitur, (*Et deducet oculus meus lachrymam;*) iuxta propriam perpendere velimus verborum vim, duos inſuper alios colligere poterimus ſenſus peracutos, & à litera non alienos. Primùm ſumẽtes (*deducendi*) verbum pro trahere, ac ducere è ſuperiori loco; & vocem (*lachrymam*) in ſignificatu ſingulari prout iacet, Ac ſi dicatur, Miſerrimè plorabo, & tamen tanta erit internarum copia lachrymarum, quas vehementiſſimas intra me ſuſcitauerit mœror, vt id vix tantillum earum ſit quod meo fletu ſignificabo externo; Oculus nãque meus vti rationis cõpos è pleno capite vnam dumtaxat deduxiſſe videbitur lachrymam. Vt ſit hyperbolica exaggeratio interni mœroris, qui foras prorumpere nequeat, ſitque & quid ei contrarium quod idem Propheta in principio capitis noni dicebat, [d] *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo die ac nocte.* Secundò, accipientes idem (*deducendi*) verbum pro veritate veluti ex flumine riuos ad irrigandũ, vocẽque (*lachrymam*) collectiuè pro lachrymarum copia vt Propheta ipſe ſignificet, cùm Iudaicus populus, qui inſtar gregis à Domino paſcebatur & ſuper aquas refectionis educebatur, in captiuitatem abduceretur, ſe, imò oculos ipſos ſuos externos cum oculis coniunctos internis id ſumpſiſſe oneris, vt veluti è flumine commiſerationis, è gementibus præcordiis ſuis riuos deducerent lachrymarum quibus illum reficerent captiuum, per orationes nimirum lachrymarum fontes deducentes, cùm de ipſo legamus per ſanctum Sacerdotem Oniam dictum, [e] *Hic eſt fratrum amator, & populi Iſrael, hic eſt qui multùm orat pro populo, & vniuerſa ſancta ciuitate, Ieremias Propheta Dei.* Pro eo quod & Vulgata, & Hebræa habent, *Quia captus eſt, ſeu, captiuus abductus eſt grex Domini.* Sept. legunt, (*Quia συνετρίβη, contritus eſt grex Domini,*) Lupis ſcilicet laniandus datus.

d Iere. 9. 1.

Orationibus & gemitibus Ieremias reficere ſtuduit Iudæos in captiuitatẽ abductos.

e 2. Mach. 15. 14.

Verſ. 17.] Quod ſi hoc non audieritis, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

5 *Orandũ cum lachrymis & occulto pro impiis.*

SAncti viri quum vident monitis ſuis à ſuperbis hominibus aures minimè præberi, nec obtemperari, non eſt quòd contra illos ob ſui indignentur contemptum: at propter eorum ſuperbiam plorent potiùs coram Domino, cum lachrymis, & cum effuſione cordis Deum deprecantes, vt à tam peſſimo eos liberet tumore. Quo autem tutiùs eiuſcemodi ſuæ à Deo exaudiantur preces in abſcondito eas fundant, Redemptoris noſtri ea recolentes verba, [f] *Tu autem cùm oraueris intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio ora Patrem tuum in abſcondito: & Pater tuus qui videt in abſcondito reddet tibi.*

f Matth. 6. 6.

Flendum pro omnibus fidelibus pereuntibus in genere, & quoad fieri poteſt etiã in ſpecie.

(*Plorans plorabit, & deducet oculus meus lachrymam, quia captus eſt grex Domini.*) Id rãdem vnum ex hoc loco colligitur debere eſſe iuſtorum, ſanctorumque ſtudium, quando aliter proſpicere nequeunt pereunti populo Dei, vt pro eo in genere, & pro vnoquoque ſigillatim lachrymas ex oculo fundat compaſſionis. Sic enim Ieremias primò de ſuo in vniuerſali gemitu ait, (*Plorans plorabit oculus meus, &c.*) Tum de ſpeciali quoque ſubdit, (*Et deducet oculus meus lachrymam,*) à generali nimirum lachrymarum flumine riuos deriuans ſuper vnumquemque eorum qui capti ſunt. (*Quia captus eſt grex Domini.*) A quo captus? à Leone infernali, [g] qui circuit quærens quem deuoret; à Diabolo de quo in Euangelio Dominus, [h] *& Lupus rapit, & diſpergit oues.* Et certè ſi grex Domini is erat, in tutam caulam à Domino eum collocatum non dubitandum: quam ſi grex cuſtodiſſet fideliter in ea ſe ſeruãs, & ab illa certè cuſtoditus fuiſſet, vt nõ caperetur. Noſſe vis quænã iſta ſit caula, quæ tutò cuſtodit ſi cuſtodiatur? Lex ipſius Dei eſt; de hac enim peregregiè in libro Eccleſia

g 1. Pet. 5. 8.

Lex Dei eſt tutiſſima caula gregis Domini, tutò cuſtodiẽs gregẽ, ſi à grege cuſtodiatur.

h Ioã. 10. 12.

a Eccl. 33.3. Eccleſiaſtici dicitur,[a] *Homo ſenſatus credit.* Græcè ἐμπιστεύει, *fidelis eſt legi & lex illi fidelis.* Si in iſta quis è Domini grege non cuſtodiatur fideliter, id non legi, ſed ſibimet imputet fatuo inſtar ouis, & infideliter ſe habenti ad legis cuſtodiam; ſi enim illam cuſtodiſſet; cuſtodiſſet & ſe ipſum per illam, iuxta id Prouerbiorum,[b] *Qui cuſtodit mandatum, cuſtodit animam ſuam.* Et,[c] *Ni dimittas eam, & cuſtodiet te, dilige eam & conſeruabit te.* Hinc patet iure optimo, & Sanctum Prophetam Dauid ob gregem Domini captum, quomodo & Ieremias, deduxiſſe lacrymarum riuos, vt ſingulos deploraret, Quod in Pſalmo 118. conteſtatus Domino iis eſt verbis,[d] *Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non cuſtodierunt legem tuam*, ij ſcilicet quos tamquam gregem tuum in eiuſdem legis tuæ tutiſſimam collocaueras caulam. Quia verò non cuſtoditur Dei lex quatenus per ſuperbiam non auditur quod in illa mandatur, & Deus qui eius in dicit præcepta; Ideo bene & Ieremias in primo iſtius ſententiæ membro, qui dicturus erat ſe ploraturum &c. quia captus eſſet grex Domini, dixit. (*Quòd ſi non audieritis*, (ſic legunt Sept.) *in abſcondito plorabit anima mea à facie ſuperbiæ.*)

b Prou. 19. 16. c Prou. 4. 6. d Pſal. 118. 136.

VVLGATÆ.

Verſ. 17.] Quod ſi non audieritis, &c.

SEPTVAGINTA.

17. Ἐὰν δὲ μὴ ἀκούσητε κεκρυμμένως, κλαύσεται ἡ ψυχὴ ὑμῶν ἀπὸ προσώπου ὕβρεως, καὶ κατάξουσιν οἱ ὀφθαλμοὶ ὑμῶν δάκρυα, ὅτι συνετρίβη τὸ ποίμνιον Κυρίου.

Verſ. 17.] Quòd ſi non audieritis; in abſcondito plorabit anima veſtra à facie ſuperbiæ: & deducent oculi veſtri lachrymas; quia contritus eſt grex Domini.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Si autem non ſuſceperitis diſciplinam, quaſi in occulto plorabit anima mea, pro eo quod ablata eſt à vobis gloria veſtra, & lachrymans lachrymabitur, & deducet oculus meus lachrymas, quia captiuus ductus eſt populus Domini.*

Verſ. 17. (*Quod ſi non audieritis*, &c.

Origenes. *Occultè audire eſt intelligere Dei, & Scripturæ Sacræ myſteria.* Origenes citatâ homil. 9. (*Et niſi audieritis occultè, plorabit anima veſtra à facie contumeliæ.*) *De his qui audiunt, quidam occultè audiunt: quidam verò cùm audiunt, non occultè audiunt. Occultè audire eſt illud:*[e] *Sed loquimur Dei ſapientiam in myſterio abſconſam, quam prædeſtinauit Deus ante ſæcula in gloriam noſtram. Et rurſum alibi dicitur;*[f] *quia plura operum Dei ſunt in abſconſis. Iudæus quia legem non audiuit occultè, in manifeſto circumciditur, neſciẽs eum qui in manifeſto circumciditur Iudæum non eſſe, neque eam quæ palàm & in carne Circumciſionem. Qui auditor eſt autem Circumciſionis occultæ, & in occulto circumciditur. Idcirco diligentiùs attendamus. Si quando legimus legem, & Prophetas, ne incidamus in ma-* A *ledictionem quæ nunc dicitur.* (*Niſi audieritis occultè, plorabit anima veſtra à facie contumeliæ.*) *Parabolæ quoque cùm leguntur in Euangelio, & eſt auditor extraneus, non poteſt eas occultè audire. Si verò auditor fuerit Apoſtolus, & vnus eorum, qui ingrediuntur domum Ieſu, accedit cum interrogans de obſcuritate parabolæ, & ſi interpretatus ei ſit quæ audiuit intelligens Euangelium, audit ea occultè, vt non ploret anima eius. Eorum quippe qui occultè non audiunt, plorabit anima. Quam admirandè non ait* (*plorabitis*) *niſi occultè audieritis, verùm,* (*plorabit anima veſtra*) *eſt quippe ſolus animæ fletus. Et forſan iſte ſit de quo Saluator ait.*[g] B *Ibi erit fletus & ſtridor dentium.*

e 1. Cor. 2. 7. f Eccl. 11. 4.

Parabolæ Euangelicæ à quibus benè intelligantur.

g Matth. 8. 12.

Illa quoque comminatio, quâ ridentibus luctum, lachrymaſque denunciat, de hoc fletu eſt quem commemorat Propheta, dicens, (*Niſi audieritis occultè, plorabit anima veſtra à facie contumeliæ.*) *Cùm enim paſſi fueritis contumeliam, tunc plorabitis, & deducent oculi veſtri lachrymas,* (*quia contritus eſt grex Domini,*) *Si conſideremus ſtatum quomodo ſit Iudæorum, & comparemus illum antiquæ felicitati, videbimus quo pacto contritus ſit grex Domini, fuit quippe aliquando hic grex Domini, & quia indignos ſe iudicauerunt ſalute, conuerſus eſt ſermo Domini ad Gentes. Si ergo grex ille* C *contritus eſt, nos oleaſter qui contra naturam inſerti ſumus in bonam oliuam Patriarcharum, nonne plus debemus vereri, ne & iſte grex Domini conteratur? futurum eſt quippe, vt aliquando & grex iſte conteratur, iuxta illud quod à Saluatore dictum eſt,*[h] *Cùm multiplicatæ fuerint iniquitates, tunc refrigeſcet charitas multorum.*

Chriſtiano gregi maximè metuendum.

h Matth. 24. 12.

2 Hieronym. Hieronymus. (*Sin autem, inquit, me audire nolueritis, in abſcondito, iuxta Aquilam in tenebris, plorabit anima veſtra à facie ſuperbiæ,*) *Siue iuxta Sept.* (*iniuriæ,*) *vt ne gemitus quidem & ploratus liber ſit: ne victorum offendantur oculi. Agamus pœnitentiam, &* D *ſciamus niſi hoc fecerimus, ploraturam animam vel Dei, vel Prophetæ à facie noſtræ ſuperbiæ Dei verba audire nolentium: Vnde & ipſe Propheta dicit.* (*Plorans plorabit, &c.*) *Omnis autem cauſa cruciatuum eſt, quòd captus ſit grex Domini. Dicamus Iudæis, & noſtris Iudaizantibus, qui ſimplicem tantùm, & occidentem ſequuntur hiſtoriam:* (*Niſi audieritis abſconditè*) *hoc eſt in myſterio, ſiue in tenebris,*[i] *quas poſuit Deus latibulum ſuum: & iuxta Salomonem,*[k] *vt intelligant parabolam, & tenebroſum ſermonem, plorabit anima Prophetæ, ſiue ipſorum à facie ſuperbiæ: dum per contumaciam reſiſtunt Deo, vnde & fletus erit iugis,* E *lachrymæque perpetuæ: eò quòd à vero Nabuchodonoſor captus ſit grex Domini, atque corruptus.*

Pœnitentiam agere debemus ne gemitum excitemus Deo, & ſanctis eius.

Scripturam audiendam abſcõditè, & in myſterio.

i Pſal. 17. 12. k Prou. 1. 3. Sec. Sept.

Theodorit. Theodoritus. (*Quòd ſi non audieritis: in abſcondito lugebit anima veſtra à facie iniuriæ, & plorans plorabit & deducent oculi veſtri lachrymas: quia attritus eſt grex Domini.*) *Iſtud, In abſcondito lugebit, indicat obſcurè malorum exceſſum: nempe ſeruientibus hoſtibus apertè plorare non audebitis, ſed clam dumtaxat hoc facietis.*

D. Thõm. D. Thomas. *Deſignans pœnam contra conſilij contemptum, ponit Propheta compaſſionem.* (*Quòd ſi non audieritis*) *in abſcondito quaſi ne offendantur victores* F *Iſai. 22.*[l] *Recedite, amarè flebo. Nolite incumbere vt conſolemini me.*[m] *Ezech. 24. Non plangetis, neque flebitis: ſed tabeſcetis in iniquitatibus veſtris. Et compaſſionis rationem:* (*plorans*) *Infra 50.*[n] *Grex perditus factus eſt populus meus: paſtores eorum ſeduxerunt eos, feceruntque vagari in montibus.*

l Iſai. 4 22. m Ezech. 24. 23. n Iere. 50. 6.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ἘΑ'Ν δὲ μὴ ἀκούσητε κεκρυμμένως κλαύσεται ἡ ψυχὴ ὑμῶν.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἐννόησον μέγεθος συμφορᾶς, ὅταν μηδὲ δακρύειν ἐξῇ τὰ πάθη τὰ οἰκεῖα, ἀλλὰ καὶ ταύτην ὦσιν ἀφῃρημένοι τὴν ἐξουσίαν. ὅρα πῶς || πανταχόθεν ἐπαίρει τὸ μέγεθος τῶν κακῶν, ἵνα κἂν οὕτως αὐτῶν καθίκηται. τί ταύτης τῆς ὀδύνης χεῖρον, μηδὲ δακρύειν δύνασθαι τὰ οἰκεῖα πάθη; ἀλλ' οὐδὲν ἐκείνων τὴν σκληρότητα ἐμάλαξε καὶ τὸ τραχύ.

|| ἄλ. πανταχοῦ.

[κεκρυμμένως κλαύσεται ἡ ψυχή.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἢ πρὸς τοὺς διδασκάλους ὁ λόγος, ὅτι αἰσχυνόμενοι οὓς ἠπατήσατε, κεκρυμμένως κλαύσατε. ἢ καὶ πρὸς τοὺς αἰχμαλώτους, ὅτι τοιαύτη ὑμῶν ἔσται ἡ αἰχμαλωσία, εἴτε νοητὴ, εἴτε αἰσθητὴ, ὡς μηδὲ τολμᾶν φανερῶς δεικνύειν.

A Verſ. 17. QVod ſi non audieritis; in abſcondito plorabit anima veſtra,&c.) 3

Chryſoſtomi.] *Conſidera calamitatis magnitudinem, quando ne flere quidem propria mala permittitur, ſed hac quoque facultate priuati ſunt. Vide vt omni ex parte vim ærumnarum extollat, vt vel ita dicendo eos permoueat. Quid hoc dolore acerbius, vt propria mala ne plorare quidem liceat? Sed nihil eorum duritiem aſperitatemque emolliuit.* Chryſoſt.

B *In abſcondito plorabit anima veſtra.*

Olympiodori.] *Vel ad magiſtros ſermo hic eſt; quòd eorum quos decepiſtis pudore ſuffuſi, in abſcondito plorate, vel etiam ad captiuos. Quòd tanta veſtra erit captiuitas, ſiue ea ſpiritaliter, ſiue corporaliter intelligatur, vt ne palàm eam oſtendere audeatis.* Olympiod.

Verſ. 18.] Dic Regi, & dominatrici, humiliamini, ſedete: quoniam deſcendit de capite veſtro corona gloriæ veſtræ.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Dic ſeu dicite Regi, & dominatrici, (ſeu, & potētibus,) Humiliamini, ſedete: quoniã deſcendit de capite veſtro corona gloriæ veſtræ.

TAnta [a] ergo imminente calamitatum copia, quibus & Reges Dauidicæ ſtirpis, & cuiuſcumque ordinis, ſtatuſque opprimentur Iudæi: & tu Propheta, & quotquot diuino æſtuatis zelo, ex nunc futuros tunc temporis meo nomine compellate Reges, Ioakim, Ieconiam, & Sedeciam: illiſque ſimul ac mulieribus, ad quas vnà cum eis quoquo modo ſpectet dominium Regium, ipſorum vtique Regum matribus, aut vxoribus, & Reginis: viris pariter Regiæ curiæ principibus, hæc dicite. Superbiam æquum eſt iam dimittatis, & humiliter è celſitudine vos demittatis in terram pœnitentiæ in luctu ſedentes. Quòd ſi ob pœnitentiam facere id non eſt animus, vel ob veſtras, communeſque imminentes miſerias. Luctui vos date largiſſimo, depoſitoque tanto animi tumore deiicite animos in afflictione; Quoniam Regia omni priuabimini dignitate, regiiſque inſignibus omni orbati honore, qui veſtri ſimiles decet. Idque non tam per Nabuchodonoſor vobis continget, à quo captiui abducemini, quàm per voſmetipſos, quorum vitiis è capite veſtro deiecta deſcendet, ac decidet glorioſa corona veſtra. 1 2

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 DIc Regi, & dominatrici, &c. Duæ circa hæc verba, & circa hoc totum vaticinium primò ſe ſe offerunt examinandæ difficultates. Altera, cuinam hæc dicenda mandentur Regi, & cui dominatrici: altera, quonam tempore enuncianda iſta fuerint. Et quidem quoad primam, communiori expoſitorum ſententia, Regis & dominatricis nominibus deſignati aſſeruntur Ioachin, qui alio nomine & Iechonias nuncupatus eſt filius Ioakim, nepoſque Ioſiæ, & mater ipſius. Quæ certè ſententia tribus nititur Sacræ Scripturæ locis ſanè euidentibus: primò ex eo quod hæc ipſa ferè ad verbum indicata eſt in comminatione, quà Dominus apud Ieremiam ipſum infra c. 22. hæc ait Regi eidem. [b] *Et mittam te, & matrem tuam, quæ genuit te in terram alienam, in qua nati nõ eſtis, & ibi moriemini.* Secundò ex eius cõminationis impletione quæ ſic narratur c. 24. lib. 4. Reg. [c] *Tranſtulit quoque Ioachin in Babylonem, & matrem Regis,* &c. & tertiò, ex eo quod item apud Ieremiã infra c. 29. Sic habetur, [d] *Poſtquam egreſſus eſt Ioachim Rex, & domina,* &c. Nicolaus tamen de Lyra, Dionyſius Carthuſian. fuſiuſque Chriſtophorus à Caſtro, Regem potiùs Sedeciã, qui ipſi ſucceſſit Ioachin, atque illius vxorem intelligẽdas his putãt nominibus, (*Dic Regi, & dominatrici:*) pro quibus Paraphraſis Chaldaic. legit, (*Dic Regi, & vxori eius.*) Cuius opinionis ſuæ maiorẽ exinde colligunt probabilitatem, quòd Sedeciæ magis conueniunt quæ hoc ipſo loco dicenda mandantur. Cùm in Sedecia vltimo ex Regibus Iuda re vera corona ceciderit gloriæ, clauſæque ſint ciuitates Auſtrales, atque omnis Iuda tranſlatus ſit tranſmigratione perfectâ, & tempore tranſmigrationis Regis Ioachin, neque omnino ceciderit corona gloriæ, ſubſtituto in eius locũ à Nabuchodonoſor Sedeciâ eius patruo; neque ciuitates Iuda fuerint clauſæ, factâ ſolùmodo in ciuitate Ieruſalem ſtrage: neq; tunc dici quiuerit facta tranſmigratio perfecta, quando tranſlati aſſeruntur ciues duntaxat Ieruſalem cum Rege, eiuſque familia.

Cur Regi hæc dicenda fuerint.

b Ier. 22. 26.

c 4. Reg. 24. 15.

d Ier. 29. 2.

Nic. de Lyra. Dion. Cart. Chriſt. à Caſtro.

2 Ambæ opiniones probabiles, iſta quidẽ ſecunda, quia magis conſona ad literam cõminationibus, quæ fiunt: prima verò, quia conformior aliis Sacræ Scripturæ locis, nec omnino illi repugnãt cõminationes; quandoquidem & prima de amiſſione regni quoad ipſum Ioachin verificata eſt, quem Nabuchodonoſor vnà cum matre, & principibus populi tranſtulit in Babylonem: & quod de ciuitatibus Auſtri, ſeu Iuda claudendis aſſeritur tunc pariter impleri potuit, quando obſeſsâ Ieruſalẽ metropoli, & reliquæ ei proximæ ciuitates præ metu, & pro ſecuritate ſunt clauſæ: quodque tertiò dicitur de tranſmigratione perfecta, commo

commodè eum habere poteſt ſenſum, quem affert Hieronymus, vt ſignificetur, omnem Iudæam recepiſſe quod merebatur, complerumque eſſe in illa: Vel ſimpliciùs tranſmigrationem perfectam appellatam eam, quæ facta eſt ſub Ioachim, quia Rex, Regina, & quotquot præſtantiores in populo erant, tranſlati fuère.

Quo tempore vaticinium iſtud habitum ſit.

Porrò iuxta has duas opiniones & ſecunda de vaticinij huius tempore ita explicanda eſt difficultas. Secundùm primam quidem, factum id dicere oportet ad principium regni Ioachim, cum his tribus dumtaxat menſibus regnauerit, vt patet ex cap.24.lib.4.Reg. Secundùm alteram B verò opinionem, non eſt quid certi determinare quo tempore Sedeciæ vaticinatus hæc fuerit Ieremias, Chriſtophorus à Caſtro in ſua Chronotaxi cenſet id contigiſſe tunc temporis quando Rex ipſe Sedecias rebellauit contra Regem Babylonis, anno ſcilicet regni eius octauo, cùm in cap.25.lib.4.Regum legamus, Nabuchodonoſor anno illius nono obſediſſe Ieruſalem, vt illico Prophetiæ apparêre cæperit complementum.

3 Gaſp. Sanct.

Præter duas autem iſtas exponendi rationes, nouis coniecturis admodum probabilibus, & Sacris quoque literis maximè conſonis Gaſpar C Sanctius in ſuis ſuper hunc locum Commentariis, ſuppoſito quòd hæc nihil ad ſuperiora ſpectent, ſed nono, atque ab illis ſeiuncto dicta ſint vaticinio, duplici ea accipi inquit poſſe ſine vlla difficultate vel perſonarum regionum de quibus hic ſermo ſit, vel temporis quo eadem ſint habita. Primùm vt comminatio hæc quibuſcumque facta ſit delicatiùs in Iudaico viuentibus populo, vt nimirum Regis, & dominatricis appellationibus quilibet deſignati ſint potentes, ac lauti quocumque in honore eſſent, & gradu. Quod confirmat duabus in Sacra Scriptura obſeruatis regulis, altera quâ Regis vocabulum ſæpe nedum D iis tributum reperitur qui ſummâ polleant poteſtate: ſed & iis qui delicati ſint, aut molles, regioſque alunt ſpiritus, vt Geneſ.49.20.[a] *Aſer panis pinguis, & præbebit delicias Regibus*, id eſt viris delicatis & Prouerb. 31. 4. [b] *Noli Regibus ô Samuel, noli Regibus dare vinum*, &c. Altera, quâ in genere maſculino, & fœminino ſimul coniunctis multitudo ſignificari conſueuit, imò & vniuerſalitas, vt Eccleſiaſtes 2. [c] Salomon Cantores, & Cantatrices, id eſt, Omne genus, varietatemque muſicorum comparaſſe ſe ait. Et huic primæ ſuæ E rationi hæc exponendi conſonam dicit eſſe lectionem Sept. quæ habet, (*Dicite Regi, & potentibus:*) Neque eidem repugnare quod mox de coronæ ſubiicitur lapſu, cùm exploratum ſit, Iudæos coronis vti ſolitos & in opimis conuiuiis, & in nuptiis. Adeóque ſecundam quam probabiliorem cenſet affert iſtorum expoſitionem, ei nitentem Sacræ item Scripturæ Phraſi, quâ noui coniuges in epithalamiis vocantur Reges, vt in Pſalmo 44. [d] *Dico ego opera mea Regi, & Adſtitit Regina à dextris tuis*, & Cant. 7. [e] Sponſa agreſtis filia dicitur Principis, Vt in his inquiat Dominus, non iam ampliùs à Iudæis celebranda F connubia eo, quo ſuperiori ætate plauſu, atque lætitia, quando videlicet coronam gloriæ geſtabant in capite, & ſtrepente Symphoniâ cum lucernis Regium in morem traducebantur. Quod apertis verbis ſupra 7.34. dicebat, [f] *Et quieſcere faciam de vrbibus Iuda, & plateis Ieruſalem vocem gaudij, & vocem lætitiæ, vocem ſponſi, & ſponſæ.*

Regis vocabulum tributum & delicatè viuentibus.

a Ge.49. 20.

b Prou.31.4.

Generibus maſculino, ac fœminino ſimul iunctis ſignificari ſolita vniuerſalitas.

c Eccl.2.8.

Coronis Iudæi vti conſueuère & in conuiuiis, & in nuptiis.

Reges appellati noui coniuges ac ſponſi.

d Pſal.44.2. & 10.

e Cant.7.1.

f Iere. 7. 94.

4

Si tamen mihi quid re vera ſentiam fas ſit liberè aſſerere ſimpliciùs dixerim, In his Prophe- A tam nequaquam nouum exordiri vaticinium, ſed illud ipſum, quod initio capitis cæperat, de maxima cladum, miſeriarumque copia proſequi. Et quia ſupra verſ. 13. retulerat, Dominum ſub ebrietatis metaphorâ cuicumque Iudæorum ordini, & ſtatui, in primiſque Regibus de Stirpe Dauid prædictam comminatum miſeriarum multitudinem, & copiam calamitatum. Nunc in idem argumentum ab ipſomet Domino ſibi mandatum aſſerere, vt cuique ex tribus Regibus Iuda, quos Chaldæorum Rex Nabuchodonoſor oppreſſurus erat, ſpecialiùs futuras denunciaret calamitates; id quod poſtmodum & tota faceret cum populi collectione, quæ dictis ſubiecta erat Regibus. Sic nomina *Regi, & dominatrici*, indeffinitè pro iis tribus poſita cenſeo, quibus Regia per Nabuchodonoſor ablata eſt dignitas, Sedecia, Iechonia, & Ioakim, contra quem primò veniſſe Nabuchodonoſor Regem Chaldæorum legimus cap.36. lib. 2. Paralipom. & vinctum catenis duxiſſe in Babylonem. Et quamquam quæ hîc eis dicenda iubentur plenè re vera ſub vltimo Rege Sedecia contigerint, ſingulis nihilominus eorum denuncianda fuère. Imò non tam viris, quàm etiam mulieribus, quæ ad eos quoquo modo ſpectarent Reges, ſiue matres, ſiue vxores, Reginas, atque cum Regibus dominatrices. Huic autem meæ ſententiæ fauère videtur verſio Sept. ſecundùm quam hæc non tam Deo, quàm eidem Prophetæ tribuuntur, qui mox loquebatur in præcedentibus, vt ſit vnius orationis continuatio ad vniuerſum populum, ita enim ea habet, (*Dicite Regi, & potentibus. Humiliamini*, &c.) Circa quam bene notat Hieronymus, Seniores illos pro eo quod in Hebraico textu nunc habemus גבירה *ghebirah*, legiſſe גבורות *gheburoth*, ideóque vertiſſe καὶ τοῖς δυναστεύουσι, id eſt, *& potentibus*, ſeu dominium exercentibus populi ſcil. principibus. Quibus ſic ſtantibus, non eſt quòd de tempore ambigamus, quo hæc dicta fuère, ſeu quo hoc habitum eſt vaticinium: Diximus enim in principio capitis huius, tempore Ioſiæ habita ea eſſe.

(*Humiliamini, & ſedete.*) Tribus modis hæc ſumpta reperio, in comminationem, vt à Ioanne Maldonato, imperatiuis poſitis pro futuris. Humiliabimini, & ſedebitis: in exhortationem, vt ab Andrea Cappella ad humilitatem & planctum, ſi fortè humilitate, & lachrymis obtinere poſſent, vt ſuam Dominus retractaret ſententiam: & tertiò, in reprehenſionem, prout cenſuit Petrus à Figueira, Ac ſi dicatur, Non ſuperbiretis, ſi videretis veſtram proximè futuram humiliationem, quam ego præuideo. Omnino hæc duo verba duobus reſpondent, quæ ſupra habita fuère, *Humiliamini*, ei quod vniuerſaliter dicebatur, *Nolite eleuari*, quod in particulari hîc repetitur ad Principes, quibus id maximè neceſſarium eſt conſilij, quod in libro [g] Eccleſiaſtici dicitur. *Quantò magnus es humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam.* (*Et ſedete,*) ei quo in verſ. 13. ebrietate implendi dicebantur Reges, qui ſedent de ſtirpe Dauid ſuper thronum eius, vt intelligerent ij qui excelſi in throno ſederent, operæ precium eſſe, vt humiliter in terram ſe deiicerent, in luctuque ſederent, & ſua ſcil. & populi ſui deflentes ſcelera. Rectè etiam hæc ſumes, vt excitationem non tam ad virtutem actus humilitatis, ac lachrymoſæ pœnitentiæ, quàm ad deiiciendum tumorem, ſeque affligendum, & deflendum pro temporali iam eis inſtante calamitate, in cuius

5 Ioan. Mald. Andr. Capp.

Petr. à Fig.

Principibus maximè neceſſarium conſilium, vt humilientur.

g Eccl.3.20.

calamitatis hæc dicta sint exaggerationem. Et quidem quòd humiliandi verbum, & significatam plerumque habeat affligendi, satis superque in Sacris literis est celebre.

6 *Sedere in terra antiquus lugentium mos.* a Iob.2.13. *Sedendi verbum vsurpatũ ad luctus magni narrationem.* b Thren.1.1. c 1.Esdr.9.3. d 2.Esdr.1.4. e Matth.27.61. *Lugentes cur sedere dicuntur.*

Ei tamen quod subiectum est verbum (*Et sedete,*) subintelligendum putant ferè omnes, *in terra*, quia is antiquitus mos erat lugentium, vt patet ex eo quod tres amici Iob [a] cum illo in terra sedisse plorantes dicuntur. Non est tamen necesse, vt id subintelligatur adiecti, cùm & frequentiùs absque vllo adiecto simplex verbum sedendi in Scriptura ad luctum vsurpetur, vt in principio Threnorum à Ieremia.[b] *Quomodo sedet sola ciuitas plena populo?* Sic & Esdras in cap. 9. primi libri. *Cùmque* [c] *audissem ait sermonem istum, scidi pallium meum, & tunicam: & euelli capillos capitis mei, & barbæ, & sedi mœrens*, & Nehemias pariter, *Cùmque* [d] *audissem, inquit, verba huiuscemodi, sedi, & fleui, & luxi diebus multis.* Sic & de flentibus ad Christi sepulchrum Mariis ait Euangelista,[e] *Erat autem Maria Magdalene, & altera Maria sedentes contra sepulchrum.* Id quod & in prophanis quoque literis sæpius est obseruare. Benè autem sessionis situ largus designabatur fletus, quia & ipsâ sessione fletus augebatur, & per fletum magnum cogebatur qui mœrebat sedere; Siquidem ad sedendum se se componens qui mœret, ob duo id facit, & vt tacitus rationes consideret lachrymas sibi excitantes: & vt totum se dedat fletui: & fletus ipse in mœrore magno solutis viribus corporis cogit vt sedeant, sicut è contrario gaudium & risus gestire compellit & exilire.

7 (*Quoniam descendit de capite vestro corona gloriæ vestræ.*) Expressiùs hæc sic reddiderunt Sept. (*Quia sublata est à capite vestro corona gloriæ vestræ.*) Ob id potissimùm maximo Regibus Iuda prædictis, ac Reginis deplorandum fuit fletu, quòd per Nabuchodonosor & Regiâ priuati sunt dignitate, & Regiis insignibus, quibus magnâ animi elatione, externaque superbia gloriabantur. Habet tamen non modicam vim quod & in Hebræo, & in Vulgata est verbum, (*descendit.*) Per id quippe indicatur, non tam ab alio Diadema è capitibus prædictorum Regum ablatum, quàm per semet illud exinde decidisse, adeóque non tam à Nabuchodonosor dignitate eos priuatos Regia, quàm à semetipsis. Sicut enim virtus cuiusque Regis est, quâ vna cum dignitate Regia & corona super caput detinetur Regum insigne, quod aliis verbis contestatus est Salomon, dicens,[f] *Misericordia, & veritas custodiunt Regem, & roboratur clementiâ thronus eius.* Et [g] *Rex qui iudicat in veritate pauperes, thronus eius in æternum firmabitur.* Ita è contrario, deficientibus virtutibus multóque magis si vitia adsint in Rege, operæ precium certè est, vt deficiat ei & Regia dignitas, & illius decidat insigne, fulcris nimirum destitutum virtutis, malóque & iniquitate ipsum impellente, ac deiiciente. Quod per eumdem Salomonem subindicatum est, vbi ait,[h] *Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas purissimum, Aufer impietatem de vultu Regis, & firmabitur iustitiâ thronus eius*, id est. Sicut per rubiginem, & scoriam excidit à puritate argentum, ita vt ex illo fieri nequeat vas pretiosum, & è contra per eiusdem scoriæ ablationem ex eodem argento vas fit purissimum. Ita per ablationem quidem impietatis palàm in Rege existentis firmum ac stabile illi redditur regnum, quod alioquin per manifestatam eiusdem peruersitatem deiectum fuisset, eóque redactum, vt ex semet regni Diadema ex ipsius decideret capite. Non ignoro alium ex Hebraica litera colligi Salomonis sensum in loco citato, vt impietatis vocabulo impios intelligere voluerit, quos Rex à suo auferre debeat conspectu. Nihil tamen prohibet, si eodem propriùs iuxta nostram vulgatam accepto pro ipsa Regis impietate manifesta, prout eam sumpsit Beda præallato eadem sententia exponi queat sensu, etiam secundùm literam.

Regum dignitas & regnum fulciũtur ab illorũ virtutibus. f Prou. 20.28. g Prou.29.14. *Reges dignitate, & regnis priuat plerumque illos malitia.* h Prou.25.4.

In textu Hebraico pro, (*Descendit è capite vestro*) est singulare verbum (*Descendit,*) & plurale quod sæpe in ea lingua cõtingit, nomen מראשׁתיכם *marasciotechem.* Quod diuersimodè sic reddunt Pagninus. (*Quia descendit principatus vester.*) Idem in thesauro, (*Magnitudines, inquit, vestræ,*) pro, *magnitudo vestra.* Rabbi Dauid in lib. Radicum, (*Capitalia vestra,*) id est dignitas vestra, Regia (*Principalitates vestræ:*) Vatablus, (*Ornamentum capitis vestri,*) Meliùs noster Interpres secutus Sept. primam literam, mem, vt præpositionem accipiens eamdem vocem cùm sine punctis legeretur, sic interpretatus est, (*E capitibus vestris.*)

Vers. 18.] Dic Regi, & Dominatrici, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

8 *Regis mentem quàm difficilè, idque ad quos spectet.*

SI rationem agendi, & loquendi in Regiis spectes aulis, infinitum eorum reperies numerum, qui & factis, & verbis Regum foueant tumorem. Si saluberrimum illis dandum sit humilitatis consilium, vix id ex speciali Dei iussione à quoquam assumitur oneris. Quid speciale ad hoc expectandum à Deo præceptum? Confessarij id certè est muneris, eiusque qui Principis animæ curam gerit. Ipse vt sibi à Deo habita hæc sumat. (*Dic Regi & dominatrici,*) Quin & ad Prædicatores quoque eadem spectare, & ad omnes quotquot spiritu Dei aguntur, ex versione patet Sept. *Dicite Regi, & potentatibus, Humiliamini & sedete:*) Videntur quidem primo aspectu hæc duo inter se esse pugnantia: Sedere enim regiam celsitudinem præ se fert sedentis, humiliatio verò demissionem; Sunt nihilominus ambo simul coniuncta. Enimuerò & humiliatio causa est excelsæ sessionis, vt ex libro patet Ecclesiastici, vbi dicitur.[i] *Sapientia humiliati*, non tam ab alio quàm à semetipso Græcè ταπεινοῦ *humilis exaltabit caput illius, & in medio magnatorum consedere illum faciet*: & sessio sapientis Regis causa est ei vt humilietur, si ipsum eius sedere, iuxta allatum in litera sensum luctum designet, & attentam eorum considerationem, pro quibus lugendum illi sit: Inter quæ bene præsertim adnumerantur significata in modicis hisce verbis, (*Quoniam descendit de capite vestro corona gloriæ vestræ.*) Tria autem pro nunc crediderim his significari. Vel enim descensu coronæ à capite impropriè vsurpato, ablatione signatur ipsius coronę, prout insigne est Regiæ potestatis, prout hoc ipso loco expressisse vidimus Sept. pro, (*descendit*) legentes, (*Sublata est.*) Quis verò dubitet vel cogitationem istius infortunij materiam copiosi suggerere luctus?

Regibus qui congruat, vt simul humilientur, & sedeant. i Eccl. 11.1.

9 *Regi saluberrimum consilium, vt sibimet auferat coronam, humiliando se ipsum.* k Ezech.21.26.

Quam salubre illud cuique dabitur Regi consilium, quod, licet alio sensu impio Sedeciæ mandauit Dominus vt faceret dicens illi,[k] *Aufer cidarim, tolle coronam, nonne hæc est, quæ humilem sublevauit? iniquitatem, iniquitatem, iniquitatem ponam eam.* Non expectes, ô quicumque Rex es, vt ab alio de tuo tollatur capite Diadema Regium, quod & coro

corona, & cidaris nuncupatur: tumet tumet id aufer, deponens superbiam, quâ per illud eleuatum est cor tuum: tolle id tibi, humiliter de te ipso sentiens, idque recogitans, quàm facile est, vt tibi aufetatur, vel certè per mortem, quam ob oculos semper habere debes. Tolle tu tibi coronam humilia de te sentiens, id mente reuoluens, quòd ipsa corona est, quæ humilem sublimauit, eademque est quæ sublimem humiliare consueuit. Recole quæ & Samuel Propheta Regi dixit Saul. [a] *Nonne cùm paruulus esses in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es?* Quî fieri potest, vt non & sedens in throno lugeat Rex, qui postrema, quæ ex Ezechiele relata sunt, ponderet Domini verba. *Iniquitatem, iniquitatem, iniquitatem ponam eam*, s. coronam? Quî fieri potest vt in humili contritionis luctu ipsam se se humilians sibi non auferat coronam? Siue culpam iniquitatis nomine intelligat, siue pœnam eodem vocabulo designatam accipiat, Sat percipit per repetitionem tam efficacem vnius vocis iniquitatis, & omne vt plurimùm culpæ scelus Regiam comitari solere coronam, quod per Angelum in libro Apocalypsis sancto significatum est Ioanni, quando, ostensâ ei meretrice magnâ typum gerente impietatis, dictum & id est, [b] *Cum illa fornicatos Reges terræ.* Et grauissima Regibus pro ipsorum iniquitatibus parata supplicia, iuxta illud Sapientis, [c] *Potentes potenter tormenta patientur: Non enim subtrahet personam cuiusquam Deus, nec verebitur magnitudinem cuiusquam, & fortioribus fortior instat cruciatio. Ad vos Reges sunt hi sermones mei.* Auferant itaque sibimet coronas eo modo quo in libro Apocalypsis viginti quatuor [d] seniores misisse legimus coronas suas ante thronum Dei, eas pro Dei amore, si opus fuerit, omnino aspernantes, & studentes illius considentis pedibus calcandas ipsas subiicere, proque eius legibus obseruandis pro nihilo ducere; & profitentes easdem cum dignitate, & potestate Regia, & ab illo esse, & ab ipso pendere, vt conseruentur.

a 1. Reg. 15. 17.
Corona Regia cur tribus vicibus appellata sit iniquitas. Idque quantùm Regibus debeat esse terrori.
b Apoc. 17. 2.
c Sap. 6. 7.
Reges quomodo præ humilitate coronas sibi debeant auferre.
d Apoc. 4. 10.

10 Quòd si descendendi verbum proprio hîc sumpserimus eius significatu, plura in verbis istis. (*Quia descendit è capite vestro corona gloriæ vestræ*) suggeruntur, pro quibus saluberrimum datum sit consilium Regibus, vt humilientur, sedeantque in luctu: quæ ad duo reducere possumus capita, iuxta duo regiarum coronarum genera. Neque enim hoc loco tractatum agere intendo de coronis simpliciter, deque singulis apud veteres coronarum speciebus. Primum autem Regium Diadema id considero, quod temporibus nostris in vsu conspicimus ex auro, & gemmis, quale & antiquis Iudæorum Regibus extitisse exinde colligere est, quòd in cap. 20. primi libri Paralipom. legimus. [e] *Tulit autem Dauid coronam Melchom de capite eius & inuenit in ea auri pondo talentum, & pretiosissimas gemmas, fecitque inde sibi Diadema.* Porrò cùm hoc Diadema ita fabrefactum sit, vt & radiorum, & mœnium referat formas; mœnium quidem, vt nouerit Rex quisque, cuius id imponitur capiti, se pondus ciuitatum omnium super caput portare debere, vbi sedes est mentis, quarum obtinet dominium: ob hanc quippe rationem Reges in lib. Iob dictos portantes [f] Orbem arbitrati sunt aliqui. Ita vt Gregorius Papa lib. 9. Moralium cap. 13. *Ipsi*, inquit, *Orbem portant, qui curam præsentis sæculi tolerant. Tantorum quippe pondera vnusquisque sustinere compellitur, quanti in hoc mundo principatur. Vnde & terræ princeps non incongruè Græco eloquio* βασιλεὺς *dicitur*, λαὸς *enim populus interpretatur.* βασιλεὺς *igitur* βάσις λαοῦ *vocatur, quod Latinâ videlicet linguâ, basis populi dicitur: quia videlicet ipse super se populum sustinet, qui motus illius potestatis pondere fixus regit.* Radiorum verò, vt Regi eidem exploratum per eos fiat, se & instar solis virtutum suarum radiis subditis prælucere debere, id implendo quod Saluator ait in Euangelio. [g] *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cælis est:* glorificatione non tam per verba, quàm per facta iis similia, quæ prælucentia vidit in ipso Rege, & diuinum quid ex Dei consortio, prout & primum Iudaici populi Ducem sanctum Moysem [h] referre splendoris & Dei exhibere imaginem quandam in maiestate, propter quam & apud Gentiles sacri ij dicebantur, vt apud Homerum legimus ἱερὸν μένος Ἀλκινόοιο. Sacrum robur Alcinoi: multóque magis in lucidis exhibendis iudiciis, propter quod Sanctus Rex ille Iosaphat insignia ea protulit verba: [i] *Non hominis exercetis iudicium, sed Domini.* Quando igitur contingit vt Reges & ab ista deciderint Dei similitudine in iudicando, & administrando iustitiam, nec religiosi spiritus, aut prælucentis bonorum operum lucem referant ac splendorem: aut regni sui, ciuitatum, ac subditorum negligant curam, quasi è sua exciderint mente; Tunc iure optimo dicat illis sanctus quisque (*Humiliamini, & sedete*, scil. ad luctum, *quoniam descendit de capite vestro corona gloriæ vestræ.*)

Coronam auream cum gemmis & antiquis in vsu fuisse.
e Para. 20. 2.
Rex cur in corona portare significetur ciuitates quas possidet.
f Iob. 9. 13.
Greg. Papa.
Reges cur radios in corona gestent supra caput.
g Matt. 5. 16
h Exod. 34. 29.
i Paral. 19. 6.
Corona Regis descendere dicitur ex illius capite, quādo is prauus extiterit, & ruinā negligat subditorum.

11 Alio quoque morali hac ipsâ verbi descendendi acceptione posset quis istâ, quam præ manibus habemus sententiâ vti ad persuadendum Principibus, vt se se humilient, libenter consiliarios, vt sapientes in partem assumentes gubernationis, in eorumdemque consilio sedentes alioquin descensuram ipsorum coronam, diminuendumque eorum imperium. In cuius moralis confirmationem facit quod apud Plutarchum lib. *In principe requiri doctrinam*, his dicitur verbis. *Reformidant doctrinam ceu principem admittere, ne potentiæ bonum quod habere videntur, impediat, si id adstringat, & seruire cogat honesto. Idque faciunt, quòd ignorent sententiam Theopompi Spartanorum ducis, qui quum primum in Sparta Regiæ potestati adiunxisset magistratus Ephoros, deinde vxor illi dixisset, probro illi futurum, si filiis traderet minus imperium quàm accepisset ipse: imò maius inquit, relinquo, nimirum hoc maius, quò firmius.* Quod est consonum ei Salomonis [k] Prou. 16. 12. dicto, *Iustitiâ firmabitur solium.*

Principes libēter prudentes audiant consiliarios, vt tutò dominentur.
Plutarchus.
Theopompi sententia.
k Prou. 16. 12.

12 Cæterùm si alterum consideremus coronæ Regiæ genus, quod Antiquis celeberrimum fuit, aliam insuper subministratam hoc loco habebimus rationem, ob quam Reges hortari conueniat, vt humilientur, & lugeant, descendente de ipsorum capite coronâ gloriæ eorum. Erat hoc coronæ genus fascia candida, quâ caput obligabatur Regibus. Vide pluribus de Corona & Diademate isto actum apud Alexandrum ab Alexandro lib. 1. genialium dierum à cuius circumligationis effectu, & Hebraicum coronæ nomen עטרה ....ngathereth à verbo עטר ngathar, circumdare, cingere, & circumligare, Et quidem Dio Chrysostomus oratione 66. istiusmodi coronâ cohibitionem, & constrictionem designatam putasse visus & potestatis, in primisque iracundiæ, quæ Regibus maximè sunt necessariæ, [l] *Sicut enim fremitus Leonis, ita & ira Regis*, teste Salomone, &, [m] *Melior est patiens viro forti, & qui dominatur animo suo expugnatore vrbium. Si quis alius,* ait

Corona Regia antiquitus fascia candida circumligata capiti.
Alexand. ab Alex.
Corona circumligatione designata cohibitio iræ, & potestatis in Rege maximè necessaria.
Dio. Chrys.
l Prou. 19. 12.
m Prou 16. 32.

ait loco citato Dio, *caput illæsum fasciis obligaret, omnibus esset ludificationi. Ne lædatur, lædaturæ, stringenda ira.* Vide hac de re plura apud Carolum Paschalium lib.2. de Coronis cap.9.

Carol. Pasc.

13 *Per fasciam quâ coronabantur Reges significata lex, quâ constringendum, & coronandū Regis caput.*

Sed & legem per idem coronæ genus designatam, quâ Regis caput circumdatum sit, ac mens, ex eo colligere est Prouerbiorum 4. quo à Patre suo sibi dictum ait qui in Regem coronandus erat Salomon. [a] *Principium sapientiæ, posside sapientiam, & in omni possessione tua acquire prudentiam, arripe illam, & exaltabit te: glorificaberis ab ea, cùm eam fueris amplexatus, dabit capiti tuo augmenta gratiarum, & corona inclyta proteget te.* Quibus consona sunt quæ & Plutarchus lib. sup. citato his asserit. *Quis imperabit Principi? lex omnium regina, & mortalium, & immortalium, vt ait Pindarus, non ista quidem foris in libris, aut ligneis scripta tabulis, sed animata ipsi insita ratio semper conuiuens, ac familiaris Principi, nec vnquam animum suo ductu, suâ gubernatione destituens.* Et Pierius Valerianus lib.41. vbi de Regiis insignibus pag.305. litera E, *Coronam dicimus,* inquit, *legum iudicium esse, propterea quod certis vinculis complicata est, quibus vita nostra veluti colligata coërcetur.* Quod & auctoritate probat scil. Hieronymi, qui illud Pythagoræ symbolum στέφανον μὴ δρέπτεσθαι, id est *coronam ne decerpas aut scindas,* interpretatur, (*Leges non esse dilacerandas,* sed in vigore, & incolumitate conseruandas, Hinc in 4. lib. Regum legimus, Sacerdotem Ioiada inaugurasse Ioas filium Ochoziæ in Regem Iuda coronæ, legisque Dei exhibitione.[b] *Produxitque,* ait textus, *filium Regis, & posuit super eum Diadema, & testimonium,* id est Domini legem: *Feceruntque eum Regem: & plaudentes manu dixerunt, Viuat Rex.* Et sapiens ille in lib. Sapientiæ Reges ipsos alloquens, adeóque & dicens: [c] *Ad vos Reges sunt hi sermones mei, vt discatis sapientiam, & non excidatis,* subdit paulò post. [d] *Cura disciplinæ, dilectio est; & dilectio custodia legem illius est: custoditio autem legum consummatio incorruptionis est: incorruptio autem facit esse proximum Deo. Si ergo delectamini sedibus, & sceptris, ô Reges populi, diligite sapientiam, vt in perpetuum regnetis: diligite lumen sapientiæ omnes qui præestis populis.* Quibus in verbis, Sapientiæ, seu luminis sapientiæ vocabulis Dei lege acceptâ, duo sunt ponderanda, & quod vltimo dicitur. *Vt in perpetuum regnetis,* non solùm scilicet in cælesti regno, sed & in regno terreno per totam vitam scilicet vestram, & in hæredibus filiis vestris: Et quod priùs dicebatur, *Et non excidatis,* ne scilicet regno ipso excidatis, excidente è mente capiteque vestro Dei lege, coronâ alioqui gloriæ vestræ. Tunc sanè saluberrimo isto muniendi ij sunt consilio quo hîc apud Ieremiam dicitur (*Humiliamini*) pœnitentiæ afflictione (*Et sedete*) per contritionem lugentes, (*Quoniam descendit de capite vestro corona gloriæ vestræ*) per peccata, diuinæque legis transgressionem: & periculum propterea est, ne & à regno excidatis. Cuius consilij adimpletionis egregium Rex Dauid præbuit Regibus quibuscumque exemplum, quando post Prophetæ Nathan increpationem illico coram Deo humiliatus, ac lugens in ea prorupit verba. [e] *Tibi soli peccaui.* Quæ perpendens Ambrosius lib. Apologiæ Dauid cap. 10. *Rex vtique, ait, erat, nullis ipse legibus tenebatur: quia liberi sunt Reges à vinculis delictorum. Neque enim vllis ad pœnam vocantur legibus, tuti imperij potestate. Homini ergo non peccauit, cui non tenebatur obnoxius. Sed quamuis tutus imperio, deuotione tamen, ac fide erat Deo subditus: & legi eius subiectum se esse* cognoscens, *peccatum suum negare non poterat: sed quasi reus cum amaritudine fatebatur, qui sciret maioribus vinculis se teneri, quia maiora deberet: quoniam plus ab eo exigitur, cui plus commissum est.*

a Prou.4.7.; Plutarchus. *Principi dominetur, cūque constringat lex rationis.* Pier. Valer. Hieronym. *Legis Dei Regibus tanta esse debet cura quanta & coronæ seruandæ super caput.* b 4. Reg. 11. 12. c Sap. 6. 10. d Sap. 6. 19. *Legis Dei obseruantia perpetuatur Regibus regnum.* *Regi transgredienti diuinam legem consulēdum, vt se humiliet, & defleat transgressione sua peccatum.* e Psal. 50. 6. Ambrosius.

14 Andreas Cappella moraliter hæc cuicumque aptans fideli. *Dignitas,* inquit, *nostra corona capitis nostri, gratia Dei est, quæ nos filios Dei, & Reges constituit. Hanc cùm peccamus, amittimus, vt meritò propterea humiliari, & humi sedere, & acerbè plangere debeamus.* (*Magnitudines*) autem, vel dignitates in plurali habetur in Hebræo, quòd hæc dignitas innumeras comprænendat dignitates, & omnes alias mundi dignitates longo superet interuallo, sic in principio Psalmorum vbi nos habemus. [f] *Beatus vir,* in Hebr. *Beatitudines viri,* habetur, quod innumeræ sint fœlicitates viri colentis iustitiam, de qua dicitur, [g] *Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa.*

Andr. Capp. *Corona fidelis cuiusque est diuina gratia, quâ amissâ, amittitur & dignitas regnādi, & dignitates reliquæ, quæ gratiam comitantur.* f Psal. 1. 1. g Sap. 7. 11.

VVLGATÆ.

Vers. 18.] Dicite Regi, & dominatrici, &c.

SEPTVAGINTA.

18. Εἴπατε τῷ βασιλεῖ, καὶ τοῖς δυναστεύουσι. ταπεινώθητε, καὶ καθίσατε, ὅτι καθῃρέθη ἀπὸ κεφαλῆς ὑμῶν, στέφανος δόξης ὑμῶν.

Vers. 18.] Dicite Regi, & potentibus: Humiliamini, & sedete: quia sublata est de capite vestro corona gloriæ vestræ.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Dic Regi, & vxori eius: Humiliamini, sedete, quia migrauit gloria vestra à vobis; cecidit corona laudis vestræ.*

Vers. 18. (*Dic Regi, & dominatrici,* &c.)

Hieronymus. *Prophetæ præcipitur, vt loquatur Regi Iecon iæ, & matri eius, quam dominam, & dominatricem, siue reginam appellat, vt humilientur, & in puluere sedeant; perdidisse enim eos regiam dignitatem, & Regi tradendos Babylonio. Verbum Hebraicum* גבירה *ghebirah, Aquila, & Symmachus dominatricem, & dominam interpretati sunt, quod Sept. putauerunt* גבורות *gheburoth, potentesque dixerunt. Delirant in hoc loco qui Regem Christum, & potentes Angelos, vel Apostolos intellexerint, vt assumant corpus humilitatis, & in puluere sedeant: & amittant vel Rex, vel potentes de capite suo coronam, & gloriam fortitudinis. Ciuitates quoque Austri clausas interpretatur infernum, & quæ nulli aperiantur: omnemque gloriam Iuda esse translatam, quando in passione completum est,* [h] *Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.*

Hieronym. *Delirium appellat Hieronymus extortam expositionem mysticam.* h Psal. 13. 3.

Theodoritus. *Hortatur Regem, & Principes, vt defleant rerum mutationes, & reuocat in memoriam, quæ iam euenerunt.*

Theodorit.

2 D. Thomas, *Dat consilium ad Regem, inuitans ad humilitatem* (*Dic Regi*) *scil. Iecon iæ* (*& dominatrici*) *scil. matri eius, quia cum matre se tradidit Nabuchodonosor, 4. Reg. penult.* (*Sedete*) *in terra in signum humilitatis. Isai. 47.* [i] *Descende, sede in puluere, filia Babylon, sede in terra, & assignat rationem ex regni amissione* (*Quoniam de capite*) *Thren. vlt.* [k] *Cecidit corona capitis nostri.*

D. Thom. i Isai. 47. 1. k Thren. 5. 16.

S. Pascha

S. Paschasius Ratbertus.

S. Paschasius Ratbertus lib. 5. in Lament. Ieremiæ. (*Dic, inquit Regi, & dominatrici,*) (*humiliamini, & sedete, quoniam cecidit de capite vestro, corona gloriæ vestræ.) Vbi alius interpres, (Descendit) ait. Sed multum interest quando cadat corona capitis, vel quando descendat: quia lenior est descensio, quam ruina. Paulatim ergò dum desidiosè viuitur, per neglectum gloriam amittere, descendere est, quia dum quisque ad altiora non currit, ad inferiora descendit.*

Negligenter bene viuere est descendere.

A

D. Bonauentura serm. 2. de Sancto Bartholomeo Apostolo. *De auaritia, quâ coronantur à mundo diuites omnes, mundique amatores, scribitur. (Dic Regi, & dominatrici, humiliamini, & sedete, quia de capite vestro descendet corona gloriæ vestræ.) Hæc est illa corona, quâ quis pingitur coronatus in rota fortunæ: nam quia semper voluitur, nec ad momentum stare permittitur, dum ad summum peruenit descendere cogitur.*

D. Bonauent. *Auaritia coronâ coronātur diuites à mundo.* *Mundana prosperitas dū ad summum peruenit descendit.*

CATENA VETERVM PATRVM:

GRÆCORVM.

ΕΙΠΑΤΕ τῷ βασιλεῖ, καὶ τοῖς δυναστεύουσι. ταπεινώθητε.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐ γὰρ αὐτοῖς διελέγετο, ἀλλὰ τῷ πλήθει, ἐννόησον ὅση ἡ τοῦ προφήτου παῤῥησία, ὅταν διὰ τῶν ὑπηκόων τοιαῦτα σημαίνῃ τοῖς ἄρχουσιν. ἑκόντες ποιήσατε, ὃ μικρὸν ὕστερον μετ' ἀνάγκης ἔσται: μὴ γὰρ οὐ ταπεινωθήσεσθε; ἀλλὰ νῦν παρ' ὑμῶν γινέσθω, ἵνα μὴ γίνηται παρὰ τῶν πολεμίων. τοῦτο καὶ ἐφ' ἡμῶν ἔστω κρίνωμεν ἑαυτοῖς, ἵνα μὴ κρίνῃ ὁ θεὸς ἡμῖν.

B

Vers. 18. Dicite Regi, & potentibus: Humiliamini, &c.

3

Chrysostomi.] *Non enim eos alloquebatur sed multitudinem. Considera quanta sit Prophetæ libertas loquendi, cùm per subditos talia principibus indicet, efficite sponte quod paulò post necessitate futurum est, an non humiliabimini? Fiat nunc hoc à vobis, ne fiat ab hostibus. Hoc idem fiat à nobis, simus nobis ipsis iudices; ne Deus iudicet nos.*

Chrysost. *In Principibus monendis quanta sit Sanctorum libertas.* *Principes humiliēt semet ne id postmodum ab hostibus sustineant violenter.* *Iudices simus nobismet, ne iudicemur à Deo.*

Vers. 19.] Ciuitates Austri clausæ sunt, & non est qui aperiat: translata est omnis Iuda transmigratione perfectâ.

C

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Ciuitates Austri clausæ sunt, & nō est qui aperiat.

Ciuitates [a] *Iuda australes & respectu Babylonis vnde ab Aquilone venient Chaldæi, & respectu ciuitatum, quæ aliis per Iosue distributæ fuère decem tribubus, iam & præ metu obsidentium Ierusalem clausæ sunt; vtque intra eas tutiores sint, nemo est ciuium qui eas audeat aperire: quin imò & eò tandem deuenient vastitatis, ac desolationis, vt præ solitudine clausæ remansuræ sint, nullo superstite ciuium, à quo aperiantur.* [b] *Variis transmigrationibus, modò sub Ioakim, modò sub Iechonia, demumque sub Sedecia iam ferè omnis Iuda consummata in Babylonem translata est captiuitate. Translatus certè est totus Iudaicus populus, & hæ sunt paces & bona, ac prospera quæ arroganter expectabant. Quin potius ipsemet se transtulit, quando expellentibus eum sceleribus propriis è suis migrare compulsus est laribus, captam verò transmigrationem per ipsos consummauerunt, perfectéque explerunt Chaldæi.*

D

b Translata est omnis Iuda transmigratione perfectâ (seu translata est ipsa perfectiones, aut paces. Vel, Migrauit Iudas, & cōsummauerūt transmigrationem perfectam.

E

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1

Hug. Card. *Ægypti situs ad Austrum.*

Ciuitates Austri, &c.) Per ciuitates Austri, Hugo Cardinalis ciuitates intelligit Ægypti, quæ respectu Iudææ ad Austrum est. Ac si dicatur. Ne credatis quòd Ægyptij defendant vos, quia ciuitates illius clausæ sunt, id est, non egredientur inde Ægyptij, vt vobis ferant auxilium. Seu, cùm ciuitates Ægypti quæ sunt ad Austrum respectu Ierusalem, se contra Assyrios ad bellum præparent, semet muniendo, & claudendo propter hostium aduentum, multò fortiùs debes hoc facere, tu, ô Ierusalem, quæ media es. Cui Hugonis intellectui is fauere forsitan possit Isaiæ locus capitis 30. quo de inani ad damnosa Iudæorum fiducia in Ægyptum agens Propheta. Iudæos [c] ipsos iumenta appellat Austri, quia sarcinarum onera instar iumentorum Austrum versùs per desertum gestarunt in Ægyptum, quò confugerunt.

c Isai 30. 6.

Communis nihilominus, & vera sententia est, vt hoc loco per ciuitates Austri, seu Meridiei, & quæ sunt ad meridiem, vt est in Hebr. ciuitates intelligantur Iuda, quæ duas ob rationes Australes dicantur, & respectu Babylonis, vnde ad ipsas venturi dicebantur Chaldæi ab Aquilone: & respectu decem tribuum, quo ad Australem, & meridionalem plagam Iosue [d] sortem dedit tribui Iuda. Porrò quòd ipsæ ciuitates Iudæ clausæ dicantur, neque sit qui eas aperiat, duplicem habere potest sensum, vel vt per hoc arctissima earum designetur hostium obsidio, ac vehementissimus eorumdem metus. Vel meliùs, magisque consequentibus consona, vt per id maxima earumdem significetur vastitas, & desolatio, quo sensu & Isaias 24. [e] *Attrita est, inquit, ciuitas vanitatis, clausa est omnis domus nullo introeunte.*

Iudæa situatur dictus ad Austrum & Meridiem.

d Iosu. 15. 1.

e Isai. 24. 16.

2

Translata est omnis Iuda transmigratione perfectâ.) De transmigratione Iuda loquens, quæ tribus vicibus facta est sub tribus prædictis Regibus, Ioakim, Iechonia, & Sedecia, per vnum eumdemque Nabuchodonosor, in præterito loquitur, quia breuitatem ostendere voluit temporis, quo prima captura erat aliis minor; quoque & secunda secutura erat maior sub Ioachim seu Iechonia: & post illam tertia omnium maxima sub Sedecia, quam & propterea perfectam Propheta appellat in comparatione priorum. Sic ab vltimo termino totam translationis ipsorum Regum, ac Iudaici populi complexus est scribens. In textu Hebraico efficaciùs ita hæc habentur (*Translata est Iuda ipsa, tota ipsa, translata est,* שלמים *scielomim,*) quam postremam vocem, ferè communiter

Iudæis triplex facta transmigratio in Babylonem.

ter interpretantur (*perfectionibus* seu *perfectiones*, aut *integritates*,) id est integrè, perfectè, omnino, aut omnimoda, vt idem repetatur, ac si dicatur (*Translata est tota*,) prout & in secundo membro legit Pagninus, vt sit nomen perfectionem, integritatem & complementum designans à significatu verbi שלם *scialam*, quod & perficere, complere, finire, & integrum esse significat. Adderem ego, eamdem vocem accipi posse vt plurale nominis שלום *scialom*, id est pacis, vt in hunc modum secundum istud membrum verratur, (*Translata est, paces*.) Sitque perpulchra illusio ipsorum Iudæorum, qui (vt vidimus supra) nimia præsumptione, pacem, & bonorum omnium tranquillitatem sibi pollicebantur; nullam diuinarum comminationum habentes rationem, [a] *dicentes Pax, pax, cùm non esset pax*. Ac est si hîc dicatur, in captiuitatem totus Iudaicus translatus est populus, translatus certè est, & hæ sunt paces, & bona, ac fœlicitates, quas arroganter expectabant.

a Iere. 8. 11.

3 In versione quoque Sept. est quid quod adnotemus, Cùm enim ita habeat (*Transmigrauit Iudas, consummauerunt transmigrationem perfectam*.) Sic enim legunt codex Vaticanus, melioresque Codices συνετέλεσαν ἀποικίαν τελείαν. Quod Codices Complutensis, & Regius habent συνετέλεσαν ἐν αὐτῆς ἀποικία. (*Consummauerunt in ea transmigrationem*.) Duæ enim in his designantur factæ Iudaici populi transmigrationes, altera nimirum sub Ieconia, quando Rex ipse cum nobilioribus populi in Babylonem à Ierusalem fuit translatus: altera sub Sedecia, & Regis & totius cum eo populi: prima enim quæ sub Ioakim facta est, vix translatio dici potuit, cùm tunc temporis factas solummodo turbas aliquas per latrunculos in Iuda legamus in cap. 24. lib. 4. Reg. in seruitutem redacto, & sub tributo eius Rege, quem & postea vinctum translatum in Babylonem legimus in cap. 36. lib. 2. Paralipom. Porrò quòd dicitur, intransitiuè, (*Migrauit*, seu, *Transmigrauit Iudas*) id quoque subindicare potest, quod populus non tam ab hostibus fuit translatus, quàm à semet, quando suis eum expellentibus sceleribus ipsemet è propriis laribus migrare compulsus est, Ita vt quod secundo adiectum est, (*Consummauerunt transmigrationem perfectam*:) de ipsis eorum peccatis intelligatur.

Vers. 19.] Ciuitates Austri clausæ sunt, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

4 *Regibus Christianis proponēdum, vt maximè deflendum quòd & Ægyptus, & Palestina in Mahumethanorū sint potestate, Clausa Christo, eiusque prædicationi.*

SI per ciuitates Austri literaliter, prout aliquos arbitratos vidimus in prima expositione, ciuitates designentur regionis Ægypti, quodque certius est ciuitates Iudææ, quarum metropolis Ierusalem, sensu morali, simul, & literali dicere possumus, & hoc post præexposita ingemiscendum, attentiusque cum lachrymis considerandum mandari à Deo confessariis, & prædicatoribus, & viris sanctis, vt proponatur Christianis Regibus. Quòd ciuitates illæ Ægypti in quibus spiratio tanta antiquitus fuit Spiritus Sancti, & diuinæ gratiæ instar Austri venti calidi, progerminare facientis, odorisque diffusiui, vt myriades multæ in eis progerminatæ conspicerent, vt Sanctorum Monachorum, & Anachoretarum: & vndequaque ex eisdem flagrantissimus per vniuersum terrarum Orbem odor spiraret sanctitatis, æstuantisque præcipuè charitatis. Et ciuitates (quod deplorabilius est) Iudææ, quas Christus Iesus suâ decorauit præsentiâ, suâ instruxit prædicatione, suisque insigniuit miraculis: quin & Ierusalem, quam & suâ illustrauit passione, & suo purpurauit sanguine, suo nobilem reddidit sepulchro, in qua & Spiritum Sanctum super discipulos misit: Istæ inquam Austri ciuitates clausæ sunt eidem Christo, eiusque fidei, & ipsius Austri spirationi, quam tanto affectu in Canticis Ecclesia Christi item sponsa efflagitat dicens, [b] *Surge Aquilo*, scil. recedens Diaboli spiritus, *& veni Auster*, scil. perflans Spiritus Sancte *& fluent aromata*, virtutum scil. sanctarum. Regnat iam in eis ciuitatibus spirante Aquilone Mahometi infamis, peruersaque religio: Et non est qui illas veræ fidei, Christoque aperiat, debellatis, fugatisque Turcis, per quos & id factum est, quod mox iisdem regibus Christianis subiicitur deplorandum, *Translata est omnis Iuda transmigratione perfectâ*, omni videlicet veræ religionis confessione, quam sonat Hebraicum vocabulum Iuda, penitus ex ipsorum regionibus eliminata, in miseram captiuitatem paucissimis Christianorum reliquiis redactis, ita vt sine mortis periculo detestari eorum non liceat sectam.

b Can. 4. 16.

Pro hæresi Aquilonaris regionū maximè deplorandum Regibus Christianis.

Vtinam & aliquibus & plurimis eadem non conuenirent ciuitatibus Aquilonaribus quidem quoad situm terrestrem, sed quibus Antiquitus, imò non multis ab hinc annis, nomen optimè congruebat ciuitatum Austri, & Spiritus Sancti, quando earum populi frequentissimi in Catholica, & orthodoxa fide, & religiosissimi erant. Cùm è contra miserrimis temporibus hisce nostris per hæresim passim eidem fidei earum portæ clausæ sint, nec liceat cuiquam illas aperire, prohibitâ ipsius prædicatione: omnibusque Catholicis eiectis, transmigrare penitus à se fecerunt omnem rectam Christi, eiusque in terris Vicarij Pontificis Maximi confessionem.

5 Hug. Card. *Religiosorum monasteria nunc clausa pauperibus & aperiuntur solis diuitibus.*

Hugo Cardinalis per Ciuitates Austri, domus intelligit Religiosorum, quæ ad perflationem constructæ sunt Spiritus Sancti, clausas has dici, inquit, quatenus quæ olim apertæ erant omnibus peregrinis, & pauperibus, modò clausæ sunt, nec aperiuntur nisi diuitibus, affert in istorum confirmationem dignum quod hîc describatur exemplum, de quodam nobili, qui in pauperi habitu in quamdam venit religiosorum domum, in quam eo habitu minimè fuit admissus: sed cùm postmodum in equis, pulchrisque eò reuersus esset vestibus, admissus optimè ibi fuit habitus: habitoque sermone in capitulo, eo finito, depositis coram omnibus vestibus suis, ad illas conuersus dixit, Gratias vobis ago vestes meæ de bono hospitio meo. Quibus summa in fratres adstantes commota est admiratio. Pro quo sensu affert Hugo illud Iob 31. [c] *Si despexi pauperem prætereuntem eò quòd non habuerit indumentum: & absque operimento pauperem, idque* Iacobi 2. [d] *Si introierit in conuentum vestrum vir aureum annulum habens*, &c.

c Iob. 31. 19.

d Iacob. 2. 2.

VVLGATÆ.

Vers. 19.] Ciuitates Austri clausæ sunt, &c.

SEPTVAGINTA.

19. Πόλεις αἱ πρὸς νότον συνεκλείσθησαν, καὶ οὐκ ἦν ὁ ἀνοίγων. ἀποικίσθη ἰούδας. συνετέλεσαν ἀποικίαν τελείαν.

Vers. 19.

Verſ. 19.] Ciuitates, quæ ad Auſtrum concluſæ ſunt:& nõ eſt, qui aperiat. Translatus eſt Iudas: conſummauerunt transmigrationem perfectam.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1

PARAPHRASIS Chaldaica. *Ciuitates Auſtri clauſa ſunt, & non eſt qui aperiat: migrauerunt omnes de domo Iuda migratione perfectâ; recepta eſt retributio operum ſuorum.*

Verſ. 19. *Ciuitates Auſtri,* &c.

Hieronym.

Hieronymus. (*Ciuitates Auſtri clauſa ſunt,*) *id eſt, Tribus Iuda, & Ieruſalem, qua iuxta ſolitudinem ad Auſtrum verſa eſt:& non eſt qui aperiat obſidione circumdatas. Tranſlata eſt omnis Iudaa, ſiue omnis Iuda transmigratione perfectâ, hoc eſt, recepit quod merebatur, & completum eſt in ea, ſic enim Sept. tranſtulerunt.*

Theodorit.

Theodoritus. (*Vrbes verſus Auſtrum clauſa ſunt, & non eſt qui aperiat. Tranſlatus eſt Iuda; compleuit tranſlationem perfectam,*) *Mancipationis ſcilicet, Nam vrbes Iudeæ non paucas Sennacherib ſubiugauerat. Et hæc inquit perpeſſi ſunt ſoluentes pœnas delictorum quæ commiſerant.*

Conc. Aquiſgranenſe. *A docendo ſilent ſalubriter aliqui audiat.*

Concilium Aquiſgranenſe ſub Ludouico Pio cap. 25. *Interdum Doctores Eccleſia calore charitatis ardentes conticeſcunt à docendo, quia non eſt qui audiat teſtante Propheta, (Ciuitates Auſtri clauſa ſunt, & non eſt qui aperiat.) Qui docendi accipit officium interdum ad tempus facta proximi taceat, qua ſtatim corrigere nequaquam exiſtimat. Nam ſi corrigere poteſt & diſſimulat, verum quod conſenſum erroris alieni habeat.*

A correctione quando bene abſtinetur, & quando malè.

2

D.Thomas. (*Ciuitates Auſtri,*) *quia ſors Iuda ad Auſtrum erat.*[a] *Ioſue* 15. (*Qui aperiat*) *obſidionem ſoluens, ſc. Ægyptus, Tranſlata eſt.*[b] *Threnorum* 1. *Migrauit Iudas propter afflictionem,& multitudinem ſeruitutis: habitauit inter Gentes, nec inuenit requiem.* Idem ad finem huius capitis 13. *Notandum*, inquit, *quod Spiritus Sanctus dicitur Auſter, propter calorem Iob.* 37.[c] *Nonne veſtimenta tua calida ſunt, cùm perflata fuerit terra Auſtro: propter ſplendorem. Abacuc* 3.[d] *Deus ab Auſtro veniet, & Sanctus de monte Pharan: operuit cælos gloria eius: propter volatus eleuationem,*[e] *Iob.* 39. *Numquid per ſapientiam tuam plumeſcit Accipiter, expandens alas ſuas ad Auſtrum, propter pluuiarum multiplicationem. Pſal.* 125.[f] *Conuerte Domine captiuitatem noſtram, ſicut torrens in Auſtro: propter arborum fructificationem. Cant.* 4.[g] *Veni Auſter, perfla hortum meum, & fluent aromata illius.*

D.Thom. a Ioſue. 15. b Thre. 1. 3.

Spiritus Sanctus dicitur Auſter propter multa.

c Iob. 37. 17. d Abac. 3. 3. e Iob. 39. 29. f Pſal. 125. 4. g Cant. 4. 16.

Iſidorus Hiſpalenſis. *Quòd Iudæi iuxta ſpem ſuam numquam reparabuntur. Ieremias dicit: (Ciuitates Auſtri clauſa ſunt: Tranſlata eſt omnis Iuda tranſlatione perfectâ) id eſt irreuocabili captiuitate.*

Iſid. Hiſpal. lib. de Gent. vocatione cap. 12. *De perpetua Iudaorum captiuitate.*

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΠΟ´ΛΕΙΣ αἱ πρὸς νότον συνεκλείσθησαν.

Βίκτωρος.] τὸ, ταπεινώθητε, τῆς βασιλείας τὴν καθαίρεσιν δηλοῖ. συγκελεῖσθαι δὲ τὰς πόλεις τὰς πρὸς νότον φησίν. αἱ γὰρ ἰούδα πόλεις τῶν ἐν σαμαρείᾳ τυγχάνωσι νοτιώτεραι. καὶ ἄλλως δὲ πρὸς νότον ἦσαν, ὑπὸ Θεοῦ, καθάπερ ἀπὸ μεσημβρίας φωτὸς αὐγαζόμεναι τε, καὶ θερμαινόμεναι, καὶ τῷ ἀπὸ Βορρᾶ πνέοντι καλῶς ἀντικείμεναι. ὅθεν ἡ νύμφη φησίν. ἐξεγείρου Βορρᾶ, καὶ ἔρχου νότε, καὶ διάπνευσον κῆπον μου. ἀπὸ τούτου συνεκλείσθησαν τοῦ φωτὸς εἰς τὴν πρὸς Θεὸν ἐπιστροφὴν, τὰ ἔνδον μὴ διανοίξαντες. ἐκεῖθεν ἐδουλώθησαν τοῖς πολεμίοις αἰσθητῶς τε καὶ νοητῶς.

Ὀλυμπιοδώρου.] αἱ κατ' εὐσέβειαν πολιτεῖαι, αἱ ἀντικείμεναι τῷ νοουμένῳ Βορρᾶ.

[ἀποικίσθη ἰούδας, συνετέλεσαν ἀποικίαν τελείαν.]

Ὀλυμπιοδώρου.] μετὰ τῶν αἰσθητῶν νόει, ὅτι τῶν κατ' εὐσέβειαν ἠθῶν μετέστη.

3

Verſ. 19. CIuitates quæ ad Auſtrum concluſa ſunt, &c.)

Victoris.] *Humiliamini, regni deſtructionẽ denotat. Clauſas verò ait ciuitates Auſtri, quòd ciuitates Iudæ magis vergunt ad Auſtrum, quàm Samaritanæ, & alio ſenſu ad Auſtrum erant à Deo, veluti à meridiei lumine illuſtratæ & calefactæ, & Aquiloni rectè oppoſitæ. Vnde & ſponſa ait,*[h] *Exurge Aquilo, & veni Auſter, & perfla hortum meum: ab hoc clauſæ erant, ne lumen reciperent ad conuertendum ſe ad Deum, interiora non aperientes ob id hoſtibus & corpore & mente ſeruitute deuincti.*

Victor. *Iudææ ciuitates dictæ ad Auſtrum, & propter ſitũ, & quia à Deo illuſtratæ.*

h Cant. 4. 16.

Olympiodori.] *Inſtituta viuendi ſecundùm Deum quæ ſpiritali Boreæ opponuntur. Tranſlatus eſt Iudas: conſummauerunt tranſmigrationem perfectam.*

Olympiod. *Inſtituta bona Auſtri metaphorâ ſignificata.*

Olympiodori.] *Cùm ſenſilibus intellige. Quòd mores ad pietatem compoſitos deſeruerit.*

Olympiod. *Trãſmigratio conſummata animæ cũ deſerit vitam bonam.*

Verſ. 20.] Leuate oculos veſtros, & videte qui venitis ab Aquilone: vbi eſt grex qui datus eſt tibi: pecus inclytũ tuum?

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

i Leuate oculos veſtros, & videte qui venitis (ſeu, eos qui veniunt) ab Aquilone.

POſt[i] *Reges ſummum in Iudæa obtinentes & dignitatis,& regiminis culmen, compellate & eam quæ item in regimine ſecundum obtinet locum, Sacerdotum, ac ſapientum collectionem, & concilium, quod reſidet in Ieruſalem, dicentes: Tollite oculos, quique iuge cum Babyloniis habere conſueuiſtis cõmercium,& eo ire, indeque venire, intuemini, iã enim adeo proximi ſunt Chaldæi, vt ſi parũper veſtros leuaueritis oculos, viſuri illos ſitis ab Aquilone in Iudæã properantes.*[k] *Heus tu, cui commiſſum eſt, vt doctrinâ, adminiſtratione rectâ iuſtitiâ, boniſque vita exemplis gregem paſceres Domini. Vbi nam ille eſt, ex quo tantũ per fas & nefas colligebas commodi,& lucri? Vbi pecus tam inſigne, per quod & plurimum tibi proueniebat gloria? Quò illud peruerſa tua deduxiſti regendi ratione?*

k Vbi eſt grex qui datus eſt tibi, pecus inclitum tuum (ſeu & oues gloria tua.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1

LEuate oculos vestros, & Videte qui venitis ab Aquilone.) Cùm & Sept. pro (qui venitis) habeant τοὺς ἐρχομένους (venientes) in accusatiuo, & Hebraicum participium הבאים habbaim, recétiores interpretes item in accusatiuo vel (venientes) vertant, vel (eos qui veniunt,) quomodo in textu Glossæ ordinariæ habetur, quomodo & id interpretatur ipsemet Hieron. in Commentariis, facilis istorum esset sensus: si & in nostra Vulgata (qui venitis, pro qui veniunt,) positum sumatur, quod non est à Scriptura Sacra alienũ, in qua sæpe & tempus pro tẽpore, & numerus pro numero, & persona pro persona sumitur, vt sermo sit vel Regem, atque Reginam indiffinitè; vel meliùs iuxta Sept. ad Ierusalẽ, ciuesque eius: quibus proponantur Chaldæi iam venientes ab Aquilone, tamque proximi, vt si parũper oculos leuauerint, visuri illos sint properantes. Vidimus enim supra, Babylonem respectu Iudææ Aquilonarẽ esse, itavt propterea in principio istius libri dictũ sit, [a] Ab Aquilone pandetur omne malũ. Cæterùm cùm id in primis mihi oneris in meis hisce sumpserim Cõmentariis, vt seruatã nostræ Vulgatæ lectione illæsâ, eã pro viribus exponere obniterer. Ideo hoc quod in illa legimus, (Et videte qui venitis ab Aquilone,) duobus modis dixerim posse explicari, vel vt ad Chaldæos Propheta loquatur, qui è Babylone contra Ierusalẽ venirent: quomodo hæc accepit Andreas Cappel. Ac si dicatur, Considerate quà ratione Ierusalẽ, & vniuersus Iuda omni destituatur auxilio; deserruit enim Deus hunc populum in vestras tradere manus propter eius scelerà. Cui tamen sensui non congruit iudicio meo, quod mox subiicitur, (Vbi est grex qui datus est tibi, pecus inclytum tuum?) Neque enim omnino mihi placet quod idem ait Cappella, posse & hæc esse voces eorumdem Chaldæorũ insultantium Ierusalẽ, & ciuitatibus Iuda, quasi dicatur. Vbi est populus ille inclytus, & numerosus, de quo tãtopere gloriabaris, quomodo ciues tui non propugnãrẽt. Hoc inquam non probo, cùm multã sic operæ pretiũ sit facere mutationem personarũ loquentiũ, nam quod in sequenti versu additur, Quid dices cùm visitauerint te? tu enim docuisti eos aduersum te, &c. manifestè ad Ierusalem, & Iudam dictũ est. Cui & faciliùs, & veriùs quod hîc dicitur, habitum esse affirmabimus, vt cõtinuatus sit Prophetæ ad eumdem populum sermo, sicque optimum arbitror sensum, quem affert Ioan. Mald. Leuate oculos vestros ó Iudæi, & videte qui venitis ab Aquilone, i. qui cum Babyloniis commerciũ habere soletis, & eò ire, indeque venire, Quod frequentissimum Iosiæ tempore extitisse ostẽdimus supra in principio huius capitis tertiidecimi, quum probauimus facile fuisse tunc Ieremiæ ire, & redire ab Euphrate.

Margin: a Iere. 1. 14. — Andr. Capp. — Iudæi existẽtes in Ierusalem quomodo dicti. Qui venitis ab Aquilone. — Ioan. Mald.

2

(Vbi est grex qui datus est tibi, pecus inclitũ tuum?) Isid. Clar. putat hæc habita ad Regem illũ, de quo supra vers. 18. Dic Regi, & quidã rectè Regi, cui in Scriptura sæpius nomen tribuitur pastoris, assũptæ conueniunt gregis metaphoræ, & pecoris ac ouium, cùm illius curæ ac fidei subdjti commissi sint, quos & pascat, & custodiat, & deducat, & tueatur: Attamẽ ex Hebræo patet, ciuitati potiùs Ierusalem, eiusque nobiliorum, ac Sapientiorum Senatui, & congregationi eadem esse tribuenda; pronomina enim fœminini sunt generis. Et satis est congruens, vt post sermonem ad Regẽ, ac Reginam indefinitè in duobus præcedentibus vers. habitum, immediatè nunc ad Senatum totius Iudææ metropolis, in primisque ad conciliũ Sacerdotum, atque Scribarum, quod in Ierusalem residebat, verba fiant, quos propriùs greges pascere multis in locis Sacræ contestantur literæ, & pascere gregem Domini, de quo supra vers. 17: Ieremias ipse. Plorans, plorabit, & deducet oculus meus lachrymam, quia captus est grex Domini. Non dicit autem hoc loco, (Vbi est grex Domini, pecus inclitum Domini?) quia norat, parum eos de rebus curare Dei, quatenus Dei sunt: magisque propter suum proprium moueri commodum, & (vt aiũt) interesse, Ideo istud ipsum eis obiiciens, ait, (Vbi est grex, qui datus est tibi?) ita vt qui Dei erat, esset & tuus, ex quo tantùm scil. per fas, & nefas colligebas commodi, & lucri? Vbi pecus inclitum tuum, tam nobile, tamque insigne, per quod & gloriæ tibi proueniebat plurimum. Quod meliùs expressêre, & Hebræa, & Græca quæ legunt, (Et pecus, seu & oues gloriæ tuæ?)

Margin: Isid. Clar. Reges appellati pastores. — Pastores Iudaici gregis maiorẽ ratiõnem habebãt propriy emolumẽti, & lucri, quàm Dei.

Vers. 20.] Leuate oculos vestros & videte, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

3

IVxta sensum quem probabiliorem nostræ huius lectionis Vulgatæ asseruimus in prima expositione, rectè hæc iis aptabis Prælatorum Catholicorũ, vel etiam Principũ sæcularium, qui commerciũ cum Aquilonaribus habent hæreticis, idẽque & suis permittunt subditis. Si enim isti vel Principes, vel Prælati post aliquod tẽporis oculos super suum leuauerint populum, videre plerumque eos continget, illũ hæresi totum infectũ. Ita vt cum lachrymis vnicuique eorum dici & quæ subiiciuntur queant. (Vbi est grex qui datus est tibi? vt sedulam videlicet eius curam gereres: Vbi pecus tuum adeo inclitum,) vt & oues pascuæ Dei diceretur? An non vides, iam illud factum oues pascuæ Diaboli, sectatorumque illius hæresiarcharum? An non exploratum tibi erat, subditos tuos Christi sanguine redemptos, instar ouium facillimè expositos infectioni, dispersioni in variorum errorum sectas, & cuiuncumque ferarum raptui: In eumdemque sensum rectè & aliam expones præsentis sententiæ lectionem, (Et videte eos qui veniunt ab Aquilone) vt moneantur Principes, ac Prælati in facienda diligenti inquisitione, & examinatione eorum qui ex iis veniunt Aquilonaribus regionibus in quibus aliqua vigeat hæresis: ne postea cuipiam eorum dicendum à Domino sit, (Vbi est grex qui datus est tibi? vbi pecus inclitum tuum?) illo nimirum infecto, &c. vt supra. Cui etiam sensui facilè & quæ sequuntur aptabis, vt admodum concinentia: vt mox patebit, quum ea expendemus.

Margin: Hæreticorum commercium in suis iurisdictionibus quàm cauere debeãt Prælati, & Principes sæculares.

4

Præter hunc duos alios adderem sensus Ecclesiasticis Prælatis ambos congruentes. Primum, quoad illos in hoc sæculo adhuc degẽtes: Secundum, quoad eosdem sermo sit, qualem in die iudicij à supremo audient iudice. Iuxta primum, Aquilonis metaphorâ isto significato mundo, de quo B. Ioannes, [b] Mundus, ait, totus in maligno positus est, id est, in frigore, quale est in Aquilone, multóque acriori, ac perniciosiori: cùm & Propheta noster in superioribus dixerit, [c] Sicut frigidam fecit cisterna aquam suam, sic frigidam fecit malitiam. Etsi malignum idipsum est ac peccatum, quod ex refrigescente charitate admittitur, & no

Margin: Mundus significatus metaphorâ Aquilonis. — b 1. Ioã. 5. 19 — c Ierem. 6.

a Matth. 24. 12. b Iacob 1. 15. c Sap.2.24.

& nouimus per Dominum Ieſum dictum, [a] *refrigeſcet charitas multorũ*,& per eius Apoſtolũ, [b] *Peccatum generat mortem*,ſicut multò ante per Sapiẽtem fuerat id pronunciatũ, [c] *Inuidiâ Diaboli mors introiuit in Orbem terrarum :* neceſſariò certè aſſerendum,pernicioſiſſimum mundi huius ſpiritualis Aquilonis eſſe frigus,idemque mortem inferre iuxta & illud quoque philoſophicum affatum. *Calido viuimus,frigore morimur.*Ecquæ vita ibi eſſe poteſt,vbi calor non eſt charitatis,dicente Ioan.[d] *Si quis diligit mundũ, non eſt charitas Patris in eo?* Quòd ſi Aquilo idcirco adeo eſt frigidus, Aquilonareſque regiones propterea ſunt frigidiſſimæ, quia remotiſſimæ à ſenſibili iſto ſunt Sole, quis non videat,quàm congruè & ob id Mundus quẽ frigidiſſimum probauimus, congruentiùs, & à priori ſpiritualis dicatur Aquilo, qui remotiſſimus à Deo ſpirituali eſt Sole,& à Chriſto Dei filio,iuxta id Euangelij,[e] *Et mundus eum non cognouit*, & [f] *Mundus me odit*. Ad prauos itaque Prælatos,qui neglectâ quæ eis cõmiſſa eſt animarũ curâ, ipſi addicti ſunt mundo, & concupiſcentiis eius,quibus id congruit quod Dominus aiebat,[g] *Lux venit in mundum*,ſcil.terrenum, *& dilexerunt homines*,quibus is cõſtat mundus,qui eſt Deo aduerſus, *magis tenebras quàm lucem.* Ad iſtiuſmodi inquam Prælatos dicamus cum Propheta : *(Qui venitis ab Aquilone,)*quorum totum ſtudium eſt,vt euntes, & redeuntes in mundo iſto conuerſemini,illius itinera,negocia, & concupiſcentias frequentãtes,leuate iam amabò mentis veſtræ oculos,leuate & oculos corporeos, & intuemini aliquando,vbi nam ſit grex qui vnicuique veſtrûm ſingillatim paſcendus traditus eſt?quò nam redactæ ſint animæ fidelium prætioſiſſimo Chriſti ſanguine redemptæ ? pecus illud adeo inclytum in quas miſerias propter veſtram non reſidentiam, propter negligentiam, & propter peſſima etiam exempla deciderit? Quid dicetis,&c.

d 1.Ioã.2.15. e Ioan.1.10. f Ioan.7.7. *Prælatorum mundo addictorum negligentia quàm dãnoſa gregi fidelium.* g Ioan 3.16.

5 *Primum iudiciũ in morte cuiuſque.* h Iere. 1.14.

Iuxta poſtremum verò ſenſum,[h] Aquilonis metaphorâ deſignato inferno,prout & in primo capite. Supponendum vnumquemque hominem quando moritur primo iudicari iudicio ſecũdùm ea quæ cùm viueret geſſit;& quamuis quoad corpus communis ſit omnium ſententia, vt in terrã reuertatur, de qua corpus ipſum conditum eſt: quoad animam tamen iuſti quidem in cælũ poſt plenã in Purgatorio culpæ plenæque ſatisfactionem recipiuntur:qui verò mala egerunt in infernum detrudũtur. Porrò cùm venerit filius hominis,vt extremum de vniuerſis proferat iudiciũ & quoad corpora,& quoad animas, canente tubâ, mortuiſque reſurgentibus,ſingulorum certè animæ de iis in ſua corpora venient receptaculis, in quibus eouſque perſtiterint, vt ante tribunal ſe ſiſtant Domini.Hoc ſuppoſito,dicendum,proponere hîc Prophetam, verba quæ in extremo illo iudicio ad Prælatos prauos habiturus eſt iudex. Quibus in verbis primò id ponderandum eſt nomen,quo illos compellabit. *(Qui venitis ab Aquilone:)*egregius ſane titulus & iis congruens,qui & plurimis,cùm hanc degerent vitam,decorari ſtuduerãt beneficiorum titulis, & in cognationibus ſuis ſæculares quoque titulos perilluſtres augere contenderant;quique adeo in præ nobili Epiſcopatus, aliuſve inſignis Prælaturæ gloriati fuerant titulo,vt pro eo & coram Deo,& coram hominibus maximè ſuperbierint.*(Qui venitis ab Aquilone,)*ab inferno,Dæmonũ ſede, ſocij profectò illorum:Et quia, [i] *vultus Domini ſuper faciẽtes mala,vt perdat de terra memoriã eorũ:* infœlices ij ocu-

In die iudicij mortui veniẽt ad Chriſti tribunal ex iis receptaculis, in qua deſtinati fuerant in primo mortis iudicio.

Prælatos prauos in die iudicij quibus verbis allocuturus ſit iudex.

i Pſal.33 17.

lis in terram demiſſis venient,nec faciẽ indignati ſuſtinere poterunt iudicis,cuius oculos vt flammam ignis,è cuius ore gladiũ vtraque parte acutum egredientem vidit in [k] Apocalypſi Ioannes. In eorum cruciatus initium mandatur, vt leuent oculos ſuos,& intueantur, *(Leuate oculos veſtros.)* Atque vt ſtatuta illi iudicij recta ſeruetur regula, tradita in libro Sapientiæ,[l] *Per quæ quis peccat,per hæc & puniatur :* Quia præcipuũ Prælatorum peccatũ, quodque præ cæteris à Deo illis obiicitur, defectus eſt circa paſtoris officium,& circa commiſſarum curam animarũ.Ideo peropportunè iuſtiſſimam ipſorum damnationis rationem, iſtius vnius eorum delicti oſtenſione proponens, vnicuique dicet,*(Vbi eſt grex,qui datus eſt tibi?vbi pecus inclytum tuum?)*Indicans eius ſubditos inter hœdos damnandos propter ipſius culpam, qui cùm illos in curam aſſumpſiſſet, vt eximium gregem ouium paſcuæ Dei, peruerſitate, & negligentiâ ſuâ effecit, vt in hœdorum declinarint ordinem illum,quos in Euangelio legimus [m] ſeparatos ab ouibus, ſtatutoſque ad ſiniſtram iudicis.

k Apo.1.14. l Sap.1.17. *Prælati praui damnabũtur in die iudicij ob dãna quæ ſuo intulêre gregi ſuâ negligentiâ, & prauitate.* m Matt.25. 33.

Quod iuxta aliam lectionem,quã pro, *(qui venitis)*legitur,*(venientes,ſeu eos qui veniunt:)*in hunc modum ad eoſdem prauos Prælatos dictum accipit Hugo Cardin.Ac ſi dicatur, Leuate oculos veſtros, & videte quantus dæmonum exercitus veniet contra vos de inferno.

VVLGATÆ.

*Verſ.*20.]Leuate oculos veſtros,&c.

SEPTVAGINTA.

20. Ἀνάλαβε ὀφθαλμούς σου Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἴδε τοὺς ἐρχομένους ἀπὸ Βοῤῥᾶ. ποῦ ἐστι τὸ ποίμνιον ὃ ἐδόθη σοι, πρόβατα δόξης σου;

*Verſ.*20.]Leua oculos tuos Hieruſalem, & vide veniẽtes ab Aquilone. Vbi eſt grex, qui datus eſt tibi,oues gloriæ tuæ?

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Leuate oculos veſtros,& videte eos qui veniunt ab Aquilone; vbi eſt populus qui traditus eſt tibi, oues laudis tuæ?* 1

Verſ.20.*(Leuate oculos veſtros,*&c.

Hieronymus.*Præcipitur habitatoribus Ieruſalem, vt eleuent oculos ſuos,& videant Chaldæos ab Aquilonis parte venientes:Interrogaturque ipſa ciuitas,& dicitur ei,(Vbi eſt grex qui datus eſt tibi, pecus inclytum tuum?)Vbi eſt populus tuus quem à Deo acceperas?Vbi illa tanta,& inclyta multitudo,vt totius prouinciæ turbam in vnum locum crederes congregatam?* Hieronym.

Theodoritus.*Præcipit ipſi Ieruſalem,vt intueatur multitudinem hoſtium venientium ab Aquilone, & infert, (Vbi eſt grex qui datus eſt tibi,oues gloriæ tuæ?) Pro,incolarum multitudo.* Theodorit.

D. Thomas. *Inducit ciuitatem Regiam Ieruſalem ad humilitatem, primò proponens hoſtium potentiam, (Leuate,) per conſiderationem,(qui)contra fortes.Supra 6.* [n] *Ecce populus venit de terra Aquilonis, gens magna conſurget à finibus terræ,&c. (ab Aquilone)& excludens ſubditorum fiduciam, (Vbi eſt grex) quaſi, multitudo populi,quæ tibi erat ſubiecta,quaſi dicat,Ciuitas Regalis, & Sacerdotalis non poterit tibi prodeſſe.* D.Thom. n Iere.6.22.

Ezech. 34.[a] Ecce ego ipse super pastores. Requiram gregem meum de manu eorum, & cessare faciam eos, vt vltra non pascant gregem meum, nec pascant amplius pastores semetipsos: & liberabo gregem meum de ore eorum, & non erit vltra eis in escam.

a Ezech. 30. 10.

D. Bonauent. expositione in cap. 2. Lucæ, quod hîc dicitur, (Vbi est grex tuus, &c.) dictum inquit contra Prælatos non residentes.

D. Bonau. A Prælatis non residentibus petetur ratio gregis eorum.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Ἀνάλαβε σοῦ ὀφθαλμοὺς σου Ἱερουσαλήμ. Τοῦ Χρυσοστόμου.] πρὸς τὴν πόλιν αὐτὴν διαλέγεται νῦν, τὰ μέλλοντα, ὡς παρόντα λέγει. καὶ συνεχὴς οὗτος ὁ λόγος.

|| Ὀλυμπιοδώρου.] τοῦτ' ἐστι, κατανόησον. ||

Vers. 20. Leua oculos tuos Ierusalem. Chrysostomi.] Vrbem ipsam nunc alloquitur. Futura vti præsentia narrat: continuatusque est hic sermo.

Chrysost.

|| Olympiodori.] Hoc est, contemplare, perspice, intellige. ||

Olympiod.

Vers. 21.] Quid dices cùm visitauerit te? Tu enim docuisti eos aduersùm te, & erudisti caput tuum: numquid non dolores apprehendent te, quasi mulierem parturientem?

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

Qvam [b] habebis excusationem, quum Deus à te illius repetet rationem? Quid respondebis, quum accersitis cōtra te Chaldæis te castigauerit? Quid causaberis, quidue querelarum emittes eorumdem Chaldæorum exercitu aduersùm te insurgente in vltionem?[c] Sanè tumet, tam impudenter illorum te subiiciens idololatriæ docuisti eos, facillimum ipsis fore, vt te, tuaque omnia suæ subigerent tyrannidi: Scelestique cum illis commercio frequenti eos in tui erudisti perniciem, tuorum omnium ipsos reddent conscios. Quin eosdem tuo sæpius admiscens exercitui, vel in tuum aduocans auxilium, peritia assuefecisti belligeradi, vt in tui ruinam optimè suos ducerent exercitus.[d] An non cùm nihil habeas de quo conqueraris vel contra Deum, vel contra Chaldæos, intelligens de temet solummodo esse querendum, vehementissimis arripiêris doloribus, maximisque plorabis eiulatibus, iis similibus, quibus eiulant quas partus apprehenderint dolores?

b Quid dices cùm visitauerit te?

c Tu enim docuisti eos aduersùm te, & erudisti in caput tuū, (seu & tu assuefecisti eos cōtra te duces. Vel, & tu docuisti eos cōtra te disciplinas.

d Numquid non dolores apprehendet te, quasi mulierem parturientem?

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

Qvid dices cùm visitauerit te?) Ad eamdem ciuitatem Ierusalem, quodque in illa fuisse diximus concilium, siue ad totam Synagogam & hæc habentur, sicut & quæ mox præcesserunt; ex Hebræo enim patet, & verbum (dices) & pronomen (te) fœminini esse generis, sicut & subsequentia. Porrò quod dicitur, (Cùm visitauerit te,) referunt aliqui ad Deum, Ac si dicatur. Quam excusationem habebis, quum Deus rationem à te repetet commissi tibi gregis, pecorisque adeo inclyti: Seu quid respondebis, quum Deus accersitis contra te Chaldæis te castigauerit? quomodo & Sanctus Iob, [e] Quid faciam, ait, cùm surrexerit ad iudicandum Deus: & sanctus pariter Rex Ezechias,[f] Quid dicam, inquit, aut quid respondebit mihi, scil. conscientia mea, cùm ipse, sc. Deus fecerit? Meliùs tamen, & subsequentibus congruentiùs, ad hostem, & Chaldæorum Regem Nabuchodonosor ea referes, prout Sept. ad Chaldæos legentes, (Quid dices quando visitauerint te?) Hebr. (Cùm visitauerint super, seu contra te) quo magis exprimitur vis significatus verbi visitādi, de quo egimus pluribus super vers. 29. capitis quinti. Est autem istorum sensus. Quid causaberis, quidue querelarum emittes, Chaldæorum exercitu contra te in vltionem insurgente? Affertque Propheta rationem efficacissimā, quâ tunc illi os obstruetur, subdens.

1 De ratione reddenda in die iudicij.

e Iob 31. 14.

f Isai. 38. 15.

In die iudicij insurgētibus dæmonibus in damnatos obstruetur iisdē dānatis os.

(Tu enim docuisti eos aduersùm te, & erudisti in caput tuum.) Si simpliciter istam nostræ Vulgatæ lectionem exponere velimus, non recederem ab Ezechiele Propheta, qui in c. 23. optimum illius nobis suggerit intellectum, quando de Iuda sub nomine loquens Oolibæ sororis Oollæ, i. Samariæ, & decem tribuū:[g] Fornicationem, inquit, suam super fornicationem sororis suæ ad filios Assyriorum præbuit impudenter, ducibus, & magistratibus ad se venientibus indutis, veste varia, equitibus, &c. & paulò pôst. Et auxit fornicationes suas: cùmque vidisset viros depictos in pariete, imagines Chaldæorum expressas coloribus, &c. Subditque quomodo miserunt Babylonem, & exinde detulerūt in Iudæam Chaldæorum Idola, in quorum cultu fornicati fœdissimè cum iisdem sunt Chaldæis. Quibus illos ipsamet erudiuit, quòd facilè ipsam subiicere sibi possent Deo suo rebellem. Vnde concludit Deus ibidem, Ecce ego suscitabo omnes amatores tuos contra te, &c. Filios Babylonis, & vniuersos Chaldæos, tyrannosque & principes, omnes filios Assyriorum, &c. Et dabo coram eis iudicium, & iudicabunt te iudiciis tuis, &c. quæ ibi fusiùs leges, iis certè consonis quæ & hoc loco Ieremias subiiciet. Et secundùm ista sensus præsentis sententiæ hic erit. Non poteris certè cōqueri vel de Chaldæis, vel de Deo, qui illos contra te immisit vt te visitent, iudiciisque te castigent, qualia mereris; nam tumet subiiciens tam impudenter te illorum idololatriæ docuisti eos, quòd facillimo negocio te, tuaq; omnia suæ subigerēt potestati: atque in tui perniciē frequenti, & scelesto cum illis commercio eos erudisti, conscios ipsos reddēs tuorum omniū, & virium, & morum, & opū, & munitionum, & imbecillitatū, in primisque in Deum tuū offensarum. Quis enim ambigat, & ea doctos Chaldæos à Iudæis ipsis quæ ab Achior duce filiorum Ammon dicta fuêre Holoferni principi exercitus Regis Nabuchodonosor in lib. Iudith.[h] Non fuit qui insultaret populo isti, nisi quando recessit à cultu Domini Dei sui, Quotiescumque autem præter ipsum Deum suum alterum coluerunt, dati sunt in prædam, & in gladium, & in opprobrium, & post multa.[i] Nunc ergo mi Domine perquire, si est aliqua iniquitas eorum in conspectu

2

g Ezech. 23. 11.

Iudæi quomodo Babylonios erudierint in suam perniciem.

h Iudith. 5. 17.

i Iudith. 5. 24.

ſpectu Dei eorum: aſcendamus ad illos, quoniam tradens tradet illos Deus eorum tibi, & ſubiugati erunt ſub iugo potentiæ tuæ.

3

Referunt alij doctrinam: ac eruditionem iſtam ad id quod à Rege Ezechia factum legimus. Iſai. 39. quando theſauros ſuos vniuerſos oſtēdit nunciis Regis Babyloniæ audiuitque propterea ab Iſaia Propheta. [a] *Ecce dies venient, & auferentur omnia quæ in domo tua ſunt, & quæ theſaurizauerunt patres tui vſque ad diem hanc, in Babylonem: non relinquetur quidquam dicit Dominus, & de filiis tuis, qui exibunt de te, quos genueris, tollent, & erunt Eunuchi in palatio Regis Babylonis.*

a Iſai. 39. 6.

Cæterùm ſi Originalia Hebr. ſpectemus & Græca Sept. apertè patet, ad collatā Chaldæis per ipſoſmet Iudæos belligerandi peritiam eadē pertinere. Hebræa enim ita vertunt, Pagninus, (*Et tu aſſueſeciſti eos ſuper te principes, & capitaneos.*) Regia, (*& tu docuiſti eos ſuper te duces in caput tuum.*) Iſidorus, (*Vt fierent duces in caput tuum.*) Vatablus, (*Vt contra te duces eſſent, & capita.*) Ad verbum, (*Et tu aſſueſeciſti eos ſuper te*, ſeu *contra te duces* לראש *leroſe*, propriè (*capiti*, ſeu *ad caput*,) i. ad tuam perniciem. Sept. (*Et tu docuiſti eos contra te μαθήματα εἰς ἀρχὴν doctrinas, ſeu diſciplinas in principatum.*) Docuerunt autem re vera eos militiæ peritiā, quandoquidem frequenter aciebus propriis illos admiſcuerunt, vel in auxilium ipſos aduocantes prout c. 16. lib. 4. Regum feciſſe legimus Regem Achaz qui ad Regem Aſſyriorum legatos miſit, qui ei ipſius dicerent nomine, [b] *Seruus tuus ego, & filius tuus, Aſcende, ſalua me de manu Regis Syriæ, & Regis Iſrael, qui inſurrexerunt contra me*, vel illis ipſi opem ferentes, vt factum eſt ſub Ioſia Rege, [c] qui vt ſuppetias Regi ferret Aſſyriorum, prodiit in occurſum contra Regem Ægypti, à quo & fuit occiſus. Quod ſequitur. *Numquid non dolores apprehendent te quaſi mulierem parturientem*: patet.

b 4. Reg. 16. 7.

c 4. Reg. 23. 29.

Verſ. 21.] Quid dices cùm viſitauerit te, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

4

Prælatis prauis & mortis, & extremi iudicij tēpore quæretur ratio paſtoralis ipſorum muneris.

SVppoſito quod ſæpius in ſuperioribus diximus, viſitandi verbum vſurpari in Scriptura ſolitum in ſignificatu vleiſcēdi, rationemque repoſcendi, facillima eſt & præſentis ſententia iuxta mores, ad ea quæ in præcedenti ſunt habita. Et quidem ſi ad Prælatū ſermo ſit Eccleſiaſticum, tempus quando eum viſitaturus dicitur Dominus, vel mortis intellige, vel extremi iudicij, quando vnicuique præfectorū dicetur, [d] *Redde rationē villicationis*, regiminis, & curæ gregis tui. Si verò principi ſermo ſit ſæculari, commercium (vt diximus) habente, idemque permittēte in ſtatu ſuo cum hæreticis: Tunc aſſerere poſſumus eum à Domino viſitari, & caſtigari etiā ante præexpoſita cōmunis viſitationis tempora mortis, atque iudicij, quando, ipſo permittente Domino, per eoſdem hæreticos, quorū ipſe vſus eſt operâ, bellum contra eum mouetur: Vel, quod multò eſt peius, ipſimet eius ſubditi ex hæreticorum cōmercio peſte infecti hæreſeôs, ſicut à vera defecerunt Chriſti religione, ita & ab eo, qui naturalis ipſorum eſt Dominus, rebellātes, & turbas in eius excitant ciuitatibus, & atrocia illimet excitant bella: quod ſæculo iſto noſtro & audiuimus, & vidimus. Vtinam non ingemiſcendum ſit, quod & adhuc peiora contingere in aliis videamus regionibus, Et iuxta hunc ſenſū peroptima eſt ratio, quâ tali Principi occluditur (vt ita dicam) os, vt in tali Domini viſitatione nil habiturus ſit quo de alio quæratur, quam de ſemet, cùm mox ſubditur.

d Luc. 16. 2.

Principes hæreticorū commertium permittentes, caſtigat ſæpe Deus & per ipſos hæreticos, & per ſuoſmet ſubditos hæreſi infectos.

5

Principes Catholici permittentes hæreticorum cōmercia quomodo dicātur erudire ſubditos ſuos cōtra ſeipſos.

Tu enim docuiſti eos aduersùs te, & erudiſti in caput tuum.) Quòd ſi de ſubditorum accipias turbis, docuiſſe rectè eos dicitur Princeps contra ſeipſum, & erudiſſe in ſuam perniciem, dum vel ob lucri aliquod commodum, vel ob diabolicam, quam dicunt rationem ſtatus promiſit, ſeu ſaltem ipſius negligentiâ factum eſt, vt paulatim illi ab hæreticis contra Orthodoxam docerentur Eccleſiæ fidem, & falſis contra Deum, & contra iuridicam proprio Principi obedientiam erudirentur dogmatibus, libertatique aſſuefierent, & conſcientiæ in Deum, & regiminis in Principem. Si verò de commotis ſermo ſit bellis per eos ipſos hæreticos, cum quibus cōmercium Catholicus habuerit princeps, & quorum opera in ſuis ipſe vſus ſit præliis, vtinam non & plerumque etiam contra Catholicos, manifeſtus eſt iſtorum intellectus allatus in expoſitione literæ, quem clariorem reddit Hebraica lectio (*Tu enim aſſueſeciſti eos contra te duces capiti tuo*, ſeu ad caput) & perniciem tuam, Notat in hanc rem Petrus à Figueira ex hoc loco moneri debere principes Chriſtianos, ne in bello in auxilium hoſtes fidei, & Chriſti aduocent, & recipiant. *Numquam enim*, inquit, *legimus Iudæos à Romanis vexatos, niſi poſtquam eorum amicitias, & fœdera expetiuerunt.* Imò ſi attentiùs hiſtorias expendamus Macchabæorum, animaduertemus ab eo tempore, quo Iudas Macchabæus legatos, munera, & literas Romanis, & Spartiatis miſit idololatris, commerciū cum illis habere eo ſatagente, inſignia illius geſta declinare cæpiſſe. Addit idem Figueira, *Quando tamen ſine probabili periculo infideles in aliquo prælio aſſumi poſſent, non videtur omnino illicitum, exemplo Abrahæ* [e] *Geneſ.* 14. Quem locum in ſui defenſionem principes ipſi, quique eos quoad tale commercium defendunt, afferre communiter ſolent: frequentiſſima certè & antiqua, & recentia exempla aſſertioni fauent, quam præ manibus exponendam habemus.

Principes Catholici quàm cauere debeāt hæreticorum, & infidelium opera vtātur eorūque auxilia aduocēt in ſuis præliis.

Petr. à Fig.

Infideliū auxiliaribus copiis vti aliquando licitū, ſed id valde periculoſū.

e Gen. 14. 13.

6

Prælati mali quomodo ſuos ſubditos erudiſſe dicantur in caput ſuū.

Si Prælato prauo hæc dicta ſumātur, rectè ſanè iis congruent, quorū negligentiâ fit, vt ſubditorū aliqui hæreſi inficiantur, qui poſtmodum contra eos in bellū inſurgant, & duces ſeducta fiant plebis: & quorum prauis exēplis eruditi, doctique in ſcelerū ſtudio euadentes clerici, duces cōtra ipſos populo ſe exhibent in ſeditionē commoto. Erudiſſe quoque eoſdē ſubditos ei dicetur tēpore vel mortis ſuæ, vel extremi iudicij, quorū damnatio ob culpam ſuā tunc ei repræſentabitur, quoſque & cōtra ipſū duces experietur inter accuſatores. Sed & iis cōgruentiſſimè hæc dicentur, (*Tu enim docuiſti eos aduersùm te, &c.*) qui nimia cū libertate, & indecorè cū ſuis agent ſubditis, vnde poſtea fit, vt inſolētiores contra ipſos ſuos inſurgant ſuperiores. Id quod & imprudētibus contingere ſolet parentibus, ita vt propterea per Sapientē quemdam reperiamus dictum, [f] *Equus indomitus euadit durus, & filius remiſſus euadet præceps. Lacta filium, & pauentē te faciet: lude cum eo, & cōtriſtabit te. Non corrideas illi, nè doleas, & in nouiſſimo obſtupeſcēt dentes tui*, præ doloris, ſc. acerbitate, quo fiat, vt nil ei in hac vita ſit gratum, ſicut his, quorum obſtupeſcūt dentes, moleſtum eſt edere, nec quidquam eis placet. Quam doloris acerbitatem efficaciùs hîc explicatam per Prophetam habemus, cùm mox ſubiiciatur, (*Numquid non dolores apprehendent te, quaſi mulierem parturientem?*)

Prælati quā cauere debeāt ne cū ſubditis indecorè, & liberiùs agāt.

f Eccl. 30. 8.

7

Cuique etiam peccatori dici hæc moraliter queunt,

Peccator docet dæmones quâ ratione ip'um superare queant. Simile.

queunt, (*Tu docuisti eos aduersùm te, & erudisti in caput tuum,*) idque duobus modis, dupliciter sumpto pronomine (eos,) vel pro hostibus externis, vel pro internis. Si primo modo, Arguere censendus est Propheta peccatorem, quòd ipsemet inimico suo Sathanæ, & Angelis eius arma exhibuerit, viamque, & rationem patefecerit, quibus eum superauit. Quod aptè hac similitudine explicari cōsueuit. Vt peccator se habeat instar proditoris ciuis illius, qui obsidentibus hostibus manifestat quo loco infirmiora sint obsessæ ciuitatis mœnia, aut secretū iisdem aperit ciuitatis ostiolum. Quod factum à proditore Iuda, & ab Anania, significatū adnotant aliqui, per ea quæ vel in Euāgelio dicuntur. [a] *Cùm misisset Diabolus in cor Iudæ vt traderet Iesum:* vel in Actibus Apostolorum, [b] *Anania, cur tentauit Sathanas cor tuū, mentiri te Spiritui Sancto?* Quod videlicet vterque Diabolo secretam suam patefecerit auaritiæ ianuam, per quam in cor ille penetrauerit eorum, tentans, ac vincens. Si secundo modo hoc explicandū sit de eruditione internorum nostrorum hostium contra nos, optimus est sensus quem affert Christophorus à Castro, dicens: *Impij frequentibus impiis actionibus vitia generant, augent habitus, & in modū naturæ conuertunt, & ita hostes producunt, duces assuefaciunt aduersùm se: cum enim volunt ad cor, Deūque redire, adeo sentiunt impeditos vt difficilem, ne dicam impossibilem experiantur conuersionem, repugnāte natura, tot vitiis armata, tot virtutibus destituta. Non mirū ergo, si quemadmodum Iudæi à Chaldæis, à vitiis tandem excidantur, & in Babylonicam inferni captiuitatem detrudantur.* Internos hostes nostros dicerem ego eas concupiscentias, de quibus Iacobus Apostolus ait: [c] *Vnde bella, & lites in vobis: Nonne hinc? ex concupiscentiis vestris, quæ militant in membris vestris:* Has nos docere dicimus aduersùm nos, quum laxatis, vt dici solet, habenis, assuefieri eas sinimus, vt quicquid eis libuerit aggrediantur; & vt in lectione Hebraica hîc dicitur, (*duces sint*) & peritissimi, & validissimi (*in caput,*) & perniciē animæ nostræ, duces inquam trium potentissimorum exercituum iis à mundo contra nos ducendos datorum carnis, auaritiæ, & superbiæ, iuxta illud Ioannis. [d] *Quicquid est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ.*

a Ioan. 13. 2.
b Act. 5. 3.

Peccator per assuefactionē in malo suos docet hostes habitibus prauis in suam perniciem. Christ. à Castro.

Peccator Assuefacit concupiscentias suas in duces cōtra ipsum.
c Iacob. 4. 1.

d 1. Ioā. 2. 16.

8 (*Numquid non dolores apprehendent te quasi mulierem parturientem?*) Si de concupiscentiis (vt mox dicebam) moraliter sermo extiterit in præcedentibus, aptissimè hæc illis subiecta sunt, quibus vnico exemplo confirmatur, quod dicebatur, eas à nobis assuefactas contra nos, vt essent in perniciem nostram, & in periculum capitis, viræque nostræ duces, Quòd sicut ex concupiscētia carnis causantur in muliere quæ ex illa concepit, acerrimi dolores, cùm tempus aduenerit partus: Ita ex quacumque alia concupiscentia in anima quæ ex illa conceperit, vehementissimi causentur dolores in ipso eius partu peccati, cruciatus nīmirū, & remorsus, vt dicunt, conscientiæ, arguentisque intrinsecus synderesis. In quo partu, nō vt in partu carnali periculum dumtaxat est mortis, sed secura sequitur parientis animæ mors. [e] *Concupiscentia* enim, ait, Apostolus *cùm concepit, parit peccatum, peccatum vero cùm consummatum fuerit, generat mortem.*

Ex concupiscentiis ipsam superantibus anima & summum dolorem refert, & mortem.

e Iaco. 1. 15.

VVLGATÆ.

Vers. 21.] Quid dices cùm visitauerit, &c.

SEPTVAGINTA.

21. Τί ἐρεῖς ὅταν ἐπισκέπτωνταί σε; καὶ σὺ ἐδίδαξας αὐτοὺς ἐπὶ σὲ μαθήματα, εἰς ἀρχὴν ὠδῖνες καθέξουσί σε, καθὼς γυναῖκα τίκτουσαν.

Vers. 21.] Quid dices, cùm visitauerint te? Et tu docuisti eos aduersùm te doctrinas in principatum. Numquid non dolores appræhendent te, quasi mulierem parturientem?

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

Paraphrasis Chaldaica. *Quid dices cùm visitauerit super te peccatum tuum? Tu enim docuisti eos vt facerent mala; aduersùm te magnificantur sicut ab initio. Nonne tribulatio, & dolores apprehendent te sicut dolores parturientem?*

Vers. 21. (*Quid dices, cùm visitauerit te,* &c.)

Hieronymus. *Quid dices cùm te visitauerit Dominus in virga sua, & Babyloniis tradiderit hostibus, quos aduersum te, vel in caput tuū, vel à principio ipsa docuisti, vt ad eorum auxilia consurgens, & ipsorū idola sectareris? qui sub occasione amicitiæ tuæ didicerunt per quod iter ad te venire deberent. Audiat hoc Ecclesia negligens, quòd ipsa edoceat aduersarios suos, quomodo eam possint spiritali captiuitate comprahendere, & pecus eius bestiarum crudelitate lacerare, (Numquid non dolores appræhendent te, quasi mulierem parturiētem?) Dum nescis, quasi mulierem partus subitus, ita te captiuitas repentina comprahendet.*

Hieron. *Prælatorum negligentia docet aduersarios Ecclesiæ contra illam.*

Theodorit. (*Quid dices quando visitauerint te?*) *nempe hostes,* (*Et tu docuisti eos aduersum te artes in caput tuum.*) *Dum enim à Syris bello peterentur, Assyrios accersiuerunt in auxilium, cùm prouidentiam diuinam implorare debuissent,* (*Dolores apprahendent te vt parturientem.*) *Doloris magnitudinem declarat.*

Theodorit.

D. Thomas. *Assignans causam quare in manus hostium traditur: tollens excusationem.* (*Quid dices?*) *ad excusationem tui.* [f] *Iob.* 9. *Si voluerit contendere cum eo, non poterit respondere ei. Et assignans rationem,* (*Tu enim docuisti*) *dum eos in auxilium tuum vocans conditiones tuas eos scire fecisti,* [g] *supra* 2. *Insuper malitias tuas docuisti vias tuas. Vel tangit ostensionem thesauri ab Ezechia factam nunciis Regis Babylonis. Isai.* 39.[h] *Tum ex dolorum afflictione comminās dolorem.* (*Numquid non*) *supra* 4. [i] *Vocem parturientis audiui, angustias vt puerpera.*

D. Thom.
f Iob 9. 2.
g Iere. 2. 23.
h Isai. 39. 2.
i Iere. 4. 31.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Τί ἐρεῖς ὅταν ἐπισκέπτωνταί σε; Ὀλυμπιοδώρου.] ὅταν ἐφιστῶσί σοι οἱ αὐτῇ

Vers. 21. Quid dices cùm visitauerint te? Olympiodori.] Cùm tibi astiterint

2 Olympiod.

αἰσθητοὶ, ἢ καὶ νοητοὶ πολέμιοι.

[Καὶ σὺ ἐδίδαξας αὐτοὺς ἐπὶ σὲ μαθήματα εἰς ἀρχήν.]

Τοῦ αὐτοῦ.] ἐὰν μὴ γὰρ ἐκδῶμεν ἑαυτοὺς τῇ ἁμαρτίᾳ, οὐκ ἄρχει ἡμῶν.

[καὶ ἐδίδαξας αὐτούς.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] πῶς εἰπὲ, καὶ τίνι τρόπῳ. ἀεὶ καταφεύγουσα πρὸς αὐτούς. δεικνύουσα, ὅτι ἀσθενής τις εἶ, καὶ τῆς βοηθείας ἠρήμωσαι τῆς παρὰ θεοῦ. τὰ ἀπόρρητα πάντα ἀπεκάλυψας. ταῦτα μάλιστα σὲ ἐποίησαν ἁμαρτεῖν, ὅτι συνεχῶς αὐτοὺς ἐποίεις καλεῖσθαι.

A *teriut sensibiles, vel intelligibiles aduersarij.*

(*Et tu docuisti eos aduersum te doctrinas in principatum.*)

Olympiod. *Iniquitas nō dominatur nisi illi nos dederimus.*

Eiusdem.] *Nisi enim nos ipsi dedamus iniquitati, ea nobis non dominatur.*

(*Et tu docuisti eos,&c.*)

Chrysost. *Infidelium auxiliū aduocans docet illos cōtra se.*

Chrysostomi.] *Quomodo & quâ ratione; Semper ad eos confugiens, ostendens te imbecillam, & auxilio Dei destitutam. Arcana detexisti omnia, hæc tibi caussa peccandi fuerunt,* B *quòd eos assiduè aduocabas.*

Vers. 22.] Quòd si dixeris in corde tuo: Quare venerunt mihi hæc? Propter multitudinem iniquitatis tuæ reuelata sunt verecundiora tua, pollutæ sunt plantæ tuæ.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Quòd si dixeris in corde tuo: Quare venerunt mihi hæc? b Propter multitudinē iniquitatis tuæ reuelata sunt verecundiora tua, polluta sunt plātæ tuæ.

QVod [a] si in tanta confusione, in talique doloris vehementia, adhuc instar ebrij te habens, & præ mentis cæcitate causam tantorum ignorans malorum, vel interno sermone admirabunda tibimet dixeris. Cur nam hæc mihi euenêre? [b] Audi. Propter peccatorum tuorum multitudinem, extremo, quod expositum est supplicio fiet cunctis manifestum, te fuisse impudicissimam meretricem, & detestanda admisisse flagitia. Et propter multiplicem idololatriæ iniquitatem, quâ te fœdissimè multorū idolorum polluisti cultu, captiua in idololatrarum data es manus, qui tam ignominiosè tecum agant, quàm ignominiosè haberi dicitur mulier, quæ succinctis vestibus, nudatisque verecundioribus captiua, pedesque per flumina, per saxa, atque per cœnum tracta sit.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *Peccata sunt causa calamitatum.*

QVòd *si dixeris in corde tuo,&c.*) Eidem Synagogæ, seu concilio & senatui ciuitatis Ierusalem, quam mox conuicit non habituram tunc temporis quid extrinsecus proferat sermonis, aut quærelarum & à Chaldæis oppressam, quos nosset ipsammet erudisse in suam perniciem, & à dolore quàm maximo: id modò obiicit, quod in tanta confusione, & in dolore tam vehementi intrinsecus dicere poterit, quasi adhuc instar ebrij se habens, & præ mentis cæcitate causam tantorum ignoret malorum, Clariusque & breuiter illam ipsi exponit dicens:

Propter multitudinem iniquitatis tuæ reuelata sunt verecundiora tua, pollutæ sunt plantæ tuæ. Iniquitates autem, ac peccata causam potissimam esse flagellorum Dei satis superque aliàs ostensum est supra, & pro nunc vnus sat sit Psalmi 39. locus, quo dicitur, [c] *In increpationibus propter iniquitatem corripuisti hominem.* Hîc tamen existimo Prophetam haud hanc genericam assignare Iudæorum congregationi causam earum quas subitura erat calamitatum per Chaldæos, sed multitudinem idololatriæ, quam aliàs sæpe hoc ipso iniquitatis nomine per antonomasiam nuncupatam reperire est, vt vel ex eo patet Oseæ 7. [d] *Cùm sanare vellem Israel, reuelata est iniquitas Ephraim,* id est, idololatria vitulorum, quam instituit Ieroboā de tribu Ephraim. Et quòd de multitudine sermo hîc sit idololatriæ ex loco Ezech. 23. [e] supra citato manifestè deducitur, vbi Propheta ille sub metaphora fornicationum hanc describit iniquitatis multitudinem, immissasque propterea à Deo per Chaldæos calamitates eadem exprimit metaphorâ ignominiarum, quæ honestæ matronæ, vel etiam mulieri meretrici à rabidis C inferuntur eius hostibus: Clariusque in cap. 16. vbi proponit Deum eidem Synagogæ dicentem, [f] *Ecce ego congregabo omnes amatores tuos, quibus commixta es, & omnes quos dilexisti, cum vniuersis, quos oderas, & congregabo eos super te vndique, & nudabo ignominiam tuam coram eis, & videbunt omnem turpitudinem tuam*, paulóque post, *Et denudabunt te vestimentis tuis, & derelinquent te nudam, plenamque ignominiâ.* Nemo est autem qui nesciat, quàm ignominiosum sit, & molestum mulieri vel etiam meretrici, si nuda relinquatur, tum propter turpitudinem, quam ipsa abhorret natura; tum quia D plerumque corporis interna apparent vitia, quæ alioquin latebant,

c Psal. 38. 12. — *Iniquitatis nomine significata Idololatria.* — d Ose. 7. 1. — e Ezech. 23. — f Ezech. 16. 17.

2

Porrò hanc denudationis ignominiam hoc loco efficaciùs expressêre Hebræa, & honestiùs, quæ ad verbum ita hæc habent (*Discooperta sunt fimbriæ tuæ*) inferiores nimirum partes vestimenti tui ... נחמסו עקביך *nehmesu ngakebecha*, Pagninus, (*Discooperta sunt plantæ tuæ*) Regia (*Vi afflictæ sunt plantæ tuæ*) Isidorus (*Nudatæ sunt plantæ tuæ*) Vatablus, (*Vi afflicti calcanei tui*) Quæ R. Dauid in lib. Radicum ita exponit. Ac si dicatur, Discooperti sunt, & remotum est operimentum, quod E erat super calcaneos ipsos, vt ad maiorem facti expressionem, idem in secundo hoc membro repetatur, quod dicebatur in primo. Alienius Nicolaus de Lyra, (*Præcisæ sunt plantæ tuæ,*) quasi dicatur, Non poteris vltra in malis tuis procedere. Omnino Hebraicum verbum nehmesu, discoopertionem significat violenter factam. Sept. multò maiorem hîc expressêrunt illatam mulieri ignominiam publici (vt mihi videtur) eius abusus ad præposteram libidinem, sic quippe hæc reddidêre ἀνεκαλύφθη τὰ ὀπίσθιά σου παραδειγματισθῆναι τὰς πτέρνας σου. (*Reuelata sunt posteriora tua, vt dehonestentur*, probroque & ludibrio exponan- F tur *calcanei tui.*) Sic Vaticanus, correctioresque Codices, quamquam codices Complutensis ac Regius aliter sic habeant παρεδειγματίσθησαν, (*dehonestati sunt calcanei tui*) quomodo legit & B. Hieronymus, *Dehonestatæ sunt plantæ tuæ.*

3

Quod noster interpres legit, (*pollutæ sunt plantæ tuæ,* quamuis & illatam designare queat ignominiam, vt plantæ pro totis positæ sint cruribus, honestiùs tamen id significare dixerim, quod Iudaicæ congregationi sub captæ ab hostibus mulieris metaphora euenit, vt succinctis vestibus

apertisque verecundioribus in captiuitatem per flumina, perque cœnum pedes tracta sit. Quod & Isaias prædicens Babyloniæ ciuibus ignominiosissimam captiuitatem apertiùs significauit sub eadem mulieris metaphora hisce eorum alloquens collectionem,[a] *Denuda turpitudinem tuam, discooperi humerum, reuela crura, transi flumina*, & omnino in hac locutionis forma proximam seruitutis ignominiam designatam optimè dixeris, cùm exploratum sit, seruas quasque breuioribus indui solitas vestibus, quò expeditiores ad quæque vilia sint domuum, agrorumque ministeria, adeoque nedum plantis, sed & cruribus nudas conspici. Referunt alij totam hanc sententiam ad manifestationē vniuersis faciendam scelerum Iudaici populi, quod in maximam illi cederet pœnam. Ac si dicatur, Propter peccatorum tuorum multitudinem, extremo hoc supplicio (de quo scil. sermo habitus fuerat,) fiet omnibus manifestum, te fuisse impudentissimam meretricem, & detestanda admisisse flagitia.[b] Vt sit quid & ei simile, quod Tyro vaticinatus est Nahum Propheta. *Propter multitudinem fornicationum meretricis speciosæ*, &c. *Ecce ego ad te, dixit Dominus exercituum, & reuelabo pudenda tua in facie tua, & ostendam in gentibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam, & proiiciam super te abominationes tuas.* Primus nihilominus sensus mihi arridet magis.

a Isai. 47. 2.

b Nahum. 3. 4.

Vers. 22.] Quòd si dixeris in corde tuo, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

4 *Peccatoris in calamitatibus stultitia.*

VIDE stultitiam peccatoris assueti ad malum, Locutus est aliquando in corde suo stultus, quod non audebat ore proferre, & quid locutus est? dignam certè, quam in corde suo absconderet fatuitatem,[c] *Dixit insipiens in corde suo, Non est Deus*, refert Dauid in Psalmo 13. *Non est Deus*, inquit in corde suo, cùm vel saxa, & elementa muta illius denuncient gloriam. In eundem sanè modum, qui propter absurdissima facinora, quibus iram Dei prouocauit, grauibus ab illo flagellatur calamitatibus, vt vel vexatione dante intellectum, sua agnoscat peccata, ad illumque conuertatur, quem iratum ferre non potest, nihilominus dicit in corde suo, (*Quare venerunt mihi hæc?*) id se non intelligere profectò testatur, quòd exploratum omnibus est. Et quòd Deus sit: & quòd ipse illum suis offenderit iniquitatibus: & quòd is dum ab eo offenderetur, de cælo prospexit, & quòd iustas ab ipso exposcat pœnas.

c Psal. 13. 1.

5 *Peccatum quamtumuis secretum si frequentetur manifestum tandem fieri necesse est.*

(*Propter multitudinem iniquitatis tuæ reuelata sunt verecundiora tua.*) Per hanc sententiam moraliter probari potest, fieri non posse, vt quis quantumuis secretè, summaque cum cautela multis vicibus admittat scelus, & in eo diuturno aliquo perseueret tempore, quin tandem & id manifestetur, & sæpe ex vnius eius sceleris manifestatione, & vniuersa quæ in toto vitæ suæ curriculo patrauit, palàm fiant facinora infamia, & quicquid per hypocrisim in praua sua viuendi ratione occultare studuit sordium. Hoc namque postremum per ea indicantur, quæ præexpositis adiecta hîc sunt. (*Polluta sunt plantæ tuæ*) *Sordes in plantis non videntur*, inquit Andreas Cappella ad rem nostram, *& plerumque facies pedis nitida apparet, & planta sordida est: frustra ergo nitimur hypocrisi sanctitate simulare:* [d] *reuelabit Deus pollutas plantas nostras, & illuminabit dies Domini abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordis.*

Hypocrisis si perduret manifestatur. Andr. Capp.

d 1. Cor. 4. 5.

VVLGATÆ.

Vers. 22.] Quòd si dixeris in corde tuo. &c.

SEPTVAGINTA.

22. καὶ ἐὰν εἴπῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου, διατί ἀπήντησέ μοι ταῦτα; διὰ τὸ πλῆθος τῆς ἀδικίας σου. ἀνεκαλύφθη τὰ ὀπίσθιά σου παραδειγματισθῆναι τὰς πτέρνας σου.

Vers. 22.] Quòd si dixeris in corde tuo, quare occurrerunt mihi hæc? propter multitudinem iniquitatis tuæ reuelata sunt posteriora tua, vt dehonestentur calcanei tui.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1

PARAPHRASIS Chaldaica. *Et si dixeris in corde tuo: Quare acciderunt mihi omnia hæc? propterea quod multiplicata sunt peccata tua: reuelata est confusio tua, conspicua est ignominia tua.*

Vers. 22. (*Quòd si dixeris in corde tuo, &c.*)

Hieronym.

Hieronymus. *Quòd si causari volueris, & quærere cur tradita sis hostibus, audi manifestè, multitudinem hæc tibi fecisse iniquitatis tuæ, vt quasi mulieris meretricis sublatis vestibus, reuelaretur ignominia tua, & ostenderentur publicè fornicationes tuæ. Per quæ discimus quamdiu fuerint minora peccata, agere Dominum patienter, & expectare pœnitudinem nostram. Si autem voluerimus delictis copulare delicta, & cumulum facere peccatorum reuelabuntur pudenda nostra, & ostendentur cunctis plantæ nostræ, vel in præsenti sæculo, vel in futuro.* [e] *Nihil est enim occultum quod non reueletur: quando implebitur illud Danielis.* [f] *Isti resurgent in vitam æternam, & illi in opprobrium, & confusionem sempiternam.*

Dei patientia in expectando peccatores ad pœnitentiam.

e Matth. 10. 26.

f Dan. 12. 2.

Theodorit.

Theodoritus. *Quòd si dixeris in corde tuo, quare occurrerunt mihi ista? Propter multitudinem iniquitatis tuæ reuelata sunt posteriora tua, vt infamentur plantæ tuæ. Denudatio eiusmodi pudorem affert iis, quibus hoc accidit. Dicit igitur, Cùm denudata sis, nonne delicta tua vel has calamitates tibi pepererunt?*

2 D.Thom.

D. Thomas. *Et assignans rationem ex peccatorum multitudine* (*Quòd si dixeris:*) (*venerunt*) *in pœnam* (*verecundiora*) *turpissima peccata* (*plantæ*) *affectiones. Iob* 22. [g] *Propter malitiam tuam plurimam, & infinitas iniquitates tuas. Vel tangit hîc quod ducti sunt in captiuitatem pedites: & etiam in transitu fluuiorum oportebat eos membra turpia denudare, & nudi pedes. Et ideo plantæ eorum polluebantur luto, & puluere. Isai.* 47. [h] *Denuda turpitudinem tuam: discooperi humerum: reuela crura, transi flumina: reuelabitur ignominia tua, & videbitur opprobrium tuum.*

g Iob. 22. 5.

h Isai. 47. 2.

Io. Chrysost. *Superbiæ detestatio.*

Ioannes Chrysostomus homil. in Psalmum centesimum tom. 1. adducit partem istius vers. in detestationem superbiæ: sic namque ait. *Expedit charissimi vt superbiam deponamus, ac modestiam assumamus, ne illud audiamus:* [i] *Qui seipsum exaltat humiliabitur: verùm illud potiùs, qui se humiliat exaltabitur: ac rursum vt tenui, & moderato victu, cultuque contenti simus, ac non ob inexplebilem cordis cupiditatem de iustitiæ curriculo deflectamus, ne illud in nos coniiciatur: Propter multitudinem iniquitatis tuæ reuelata sunt posteriora tua, vt plantæ tui probri causa omnium oculis exponantur.*

i Matth. 23. 12.

CATE

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Καὶ ἐὰν εἴπῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου. διατί ἀπήντησέ μοι.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὅρα, ποτὲ μὲν τῶν δεινῶν ἐπαίρει τὴν φύσιν, ποτὲ δὲ ἀπὸ τῆς αἰσχύνης, καὶ τῆς ἀδοξίας αὐτοὺς δάκνει. εἴωθε γὰρ καὶ ἐν τοῖς δεινοῖς οὐχ ἧττον λυπεῖν ἡμᾶς τὰ τῆς ἀδοξίας. καὶ καθάπερ ἐπὶ γυναικὸς ἀσχημονούσης παρέστησεν. οὐδὲν γὰρ παραιτεῖται λέγειν ὁ προφήτης τὸ δυνάμενον αὐτῶν καθικέσθαι. καὶ πάλιν, τί λέγεις μετὰ τοσαύτας παραινέσεις, καὶ προφητείας, ἔτι καὶ ἀγνοοῦσι τὴν αἰτίαν τῶν συμβαινόντων; ναί. ἔθος γὰρ τοῖς κολαζομένοις τοῦτο θέλειν ἀγνοεῖν τὰς αἰτίας, καὶ μάλιστα ὅταν ὑπερβάλῃ τὸ πλῆθος τῶν δεινῶν. ἐὰν εἴπῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου, οὐδὲ γὰρ ῥῆξαι φωνὴν ἕξεις ἐξουσίαν λοιπόν.

Διὰ τὸ πλῆθος τῆς ἀδικίας σου ἀνεκαλύφθη τὰ ὀπίσθιά σου.]

Βίκτορος.] τὴν ἀποστροφὴν, καὶ τὴν αἰσχύνην δηλῶν. ὀπίσω γὰρ τις χωρῶν, μακρύνεται τοῦ θεοῦ, αἰσχύνην ὀφλισκάνων, ὡς ὁ προφήτης φησίν. αἰσχυνθήτωσαν οἱ διορίζοντες ἑαυτοὺς ἀπό σου.

[παραδειγματισθῆναι, τὰς πτέρνας σου.]

Βίκτορος.] πτέρνας φησὶν ἀποκαλύπτεσθαι, ἢ τὰς πονηρὰς τῆς ἀποστροφῆς πράξεις, ἢ τὰς ἀπάτας καὶ δόλους, κατὰ γὰρ τὸν ἱερεμίαν, πᾶς ἀδελφὸς πτέρνῃ πτερνιεῖ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ. καὶ πᾶς φίλος δολίως πορεύεται.]

[τὰς πτέρνας σου.]

Ὀλυμπιοδώρου.] αἱ ὁδοί σου, καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα γήϊνα.

A B C D

Verſ. 22. Qvod ſi dixeris in corde tuo, quare occurrerunt, &c.)

3

Chryſoſt. Increpandi peccatores diuerſas rationes adhibet Deus. Ignominia angit quàm maximè in calamitatibus.

Chryſoſtomi.] *Vide; Modò quidem ærumnarum grauitatem exaggerat, modò verò probris, & ignominia mordet; ſolet enim & in ipſis calamitatibus non minorem nobis afferre mœrorem ignominia. Idque nobis exemplo mulieris inuerecundè ſe gerentis propoſuit, nihil enim prætermittit Propheta; quod ad inurendum illis dolorem faceret; & Iterum quid repetis Poſt tot cohortationes & vaticinia? adhuc futurorum cauſas ignorant? Ita planè: Mos quippe eſt eorum qui puniuntur, hoc velle, ignorare cauſas, & præſertim vbi malorum copia vehemens eſt. Si dixeris in corde tuo, nec enim in voces prorumpere tibi dabitur facultas vlteriùs.*

Punitionis ſuæ cauſas ignorare volunt Rei.

4

(Propter multitudinem iniquitatis tuæ reuelata ſunt poſteriora tua.)

Victor. Retrocedens elongatur à Deo.

Victoris.] *Auerſionem ignominiamque ſignificans. Nam quiſquis retrocedit, à Deo elongatur, & fit confuſionis reus, vt Propheta ait, Erubeſcant ſe ipſos diuidentes à te.*

(Vt dehoneſtentur calcanei tui.)

Victor. Plantarum calcanei metaphorà deſignati auerſionis actus, ſeu doli.

Victoris.] *Reuelari ait plantas vel perditos auerſionis actus, vel fallacias & dolos, etenim iuxta Ieremiam, [a] Omnis frater calcaneo fraudabit fratrem ſuum, omniſque amicus doloſè ambulat.*

a Ierem. 9. 4.

(Calcanei tui.)

Olympiod. Calcaneus pro via, & ſtudio terreno.

Olympiodori.] *Viæ tuæ, & ſtudia terrena.*

Verſ. 23.] Si mutare poteſt Æthyops pellem ſuam, aut Pardus varietates ſuas: & vos poteritis benefacere, cùm didiceritis malum.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

b Si mutare poteſt Æthyops pellem ſuã, aut Pardus varietates ſuas: & vos poteritis benefacere, cùm didiceritis malũ, (ſeu aſſueti malo.

Stat [b] fixum, ô Iudæi, & immutabile Dei decretum, vt recenſita vobis contingant mala, quia fixum eſt veſtræ liberæ voluntati vt in idololatria perſeueretis obſtinati. Aſſuefactione ad illam ferè impoſſibilem vobiſmet reddidiſtis conuerſionem, & pœnitentiam. An fieri fortaſſe poteſt naturaliter vt vel Æthyops nigram ſuam commutet pellem, albuſque euadat: vel Pardus ſuas commutet maculas, quibus totus reſperſus eſt? Sanè & ipſi Æthyopes, idololatria vos reddidiſtis nigrore, & multiplici falſorum deorum cultu, innumeriſque aliis ſceleribus macularum varietate ac ſæuitia, exhibuiſtis vos Pardos.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1

Si mutare poteſt Æthyops, &c.) Poſt habitum ſermonem primò ad Reges Reginaſque ſupremum dominium in Iudaico gerentes populo, in verſ. 18. & 19. & ſecundò ad Concilium, & congregationem Sacerdotum, atque Scribarum, quæ in ciuitate Ieruſalem reſidebat, paſcebatque ac regebat plebem doctrinæ, & iuſtitiæ exhibitione in mox præcedentibus verſ. 20. 21. & 22. Iam nunc tertiò ad vniuerſum populum, ad ſinguloſque eiuſdem ſuam Prophe-ta connectens orationem, quò immittendæ à Deo pœnæ & iuſtitiam ſtatuat, & immotum ipſius Dei decretum, arguit illos primùm obſtinationis, & impœnitentiæ, ex obfirmata praua in peccatis conſuetudine per ipſoſmet ſibi cauſatæ, duabuſque ſimilitudinibus, Æthyopis vna, & Pardi altera impoſſibilitatem in illis eſſe probat, vt à ſua deſiſtant praua agendi ratione, peccatorumque quibus iam aſſueti ſunt, dimittant habitus. Quod quidem quoad propoſitum veriſſimè dicit, cùm Iudæi illi quos alloquebatur, re vera minimè à peccatis in quibus obfirmati erant, deſtiterint. Vnde factum rectè infert, vt immoto decreto Deus quoque ſuam in iis puniendis impleuerit ſententiam. Sicque ſimilitudinibus rerum impoſſibilium ſecundùm naturam, poſſibilium tamen ſecundùm Dei omnipotentiam, cui non eſt impoſſibile omne verbum, impoſſibile pariter probat, quod Theologi appellant ex ſuppoſitione, vel ſecundùm quid. Porrò iſtius impoſſi

Obſtinationis & impœnitentia Iudæorum optima probatio.

E F

Consuetudo quantū possit, cùm ferè in naturam conuertatur.

impossibilitatis primariam Propheta, seu potiùs Deus manifestat in iisdem Iudæis rationem, magnam in peccando assuefactionem, dicens (*cum didiceritis malum*) Hebr. למרי *limunde*, id est (*docti, seu assueti ad malum*) iuxta commune illud affatum ex Aristotele lib. de mem. & reminiscentia, *Consuetudo est altera natura.* Quod & Sapientissimus Salomon asserere voluit, quum dixit: [a] *Prouerbium est: Adolescens iuxta viam suam, etiam cùm senuerit non recedet ab ea*, id est, Is qui ab adolescentia sua aliquam viuendi rationem amplectitur, non vel senex ab ea desistet. Efficaciusque auctor libri Ecclesiastici, dicens, [b] *Error & tenebræ peccatoribus concreata sunt*, ab ipsismet scilicet concreta, qui se peccatores faciunt, & instar Æthyopis nigros: Vnde benè ad Æthyopis similitudinem, & de illis subdit, *Qui autem exultant in malis*: illis nimirum assueti, *consenescent in malo.* Cæterùm ratio ista à praua consuetudine in malo generaliter sumpta, haud probat possibilitatem, quæ infertur ex assumptis similitudinibus, sed tantùm difficultatem maximam, quam & Aristoteles lib. 1. de Cælo text. 111. impossibilitatem appellat. & Dominus Iesus, [c] quum de difficultate agens vt diues ingrediatur in regnum cælorum similitudine Cameli introeuntis per foramen acus, ait, *Apud homines hoc impossibile est*, id est difficillimum, respondens ei quod prædixerat, *facilius est Camelum per foramen acus transire, quàm*, &c. Et, *Amen dico vobis quia difficilè diues intrabit in regnum cælorum.*

Aristoteles. — a Prou. 22. 6. — b Eccl. 11. 16. — *Impossibilitas dicitur, & maxima difficultas.* — Aristoteles. — c Matth. 19. 23.

2 *Consuetudo in malo quā impossibilitatem inducat conuersionis.* — Nic. de Lyra.

Vim eorum quæ hîc dicuntur sic declarat peroptimè Nicolaus de Lyra, *Sciendum* ait, *quòd similitudo non tenet simpliciter, sed tantùm secundùm quid. Illa enim natura quæ est causa nigredinis Æthyopis, in nullo subiacet imperio rationis, & ideo Æthyops non potest illam immutare quantumcumque conatur ad hoc; Sed habitus ex consuetudine peccandi generatus, & per modum naturæ inclinans ad malum causatur ex inclinatione appetitus sensitiui, qui natus est obedire rationi: & ideo per conatum liberi arbitrij ad oppositum potest reuerti ad bonum; tamen cum difficultate propter habitum inclinantem ad oppositum: & hoc dicitur impossibile secundùm quid, vt dicitur lib. 5. Metaph. exemplis autem positis est impossibile simpliciter secundùm naturam, Deo tamen non est impossibile.* Non abs re factum esse censendum est, vt impossibilitatem istam conuersionis Iudæorum probare volens his duabus potissimum similitudinibus vsus hoc loco sit Dominus, Æthyopis, atque Pardi, tacitè enim id confirmare & per illas obnixus est, quod mox fuerat dictum propter multitudinem iniquitatum, variæque in primis idololatriæ illos pessimè à Chaldæis habendos; Æthyopum siquidem nomine Idololatras designare solet Scriptura, vt vel ex illo patet Psalmi 71. [d] *Coram illo procident Æthyopes, & inimici eius terram lingent.* Vnde iisdem Iudæis qui coram Deo gloriabantur quòd filij Sanctorum essent Patriarcharum, totique in eorum confiderent meritis, cùm tamen ab ipsorum alieni essent & vitæ sanctitate, & religione, peccatis denigrati, & per multiplicem idololatriam defœdati, ait apud Amos idemmet Dominus. [e] *Numquid non vt filij Æthyopum vos estis mihi filij Israel?* At si dicat. Non videmini mihi iam filij Abraham, Isaac, & Iacob, sed filij potiùs Æthyopum. Porrò cùm Pardi varietates, de quibus hîc est sermo, variæ ac multiplices sint maculæ quibus vniuersum ferocissimi eius animalis respersum est corpus: quis iam neget, peroptimè & Iudæos vt multiplici addictos idololatriæ, Pardis congruentissimè assimilatos, qui & quoad varias (vt dictum est) illis similes essent ipsius idololatriæ maculas, prout in cap. 2. probatum vidimus, dicente ibi Domino, [f] *Maculata es in iniquitate tua, Quomodo dicis, Non sum polluta, Post Baalim non ambulaui?* &c. Et Pardorum item ferocitatem imitatos, qui in eo idolorum cultu impiissimè, & ferociter filios, filiasque proprias immolarunt dæmoniis, dicente Psalmo, [g] *Et effuderunt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum suorum, & filiarum suarum, quas sacrificauerunt sculptilibus Chanaam.*

Æthyopum nomine designati idololatræ. — d Psal. 71. 9. — e Amos. 9. 7. — *Pardi varietate significata multiplex Iudæorū idololatria.* — f Iere. 2. 22. — g Psal. 105. 38.

B *Vers.* 23.] Si mutare potest Æthyops, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

FACIT Locus iste moraliter contra eos, qui differunt pœnitentiam. *Vbi sunt*, ait, Andreas Cappella, *qui pœnitentiam agere differunt, & multiplicare peccata non verentur, sperantes faciliùs posse vitam, ac sceleratos mores suos emendare, postquam peccandi consuetudine animus coaluerit: Hæc dæmonum figmenta sunt, & falsissimæ persuasiones.* [h] *Fili peccasti, non adiicias vltra, ait Scriptura.* [i] *Quærite Dominum dum inueniri potest, inuocate eum dum prope est.* [k] *Longè à peccatoribus salus, & quò magis peccata augentur, eò magis à Deo recedimus. Qui ergo fieri poterit, vt facilior sit reditus? Peccasti? denigrasti animam, maculasti. Sed recentes maculæ facilè diluuntur. Si in Æthyopem & Pardum consuetudine peccandi euaseris, Æthyopem quis lauabit? à Pardo quis varietates auferet.*

3 *Pœnitētiam differre quā stultum.* — And. Cappel. — h Eccl. 21. 1. — i Isai. 55. 6. — k Psal. 118. 155.

Adderem ipse aliud pro moribus consideratione in his similitudinibus dignum. Tantùm abest, vt Æthyops nigrorem mutare studeat pellis suæ, vt in eo potiùs glorietur, suamque in hoc constitutam censeat pulchritudinem, quòd in nigrore ipso cæteris excellat; id quod & vulgò censetur apud homines cum quibus eos conuersati contingat. Et quod vix credi potest, ij qui albi sint coloris apud ipsos opprobrio habentur deformitatis: Et in Pardi quoque pelle candida, pulchritudinem existimant respersas crebras maculas nigricantes. Et de peccatoribus glorianribus in malitiæ suæ nigrore egimus supra vers. 15. capitis 11. de quibus & Apostolus ait, [l] *Eorum gloriam in confusione ipsorum.* Lege caput secundum lib. Sap. [m] & videbis quàm malè instum habeant impij, & è contra per Salomonem dicitur. [n] *Qui derelinquunt legem, laudant impium.* Quomodo verò vel in mentem istiusmodi venire potest peccatoris, vt id à se auferri studeat malitiæ, in quo gloriam reputat, quodque in se percipit laudari? Præclarè in hanc rem Gregorius Papa lib. 4. Moralium cap. 29. *Incessanter crescit*, inquit, *culpa fauoribus nutrita. Curari autem vulnus negligitur quod dignum præmio laudis videtur. Vnde bene per Salomonem dicitur, fili mi* [o] *si te lactauerint peccatores ne acquiescas eis. Peccatores enim lactant, cùm vel perpetranda mala blandimentis inferunt, vel perpetrata fauoribus extollunt. An non lactatur, de quo per Psalmistam dicitur.* [p] *Quoniam laudatur peccator in desideriis animæ suæ, & cùm iniqua egerit iniquus benedicitur?* Subdit in dictorum confirmationem ex Euangelio suscitasse Dominum tres mortuos. [q] puellam in domo, typum peccantis in occulto: iuuenem [r] extra portam, peccatoris publici: [s] & Lazarum in Sepulchro, grauati consuetudinis in peccando pondere. *Quartum verò*, ait, *mortuum redemptor noster nunciante discipulo agnoscit, nec tamen suscitat*,

4 *Æthyopi quò nigrior eò pulchrior.* — *Peccator quā difficilè corrigatur, cùm glorietur in peccatis & propter illa laudari se percipit.* — l Phil. 3. 19. — m Sap. 2. 12. — n Prou. 28. 4. — Greg. Pap. — o Prou. 1. 10. — p Psal. 9. 24. — *Quartum mortuum cur non suscitarit Iesus.* — q Matt. 9. 25. — r Luc. 7. 14. — s Ioan 11. 43.

suscitat, quia valde difficile est, vt is quem post vsum malæ consuetudinis etiam ad vltimum adulantium linguæ excipiunt, à mentis suæ morte reuocetur. De quo & bene dicitur. [a] *Sine mortuos sepelire mortuos; Mortui enim mortuos sepeliunt, cùm peccatores peccatorem fauoribus premunt.* Facit autem in istorum confirmationem ratio quæ hîc assignatur.

a Luc. 9. 60.

5 Discere malū quam cura sit peccatori obstinato.

(*Cùm didiceritis malum.*) Quod enim maximi apud ingenuos est hominis, vt omni contentione alicui se dedant disciplinæ studio, nullique parcant sumptui, aut labori; vt pro viribus id omne addiscant, quod ad illam spectet, summum exinde sibi conciliare satagentes decus, summamque gloriam, vt eximij in eius sint peritia. Id ab istis, de quibus hîc sermo est, exhibitum dicitur studij circa mali peritiam completam: Atque vt hoc magis esset exploratum, Hebraicum verbum, quod in significatu assuefaciendi, seu assuefiendi communiter hoc loco vsurpatum censuêre omnes, noster Interpres in significatu accepit discendi. (*Cùm didiceritis malum.*) Porrò quod Aristoteles in principio librorum suorum Rethorices ad Theodectem ait, de Rethorica, ac Dialectica, earum naturaliter omnes esse participes: & nihilominus ambas perfici per artem, quam qui perfectè & studio, & exercitatione didicerint, peritissimos in illis comprobari. Idipsum dicamus & nos de malo, cuius disciplinæ Propheta hîc meminit. Enimuerò compertissimum & iugi probatum habemus experientiâ, in pœnam peccati originalis, quod ex infecta parentum nostrorum radice contraximus, mali nos vniuersos in fomite ad malum excitante esse participes, & in concupiscentia, quam Apostolus, & malum appellat quum ait, [b] *Quoniam mihi adiacet malum*, & peccatum, vbi dicit, [c] *Ego autem carnalis sum venundatus sub peccato*; quandoquidem ipsa & contra legem Dei est, nihilque illi ad formalem peccati rationem deest, nisi voluntatis consensus, vnde & habitans [d] in me peccatū eamdem asserit, quia per eam ad peccatum formale quasi naturalem habemus propensionem. Quo sensu intelligendum, quod dicitur in lib. Ecclesiastici. [e] *Error & tenebræ cōcreata sunt peccatori.* Quam denique idem Apostolus nuncupat legem peccati, dicens. [f] *Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati*, id est sibimet peccatum suggerenti, ad idemque sollicitanti.

Malitiæ quomodo omnes dicamur participes notitiâ naturali. Aristoteles. *Fomes & concupiscentia dicta malum & peccatum, & lex peccati, & carnis, & sapientia carnis.* b Rom. 7. 21. c Rom. 7. 14. d Ro. 7. 20. e Eccl. 11. f Rom 7. 23.

6 In malo addiscendo tribus magistris vtitur peccator.

Huius ergo mali, huiusque legis carnis, seu peccati, quam & *sapientiam carnis* ab eodem Apostolo [g] dictam reperio, huius inquam legis, & sapientiæ disciplinam omni studio didicisse asseritur peccator consuetudinarius ille, de quo hîc est sermo, tribus in ea apprimè addiscenda vtens magistris, Diabolo: peruersis hominibus, quorum æmulatur facinora, quorum eruditione, & consiliis mirum in modum proficit: & suamet exercitatione. Quid enim sibi voluit Dominus, vbi in Euangelio dixit, [h] *Vos ex patre Diabolo estis, qui est mendacij pater*, nisi quòd eo illi in mendacij & loquendi, & faciendi peritia, vsi essent magistro, qui primum inter huiusmodi peritiæ magistros obtinet locum, ita vt pater, & princeps meritò dici debeat illius, quomodo Tullium dicimus eloquentiæ patrem, Franciscum Petrarcham patrem politionis linguæ Ethruscæ: quomodo & in libro Genesis dicitur de Iubal, [i] *Ipse fuit pater canentium Cytharâ, & Organo.* Nouimus autem dictum, [k] Inuidiâ Diaboli per peccatum introisse mortem in Orbem terrarum. Et in Apocalypsi sedem tributam reperimus Sathanæ, vbi scilicet doceat. *Scio enim* inquit Angelo, & Episcopo Pergami, [l] *Scio vbi habitas, vbi sedes est Sathanæ.* Quamquam specialem in talis peccatoris corde erectam is habeat Cathedram, sicut & in cordibus quorumcumque mundanorum, in quibus illos seducit, de quo item in Apocalypsi legimus, [m] *Et proiectus est Draco ille magnus Serpens antiquus, qui vocatur Diabolus, & Sathanas qui seducit vniuersum Orbem, & proiectus est in terram.*

g Rom. 8. 7. *Diabolus pater, & primus magister malitiæ.* h Ioan. 8. 44. i Gen. 4. 21. k Sap. 2. 24. l Apoc. 2. 13. m Apoc. 12. 9.

7 Malitiæ magistri pessimi homines peruersi.

Sed & in eadem mali disciplina addiscenda ministris pariter idem peccator adhæsit eiusdem Sathanæ, peruersis quibusque hominibus, iuxta illud Pauli, [n] *Ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus*, seu, vt clariùs Cyprianus Testimoniorum ad Quirinum lib. 3. cap. 67. *Prurientes in audiendo, scalpentes aures*, id est qui sibi, & vitiis suis adblandiantur, in eorumque ipsos perficiant peritia. Quod supra prohibitum vidimus in cap. 10. vbi dicebatur. [o] *Iuxta vias Gentium nolite discere*, cùm vbique gentium tales sint, qui & voce, & exemplo malum ipsum exactiùs fortasse quàm dæmones doceant. De quibus Apostolus Petrus. [p] *In vobis*, inquit, *erunt magistri mendaces, qui introducent sectas, & eum qui emit eos Dominum negant, & multi sequentur eorum luxurias, per quos via veritatis blasphemabitur, & in auaritia fictis verbis de vobis negociabuntur.* Cæterùm quo tandem ista perficitur mali peritia, assiduum ipsiusmet peccatoris est studium, & exercitatio in deducendo adactum, quod vel à suamet concupiscentia subministratum, vel à Diabolo, vel à prauis edoctus est hominibus: per quam exercitationem, siue consuetudinem, aut assuefactionem eam dicas, iure optimo is à semet excellentiam eius disciplinæ doctus asseritur, iuxta id quod supra cap. 9. de talibus dicebatur, [q] *Docuerunt linguas suas loqui mendacium.* Et Iob 15. dicitur. [r] *Docuit iniquitas os tuum.* Quomodo & apud Ezechielem de Leunculo qui per exercitium factus est suimet magister, & peritissimus in arte prædandi, & occidendi, dicitur. [f] *Leo factus est, & didicit facere prædam*, paulóque post: *Didicit viduas facere.*

n 2. Tim. 4. 3. Cyprianus. o Iere. 10. 2. p 2. Pet. 2. 1. *Malitiæ peritissimus euadit peccator semetipso magistro.* q Iere. 9. 5. r Iob. 15. 5. f Ezech. 19. 3. & 7.

VVLGATÆ.

Vers. 23.] Si mutare potest Æthyops, &c.

SEPTVAGINTA.

23. Εἰ ἀλλάξεται αἰθίοψ τὸ δέρμα αὐτοῦ, καὶ πάρδαλις τὰ ποικίλματα αὐτῆς, καὶ ὑμεῖς δυνήσεσθε εὖ ποιῆσαι μεμαθηκότες κακά.

Vers. 23.] Si mutabit Æthyops pellem suam, & Pardus varietates suas; & vos poteritis benefacere, cùm didiceritis mala.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Numquid mutabit Æthyops pellem suam, aut Pardus maculas picturæ suæ? & vos quoque potestis benefacere, cùm sitis assueti ad malefaciendum.*

Vers. 23. (*Si mutare potest Æthyops, &c.*)

Hieronymus. *Hoc testimonio vtuntur aduersùs Ecclesiam qui diuersas cupiunt asserere naturas, & tantam dicunt esse, vel nigredinem, vel varietatem peccatorum,*

Hieronym. *Contra eos qui negant pœnitētiam.*

catorum, vt in candorem, & vnius coloris pulchritudinem transire non possint, non attendentes hoc quod sequitur (Et vos poteritis benefacere cùm didiceritis malum.) Quicquid enim discitur, non naturæ est, sed study, & propriæ voluntatis, quæ nimiâ consuetudine, & amore peccandi quodammodo in naturam conuertitur. Sed hoc quod hominibus impossibile est, Deo possibile est: vt nequaquam Æthyops, & Pardus suam videantur mutare naturam, sed ille qui in Æthyope operatur, & Pardo, dicente Apostolo, [a] *Omnia possum in eo, qui me confortat. Vnde & in alio loco Amplius,*[b] *inquit, illis omnibus laboraui: non ego autem, sed gratia Dei, quæ in me est.* [c] *Et viuo ego, iam non ego, viuit verò in me Christus: Et iterum scriptum legimus:*[d] *Quid habes, quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Quas ob causas non glorietur sapiens, in sapientia sua, neque fortis in fortitudine sua, nec diues in diuitiis suis, nec pudicus in sua pudicitia; sciens quòd in omnibus his, Christi virtus sit, non eorum qui in suis virtutibus gloriantur.*

Peccata non sunt homini naturalia.

a Phil. 4. 13. b 1. Cor. 15. 10. c Gal. 2. 20. d 1. Cor. 4. 7.

Idem Hieronymus Comment. in cap. 2. Sophoniæ. *Si notaverimus ait, in omnibus Scripturis Æthyopes eos appellari, qui penitus in vitia sunt demersi, secundum illud quod in Ieremia legimus: (Si mutabit Æthyops pellem suam:) Æthyopibus ad meliora conuersis, spes erit: nullumque qui voluerit agere pœnitentiam, à salute alienum fore: Vnde & prius anima polluta, & delictorum sordibus inquinata,* [e] *Cant. 1. dicit, Nigra sum. Et postea in fine Cantici Canticorum de eadem iam purgata, & lota per pœnitentiam scribitur.*[f] *Quæ est ista, quæ ascendit dealbata.*[g] *Moyses quoque, id est, lex Domini spiritualis, Æthyopissam de Gentibus duxit vxorem.*

Hieronym. *Æthyopum metaphorâ designari solit i peccatores.* *Peccatori cuique pœnitentiam agere volēti spes est salutis.* e Cant. 1. 5. f Cant. 8. 5. iuxta Sept. g Exod. 2. 21.

Idem Hieronymus Apologia secunda aduersùs Ruffinum, post dimidium; hoc vtitur vt prouerbio defendens Sanctum Epiphanium, quòd videns se incassùm improbi eiusdem Ruffini sanitatem procurare, nec Pardum mutare varietates, nec Æthyopem pellem suam, apertè in illum fuerit inuectus: & quod mente conceperat, literis indicarit.

Hieron. *Labor incassus in curando aliquem.*

2

Athanasius ad finem decreti Synodi Nicenæ super Arrianos his ipsis hæreticorum ingenium designari asserit, dicens, *Scio vitilitigatores istos, & Christo rebelles, ne istis quidem auditis mentem in melius mutaturos esse, sed potius discursitaturos ad alias aliunde causificationes venandas, & cùm eas absumpserint, nouas rursus commentaturos esse. Quæ in parte respondent Propheticis verbis. (Si potest Æthyops mutare pellem, aut Pardus maculas: etiam futurum est, vt ipsi recta sentiant.)*

Athanasius. *Hæreticorum ingenium quale.*

Gregorius Nazianzenus Oratione primâ contra Iulianum pag. 210. ostendens Iulianum non diu clementiam dissimulare quiuisse. *Non enim natura ferebat*, inquit, *vt vel Pardus distinctas macularum notas, vel Aethyops atrum colorem, vel iste improbitatem, quâ aduersùm nos impellebatur abiiceret.*

Greg. Naz. *Iulianus Apostata non potuit diu dissimulare.*

Ambrosius lib. 6. Examerôn cap. 3. (*Si mutabit Aethyops pellem suam, & Pardus varietatem*) *Hoc inquit, accipitur non solùm de figura, sed etiam de mobilitate furoris, eò quòd tenebrosis, & inquietis, ac mobilibus infidæ mentis, atque animi mutationibus decoloratus populus Iudæorum boni propositi gratiam iam tenere non possit, nec ad emendationem vllam, correctionemque remeare, qui semel ferinam induerit immanitatem.*

Ambrosius. *Iudæorum feritas, & perfidia obsirmata.*

Et Basilij Comment. in Isaiam colligit Simon Magister Oratione septimâ morali, quæ est de virtute, & vitio. Illum qui ad Angelicam vitam transiens humanis adhuc perturbationibus inquinatur, similem esse pelli Pardalis, cuius pili neque omnino albi sunt, neque nigri, sed mixto colore imbuti, neque in albis numerantur, neque in nigris.

Basilius. *Religiosus imperfectus similis Pardo.*

Ioannes Chrysostomus homil. 67. in Ioannem. Quod cap. 12. Ioannis ait de Iudæis Dominus.[h] *Propterea non potuerunt credere, quia dixit iterum Isaias,*[i] *Auditu audietis, & non intelligetis. Non potuerunt, ait, hoc est, Noluerunt. Neque te admiratio capiat. Alibi enim inquit,*[k] *Qui potest capere, capiat. Ita nonnumquam potestate pro voluntate vtitur: Et iterum,*[l] *Non potest mundus vos odio habere, me autem odio habet. Hoc & communi sermone vsurpatum videmus, cùm quis dicit. Non possum asperum hominem diligere, vehementiam voluntatis potestatem appellans: Et iterum, Non potest ille fieri bonus. Et Propheta, (si mutabit Aethyops pellem suam, & Pardus varietatem suam, & populus hic poterit benefacere, qui didicit mala.) Non dicit quòd impossibile sit ei bene operari: sed quia nolunt, ideo non possunt.*

Io. Chrysost. *Non posse pro nolle.* h Ioan. 12. 39. i Isai. 6 19. k Matth. 19. 11. l Ioan. 7. 7. *Potestatis nomen pro voluntate.*

3

Theodoritus. (*Si mutet Aethyops pellem suam, & Pardus varietates suas, & vos qui mala didicistis, bene agere poteritis*) *Verus profectò sermo, Consuetudinem videlicet esse alteram naturam. Omnia enim quæ longâ consuetudine comparauit animus, paria censentur cum naturalibus.*

Theodorit. *Consuetudo altera natura.*

Cyrillus Alexandrinus lib. 2. Dialogorum cum Hermia, in principio. *In hæreticos rectè illud dici posse arbitror. (Si immutauerit Aethyops cutem suam, & Pardus maculas suas; & vos poteritis benefacere, cùm didiceritis mala) Mentem sanè aduersariorum à Pardo nihil differre opinor. Pardus enim variis notis, & omnigenis coloribus interstincto tergo est: illi verò inæqualem, & non cohærentem animum habent, & sermonem quem in cordibus tenent sursùm mittunt.*

Cyrill. Alex. *Hæretici similes Pardo.*

Cyrillus Alexandrinus homil. 11. Paschali. *Dictum quidem est alicubi ad Iudæos (Si mutabit Aethyops pellem suam, aut Pardus, &c.)* Sed hoc dictum rectè sanè, ac meritò prauis quoque, & aduersariis potestatibus, quispiam accommodet.

Cyril. Alex. *Dæmones prauam naturam suam mutare nequeunt.*

Isidorus Pelusiota lib. 2. Epistolarum epistolâ 71. *Admodum congruenter non naturam, seu substantiam substantiæ, sed qualitatem qualitati, quæ adesse & abesse potest, comparauit Scriptura, his verbis vtens. (An mutabit Aethyops pellem suam, & Pardus varietates suas? Et quonam pacto vos poteritis benefacere, cùm didiceritis mala?) Per hoc enim quod dicit (cùm didiceritis mala,) dogma illud subuertit, quo ineuitabilia putantur peccata. Quonam enim peccato, si hoc natura insitum haberent, vt mala nossent, diceret Propheta, Cùm didiceritis mala. Quod si didicerunt, dediscere quoque profectò poterunt.*

Isid. Pelus. *Peccata non esse ineuitabilia homini.*

D. Thomas. (*Si mutare*) *quasi dicat, difficilè potestis conuerti. (Aethyops) propter naturalem infectionem peccati. (Pardus) propter dolositatem, vel diuersitatem peccatorum. (cùm didiceritis) propter consuetudinem.* [m] *Prou. 22. Adolescens iuxta viam suam graditur, & non recedet ab ea.*

D. Thom. m Prou. 22. 6.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Εἰ ἀλλάξεται αἰθίοψ τὸ δέρμα αὐτοῦ.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τίνος οὖν ἕνεκεν ἐγκαλεῖς; τίνος ἕνεκεν πέμπεις προφήτας; τίνος ἕνεκεν λέγεις, οὐκ ἠθελήσετε ἀκοῦσαι μου; εἰ φύσεως ἐστὶν ἡ πονηρία τίνος ἕνεκεν μέμφῃ; ὁρᾷς τὴν ἀτοπίαν; ἀλλὰ παρὰ τὴν ἡμετέραν ἄνοιαν ἡ ἀτοπία. ὃ γὰρ βούλεται εἰπεῖν τοῦτό ἐστιν. ὅτι τὴν οὐκ προαιρέσεως κακίαν εἰς ἕξιν σχεδὸν μετεστήσατε. τὸ γὰρ μαθεῖν οὐ φύσεώς ἐστιν. ὁ μαθὼν πρότερον ἐν ἀγνοίᾳ ἦν, καὶ μανθάνει. οὐκ ἄρα φύσει πονηρός. τὸ γὰρ φύσει οὐ δεῖται μαθήσεως. οὐ μανθάνομεν ὅτι δεῖ καθεύδειν. οὐδὲ ὅτι δεῖ τὸ φῶς ὁρᾶν. ταῦτα γὰρ φυσικά, καὶ διδάσκαλον οὐκ ἀναμένομεν, ἀλλὰ καὶ θελόντων, καὶ μὴ θελόντων ἔπεισιν. ἔνθα δὲ μαθεῖν ἐστι, καὶ ἀγνοῆσαι ἔνι, καὶ ἐξ ἀγνοίας ἡ μάθησις. τί οὖν ἐστι; φησὶν ὑπερβολικῶς ὥσπερ καὶ ἡμεῖς λέγομεν. οὐ δύναται ὁ παῖς οὗτος σωφρονῆσαι. κακὴ φύσις. ἵνα κἂν οὕτως ἐρυθριάσαντες μεταβάλωνται.

[εἰ ἀλλάξεται αἰθίοψ.]

|| Ὀλυμπιοδώρου.] Φυσικῷ πράγματι παρεικάζει, τὴν ἐκ πολλῆς συνηθείας ἁμαρτίαν. ἵνα δείξῃ ἀναγκαίαν εἶναι τὴν χάριν τοῦ λουτροῦ τῆς παλιγγενεσίας. ||

A

Vers. 23. 4 SI mutabit Aethyops pellem suam, &c.)

Chrysostomi.] *Quare igitur increpas? cur mittis Prophetas? Cur dicis noluistis me audire? si naturalis est iniquitas, quid conquereris? Vides vt absurdum hoc sit? Sed è nostra amentia oritur hoc absurdum. Nam sensus huius dicti is est.* B *Quòd voluntarium malitiam in habitum commutastis. Discere enim non oritur à natura. Qui didicit antea ignorantiâ tenebatur, & discit. Non igitur naturâ malus: insitum enim à natura, sub disciplinam non cadit. Non discimus, quòd dormire opporteat, quòd lumen aspicere deceat; à natura enim hæc sunt, & magistros non quærimus; sed velimus, nolimus, adueniunt. At vbi disciplinæ locus est, est & ignorantiæ locus, & post ignorantiam disciplina, Quid ergo ait? Hyperbolicè loquitur, sicut & nos dicimus; puer hic nunquam poterit ad sanam mentem reduci. Prauum inge-* C *nium, vt saltim sic rubore suffusi conuertantur.*

Si mutabit Aethyops, &c.

|| Olympiodori.] *Rei naturali peccatum multâ consuetudine inolitum assimilat, vt gratiam lauacri regenerationis ostendat necessariam.* ||

Chrysost.

Malitiam nos ipsi commutamus in habitum voluntarium.

Malitia non est cuiquam à natura.

Naturalia non cadunt sub disciplinam.

Nō posse quid fieri hyperbolicè dici quod vix fiat.

Olympiod.

Baptismi necessitas ad abluendas peccatorum sordes.

Vers. 24.] Et disseminabo eos quasi stipulam quæ vento raptatur in deserto.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

AVdite [a] *quòd & Deus ipse in confirmationem dicat immoti decreti sui. Iudæos qui in terram promissionis vt bonum à me iacti fuerant semen, vt in illa simul vniti & radices facerent, & progerminarent, & fructificarent, iam ipsemet disseminabo, sicque exinde in diuersa dispergam loca, vt & molestissimam experturi sint segregationem charorum ab inuicem.* [b] *Dispersensque illos cum contritione & facultatum, & corporum, & animorum, ad tenuitatem, & vilitatem eos reducam stipulæ, efficiens vt quemadmodum stipulæ loca deturpant in qua fuerint reiecta: oculosque lædunt in quos insederint, & ad combustionem coniiciuntur. Ita & per ipsos oppida defœdari se reputent, in quæ reiicientur captiui, grauesque eorumdem oppidorum ciuium sint oculis ad videndum; & iugi vbique afflictionum eos quodam comburent igne, efficiam* [c] *etiam, vt absque vllo impedimento quasi stipula quæ à vento raptatur in deserto, in Iudæa redacta in desertum à Rege Nabuchodonosor instar venti Aquilonaris dispergantur vi magnâ tracti, raptatique. Et item quasi stipulam quæ transit ad ventum deserti, & Austri, ipse, vt ventus sanè Australis & vrens eos dispergens impetu vehementi transire illos faciam captiuos in Babylonem & Aquilonem; & quasi stipula pariter quæ fertur à vento in desertum, contrariis intentionibus me at-* D *que Rege Babylonis quasi contrariis in ipsos exufflantibus ventis, veluti turbine in gyrum acti captiui in Chaldæorum deferentur terram, quam sibi instar deserti experientur rabidissimarum ferarum habitaculi, rerumque omnium penuriâ quoad ipsos aridi.*

a Et disseminabo (seu contritione dispergam) eos.

b Quasi stipulam.

c Quæ vento raptatur in deserto (seu, quæ trāsit ad ventū deserti. Aut, quæ fertur à vēto in desertum.)

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 ET *disseminabo eos*, &c. Ex supposita Iudæorum immutabilitate peruersæ viuendi rationis, præsertim in multiplici idolorum cultu, quam mox allatis similitudinibus probatam vidimus, rectè E nunc & immutabilitas proponitur diuini decreti in illis acriter puniendis. Vnde Sept. quasi id iam exequutioni mandatum esset, in præterito sic legunt, (*Et disseminaui eos,*) pœnam per hæc designans captiuitatis dispersionis, & exilij è propriis laribus, & è terra promissionis, quam tanti quodammodo faciebant, quanti nos cælum, eodem nimirum illam nuncupantes nomine, quo cælestem patriam terram appellamus viuentium. Ita vt propterea & omnium acerrimum id sibi reputarent supplicij, quo ab ea fiebant exules. Hinc toties ista eis comminata pœna, vt ferè non sit Propheta in quo id non reperiatur. Hoc tamen loco maxima ea exprimitur energia, & per allatam similitudinem, & per vnumquodque eiusdem similitudinis verbum. Quod enim primò dicitur, (*Et disseminabo eos,*) tametsi disper

Promissionis terram Iudæi tanti faciebant, vt eodē nomine illam appellarent terram viuētium, & cælestem patriam.

dispersionē simplicem significare queat: aliquid tamen proprij hîc habet; subindicat quippe, Iudæos qui in promissionis terram vt bonum iacti fuerant semen,quo in illa radices facerent, progerminarēt,& fructificarent,in vnomet agro,iam à Deo exinde disseminandos,sicque dispergendos in loca diuersa, vt molestissimum & id experturi sint segregationis abinuicem, de quo supra vers. 14. *Et dispergam eos virum à fratre suo,& patres, & filios pariter*, nec vsquam fixuri sint radices, vt ibi aliquid adipiscantur viriditatis,& roboris, Quod in libro Deuter. & Moyses illis contestatus est, dicens,[a] *In gentibus quoque illis*,in quas, sc.dispergendi erant,*non quiesces, neque erit requies vestigio pedis tui.*

a Deut. 28. 65.

Captiuitas Iudæorum in Babylonem quàm acerba pœna.

In textu Hebraico pro (*& disseminabo eos*,) est verbum ואפיצם *vaaphitzem*, quod & si interpretes simpliciter sic reddant, (*Et faciam dispergere eos*,) propriâ tamen vi verbi פוץ *phutz* dispersionem significat cum contritione,seu contritionem cum dispersione, quam peregregiè ab ipsomet Iudaico populo de gentibus faciendam aliàs idem pollicitus est Dominus, talibus illum apud Isaiam affatus,[b] *Ego posui te quasi plaustrum triturãs nouum,habens rostra serrantia, triturabis montes, & comminues:& colles quasi puluerem:* eum scil. qui ex trituratis granis remanet in area, quisquilias ex contritis paleis, folliculisque granorum & aristis in puluerem ferè redactus: prout patet ex subsequentibus, (*Ventilabis eos,& ventus tollet, & turbo disperget eos.*) In hunc igitur modum magna cum contritione, triturationeque & facultatum, & corporum, & animorum Iudæos dispersurum se inquit hoc loco Dominus, & è terra eorum illos disseminaturum.

b Isai. 41. 15.

2

In captiuitate Babylonica quàm viles ac miseri fuerint Iudæi.

Vt autem & id notum faceret, in quam eosdem redacturus esset vilitatem,addit, (*Quasi stipulam*)tenuissimam scilicet,& quæ ad nihil aliud inseruiat, quàm vel ad deturpandum locum in quem reiecta sit:vel ad lędendum oculos,in quos insilierit,vel ad combustionem. [c] *Facti sumus omnium peripsemata*, & reiectamenta dicebat de sanctis fidelibus Paulus quoad infideles, atque Gentiles.Hocque illud est,quod & Sanctus Propheta Daniel in Babylone captiuus significare voluit, cùm diceret,[d] *Ierusalem & populus tuus in opprobriũ sunt omnibus per circuitum nostrum.* Audi eos reiicientium voces in Threnis descriptas,[e] *Recedite polluti,clamauerunt eis*, (ait Ieremias) *recedite,abite, nolite tangere.*Imò & nolite intueri,addere quiuissent, quorum oculis multò grauiores ipsi erant Iudæi, quàm iustus is fuerit impiis, qui in libro Sapientiæ de eo dicebant,[f] *Grauis est nobis etiam ad videndũ.*Nosse vis quomodo iidē instar stipulæ & in combustionem in ipsa fuerint captiuitate? Audi Dominum apud Prophetam nostrũ,[g] *Dabo eos in feruorem vniuersis regnis terræ.* Hãc cõbustionem in primis subindicatam opinatos esse crediderim Sept.pro(*stipula*) vocem adhibētes φρυγάνω, quæ quodlibet significat stipulæ,farmenti, fruticisque aridi genus, quod igni sit accommodatũ. In textu Hebr.est vox קש *kasc*, quæ ita stipulam significat,vt & subtilissimã pariter designet quorumcumque vel minimorum defectuum inuestigationē,atque collectionē à verbo קשש *kasciasc*, colligere minutatim stipulas,& quisquilias cuiuscumque materiæ, & minutissima quæque in alio cõtumeliosè perscrutari,& ingerere; quod & Iudæis in captiuitate euenturum per hanc Hebraicam designatum vocem: Ita nimirum illos instar minutissimarum futuros stipularum, vt & contimuè hostes habituri sint qui minutissima, minimaque perscrutentur in eis, propter quæ illos arguant,atque nouis puniant pœnis.

c 1.Cor.4. 13.

d Dan.9. 16.

e Thren.4. 15.

f Sap.2.15.

g Iere. 15.4.

3

Venti metaphorâ designati & Deus, & Rex Babylonis.

Tertium quoque in hanc sententiam adiectum venti nomen. (*Quasi stipulam quæ vento raptatur:*) suã habet vim. Venti quippe metaphorâ, & Deus ipse designatur,& Chaldæorum Rex, exercitusque.Nouimus autem hunc sæpe Aquilonem vocatum,& Deus ventum vrētem, i.Austrum se dicit infra cap.18. [h] *Sicut ventus vrens dispergam eos coram inimico.*Quibus duobus simul flãtibus contrariis ventis, vorticosus planè fit ventus turbinis,quo non in altum,sed super terram in gyrum raptatæ voluuntur stipulæ. Quo maxima ea designatur afflictio infra cap.25.descripta,vbi hæc ait Dominus,[i] *Ecce afflictio egredietur de gente in gentē, & turbo magnus egredietur à summitatibus terræ.* In textu Hebraico pro eo quod Vulgata legit, (*quæ vento raptatur*)minùs efficaciter sic habetur,(*Quæ transit ad ventum*;) deseruiet tamen & ista lectio morali sensui. Illud potiùs hîc circa lectionũ varietatem est & notandum,& ponderãdum, quod in vltima est præsentis sententiæ voce.Cùm Vulgatæ lectio (*Quæ vento raptatur in deserto*) significet stipulæ raptationē prædictam faciendam absque vllo impedimento, & in ipsa Iudææ regione redacta in desertum, vnde absque vllo qui impediret,summâ violentiâ abducti,tracti, raptatique fuêre Iudæi.Per lectionem verò Hebraicã.(*Quasi stipulam quæ transit ad ventum deserti*) designatur, eosdem Iudæos ad ventum Austri, qui Hebraicè & ventus deserti nuncupatur,& ventus vrens, i. ad Dei exufflantem indignationem trãsituros, & commigraturos in Aquilonem, quò Auster impellit,in Babylonē Iudææ aduersam. Denique ex versione Sept. (*Quasi stipulæ, quæ feruntur à vento in desertum*,)colligitur, Iudæos ipsos à præexposita duorum inter se pugnantium ventorum Austri,& Aquilonis,Dei,ac Regis Babylonis contrariis intentionibus exufflãtium turbine in terram gyratos Chaldæorum, captiuisque eamdem terram futuram instar deserti rabidissimarum ferarum habitaculi, omniumque rerum penuriâ aridi.

h Ier. 18.17.

i Ier.25. 32.

De modo quo in captiuitatem Babylonicã abducti sunt Iudæi.

Iudæis Babylonia fuit instar deserti.

---

*Vers.*24.] Et disseminabo eos,&c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

4

Impij dicũtur dispergi,& è contra iusti dicuntur congregari à Domino.

Benè disseminari, dispergique ab inuicē dicuntur impij.qui vinculũ respuerint charitatis,quã simul congregati seruantur iusti, quibus licet multis est cor vnũ, & anima vna. Quidni verò à Deo ab inuicem dispergantur, quorum singuli iuxta Oseæ dictum,[k] *diuisum est cor*:ita vt huc illucque dispersæ, ac iactatæ videantur eius partes?*Seditione* enim, ait Aristoteles lib. 9. Ethic cap. 4. *anima prauorum agitatur*; *pars enim vna ob prauitatem dolet, cùm aliquibus abstinet: altera lætatur, & quasi diuellentes illa huc, hac illuc trahit.* Cogitaui mecum aliquando, cur in die iudicij dicatur in Euãgelio [l]Dominus separaturus iustis ab impiis,hos constiturus à sinistris vt hœdos, illos verò à dextris vt oues.Et quidē quamuis alias reperire sit & eius separationis, & allatarũ similitudinũ rationes: Vnam tamen istam censui admodum congruã,quòd impij nec cum iustis, nec secum ipsi simul stare possent vniti, Iusti quidem vt oues statuendæ dicuntur à dextris, quia oues

k Ose. 10.2. Aristot.

In die iudicij dispergẽtur à Iudice impij, iusti verò cõgregabuntur.

l Matth.25 32.

oues illico ſimul vniuntur, arctaque ſe ſeruant iunctæ vnione. Cùm è contra hœdorum ſi feceris gregem, diſperſos mox illos videbis hinc & inde ſeiunctim diſſilientes. In quorum confirmationem altera facit parabola item Euangelij, quâ Ioannes Baptiſta de Chriſto pariter vt iudice agens ait,[a] *Cuius ventilabrum in manu ſua: & permundabit aream ſuam, & congregabit triticum ſuum in horreum, paleas autem comburet igni inextinguibili.* Ventilabrum enim in manu habebit in die iudicij Chriſtus, iudicium nimirum rectum in ſua poteſtate, quo & ex pondere, & ex charitate ſingulos iudicabit ante tribunal ſuum ſtantium; pro quibus duobus perpendendis aptiſſimus certè erit ventus indignationis eius, qui eo præſertim die ex ipſius efflabit naribus, permundans Dei aream.[b] *Quid enim paleis ad triticum? dicit Dominus*, infra Ierem. 23. Iuſtos virtutibus graues, charitatiſque operibus onuſtos ſimul in vnum congeret, vt in perpetuum congregati in ſuo ſeruentur horreo cæleſti: Impios verò qui in altero mortis iudicio inuenti ſunt minùs habentes in ſtatera appenſi, leues corde, nulloque charitatis, ac miſericordiæ graues pondere, inſtar paleæ diſperſos debito igni deſtinabit inextinguibili.[c] *Erunt* enim, vt in libro Iob dicitur, *ſicut palea ante faciem venti, & ſicut fauilla quam turbo diſpergit.* Super quæ Gregorius Papa lib. 15. Moral. cap. 22. *Fauillam*, inquit, *turbo diſpergit: quia Deus*[d] *manifeſtus veniet: Deus noſter, & non ſilebit. Ignis in conſpectu eius: & in circuitu eius tempeſtas valida. Huius enim tempeſtatis turbine ab æterni conſpectu iudicis iniqui rapiuntur: & qui hic mentem deſiderio peruerſo ſolidauerant, ibi palea, & fauilla videbuntur: quia eos ad æterna ſupplicia turbo rapiens aſportat.*

a Matt. 3. 12.
b Ier. 23. 28.
Impij diſperguntur vt ſtipula in die iudicij.
c Iob. 21. 18.
Greg. Papa.
d Pſal. 49. 3.

5 *Impij cur ſtipulæ potius quàm paleæ aſſimilentur.*
e Ioã. 12. 24.

Hocque illud eſt quod & hoc loco apud Ieremiam comminatur Dominus, dicens, (*Et diſſeminabo, ſeu diſpergam eos quaſi ſtipulam, quæ vento raptatur in deſerto.*) Si enim ad Chriſti ſimilitudinem, qui de ſemetipſo dixit,[e] *Niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum manet, ſi autem mortuum fuerit, multum fructum affert:* grana & ipſi eſſent, à tempeſtate illa ventilati in aceruum ſanè vnum congregarentur; raptabuntur autem vt paleæ, ac ſtipulæ, deiiciendi dum alleuabuntur, diuiſi & à iuſtis (vt dixi) & ab inuicem, vt pote raptati in deſerto, & in infernum detrahendi. Benè potiùs (*quaſi ſtipulæ*) quàm (*quaſi paleæ*) diſpergendi, raptandique dicuntur, vt eorum explorata ſit & inutilitas, & ariditas, & vilitas, & finis congruentia. Enimuerò palea ad multa certè inſeruit, nec tantæ eſt ariditatis, vt vel iumenta nutrire nequeat, nec eæ vilitatis, vt vndique reiiciatur, quin & frequenter in varios colligitur, & conſeruatur vſus. Stipula ad nihil inſeruit, niſi vt vel terram deturpet, vel aërem obſcuret, vel animantibus obſit, vnique deputata eſt igni.[f] *Erunt*, inquit Malachias, *omnes ſuperbi, & omnes facientes iniquitatem ſtipula, & inflammabit eos dies veniens.*

f Malac. 4. 1.

6 *In die iudicij adeo terribilis erit iudicis aſpectus, vt pro eo vitādo impij ad quodcumque libēter tranſituri ſint tormentum.*

Hebraica lectio motum progreſſiuum iſti tribuens ſtipulæ, quæ in ſimilitudinem aſſumitur, animatam illam facere videtur: legit enim. (*Et diſpergam eos quaſi ſtipulam, quæ tranſit ad ventum deſerti.*) Quapropter duo mihi videntur per eam ſubindicata. Primum, perſiſtendo in præhabito ſenſu de eo quod peccatoribus in die continget iudicij; vt per id tranſeundi verbum intelligeremus, eos ipſos qui tunc à Domino diſpergentur (vt explicatum eſt) ita inſtar ſtipulæ à Dæmone, qui ventus eſt perflans à regione deſerti, in inferni ignem depellendos, vt liberè ipſimet eò tranſituri ſint, à maiori quodammodo tormento, quo cruciari ſe ſentient, inflammato furentis (vt ita dicam) præ indignatione iudicis aſpectu. Quem cruciatum liberumque tranſitum damnatorum ab illo ad quodcumque aliud tormētum, aliâ metaphorâ explicatum habemus ab illis ipſis in libro Apocalypſis dicentibus ad montes, atque ad petras, in quorum ſpeluncis ſe abdiderint,[g] *Cadite ſuper nos, & abſcondite nos à facie ſedentis ſuper thronum, & ab ira agni, quoniam venit dies magnus iræ ipſorum: & quis poterit ſtare?* Secundum, vt non de ea hîc ſermo ſit diſperſione quæ in extremo futura eſt iudicij die, quàm de ea, quâ peccatores conſuetudinarij, de quibus in verſ. præcedenti, in ſuorum delictorum pœnâ diſpergi quotidie ſinuntur à Diabolo qui ab infernali plaga, regione planè deſerti ſuis perflãs ſuggeſtionibus, & tentationibus, inſtar ſtipulæ leuis, inaniſque liberè quò diſpergitur tranſeat per conſenſum. Quæ fortaſſe explicata ſunt clariùs in Pſalm. 34. vbi dicitur.[h] *Fiant tamquam puluis ante faciem venti, & Angelus Domini coarctans eos.* Quo loco pulueris vocabulo, ſicut & alibi ſæpius, ipſa ſignificatur ſtipula, & trita paleæ gluma: cuius inſtar faciendi dicuntur obfirmati peccatores ad perflationem tartarei venti, cuius ſuggeſtionibus diſpergentur; quando ventus ille, Angelus quidem Domini, ſed peruerſus, quos aliquando viderit in ipſa diſperſione potẽtiarum ſuarum per liberum, quo prædIti ſunt arbitriũ ſe detinuiſſe, ne in aliquod conſentiant ſcelus, hos pro viribus propellit, in arctumque deducit: non tamen vim illis infert, quin ſuâ vtantur vel in ipſo conſenſu libertate, extrudit enim illos, & cadere eos facit, ſed liberè tranſeuntes ad perflationis ipſius impetus. Quod eodem in Pſalmo mox ſubditur: *Fiat via illorum tenebræ, & lubricum, & Angelus Domini perſequens eos*, de quibus, Deo dante, agemus infra cap. 23. vbi ſimilia apud noſtrum habentur Prophetam.

g Apo. 6. 16.
Peccator perflatur ſuggeſtionibus à Diabolo non tamen deiicitur, niſi is liberè per cõſenſum tranſeat ad illius perflationem.
h Pſal. 34. 5.

VVLGATÆ.

Verſ. 24.] Et diſſeminabo eos, &c.

SEPTVAGINTA.

24. Καὶ διέσπειρα αὐτοὺς ὡς φρύγανα φερόμενα ὑπὸ ἀνέμου εἰς ἔρημον.

Verſ, 24.] Et diſſeminaui eos, quaſi ſtipulas, quæ feruntur à vento in deſertum.

APPENDIX EXPOSITIONVM
Ex antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Et diſpergam eos ſicut ſtipulam, quæ pertranſit à facie venti in deſertum.*

Verſ. 24. (*Et diſſeminabo eos quaſi ſtipulam, &c.*)

Hieronymus. *Quia nimiâ conſuetudine malorum non potuerunt mutare naturam, non vitio conditoris, ſed ſtudio inoliti ſceleris: propterea quaſi ſtipulam vento raptatam diſpergam eos in ſolitudinem: iuxta illud, quod alibi ſcriptum eſt,*[i] *Tamquam puluis, quem proiicit ventus à facie terræ.*

Theodoritus. *Quapropter minatur, ſe diſſipaturum illos, inſtar ſtipularum, quæ à turbine venti huc, & illuc agitantur.*

1
Hieronym. *Peccatũ vnde fiat difficillimum curatu.*
i Pſal. 1. 4.
Theodorit.

D. Thomas. D. Thomas. Induxit ad humilitatem, ex futura captiuatione, comminans captiuitatis dispersionem, (Et disseminabo) Psal.[a] Deus meus pone illos vt rotam, & sicut stipulam ante faciem venti. Disperge illos in virtute tua.

a Psal. 82. 14.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Καὶ διέσπειρα αὐτοὺς ὡς φρύγανα.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὅρα καὶ τὴν εὐκολίαν πῶς δείκνυσιν ὁμοῦ, καὶ τὴν δύναμιν, καὶ τὸν θυμὸν || ἐκπληρῶσαι θέλων.

|| Ἐν ἄλλῳ μετὰ πληρῶσαι.

Θεοδωρήτου.] διεσπαρκέναι τούτους φησι, διὰ τὸ εὐρίπιστον τε, καὶ ἄκαρπον, καὶ πρὸς καῦσιν ἁρμόδιον.

Vers. 24. Et disseminaui eos quasi stipulas, &c.)

Chrysostomi.] Vide vt simul & facilitatem ostendat, & potentiam, & iram explere volens.

Chrysost. Ira Dei quã facilè, & potèter expleatur.

Theodoriti.] Disseminasse hos ait propter leuitatem, & quod nullum fructum ferrent, & apti essent ad comburendum.

Theodor. Iudæi per mũdũ disseminati vt leues, & infructiferi, igneque digni.

Vers. 25.] Hæc sors tua, parsque mensuræ tuæ à me, dicit Dominus, quia oblita es mei, & confisa es in mendacio.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

1 b Hæc sors tua.

Talis[b] certè, ô Iudæorum collectio, te decuit possessionis, hæreditatisque sors, quæ desertum tibi esset, feracissimâ, & amœnissimâ indigna terrâ, quam in sortem largitus fueram eductæ ex Ægypto. 2 Hæc est sors, rerumque tuarũ conditio, & status, vt ferè iam & Ierusalem, & Iudæa tota in desertum redacta, sic in illa hinc, & inde & ab indignatione mea, & à Chaldæis propellaris sicut vilissima stipula à vento (vt dictum est) raptatur in deserto. 3 Hæcque tua digna pœna, vt cum maxima dispergaris contritione, quæ instabilitate tuâ, instar stipulæ te reddidisti leuissimam, quasi sortito ludo istam ipsam tumet voluntate assequens pœnam in Aquilonaribus regionibus. 1 [c] Et hæc est portio, pœnaque à me tibi illata iuxta mensuram, quâ tu mihi es mensus. 2 Hæc pœna tua est, quam, iactâ quodammodo aleâ, tibi commeruisti: tametsi non omnino proportionata ea sit mensura peccatorum tuorum, & eorum grauitatis, at pars dumtaxat talis sit mensuræ à me, qui & pœnæ iudicium in pondere pono, atque in mensura, infirmitati tamen corporis in hac vita degentis proportionata. [d] Cùm tu mei oblita, mêque derelicto vnico, ac vero Deo tuo totam idolorum te dederis cultui; vniuersam spem tuam in mendacibus, falsisque diis ponens.

c Parsque mensuræ tuæ à me.

d Quia oblita es mei, & confisa es in mendacio.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

Hæc sors tua, &c.) Triplici significatu accipi hoc loco potest sortis vocabulum, prout & alias in Scriptura Sacra id vsurpatum reperitur. Vel pro possessione, & hæreditate, iuxta illud Psalmi.[e] Non relinquet Dominus virgam peccatorum super sortem iustorum, id est, non sinet tyrannidem, sceptrum, & potestatem peccatorum diuturno tempore infestam esse iustorum hæreditati: quia antiquitus, vt patet ex libro [f] Iosue, partes terræ promissionis sorte diuisæ sunt, quod & Dauid contestans dixit, [g] Sorte diuisit eis terram in funiculo distributionis. Iuxta quam sortis significationem, Congruentissimè hæc subiecta sunt præcedentibus, Si in eis (vt mox dicebam) significatum sit, Iudæos in Babyloniam veluti vehementissimo raptandos vento, vt in desertum. Vt præclarè hîc fiat oppositio hæreditatis, quam à Deo sortiti ij sunt, quibus supra cap. 2. dictum vidimus. [h] Induxi vos in terram Carmeli, vt comederetis fructum eius, & optima illius: & ingressi contaminastis terram meam, & hæreditatem meam posuistis in abominationem: illi quam in captiuitatem ducti obtinuerunt, meritò eis desertum nuncupatam. Vel pro statu, & conditione, quæ cuique forte, aut fortuitò obtingere videtur: cùm tamen & ipsa à diuina sint prouidentia, prout benè confessus est Vates Regius, inquiens,[i] In manibus tuis sortes meæ: Quomodo idem sortis vocabulum & impij de peruerso tuo vsurparunt statu, cùm in libro Sapientiæ ea haberét verba.[k] Venite & fruamur bonis quæ sunt, &c.[l] Nemo nostrûm exors sit luxuriæ nostræ, vbique relinquamus signa lætitiæ, quoniã hæc est pars nostra, & hæc est sors. Et Apostolus Paulus [m] iustorum statum partẽ appellat sortis sanctorum. Iuxta quem sensum ita hæc quoque pertinẽt ad superiora, iuxta nostræ Vulgatæ sensum exposita, vt ad Iudæorum synagogam totam (fœminini enim generis pronomina sunt in Hebræo) dicatur, cum esse ipsius statũ, quem scilicet mox explicatum vidimus, vt redacta Ierusalem, totaque Iudæa veluti in desertum, sic in illa hinc inde, & à Chaldæis, & à diuina propellatur indignatione, sicut vilissima, ac tenuissima stipula à vento raptatur in deserto.

1 Sortis vocabulũ pro possessione, & hæreditate.

e Psal. 124. 3.

f Iosue 15. 1.

g Ps. 77. 55.

h Iere. 2. 7.

2 Sortis vocabulũ pro statu & conditione.

i Psal. 30. 16.

k Sap. 2. 8.

l & 9.

m Col. 1. 12.

Vel denique pro commerita pœna, sicut sumitur eadem sortis vox Eccl. 25. quum dicitur,[n] Breuis omnis malitia super malitiam mulieris, i. Omnis malitia exigua, & parua est, si cõferatur cum malitia muliebri. Sors peccatorum cadat super illam, i. hæc sit peculiaris impiorum pœna, vt istiusmodi malitiam perferant, in eamque incidentes talem subeant pœnam, qualem suâ cõmeruêre peruersâ agendi ratione viuẽtes, vt Italicè dicimus, A caso, ac veluti sortito ludo huiuscemodi sibi lucrãtes pœnam, in eorum morem qui talorum, aut aleæ sortibus triremium acerrimæ se se ludunt pœnæ. Iuxta quem significatũ congruit quod hîc dicitur (Hæc sors tua,) cum eo quod mox iuxta Hebraicã dicebatur lectionem, (Dispergam eos cum contritione, quasi stipulam quæ transit ad ventũ deserti,) vt sensus sit, Hæc tua certè digna pœna, vt cũ maxima dispergaris contritione, quæ instabilitate tua, instar stipulæ leuissimæ te reddidisti, adeóque ad exsufflantem vrentemque diuinæ indignationis ventum

3 Sortis vocabulũ pro pœna, & cur.

n Eccl. 25. 26.

ventum tuâ ipse transire voluisti voluntate, quasi sortito ludo tuam hanc assequens pœnam dispersionis in Aquilonares regiones. Vt quid simile hîc sibi velit Deus ei, quod iisdem Iudæis apud Isaiam exprobrauit, quum diceret.[a] *Super quē lusistis? Super quem dilatastis os & eiecistis linguā? Numquid non vos filij scelesti, semen mendax. Qui consolamini in diis subter omne lignum frondosum, immolātes paruulos in torrētibus, subter eminentes petras?*[b] *In partibus torrentis pars tua, hæc est sors tua.* Ac si (vt bene Franciscus exponit Forerius) dixerit. *In lapides sortes mittis, & lapides tamquam hæreditatis portiones sorte tibi diuidi facis: ipsi, ipsi inquam, erunt sors tua, vt non nisi lapides, & inutilia saxa possideas, & saxum ipse sis:* & saxis (adde tu) atteraris in tuæ ipsius idololatriæ pœnam, quam idololatriam, & hoc quoque loco apud Ieremiam pro commeritæ pœnæ causa affert, cùm mox subiicit, (*Quia oblita es mei, & confisa es in mendacio,*) id est in idolis.

a Isai. 57. 4.
b Isai. 57. 6.
Franc. Forer.

3 (*Parsque mensuræ tuæ à me.*) Possunt hæc accipi vt per cōsuetam eiusdem rei repetitionē adiecta, vt colligitur ex eo quod apud Isaiam legimus, quando is agens de Idumæa in desertum redacta, atque in ferarum habitaculum, ait,[c] *Et ipse,* s. Deus *misit eis,* sc. feris animantibus *sortem,* i. veluti sorte possidere illa fecit terram illam: quod repetens addit: *Et manus eius diuisit eum illis in mensuram*: in funiculo, sc. quem Dauid[d] distributionis appellauit, quo mensurabantur qui distribuebātur agri. Libentiùs tamen hæc ipsa sumerem, vt quid distinctū ab eo quod mox dicebatur, (*Hæc sors tua,*) ad idipsum tamen pertinens, & in illius declarationem necessariò adiectum, præsertim, si sortis vocabulum pœnam iuxta tertium designet significatum. Nequis absurdè opinaretur fortuitò, & quasi ad eductas sortes Deum pœnas vnicuique infligere: de quo in contrarium legimus in lib. Sapientiæ,[e] *Omnia in mensura, numero, & pondere distribuere.* Dupliciter autem iuxta hunc sensum exponi hæc possunt, primò, vt ly (*pars*) non sit quid restrictiuum, & (vt ita dicam) modificatiuum mēsuræ, sed è contra potiùs quod adiectum est *mensura tua*, sit ipsius modificatiuum partis, i. portionis, ac pœnæ, iuxta subiectam materiam de qua agitur. Secundò, vt è contrario se res habeat, & partis nomen sit restrictiuum mensuræ. Si primo modo, tantumdem est. (*Hæcque pars mensura tua à me:*) ac si dicatur. Et hæc est portio, pœnaque à me tibi illata, seu inferenda iuxta mensuram tuam, eo nimirum sensu, quo & Isaias de ipsa loquens Ierusalem, Iudæorumque collectione ait,[f] *In mensura contra mensurā cùm abiecta fueris iudicabis eam.* Quod ita exponit Hieron. *Sicut fecit Ierusalem, sic recipiet:*[g] *& iuxta mensuram quā mensa est, remetietur ei: Tuncque cumulatam mensuram recipiet, quando iudicij tēpus aduenerit, & abiecerit.* Idque apud eumdem Prophetā confirmat ipsemet Dominus aliàs dicens,[h] *Ponam in pondere iudicium*, id est pœnas quas in iudicio infligam, *& iustitiam*, eodem sensu, *in mensura*, iuxta eam videlicet mensuram, in ea ipsa quam iudicabo à me repertam. *Et subuertet grando spem mendacij*, (en eiusdem pœnæ explicationem) subuersio per immissam grandinem frugum omnium quæ falsâ mendacique spe expectabantur: *& protectionem aquæ inundabunt*: & ablatio omnis rei, quâ protegi se putabant Iudæi, per inundantes & imbrium, & fluminum aquas.

Mensura vocabulum pro possessione, & sorte hæreditatis.
c Isai. 34. 17.
d Ps. 77. 55.
e Sap. 11. 21.
Pœna infertur cuique à Deo iuxta mensuram illius.
f Isai. 27. 8.
Hieron.
g Luc. 6. 38.
h Isai. 28. 17.

4 Quòd si altero potiùs modo interpretari hæc velimus, adiectum istud ad id quod mox dicebatur, (*Hæc sors tua*) non accrescens, sed quid diminuens erit, at opportunè appositum, vt sensus sit,

Pœnæ istius vitæ sūt pars tantùm mensuræ nostri demeriti.

Hæc pœna tua est quam, iactâ quodámodo aleâ, tibi commeruisti, tametsi non omnino proportionata ea sit mensuræ iniquitatis tuæ, at pars duntaxat illius à me. Pro cuius sensus intellectione notandum, mensuræ vocabulum triplicem habere significatum; significat enim primò id quo quidpiam metimur, verbi gratiâ, vlnam, amphoram, modium, & similia. Secundò, prædictarum mensurarum quantitatem vel longitudinis, vel ponderis: & tertiò, id quod mensurâ admensum est, vt modium frumenti, quod ad modium admensum est. Mensura prima Iudæorū, quos Deus hîc alioquitur, eorum fuit iniquitas, & malitia, prout apertè Zachariæ * contestatum videre est Dominum, in ostensa illi amphora, seu vt legunt Sept. Mensura, in cuius medio iniquitas sub mulieris forma, & de qua ibi dictum est, *Hæc est oculus eorum in vniuersa terra*, id est hanc vnam quocumque se se vertant, & vbicumque terrarū sint, in cunctis suis spectant operibus, vt illam pro viribus expleant iuxta illud Domini in Euangelio item ad Iudæos,[i] *Implete mensuram patrum vestrorum.* Mensura eorumdem in secundo significatu, quantitas est, & grauitas malitiæ quam ipsa continebat illorum iniquitas, & impietas: eadem in visione Prophetæ eidem designata[k] in ostensa grauissima plumbi massa; Tertia denique mensura, ipsa iniquitatis eorū est pœna, ad impietatem nempe ipsorum eis admensam. Hoc supposito, quod hîc dicitur, (*Hæc sors tua, parsque mensuræ tuæ à me.*) Significat, Pœnam, quæ sorte (vt explicatum est) Iudaico obtigit populo, esse solummodo partem mensuræ illius, tum in tertio, tum in secūdo significatu sumptæ: esse partē eius quam commeruissent pœnæ, & partem quoad proportionem quantitatis, & grauitatis impietatis eorum.

Mensura vocabulum triplicem habet significatum.
Mensura vocabulo significata iniquitas.
* Zach. 5. 6.
i Matth. 23. 32.
Mensura vocabulo significata peccati grauitas, eiusdemque pœnâ.
k Zach. 5. 7.
Castigans in hac vita Deus dat partem tantùm mensuræ grauitatis pœnæ peccatorum.

5 Enimuero quòd grauissimi ponderis Iudæorū esset iniquitas, ita vt deffiniri vix posset, exinde colligere est, quòd indeffinitè Isaias[l] populum grauem iniquitate illos appellat: si enim illa ex obiecto expēdatur, cui aduersa erat, infinitæ certè erat grauitatis, prout infinitus est Deus, contra quem admittebatur. Vnde & Dauid iuxta pōdus istud suas expendens iniquitates, inexplicabile id aduertens, & ipse indeffinitè sic locutus est de eis,[m] (*Et sicut onus graue grauatæ sunt super me.*) Cæterùm quia non secundùm totum infinitæ istius grauitatis pondus Iudæos eâ captiuitatis pœnâ tunc temporis Deus puniuit, sed secundùm aliquid tantùm eius ponderis, ideo pœnam illam mensurâ quidem illatam à se asserit, sed mensurâ tali, quæ dici potiùs deberet pars mensuræ; mensuram totam, & secundùm vniuersum impietatis eorum pondus in futuram differens ipsorum vitam, ni eos pœnituisset. Benè autem dictam captiuitatis pœnam partem mensuræ ipsius Iudaici populi Deus appellauit, sed quæ à se esset; vt pote à Deo misericordiarum, de quo Apostolus Paulus:[n] *Fidelis Deus qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere.* Fidelis certè, qui non est instar[o] hominum mendacium in stateris, sed qui etiam in inferendis calamitatibus fideli, ac veraci eas infert mensura, non quidem suâ, & secundùm plenum iustitiæ suæ rigorem, sed hominum, qualis congruit hominibus in corporum infirmitate degentibus. *Ponderat misericordiam,* ait Ambrosius serm. 20. in Psal. 118. *ponderat vltionem: in vtroque certum pondus, habilisque mensura: Vnde & Dauid dicit:*[p] *Et potū dabis illis in lachrymis in mēsura; ne sine modera-*

Peccati pondus est infinita grauitatis respectu obiecti offensi.
l Isai. 1. 4.
m Ps. 37. 5.
Tribulationū flagella Deus in hac vita immittit in nos secundùm mensurā hominum infirmitatis, & iuxta partē grauitatis peccatorum.
n 1. Cor. 10. 13.
o Ps. 61. 10.
Ambros.
p Psal. 79. 6.

tione mensuræ pœna cumulo grauarentur, & sustinere non possent. Et alibi idem ait Propheta, [a] Calix in manu Domini vini meri plenus mixto. Et inclinauit ex hoc in hoc, verumtamen fæx eius non est exinanita. Parata & plena est pœna quæ debetur impiis, quam Dominus declinat in perfidos: sed tamen miseratione suâ non vsque ad fæcem dignatur effundere, ne plenitudinem supplicij ferre non possent. Inclinat ergo calicem, non euacuat. Quòd inclinat, censura est, quòd non euacuat misericordia.

a Psal. 74.9.

Quoad præsentis sententiæ varietatem lectionum. In Hebraico textu vnum dumtaxat est quod notem, dictionem מריך middaich, & singulariter acceptam à nostro Interprete, & à Paguino redditam, (Mensuræ tuæ:) & pluraliter ab interprete Regiæ, qui ita legit, (Hæc sors tua, & pars mensurarum tuarum à me,) quo modo & Sanctes-Paguinus in Thesauro eamdem vertit, notãs illam esse pluralem masculeam iuxta sententiam Rabbi Iacob filij Eleazar. In versione Sept. nullâ vel mensuræ, vel mensurarum factâ mentione ita hæc habentur. (Sic sors tua, pars inobedientiæ vestræ aduersùm me: dicit Dominus: sicut oblita es, & sperasti in mendaciis.) In qua lectione pars inobedientiæ dicitur pœna quæ in portionem obtigit Iudæis pro inobedientia erga Deum.

Vers. 25.] Hæc sors tua, parsque mensuræ tuæ, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

6

TRiplicis generis, seu tres vnius generis reperio in Scriptura Sacra morales mensuras, mensuram Dei, mensuram Angeli, & mensuram hominis; mensuram Dei, Ephes. 4. [b] Vnicuique nostrûm data est gratia secundùm mensuram donationis Christi: mensuram hominis simul, ac Angeli. Apoc. 21. [c] Mensura hominis, quæ est Angeli, id est quæ est hominis, sed similis mensuræ Angeli; seu è contra, quæ est Angeli similis mensuræ hominis. Vnius generis triplicem hanc dico mensuram, quatenus vnum quid omnes significat morale voluntatis, tametsi in prædictis tribus diuersissimæ. Colligo id ex Apostolo Paulo, qui id declarans quod alibi dixerat, secundùm mensuram donationis Christi, & alibi. [d] Secundùm mensuram regulæ, quâ mensus est nobis Deus, in prima sua ad Corinthios ait, [e] Hæc autem omnia operatur vnus atque idem spiritus, diuidens singulis prout vult, id est, secundùm istam peculiarẽ mensuram suam, quæ est ipsa sua voluntas. Parique ratione dicendum, & duas alias mensuras Angeli, atque hominis, illorum esse voluntates liberas mensuras, non quibus aliis metiantur, cùm nequaquam explere id omne queant, quod voluerint respectu aliorum: vnius proprium hoc existente diuinæ voluntatis, [f] Voluntati enim Dei quis resistet? Sed quibus ipsi sibimet sortem partemque mensurent quam elegerint, vel bonum scilicet, aut malum: vel Deum, aut alia à Deo: vel gloriã, aut damnationem iuxta illud Ecclesiastici. [g] Apposuit tibi aquam, & ignem: ad quod volueris porrige manum tuam. Ante hominem vita, & mors, bonum, & malum, quod placuerit ei dabitur illi. Quodque de homine dicitur quãdiu in hoc viuit sæculo: idipsum & de Angelo intellige in illo primo instanti; quo primum is prompsit electionis actum. Iuxta hanc acceptionem sat bonus hic erit moralis sensus istorum verborum, (Hæc sors tua parsque mensuræ tuæ à me.) Vt ad peccatorem obstinatum, qui reiecto Deo, quem prius suam habebat sortem, ac partem: expulsaque diuinâ gratiâ, quâ ad statum deducebatur æternæ fælicitatis: mensuræ, ac voluntatis suæ partem Diabolum elegit, peccatique malum, ac pœnam ignis æterni, talia habeat Deus ipse, Iuxta mensuram tuam, & iuxta voluntatem tuam, hæc à me tibi rradenda est sors, hæc exhibenda pars, vt dispergaris, & hac in vita quasi stipula, quæ transit ad ventum deserti, à Diabolo variarum suggestionum perflatione huc, illucque in multiplicia distracta scelera: & in extremo iudicij die, quasi item stipula, quæ raptatur à vento in deserto à iustis seiuncta per Dæmones in ignẽ deiiciaris æternum, prout in præcedentis vers. explicatione vidimus.

Mensura Dei illius voluntas, sicque & mensura Angeli, ac hominis illorũ sunt voluntates.

b Ephe. 4.7.
c Apoc. 21. 17.
d 2. Cor. 10. 13.
e 1. Cor. 12. 11.

Voluntates Angeli, & hominis quomodo dicantur illorum mensuræ.

f Rom 9.19.
g Eccl. 15. 17.

Peccatori à Deo data mala quæ illemet sibi voluit.

7

Possumus hunc sensum istiusmodi declarare exemplo, vt tale quid significetur, ac si cui, proposito auro, quo ditari posset, & prunis, quibus posset comburi, mensuraque data, quam eorum alterutro impleret, is ignem in mensuram admitteret, auri nullâ habitâ ratione. Proposuit nobis aurum, opesque sapientiæ Deus, quibus ditaremur, thesaurum in ea congerens timoris ipsius, atque virtutum. [h] Diuitiæ enim salutis, Isaiâ teste, sapientia & scientia, timor Domini ipse est thesaurus eius: quæ eiusdem sapientiæ per prosopopeiam loquentis consona sunt verbis, [i] Mecum sunt diuitiæ, & gloria, opes superbæ, i. magnificæ, & iustitia. [k] Melior est fructus meus auro, & lapide precioso, & genimina mea argento electo. Proposuitque simul & diuitias gratiæ suæ, de quibus Apostolus ait, [l] Secundùm diuitias gratiæ eius, quæ superabundauit in nobis in omni sapientia, & prudentia. Proposuit & diuitias cælestis gloriæ, dicente eodem Apostolo, [m] Illuminatos oculos cordis vestri, vt sciatis, quæ sit spes vocationis eius, & quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in sanctis, i. in cælis. Proposuit idẽmet Dominus nobis ex altera parte ignem, visui quidem pulchrũ, atque fulgentem, sed re verâ consumentẽ: ignem inquam de quo legimus, Exarsit ignis in ira eius, & Carbones succensi sunt ab eo: Dedit ipsemet mensuram, quâ propositorum nobis metiremur, & acciperemus quantum sufficiens esset, vt diuites per ea efficeremur abundanter; mensuram quæ similis ipsi suæ diuinæ esset mensuræ, liberam voluntatem, cui, quoad sufficientiam, & opem omnibus sua tulit gratia. Quid miseri faciant peccatores? instar irrationabilium puerorum, qui, auro despecto, ignem visui suo pulchrum, atque præfulgidum, quasi quid eximij adepturi patentibus arripiunt manibus, quo & aduruntur: contemptis quæ bonitatis Dei sunt, ignis iræ Dei maximam voluntate suâ sibi metiuntur copiam, ea arripiẽtes studia, quæ ipsam secum habent adnexam Dei iram, per quæ fatui diuitiarum, & preciosorum quorumcumque coaceruare sibi arbitrantur thesauros. Cuius fatuitatis redarguit illos Paulus, quum ait: [n] An diuitias bonitatis Dei, & patientiæ, & longanimitatis contemnis, ignorans quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Nota propositas bonitatis, & benignitatis Dei diuitias, quarum per pœnitentiam compotes esse quiuissent, si sibi eas suâ metiri sciuissent voluntatis mensurâ: Nota & fatuam impij hominis ignorantiam: Sed & peruersitatem tam ignorantiæ nota, quàm fatuitatis eiusdem: subdit quippe: [o] Secundùm autem duritiam tuam, & impœnitens cor thesaurizas. (Nota) tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei. Quam iram, quod iustum Dei

Simile.

Peccatori Deus proposuit aurum sapientiæ, & ignẽ iræ suæ, quãmque is fatuus fuerit in electione ignis.

h Isai. 33.6.
i Prou. 8.18.
k & 19.
l Ephes. 1.7.
m Psal. 17.9.

Peccator instar irrationabilis pueri eligentis præ auro ignẽ quo cõburatur, & defleat.

n Rom. 2.4.
o Rom. 2.5.

Dei iudicium hoc loco apud Ieremiam ipſemet peccatori irem obſtinato ipſius ſortem partemque menſuræ eius aſſerit Dominus. (*Hæc ſors tua, parſque menſura tua à me*) quaſi dicat. Non eſt quòd de me conquereris, nam tametſi ipſe te in die iudicij diſperſurus ſim, prout mox ſignificaui, quaſi ſtipulam à vento raptatam in deſerto: à me tamen id tibi erit, quia rumet tale tibi elegiſti iudicium, & hæc quæ à me ſibi infligetur pœna ſors tua parſque ruæ eſt menſuræ, ruæ & voluntatis.

8 *Sors & pars hominis quadruplex moraliter eſſe poteſt.*

Cæterùm ſi menſuræ nomine proportionatus ille ſignificetur modus ab homine in qualibet & re, & actione ſeruatus, iuxta quem & Deus id totum quadam concinnâ agit proportione, quod illi exhibet vel gratiæ, vel pœnæ, vel gloriæ, iuxta illud Euangelij. [a] *Filius hominis venturus eſt in gloria patris ſui cum Angelis ſuis, & tunc reddet vnicuique ſecundùm opera eius.* Cùm ſortis, partiſque hominis nominibus quatuor moraliter deſignentur. Primum, terrena, ſenſibilia, ac temporalia, diuitiæ ſcilicet, voluptates, dignitares, & ſimilia, prout ex eo habes libri Eccleſiaſtes. [b] *Omnia quæ deſiderauerunt oculi mei, non negaui eis: nec prohibui cor meum, quin omni frueretur voluptate, & oblectaret ſe in his quæ præparaueram: & hanc ratus ſum partem meam, ſi vterer labore meo.* Secundùm, gratia, & gratuita præſentis vitæ, virtutes, dona Spiritus Sancti, & ſimilia, de quo Apoſtolus, poſt recenſitam eximiam in fidelibus exiſtentium virtutum ſeriem, ait ad illos, [c] *Gratias agentes Deo patri, qui dignos nos fecit in partem ſortis ſanctorum in lumine:* Tertium cæleſtis gloria, & quicquid illius eſt gloriæ, viſio beatifica, charitatis exceſſus, viſio Chriſti, ac B. Virginis, & ſimilia. De quo ſanctus ille aiebat, [d] *Portio mea in terra viuentium*; & in libro Apocalypſis dicitur, [e] *Beatus, & ſanctus qui habet partem in reſurrectione prima*, quâ ſcilicet ij qui mortui ſimul cum corporibus putabantur ab infidelibus, ad cæleſtem, beatamque viram ducuntur ante ipſam corporum reſurrectionem, de quibus bene ſubditur, *In his ſecunda mors non habet poteſtatem*, infernus nimirum, & damnatio æternæ mortis, prout eodem libro declaratur, vbi talia habentur. [f] *Et infernus, & mors miſſi ſunt in ſtagnum ignis. Hæc eſt ſecunda mors. Sed erunt Sacerdotes Dei ac Chriſti*: quia laudes illi ſemper, & ſine fine cantabunt, *Et regnabunt cum illo mille annis*, id eſt toto hoc ſæculo, quo morrui putantur, poſtque illud in æternum. Quartum denique pœna æterna, de quo in Euangelio legimus. [g] *Diuidet eum, partemque eius ponet cum hypocritis, ſeu, cum infidelibus*, vt in Euangelio eſt Lucæ: [h] *illic erit fletus, & ſtridor dentium*, & in libro Apocalypſis. [i] *Timidis, & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis, & idololatris, & omnibus mendacibus pars illorum erit in ſtagno ardenti igne, & ſulphure, quod eſt mors ſecunda.*

a Matth. 16. 27.
b Eccl. 2. 10.
c Coloſſ. 1. 12.
d Pſal. 141. 6.
e Apoc. 20. 6.
f Apoc. 20. 14.
g Matth. 27. 51.
h Luc. 12. 46.
i Apoc. 21. 8.

9 Cùm inquam iſta quatuor nominibus ſortis, & partis hominis ſignificentur, & conſtet, iſtorum ſingula, vt ſors, ac pars hominis ſunt eſſe à Deo: nam & de primo (de cæteris enim nullum eſt dubium) legimus in libro Eccleſiaſtes. [k] *Et omni homini, cui dedit Deus diuitias atque ſubſtantiam, poteſtatemque ei tribuit vt comedat ex eis, & fruatur parte ſuâ, & lætetur de labore ſuo: hoc eſt donum Dei.* Id mihi inſurgit dubij, An ſicur de omnibus & ſingulis tutò dici poteſt, (*Hæc ſors tua, parſque tua à Deo.*) Ita & de iiſdem ſingulis verificari hoc queat, quod hîc à Deo ipſo aſſeritur, (*Hæc ſors tua, parſque menſura tua à me.*) Cuius difficultatis ſolutione ad amuſſim iſtâ explicari propoſitionem pro certo habeo. Et quidẽ de primo, de rebus inquam terrenis, deque bonis tẽporalibus, & ſenſibilibus deliciis, neutiquam illam ſimpliciter dixerim veram: quia bona illa abſque vlla modificatione ex parte hominis, quæ illius menſura dicatur, largitur Deus, itaut propterea humano, ſeu potiùs gentilirio more loquendi communiter bona fortunæ ea nuncupentur. Quamquam non puto negandum, quin aliquando eadem propoſitio, vt vera accipi queat, & ab ipſa veritate etiam iuxta hunc primum ſignificatum cuipiam prolata, vtpote vel ei, cui prædicta bona ob id elargitus ſit, vt in mercedem ei deſeruiant commenſuratam menſuræ, quam ille in iis ſibi præſtiterit: Quomodo S. Auguſtinus lib. 5. de Ciuitate Dei cap. 15. aſſerit à Deo Romanis datum in ſortem, ac partem imperium totius Orbis, vtque in vniuerſo terrarum Orbe glorioſiſſimi fuerint, quia hanc illi ei exhibuêre menſuram in præclaris ſuis geſtis: vt nimirũ merces proportionata eſſet ipſorum & intentioni, & fini, ſicut & in Euangelio Ieſus de iis qui gloriæ aucupio ſuas metiebantur eleemoſynas, [l] *Amen dico vobis*, inquit, *Receperunt mercedem ſuam*, ipſam ſcil. gloriolam inanem. Vel ei, cui iuxta menſuram effrænatæ eius libidinis, vt per illa magis Deum offendat, in pœnam præexpoſita concedit, quod ſignificaſſe viſus eſt Vates Regius, quum in Pſalmo 72. de præſtita à Deo hac impiis parte agens, ait [m] *Verumtamen propter dolos poſuiſti eis*, bona ſcilicet terrena, & fœlicitatem temporalem, vt deciperentur: *deieciſti eos dum alleuarentur*, ſcil. ad opes, potentiam, & honores. Sic & in Pſalmo 77. de exhibitione deliciarum iuxta menſuram deſiderij effrænis Iudæorum in deſerto. [n] *Pluit ſuper eos ſicut puluerem carnes: & ſicut arenam maris volatilia pennata, &c. Et manducauerunt, & ſaturati ſunt nimis, & deſiderium eorum attulit eis: non ſunt fraudati à deſiderio ſuo.* Quid clarius? At audi: *Adhuc eſca eorum erant in ore ipſorum, & ira Dei aſcendit ſuper eos, & occidit pingues eorum.* Magiſque ad rem noſtram in Pſalmo 105. [o] *Et dedit eis petitionem ipſorum: & miſit ſaturitatem in animas eorum.* Sic quotidie obſeruare eſt idipſum in plurimis hominum, quibus conceſſæ iuxta ipſorum indebitam deſiderij menſuram, vel diuitiæ, vel excelſi gradus, vel voluptates mortis, aut ægritudinum, aut perſecutionum ſunt cauſæ.

Bona fortunæ non dat Deus ſecundùm menſuram hominis.

Bona temporalia dat aliquãdo Deus homini iuxta menſuram meriti operũ moralium eius.

Auguſtinus.

Bona temporalia dat Deus alicui in pœnam iuxta menſuram effrænis illius deſiderij.

l Matth. 6. 2.
m Pſal. 72. 18.
n Pſal. 77. 27.
o Pſal. 105. 15.

10 De ſecundo, de gratia inquam, vt eſt ſors, & pars item hominis, nec veram ſimpliciter hanc dixerim propoſitionem, quòd ea ſors, parſque à Deo ſit hominis iuxta eiuſdem hominis menſuram; gratis enim illam dat Deus abſque vllius meriti menſura; & in hunc ſenſum interpretor ipſe quod à Ioanne Baptiſta dictum eſt Ioannis 3. [p] *Non ad menſuram dat Deus Spiritum*, tametſi non ignorem ibi à pleriſque ſanctorum Patrum ſubintelligi Chriſto, cui re vera nec ſecundùm diuinam naturam dedit Pater Spiritum ad menſuram, id eſt per participationem, quia dedit, & communicauit illi integrum Spiritum ſuum per ſe, & ſubſtantialiter: nec ſecundùm naturam humanam ad menſuram, id eſt parcè, & mediocriter, ſed largiſſimè, Spiritum dedit ſecundùm omnem Spiritus plenitudinem, omnemque capacitatem illius quæ tali competere poteſt naturæ. Quòd ſi ad menſuram hominibus à Deo datam gratiam ipſam aliquando legamus, ea certè minimè dici poteſt, ſors hominis, parſque menſuræ illius à Deo: quin potiùs pars menſuræ Dei à Deo, prout manifeſtè teſtatur Apoſtolus dicens, [q]

Gratia ſimpliciter non debet dici dari à Deo iuxta menſuram meriti hominis.

p Ioan 3. 34.
Chriſto non fuit datus Spiritus iuxta menſurã.

q Epheſ. 4. 7.
k Eccl. 5. 18.

Vnicuique nostrûm data est gratia secundùm mensuram donationis Christi, quæ certè mensura ipsa est eiusdem Dei voluntas, prout supra ex iis probauimus eiusdem Apostoli verbis,[a] *Diuidens singulis prout vult.*

a 1. Cor. 12. 11.

11 Gratia augmentum sæpe à Deo datur iuxta mensuram meritorum viri iusti.

Quanquam non abnuam, si de augmento gratiæ sermo sit, istam ipsam propositionem, (*Hæc sors tua, parsque mensuræ tuæ à me*) verissimè à Deo ipso proferri; cùm haud dubitandum, istam gratiæ partem iuxta meriti ipsius mensuram à Deo dari. Quod peregregiè Gregorius Papa homil. 15. in Ezechielem paulò post principium istis explicat verbis. *Si quidam gradus in cordis ascensione non essent, Psalmista non diceret*, [b] *Ambulabunt de virtute in virtutem. Nec mirum si de virtute in virtutem gradus sunt, quando vnaquæque virtus, quasi quibusdam gradibus agitur, & sic per incrementa meritorum ad summa perducunt. Alia namque sunt virtutis exordia, aliud profectus, aliud perfectio. Si enim & ipsa fides ad perfectionem suam non quibusdam gradibus duceretur, Sancti Apostoli minimè dixissent.*[c] *Adauge nobis fidem. Et quidam venit ad Iesum, qui curari voluit filium suum, sed requisitus, An crederet, respondit.* [d] *Credo Domine, adiuua incredulitatem meam. Pensate ergo quod dicitur: si credebat, cur incredulitatem dicebat? Si viro incredulitatem habere se nouerat, quomodo credebat? Sed quia per occultam inspirationem gratiæ meritorum suorum gradibus fides crescit, vno eodemque temporis is qui nec dum perfectè crediderat, simul & credebat, & incredulus erat.* Quid Gregorium refero, cùm Paulum Apostolum habeamus, qui clariùs id confirmat quod asserebamus, & de mensura; in epistola namque ad Ephesios is ait, [e] *Veritatem autem facientes in charitate*, id est verè operam nauantes charitati, *crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus: ex quo totum corpus*, & mysticum scil. ac politicum Ecclesiæ, & tropologicum animæ, *compactum, & connexum per omnem iuncturam subministrationis, secundùm operationem in mensuram vniuscuiusque membri*, id est pro modo, & mensura, ac exigentia cuiusque fidelis, seu iuxta mensuram exhibitam Domino ab vno quoque fidelium, & iuxta mensuram meriti cuiuscumque virtutis, augmentum corporis facit tam politici, quàm spiritualis animæ, *in ædificationem sui in charitate*, id est per charitatem. Quod corporis spiritualis augmentum alibi per eundem Apostolum sic explicatum est.[f] *Vt ambuletis dignè Deo per omnia placentes: in omni opere bono fructificantes, & crescentes in scientia Dei, in omni virtute confortati*, &c.

Greg. Papa. De merito augmenti gratiæ.
b Psal. 83. 8.
c Luc. 17. 5.
d Matt. 9. 24.
e Ephes. 4. 15.
f Coloss. 1. 10.

12 Deus se se communicat iusto magis minusue iuxta mensuram illius, quaue ratione id verum sit.

Et iuxta hunc quoque sensum verissimè id pariter iusto cuique à Deo dici arbitror, *Ego sors tua, parsque mensuræ tuæ*, ei qui illa proferat verba, [g] *Pars mea Dominus, dixit anima mea.* In quorum confirmationem facit quod idemmet Dominus morali item sensu viro dicit iusto, [h] *Ego sum Dominus Deus tuus qui eduxi te de terra Ægypti*, quando scilicet te meâ iustificaui gratiâ, subdensque de augmento ad mensuram ipsius iusti, addit: *Dilata os tuum, & implebo illud.* Super quæ Auctor Commentariorum in Psalmos qui habentur inter Hieronymi opera, hæc ait: *Dilatate ora vestra, ipse est & Dominus, & panis. Ipse hortatur nos vt comedamus, & ipse noster cibus est. Quantumcumque dilataueris, tantum accipies: Non est igitur in mea potestate, sed in tua est. Si volueris totum me accipies: si nolueris, accipe saltem partem.* Quorum sensus Catholicus hic est. Vt quod Deus ait, Non in sua id esse potestate, sed in potestate iusti: non de gratia intelligat simpliciter, & quam præuenientem dicunt Scholastici, quam in sua & voluit esse potestate, & voluntate, iuxta peruulgatam illam Sapientis sententiam,* *Præparatur voluntas à Domino.* Sed de ipsius gratiæ augmento, quod in nostra ei complacuit esse potestate potiùs quàm in sua, vt scilicet in illo magis, minusque se se communicet iuxta mensuram, ac modum dilatationis oris, cordisque nostri. Idcirco enim non ait simpliciter *Aperi*, sed *Dilata os tuum*, vtpote qui supponat ipsum cordis os iam à se apertum in prima gratia, quod ille ab ipso efflagitarat, qui dicebat, [i] *Domine labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam.* Apertum autem à me tuum est (neque enim & in hoc meum tibi deest auxilium) vt oris, cordisque tuam magis, minusque amplam exhibeas mihi mensuram. Si parum dilataueris vel in petendo, vel in merendo, parum & mei qui sors, & pars mensuræ tuæ, sum habebis: si totum quo ad potes dilataueris, totum & me obtinebis, & os implentem, & cor à te dilatatum. Quod exactiùs explicat Paulus, dicens, [k] *Flecto genua ad Patrem Domini nostri Iesu Christi, vt det vobis secundùm diuitias gloriæ suæ virtute corroborari per spiritum eius in interiorem hominem, Christum habitare per fidem in cordibus vestris: in charitate radicati, & fundati, vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, & longitudo, & sublimitas: scire etiam supereminentem scientiæ charitatem Christi, vt impleamini in omnem plenitudinem Dei.* Additque paulò pòst. [l] *Qui potens est omnia facere superabundanter quàm petimus, aut intelligimus, secundùm virtutem quæ operatur in nobis.* Quibus in verbis superabundantem testatur esse ipsius Dei impletionem, quâ semel per suam gratiam & os replet iusti dilatatum in petendo, & cor eiusdem per intellectum pariter bonorum operum, sanctorumque desideriorum expansum. Quamquam & ipsam tam oris, quàm cordis dilatationem Apostolus eidem tribuat Deo; quia re vera (vt aliàs is asseruit) [m] *non sumus sufficientes cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis; sed sufficientia nostra ex Deo est.* A quo specialiter latitudo cordis dicitur [n] Regi data Salomoni: Propter quod & Dauid Salomonis pater, eam quam ipsemet faciebat cordis dilatationem eidem adscribens aiebat. [o] *Viam mandatorum tuorum cucurri, cùm dilatasti cor meum.*

Gratia augmētum quomodo Deus dicat non in sua, sed in nostra esse potestate.
g Thren. 3. 24
h Psal. 80. 11.
*Prou. 8. 35. Sec. Sept.
Dilatandum Deo & os, & cor, vt ipso impleamur.
i Psal. 50. 17.
k Ephes. 3. 14.
l Ephes. 3. 20.
Dilatatio spiritualis & oris, & cordis non tam à nobis quàm à Deo.
m 2. Cor. 3. 5.
n 3. Reg. 4. 29.
o Psal. 118. 32.

13 Gloria cælestis datur iusti à Deo iuxta mensuram meritorū eorum.

De tertio, de cælesti nimirum retributione, deque iis quæ gloriam, & fœlicitatem spectant æternam, propositio ista verissimè à Deo cuique dicitur Sanctorum (*Hæc sors tua parsque mensuræ tuæ à me:*) vtpote [p] *qui reddet vnicuique secundùm opera eius: iis quidem qui secundùm patientiam boni operis, gloriam, & honorem, & incorruptionem quærunt vitam æternam*, vt ait Paulus qui alibi,[q] *Vnusquisque*, inquit, *propriam mercedem accipiet secundùm suum laborem.* Notum est autem, mercedem commensurationem dicere ad proportionem mensuræ operis: quam commensurationem indicat particula, *Secundùm*, explicaturque specialiter quæ ipsâ sit talis mercedis, & commensurationis mensura, quæ hominis sit glorificandi, nomine laboris illius. *Secundùm suum laborem.* Ita vt morali sensu rectissimè de ipso iusto talem à Deo habente sortem, partemque mensuræ suæ dictum id sumere possimus libri Sapientiæ.[r] *Honestauit.* Græcè εὐπόρησεν, id est *ditauit illum in laboribus*, copiosas ei scil. præstitit gloriæ diuitias, honestas tamen, & congruas mensuræ laborum eius. Quod clariùs explicatur, cùm adiicitur, *& compleuit labores illius*: completâ nimirum & repletâ mensu-

p Rom. 2. 6.
q 1. Cor. 3. 8.
r Sap. 10. 10.

Menſura iuxta quam ſingulis propriis datur gloriæ gradus non ſunt labores, & opera ſimpliciter, ſed charitas qua in eis maior, aut minor.

a Marc.12. 43.
b Matth.20. 12.

menſurâ ipſius laborum, ſcil.eius. Non quòd labores ipſi per ſe ſint menſura iuxta quam cæleſtem Deus det gloriam iuſtis maiorem, aut minorem, ſicut nec quantitas boni operis vt ſic menſura talis dicenda eſt; cùm vel ex eo quod Vidua dante duo illa minuta dixit in Euangelio Ieſus,[a] *Amen dico vobis, quoniam vidua hæc pauper plus omnibus miſit, qui miſerunt in Gazophylacium.* Et ex iis operariorum verbis, [b] *Hi nouiſſimi vnâ horâ fecerunt, & pares illos nobis feciſti, qui portauimus pondus diei, & æſtus?* manifeſtè colligitur, oportere eſſe aliam in laboribus, & operibus quibuſcumque menſuram, quâ nimirum illâ vel maioris, vel minoris probentur ponderis, ac meriti. Quænam verò iſta eſt? Charitas; ad cuius & proportionem Theologi rectè aſſerunt, diuerſas iuſtorum ſingulis aſſignari in cælis manſiones. [c] Lege caput tertium decimum primæ epiſtolæ ad Corinthios, [d] & intelliges, quàm neceſſarium ſit, vt & ea quæ præſtantiſſima cenſentur opera, vel miraculorum, vel Propheriæ, vel martyrij, & cuiuſlibet mortificationis quoad cæleſtem iſtam partem, atque mercedem, nullius ſint valoris, ſi pondus non habeant menſuræ huius charitatis.[e] *Spirituũ enim ponderator eſt Dominus,* vt dicit Sapiens. *Spirituum,* inquit, non autem laborum, atque operum: *Spirituũ,* inquam, illarum ſcil. animarum, quæ in bonis laborant operibus ex charitate, de quâ Paulus ait, [f] *Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum qui datus eſt nobis,* ſeu etiam intentionum charitatis ſpiritu inſignium, quibus ſpirituales ipſæ animæ, & in operibus, & in ærumnis tolerandis laborant.

c Ioan.14.2.
d 1.Cor.13. 1.
e Prou.16.2.
f Rom. 5. 5.

14

Tribulationũ momẽtanearum & leuiſſimarum toleratio mẽſuratur à Deo iuxta menſura charitatis & pondus, & tempus.

g 2.Cor.4. 17.

Per quæ ea peroptimè tollitur, quæ primo aſpectu videtur contradictio in iis Apoſtoli verbis. [g] *Id quod in præſenti eſt momentaneum, & leue tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis.* Quo loco duas ponit menſuræ porportiones, temporis, atque ponderis: quarum tamen nullam labori tribuit toleratarum tribulationum vt ſic, vtpote quas momentaneas aſſerit, ac ſine vllo pondere leues; & nihilominus animæ per ſpiritum eas toleranti, cauſari inquit per eum laborem & æternitatem, & pondus æterni temporis grauiſſimum in gloria, quæ ſcilicet ſors parſque menſuræ tolerantis eidem à Deo datur, iuxta proportionem charitatis illius. Quam menſuram in ipſa earum ærumnarum toleratione & à nobis adhibitam labori ipſemet conteſtatus eſt Paulus, adiiciens: [h] *Non contemplantibus nobis quæ videntur, ſed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia ſunt: quæ autem non videntur æterna ſunt.* Contemplari enim quæ non videntur, eſt dirigere laborem ipſum ad æternum Deum à ſe dilectum, & eumdem laborem commenſurare charitati, ſeu ad menſuram facere charitatis eiuſdem Dei, quæ æterni eſt ponderis. Propter quod eius pondus, eiuſque æternitatem, quippe quæ, vt ait Apoſtolus. *Numquam excidit*: proportio eſt æternitatis gloriæ cæleſtis ad meritum bonorum temporalium, tum quia ipsâ charitate operantes, & nos, & quæ agimus opera Deo vnimus, qui æternus eſt, & immenſi ponderis: tum quia qui per charitatem bene operatur eam habet intentionem, & cupiditatem, vt ſi fieri poſſet, in æternum in eius operaretur gloriam, cuius ſuccenſus eſt dilectione. Propter quod crediderim de ſancto illo dictum,[i] *Conſummatus in breui expleuit tempora multa.*

h 1.Cor.13. 8.

Gloria æterna quomodo proportionata meritis bonorum operum breuiſſimi temporis.

i Sap. 4.13.

15

Pœna æterna damnationis à Deo datur iuxta menſuram cuiuſcumque impij.

Cæterùm ſi hoc tertio ſignificatu, & quoad cæleſtis gloriæ exhibitionem vera eſt iſta Domini proportio, (*Hæc ſors tua, parſque menſuræ tuæ à me,*) dicta ad vnumquemque beatorum, prout explicatum eſt, multò certè eadem eſt verior, multóque propriùs ipſamet in quarto prolata eſt ſignificatu, quoad damnationis æternæ pœnam, cùm & iuxta literam in pœnæ ſignificatu hîc ipſam viderimus vſurpatam. Adde quòd ſicut communicatio boni eſt Dei propria cuius natura bonitas, quique omne eſt bonum, adeoque in iſta bonitatis ſuæ communicatione propriè loquendo, haud par eſt aliunde deſumat menſuram, quàm à ſemetipſo, & à voluntate ſua. Ita è contrario ab homine æquum eſt accipiat menſuram, cui pro ſorte, & parte eius infert damnationis pœnam: cùm contra naturam ipſius id ſit, prout conteſtatum omnibus voluit per Iſaiam dicens, [k] *Sicut in valle quæ eſt in Gabaon iraſcetur Dominus: vt faciat opus ſuum, alienum opus eius: vt operetur opus ſuum: peregrinum eſt opus eius ab eo.* Et per Ieremiam noſtrum, [l] *Non ex corde ſuo humiliauit, & abiecit filios hominum.* Porrò menſuram iſtam ex ipſo homine in exhibendis ei pœnis ſuſcipiendam, quæue illa ſit, ex iis deducere manifeſtè eſt, quibus in libro Apocal. voce de cælo factâ dictum fuit,[m] *Quantũ glorificauit ſe, & in delitiis fuit: Tantũ date ei tormentum, & luctum.* Quia enim triplex eſt cõcupiſcentia, quæ radix eſt peccati omnis, concupiſcentia carnis, concupiſcentia oculorum, & concupiſcentia gloriæ, quam ſuperbiã vitæ appellauit [n] Ioan. ideo vt intelligeremus, ipſam peccatoris concupiſcẽtiam progreſſam ad actum in hominis conſenſu menſuram & cuiuſcumque eſſe peccati, & infligendæ in illud pœnæ duas primas deſignans concupiſcentias, *Quantum*, inquit, *in delicиs fuit*, ſiue iis ſcil. quas ei ſubminiſtrauit concupiſcentia carnis, ſiue quas ex concupiſcentia habuit oculorum: Tertiam verò ſignificans dixit, *Quantum glorificauit ſe*, per ſuperbiam ſcil. peccans, & vanam gloriam. Quantum autem, & tantum menſuram certè deſignat. Quod clariùs in Euangelio explicans dixit,[o] *In qua menſura menſi fueritis*, ſcil. in peccando, *eadem remetientur & vobis*, mali ſcilicet Angeli Domini in pœnis.

k Iſai.28.21.
l Thren. 3. 33.

Menſura inferendarum pœnarũ erit concupiſcentia magis, minuſue ad actum progreſſa per cõſenſum.

m Apo.18.7.
n 1.Io.2.16.
o Matt. 7.2.

16

Pœna æterna quomodo cõmenſurata temporalium operum demerito.

Contra hæc tamen duo mihi non modicum ingerunt difficultatis, quæ ni tollatur, falſa profectò videbitur & ea, quam modò expendimus Dei ore prolata propoſitio, (*Hæc ſors tua, parſque menſuræ tuæ à me.*) Prima difficultas è re ipſa eſt, & ex ratione menſuræ, ac menſurati quæ in debita, æqualique ſita eſt proportione ad inuicem, quam æqualitatis proportionem inter illatam à Deo pœnam, atque peccata minimè eſſe res ipſa patefacit, & verba pariter culpas damnationiſque ſententiam proferentis iudicis id confirmant, [p] *Tunc* quippe in extremo ſcil. iudicio, ait Euangeliſta, *dicet* iudex his qui à ſiniſtris erunt: *Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo, & Angelis eius: Eſuriui enim, & non dediſtis mihi manducare: ſitiui & non dediſtis mihi bibere*, &c. Et certè iſta operum miſericordiæ omiſſio temporalis eſt. Quid autem æqualis proportionis eſt inter temporale ac æternum? finiti ad infinitum, nullam dari proportionem indubitatum eſt axioma. Cui tamen difficultati facilè eſt ſatisfacere, ſi percipiatur, cuinam proportio pœnæ eius æternæ commenſurata ſit menſuræ peccatum quodque dimetienti. Id autem triplex eſt, primum diſpoſitio peccatum admittentis; Non enim adulterium, quod in momento temporis perpetratur, momentaneâ pœnâ punitur, etiam ſecundùm leges humanas. Sed duratio pœnæ

p Matth.25. 41.

Menſura triplex iuxta quam eſt proportio cõgrua inter pœnam æternam, & peccatum temporale.

Augustinus. næ respicit dispositionem peccantis, ait Augustinus lib. 21. de Ciuitate Dei cap. 11. Vbi & exemplo id probat. Quam dispositionem æternum quid in se habere, hisce attestatus est Gregorius Papa, quibus & in 4. lib. Dialogorum cap. 44. ait, *Ad magnam iustitiam iudicantis pertinet, vt numquam careant supplicio, qui in hac vita numquam voluerunt carere peccato.* Et in lib. 34. Moralium cap. 12. super illud Iob.[a] *Æstimabunt abyssum quasi senescentem*, inquit, *Ideo cum fine deliquerunt, quia cum fine vixerunt. Voluissent quippe sine fine viuere: vt sine fine potuissent in suis iniquitatibus permanere, nam magis appetunt peccare quàm viuere.* Secundùm, est peccati, vt iniuria & offensio est, obiectum, quod est æternum, Deus enim æternus est, contra quem in delinquendo peccator agit, creaturæ adhærens eo relicto, prout ipsummet conquestum vidimus supra, cùm diceret. [b] *Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ*, i. perennem, *& foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas.* Vnde Augustinus lib. supra citato cap. 12. *Factus est*, inquit, *malo dignus æterno, qui hoc in se peremit bonum, quod esse posset æternum.*

Greg. PP. — a Iob. 41. 23. — *Inferni pœnæ æternitas commensurata æterno peccatoris obiecto in peccando.* — b Iere. 2. 13. — Augustin.

17 Quod confirmant Theologi ex doctrina Aristotelis collecta ex cap. 5. libri 5. Ethicorum, quâ asseritur, pœnam taxari secundùm illius dignitatem, in quem peccatur: adeóque cùm diuina maiestas, contra quam omne est peccatum mortale, sit infinita, sanè & peccatum ipsum infinitâ puniendum pœnâ, vel eo modo quo fieri id potest, infinitate durationis. Quam item rationem assignasse visus est Dauid post admissa à se peccata, aliisque illam in Dei defensionem reliquisse, cùm in Psalmo 50. Deum ipsum alloquens ait, [c] *Tibi soli peccaui, & malum coram te feci, vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cùm iudicaris.* Æquè enim est ac si dixisset, Quò iustum te esse manifestum sit in sententiis proferendis aduersùs impios æternis destinandos pœnis: & vt quando pro huiusmodi iudicio, ac damnandi ratione ab ignaris repræhenderis hominibus, tu ea in causa appareas superior, vtpote qui recto, & commensurato id facturus sis iure, en ipse fateor sufficientissimam hanc vnam rationem, propter quam & ego eodem damnari mererer iudicio: Quod quamuis Bethsabée, eiusque virum Vriam offenderim; pro peccati tamen mei obiecto te habui vnum, quatenus coram te illius peccati admisi malitiam, in te vt in obiectum totam eam dirigens, in te inquam, qui æternus, & infinitus es. Tertium denique est intrinseca ipsius mortalis peccati natura, secundùm quam ex se illud æternum est, quandoquidem eius culpa remitti sine gratia nequit, quam tamen homo non potest acquirere post mortem: *nec debet pœna cessare*, ait, D. Thomas ad finem corporis articuli primi quæst. 99. supplementi 3. partis, *Quamdiu in culpa manet.* Quam rationem indicasse visus est auctor lib. Ecclesiastici, dicens. [d] *Væ vobis viri impij, qui dereliquistis legem Domini Altissimi, si mortui fueritis*, sc. in iniquitate *in maledictione*, & culpæ scil. & pœnæ *erit pars vestra.* Aptarique ad idipsum possunt quæ ait Baruch, [e] *Inueterasti in terra aliena, quando* scil. per peccata inueterauerunt ossa tua in mundo terra à Deo aliena; sed quod peius extitit, *Coinquinatus es cum mortuis*: mortuus indeletis peccatorum maculis: quapropter meritò *deputatus es* ad æternas pœnas *cùm descendentibus in infernum.* Sed præ istis confirmat hoc is Euangelij locus; quo de ingrato seruo illo nequam dicitur. [f] *Et iratus Dominus eius tradidit eum tortoribus quoad vsque redderet vniuersum debitum*: quod certè numquam reddere potuisset, vt ex parabolæ principio significatum fuerat, supra illius vires existente ipsius debiti quantitate decem millium talentorum.

c Psal. 50. 6. — *Pœnarum infernalium æternitas commensurata naturæ peccati.* — D. Thom. — d Eccl. 41. 11. — e Baruch. 3. 11. — f Matth. 18. 34.

18 Difficultas altera circa hanc ipsam propositionem impio damnando prolatam à Deo, (*Hæc sors tua parsque mensuræ tuæ à me:*) & contra ea quæ dicta fuère in illius explicationem, quoad damnationis eius pœnam commensuratam mensuræ peccatorum, & culpæ, ex eo ipso est loco Apocalypsis 18. vnde ea fuit confirmata; immediatè enim ante verba illa, *Quantum glorificauit se, & in deliciis fuit, tantum date ei tormentum, & luctum.* Hæc ibi habentur. [g] *Duplicate duplicia secundùm opera eius. In poculo quo miscuit miscete illi duplum.* Quibus manifestè significatum videtur, in pœna damnatorum nequaquam seruandam culpæ eorumdem mensuram, vtpote quæ duplo debeat illam excedere. Tantóque maioris eadem verba sunt difficultatis, quòd per ea tollitur & commune Theologorum axioma illud, quo Deus punire dicitur citra condignum, dicente Psalmistâ.[h] *Miserationes eius super omnia opera eius.* Cùm è vestigio in eorumdem verborum Apocalypsis confirmationem facere videatur quod Iacobus Apostolus de pœna ista agens in die iudicij damnatis propter immisericordiam potissimùm, vt ex Euãgelio dictum est, inferenda, ita loquitur: [i] *Iudicium sine misericordia illi qui non fecit misericordiam: superexaltat autem misericordia iudicium.* Quod videtur significare, misericordiam tunc temporis primas daturam iudicio, quoad illius excessum.

g Apoc. 18. 6. — h Psal. 144. 9. — i Iacob. 2. 13.

19 Nihilominus haud ambigendum, verissimam prædictam esse Dei propositionem, (*Hæc sors tua, parsque mensura tua à me:*) etiã in vltimo hoc sensu acceptam. Neque eius veritati repugnant quæ opposita sunt, quin potiùs per ea magis confirmatur. Quod vt fiat omnibus conspicuum, ista ipsa expendamus, quæ illi aduersari videntur. Supponentes primò, mensuræ æqualitatem, de qua hîc est sermo, haud esse secundùm quantitatem, sed secundùm proportionem, adeoque dicendam potiùs proportionis quàm æqualitatis: eamque proportionem non tam pœnæ ad culpam attendi, quàm duorum peccantium ad duas pœnas, vt qui scilicet plus peccauit plus puniatur, & secundùm quod exceditur in peccato, sic excedatur in pœna, vt asserit D. Thomas in 4. dist. 46. quæst. 2. artic. 2. in responsione ad primum quæstiunculæ primæ. Porrò cùm, sicut sæpius obseruauimus in superioribus, id in more Dei sit, vt in proportione commensuranda peccantium, in expendendisque iudicandorum fidelium peccatis maiorem rationem eorum habere se significet qui contra ipsorum proximum quàm eorum qui contra ipsummet deliquerint, proque ea quæ sibi innata est in homines beneuolentia, & charitas, grauiora quæ contra proximum, quàm quæ contra ipsum censere se contestetur; ita vt propterea, sicut mox ex Euãgelio [k] ostensum est, propter omissionem potissimùm ibi recensitam operum misericordiæ proferendam extremam asserat damnationis sententiam. Idcirco & per B. Iacobum ad denotandum istum propositionis excessum in grauius à Deo puniendis fidelibus iis qui contra proximum ex immisericordia deliquerint, dictum est, [l] *Iudicium illis faciendum sine misericordia*, id est multò grauiora eorum iudicij tempore à supremo illo iudice censenda peccata, quàm aliorum, grauiusque ideo illos puniendos

Pœnarum inferni mensura, & proportio æqualitatis, & excessus in quonam sita. — D. Thom. — *Immisericordia grauissimè à Deo punitur in die iudicij, & quare.* — k Matth. 25. 41. — l Iacob. 2. 13.

In immiſericordia ſunt per concomitantiam & grauiſſima peccata quæ admittuntur contra Deū.

niendos quàm peccatores alios, nempe ſine miſericordia quid eis relaxante. Et meritò, quia in ipſa vna immiſericordia in proximos per concomitantiam ſunt, & quæ grauiſſima contra eumdem Deum exiſtunt peccata, infidelitas, exprobratio, odiumque in eum, dicente Paulo, [a] *Si quis ſuorum, & maximè domeſticorum curam non habet, fidem negauit*, ſi non ore, certè factis, iuxta illud, [b] *Confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant.* Et Salomone, [c] *Qui calumniatur*, id eſt malè habet *egentem exprobrat factori ſuo.* Sicut è contra, *honorat eum, qui miſeretur pauperis.* Necnon & Ioanne. [d] *Qui habuerit ſubſtantiam huius mundi, & viderit fratrem ſuum neceſſitatem habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo: quomodo charitas Dei manet in eo?* In quorum confirmationem facit ratio quam ipſemet afferet cæleſtis iudex. [e] *Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis.* Quod autem in epiſtola Iacobi ad maximam pœnæ grauitatem deſignandam dicitur, *Iudicium ſine miſericordia*, id eſt grauiſſimum, idipſum in præcitato loco libri Apocalypſis per Duplicare duplicia, & miſcere duplum, ſignificatur, iuxta morem illum quo duplex pro magno, grauique & lato ſumitur, & apud Prophanos auctores conſuetum, vt videre eſt apud Turnebum lib. 27. cap. 35. & in Sacris literis frequentiſſimum: ſic & infra cap. 17. item de grauiſſima pœna dicet Propheta noſter, [f] *Duplici contritione contere eos.* Sic Iſai. 40. [g] *Quoniam completa eſt malitia eius*, ſupplicium nempe malitiæ debitum, *dimiſſa eſt iniquitas illius. Suſcepit de manu Domini duplicia*, id eſt, grauiſſima ſcil. ſupplicia *pro omnibus peccatis ſuis*: vt ſit repetitio eiuſdem quod prædictum fuerat.

a 1. Timot. 5. 8.
b Tit. 1. 16.
c Prou. 14. 31.
d 1. Ioan. 3. 17.
e Matth. 25. 40.

Duplex pro magnò, graui, & ſimilibus.

Turnebus.

f Ierem. 17. 18.
g Iſai. 40. 2.

20 Quin & eadem phraſi, eademque duplicium voce maximum etiam præmium, maioraque gaudia quàm fuerint tolerati labores deſignata reperio: tum Iſaiæ 61. vbi de fidelibus dicitur, [h] *Pro confuſione veſtra duplici*, id eſt ingenti, *& rubore laudabunt partem ſuam*, id eſt laudabilem partem obtinebitis (vt exponit Forerius, vt ſit mutatio perſonæ in Sacris literis frequentiſſima) *Propter hoc in terra ſua*, pro veſtra, id eſt in cæleſti patria *duplicia*, id eſt maxima bona, maioraque *poſſidebunt*, pro poſſidebitis gaudia, quàm paſſi ſitis: vtque pateat quænam illa futura ſint, additur, *Lætitia ſempiterna erit eis.* Tum Zachariæ 9. Vbi Dominus fideli item qui ex Iudæis futurus erat populo, ait, [i] *Conuertimini ad munitionem vincti ſpe, hodie quoque annuncians duplicia reddam tibi.* Super quæ Hieronymus in Comment. *Hanc*, inquit *munitionem, ad quam Deus cohortatur vinctos, ſperantes Eccleſiæ, non aliam debemus accipere, niſi habitationem Paradiſi: in quam primus cum Domino*, [k] *Latro ingreſſus eſt, & idcirco per Zachariam prouocantur ad munitionem: quia iam tunc ex illo tempore Dominus promittebat, vt pro breui tribulatione, æterna reciperent præmia.* Ex quibus veritas patet allati ſuperiùs Theologici axiomatis. *Deus punit citra condignum, & præmiat vltra condignum*, iuxta illud pariter Apoſtoli, [l] *Non ſunt condigna paſſiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis.* Quod enim de præmio rectè, veréque dicitur, ob eamdem rationem & id quod de punitione aſſeritur citra condignum rectè probat D. Thomas in corpore præcitatæ quæſtiunculæ: Quod quando dans ſuperexcedit recipientem, conueniens eſt, vt datio excedat illam receptionem, quæ eſt proportionata recipienti. In cuius confirmationem vetus illa facit Alexandri Magni hiſtoria, qui cùm poëtæ cuipiam ingentem pecuniæ copiam ob quoſdam in eius laudem compoſitos verſus dari iuſſiſſet: illo reſpondente, Nimium id eſſe poëtæ, intulit is, *At Alexandro non eſt nimium.* Et ideo, ait D. Thomas, cùm *Deus ſit excellentiſſimus dator propter abundantiam ſuæ bonitatis, oportet quòd ſemper eius datio in bonis ſuperexcedat receptionem, quæ eſt proportionata recipienti. Pro eodem autem computantur minus malum & maius bonum, vt dicitur in lib. 5. Ethic cap. 5. Et ideo Deus ſemper dat vltra condignum de bonis, & ſemper mala pœnæ irrogat citra condignum.*

h Iſai. 61. 7.

i Zach. 9. 12.
Hieronym.

k Luc. 23. 43.

Puniat quomodo Deus citra condignum, & præmiet vltra condignum.

l Rom. 8. 18.

D. Thomas.

Alexandri dictum pro Principis magnanima liberalitate.

21 Neque verò contra hoc quòd de pœna aſſeritur, id facit, quod ex epiſtola relatum eſt Iacobi, [m] *Superexaltat miſericordia iudicium.* Quin potiùs iſtud ipſum peroptimè confirmat, ſi rectè intelligatur: nam haud id ibi ſignificare voluit Apoſtolus quòd Dei miſericordia exaltet ſupra ſe ipſam punitionis iudicium, illique primas det. Sed contrarium, vt bene id exponit gloſſa relata item à S. Thoma loco ſupracitato in argumento, ſed contra quæſtiunculæ tertiæ, vt ſenſus ſit, Superponetur miſericordia in iudicio, iuxta id Pſalmi 144. [n] *Miſerationes eius ſuper omnia opera eius.* Quem ſenſum magis exprimit textus Græci verbum κατακαυχᾶ, id eſt gloriatur, & exultat aduerſùs iudicium. Quamquam verbum illud Græcum ſumi ibi dicant pro vincere, exuperare, & obtundere, fortè quia victores aduerſùs victos exultare ſolent, vt ſenſus ſit, quòd ſi miſericordia contenderet cum iudicio, vinceret, vt ait Olympiodorus in ſua catena ſuper eam epiſtolam, vtque eo minimè nominato, aſſerit & in ſuis poſtillis Ioannes Gagneius. Hanc autem victoriam ſeu exultationem, aut ſuperexaltationem miſericordiæ in eo eſſe inquit, D. Thomas ſuper epiſtolam Iacobi: quod miſericordia ſemper relaxat, & mitigat ſeueritatis iudicium. Vis videre quomodo hæc duo ſimul ſtare queant, veréque dicatur vtrumque & quòd hîc dicitur (*Hæc ſors tua, parſque menſura tua à me:*) Et quod aiunt Theologi, *Punit citra condignum*, miſericordiâ pœnam ipſam mitigante. Lege in initio capitis 25. Deuteronomij Deum ipſum ſic præcipientem, [o] *Pro menſura peccati erit & plagarum modus.* En menſuram, & commenſurationem pœnæ ad culpam: Audi nihilominus ſimul & ipſius pœnæ mitigationem ex miſericordia: illico namque ſubdit: *Ita dumtaxat, vt quadragenarium numerum non excedant: ne fœdè laceratus ante oculos tuos abeat frater tuus.* Vis & in præmij collatione exceſſum ſimul & menſuram percipere, ita vt & quoad cæleſtem gloriam & iſta Domini propoſitio. (*Hæc ſors tua, parſque menſura tuæ à me*,) & id, quòd Deus præmiat ſupra condignum, vera ſint? Audi ex Euangelica parabola: ſeruo illi dicenti. [p] *Domine mna tua, mnas decem acquiſiuit*, per ſedulam nempe ipſius negociationem, reſponſum à Domino, *Euge ſerue bone, quia in modico fuiſti fidelis, eris poteſtatem habens ſuper decem ciuitates:* alteri verò qui dixerat, *Domine mna tua fecit quinque mnas*: reſponſum, *Et tu eſto ſuper quinque ciuitates.* Vide menſuræ meriti proportionem, & diuerſitatem, & exceſſum. An non exceſſus maximus pro lucro decem mnarum, quæ non ſunt pluſquàm centum aurei, iuxta Budæum, qui vnam mnam, vt de re nummaria ſumitur, decem aureos coronatos dicit eſſe, dominium ſuper decem ciuitates? Quid decem mnas, decemque comparo ciuitates, Cùm multò maiorem Dominus item in Euangelio hunc extenderit exceſſum, cùm regnum cælorum pro potu aquæ [q] frigidæ dandum aſſerit: cúmque & pro paucis latronis

Miſericordia quomodo ſuperexaltare dicatur iudicium.
m Iacob. 2. 13.
Gloſſa.
D. Thom.
n Pſal. 144. 9.

Olympiod.
Gagneius.

D. Thom.
Pœna inferni quomodo ſint & iuxta menſuram damnati cuiuſque, & citra condignum.

o Deut. 25. 2.

Gloria præmium quomodo & iuxta menſuram cuiuſq; beati, & ſupra condignum.
p Luc. 19. 16.

q Matth. 10. 42.

a Luc. 23. 42.

Gloria præmium & vnum, & diuersum.

tronis verbis.[a] *Memento mei dum veneris in regnum tuum*; paradisi contulerit gaudia? Quid de diuersitate dicam eiusdem præmij ad mensuram meriti? Lege apud Matthæum eamdem parabolam, & videbis tam ei qui quinque talenta, ex quinque pariter talentis, quam ei qui duo ex duobus superlucratus fuerat vnum datum præmium æternæ fœlicitatis, idemque vtrique à Domino dictum. [b] *Euge serue bone, & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis intra in gaudium Domini tui*: cùm tamen in eo quod est apud Lucam, diuersitas appareat istius præmij in tradito dominio alteri super decem, alteri super quinque ciuitates, quia in vna domo cælestis patris [c] *mansiones multæ sunt.*

b Matth. 25. 21.

c Ioan. 14. 2.

22 *Prætium triplex.*

Omnino quod communiter apud Iurisperitas de precio dicitur iusto, triplex id esse, mite, medium, & rigorosum: idipsum dixerim & in mensura diuini ad homines præmij, aut pœnæ affirmari posse: iustitiæ quidem mensuram à Deo singulis datam hominibus secundùm proportionis æqualitatem, & ad præmium, & ad pœnam ab ipso suscipiendam, vel ob merita, vel ob demerita. Eâ tamen ratione Deum in alterutro eorum vnicuique commensurando se habere, quòd in pœna exhibenda, vel miti, vel medio duntaxat eam tribuit mensurandi modo: sic in Euangelio vbi de pœna agitur, dicitur, [d] *In quacumque mensura mensi fueritis, eadem remetietur vobis*; nullâ factâ mentione de ipsius mensuræ rigore, & excessu: Secus verò in præmio largiendo etiam æternæ fœlicitatis, dare quidem illum ad meritorum mensuram, iuxta illud. [e] *Fidelis seruus, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, vt det illis in tempore tritici mensuram.* Attamen in hac mensuratione vti triplici eâ ratione, quam Iesus iis item in Euangelio explicat verbis.[f] *Mensuram bonam, & confertam, & coagitatam, & super effluentem dabunt in sinum vestrum*: vltra mitem scilicet, quæ & bona est: vt excessus pateat præmij, triplicem addendo mensurandi modum ad medium, vel ad rigorosum spectantem.

Mensurat Deus pœnas miti, seu medio modo.

d Matt. 7. 2. Luc 6. 38.

Mensurat Deus præmiũ mode rigoroso, aut medio.

e Luc. 12. 42.

f Luc. 6. 38.

23 *Pœna damnatorum duplex, damni & sensus, & duplex earum causa.*

(*Quia oblita es mei, & confisa es in mendacio.*) Aptè subiecta hæc duo sunt in causam damnatorum pœnæ designatæ, vt vidimus in his quæ mox præhabita à Domino fuêre ad animam peccatricem. (*Hæc sors tua, & pars mensuræ tuæ à me.*) Enimuerò cùm pœna illa sit duplex: quod per id significatum non incongruè dices, quòd duobus expressa est vocabulis, *sortis, ac partis mensuræ*: pœna damni, quæ sors simpliciter ipsius dicatur animæ, quia æqualiter damnatis omnibus obtingit: & pœna sensus, quæ pars mensuræ eiusdem iure asseratur, quia singulis iuxta mensuram detur culpæ peccatorum; duo assignari debuerunt ea, quæ disiunctim pœnarum ipsarum sunt causa, seu potiùs quibus eæ respondent pœnæ: primo scilicet, id est auersioni à Deo, pœna damni: secundò verò, nempe conuersioni ad creaturas, pœna sensus. Bene autem auersionem à Deo hisce exprimit Deus, (*Quia oblita es mei,*) primariam talis tantæque stultitiæ, eiusque exponens auersionis Originem, fieri enim non posset, vt homo quis à Deo se auerteret, illumque derelinqueret, si eius prout re ipsâ exposcit, memor esset, Vnde ingenti cum admiratione ad Iudaicum populum dicebat Moyses, [g] *Deum qui te genuit dereliquisti, & oblitus es Domini creatoris tui.* Ac si diceret. Et animus tibi fuit, vt illum derelinqueres, à quo es genitus, quem & vnum Deum esse, adeoque & summum bonum, imò & omne bonum fateri cogeris, sine quo nil in te esse potest boni. Sane id admittere nequilles, ni illius te cepisset obliuio; & à memoria, menteque tua excidisset, quod ipse Dominus Deus, Dominus nomen tetragrammaton Iehouah, Ens significans per essentiam, factum tamen tuum per impertitum tibi esse, quippe qui de nihilo te creauit: & communicatum esse ipsum in te conseruat, qui alioquin ad pristinum illico redigerêris nihilum. [h] *Non est Deus in conspectu eius*, de impio dicebat & Dauid, hanc significans illius obliuionem & Dei, & diuinorum eius beneficiorum, Vnde & vniuersa in illo consecuta sunt scelera: *Inquinatæ sunt viæ, ait, illius in omni tempore.*

Auertit se homo à Deo quia eius obliuiscitur, & eorũ quæ ab ipso accepit.

g Deut. 32. 18.

h Psal. 9. 26.

24 *Conuersio hominis ad creaturas ex mendaci opinione, & imaginatione boni alicuius in eis.*

Nec minùs congruè conuersionem ad creaturas, his aliis designat, (*Et confisa es in mendacio*) Neque enim talem facere quis posset conuersionem, ni mendaciter boni quid sibi ex iis polliceretur creaturis, ad quas vt ad bonum, tametsi mendax, fallaxque conuertitur: ob id quippe & diuitias [i] Iesus dixit fallaces, vt & similia pariter nossemus esse fallacia: & homines ipsos mendaces nuncupauit Psalmus. [k] *Mendaces filij hominum in stateris, vt decipiant de vanitate in idipsum*: vt exploratum esset, quàm futilis omnis, quæ in eos conijcitur, sit fiducia. Tantoque magis mendacium singulæ sunt creaturam, quantò per fiduciam quæ in illis figitur, pro diis habentur in vnius veri Dei offensionem: vidimus enim, iuxta literam, quod dicitur (*Et confisa es in mendacio,*) tantumdem esse ac, *Et confisa es in idolis*, atque in falsis diis, prout & Sanctus Moyses in præcitato Cantico Deuteronomij de iisdem impiis Iudæorum aiebat. [l] *Prouocauerunt eum*, scil. verum vnicumque Deum suum *in diis alienis, & in abominationibus ad iracundiam concitauerunt.* Quo loco & bene duplicem, de qua nunc loquimur, pœnam damni, & sensus ipsum Deum illis asserit comminatam, [m] *Et ait*, scil. Deus, *Abscondam faciem meam ab eis*, En primam damni, ei respondenti culpæ, quòd illi auerterunt in præsenti vita faciem suam, séque totos ab ipso: *Et considerabo nouissima eorum*, tormenta scil. Gehennæ: en pœnam secundam, sensus quâ in inferno per quæ peccarunt creatorum, per hæc & punientur: iisque cunctis cruciabuntur in sensibus, quibus & deliquêre. Quod si hîc vel per superstitiones, variarumque diuinationum, & incantationum genera, vel per multiplices abominationes, [n] *immolauerunt dæmoniis, & non Deo*: sanè tunc in nouissimis per eosdem dæmones cruciabuntur.

i Matth. 14. 22.

k Psal. 61. 10.

Creaturæ omnes mendacium rectè appellata di in illis fiducia ponitur, quæ in Deo poni debet.

l Deut. 32. 16.

Pœna damnatorum duplex significata à Moyse.

m Deut. 32. 20.

n Deut. 32. 17.

VVLGATÆ.

Vers. 25.] Hæc sors tua, parsque mensuræ tuæ, &c.

SEPTVAGINTA.

25. Οὕτως ὁ κλῆρός σου, καὶ μερὶς τοῦ ἀπειθεῖν ὑμᾶς ἐμοὶ, λέγει κύριος, ὡς ἐπελάθου μου, καὶ ἤλπισας ἐπὶ ψεύδεσι.

Vers. 25.] Sic sors tua, & pars inobedientiæ vestræ aduersùm me, dicit Dominus. Sicut oblita es mei, & sperasti in mendaciis.

APPEN

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

Paraphrasis Chaldaica. *Hæc est sors tua, & pars hæreditatis tuæ à facie mea, dicit Dominus; quia reliquisti cultum meum, & confisa es in mendacio.*

Vers. 25. *Hæc sors tua,&c.*

Hieronym. Hieronymus. *Facit apostropham ad ipsam Ierusalem, quòd hæc sit sors eius, & ista pars, quam ipsa sibi elegerit,*[a] *mensuram cumulatam, atque perfectam, & super-effundentem: siue partem inobedientiæ suæ, quâ noluit Deo aequiescere.*[b] *In qua enim mensura mensu*raverit, eadem remetietur illi. *(Quia oblita es mei, & confisa es,&c.) Causa dispersionis Ierusalem, quod oblita sit Dei, & confisa sit, vel sperauerit in mendaciis.*

a Luc. 6. 38.
b Matt. 7. 2.

Cyril Alex. Cyrillus Alexand. lib. 13. de Adorat. in spi. & veritate pag. 267. *Qui vitam infirmam, atque abiectam, & rebus terrenis affixi sunt, & res caducas sitiunt, quæ tamquam vmbra prætereunt, iis iure dici potest. (Hæc est pars tua, hæc possessio tua) pars inobedientiæ vestræ, quâ mihi non obedistis, dicit Dominus.*

Terreni adhærentibus terrena sunt pars inobedientiæ eorũ.

D. Thom. D. Thomas. *(Hæc sors tua) tibi pro peccatis tuis debita: (in mensura) Isai. 27.*[c] *In mensura contra mensuram, cùm abiecta fuerit iudicabit eam.*

c Isai. 27. 8.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Οὗτος ὁ κλῆρός σου, καὶ μερὶς τοῦ ἀπειθεῖν ὑμᾶς ἐμοί.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τοιαῦτα καρπός ἐστι τῆς ἀπειθείας. ἐπειδὴ οἱ ψευδοπροφῆται τὰ ἐναντία ἔλεγον.

Θεοδωρήτου.] γέγονας γὰρ ἀλωπέκων μερὶς τῶν διαφθειρόντων τὸν ἀμπελῶνα Θεοῦ. μὴ δυναμένη λέγειν μερίς μου ὁ κύριος, τοὺς ψευδωνύμους θεοὺς αἱ || ρετισαμένη. κατὰ δὲ τὴν λέξιν περὶ τῶν ἀσσυρίων ὁ λόγος.

|| ἀλ. αἱρετισαμένη.

[ὡς ἐπελάθου μου. κἀγώ.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὅρα τὴν αἰτίαν οὖσαν. οὕτω καὶ ἐγὼ ποιήσω.

Vers. 25. *Sic sors tua, & pars inobedientiæ vestræ aduersùm me.*

Chrysostomi.] *Hi tuæ fructus incredulitatis, quandoquidem Pseudoprophetæ opposita dicebant.*

Chrysost. *Calamitates sunt fructus incredulitatis, & inobedientiæ nostræ.*

Theodoriti.] *Facta enim es Vulpium*[d] *pars, quæ demoliuntur vineam Dei, cùm non valeas dicere,*[e] *Portio mea Dominus; falsos amplexata Deos: iuxta autem literam, de Assyriis loquitur.*

Theodorit. d Cant. 2. 15. e Psal. 118. 57. *Anima quæ pro parte sua Deum nõ habet, facta est pars demonũ.*

(Sicut oblita es mei,&c. Et ego,&c.

Chrysostomi.] *Vide quæ causa sit; idem & ego faciam.*

Chrysost. *Obliuio nostra Dei causa est ne Deus obliuiscatur nostri.*

Vers. 26.] Vnde & ego nudaui femora tua contra faciem tuam, & apparuit ignominia tua.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

f Vnde & ego nudaui femora tua cõtra faciem tuam & apparuit ignominia tua.

Deirco[f] *& ego dabo operam, vt summo opprobrio in captiuitatem abducaris, eaque ignominiâ, quâ abducitur mulier, quæ ab ipsam trahentibus videat sibi denudata pudenda, & tunc prout mereris castigata, omnis manifesta erit, quæ in te est abominatio peruersitatis, fœdissimaque in primis idololatriæ.*

EXPOSITIO LITERALIS ET MORALIS.

Vnde & ego nudaui,&c.) Originalia Hebræa & Græca Sept. apertè hæc iis adnectunt, quæ in vltimo præcedentis vers. membro habita fuêre, vt illis contra posita, Hebr. *(Quòd oblita es mei, & confidisti in mendacio, seu falsitate. Et ego quoque detexi fimbrias tuas super faciem tuam, & apparuit ignominia tua.)* Sept. *(Sicut oblita es mei, & sperasti in mendaciis, Et ego reuelabo posteriora tua cõtra faciem tuam, & videbitur ignominia tua.)* Quapropter dicendum, & in nostra Vulgata particulam, *(Vnde)* esse causalem, positamque pro Ideo, propterea, & similibus. Ac si dicatur. Cùm tu mei oblita, meque derelicto, totam te dederis idololatriæ, Idcirco & ego,&c. vt habes in Paraphrasi. Vide quæ supra vers. 22. in declaratione diximus similis sententiæ: Hebraicæ lectionis sensus est, Attollam à fimbriis vestes tuas super faciem tuã, vt appareat turpitudo tua. Eodemque sensu rectè expones ex versionum Sept. supra allatam. Quæ ad publicam manifestationem turpissimæ idololatriæ: vel ad permissionem vt fœdissimè eidem idololatriæ Iudæa se dederet, optimè referes, prout ex c. 16. Ezechielis deduci notauimus loco citato. Alij ad castigationem & idololatriæ, & reliquorum scelerum ista referunt, quatenus dum Deus ignoscit peccatis, dicitur ea delere, aut tegere vt non appareant, è vestigio autem ea reuelans, & manifestans castigare illa censendus est. Hugo Card. ex illo hæc exponit, quod dicitur in Psal. 49. *Arguam te, & statuam contra faciem tuam,* Ac si dicatur, Ego manifestabo idola tua quæ colis, & vniuersa alia peccata tua aperta faciam per pœnæ afflictionem quam non ignores.

Reuelari à Deo peccata est ea ab illo puniri.

Hug. Card.

Vide Appendicem Patrum post expositionem Literalem, & Moralem Vers. 27.

Vers. 27.] Adulteria tua, & hinnitus tuus scelus fornicationis tuæ: super colles in agro vidi abominationes tuas. Væ tibi Ierusalem, non mundaberis post me: vsquequò adhuc?

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

Instar[g] *adulteræ meũ te habuisti, meũ quidem profitens cultum, cultum tamen eidem admiscens alienorũ deorum: tãtoque impetu ad quodlibet inhians idolum, vt & externis etiã indiciis tuos istiusmodi patefaciens desiderij æstus, & idololatrã quemque ad te allicias, & oblatã occasione qualibet*

g *Adulteria tua, & hinnitus tuus (seu exultationes tua) scelus fornicationis tuæ.*

qualibet idololatrandi præ gaudio exilire videaris, instar profectò equæ libidinis æstu ad visos hinnientis equos. Et instar fornicariæ, me vnico dimisso Deo tuo, & viro adolescentiæ tuæ, turpissimum quodque, quod coleres, admisisti idolum, nullam respuens in tali cultu & carnis impudicitiam. [a] Ita vt vbicumque, tam in excelsis, quàm in planis quibusque locis à te admissas viderim abominationes: [b] ô infœlix Ierusalem, totaque Iudæa, cùm pœnitentiam minimè actura sis, vt me vnum sequens munderis, magnas tibi denuncio calamitates: Væ tibi: sed Væ, ob id in primis calamitatum omnium sanè pessimum quòd & cùm post me ambulare profitearis, à tuis tamen nequaquam mundaberis abominationibus. [c] Quousque dices, sæpiusque repetes, adhuc me expecta: differendo, & procrastinando pœnitentiam, quam factura minimè es? Vsquequò adhuc, & quamdiu in tuis persistes sceleribus, & in tua perseuerabis obstinatione?

a Super colles in agro vidi abominationes tuas.
b Væ tibi Ierusalem, non mundaberis post me.
c Vsquequò adhuc?

EXPOSITIO LITERALIS ET MORALIS.

2 Idololatria cur dicta & adulteria, & hinnitus, & fornicationis scelus.

ADulteria tua, &c.) Dicuntur hæc tria per appositionē ad præhabitum nomen (*Ignominia tua*,) in illius nempe declarationem. Ex antecedentibus, & consequentibus patet, tribus hisce distinctis vocabulis vnū significari idololatriæ delictum: quod sub turpissimæ libidinis metaphora meritò designari ostendimus aliàs. Dicitur autem id adulteria, respectu illorum, qui simul & Deum verum colebant, & idolis variis vt adulteris fœdè adhærebant, quod à decem tribubus factum asserit Oseas Propheta, dicens, [d] *Omnes adulterantes quasi clibanus succensus à coquente*. Dicitur secundò idem hinnitus, respectu impetus, quo ad illud inhiabant, externisque signis suum in id vehementissimum propalabant desiderium, vtque sibi in eo commiscerentur crimine, quosque alliciebant idololatras, instar equæ pre libidinis æstu, atque impetu ad quoslibet hinnientis equos. Quæ fusiùs de Iudaico populo explicata habes in c. 16. Ezechielis. Denique tertio idem appellatur scelus fornicationis: respectu illorum, qui vero Deo dimisso instar fornicariæ falso cuique Deo commiscentur idola colentes, Quod iisdē Iudæis tribuit Prophera noster supra cap. 3. Non abs re tamen erit, Si iisdem vocabulis multiplex, & insana, turpisque designetur carnis libido, quæ idolorum comitabatur cultum.

d Ose. 7. 4.

Hebr. sic ista reddunt. Pagninus, (*Adulteria tua, & exultationes tuæ, fœditas fornicationis tuæ*.) Regia & Vatablus pro (*Exultationes tuæ*,) legunt (*Hinnitus tui*.) Sept. (*Adulterium tuum, & hinnitus tuus, & alienatio fornicationis tuæ*.)

(*Super colles in agro vidi abominationes tuas*.) Ioan. Maldon. arbitratus est, prima verba, (*Super colles*,) vnienda cum superioribus, subintelligendo *apparent*: tum distincto membro subiiciendū. *In agro*, i. in luco vbi erant, inquit, idolorum delubra, *vidi abominationes tuas*. Meliùs tamen simul ambo vnienda. (*Super colles*, atque *in agro*,) vt correcta habent Vaticana Biblia: quod apertiùs colligitur ex lectione Sept. quæ habet. (*Super colles*, seu, *In collibus, & in agro vidi*, &c.) vt duplici designato situ, significaretur vniuersalitas idololatriæ Iudæorum, tam in excelsis, quàm in planis. Qua de re eosdem reprahensos vidimus supra cap. 2. vbi dicebatur, [e] *In omni colle sublimi, & sub omni ligno frondoso tu prosternebaris meretrix*: &c, [f] *Vide vias tuas in conualle*. Sicut & infra cap. 17. [g] *Cùm recordati fuerint filij eorum Ararum suarum, & Lucorum suorum, lignorumque frondentium in montibus excelsis, Sacrificantes in agro*.

Ioan. Mald.
e Iere. 2. 20.
f & 23.
g Iere. 17. 2.

3 (*Væ tibi Ierusalem, non mundaberis post me: vsquequò adhuc*:) Concludit iam Deus suam & obiurgationem, & comminationem Iudæorum factam collectioni, ac prosopopeiam eiusdē populi metropolim, assignat ei rationem imminentium ei calamitatum: quòd ipse haud ampliùs ferre illam possit, quæ minimè per pœnitentiam mundanda sit, eum sequens. Vel ipsā particulā. *Væ* vnū eidem comminatur cæterorum omnium acerbissimum, quòd non mundabitur à prædictis idololatriæ, aliorumque scelerū abominationibus, post ipsum vnum ambulans: vt quod adiectū est, ((*Vsquequò adhuc*:) in præexpositæ impœnitentiæ dictum sit confirmationē, Ac si obiurgando dicatur. Quousque dices, sæpiusque repetes, adhuc, sc. me expecta, procrastinādo pœnitentiā, quam factura non es: Seu, Vsque quò adhuc in tuis persistes abominationibus? vt simile quid ei sit, quod eidem populo dixit in Euangelio Dominus Iesus, [h] *ô generatio incredula, & peruersa, quousque ero vobiscum? vsquequò patiar vos*? Sept. sicut & noster Interpres Hebraicam particulam אחרי quæ modò cum punctis in regimine legitur ahare (*post*,) sine regimine, sed cum pronomine legerunt, ahari, id est, (*post me*.) Sed in præterito ita totam hanc habet sententiam, (*Væ tibi Ierusalem, quia non mundata es post me*.) (Vsquequò adhuc) ἕως τίνος ἔτι, sic habent Codices Complutensis, Regius, & correctus Vaticanus, Aldinus tamen, & alij legunt ἕως τίνος ἔσῃ. (*Vsquequò eris*,) scilicet in hunc modum immunda.

Impœnitētia est maxima pœnarū omnium peccatoris.
h Matth. 17. 16.

4 Hebraica lectio prout modò se habet cū punctis, obscurissima est, maioribusque offunditur tenebris varietate, & versionum, & interpretationū vltimorum verborum. Pagninus enim, & Regia ita eum vertunt. (*Væ tibi Ierusalem. Non te mundabis post hac, quando adhuc*) (addit Pagninus,) (*es immunda*.) Vatablus, (*Non mundaberis tandem: quousque vltra*:) Alij in Thesauro, (*Non mundaberis post quando adhuc*,) id est. Quamdiu tādem perges immunda esse? seu, (*Quousque vltra*, sc. es immunda? Ioan. Maldonat. (*Post vsquequò*,) i. numquam, nullo post tempore Petrus à Figueira, (*Non mundaberis post quādo vltra*.) Affertque expositionē R. Dauid. Non mundaberis postquā polluta es: Quod si dixeris, Mundabor, quando rursum, quoniam non mundaberis ante captiuitatem, vt sic punctādum videatur, (*Quando*: subiiciunturque in responsionē, *Rursum*,) i. post captiuitatē. Aliter ipse Figueira, reiectā prædictā expositione, quia non quadret cum Væ præmisso. Potest inquit, sic verti, *Væ tibi non mundaberis post aliquando rursum*,) i. Nunquā prorsus mundaberis. Nam quamuis in captiuitate nonnihil emendati sint, tamen non perseuerauerunt, sed filiū Dei occiderunt, à cuius sanguine non mundabuntur vsque ad consummationē sæculi, quæ maledictio hoc loco prædici videtur. Isid. Clarius. Quidam obscurum locum istum sic exponunt. Non mundaberis postquam es inquinata, & priusquā in captiuitatē ducta fueris. Alij Non mundaberis postquam, subaudi cōtaminata es. Quod si dicat, mundabor, respondet, quousque adhuc? quasi dicat, In Ierusalem nō emendaberis. Vatabl. in Scholiis, (*Non mundaberis post quando adhuc, seu rursus*?) subaudi, mundaberis, i. Non dabis operam vt munda sis: aut si id facias, quando tandem id erit? q. d. Non priùs id fier, quā abducta fueris in captiuitatem. Cui consonat quod & Pagninus notat in margine suæ versionis, Citra punitionē meam nō te recognosces, cùm sis hucusque in profundo malitiæ. Simpliciùs dicerē ipse, cùm

Ioan. Mald. Petr. à Fig. R. Dauid.
Iudæi non mundandi à peccatis vsque ad consummationē sæculi.
Isid. Clar.
Vatablus.
Pagninus.

Senſus Auctoris.

cùm & מתי *mathai* & עוד *ngod*, quæ ab vna reguntur particula אחרי *ahare* in regimine, aduerbia ſint temporis, pro tempore ipſo eſſe poſita, vt verti poſſit. (*Non mundaberis poſt tempus, & tempus*) per hanc repetitionem conſuetã Sacrarum literarum phraſi, longo magnoque deſignato temporis ſpatio. Ac ſi dicatur, Diuturno te non conuertes tempore; ſeu, Per longiſſimum tempus immunda in tuis perſeuerabis abominationibus. Enimuerò poſt magnum temporis interuallum te verè conuerſos nouimus Iudæos, dicente eodem Domino item per Ieremiam illis in cap. 24.[a] *Erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum, quia reuertentur ad me in toto corde ſuo:* quod contigit ad finem captiuitatis Babylonicæ.

a Iere. 24. 7.

PRO MORALI EXPOSITIONE Verſ. 26. & 27.

5 Qvoad ea quæ habentur in verſ. 26. & 27. nil eſt quod in Moralibus detineamur; perpenſis enim quæ circa literam dicta ſunt, facilè cuique erit ea referre, & ad reuelationem omnium ſcelerum noſtrorum in die iudicij. Et ad exaggeratione ignominiæ vitiorũ libidinis: & ad magnum Dei ſupplicium, cùm ſceleſtum hominem ſinit perdurare in impœnitentia, & denique aduersùs procraſtinationem conuerſionis: de quibus vniuerſis ſæpius & egimus, & Deo dante in ſequentibus agemus commodiùs.

VVLGATÆ.

Verſ. 26.] Vnde & ego nudaui, &c.

Verſ. 27.] Adulteria tua, &c.

SEPTVAGINTA.

26. Κἀγὼ ἀποκαλύψω τὰ ὀπίσω σου ἐπὶ πρόσωπόν σου. καὶ ὀφθήσεται ἡ ἀτιμία σου.

27. Καὶ αἱ μοιχεῖαι σου, καὶ ὁ χρεμετισμός σου, καὶ ἡ ἀπαλλοτρίωσις τῆς πορνείας σου ἐπὶ τῶν βουνῶν, καὶ ἐν τοῖς ἀγροῖς. ἑώρακα τὰ βδελύγματά σου. οὐαί σοι ἱερουσαλήμ. ὅτι οὐ καθηρίσθης ὀπίσω μου, ἕως τίνος ἔτι.

Verſ. 26.] Et ego nudabo poſteriora tua ſuper faciem tuam: & videbitur ignominia tua.

Verſ. 27.] Et adulterium tuum, & hinnitus tuus, & alienatio fornicationis tuæ. Super colles, & in agris vidi abominationes tuas. Væ tibi Hieruſalem: quia non es mundata poſt me.

A APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Ego quoque reuelabo confuſionem peccati tui ſuper faciem tuam, & apparebit ignominia tua.* Verſ. 27. *Inſipientia tua, & ſtultitia tua, & conſilium peccati adoleſcentiæ tuæ: ſuper colles in agro reuelatæ ſunt coram me abominationes tuæ, Væ tibi Ieruſalem, non mundaberis: hactenus prorogatio eſt tibi multis diebus.*

Verſ. 26. & 27. (*Vnde & ego nudaui, &c.*

Hieron. *Mundi in rebus confidens obliuiſcitur Dei.*

Hieronymus. *Qui præter Deum in rebus confidit* B *ſæculi, obliuiſcitur Dei: Vnde reuelantur fæmora, vel poſteriora eius, vt videat ignominiam ſuam; & quæ retro eſſe deberent, fiant in prioribus; Cernatque ipſa quod fecit, & appareat ignominia eius, non tantum ipſi, ſed & omnibus. Adulteria, inquit, tua, & hinnitus tuus,) non ſolùm libidinem, ſed inſaniam oſtendit libidinis: equarum more, quæ ad coitum geſtiunt. Vt eſt illud Virgilij. Hippomanes verò, quod nomine dicunt, Paſtores, lentum diſtillat ab inguine virus. Rogemus Ieſum, vt nec in præſenti, nec in futuro ſæculo reuelet fæmora, & poſteriora noſtra: Sed vt deleat omnes iniquitates noſtras, & omnia ſcelera apparere non faciat.* C *(Super colles, &c.) Non ſolùm in media vrbe Ieruſalem, ſed in omni colle, cunctiſque regionibus vidi idola tua: Vnde dicitur ad eam: (Væ tibi Ieruſalem, quia non es mundata poſt me,) vt cùm mea te iactares ſequi veſtigia, & confeſſionem mei nominis ventilares, tamen numquam purgata ſis, quia oblita es mei, & ſperaſti in mendaciis. Vnde increpat eam, & dicit: (Vſquequò adhuc?) Et eſt ſenſus: Quamdiu te expectabo? quamdiu feram? Vſquequò obliuiſcêris mei in finem, & mea præcepta contemnes? fornicatur in collibus, & in agris, & numquam mundatur, qui erectã ceruice per ſuperbiam non humiliatur ſub potenti manu Dei, ſed in ſuis ſceleribus* D *vitiiſque confidit.*

Libido mũdanorum quam effrenis!

De Dei longanimitate in peccatores. Superba fiducia in ſuis ſceleribus dicta fornicatio.

2 Theodorit. *Longanimitatem Deus dimittit cùm quem videt diu in peccatis obſtinatũ.*

Theodoritus. *Recenſet multitudinem peccatorum eius, intemperantiam, temeritatem, & idolorum cultum, quem vocat abalienationem fornicationis. Vnde ſubdit. (Super colles, & in agris vidi abominationes tuas.) Tum lamentando, (Væ tibi Ieruſalem, quia non es mundata poſt me. Vſquequò adhuc?) Nam cùm iniquitates non paucas commiſeris, pænitentiã vti noluiſti. Ego verò non iam longanimiter feram, ſed vltionem induam.*

D.Thom. *Peccata impij omnibus reuelanda.*

D.Thomas. *(Et nudaui) turpitudinem peccatorum tuorum contra faciem, vt temetipſum recognoſceres, (&* E *apparuit) etiam in aliis. Ezech. 16.*[b] *Nudabo ignominiam tuam coram eis, & videbũt omnes turpitudinem tuam: & aſſignat rationem. (Super colles) quaſi dicat, Quia publicè peccaſti, publicè puniêris. Supra 2.*[c] *In omni colle ſublimi, & ſub omni ligno frondoſo tu proſternebaris meretrix. Vltimò admiratur obſtinationem. (Væ tibi, vſquequò poſt me) venies, vel, poſt me ambulare te iactas Pſal.*[d] *Filij hominum vſquequò graui corde, vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?*

b Ezech. 16. 37.
c Iere 2. 20.
d Pſal. 4. 3.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΚΑΓΩ ἀποκαλύψω τὰ ὀπίσω σου, καὶ αἱ μοιχεῖαι σου.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] σύ μοι τὴν ἀρχὴν ἔδωκας. φιλεῖσθαι βούλομαι, καὶ οὐ θέλεις. διὰ τοῦτο ταῦτα ποιῶ

3 Chryſoſt.

Verſ. 26. & 27. ET *ego nudabo poſteriora tua, &c.* Verſ. 27. *Adulteriũ tuum, &c.*

Chryſoſtomi.] *Tu prior horum auctor: Amari volo, & abnuis. Propterea hæc agam: vt Zelotypus* quiſ

Peccator eſt ſibimet auctor malorũ.

ποιήσω. καθάπερ τις ζηλότυπος, μήτε κολάζαι βουλόμενος τὴν εἰς αὐτὸν ὑβρίζουσαν, μήτε πρᾴως δυνάμενος ἐνεγκεῖν τὰ συμβαίνοντα, οὐδενὸς φείδεται ῥήματος ἐν τοῖς πρὸς αὐτήν, || ταύτῃ δὲ ὡς τὸν θυμὸν ἐκπληρῶν. καὶ τῷ μὲν μὴ κολάσαι τῷ φίλτρῳ χαριζόμενος. τῷ δὲ ὑβρίσαι ἀναπαύων ἑαυτόν, οὕτω καὶ ὁ Θεός.

|| ἐπελαλεῖ δέ.

[καὶ αἱ μοιχεῖαί σου, καὶ ὁ χρεμετισμός σου, καὶ ἡ ἀπαλλοτρίωσις τῆς πορνείας σου.]

Θεοδωρήτου.] ἐμοίχευσε γὰρ αἱρουμένη τοὺς δαίμονας, ὡς ἵππος αὐτοῖς θηλυμανὴς ἐπιτρέχουσα, δι' ὧν ἀλλοτρία μου γέγονας. μηδὲ λάθρα, καὶ οἴκοι σέβειν αἱρουμένη, ἀλλ' ἐπὶ βουνῶν, καὶ ἀλσέων. ὅθεν οὐ διαφεύξῃ μου τὸν δίκαιον ὀφθαλμόν. [καὶ μετ' ὀλίγα] ὡς δὲ ἀνὴρ ἐραστὴς μοιχευομένην γυναῖκα ζηλοτυπῶν χρῆται μὲν ὕβρεσι, πρὸς δὲ τιμωρίαν ὀκνεῖ. [καὶ ὁ χρεμετισμός σου.]

Ὀλυμπιοδώρου.] διὰ τοῦ χρεμετισμοῦ, σημαίνει, τὴν πρὸς τὴν θήλειαν μίξεως τὴν ἔφεσιν. τοῦτο οὖν φησιν, ὅτι καὶ ἐν συγκαταθέσει, καὶ ἐν αὐτῇ τῇ πράξει τὴν ἁμαρτίαν εἰργάσασθε.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τί ἐστι χρεμετισμός; τὴν μανίαν, τὴν παροίστρησιν αὐτῆς ἐμφαίνει. [ἐπὶ βουνῶν; καὶ ἐν τοῖς ἀγροῖς ἑώρακα τὰ βδελύγματά σου]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐδὲν ἐν οἰκίᾳ, οὐδὲ λάθρα. ἀδημοσιευμένη, καὶ πάνδημος ἡ πορνεία. || ἐμπομπεύει σου ἡ αἰσχύνη.

|| ἀλλ' ἐμπομπεύουσι.

Ὀλυμπιοδώρου.] αὐτὶ τοῦ κατὰ πολλοὺς τρόπους, πλὴν ἐπὶ τούτων ἔθυον. [οὐαί σοι ἱερουσαλήμ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὅτι καὶ βούλεται κολάσαι, καὶ ἀλγεῖ ἐπὶ τοῖς κολαζομένοις αὐτοῖς, καὶ θρηνεῖ, καὶ ὀδύρεται, καὶ ἐλεεῖ.

A *quispiam, nec punire volens eam, quæ contumeliosa est, nec potens æquo animo ferre quæ gesta sunt nulli parcit ad eam sermoni; sed loquutur vt expleat furorem, & indulget quidem amori, dum non punit, quiescit verò, vt illam verbis lacessiuit; ita & Deus.*

Zelotypi instar est Deus cum anima peccatrice.

Vers. 27. *Et adulterium tuum, & hinnitus tuus, & alienatio fornicationis tuæ, &c.* 4

Theodoreti.] *Fornicata enim est, sibi volens Dæmonas, vti equus salax; libidineque* B *agitatus ad ipsos accurrens, per quos aliena facta à me; nec clam domique eos colere voluisti, sed in collibus, & nemoribus; vnde non effugies meum iustitiæ oculum,* [& paucis interiectis.] *Veluti amator quidam impudicæ vxoris, Zelo pulsatus adhibet quidem contumelias, à pœnis verò abstinet. (Et hinnitus tui.)*

Theodorit. Idololatriæ fornicationi quam ardenter addicti essent Iudæi.

Deus cũ anima peccatrice se habet instar Zelotypi amantis.

Olympiodori.] *Hinnitu appetitum coitus cum fæmina significat. Hoc igitur ait, quòd & assensu, & opere ipso peccatum perpetrastis.*

Olympiod. *Peccatum & consensu, & opere perpetramus.*

Chrysostomi.] C *Quid hinnitus? furorem, vestrum, agitationemque ipsius exprimit.*

Chrysost. *Hinnitus vocabulo significatũ æstri libidinis atque peccãdi.*

(Super colles, & in agris vidi abominationes tuas.)

Chrysostomi.] *Nec domi, nec occultè sed publica & manifesta omnibus fornicatio: palàm erit omnibus tua confusio. Ignominia tua edicit te.*

Chrysost. *Peccatori ignominia omnibus erit patens.*

Olympiodori.] *Hoc est multis variisque modis. Verumtamen super his sacrificia offerebãt. (Væ tibi Ierusalem.)*

Olympiod.

Chrysostomi.] *Quòd & punire vult, deque puniendis ipsis dolet, & luget, & plangit, & miseretur.*

Chrysost. *Puniẽs Deus miseretur, & cõpatitur punito peccatori.*

CAPVT QVARTVMDECIMVM.

1 QVOD factum est verbum Domini ad Ieremiam de sermonibus siccitatis.

2 Luxit Iudæa, & portæ eius corruerunt, & obscuratæ sunt in terra, & clamor Ierusalem ascendit.

3 Maiores miserunt minores suos ad aquam: Venerunt ad hauriendum, non inuenerunt aquam, reportauerunt vasa sua vacua: confusi sunt, & afflicti, & operuerunt capita sua.

4 Propter terræ vastitatem, quia non venit pluuia in terram, confusi sunt agricolæ, operuerunt capita sua.

5 Nam & Ceruа in agro peperit, & reliquit, quia non erat herba.

6 Et Onagri steterunt in rupibus, traxerunt ventum quasi Dracones, defecerunt oculi eorum, quia non erat herba.

D 7 Si iniquitates nostræ responderint nobis: Domine fac propter nomen tuũ, quoniam multæ sunt auersiones nostræ, tibi peccauimus.

8 Expectatio Israel, Saluator eius in tempore tribulationis: quare quasi colonus futurus es in terra, & quasi viator declinans ad manendum?

9 Quare futurus es veluti vir vagus, vt fortis qui non potest saluare? Tu autem in E nobis es Domine, & nomen tuum inuocatum est super nos, ne derelinquas nos.

10 Hæc dicit Dominus populo huic, qui dilexit mouere pedes suos, & non quieuit, & Domino non placuit. Nunc recordabitur iniquitatum eorum, & visitabit peccata eorum.

11 Et dixit Dominus ad me, noli orare pro populo isto in bonum.

12 Cùm ieiunauerint nõ exaudiam preces eorum: & si obtulerint holocaustomata, & victimas, non suscipiam ea quoniam gladio

gladio,& fame,& peste consumam eos.

13 Et dixi, A,a,a, Domine Deus: Prophetæ dicunt eis: Non videbitis gladium, & fames non erit in vobis: Sed pacem veram dabit vobis in loco isto.

14 Et dixit Dominus ad me: falsò Prophetæ vaticinantur in nomine meo, non misi eos,& non præcepi eis,neque locutus sum ad eos:visionem mendacem, & diuinationem,& fraudulentiam, & seductionem cordis sui prophetant vobis.

15 Idcirco hæc dicit Dominus de Prophetis, qui prophetant in nomine meo, quos ego non misi, dicentes: Gladius, & fames non erit in terra hac. In gladio, & fame consumentur Prophetæ illi.

16 Et populi quibus prophetant erunt proiecti in viis Ierusalem præ fame,& gladio,& non erit qui sepeliat eos;ipsi & vxores eorum,filij & filiæ eorum,& effundam super eos malum suum.

17 Et dices ad eos verbum istud: Deducant oculi mei lachrymam per noctem & diem,& non taceant, quoniam contritione magnâ contrita est virgo filia populi mei,plagâ pessimâ vehementer.

18 Si egressus fuero ad agros,ecce occisi gladio:& si introiero in ciuitatem,ecce attenuati fame:Propheta quoque, & Sacerdos abierunt in terram,quam ignorabant.

19 Numquid proiiciens abiecisti Iudam? aut Sion abominata est anima tua? Quare ergo percussisti nos, ita vt nulla sit sanitas? Expectauimus pacem, & non est bonum, & tempus curationis & ecce turbatio.

20 Cognouimus Domine impietates nostras,iniquitates patrum nostrorũ, quia peccauimus tibi.

21 Ne des nos in opprobrium propter nomen tuum: neque facias nobis contumeliam: solij gloriæ tuæ recordare, ne irritum facias fœdus tuum nobiscum.

22 Numquid sunt in sculptilibus Gentium qui pluant? aut cæli possunt dare imbres? Nonne tu es Domine Deus noster, quem expectauimus? tu enim fecisti omnia hæc.

Verſ. 1.] Quod factum est verbum Domini ad Ieremiam de sermonibus siccitatis.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

Quod factũ est verbũ Domini ad Ieremiam de sermonibus siccitatis, (seu prohibitionũ, vt retentionum.)

HOc [a] *est vaticinium, quod Ieremias à Domino habuit reuelatum de rebus quæ per acerbissimam siccitatem causabuntur, deque iis quæ per futuram ante extremam Chaldæorum vastitatem pluuiarum prohibitionem euenient mala sterilitatis agrorum, omniumque rerum penuriæ, famis, sitis at-*

A *que & hominum, & iumentorum, ac pecorum mortalitatis.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *Hug. Card.*

HVgo Cardinalis ita connexum hoc caput existimat cum præcedenti, vt allata hæc sint in rationem eorum quæ ibi dicebantur, sensusque sit, Euenient ista quæ explicata sunt, quia factum est verbum Domini ad Ieremiam de sermonibus siccitatis. Vocem enim, *Quod* vt aduerbialiter positum accipit. Cæterùm & relatiuè vox B ista absque dubio sumenda est, posita tamen per transpositionem, sicut & alibi præsertim in initio primi capitis. [b] *Quod factum est verbum Domini ad eũ in diebus Iosiæ*, &c. pro, *Verbum quod factũ*, &c. Et totũ quod hoc capite quartodecimo continetur, noui est vaticinij à præcedente diuersi. In quo Propheta tria prædicit Iudaico populo Deo rebelli, ad quæ flagella reduci solent reliqua omnia, quæ sunt acerbiora, pestem, famem, & bellũ. Quamuis autem ista tria vt plurimùm se se inuicem concomitari soleant; cùm belli comes sit fames præsertim obsessis, ex vtroque verò sequatur C pestis. In primis tamen speciale prædicit famem acerbissimam, quæ non tam per bellũ causata sit, quàm per siccitatem maximam. Hoc namque significat quod pro ipsius vaticinij titulo præfixũ in hoc primo est versu, *Quod factum est verbũ Domini ad Ieremiam de sermonibus siccitatis*, sermonum vocabulo Hebraicâ phrasi pro rebus,& euetibus vsurpato, ac si dicatur, Hoc est vaticinium, quod Ieremias reuelatum à Domino habuit de rebus quæ per acerbissimam siccitatem causabũtur, seu de iis quæ per futuram euenient siccitatem, Vnde admirari satis non valeo, quòd expositores ferè D omnes in eam conueniant sententiam, vt de fame illa sermo hîc sit, quæ Chaldæis Sedeciæ tempore obsidentibus Ierusalem facta est, iuxta id quod vltimo capite libri quarti Regum legimus.[c] *Et clausa est ciuitas, atque vallata vsque ad vndecimũ annum Regis Sedeciæ, nonâ die mensis, præualuitque fames in ciuitate, nec erat panis populo terræ.* Quodque siccitatis potissimùm fit mentio, verbis saluant S. Hieronymi, dicentis: *Putandum est obsidionis tempore pluuias non fuisse, vt sterilitatem obsessi sustinerent aquæ. Vno quippe fonte Siloe, & hoc non perpetuo vtitur ciuitas: & vsque in præsentem diem sterilitas* E *pluuiarum, non solum fingum, sed & bibendi inopiam facit.*

b *Ierem.* 1. 2.

Siccitatẽ maximã, famẽque acerbissimam prædicit hoc cap. 14. *Ieremias, quæ Chaldæorum præcesserunt aduentum.*

c 4. *Reg.* 25. 2.

2 *Fames quam prædicit Ieremias cap.* 14. *non potest esse illa quæ fuit tempore obsidionis Ierusalem à Chaldæis.*

Debita tamen & tam sancti Doctoris,& quotquot hac in re ipsum sequuntur, reuerentiâ dixerim, aliam hîc prænũciari famem ab ea, quæ tunc in prædicta contigit Chaldæorum obsidione, cuius nimirum causa ingens fuerit siccitas, ipsum Chaldæorum præcedens aduentum, quâ & vniuersa oppressa sit terra Iuda, non ciuitas sola Ierusalem; prout ex inmediatè patet sequentibus, *Luxit Iudæa, & portæ eius corruerunt.* Quod & magis probatur per id quod in vers. F 3. dicitur, magnates nimirum ciuitatum in agros (vt mox declarabimus); & extra oppida suos misisse famulos, si saltem in reseruatis ibi fossis, atque cisternis collectas reperissent aquas, eosdemque minores vasis rediisse vacuis, cùm sanè obsidionis tempore nulli è ciuitate permitteretur egressus, nec vero simile est, eos rediisse in obsessam ciuitatem si qui forsan extra illam pedem misissent. Confirmaturque idipsum per ea quæ in vers. 4. subiecta sunt. *Propter terræ vastitatem quia non venit pluuia confusi sunt agricolæ*

operuerunt capita sua. Adde quòd si tanta futura tunc dicitur siccitas, vt & syluestria animantia Ceruí, atque Onagri præ potus, cibique defectu perituri sint, quis non videat, neque tam magni exercitus tam diu ibi perdurare potuisse obsidionem, in qua præ siti, præque herbæ penuria equi saltem, Cameli, aliaque periissent animalia, vel ad onera, vel ad prælium, vel ad cibum inseruientia? Haud ambigo igitur asserere, Deum ante vltimã, seuerissimamque per Chaldæos vltionẽ, leuiori, sed & ipsâ grauissimâ siccitatis, sterilitatis, & penuriæ plagâ Iudaici populi procurasse conuersionem, vt si per hanc is emendaretur, ab omnimoda desisteret Babyloniorum vastitate. Quòd si quis in contrarium instet ex eo quòd si talis, tantaque specialis (vt dicitur) fuisset plaga, nequaquã vt res tanti momenti in libris omissa fuisset vel Regum, vel Paralipomenôn, In quibus tamẽ nulla eius reperitur mentio. Huic respondendum, nõ hoc solum in prædictis libris fuisse omissum, sed & multa alia grauissima, quale exempli gratiâ, Ingens est terræ motus ille, cuius meminêre & Amos,[a] & Zacharias[b] Prophetæ, facti in Iudæa sub Ozia Rege.

In Regum, & Paralypomenôn libris pleraque insignia omissa, quæ tunc contigere.

a Amos 1. 1.
b Zach. 14. 5.

3 In Hebraico textu est vox in plurali הבצרות *habbatzaroth*, quam diuersimodè reddunt recentiores Interpretes, Pagninus, & Regia, *(Super verba prohibitionum.)* Idemque Pagninus in Thesauro, *(Super verba prohibitionum, sc. pluuiarum, id est, de charitate.)* Et in Postylla ad suam versionem, *(Super iis quæ futura erant tempore angustiarũ,)* Vatabl. *(De rebus retentionũ:)* Idemque in Scholio, *De negocio prohibitionum, sc. imbrium causa,* inquit, *pro effectu. Retentionem aquarum sequitur sterilitas, sterilitatem, annonæ caritas & fames.* Eo nomine asserunt alij significari egestatem, penuriam. Vnde notat R. Dauid, propterea in plurali eam hîc positã ad indicandum cuiuscumque rei penuriam non solùm scilicet cibariorum, sed & pecuniarum. Optimè nihilominus siccitatem noster illam reddidit Interpres, sequutus Sept. quomodo & infra fecisse videbimus in cap. 17. vbi cùm agitur de arbore transplantata super aquas, dicitur, [c] *Et erit folium eius viride, & in tempore siccitatis non erit sollicitum:* quo loco alij. *Et in tempore prohibitionis, sc.* pluuiarum: frequens est enim Sacræ Scripturæ phrasis prohibendi pluuias, ad siccitatem exprimendam, sic sup. cap. 3. [d] *Quamobrem prohibitæ sunt stillæ pluuiarum:* sic Amos 4. [e] *Ego quoque prohibui à vobis imbrem:* sic Aggæi. 1. [f] *Propter hoc super vos prohibiti sunt cæli, ne darent rorem,* &c. quod illicò apertiùs exprimitur cùm dicitur, *Et vocaui siccitatem super terram,* &c.

c Iere. 17. 8.
d Iere. 3. 3.
e Amos 4. 7.
f Agg. 1. 10.

Vers. 1.] Quod factum est, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

4 Cvm, sicut in expositione literæ ostensum est, de ea hîc sermo sit siccitate, quæ ex retentione, seu prohibitione causata sit pluuiæ: & ex eo quòd in Cantico Deuteron. ait Moyses, [g] *Concrescat vt pluuia doctrina mea, fluat vt ros eloquium meum, Quasi imber super herbam, & quasi stilla super gramina:* manifestè colligatur, spiritalem pluuiam esse diuini verbi præconium: Quis nõ intelligat, & spiritalem siccitatem, cuius hoc loco instituitur vaticinium, esse verbi Dei defectum? quem duobus modis contingere duplex indicat vnius

Siccitas spiritualis est verbi Dei penuria quæ fit & per prohibitionẽ, & per retentionem.

g Deut. 32. 2.

A vocis significatio, quæ pro siccitate in Hebraico est textu per prohibitionem, ac per retentionem. Sic quippe legunt alij, *(de sermonibus prohibitionũ:)* alij verò, *(de sermonibus retentionum.)* Bene vtrique in plurali: Nam & prohibitio spiritualis pluuiæ à Deo fit multipliciter, cùm aliquãdo in omnimodam mysticæ vineæ suæ ruinam, generaliter suis mandet nubibus sanctis doctoribus, ne vllatenus pluant super eam, vt comminatus est apud Isaiã:[h] Aliquãdo ita prohibeat ab aliqua regione imbrẽ, vt tamen super vnam eius ciuitatem non pluat, super alteram verò pluat, prout se facturum asseruit apud Amos Prophetam, ita vt nõ vniuersalis sit diuini verbi penuria, & siccitas, sed super eum duntaxat locum, super eam animam, vel etiã super eam animæ partem, intellectũ, aut affectum, in quæ non ceciderit pluuia. [i] *Pars enim vna,* inquit, *compluta est: & pars super quam non plui aruit.* Aliquando permissis pluuiis multarum concionum, & variarum de diuinis rebus disputationũ stillas, vt apud Prophetã[k] nostrum legimus, prohibet pluuiarum: ea sc. quæ nostro apta sint captui: quæue instar stillarum in tenuem nostrã admittantur perceptionis rationem. Aliquando demum concessis & pluuiis, & stillis pluuiarum (vt explicatum est) prohibet nihilominus cælis, vt apud Aggæum legimus, ne super[l] aliquem suum dent rorẽ, cælestis videlicet gratiæ in diuinis verbis suscipiendis, iisque executioni mandandis minimè exhibens efficaciam.

Verbi Dei pluuiã prohibet Deus variis modis.

h Isai. 5. 6.
i Amos 4. 7.
k Iere. 3. 3.
l Agg. 1. 10.

5 Sed & retentio quoque spiritalis istius pluuiæ verbi Dei, quam nos ipsi efficimus, multiplex pariter est. Retinemus enim eã, & ne id pluat aliis, & ne nobis ipsis eius fiat pluuia. Retinet namque ne aliis pluat diuini verbi eruditio tã qui quempiam à diuinorũ studiis, vel à sanctis auertit prædicationibus: quàm qui, cùm in Dei eruditi sint sapientia, illã tamen non proferunt, contra id Sapientis illius consilium, [m] *Ne retineas verbum in tempore salutis,* i. quando id salutem alicui afferre queat: &, *Ne abscondas sapiẽtiam tuam in decore suo,* i. cùm pro Dei gloria, aut cum fructu est proferenda: vel ex inuidia, vel ex manifesta iniustitia eã ne fructiferè defluat, detinentes. Contra quos[n] *Reuelatur,* ait Paulus, *ira Dei de cælo super omnem impietatem, & iniustitiam hominum eorum, qui veritatem Dei,* veram nimirum Dei, deque illius mysteriis doctrinam *in iniustitia detinent:* quasi aggeribus impeditam, & libri Eccl. Auctor, [o] *Sapientia,* inquit, *abscondita, & thesaurus inuisus, quæ vtilitas in vtrisque? Melior est homo qui abscondit stultitiã suam, quàm homo qui abscondit sapientiam suã.* Vtinam non & nobismet diuersimodè, multisque rationibus pessimam istam efficeremus diuini verbi siccitatem, per spiritalium imbrium retentionem, haud sinentes ea ad nos ipsos veluti è cælis defluere, quæ aliis prædicamus, & quibus irrigati progerminare, & fructificare possemus. Ita vt nobis propterea rectè id competat Apostoli, [p] *Qui alium doces, te ipsum non doces: qui prædicas non furandum, furaris,* &c. Sed & quotidianã praxi animaduertimus, retinere sibimet spiritalem hanc diuini verbi pluuiam, alios sanctas deuitando conciones: alios spirituales fugiendo collationes: alios & libros detestando, qui de virtutibus, deque Christianæ vitæ tractent perfectione.

Verbi Dei pluuiam variis modis retinemus.

Verbi Dei siccitatem per eius pluuiæ retentionem variis modis causamus nobismet.

m Eccles. 4. 28.
n Rom. 1. 18.
p Eccles. 41. 17.
p Rom. 2. 21.

6 Illud autem hoc loco pro moribus est perpendendum, quòd cùm spiritalis siccitas (vt dictum est) penuria sit verbi Dei; istius tamen verbi penuriæ sermones esse dicuntur: & tales sermones, vt de eis tamquam de pessimis malis, quæ vel

Verbi Dei penuria quomodo dicantur pessimi esse sermones.

vel ipsam siccitatem comitentur, vel ex præexposita siccitate sequantur, verbum speciale à Deo factum sit Ieremiæ, sic enim legimus, (*Quod factum est verbum Domini ad Ieremiam de sermonibus siccitatis.*) Enimuerò si alienas à verbo Dei consideremus animas, multis certè illas implicitas reperiemus malis, quorum tamen malorum ferè omnium potissimas animaduertemus causas esse sermones: quatenus eæ in eiusmodi siccitate constitutæ, prauorum se dedunt colloquiis, & ad ludicras confugiunt theatrorum fabulas, obscenis spectandis, audiendisque addictæ, & prophanorum librorum intendunt lectioni: omitto sermones quibus operam dant loquacitatis, scurrilitatis, murmurationis, detractionis, & similium. Porrò vt tantis prospiciatur damnis, quæ ex siccitate, & propter siccitatem contingunt spiritalem. Benè sicut Ieremiæ, ita & prudenti, & sancto cuique diuini verbi præconi speciale à Deo fit verbum de sermonibus siccitatis: quo nimirum illis mandatur, vt omni studio manifestare satagant, quales sint prædicti siccitatis sermones, ab iisque maiori quâ possint eloquentiâ quoslibet auertere nitantur fideles. [a] *Vt denunciares*, inquit, Timotheo Paulus, *quibusdam ne aliter docerent: neque intenderent fabulis, & genealogiis interminatis, quæ quæstiones præstant magis quam ædificationem Dei, quæ est in fide.*

Malorum quæ ex siccitate verbi Dei contrahunt animæ, causa sunt sermones praui prauorumque librorum lectio.

a Tim. 1. 4.

VVLGATÆ.

Verf. 1.] Quod factum est, &c.

SEPTVAGINTA.

1. Λόγος κυρίου ὃς ἐγεννήθη πρὸς Ἱερεμίαν περὶ τῆς ἀβροχίας.

Verf. 1.] Et factum est verbum Domini ad Ieremiam de siccitate.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Quod factum est verbum Prophetiæ à facie Domini ad Ieremiam de negotiis siccitatis.*

Verf. 1. (*Quod factum est*, &c.)

Hieronymus. *Ira Dei vniuersa consentiunt. Vnde, & Sol super peccatores occidit in meridie: & Luna, astraque, & cætera non dant lumen suum. Putandumque obsidionis tempore pluuias non fuisse, vt sterilitatem obsessi sustinerent aquæ. Vno quippe fonte Siloe, & hoc non perpetuo vtitur ciuitas: & vsque in præsentem diem sterilitas pluuiarum non solùm frugum, sed & bibendi inopiam facit.*

Hieronym. Ira Dei cooperari omnia, In Ierusalem aquarum penuria.

Rabanus Maurus in principio lib. 7. in Ieremiam. *Scripturam Sacram sibi esse consonam nemo ritè intelligens dubitat, quia quicquid in vno libro asseritur, nequaquam in altero denegatur, vbi iustis præmia, & peccatoribus supplicia pollicentur, & malorum flagella, atque bonorum solatia describuntur, præsertim cùm per ipsa elementa mundi secundùm creatoris voluntatem vtrique ordini digna recompensatio collata illic memoratur. Vnde non solùm in historia veterum, sed etiam in propheticis libris hæc eadem scripta reperiuntur. Nam in libro Sapientiæ ita legitur:* [b] *Armauit creaturam ad vltionem inimicorum: & pugnauit cum illo Orbis terrarum contra insensatos. Hinc quoque per Psalmistam dicitur:* [c] *Ignis, grando, nix, glacies, Spiritus procellarum faciunt verbum eius. Et item,* [d] *Omnia, inquit, quæcumque vult facit in cælo, & in terra, in mari, & omnibus abyssis. Proinde populum Iudæorum viriditatem rectæ fidei non habentem, & bonorum operum fructibus sterilem, etiam in præsenti. Propheta non tantùm hostili gladio, verùm etiam aëris permutatione legitur verberasse, de quo nunc dicitur (Quod factum est verbum Domini ad Ieremiam de sermonibus siccitatis.)*

Rabb. Maur. Creaturâ mundi Deus vtitur ad vindictam, & ad præmium hominibus in hoc sæculo.

b Sap 5. 18.
c Psal. 148. 8.
d Psal. 134.

D. Thomas. *Ponit primò Prophetiæ titulum. Hoc est (Verbum) interioris reuelationis, quod factum est (de sermonibus) exterius annunciandis (siccitatis) quæ imminente captiuitate eis superuenit. Vel de sermonibus siccitatis, id est de siccitate sermonibus digna.*

D. Thom.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Λόγος κυρίου, ὃς ἐγενήθη πρὸς Ἱερεμίαν περὶ τῆς ἀβροχίας.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] εἶπε μυρία, ἠπείλησεν, οὐκ ἐπίστευσαν διὰ εἰκόνων, ὡς τοῦ περιζώματος, ὡς τῆς ῥάβδου τῆς καρυίνης, καὶ τῶν λοιπῶν. ἄρχεται λοιπὸν τῶν τιμωριῶν.

Verf. 1. ET *factum est verbum Domini ad Ieremiam de siccitate.)*

Chrysostomi.] *Dixit innumera, minatus est similitudinibus, non crediderunt, vt lumbaris, baculi nucei, cæterorumque. Venit ergo ad pœnas.*

Chrysost. Iudæis non credentibus similitudinibus minas pœnarum apertè Deus exponit.

Verf. 2.] Luxit Iudæa, & portæ eius corruerunt, & obscuratæ sunt in terra, & clamor Ierusalem ascendit.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

NOn [e] *solùm tunc Iudææ lugebunt agri, vineæ, & olineta; quum præ ariditate omnis expertia erunt germinis, virorisque lætitiæ. Sed & totius eius regionis ciuitates, & oppida aliàs vberrima, vel etiam opulentissima, tali præ omnium necessariorum caritate erunt in tristitia, vt quicquid in iis fuerit intuitus, vel muri ipsi lugere videantur. Et portæ in primis earum, quæ primæ se se offerunt intuentibus, per quas & cibaria, mercesque admittuntur, & homines, cæteraque ingrediuntur, & egrediuntur animantia: in quibus & fieri consuenêre cætus, & exerceri iudicia: quasi præ luctu corruent infirmatæ mæroris, ac doloris vehementiâ, quasique pullis indutæ erunt vestibus, prout in maximis gemitibus euenire conspicimus, vehementer afflictis hominibus, qui corruentes contristati pullatis in terra sedent vestibus.*

e Luxit Iudæa, & portæ eius corruerunt (seu infirmatæ sunt, aut, Vacuæ factæ sunt) & obscuratæ sunt in terra.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *Terram lugere est, eam aridam, & desolatam esse.*

LVxit Iudæa, &c. Facilis ac germanus istorum sensus est, vt graphice per prosopopeiam Propheta ingentem quæ per futuram siccitatem causanda erat totius Iudææ describat miseriam, desolationem, ac luctum. Lugêre enim terra dicitur, quum præ ariditate omnis & germinis expers est,& lætitiæ; sicut è contrario. Prata ridere vulgò asserimus, quum decurrentibus aquarum riuis, herbis, floribusque exuberant. Quod clariùs explicatum vidimus supra cap. 12. vbi dicebatur. [a] *Vsquequo lugebit terra, & herba omnis regionis siccabitur*, quo loco per epexegesim, & in eius quod primò dictum fuerat declarationem adiectum id fuit, *& herba omnis regionis siccabitur.* Verbum autem quod hic est Hebraicum אבלה *abelah* & lugêre significat, & desolatam esse, prout id vertêre & Pagninus,& Regia, meliùs tamen & Sept.& noster, & Vatablus, aliique in significatu illud sumpsêre lugendi, iuxta metaphoram sæpissimè apud Prophetas vsurpatam, vel ob id quòd suomet aspectu luctum cuicumque excitet intuentium, sicut è contra risus, & exultatio iisdem per prata causatur virentia, iuxta illud Ecclesiastici, [b] *Gratiam & speciem desiderabit oculus tuus, & super hæc virides sationes.* Generaliùs tamen hoc loco id sumpserim; cùm enim haud simpliciter more solito dicatur,(*Luxit terra.*Sed, *Luxit Iudæa,*)arbitror non de agrorum duntaxat, sed & de totius regionis, & ciuitatum opulentissimarum luctu fieri sermonem, eo planè modo,quo & nos ad maximas oppidi alicuius designandas miserias, dicere consueuimus, Luget quicquid in eo fueris intuitus, vel muri ipsi.Porrò quia in oppidis,& ciuitatibus prima, quæ intuentibus se se offert, & præcipua pars earum sunt portæ, per quas & cibaria, mercesque admittuntur, & homines, ac animantia quæque egrediuntur; in quibus antiquitus & cœtus fiebant, & exercebantur iudicia: pro quibus demum tuendis, & munimen iis adhibetur repagulorum,ac fabricæ: & robur collocatur custodiarum; Idcirco ipsarum portarum luctus potissimùm meminit Propheta idque peregregiis efficit metaphoris.

a Iei. 12.4.

b Eccl.40. 22.

Lugere dicitur regio aliqua, cùm magnis opprimitur calamitatibus.

Portæ sunt prima, & præcipua pars ciuitatum.

2 *Portas corruere, & obscurari in aliqua regione designat maximas illius calamitates.*

(*Et portæ eius*, dicens, *corruerunt, & obscuratæ sunt in terra.*) Non tam de ligneis aut ferreis solummodo hæc intelligo portarum foribus, quàm & de earumdem postibus, lapidumque, ac cæmentorum fabrica. Corruisse autem illas inquit etiã per prosopopeiam,quasi dicat præ luctu corruerunt infirmatæ mœroris ac doloris vehementiã, prout in maximis gemitibus euenire conspicimus vehementer afflictis hominibus, pro quo facit & Hebraicum verbum אמללו *vmellu* (*debilitatæ sunt*, seu *Infirmatæ sunt,*) vt vertit Regia. Eademque prosopopeiã obscuratas illas,ait,in terra, instar lugentium nimirũ qui in terram corruentes, contristatique pullatis in terra sedent vestibus. Quam metaphoram exprimit meliùs Hebraicum verbum קדרו *kadderu*, quod Regia reddit,(*Nigruerunt*,)& noster Interpres supra in cap. 8.per verbum contristari illud expressit,lugubrem scilicet habitum præ se ferre,vbi dicebatur,[c] *Super contritione filiæ populi mei contritus sum,& contristatus*, vt ibi exposuimus. Omnino prosopopeia ista ei est assimilis, quam supra cap. 2. factam in iis vidimus. [d] *Obstupescite cæli super hoc, & portæ eius desolamini vehementer.*Declaratur autem id totum quod hîc metaphoricâ expressum est locutione, per hoc quod de ipsius Iudææ metropoli adiectum vltimo est, (*Et clamor Ierusalem ascendit*) quod de tota intelligendum est regione, cuius eiulatus tam hominum,quàm iumentorum,cæterorumque animantium cædum vsque in dies excrescens eleuatus sit.

c Iere.8. 21.

d Iere.2.12.

3 Hic mihi(vt iam dixi) germanus istorum videtur sensus: Alij tamen non per prosopopeiam hæc dicta sumentes, sed vt rei gestæ, & eorum quæ euentura essent narrationem, variis modis ipsa interpretantur, Quod enim dicitur Luxisse terra, de gemitu plerique intelligunt habitantiũ Iudæam, & pro siccitate, & pro sua infœlicitate, quam per Chaldæorum obsidionem sustinere cogentur. Per portas item Iudææ quæ corruerint, & obscuratæ sint in terra, quidam portas ipsas intelligunt materiales quæ ob id quòd non curatæ sint à transeuntibus, destructæ corruerint: vel propterea corruisse dicantur, quia simpliciter nemo esset qui per eas ingrederetur, aut egrederetur, quò allusit versio Sept.pro(*Corruerunt*)legens *Vacuæ factæ sunt;*)ob id verò obscuratæ asserantur, vel quia in terram deiectæ deturpatæ ibi iacuerint, vel quia ruderum,ruinarumque materiã sint opertæ. Alij quia portarum nomine ipsæ designari soleant ciuitates, vt Genes.22.[e] *Possidebit semen tuum portas inimicorum tuorum*, demolitionem per hæc significatam putant, & destructionem omnium Iudææ ciuitatum per Chaldæos faciendam, Metonymicè alij cessationem in tota Iudææ regione deplorandam dici autumant & cœtuum, & iudiciorum, quæ fieri consueuêre in ciuitatum portis. Sicque & versionem interpretantur Sept. (*Vacuæ factæ sunt:*) quia nulli fiebant cætus nullæ agebantur causæ propter penuriam, & calamitatem. Et sic portæ ipsæ, quæ prius cùm ad prædicta frequentarentur, clari, & celebris erant nominis, iam nominis euasisse obscuri, quod magis exprimit versio Sept. καὶ ἐσκοτώθησαν ἐπὶ τῆς γῆς.(*Et obtenebratæ sunt super terram.*

Portarum nomine designata ciuitates,earumque cœtus, atque iudicia.

e Gen.22.17.

Vers. 2.] Luxit Iudæa, & portæ eius, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

4 *In verbi Dei siccitate ita lugere dicitur anima, vt alias potius commoueat ad ipsius lugendas miserias.*

DVM animæ quæ in siccitate ariditatis spiritus constituta sit in summa & gratiæ Dei, & diuini verbi imbris penuria, is tribuitur luctus, quo lugere dicitur terra, quæ inanimis est, & insensibilis; Æquum certè est, vt talem nos potiùs eius lugeamus luctum,eoque magis, quòd, ipsa lugente haud quæcumque terra lugere dicitur, sed terra specialiter Iudææ, quam terram optimam iure Sacra appellat Scriptura; cui Deus pluuiam dat temporaneam, & serotinam. Enimuerò sicut lætari tunc tellus dicitur, quum è cælo tempestiuis irrigata pluuiis germinibus vndequaque redundans lætitiam cuicumque exhibet intuenti, iuxta illud, [f] *In stillicidiis eius lætabitur germinans*: Ita & quum omni viroris germine præ ariditate destituta est, tristitiam & lacrymas spectanti excutit cuique. Quis autem miseriam effusè non lacrymetur eius spiritualis animæ, cui iam & Iudææ nomen, quod confessionem sonat, & eiusdem Iudææ irrigatio competebat pluuiarum ? Cauete, dixit ad Iudæos aliquando Moyses. [g] *Cauete,ne decipiatur cor vestrum, & recedatis à Domino, seruiatisque diis alienis, & adoretis eos: Iratusque Dominus claudat cælum, & pluuiæ*

f Psal.64.11.

g Deut. 11. 16.

In verbi Dei penuria quæ-ra mala animæ proueniãt ex eius portis, & sensibus.

pluuiæ non descendant, nec terra det germen suum. De animæ portis per quas, & quæ extrinsecus sunt in eam admittuntur, & emittuntur quæ intra ipsam esse contigerit de corporeis inquam eius sensibus multò magis ingemiscendum, cùm ob eandem siccitatem corruerint, & obscurati sint; Siquidem si deplorandum in ea, quòd germen non proferat virtutis: quid agendum, cùm præceps in omnis vitij iam delapsa sit baratrum? corruentibus enim ad infima sensibus, infima certè, & terrena in ipsam deferant operæ pretium est: quodque peius est, illis obscuratis, decidat necesse est, ambulans in tenebris, & nesciens quò vadat; Vnde sequitur, vt eius quæ primò Ierusalem, & visio pacis dicebatur, iam cælum vsque ascendat clamor quo ipsa eius scelera vindictam contra illam à Deo efflagitant. (*Luxit Iudæa*) id est *anima pia Deum, confitens*, inquit Dionysius Carthusianus super hunc locum, *& porta eius*, &c. *id est exteriores eius sensus non sunt refrenati: imò per eos mors culpæ ingressa est mentem, & sic organa sensuum facta sunt instrumenta vitiorum, & clamor Ierusalem ascendit, id est Ecclesia ad Deum pro gratioso auxilio vociferata est.* Simplicius Andreas Cappella. *Sic animus, ait, imbre diuinæ gratiæ destitutus patet hostium incursibus, veluti ciuitas cuius excisa portæ, nulla est in eo spiritualis lætitia, mærent, ac lugent omnia. Anima mea sicut terra sine aqua tibi*, dicebat *Propheta Psal.* 142.

Dion. Cart.

Andr. Capp. Gratia diuina imbre destituta anima patet malis omnibus.

5 Siccitas in Ecclesia ex parte Doctorum, & concionatorum qualis.

Ad Ecclesiam referunt hæc Hugo Cardinalis & Nicolaus de Lyra, *Luxit Iudæa* ait, Hugo, *propter defectum, & arefactionem fontium, id est doctorum, & prædicatorum Ioel.* 1. *exsiccati sunt fontes aquarum, & ignis deuorauit speciosa deserti. Nunc ista Ecclesia habet materiam lugendi*, addit Lyra, *propter ariditatem deuotionis, & doctrinæ. Nam multi Theologi sunt occupati erga curiosa, & inutilia, de quibus numquam sciunt veritatem, & dato quòd scirent, & docerent, nihil proficeret ad animarum salutẽ. (Et porta eius) id est Prælati, per quos tamquam per portas deberent intrare in vitam æternam. (Corruerunt,) in terram per cupiditatem: (obscuratæ sunt in terra) amissâ luce gratiæ, & intelligentiæ per terrenorum amorem, ita vt iam nulli per ipsos mittantur ad vitam. Matt.* 23.[a] *Væ vobis Scribæ, & Pharisæi, qui habetis clauem scientiæ, nec intratis, nec alios intrare sinitis. Et ideo clamor Ierusalem, id est, Ecclesiæ ascendit ad Deum pro casu Prælatorum.* Sic Hugo. Lyra verò aliter. (*Corruerunt*) inquit, *Prælati, quia pro magna parte corruerunt per superbiam, sicut Angeli superbientes de cælo ceciderunt. Obscuratæ sunt istæ portæ per ignorantiã. Et quia magis student ad congregandum pecunias, quàm scientiam. Et clamor, id est, & murmur populi contra eos: & si tacerent, lapides clamare deberent.*

Ex Prælatis prauis ruina Ecclesiæ.

a Matth. 23. 13.

Prælati praui causant magnas murmurationes in populo.

VVLGATÆ.

Vers. 2.] Luxit Iudæa, &c.

SEPTVAGINTA.

2. Ἐπένθησεν ἡ ἰουδαία. καὶ αἱ πύλαι αὐτῆς ἐκενώθησαν, καὶ ἐσκοτώθησαν ἐπὶ τῆς γῆς. καὶ ἡ κραυγὴ τῆς ἱερουσαλὴμ ἀνέβη.

Vers. 2.] Luxit Iudæa, & portæ eius vacuæ factæ sunt, & contenebratæ sunt super terram: & clamor Ierusalem ascendit.

APPENDIX EXPOSITIONVM
Ex antiquis Patribus collecta.

1

PARAPHRASIS Chaldaica. *Luxerunt viri domus Iuda, & ciuitates eorum desertæ sunt, & cooperta sunt facies eorum nigredine, atra quasi olla; proiecti sunt in terram, & clamor habitatorum Ierusalem ascendit.*

Vers. 2. *Luxit Iudæa*, &c.

Hieronymus, *Tempore siccitatis quando famem patitur multitudo audiendi, & discendi sermonem Dei, luget Iudæa, cultum Dei prius habere se iactans, & confessionem veræ fidei: portæque eius vel vacuantur, vel corruunt: quas ad sensus referre debemus, per quos animæ concipitur disciplina. Tunc obscurantur omnia, & inuoluuntur tenebris: & nequaquam in Ierusalem ratio regnat, & sermo doctrinæ, sed clamor atque confusio.*

Hieronym. In verbi Dei penuria & siccitate omnia sursum deque in Ecclesia.

Theodoritus. *Omnigenas castigationes infligit eis (Iudæis) vt prauitatis cursum abscindat. Narrat autem Propheta luctus, & lamentationes quæ acciderunt ob penuriam imbrium. Dicit enim defecisse fontes, puteos, & nebularum congregationes; vnde secuta est terræ sterilitas.*

Theodorit.

2

Rupertus Abbas lib. 1. in Ieremiam cap. 10. (*Luxit Iudæa*, &c.) *Ecce videmus Iudææ vastitatem, & desolationem videmus, quia non venit in ea pluuia scientiæ vel sapientiæ, quæ omnis fidem secuta ad Gentium Ecclesiam commigrauit, iuxta illud Psalmistæ. Pluuiam*[b] *voluntariam segregabis Deus hæreditati tuæ. Et videmus quia minores veniunt ad obscurissimos senes suos haurire aquam, & non inueniunt, reportantque vasa animarum suarum vacua. Sed numquid istud luget Iudæa? Numquid pro isto clamor Ierusalem ascendit, quomodo mortuo Pharaone ascendit ad Dominum, & misit illis nubes suas Moysen, & Aaron? Non vtique ita nunc. Nam lugent quidem, sed sed non scienter; clamaut quidem, sed eorum brutus, & sine sensu clamor est. Nec enim lugent eam, quæ verè siccitatis causa est, iniquitatem suam, neque clamant, ita vt dicant patrum suorum exemplo, Eamus, & sacrificemus Domino Deo nostro. Idcirco ascendit quidem clamor eorum, sed non ad Dominum. Nam quia rationabilis non est clamor. Idcirco sicut hic ipse Propheta congemit quodam loco, ille*[c] *opposuit nubem, vt non pertranseat oratio, Credendum sanè est diebus illis aëream Iudæis illis accidisse siccitatem, sed sicut cætera mala maiorum signa malorum, sic illa siccitas deterioris fuit siccitatis portentum.*

Rup. Abbas. Iudæi expertes aquarum sapientiæ, & scientiæ post Christi interfectionem.

b Psal. 67. 10.

Iudæi quomodo nunc lugeant, & clament sine vllo fructu.

c Thren. 3. 34.

D. Thomas. *Ponit hominum tristitiam quantum ad potus penuriam (Luxit Iudæa) afflicta siti, Isai.* 24.[d] *Luxit vindemia, & infirmata est vitis: & ingemuerunt omnes qui lætabantur corde (Portæ) Iudices, qui in portis sedebant, corruerunt à pristina lætitia: (obscuratæ sunt) id est inuoluta tenebris tribulationis. Thren.* 2.[e] *Defixæ sunt in terra portæ eius: perdidit, & contriuit vectes eius. Vel quia præ nimia siccitate muri dissoluebantur, & ita cadentibus portis, propter aquæ defectum reparari non poterant. (clamor) conquestionis & planctus. Isai.* 24. *Clamor erit super vino in plateis, deserta est omnis lætitia, translatum est gaudium terræ.*

D. Thom.

d Isai. 24. 7.

e Thren. 2. 9.

CATE

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Ἐπένθησεν ἡ ἰουδαία.] Ὀλυμπιοδώρου.] μετὰ τὸ αἰσθητὸν ἡ γνῶσις τῆς εὐσεβείας.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐκ εἶπεν, ἡ ἀγορά, ἀλλ' αἱ πύλαι, οὐδένος ὄντος τοῦ ἐξιόντος, ὁ μέγιστον ἐρημίας τεκμήριον.

Βίκτωρος.] διὰ τὴν ἐρημίαν αἱ πύλαι τῆς ἱερουσαλὴμ ἐκενώθησαν. μηδενὸς αὐταῖς χρωμένου, τῶν ἐνοικούντων, ἢ ἀναιρουμένων, ἢ ληφθέντων νόμῳ πολέμου, ἢ καὶ φυγόντων τὸν κίνδυνον, ἢ διὰ τὴν ἔνδειξιν τοῦ πολέμου.

[Καὶ ἐσκοτώθησαν ἐπὶ τῆς γῆς.] τὸ δὲ τούτων πάθος, φημὶ δὴ τὴν σκότωσιν ἀνάπτει ταῖς πύλαις. [καὶ ἡ κραυγὴ τῆς ἱερουσαλὴμ ἀνέβη.] ὧν γινομένων δέον κράξαι πρὸς τὸν θεὸν κατὰ τὴν ἀμείνω κραυγήν, ὡς καὶ Δαβὶδ λέγων. Φωνῇ μου πρὸς κύριον ἐκέκραξα. Σοδόμων, καὶ συγχύσεως ἐχρῶντο κραυγῇ, πολλάκις καὶ τοῦ θεοῦ τὴν πρόνοιαν διαβάλλοντες. περὶ ἧς ὁ παῦλος φησὶν πᾶσα κραυγὴ ἀρθήτω ἀφ' ὑμῶν σὺν πάσῃ κακίᾳ. ἐκέκραξε δὲ καὶ ὁ Χριστὸς ἐν τῷ ἱερῷ, οὐράνια προφέρων κηρύγματα. ἀπειλεῖ δὲ καὶ λεῖψιν ὑδάτων, καὶ χώρας ἀφανισμὸν, ὅτι μὴ πρὸς εὐλογίαν ἦν εὔθετος, ἀλλὰ κατάραν, μηδὲν ὅλως ἐκβλαστοῦσα. διὸ καὶ πενθικῶς οἱ γεωργοὶ τὰς ἰδίας καλύπτουσι κεφαλάς.

[Καὶ αἱ πύλαι αὐτῆς ἐκενώθησαν, καὶ ἐσκοτώθησαν.]

Ὀλυμπιοδώρου.] αἱ εἰσαγωγικαὶ διδασκαλίαι οὐκ ἔχουσαι τοὺς διδασκομένους.

[Καὶ ἐσκοτώθησαν ἐπὶ τῆς γῆς.]

|| Ὀλυμπιοδώρου.] τῆς γὰρ κακίας ἐπικρατούσης ἡ ἀρετὴ καλύπτεται. ||

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τὸν θεὸν ἐπεκαλοῦντο. ὅτε ἀπέκτεινεν αὐτοὺς, τότε ἐξεζήτουν αὐτόν.

[Καὶ ἡ κραυγὴ τῆς ἱερουσαλὴμ ἀνέβη.]

|| Ὀλυμπιοδώρου.] οὐχ ὡς ἡ Σοδόμων. οὐ γὰρ τελείως ἠφανίσθη. ἀλλὰ τοῦ ὀδυρμοῦ αὐτῆς ἡ κραυγή. ||

Θεοδωρήτου.] ἀνέβη δὲ τῆς ἱερουσαλὴμ ἡ κραυγὴ, οὐκ ἐξομολογήσεως οὖσα, ἀλλὰ ταραχώδους ζωῆς. κραυγὴν γὰρ ποιεῖ διὰ τῆς πράξεως πᾶσα πρὸς θάνατον ἁμαρτία, καὶ μάλιστα τοῦ τῶν ἀδίκως ἀναιρουμένων ἐν αὐτῇ βοῶντος αἵματος, κατὰ τὸ αἷμα τοῦ Ἄβελ. καὶ οὐ πρὶν ἔστησαν πρὶν ἐκχέαι τὸ αἷμα τοῦ ἀμώμου, καὶ ἀσπίλου Χριστοῦ.

A Vers. 2. Lvxit Iudæa.

Olympiodori.] *Post sensile, pietatis cognitio, & portæ eius vacuæ factæ sunt.*

Chrysostomi.] *Non dixit forum, sed portæ, cùm nemo esset qui exiret: quod maximum desolationis indicium.*

Victoris.] *Propter desolationem portæ Ierusalem euacuatæ sunt, nemine illis vtente, quod essent habitatores vel interfecti, vel lege belli in captiuitatem redacti, vel ob periculum, vel ob instans bellum in fugam versi.*

B *Et contenebratæ sunt super terram. Porrò malum, quod passi sunt homines, tenebras inquam, portis tribuit. (Et clamor Ierusalem ascendit.) Quæ dum fierent, cùm ad Deum esset clamandum, iuxta bonum clamorem, sicut & Dauid, Voce* [a] *meâ ad Dominum clamaui, clamore Sodomorum, & confusionis vtebantur, sæpe etiam Dei prouidentiam accusantes. De qua Paulus; Omnis clamor eleuetur à vobis cum omni malitia. Clamauit etiam Christus in templo, cælestem prædicationem:* C *Minatur verò & defectum aquarum, & regionis vastationem, quòd non ad benedictionem apposita, sed ad maledictionem esset, nullum omnino fructum afferens. Quapropter & Agricolæ luctuosè sua tegunt capita.*

Et portæ eius vacuæ factæ sunt & contenebratæ.

Olympiodori.] *Institutionem disciplinæ quos erudiant non habentes.*

(Et contenebratæ sunt super terram.)

D ||Olympiodori.] *Nequitiâ enim prædominante virtus obtegitur. (Et clamor Ierusalem ascendit.* ||

Chrysostomi.] *Deum inuocabant; cùm eos neci traderet, illius opem postulabant.*

(Et clamor Ierusalem ascendit.)

||Olympiodori.] *Non vti ille Sodomorum, haud enim penitus euanuit; sed eiulatus ipsius clamor.* ||

Theodoriti.] *Ascendit autem clamor Ierusalem, non confessionis clamor, sed tumultuosæ* E *vitæ: quippe opere quod fit, clamorem edit. Omnis ad mortem iniquitas, & præcipuè iniustè interfectorum sanguine in ipsa clamante, iuxta sanguinem Abel, nec priùs destiterunt, quàm sanguinem puri & immaculati agni Christi effunderent.*

3 Olympiod. *Pietatis cognitio post sensibiles pœnas.* Chrysost. *Portarum vacuitas maximum desolationis signum.* Victor. *Portarū vacuitas vnde.* *Tenebræ in portis malum quod passi sunt homines.* *In tribulationibus quomodo clamit impij.* a Psal. 3. 5. *Iudaica sterilitas ad maledictionem apposita.*

4 Olympiod. *Disciplinari defectus pœna magna.* Olympiod. *Virtus obscurata, prædominante malitia.* Chrysost. *Oratio peccatoris inanis, & importuna.* Olympiod. *Clamor Ierusalem cessans in sicitate calamitatis.* Theodoreti. *Clamāt impij vita tumultuosa, prauarūque operum eius ascendit clamor.*

Vers. 3.] Maiores miserunt minores suos ad aquam: venerunt ad hauriendum, non inuenerunt aquam, reportauerunt vasa sua vacua: confusi sunt, & afflicti, & operuerunt capita sua.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

Tanta [b] *ob cæli ariditatem, in ipsis Iudææ ciuitatibus aquarum erit inopia, vt ad propriæ, suorumque animantium necessitati succurrendum*

b *Maiores miserunt minores suos ad aquam.*

...erunt ad hauriendum (seu ad fossas) non inuenerunt aquã, reportauerũt vasa sua vacua: confusi sunt, & afflicti, & operuerunt capita sua.

dum Magnates eorum sumptibus minimè parcentes vel in longinqua suos missuri sint famulos: seniores quoque mittent quos habebunt iuniores filios, aliosque quomodocumque ad se pertinentes, si vel in agris repertum quid deportarint aquarum: At nec in fossis, in quibus solet in mediis agris pluuialis aqua seruari, nec in puteis repertâ quam haurirent aquâ, & iuniores, & famuli vasis vacuis ad eos qui ipsos miserint, reuertentur: Atque & hac frustrati spe ob doloris afflictionem, & ob confusionem iuxta patrium morem sua operient capita.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1

MAiores miserunt minores, &c. Prosequitur Propheta ea enarrare, quæ propter maximam euenient siccitatem. Loquitur autem more consueto, præteritis vtens pro futuris ad rei certitudinem contestandam, & quòd de proximo instaret. Maiorum, & minorum vocabulis, & magnates eorumque designans famulos: & maiores ætate, eosque qui respectu eorum erunt minores, quos Sept. τοὺς νεωτέρους iuniores appellant. In textu Hebraico cum pronomine masculino sic habetur, *Maiores eorum miserunt*, &c. Quod certè pronomen referendum ad portas, de quibus in præcedenti versu, שער *sciangar* enim id est, porta Hebraicè masculei est generis. Et æquè est ac si dicatur, Magnates ciuitatum Iudææ non pepercisse sumptibus, & quocùmque misisse, vel in longinqua, vt aquam deportarent, seniores pariter in agros misisse iuniores ad idipsum.

(*Venerunt ad hauriendum*,) scil. minores. Noster interpres sensum expressit, Originalia enim Hebr. & Sept. habent. (*Venerunt ad puteos:*) propriéque Hebraica vox גבים *ghebim*, fossas illas significat, in quibus solet aqua pluuialis asseruari: Vnde & Regia, & Vatablus, vertère, (*Venerunt ad fossas*) Quid tum? (*Neque inuenerunt*, ait, *aquam, reportauerunt vasa sua vacua.*) *Reuersi sunt vasis vacuis*, legit Hebr. (*Confusi sunt & afflicti*,) & minores scilicet ipsi & multò magis maiores. (*Et operuerunt capita sua*) & ob doloris scilicet afflictionem, & ob confusionis pudorem: ob hæc quippe duo in more antiquitus Iudæorum extitisse vt capita operirent, notauimus aliàs. In correctioribus Codicibus versionis Sept. hæc vltima non leguntur, sic namque habent. (*Et retulerunt vasa sua vacua.*) Complutensis tamen & Regius & hæc habet, (*Confusi sunt, & erubuerunt, & operuerunt capita sua.*) Caput scilicet ac vultum.

Capita operiebant antiquitus & ob dolorem, & ob pudoris confusionem.

Vers. 3.] Maiores miserunt minores suos, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

2

Parentes sæpe sumptus consumunt mittentes filios ad celebriorum vniuersitatum studia.

APtissimus est locus iste ad id morale explicandum, quod quotidie miseris euenire conspicimus parentibus, & patruis ex filiis, ac nepotibus eorum. Cùm enim nullis parcentes sumptibus maiores isti vel etiam in longè dissitas regiones, vbi celebres sunt studiorum vniuersitates, vbi collegia, & seminaria aptissima ad iuniorum educationem feruntur esse, suos vel filios miserint, vel nepotes ad aquam & sapientiæ, & bonorum morum, quàm rectè eam esse dixerim, à Salomone gratiam nuncupatam vbi ait: [a] *Qui bonus est hauriet gratiam à Domino:* Sumptus tamen perdunt, & confusionem potiùs, ac mœrorem exinde reuehunt maximum. (*Venerunt enim*,) scil. qui missi sunt iuniores, (*& venerunt*,) inquit textus, (*ad hauriendum:*) vt videlicet in studio, collegio, aut seminario discerent: Sed (*non inuenerunt aquam:*) nam scientiarum loco, turbas ibi repererunt, dissensiones, & contentiones, quibus iugiter intentos eos esse oportuit, proque virtutibus, vitiorum omnia plena inuenientes, nihil quod boni esset, aut sapientis eruditionis ibi didicère. (*Reportauerunt vasa sua vacua.*) Vtinam non plerumque plena immunditiis prauorum habituum, & aliquando etiam peruersorum dogmatum vasa sua intellectus, & affectus domum reportarent. Vnde postea id consequatur, vt de maioribus qui illos miserant, verificetur, quod hîc adiectum est: (*Confusi sunt, & afflicti, & operuerunt capita sua*) iuxta illud Ecclesiastici. [b] *Confusio patris est de filio indisciplinato.* Illudque Sapientis. [c] *Ira patris filius stultus: & dolor matris quæ genuit eum*, Idipsum pro concionibus ad Moniales aptari facilè potest ad id quod iis sæpe euenit parentibus, qui filias, puellasque suas ad educationem in Monasteria mittunt.

a Prou. 22. 2.

b Eccl. 22. 3.

c Prou. 17. 25.

3

Prælati aliqui ignorantes quantum obsint subditis.

Sed & iis potissimùm hæc congruunt Episcopis, atque Prælatis, qui cùm & ipsi aquâ destituti sint sapientiæ, & Vicarios pariter ineruditos habeant, nec id saltem student, vt vel in Canonicorum collegio, vel in Ecclesiarum parochialium curatis, vel in Religiosorum Monasteriis quidpiam Ecclesiasticæ sit eruditionis. De his quippe rectè dices: (*Maiores miserunt minores*, id est subditos suos, *ad aquam*,) quando ij aliquid ab eis petunt vel Sacrarum Scripturarum, vel Canonum, dogmatumque Ecclesiasticorum: vel grauis aliquis definiendus occurrit casus (vt inquiunt) conscientiæ, Mittunt quippe, vt confessarios, religiososque interrogent, quò resolutionis (vt vulgo dicitur) & doctrinæ reportatæ à missis subditis & ipsi participes fiant aquæ. At, heu miseros, tam Prælatos, quàm subditos. (*Venerunt*) subditi (*ad hauriendum*,) atque ad discendum, & intellectus, & voluntatis vasis bene dispositis. (*Non inuenerunt aquam:*) Non repererunt qui vel proposita caperet, (*reportauerunt vasa sua vacua:*) redeuntes ad maiores qui ipsos miserant, cum maiori & intellectus, & voluntatis auiditate eruditionis. Adeoque tam subditi ipsi, quàm eorum Prælati (*confusi sunt*,) ait Propheta, (*& afflicti*) & tam pro afflictionis, quàm pro confusionis vehementia (*operuerunt capita sua*,) & extrinsecus nimirum vtrumque contestantes. *Istud potissimùm*, ait Dionysius, *conuenit Pastoribus, & Prælatis, qui in locis suis personaliter residere nolunt, & vltra hoc ineruditos, & carnales, ac insufficientes Vicarios sibi substituunt, quod est vtique ineffabiliter periculosum: cùm pereuntium damnatio nedum in Vicarios, sed in maiores redundet Prælatos, qui gregi sibi commisso nec dignè, nec debitè prouident.*

Dionysius.

Prælati non residentes nec bonos substituentes Vicarios quantum obsint subditis.

4

Andr. Capp.

Prædicatio verbi Dei Episcoporum propria.

Conc. Trid.

Opportunè quoque hoc loco Andreas Cappella post relatum Hieronymi sensum, quem videre est in nostra Appendice, verba affert Concilij Tridentini, sess. 5. cap. 2. de Reformatione. *Quia Christianæ Reipublicæ non minus necessaria est prædicatio Euangelij, quàm lectio, & hoc est præcipuum munus Episcoporum, statuit & decreuit eadem Sancta Synodus, Omnes Episcopos, Archiepiscopos, Primates; & omnes alios Ecclesiarum Prælatos teneri per se ipsos, si impediti non fuerint legitimè, ad prædicandum Sanctum Christi Euangelium.* Quibus, adde tu, & hæc, quæ

quæ ibidem à Patribus subiiciuntur. *Si verò contigerit Episcopos, & alios prædictos legitimo detineri impedimento, iuxta formam generalis Concilij viros idoneos assumere teneantur ad huiusmodi prædicationis officium salubriter exequendũ. Si quis autem hoc adimplere contempserit districtæ subiaceat ultioni.* Vtinam & nostris hisce temporibus etiam post ista Sacrosancti Concilij decreta, plerique non essent Episcoporum, qui nec per se vllatenus verbum prædicant Euangelij, nec idoneos habere satagunt viros doctos, & probos, per quos id expleatur. Ita vt cum gemitu id proferre liceat, quod apud Isaiam legimus,[a] *Egeni & pauperes quærunt aquas, & non sunt, lingua eorum siti aruit.* Enimuerò sapientiæ quærentes aquas subditi ad suos confugiunt Prælatos, de quibus id sibi recolunt dictum,[b] *Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris.* At Prælati tales, quos Maiores appellat Ieremias, aquæ eruditionis expertes mittunt ipsos minores, subditosque suos ad aquam indefinitè ad eos qui in ciuitate prædicant concionatores, de quorum idoneitate minimè sunt conscij, & quorum vix vllam habent notitiam; Veniunt pauperes ad hauriendum Euangelicæ doctrinæ aquas ad cōcionatores quos puteos existimabant aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano candidissimi pectoris Christi, & cisternas aquis è cælo descendentibus plenas. At, heu miseri, (*Non inuenerunt aquam,*) dicit Propheta (*reportauerunt vasa sua vacua*) cùm repererint concionatores cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas, cognitionis diuinarum literarum ignaros, vanos, verbosos, inania, & inutilia prædicantes. Vnde tam subditis ipsis, quàm eorum Prælatis saltem post mortem parata confusio, & afflictio, extremæque sententiæ damnatio, quam capitis designat operimentum. Non sic certè à Domino Iesu factum est, quem Petrus Apostolus,[c] *Pastorem, & Episcopum* appellat *animarum nostrarum.* Is quippe mulierem[d] Samaritanam aquis diuinæ gratiæ diuinorumque eruditionis multò magis egentem, quàm aquis materialibus, ad quas hauriendas ventura cum hydria erat, ipsemet fatigatus ex itinere expectauit, sedens super fontem: ipsemet illi aquam porrexit & eruditionis, vt habes in Euangelio Ioannis, & diuinæ gratiæ, repletisque eius vasibus internis, intellectu, & affectu, cùm illi dixisset:[e] *Omnis qui bibit ex aqua hac sitiet iterum, qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum: sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam,* eò ipsam induxit, vt materiali relictâ hydriâ, & materialem contemptui haberet aquam. Ad cuius exemplum & qui boni sunt Episcoporum quos viderint ex subditis aquis inhiare sensibilium voluptatum ipsimet earum aquarum illos docent fœditatem, vanitatemque prædicataque diuinarum consolationum exuberanti, indeficientique dulcedine, ad illarum pro istis eos inducunt contemptum.

Episcoporum plerique quã deficiant in administratione, & exhibitione verbi Dei subditis suis.

a Isai. 41. 17.

b Isai. 12. 3.

Concionatores idoneos in Diœcesi sua habere satagant Episcopi.

c 1. Petr. 2. 25.

Episcopi quoad prædicationem verbi Dei imitentur Christũ.

d Ioan. 4. 6.

e Ioan. 4. 13.

Vide Appendicem Patrum post Expositionem Secundam vers. 4.

Vers. 4.] Propter terræ vastitatem, quia non venit pluuia in terram, confusi sunt agricolæ, operuerunt capita sua.

f *Propter terræ vastitatẽ (seu fracturam) quia nõ venit pluuia in terram, confusi sunt agricolæ, operuerunt capita sua.*

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

PRopterea[f] *quod, nullâ descendente pluuiâ, ipsa Iudææ tellus ob ariditatem deuastata erit magnis in ea apertis voraginibus, in pulueremque redacta omni priuata virore, vniuersa deficient, quæ aliàs in illa exercebant agricolæ: Quibus otio vacantibus & erubescentia erit, & mœror vehementissimus, adeo vt & operientes capita sua externo eo vtrumque contestentur signo.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1

PRopter terræ vastitatem, &c.) Quid per vocabulum vastitatis intelligi debeat, ipsa indicat quæ subiecta est ratio. (*Quia non venit pluuia,*) ea nimirum vastitas, eaque desolatio quæ terræ obuenire solet in maxima siccitate, fractura nimirum contritio in puluerem, omnisque viroris priuatio. Id quod & Hebraicâ confirmatur voce חתת *hathah*, à verbo חתת *hathath* conterere, frangere, confringere. Quæ in thesauro sic vertitur, (*Eò quòd terra erat contrita.*) In Regia verò, (*Propter humum contritam:*) Clariusque apud Vatablum, (*Propterea quòd tellus emarcuit, seu rupta est.* scilicet siccitate. Eamdem vastitatem aliter explicare potes ex versione Sept. (*Et opera terræ defecerunt, quia non erat pluuia:*) Ecquæ enim peior telluri contingere potest vastitas, quàm si minimè colatur? Et quidem in magna pluuiæ penuriæ vniuersa deficiant necesse est, quæ ab agricolis exercentur; vnde illis otio vacantibus & erubescentia est, & mœror vehementissimus, quæ & signo contestantur externo, quòd caput, vultumque suum operiunt.

Vers. 4.] Propter terræ vastitatem, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

2

CVm vel ob absentiam, vel ob inscitiam, vel ob segnitiem Prælatorum deest (vt dictum est in vers. præcedenti) pluuia diuini verbi terræ, & Diœcesi cuipiam, vastitas in ea sequatur necesse est, omniumque bonorum desolatio, ex quo fit, vt qui in ea aliquid operari possent boni, illam quoquomodo colentes, non solùm ab operando desistant: sed & confusione suffundantur quòd spiritualium agricolarum nomine censeantur, adeoque & faciem, caputque suum operiunt præ erubescentia, quâ confunduntur vt ministros mysteriorum Dei dignosci. Hoc illud est quod moraliter iuxta nostram Vulgatæ lectionem significatur. Vnde nil mirum, si & id eidem eueniat Diœcesi, quod in versione habetur Sept. (*Et opera terræ defecerunt:*) neque enim in ea inuenire est, qui suam in ea perdere velit operam, cùm non sit pluuia verbi Dei super terram, & super populum hiantibus oribus vndequaque præ spiritibus ariditate fractum, id enim significat quod Hebraica lectio habet, (*Propter terræ fracturam, quia, &c.*) Apta quoque est hæc sententia ad id moraliter probandum, quòd deficiente in animæ cuiuspiam terrâ diuinæ gratiæ pluuiâ, inanis sit omnis spiritualium agricolarum labor, iuxta illud Apostoli,[g] *Neque qui plantat aliquid est, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus.* Quia[h] *nemo potest corrigere quem ille despexerit.* (*Opera terræ defecerunt*) legunt Sept. quod nos habemus. *Propter terræ vastitatem.*) In ambabus autem lectionibus vnum idemque subiicitur. (*Quia non venit pluuia:*) Deficiente enim gratiâ Dei, Vbi Deus ipse[i] nubibus mandat, ne pluant super vineam, quæ expectata

Ex Prælatorum absentia, inscitia, & segnitie, quanta proueniat Ecclesiis vastitas.

Episcopo absente, & negligente operata quoque desistunt à cultura Ecclesiæ.

Gratia Dei necessaria, vt spiritualium agricolarum labor in nobis sit proficuus.

g 1. Cor. 3. 7.

h Eccl. 7. 14.

i Isai. 5. 6.

pectata vt faceret vuas, fecit labruſcas, ſeu ſpinas, deficiunt ſanè & quæcumque in illa fieri contingunt opera, ſuo nimirum ſalutis fruſtrata fine. Hocque eſt peſſima iſtiuſmodi terræ, animæque vaſtitas. Vtinam autem non deſiſtat ipſorū agricolarum compaſſio erga illam, ſalubrique ſaltem ſuffundantur ea de re & confuſione, & afflictione, quibus & extrinſecus ſe talem profiteantur ſentire miſeriam. *Sed heu!* rectè exclamat Andreas Cappella, *pereunt animæ, eò quòd pluuia non veniat ſuper terram, neque confunduntur agricolæ. Cithara*, [a] *& Lyra, & tympanum, & vinum in conuiuiis veſtris, & opus Domini non reſpicitis, ait Iſaias Propheta.*

Eccleſiaſtici non deſiſtant vnquam à compaſſione miſeriarum mundi.
Andr. Capp.
a Iſai. 5. 12.

VVLGATÆ.

Verſ. 3.] Maiores miſerunt minores, &c.

Verſ. 4.] Propter terræ vaſtitatem, &c.

SEPTVAGINTA.

3. Καὶ οἱ μεγιστᾶνες αὐτῆς ἀπέστειλαν τοὺς νεωτέρους αὐτῶν ἐφ' ὕδωρ, ἤλθοσαν ἐπὶ τὰ φρέατα, καὶ οὐχ εὕροσαν ὕδωρ, καὶ ἀπέστρεψαν τὰ ἀγγεῖα αὐτῶν κενά.

4. Καὶ τὰ ἔργα τῆς γῆς ἐξέλιπεν, ὅτι οὐκ ἦν ὑετός. ᾐσχυνθησαν οἱ γεωργοί. ἐπεκάλυψαν τὰς κεφαλὰς αὐτῶν.

Verſ. 3.] Et magnates eius miſerunt iuniores ſuos ad aquam: venerunt ad puteos; & non inuenerunt aquam: & reportauerunt vaſa ſua vacua: & opera terræ defecerunt, quia non erat pluuia. Confuſi ſunt agricolæ: operuerunt capita ſua.

APPENDIX EXPOSITIONVM
Ex antiquis Patribus collecta.

1

PARAPHRASIS Chaldaica. *Et fortes eorum miſerunt ſubditos ſibi ad aquam; venerunt ad ciſternas, & non inuenerunt aquā, reuerſi ſunt cum vaſis ſuis vacuis; confuſi ſunt, & erubuerunt, & operuerunt capita ſua.* Verſ. 4. *Propter peccata habitatorum terræ contriti ſunt, quia non fuit pluuia in terra; confuſi ſunt agricolæ, operuerunt capita ſua.*

Verſ. 3. (*Maiores miſerunt minores*, &c.)

Hieronym. *Maiores quoque qui deberent ipſi pergere ad hauriendas aquas mittunt iuniores, in quibus cani non ſunt ſapientiæ: & idcirco veniunt ad puteos, & non inueniunt aquas, quas Patriarchas inueniſſe narrat hiſtoria.*[b] *Reportant vaſa ſua vacua, iuniores videlicet: non quòd aqua non fuerint, ſed quòd illi inuenire non potuerint, (Confuſi ſunt, & afflicti, ſiue, erubuerūt, & operuerunt capita ſua,) quia non poterant dicere cum Apoſtolo,*[c] *Nos autem reuelata facie gloriam Domini contemplamur.*

Prælati per ſemet haurire debent aquas ſapiētiæ.
b Gen. 26. 14. & 26. 15.
c 2. Cor. 3. 18.

Verſ. 4. *Propter terræ vaſtitatem*, &c.

2

Hieronym. *Propter terræ vaſtitatem, ſiue, & opera terræ defecerunt, per quæ ad Dei notitiam pergimus. Cauſaque perſpicua: quia non venit, inquit, pluuia ſuper terram.*[d] *Mandatum quippe eſt nubibus ne pluerent ſuper eam imbrem. Agricolæ quoque quorum vnus loquitur. Dei agricultura eſtis, Dei ædificatio eſtis. Et in eodem loco: Dei cooperatores ſumus: operiunt caput ſuum, & confunduntur: intelligentes ſine Dei gratia, & adiutorio fruſtra ſe tendere.*

Hieronym.
d Iſai 5. 6.
Sine gratia Dei fruſtra operamur.
e 1. Cor. 3. 9.

Rupertus Abbas lib. 10. in Ieremiam cap. 10. *Quare agricolæ confuſi ſunt, niſi quia commiſſæ ſibi vineæ dominum, & hæredem occiderunt.*

Rup. Abbas.

D. Thomas. *Aſſignat triſtitiæ cauſam quantum ad ſterilitatem terræ, plagam in poſſeſſionibus (confuſi operuerunt) in ſignum confuſionis ſup. 12.*[f] *Confundemini à fructibus veſtris propter irā Dei furoris Domini, Et in cultoribus, (quia nō venit) Ioel 1.*[g] *Cōfuſi ſunt agricolæ: vlulauerunt vinitores, ſuper frumento, & hordeo, quia periit meſſis agri: vinea confuſa eſt, & ficus elanguit.*

D. Thom.
f Iere. 12. 13.
g Ioel. 1. 11.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

KAI οἱ μεγιστᾶνες αὐτῆς ἀπέστειλαν τοὺς νεωτέρους αὐτῶν ἐφ' ὕδωρ.

Θεοδωρήτου.] διὸ καὶ τελείως ἐγκατελείφθησαν, καὶ οἱ προφῆται ἐξέλιπον, τῶν οὐρανίων νεφελῶν ἐντεταλμένων μὴ δοῦναι ὑετὸν ἐπὶ τῆς γῆς. ἀλλ' οὐδὲ ἔχουσιν ἀντλῆσαι μετ' εὐφροσύνης ἐκ τῶν πηγῶν τοῦ σωτηρίου. ὧν καὶ οἱ νεανίσκοι || εὑρίσκοντες ὕδωρ εἰς αὔξησιν ἐκτρέφον κενοῖς ἀγγείοις ὑπέστρεψαν.

|| *Videtur ſcribendum οὐχ εὑρίσκοντες.*

Τοῦ χρυσοστόμου.] ὅρα τὴν τιμωρίαν πάντων ἁπλουμένην. οὐ γὰρ δὴ λιμὸς ἐγένετο μόνον ἀλλὰ καὶ αὐχμός. ἐπειδὴ γὰρ εἰκὸς ἦν σιτίων ἀποκειμένων τὴν προσδοκίαν, ἀλλὰ μὴ τὴν πεῖραν εἶναι τοῦ λιμοῦ, τῇ τοῦ ὕδατος σπάνει προκατέλαβεν αὐτῶν τὴν διάνοιαν. [ἐφ' ὕδωρ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] οἱ θρόνοι οἱ ἱερατικοί.

Τοῦ αὐτοῦ.] ἔπεμψαν ἐπερωτῆσαι ἀπὸ Θεοῦ τὰ συμφέροντα. νεωτέρους δὲ αὐτοὺς ἐκάλεσε, διὰ

3

Verſ. 3. ET *magnates eius miſerunt iuniores ſuos ad aquam*, &c.

Theodoriti.] *Quare & penitus derelicti ſunt, & Prophetæ defecerunt, & cæli nubibus mādatum eſt, vt ne pluuiam dent in terram. Sed nec poſſunt haurire cum lætitia è fontibus ſalutaris. Quorum etiam iuuenes non inuenientes aquam ad viriditatem alentem, vacuis redierunt vaſibus.*

Theodorit.
Siccitas diuinorū eloquiorum in maximam pœnam illata Iudæis, & impiis quibuſque.

Chryſoſtomi.] *Vide pœnam æquè omnes affligentem, nam non tantùm fames, ſed & ſiccitas fuit. Cùm enim, frumento vtique repoſito, expectatio famis eſſet non ipſum experimentum, per aquarum inopiam præuertit cogitationes eorum.*

Chriſoſt.
Ob ſiccitatē Iudæi actu famē perpeſſi ſunt, cuius aliqualem dūtaxat habebant timorem.

(*Ad aquam.*)

Olympiodori.] *Sedes Sacerdotales.*

Olympiod.
Sacerdotales ſedes ſunt aqua, vnde doctrina haurienda.

Eiuſdem.] *Miſerunt quæſituros de Deo quæ conducerent. Iuniores autem eos appellauit, eò*

Iuniores appellati mundani deſiderii detenti.

τὸ κοσμικαῖς, καὶ νεωτερικαῖς αὐτοῦ ἐπιθυμίαις ἐνέχεσθαι. [ἦλθοσαν ἐπὶ τὰ φρέατα, καὶ οὐχ εὕροσαν ὕδωρ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἐπειδὴ γὰρ τοῦ ὕδατος ῥέοντος τοῦ πνευματικοῦ ταῖς διδασκαλίαις οὐ προσεῖχον, ἀπὸ τούτων αὐτοὺς σωφρονίζει, ὥστε μὴ εἰς πεῖραν ἐλθεῖν τῶν δεινῶν. εἶτα λέγει καὶ τὴν τῶν ἀλόγων ἀνάγκην.

Ὀλυμπιοδώρου.] τοῦτο εἰ μὴ ἐκ θείας ὀργῆς οὐκ ἄν ποτε συνέβη. ἄλλως. οὐ γὰρ εὗρον τὸ ὕδωρ τὸ ζῶν τὸ ἐκ Θεοῦ διδόμενον. [καὶ ἀπέστρεψαν τὰ ἀγγεῖα αὐτῶν κενά.]

Θεοδωρήτου.] ἐπήχθη γὰρ αὐτοῖς λιμὸς οὐκ ἄρτου, καὶ δίψα οὐχ ὕδατος. ἀλλὰ τοῦ ἀκοῦσαι λόγον κυρίου. μηδαμοῦ προφήτου βοῶντος αὐτοῖς. τάδε λέγει κύριος. ἀναγινώσκουσι μὲν γὰρ τὸν νόμον, καὶ τοὺς προφήτας, ὡς εἰς φρέατα τούτους ἐρχόμενοι. τῷ δὲ μὴ νοεῖν οὐδὲν πνευματικὸν, οὐδὲν ὠφελούμενοι, κενὰ φέρουσι τῆς ψυχῆς τὰ ἀγγεῖα. [καὶ τὰ ἔργα τῆς γῆς ἐξέλιπεν, ὅτι οὐκ ἦν ὑετός.] διὸ καὶ τῆς γῆς αὐτῶν ἐξέλιπον τὰ ἔργα μηδενὸς αὐτοῖς ὑετοῦ καρποφόρον ἐργαζομένου τὴν γῆν.

[ᾐσχύνθησαν οἱ γεωργοί.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] εἰκότως, τίνος ἕνεκεν ᾐσχύνθησαν; εἰπέ μοι; μὴ γὰρ παρὰ τὴν αὐτῶν αἰτίαν; μὴ γὰρ || τῆς αὐτῶν ῥαθυμίας; τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς γέγονε τὸ πρᾶγμα. τίνος οὖν ἕνεκεν ᾐσχύνθησαν; ὅτι αὐτοὶ αἴτιοι διὰ τὰ ἁμαρτήματα αὐτῶν, τοῖς γὰρ ἁμαρτάνουσιν, οὐδεμιᾶς ἐλάττων τιμωρίας πρόσεστιν ἡ αἰσχύνη. καὶ τὸ ἐν || αὐτῷ κολάζεσθαι. [ᾐσχύνθησαν οἱ γεωργοί. ἐπεκάλυψαν τὰς κεφαλὰς αὐτῶν.]

|| ἴσ. μὴ γὰρ παρὰ τὴν αὐτῶν ῥαθυμίαν.

|| ἴσ. δι' αὐτό.

Θεοδωρήτου.] καὶ οἱ γεωργοὶ δὲ ᾐσχύνθησαν, οἷς ὁ κύριος ἐν παραβολῇ τὸν ἴδιον ἐξέδωκεν ἀμπελῶνα, οἳ καὶ τοὺς αὐτοῦ δούλους καὶ τὸν υἱὸν ἀνῃρήκασιν. οἳ καὶ ᾐσχύνθησαν κάλυμμα ἔχοντες ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, ὡς μὴ τὸν φωτισμὸν τοῦ εὐαγγελίου καταυγάσαι τούτων τὸ ἡγεμονικόν. καθὰ καὶ νῦν ἀναγινώσκοντες τὸν μωυσῆν ἐπὶ τὸ πρόσωπον ἔχουσι κάλυμμα. τοῦτο καὶ ὁ θεῖος ἀπόστολος φησίν.

[οἱ γεωργοί.]

Ὀλυμπιοδώρου.] οἱ ὀφείλοντες ἐργάζεσθαι.

A quòd mundanis, & iuuenilibus desideriis detinerentur. (*Venerunt ad puteos, & non inuenerunt aquam.*)

Chrysostomi.] *Cùm enim fluente aquâ spiritali doctrinis non attenderent, per hæc eos saniores reddit, ne malorum experimentum caperent. His addit & brutorum angustias.*

Chrysost. *Vel etiã spiritali doctrina non intendentes monere non cessat Dominus.*

Olympiodori.] *Hoc ni fecisset, ira Dei numquam euenisset. Aliter, neque enim inuenerunt* B *aquam viuam, quæ datur à Deo. (Reportauerunt vasa sua vacua.)*

Olympiod. *In mundi puteis non inuenitur spiritalis aqua viua.*

Theodoriti.] *Oppressit enim eos fames: non panis, & sitis non aquæ, sed audiendi verbum Dei; nusquam Prophetâ ad eos clamante, Hæc dicit Dominus. Legem enim Prophetasque legunt, ad hos veluti ad puteos accurrentes; sed quia nihil spiritale intelligunt, nullum fructum percipientes vacua reportant animi vasa. (Et opera terræ defecerunt, quia non erat pluuia.) Hinc terræ quoque opera ipsis defecerunt, nullâ ipsis pluuiâ* C *frugiferam reddente terram.*

Theodorit. *E Scirturis Sacris improbi nil haurire queunt aquæ spiritalis intellectus.*

Vers. 4. *(Confusi sunt agricolæ.)*

5

Chrysostomi.] *Meritò. Quare confusi sunt, dic obsecro? An fortè ipsi causam non dederunt? & ob nullam eorum socordiam? Dei verò nutu subsecuta res est. Cur ergo confusi sunt? quòd ipsi malorum causa sunt propter iniquitates suas, peccantibus enim pœna est nulla inferior ipsa confusio, & punitionis causa.*

Chrysost. *Confusio eѕ maior pœna peccantibus, quòd ipsi illius sunt causa.*

(Confusi sunt agricolæ, operuerunt capita D *sua.)*

Theodoriti.] *Et agricolæ confusi sunt, quibus Dominus in parabola propriam locauerat vineam, qui & seruos eius,* [a] *filiumque peremerunt. Qui & confusi sunt, operientes capita, ne lux Euãgelij mentem eorum illustraret: vt etiam num legentes Moysem velamen habent super faciem suam; vt etiam diuinus Apostolus ait.* [b]

Theodorit. *Iudæi dicti Agricolæ.*

a Matt. 21. 33.

Capita sua operuerunt Iudæi ne lucem viderent Euangelij.

b 2. Cor. 3. 15.

(Agricolæ.)

Olympiodori.] *Qui debent operari.*

Olympiod. *Agricolæ sumus cũ operari debeamus.*

E

Vers. 5.] Nam & Cerua in agro peperit, & reliquit; quia non erat herba.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

Sed [c] *& ipsa Cerua, quæ etsi sitis maximè sit impatiens celerrimo tamen cursu in syluis demorans ad fontes solet tendere: cùm tunc nedum currentem aliquem reperiet riuum, aut aquarum stagnum, quibus sitim extinguat:* F *at nec tantillum virentis inueniet herbæ, cuius vel exiguo succo parumper internum suum mitiget æstum, & fami prospiciens, & siti aliquantisper, atque etiam lactis ariditati, illos ipsos pullos, quos vehementissimis peperit doloribus, & erga quos naturali amoris propensione præ animantibus reliquis maximè est affecta, ne suis eos perire videat oculis, abiens morti relinquit expositos.*

c *Nã & Cerua in agro peperit, & reliquit: quia non erat herba.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

Nam & Cerua, &c.) En quam dicebam priuationem omnis viroris, mox & in nomine vastitatis terræ designatã. Tantam futuram asserit illius siccitatis acerbitatem, vt vel syluestria etiam animantia per eam maximè affligenda sint. Affert duorum potissimùm animaliũ exemplũ, quæ cùm calidissimæ sint naturæ, vehemẽtiori percelli solent & siti, Ceruæ, ac Onagri; de Ceruo enim propterea alibi dicitur, [d] *Quemadmodũ desiderat Ceruus:* præ ardenti scil. siti, ad fontes aquarum, *Ita desiderat anima mea ad te Deus:* De Onagro quoque, [e] *Expectabunt Onagri in siti sua*, ait Vates Regius. Sed quid? in hoc versu vbi de Ceruo agit, sicut & in vers. sequẽti vbi de Onagro, nihil de potu, quo sitis extinguitur, sed de pastu potiùs dicitur vtrobique, (*Quia nõ erat herba,*) cùm dicendũ potiùs fuisset, (*Quia non erat aqua.*) Ad hoc tamen respondendũ, & id quoque magna cum ratione factũ, vt efficaciori siccitas ipsâ probaretur emphasi, ex eo quod prędictis cõtingeret

1 *Ceruus & Onager siti maximè affligantur.*

d Psal. 41. 2.

e Ps. 103. 11. *Herbarũ succo aliquando animalia prospiciũt simul & fami, & siti, & lactis ariditati.*

animātibus.Cùm enim mox dictū fuisset, *Propter terræ vastitatem, quia non venit pluuia:* significatumque esset, ex pluuiæ defectu terrā ipsam fractam, & plurimis apertam hiatibus. Syluestria nunc dicuntur animantia, quæ maximè siticulosa essent, nedum aliquem reperisse aquæ decurrentem riuum, aut fossam quò sitim extinguerent, at nec tantillum virentis inuenisse herbæ, cuius vel exiguo succo parumper internum suum mitigarent æstum, & fami prospicientes, & siti aliquātisper, atque etiam lactis ariditati, propter quam alioquin vel charissimos relinquere suos cogerentur pullos: Nouimus enim, verno tēpore quando plenis humore pascua redundant herbis, ipso herbarum pastu tribus prædictis pleraque satisfacere animantia, succosâ ipsâ herbâ ad instar panis madefacti, quem suppam vulgò nuncupamus, pro pastu simul ac potu magna ex parte illis inseruiēre. Quapropter non probo, quod super hoc quod de Cerua hìc dicitur, relinquere quos in agro peperit pullos suos, quia nō erat herba, asserit Christophorus à Castro, id intelligendum de defectu duarū herbarum Ari, & Sesalis, quas Plinius lib. 8. c. 32. ait & ante partū Ceruas depasci, vt partum ipsum reddant faciliorem, & post partum ad imbuendum vbera primis succis lactis, vt sensus sit, Ceruam cùm herbas illas non inueniat, lactéque propterea careat, relinquere fœtū morti obiectū.

Christoph. à Castro. Plinius.

2 *Cerua amoris symbolum, & filiorum amantissima.* a Prou. 5. 19.

Efficacissimum sanè argumentum ex defectu Propheta sumit omnis herbæ, primū ex eo quod parienti contingit Ceruæ. Enimuerò Cerua amoris in Sacra Scriptura symbolū, iuxta illud [a] Prouerbiorum quinto, vbi pro eo quod in Vulgata legimus, *Cerua charissima*: in Hebraico textu habetur, *Cerua amorum*: erga filios suos præ animalibus cæteris amore ipso est propensior, tum ex innata eius teneritudine, tum ex eo quod vehemētissimis illos peperit doloribus: difficillimi enim Ceruas esse partus communi ferè consensu colligunt Doctores sacri, tum ex illo Psalmi 28. [b] *Vox Domini præparantis Ceruos.* Pro quo in sua versione ex Hebræo Hieronym. *Vox Domini obstetricans Ceruis*, prout & quinta editio μαιουμένης ἐλάφους. *Obstetricantis Ceruas*, seu *Ceruis*, & Aquila, ὠδίνοντος ἐλάφους. *Parturire facientis Ceruas:* quòd tonitrui vehementiā ad facilius emittendos fœtus iuuētur; Tum ex eo quod in c. 39. libri Iob ait Dominus, [c] *Vel parturientes Ceruas obseruasti? Dinumerasti menses conceptus earum; & fecisti partus earum? Incuruantur ad fœtum, & pariunt: & rugitus emittunt.* Quæ postrema verba Origenes homil. 3. in Cant. post dimidium ita refert. *Dolores autem eorum soluisti: aut nutristi eorum natos, aut sine doloribus partus eorum emittes?* A Cerua igitur filiorum suorum amantissima, Sic Propheta arguit. Si Cerua pullos ipsos suos, quos summo cum dolore in agro à se progenitos vehementissimo amore prosequitur, ob id tamen quòd in Iudææ regione præ ingenti siccitate herbam non reperiat, quâ & sitis, & lactis mitiget ariditatem, ne suis eos perire videat oculis, abiens morti relinquit expositos: Quid reliqua facient animantia?

Cerua est difficillimi partus. b Psal. 28. 9. c Iob. 39. 2. Origen.

3 *...ruis maxi... pullorum ...rum cura.* ...ob. 39. 4. ...nica. ...n. Lorina.

Contra hæc tamen videntur facere quæ in præcitato cap. 39. libri Iob post relata, item de Ceruis, immediatè sic habentur, [d] *Separantur filij earum, & pergunt ad pastum: egrediuntur, & non reuertuntur ad eas.* Quæ Didacus à Stunica in suis super eum locum Comment. & Ioannes Lorina super præcitatum locum Psal. 28. intelligunt, vt significetur per ea, ipsum Ceruarum fœtū perfectam edi, qui statim ad pastum pergat, nec reuertatur ad matrem. At meliùs, vetiusque eadem exponit D. Thom. super Iob, de eo quod in Ceruarum contingit filiis post ablactationem, quæ citò fit. Quo sensu ei quod hìc dicitur minimè sunt contraria. Tantum enim abest: vt fœtus illico natus à matre separetur ad pastum: vt & iuxta phisiologos Ceruis natura quatuor dederit vbera ob magnam pullorum earum lactis copiæ necessitatem, dicente Aristot. lib. 6. de historia animal. c. 29. *Hinnulorum celere esse incrementum:* Et mater nullatenus istam fieri sinat à se filiorum suorum separationem, ni & erudierit priùs, dicente eodem Aristot. & Plinio lib. 8. cap. 32. *Editos partus exercent cursu, & fugam meditari docent: ad prærupta ducunt, saltumque demonstrant.*

D. Thom. *Ceruis cur natura quatuor dederit vbera.* Aristot. Plinius.

Verf. 5.] Nam & Cerua in agro peperit, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

Anima quæ, cùm vitæ spirituali indulgeret, [e] Ceruam amoris, & charitatis exhibere se satagebat Deo, ad illum perennē inhians fontem aquæ viuæ, [f] sicut Ceruus desiderat ad fontes aquarum: [g] perfectisque ab illo eius pedibus quasi Ceruorum, viam mandatorum ipsius currens: & suo quem ex cælesti gratia habebat spiritu, vitiorum quorumcumque venenatos interimens Serpentes, in agro studij ipsius vitæ spiritualis peperit, quæ spiritus essent & proposita, & desideria sancta, & insignium virtutum habitus; Vbi ex Prælati negligentia, atque ex agricolarum socordia, ac ineptitudine & pluuia (vt mox dicebatur) deficit eruditionis diuinorum, & terræ ac diæcesis cultus: non solùm ob id quòd aquâ destituta esset cælestis gratiæ, sed & ob id quòd nihil reperire potuerit enatæ ex Sacræ doctrinæ aquarum humore herbæ spiritualis alicuius moniti, è cuius vel modico succo suæ vel tantillū satisfacere valeret ariditati, tenerū id quod pepererat reliquit.

4 *Anima spiritualis cōparata Ceruæ parturienti in agro.* e Prou. 5. 19. f Psal. 42. 2. g Ps. 17. 34.

Ex defectu pluuiæ verbi Dei & spirituales quoque desistunt à cœpto bono.

An non frequenter & id pariter quàm maximè deplorādum obseruare est in diæcesi Prælati improbi, per quem ea eueniunt siccitatis, quæ huc usque sumus prosecuti: vt spiritualis aliquis in plebe reperiatur idiota, proximorū salutem sitiēs non minùs quàm Ceruus decurrentiū aquarum fontes, suoque instar Cerui habitu, & spiritu Serpentes extrahens, & consumens venenatos vel hæresi, vel sceleribus impios: qui nulli parcens labori instar Ceruæ celerrimè in Dei, atque proximi curtat ministerium, & in ipso aliàs fertili Ecclesiæ agro pariat bona, sanctaque instituēdo vel Oratoria, vel Confraternitates, vel hospitalia, vel Collegia, aut quid istorum simile. Et nihilominus ab iis desistere cogitur, quia ex defectu Prælati, & spiritualium agricolarum incuria, pluuia non est verbi Dei, nec quidquam in Ecclesiastico agro exurgentis est herbæ, & monitionis diuinarum rerum, è quarū succo vel aliquantulùm suo prospiceret lacti, quo teneros nutriret natos, per id exiguum quod ipse ex aliorum monitis decerperet. Quin etiam sæpe quos magnis peperit doloribus ad internam Dei inspirationem, & vocem; ita vt propterea & de ipso id dicendū esset, [h] *Vox Domini præparantis*, seu, *cum dolore parturire facientis Ceruos:* in aperto, omnibusque periculis patenti agro relinquere cogitur ob pascuorū defectum, quia herba non est, nullo ad Eleemosynas faciendas, atque ad necessaria subministranda populum per Euangelij prædicationem excitante.

5 *Ex Prælati improbi incuria in procuranda pluuia verbi Dei, fit, vt & si quis idiota spiritualis aliquod bonum opus instituit ab illo desistat.*

h Psal. 28. 9. *Institutores operum bonorum desistere coguntur ob penuriā verbi Dei, & eleemosynarum.*

VVLGATÆ.

Verſ.5.] Nam & Cerua in agro,&c.

SEPTVAGINTA.

5. Καὶ ἔλαφοι ἐν ἀγρῷ ἔτεκον. καὶ ἐγκατέλιπον, ὅτι οὐκ ἦν βοτάνη.

Verſ.5.]Et Ceruæ in agro pepererunt,& reliquerunt;quia non erat herba.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Quoniam etiam Cerua in agro peperit,& reliquit; quia non erant germina herbæ.*

Verſ.5.(*Nam & Cerua in agro,&c.*)

Hieron. Hieronymus.*Grandis ſterilitas, quando & Ceruæ in agro pariunt,& relinquunt fœtus ſuos, quia non ſit herba,vel fœnum, vt quæ odore narium Serpentes extrahunt de cauernis,& venenata interficiunt animantia,cibo gratiæ non vtantur.*

Io.Chryſoſt. *Cur & brutis animantibus ieiunium in Niniue mandatum fuerit.* a Ionæ 3.7. Ioan.Chryſoſtomus homil.3.ad pop.Antioch. de Detractione citans hunc locum hæc habet digna quæ hîc deſcribamus. [a] *Sicut diuite aliquo mortuo non ſeruos ſolos, & ancillas,ſed & equos neceſſarij ſacco amicientes, & agaſonibus tradentes ad ſepulchrum ſequi iubent, calamitatis magnitudinem oſtentantes, & omnes ad miſericordiam allicientes. Sic & in ciuitate Niniue mori periclitante, & brutam naturam ſacco circumtexerunt, & ieiunij iugo ſubiecêre.Non licet brutis ſermone Dei iram diſcere,diſcant fame,quod à Deo infligitur plaga. Etenim ſi diruetur ciuitas,non tantùm hominum inhabitantium, Sed & brutorum vna eſſet communis ſepultura: Pœnæ igitur partem habere debentia,& ieiunij partem capiant. Et* *Propheta ex brutorũ animantiũ morte vim ſuadere ſolent orationi.* *Propheta cùm flagellum aliquod intolerabile de cælis ferri viderint, poſtea puniendos ſine fiducia eſſe confuſione plenos,neque veniâ,neque excuſatione vlla dignos, nec habeant quid faciant, nec vnde condemnatis præbeant patrocinium,ad bruta confugiunt, & illorũ mortem deplorantes,ex his ſupplicationem faciunt, & miſerabilem, & luctuoſam ipſorum perditionẽ proponentes.Cùm fames olim Iudæam comprehendiſſet,& multa regionem ſiccitas cohiberet, & omnia conſumerẽtur, hic quidam Prophetarum dicebat,*[b] *Reſilierunt iuuencæ ad præſepia ſua, fluerunt armenta boum, quoniam non erant paſcua: Omnia iumenta terræ reſpexerunt ad te,quoniam exſiccatæ ſunt emiſſiones aquarum: Ille verò ex ſiccitate mala lugens,rurſus ſic ait, (Cerui in* b Ioel. 1. 17. iuxt.Sept.

A *agro pepererunt, & dereliquerunt, quoniam non erat herba.Onagri in pratis ſubſtiterunt,attraxerunt ventum ſicut Draco, defecerunt ipſorum oculi, quoniam non erat fœnum.)*

2 Greg.PP. *Doctores Eccleſiæ comparati Ceruis.* c Iob.39.1. Gregorius Papa lib.31. Moral.cap.16. in illud Iob.39.[c] *Aut parturientes Ceruas obſeruaſti.Per Ieremiam,ait,de doctoribus genitos filios incautè deſerentibus dicitur, (Cerua in agro peperit, & reliquit.) Ipſi enim more Ceruarum interemptis vitiis,quaſi extinctis Serpentibus viuunt, & de ipſa extinctione vitiorũ ad fontẽ vitæ acriùs inardeſcunt.Vnde Pſalmiſta ait,*[d] *Sicut deſiderat Ceruus ad fontes aquarum, ita deſiderat* d Pſal. 41.2. B *anima mea ad te Deus:Ipſi etiam dum labentia huius temporis momẽta,quaſi quædã flumina tranſeunt compatientes charitate onera ſua ſibi inuicem ſuperponunt: quia cautâ obſeruatione cuſtodiunt id quod ſcriptum eſt,*[e] *Inuicem onera veſtra portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti.*Faciunt autem & pro noſtro hoc Ieremiæ loco quæ idem Gregorius circa prææallata verba libri Iob, & ad Ceruarum dolores partus ſpectantia ait ad finem cap. 19. citati libri, & in principio cap.20. *Parturientes Ceruas obſeruare eſt, illos labores patrum,qui ſpiritales filios generant,cautâ conſideratione penſare. Perpaucorum enim eſt penſare quis labor ſit in prædicationibus Patrum: quantis do-* C *loribus quaſi quibuſdam conatibus animas in fide, & conuerſatione parturiunt: quam cautâ ſe obſeruatione circumſpiciunt:vt ſint fortes in præceptis, compatientes in infirmitatibus,in minis terribiles,in exhortationibus blandi, in oſtendendo magiſterio humiles, in rerum temporalium contemptu dominantes,in tolerandis aduerſitatibus rigidi, & tamen dum vires ſuas ſibimet non tribuunt infirmi; quantus ſit eis dolor de cadentibus;quantus ſit de ſtantibus timor;quo feruore alia adipiſci appetunt:quo pauore alia adepta conſeruant. Nil verò obſtat quod verba Deus de doctoribus faciens, non Ceruorum, ſed Ceruarum eos ſpecie deſignat:quia* D *nimirum illi verè doctores ſunt, qui cùm per vigorem diſciplinæ patres ſint, per pietatis viſcera eſſe matres nouerunt. Qui labores ſanctæ conceptionis tolerant, & proferendo Deo filios intra vterum charitatis portant. In edenda enim prole ampliùs matres laborant, quæ creſcentem intra vterum conceptionem longo menſium tempore ſuſtinent: & quæ ex vtero procedentem non ſine magnis doloribus deponunt.* Vide in eumdem textum ibidem plura in hanc materiam, & confirmationem parientium Ceruarum, atque doctorum.

e Gal.6.2. *Doctorũ Eccleſiæ dolores quanti in partu filiorũ ſpiritualium* *Doctores Eccleſiæ comparati Ceruis fœminis,qui & matres ſunt.*

Rupert.Abb. *Eccleſia Patriarcharum Cerua quæ reliquit Iudaicum populum ſuum.* Rupertus Abbas lib.1.in Ieremiam c.10. *Quæ* E *vel qualis Cerua reliquit in agro quod peperit, quia non erat herba, niſi fidelis Patriarcharum Eccleſia, quæ peperit ſecundum carnem, ſed reliquit populum iſtum,quia non eſt ſcientia?*

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΚΑὶ ἔλαφοι ἐν ἀγρῷ ἔτεκον.

τοῦ Χρυσοστόμου.] τίνος ἕνεκεν τὰ ἄλογα κολάζεται; διὰ τοὺς ἀνθρώπους, εἰς διόρθωσιν τούτων, ἐπειδὴ καὶ δι' αὐτοὺς γέγονεν.

Θεοδωρήτου.] ἐν ἀγρῷ φησὶν ἔτεκον ἔλαφοι, τῶν ὀρῶν καταβᾶσαι πρὸς ζήτησιν ὕδατος. οὐ δὴ μὴ τυχοῦσαι, καὶ ἤμβλωσαν. ἀπέλιπον δὲ τὰ ἔκγονα, εἰ καὶ ζῶντα τύχοι δι' ἔνδειαν. ἀλλ' οὐδ' αὖ εἰς πεδιάδα καταβαίνειν ἐτόλμων ἐκ δειλίας εἰ μὴ τὴν

E Verſ. 5. ET *Ceruæ in agro pepererunt,&c.)*

3 Chryſoſt. *Bruta puniuntur in hominũ improborum pœnam.* Chryſoſtomi.] *Quam ob cauſam bruta quoque puniuntur? vt homines corrigantur,nam & propter illos facta ſunt.*

Theodorit. *Siccitas maxima deſcripta repræſentatione deficientium præ illa Ceruarũ & Onagrorũ.* Theodoriti.] *In agro,inquit,pepererunt Ceruæ,è montibus profectæ ad inquirendam aquam, quam cùm non inueniſſent,fecerunt abortum;reliquerunt verò fœtus,fortè etiam viuos, præ inopia. Sed in campos deſcendere non auderent,cùm timida*

τὴν || ἐρήμην τεθέαν). φησὶ δὲ αὐτὰς, καὶ διὰ δειλίαν ἀπολιπεῖν, ἃ τίκτουσιν.

|| ἐρημικὴν.

|| Θεοδωρήτου.] ἡ ἔλαφος πρὸς τὸ || κρεῖττον ἰσχυρεύει τῆς ἐκ τῶν ἰοβόλων βλάβης, καὶ τὸ τῆς ἐχίδνης βρῶμα λέγεται καθάρσιον ἔχειν. εἰκὼν δὲ τὰ ἰοβόλα τῶν ἀντικειμένων δυνάμεων, τοῦ κυρίου φήσαντος, δέδωκα ὑμῖν ἐξουσίαν πατεῖν ἐπάνω ὄφεων, καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ. καὶ τοῦ ψαλμῳδοῦ πρὸς τὸν δίκαιον λέγοντος, ἐπὶ ἀσπίδα, καὶ βασιλίσκον ἐπιβήσῃ, καὶ καταπατήσεις λέοντα καὶ δράκοντα. οὐκοῦν ἀνάγκη τὴν τοῖς ἰοβόλοις ἔλαφον ἀντικειμένην, κρείττονος ἐν ταῖς γραφαῖς ὑπάρχειν εἰκόνος. ὄρη γάρ φησι τὰ ὑψηλὰ ταῖς ἐλάφοις. καὶ ὃν τρόπον ἐπιποθεῖ ἡ ἔλαφος ἐπὶ τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων. πᾶς οὖν εὐσεβὴς τὴν ἐν ὑψηλοῖς ἔχειν διατριβὴν κατασκοπῶν, διώκων ἐπὶ τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως, ἐπί τε ποτίμους || ἀνατρέχουσα πηγὰς τῶν δογμάτων, τὰ θεῖα || ζητοῦντες. || [καὶ ἐγκατέλιπον ὅτι οὐκ ἦν βοτάνη.]

|| ἰσχυρότερον.

|| ἐν. ἀνατρέχων.
|| ἐπιζητῶν.

Ὀλυμπιοδώρου.] οὐ γὰρ ἦσαν οἱ ἀκούοντες. τροφὴ γὰρ τῶν ἁγίων οἱ αὐτῶν μαθηταί.

A *deserta essent, nisi solitudinem vidissent. Ait quoque ipsas præ timore relinquere quæ pepererunt.*

Theodoriti.] *Ceruus non solùm à venenatis non læditur, sed etiam viperæ esu dicitur aluum purgare. Venenata porrò contrariarum potestatum sunt imagines, dicente Domino,* [a] *Dedi vobis potestatem calcandi super Serpentes, & Scorpiones, & super omnem virtutem inimici. Et Psalmista ad iustum dicente,* [b] *Super Aspidem, &* B *Basiliscum ascendes, & conculcabis Leonem, & Draconem. Necesse itaque est, Ceruum venenatis contrariũ in Scripturis in meliorem partem sumi, Montes enim ait,* [c] *excelsi Ceruis,* [d] *& quemadmodum desiderat Ceruus ad fontes aquarum, Quisque igitur pius in excelsis degere cogitans, & tendens ad brauium supernæ vocationis, atque ad fontes dogmatum potabiles accurrens, & diuina quærens,* ||

Et reliquerunt, quia non erat herba.

Olympiodori.] *Nec enim erant auditores:* C *Etenim cibus sanctorum discipuli sunt.*

Theodorit. *Ceruus viperæ esu aluum purgat.* *Ceruorũ metaphorà designati iusti quique infernalibus Serpentibus aduersi.*

a Luc.10 19.
b Psal.90.13.
c Psal.103 18
d Psal. 41. 2.

Olympiod. *Cibus sanctorum sunt discipuli.*

Vers.6.] Et Onagri steterunt in rupibus, traxerunt ventum quasi Dracones, defecerunt oculi eorũ, quia non erat herba.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

e Et Onagri steterunt in rupibus, (seu in ripis traxerunt ventũ quasi Dracones, defecerũt oculi eorum, quia non erat herba.

QVin [e] *& Onagri quoque animalia & ipsi æstus, sitisque impatientissima, cursusque in desertis celerrimi, cùm vel ingenti sedulitate suâ nil in tanta siccitate reperire poterunt aquæ, præ vehementissima sitis ariditate, quam nec modico repertæ virentis herbæ mitigare valebunt succo, instar Draconum, quos India gignit, & Æthiopia calidissimos, adeòque & frigidi maximè appetẽtes: proque æstu ipso, præsertim cùm siti anguntur, frequenti aëris attractione, & respiratione stridulos emittentes sibilos; In rupibus, inque præruptis montibus deficientibus præ tantillæ herbæ desiderio oculis, atque etiam in desiccatorum torrentium ripis, præ exiguæ appetitu aquæ immoti ad rugiendum stabunt, iam & certiores facti quòd nec aquam reperturi essent, nec herbam; nec vires ferè habentes, quibus iuxta innatam naturam huc illucque discurrerent.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

ET Onagri steterunt, &c.) En exemplum alterum, siue summæ siccitatis alterum argumentum ex eo desumptum, quod syluestri item animali tunc contigit Onagro sitis pariter impatientissimo, quem propterea Græci appellant καύξηρον καὶ δίψωδες, aridum, seu exustum, & sitibundum, vt notat Glycas parte primâ Annalium. Circa quæ multa hîc dicenda forent, & quoad Onagri nomen, naturamque: & quo ad phrasim trahendi ventum, nisi pluribus ea à nobis supra pertractata fuissent vers. 24. capitis secundi, vbi Iudaicus populus eidem assimilabatur Onagro, & dicebatur, [f] *Onager assuetus in solitudine, in desiderio animæ suæ attraxit ventum amoris sui*, &c. Quò lectorem mittimus, præsertim cùm ibi & præsentem tetigerimus sententiam. Sanè enim ad amborum intelligentiam

1
Onager animal exustum, & sitibundũ.

f Iere. 2. 24.

mutuo sese iuuant duo ista eiusdem Prophetæ loca. Nam quod ibi dicebatur, *In desiderio animæ suæ attraxit ventum amoris sui*, id est, cùm quapiam commoneri se sentit desiderij passione eorum præsertim, ad quæ maximè affici solet, frequentissimâ aëris attractione, & respiratione ad ea anhelans rudit. Idipsum & hîc significatur per hæc, (*Traxerunt ventum, defecerunt oculi eorum, quia non erat herba:*) nisi quòd per postrema hæc ver- D ba, (*Quia non erat herba*) specialis assignatur ratio, cur ipsi Onagri frequentissimâ aëris attractione, & respiratione rudierint, quia scilicet præ vehementissima siti maximâ desiderij passione ad aquam anhelabant. Per figuram enim Metalepsim, quâ ab eo quod sequitur exprimitur id quod præcedit, transumptionem Latinè dictam, herba posita est pro aqua & pluuia quam sequitur, & propter quam è terra enascitur. Est autem Sacræ Scripturæ phrasis, vt per deficere alicuius oculos vehemens illius designetur desiderium, pro cuius nimirum vehementia oculi, animaque E ipsa langueat, sic Dauid Psal.68.8 *Defecerunt oculi mei dum spero in Deum meum:* & Psal.118.[h] *Defecerunt oculi mei in eloquium tuum.* Et, [i] *Oculi mei defecerunt in salutare tuum:* quod alibi animæ tribuerat, dicens, [k] *Defecit in salutare tuum anima mea.* Sic & Ieremias noster in Threnis, [l] *Cùm adhuc,* inquit, *subsisteremus, defecerunt oculi nostri ad auxilium nostrum vanum.*

Ventũ trahere significat frequentẽ respirationẽ, & anhelantem ruditum.

Deficere oculos alicuius significat vehementissimũ illius desiderium.

g Psal. 68.4.
h Psf.118.82.
i Psal.118.123.
k Psf.118 21.
l Thre.4 17.

Superest igitur vt aliquid circa allatam dumtaxat dicamus similitudinem Draconum, (*Traxerunt ventum quasi Dracones.*) Pro cuius explicatione sciendum, duplex in Sacris literis Dra- F conum reperiri genus, alterum aquatile, ingentium videlicet piscium, & Cetorum: de quo in Psalmo 103. [m] *Draco iste, quem formasti, ad illudendum ei:* in mari scilicet, de quo tunc agebatur: Terrestre alterum, Serpentium nimirum, & Colubrorum magnorum, de quibus hoc loco fit sermo, sicut & supra cap.9. [n] *Dabo Ierusalem in aceruos arenæ, & cubilia Draconum:* & c.10.[o] *Vt ponat ciuitates Iuda in solitudinem, & habitaculum Draconum.* Cæterùm quãuis multi multa de hoc Draconum genere dicant, Ea tantùm quæ ad

2
Draconum Duo genera, aquatile, & terrestre.

m Psal. 103. 26.
n Iere. 9.11.
o Iet.10. 22.
Dracones terrestres natura sunt maximè adustæ, adeòque & frigidi liquoris amantes.

rem nostram faciant adnoto, & quòd Serpentes ij qui propriè Dracones nuncupantur, in calidissimis reperiuntur regionibus India, & Æthiopia, vt asserit Plinius lib. 8. cap. 12. & 13. vbi de illis agit: & quòd ob internum æstum sint frigidi maximè appetentes, Vnde Solinus cap. 28. *Dracones ait, esse valde appetentes frigidi sanguinis Elephantorum, ob id æstu torrente præcipuè à Draconibus experi.* Et demum quòd pro æstu ipso maximè cùm siti anguntur, frequenti aëris attractione & respiratione stridentes emittunt sibilos: quod significare visus est Michæas Propheta, cùm diceret, [a] *Faciam planctum velut Draconum:* Super quæ Theodoritus ait. *Quia solitæ sunt cum cantu quodam præficæ lugere, & more Draconum sibilantium ex æstuante corde emittere anhelitum, & violentiâ quadam hunc edere, posuit dictas similitudines, luctus, sc. quasi Struthionum, & planctus velut Draconum.* Ex quibus colligere est, in quo vis sita sit eius quam præ manibus habemus similitudinis Onagri præ vehementia sitis ex defectu aquæ frequẽti aëris attractione, & respiratione cum rudito ad eam quam desiderat anhelãtis, cum ipsis Draconibus, quorum & præ interna adustione similis est & aëris attractio, ac respiratio, ad simile item desiderium cum stridenti anhelantium sibilo.

Plinius. Solinus. a Mich. 1.8. Theodorit.

3 Siccitatis magna exaggeratio.

Quòd autem istiusmodi hoc loco significetur Onagri ob maximam siccitatem ruditus cum frequenti aëris attractione, & respiratione anhelantis ad herbam, aut aquam, cuius vehementi afficitur appetitu ex eo pariter colligere est, quod in contrarium dictum de eo reperitur, [b] *Numquid rugiet Onager, cùm habuerit herbam?* Habetque magnam vim, quod in principio istius sententiæ est verbum, (*Steterunt*) & quòd Onagri ipsi in rupibus stetisse dicuntur, quando sic rugierunt, quia non erat herba. (*Et Onagri steterunt in rupibus, traxerunt ventum*, &c.) Præ ingenti namque sitis ariditate, quam vel exiguo virentis herbæ mitigare nequibant succo; qui alioquin celerrimi essent cursus, ita vt supra citato loco capitis secundi, [c] neminem assequi illos posse currentes dictum sit: quique liberrimi essent in vagando, ita vt à nullo possent detineri: & maximè seduli in perquirendis herbarum pascuis, per montes circumuagantes, iuxta illud Domini in libro Iob. [d] *Quis dimisit Onagrum liberum, & vincula eius quis soluit? Cui dedi in solitudine domum, & tabernacula eius in terra salsuginis*, id est in deserto. *Contemnit multitudinem ciuitatis, & clamorem exactionis non audit. Circumspicit montes pascuæ suæ, & virentia quæque perquirit.* In rupibus nihilominus, & præruptis montibus, deficientibus præ tantillæ herbæ desiderio oculis, immoti ad rugiendum steterunt, iam & certiores facti, quòd pro ingenti siccitate nec aquam reperturi essent, nec herbam, nec vires iam planè habentes, quibus iuxta naturam suam huc illucque discurrerent. Hæc sunt quæ circa hunc ipse dixerim locum.

b Iob. 6.5. c Iere. 2. 24. d Iob. 39. 5.

4 Venti attractione pro aqua vti solitos siccitatis tempore & Onagros, & Dracones.

Communiori tamen expositorum sententiâ hîc significatur, Onagros, cùm in vallibus aquam non inuenissent, quâ sitim extinguerent, in montes ascendisse, editioraque loca, quæ magis solent esse ventosa, vt pro aqua ventum haurirent sicut Dracones, qui pro aqua venti respiratione vti dicuntur; defecisse autem eorum oculos, præ macie nimirum depressos ob herbæ, & pascuorum penuriam. Ita vt duo attingantur, quæ Onagri siccitatis tempore pati solent mala, sitis atque famis; præ inædia enim caligari, debilitari, & deficere oculos ex eo probant, quod primo Regum legimus illuminatos [e] Ionathæ oculos vt primũ mellis recreatus est gustu. Andreas Cappella arbitratur, Onagrorũ potissimùm hîc afferri exemplum, quòd ij maximè sitim ferre solent, vt argumentum ad probandam vim ingentis illius siccitatis sit efficacius. Quod ita explicat Hug. Card. *Tangitur*, inquiens, *in hoc angustia tribulationis Iudæorum, quasi cùm hæc animalia, quæ maximè sine potu viuunt, ita præ sitis magnitudine attrahant vẽtum, multò fortius tunc cætera animalia non poterunt viuere.* Stetisse autem Onagros dici in rupibus, ait idem Hugo, ne caperentur à venatoribus: & eorumdem defecisse oculos præ dolore, & turbatione. Addit Cappella, & in quærendis pascuis ipsos defecisse, quod ante ipsum asseruit & Vatablus. *Ferunt*, inquit Isidorus Clarius in Scholiis super hunc locum, *Onagri famem, ac sitim multo tempore, amant solitudinem, sed tamen longioris impatientes sitis, ac famis circumspiciunt vbi gramen, vel herba sit, & magno desiderio in excelso loco aërem trahunt celeri attractu, sicut Dracones solent, quorum est vehementissima spiratio, & sorbitio. Sed deficiunt oculi intentè videntes & nihil inuenientes: Vel potiùs præ debilitate ex inedia contracta, sicut de Ionatha legitur famelico, hebetatur oculorum acies.*

e 1. Reg. 14. 27. Andr. Capp. Onagri maximè sitim ferunt secundum aliquos. Vatabl. Isid. Clar.

5 Lectionum varietas.

Quoad lectionum varietatem notandum, In correctioribus versionis Sept. Codicibus Vaticano, Aldino, & alijs non legi. (*Quasi Dracones*) sed sine similitudine rem narrari Onagrorum. Quæ tamen & apud Theodoritum reperitur, & in Codicibus habetur Complutẽsi, ac Regio, In eadem versione, pro (*steterunt in rupibus*) est, (*Steterunt ἐπὶ νάπαις;*) νάπη, napi autem non solùm rupem significat, sed & saltum, & cliuum montis saltuosum, & vallem. Vnde non est quòd quis admiretur, si apud Ioannem Chrysostomum relatum in Appendice, pro (*in rupibus*) leget, (*In pratis.*)

In Hebraica Lectione Nota primò: pro (*In rupibus*) esse על־שפים *ngal scephaim* cum puncto ad latus dextrum primæ literæ ש *scin*, de qua dictione diximus aliàs sæpe, & propriè significat, (*Super excelsa*) super loca nimirum edita, quod nõ alienum à nostra est Vulgata. Cæterùm plerique eamdem lectionem legentes ngal sephaim cum puncto ad sinistrum latus eius primæ literæ, (*Super ripas*) vertẽda hæc arbitrati sunt. Sicque legisse visus est Chaldaicæ Paraphrasis auctor, (*Super torrentes*) hæc interpretans. Et R. Salomon exponens, (*Super riuos aquarũ,*) Notatque Nicol. de Lyra, in Hebræo esse, (*In ripis,*) f. fluuiorũ, & torrentium desicatorũ, vt ipse exponit, & Andr. Cappel. (*Iuxta torrentes,*) Hebraica enim vox שפה *saphah*, ripam, oram, Situsque significat. (*In rupibus:*) ergo iuxta torrentes intelligere oportet. Quæ certè lectio confirmat quod dicebamus in sensu à nobis primo allato, de siti potissimũ, aquarumque appetitu hîc agi Onagrorum, sicut & in præcedenti vers. Ceruorũ. Nota secundò, benè quidẽ, & à Sept. & à nostro Interprete Hebraicum verbum... שאפו *sciaaphu*, redditum, (*Traxerunt ventum.*) Sed & benè pariter Regiam reddidisse, (*Sorbuerunt ventum*) & Vatablum, (*Ventum haurientes.*) Omnia enim hæc id significat.

Vers. 6.] Et Onagri steterũt in rupibus, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

6 Religiosi quàm congruè appellati sint Onagri.

ONagri metaphorâ præclarè designatũ peccatorem probatũ est expositione secunda

verf.

verſ.14. cap. 2. Nunc verò, vt & moraliter conſona hæc ſint iis, quæ mox dicta fuere in explicationem damnorum, quæ Eccleſiæ ex ſiccitate proueniunt diuini verbi propter Prælatorum ignorantiam, ſpiritualiumque agricolarum ſegnitiem, per eoſdem Onagros æquum eſt vt ſignificatos dicamus Religioſos, quorum non minima prædictorum eſt pars damnorum in Eccleſia Dei. Nec incongrua iſta eſt Onagrorum hîc allata metaphora, cum & nomen Religioſo competat, & natura in multis eidem congruat Onagri. Enimuerò quod Onagri ſonat vocabulum aſinus Syluester eſt. Et quidem aſinum non dubitarunt plerique Sanctorum Religioſorum ſuum nuncupare corpus, & propter aſininos concupiſcentiæ motus: & quia ad religionis onera ferenda paratum id ſemper eſſe debeat.[a] Sed & aſinam ſuper quam in Palmarum proceſſione ſediſſe Dominum legimus in Euangelio; quemlibet religioſum eſſe aſſerit Bernardus ſerm. 1. Dom.in Ramis Palmarum. *Iumentum*, inquiens, *cui inſidet Chriſtus, nonne vos eſtis, iuxta præceptum Apoſtoli,* [b] *glorificantes, & portantes Deum in corporibus veſtris.* Et exinde pariter quòd Sylueſtres quodammodo ſunt, à mundi diuitiis, conuerſationibus, voluptatibus, negociis, pompiſque & honoribus ſegregati, aſinos iniurioſo ſecundùm eos, ſed glorioſo ſecundùm Deum titulo, aſinoſque ſylueſtres illos numcupant homines mundo addicti, iique in primis qui politici ob humanam, politiceſque ſapientiam dicuntur. Quòd ſi & ea in quibus cum Onagrorum natura iidem congruunt religioſi, noſſe quis velit, legat quæ Dominus Sancto Iob dixit cap.39.à verſ. 5.[c] *Quis dimiſit Onagrum liberum*, &c. vſque ad verſ.nonum excluſiuè, & ſuper ea Gregorium Papam lib. 31. Moralium à capite (vt in meo codice eſt) 23. vbi peregregiè iſtam pertractans materiam, ſingulas enumeratas Onagri proprietates viris aptat cōtemplatiuis: quodque ille de ſolitudine mentis dumtaxat interpretatur, Tu facili negocio & ad externam quoque clauſtri referes Religioſorum ſolitudinem. Vide, ſi lubeat, & Ioannis Pinedæ Commentarios in eum locum libri Iob, vnde & non pauca colliges ad præſens argumentum.

a Matth.21. 5.
Bernard.
b 1. Cor. 6. 20.
c Iob.39. 5.
Greg.PP.

7 Spirituales iſti Onagri & Religioſi in tanta Eccleſiæ verbi Dei, & Sacræ lectionis ſiccitate, quæ hîc deſcribitur, ſteriſſe quidem dicuntur (*in rupibus*, ſeu *in riuis aquarum*, aut *in torrentibus*,) prout ex Hebræo legere interpretum aliquos vidimus: Quia immoti quidem perſtiterunt in clauſtris, quæ & rupes rectè dicuntur propter illa, quæ in eis ſunt ardua: & riui nuncupantur aquarum propter facilitatem quā diuinarum gratiarum hauriri in iis poſſunt aquæ: quin & propter Sacræ lectionis commoditatem torrētes quoque aſſeruntur. Cæterùm cùm ob Prælatorum, ſpiritualiumque agricolarum defectum, communis omnia in Diœceſi aliqua occupat verbi Dei, diuinæque gratiæ ſiccitas, participes & ipſi illius facti, iam infernalibus, quod valde horrendum eſt, ſimiles dicuntur eſſe Draconibus. (*Traxerunt ventum*, ait *Propheta, quaſi Dracones:*) Inſtar enim peſſimorum quorumcumque ſæcularium, qui infernali concupiſcentiæ æſtu Dracones in mundi huius ruinis habitantes ad terrenas hianti ore anhelant illecebras, ad carnales ſibilant voluptates, præque mundanorum deſiderio vehementiſſimo impetu toti in eo ſunt, vt ſuæ ſatisfaciant quoquo modo poſſunt, ſiti ſenſibilium, & carnalium voluptatum: Id enim propriè eſt (*Trahere ventum*, & *deficere oculos*) vt in litera expoſuimus. Quamquam & illud quoque non alienum à re de qua agimus, ſit, ſi & ſimpliciter prout ſonant, eadem ſumpſerimus: neque aliud mundana cuncta ſunt, quàm inflatus ſuperbiæ ventus, & ventus vaniſſimus, qui ſic citò pertranſeat, vt nec vel tantillum retinere eum quis valeat, iuxta illud Oſeæ, [d] *Ephraim*, id eſt delicioſus *paſcit ventum, & ſequitur æſtum.*

Religioſi in quanta mala decidunt in penuria aquarum diuinæ gratiæ, & verbi Dei.

Religioſi praui in maximum ſui damnū ventoſe implent.

d Oſeæ. 12. 1.

8 Ac ſicut qui multum materialis ore traxerit ventum, ſentire quidem aliquid ſibi videtur æſtus, ſitiſque ſuæ refrigerij, & voluptatis: eam tamen omnem mox in maximam conuerſam experitur ventris compreſſionem, inteſtinorumque in cholicos vehementiſſimos dolores, quibus mori neceſſe ſit, ni tractum emittat ventum. Et vix credibile eſt, inquiunt Medici, quot, & grauiſſimos in humano corpore morbos cauſet ventus. Multóque plures, crede mihi, & difficiliores in anima per ſpiritalem cauſantur ventum, de quo nunc loquimur. Porrò quòd & in talis venti attractione, proque carnalium, & terrenarum voluptatum vehementi libidine, & eiuſdem animæ deficiant oculi, mente illius obcæcatā, & ipſam & tandem per ſcelerum deficiat conſumptionem & mortem, teſtis eſt Apoſtolus Paulus in hunc modum eos alloquens. [e] *Sic ſtulti eſtis, vt cum ſpiritu cœperitis, nunc carne conſummemini?* Sed & ob id pariter iſtiuſmodi religioſorum oculi moraliter deficere dicuntur, quatenus ad ea ſua coniiciunt deſideria, ad quæ peruenire non valent: deficiuntque poſt illa & in illorum intuitu, quæ aſſequi nequeunt. Euenitque ipſis in pleriſque quæ concupiſcunt, quod Salomon de indebito diuitiarum appetitu ait.[f] *Ne erigas oculos tuos ad opes, quas non potes habere: quia facient ſibi pennas quaſi Aquilæ, & volabunt in cælum.* Eueniunt autem iſta omnia, quia & in clauſtris ipſis non ſolùm nihil eſt aquæ ſapientiæ in tanta Eccleſiæ illius ſiccitate, non ſolùm nulla eſt Sacra lectio, quā earum prouideretur ariditati ſpiritus: ſed nec quidquam vel ex humore lectionis regulæ, & conſtitutionum enatæ herbæ in monaſterio, nihil regularis obſeruantiæ, ex cuius quaſi vel modico herbæ ſucco infœlices illi aliquatenus ſuæ ſatisfacerent ariditati, & vehementi alicuius conſolationis ſiti.

Religioſo prauo quomodo deficere dicātur oculi in ſtudio mundanorum.

e Gal. 3.3.

f Prou.23.5.

Generaliùs hanc ſententiam Andreas Cappella morali ſic explicat ſenſu, vt per Onagros fortiſſimi quique intelligantur quos, niſi diuinum eis adfuerit auxilium, deficere neceſſe eſt: vt [g] *non glorietur Sapiens in Sapientia ſua, neque fortis in fortitudine ſua. Attrahere autem ventum eſt*, inquit, *naturæ viribus, vti, & humanā induſtriā quæ ſine gratia minimè ſufficiunt: iuxta illud Domini,* [h] *Sine me nihil poteſtis facere. Deficiunt oculi vbi non eſt herba, & fides langueſcit, vbi verbum Dei deficit, nam* [i] *fides per verbum Dei.*

Andr. Capp. *Gratia Dei neceſſaria, vel fortiſſimo cuique.*
g Iere.9 23.
h Ioan.15.5.
i Rom.10. 17.

VVLGATÆ.

Verſ. 6.] Et Onagri ſteterunt in rupibus; &c.

SEPTVAGINTA.

6. ὄναγροι ἔστησαν ἐπὶ νάπας, καὶ εἵλκυσαν ἄνεμον, ἐξέλιπον οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν, ὅτι οὐκ ἦν χόρτος ἀπὸ λαοῦ ἀδικίας.

Verſ. 6.] Onagri ſteterunt in rupibus, & traxerunt ventum: defecerunt oculi eorum; quia non erat fœnum.

APPENDIX EXPOSITIONVM
Ex antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Et Onagri steterunt super torrentes: biberunt ventum quasi Dracones; defecerunt oculi eorum, quia non erat herba.*

Vers. 6. (*Et Onagri*,&c.

Hieronym. *Verbi Dei siccitas in Ecclesia est quando sunt plures qui possunt discere, & nō sunt qui doceant.* a Iob. 39. 5.

Hieronymus. *Onagri quoque de quibus scriptum est Iob 39.* [a] *Quis dimisit in solitudine Onagrum liberum? plana, & campestria relinquentes stant in rupibus, & currere nequeunt, & attrahunt ventum in similitudinem Draconum: deficiuntque oculi eorum, & claram lucem cernere nequeunt rationabilibus subtractis cibis. Siccitas hæc sæpe accidit in Ecclesiis, quando Cerui, & Onagri inueniuntur in populis: & magistrorum penuriâ contabescunt. Sunt qui possunt discere, & non sunt qui possunt docere.*

Theodorit.

Theodoritus. *Huius siccitatis dolorem sensisse bestias, non mansuetas duntaxat, sed etiam agrestes ait. (Ceruæ pepererunt in agro, & reliquerunt, quia non erat herba. Asini agrestes steterunt in rupibus, & attraxerunt ventum more Draconis.) Quod etiam faciunt homines dum sitiunt, tenui ventorum aurâ refrigerantes calorem.*

2 Greg. PP. *Herba metaphorâ significata doctrina, & scientia. Iudæorum persecutio in Christũ prophetata in Onagri metaphora.* b Ioan. 19. 15.

Gregorius Papa lib. 29. Moralium cap. 18. *Herbam aliquando scientiam, atque doctrinam æternæ viriditatis accipimus, sicut per Ieremiam dicitur. (Onagri steterunt in rupibus, traxerunt ventos quasi Dracones, defecerunt oculi eorum, quia non erat herba.) Quo dicto superba, ac nequissima Iudæorum est persecutio prophetata. Ipsi quippe Onagri pro mentis elatione: ipsi Dracones pro virulenta cogitatione vocati sunt. (Qui steterunt in rupibus) quia non in Deo, sed in summis potestatibus huius mundi confisi sunt, dicentes:* [b] *Regem non habemus, nisi Cæsarem, (Traxerunt ventos quasi Dracones) qui spiritu elationis inflati superbiâ malitiosâ tumuerunt (Defecerunt oculi eorum) quia scilicet spes eorum ab eo quod intendebat, corruit. Qui temporalia diligens præstolari æterna neglexit, & terrena ideo quia Deo præposuit, amisit. Dixerunt enim,* [c] *Si dimittimus eum, sic venient Romani, & tollent locum nostrum, & gentem. Timuerunt ne locum non occiso Domino perderent, & tamen occiso perdiderunt. Sed cur ista miseris euenerint, subdit: (Quia non erat herba:) id est, quia eorum cordibus defuit æternitatis scientia, & nullo eos refecit pabulo viriditatis æternæ doctrina.*

c Ioan. 11. 48.

Malitiosi Draconibus assimilati.

Idem Gregorius lib. 20. Moral. cap. 28. *Quid Draconum nomine, nisi malitiosorum hominum vita signatur? De quibus & per Prophetam dicitur, (Traxerunt ventum quasi Dracones) Peruersi etenim quique ventum quasi Dracones trahunt, cùm malitiosâ superbiâ inflantur.*

3 Rup. Abbas. *Iudæi dicti Onagri, &c.* d Iob. 11. 12.

Rupertus Abbas lib. 1. in Ieremiam cap. 10. *Onagri, atque Onagrorum pulli hodie Iudæi sunt, nam & de illo populo sic mysticè loquitur alia scriptura,* [d] *Vir vanus in superbiam erigitur, & quasi pullum Onagri liberum se natũ putat. Stant isti Onagri in rupibus superbiæ suæ, maluntque siti, & fame perire, quàm domabili ceruice ad præsepia Christi venire, quàm humili spiritu ad caulas ouium Christi venire. (Trahunt ventum quasi Dracones,) calidi namque sunt vt Dracones, flammâ inuidiæ nimium ardentes, perinde quomodo Dracones in siti ventum trahunt, ad refrigerandum ardorem naturæ: sic isti verâ siti pereuntes, pro veris scientiæ aquis inanes fabulas, & ventosas ad consolandum inopiam suam trahunt genealogias. (Defecerunt oculi eorum quia non erat herba) id est, Excæcauit illos malitia eorum, quia* [e] *nescierunt Dei Sacramenta.*

e Sap. 2. 22.

D. Thom. f Iob. 39. 1. g Psal. 103. 11. h Ierem. 2. 24.

D. Thomas. *Ponit afflictionem syluestrium animalium, quantum ad Ceruos. (Nam & Cerua) quæ multùm circa custodiam filiorum sollicitatur* [f] *Iob. 39. Numquid nosti tempus partus Ibicum in petris, aut parturientes Ceruas obseruasti? & quantum ad Onagros. (Et Onagri) qui tamen diu sitim sustinent. Psal.* [g] *Expectabunt Onagri in siti sua (in rupibus) in quibus magis flat ventus, (traxerunt) in siti refrigerium (quasi Dracones) qui propter sitim ventum trahunt, supra 2.* [h] *Onager assuetus in solitudine, &c.*

CATENA VETERVM PATRVM
GRÆCORVM.

ΟΝΑΓΡΟΙ ἔστησαν ἐπὶ νάπας.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἰστέον, ὅτι τὰ ἐρημότερα οὗτοι νέμονται. τί ἐστιν, εἵλκυσαν ἄνεμον; τὸν ἀπὸ τοῦ δίψους παραμυθούμενοι καύσωνα. εἶδες ὀργὴν δεσπότου; εἶδες φιλανθρωπίαν ὁμοῦ μετὰ ὀργῆς; φείδεται τῶν παίδων, καὶ εἰς τοὺς δούλους τὴν ὀργὴν ἀφίησιν, ἵνα κἂν οὕτω σωφρονισθῶσιν.

fr. ἀνανεώσεως.

Θεοδωρήτου.] καὶ ὄναγροι δὲ πρὸς ὕψος ἀναπνοίας χάριν ἔδραμον, τὴν δίψαν δι' ὁλκῆς τινος παραμυθούμενοι πνεύματος. πενθεῖ δὲ καὶ νοητῶς Ἱερουσαλὴμ, μηδὲν εὐφροσύνης ἄξιον ἔχουσαν, δουλεύουσαν πολεμίοις νοητοῖς τε, καὶ αἰσθητοῖς.

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐστέναξαν ἐπὶ τοῖς ἀπολλυμένοις.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἅτε γὰρ ἀπρονόητα ὄντα ταῦτα τὰ ζῶα, αἰσθάνεται πρῶτα τοῦ λιμοῦ. καὶ οὐ λέγει τὰ ἥμερα ζῶα βοῦς καὶ πρόβατα, ἀλλὰ τὰ ἄγρια δεικνὺς τὴν ἐπίτασιν. διότι δι' αὐτοὺς καὶ ταῦτα γεγόνη

4 Chrysost. *Onagri in solitudinibus pasci soliti, sitisque æstũ venti attractione proficiunt. Dei ira iuncta benignitas.*

Vers. 6. ONAGRI *steterunt in rupibus*,&c.) Chrysostomi.] *Sciendum est, loca magis solitaria eos depasci. Quid sibi vult, traxerunt ventum? sitis æstum moderantes. Vidistin Domini iram? Vidistin humanitatem iræ coniunctam? parcit liberis, & iram in seruos effundit, vt saltem ita ad mentem redirent.*

Theodoreti. *Onagri sitim extinguere satagunt attractione spiritus.*

Theodoriti.] *Onagri quoque ad cacumina montium commodæ respirationis ergò cucurrerunt, sitim suam per quandam venti attractionem temperantes. Luget quoque spiritaliter Ierusalem nihil lætitiâ dignum habentem, seruientem hostibus spiritalibus, & sensibilibus.*

Olympiodori.] *Ingemuerunt ob pereuntes.*

Chrysost. *Feræ famem prima sentiunt. Feræ quoque factæ sunt propter hominem, vt per eas Deum cognoscant.*

Chrysostomi.] *Cùm enim hæc animalia sibi non prouideant, famem prima sentiunt. Nec mansuetas ait animantes, boues, & oues, sed feras ostendens miseriæ magnitudinem; nam & illæ

γεγένηται, εἰ καὶ μὴ εἰς χρῆσιν, ἀλλ' εἰς θεογνωσίας.

[Ὄναγροι.]

|| Ὀλυμπιοδώρου.] οἱ τῶν κοσμικῶν πραγμάτων ἐλεύθεροι.

Θεοδωρήτου.] Φησὶ πρὸς τὸν Ἰὼβ ὁ κύριος. τίς ἐστιν ἀφεὶς ὄνον ἄγριον ἐλεύθερον; δεσμοὺς δὲ αὐτοῦ τίς ἔλυσεν, ἀληθῶς γὰρ ὁ ἐξ ἐθνῶν λαὸς πρὸς τῷ ἀλόγῳ, καὶ ἀκαθάρτῳ ἄγριός τις ἦν διὰ τρόπων ὠμότητα, ὃς ἠλευθερώθη, καὶ λέλυται τῶν συνεχόντων δεσμῶν. ἐν Ἰὼβ δὲ ἐπάγει τὸ, καὶ ἔθέμην τὴν δίαιταν αὐτοῦ ἔρημον. δηλαδὴ τῶν πρὶν ἐνοχλούντων κακῶν. ἐν τούτοις γὰρ πληθυνόντων κρειττόνων ἔρημος ἦν. διὸ καὶ εἴρηται τῷ προφήτῃ, πολλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐρήμου μᾶλλον, ἢ τῆς ἐχούσης τὸν ἄνδρα.

[Καὶ εἵλκυσαν ἄνεμον, ἐξέλιπον οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν.] οὗτοι οὖν οἱονεὶ στάντες ἐπὶ νάπας τῆς θεολογίας τὸ ὕψος, τὸ στόμα αὐτῶν ἤνοιξαν, καὶ εἵλκυσαν πνεῦμα κατὰ τὸν θεῖον Δαβὶδ ὧν ἐξέλιπον οἱ ὀφθαλμοὶ δι' ἀπορίαν τροφῆς, αἰσθητῆς μὲν διὰ τὴν ἐγκράτειαν, νοητῆς δὲ ἐπειδὴ καὶ οἱ διδάσκαλοι τροφὰς προσδοκῶσι ταῖς τῶν μαθητῶν ὠφελείαις ἐνδιαφαινόμενοι, καὶ δι' ἐλπίδι τοῦ διὰ ταῦτα γεγηθότες, μισθοῦ ὧν μὴ γινομένων, τῷ ἀναλογοῦντι συνέχεσθαι λέγονται δικαίως λιμῷ. ||

A illæ propter eos factæ sunt; & licet non ad vsum, tamen ad Dei cognitionem.

(Onagri.)

|| Olympiodori.] *Qui à mundanis rebus sunt liberi.* — Olympiod.

Theodoriti.] *Ait Dominus ad Iob,* [a] *Quis dimisit Onagrum liberum, vincula autem illius quis soluit? Sanè enim populus ex Gentibus non solùm rationis inops, & impurus, sed etiam ferus ob morum acerbitatem erat, qui à prementibus vinculis liber solutusque euasit.* B *At in Iob addit, & illud,* [b] *Posui tabernaculum eius desertum; hoc est à malis quæ antea facessebant negotium, ab his enim, cùm affluerent bona, desertus remanebat. Quapropter ait Propheta;* [c] *multi filij desertæ potius, quàm habentis virum.*

Traxerunt ventum, defecerunt oculi eorum. Hi itaque veluti stantes in cliuis summæ Theologiæ os suum aperuerunt, & attraxerunt spiritum, vt diuinus dicebat Dauid, [d] *quorum defe-* C *cerunt oculi ob cibi inopiam, Corporei quidem propter abstinentiam, spirituali verò, quoniam & præceptores alimenta expectant discipulorum profectu gaudentes, & spe mercedis inde speratæ, quæ si non fiant, iure dicuntur laborare fame, quæ ex aduerso dictis respondeat.* ||

Theodorit. — a Iob. 39. 5. — *Gentilium populus designatus per Onagrum.* — b Iob. 39. 6. — c Isai. 54. 1. — *Gentiles conuersi ad fidẽ quomodo & Onagri similes stantes in cliuis, ventumque trahentes spiritus.* — d Psal. 118. 131. — *Iustis deficiũt oculi propter abstinẽtiam, & propter discipulorum defectum, in maxima cu cibi inopia.*

Vers. 7.] Si iniquitates nostræ responderint nobis: Domine fac propter nomen tuũ, quoniam multæ sunt auersiones nostræ, tibi peccauimus.

lium tuum, propter Christum tuum, qui ex nobis oriundus est, nobiscum conuersaturus, teque manifestaturus, quo æquè ac sit per nomen, declarandum tuum est & esse, & saluum facere. D

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

*S*I [e] *quas perpetrauimus iniquitates commensuratam nobis reddiderint pœnam, ita vt digna factis recipiamus, Idque nobis molestè ferentibus, per internum synderesis, & conscientiæ nostræ remorsum indebitè conquerentibus responsum ab iis ipsis fuerit iniquitatibus, & testificatum non esse quod de alio quàm de nobismet queramur. Et si eædem nobis omnem auferant excusationem, ante diuinum tribunal de ipsarum accusantes perpetratione, testimonium contra excusationem omnem ferentibus; Et quæ in murum diuino obiecta fuère conspectui, instar Echo refractis quodammodo vocibus damnationem cuicumque nostræ responderint causationi.* [f] *Fac nobis Domine secundũm misericordiam tuam, à qua potissimùm & nomen habere dignatus es, & gloriam; Quoniam obiectum efficacissimum misericordiæ propositum tibi est multorum scelerum nostrorum, quibus à te auersi, iam penè in extremum deuenimus baratrum. Fac propter temetipsum qui omnipotens solus es, quia multæ sunt præuaricationes nostræ, quarum curationi vna sola sufficiens omnipotentia tua, quam parcendo maximè, & miserando manifestas. Et quandoquidem fœdissimis peccatis nostris pollutum, quantum in nobis extitit, tuum sanctum reddidimus nomen, pro conseruanda purissimi ipsius nominis gloria, facias æquum est, nobis ignoscens, ne obmurmurent contra te Gentes, quòd is sis, qui saluare nequeas. Denique quia multa sunt facinora nostra, quibus à te deficientes penitus deleri meremur, fac amabò Domine misericordiam propter fi-*

1 — *e Si iniquitates nostræ responderint (seu testificatæ fuerint, aut restiterint) nobis.* — 2 — 3 — 4 — 1 — *f Domine fac propter nomen tuum, quoniã multæ sunt auersiones nostræ (seu, multa sunt peccata nostra coram te.)* — 2 — 3 — 4

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

*S*I *iniquitates nostræ, &c.*) Post siccitatis, consequentiumque miseriarum explicationem facit Propheta quod Sanctorum est, vt nomine totius populi Deum ad consuetam eius excitet in tantis calamitatibus misericordiam, simulque populum ipsum docet, E quid agere, quidque ad Deum conuersus debeat eloqui. Porrò cùm respondendi verbum dupliciter in vsu sit, & pro respondere voce, quod est illius magis commune: & pro respondere non voce, sed re, quod idem est ac reddere, rependere, compensare, talia nimirum qualia seminata sint, iuxta illud Pauli, [g] *quæ enim seminauerit homo, hæc & metet.* Metaphorâ sumptâ ab Agricolis, quibus terra vt culta, & seminata est, ita vel copiâ, & bonitate, vel penuriâ, & prauitate respondet fructuum, quâ phrasi & nos Italicè dicimus, *Il mio campo quest' anno m'hà risposto bene, aut, m'hà risposto* F *pessimamente.* Et prophanis eadem in vsu est, vnde Virgilius lib. 1. Georgic. ait, *Illa seges demum votis respondet auari Agricolæ, bis quæ solem, bis frigora sensit.* Quomodo Genes. 30. [h] *Respondebitque mihi cras iustitia mea, cùm placiti tempus aduenerit,* vt iustitiæ responsio sit Dei fauor, eiusdemque beneficia, & responsio iniquitatis sit pœna pro peccato inflicta ab eodem Deo. Iuxta hanc secundam acceptionem sensus eorum quæ hîc dicuntur. *Si iniquitates nostræ responderint nobis, Domine fac, &c.* est clarus, idipsum est enim atque id quod Eccle-

1 — *Respondendi verbum pro reddere, & rependere.* — g Gal. 6. 8. — Virgilius. — h Gen. 30. 33. — *Responsio iustitiæ, fauor Dei. Responsio iniquitatis, pœna pro peccato inflicta.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *Terram lugere est, eam aridam, & desolatam esse.*

LVxit Iudæa, &c. Facilis ac germanus istorum sensus est, vt graphice per prosopopeiam Propheta ingentem quæ per futuram siccitatem causanda erat totius Iudææ describat miseriam, desolationem, ac luctum. Lugêre enim terra dicitur, quum præ ariditate omnis & germinis expers est, & lætitiæ; sicut è contrario. Prata ridere vulgò asserimus, quum decurrentibus aquarum riuis, herbis, floribusque exuberant. Quod clariùs explicatum vidimus supra cap. 12. vbi dicebatur. [a] *Vsquequò lugebit terra, & herba omnis regionis siccabitur*, quo loco per epexegesim, & in eius quod primò dictum fuerat declarationem adiectum id fuit, *& herba omnis regionis siccabitur*. Verbum autem quod hîc est Hebraicum אבלה abelah & lugêre significat, & desolatam esse, prout id vertêre & Pagninus, & Regia, meliùs tamen & Sept. & noster, & Vatablus, aliique in significatu illud sumpsêre lugendi, iuxta metaphoram sæpissimè apud Prophetas vsurpatam, vel ob id quòd suomet aspectu luctum cuicumque excitet intuentium, sicut è contra risus, & exultatio iisdem per prata causatur virentia, iuxta illud Ecclesiastici, [b] *Gratiam & speciem desiderabit oculus tuus, & super hæc virides sationes*. Generaliùs tamen hoc loco id sumpserim; cùm enim haud simpliciter more solito dicatur, (*Luxit terra*. Sed, *Luxit Iudæa*,) arbitror non de agrorum duntaxat, sed & de totius regionis, & ciuitatum opulentissimarum luctu fieri sermonem, eo planè modo, quo & nos ad maximas oppidi alicuius designandas miserias, dicere consueuimus, Luget quicquid in eo fueris intuitus, vel muri ipsi. Porrò quia in oppidis, & ciuitatibus prima, quæ intuentibus se se offert, & præcipua pars earum sunt portæ, per quas & cibaria, mercesque admittuntur, & homines, ac animantia quæque egrediuntur; in quibus antiquitus & cœtus fiebant, & exercebantur iudicia; pro quibus demum tuendis, & munimen iis adhibetur repagulorum, ac fabricæ: & robur collocatur custodiarum; Idcirco ipsarum portarum luctus potissimùm meminit Propheta idque peregregiis efficit metaphoris.

a Iei. 12.4.

b Eccl. 40. 22.

Lugere dicitur regio aliqua, cum magnis opprimitur calamitatibus.

Portæ sunt prima, & præcipua pars ciuitatum.

2 *Portas corruere, & obscurari in aliqua regione designat maximas illius calamitates.*

(*Et portæ eius*, dicens, *corruerunt*, *& obscuratæ sunt in terra*.) Non tam de ligneis aut ferreis solummodo hæc intelligo portarum foribus, quàm & de earumdem postibus, lapidumque, ac cæmentorum fabrica. Corruisse autem illas inquit etiã per prosopopeiam, quasi dicat præ luctu corruerunt infirmatæ mœroris ac doloris vehementiâ, prout in maximis gemitibus euenire conspicimus vehementer afflictis hominibus, pro quo facit & Hebraicum verbum אמללו vmellu (*debilitatæ sunt*, seu *Infirmatæ sunt*,) vt vertit Regia. Eademque prosopopeiâ obscuratas illas, ait, in terra, instar lugentium nimirũ qui in terram corruentes, contristatique pullatis in terra sedent vestibus. Quam metaphoram exprimit meliùs Hebraicum verbum קדרו kadderu, quod Regia reddit, (*Nigruerunt*,) & noster Interpres supra in cap. 8. per verbum contristari illud expressit, lugubrem scilicet habitum præ se ferre, vbi dicebatur, [c] *Super contritione filiæ populi mei contritus sum, & contristatus*, vt ibi exposuimus. Omnino prosopopeia ista ei est assimilis, quam supra cap. 2. factam in iis vidimus. [d] *Obstupescite cæli super hoc, & portæ eius desolamini vehementer*. Declaratur autem id totum quod hîc metaphoricâ expressum est locutione, per hoc quod de ipsius Iudææ metropoli adiectum vltimo est, (*Et clamor Ierusalem ascendit*) quod de tota intelligendum est regione, cuius eiulatus tam hominum, quàm iumentorum, cæterorumque animantium cædum vsque in dies excrescens eleuatus sit.

c Iere. 8. 21.

d Iere. 2. 12.

3 Hic mihi (vt iam dixi) germanus istorum videtur sensus: Alij tamen non per prosopopeiam hæc dicta sumentes, sed vt rei gestæ, & eorum quæ euentura essent narrationem, variis modis ipsa interpretantur, Quod enim dicitur Luxisse terra, de gemitu plerique intelligunt habitantiũ Iudæam, & pro siccitate, & pro sua infœlicitate, quam per Chaldæorum obsidionem sustinere cogentur. Per portas item Iudææ quæ corruerint, & obscuratæ sint in terra, quidam portas ipsas intelligunt materiales quæ ob id quòd non curatæ sint à transeuntibus, destructæ corruerint: vel propterea corruisse dicantur, quia simpliciter nemo esset qui per eas ingrederetur, aut egrederetur, quò allusit versio Sept. pro (*Corruerunt*) legens *Vacuæ factæ sunt*;) ob id verò obscuratæ asserantur, vel quia in terram deiectæ deturpatæ ibi iacuerint, vel quia ruderum, ruinarumque materiâ sint opertæ. Alij quia portarum nomine ipsæ designari soleant ciuitates, vt Genes. 22. [e] *Possidebit semen tuum portas inimicorum tuorum*, demolitionem per hæc significatam putant, & destructionem omnium Iudææ ciuitatum per Chaldæos faciendam, Metonymicè alij cessationem in tota Iudææ regione deplorandam dici autumant & cœtuum, & iudiciorum, quæ fieri consueuêre in ciuitatum portis. Sicque & versionem interpretantur Sept. (*Vacuæ factæ sunt*:) quia nulli fiebant cætus nullæ agebantur causæ propter penuriam, & calamitatem. Et sic portæ ipsæ, quæ prius cùm ad prædicta frequentarentur, clari, & celebris erant nominis, iam nominis euasisse obscuri, quod magis exprimit versio Sept. καὶ ἐσκοτώθησαν ἐπὶ τῆς γῆς. (*Et obtenebratæ sunt super terram*.

Portarum nomine designata ciuitates, earumque cœtus, atque iudicia.

e Gen. 22. 17.

Vers. 2.] Luxit Iudæa, & portæ eius, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

4 *In verbi Dei siccitate ita lugere dicitur anima, vt alios potius commoueat ad ipsius lugendas miserias.*

DVm animæ quæ in siccitate ariditatis spiritus constituta sit in summa & gratiæ Dei, & diuini verbi imbris penuria, is tribuitur luctus, quo lugere dicitur terra, quæ inanimis est, & insensibilis; Æquum certè est, vt talem nos potiùs eius lugeamus luctum, eoque magis, quòd, ipsa lugente haud quæcumque terra lugere dicitur, sed terra specialiter Iudææ, quam terram optimam iure Sacra appellat Scriptura; cui Deus pluuiam dat temporaneam, & serotinam. Enimuerò sicut lætari tunc tellus dicitur, quum è cælo tempestiuis irrigata pluuiis germinibus vndequaque redundans lætitiam cuicumque exhibet intuenti, iuxta illud, [f] *In stillicidiis eius lætabitur germinans*: Ita & quum omni viroris germine præ ariditate destituta est, tristitiam & lacrymas spectanti excutit cuique. Quis autem miseriam effusè non lacrymetur eius spiritualis animæ, cui iam & Iudææ nomen, quod confessionem sonat, & eiusdem Iudææ irrigatio competebat pluuiarum? Cauete, dixit ad Iudæos aliquando Moyses. [g] *Cauete, ne decipiatur cor vestrum, & recedatis à Domino, seruiatisque diis alienis, & adoretis eos: Iratusque Dominus claudat cælum, &* pluuiæ

f Psal. 64. 11.

g Deut. 11. 16.

pluuiæ non descendant, nec terra det germen suum. De animæ portis per quas, & quæ extrinsecus sunt in eam admittuntur, & emittuntur quæ intra ipsam esse contigerit de corporeis inquam eius sensibus multò magis ingemiscendum, cùm ob candem siccitatem corruerint, & obscurati sint; Siquidem si deplorandum in ea, quòd germen non proferat virtutis: quid agendum, cùm præceps in omnis vitij iam delapsa sit barathrum? corruentibus enim ad infima sensibus, infima certè, & terrena in ipsam deferant operæ pretium est: quodque peius est, illis obscuratis, decidat necesse est, ambulans in tenebris, & nesciens quò vadat; Vnde sequitur, vt eius quæ primò Ierusalem, & visio pacis dicebarur, iam cælum vsque ascendat clamor quo ipsa eius scelera vindictam contra illam à Deo efflagitant. (*Luxit Iudæa*) id est *anima pia Deum, confitens*, inquit Dionysius Carthusianus super hunc locum, *& portæ eius*, &c. *id est exteriores eius sensus non sunt refrænati: imò per eos mors culpæ ingressa est mentem, & sic organa sensuum facta sunt instrumenta vitiorum, & clamor Ierusalem ascendit, id est Ecclesia ad Deum pro gratioso auxilio vociferata est.* Simplicius Andreas Cappella. *Sic animus, ait, imbre diuinæ gratiæ destitutus patet hostium incursibus, veluti ciuitas cuius excisæ portæ, nulla est in eo spiritualis lætitia, mærent, ac lugent omnia. Anima mea sicut terra sine aqua tibi, dicebat Propheta Psal. 142.*

In verbi Dei penuria quãta mala animæ proueniãt ex eius portis, & sensibus.

Dion. Cart.

Andr. Capp. *Gratia diuinæ imbre destituta anima patet malis omnibus.*

5 Ad Ecclesiam referunt hæc Hugo Cardinalis & Nicolaus de Lyra, *Luxit Iudæa* ait, Hugo, *propter defectum, & arefactionem fontium, id est doctorum, & prædicatorum Ioel. 1. exsiccati sunt fontes aquarum, & ignis deuorauit speciosa deserti. Nunc ista Ecclesia habet materiam lugendi*, addit Lyra, *propter ariditatem deuotionis, & doctrinæ. Nam multi Theologi sunt occupati erga curiosa, & inutilia, de quibus numquam sciunt veritatem, & dato quòd scirent, & docerent, nihil proficeret ad animarum salutẽ. (Et portæ eius) id est Prælati, per quos tamquam per portas deberent intrare in vitam æternam. (Corruerunt,) in terram per cupiditatem: (obscuratæ sunt in terra) amissâ luce gratiæ, & intelligentiæ per terrenorum amorem, ita vt iam nulli per ipsos mittantur ad vitam. Matt. 23. [a] Væ vobis Scribæ, & Pharisæi, qui habetis clauem scientiæ, nec intratis, nec alios intrare sinitis. Et ideo clamor Ierusalem, id est, Ecclesiæ ascendit ad Deum pro casu Prælatorum.* Sic Hugo. Lyra verò aliter. (*Corruerunt*) inquit, *Prælati, quia pro magna parte corruerunt per superbiam, sicut Angeli superbientes de cælo ceciderunt. Obscuratæ sunt istæ portæ per ignorantiã. Et quia magis student ad congregandum pecunias, quàm scientiam. Et clamor, id est, & murmur populi contra eos: & si tacerent, lapides clamare deberent.*

Siccitas in Ecclesia ex parte Doctorum, & concionatorum qualis.

Ex Prælatis prauis ruina Ecclesiæ.

a Matth. 23. 13.

Prælati praui causant magnas murmurationes in populo.

VVLGATÆ.

Vers. 2.] Luxit Iudæa, &c.

SEPTVAGINTA.

2. Ἐπένθησεν ἡ ἰουδαία, καὶ αἱ πύλαι αὐτῆς ἐκενώθησαν, καὶ ἐσκοτώθησαν ἐπὶ τῆς γῆς. καὶ ἡ κραυγὴ τῆς ἱερουσαλὴμ ἀνέβη.

Vers. 2.] Luxit Iudæa, & portæ eius vacuæ factæ sunt, & contenebratæ sunt super terram: & clamor Ierusalem ascendit.

APPENDIX EXPOSITIONVM
Ex antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Luxerunt viri domus Iuda, & ciuitates eorum desertæ sunt, & coopertæ sunt facies eorum nigredine, atræ quasi olla; proiecti sunt in terram, & clamor habitatorum Ierusalem ascendit.*

Vers. 2. *Luxit Iudæa*, &c.

Hieronymus. *Tempore siccitatis quando famem patitur multitudo audiendi, & discendi sermonem Dei, luget Iudæa, cultum Dei prius habere se iactans, & confessionem veræ fidei: portæque eius vel vacuantur, vel corruunt: quas ad sensus referre debemus, per quos animæ concipitur disciplina. Tunc obscurantur omnia, & inuoluuntur tenebris: & nequaquam in Ierusalem ratio regnat, & sermo doctrinæ, sed clamor atque confusio.*

Hieronym. *In verbi Dei penuria & siccitate omnia sus deque in Ecclesia.*

Theodoritus. *Omnigenas castigationes infligit eis (Iudæis) vt prauitatis cursum abscindat. Narrat autem Propheta luctus, & lamentationes quæ acciderunt ob penuriam imbrium. Dicit enim defecisse fontes, puteos, & nebularum congregationes; vnde secuta est terræ sterilitas.*

Theodorit.

2 Rupertus Abbas lib. 1. in Ieremiam cap. 10. (*Luxit Iudæa*, &c.) *Ecce videmus Iudææ vastitatem, & desolationem videmus, quia non venit in ea pluuia scientiæ vel sapientiæ, quæ omnis fidem secuta ad Gentium Ecclesiam commigrauit, iuxta illud Psalmistæ. Pluuiam [b] voluntariam segregabis Deus hæreditati tuæ. Et videmus quia minores veniunt ad obscurissimos senes suos haurire aquam, & non inueniunt, reportantque vasa animarum suarum vacua. Sed numquid istud luget Iudæa: Numquid pro isto clamor Ierusalem ascendit, quomodo mortuo Pharaone ascendit ad Dominum, & misit illis nubes suas Moysen, & Aaron? Non vtique ita nunc. Nam lugent quidem, sed sed non scienter; clamant quidem, sed eorum brutus, & sine sensu clamor est. Nec enim lugent eam, quæ verè siccitatis causa est, iniquitatem suam, neque clamant, ita vt dicant patrum suorum exemplo, Eamus, & sacrificemus Domino Deo nostro. Idcirco ascendit quidem clamor eorum, sed non ad Dominum. Nam quia rationabilis non est clamor. Idcirco sicut hic ipse Propheta congemit quodam loco, ille [c] opposuit nubem, vt non pertranseat oratio, Credendum sanè est diebus illis aëream Iudæis illis accidisse siccitatem, sed sicut cætera mala maiorum signa malorum, sic illa siccitas deterioris fuit siccitatis portentum.*

Rup. Abbas. *Iudæi expertes aquarum sapientiæ, & scientiæ post Christi interfectionem.*

b Psal. 67. 10.

Iudæi quomodo nunc lugeant, & clament sine vllo fructu.

c Thren. 3. 34.

D. Thomas. *Ponit hominum tristitiam quantum ad potus penuriam (Luxit Iudæa) afflicta siti, Isai. 24. [d] Luxit vindemia, & infirmata est vitis: & ingemuerunt omnes qui lætabantur corde (Portæ) Iudices, qui in portis sedebant, corruerunt à pristina lætitia: (obscuratæ sunt) id est inuolutæ tenebris tribulationis. Thren. 2. [e] Defixæ sunt in terra portæ eius: perdidit, & contriuit vectes eius. Vel quia præ nimia siccitate muri dissoluebantur, & ita cadentibus portis, propter aquæ defectum reparari non poterant. (clamor) conquestionis & planctus. Isai. 24. Clamor erit super vino in plateis, deserta est omnis lætitia, translatum est gaudium terræ.*

D. Thom.

d Isai. 24. 7.

e Thren. 2. 9.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Ἐπένθησεν ἡ ἰουδαία.]

Ὀλυμπιοδώρου.] μετὰ τὸ αἰσθητὸν ἡ γνῶσις τῆς εὐσεβείας.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐκ εἶπεν, ἡ ἀγορὰ, ἀλλ' αἱ πύλαι, οὐδένος ὄντος τοῦ ἐξιόντος, ὃ μέγιστον ἐρημίας τεκμήριον.

Βίκτωρος.] διὰ τὴν ἐρημίαν αἱ πύλαι τῆς Ἱερουσαλὴμ ἐκενώθησαν. μηδενὸς αὐταῖς χρωμένου, τῶν ἐνοικούντων, ἢ ἀναιρουμένων, ἢ ληφθέντων νόμῳ πολέμου, ἢ καὶ φυγόντων τὸν κίνδυνον, ἢ διὰ τὴν ἔνδειξιν τοῦ πολέμου.

[Καὶ ἐσκοτώθησαν ἐπὶ τῆς γῆς.] τὸ δὲ τούτων πάθος, φημὶ δὴ τὴν σκότωσιν ἀνάπτει ταῖς πύλαις. [καὶ ἡ κραυγὴ τῆς Ἱερουσαλὴμ ἀνέβη.] ὧν γινομένων δέον κράξαι πρὸς τὸν θεὸν κατὰ τὴν ἀμείνω κραυγὴν, ὡς καὶ Δαβὶδ λέγων. Φωνῇ μου πρὸς κύριον ἐκέκραξα. Σοδόμων, καὶ συγχύσεως ἐχρῶντο κραυγῇ, πολλάκις καὶ τοῦ θεοῦ τὴν πρόνοιαν διαβάλλοντες. περὶ ἧς ὁ παῦλος φησὶν πᾶσα κραυγὴ ἀρθήτω ἀφ' ὑμῶν σὺν πάσῃ κακίᾳ. ἐκέκραξε δὲ καὶ ὁ Χριστὸς ἐν τῷ ἱερῷ, οὐράνια προφέρων κηρύγματα. ἀπειλεῖ δὲ καὶ λεῖψιν ὑδάτων, καὶ χώρας ἀφανισμὸν, ὅτι μὴ πρὸς εὐλογίαν ἦν εὔθετος, ἀλλὰ κατάραν, μηδὲν ὅλως ἐκβλαστάνουσα. διὸ καὶ πενθικῶς οἱ γεωργοὶ τὰς ἰδίας καλύπτουσι κεφαλάς.

[Καὶ αἱ πύλαι αὐτῆς ἐκενώθησαν, καὶ ἐσκοτώθησαν.]

Ὀλυμπιοδώρου.] αἱ εἰσαγωγικαὶ διδασκαλίαι οὐκ ἔχουσαι τοὺς διδασκομένους.

[Καὶ ἐσκοτώθησαν ἐπὶ τῆς γῆς.]

|| Ὀλυμπιοδώρου.] τῆς γὰρ κακίας ἐπικρατούσης ἡ ἀρετὴ καλύπτεται. ||

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τὸν θεὸν ἐπεκαλοῦντο. ὅτε ἀπέκτεινεν αὐτοὺς, τότε ἐξεζήτουν αὐτόν.

[Καὶ ἡ κραυγὴ τῆς Ἱερουσαλὴμ ἀνέβη.]

|| Ὀλυμπιοδώρου.] οὐχ ὡς ἡ Σοδόμων. οὐ γὰρ τελείως ἠφανίσθη. ἀλλὰ τοῦ ὀδυρμοῦ αὐτῆς ἡ κραυγή. ||

Θεοδωρήτου.] ἀνέβη δὲ τῆς Ἱερουσαλὴμ ἡ κραυγὴ, οὐκ ἐξομολογήσεως οὖσα, ἀλλὰ ταραχώδους ζωῆς. κραυγὴν γὰρ ποιεῖ διὰ τῆς πράξεως πᾶσα πρὸς θάνατον ἁμαρτία, καὶ μάλιστα τοῦ τῶν ἀδίκως ἀναιρουμένων ἐν αὐτῇ βοῶντος αἵματος, κατὰ τὸ αἷμα τοῦ Ἄβελ. καὶ οὐ πρὶν ἔστησαν πρὶν ἐκχέαι τὸ αἷμα τοῦ ἀμώμου, καὶ ἀσπίλου Χριστοῦ.

Vers. 2. *Luxit Iudaea.*

Olympiodori.] *Post sensile, pietatis cognitio, & portae eius vacuae factae sunt.*

Chrysostomi.] *Non dixit forum, sed portae, cùm nemo esset qui exiret: quod maximum desolationis indicium.*

Victoris.] *Propter desolationem portae Ierusalem euacuatae sunt, nemine illis vtente, quod essent habitatores vel interfecti, vel lege belli in captiuitatem redacti, vel ob periculum, vel ob instans bellum in fugam versi.*

Et contenebratae sunt super terram. Porrò malum, quod passi sunt homines, tenebras inquam, portis tribuit. (Et clamor Ierusalem ascendit.) Quae dum fierent, cùm ad Deum esset clamandum, iuxta bonum clamorem, sicut & Dauid, Voce [a] meâ ad Dominum clamaui, clamore Sodomorum, & confusionis vtebantur, saepe etiam Dei prouidentiam accusantes. De qua Paulus; Omnis clamor eleuetur à vobis cum omni malitia. Clamauit etiam Christus in templo, caelestem praedicationem: Minatur verò & defectum aquarum, & regionis vastationem, quòd non ad benedictionem apposita, sed ad maledictionem esset, nullum omnino fructum afferens. Quapropter & Agricolae luctuosè sua tegunt capita.

Et portae eius vacuae factae sunt & contenebratae.

Olympiodori.] *Institutionem disciplinae quos erudiant non habentes.*

(Et contenebratae sunt super terram.)

||Olympiodori.] *Nequitiâ enim praedominante virtus obtegitur. (Et clamor Ierusalem ascendit.* ||

Chrysostomi.] *Deum inuocabant; cùm eos neci traderet, illius opem postulabant.*

(Et clamor Ierusalem ascendit.)

||Olympiodori.] *Non vti ille Sodomorum, haud enim penitus euanuit; sed eiulatus ipsius clamor.* ||

Theodoriti.] *Ascendit autem clamor Ierusalem, non confessionis clamor, sed tumultuosae vitae: quippe opere quod fit, clamorem edit. Omnis ad mortem iniquitas, & praecipuè iniustè interfectorum sanguine in ipsa clamante, iuxta sanguinem Abel, nec priùs desliterunt, quàm sanguinem puri & immaculati agni Christi effunderent.*

3 Olympiod. *Pietatis cognitio post sensibiles poenas.* Chrysost. *Portarum vacuitas maximum desolationis signum.* Victor. *Portarũ vacuitas vnde.* *Tenebrae in portis malum quod passi sunt homines.* *In tribulationibus quomodo clamẽt impij.* a Psal. 3. 5. *Iudaica Religio ad maledictionem apposita.*

4 Olympiod. *Disciplinarũ defectus poena magna.* Olympiod. *Virtus obscurata, praedominante malitiâ.* Chrysost. *Oratio peccatoris inanis, & importuna.* Olympiod. *Clamor Ierusalem eiulantis in siccitatis calamitate.* Theodoreti. *Clamãt impij vita tumultuosa, prauarũque operum eorũ ascendit clamor.*

Vers. 3.] Maiores miserunt minores suos ad aquam: venerunt ad hauriendum, non inuenerunt aquam, reportauerunt vasa sua vacua: confusi sunt, & afflicti, & operuerunt capita sua.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

Tanta [b] ob caeli ariditatem, in ipsis Iudaeae ciuitatibus aquarum erit inopia, vt ad propriae, suorumque animantium necessitati succurrendum

b *Maiores miserunt minores suos ad aquam: ve-*

uerunt ad hauriendum (ſeu ad foſſas;)non inuenerunt aquã, reportauerũt vaſa ſua vacua: confuſi ſunt, & afflicti, & operuerunt capita ſua.

dum Magnates eorum ſumptibus minimè parcentes vel in longinqua ſuos miſſuri ſint famulos: ſeniores quoque mittent quos habebunt iuniores filios, aliosque quomodocumque ad ſe pertinentes, ſi vel in agris repertum quid deportarint aquarum: At nec in foſſis, in quibus ſolet in mediis agris pluuialis aqua ſeruari, nec in puteis repertâ quam haurirent aquâ, & iuniores, & famuli vaſis vacuis ad eos qui ipſos miſerint, reuertentur: Atque & hac fruſtrati ſpe ob doloris afflictionem, & ob confuſionem iuxta patrium morem ſua operient capita.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1

MAiores miſerunt minores, &c. Proſequitur Propheta ea enarrare, quæ propter maximam euenient ſiccitatem. Loquitur autem more conſueto, præteritis vtens pro futuris ad rei certitudinem conteſtandam, & quòd de proximo inſtaret. Maiorum, & minorum vocabulis, & magnates eorumque deſignans famulos: & maiores ætate, eoſque qui reſpectu eorum erunt minores, quos Sept. τοὺς νεωτέρους iuniores appellant. In textu Hebraico cum pronomine maſculino ſic habetur, *Maiores eorum miſerunt*, &c. Quod certè pronomen referendum ad portas, de quibus in præcedenti verſu, שער *ſciangar* enim id eſt, porta Hebraicè maſculei eſt generis. Et æquè eſt ac ſi dicatur, Magnates ciuitatum Iudææ non pepercisse ſumptibus, & quocùmque miſiſſe, vel in longinqua, vt aquam deportarent, ſeniores pariter in agros miſiſſe iuniores ad idipſum.

(*Venerunt ad hauriendum*,)ſcil. minores. Noſter interpres ſenſum expreſſit, Originalia enim Hebr. & Sept. habent. (*Venerunt ad puteos:*) propriéque Hebraica vox גבים *ghebim*, foſſas illas ſignificat, in quibus ſolet aqua pluuialis aſſeruari: Vnde & Regia, & Vatablus, vertêre, (*Venerunt ad foſſas*) Quid tum? (*Neque inuenerunt*, ait, *aquam, reportauerunt vaſa ſua vacua.*) *Reuerſi ſunt vaſis vacuis*, legit Hebr. (*Confuſi ſunt & afflicti*,) & minores ſcilicet ipſi & multò magis maiores. (*Et operuerunt capita ſua*) & ob doloris ſcilicet afflictionem, & ob confuſionis pudorem: ob hæc quippe duo in more antiquitus Iudæorum extitiſſe vt capita operirent, notauimus aliàs. In correctioribus Codicibus verſionis Sept. hæc vltima non leguntur, ſic namque habent. (*Et retulerunt vaſa ſua vacua.*) Complutenſis tamen & Regius & hæc habet, (*Confuſi ſunt, & erubuerunt, & operuerunt capita ſua.*) Caput ſcilicet ac vultum.

Capita operiebant antiquitus & ob dolorem, & ob pudoris confuſionem.

Verſ. 3.] Maiores miſerunt minores ſuos, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

2

Parentes ſæpe ſumptus conſumunt mittentes filios ad celebriorum vniuerſitatum ſtudia.

APtiſſimus eſt locus iſte ad id morale explicandum, quod quotidie miſeris euenire conſpicimus parentibus, & patruis ex filiis, ac nepotibus eorum. Cùm enim nullis parcentes ſumptibus maiores iſti vel etiam in longè diſſitas regiones, vbi celebres ſunt ſtudiorum vniuerſitates, vbi collegia, & ſeminaria aptiſſima ad iuniorum educationem feruntur eſſe, ſuos vel filios miſerint, vel nepotes ad aquam & ſapientiæ, & bonorum morum, quàm rectè eam eſſe dixerim, à Salomone gratiam nuncupatam vbi ait: [a] *Qui bonus eſt hauriet gratiam à Domino:* Sumptus tamen perdunt, & confuſionem potiùs, ac mœrorem exinde reuehunt maximum. (*Venerunt enim*,)ſcil. qui miſſi ſunt iuniores, (*& venerunt*,) inquit textus,(*ad hauriendum*:) vt videlicet in ſtudio, collegio, aut ſeminario diſcerent: Sed (*non inuenerunt aquam*:) nam ſcientiarum loco, turbas ibi repererunt, diſſenſiones, & contentiones, quibus iugiter intentos eos eſſe oportuit, proque virtutibus, vitiorum omnia plena inuenientes, nihil quod boni eſſet, aut ſapientis eruditionis ibi didicêre. (*Reportauerunt vaſa ſua vacua.*) Vtinam non plerumque plena immundiriis prauorum habituum, & aliquando etiam peruerſorum dogmatum vaſa ſua intellectus, & affectus domum reportarent. Vnde poſtea id conſequatur, vt de maioribus qui illos miſerant, verificetur, quod hîc adiectum eſt:(*Confuſi ſunt, & afflicti, & operuerunt capita ſua*) iuxta illud Eccleſiaſtici. [b] *Confuſio patris eſt de filio indiſciplinato.* Illudque Sapientis. [c] *Ira patris filius ſtultus: & dolor matris quæ genuit eum*, Idipſum pro concionibus ad Moniales aptari facilè poteſt ad id quod iis ſæpe euenit parentibus, qui filias, puellaſque ſuas ad educationem in Monaſteria mittunt.

a Prou. 12. 2.

b Eccl. 22. 3.

c Prou. 17. 25.

3

Prælati aliqui ignorantes quantum obſint ſubditis.

Sed & iis potiſſimùm hæc congruunt Epiſcopis, atque Prælatis, qui cùm & ipſi aquâ deſtituti ſint ſapientiæ, & Vicarios pariter ineruditos habeant, nec id ſaltem ſtudent, vt vel in Canonicorum collegio, vel in Eccleſiarum parochialium curatis, vel in Religioſorum Monaſteriis quidpiam Eccleſiaſticæ ſit eruditionis. De his quippe rectè dices: (*Maiores miſerunt minores*, id eſt ſubditos ſuos, *ad aquam*,) quando ij aliquid ab eis petunt vel Sacrarum Scripturarum, vel Canonum, dogmatumque Eccleſiaſticorum: vel grauis aliquis definiendus occurrit caſus (vt inquiunt) conſcientiæ, Mittunt quippe, vt confeſſarios, religioſoſque interrogent, quò reſolutionis (vt vulgo dicitur) & doctrinæ reportatæ à miſſis ſubditis & ipſi participes fiant aquæ. At, heu miſeros, tam Prælatos, quàm ſubditos. (*Venerunt*) ſubditi (*ad hauriendum*,) atque ad diſcendum, & intellectus, & voluntatis vaſis bene diſpoſitis. (*Non inuenerunt aquam*:) Non repererunt qui vel propoſita caperet,(*reportauerunt vaſa ſua vacua*:) redeuntes ad maiores qui ipſos miſerant, cum maiori & intellectus, & voluntatis auiditate eruditionis. Adeoque tam ſubditi ipſi, quàm eorum Prælati (*confuſi ſunt*,) ait Propheta, (*& afflicti*) & tam pro afflictionis, quàm pro confuſionis vehementia (*operuerunt capita ſua*,) & extrinſecus nimirum vtrumque conteſtantes. *Iſtud potiſſimùm*, ait Dionyſius, *conuenit Paſtoribus, & Prælatis, qui in locis ſuis perſonaliter reſidere nolunt, & vltra hoc ineruditos, & carnales, ac inſufficientes Vicarios ſibi ſubſtituunt, quod eſt vtique ineffabiliter perieuloſum: cùm pereuntium damnatio nedum in Vicarios, ſed in maiores redundet Prælatos, qui gregi ſibi commiſſo nec dignè, nec debitè prouident.*

Dionyſius. *Prælati non reſidentes nec bonos ſubſtituentes Vicarios quantum obſint ſubditis.*

4

Andr. Capp. *Prædicatio verbi Dei Epiſcoporum propria.* Conc. Trid.

Opportunè quoque hoc loco Andreas Cappella poſt relatum Hieronymi ſenſum, quem videre eſt in noſtra Appendice, verba affert Concilij Tridentini, ſeſſ. 5. cap. 2. de Reformatione. *Quia Chriſtianæ Reipublicæ non minus neceſſaria eſt prædicatio Euangelij, quàm lectio, & hoc eſt præcipuum munus Epiſcoporum, ſtatuit & decreuit eadem Sancta Synodus, Omnes Epiſcopos, Archiepiſcopos, Primates; & omnes alios Eccleſiarum Prælatos teneri per ſe ipſos, ſi impediti non fuerint legitimè, ad prædicandum Sanctum Chriſti Euangelium.* Quibus, adde tu, & hæc, quæ

quæ ibidem à Patribus subiiciuntur. *Si verò contigerit Episcopos, & alios prædictos legitimo detineri impedimento, iuxta formam generalis Concilij viros idoneos assumere teneantur ad huiusmodi prædicationis officium salubriter exequendũ. Si quis autem hoc adimplere contempserit districtæ subiaceat vltioni.* Vtinam & nostris hisce temporibus etiam post ista Sacrosancti Concilij decreta, plerique non essent Episcoporum, qui nec per se vllatenus verbum prædicant Euangelij, nec idoneos habere satagunt viros doctos, & probos, per quos id expleatur. Ita vt cum gemitu id proferre liceat, quod apud Isaiam legimus,[a] *Egeni & pauperes quærunt aquas, & non sunt, lingua eorum siti aruit.* Enimuerò sapientiæ quærentes aquas subditi ad suos confugiunt Prælatos, de quibus id sibi recolunt dictum, [b] *Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris.* At Prælati tales, quos Maiores appellat Ieremias, aquæ eruditionis expertes mittunt ipsos minores, subditosque suos ad aquam indefinitè ad eos qui in ciuitate prædicant concionatores, de quorum idoneitate minimè sunt conscij, & quorum vix vllam habent notitiam; Veniunt pauperes ad hauriendum Euangelicæ doctrinæ aquas ad cõcionatores quos puteos existimabant aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano candidissimi pectoris Christi, & cisternas aquis è cælo descendentibus plenas. At, heu miseri, (*Non inuenerunt aquam,*) dicit Propheta (*reportauerunt vasa sua vacua*) cùm repererint concionatores cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas, cognitionis diuinarum literarum ignaros, vanos, verbosos, inania, & inutilia prædicantes. Vnde tam subditis ipsis, quàm eorum Prælatis saltem post mortem parata confusio, & afflictio, extremæque sententiæ damnatio, quam capitis designat operimentum. Non sic certè à Domino Iesu factum est, quem Petrus Apostolus,[c] *Pastorem, & Episcopum* appellat *animarum nostrarum.* Is quippe mulierem [d] Samaritanam aquis diuinæ gratiæ diuinorumque eruditionis multò magis egentem, quàm aquis materialibus, ad quas hauriendas ventura cum hydria erat, ipsemet fatigatus ex itinere expectauit, sedens super fontem: ipsemet illi aquam porrexit & eruditionis, vt habes in Euangelio Ioannis, & diuinæ gratiæ, repletisque eius vasibus internis, intellectu, & affectu, cùm illi dixisset: [e] *Omnis qui bibit ex aqua hac sitiet iterum, qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum: sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam,* eò ipsam induxit, vt materiali relictâ hydriâ, & materialem contemptui haberet aquam. Ad cuius exemplum & qui boni sunt Episcoporum quos viderint ex subditis aquis inhiare sensibilium voluptatum ipsimet earum aquarum illos docent fœditatem, vanitatemque prædicataque diuinarum consolationum exuberanti, indeficientique dulcedine, ad illarum pro istis eos inducunt contemptum.

Episcoporum plerique quã deficiant in administratione, & exhibitione verbi Dei subditis suis.

a Isai. 41. 17.

b Isai. 12. 3.

Concionatores idoneos in Diœcesi sua habere satagant Episcopi.

c 1. Petr. 2. 25.

Episcopi quoad prædicationem verbi Dei imitentur Christũ.

d Ioan. 4. 6.

e Ioan. 4. 13.

Vide Appendicem Patrum post Expositionem Secundam vers. 4.

Vers. 4.] Propter terræ vastitatem, quia non venit pluuia in terram, confusi sunt agricolæ, operuerunt capita sua.

f *Propter terræ vastitatẽ (seu fracturam) quia nõ venit pluuia in terram, confusi sunt agricolæ, operuerunt capita sua.*

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

PRopterea [f] *quod, nullâ descendente pluuiâ, ipsa Iudæa tellus ob ariditatem deuastata erit magnis in ea apertis voraginibus, in puluerem que redacta omni priuata virore, vniuersa deficient, quæ aliàs in illa exercebant agricolæ: Quibus otio vacantibus & erubescentia erit, & mæror vehementissimus, adeo vt & operientes capita sua externo eo vtrumque contestentur signo.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

PRopter terræ vastitatem, &c.) Quid per vocabulum vastitatis intelligi debeat, ipsa indicat quæ subiecta est ratio. (*Quia non venit pluuia,*) ea nimirum vastitas, eaque desolatio quæ terræ obuenire solet in maxima siccitate, fractura nimirum contritio in puluerem, omnisque viroris priuatio. Id quod & Hebraicâ confirmatur voce חתת *hathah*, à verbo חתת *hathath* conterere, frangere, confringere. Quæ in thesauro sic vertitur, (*Eò quòd terra erat contrita.*) In Regia verò, (*Propter humum contritam:*) Clariusque apud Vatablum, (*Propterea quòd tellus emarcuit, seu rupta est.* scilicet siccitate. Eamdem vastitatem aliter explicare potes ex versione Sept. (*Et opera terræ defecerunt, quia non erat pluuia:*). Etquæ enim peior telluri contingere potest vastitas, quàm si minimè colatur? Et quidem in magna pluuiæ penuriæ vniuersa deficiant necesse est, quæ ab agricolis exercentur; vnde illis otio vacantibus & erubescentia est, & mæror vehementissimus, quæ & signo contestantur externo, quòd caput, vultumque suum operiunt.

Vers. 4.] Propter terræ vastitatem, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

CVM vel ob absentiam, vel ob inscitiam, vel ob segnitiem Prælatorum deest (vt dictum est in vers. præcedenti) pluuia diuini verbi terræ, & Diœcesi cuipiam, vastitas in ea sequatur necesse est, omniumque bonorum desolatio, ex quo fit, vt qui in ea aliquid operari possent boni, illam quoquomodo colentes, non solùm ab operando desistant: sed & confusione suffundantur quòd spiritualium agricolarum nomine censeantur, adeoque & faciem, caputque suum operiunt præ erubescentia, quã confunduntur vt ministros mysteriorum Dei dignosci. Hoc illud est quod moraliter iuxta nostram Vulgatæ lectionem significatur. Vnde nil mirum, si & id eidem eueniat Diœcesi, quod in versione habetur Sept. (*Et opera terræ defecerunt:*) neque enim in ea inuenire est, qui suam in ea perdere velit operam, cùm non sit pluuia verbi Dei super terram, & super populum hiantibus oribus vndequaque præ spiritibus ariditate fractum, id enim significat quod Hebraica lectio habet, (*Propter terræ fracturam, quia, &c.*) Apta quoque est hæc sententia ad id moraliter probandum, quòd deficiente in animæ cuiuspiam terrâ diuinæ gratiæ pluuiâ, inanis sit omnis spiritualium agricolarum labor, iuxta illud Apostoli, [g] *Neque qui plantat aliquid est, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus.* Quia [h] *nemo potest corrigere quem ille despexerit.* (*Opera terræ defecerunt*) legunt Sept. quod nos habemus. *Propter terræ vastitatem.*) In ambabus autem lectionibus vnum idemque subiicitur. (*Quia non venit pluuia:*) Deficiente enim gratiâ Dei, Vbi Deus ipse [i] nubibus mandat, ne pluant super vineam, quæ expectata

Ex Prælatorum absentia, inscitia, & segnitie, quanta proueniat Ecclesiis vastitas.

Episcopo absente, & negligente operarij quique desistunt à cultura Ecclesiæ.

Gratia Dei necessaria, vt spiritualium agricolarum labor in nobis sit proficuus.

g 1. Cor. 3. 7.

h Eccl. 7. 14.

i Isai. 5. 6.

peccata vt faceret vuas, fecit labruſcas, ſeu ſpinas, deficiunt ſanè & quæcumque in illa fieri contingunt opera, ſuo nimirum ſalutis fruſtrata fine. Hocque eſt peſſima iſtiuſmodi terræ, animæque vaſtitas. Vtinam autem non deſiſtat ipſorũ agricolarum compaſſio erga illam, ſalubrique ſaltem ſuffundantur ea de te & confuſione, & afflictione, quibus & extrinſecus ſe talem profiteantur ſentire miſeriam. *Sed heu!* rectè exclamat Andreas Cappella, *pereunt animæ, eò quòd pluuia non veniat ſuper terram, neque confunduntur agricolæ. Cithara,* [a] *& Lyra, & tympanum, & vinum in conuiuiis veſtris, & opus Domini non reſpicitis, ait Iſaias Propheta.*

Eccleſiaſtici non deſiſtant vnquam à compaſſione miſeriarum mundi.

Andr. Capp. a Iſai. 5.12.

VVLGATÆ.

Verſ. 3.] Maiores miſerunt minores, &c.

Verſ. 4.] Propter terræ vaſtitatem, &c.

SEPTVAGINTA.

3. Καὶ οἱ μεγιστᾶνες αὐτῆς ἀπέστειλαν τοὺς νεωτέρους αὐτῶν ἐφ᾽ ὕδωρ, ἤλθοσαν ἐπὶ τὰ φρέατα, καὶ οὐχ εὕροσαν ὕδωρ, καὶ ἀπέστρεψαν τὰ ἀγγεῖα αὐτῶν κενά.

4. Καὶ τὰ ἔργα τῆς γῆς ἐξέλιπεν, ὅτι οὐκ ἦν ὑετός. ᾐσχύνθησαν οἱ γεωργοί. ἐπεκάλυψαν τὰς κεφαλὰς αὐτῶν.

Verſ. 3.] Et magnates eius miſerunt iuniores ſuos ad aquam: venerunt ad puteos; & non inuenerunt aquam: & reportauerunt vaſa ſua vacua: & opera terræ defecerunt, quia non erat pluuia. Confuſi ſunt agricolæ: operuerunt capita ſua.

A APPENDIX EXPOSITIONVM

Ex antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Et fortes eorum miſerunt ſubditos ſibi ad aquam; venerunt ad ciſternas, & non inuenerunt aquã, reuerſi ſunt cum vaſis ſuis vacuis; confuſi ſunt, & erubuerunt, & operuerunt capita ſua.* Verſ. 4. *Propter peccata habitatorum terræ contriti ſunt, quia non fuit pluuia in terra; confuſi ſunt agricolæ, operuerunt capita ſua.*

Verſ. 3. (*Maiores miſerunt minores*, &c.)

Hieronym. *Maiores quoque qui deberent ipſi pergere ad hauriendas aquas mittunt iuniores, in quibus* B *cani non ſunt ſapientiæ: & idcirco veniunt ad puteos, & non inueniunt aquas, quas Patriarchas inueniſſe narrat hiſtoria.*[b] *Reportant vaſa ſua vacua, iuniores videlicet: non quòd aqua non fuerint, ſed quòd illi inuenire non potuerint, (Confuſi ſunt, & afflicti, ſiue, erubuerũt, & operuerunt capita ſua,) quia non poterant dicere cum Apoſtolo,*[c] *Nos autem reuelata facie gloriam Domini contemplamur.*

Prælati per ſemet hauri- re debent aquas ſapiẽtiæ.

b Gen. 26.14. & 26.15.

c 2. Cor. 3. 18.

Verſ. 4. *Propter terræ vaſtitatem*, &c.

2 Hieronym. *Propter terræ vaſtitatem, ſiue, & opera terræ defecerunt, per quæ ad Dei notitiam pergimus. Cauſaque perſpicua: quia non venit, inquit, pluuia ſu-* C *per terram.*[d] *Mandatum quippe eſt nubibus ne pluerent ſuper eam imbrem. Agricolæ quoque quorum vnus loquitur. Dei agricultura eſtis, Dei ædificatio eſtis. Et in eodem loco: Dei cooperatores ſumus: operiunt caput ſuum, & confunduntur: intelligentes ſine Dei gratia, & adiutorio fruſtra ſe tendere.*

Hieronym.

d Iſai 5.6.

Sine gratia Dei fruſtra operamur.

e 1. Cor. 3.9.

Rupertus Abbas lib. 10. in Ieremiam cap. 10. *Quare agricolæ confuſi ſunt, niſi quia commiſſæ ſibi vineæ dominum, & hæredem occiderunt.*

Rup. Abbas.

D D. Thomas. *Aſſignat triſtitiæ cauſam quantum ad ſterilitatem terræ, plagam in poſſeſſionibus (confuſi operuerunt) in ſignum confuſionis ſup. 12.*[f] *Confundemini à fructibus veſtris propter irã Dei furoris Domini, Et in cultoribus, (quia nõ venit) Ioel 1.*[g] *Cõfuſi ſunt agricolæ: vlulauerunt vinitores, ſuper frumento, & hordeo, quia periit meſſis agri: vinea confuſa eſt, & ficus elanguit.*

D. Thom.

f Iere. 12.13.

g Ioel. 1.11.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

KAI οἱ μεγιστᾶνες αὐτῆς ἀπέστειλαν τοὺς νεωτέρους αὐτῶν ἐφ᾽ ὕδωρ. E

Θεοδωρήτου.] διὸ καὶ τελείως ἐγκατελείφθησαν, καὶ οἱ προφῆται ἐξέλιπον, τῶν οὐρανίων νεφελῶν ἐντεταλμένων μὴ δοῦναι ὑετὸν ἐπὶ τῆς γῆς. ἀλλ᾽ οὐδὲ ἔχουσιν ἀντλῆσαι μετ᾽ εὐφροσύνης ἐκ τῶν πηγῶν τοῦ σωτηρίου. ὧν καὶ οἱ νεανίσκοι || εὑρίσκοντες ὕδωρ εἰς αὔξησιν ἐκτρέφον κενοῖς ἀγγείοις ὑπέστρεψαν.

|| *Videtur ſcribendum οὐχ εὑρίσκοντες.*

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὅρα τὴν τιμωρίαν πάντων ἁπτομένην. οὐ γὰρ δὴ λιμὸς ἐγένετο μόνον ἀλλὰ καὶ αὐχμός. ἐπειδὴ γὰρ εἰκὸς ἦν σιτίων ἀποκειμένων τὴν προσδοκίαν, ἀλλὰ μὴ τὴν πεῖραν εἶναι τοῦ λιμοῦ, τῇ τοῦ ὕδατος σπάνει προκατέλαβεν αὐτῶν τὴν διάνοιαν. [ἐφ᾽ ὕδωρ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] οἱ θρόνοι οἱ ἱερατικοί.

Τοῦ αὐτοῦ.] ἔπεμψαν ἐπερωτῆσαι ἀπὸ Θεοῦ τὰ συμφέροντα. νεωτέρους δὲ αὐτοὺς ἐκάλεσε, διὰ

Verſ. 3. ET *magnates eius miſerunt iuniores ſuos ad aquam*, &c.

3 Theodoriti.] *Quare & penitus derelicti ſunt, & Prophetæ defecerunt, & cæli nubibus mãdatum eſt, vt ne pluuiam dent in terram. Sed nec poſſunt haurire cum lætitia è fontibus ſalutaris. Quorum etiam iuuenes non inuenientes aquam ad viriditatem alentem, vacuis redierunt vaſibus.*

Theodorit. *Siccitas diuinorũ eloquiorum in maximam pœnam illata Iudæis, & impiis quibuſque.*

Chryſoſtomi.] *Vide pœnam æquè omnes af-* F *fligentem, nam non tantùm fames, ſed & ſiccitas fuit. Cùm enim, frumento vtique repoſito, expeſtatio famis eſſet non ipſum experimentum, per aquarum inopiam præuertit cogitationes eorum.*

Chriſoſt. *Ob ſiccitatẽ Iudæi actu famẽ perpeſſi ſunt, cuius aliqualem dũtaxat habebant timorem.*

(*Ad aquam.*)

Olympiodori.] *Sedes Sacerdotales.*

Eiuſdem.] *Miſerunt quæſituros de Deo quæ conducerent. Iuniores autem eos appellauit, eò* quòd

Olympiod. *Sacerdotales ſedes ſunt aqua, vnde doctrina haurienda. Iuniores appellari mundani deſiderii detenti.*

τὸ κοσμικαῖς, καὶ νεωτερικαῖς αὐτοῦ ἐπιθυμίαις ἐνέχεσθαι. [ἤλθοσαν ἐπὶ τὰ φρέατα, καὶ οὐχ εὕροσαν ὕδωρ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἐπειδὴ γὰρ τοῦ ὕδατος ῥέοντος τοῦ πνευματικοῦ ταῖς διδασκαλίαις οὐ προσεῖχον, ἀπὸ τούτων αὐτοὺς σωφρονίζει, ὥστε μὴ εἰς πεῖραν ἐλθεῖν τῶν δεινῶν. εἶτα λέγει καὶ τὴν τῶν ἀλόγων ἀνάγκην.

Ὀλυμπιοδώρου.] τοῦτο εἰ μὴ ἐκ θείας ὀργῆς οὐκ ἄν ποτε συνέβη. ἄλλως. οὐ γὰρ εὗρον τὸ ὕδωρ τὸ ζῶν τὸ ἐκ Θεοῦ διδόμενον. [καὶ ἀπέστρεψαν τὰ ἀγγεῖα αὐτῶν κενά.]

Θεοδωρήτου.] ἐπήχθη γὰρ αὐτοῖς λιμὸς οὐκ ἄρτου, καὶ δίψα οὐχ ὕδατος. ἀλλὰ τοῦ ἀκοῦσαι λόγον κυρίου. μηδαμοῦ προφήτου βοῶντος αὐτοῖς. τάδε λέγει κύριος. ἀναγινώσκουσι μὲν γὰρ τὸν νόμον, καὶ τοὺς προφήτας, ὡς εἰς φρέατα τούτους ἐρχόμενοι. τῷ δὲ μὴ νοεῖν οὐδὲν πνευματικὸν, οὐδὲν ὠφελούμενοι, κενὰ φέρουσι τῆς ψυχῆς τὰ ἀγγεῖα. [καὶ τὰ ἔργα τῆς γῆς ἐξέλιπεν, ὅτι οὐκ ἦν ὑετός.] διὸ καὶ τῆς γῆς αὐτῶν ἐξέλιπον τὰ ἔργα μηδενὸς αὐτοῖς ὑετοῦ καρποφόρον ἐργαζομένου τὴν γῆν.

[ᾐσχύνθησαν οἱ γεωργοί.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] εἰκότως, τίνος ἕνεκεν ᾐσχύνθησαν; εἰπέ μοι; μὴ γὰρ παρὰ τὴν αὐτῶν αἰτίαν; μὴ γὰρ || τῆς αὐτῶν ῥαθυμίας; τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς γέγονε τὸ πρᾶγμα. τίνος οὖν ἕνεκεν ᾐσχύνθησαν; ὅτι αὐτοὶ αἴτιοι διὰ τὰ ἁμαρτήματα αὐτῶν, τοῖς γὰρ ἁμαρτάνουσιν, οὐδεμιᾶς ἐλάττων τιμωρίας πρόσεστιν ἡ αἰσχύνη. καὶ τὸ ἐν || αὐτῷ κολάζεσθαι. [ᾐσχύνθησαν οἱ γεωργοί. ἐπεκάλυψαν τὰς κεφαλὰς αὐτῶν.]

|| ἴσ. μὴ γὰρ παρὰ τὴν αὐτῶν ῥαθυμίαν.

|| ἴσ. δι' αὐτό.

Θεοδωρήτου.] καὶ οἱ γεωργοὶ δὲ ᾐσχύνθησαν, οἷς ὁ κύριος ἐν παραβολῇ τὸν ἴδιον ἐξέδωκεν ἀμπελῶνα, οἳ καὶ τοὺς αὐτοῦ δούλους καὶ τὸν υἱὸν ἀνῃρήκασιν. οἳ καὶ ᾐσχύνθησαν κάλυμμα ἔχοντες ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, ὡς μὴ τὸν φωτισμὸν τοῦ εὐαγγελίου καταυγάσαι τούτων τὸ ἡγεμονικόν. καθὰ καὶ νῦν ἀναγινώσκοντες τὸν μωυσῆν ἐπὶ τὸ πρόσωπον ἔχουσι κάλυμμα. τοῦτο καὶ ὁ θεῖος ἀπόστολος φησίν.

[οἱ γεωργοί.]

Ὀλυμπιοδώρου.] οἱ ὀφείλοντες ἐργάζεσθαι.

A *quòd mundanis, & iuuenilibus desideriis detinerentur. (Venerunt ad puteos, & non inuenerunt aquam.*

Chrysostomi.] *Cùm enim fluente aquâ spiritali doctrinis non attenderent, per hæc eos saniores reddit, ne malorum experimentum caperent. His addit & brutorum angustias.*

Chrysost. *Vel etiã spiritali doctrina non intendentes monere non cessat Dominus.*

Olympiodori.] *Hoc ni fecisset, ira Dei numquam euenisset. Aliter, neque enim inuenerunt* B *aquam viuam, quæ datur à Deo. (Reportauerunt vasa sua vacua.)*

Olympiod. *In mundi puteis non inuenitur spiritalis aqua viua.*

Theodoriti.] *Oppressit enim eos fames: non panis, & sitis non aquæ, sed audiendi verbum Dei; nusquam Prophetâ ad eos clamante, Hæc dicit Dominus. Legem enim Prophetasque legunt, ad hos veluti ad puteos accurrentes; sed quia nihil spiritale intelligunt, nullum fructum percipientes vacua reportant animi vasa. (Et opera terræ defecerunt, quia non erat pluuia.) Hinc terræ quoque opera ipsis defecerunt, nullâ ipsis pluuiâ* C *frugiferam reddente terram.*

Theodorit. *E Scirturis Sacris improbi nil haurire queunt aquæ spiritalis intellectus.*

Vers. 4. *(Confusi sunt agricolæ.)*

Chrysostomi.] *Meritò. Quare confusi sunt, dic obsecro? An fortè ipsi causam non dederunt? & ob nullam eorum socordiam? Dei verò nutu subsecuta res est. Cur ergo confusi sunt? quòd ipsi malorum causa sunt propter iniquitates suas, peccantibus enim pœna est nulla inferior ipsa confusio, & punitionis causa.*

5 Chrysost. *Confusio eò maior pœna peccantibus, quòd ipsi illius sunt causa.*

(Confusi sunt agricolæ, operuerunt capita D *sua.)*

Theodoriti.] *Et agricolæ confusi sunt, quibus Dominus in parabola propriam locauerat vineam, qui & seruos eius, [a] filiumque peremerunt. Qui & confusi sunt, operientes capita, ne lux Euãgelij mentem eorum illustraret: vt etiam num legentes Moysem velamen habent super faciem suam; vt etiam diuinus Apostolus ait. [b]*

Theodorit. *Iudæi dicti Agricolæ.* a Matt. 21. 33. *Capita sua operuerunt Iudæi ne lucem viderent Euangelij.* b 2. Cor. 3. 15.

(Agricolæ.)

Olympiodori.] *Qui debent operari.*

Olympiod. *Agricolæ sumus cũ operari debeamus.*

E

Vers. 5.] Nam & Cerua in agro peperit, & reliquit, quia non erat herba.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

Sed [c] & ipsa Cerua, quæ etsi sitis maximè sit impatiens celerrimo tamen cursu in syluis demorans ad fontes solet tendere: cùm tunc nedum currentem aliquem reperiet riuum, aut aquarum stagnum, quibus sitim extinguat: F *at nec tantillum virentis inueniet herbæ, cuius vel exiguo succo parumper internum suum mitiget æstum, & fami prospiciens, & siti aliquantisper, atque etiam lactis ariditati, illos ipsos pullos, quos vehementissimis peperit doloribus, & erga quos naturali amoris propensione præ animantibus reliquis maximè est affecta, ne suis eos perire videat oculis, abiens morti relinquit expositos.*

c *Nã & Cerua in agro peperit, & reliquit: quia non erat herba.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

Nam & Cerua, &c.) En quam dicebam priuationem omnis viroris, mox & in nomine vastitatis terræ designatã. Tantam futuram asserit illius siccitatis acerbitatem, vt vel sylvestria etiam animantia per eam maximè affligenda sint. Affert duorum potissimùm animaliũ exemplũ, quæ cùm calidissimæ sint naturæ, vehemẽtiori percelli solent & siti, Ceruæ, ac Onagri; de Ceruo enim propterea alibi dicitur, [d] *Quemadmodũ desiderat Ceruus:* præ ardenti scil. siti, ad fontes aquarum, *Ita desiderat anima mea ad te Deus:* De Onagro quoque, [e] *Expectabunt Onagri in siti sua,* ait Vates Regius. Sed quid? in hoc versu vbi de Ceruo agit, sicut & in vers. sequẽti vbi de Onagro, nihil de potu, quo sitis extinguitur, sed de pastu potiùs dicitur vtrobique, (*Quia nõ erat herba,*) cùm dicendũ potiùs fuisset, (*Quia non erat aqua.*) Ad hoc tamen respondendũ, & id quoque magna cum ratione factũ, vt efficaciori siccitas ipsâ probaretur emphasi, ex eo quod prędictis cõtingeret animan

1 *Ceruus & Onager siti maximè affligantur.*

d Psal. 41, 2.

e Ps. 103. 11. *Herbarũ succo aliquando animalia prospiciũt simul & fami, & siti, & lactis ariditati.*

animāribus.Cùm enim mox dictū fuisset, *Propter terræ vastitatem, quia non venit pluuia:* significatumque esset, ex pluuiæ defectu terrā ipsam fractam, & plurimis apertam hiatibus. Syluestria nunc dicuntur animantia, quæ maximè siticulosa essent, nedum aliquem reperisse aquæ decurrentem riuum, aut fossam quò sitim extinguerent, at nec tantillum virentis inuenisse herbæ, cuius vel exiguo succo parumper internum suum mitigarent æstum, & fami prospicientes, & siti aliquātisper, atque etiam lactis ariditati, propter quam alioquin vel charissimos relinquere suos cogerentur pullos: Nouimus enim, verno tēpore quando plenis humore pascua redundant herbis, ipso herbarum pastu tribus prædictis pleraque satisfacere animantia, succosā ipsā herbā ad instar panis madefacti, quem suppam vulgò nuncupamus, pro pastu simul ac potu magna ex parte illis inseruiēte. Quapropter non probo, quod super hoc quod de Cerua hîc dicitur, relinquere quos in agro peperit pullos suos, quia nō erat herba, asserit Christophorus à Castro, id intelligendum de defectu duarū herbarum Ari, & Sesalis, quas Plinius lib. 8. c. 32. ait & ante partū Ceruas depasci, vt partum ipsum reddant faciliorem, & post partum ad imbuendum vbera primis succis lactis, vt sensus sit, Ceruam cùm herbas illas non inueniat, lactéque propterea careat, relinquere fœtū morti obiectū.

Christoph. à Castro. Plinius.

2 *Cerua amoris symbolum, & filiorum amantissima.* a Prou. 5. 19.

Efficacissimum sanè argumentum ex defectu Propheta sumit omnis herbæ, primū ex eo quod parienti contingit Ceruæ. Enimuerò Cerua amoris in Sacra Scriptura symbolū, iuxta illud [a] Prouerbiorum quinto, vbi pro eo quod in Vulgata legimus, *Cerua charissima*: in Hebraico textu habetur, *Cerua amorum*: erga filios suos præ animalibus cæteris amore ipso est propensior, tum ex innata eius teneritudine, tum ex eo quod vehemētissimis illos peperit doloribus: difficillimi enim Ceruas esse partus communi ferè consensu colligunt Doctores sacri, tum ex illo Psalmi 28. [b] *Vox Domini præparantis Ceruos*. Pro quo in sua versione ex Hebræo Hieronym. *Vox Domini obstetricans Ceruis*, prout & quinta editio μαιευομένη ἐλάφους. *Obstetricantis Ceruas*, seu *Ceruis*, & Aquila, ὠδινοῦντος ἐλάφους. *Parturire facientis Ceruas*: quòd tonitrui vehementiā ad facilius emittendos fœtus iuuētur; Tum ex eo quod in c. 39. libri Iob ait Dominus, [c] *Vel parturientes Ceruas obseruasti? Dinumerasti menses conceptus earum; & fecisti partus earum? Incuruantur ad fœtum, & pariunt: & rugitus emittunt*. Quæ postrema verba Origenes homil. 3. in Cant. post dimidium ita refert. *Dolores autem eorum soluisti: aut nutristi eorum natos, aut sine doloribus partus eorum emittes?* A Cerua igitur filiorum suorum amantissima, Sic Propheta arguit. Si Cerua pullos ipsos suos, quos summo cum dolore in agro à se progenitos vehementissimo amore prosequitur, ob id tamen quòd in Iudææ regione præ ingenti siccitate herbam non reperiat, quā & sitis, & lactis mitiget ariditatem, ne suis eos perire videat oculis, abiens morti relinqui: expositos: Quid reliqua facient animantia?

Cerua est difficillimi partus. b Psal. 28. 9.

c Iob. 39. 2.

Origen.

3 *Ceruis maxima pullorum suorum cura.* d Iob. 39. 4. *Stunica. Ioan. Lorina.*

Contra hæc tamen videntur facere quæ in præcitato cap. 39. libri Iob post relata, item de Ceruis, immediatè sic habentur, [d] *Separantur filij earum, & pergunt ad pastum: egrediuntur, & non reuertuntur ad eas*. Quæ Didacus à Stunica in suis super eum locum Comment. & Ioannes Lorina super præcitatum locum Psal. 28. intelligunt, vt significetur per ea, ipsum Ceruarum fœtū perfectam edi, qui statim ad pastum pergat, nec reuertatur ad matrem. At meliùs, veriusque eadem exponit D. Thom. super Iob, de eo quod in Ceruarum contingit filiis post ablactationem, quæ citò fit. Quo sensu ei quod hîc dicitur minimè sunt contraria. Tantum enim abest: vt fœtus illico natus à matre separetur ad pastum: vt & iuxta phisiologos Ceruis natura quatuor dederit vbera ob magnam pullorum earum lactis copiæ necessitatem, dicente Aristot. lib. 6. de historia animal. c. 29. *Hinnulorum celere esse incrementum*: Et mater nullatenus istam fieri sinat à se filiorum suorum separationem, ni & erudierit priùs, dicente eodem Aristot. & Plinio lib. 8. cap. 32. *Editos partus exercent cursu, & fugam meditari docent: ad prærupta ducunt, saltumque demonstrant.*

D. Thom.

Ceruis cur natura quatuor dederit vbera.

Aristot.

Plinius.

Vers. 5.] Nam & Cerua in agro peperit, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

Anima quæ, cùm vitæ spirituali indulgeret, [e] Ceruam amoris, & charitatis exhibere se satagebat Deo, ad illum perennē inhians fontem aquæ viuæ, [f] sicut Ceruus desiderat ad fontes aquarum: [g] perfectisque ab illo eius pedibus quasi Ceruorum, viam mandatorum ipsius currens: & suo quem ex cælesti gratia habebat spiritu, vitiorum quorumcumque venenatos interimens Serpentes, in agro studij ipsius vitæ spiritualis peperit, quæ spiritus essent & proposita, & desideria sancta, & insignium virtutum habitus; Vbi ex Prælati negligentia, atque ex agricolarum socordia, ac ineptitudine & pluuia (vt mox dicebatur) deficit eruditionis diuinorum, & terræ ac diœcesis cultus: non solùm ob id quòd aquā destituta esset cælestis gratiæ, sed & ob id quòd nihil reperire potuerit enatæ ex Sacræ doctrinæ aquarum humore herbæ spiritualis alicuius moniti, è cuius vel modico succo suæ vel tantillū satisfacere valeret ariditati, tenerū id quod pepererat reliquit.

4 *Anima spiritualis cōparata Ceruæ parturienti in agro.* e Prou. 5. 19. f Psal. 41. 2. g Ps. 17. 34.

Ex defectu pluuiæ verbi Dei & spirituales quoque desistunt à cœpto bono.

An non frequenter & id pariter quàm maximè deplorādum obseruare est in diœcesi Prælati improbi, per quem ea eueniunt siccitatis, quæ hucusque sumus prosecuti: vt spiritualis aliquis in plebe reperiatur idiota, proximorū salutem sitiēs non minùs quàm Ceruus decurrentiū aquarum fontes, suoque instar Cerui habitu, & spiritu Serpentes extrahens, & consumens venenatos vel hæresi, vel sceleribus impios: qui nulli parcens labori instar Ceruæ celerrimè in Dei, atque proximi currat ministerium, & in ipso aliàs fertili Ecclesiæ agro pariat bona, sanctaque instituēdo vel Oratoria, vel Confraternitates, vel hospitalia, vel Collegia, aut quid istorum simile. Et nihilominus ab iis desistere cogitur, quia ex defectu Prælati, & spiritualium agricolarum incuria, pluuia non est verbi Dei, nec quidquam in Ecclesiastico agro exurgentis est herbæ, & monitionis diuinarum rerum, è quarū succo vel aliquantulùm suo prospiceret lacti, quo teneros nutriret natos, per id exiguum quod ipse ex aliorum monitis decerperet. Quin etiam sæpe quos magnis peperit doloribus ad internam Dei inspirationem, & vocem; ita vt propterea & de ipso id dicendū esset, [h] *Vox Domini præparantis, seu, cum dolore parturire facientis Ceruos*: in aperto, omnibusque periculis patenti agro relinquere cogitur ob pascuorū defectum, quia herba non est, nullo ad Eleemosynas faciendas, atque ad necessaria subministranda populum per Euangelij prædicationem excitante.

5 *Ex Prælati improbi incuria in procuranda pluuia verbi Dei, fit, vt & si quis idiota spiritualis aliquod bonum opus instituit ab illo desistat.*

h Psal. 28. 9. *Institutores operum bonorum desistere coguntur ob penuriā verbi Dei, & eleemosynarum.*

VVLGATÆ.

Verſ.5.] Nam & Cerua in agro,&c.

SEPTVAGINTA.

5. Καὶ ἔλαφοι ἐν ἀγρῷ ἔτεκον. καὶ ἐγκατέλιπον, ὅτι οὐκ ἦν βοτάνη.

Verſ.5.] Et Ceruæ in agro pepererunt,& reliquerunt;quia non erat herba.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Quoniam etiam Cerua in agro peperit,& reliquit; quia non erant germina herbæ.*

Verſ.5.(*Nam & Cerua in agro,&c.*)

Hieron. Hieronymus.*Grandis ſterilitas, quando & Ceruæ in agro pariunt,& relinquunt fœtus ſuos, quia non ſit herba,vel fœnum, vt quæ odore narium Serpentes extrahunt de cauernis,& venenata interficiunt animantia,cibo gratia non vtantur.*

Io.Chryſoſt. *Cur & brutis animantibus ieiunium in Niniue mandatum fuerit.* Ioan.Chryſoſtomus homil.3.ad pop.Antioch. de Detractione citans hunc locum hæc habet digna quæ hic deſcribamus. [a] *Sicut diuite aliquo mortuo non ſeruos ſolos, & ancillas,ſed & equos neceſſarij ſacco amicientes, & agaſonibus tradentes ad ſepulchrum ſequi iubent, calamitatis magnitudinem oſtentantes, & omnes ad miſericordiam allicientes. Sic & in ciuitate Niniue mori periclitante, & brutam naturam ſacco circumtexerunt, & ieiunij iugo ſubiecere.Non licet brutis ſermone Dei iram diſcere,diſcant fame,quod à Deo infligitur plaga. Etenim ſi dirueretur ciuitas,non tantùm hominum inhabitantium, Sed & brutorum vna eſſet communis ſepultura: Pœnæ igitur partem habere debentia,& ieiunij partem capiant. Et Propheta cùm flagellum aliquod intolerabile de cœlis ferri viderint ,poſtea puniendos ſine fiducia eſſe confuſione plenos,neque veniâ,neque excuſatione vlla dignos, nec habeant quid faciant, nec vnde condemnatis præbeant patrocinium,ad bruta confugiunt, & illorũ mortem deplorantes,ex his ſupplicationem faciunt, & miſerabilem, & luctuoſam ipſorum perditionẽ proponentes.Cùm fames olim Iudæam comprehendiſſet,& multa regionem ſiccitas cohiberet, & omnia conſumerentur, hic quidam Prophetarum dicebat,*[b] *Reſilierunt iuuencæ ad præſepia ſua, fluerunt armenta boum, quoniam non erant paſcua: Omnia iumenta terræ reſpexerunt ad te,quoniam exſiccatæ ſunt emiſſiones aquarum: Ille verò ex ſiccitate mala lugens,rurſus ſic ait, (Cerui in agro pepererunt, & dereliquerunt, quoniam non erat herba.Onagri in pratis ſubſtiterunt,attraxerunt ventum ſicut Draco, defecerunt ipſorum oculi, quoniam non erat fœnum.)*

a Ionæ 3.7.

Propheta ex brutorũ animantiũ morte vim ſuadare ſolent orationi.

b Ioel. 1. 17. iuxt.Sept.

2 Greg.PP. *Doctores Eccleſiæ comparati Ceruis.* Gregorius Papa lib.31. Moral.cap. 16. in illud Iob.39.[c] *Aut parturientes Ceruas obſeruaſti.Per Ieremiam,ait,de doctoribus genitos filios incautè deſerentibus dicitur, (Cerua in agro peperit, & reliquit.) Ipſi enim more Ceruarum interemptis vitiis,quaſi extinctis Serpentibus viuunt, & de ipſa extinctione vitiorũ ad fontẽ vitæ acrius inardeſcunt.Vnde Pſalmiſta ait,*[d] *Sicut deſiderat Ceruus ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus:Ipſi etiam dum labentia huius temporis momẽta,quaſi quędã flumina tranſeunt compatientes charitate onera ſua ſibi inuicem ſuperponunt: quia cautâ obſeruatione cuſtodiunt id quod ſcriptum eſt,*[e] *Inuicem onera veſtra portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti.*Faciunt autem & pro noſtro hoc Ieremiæ loco quæ idem Gregorius circa prællata verba libri Iob, & ad Ceruarum dolores partus ſpectantia ait ad finem cap. 19. citati libri, & in principio cap.20. *Parturientes Ceruas obſeruare eſt, illos labores patrum,qui ſpiritales filios generant,cautâ conſideratione penſare. Perpaucorum enim eſt penſare quis labor ſit in prædicationibus Patrum: quantis doloribus quaſi quibuſdam conatibus animas in fide, & conuerſatione parturiunt: quam cautâ ſe obſeruatione circumſpiciunt:vt ſint fortes in præceptis, compatientes in infirmitatibus,in minis terribiles,in exhortationibus blandi, in oſtendendo magiſterio humiles, in rerum temporalium contemptu dominantes,in tolerandis aduerſitatibus rigidi, & tamen dum vires ſuas ſibimet non tribuunt infirmi; quantus ſit eis dolor de cadentibus;quantus ſit de ſtantibus timor;quo feruore alia adipiſci appetunt:quo pauore alia adepta conſeruant. Nil verò obſtat quod verba Deus de doctoribus faciens, non Ceruorum, ſed Ceruarum eos ſpecie deſignat:quia nimirum illi verè doctores ſunt, qui cùm per vigorem diſciplinæ patres ſint, per pietatis viſcera eſſe matres nouerunt. Qui labores ſanctæ conceptionis tolerant, & proferendo Deo filios intra vterum charitatis portant. In edenda enim prole ampliùs matres laborant, quæ creſcentem intra vterum conceptionem longo menſium tempore ſuſtinent: & quæ ex vtero procedentem non ſine magnis doloribus deponunt.* Vide in eumdem textum ibidem plura in hanc materiam, & confirmationem parientium Ceruarum, atque doctorum.

c Iob.39.1.

d Pſal. 41.2.

e Gal.6.2.

Doctorũ Eccleſiæ dolores quanti in partu filiorũ ſpiritualium.

Doctores Eccleſiæ comparati Ceruis fœminis,quia & matres ſunt.

Rupert.Abb. *Eccleſia Patriarcharum Cerua quæ reliquit Iudaicum populum ſuum.* Rupertus Abbas lib.1.in Ieremiam c.10. *Quæ vel qualis Cerua reliquit in agro quod peperit, quia non erat herba, niſi fidelis Patriarcharum Eccleſia, quæ peperit ſecundum carnem, ſed reliquit populum iſtum,quia non eſt ſcientia?*

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΚΑΙ ἔλαφοι ἐν ἀγρῷ ἔτεκον.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τίνος ἕνεκεν τὰ ἄλογα κολάζεται; διὰ τοὺς ἀνθρώπους, εἰς διόρθωσιν τούτων,ἐπειδὴ καὶ δι' αὐτοὺς γέγονεν.

Θεοδωρήτου.] ἐν ἀγρῷ φησὶν ἔτεκον ἔλαφοι, τῶν ὀρῶν καταβᾶσαι πρὸς ζήτησιν ὕδατος. οὐ δὴ μὴ τυχοῦσαι,καὶ ἤμβλωσαν. ἀπέλιπον δὲ τὰ ἔκγονα, εἰ καὶ ζῶντα τύχοι δι' ἔνδειαν. ἀλλ' οὐ δ' αὖ εἰς πεδιάδα καταβαίνειν ἐτόλμων ἐκ δειλίας εἰ μὴ τὴν

3 Chryſoſt. *Bruta puniuntur in hominũ improborum pœnam.*

Theodorit. *Siccitas maxima deſcripta repræſentatione deficientium præ illa Ceruarũ & Onagrorũ.*

E Verſ. 5. ET *Ceruæ in agro pepererunt,&c.)*

Chryſoſtomi.] *Quam ob cauſam bruta quoque puniuntur? vt homines corrigantur,nam & propter illos facta ſunt.*

Theodoriti.] *In agro,inquit,pepererunt Ceruæ,è montibus profectæ ad inquirendam aquam, quam cùm non inueniſſent,fecerunt abortum;reliquerunt verò fœtus,fortè etiam viuos, præ inopia. Sed in campos deſcendere non auderent,cùm timidæ*

||ἀλογικὰ. τὴν || ἐρήμην τέξειαν]. φησὶ δὲ αὐτὰς, καὶ διὰ δειλίαν ἀπολιπεῖν, ἃ τίκτουσιν.

||ἐν κρείττον. || Θεοδωρήτου.] ἡ ἔλαφος πρὸς τὸ || κρεῖττον ἱστορεῖται τῆς ἐκ τῶν ἰοβόλων βλάβης, καὶ τὸ τῆς ἐχίδνης βρῶμα λέγεται καθάρσιον ἔχειν. εἰκὼν δὲ τὰ ἰοβόλα τῶν ἀντικειμένων δυνάμεων, τοῦ κυρίου φήσαντος, δέδωκα ὑμῖν ἐξουσίαν πατεῖν ἐπάνω ὄφεων, καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ καὶ τοῦ ψαλμῳδοῦ πρὸς τὸν δίκαιον λέγοντος, ἐπὶ ἀσπίδα, καὶ βασιλίσκον ἐπιβήσῃ, καὶ καταπατήσεις λέοντα καὶ δράκοντα. οὐκοῦν ἀνάγκη τὴν τοῖς ἰοβόλοις ἔλαφον ἀντικειμένην, κρείττονος ἐν ταῖς γραφαῖς ὑπάρχειν εἰκόνος. ὄρη γάρ φησι τὰ ὑψηλὰ ταῖς ἐλάφοις. καὶ ὃν τρόπον ἐπιποθεῖ ἡ ἔλαφος ἐπὶ τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων. πᾶς οὖν εὐσεβὴς τὴν ἐν ὑψηλοῖς ἔχειν διατριβὴν κατασκοπῶν, διώκων ἐπὶ τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως, ἐπί τε ποτίμους || ἀνατρέχουσα πηγὰς τῶν δογμάτων, τὰ θεῖα || ζητοῦντες. || [καὶ ἐγκατέλιπον ὅτι οὐκ ἦν βοτάνη.]

||ἐν. ἀνατρέχων. || ἐκζητῶν.

Ὀλυμπιοδώρου.] οὐ γὰρ ἦσαν οἱ ἀκούοντες. τροφὴ γὰρ τῶν ἁγίων οἱ αὐτῶν μαθηταί.

A deſint, niſi ſolitudinem vidiſſent. Ait quoque ipſus præ timore relinquere quæ pepererunt.

Theodoriti.] *Ceruus non ſolùm à venenatis non læditur, ſed etiam viperæ eſu dicitur aluum purgare. Venenata porrò contrariarum poteſtatum ſunt imagines, dicente Domino,* [a] *Dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper Serpentes, & Scorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici. Et Pſalmiſta ad iuſtum dicente,* [b] *Super Aſpidem, &* B *Baſiliſcum aſcendes, & conculcabis Leonem, & Draconem. Neceſſe itaque eſt, Ceruum venenatis contrariũ in Scripturis in meliorem partem ſumi, Montes enim ait,* [c] *excelſi Ceruis,* [d] *& quemadmodum deſiderat Ceruus ad fontes aquarum, Quiſque igitur pius in excelſis degere cogitans, & tendens ad brauium ſupernæ vocationis, atque ad fontes dogmatum potabiles accurrens, & diuina quærens,* ||

Theodorit. Ceruus viperæ eſu aluum purgat. Ceruorũ metaphorà deſignati iuſti quique infernalibus Serpentibus aduerſi.

a Luc. 10. 19.
b Pſ. 90. 13.
c Pſ. 103. 18
d Pſal. 41. 2.

Et reliquerunt, quia non erat herba.

Olympiodori.] *Nec enim erant auditores:* C *Etenim cibus ſanctorum diſcipuli ſunt.*

Olympiod. Cibus ſanctorum ſunt diſcipuli.

Verſ. 6.] Et Onagri ſteterunt in rupibus, traxerunt ventum quaſi Dracones, defecerunt oculi eorũ, quia non erat herba.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

QVin [e] & Onagri quoque animalia & ipſi æſtus, ſitiſque impatientiſſima, curſuſque in deſertis celerrimi, cùm vel ingenti ſedulitate ſuâ nil in tanta ſiccitate reperire poterunt aqua, præ vehementiſſima ſitis ariditate, quam nec modico reperta virentis herbæ mitigare valebunt ſucco, inſtar Draconum, quos India gignit, & Æthiopia calidiſſimos, adeòque & frigidi maximè appetẽtes: proque æſtu ipſo, præſertim cùm ſiti anguntur, frequenti aëris attractione, & reſpiratione ſtridulos emittentes ſibilos; In rupibus, inque præruptis montibus deficientibus præ tantillæ herbæ deſiderio oculis, atque etiam in deſiccatorum torrentium ripis, præ exigua appetitu aquæ immoti ad rugiendum ſtabunt, iam & certiores facti quòd nec aquam reperturi eſſent, nec herbam; nec vires ferè habentes, quibus iuxta innatam naturam huc illucque diſcurrerent.*

e Et Onagri ſteterunt in rupibus, (ſeu in ripis traxerunt ventũ quaſi Dracones, defecerũt oculi eorum, quia non erat herba.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

ET Onagri ſteterunt, &c.) En exemplum alterum, ſiue ſummæ ſiccitatis alterum argumentum ex eo deſumptum, quod ſylueſtri item animali tunc contigit Onagro ſitis pariter impatientiſſimo, quem propterea Græci appellant κατάξηρον καὶ διψάδα, aridum, ſeu exuſtum, & ſitibundum, vt notat Glycas parte primâ Annalium. Circa quæ multa hîc dicenda forent, & quoad Onagri nomen, naturamque: & quo ad phraſim trahendi ventum, niſi pluribus ea à nobis ſupra pertractata fuiſſent verſ. 24. capitis ſecundi, vbi Iudaicus populus eidem aſſimilabatur Onagro, & dicebatur, [f] *Onager aſſuetus in ſolitudine, in deſiderio animæ ſuæ attraxit ventum amoris ſui, &c.* Quò lectorem mittimus, præſertim cùm ibi & præſentem tetigerimus ſententiam. Sanè enim ad amborum intelligentiam

1 Onager animal exuſtum, & ſitibundũ.

f Iere. 2. 24.

mutuo ſeſe iuuant duo iſta eiuſdem Prophetæ loca. Nam quod ibi dicebatur, *In deſiderio animæ ſuæ attraxit ventum amoris ſui*, id eſt, cùm quapiam commoueri ſe ſentit deſiderij paſſione eorum præſertim, ad quæ maximè affici ſolet, frequentiſſimâ aëris attractione, & reſpiratione ad ea anhelans rudit. Idipſum & hîc ſignificatur per hæc, *(Traxerunt ventum, defecerunt oculi eorum, quia non erat herba:)* niſi quòd per poſtrema hæc verba, (*Quia non erat herba*) ſpecialis aſſignatur ratio, cur ipſi Onagri frequentiſſimâ aëris attra-D ctione, & reſpiratione rudierint, quia ſcilicet præ vehementiſſima ſiti maximâ deſiderij paſſione ad aquam anhelabant. Per figuram enim Metalepſim, quâ ab eo quod ſequitur exprimitur id quod præcedit, tranſumptionem Latinè dictam, herba poſita eſt pro aqua & pluuiâ quam ſequitur, & propter quam è terra enaſcitur. Eſt autem Sacræ Scripturæ phraſis, vt per deficere alicuius oculos vehemens illius deſignetur deſiderium, pro cuius nimirum vehementia oculi, animaque E ipſa langueat, ſic Dauid Pſal. 68. [g] *Defecerunt oculi mei dum ſpero in Deum meum:* & Pſal. 118. [h] *Defecerunt oculi mei in eloquium tuum.* Et, [i] *Oculi mei defecerunt in ſalutare tuum:* quod alibi animæ tribuerat, dicens, [k] *Defecit in ſalutare tuum anima mea.* Sic & Ieremias noſter in Threnis, [l] *Cùm adhuc,* inquit, *ſubſiſteremus, defecerunt oculi noſtri ad auxilium noſtrum vanum.*

Ventũ trahere ſignificat frequentẽ reſpirationẽ, & anhelantem ruditum.

Deficere oculos alicuius ſignificat vehementiſſimũ illius deſiderium.

g Pſal. 68. 4.
h Pſ. 118. 82.
i Pſal. 118. 123.
k Pſ. 118. 81.
l Thre. 4. 17.

Supereſt igitur vt aliquid circa allatam dumtaxat dicamus ſimilitudinem Draconum, (*Traxerunt ventum quaſi Dracones.*) Pro cuius explicatione ſciendum, duplex in Sacris literis Dra-F conum reperiri genus, alterum aquatile, ingentium videlicet piſcium, & Cetorum: de quo in Pſalmo 103. [m] *Draco iſte, quem formaſti, ad illudendum ei:* in mari ſcilicet, de quo tunc agebatur: Terreſtre alterum, Serpentium nimirum, & Colubrorum magnorum, de quibus hoc loco fit ſermo, ſicut & ſupra cap. 9. [n] *Dabo Ieruſalem in acervos arenæ, & cubilia Draconum:* & c. 10. [o] *Vt ponat ciuitates Iuda in ſolitudinem, & habitaculum Draconum.* Cæterùm quãuis multi multa de hoc Draconum genere dicant, Ea tantùm quæ ad rem

2 Draconum Duo genera, aquatile, & terreſtre.

m Pſal. 103. 26.
n Iere. 9. 11.
o Ier. 10. 22.

Dracones terreſtres natura ſunt maximè aduſti, adeòque & frigidi liquoris amantes.

rem nostram faciant adnoto, & quòd Serpentes ij qui propriè Dracones nuncupantur, in calidissimis reperiuntur regionibus India, & Æthiopia, vt asserit Plinius lib. 8. cap. 12. & 13. vbi de illis agit: & quòd ob internum æstum sint frigidi maximè appetentes, Vnde Solinus cap. 28. *Dracones ait, esse valde appetentes frigidi sanguinis Elephantorum, ob id æstu torrente præcipuè à Draconibus experi.* Et demum quòd pro æstu ipso maximè cùm siti anguntur, frequenti aëris attractione & respiratione stridentes emittunt sibilos: quod significare visus est Michæas Propheta, cùm diceret, [a] *Faciam planctum velut Draconum*: Super quæ Theodoritus ait. *Quia solitæ sunt cum cantu quodam præficæ lugere, & more Draconum sibilantium ex æstuante corde emittere anhelitum, & violentiâ quadam hunc edere, posuit dictas similitudines, luctus, sc. quasi Struthionum, & planctus velut Draconum.* Ex quibus colligere est, in quo vis sita sit eius quam præ manibus habemus similitudinis Onagri præ vehementia sitis ex defectu aquæ frequēti aëris attractione, & respiratione cum ruditu ad eam quam desiderat anhelātis, cum ipsis Draconibus, quorum & præ interna adustione similis est & aëris attractio, ac respiratio, ad simile item desiderium cum stridenti anhelantium sibilo.

Plinius. Solinus. a Mich. 1.8. Theodorit.

Quòd autem istiusmodi hoc loco significetur Onagri ob maximam siccitatem ruditus cum frequenti aëris attractione, & respiratione anhelantis ad herbam, aut aquam, cuius vehementi afficitur appetitu ex eo pariter colligere est, quod in contrarium dictum de eo reperitur, [b] *Numquid rugiet Onager, cum habuerit herbam?* Habetque magnam vim, quod in principio istius sententiæ est verbum, (*Steterunt*) & quòd Onagri ipsi in rupibus stetisse dicuntur, quando sic rugierunt, quia non erat herba. (*Et Onagri steterunt in rupibus, traxerunt ventum*, &c.) Præ ingenti namque sitis ariditate, quam vel exiguo virentis herbæ mitigare nequibant succo; qui alioquin celerrimi essent cursus, ita vt supra citato loco capitis secundi, [c] neminem assequi illos posse currentes dictum sit: quique liberrimi essent in vagando, ita vt à nullo possent detineri: & maximè seduli in perquirendis herbarum pascuis, per montes circumuagantes, iuxta illud Domini in libro Iob. [d] *Quis dimisit Onagrum liberum, & vincula eius quis soluit? Cui dedi in solitudine domum, & tabernacula eius in terra salsuginis*, id est in deserto, *Contemnit multitudinem ciuitatis, & clamorem exactionis non audit. Circumspicit montes pascuæ suæ, & virentia quæque perquirit.* In rupibus nihilominus, & præruptis montibus, deficientibus præ tantillæ herbæ desiderio oculis, immoti ad rugiendum steterunt, iam & certiores facti, quòd pro ingenti siccitate nec aquam reperturi essent, nec herbam, nec vires iam planè habentes, quibus iuxta naturam suam huc illucque discurrerent. Hæc sunt quæ circa hunc ipse dixerim locum.

3 *Siccitatis magna exaggeratio.* b Iob. 6.5. c Iere. 2. 24. d Iob. 39. 5.

Communiori tamen expositorum sententiâ hîc significatur, Onagros, cùm in vallibus aquam non inuenissent, quâ sitim extinguerent, in montes ascendisse, editioraque loca, quæ magis solent esse ventosa, vt pro aqua ventum haurirent sicut Dracones, qui pro aqua venti respiratione vti dicuntur; defecisse autem eorum oculos, præ macie nimirum depressos ob herbæ, & pascuorum penuriam. Ita vt duo attingantur, quæ Onagri siccitatis tempore pati solent mala, sitis atque famis; præ inedia enim caligari, debilitari, & deficere oculos ex eo probant, quod primo Regum legimus illuminatos [e] Ionathæ oculos vt primū mellis recreatus est gustu. Andreas Cappella arbitratur, Onagrorū potissimùm hîc afferri exemplum, quòd ij maximè sitim ferre solent, vt argumentum ad probandam vim ingentis illius siccitatis sit efficacius. Quod ita explicat Hug. Card. *Tangitur*, inquiens, *in hoc angustia tribulationis Iudæorum, quasi cum hæc animalia, quæ maximè sine potu viuunt, ita præ sitis magnitudine attrahant vētum, multò fortius tunc cætera animalia non poterunt viuere.* Stetisse autem Onagros dici in rupibus, ait idem Hugo, ne caperentur à venatoribus: & eorumdem defecisse oculos præ dolore, & turbatione. Addit Cappella, & in quærendis pascuis ipsos defecisse, quod ante ipsum asseruit & Vatablus. *Ferunt*, inquit Isidorus Clarius in Scholiis super hunc locum, *Onagri famem, ac sitim multo tempore, amant solitudinem, sed tamen longioris impatientes sitis, ac famis circumspiciunt vbi gramen, vel herba sit, & magno desiderio in excelso loco aërem trahunt celeri attractu, sicut Dracones solent, quorum est vehementissima spiratio, & sorbitio. Sed deficiunt oculi intentè videntes & nihil inuenientes: Vel potius præ debilitate ex inedia contracta, sicut de Ionatha legitur famelico, hebetatur oculorum acies.*

4 *Venti attractione pro aqua vti soliti sos siccitatis tempore & Onagros, & Dracones.* e 1. Reg. 14. 27. Andr. Capp. *Onagri maximè sitim ferunt secundum aliquos.* Vatabl. Isid. Clar.

Quoad lectionum varietatem notandum, In correctioribus versionis Sept. Codicibus Vaticano, Aldino, & aliis non legi. (*Quasi Dracones*) sed sine similitudine rem narrari Onagrorum. Quæ tamen & apud Theodoritum reperitur, & in Codicibus habetur Complutēsi, ac Regio, In eadem versione, pro (*steterunt in rupibus*) est, (*Steterunt ἐπὶ νάπας*;) νάπη, napi autem non solùm rupem significat, sed & saltum, & cliuum montis saltuosum, & vallem. Vnde non est quòd quis admiretur, si apud Ioannem Chrysostomum relatum in Appendice, pro (*in rupibus*) leget, (*In pratis.*)

5 *Lectionum varietas.*

In Hebraica Lectione Nota primò: pro (*In rupibus*) esse על־שפים *ngal scephaim* cum puncto ad latus dextrum primæ literæ ש *sein*, de qua dictione diximus aliàs sæpe, & propriè significat, (*Super excelsa*) super loca nimirum edita, quod nō alienum à nostra est Vulgata. Cæterùm plerique eamdem lectionem legentes ngal sephaim cum puncto ad sinistrum latus eius primæ literæ, (*Super ripas*) vertēda hæc arbitrati sunt. Sicque legisse visus est Chaldaicæ Paraphrasis auctor, (*Super torrentes*) hæc interpretans. Et R. Salomon exponens, (*Super riuos aquarū,*) Notatque Nicol. de Lyra, in Hebræo esse, (*In ripis,*) s. fluuiorū, & torrentium desicatorū, vt ipse exponit, & Andr. Cappel. (*Iuxta torrentes,*) Hebraica enim vox שפה *saphah*, ripam, oram, Situsque significat. (*In rupibus:*) ergo iuxta torrentes intelligere oportet. Quæ certè lectio confirmat quod dicebamus in sensu à nobis primo allato, de siti potissimū, aquarumque appetitu hîc agi Onagrorum, sicut & in præcedenti vers. Ceruorū. Nota secundò, benè quidē, & à Sept. & à nostro Interprete Hebraicum verbum...שאפו *sciaaphu*, redditum, (*Traxerunt ventum.*) Sed & benè pariter Regiam reddidisse, (*Sorbuerunt ventum*) & Vatablum, (*Ventum hauriētes.*) Omnia enim hæc id significat.

Vers. 6.] Et Onagri steterūt in rupibus, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

Onagri metaphorâ præclarè designatū peccatorem probatū est expositione secunda vers.

6 *Religiosi quàm cōgruè appellati sint Onagri.*

verſ.24. cap. 2. Nunc verò, vt & moraliter conſona hæc ſint iis, quæ mox dicta fuere in explicationem damnorum, quæ Eccleſiæ ex ſiccitate proueniunt diuini verbi propter Prælatorum ignorantiam,ſpiritualiumque agricolarum ſegnitiem, per eoſdem Onagros æquum eſt vt ſignificatos dicamus Religioſos, quorum non minima prædictorum eſt pars damnorum in Eccleſia Dei. Nec incongrua iſta eſt Onagrorum hîc allata metaphora, cùm & nomen Religioſo competat, & natura in multis eidem congruat Onagri. Enimuerò quod Onagri ſonat vocabulum aſinus Syluester eſt. Et quidem aſinum non dubitarunt plerique Sanctorum Religioſorum ſuum nuncupare corpus, & propter aſininos concupiſcentiæ motus: & quia ad religionis onera ferenda paratum id ſemper eſſe debeat.[a] Sed & aſinam ſuper quam in Palmarum proceſſione ſediſſe Dominum legimus in Euangelio; quemlibet religioſum eſſe aſſerit Bernardus ſerm. 1. Dom.in Ramis Palmarum. *Iumentum*, inquiens, *cui inſidet Chriſtus,nonne vos eſtis, iuxta præceptum Apoſtoli,* [b] *glorificantes, & portantes Deum in corporibus veſtris.* Et exinde pariter quòd Syluestres quodammodo ſunt, à mundi diuitiis, conuerſationibus,voluptatibus,negociis, pompiſque & honoribus ſegregati, aſinos iniurioſo ſecundùm eos, ſed glorioſo ſecundùm Deum titulo, aſinoſque ſyluestres illos nuncupant homines mundo addicti, iique in primis qui politici ob humanam, politiceſque ſapientiam dicuntur. Quòd ſi & ea in quibus cum Onagrorum natura iidem congruunt religioſi, noſſe quis velit, legat quæ Dominus Sancto Iob dixit cap.39.à verſ. 5. [c] *Quis dimiſit Onagrum liberum*,&c. vſque ad verſ.nonum excluſiuè,& ſuper ea Gregorium Papam lib. 31. Moralium à capite (vt in meo codice eſt) 23. vbi peregregiè iſtam pertractans materiam, ſingulas enumeratas Onagri proprietates viris aptat cõtemplatiuis: quodque ille de ſolitudine mentis dumtaxat interpretatur, Tu facili negocio & ad externam quoque clauſtri referes Religioſorum ſolitudinem. Vide, ſi lubeat, & Ioannis Pinedæ Commentarios in eum locum libri Iob, vnde & non pauca colliges ad præſens argumentum.

a Matth.21. 5.
Bernard.
b 1. Cor. 6. 20.
c Iob.39. 5.
Greg.PP.

7 *Religioſi in quanta mala decidunt in penuria aquarum diuinæ gratiæ, & verbi Dei.*

Spirituales iſti Onagri & Religioſi in tanta Eccleſiæ verbi Dei, & Sacræ lectionis ſiccitate, quæ hîc deſcribitur, ſtetiſſe quidem dicuntur(*in rupibus*, ſeu *in riuis aquarum*, aut *in torrentibus*,) prout ex Hebræo legere interpretum aliquos vidimus: Quia immoti quidem perſtiterunt in clauſtris, quæ & rupes rectè dicuntur propter illa, quæ in eis ſunt ardua: & riui nuncupantur aquarum propter facilitatem quâ diuinarum gratiarum hauriri in iis poſſunt aquæ: quin & propter Sacræ lectionis commoditatem torrẽtes quoque aſſeruntur. Cæterùm cùm ob Prælatorum, ſpiritualiumque agricolarum defectum,communis omnia in Diœceſi aliqua occupat verbi Dei, diuinæque gratiæ ſiccitas, participes & ipſi illius facti, iam infernalibus, quod valde horrendum eſt, ſimiles dicuntur eſſe Draconibus. (*Traxerunt ventum*, ait *Propheta,quaſi Dracones:*) Inſtar enim peſſimorum quorumcumque ſæcularium, qui infernali concupiſcentiæ æſtu Dracones in mundi huius ruinis habitantes ad terrenas hianti ore anhelant illecebras, ad carnales ſibilant voluptates, præque mundanorum deſiderio vehementiſſimo impetu toti in eo ſunt, vt ſuæ ſatisfaciant quoquo modo poſſunt, ſiti ſenſibilium,& carnalium voluptatum: Id enim propriè eſt(*Trahere ventum, & deficere oculos*) vt in litera expoſuimus. Quamquam & illud quoque non alienum à re de qua agimus, ſit, ſi & ſimpliciter prout ſonant, eadem ſumpſerimus: neque aliud mundana cuncta ſunt, quàm inflatus ſuperbiæ ventus, & ventus vaniſſimus, qui ſic citò pertranſeat, vt nec vel tantillum retinere eum quis valeat, iuxta illud Oſeæ, [d] *Ephraim*, id eſt delicioſus *paſcit ventum,& ſequitur æſtum.*

Religioſi praui in maximum ſui damnũ ventoſe implent.
d Oſeæ. 12. 1.

8

Ac ſicut qui multum materialis ore traxerit ventum,ſentire quidem aliquid ſibi videtur ęſtus, ſitiſque ſuæ refrigerij, & voluptatis: eam tamen omnem mox in maximam conuerſam experitur ventris compreſſionem,inteſtinorumque in cholicos vehementiſſimos dolores, quibus mori neceſſe ſit, ni tractum emittat ventum. Et vix credibile eſt, inquiunt Medici, quot, & grauiſſimos in humano corpore morbos cauſet ventus.Multóque plures, crede mihi, & difficiliores in anima per ſpiritalem cauſantur ventum,de quo nunc loquimur. Porrò quòd & in talis venti attractione, proque carnalium, & terrenarum voluptatum vehementi libidine, & eiuſdem animæ deficiant oculi, mente illius obcæcatâ, & ipſam & tandem per ſcelerum deficiat conſumptionem & mortem, teſtis eſt Apoſtolus Paulus in hunc modum eos alloquens. [e] *Sic ſtulti eſtis,vt cùm ſpiritu cœperitis,nunc carne conſummemini?* Sed & ob id pariter iſtiuſmodi religioſorum oculi moraliter deficere dicuntur, quatenus ad ea ſua coniiciunt deſideria,ad quæ peruenire non valent:deficiuntque poſt illa & in illorum intuitu, quæ aſſequi nequeunt. Euenitque ipſis in pleriſque quæ concupiſcunt, quod Salomon de indebito diuitiarum appetitu ait.[f] *Ne erigas oculos tuos ad opes,quas non potes habere: quia facient ſibi pennas quaſi Aquilæ, & volabunt in cælum.* Eueniunt autem iſta omnia, quia & in clauſtris ipſis non ſolùm nihil eſt aquæ ſapientiæ in tanta Eccleſiæ illius ſiccitate, non ſolùm nulla eſt Sacra lectio, quâ earum prouideretur ariditati ſpiritus: ſed nec quidquam vel ex humore lectionis regulæ, & conſtitutionum enatæ herbæ in monaſterio, nihil regularis obſeruantiæ, ex cuius quaſi vel modico herbæ ſucco infœlices illi aliquatenus ſuæ ſatisfacerent ariditati, & vehementi alicuius conſolationis ſiti.

Religioſo prauo quomodo deficere dicãtur oculi in ſtudio mundanorum.
e Gal. 3.3.
f Prou.23.5.

Generaliùs hanc ſententiam Andreas Cappella morali ſic explicat ſenſu, vt per Onagros fortiſſimi quique intelligantur quos, niſi diuinum eis adfuerit auxilium, deficere neceſſe eſt:vt [g] *non glorietur Sapiens in Sapientia ſua, neque fortis in fortitudine ſua. Attrahere autem ventum eſt*, inquit,*naturæ viribus, vti, & humanâ induſtriâ quæ ſine gratia minimè ſufficiunt: iuxta illud Domini*, [h] *Sine me nihil poteſtis facere. Deficiunt oculi vbi non eſt herba, & fides langueſcit,vbi verbum Dei deficit, nam* [i] *fides per verbum Dei.*

Andr. Capp. *Gratia Dei neceſſaria, vel fortiſſimo cuique.*
g Iere.9 23.
h Ioan.15.5.
i Rom.10. 17.

VVLGATÆ.

Verſ.6.] Et Onagri ſteterunt in rupibus;&c.

SEPTVAGINTA.

6. ὄναγροι ἔστησαν ἐπὶ νάπας, καὶ εἵλκυσαν ἄνεμον, ἐξέλιπον οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν, ὅτι οὐκ ἦν χόρτος ἀπὸ λαοῦ ἀδικίας.

Verſ. 6.] Onagri ſteterunt in rupibus, & traxerunt ventum:defecerunt oculi eorum; quia non erat fœnum.

APPENDIX EXPOSITIONVM
Ex antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Et Onagri steterunt super torrentes: biberunt ventum quasi Dracones; defecerunt oculi eorum, quia non erat herba.*

Vers. 6. (*Et Onagri*,&c.

Hieronymus. *Onagri quoque de quibus scriptum est Iob 39.* [a] *Quis dimisit in solitudine Onagrum liberum? plana, & campestria relinquentes stant in rupibus, & currere nequeunt, & attrahunt ventum in similitudinem Draconum: deficiuntque oculi eorum, & claram lucem cernere nequeunt rationabilibus subtractis cibis. Siccitas hæc sæpe accidit in Ecclesiis, quando Cerui, & Onagri inueniuntur in populis: & magistrorum penuriâ contabescunt. Sunt qui possunt discere, & non sunt qui possunt docere.*

Hieronym. *Verbi Dei siccitas in Ecclesia est quando sunt plures qui possunt discere, & nõ sunt qui doceant.* a Iob. 39.5.

Theodoritus. *Huius siccitatis dolorem sensisse bestias, non mansuetas duntaxat, sed etiam agrestes ait. (Ceruæ pepererunt in agro, & reliquerunt, quia non erat herba. Asini agrestes steterunt in rupibus, & attraxerunt ventum more Draconis.) Quod etiam faciunt homines dum sitiunt, tenui ventorum aurâ refrigerantes calorem.*

Theodorit.

2 Gregorius Papa lib.29.Moralium cap.18. *Herbam aliquando scientiam, atque doctrinam æternæ viriditatis accipimus, sicut per Ieremiam dicitur. (Onagri steterunt in rupibus, traxerunt ventos quasi Dracones, defecerunt oculi eorum, quia non erat herba.) Quo dicto superba, ac nequissima Iudæorum est persecutio prophetata. Ipsi quippe Onagri pro mentis elatione: ipsi Dracones pro virulenta cogitatione vocati sunt. (Qui steterunt in rupibus) quia non in Deo, sed in summis potestatibus huius mundi confisi sunt, dicentes:* [b] *Regem non habemus, nisi Cæsarem, (Traxerunt ventos quasi Dracones) qui spiritu elationis inflati superbiâ malitiosâ tumuerunt (Defecerunt oculi eorum) quia scilicet spes eorum ab eo quod intendebat, corruit. Qui temporalia diligens præstolari æterna neglexit, & terrena ideo quia Deo præposuit, amisit. Dixerunt enim,* [c] *Si dimittimus eum, sic venient Romani, & tollent locum nostrum, & gentem. Timuerunt ne locum non occiso Domino perderent, & tamen occiso perdiderunt. Sed cur ista miseris euenerint, subdit: (Quia non erat herba:) id est, quia eorum cordibus defuit æternitatis scientia, & nullo eos refecit pabulo viriditatis æternæ doctrinæ.*

Greg. PP. *Herba metaphorâ significata doctrina, & scientia.* *Iudæorum persecutio in Christũ prophetata in Onagri metaphora.* b Ioan. 19. 15. c Ioan. 11. 48.

Idem Gregorius lib. 20. Moral. cap. 28. *Quid Draconum nomine, nisi malitiosorum hominum vita signatur? De quibus & per Prophetam dicitur, (Traxerunt ventum quasi Dracones) Peruersi etenim quique ventum quasi Dracones trahunt, cùm malitiosâ superbiâ inflantur.*

Malitiosi Draconibus assimilati.

3 Rupertus Abbas lib. 1. in Ieremiam cap. 10. *Onagri, atque Onagrorum pulli hodie Iudæi sunt, nam & de illo populo sic mysticè loquitur alia scriptura,* [d] *Vir vanus in superbiam erigitur, & quasi pullum Onagri liberum se natũ putat. Stant isti Onagri in rupibus superbiæ suæ, maluntque siti, & fame perire, quàm domabili ceruice ad præsepia Christi venire, quàm humili spiritu ad caulas ouium Christi venire. (Trahunt ventum quasi Dracones,) calidi namque sunt vt Dracones, flammâ inuidiæ nimium ardentes, perinde quomodo Dracones in siti ventum trahunt, ad refrigerandum ardorem naturæ: sic isti verâ siti pereuntes, pro veris scientiæ aquis inanes fabulas, & ventosas ad consolandum inopiam suam trahunt genealogias. (Defecerunt oculi eorum quia non erat herba) id est, Excæcauit illos malitia eorum, quia* [e] *nescierunt Dei Sacramenta.*

Rup. Abbas. *Iudæi dicti Onagri, &c.* d Iob. 11. 12. e Sap. 2. 22.

D.Thomas. *Ponit afflictionem syluestrium animalium, quantum ad Ceruos. (Nam & Cerua) quæ multùm circa custodiam filiorum sollicitatur* [f] *Iob. 39. Numquid nosti tempus partus Ibicum in petris, aut parturientes Ceruas obseruasti? & quantum ad Onagros. (Et Onagri) qui tamen diu sitim sustinent. Psal.* [g] *Expectabunt Onagri in siti sua (in rupibus) in quibus magis flat ventus, (traxerunt) in siti refrigerium (quasi Dracones) qui propter sitim ventum trahunt, supra 2.* [h] *Onager assuetus in solitudine,&c.*

D. Thom. f Iob. 39. 1. g Psal. 103. 11. h Ierem. 2. 24.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΟΝΑΓΡΟΙ ἔστησαν ἐπὶ νάπας.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἰστέον, ὅτι τὰ ἐρημότερα οὗτοι νέμονται. τί ἐστιν, εἵλκυσαν ἄνεμον; τὸν ἀπὸ τοῦ δίψους παραμυθούμενοι καύσωνα. εἶδες ὀργὴν δεσπότου; εἶδες φιλανθρωπίαν ὁμοῦ μετ' ὀργῆς; φείδεται τῶν παίδων, καὶ εἰς τοὺς δούλους τὴν ὀργὴν ἀφίησιν, ἵνα κἂν οὕτω σωφρονισθῶσιν.

Θεοδωρήτου.] καὶ ὄναγροι δὲ πρὸς ὕψος εὐπνοίας χάριν ἔδραμον, τὴν δίψαν δι' ὁλκῆς τινος παραμυθούμενοι πνεύματος. πενθεῖ δὲ καὶ νοητῶς Ἱερουσαλήμ, μηδὲν εὐφροσύνης ἄξιον ἔχουσα, δουλεύουσα πολεμίοις νοητοῖς τε, καὶ αἰσθητοῖς.

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐστέναξαν ἐπὶ τοῖς ἀπολλυμένοις.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἅτε γὰρ ἀπρονόητα ὄντα ταῦτα τὰ ζῶα, αἰσθάνεται πρῶτα τοῦ λιμοῦ. καὶ οὐ λέγει τὰ ἥμερα ζῶα βοῦς καὶ πρόβατα, ἀλλὰ τὰ ἄγρια δεικνὺς τὴν ἐπίτασιν. διότι δι' αὐτοὺς καὶ ταῦτα γεγένη

4 Vers. 6. ONAGRI *steterunt in rupibus*,&c.)

Chrysostomi.] *Sciendum est, loca magis solitaria eos depasci. Quid sibi vult, traxerunt ventum? sitis æstum moderantes. Vidistin Domini iram? Vidistin humanitatem iræ coniunctam? parcit liberis, & iram in seruos effundit, vt saltem ita ad mentem redirent.*

Chrysost. *Onagri in solitudinibus pasci solitĩ, sitisque æstũ venti attractione prosternunt.* *Dei ira iuncta benignitas.*

Theodoriti.] *Onagri quoque ad cacumina montium commodæ respirationis ergò cucurrerunt, sitim suam per quandam venti attractionem temperantes. Luget quoque spiritaliter Ierusalem nihil lætitiâ dignum habentem, seruientem hostibus spiritalibus, & sensibilibus.*

Theodoreti. *Onagri sitim extinguere satagunt attractione spiritus.*

Olympiodori.] *Ingemuerunt ob pereuntes.*

Chrysostomi.] *Cùm enim hæc animalia sibi non prouideant, famem prima sentiunt. Nec mansuetas ait animantes, boues, & oues, sed feras ostendens miseriæ magnitudinem; nam & illæ*

Chrysost. *Feræ famem primæ sentiunt.* *Feræ quoque factæ sunt propter hominem, vt per eas Deum cognoscant.*

γεγένηται, εἰ καὶ μὴ εἰς χρῆσιν, ἀλλ' εἰς θεογνωσίαν.

[Ὄναγροι.]

|| Ὀλυμπιοδώρου.] οἱ τῶν κοσμικῶν πραγμάτων ἐλεύθεροι.

Θεοδωρήτου.] Φησὶ πρὸς τὸν Ἰὼβ ὁ κύριος. τίς ἐστιν ἀφεὶς ὄνον ἄγριον ἐλεύθερον; δεσμοὺς δὲ αὐτοῦ τίς ἔλυσεν, ἀληθῶς γὰρ ὁ ἐξ ἐθνῶν λαὸς πρὸς τῷ ἀλόγῳ, καὶ ἀκαθάρτῳ ἄγριός τις ἦν διὰ τὴν τῶν τρόπων ὠμότητα, ὃς ἠλευθερώθη, καὶ λέλυται τῶν συνεχόντων δεσμῶν. ἐν Ἰὼβ δὲ ἐπάγεται, καὶ ἔθέμην τὴν δίαιταν αὐτοῦ ἔρημον. δηλαδὴ τῶν πρὶν ἐνοχλούντων κακῶν. ἐν τούτοις γὰρ πληθυνόντων τῶν κρειττόνων ἔρημος ἦν. διὸ καὶ εἴρηται τῷ προφήτῃ, πολλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐρήμου μᾶλλον, ἢ τῆς ἐχούσης τὸν ἄνδρα.

[Καὶ εἵλκυσαν ἄνεμον, ἐξέλιπον οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν.] οὗτοι οὖν οἱονεὶ στάντες ἐπὶ νάπας τῆς θεολογίας τὸ ὕψος, τὸ στόμα αὐτῶν ἤνοιξαν, καὶ εἵλκυσαν πνεῦμα κατὰ τὸν θεῖον Δαβὶδ ὧν ἐξέλιπον οἱ ὀφθαλμοὶ δι' ἀπορίαν τροφῆς, αἰσθητῆς μὲν διὰ τὴν ἐγκράτειαν, νοητῆς δὲ ἐπειδὴ, καὶ οἱ διδάσκαλοι τροφῆς προσδοκῶσι ταῖς τῶν μαθητῶν ὠφελείαις ἐνευφραινόμενοι, καὶ δι' ἐλπίδι τοῦ διὰ ταῦτα γεγηθότες, μισθοῦ ὧν μὴ γινομένων, τῷ ἀναλογοῦντι συνέχεως λέγονται δικαίως λιμῷ. ||

A *illæ propter eos factæ ſunt; & licet non ad vſum, tamen ad Dei cognitionem.*

(*Onagri.*)

|| Olympiodori.] *Qui à mundanis rebus ſunt liberi.* — Olympiod.

Theodoriti.] *Ait Dominus ad Iob,* [a] *Quis dimiſit Onagrum liberum, vincula autem illius quis ſoluit? Sanè enim populus ex Gentibus non ſolùm rationis inops, & impurus, ſed etiam ferus ob morum acerbitatem erat, qui à prementi-* B *bus vinculis liber ſolutuſque euaſit. At in Iob addit, & illud,* [b] *Poſui tabernaculum eius deſertum; hoc eſt à malis quæ antea faceſſebant negotium, ab his enim, cùm affluerent bona, deſertus remanebat. Quapropter ait Propheta;* [c] *multi filij deſertæ potius, quàm habentis virum.*

5 Theodorit. — a Iob. 39. 5. — *Gentilium populus deſignatus per Onagrum.* — b Iob. 39. 6. — c Iſai. 54. 1.

Traxerunt ventum, defecerunt oculi eorum. Hi itaque veluti ſtantes in cliuis ſummæ Theologiæ os ſuum aperuerunt, & attraxerunt ſpiritum, vt diuinus dicebat Dauid, [d] *quorum defe-* C *cerunt oculi ob cibi inopiam, Corporei quidem propter abſtinentiam, ſpiritualis verò, quoniam & præceptores alimenta expectant diſcipulorum profectu gaudentes, & ſpe mercedis inde ſperatæ, quæ ſi non fiant, iure dicuntur laborare fame, quæ ex aduerſo dictis reſpondeat.* ||

Gentiles conuerſi ad fidē quomodo & Onagris ſimiles ſtantes in cliuis, véntumque trahentes ſpiritus. — d Pſal. 118. 131. — *Iuſtis deficiūt oculi propter abſtinētiam, & propter diſcipulorum defectum, in maxima eis cibi inopia.*

Verſ. 7.] Si iniquitates noſtræ reſponderint nobis: Domine fac propter nomen tuū, quoniam multæ ſunt auerſiones noſtræ, tibi peccauimus.

D *lium tuum, propter Chriſtum tuum, qui ex nobis oriundus eſt, nobiſcum conuerſaturus, teque manifeſtaturus, quo æquè ac ſit per nomen, declarandum tuum eſt & eſſe, & ſaluum facere.*

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

SI [e] *quas perpetrauimus iniquitates commenſuratam nobis reddiderint pœnam, ita vt digna factis recipiamus, Idque nobis moleſtè ferentibus, per internum ſynderesis, & conſcientiæ noſtræ remorſum indebitè conquerentibus reſponſum ab iis ipſis fuerit iniquitatibus, & teſtificatum non eſſe quod de alio quàm de nobiſmet queramur. Et ſi eadem nobis omnem auferant excuſationem, ante diuinum tribunal de ipſarum accuſanses perpetratione, teſtimonium contra excuſationem omnem ferentibus; Et quæ in murum diuino obiecta fuère conſpectui, inſtar Echo refractis quodammodo vocibus damnationem cuicumque noſtræ reſponderint cauſationi.* [f] *Fac nobis Domine ſecundùm miſericordiam tuam, à qua potiſſimùm & nomen habere dignatus es, & gloriam; Quoniam obiectum efficaciſſimum miſericordiæ propoſitum tibi eſt multorum ſcelerum noſtrorum, quibus à te auerſi, iam penè in extremum deuenimus baratrum. Fac propter temetipſum qui omnipotens ſolus es, quia multæ ſunt præuaricationes noſtræ, quarum curationi vna ſola ſufficiens omnipotentia tua, quam parcendo maximè, & miſerando manifeſtas. Et quandoquidem fœdiſſimis peccatis noſtris polluum, quantum in nobis extitit, tuum ſanctum reddidimus nomen, pro conſeruanda puriſſimi ipſius nominis gloria, facias æquum eſt, nobis ignoſcens, ne obmurmurent contra te Gentes, quòd is ſis, qui ſaluare nequeas. Denique quia multa ſunt facinora noſtra, quibus à te deficientes penitus deleri meremur, fac amabò Domine miſericordiam propter fi-*

1 — *e Si iniquitates noſtræ reſponderint (ſeu teſtificata fuerint, aut reſtiterint) nobis.* — 2 — 3 — 4

1 — *f Domine fac propter nomen tuum, quoniā multæ ſunt auerſiones noſtræ (ſeu, multa ſunt peccata noſtra coram te.)* — 2 — 3 — 4

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1

SI *iniquitates noſtræ*, &c.) Poſt ſiccitatis, conſequentiumque miſeriarum explicationem facit Propheta quod Sanctorum eſt, vt nomine totius populi Deum ad conſuetam eius excitet in tantis calamitatibus miſericordiam, ſimulque populum ipſum doceat, E quid agere, quidque ad Deum conuerſus debeat eloqui. Porrò cùm reſpondendi verbum dupliciter in vſu ſit, & pro reſpondere voce, quod eſt illius magis commune: & pro reſpondere non voce, ſed re, quod idem eſt ac reddere, rependere, compenſare, talia nimirum qualia ſeminata ſint, iuxta illud Pauli, [g] *quæ enim ſeminauerit homo, hæc & metet.* Metaphorâ ſumptâ ab Agricolis, quibus terra vt culta, & ſeminata eſt, ita vel copiâ, & bonitate, vel penuriâ, & prauitate reſpondet fructuum, quâ phraſi & nos Italicè dicimus, *Il mio campo queſt' anno m'hà riſpoſto bene*, aut, *m'hà riſpoſto* F *peſſimamente.* Et prophanis eadem in vſu eſt, vnde Virgilius lib. 1. Georgic. ait, *Illa ſeges demum votis reſpondet auari Agricolæ, bis quæ ſolem, bis frigora ſenſit.* Quomodo Geneſ. 30. [h] *Reſpondebitque mihi cras iuſtitia mea, cùm placiti tempus aduenerit*, vt iuſtitiæ reſponſio ſit Dei fauor, eiuſdemque beneficia, & reſponſio iniquitatis ſit pœna pro peccato inflicta ab eodem Deo. Iuxta hanc ſecundam acceptionem ſenſus eorum quæ hîc dicuntur. *Si iniquitates noſtræ reſponderint nobis, Domine fac*, &c. eſt clarus, idipſum eſt enim atque id quod Eccle-

Reſpondendi verbum pro reddere, & rependere. — g Gal. 6. 8. — Virgilius. — h Gen. 30. 33. — *Reſponſio iuſtitiæ, fauor Dei. Reſponſio iniquitatis, pœna pro peccato inflicta.*

ſia

sia deprecatur, *Domine non secundùm peccata nostra facias nobis, neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis.*

2 *Conscientia remorsu respondent peccata ipsa ad peccatoris querelas contra flagellantem Deum.*

Primâ autem acceptione primóque significatu idem verbum & simpliciter sumi hîc potest, & vt forense. Simpliciter vt interna hîc designetur synderesis, & conscientiæ vox, quâ conquerentibus nobis, seu saltem obstupescentibus ob inflictam aliquam pro peccatis nostris calamitatem, iusto Dei iudicio fit, vt iniquitates ipsæ nostræ intrinsecus nobis respondeant, digna, & commerita nos recipere, efficacissimis nos redarguentes rationibus. De quibus habuimus plura super vers. 19. capitis secundi, vbi propriùs Propheta dicebat, [a] *Arguet te malitia tua, & auersio tua increpabit te.* Et hæc responsio, dicitur etiam Testimonium conscientiæ, de quo Apostolus, [b] *Testimonium mihi perhibente conscientiâ meâ, quòd non mentior*; quam testificandi significationem posse hîc habere Hebraicum verbum dicemus paulò post. Sic, iuxta hunc sensum benè Propheta diuinam implorabit misericordiam, si in hunc modum sibi responderint iniquitates, quia tale testimonium, eâque responsio, & redargutio multò quacumque aliâ acerbior est pœnâ.

a Ierem. 2. 19.
b Rom. 9. 1.
Conscientiæ remorsus pœnarum omnium acerbissimus.

3 *Respondere verbum forense.*

Quòd si idem respondendi verbum sumatur vt forense prout illud sumendum colligitur ex Græco, quo pro eo vsi sunt Sept. verbo ἀντέστησαν (*restiterunt, seu restiterint nobis.*) Bene iniquitates ipsæ nostræ respondere dicuntur nobis, quatenus, nobis excusationes, quòd eas admiserimus contexentibus, ipsæmet coram Deo respondent, osque (vt dici solet) claudunt. *Si responderint* ait Ioannes Maldonatus, id est, *accusauerint nos iudicio coram te, sicut accusator respondere solet reo, eiusque excusationes refutare, vt Isai. 3.* [c] *Agnitio vultus eorum respondebit eis, id est. Ipse vultus eorum simul atque cognoscitur accusat eos.* In textu Hebraico pro nobis est. בנו *banu in nos* contra nos. Est autem insignis apud Isaiam locus huic planè similis in cap. 59. vbi dicitur. [d] *Multiplicata sunt iniquitates nostra coram te.* Id quod & hîc, vt mox videbimus, habent & Sept. (*& peccata nostra responderunt nobis.*) Super quæ Franciscus Forerius bene ait, *Exigunt peccata à Deo vindictam, & vim quasi Deo inferunt, vt non possit non vltionem sumere,* [e] *Numquid super his, ait non indignabor? Vsus est autem verbo respondendi, vel pro loqui simpliciter, vel quia coram Deo assistere peccata dixisset, Ex quorum aspectu Deus ad iram concitatur, hoc verbo respondendi significauit. Nam si peccata rogarentur quidnam aduersus suos auctores designandum esset: Omnium vna vox esset, vt perirent. Huc facit clamor ille sanguinis, &* [f] *multa huiusmodi, qua non modò rogata respondere, sed peccata coram Deo nos accusare, & vindictam implorare testantur. Quantò enim ea libentius amplectimur, tantò aduersum nos acriùs coram Deo causam agunt.* Tangit & perpulchrum alium sensum ibidem ipse Forerius, vt eleganti translatione allusio sit ad responsionem quæ in Echo fieri consueuit. Quam translationem latiùs prosequitur super eumdem Isaiæ locum Gaspar Sanctius, dicens. *Vt enim Echo eadem refert à saxis, quæ à clamante acceperat, sic peccatis quæ clamores appellantur Isai. 5.* [g] *eò quòd clament in cælum, supplicium, & vastitas respondet, tamquam illorum Echo, & reflexio, aut repercussio meritissima.* Omnino tamquam per Echo à peccatis responderi nobis, seu contra nos dicitur coram Deo, quando eadem nobis proclamant, quæ vel contra proximum, vel contra Deum nedum voce, sed & factis prolata à nobis fuere.

Ioan. Mald.
c Isai. 3. 9.
d Isai. 59. 12.
Peccata nos coram Deo accusant, & vindictam in nos exposcũt.
Franc. Forer.
e Isai. 56. 6.
f Gen. 4. 10.
Peccatis tãquam per Echo respondet pœna immissio.
Gasp. Sanct.
Peccata appellata clamores
g Isai. 5. 7.

In Lectione Hebraica est paranomasia insignis, nominis .... עונינו *ngauonenu* (*peccata nostra, iniquitates nostræ*, ac verbi ... ענו *nganu*, quod verbum non solùm respondere significat, sed & testificari. Sicque illud hoc loco sumpsère Sanctes Pagninus, & Regia, legentes, (*Si iniquitates nostræ testificatæ sunt contra nos.*) Et Vatablus in Scholiis, *Testantur*, inquit, *contra nos iniquitates, tantâ scil. nos esse dignos calamitate.* Qua de re egimus aliàs, id expendentes commune affatum, *Conscientia mille testes.* In codicibus versionis Sept. varietatem hoc loco reperio, Correctior enim Vaticanus absque particula *Si*, legit (*Peccata nostra restiterunt nobis.*) Quam particulam nec Aldinus, nec Frobenianus habent, Sed ante prædicta, legunt ἀπὸ λαοῦ ἀδοκίας. (*A populi iniquitate peccata nostra*, comâque adhibitâ, subdunt, *Restiterunt nobis.*) Hieronymus denique, Codexque Complutensis, & Regius, cum particula. *Si*, legunt, (*Si iniquitates nostra restiterint nobis.*)

4 *Peccata ipsa testantur cõtra nos.*

(*Domine fac propter nomen.*) Communi expositorum consensu, Misericordia Dei hîc imploratur, propter quam is maximè est nominatus, & glorificatur ab omnibus, in primisque à peccatoribus, in quos eam effundit, Vndè vidimus supra in cap. 3. ipsummet, sicut à sanctitate in nostra Vulgata, ita à misericordia in textu Hebraico nomen sibi indere. Vbi enim nos legimus. *Quia sanctus ego sum dicit Dominus, & non irascar in perpetuum.* Hebraicè est, [h] *Quia misericors ego sum*, &c. clariúsque in Psalmo 43. apparet ipsam Dei misericordiam esse illius nomen: Pro eo quippe quod & Aquila, & Symmachus, & Hieronymus ex Hebræo legunt, [i] *Et redime nos propter misericordiam tuam.* Sept. vt in nostra habemus Vulgata, legêre, *Et redime nos propter nomen tuum.* Et meritò; siue enim à natura, siue à præclarè gestis, prout in more hominum est, imponendum aliquod fuit nomen Deo, qui reuera vno circumscribi nequit nomine, ineffabilis, sicut & incomprehensibilis, haud aliunde quàm à misericordia imponi id ei debuit, cuius natura bonitas, cuius opus misericordia est. Ita vt propterea & ineffabile illud tetragrammaton Iehouah, quo hîc Hebraicè insignitur, cùm dicitur Domine, quidam non tam ab essentia, quàm ab ipsa Dei misericordia inditum arbitrati sint, & Redemptorem designare, vt latè tractatum videre potes à Hieronymo Prado Sectione 4. partis secundæ Commentariorum in cap. 1. Ezechielis. Et tametsi quod ab illo asseritur, mihi non probetur, qui Sanctorum semper inhærere profiteor, & veterum Patrum vestigiis, ad Dei essentiam communi consensu nomen illud referentium. Certum tamen id est, eodem tempore quo Deus id suum ab essentia significauit nomen, & aliud pariter notum fecisse, quod ab ipsa sua esset misericordia, quod & æternum sibi asseruit, sic namque in cap. 3. Exodi legimus, [k] *Sic dices filiis Israel, Qui est, misit me ad vos. Dixitque iterum Deus ad Moysem, Hæc dices filiis Israel: Dominus*, tetragrammaton nomen Iehouah, idipsum quod mox Qui est. *Deus patrũm vestrorum*, quibus scilicet misericordiam præstitit: *Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob misit me ad vos: Hoc*, misericordiâ scilicet prosecutum esse patres vestros, *nomen mihi est in æternum, & hoc memoriale meum in generationem, & generationem.* Ad quod allusisse crediderim postea illos item filios Israel, qui apud Isaiam dixêre: [l] *Tu Domine*, Iehouah tetragrammaton, *pater noster, redemptor noster, à sæculo nomen tuum*, vtrumque,

5 1. Sensus. *Misericordia nomen Dei.*
h Iere. 3. 12.
i Psal. 43. 26.
A misericordia inditum Deo nomen tetragrammaton ob redemptionem.
Hieron. Pra.
Simul cum nomine tetragrammaton quod ab essentia, & aliud sibi Deus indidit nomen à misericordia.
k Exod 3. 14.
l Isai. 63. 16.

que, & id nempe quod ex essentia, & id quod ex misericordia.

6 Præter hunc tamen communem, & tres alios afferre possumus eiusdem sententiæ sensus. Ac primum iuxta id quod & aliàs supra me obseruasse recolo, vt nomen Dei frequenter in Scriptura Sacra dicatur pro ipsomet Deo, præsertim quando reperitur id vel fecisse, vel dixisse quidpiam. Quod dicitur, (*fac propter nomen tuum*) tantumdem erit. Ac si dictum esset, fac propter temetipsum. Prout correctior Codex Vaticanus versionis Sept. habet κύριε ποίησον ἡμῖν ἕνεκέν σου, (*Domine fac nobis propter te.*) Quomodo & Sanctus orauit Daniel in supplici illa sua ad Deum oratione, simulque & semet exponens quid tali sibi vellet orandi modo, dicens,[a] *Nunc ergo exaudi Deus noster orationem serui tui, & preces eius; & ostende faciem super sanctuarium tuum, quod desertum est, propter temetipsũ.* Et post aliqua.[b] *Neque enim in iustificationibus nostris prosternimus preces nostras ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis: Exaudi Domine, placare Domine: attende & fac: ne moreris propter temetipsum Deus meus: quia nomen tuum inuocatum est super ciuitatem, & super populum tuum.*

2. Sensus. Facere Deus dicitur propter nomen suum, quod facit propter semet.

a Dan. 9. 17.

b Dan. 9. 18.

7 Quibus vltimis verbis alius indicatur & eorum, quæ hîc dicuntur sensus, vt (*propter nomen tuum*) tantumdem sit, ac propter temet, vt in nobis es, & in nobis nominaris. Ac si dicatur. Si iniquitates nostræ responderint nobis, ne iam nostri habeas rationem, sed tuimet, gloriæ nimirum tuæ, nominisque tui, quod inuocatum est super nos. Quod apertiùs mox in vers. 9. ipsemet Ieremias declarabit subdens,[c] *Tu autem in nobis es Domine, & nomen tuum inuocatum est super nos, ne derelinquas nos.* Idemque Deus apud Isaiam, cùm ait,[d] *Propter me, propter me faciam, vt non blasphemer.* Maximè enim tangitur curâ istius nominis sui, prout apud Ezechielem contestatus est verbis pluribus, inquiens. *Ingressi sunt*, scil. Iudæi, *ad gentes, ad quas introierunt, & polluerunt nomen sanctum meum, cùm diceretur de eis: Populus Domini iste est, & de terra eius egressi sunt: Idcirco dices domui Israel: Hæc dicit Dominus Deus. Non propter vos ego faciam domus Israel, sed propter nomen sanctum meum, quod polluistis in Gentibus, ad quas intrastis. Et sanctificabo nomen meum magnum quod pollutum est inter Gentes, quod polluistis in medio earum, vt sciant Gentes, quia ego Dominus, cùm sanctificatus fuero in vobis coram eis.* Omnino idipsum est iuxta hunc sensum, (*propter nomen tuum*) ac propter gloriam nominis; idemque Propheta noster modicis hisce asseruit verbis (*fac propter nomen tuum.*) atque illud, quo & Vates Regius sic deprecabatur,[e] *Propter gloriam nominis tui Domine libera nos, & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum: Ne fortè dicant in Gentibus, vbi est Deus eorum?*

3. Sensus. Facit Deus propter nomẽ suum quod propter gloriã suam, nominisque sui facit.

c Isai. 48. 11.

d Ezech. 36. 20.

Nominis gloriæque suæ curâ Deus maximè tangitur.

e Psal. 78. 9.

8 Cæterùm si quam in subsequentibus versibus de diuini verbi incarnatione facit prophetiam ab hoc versu septimo Prophetam exordiri velimus, in quo suam exorsus est deprecationem: prout certè admodum mihi videtur congruum, vt tota oratio eodem spectet. Nominis Dei vocabulo ipsum incarnatum verbum designatum sumere par est: quod simili ratione, quâ ob id Verbum dicitur, quia per ipsum diuina manifestata est essentia, iuxta illud Apostoli,[f] *Locutus est nobis in filio*: & nomen quoque dicatur quatenus nomen ipsum & essentiam explicat. Vnde Petrus item Apostolus nominis vocabulo Christum exprimens,[g] *Non est aliud nomen, ait, sub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri*: id est Non est alius, per quem salus hominibus præstari possit, quàm Christus Iesus, de quo tunc sermonem habebat, de quo, & Paulus ait,[h] *Decebat eum propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis eorum per passionem consummare.* Sic quod hîc ait Propheta, (*fac propter nomen tuum*, literali pariter & hoc sensu accipies,) ac si dixissent, fac amabò, Domine misericordiam, propter Christum tuum qui ex nobis oriundus est. Ad quem illico se conuertens subiiciet, *Expectatio Israel Saluator eius in tempore tribulationis: quare*, &c. vt paulò pòst explicabimus. In impressis, quotquot vidi codicibus versionis Sept. vno excepto Vaticano, de quo supra, ita hæc habentur. (*Domine fac nobis propter nomen tuum.*) Hebræa sicut nostra Vulgata.

4. Sensus, Facit Deus propter nomẽ suum quod facit propter filium incarnatum.

f Hebr. 1. 2.

g Act. 4. 12.

h Hebr. 2. 10.

9 (*Quoniam multæ sunt auersiones nostræ.*) Particula rationalis (*quoniam*) maximam in hac oratione habet vim, infert enim rationem ferè conuincentem præcedentis deprecationis, *fac propter nomen tuum*, quocumque ea sumatur sensu, Æquè enim est ac si dicatur: fac secundùm misericordiam tuam, quoniam obiectum efficacissimum misericordiæ propositum tibi est multorum scelerum nostrorum. Cuius obiecti rationem meliùs expressère Sept. legentes, (*Quoniam multa peccata nostra coram te.*) Vel fac propter temetipsum, qui omnipotens solus es: quia multæ sunt auersiones, & præuaricationes nostræ, quarum curationi vna sola sufficiens est omnipotentia tua, quam parcendo maximè (vt canit Ecclesia) & miserando manifestas. Vel, Quoniam multis auersionibus nostris pollutum, quantum in nobis extitit, tuum reddidimus nomen, facias necesse est propter gloriam nominis tui. Vel denique, Quia multæ sunt iniquitates nostræ, quibus à te deficientes penitus deleri meremur, operæ precium est vt nostri miserearis propter Christum, in quo tuum mundo manifestandum est esse, & saluum facere. Habetque & suam peculiarẽ vim quod adiectum hîc est, (*Tibi peccauimus.*) Quã vim expresère Sept. alteram & his præponẽtes rationalem particulam ὅτι (*Quoniam*) Crediderim enim hæc referri ad subsequentia, *Expectatio Israel, & Saluator eius*, &c. vt sensus sit. Quandoquidem tibi, & contra te peccauimus, quem iure expectationem Israel nuncupamus, & eiusdem Saluatorem in tempore tribulationis, quâ certè nulla acrior ipso est peccato, fac iam secundùm nomen istud tuum. Ac si dicat, Veni & libera nos. De Latino nomine auersionis, deque Hebræo, quod & rebellionem significat, egimus in superioribus sæpius.

Peccata nostra sunt obiectum misericordiæ Dei.

Peccatorum remissio opus omnipotẽtiæ.

Vide Expositionem Moralem, & Appendicem Patrum huius vers. post expositionem primam Vers. 8.

Vers. 8.] Expectatio Israël, Saluator eius in tempore tribulationis: quare quasi colonus futurus es in terra, & quasi viator declinans ad manendum?

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

ET[i] *quandoquidem contra te Christe fili Dei viui peccauimus, quem iure expectationem Israel nuncupamus, eiusdemque Saluatorem in tẽpore tribulationis, quâ certè nulla ipso est acrior peccato. Æquum est,*

i (*Quoniam*) *tibi peccauimus expectatio Israel, Saluator eius in tempore tribulationis.*

est, vt de hoc quoque doleamus, fatentes quòd tibi potissimum peccauimus, quem ex nostro semine iuxta diuinas promissiones nasciturum expectamus, vtque nostri in primis expectationem, ad desiderium ob oculos habemus, qui nos à nostris saluos facias peccatis, Confitemur & ob id contra te quam maximè deliquisse, quia tu nos populum tuum Israel magnâ expectasti longanimitate, neque vt merebamur ad nihilum redegisti, vt, carne ex nobis sumptâ, sis noster Saluator, ab ipsis nos saluans quibus opprimimur delictis. [a] *Quòd si & nunc quando in tantis versamur peccatis, vt propter illa calamitatibus vndique premamur, tu nobis opem non feras. Ad quid iam te Saluatorem nostrum expectemus scelerum? Ad quid è calis calestem in Iudaa facturus coloniam, vt terra nostra incola, tellurisque nostra agricola carne è nobis assumptâ descendens peregrinum te profectò exhibens, nihil è terra sumens prater ea qua natura sint necessaria; nullum* [b] *proprium habiturus habitaculum, viator in iugibus itineribus; Euangelizare numquam desistens; eòque ad hospitandu declinans, vbi vel noctis, vel lassitudinis cogat necessitas? Ad quid tu qui nedum Iudaa, sed & totius es conditor Orbis, adeòque & qui iure optimo terra nostra dominus, ne dum indigena es: quique Iudaus ex nobis oriundus es Iudais, instar incogniti tamen aduena apud Iudaos futurus es, veluti in peregrinantium diuersorium declinatus?*

a *Quare quasi colonus (seu peregrinus) futurus es in terra?*

b *Et quasi viator (seu indigena) declinans ad manendum (seu, ad diuersorium.)*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

10 *Literalis istorum sensus quem cõmuniter asserunt non probatur Auctori, asseritur tamẽ ille post explicata omnia de Christo.*

E*Xpectatio Israel*, &c.) Quia ferè communi recentiorum præsertim, & nonnullorum etiam Antiquorum expositorum consensu quæ in his duobus vers. 8. & 9. habentur, Sicut & præcedentia ad illud referuntur temporis, in quo tam grandis futura in Iudæa prænunciata est siccitatis, aliarumque miseriarum calamitas, ita vt per metaphoram Deo hæc sint tributa, quòd quasi colonus, quasi viator, &c. existimandus sit, prout ex eorum sententia explicabo inferiùs: quandoquidem sensus is mihi minimè probatur, quem benè arbitror à S. Hieronymo sensum appellatum Iudæorum. vt illum statuam, quem nostræ fidei magis consonum, Iudæorumque cæcitati aduersum, magisque ad mentem Prophetæ teneo germanum, vt de venturo Christo apertissimum in his sit vaticinium, Duæ præsupponendæ sunt regulæ Sacrarum literarum peritis apprimè notis. Altera ex Augustino, ex Hieronymo altera. Primam his asserit Augustinus lib. 8. de Genesi ad literam. *Cum primitus propriè res ipsas intelligere ratio nulla prohibeat, cur non potiùs auctoritatem Scriptura simpliciter sequimur in narratione rerum gestarum, res verè gestas priùs intelligentes, tum demum quicquid aliud significant perscrutantes*, Idemque ad finem capitis primi eiusdem lib. 8. *Sanè ait, si nullo modo possent saluâ fide veritatis ea, qua corporaliter hic nominata sunt, corporaliter etiam accipi, quid aliud remaneret, nisi vt ea potiùs figuratè dicta intelligeremus, quàm Scripturam Sanctam impiè culparemus? Porrò autem si non solùm non impediunt, verùm etiam solidiùs asserunt diuini eloquij narrationem, hac etiam corporaliter intellecta, nemo erit, vt opinor, tam infideliter pertinax, qui cum ea secundùm regulam fidei exposita propriè viderit, malit in pristina remanere sententia, si fortè illi visa fuerant nonnisi figuratè posse accipi.*

Scriptura Sacra vbi bene accipi potest proprio significatu nõ est is dimittendus pro sensu figurato. Augustin.

Regulam alteram de frequenti Prophetarum transitu ab historia quæ de rebus sui temporis, de moribus, deque malis erat tunc imminentibus, ad Christum; & à Christo rursus ad historiam, Hieronymus talibus constituit, primum lib. 5. Comment. in Isaiam ad principium cap. 16. *Omnis, inquit, Prophetia anigmatibus inuoluitur, & pracisis sententiis dum de alio loquitur, transit ad aliud; ne si ordinem Scriptura conseruet, non sit vaticinium, sed narratio.* Cum lib. eorumdem Comment. item in cap. 16. *Moris est Scripturarum, vt postquam desperationem mentis humana lato nuncio subleuarint, rursum negligentes, & nolentes agere pœnitentiam deterreant comminatione, ne bonitas Dei induret cor nostrum.*

Prophetæ sæpe transeunt ab historia ad Christum & à Christo ad historiam. Hieronym.

11 *Quàm aptè hæc omnia literaliter & propriè de Christo prædicta sint.*

His suppositis, quis abnuat optimè, & præcipuo literæ sensu de Christo hæc prænunciata, cui propriè vniuersa hæc competunt, quòd & expectatio, & Saluator sit Israëlis, quòd quasi colonus, quasi viator, vel vt vir vagus, & cætera? præsertim cùm qui consuetus est Prophetarum transitus hoc loco peropportunè sit factus? Examinemus singula. Et occasione commemorationis multarum auersionum, multipliciumque peccatorum, quibus Iudaicus populus Dei prouocauit iram, omnimodamque per varia calamitatum genera promeruit deletionem. Efficaciori oratione conuertit Propheta sermonem ad venturũ Christum, quem iure proprio cunctorum notat peccatorum propitiationem, dicens, (*Tibi peccauimus. Expectatio Israel, & Saluator eius in tempore tribulationis.*) (*Tibi*, inquit, *peccauimus expectatio Israel*) quia tametsi contra Deum simpliciter Iudæi peccarint, quem peculiariter Deum suum multiplici ratione offenderunt, & dereliquerunt: per ipsas tamen auersiones suas multas, contra eum potissimùm deliquêre, quem ex ipsorum semine iuxta diuinas pollicitationes incarnatum expectabant filium Dei, contra quem maior erat ingratitudo: Et quem quantum in ipsis erat, à se auertebant ab ipso auersi.

Iudæorũ peccata præcipuâ ratione contra Dei filium committebantur.

12 *Expectatio Gentium, potissimúmque Israel quàm congruè sit nuncupatus venturus Christus.*

Quàm propriè autem id venturo in mundum Christo competat nomen expectationis Israel, res ipsa adhuc in ipsis docet Iudæis, qui cùm illum venisse non credant, toti sunt in eo expectando, ita vt iam in prouerbium deductum sit, vt quando quid à quopiam vehementi expectatur desiderio, expectare is illud dicatur, sicut Iudæi expectant Messiam. Hac tamen prauâ eorum omissâ expectatione, quæ ex infidelitatis est perfidia. Legimus in præclarissima illa Patriarchæ Iacob de ipsius Christi futuro aduentu Prophetia facta in benedictione Iudæ, eumdem ne dum vnius populi Israel futurum expectationem: sed & populorum omnium: Sic enim ibi dicitur, [c] *Et ipse erit expectatio Gentium*, expectatio in abstracto, ad maiorem emphasim, prò maximè expectabilis, maximéque expectatus, vtpote quem Aggæus Propheta [d] *desideratum* dixit, *cunctis Gentibus*. Hebraicè etiam in abstracto, *Desiderium omnium Gentium.* Attamen magis propriè noster hîc locutus est Ieremias, (*Expectationem*) eumdem appellans specialiter (*Israel*) cui factæ fuerant repromissiones, è quo erat oriundus; quique illius cognitionem habebat futuri aduentus, cuius ignari erant Gentiles. Ita vt diuersimodè eidem competat nomen desiderij, seu expectationis respectu omnium Gentium, & respectu Israel; Gentium namque expectatio, & desiderium pro expectabili, & desiderabili dicebatur quatenus cùm vniuersæ Gentes quàm maximè illius & aduentu egerent, & redẽptione, quasi pondere naturæ eum appetebant, illũq; si nouissent, præ omnibus & desiderassent, & expe

c Gen. 49. 10.

d Aggæ. 2. 8.

Christus diuersâ ratione dictus expectatio, seu desiderium Gentium, & expectatio, seu desiderium Israel.

expectassent: Eo planè modo, quo Apostolus expectationem, & gemitum, ac dolorem instar partus cuicúque tribuit creaturæ etiam inanimatæ, dicens, [a] *Expectatio creaturæ reuelationem filiorum Dei*, expectat, quæ in secundo Christi aduentu est facienda, & paulò post subdit, [b] *Scimus enim quod omnis creatura ingemiscit, & parturit vsque adhuc præ maxima scilicet expectatione finis malorum, quibus non volens subiecta est.*

a Rom. 8. 19.
b Rom. 8. 22.

13 *Christus expectatio, & desiderium cunctorũ Patriarcharum, & etiam primorum parentum.*

Ar verò Israelitici populi Expectatio idemmet Christus dictus est, & desiderium potentiâ, & actu, id est ne dum quia expectabilis, & desiderabilis, sed etiam quia præ omnibus & expectatus, & desideratus, ipse contestatus est in Euangelio, vbi dixit, [c] *Abraham pater vester exultauit*, i. summo affectu expectauit, desiderauitque, ac gestiuit præ gaudio, *vt videret diem meum: vidit*, in spiritu, *& gauisus est.* De eadem etiam in Patriarchis Antiquioribus, vel in primis quoque humani generis progenitoribus Sanctus fidem facit Iacob. Gen. 49. in benedictione Ioseph, [d] *Donec veniret*, inquiens, seu, *Donec veniat desiderium collium æternorum*, seu *sæculi*, vt est in Hebr. sæculi, aut æterni, pront aliàs sæpe in Sacris literis, vtens vocabulis ad maximam designandam antiquitatem: collium verò appellatione antiquissimos designans patres, pront eadem metaphorâ iuxta versionem Sept. ante immediatè, pro eo quod in Vulgata legimus.[e] *Benedictiones patris tui confortatæ sunt benedictionibus patrum eius: dixerat, Benedictiones patris tui confortatæ sunt super benedictionem montium stabilium.*

c Ioan. 8. 56.
d Gen. 49. 26.
Æternum pro valde antiquo. Montium & colliũ nomine designati patres.
e Genes. 49. 26.

14 *Iudæorũ peccata contra filium Dei incarnandum censentur potissimum admissa.*

Quia in versione Sept. diuersam hîc reperio vocem ad expectationem designandam, atque in cap. 49. Genes. vbi primùm à Iacobo in benedictione Iudæ hoc venturo Christo inditum est nomen, adducor vt alterum hîc addam eorum quæ hoc loco dicuntur, sensum item de Christo, forrasse à veritate quoque non alienum. In præcitato loco lib. Genes. vbi dicitur.[f] *Et ipse*, s. Christus *erit expectatio Gentium.* Græcè pro *expectatio est* προσδοκία *prosdokia.* Ar verò hîc non est προσδοκία, sed aliud vocabulum istud ὑπομονή *ypomoni*, quod ita expectationem significat, vt adiunctam habet patientiam, tolerantiam, ac sustinentiam, ac propterea rectè quoque sic reddi hîc potest. *Patientia Israel*, vt cùm dicitur per Prophetam. (*Tibi peccauimus expectatio, seu patientia Israel Domine.*) (sic enim habent Sept.) id confirmetur, quod supra dicebam, Iudaicum populum Deum suis offendentem peccatis, ab illoque se auertentem, Christum ipsum Dei filium ex eis carnem sumpturum offendisse, & contra eum potissimùm peccasse, quem tantopere expectatum ob oculos semper habebat, Quique vt totius iustitiæ decor iniquitatem, & iniustitiam omnem vt in se collimatam patienter ab eo sustinuit populo, longanimi illum expectatione ad pœnitentiam expectans: vt vel ob hoc solum confunderentur. Quod clariùs explicabit infra Ieremias noster c. 17. vbi sic eumdem alloquetur Dei filium, [g] *Solium gloriæ altitudinis à principio, locus sanctificationis nostræ*, i. in quem, vt in proprium scopum, & locum omnis nostra collimatur sanctificatio, vt in decorem iustitiæ: *Expectatio*: eadem quæ & hîc Græca vox ὑπομονή. *Sustinentia, seu patientia Israel Domine: omnes qui te derelinquunt confundentur*: iuxta illud Danielis. [h] *Tibi Domine iustitia, nobis autem confusio faciei. Recedentes à te in terra scribentur*, vt facilè, scilicet deleantur: *quoniam dereliquerunt venam aquarum viuentium Dominum*: te

f Genes. 49. 10.
Christus quã patienter sustinuerit, expectaritque ad pœnitentiam Iudæos.
g Ier. 17. 12.
h Dan. 9. 7.

A nimirum verum Deum Verbum Patris, instar venæ aquarum viuentium ab illo prodiens. Et iuxta hunc sensum non incongrue accipi & nostra porest lectio Vulgatæ, quæ est consona lectioni Hebraicæ, vt cum dicitur. (*Tibi peccauimus, expectatio Israel.*) Expectationis vocabulo actiuè sumpto, tantumdem sit ac si dicatur. Fatemur Domine, contra te in primis nos deliquisse, eoque magis quòd tu nos populum tuum Israel maxima expectasti longanimitate; sed & id nouimus, quòd tunc fili Dei carnem ex nobis assumens noster adueniens Salnator, atque in pessimæ huius tribulationis peccatorum tempore nos saluos facies, quod magis expressère Sept. iuxta correctiores Codices qui habent, καὶ σώζεις ἐν καιρῷ κακῶν, *& Saluabis in tempore malorum.* Hæc ex abundantia doctrinæ dicta sint. Verus tamen sensus est, quem primò attuli, vt *Expectatio Israel*: passiue potius dictus sit Christus: idque quàm aptè subiectum sit ei quod dicebatur, *Tibi peccauimus*, ex eo deducere est, quod prædictæ appellationi adiectum est.

Christus dictus expectatio Israel, & actiuè ipso expectationis vocabulo.

C (*Saluator eius*, scilicet Israël *in tempore tribulationis*,) cuiuscumque scilicet quæ per peccata aduenerit, ipsorumque in primis peccatorum tribulationum omnium pessimorum. Ob hoc quippe expectatio Israël dictus fuit qui ab æterno filius est Dei, quia vt Saluator expectabatur ab Israel, quòd ipsum à peccatorum salu[aturus] esset oppressione. Sic quando Patriarcha Iacob, qui & Israel suam actu expectationem illum professus est, vt Saluatorem certè id asseruit, dicens:[i] *Salutare tuum expectabo Domine.* Atque ob id nomen Iesus, i. Saluatoris illi imponẽdum iussit in Euangelio Angelus,[k] quod saluum facturus ipse esset populum suum à peccatis eorum. Iuxta apertissimum Danielis vaticinium, quo ab Angelo item dictum ei fuit.[l] *Septuaginta hebdomades abbreuiatæ sunt super populum, & super vrbem sanctam tuam vt consummetur præuaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna.*

15 *Christus expectatus ab Israele, vt Saluator à peccatis.*
i Gen. 49. 18.
k Matt. 1. 21
l Dan. 9. 24.

16

(*Quare quasi colonus futurus es in terra?* &c.) Præcedentibus vt diuino Verbo habitis, prout iam exposuimus, rectè hæc subiecta sunt, in eorumque cõfirmationem; Æquè enim est ac si dicatur. Cum tibi ô expectatio Israel peccauerimus: Saluator noster in tempore quo magis per peccata opprimimur, si tu ab illis nos non salues quare futurus quasi colonus in terra, quando carnem in terra sumes, & quasi viator, &c. q. d. Ad quid è cælis in terram homo factus descẽdes, mundumque peragrabis, & indignissima patieris, quasi qui saluare nequeas? Circa quæ illud nota particulas, *quasi velut*, atque *vt* ita in his esse similitudinis, vt & veritatem pariter signent quoad ea quæ intuentium exhibita fuère oculis. Quoad hoc quod hîc expendendum propositum est: (*Quare quasi colonus futurus es in terra*:) Sanctus Augustinus lib. 10. de Ciuit. Dei tres afferre videtur istius nominis coloni significationes, primam quâ ij designẽtur, qui vineas, agrosque colunt, vulgò terræ operarios, & agricolas, quo significatu id nomen in vsu est nouo in testamento: Secundam, quâ incolæ & habitatores alicuius designantur ciuitatis, quam significationem eo probat Maronis versu. lib. 1. Æneid. *Vrbs antiqua fuit, Tyrij tenuêre coloni* Et tertiam, quâ colonus is dicitur, qui in minorem aliquam ciuitatem, à maiori ciuitate mittitur, vt coloniam ibi eiusdem maioris faciat

Coloni nomen triplici significatione sumptum. August.

ciuitatis: ita vt qui in hunc modum à Romana ciuitate vel in Africam, vel in Hispaniam, vel in quantumlibet longinquas missus fuisset, tam ipse, quàm quos ibi gigneret filios, ciues censerentur Romani.

17 Cæterùm tametsi & omnibus his tribus significationibus dici quiuerit Christus colonus in terra, præsertim Iudææ, & quia in illa habitauit, iuxta illud Baruch,[a] *Post hæc in terris visus est, & cũ hominibus conuersatus est*; quod habitãdi verbo expressit in Euangelio Ioan. cùm diceret. [b] *Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis.* Nec ambigo eundem asserere & colonum agricolãque in Iudææ terra extitisse, quòd sicut ipsemet ad differentiam pastoris mercenarij de se dixit, [c] *Ego sum pastor bonus: Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis*, Ita & ad agricolæ mercenarij discrimẽ bonus dici debet Iudaici in primis agri colonus, in cuius nimirum cultura per multos annos proprio laborauit sudore, in euellendis nimirũ malis moribus, in seminando Dei verbo, atque in virtutum plantandis habitibus; ad quod fortasse alludit Paulus, cùm diceret, [d] *Dei agricultura estis.* Quis verò abnuat illum ipsum in terras colonum è cælis à Patre missum, cæli nihilominus extitisse ciuem, imò, & Dominum, qui & vt Deus ita in terras venit, vt à cælis non abscesserit: & vt homo etiam in terris cælesti fruebatur beatitudine, quatenus secundùm mentẽ plenè videbat Deum? Ex Originalibus tamen patet, in nulla harum triam significationum Prophetam id coloni nomen hoc loco vsurpasse. Et Hebraicum namque vocabulum גר gher, & Græcum πάροικος parikos, quo vsi sunt Sept. aduenam significant, & peregrinum, eodemque significatu coloni vocem adhibuit & noster Interpres. Neque id nouum; siquidem & Exodi. 12. dicitur.[e] *Eadem lex erit, indigenæ, & colono qui peregrinatur apud vos*, & Leuit. 18.[f] *Custodite legitima mea, &c. tam indigena, quàm colonus qui peregrinatur apud vos*, & Isai. 52.[g] *In Ægyptum descendit populus meus in principio vt colonus esset ibi*, id est, vt ibidem peregrinaretur, &c. Porrò tribus de causis peregrinum Christum extitisse asserunt Expositores, & quia iuxta Euangelij Ioannis dictum, scilic.[h] *in propria venit, & sui eum non receperunt*: & quia re vera quoad vsum terrenorum instar peregrini in terra Iudææ se habuit, nihil ex eis accipiens præter ea quæ necessaria essent naturæ: & quia de cælo venit in mundum, quasi in alienam terram, ita vt propterea dixerit,[i] *Ego non sum de hoc mundo.* Quibus adde & has duas: quia ita peregrinatus est in hoc mundo, vt mente nihilominus cælesti frueretur beatitudine, adeóque & comprehensor ac multò plus quam ciuis esset Sanctorum cælorum. Et quia re vera post resurrectionem peregrini habitu duobus se exhibuit discipulis, ita vt eorum alter illi dixerit, [k] *Tu solus peregrinus es in Ierusalem?* Quòd si Petrus Apostolus fidelibus dixit, [l] *Obsecro vos tamquam aduenas, & peregrinos abstinere vos à carnalibus desideriis, quæ militant aduersus animam, conuersationem vestram inter gentes habentes bonam*: quantò propriùs, & veriùs Ieremiæ licuit eum dicere quasi colonum & peregrinum in terra cui nulla vnquam carnalium, desideriorum pugna, cuius & conuersatio ipsa extitit sanctimonia super terram?

Christus Iudeæ colonus quia in illa habitauit.
a Baruch. 3. 48.
b Ioan. 1. 14.
Christus terræ Iudææ colonus & agricola.
c Ioã. 10. 11.
Christus terræ colonus quia in terra ciuis cæli.
d 1. Cor. 3. 9.
Coloni nomẽ pro peregrino & aduena.
e Exo. 12. 49.
f Leuit. 18. 26.
g Isai. 52. 4.
Peregrinus cur fuerit appellatus Christus.
h Ioan. 1. 11.
i Ioan. 8. 23.
k Luc. 24. 18.
l 1. Pet. 2. 11.

18 (*Et quasi viator declinans ad manendum*, seu *ad pernoctandum*,) vt habent Hebr. Lege Euangelia, & videbis quàm verè viator fuerit Christus, qui vt peregrinus venit in mundum. [m] *Fatigatus* inquit Ioannes, *ex itinere sedebat sic supra fontem*: vbi & post multa habes quomodo idem declinauerit ad manendum, & hospitandum in ciuitate Sichar. [n] *Et mansérit* ibi ait, *duos dies* An non viator, declinans ad manendum, qui, vt ait Lucas, [o] *Ingressus perambulabat Ierico.* Zachæoque dixit, *Zachæe festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere?* Quique vt ait Petrus, [p] *pertransiit benefaciendo, & sanando omnes oppressos à Diabolo?* An non viator declinans ad hospitandum, qui cùm semper in itinere esset, ita vt diceret, [q] *quia & aliis ciuitatibus oportet me Euangelizare regnum Dei*, nullum tamen proprium habuit hospitium: nam [r] *& vulpes*, inquit, *foueas habent, & volucres cæli nidos, filius autem hominis non habet vbi reclinet caput suum*, ita vt opus ei fuerit declinare ad hospitandum, vel in domum Marthæ, [s] & Mariæ, vel in aliorum diuersoria? Sed vel ob id præcipuè viator, quod ipsemet contestatus est, [t] *Exiui à Patre, & veni in mundum*: ob id declinans ad manendum, quòd vt subdit, *iterum reliqui mundum, & tetendit ad Patrem.*

Viatorẽ Christum extitisse pluribus probatur.
m Ioan. 4. 6.
n Ioan. 4. 41.
o Luc. 19. 1.
p Act. 10. 38.
q Luc. 4. 43.
r Matt 8. 20.
s Luc. 10. 38.
t Ioã. 16. 28.

19 In versione Sept. Theodoritus quidem sicut & Hebr. & Vulgata legit ὡς ὁδίτης *quasi viator.* Hieronymus tamen, omnesque impressi, quos vidi codices Græci, ita hæc habent καὶ ὡς αὐτόχθων ἐκκλίνων εἰς κατάλυμα. (*Et quasi indigena diuertens ad diuersorium*) secundùm quam lectionem duo opposita Christo tribuuntur nomina, peregrini, & indigenæ, αὐτόχθων *autochthon* Græcè ad peregrini distinctionem dicitur, sicut & indigena apud Latinos. Nec incongruè quem peregrinum in terra futurum dixit, eumdem nunc Propheta & indigenam asserit: sed indigenam talem, qui vt viator in diuersorium diuertat: quod non multùm à nostra differt lectione. Tribus autem modis Christus indigena simul dictus est, & instar peregrini, ac viatoris diuertentis ad diuersorium. Primùm, quia cùm à mundi creatione secundùm diuinitatem mundi & conditor, & Dominus, & indigena esset, iuxta illud, [u] *In mundo erat, & mundus per ipsum factus est*: & illud, [x] *Meus est Orbis terræ, & plenitudo eius.* Carne tamen assumptâ instar incogniti viatoris in mundum eumtem, vt in diuersorium diuertir, quando in mundo conuersatus in eo minimè fuit cognitus, iuxta illud, [y] *Et mundus eum non cognouit.* Et illud, [z] *Adhuc modicum, & mundus me iam non videt*: quia totum id temporis spatium, quo in mundo: vt in diuersorio commoratus est, modicum fuit, modicum enim incogniti viatores manere in diuersorio solent. Indigena secundò fuit Christus ad aduenæ distinctionem, quia Iudæus ex Iudæis, in Iudæa ex Iudæorum semine oriundus, incognitus tamen vt in diuersorium diuertisse visus est apud Iudæos, iuxta illud. [a] *In propria*, in terram scilicet Iudææ, Iudaicumque populum suum venit, *& sui eum non receperunt*: & illud vel etiam ad Apostolos, cum quibus totâ die erat.[b] *Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouistis me?* An non tamquam in diuersorium diuertisse instar extranei dicere is de se potuit, & meritò, tametsi indigena, [c] *Extraneus factus sum fratribus meis, & peregrinus filiis matris meæ?* Denique qui vt indigena Iudææ ad Gentilem Chananæam dixit, [d] *Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel*, à suis non receptus, imò & repulsus diuertit in diuersorium,[e] dans, vt dicitur in Euangelio, *illis potestatem filios Dei fieri, quotquot receperunt eum.*

Christus fuit simul & indigena, & peregrinus, ac viator.
u Ioan. 1. 10.
x Psa. 49. 12.
y Ioan. 1. 10.
z Ioã. 14. 19.
a Ioan. 1. 11.
b Ioan. 14. 9.
c Psal. 68. 9.
d Matth. 15. 24.
e Ioan. 1. 12.

Ad

Ad alios nimirum conuerſus, iuxta illud Actorum 13.[a] *Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, ſed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad Gentes:* prout ſuper præallata Euangelij verba notat Cyrill. Alexand. lib. 1. cap. 13. in Ioannem.

a Act. 13. 46. *Vide aliter etiam hanc ſententiã explicatam ad finem expoſitionis primæ verſus noni.* Cyril. Alex.

Verſ. 7.] Si iniquitates noſtræ, &c.
Verſ. 8.] Expectatio Iſrael, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

20 *Calamitatũ omnium vnicum effugium humilis ad Deũ confeſſio.*

VTINAM quotquot vel ob verbi Dei penuriam, vel ob ariditatem ſpiritus in multa delapſi ſunt peccata, propter quæ meritò variis à Deo puniuntur ærumnis, & calamitatibus, Hæc ad Deum, quem offendiſſe ſe norũt, proferrent. Vnicum namque iſtud, eximiumque eſt in ſimilibus calamitatibus remediũ, ſi reſponſionem eo quem in litera explicauimus ſenſu, percipientes peccatorũ noſtrorum, ad eius quem offendimus confugiamus auxilium, humili illud promerêre ſatagentes confeſſione. Vide expoſitionem noſtram Moralem ſuper verſ. 19. cap. 2. *Arguet te malitia tua*, &c.

Iuſtorũ quàm rectè Deus expectatio dicatur.

(*Tibi peccauimus, Expectatio Iſrael.*) Cùm iuxta vim Hebraici verbi קוה *kauah* quod ſignificat magno animi deſiderio, vehementique affectu in aliquem intentum eſſe, eumdemque expectare, & ad illum inhiare, cũque id quod hîc ab eo verbo eſt expectationis vocabulum boni, & amabilis nõ exiguum quid præ ſe ferat, haud certè mirandum, ſi Deus à Propheta dicatur, (*Expectatio Iſrael.*) Nam cùm nomen Iſrael iuxta ipſius ethymologiam allatam ab Angelo [b] in lib. Geneſ. fortem contra Deum deſignet, optimè eius animæ, cui re vera id cõpetat nominis, Deus dici poteſt expectatio. Quæ enim præualêre Deo ſe poſſe cõfidit, fortiſque eſt contra eum, iure expectet illũ, quia ex ipſo lucrum ſe non ambigit relaturam, quod cunctis euenit ſanctis: At verò quòd peccator qui eò deductus per peccata eſt debilitatis, vt nec ſubſiſtere queat, iuxta illud Pſal. [c] *Infixus ſum in limo profundi, & non eſt ſubſtantia*, i. non habeo vbi ſubſiſtam, firmemque pedem: & expectationem Deum nuncupet, & expectationem Iſrael dicat, ſuam illum deſignans expectationẽ, quodque magis eſt, ſuamet eidem quæ contra ipſum admiſit proponat peccata, inquiens, (*Tibi peccaui expectatio Iſrael,*) magnam certè mihi ingerunt admirationem, & admirationem non tam de rebus ipſis, quæ primo aſpectu repugnantiam inter ſe videntur habere, quàm de diuinæ bonitatis immenſitate, quæ in illis elucet. *Cuius* bonitatis deſignandæ cauſa, cùm ſimpliciter dici quiuiſſet, (*Peccauimus*) ſpeciale adiectum eſt pronomen *tibi*, (*Tibi peccauimus expectatio Iſrael.*) Æquè enim eſt, ac ſi dicatur: Peccauimus, & quidẽ ſi contra terrenum ſic peccaſſemus principem, actum eſſet de nobis, & de vita noſtra; mors enim tutò expectãda ab illo eſſet cum timore magno, quia furor illius nõ parceret in die vindictæ. At quia tibi peccauimus, qui ipſa es bonitas, ideo hoc ipsũ quòd contra te peccauimus, primum proponimus tibimet, quem ardentiſſimo expectamus deſiderio vt expectationem Iſrael. Nam tametſi per id quòd peccauimus alieniſſimum à nobis ſit ipſum Iſraelis nomen, cùm ibi infixi ſimus in luto, vt non ſit nobis ſubſtantia, & firmamentum vllum ſecundùm noſtras naturæ vires. Attamen per

b Geneſ. 32. 28.

Peccator quâ ratione Deum appellare queat expectationẽ ſuã, vt expectationẽ Iſrael.

c Pſal. 68. 3.

Dei bonitas erga peccatorem quanta.

Per confeſſionẽ peccati infirmiſſimus peccator euadit fortiſſimus & in Deum.

hoc ipſum quod humiliter fatemur peccaſſe nos tibi, & id confidimus nobis competere quod Iſraelis nomen ſignificat, vt fortes cõtra te ſimus, & vt tu reſpectu etiam noſtri, Expectatio Iſrael nuncuperis.[d] *Et nunc*, ſimilis nobis peccator, ac pœnitens dicebat Dauid, *quæ eſt expectatio mea, nõne Dominus? & ſubſtantia mea apud te eſt.* Neque enim qui dixerat.[e] *Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci:* dubitauit ſuam te appellare expectationẽ, quamuis alij fortaſſe ea de re admirarentur: Sed & vt expectationem Iſrael, ac præfortis contra temet aſſeruit te, apud quem & ſuam eſſe, ait, ſubſtantiam, ſuam ſubſiſtẽtiam, ſuum firmamentum, & fortitudinem ſuam omnem, quam per peccatum amiſerat. An non fortitudo maxima animæ pœnitentis, & fortitudo apud Deum in eo ipſo quòd ſuum ei fatetur peccatum, expectationem Iſrael illum nuncupando? Audiamus eumdem Dauid pœnitentem. [f] *Dixi confitebor aduerſùm me iniuſtitiam meam Domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei.* Et quod maius excogitari poteſt fortitudinis contra Deũ opus quàm vel ſolo propoſito confitendi ei iniuſtitiam, illum vi quodãmodo magnã, quę tamen in ipſo, & ab ipſo eſt, impuliſſe, vt illico peccatum remiſerit: Er vt noſſemus fortitudinem iſtam ab eo eſſe, quòd iſtiuſmodi peccati confeſſio Deo facta eſt, vt expectationi Iſrael, & ſanctorum omnium, ſubdit, [g] *Pro hac* ſcilicet iniquitate quã tibi peccatum ſit, *orabit*, anhelabitque *ad te* vt ad expectationem ſuam *omnis ſanctus*: is nimirum omnis qui in eo ipſo ſanctus effectus ſit, & fortis contra te, quod tibi peccaſſe confeſſus eſt.

d Pſal. 38. 8.

e Pſal. 50. 6.

Pœnitentis animæ fortitudo maxima in Deum, ex peccatorũ confeſſione.

f Pſal. 31. 5.

g Pſal. 31. 6.

21 *Amor Dei in homines quò ipſum deduxerit.*

(*Saluator eius*, ſc. Iſrael *in tempore tribulationis: quare quaſi colonus futurus es in terra, & quaſi viator declinans ad manendum?*) Si quem primo loco in litera attulimus, proſequamur ſenſum, vt de Chriſto, & ad Chriſtum ſermo ſit, Et per hoc exceſſum amoris in nos illius deſignatum expendere eſt pro moribus, quámue è veſtigio malè nos ei reſpõdeamus. Enimuerò proponit Propheta dubitationem, cur Chriſtus eſſet in hoc mundo futurus vt aduena, & cur in tantis defatigandus eſſet itineribus: cùm priùs iam indicaſſet eius dubitationis ſolutionem, dicens, (*Saluator eius.*) Siquidem amor quo ſalutem procurare enixus eſt mundi, ipſum ad hæc, & ad ea quæ ſubiiciuntur, redegit. Cùm è contra exiguus, quo erga illum affecti nos ſumus amor in cauſa ſit, vt cùm re vera coloni in hoc mundo ſimus, & peregrini, ac viatores: quandoquidem vita præſens via ſit, quã iugiter ambulamus, vt pereleganter probat Baſilius Magnus homil. in Pſalmum primum: id tamen nec recogitare velimus, tantùm abeſt, vt vel pro Chriſti amore ita nos abſtrahamus à mundo, vt neceſſariis dumtaxat contenti, tamquam aduenas nos geramus & peregrinos, mundumque ipſum ita incolamus vt diuerſorium ad pernoctandum viatoribus, dicentes cum Apoſtolo,[h] *Non habemus hîc ciuitatem permanentem, ſed futuram inquirimus*

Amori Dei quàm malè à nobis reſpondeatur.

h Hebr. 13. 14.

22 *Anima ſpiritualis quo modo Deum ſibi factum ait colonum, & viatorem.*

Si Deo iuxta ſecũdùm literæ ſenſum dicta hæc ſumamus, duo in iis animaduertere eſt moralia, iuxta duplicem fletus materiã fideli exhiberi ſolitã animæ ex Dei receſſu, qui & duplex eſt. Aliter enim ab anima quæ in gratia ſit hæc pronunciantur, aliter ab ea quæ à gratia per mortale exciderit peccatum. Ingemiſcit ſæpe anima ſpiritualis, hæcque in luctu ſuo ad Deum profert. (*Quare quaſi colonus futurus es in terra, & quaſi viator declinans ad manendum?*) quando qui ſua illam præ

præsentiâ specialibus perfuderat consolationibus, illico ab ipsa abscessisse videtur, subtractis nimirum sensibilibus spiritualium exercitiorum consolationibus, aridam eam relinquens, & frequenter etiam in tentationibus, & in ærumnis. Qua de re egimus pluribus in Commẽtariis nostris super Cant. Sed aliter hæc eadem illi dicuntur ab anima in peccatum mortale delapsa, *Horrendum exitium illud est*, ad hoc explicandum ait Christophorus à Castro, *ac deplorandum malum, cum homo qui Dei familiaritate per multos annos fruitus fuerat, & multis beneficiis ab eo cumulatus, & diuinis charismatibus insignitus, ob internam superbiam deseritur, & dæmonibus tamquam domicilium traditur, ac cum eo nullo iam modo alio se gerit Deus, ac ignotus peregrinus, & viator, qui in illo tantùm pernoctauerat, ad alia hospitia transiturus. Vnde Ezechielis 18.*[a] *dicit, Si auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem, omnes iustitiæ eius quas fecerat, non recordabuntur.*

Christoph. à Castro

a Ezech. 18. 14.

VVLGATÆ.

Vers. 7.] Si iniquitates nostræ, &c.

Vers. 8.] Expectatio Israel, &c.

SEPTVAGINTA.

7. *Αἱ ἁμαρτίαι ἡμῶν ἀντέστησαν ἡμῖν. Κύριε ποίησον ἡμῖν ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου, ὅτι πολλαὶ αἱ ἁμαρτίαι ἡμῶν ἐναντίον σου. ὅτι σοὶ ἡμαρτομεν.*

8. *ὑπομονὴ ἱερουσαλὴμ κύριε. καὶ σώζεις ἐν καιρῷ κακῶν. ἵνα τί ἐγενήθης ὡσεὶ πάροικος ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ὡς αὐτόχθων ἐκκλίνων εἰς κατάλυμα.*

Vers. 7.] Peccata nostra restiterunt nobis: Domine fac nobis propter te: quoniam multa sunt peccata nostra coram te: quia tibi peccauimus.

Vers. 8.] Expectatio Israel Domine: & saluabis in tempore malorum. Quare factus es, sicut aduena in terra, & quasi indigena diuertens ad diuersorium?

APPENDIX EXPOSITIONVM
Ex antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Si iniquitates nostræ testificatæ sunt contra nos, Domine fac propter nomen tuum, quoniam multæ sunt auersiones nostræ, coram te peccauimus.* Vers. 8. *Expectatio Israel, Saluator eius in tempore tribulationis, quare residet ira tua super nos? & nos sumus sicut peregrini in terra, & sicut viator diuertit ad pernoctandum.*

Nota locum istum deprauatũ in odiũ Christi à Iudæo istius Paraphrasis auctore.

Vers. 7. *Si iniquitates nostræ, &c.*

Hieronymus. *Si dubitamus quare non descendant pluuiæ super terram, quare cuncta ariditate marcescant, audiamus: (Iniquitates nostræ restiterunt nobis: propterea Dominus non secundùm opera nostra, sed secundùm nomen sanctum tuum vince auersiones nostras. Tibi enim peccauimus) quem cordis secreta non fallunt, & te præstolamur, qui verè spes, & expectatio es Israel, & saluas eos in tempore tribulationis, iuxta illud quod scriptum est,*[b] *Ad Dominum cùm tribularer clamaui, & exaudiuit me.*

Hieronym. *Peccata sunt causa siccitatis & materialis, & spiritualis.*

b Psa. 119. 1.

Rupertus Abbas lib. 1. in Ieremiam cap. 10. *Orat deinde Propheta pro populo isto (Iudæo) nunc siti pereunte, vt quandóque pluuiam de cælo salutarem accipiat, & saluentur ex eo reliquiæ, (Si inquit, iniquitates nostræ contenderint contra nos Domine, libera nos. Quæsumus fac propter nomen tuum, quoniam multæ sunt auersiones nostræ,) & illius quidem siccitatis causa fuit, quia sanguinem innoxium fudit multum nimis, donec impleretur Ierusalem vsque ad os, maximè autem sanguis ipsius Domini, quo omnis salutaris aqua procedit.*

Rup. Abbas. *Siccitatis spiritualis Iudaico populo causa effusio sanguinis, præsertim Christi.*

(*Tibi peccauimus.* Vers. 8. *Expectatio Israel*, &c.)

2 Hieronymus. *Dicamus & nos in tempore siccitatis, aquarumque penuria, Tibi peccauimus, & malum coram te fecimus: tuum præstolamur aduentum, qui saluas Israel, non suo merito, sed tuâ clementiâ. (Quare futurus es quasi colonus in terra? &c.) Iudæi hunc locum sic intelligunt. Quare segregas te à populo tuo, & quasi viator propter vnius horæ refrigerium non curas quali vtaris hospitio: sed ad alia transiturus non saluas populum tuum, & templum quondam inclitum deseris? Nostri verò de futura Christi dispensatione dici putant, quòd futurus sit peregrinus in terra & paruo tempore terra vsurus hospitio: & quasi vir pertransiens, ac robustus, relicto Israel tendat ad Gentium multitudinem: vt de loco ad locum, de populo ad populum, de templo ad Ecclesiam transeat.*

Hieronym.

Iudæorum sensus.

Christus à Iudæis ad Gẽtes transiens quasi peregrinus, & viator.

Ad Christum refert quod dicitur, *Expectatio Israel*, Tertullianus lib. 3. contra Marcionem c. 6. vbi ait. *Si omnis spes Iudæorum, nedum dicam etiam Gentium in Christi reuelationẽ destinabatur.* Totumque hunc locum pariter ad Christum pertinere asseruit, & Ambrosius cap. 30. Tractatu in symbolum Apostolorum, qui habetur in Tomo operum illius quæ Romæ sub Sixto V. impressa fuere. Et Isidorus Hispalensis lib. de Passione Domini cap. 16. fusiusque idipsum explicans.

Ambros.

Idem Isidorus lib. de Gentium Vocatione cap. 7. ait, *Ieremias Propheta prædixerat, dicens: (Tibi peccauimus expectatio Israel, Saluator eius. Quare sicut colonus futurus es in terra? &c.) Quid ergo in hac sententia intelligitur? nisi quia videbat Propheta in spiritu, quòd veniens Christus relicturus esset Iudæam, & iret per fidem in Gentibus. Idcirco dicebat, (Quare sicut colonus futurus es in terra, & sicut viator declinans ad manendum?) Hoc est, Venisti in terram citò recessurus à Iudæis: sicut & alibi ex persona Domini idem Propheta dicit,*[c] *Quis dabit me in solitudine diuersorium viatorum, & derelinquam populum meũ, & recedam ab eis, &c. Vox enim Christi est, qui in solitudine Gentium diuersorium, id est Ecclesiam constituit, in qua conuertuntur errantes, derelinquens populum Iudæorum.*

Isid Hispal.

c Iere. 9. 1.

3 Theodoritus. *Precibus oblatis Propheta recolit communia, & hoc pacto Deum reddit propitium. (Tibi enim, ait, peccauimus expectatio Israel, & Saluator eius in tempore tribulationis.) A te enim misericordiam expectamus omnes, (Quare factus es velut aduena in terra, & velut indigena declinans in diuersorium?) Istud ὡς αὐτόχθων, id est velut indigena, Syrus interpretatus est ὡς ὁδίτης, (tamquam viator,) Cur nos contemnis inquit, & præ te fers in morem aduenæ parui facientis domicilia in quibus habitat, tamquam alienigenæ, & viatoris prætereuntis, qui negligit ea quæ occurrunt in via?*

Theodorit.

D. Thom. (*Quare quasi colonus.*) *Ac si dicat: Indignum constantiæ tuæ est, vt vineam tuam relinquas, quasi colonus alienum agrum, (quasi viator) domum tuam: quasi viator nocturnum hospitium.*

D. Thom.

Idem

Christus quomodo erat ſimul & comprehenſor, & viator.

Idem verò D.Thomas in 3.part.quæſt. 15.art. 10.in arg.Sed contra de Chriſto hæc accipit, declaranſque in corpore quomodo Chriſtus fuerit ſimul & comprehenſor,& viator cõcludit. *Simul* A *erat comprehenſor in quantum habebat beatitudinem propriam animæ, & ſimul viator inquantum tendebat in beatitudinem ſecundum id, quod ei de beatitudine deerat.* Vide ibi.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Αἱ ἁμαρτίαι ἡμῶν ἀντέστησαν ἡμῖν.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὅρα τὴν ἱκετηρίαν ἀπὸ τοῦ προφήτου γεγενημένην, καὶ ἐξ αὐτῶν δὲ ἐκείνων ὡς ἀπὸ τῆς συμφορᾶς σωφρονισθέντων. μέγα γὰρ ὄντως τειχίον ἡ ἁμαρτία καὶ καθάπερ στρατιῶται τινὲς πένητας, καὶ ἀσθενεῖς ἀνθρώπους ἀπείργουσι τῶν ἀρχόντων, βουλομένους ἐντυχεῖν ῥάβδοις ἀποδιώκοντες. οὕτω καὶ αὗται ποιοῦσιν. ὅταν γὰρ οἴκοθεν οὐδὲν ἔχωμεν, αὕτη καταλείπεται || συγγνώμην ἡ φιλανθρωπία τοῦ Θεοῦ.

|| ἐν ἄλλ. ἀντ.

[Κύριε ποίησον ἡμῖν ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου. ὅτι πολλαὶ αἱ ἁμαρτίαι ἡμῶν ἐναντίον σου.]

|| Θεοδωρίτου.] ἐναντίον γὰρ εἰκότως Θεοῦ πολλαὶ αἱ ἁμαρτίαι, τοῦ μηδὲν ἀγνοοῦντος, κἂν ἐν κρυπτῷ γίνονται, καὶ τοὺς ἀνθρώπους λανθάνουσι. μήποτε δὲ καὶ πᾶσα ἁμαρτία ἐναντίον ἐστὶ Θεοῦ. τὸ ἀντικείμενον ἔχουσας; ἀπορῶν δὲ ἀρετῆς ἰδίας ἐπὶ τοὺς οἰκτιρμοὺς καταφύγε τοῦ Θεοῦ. διὸ τὸ, ἕνεκεν σου. ἵνα μὴ βλασφημῇ σε τὰ ἔθνη διὰ τῆς ἡμῶν ἀκράτου τιμωρίας.||

[ὅτι πολλαὶ αἱ ἁμαρτίαι ἡμῶν ἐναντίον σου.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐκ ἐναντίον ἀνθρώπων. ὅταν γὰρ ὁ Θεὸς ἐξετάζῃ, πολλαὶ φαίνονται αἱ ἁμαρτίαι. οὐκ ἐπειδὴ πικρότερον ἐξετάζει τῶν ἀνθρώπων. μὴ γένοιτο. πῶς οὖν φαίνονται πλείους; ὅτι ἄνθρωποι μὲν ἀγνοοῦσιν, αὐτὸς δὲ ἐπίσταται. οὐκοῦν δυνάμεθα ἕκαστος οὕτω σώζεσθαι, εἰ μέλλοιμεν ἐπὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ καταφεύγειν ἅπαντες.

[ὅτι σοι ἡμάρτομεν.]

Τοῦ Χρυσοστόμου..] τί ἐστι, σοι, τῷ μὴ παροξυνομένῳ κατὰ τοὺς ἀνθρώπους. σοὶ τῷ δεσπότῃ, τῷ δυναμένῳ φείσασθαι, τῷ ὑπερορῶντι τὰ ἁμαρτήματα.

Θεοδωρίτου.] ἡ ἐξομολόγησις ἐπίγνωσιν ἁμαρτημάτων δηλοῖ. ὁ ποῖον καὶ τὸ σοι ἥμαρτον, τουτέστι τῷ ἀνεξικάκῳ, τῷ δυνατῷ, τῷ συγχωροῦντι, καὶ τιμωρουμένοις δὲ τὸ ὑπομένειν παρέχοντι.

[ὑπομονὴ ἱερουσαλὴμ κύριε, καὶ σώζεις.]

Θεοδωρίτου.] ἤγουν, ὅτι σὺ καρτερεῖς φέρων τὰς ἁμαρτίας τοῦ Ἰσραήλ. καὶ σὲ δὲ ὑπομένει πρὸς σωτηρίαν ὁ νοητὸς Ἰσραήλ, ὡς ἐκ κακῶν διασώζοντα. ῥύεται δὲ ἐν καιρῷ κακῶν, κεράσας τῇ τιμωρίᾳ τὸν ἔλεον.

[ὑπομονή.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τουτέστι, σὺ ποιεῖς ἡμᾶς ὑπομεῖναι ὁ μόνος Θεὸς, οἱ δὲ ἄνθρωποι τιμωροῦνται.|| καὶ τὴν δύναμιν αὐτοῦ, καὶ τὴν φιλανθρωπίαν.

|| ἐν ἄλλ. κατὰ τὴν δύναμιν.

B Verſ. 7. PECCATA *noſtra reſtiterunt nobis,&c.)* 4

Chryſoſtomi.] *Vide preces quibus Propheta vtitur,& illi ipſi quoque, nempe vt calamitate reſipiſcentes. Nam ingens inter ſeptum ſanè peccatum eſt: & ſicut ſatellites quidẽ inopes & infimæ fortunæ homines à principibus arcent, volentes alloqui baculis reiicientes; ſic & peccata faciunt. Cùm enim nihil ex nobis habeamus, ſola Dei humanitas ad veniam reſtat.*

Chryſoſt. Peccata arcent nos à Deo, ſicut ſatellites arcẽt à Principibus inopes ne eos alloquantur.

C *(Domine fac nobis propter te, quoniam multa ſunt peccata noſtra coram te.)*

Theodoriti.] *In conſpectu planè Dei, quem nihil latet, multa ſunt peccata, etſi clam fiant, & ignorentur ab hominibus, An verò omne penitus peccatum contra Deum eſt, cui opponitur. Tu verò cum propriâ non fidis virtute, ad miſericordias Dei confuge. Ideo, propter te dictum eſt, ne gentes te blaſphement ob rigorem pœnæ nobis inflictæ.* ||

Theodoreti. Peccata vel ea quæ à nobis ignorãtur ſunt Deo perſpicua. Peccatorũ remiſſio à Deo petenda propter illius gloriam.

D *(Quoniam multa ſunt peccata noſtra coram te.)* 5

Chryſoſtomi.] *Non in conſpectu hominum. Cùm enim Deus examinat, multa emergunt peccata, Non quòd rigidior ſit in inquirendo, quàm homines. Abſit. Quomodo igitur plura apparent? quoniam homines quidem ignorãt, ipſe verò ſcit: Poterimus igitur vnuſquiſque ſic conſequi ſalutem, ſi omnes in nomen eius confugerimus.*

Chryſoſt. Peccata noſtra multò plura ſunt in cõſpectu Dei, quàm in conſpectu hominum quibus plura eorum ſunt ignota.

(Quia tibi peccauimus.)

E Chryſoſtomi.] *Quid ſibi vult illud. Tibi? Qui non exacerbaris in homines. Tibi Domino, qui potes parcere, qui peccata non ponderas.*

Chryſoſt. Peccata Deo confitenda vt miſericordi.

Theodoriti.] *Confeſſio peccatorum agnitionem ſignificat; quale & illud. Tibi peccaui: hoc eſt tibi qui peccata ſuſtines, qui potens es, qui remittis & condonas, quique pœnas luentibus tolerantiam præbes.*

Theodorit. Confitẽs peccata ſe illa agnoſcere cõteſtatur.

Verſ.8. *(Expectatio Iſrael Domine, & ſaluabis,&c.*

F Theodoriti.] *Hoc eſt; tu tolerans iniquitates Iſrael. Te quoque expectat ad ſalutem ſpiritalis Iſrael, vt è malis eripientem; liberàt verò, malorum tempore pœnas miſericordiâ temperans.*

Theodorit. Deus dictus expectatio noſtra propter tolerantiam, & longanimitatẽ ſuam.

(Expectatio,&c.)

Chryſoſt.] *Hoc eſt, tu facis vt nos hæc perferamus, qui ſolus es Deus; homines verò pœnas exigũt ſecundùm potentiam, & humanitatem ſuam.*

Chryſoſt. Deus dictus expectatio noſtra, quia facit vt patiẽter toleremus aduerſa.

ἐνταῦθα δὲ λέγει (τὰς πληγὰς ταύτας οὐδεὶς δύναται) λῦσαι. ἐπεὶ οὖν καὶ δύνασαι σὺ μόνος, ἄνες. νόμος οὗτός σοι τοῦτο καὶ ἀνθρώποις πολλάκις λέγομεν, σαυτὸν μίμησαι διὰ σαυτόν.

[ἵνα τί ἐγενήθης ὡσεὶ πάροικος ἐπὶ τῆς γῆς.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἵνα τί φησιν οὐκ κήδῃ ἡμῶν ὡς δεσπότης, ἀλλὰ παρορᾷς ὡσεὶ πάροικος;

[μὴ ἔσῃ ὥσπερ ἄνθρωπος ὑπνῶν.]

Τοῦ χρυσοστόμου.] οὕτως φησὶν ἡμᾶς εἴασιν, ὥσπερ ὁ καταλύων οὐδενὸς φροντίζει. οὐκ ἄρα ὑπνοῖ ὁ Θεός. ὁρᾷς πῶς λανθανόντως σοι ἐκφαίνει τὸ ἀπαθές; πάρεστί σοι τὸ δύνασθαι. ἀλλὰ δυνάμεθα, αἱ δὲ ἁμαρτίαι ἡμῶν ἀνθίστανται. ἀλλὰ κἂν διὰ σέ.

[ἐκκλίνων εἰς κατάλυμα.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ὁ ἐπειγόμενος εἰς κατάλυμα φθάσαι. κἂν ἴδῃ τινὰς ὁπωσοῦν χρῄζοντας βοηθείας, παρορᾷ, καὶ παρατρέχει.

A Hic autem dicit. Plagas has nemo potest tollere. Quoniam ergo tu solus potens, dimitte: hoc tibi lex est, & hominibus sæpe dicimus; imitare, Te ipsum propter te ipsum.

Peccata dimittit Deus iuxta suam propriam naturam.

(*Quare factus es sicut colonus in terra?*)

Olympiodori.] *Vt quid, ait, nostri curam non geris vti Dominus, Sed vt colonus despicis?* (*Et quasi indigena diuertens ad diuersorium.*)

Olympiod. *Deus cùm castigat videtur esse nobiscum sicut aduena.*

Verſ. 9. (*Numquid eris quasi homo dormiens?*)

7

B Chrysostomi.] *Sic nos inquit dereliquit, quemadmodum qui diuersatur de nullo curat: non igitur Deus obdormit. Vides vt latenter tibi ostēdat non esse in Deo locum affectationibus? Posse tibi præstò est; sed potes quidem, iniquitates verò nostræ obsistunt; at saltem propter te ipsum:*

Chrysost. *In Deo non sunt affectiones.* *Peccatis nostris Deo obsistentibus, illorum remissio petēda ab eo est propter ipsummet.*

(*Diuertens ad diuersorium.*)

Olympiodori.] *Qui ad diuersorium properat, etsi quospiam viderit quomodocumque opis, auxiliique indigos despicit, & præterit.*

Olympiod.

Verſ.9.] Quare futurus es veluti vir vagus, vt fortis, qui non potest saluare? Tu autem in nobis es Domine, & nomen tuum inuocatum est super nos, ne derelinquas nos.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Quare futurus es velut vir vagus (seu territus, attonitus, aut dormiens, ac soporatus.)
b Vt fortis qui non potest saluare?
c Tu autē in nobis (seu in medio nostri, aut in interieri nostro) es Domine.
d Et nomen tuum inuocatum est super nos.

AD [a] quid morti te expositurus, passioneque tuâ appropinquante, præ ipsius mortis terrore, vt verum te ostendas hominem, quasi attonitum, & soporatum vagus huc illucque, vt te abscondas, errabis? [b] Ad quid ipso mortis tuæ tempore & virum præfortem præ te feres, & talem te simul exhibebis in patibulo crucis, qui nec temet, nec alios queas saluare? [c] Sanè tu & nunc in nobis specialibus es Domine rationibus, & quia in interiori cordis mentisque nostræ per fidem es iugiter: & quia variis in figuris comitem te nobis exhibes: & quia specialis nostri sollicitudine curæ assistis vt Saluator, ductorque noster. [d] Tuum ex nobis decorari voluisti nomen; vt siue expectatio, aut desiderium diecreris, ex nobis nomen id redderes gloriosum. Expectatio Israel dictus: siue præstantissimo appellareris Saluatoris vocabulo, ex nostri insignius id efficeres cognomine, Saluator Israel nuncupatus. Sed & tui gloria nominis participes nos reddidisti, vt tui diceremur filij, nimirum Dei incarnandi consanguinei: imò & fratres ex vnius nimirum patris Abrahæ semine: [e] Ne ergo committas, vt sinamur in peccatis istis nostris perseuerantes defixosque quiescere. Neue vti nostrûm penitus oblitus in tali nos derelinquas statu, quo certè nullus contingere potest peior, fer opem, esto Saluator noster. [f] Peccauimus & contra te Deus bone, Deus patrum nostrorum: in te sperauerunt: tuamque opem semper expectarunt patres nostri, & salui facti sunt: te expectamus & nos Israel populus tuus Saluator noster in tantis esto calamitatibus. Cur quasi colonus, qui propriâ relictâ terrâ ad alienam transit excolendam, à nobis, cum quibus per innumera hucusque fuisti beneficia, ad Chaldæos nostrosque recedes ad hostes, tuum in eos conuertens auxilium? Cur non habes maiorem curam Iudaæ hæreditatis tuæ, quàm si peregrinus aliquis esses, aut viator, qui tantum ad pernoctandum hospitium quærat,

e Ne derelinquas nos, (seu, Ne obliuiscaris nostri.
f Tibi peccauimus.
Verſ. 8. *Expectatio Israel, Saluator eius in tēpore tribulationis. Quare quasi colonus futurus es in terra, & quasi viator declinans ad manendum?*

C *adeóque nulla ampliùs sollicitudine eius tangatur, in quo hospitatus sit, diuersorij: [g] Quare nobiscum ita te geres, vt inimicis nostris fauens videaris homini similis huc, illucque præ metu vaganti? Nullamque tam nostri habens curam, instar hominis sis attoniti, & dormientis? Cur committes, vt Gentes te illudant, qui ita prædicaris fortis, vt tamen neque honorem tuum, neque eos qui te colunt queas saluare? Sanè tu nobiscum in templo sancto tuo commoraris, nosque tui sumus, populus certè tuus, & oues pascuæ tuæ: Ne quæso in his nos derelinquas miseriis, neue nostri oblitum te præferas.*

g Quare futurus es velut vir vagus &c.
h Tu autem in nobis es Domine.

D EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

QVare futurus es, &c. Prosequitur Propheta idem de Christo vaticinium, idemque argumentum, aliis Christum ipsum describens nominibus ab iis quæ illi re verà, & propriè erant eūētura. Porrò quòd in hoc verſ. 9. primum ei tribuit, iuxta varias versiones triplex est, idque ex ambiguitate Hebraicæ vocis נדהם *nidham*, quæ cùm nusquam alibi reperiatur, haud mirum si diuersimodè reddita ab interpretibus sit. Hebræi E volunt eam esse participiū passiuum verbi דהם *daham*, Terrêre, stupescere, adeóque ita eam hîc exponunt. (*Quare eris sicut vir territus*, seu, *stupefactus*, aut *soporatus*?) In quo vltimo significatu versio Sept. eamdem reddit ὑπνῶν. (*Quare eris veluti homo dormiens?*) Pagninus, Regia, & Vatablus. (*Quare futurus es veluti vir attonitus?*) Quæ omnia maximum præ se ferunt timorem. A quo non aliena est & nostræ Vulgatæ versio: qui enim præ terrore quasi dormiens attonitus est, & stupefactus, errans quodāmodo huc illucque vagatur, quod Italicè diceremus *Impaurito, è stupido se ne va sperduto*. Quæ omnia quàm rectè, & verè vni F tributa sint Christo, vel ex eo colligere est Euangelij quo cùm dictum esset, [i] *Ab illo ergo die cogitauerunt vt interficerent eum.* Subditur. *Iesus ergo iam non in palam ambulabat apud Iudæos, sed abiit in regionem iuxta desertum, in ciuitate quæ dicitur Ephrem, & ibi morabatur cum discipulis suis.* Et ex eo quod in eodem Euangelio. Cùm ipsemet Iesus de instante sua egisset morte, dicens, [k] *Oportet exaltari filium hominis*, &c. Subiicit Euangelista,

1 *Christus quomodo præ timore quasi stupidus & homo vagus.*

i Ioan. 11. 53.

k Ioan. 12. 34.

lista. [a] *Hæc locutus est Iesus, & abiit, & abscondit se ab eis, scil. Iudeis.*

a Ioan. 12.

2 *Christus quo modo vir, vagus.*

Quòd si vt tria distincta hæc in eodem Christo prædicta libeat considerare, Quà hominem certè vagum illum tota historia ostendit Euangelij, dum eius cõtinua enarrat itinera per Iudæam, per Galilæam, & per Samariam, nusquam longo demorantem tempore, nec vllibi se detineri patientem, ideoque iis qui ipsum detinere contendebãt, dixit, [b] *Quia & aliis ciuitatibus oportet me Euangelizare regnum Dei.* Pro quo ea & omnia faciunt, quibus mox probauimus, illum rectè dictum, & peregrinum, & viatorem. Hominem quoque (*dormientem*) propositum habemus in Euangelio Matthæi, quando [c] *ascendente eo in nauiculam, secuti sunt eum discipuli eius: & ecce motus magnus factus est in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus, ipse verò dormiebat, & accesserunt ad eum discipuli eius, & suscitauerunt eum.* (*Soporatum*) verò tunc ostendit alius Euangelista, dicens, [d] *Et erat ipse in puppi super ceruical dormiens.* Quod si & quasi territum, stupefactum, atque attonitum nosse quis velit, legat [e] Lucæ Euangelium, vbi ipsum in horto orantem proponit. Videre enim ibi eum est præ mortis terrore quasi stupidum Patrem orare: vt, si fieri posset, eam ab ipso auferret: audies eumdem propterea ab Angelo confortatum: sed & ob eiusdem vehementiam timoris positum eum animaduertes in agonia, facto sudore eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram.

b Matt. 8. 23

c Luc. 4. 43.

Christus quo modo vt soporatus.

d Marc. 4. 38.

Christus quomodo quasi territus & attonitus.

e Luc 22. 42.

3 *Christus vir fortis.*

(*Vt fortis, qui non potest saluare.*) Pro ly (*fortis*) in Hebræo est גבור *ghibbor*, robustum, potẽtemque, præque fortitudine heroam designans. Nec dissentiens ab his est vox, quà vsi sunt Sept. ἀνήρ, idem quod Latinè *vir*: Sic benè de Iesu Nazareno Cleophas in Euangelio ait, [f] *Qui fuit vir Propheta potens in opere, & sermone coram Deo, & omni populo.* Quod dicitur, *Qui non potest saluare*, intelligitur, & transitiuè quoad aliorum salutem, & intransitiuè quoad salutem propriam. In versione Sept. quamuis correctiores Codices actiuè habeant σώζειν (*saluare*) prout & Theodoritus, & Hieronymus; codices tamen Complutensis, & Regius legunt passiuè σώζεσθαι (*saluari*) quod propriam respicit salutem. Hebræa ambiguè sic habent, (Tamquam fortis non poterit להושיע *lehosciang ad saluandum*) Lege Euangelium Lucæ, quomodo Christus visus sit in cruce non habuisse vires ad saluandum se, vel alios. [g] *Illudebant enim*, inquit, *ei milites accedentes, & acetum offerentes ei: & dicentes, si tu es Rex Iudæorum saluum te fac.* Et vnus de his qui pendebant latronibus blasphemabat eum dicens, [h] *Si tu es Christus, saluum fac temetipsum, & nos.* Fortem quidem, ac salutem afferentem, vel in ipso sui ortu illum extitisse cecinit item in Euangelio Zacharias, [i] *Et erexit cornu salutis nobis in domo Dauid pueri sui*, cornu eum appellans, quo fortitudinem in Sacris literis designari consuetum norat, potentiamque & robur, quibus inimici repelluntur, & ventilantur, sumptâ metaphorâ à tauris, similibusque animalibus, quæ cornibus quibus eum pugnant tollunt, & ventilant, iuxta illud Moysis in benedictione Ioseph. [k] *Quasi primogeniti tauri pulchritudo eius, cornua Rhinocerotis cornua illius, in ipsis ventilabit Gentes vsque ad terminos terræ.*

f Luc 24. 19.

Christus quomodo dictus qui non posset saluare.

g Luc. 23. 36.

h Luc. 23. 39.

i Luc. 1. 69.

Cornu metaphorâ designata fortitudo & robur.

k Deut 33. 17.

4 *Christus in passione fortis, & vt qui non posset saluare.*

Optimè tamen eiusdem passionem descripturus Isaias in cap. 53. hanc toti suæ præponit exclamationem admirabundam, [l] *Domine quis credidit auditui nostro? & brachium Domini cui reuelatum est?* Ac si dicat: Quotusquisque, ô Domine reperietur, qui simul iis quæ mox à me enarrabuntur, summam in Christo præ se ferentia infirmitatem, auditis credet, fidemque præstabit reuelato eiusdem Christi hominis, ac Dei brachio, & fortitudini. Quis hæc sibi persuaderi sustineat, vnum eumdemque & virum fortem, ac potentem esse, vtpote brachium, roburque Domini: & qui nec semetipsum possit saluare, vtpote cruci affixum? Sic & Paulus. [m] *Nos* ait, *prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam: Ipsis autem vocatis Iudæis, atque Græcis Christum Dei virtutem.* Vis videre illum in ipsa cruce, & vt fortem, & vt qui non posset saluare? Audi & Habacuc vtrumque tibi exponentem, ac primò, vt fortem, [n] *Cornua*, inquit, *in manibus eius*, insigne nimirum fortissimi bellatoris, atque victoris: metaphorâ quam paulò ante explicauimus: *Cornua in manibus eius.* ait Eusebius Cæsariensis, *regni eius insignia significant*: & Hieronymus in Commẽt. trophæa, & vexilla crucis ipsis designata inquit cornibus. In cruce enim positus magno robore omnia sibi subiecit, prout ipsemet prædixit Ioan. 12. [o] *Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum.* Sed istum in cruce fortem, & taliter idem Propheta ostendens fortem, qui sit vt non potens saluare: addit: *Ibi*, in cruce nimirum, vbi cornua, & tantum robur habuit in manibus, *abscondita est fortitudo eius*: ob id namque exinde exclamauit, [p] *Deus, Deus meus, vt quid dereliquisti me?* & [q] *Pater in manus tuas commendo spiritum meum:*

l Isai. 53. 1.

m 1. Cor. 1. 23.

n Habac. 3. 4.

Euseb. Cæs.

Hieron.

o Ioan. 12.

p Matth. 27. 46.

q Luc. 23. 46.

5

(*Tu autem in nobis es Domine, & nomen tuum inuocatum est super nos, ne derelinquas nos.*) Scio ab iis expositorum qui Prophetam adhuc vaticinium de Christo prosequi autumant, fidelibus hæc tribui post ipsius Christi aduentum hisce illum alloquentibus, quibus is in ipsorum est medio, iuxta illud, [r] *Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi*: quique de illius nomine vocati sunt Christiani. Christophorus à Castro Iudæis quidem hæc tribuit magis antecedentibus consequenter, qui in hunc mundum venturum eumdem Christum alloquantur, *Tu ô Christe, quem flagrantissimis desideriis spectamus, in nobis es tamquam in seruis, nobis omnia largiens, & prouidens, & nomine tuo gaudemus vocari tui, ne ergo relinquas in manibus Chaldæorum.* Ipse crediderim, Prophetam suam ad venturum Christum continuare in persona Iudæorum orationem, quam ibi cœpisse vidimus, vbi quasi vnus ex illis, qui peccatis obnoxij erãt, adeoque & deleri merebantur, dixit: *Tibi peccauimus expectatio Israel*, &c. eamque egregio hoc cõcludere epiphonemate: duo eidem Christo commemorando, quæ illum facilè queant flectere, primum (*Tu autem in nobis es Domine*) pro quo Hebr. *Et tu*, בקרבנו יהוה *bekirbenu Iehouah.* Quod Pagninus & Regia, (*In interiori nostro Domine.*) Vatablus (*In medio nostri es Domine.*) Sept. καὶ σὺ ἐν ἡμῖν εἶ κύριε. (*Et tu in nobis es Domine.*) Duobus autem modis Iudæi ante Christi aduentum dicere hoc illi potuerunt: Et quia ipsi per fidem in suo illum habebant corde, quod magis expressit citata Hebraica lectio (*In interiori nostro:*) Et quia eumdem, in quem credebant, in ipsis, & inter ipsos commorantem, seu conuersantem, aut se exhibentem in multis figuris norant. Pro quorum intellectione aptissima hæc sunt D. Thomæ verba ad finem lectionis 2. in cap. 11. epistolæ ad Hebr. *Dicendum quòd post peccatum primi parentis nemo potuit Saluari à reatu culpæ originalis, nisi per fidem Mediatoris Christi: sed ista fides diuersificata* est,

r Matth. 28.

Christ. à Castro.

Christus ante Incarnationem fuit in Iudaico populo per specialem illius curam.

Christus ante incarnationem fuit in medio Iudæorum per fidem quam in ipsum illi habuere.

D. Thom.

est, quantùm ad modum credendi secundùm diuersitatem temporum, & statuum: Nos autem quibus est tantum beneficium exhibitum, magis tenemur credere quàm illis qui fuerunt ante aduentum Christi: tunc etiā aliqui magis explicitè, sicut maiores, & illi quibus facta fuit aliquando reuelatio specialis: Illi etiam qui sub lege; magis explicitè quàm ante legem, quia data fuerunt eis aliqua Sacramenta, quibus quasi per figuram repræsentabatur Christus. Sed Gentiles qui fuerunt saluati, sufficiebat eis, quòd crederent, Deum esse remuneratorem, quæ remuneratio non fit nisi per Christum.

6 *Christus fuit antiquitùs in Iudaico populo in variis figuris.*

Quòd autem in Iudæorum cordibus Christus extiterit, non solùm per fidem explicitam præsertim post datam legem: sed etiam inter eos sese spiritaliter in variis exhibuerit figuris, manifestè ex eo colligitur Apostoli, quo de ipsis loquens Iudæis ait, [a] *Bibebant autem de spiritali*, id est, typica, *consequente eos petra, petra autem erat Christus.* In aquis enim materialibus è petra materiali deriuatis Iudæos per desertum consequentibus, comes semper eorumdem fuit diuinitatis Christi virtus, petra spiritalis. Sed ex eodem Apostolo, cum eodem præcitato loco subdit: [b] *Neque tentemus Christum, sicut quidam eorum tentauerunt, & à Serpentibus perierunt:* colligitur & tertia ratio, cur Iudæi dicere potuerint Christo filioque Dei incarnando. (*Es tu in nobis, seu, in medio nostri es Domine:*) quia nimirum diuinum verbum præcipuâ ratione eius populi curam gerebat, eidemque assistebat, & eum regebat, è quo carnem erat sumpturum: cui rationi fauet quod plerique Sanctorum Patrum arbitrati sunt, libereque asseruerunt, Angelum qui sanctis Patriarchis apparuit, Hebræosque ex Ægypto eduxit, typum gessisse Christi in carne venturi. Quibus crediderim addi posse, eumdem Dei filium: qui carnem ex Iudæis fuerat assumpturus, & eum fuisse, qui Ierosolymitano cum ipsis Iudæis adfuit in templo, de quo Dauid. [c] *Dominus*, inquit, *in templo sancto suo:* de quo in 2. lib. Paralypom.[d] legimus maiestatem Domini impleſſe templum Domini: ipsumque in medio duorum Cherubim super Arcæ Propitiatorio in medio Iudaici adstitisse populi, qui & propterea Moysi dixerit in libro Exodi. [e] *Inde præcipiam, & loquar ad te supra Propitiatorium, ac de medio duorum Cherubim, qui erunt super arcam testimonij cuncta quæ mandabo per te filiis Israel.* Quæ omnia rectissimè ex præallatis Apostoli verbis deduci queunt: Refert enim ibi Paulus quod contigit narratum cap. 21. Num. vbi dicitur. [f] *Et tædere cœpit populum itineris, ac laboris, locutusque contra Dominum* (Iehouah) *& Moysem, ait: Cur eduxisti nos de Ægypto, vt moreremur in solitudine? Deest panis, non sunt aquæ, anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo.* Post quam murmurationem subdit textus, [g] *Quamobrem misit Dominus in populum ignitos Serpentes.* Porrò quod ibi in lib. Num. dicitur murmur factum contra Dominum, id contra Christum factum asserit Apostolus, *Neque tentemus Christum sicut*, &c.

Christus cū antiquo Iudaico populo fuit specialē illius curam gerens specialique præsentiā eis assistens.

a 1. Cor. 10. 4.

b 1. Cor. 10. 9.

c Psal. 10. 4.

d 2. Par. 21.

e Exod. 25. 21.

f Num. 21. 5.

g Num. 21. 6.

7 *Christus à Iudaico populo suum illustrius reddidit nomen.*

Alterum quod eidem Dei filio commemorat hoc loco Propheta, istud est, (*Et nomen tuum inuocatum est super nos.*) Hoc autem duobus modis intelligi potest, & quòd Christus nomen à Iudaico acceperit populo, à quo & carnem erat assumpturus: & quod idem populus Christi filij Dei censeretur nomine eiusque diceretur. Et quidem vtrumque in his significatum censeo: primum, vt ad id referantur, quod in principio orationis dictum fuerat, *Expectatio Israel Saluator eius.* Ac si dicatur: Tuum ex nobis decorari voluisti nomen, vt siue expectatio, aut desiderium appellareris, ex nobis id redderes gloriosum, Expectatio Israel dictus: siue præstantissimo nuncupareris Saluatoris vocabulo, ex nostri insignius id efficeres cognomine, Saluator Israel appellatus. Magis tamen probo secundum, vt ly. (*super nos*) passiuè potiùs sumatur, iuxta Hebraicam celebremque phrasim illam aliàs quoque à nobis in superioribus obseruatam, secundùm quam inuocari alicuius nomen super aliquem, significat, eum speciali quapiam ratione, dici illius, cuius super ipsum inuocatum est nomen: sic mulieres illæ apud Isaiam septem ad virum vnum.[h] *Tantummodo*, inquiunt, *inuocetur nomen tuum super nos*, id est id præsta, vt tuæ dicamur: sicque eadem phrasi significatum esse de familia & prosapia, vt ex eo patet Genes. 48. quo Iacob de duobus filiis Ioseph, Manasse, & Ephraim dixit: [i] *Inuocetur super eos nomen meum, nomina quoque patrum meorum Abraham, & Isaac*, id est censeantur, & dicantur filij mei, patrumque meorum. Quomodo autem hac ratione Christi nomen inuocatum sit ante ipsius aduentum super Iudæos, ex iis colligere est Apostoli verbis, quibus illorum euehens prærogatiuas ait, [k] *Qui sunt Israëlitæ, quorum adoptio est filiorum, & gloria, & testamentum, & legislatio, & obsequium, & promissa, quorum patres;* additque quam omnibus præfert, *Ex quibus, est Christus secundùm carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula.* Et in epistola ad Hebræos, ipsos alloquens Iudæos, deque iisdem potissimùm loquens idem Apostolus, atque de Christo. [l] *Qui sanctificat*, ait, scilicet Christus: *Et qui sanctificantur*, homines in primis Iudæi, *ex vno*, nimirum Abraham patre *omnes*: prout infra se declarans dicit.[m] *Semen Abrahæ apprehendit.* Vnde bene subdit. [n] *Propter quam causam non confunditur fratres eos vocare dicens, Nunciabo nomen tuum fratribus meis.* pauloque post, [o] *Quia*, inquit, *pueri communicauerunt carni, & sanguini*, vnius scilicet Patris Abrahæ, *& ipse similiter participauit eisdem*, carni nempe & sanguini. Ita vt & propter sanctificantem eos fidem in venturum Christum pueri dicerentur illius, & propter carnis ac sanguinis coniunctionem in vno Patre Abraham, etiam ante illius incarnationem fratres incarnandi filij Dei, vel ab ipso Dei filio & censerentur & nuncuparentur.

Nomen cuiuspiam inuocari super aliquem significat eum speciali ratione dici illius.

h Isaie 4. 1.

i Gen. 48, 16.

Christi nomē quomodo & antiquitùs inuocatum dicatur super Iudæos.

k Gen. 9. 4.

l Heb. 2. 11.

m Heb. 2. 16.

n Heb. 2. 11.

o Heb. 2. 13.

(*Ne derelinquas nos.*) Non de quacumque hoc intelligendum Dei derelictione, sed iuxta præallatum antecedentium sensum de Christo, cui in principio istius orationis dictum fuerat, *Tibi peccauimus expectatio Israel, Saluator eius in tempore tribulationis:* de speciali, omniumque pessima filij Dei derelictione peccantium Iudæorum, vt in peccando perseuerent, in peccatisque quietè persistant. Quod propriùs Hebraicum exprimit verbum אל תנחנו *al thanihenu*, (*Non facias nos requiescere*) à verbo נוח *ianahh* Requiesco. Et certè qui in peccando perseuerat, eò peruenisse censendus est, vt in ipsis quietè requiescat peccatis, quo nullus peior datur status, vtpote qui extremæ maximè propinquus est ruinæ, prout testatus est Dominus apud Sophoniam, dicens, [p] *Et visitabo super viros defixos in fæcibus suis.* Qua de re agemus infra cap. 48. vbi eadem metaphorâ dicetur, [q] *Fertilis Moab in adolescentia sua, & requieuit in fæcibus suis*, id est, in peccatis ipsis suis, Pro (*Ne derelinquas nos:*) versio Sept. habet μὴ ἐπιλάθῃ ἡμῶν. (*Ne obliuiscaris nostri.*) Humano more loquendo, quod vix persuaderi id sibi quis valeat vt expectat, ô Israël, eiusdemque Saluator à peccatis illum in pecca

Dei derelictio pessima est quando peccatorem sinit persistere in peccatis.

In peccatis perseuerans censendus in illis quietè requiescere, Qui est omnium pessimus status.

p Sophon. 1. 12.

q Ierem. 48. 11.

peccatorum derelinquat miſeria, niſi quadam quaſi obliuione ipſius captus. Hæc pro intellectu eximij totius iſtius vaticinij de Chriſto habui quæ dicerem. De Chriſto enim, & ad Chriſtum totam hanc orationem literaliter intelligendam, præter Patres quos in noſtra Appendice relatos videre eſt, aſſerunt Hugo Cardinalis, Nicolaus de Lyra, Dionyſius, Andreas Cappella, & Chriſtophorus à Caſtro. Vide & Petrum Galatinum lib. 8. de Arcanis Cath. veritatis cap. 10.

Cæterùm quia alter ſenſus, quo non vt vaticinium de Chriſto hæc ſumuntur ſed vt ſimplex Prophetæ ad Deum oratio ſub variis in vnum ferè incidentibus metaphoris, pleriſque etiam ex noſtris iuxta literam germanus viſus eſt, ita vt ij ipſi, quos pro primo attulimus ſenſu, & hunc pariter proſequantur, vt ſatis probabilem: Idcirco operæ precium & mihi idipſum videor faciendum, quod tamen aliorum explebo dictis.

9 Verſ. 8. Senſus alter. Verſ. 8. & 9. Hug. Card. *Quaſi colonus in Iudæa Deus, cùm Iudæos deſerens fuiſſe cũ Chaldæis viſus eſt.* a Iſai. 30. 18. b Pſal. 119. 1

(*Expectatio Iſrael. Quia in Deo,*) inquit Hugo, *ſperant omnes fideles*, Iſai. 30. *Beati omnes qui expectant eum. Saluator eius*, ſcil. Iſraël [a] *in tempore tribulationis*, Pſalm. 119.[b] *Ad Dominum cùm tribularer clamaui, & exaudiuit me. Quare quaſi colonus futurus es in terra? Propriè dicitur colonus*, ait Hugo, *qui de vna terra ducitur ad aliam, vt eam excolat, vt ſenſus ſit: Quare quaſi vis deſerere Iudæos, cum quibus quaſi ſemper fuiſti per illorum ſaluationem, & legis dationem, & vis modò habitare apud alios, eos ſaluando, & propriam hæreditatem relinquendo. Dominus enim dicitur fuiſſe cum Chaldæis, & cæteris Iudæorum inimicis, quando dedit eis poteſtatem Iudæos deſtruendi. Sed paruo tempore fuit apud eos. Et ideo dicitur ibi fuiſſe quaſi viator: quia dedit Medis potentiam deſtruendi ipſos Chaldæos.* Sic Hugo.

Nic. de Lyr.

Aliter ſic Lyra, *Dicitur colonus qui non eſt de terra natus, & ideo de facili recedit inde, & per talem modum loquitur de Deo, qui erat receſſurus à Iudæa per ſubtractionem auxilij ſui contra Chaldæos, & quaſi viator*, &c. i. *Quare ita parum ſtabis nobiſcum quaſi viator, qui tantùm per vnam noctem manet in domo, in qua hoſpitatur.* Aliter Ioannes Maldonatus, *ô tu*, exponit, *in quo Iſrael omnem ſuam ſpem poſitam habet, Quare quaſi colonus, id eſt, vt mercenarius, qui minus diligenter agrum colit, quàm ſi ſuus eſſet.* Heb. *Sicut peregrinus in terra ſcil. Iudæa, id eſt. Cur non habes maiorem curam Iudææ hæreditatis tuæ, quàm ſi peregrinus aliquis eſſes, aut viator, qui tantùm ad pernoctandum hoſpitium quæreret? Indignum*, ait Figueira, *conſtantia tua eſt, vt vineam relinquas, vt colonus, alienum agrum.*

Deus quaſi colonus Iudææ & quaſi viator modicam illius curam habẽs ac ſi terra ſua non eſſet. Ioan. Mald. Petr. à Fig.

10 *Deus quomodo in Iudæa fuiſſe dicitur quaſi vir vagus, timidus, ac vt fortis qui nõ poſſet ſaluare.*

(*Quare futurus es velut vir vagus, id eſt nos dimittens, & ad alios tranſiens*, ait Lyra. In Hebr. habetur, *Velut vir pauidus, & fortis*, &c. *quaſi dicat. Quamuis ſis potens ad nos ſaluandum: tamen Chaldæi dicent te pauidum, & impotentem nos ſaluare. Tu autem in nobis es Domine, Hoc* (ait) *dicit*, quia in templo erat propitiatorium quaſi ſedes ipſius Dei. *Et nomen tuum inuocatum eſt ſuper nos: quia licet ſit Deus omnium, tamen ſpecialiter vocabatur Deus Hebræorum, idola verò dicebantur dij gentium. Ne derelinquas nos, in manibus aduerſariorum noſtrorum.*

Lyra.

Ioan. Mald.

Ioannes Maldonatus. (*Quare velut vir vagus*, &c:) *Sicut homo*, ait, *exterritus, qui præ metu nullibi conſiſtit, ſed huc illuc vagatur. Sep.* (*vt homo dormiens*) *id eſt, quaſi non videns afflictionem noſtram, Pſal. 43. Exurge*, [c] *quare obdormis Domine?* (*Vt fortis*) *id eſt quaſi homo qui cùm ſe fortem eſſe iactet, opem ferre non poteſt. Tu autem*, &c. *id eſt. At certè non es peregrinus, ſed in medio noſtri habitas:* (*& nomen tuum*, &c.) *id eſt, Et nos populus tuus appellamur.* Vatablus. *Diceris habitare inter nos, & dicimur filij tui, ne ergo*, &c. Iſidorus Clarius, *Cùm ſis fortiſſimus, eris ei ſimilis qui non poteſt ſaluare.*

c Pſal. 43. 23.

Vatablus.

Iſidor. Clar.

Chriſt. à Ca.

Addit hanc rationem, ait Chriſtophorus à Caſtro, *ſuæ orationi Ieremias. Non eſt æquum, Deus bone, vt tu qui per tot ante acta ſæcula habitaſti cum populo tuo tamquam pater, & Dominus, ita eum deſeras, ac obliuioni tradas, ac ſi tantùm apud eum diuertiſſes ſicut peregrinus aliquis, aut viator, qui non recordatur ampliùs, neque curat de hoſpitio, in quo pernoctauit: quare cùm ſis fortiſſimus, videberis Gentibus fugiſſe, quaſi qui nos ſaluare non poſſes. Ne ergo derelinquas nos: ſiquidem apud nos habitas, & dicimur populus tuus.*

Verſ. 9.] Quare futurus es velut vir vagus? &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

11 *Cum pia anima tribulata, & arida Deus quomodo dicatur eſſe vt vir vagus, & fortis qui non poteſt ſaluare.*

Aduerſatiua coniunctio (*autem*,) congruentiſſima hæc reddit moraliter animabus ſpiritualibus, à quibus quando in tribulationibus aridæ ſunt, & abſque præſentiali (vt ita dicam) Dei auxilio, Deus ipſe veluti vir vagus, abſceſſiſſe videtur. Benè verò ea adiiciunt (*Et vt fortis qui non poteſt ſaluare*:) cùm norint nihilominùs Deum in iis ipſis tribulationibus ſibi adſtare fortiſſimum, ſed ita ſe propter earum vtilitatem gerere, ac ſi ſaluare nequiret. Quod enim, cùm illum minimè per peccatum mortale expuliſſe conſciæ ſint, ſecum adhuc nihilominus habeant, quódque coniecturaliter, quantùm fas in hoc ſæculo eſt homini, in gratia ſe eſſe arbitrentur, eiuſdemque Dei amicas, ac ſponſas, per hæc fatentur. (*Tu autem in nobis es Domine*,) per inhabitantem videlicet Spiritus Sancti gratiam. (*Et nomen tuum inuocatum eſt ſuper nos*,) vt tuæ nimirum dicamur, & ſimus. Quomodo ergo addunt, (*Ne derelinquas nos.*) Quia, ſi fieri poſſet, nec in ea, in qua tunc ſunt, relinqui vellent ariditate: quia norunt illi ſe ſeruire, cui ſeruiendum eum timore, & tremore, vt iuxta Apoſtoli conſilium, *qui ſtat, videat ne cadat:* quia ſat habent compertum, quàm exiguæ ſuæ ſint in præſentaneis ærumnis, & tentationibus vires.

12 Hug. Card. *Deus in anima eſt vt in regno, vt in horto, & vt in domo.* d Apoc. 1. 6. e Cant. 5. 1.

Ponderat Hugo Cardinalis, vtrumque membrum extremæ huius partis, ac primùm, vt à talibus animabus Chriſto, Deoque dicatur, (*Tu autem in nobis es Domine*) primò vt Rex in regno, quia ipſe eſt Rex Regum, [d] *qui fecit nos regnum, & Sacerdotes:* Secundò, vt hortulanus in horto, quia nos eius ſumus hortus, Cant. 5. [e] *Veniat dilectus meus in hortum ſuum, & comedat fructum pomorum ſuorum:* Tertiò, vt pater in domo, quia ipſe eſt pater, nos domus Hebr. 3. [f] *Moyſes fidelis erat in tota domo, tamquam famulus in teſtimonium eorum quæ dicenda erant: Chriſtus verò tamquam filius, cuius domus nos ſumus: ſi fiduciam, & gloriam ſpei vſque ad finem firmam teneamus.* Quibus tribus, & alias complures adderem rationes, ni ad alia properarem; quartam tantùm indicare ſat ſit, in iis quas hîc loqui diximus ſpiritualibus animabus in medio tribulationum in ariditate deſtitutis, eſſe Chriſtum vt in naui, tempeſtate in medio maris iactata, ibique eſſe ſicut virum dormientem, iuxta lectionem Sept. prout in Euangelio, [g] externo idemmet Chriſtus comprobauit facto, qua de re aliàs. In eo quod dicitur, (*Et nomen tuum inuocatum*

f Hebr. 3. 5.

Deus in pia anima tribulata eſt vt in naui maris tempeſtate agitata.

g Math. 8. 23.

catum est super nos.) Nomine Domini misericordiam significatam asserit Hugo prout supra vers. 7. *Domine fac propter nomen tuum.* Quod inuocatum dicatur super nos, quia per eam solam operamur, & meremur salutem nostram. *Nec est contrarium, ait, quod dicitur 2. Cor. 5.* [a] *Vt referat vnusquisque propria corporis prout gessit, siue bonum, siue malum, Ac si quilibet saluari significetur suo proprio merito. Dicitur quippe Deus tripliciter nos saluare, scilicet per incarnationem nos liberando, sic non ex merito nostro;* [b] *neque ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos: sed secundùm misericordiam suam saluos nos fecit, vt dicitur ad Titum, 3. Item dicitur saluare nos, gratiam dando, sic vt merito nostro non saluet nos: Item meritum conferendo, sicque per meritum saluabit.* Dicitur autem præcipuè in humilibus Dominus esse, iuxta illud, [c] *Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem, & quietum?* idque quia ipsiusmet Dei nomen super eos inuocatum est, quatenus nullius se nominis reputant, omnisque ipsorum gloria in eo sita, quòd Dei asserantur serui creatura, &c. Potest & ad id locus iste aptari, quod in Euangelio ait Dominus, [d] *Vbi fuerint duo, vel tres congregati in nomine meo,* super quos scil. inuocatum sit nomen meum, *ibi ego sum in medio eorum.*

Misericordia Dei quomodo dicatur inuocata super nos.
a 2. Cor. 5. 10.
b Tit. 3. 5.
Deus est potissimùm in humilibus.
c Isai. 66. 2.
d Matth. 18. 20.

VVLGATÆ.

Vers. 9.] Quare futurus es velut vir vagus? &c.

SEPTVAGINTA.

9. Μὴ ἔσῃ ὥσπερ ἄνθρωπος ὑπνῶν. ἢ ὡς ἀνὴρ μὴ δυνάμενος σώζειν. καὶ σὺ ἐν ἡμῖν εἶ κύριε, καὶ τὸ ὄνομά σου ἐπικέκληται ἐφ' ἡμᾶς. μὴ ἐπιλάθῃ ἡμῶν.

Vers. 9.] Numquid eris, quasi homo dormiens, vel quasi vir, qui saluare non possit? Et tu in nobis es Domine: & nomen tuum inuocatum est super nos: ne obliuiscaris nostri.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Quare residet ira tua super nos? & nos sumus transmigrantes, & derelicti? tu autem fortis, potens ad saluandum: & maiestas tua inter nos est Domine, & nomen tuum inuocatum est super nos, ne derelinquas nos.*

Vers. 9. (*Quare futurus es velut vir vagus?* &c.)

Hieronymus. *Quod iuxta Sept. dicitur (Numquid eris quasi homo dormiens, & quasi vir qui saluare non possit?) Similitudinem ponit, & non rei veritatem, secundùm illud quod scriptum est* [e] *Surge, cur dormis Domine? non quòd Dominus dormiat, de quo dicitur, Non dormitabit, neque dormiet qui custodit Israel: Sed quòd his videatur dormire, quos deserit. Denique in sequentibus non scribitur, Vir dormiens qui saluare non possit: sed quasi vir, in vtroque* ἀνθρωποπαθῶς *scribitur.*

Quomodo Deus dormire dicatur.
e Psal. 43. 23.

(*Tu autem in nobis es Domine,* &c.) *Qui apud Iudæos quasi aduenas futurus es, & viator, & vir vagus, & antiquam deserens mansionem in nobis habitas, & nomen tuum inuocatum est super nos, vt appellemur Christiani: Idcirco ne derelinquas nos, & ne obliuiscaris nostri, quibus de futuro aduentu tuo, omnia Prophetarum ora cecinerunt.*

Nomen Dei inuocatum est super nos quatenus appellamur Christiani.

Theodoritus. (*Numquid eris vt homo dormiens, & vt vir qui saluare non possit?*) *Qui dormit non audit inuocantes, & qui tenetur infirmitate, succurrere nequit. Ac si diceret, Ne differas misericordiam: tu enim potes, & vigilas, vbique es, & cunctis assistis. Nam hoc subiunxit (Et tu in nobis es Domine, & nomen tuum inuocatum est super nos, Ne obliuiscaris nostri.)*

2
Theodorit.
Deus vigilat super nos.

D. Thomas. (*Quare futurus*) *hæreditatem tuam quasi homo vagus, & indeterminatæ mansionis, proprium habitaculum relinquens, supra 12.* [f] *Reliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam. Proponit & potentiam (& vt vir) q. d. Indecens est potentia tuæ, vt non salues quos semel in protectionem suscepisti. Num. 14.* [g] *Dicent Ægyptij, Non poterat introducere populum in terram, pro qua iurauerat: idcirco occidit eos in solitudine, &c. (Tu autem in nobis) quasi in hæreditate (& nomen tuum.) Sicut sub nomine Regis subditi defenduntur 2. Cor. 6.* [h] *Inhabitabo in illis & inambulabo: ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus. Et concludit, (Ne derelinquas nos) ne tua constantia, & potentia blasphemetur.*

D. Thom.
Nomine Dei defendimur sicut subditi defenduntur sub nomine Regis.
f Ierem. 12. 7.
g Num. 14. 16.
h 2. Cor. 6. 16.

D. Bonauentura expositione in 2. caput Lucæ aptat hæc ad Christum quatenus natus est in diuersorio, vt tunc potissimùm istud verificatum sit Ieremiæ. (*Quare quasi colonus,* &c. *Et quasi viator,* &c.)

Idemque in cap. 9. item Lucæ aptat hæc ad eiusdem Christi mendicitatem, cùm mendicare cogeretur aliena hospitia, quando prædicans peragrabat regiones.

D. Bonau.
Nascens in diuersorio Christus quasi colonus, & quasi viator.
Mendicauit per aliena hospitia Christus.
Vide alia super hunc ipsū Vers. 9 supra in exposit. Vers. 7. & 8.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΚΑΙ σὺ ἐν ἡμῖν κύριε. καὶ τὸ ὄνομά σου ἐπικέκληται ἐφ' ἡμᾶς.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐκέτι ἐπὶ τοὺς πατέρας καταφεύγει, ἀλλ' ἐπὶ τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ. τοῦτο καὶ οἱ περὶ μωυσῆν ποιοῦσιν, ἵνα μὴ ὑβρισθῇ.

Θεοδωρήτου.] ἀνάξιοι μὲν γὰρ σου τῆς ἐποπτείας ἐσμὲν, ἀλλ' ἐν ἡμῖν εἶ. διὰ τῶν πατέρων, διὰ τοῦ νόμου, δι' ὧν ἐχρηματίσαμέν σοι λαός. ἁρμόσει δὲ τοῦτο μάλιστα τῷ λαῷ τῷ νέῳ. ἔστι γὰρ καὶ ἐν αὐτοῖς

Vers. 9. (ET tu in nobis es Domine. Et nomen tuum inuocatum est super nos.)

Chrysostomi.] *Non ampliùs confugit ad Patres, sed ad nomen Dei: hoc fecit & Moyses, ne contumelia fieret.*

Theodoriti.] *Indigni enim sumus, quos tu respicias, sed in nobis es per Patres, per legem, & quòd tuus fuimus populus. Hoc autem optimè nouo conueniet populo, est enim in ipsis inhabitans,*

3
Chrysost.
Ad Dei nomen confugiendum in necessitatibus.
Theodorit.
Deus peculiari ratione excitatur ad nobis parcendum, quòd ipse sit in nobis, nosque Christiani nuncupemur.

τοῖς οἰκῶν, κ̀ ἐμπεριπατῶν ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος, οὗ δὴ κεκλήμεθα τῇ προσηγορίᾳ χριστιανοί.

A *tans, & inambulans vſque ad ſæculi conſummationem, à quo etiam Christiani cognomine vocamur.*

Verſ. 10.] Hæc dicit Dominus populo huic, qui dilexit mouere pedes ſuos, & non quieuit, & Domino non placuit. Nunc recordabitur iniquitatum eorum, & viſitabit peccata eorum.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Hæc dicit Dominus populo huic, qui dilexit mouere pedes ſuos.

NE [a] *vel in cuiuſquam imaginationem ex præhabitis verbis deueniat, vt in Deo quid vagationis ſit, & inſtabilitatis, Audiant vniuerſi quomodò vagatio, inſtabilitaſque omnis ex parte extitit Iudaici populi. Ipſum enim is alloquens populum iſtud primò ei indidit nominis. Qui diligit mouere pedes ſuos, non ſolùm quia deos amans alienos poſt illos iugiter ambulare, & varios quærere non deſtitit;* (1) *nec ob id tantùm quòd longis, ac difficillimis non pepercit itineribus, modò ad Ægypti, modò ad Aſſur opem confugiens, me ſuam antiquiſſimam derelinquens expectationem, déque mei diffidens potenti auxilio ſaluatoris ipſius.* (2) *Sed & propterea quod in continua multiplicium peccatorum admiſſione, quæ motione fit pedum in ima labentium, & à me Deo ſuo ſe auertentium, & ad creata, inaneſque ad voluptates ſe conuertentium, ita ſe habuit hucuſque, vt Nedum id amaſſe dicendus ſit, toto videlicet corde, viribus, ſenſibus, atque membris vniuerſis, paſſionis impulſu, & quaſi ebrietatis cæcitate iſtiuſmodi addictus motioni pedum, vel ex ignorantia, vel ex vehementia peccans impellentium paſſionum: ſed & idipſum dilexerit, ex voluntatis electione, ex induſtria, atque ex malitia delinquens omni conatu, & cum gaudio, in eo quàm maximè ſibi complacens, vt ipſâ ſcelerum admiſſione pedes ſuos moueat.* (3) [b] *Neque ab iſtiuſmodi ſua quieuit pedum motione; ſic quippe id dilexit ſtudij, vt obſtinatiùs in eo perſtiterit, eius contracto habitu, quo ex induſtria peccaret: Nec in vno, vel in paucis duntaxat quieuerit delictis, ſed in omni peccatorum ſe proripuerit genus, nulli parcens labori, nullam animæ, nullam imminentium flagellorum habens rationem:* (1) *neque vel ipſi pepercerit Dei nomini, quod ſuper ipſum inuocabatur, cùm populus Dei diceretur.* (2) [c] *Sic denique in his ſeſe geſſit, vt iam Deo minimè placuerit ſuum ſuper eum inuocari nomen: nec ſolùm beneplacitum Domino non ſit ſuper ipſum, vt fauore illum proſecutus ſit, & beneuolentia, proſpera ei conferens; at iam ipſius Dei is ſibi conciliarit odium, vt eo modo eum reſpuerit, quo reſpui conſueuêre quæ minimè placeant, ſpecialem haud ampliùs tunc illius habere volens curam, & prouidentiam.* [d] *Quin potiùs (hocque illud eſt, quod ei ait.) Nunc iſto ipſo temporis momento ego Dominus ſpeciali commemoratione diſcutiam, recenſebo, & in memoriam reducam, quæcumque geſſêre, vt iuxta ſingulorum demeritum expendantur, quæ alioquin in obliuionem deueniſſe videbantur:* (1) *externoque punitionis ſigno patefaciam, quòd eorum memoriam habeam ſcelerum, & acri viſitatione vlciſcar ipſorum peccata.* (2)

b Et non quieuit, (ſeu & non prohibuit, aut & non pepercit.)

c Et Domino non placuit (ſeu, & Dominus non voluit eos, aut, Non cōplacuit in eis: vel, Non proſperauit eis.)

d Nunc recordabitur iniquitatum eorum, & viſitabit peccata eorum.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 Inſtabilitatis, & vagationis notam excutit à ſe Deus.

QVIA in præcedentibus quid inſtabilitatis, & vagationis exinde inuri Deo videbatur, quòd populum ſuum deſerere vellet, in cuius medio erat, cùm mox in verſ. 9. diceretur, *Quare futurus es velut vir vagus? tu autem in nobis es Domine, & nomen tuum inuocatum eſt ſuper nos, ne derelinquas nos.* Rectè, ac opportunè non iam per Prophetam, ſed per ſemetipſum, patefacit Deus, ſi quid ea in derelictione inſtabilitatis ſit, ſi quid & vagationis appareat, non tam ſibi, quàm ei ipſi id totum adſcribendum populo, cuius id peculiare B ſemper extitit ſtudium, vt in ſua viuendi ratione, in religionis cultu, atque in auxilij ſpe, & expectatione opis inſtabilis, vagúſque eſſet. *(Hæc dicit Dominus populo huic, qui dilexit mouere pedes ſuos, & non quieuit, & Domino non placuit.)* Quamuis autem iſtâ pedum iugis motus metaphorâ triplex iam indicata deſignari potuerit Iudaici populi inſtabilitas, & vagatio: ita vt per hæc vel eius potiſſimùm is redargutus ſit criminis, quod adamauit Deos alienos, poſtque illos ambulare, & varios quærere non deſtiterit, iuxta id quod clariùs ſupra dictum eidem legimus. [e] *Quomodo dicis, Non* C *ſum polluta, poſt Baalim non ambulaui? Vide vias tuas in conualle, ſcito quid feceris curſor leuis explicans vias ſuas, Onager aſſuetus in ſolitudine, &c. Prohibe pedem tuum à nuditate, & guttur tuum à ſiti.* Vel alterius criminis quòd iugibus, ac longis non pepercerit itineribus ad Ægypti præſertim confugiens auxilia; quo in crimine Dei ſe in primis deſertorem expectationis Iſrael, & Saluatoris ſui in tempore tribulationis, prout per eundem Deum apud Iſaiam ſignificatum legimus, [f] *Væ filij deſertores, dicit Dominus, vt faceretis conſilium & non ex me, & ordiremini telam, & non per ſpiritum meum, vt adde-* D *retis peccatum ſuper peccatum, qui ambulatis, vt deſcendatis in Ægyptum, & os meum non interrogaſtis, ſperantes auxilium in fortitudine Pharaonis, & habentes fiduciam in vmbra Ægypti.*

Iudæorum inſtabilitas, & iugis vagatio triplex.

e Iere. 2. 23.

f Iſai. 30. 1.

Aptiùs tamen ad generalem peccati lapſum hæc referenda, & ex eo colligitur, quod quaſi in prædictorum declarationem mox idem ſubiicit Dominus, *Nunc recordabitur iniquitatum eorum, & viſitabit peccata eorum*, quæ ſcilicet mouens pedes admiſit: Et per id pariter idipſum fit manifeſtum, quòd in hoc ſignificatu ruendi, & labendi in pec- E cata iſta Sacris literis in vſu eſt phraſis mouere, ſeu cōmouere pedes. Vnde Regius Vates cùm talis lapſus, quod ſubiit aliquando exprimere vellet periculum, [g] *Mei autem*, inquit, *penè moti ſunt pedes, penè effuſi ſunt greſſus mei.* Et in Pſalmo 37. lætitiam explicans, quâ ex iſtiuſmodi ipſius lapſu ſui exultarent aduerſarij, & contra eum oblatrarent, ait, [h] *Quia dixi, Nequando ſupergaudeant mihi inimici mei: & dum commouentur pedes mei ſuper me magna locuti ſunt.* Idque inter præcipua adnumerans Dei beneficia, vt præexpoſitâ ratione in peccata nō ſit delapſus, [i] *Qui poſuit animam meam*, inquit, *ad vitam, & non dedit in commotionem pedes* F *meos*, beneficium ſanè tale, quod beneficio æquiparandum eſt vitæ. Et eſt aptiſſima phraſis iſta ad exprimendam peccatorum admiſſionem, quæ per receſſum eſt à Deo, atque ab eius lege, & à recta ratione, præſertim hoc loco conſequenter, vt dictum eſt, ad præhabita in verſ. 9. & in confirmationem peruulgati illius Theologorum affati, *Deus non deſerit, niſi deſeratur.*

2 Motionis pedum metaphorâ deſignari ſelita admiſſio peccatorum, lapſuſque in illa.

g Pſal. 72. 2.

h Pſal. 37. 17.

i Pſal. 65. 9.

Addunt verò prædictæ phraſi vim maximam duo, quæ illi adiuncta ſunt verba, *dilexit, &, non quieuit*,

3 Peccatoris affectus in malum qualis ſit.

quieuit, sic enim dicitur. (*Qui dilexit mouere pedes suos, & non quieuit.*) Primo siquidem verbo pessimus eius populi designatur affectus, quo in ipsa pedum motione, & in peccatorum admissione summopere is sibi complacebat; amor enim internam dicit complacentiam in eo quod amatur, cùmque fons, & origo is sit passionum omnium, profectò qui dilexisse dicuntur admissionem peccatorum, cunctos & eò conuersos habuisse asseruntur affectus suos, tam qui partis essent concupiscibilis, quàm qui irascibilis, de quibus non est modo Philosophandum. Sanè de ipso amoris affectu. Plutarchus problemate quinto libri primi Symposiacorum problematûm ait, Platonem dixisse, *quiduis eum moliri*: Dictumque & id fuisse, *ebrietati illum non esse absimilem, accendit enim*, inquit, *& hilares facit, gaudioque delibutos.* Lege Sacros vel Iudicum, vel Regum libros,& intelliges quàm verè de Iudaico populo asseruerit hoc loco Dominus, (*Dilexit mouere pedes suos,*) quippe qui vt iniquè ageret & à Deo recederet nihil intentatum reliquerit quod præ iniquitatis amore non sit molitus, ita vt meritò de eo, sicut & de obfirmato quolibet peccatore dictum legamus, [a] *Vt iniquè agerent laborauerunt*:Et de eorumdem quasi ebriorum in ipsa pedum suorum commotione lætitia præ ipsius item iniquitatis amore per Sapientem dicitur. [b] *Lætantur cùm male fecerint, & exultant in rebus pessimis.*

Plutarchus. Plato. Amoris vis maxima. Amor ebrietati similis.

a Ierem.9.5.

b Prou.2.14.

4 *Iudaicus populus peccauit ex malitia quemodo & peccator ille qui diligit peccare.*

Cæterùm si propriam istius verbi (*dilexit*) quo noster vsus est Interpres, expendamus vim, animaduertemus, optandum forsan fuisse vt in pessimo isto studio mouendi pedes, & recedendi à Deo, Iudaicus populus se habuisset vt ebrius,qui nescit quid mali peragat, & si delinquere eum contingat,ignorans delinquit; vel ex simplici ad id patrandum impulsus duntaxat fuisset passionis impellentis vehementiâ: peccasset quippe vel ex ignorantia, vel ex fragilitate solummodo, ita vt nequaquam in profundum malorum deuenisse dicēdus esset, facilique negotio Dei promeruisset misericordiam: cujus tamen meritò expertem redditum per hoc ipsum significatum est, quòd dilexit mouere pedes suos, peccans nimirum ex malitia,ex industria, & ex praua, ac peruersa voluntatis electione.

5 *D.Thom. Dilectio,& amor in quo differant.*

Ait namque D.Thomas p.2.quæst.26.art. 3. id inter amorem,atque dilectionem esse discriminis, quòd amoris vocabulum dicit quamdam passionem, siue animæ nostræ affectionem, cordisque nostri vehementem quemdam impulsum: dilectio verò supra amorem addit præcedentem electionem, vt ipsum nomen sonat, adeoque ipsa non est in concupiscibili, sed in voluntate tantùm. Exploratumque ex eodem est D. Thoma art. 1. quæst. 77. eiusdem primæ secundæ, peccatum ex malitia, siue ex industria ex inordinatione ipsius esse voluntatis præeligentis, ac præferentis Deo bonum temporale, recedentisque propterea à Deo, & à lege ipsius, quò sensibile, ac temporale id attingat & assequatur bonum. Ita vt cùm dicitur(*Qui dilexit mouere pedes suos*)attentà hac propriâ significatione verbi (*dilexit*) idipsum dictum censère debeamus,quod clariùs de impiis Principibus in libro Iob asseritur. [c] *Qui quasi de industria recesserunt à Deo,& omnes vias eius intelligere noluerunt.* Quibus in verbis duo perpendenda sunt, quæ & ad præsentis Ieremiæ loci faciunt enucleationem,primùm, quòd non *de industria* simpliciter,sed *quasi de industria*, qui diligunt mouere pedes suos à Deo recessisse asseruntur:

Peccatum ex malitia est ex inordinatione voluntatis.

c Iob.34.27.

Peccare quē ex malitia vix credi potest.

A quia cùm naturale id cuiusque sit voluntatis, vt bonum duntaxat appetat, vix persuaderi potest, vt quis ex malitia a summo recedens bono in id propria voluntaris electione tendat, quod cognoscit esse malum. Cùm tamen reuera ita sit; propterea quod ex malitia peccantes temporalia bona, ac sensibiles diligendo voluptates optimè intelligunt quàm malum, & amarum sit pro illis à Deo recedere; diligunt nihilominus mouere pedes suos auersione,& conuersione: conuersione ad minus bonum,& auersione à bono summo; quo sensu particula *quasi* non tam ad similitudinem, quàm ad veritatem contestandam, prout alias sæpe,adhibita est.

B Porrò quia qui eò redacti sunt peruersitatis, quò tunc temporis, quando hæc habuit Ieremias, Iudaicus peruenerat populus, ita ex industria & ex malitia à Deo recedunt, & peccant, vt in eo ipso studio obfirmati habitu, & contractâ consuetudine,quæ quodammodo in alteram verti solet naturam, nouis iugiter actibus ex dilectione pariter motus pedum suorum; & ex praua inordinatæ voluntatis delinquunt electione,prout benè ex præcitatæ D. Thomæ quæst.78. art.2. colligitur:aptè & in allata libri Iob sententia adiectum est,*Et omnes vias eius*,scil.Dei,*intelligere noluerunt*, persistentes nimirum in peruersæ voluntatis habitu, quo nec volunt practicè intelligere rectam viuendi rationem, Deique mandata. Et aptiùs hic apud Ieremiam de populo qui dilexit mouere pedes suos subiectum est, (*Et non quieuit*) quo tria designantur, & quòd à prædicto mouendorum pedum suorum studio nullatenus cessauit, obstinatiùs in eo persistens, vt à suo recederet Deo, ex industria(vt dictum est,) peccans: & quòd non in vno vel in paucis duntaxat aliquibus quieuerit peccatis,quin & omni peccatorum genere,multiplici vagatione arreptum mouendi pedes, & recedendi à Deo prosecutus suum sit studium, & demum, quòd in eodem nullo pepercerit labori,tametsi multùm sibi eius fuerit tolerandum. Quæ omnia eidemmet populo obiecit apud Isaiam quoque Deus ipse, dicens, [d] *In multitudine viæ tuæ laborasti, Non dixisti quiescam.*Ac si dixerit, Quamuis multiplices, arduique tibi subeundi fuerint labores in diuersimoda peccatorum admissione; quamuis multùm desudaueris in iugi,ac multiplici ad peccata perpetrāda itinere;Ita tamen præ te tulisti diligere mouere pedes tuos ad ea agendi studia,& in viis illis quas inordinatâ tuâ tibi præelegeras voluntate: vt nec in animum tuum aliquando induxeris parumper quiescendi, ita vt tibi dixeris, Quiescam à tantis itinerum laboribus; à tali desistâ vagatione; cessabo à pedum motione, ne iam à Deo recedens post prauitates mei ambulem cordis.Quod & populus summâ contestatus est audaciâ apud nostrum Ieremiam, quando id ei suadenti vt aliquando quiesceret, prohibenti pedem suum à nuditate, & guttur à siti in tantis itinerum laboribus Prophetæ is illud intulit responsi, [e] *Desperaui, nequaquam faciam: adamaui quippe alienos,& post eos ambulabo*,vt supra à nobis perpensum fuit in expositione vers.25.cap.2.

6 *Peccans ex obstinatione, & ex prauo habitu peccat ex malitia.*

In peccatorū admissione triplici ratione peccator dicitur non quiescere.

d Isai.57.10.

e Iere.2.25

In Hebraico textu istis præposita reperitur particula(*Sic*,)ita namque habentur,(*Sic dilexerunt mouere pedes suos, non prohibuerunt.*) Quamuis autem iuxta expositionem Rabbi Dauid dictam particulam,*Sic*,pro alia particula, *Sicut*, positam communiter sumant; crediderim nihilominus ipse,eam potiùs in proprio adhibitam significatu,

7 *Peccantis ex malitia amplificatur peruersitas.*

in

in Emphaſim eorum quæ illi populo tribuebantur, diligere, &c. prout aliàs ſæpe obſeruant Doctores, præſertim in eo Euangelij Ioannis, [a] *Fatigatus Ieſus ex itinere ſedebat ſic ſupra fontem*; coque quo Apoſtolis in horto dormientibus dixit idemmet Ieſus, [b] *Sic non potuiſtis vnâ horâ vigilare mecum?* ſecundum quoque verbum, (*Et non prohibuerunt*) magis exprimit voluntarium, & malitioſum ſtudium eius populi in mouendis ſenſu iam explicato pedibus ſuis, nec non & in ipſa eiuſdem ſtudij obſtinatione prauam peruerſitatis voluntatem. Sept. aliud adhibuerunt verbum, (*Et non pepercerunt*) καὶ οὐκ ἐφείσαντο, quo multa ſubindicantur: quòd videlicet ita ardentes in præexpoſita extiterint dilectione motus pedum ſuorum, vt nec vllo pepercerint labori, nullam animæ propriæ, nullam imminentium flagellorum Dei habuerint rationem, neque vel ipſi pepercerint Dei nomini quod ſuper ipſos inuocabatur, Vnde bene tertium adiectum eſt.

a Ioan. 4. 6.

b Matt. 26. 40.

S (*Et Domino non placuit.*) Sic noſtra habet Vulgata, ita nimirum ſe ſe geſsêre, vt iam Deo minimè placuerit, vt nomen ipſius inuocaretur ſuper eos, vtque dicerentur populus eius, & iam eiuſdem Dei ſibi conciliarint odium, vt in eum illos reſpueret modum, quo reſpui ea conſueuêre, quæ minimè placeant: clariùs in Hebræo, (*Et Dominus* לא רצם *lo ratzam, non voluit eos*, ſeu, *non complacuit in eis*,) vt eorum ſcilicet, prout eóuſque ſpecialem haberet prouidentiam: quia, vt in Pſalmo legimus. [c] *Beneplacitum eſt Domino ſuper timentes eum, & in eis qui ſperant ſuper miſericordia eius.* Quo ſenſu & in verſione Sept. Complutenſis, Regius, aliique manuſcripti Codices habent, καὶ ὁ Θεὸς οὐκ εὐδόκησεν ἐν αὐτοῖς. (*Et Deus non complacuit in eis*:) non habuit bonam voluntatem erga eos, Et Deo non beneplacitum eſt in eis. Quod non tam Deo, quàm ipſi tribuendum eſt populo, qui prius diligens mouere pedes ſuos, & non quieſcens, complacuit (vt iam explicauimus) in receſſu ab illo quibuſcumque valuit modis, actu conteſtans eum ſibi minimè placere, adeóque & ſe pariter illi non placentem, reddidiſſe. Vaticanus tamen Codex Græcus, aliique Codices correctiores in eadem verſione Sept. legunt καὶ ὁ Θεὸς οὐκ εὐώδωσεν ἐν αὐτοῖς. (*Et Deus non proſperauit in eis.*) Quo ſenſu & Hebræa ſic verti poſſunt, (*Et Dominus nequaquam eos proſecutus eſt.*) Fauore ſcilicet & beneuolentiâ: ſunt enim qui Hebraicum verbum רצה *ratzah*, cum ſimili conferunt verbo רוץ *rutz*, currere, & cum promptitudine ac propenſione accurrere, niſi quòd hoc animi eſt: illud verò corporis. Nec alienè eadem quis & hoc accipiat ſenſu, quo Italicè diceremus, (*Non ſono mai ſtati fermi, e Dio finalmente non gli è andato dietro,*) recentiores Interpretes diuerſimodè ipſa ſic reddiderunt, & explicauerunt. Regiæ Interpres, (*Ita dilexerunt mouere ſe, pedes ſuos non prohibuerunt, & Dominus noluit eos.*) Similique modo & Sanctes-Pagninus, niſi quòd in maiorem declarationem ad id quod dicitur, (*Et pedes ſuos non prohibuerunt*, addidit. *Ne irent*) Vatablus, (*Profectò amant vacillare pedibus ſuis,*) ſeu, vt in Scholiis, (*Dilexerunt huc illucque diſcurſare, petendæ opis humanæ causâ, neque abſtinent, & Dominus non voluit eos.*) Iſidorus denique Clarius, (*Qui dilexerunt mutationem.*) *Quia refugium, inquit, habuerunt nunc ad Regem Aſſur, nunc ad Regem Ægypti, & me contempſerunt, agam ego vt omnes transferantur de terra ſua in regiones alienas.*

Non placere Domino peccatorem quid ſit.

c Pſ 146. 11.

9 Quæ clariùs per eumdem Dominum in hoc ipſo capite exponentur, hoc verò verſ. 10. tantum attinguntur; ſic namque præexpoſitis adiicitur, *Nunc recordabitur iniquitatum eorum, & viſitabit peccata eorum.*) Quo loco recordandi verbum (de verbo enim viſitandi aliàs diximus) duobus modis explicari poteſt quatenus Deo tribuitur, in quem nullam cadere eſt obliuionem, vt pote cui omnia, & ſingula quocumque præſentia ſunt tempore: primò, vt recordari tantundem ſit, ac ſpeciali commemoratione diſcutere, recenſêre, & commemorare: vt iuxta meritum, atque demeritum expendantur quæ alioquin in obliuionem deueniſſe videbantur. Quomodo in cap. 40. libri Geneſis dicitur. [d] *Exinde dies tertius natalitius Pharaonis erat: qui faciens grande conuiuium pueris ſuis recordatus eſt inter epulas magiſtri pincernarum, & piſtorum Principis. Reſtituitque alterum in locum ſuum, vt porrigeret ei poculum, alterum ſuſpendit in patibulo.* Secundò, vt idipſum recordandi verbum poſitum ſit pro externo punitionis ſigno, patefacere quòd eorum peccatorum memoriam habeat: vt omnino ſit locutio de Deo ad humanum morem, quo videlicet tunc homines cuiuſpiam dicimus recordari, quum ſuæ illius memoriæ extrinſecus aliquod præbent indicium, ſic in Pſalmo 136. Deum exorantes in captiuitate Babylonica conſtituti Iudæi, vt Idumæorum iam diu in ipſos habitam puniret ſæuitiem. [e] *Memor eſto* inquiunt, *Domine filiorum Edom, qui dicunt exinanite, exinanite*, &c. Et è contra in Pſalmo 78. [f] *Ne memineris*, aiunt illi, *iniquitatum noſtrarum, citò anticipent nos miſericordiæ tuæ*, vt ſecundum ſit declaratiuum primi. Sic quod in primo libro Regum iuxta noſtram Vulgatam ait Dominus, [g] *Recenſui quæcumque fecit Amalec Iſraeli*, apertiùs apud Sept. legitur νῦν ἐκδικήσω ἃ ἐποίησεν Ἀμαλὴκ τῷ Ἰσραήλ. *Nunc vindicabo quæ fecit Amalec Iſraeli.* Vnde cùm eiuſdem ſignificationis vtrumque quod in hac Ieremiæ ſententia eſt verbum, & recordari, & viſitare, cenſuerint iidem Sept. vnum dumtaxat iſtud adhibuerunt, legentes, (*Nunc recordabitur iniquitatis eorum,*) & nihil ampliùs.

Recordandi verbũ duplici ratione Deo tributum.

d Gen. 40.

Recordari pro punire, & premiare.

e Pſal. 136. 8.

f Pſal. 78. 8.

g 1. Reg. 15.

Verſ. 10.] Hæc dicit Dominus populo huic, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

Tria iſta quæ in verſ. 10. habentur, (*Qui dilexit mouere pedes ſuos, & non quieuit*, ſeu *non prohibuit*, aut, *non pepercit, & Domino non placuit*, ſeu, *Et Domino non eſt beneplacitum in eo*, aut, *Dominus non voluit eum:*) pro moribus præter ea quæ iam in literæ expoſitione dicta fuère ad multa ſunt permaximè apta. Primum autem vt adhuc in litera perſiſtamus, iuxta quam periphraſim iſtam mouendi pedes ſignificatum vidimus peccatoris populi ſtudium admittendi peccata, Attentiùs nunc eamdem iuxta hunc ſenſum perpendentes phraſim, peruerſiſſimam ea deſignari animaduertimus peccantis præſertim ex malitia rationem, quâ in tali peccatorum admiſſione ſus déque vniuerſum & mundum, & rerum peruertit ordinem. Quicquid enim in mundo eſt, & motus eſt, & quietis, rectuſque rerũ ordo is eſt, vt motus omnis à termino ſit, & ad terminum: tria quippe, vt ait Philoſoph. lib. 8. Phyſic. tex. 76. in vnoquoque recto ſunt motu, principiũ, medium,

10

Peccans ex malitia peruertit totum mundum, & omnem rerum ordinem.

Ariſtot.

medium, & finis, adeóque hoc verum est, vt rectum motum aliquãdo à quopiam absque præfixo fine, & termino fieri vix sit imaginabile, & insanire is videbatur, qui motum ipsum duntaxat pro fine sibi habendum intendat. Pro quo facit quod aliquando legisse memini apud Strabonem in lib. 3. Vettones Hispaniæ populos cùm quosdam Romani exercitus Centuriones deambulationi vacantes in via progredientes reflecti cernerẽt, arbitratos illos insanire, viamque propterea eis ad tabernacula demonstrasse, vt qui semper alterutrum horum militibus necessarium censerent, aut quiescere, aut pugnare. Et apud Stobæum serm. 42. legere est. Lacedæmonios idcirco deambulationes ipsas nõ permisisse. Cúmque eorum Ephoris perlatum esset, eos qui Deceleiam tenebant, pomeridianis operam dare deambulationibus misisse illico qui id eis ipsorum nomine prohiberent. Et fortasse huc spectasse dici potest Pythagoras in suo illo præcepto, *Ad fines cùm perueneris ne reuertito.* Quod in sublimi illa sua visione de quatuor animalibus vidisse se dixit Ezechiel 1.9.[a] *Non reuertebantur cùm ambularent, sed vnum quodque ante faciem suam gradiebatur.*

Strabo.

Deambulatio absque fine alio præfixo stultum quid, & malum existimatum à plerisque.

Stobæus.

a Ezech. 1. 9.

11

Peccator stultus cùm in sua viuẽdi ratione reflectens se à Deo termino fineque humano, inani totum se dat deambulationi spirituali.

Quid ni ergo stultissimum peccatorem dicamus, cuius id esse peculiare à Domino hîc asseritur, vt motui dumtaxat indulgeat, & deambulationi, termino nequaquam sibi præfixo quietis. (*Qui dilexit*) pro fine nimirum sibi præfixit, (*mouere pedes suos, & non quieuit.*) Quòd si Ephoris sapienti Lacedæmoniorũ magistratui non placuit, vt cuipiam simplici deambulationi: multò certè rationabilius Deo increatæ Sapientiæ peccator ipse æquum est vt non placeat, (*qui dilexit mouere pedes suos, & non quieuit:*) quod & textus meritò addit, (*Et Domino non placuit.*) Ecquid enim aliud vita est peccatoris quàm iugis deambulatio spiritualis, in qua ita suos mouere diligit affectuum pedes, vt quò cor suum in Deo non quiescat, cùm vel ipso creaturarum vsu ad eius deductus sit cognitionem per auersionem voluntariam reflectat semet ad prauum ipsum creaturarum vsum. (*Inquietum est cor nostrum.*) dicebat Aug. lib. 1. Conf. c. 1. *donec requiescat in te*: Deum contestans quietis nostræ terminum, ex illo Psalmi,[b] *Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.* Hunc ad terminum totius humanæ vitæ motus tẽdit, vel ipso naturæ impulsu, creatis vniuersis ad ipsum nos deducẽtibus,[c] *A magnitudine enim speciei, & creaturæ cognoscibiliter poterit creator videri*, vt legis in lib. Sap. & peruulgatus ad ipsum comprobandum is est Apostoli locus, quo dicitur:[d] *Inuisibilia ipsius.* scil. Dei *à creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur: sempiterna quoque eius virtus & diuinitas.* Audi & per Sapientem explicatum in tali motus reflexione, & deambulatione ad propriam sensus solummodo delectationem directa: eumdem peccatorem, & vanum iure pronuntiandum, & insanum.[e] *Vani*, inquit, *sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei*, scientiam intellige practicam; *& de his quæ videntur bona non potuerunt:* (quia noluerunt) *intelligere* (practicè) *eum, qui est, neque operibus attendentes, agnouerunt quis esset artifex: Sed aut ignem, aut spiritum, aut citatum aërem, aut gyrum stellarum, aut nimiam aquam, aut Solem, & Lunam, rectores Orbis terrarum deos putauerunt. Quorum si specie delectati deos putauerunt, sciant quanto his dominator eorum speciosior est.*

August.

b Ps. 72. 26.

c Sap. 13. 5.

d Rom. 1. 20.

e Sap. 13. 1.

12

Ordinauit in me charitatem: Pia[f] illa dicebat anima de Deo loquens: & certè si ex naturali arguendum sit rationabilium agendi ratione, & ordine, id exploratissimum est & Philosophorum axioma, quòd omne agens agit propter finem, ita vt sic mediis vtatur, quatenus per ea deducitur ad finem: finis noster, vt sat omnibus constat, Deus est, eiusque fruitio, & illi per charitatem inhærere; media ad hunc finem sunt quæ ab illo sunt condita, vsusque creaturarum. *Quid est in quo erratur?* ait Seneca, ad finem epist. 44. *Cùm omnes beatam vitam optent? quòd instrumenta eius pro ipsa habent, & illam dum petunt, fugiunt. Nam cùm summa beata vita sit solida tranquillitas, & eius inconcussa fiducia, sollicitudinis colligunt causas, & per insidiosum iter vitæ non tantùm ferunt sarcinas, sed trahunt. Ita longiùs ab effectu eius quod petunt semper abscedunt, & quò plus operæ impendunt, hoc se magis impediunt: feruntur retro.* Peccator creaturarum vsu, in earumque dilectione duntaxat finem constituit, diligens mouere pedes suos, & non quiescens: peruertit ergo vniuersam agendi rationem, peruertit & omnem dilectionis ordinem: frui satagit vtendis, peruertit ergo & totam rerum machinam. *Frui*, inquit, Augustinus lib. de doctr. Christ. cap. 4. *Est amore alicui rei inhærere propter se ipsam. Vti autem quod in vsum venerit ad id quod amas obtinendum referre, si tamen amandum est. Nam vsus illicitus, abusus potius, vel abusio nominandus est*: affertque exemplum, subdens: *Quomodo ergo si essemus peregrini, qui beatè viuere nisi in patria non possemus eaque peregrinatione vtique miseri, & miseriam finire cupientes in patriam redire vellemus, opus esset vel terrestribus, vel marinis vehiculis, quibus vtendum esset, vt ad patriam, quâ fruendum erat peruenire valeremus. Quòd si amœnitates itineris, & ipsa gestatio vehiculorum nos delectaret conuersi ad fruendum quibus vti debuimus, nollemus citò viam finire, & peruersâ suauitate implicati alienaremus à patria, cuius suauitas faceret beatos.* Obstupescens aliquando Vates Regius istam hominum peccatorum fatuitatem simul, ac peruersitatem, ac si illos vniuersos præsentes haberet sic allocutus eos est:[g] *Filij hominum*, vt pote terrestres, vt Hebraicum sonat nomen, quod ibi est Adam, homines & ipsi animales, vt tales vocat Apostolus,[h] *vsquequò graui corde*, qui fieri potest vt tam grauiter, & tam diu obscuratum sit insipiens cor vestrum, stulti sanè & mente, & voluntate, & affectu, & intellectu. *Vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?* Ecquæ maior insania, quàm vestra ista, quâ peruertentes omnem dilectionis ordinem, cùm Deum diligere præ omnibus deberetis, & contendere, vt ad eius progrederemini fruitionem, qui est omne bonum: inhæsioni potiùs studetis creaturarum, eas præ Deo ipso diligentes, quæ, si propriam ab eis aufertis vsum mediorum ad diuinæ fruitionis, & veræ quietis in Deo cunctorum fine Angelorum, & hominum, nil aliud tandem esse probantur, quàm vanitas ipsa.[i] *Vanitas enim vanitatum, & omnia vanitas.* Quæ maior insania, quàm hoc quod fit à vobis: mendacium nempe quærentibus, mendaciter mediis pro fine vobis constituentibus, vt qui ad quietem tendere deberetis veræ fruitionis Dei, illamque & omni conatu quærere vt finem vestrũ: vos è cõtra studium vestrũ totum in quæsitione constituitis creaturarum, mendacium certè finium prout res ipsa patefacit, cùm quietem vobis non afferant, quæ est quid finis proprium; sed iugem potiùs in quæsitione ipsorum motum; quæ nihil

f Cant. 2. 4.

Peccator peruertit & omnem dilectionis ordinem totámque mũdi machinã.

Seneca.

August.

Peccator frui satagit vtendis, constituitque finem sibi pro fine vsum creaturarum, quem pro medio habere deberet ad Deum verum finẽ.

Peccatoris conuertentis se ad creaturas quomodo vesana agẽdi ratio.

g Psal. 4. 3.

h 1. Cor. 2. 14.

Creaturæ dũ pro fine vsurpantur, sunt vanitas, earumque vsus talis est mẽdacium.

i Eccl. 1. 2.

nihilominus ſtultè amatis diligentes,mouere pedes veſtros tam externos, quàm internos affectuum,& non quieſcere.

13 *Quomodo verè dicatur, in vita ſpirituali eſſe ſemper ambulandũ, Si Domino nõ placere dicitur is,qui diligit mouere pedes ſuos,& nõ quieſcere.*

Hæc quidem omnia rectè: Sed quid dicemus, cùm iſta ſententia ſimpliciter prolata intolerabilem continere videatur errorem, cùm in ea ſignificetur,Domino non placere,(*qui dilexit mouere pedes ſuos,& non quieſcit:*)ſic enim dicitur. (*Hæc dicit Dominus populo huic, qui dilexit mouere pedes ſuos, & non quieuit, & Domino non placuit.*) Et tamen communiter id in Eccleſia vt certiſſimum receptum eſt axioma, *In via Dei non progredi eſt retrogredi.* Quod & de Morali Gentilium quoque ſtudio veriſſimum conteſtatus eſt Plutarchus lib. de Profectu virtutis: vbi inter alia hæc habet, *Segnities Philoſophantium non modò inhibent progreſſus veluti iter interrumpentes inſtitutum. Sed etiam regreſſus cauſa ſunt, cùm ſubſiſtentem vitam identidem per otium adoriantur, ac retrò auferant. Errantes quidem ſtellas Mathematici finito eorum in anteriora progreſſu inſiſtere prohibent. At in philoſophando profectus nullam facit intercapedinem, numquam intermittit, aut ſubſiſtit. Sed ingenium ſemper aliquo ditatum motu,ac veluti in trutina ſitum numquam non momento aut ad meliora facto fertur,aut in diuerſam partem ad mala exitioſè impellitur.* Bernardus epiſtola 91. ad Abbates Sueſſione congregatos, *Non habemus*, ait, *hîc manentem ciuitatem, ſed futuram inquirimus, haud adhuc illam poſſidemus. Aut aſcendas neceſſe eſt, aut deſcendas, Si attentas ſtare, ruas neceſſe eſt.* Quid Bernardum refero, cùm per Deum ipſum perfectionem vitæ ſpiritualis, in qua ea ſita eſt beatitudo, quæ in hoc haberi poteſt ſæculo,collocatam nouerimus in cõtinua ambulatione,pedumque abſque quiete iugi motione; [a] *Ambula* enim dixit ad Abraham,*coram me,& eſto perfectus:* quod millies repetitum in ſacris inuenies literis, Et beatum [b] eum Dauid propterea prædicauit virum, qui immaculatus in itinere & via ambulat in lege Domini.

Plutarch. — Bernard. — a Gen. 17.1. — b Pſ. 118.1.

14 Imò verò ad hæc dixerim, ex hac ipſa ſententia attentiùs conſiderata colligi allatæ difficultatis ſolutionem. Quod enim tertiò dicitur, (*Et Domino non placuit:*) primò ad peccatorem ipſum refertur, quamuis præcipua præindicata ſit ratio cur is Domino nõ placuerit,cum nec illi placuerint continua illius itinera in peccatorũ admiſſione per vias peruerſas.[c] *Multi enim ambulant*,de talibus ait Apoſtolus,*quos ſæpe dicebam vobis, (nunc autem & flens dico)inimicos crucis Chriſti, quorum finis interitus, quorum Deus venter eſt, & gloria in confuſione ipſorum,qui terrena ſapiunt.* Qui terrena, adde tu,& lutea operantur, figulorum inſtar qui celeri pedum motione vaſa è luto formant rotunda, & ipſi iugi pedum ſuorum motione in itinere quo in admiſſione ſcelerum ambulant,quaſi rotundos quoſdam ſibi fingunt luteos cælos, dum in terrenis & ſenſibilibus rebus,ac voluptatibus ſuam conſtituunt beatitudinem, quam in cælo quærere deberent Empyreo. [d] *Nouit Dominus viam iuſtorum, & iter impiorum peribit:*dicebat ad finem primi Pſalmi Propheta Dauid. Quamuis impiorum iter, quod in motione pedum eſt abſque quiete,periturum dicatur,quia impiorum eſt,qui Domino non placent, & in illis Deus ſibi minimè complacet.Viam tamen,& iter iuſtorum qui Deo placent,noſſe idem dicitur Deus,notitiã videlicet approbationis,& complacentiæ.Rationem ſi quæras huius itinerum differentiæ, hæc eſt,quòd impij in itinere ſuo ſic ambulant, vt re vera numquam quieſcãt,nullã ſuo in itinere verã repertã quiete:quandoquidem(*diligunt mouere pedes ſuos:*)proque fine,&Deo,in quo vera eſt quies, & ad quem tendere deberẽt,fines ſibi cõſtituunt creata, eorumque vſum(vt ſupra explicatum eſt) quibus, vt mediis vti par eſſet ad Deum ducentibus. At verò in ſuo itinere iuſti id quidem ſemper obnituntur,vt in bona, & ſpirituali vita iugi affectuum motione progrediantur, ita vt in hoc perfectionis itinere progredi numquam ceſſent, nec quieſcant. Quia tamen non tam ipſam diligunt motionem pedum ſuorum, nec finem in ipſo ſuo conſtituunt itinere, Deum pro fine ſibi ſtatuentes ad eumque ſuum iter dirigentes vt ad finem,quem iam in intentione obtinent,illorum iter quoque Deo beneplacitum dicitur: quippe quod & cum inceſſanti ſit pedum motione, & cum eorumdem pedum ſtabilitate,& cum quiete quàm maxima.

c Phil.3. 18. — *Peccator fingit ſibi luteos calos iugi pedum motione circa rotam huius mũdi.* — d Pſal.1.6. *Itinerũ iuſtorũ diſcrimen ab itineribus impiorum.*

15 *In itinere inſtorũ mirabili modo iuncta sũt ſimul & continuus motus ad finem, & ſumma quies,atque ſtabilitas.*

Audi vnum eximium ex iuſtis Paulum iugem in itinere ſuo exponentem pedum motionem directam ad Deum, cæleſtemque gloriæ eius fruitionem.[e] *Ad ea*, inquit, *quæ ſunt priora extendens me ipſum ad deſtinatum perſequor, ad brauium ſupernæ vocationis in Chriſto Ieſu.* Quòd ſi mirabilem in iſto iuſtorum itinere noſſe vis coniunctionem inceſſantis motus,& ſummæ quietis, audi iuſtiſſimum Dauid in tali maximè verſatum itinere, eaque de re & cunctos reddentem certiores, & pro innata ſibi animi demiſſione ſupplices ad Dominum fundentem preces.[f] *Qui* ſcilicet Deus *perfecit*,ait,*pedes meos tamquam Ceruorum*, celerrimo nimirum motu iis inſtar velociſſimorũ Ceruorum currere me faciens; prout & Abacuc clariùs ſibi præſtitum expreſſit,dicens,[g] *Et poſuit pedes meos tamquam Ceruorum.* (En pedum motionem,)audi ſimul, eodemque tempore exhibitã & ſtabilem in itinere ipſo quietem. *Et ſuper excelſa*, inquit,ſeu,*ſuper rupes ſtatuit me:*ſtabilem nimirum eius intentioni præbens in quo animo quieſceret finem excelſum ſemet Deum, excelſam cælorum gloriam,excelſamque fruitionem Chriſti,de quo Paulus,[h] *Petra*,ait,*erat Chriſtus*, ad quam petram, & ad quæ excelſa inceſſanter in prædicto itinere ſui & directi fuêre greſſus. Prout in alio Pſalmo idemmet conteſtatus eſt: dicens,[i] *Et ſtatuit*,quieſcere nimirum faciens firmiter,vt fortes columnas ſuper baſes: *pedes meos ſupra petram*, vt videlicet firmiter, iuxta Apoſtoli dictum [k] *proſequerer ad brauium ſupernæ vocationis in Chriſto Ieſu*,vnde & ſubdit de ipſius itineris directione, *Et direxit greſſus meos.* Atque vt intelligeremus mirabiliter hæc duo ſimul in tali itinere fieri, vt & in inceſſanti curſu quaſi Ceruino celerrima eſſet pedum motio, & tamen eorumdem pedum nulla quoad intentum finem eſſet mutatio, ſed ſumma in pedum affectibus eſſet quies; id quod in præcitatis Pſalmis iam ſe obtinuiſſe profeſſus fuerat,in alio Pſalmo à Deo expoſcens ait, [l] *Perfice greſſurus meos in ſemitis tuis:*eo ſenſu quo ſupra dicebat,*Qui perfecit pedes meos tamquam Ceruorum*, ſubditque illico,*Et non moueantur veſtigia mea:*pedum nimirum, & greſſuum meorum finis intentus,veſtigiorum nomine ſumpto non pro pedum impreſſione iuxta vulgatum eius ſignificatum, ſed pro ima parte, & planta eorumdem pedum, quomodo apud Latinos in vſu eſſe reperitur ſæpe, vt in Prouerbio illo, *A veſtigio ad verticem*, quod apud Iſaiam explicatum habetur,[m] *A planta pedis vſque ad verticem capitis.*

e Phil.3. 14. — f Pſ.17.34. — g Abac.3.19. — h 1.Cor. 10. 4. — i Pſal.39.3. — k Phil.3. 14. — l Pſal. 16.5. — *Veſtigiorum nomẽ pro ima parte,& plãta pedum.* — m Iſai.1.6.

16 Ab hoc iuſti itinere, quod in iugi quidem eſt pe

Contra Religiosos è cella, & è septis monasterij frequenter egredientes mutantesque loca.

pedum motione, sed cum quiete, in incessanti progressu ad anteriora, in intentione progredientis stabili persistente fine quietæ fruitionis Dei, non solùm sæcularium multiplicia (vt vidimus) scelera admittentium distant itinera, agendique rationes. Sed & complurium quoque religiosorum, quibus id pariter congruit, quod tertio hîc dicitur, (*Et Domino non placuerunt, seu, & Dominus noluit eos*) non complacens sibi in illis, (*qui dilexerunt mouere pedes suos, & non quieuerunt, seu, & non prohibuerunt.*) Cùm enim in cella quietè spirituali indulgere debuissent profectui,[a] sedentes solitarij, & tacentes, simulque ad anteriores se extendentes spiritus gradus, & leuantes se super se: ipsi è vestigio, (*dilexerunt mouere pedes suos,*) & è cella, & è septis egredientes monasterij finem suum in iugi statuentes diuagatione, locorumque mutatione, (*Et non quieuerunt*) nusquam nimirum quietem repetientes; nec prohibuerunt, ne hac ratione pedes mouerent, neue è cella egressi ipsorum pedum suorum labore aucto ab intenti finis deficerent progressu. *Non acquisisse enim minuisse est*, apud Ioannem Cassianum ait Theodorus Abbas, Collatione sextâ, *quia desinens proficiendi appetitus non aberit à periculo recidendi, Ideoque iugis cellæ commoratio retentanda est. Toties enim etiam reuersus quis, velut nouus in ea, & incipiens habitator titubabit, atque turbabitur, quoties ab eadem fuerit euagatus. Illam namque quam in cella residens acquisierat, intentionem animi, si fuerit relaxata, recuperare rursus non sine labore poterit ac dolore, & per hoc reductus retro non de amisso cogitabit profectu, quem super adiicere potuit, si cellâ non fuisset excussus, sed gaudebit potius, si illum statum de quo recidit, semetipsum senserit recepisse.* Dignaque sunt Abbatis quoque Sereni apud eumdem Cassianum Collation. 7. cap. 23. quæ hîc describamus. *In tantum teporem videmus corruisse nonnullos, vt necesse sit eos etiam remissioribus monitis appalpari: modò ne desertis cellulis suis ad perniciosiores inquietudines reuoluantur; Et circumeuntes, & vagi crassioribus (vt ita dixerim) vitiis implicentur: magnusque fructus ab eis obtineri credatur, si solummodo se etiam cum qualibet ignauia valeant in solitudine continere; ac pro ingenti remedio soleat eis à senioribus dici: Sedete in cellulis vestris, & quantum libitum fuerit manducate, & bibite, atque dormite, dummodo in eis iugiter perduretis.*

a Thren. 3. 28.

Ioan. Cass. coll. 6. c. 14. & 15.

17 Si motionem pedum non tam pro itinere, seu pro admissione peccatorū, prout hucusque, quàm simpliciter iuxta sonū literæ pro ipsa sumamus pedum motione, cui ij operam nauant, qui Choreas exercent, optimum hunc habebimus locum contra id studij saltationis, & contra personas saltatrices, illas inquam quibus id duntaxat intentum est operis, vt pedes suos saltando in hominum oculis moueant ad lasciuiam, ad inanem voluptatem, seu etiam ad insaniam. Sat namque mihi compertum, & apud antiquos Gentiles bona, vtpote ad militandum vtilia, & sancta ad suorum aliquorum cultum Deorum fuisse saltandi studia, & saltationis varia genera, vt fusiùs videre est in Luciani dialogo saltationis nomine insignito; quæ postmodum ad delicias, & turpitudinem corruptâ haberi cæpere licentiâ. Noui in Sacra quoque Scriptura sanctam Danidis ante Dei arcam saltationem, De qua sancta saltatione Ambrosius lib. 2. de Pœnitentia cap. 6. expendens illa Domini in Euangelio verba, [b] *Cantauimus vobis tibiis, & non saltastis, Cauendum*, ait, *ne quis vulgari quodam sermonis huius deceptus interpretatione putet nobis saltationis lubricæ histrionicos motus, & scenæ deliramenta mandari (hæc etiam in adolescentula ætate vitiosa sunt) sed saltationem eam mandauit, quâ saltauit Dauid ante arcam Domini. Totum enim decet quicquid defertur religioni, vt nullum obsequium, quod proficiat ad cultum, & obseruantiam Christi erubescamus.* Idemque Ambrosius lib. 6. in Lucam cap. 2. *Docuit nos*, inquit, *Scriptura etiam saltare sapienter; dicente Domino ad Ezechiel.* [c] *Plaude manu, & percute pede.* Et postquam ostendit, Deum tanto Prophetæ non præcepisse histrionicos saltus, pluribus ibi agit de spirirali saltatione, quæ apud eum citato videri possunt loco. Sicut & de saltatione, & saltibus Christi, de quibus idem Ambrosius agit Sermone 6. in Psalm. 118. Vers. 1. Cæterùm non de ista sermo hîc est pedum in saltando motione, nec de salientibus, saltatione ipsa sua Dei quem diligunt honorem celebrare contendentibus, quorum exultatio eidem beneplacita est Deo: Sed de illis quibus hæc omnia competunt, vt saltando, Choreasque agendo primùm diligant mouere pedes suos, tum nec quiescant: tertiò, non parcant: & quartò, non placeant Deo: Sic quippe hîc dicitur, (*Qui dilexit mouere pedes suos, & non quieuit,*) & iuxta versionem Sept. (*Et non pepercit, & Domino non placuit.*) Quomodo verò Deo placeant qui id diligunt studij, idemque ad voluptatem sibi eligunt, quod est ab ipso se auertentium & eorum qui sine lege eius sunt, & sine iugo ac sine honoris sui proprij ratione? Quomodo Deo placeant, qui in tali quod diligunt studio, insanos se profitentur, quodque & maximi faciendum, qui in talibus suis choreis Diaboli se exhibent & socios, & ministros, & (vt ita dicam) merces in talibus eius nundinis?

Saltationis studia primū apud Gētiles bona, & sacra.

Lucian.

Saltationis studium aliquod cōmendabile, & religiosū apud fideles.

Ambrof.

b Luc. 7. 32.

Ambrof.

c Ezec. 6. 11.

Saltationis & Chorearū studiū quomodo in vsu mūdi est Deo non placet, & cur.

18 Explicemus breuiter singula: In lib. Prouerbiorum vnâ istorum pleraque explicari posse crediderim eâ sententiâ, quâ in cap. 6. sic dicitur.[d] *Homo apostata vir inutilis graditur ore peruerso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur: prauo corde machinatur malum, & omni tempore iurgia seminat.* Diligens in saltationis studio suos mouere pedes à Sapiente primùm vocatur, *Homo*, vilis nimirum & terrenus, non vir; *apostata*, eo sensu, quo in lib. Ecclesiastici asseritur, [e] *Initium superbiæ hominis apostatare à Deo, quoniam ab eo qui fecit eum, recessit cor eius:* peccans nempe ex malitia: quod nos iuxta literam significatum diximus: & hac, quam præ manibus habemus phrasi, diligendi mouere pedes suos. Aptéque pro *apostata*: in Hebraico textu est *Belial*, quod communiter interpretatur, Sine iugo, prout & noster Interpres illud reddidit Iudic. 19. [f] cum alij idem interpretentur. Sine honore, vt notat Iansenius in hanc Prouerb. sententiam. Et certè quotquot tali indulgent Chorearum studio iure optimo & sine honore esse dicuntur, cùm studium tale rectè Clemens Alexandrinus *Cynedicam, & mutam turpitudinem* appellet lib. 2. Pædagogi. cap. 10. aliquantò ante finem capitis. Et Craton apud Lucianum in præcitato saltationis Dialogo non ferens hominem honoris rationem habentem vel spectatorem huius turpis studij: *Sedere*, inquit, *sustineas in Theatro omnium posticas famas excipiens, & hominem effœminatum spectans mollibus vestimentis indutum, ac cantilenis lasciuis, & turpibus perstrepentem: tum prisci sæculi muliérculas amatorias imitantem? nempe libidinosissimas Phedras, & Parthenopas, & Rhodopas, & hæc*

Saltationis & Chorearū studio indulgentis egregia descriptio.

d Prou. 6. 13.

e Eccl. 10. 14.

Saltationis & Chorearū studio indulgens dicitur esse sine honore, & sine iugo.

f Iudic. 19. 22.

Clem. Alex.

Lucianus.

hæc omnia cũ pulsationibus, & lasciuis, & obscœnis carminibus, & pedum strepitu. Et ij, eæque potissimùm eidẽ indulgent motionis pedum studio, qui iugo non detinentur subiecti disciplinæ vel etiã moralis, quæue parentum, & coniugum à se excussẽrint iugum. Addit aliud nomen Sapiens isti conueniens homini diligenti mouere pedes suos, *Vir*, inquiens *inutilis*. Vir, quia eò corruptela deuenit sæculi, vt & prædictum studium quasi quid censeatur virtutis addiscendæ: & qui illud callent, vt virtute præditi etiam pretio conducantur, qui pueros, puellásque id doceant. Cùm tamen re verâ & is vir inutilis sit, & studium ipsum istiusmodi nil afferat vtilitatis, quin potiùs damni præstet plurimùm & docẽti simul, & discenti. Quod vnico vel illo potest exemplo ex Athenæo lib. 12. cap. 6. equorum à Sybaritis mouere ad normam pedes, & ad tibiam in conuiuiis tripudiare instructorum, quorum in bello apparuit inutilitas, eiusque studij damna, quando Crotoniatæ id agnoscentes, tibicinibus secum in aciem eductis, ad eorumque sonum equos in prælio tripudiare facientes & illos & eorum sessores simul perdiderunt.

Saltationi indulgens dicitur vir inutilis.

Athenæus.

10 *Saltationi indulgẽs ipsã pedum motione peruersè loquitur.*

Post primum autem, & secundum addit idem Sapiens tertium diligentis mouere pedes suos, Chorearumque studio addicti nomen, dicens. *Graditur*, seu, vt in Hebræo est. *Incedens ore peruerso*. Quod certè mirum in modum est aptum, non solùm quia vt plurimùm dum tali in studio, & in Choreis viri, fœminæque quasi in scena gradiuntur, ad normam pedes gressusque mouentes, peruersa & intermiscent ad inuicem verba è peruerso ore mauẽtia. Verùm etiam quia ipsomet gressu, ipsâque illâ motione pedum ad regulam, quasi in os peruersè commutatis; efficacissimè loquatur. Quod idem Salomon in eadem sententia clariùs exponere mihi videtur, dum ad viuum quasi penicillo suis coloribus istum ipsum quem præallatis tribus nominibus insignierat, repræsentans, dicit, *Annuit oculis, terit pede, digito loquitur.* Seu, vt est in Hebræo, *Annuens*, ait, *Innuens oculis suis, loquens pedibus suis, docens digitis suis.* Ecquis enim explicare valeat quàm multa, eaque maximè noxia vel breuissimo tẽporis momento Choreas agentes oculorum procacibus gyris colloquantur, & nutibus? quantum & mutis iis sermonibus turpium illico construant amorum fabricam, [a] *Annuens oculo fabricat iniqua*: alius ait Sapiens. Quis vel linguâ sine rubore audeat proferre, quæ indecora, quæque fœdissima in iisdem Choreis gesticulatione doceantur manuum, ac digitorum? Talibus certè id aptari potest, quod quibusdam, in alium tamen sensum dixit Isaias, [b] *Manus vestræ pollutæ sunt sanguine*: vt pote quæ docent mortem inferentia, *& digiti vestri iniquitate.* At his omissis, in eo magis detineamur, quod de ipsa motione dicitur pedum. *Terit*, seu, *loquitur pedibus.* Perinsigni sanè commento hæc explicasse mihi visus est auctor libri Ecclesiastici prout sæpe fieri ab eo consuetum est ad Prouerbia Salomonis. In cap. enim nono ait, [c] *Cum saltatrice ne assiduus sis*, vtique vel in saltando cum illa, vel in spectando illam, pedes in Chorea mouentem: *Nec audias illam*, loquentem nimirum non tam ore, quàm ipsâ suâ pedum motione, & saltibus: *ne fortè pereas in efficacia illius*: tali scilicet loquentis loquelâ, supra omnem eloquentis Rethoris orationem efficacissimâ, adeo vt & opes, & honorem, & vitam, & animam suâ perdere valeat efficaciâ. Perditionem vitæ

Saltationi Chorearũque studio indulgens quanta mala & loquatur, & fabricet.

a Eccl. 27. 25.

b Isai. 59. 3.

Saltationi indulgentis quãta sit efficacia in loquendo ipsâ pedum suorũ motione.

c Eccl. 9. 4.

tam corporis, quàm animæ claram habes ex citata Ecclesiastici sententia: de efficacia verò prædicta in perditionem & honoris, & opum: audi eloquentissimum Ioannem Chrysostomum Sermone de virtutibus, & vitiis, qui habetur in Tomo 5. vbi hæc habet. [d] *Prodit in medium puella saltatrix. Herodi placet, atque conuiuis. Iurat Herodes: Pete quid velis, tradam ego tibi ad dimidium vsque regni mei. Miser, & infelix, ita ne tibi mentis oculi cæcutiunt? Tanti regnum facis? Semel puella saltauit, & regni dimidium tradis? Quid si secundò saltauerit? Votis exopta, ne denuò saltet: vel si saltauerit, ne denuo placeat: sin autem, porrò vnum relinquitur, vt tibi postea sit medicamentum.*

Ioan. Chrys.

d Marc. 6. 22.

Duo denique in præcitata sententia Salomon post picturam, ac descriptionem vniuersorum oculis propositum eius qui studio indulget Choreas agendi, diligens mouere pedes suos, quæ eidem in tali studio sunt ferè propria addit dicens, *Prauo corde machinatur malum*: seu, vt in Hebræo. *Peruersitatibus cordis sui cogitans malum.* En primum: *Et omni tempore iurgia seminat*: seu, vt in Hebr. *Et omni tempore contentiones mittet*: En secundum. Dicant qui istiusmodi frequentant Chorearum ludicra, quàm prauè ipsorum in cis vel spectandis, vel peragendis se habeat, cor quamque prauo ipso corde suo machinẽtur nefanda ipsimet qui soli ea norunt, enarrent mala. Et vtinam non experimento continuo veritas pateret secundi; cùm quotidie & noua iurgia in Choreis excitata in plerisque ciuitatibus auditu percipere contingat: & factas cædes, commotasque in iis cõtentiones ingemiscere. Parcat mihi lector si longior in hac fui expendenda Salomonis sententia, quæ tametsi quoad germanum literæ sensum aliò spectet, nempe ad describendã improbi in genere malitiam, & peruersitatẽ: congruentissimè nihilominus iuxta moralem sensum ei specialiter improbo aptatur, qui in Chorearũ studio diligit mouere pedes suos, prout iam vidimus ad rem nostram illam exponentes, & in explicationem eius quod hic dicitur.

20 *Saltationis studio indulgens quanta prauo corde machinetur.*

In saltationibus & Choreis frequentissima iurgia, cõtentiones, & cædes.

Reliquum modo est vt & duas supra indicatas probemus rationes, quibus iure dici asseruimus Domino non placere, (*Qui dilexerunt mouere pedes suos*:) Choreis, saltationibusque addicti: quòd id studij stultam præ se ferat turpitudinẽ: quódque illud ipsum Diabolicũ sit. Vtramque autem harum rationem indicatam in hoc ipso habemus textu, iuxta duas varias lectiones pro ea quã in nostra Vulgata dicitur, (*Et non quieuit*) primam in eo quod Sept. legunt, (*Et non pepercerunt*,) scilicet honori, & existimationi propriæ, cùm insanos, & impudicos in ipso mouendorum pedum suorum studio se exhibuerint. Quod ab Ambrosio egregiè explicatur in lib. 3. de Virginibus aliquantò post initium, vbi hæc ait: *Ibi intuta verecundia, illecebra suspecta est, vbi comes delitiarum est extrema saltatio. Ab hac virgines Dei procul esse desidero. Nemo enim, vt dixit quidam sæcularium doctor, saltat sobrius, nisi qui insanit. Quòd si iuxta sapientiam sæcularem saltationis aut temulentia auctor est, aut dementia: quid diuinarum Scripturarum cautum putamus exemplis, cùm Ioannes [e] prænuncius Christi saltatricis optione iugulatus exemplo sit, plus nouisse saltationis illecebram, quàm sacrilegi furoris amentiam?* Rationem verò secundam subindicat Hebraica lectio, (*Et non prohibuerunt*,) à Diabolo scilicet in præexposito saltandi studio moueri pedes suos in

21 *Saltationes Chorearũque studiũ quam stultã præ se ferat turpitudinem.*

Ambrosius.

e Marc. 6. 22.

Saltationũ & Chorearũ studium esse diabolicum.

in eodemque ipsi se socios exhibere Diabolo. Audiatur Ioannes Chrysostom. in homil. 49. super Matthæum, circa medium, hæc dicens. *Vbi saltus lasciuus, ibi diabolus certè adest. Non enim ad tripudia hac nobis præbuit Deus, sed vt modestè incedamus, non vt impudenter Camelorum more saltemus: nec enim solùm fœminæ, verùm etiam Cameli turpiter saluunt, sed vt in Angelorum choreis consistamus. Quod si corpus deforme fit impudenter saltando, quantò magis animam fœdari credendum est? His tripudiis Diabolus saltat, si his à Dæmonum ministris homines decipiuntur.*

Ioan. Chrys.

Possemus eadem lectione, (*Et non prohibuerunt,*) vti aduersùs eos, qui tametsi non diligant ipsi mouere pedes suos: non tamen id prohibent filiis, filiabus, coniugi, ac subditis suis: nec ipsis suis id prohibent oculis, ne Choreas agentium sint spectatores. In quos idem Chrysostomus homil. 41. in Ioannem inuehens, ait: *Probas saltantem, laudans admiraris: nonne illo peior effeceris? Siquidem eum inopia excusat, cui omnia videntur licere: tu hac cares excusatione: Ille rogatus cur aliis omissis artibus huic se dederit, non negabit turpem, & iniustam esse, sed multa paruo labore lucrari dicet. Tu rogatus quare luxuriosum, sordidum, infamem admireris, non itidem poteris excusari, sed opus erit vt deiecto vultu erubescas.*

Saltātem, & Choreas agētem spectare quàm sit malum.

22 Si quod hîc dicitur, (*Qui dilexit mouere pedes suos, & non quieuit, & Domino non placuit*, seu, *& Domino non beneplacitum est in illo:*) iuxta eum sumamus literæ sensum, quo plerique arbitrati sunt repræhendi Iudaicum populum quòd ad diuersarum Gentium & idola confugeret, & auxilia, nequaquam in vno Dei quiescens cultu, in vnaque in eum spe. Aptissimè pro moribus hæc referes ad eos, qui pro diuitiarum, & honorum adeptione, auaritiâ, & ambitione impellente in iugi sunt pedum motu absque vlla vel corporis vel animi quiete. Quique ad augures, & hariolos, ac sortilegos qualibet oblatâ occasione contendunt, nihil exinde reuehentes quietis. Hi enim, & similes. (*Domino non placent,*) nec eos vllatenus vult. Sed contra eos in primis apta hæc sunt qui nequaquam in Dei quiescentes adiutorio, spem suam omnē in homines coniciunt, ad quorum & confugiunt opem: quique in propriis confidunt viribus, in robore exercitus, in armorum apparatu, atque in agilitate motionis pedū, totiusque corporis, & in equitādo. Quo sensu hæc accepta optimè per ea explicabis, quæ Propheta Regius in Psal. 146. in idē argumentū ait,[a] *Non in fortitudine equi voluntatem habebit*, sc. Deus: *nec in tibiis viri beneplacitum erit ei*, i. Non volet eos qui confidunt in equorum fortitudine: non placebunt Deo, qui in robore equitatus suam constituerint spem: nec eidem in illis est beneplacitū, qui sic diligunt mouere pedes suos in sua tibiārum agilitate, vel ad equos inscendendos, vel ad cursum, vel ad belligerandum salutem sibi pollicentes. Quibus opponens qui è vestigio Deo placeant. *Beneplacitum est*, inquit, *Domino super timentes eum, & in eis qui sperant super misericordia eius:* in illis nimirum qui sic ipsum colunt, & venerantur, vt vel hoc ipso suum testatum ei velint timorem pium, quòd in solo sperāt auxilio, quod misericorditer ab ipso sibi expectant exhibendū. Quod clariùs in Psal. 32. designatum est, vbi, iuxta Originalia Hebr. & Græc. sic legitur.[b] *Ecce oculi Domini*: vt in re sibi pergrata, *super metuentes eum, qui sperant super misericordia eius.*

Contra auaros & ambitiosos.

Contra confugientes ad hariolos, & sortilegos.

Contra confidentes in hominibus, & in propriis viribus.

a Ps. 146. 10.

Spes firma in Deū optimus testis veri timoris Dei.

b Ps. 32. 18.

23 (*Nunc recordabitur iniquitatum eorum, & visitabit peccata eorum.*) Si præcedentia verba, (*Qui dilexit mouere pedes suos*, &c) de iis moraliter dicta sumpserimus, qui studio addicti sunt saltationis, agendarūque chorearum, prout paulò ante prosecuti sumus longiùs, congruentissimè iis & hæc addita intelligemus in confirmationem eius quod vltimo ibi dicebatur, (*Et Domino non placet*, seu, *Et Dominus non voluit eos.*) Sicut enim Dei velle, eiusdemque voluntas illius designat dilectionem, gratiam, & beneuolentiam, Ita non velle significat eius iram, atque ipsius iræ effectus, supplicia inferre. Vnde in Psalmo 29. præclarè ipsi Dei voluntati opponitur eius indignatio,[c] *Quoniā ira in indignatione eius, & vita in voluntate eius.* Siquidem quando Deus quem vult, ita vitam illi suâ confert beneuolentiâ, vt simul eidem præstet quicquid ad felicem & animæ, & corporis vitam degendam sit necessarium; vitæ namque vocabulo & lætitia designatur, hilarisque animi & corporis, ac fœlices successus: Et è contra quando aliquem non vult, eâ ratione illi est indignatus, vt res ei inferat aduersas, animique molestias, iræ nomine pro supplicio vsurpato, prout sæpius apud Apostolum,[d] vel ira inferri dicitur: vel,[e] legem iram operari, vel nos[f] ab ira saluari, & similia: facit tamen magis ad rem nostram hæc citati Psalmi sententia, iuxta versionem Aquilæ, qui primum eius membrum Græcè ita reddidit ex Hebræo ὁ ἀθροισμὸς ἐν θυμῷ αὐτοῦ, id est, *Subitum, seu, confertum, ac coacervatum quiddam in indignatione eius.* Quid verò hoc sibi velit, ad viuum in his exprimitur, quæ præ manibus habemus. (*Nunc recordabitur iniquitatum eorum, & visitabit peccata eorum.*) Compertum namque omnibus est, ipsum temporis, (*Nunc*) instans esse, vt pote subitum momentum, quod subitò existens subitò præterit, ita vt quod in eo contingit, subitò fiat necesse sit, coacervatum autem in indignatione sua tunc planè patefacit Deus, quum collectarum iniquitatum in iræ thesauros recordatur, recenset, exactè expēdit, atque castigat. Quod etsi in longū differre vt plurimum consueuerit qui longanimis, & multùm misericors est, expectans peccatores ad pœnitentiam, plerúmque tamen graui aliquo scelere, pessimoque aliquo peccatoris exacerbatus studio, subitâ id facit iniquitatum omnium vltione manifestè inflictâ. Et quidem in eos qui diligunt mouere pedes suos, saltationique & Choreis prauè dant operam, id ab eo fieri perquàm frequenter, & auditu accepimus eorū, quæ choreis actu agentibus euenēre acerrima, quæque & relata in libris legimus. Inter quæ id celebre est quod enarrat Crāzius lib. 8. Metrop. c. 39. Sub Rodulpho I. Imperatore, cùm Traiecti mixtim iuuenes, puellæque viri, ac fœminæ choreas agerent, super ponte, nec, transeunte exinde Sanctissimo corporis Christi Sacramento à cœptis desisterent Choreis, debitâ illud prosequentes veneratione, mox ponte ipso diruto & eos subitam mortis dedisse pœnam. In his haud ampliùs detinebor, plura ad idipsum comprobandū reperies in libro, qui speculi exēplorum nomine nuper prodiit emendatus. Illud sanè haud prætereundum, quod & subitò accidisse Iudaico populo coram vitulo aureo Chorearū ludos agenti legimus in libro Exod.[g] nempe cùm venisset Moyses ad castra, vidissetque vitulum, & choros, iratum valde proiecisse de manu quas à Deo acceperat legis tabulas, easque ad montis radicem cōfregisse; tum immissis in eumdem populum Leuitis, maximam illius fecisse per eos interne

Dei velle cõsequitur omne bonum.

c Psal. 29. 6.

Nō velle Dei consequitur omne malum in eo quem non vult.

d Rom. 3. 5.

e Rom. 4. 15.

f Rom. 5. 9.

Aquila.

Nunc dicit instantaneū & subitum.

Saltationi & Choreis actu vacantibus frequenter à Deo immissa vltio & peccati illius, Et coacervatorū aliorum scelerum idque subitò.

Cranzius.

g Ex. 32. 19.

internecionem, ita vt exiguo vnius diei illius spatio ad viginti tria millia interfecta sint hominum.

24
Non expectandum vltimum nunc, ad faciendã pœnitentiã. Sed nunc quantocyùs agenda.

Digna sunt pariter ista verba, (*Nunc recordabitur Dominus iniquitatum eorum, & visitabit peccata eorum.*) quæ & sancti concionatores frequenter fideli exaggerent populo: & quotquot lethiferis irretiti sunt sceleribus iugiter mente reuoluant perpendantque attentiùs. Quamuis enim id in consueto sit Dei vsu, vt & mortis cuiusque tempore, & in iudicij vniuersalis die singulorum recenseat iniquitates, vtque in die visitationis peccata quæque iusto iudicij expendat, vindicetque rigore: Maximè nihilominus faciendum quod hic adiectum est præsentis, & momentanei temporis aduerbium. *Nunc*: studendumque, vt vno quoque temporis momento in animo contrito vnusquisque sibi dicat. Nunc recordor malorum quæ in Deum, proximumque admisi. Ne forrasse in vltimo vitæ nostræ, *Nunc*, quando nobis in mortis articulo constituris Deus recordabitur iniquitatum nostrarum, & nostra visitabit peccata, id nobis contingat, quod inutiliter impio contigit Antiocho, cùm morti proximus, ea, quæ in primo lib. Machabæorum habentur, protulit verba: [a] *Nunc reminiscor malorum quæ feci in Ierusalem.* Sic Iacobus Apostolus iis ipsis diuitibus impiis, quibus dixit, [b] *Thesaurizastis vobis iram in nouissimis diebus*, suasit, vt in eo ipso *nunc* temporis, in quo tunc eos esse contingebat, non expectato vltimo *nunc*, ipsimet recordarentur, &c. dicens: [c] *Agite nunc diuites, plorate vlulantes in miseriis vestris, quæ aduenient vobis.*

a 1. Machab. 6.12.
b Iacob. 5.3.
c Iacob. 5.1.

25
In quolibet Nunc timendum peccatori ne Deus recenseat, & vlciscatur eius peccata.

Maximi quoque id faciendum est, quod in his, *Nunc*, adiectum est, (*Nunc recordabitur*, &c. Cùm in vnoquoque *nunc* temporis fieri queat, vt Deus qui diutiùs quem expectauit peccatorem ad pœnitentiam, illico dicat, quod apud Isaiam legimus, [d] *Tacui semper, silui, patiens fui, sicut parturiens loquar, dissipabo, & absorbebo simul.* Quodque apud eumdem Prophetam in impios commotus Assyrios dixit: [e] *Nunc consurgam, nunc exaltabor, nunc subleuabor*, recordatum me scilicet contestans eorum iniquitatum eorum, visitansque peccata eorum efficiens nimirum vt ex peccatis ipsis quæ vel mente conceperunt, vel opere quasi partu ad exitum deduxerunt, sibimet & ardorem, & combustibilem exhibeant stipulæ materiam, eorumdemque anima pro exsufflante inseruiens spiritu eos vt ignis deuoret. [f] *Concipietis enim, inquit, ardorem, & parietis stipulam: spiritus vester, vt ignis vorabit.* In hunc modum dici ei potuit diuiti illi auaro. *Nunc recordabitur Dominus iniquitatum tuarum*, &c. cui in Euangelio legimus aliis verbis dictum. [g] *Stulte hac nocte animam tuam tollent, & quæ parasti cuius erunt?* Hocque est recordari *nunc* Dominum iniquitatum mundanorum, quod aliâ ratione expressum legimus ita in lib. Iob. [h] *Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.* Super quæ Gregorius Papa lib. 15. Moral. cap. 19. *Potest*, ait, *in puncto hoc quoque intelligi, quod sæpe hi qui diu in iniquitate tolerati sunt, subitâ morte rapiuntur: vt nec flere ante mortem liceat quæ peccauerunt.*

d Isai. 42.14.
e Isai. 33.10.
f Isai. 33.11.
g Luc. 12.20
h Iob. 21.13.
Greg. PP.

VVLGATÆ.

Vers. 10.] Hæc dicit Dominus Populo huic, &c.

SEPTVAGINTA.

10. Οὕτως λέγει κύριος τῷ λαῷ τούτῳ. ἠγάπησαν κινεῖν πόδας αὐτῶν, καὶ οὐκ ἐφείσαντο, καὶ ὁ θεὸς οὐκ εὐώδωσεν ἐν αὐτοῖς. νῦν μνησθήσεται τῆς ἀδικίας αὐτῶν.

Vers. 10.] Sic dicit Dominus populo huic: Dilexerunt mouere pedes suos, & non pepercerunt: & Deus non prosperauit in eis: nunc recordabitur iniquitatis eorum.

APPENDIX EXPOSITIONVM
Ex antiquis Patribus collecta.

1

PARAPHRASIS Chaldaica. *Hæc dicit Dominus populo huic: Sicut dilexerunt, sic vindictam sumam ex eis, vt transmigrare faciam eos de terra domus maiestatis meæ, & sicut oblectarunt se in cultu idolorum, & de domo sanctuarij mei non prohibuerunt pedes suos; & non est voluntas coram Domino in eis. Nunc visitabit peccata eorum, & vindictam sumet iniquitatum eorum.*

Hieronym.
Deus deserit peccatores impœnitentes.

Vers. 10. Hieronymus. *Dicente populo, quare factus es vt aduena, & viator, & vagus, vt tuam deseras mansionem? Respondet Dominus populo quondam suo: Vis nosse rationem? ausculta quod dicitur: Quia dilexit populus mouere pedes suos, & non abstinuit eos de compede peccatorum, siue non quieuit, & stare non potuit: idcirco & ego deserui eum, & nulla est in illo mihi complacentia. Qui igitur diu distulit, & per patentiam noluit punire peccantes, quia in scelere permanserunt, recordabitur iniquitatum eorum, & quasi ægrotantium, & Deum non sentientium peccata visitabit, vt vltra peccare desistant. Notandum autem in Scripturis Sanctis, quod semper peccatorum moueantur pedes: & sanctis dicatur cum Moyse, [i] Tu verò hic ista mecum: Et alibi scriptum sit: [k] Laudate serui Dominum, qui statis in domo Domini, in atriis domus Dei nostri.*

i Deut. 5.31.
Stare tribuitur iustis, peccatoribus verò mouere pedes.
k Psal. 134.1.

Cyril. Alex.

Cyrillus Alexandrinus primo Glaphyrorum lib. 6. in Genesim circa initium. *Vt per omnem Sacram Scripturam sermonem de Christo intelligentes, ac sinceram fidem colligentes, non detestabili animi duplicitate vacillans quodammodo, & ebrium cor habeamus, neque ignorantiæ turbine rapiamur, audiamus Deum per vocem Prophetarum dicentem (Dilexerunt mouere pedes suos, &c.)*

Cor vacillãs ne habeamus cauendum.

Cyrillus.
Instabilitas damnata.

Idemque Cyrillus homil. 2. Paschali Instabiles hisce à Deo obiurgatos existimans. *Pedes*, inquit, *hoc loco transeuntem quamdam significant motionem, & mentis impetum in vtramque partem, tum ad ea quæ mala sunt: tum ad ea quæ admirabilia omnium opinione iudicantur.*

2
Theodorit.
Peccatores diligunt mouere pedes in via nequitiæ.

Theodoritus. *Ponit responsionem à Deo datam: (Dilexerunt mouere pedes suos, & non pepercerunt:) nempe in viam nequitiæ. Hoc enim docent quæ subiiciuntur, (Et nõ placuit Deo in eis) Inquit etiam Deum reducturum in memoriam iniquitates eorum, & impiè commissorum pœnas exacturum.*

D. Thom.
Peccatoris inconstantia.

D. Thomas. *Ponitur Domini responsio, (Hæc dicit Dominus) Et primò proponit culpam (qui dilexit mouere pedes) affectus, propter inconstantiam in bono, & de malo in malum: Prouerb. 7. Mulier vaga, [l] & quietis impatiens: nec valens in domo consistere pedibus suis. Vel mittens in Ægyptum pro auxilio, Isai. 30. [m] Ægyptus frustrà, & vanè auxiliabitur: Ideo clamaui super hoc: superbia tantum est, quiesce. Secundò, comminantur pœnam. (Nunc recordabitur) pœnam inferens, Psal. [n] Visitabo in virga iniquitates eorum, &c.*

l Prou. 7.10.
m Isai. 30.7.
n Psal. 88. 34.
D. Bonau.

D. Bonauentura in cap. 9. Lucæ. *Mutatio*, inquit,

quit, hospitij testatur impatientiam, quæ pro modica causa mouetur, & non potest quiescere, secundùm illud. A (Hæc dicit Dominus populo huic, qui dilexit mouere pedes suos, & non quieuit, &c.

Locorum, & hospitij crebra mutatio impatientiã testatur.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Οὕτως λέγει κύριος. ἠγάπησαν κινεῖν πόδας αὐτῶν.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τουτέστιν οὐδὲν βέβαιον παρ' αὐτοῖς, ἀεὶ μεταπηδῶσι. τοῦτο καὶ Ἠλίας φησίν. ἕως πότε χωλανεῖτε, ἐπ' ἀμφοτέραις ταῖς ἰγνύαις ὑμῶν;

B

Θεοδωρήτου.] οὐ γὰρ ἔστησαν μετ' ἐμοῦ τῶν ἰδίων ψυχῶν ἀφειδήσαντες. ηὐτομόλουν γὰρ πρὸς εἴδωλά τε καὶ πᾶσαν κακίαν, οὐ δυνάμενοι λέγειν. ἑστῶτες ἦσαν οἱ πόδες ἡμῶν ἐν ταῖς ἐντολαῖς σου Ἱερουσαλήμ.

Ὀλυμπιοδώρου.] ἀτάκτως κινεῖσθαι, τρέχειν εἰς τὰ κακά.

C

[Καὶ οὐκ ἐφείσαντο.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τουτέστιν ἀπλήστως τῷ πράγματι κέχρηνται. τουτέστιν ἀφειδῶς. ὅρα πῶς ἀεὶ αὐτοῖς τὴν ἐπίτασιν, καὶ τὴν ὑπερβολὴν τῆς κακίας ἐγκαλεῖ.

Vers. 10. Sic dicit Dominus, &c. Dilexerunt mouere pedes suos.

Chrysostomi.] Hoc est nihil firmum apud ipsos, stabileque, semper huc illuc resiliunt, hoc & Elias dicit. [b] Vsque dum claudicabitis in vtrisque poplitibus vestris?

Chrysost. Impiis nil firmum, ac stabile. a 3. Reg. 18. 21.

Theodoriti.] Nec enim mecum steterunt suam vitam profundentes, transfugiebant enim ad idola, & omnem nequitiam, non valentes dicere. [b] Stantes erant pedes nostri in atriis tuis Ierusalem.

Theodorit. Instabilitas maxima nobis in bono. b Psal. 121. 1.

Olympiodori.] Inordinatè moueri, currere ad mala.

Olympiod. Impij currũt ad malum.

(Et non pepercerunt.)

Chrysostomi.] Hoc est insaturabiliter hoc egerunt; id est profusè. Vide vt semper eos accuset ipsis quòd peruenerint ad cumulum iniquitatis.

Chrysost. Insatiabiles impij in peccando.

Vers. 11.] Et dixit Dominus ad me, noli orare pro populo isto in bonum.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

1 c Et dixit Dominus ad me: Noli orare pro populo isto in bonum (seu, in bona.) 2

Conuersus [c] autem ad me Prophetam, quod iterum, iterumque aliàs fecerat, intulit, dicens, Tu Ieremia, quem video totum pro ea quâ hunc populum prosequeris charitate, præ eius liquescere compassione, cùm me ita in eum videas indignatum, ne pro illo fundas more tuo preces, bona ipsi, & prospera à me efflagitans. Quod non prohibendo à Deo mihi dictum intellexi, sed mea potiùs mihi patefaciendo vim charitatis, quâ ipsum detinere possem indignatum. Eiusdemque charitatis, & mei ipsius rationem se habere honoris significans, qui non modicum periclitaretur apud homines, si charitate eâ flagrantes mea ab ipso non exaudiantur preces, cum precibus admixtæ impiorum in impietate sua perseuerantium.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 Orare pro Iudaico populo prohibuit Deus Ieremiæ vt stabilitatem contestaretur decreti sui in castigando populo illo. d Mach. 15. 14.

Et dixit Dominus ad me, &c. Egimus pluribus de hac prohibitione facta Ieremiæ, vt non oraret pro populo suo, in cap. 7. vers. 16. Et in cap. 11. vers. 14. quæ & pluries ab eodem Deo illi ipsi facta reperitur, quia Propheta sanctus præ dilectione, & compassione erga populum suum totus in hoc erat, vt precibus suis illi placabilem redderet Deum, iuxta illud libri Machabæorum, [d] Hic est qui multùm orat pro populo, & vniuersa sancta ciuitate Ierusalem. Arbitror autem idcirco hoc ei toties prohibuisse Deum, quod nihilominus fieri ab illo non erat ei ingratum, & cui prohibitioni norat ab illo minimè obtemperandum, prout ex precibus patefactum, quas mox in hoc ipso capite is ipse fundet; vt

D

firmitatem quidem diuini sui contestaretur decreti temporalibus calamitatibus flagellandi Iudaicum populum: & vt simul ardentem, & inextinguibilem ipsius commendatam relinqueret Prophetæ erga eumdem populum charitatem, quam suo hoc pluries repetito imperio, veluti aqua maximis iniecta sæpiusque inspersa flammis, vehementiùs accendere est obnixus, prout & cum sancto Moyse simili item amore æstuantissimo, eumdem Dominum fecisse legimus in cap. 32. [e] Exodi, vbi illi ardentissimas porrigenti preces pro populo quem delendum audierat pro peccato vituli, dixit, Dimitte me, vt irascatur furor meus. Idipsum namque est, Dimitte me, ac Intermitte orationem, vt reddidit Chaldæus, & Noli orare. Bene autem Gregorius Papa lib. 9. Moral. cap. 12. Quid est, inquit, sermo dicere, dimitte me, nisi deprecandi ausum præbere? Et Theodoritus quæst. 67. in Exodum. Hæc, ait, verba, Dimitte me, dixit pro eo quod est, Cohibe me. Quia quum eximius ille Moyses ignoraret iniquitatem populi, hanc Deus illi patefecit, atque vt pro eo intercederet excitauit. Id quod & ex ipsa historiæ eius serie manifestè colligitur: eóque sensu Domini verba intellexit & Sanctus Patriarcha; qui enim nullum adhuc extrinsecus emiserat orationis verbum, acceptis Dei vocibus, Dimitte me, &c. in effundendis & ex ore precibus vehementiùs excitatum se significauit; subdit namque textus immediatè post præallata. [f] Moyses autem orabat Dominum Deum suum, dicens: Cur Domine irascitur furor tuus contra populum tuum, quem eduxisti de terra Ægypti? &c.

E

Orationem prohibendo ad orationem Deus excitauit Moysem, & Ieremiã. e Exo. 32. 10. Greg. PP. Theodorit.

F

f Exod. 32. 11.

Augustinus lib. Quæstionum super Exodum in Tomo 4. quæst. 149. In prædictis Domini verbis, Dimitte me, &c. ipsum eius orationis principium, & causam charitatem nempe cohibitam arbitratus, Ita, inquit, dictum est, sine me, ac si diceretur, Noli eos diligere, & conteram eos, quia ne id faciam, dilectio tua in illos intercepit mihi. Subdit. Obtemperandum

2 Augustinus. Charitatem prohibendo ad charitatẽ excitauit Deus Moysem, & Ieremiam.

dum autem eſſet Domino dicenti, Noli eos diligere, ſi hoc iubendo dixiſſet, & non potius admonendo, & exprimendo, quid illum ab eorum ſupplicio reuocaret: nec tamen etiam illo intercedente ſine flagello diſciplinæ populum dereliquit. Neſcio quo enim modo, vt ſic eos diligeret ipſe Moyſes, Deus illos occultius diligebat, qui manifeſtâ voce terrebat. Quæ Auguſtini verba ad amuſſim congruunt & his quæ Ieremiæ hoc præſertim capite tertiâ vice à Domino dicta perpendimus, (Noli orare pro populo iſto.) quo loco duo notanda ſunt, primum, quòd nequaquam hîc, ſicut in præcedentibus, ea allata eſt ratio, Quia non exaudiam te. Secundùm, quod in declarationem qualitatis orationis, de qua eſt ſermo, adiectum eſt iſtud, (In bonum, ſeu In bona,) vt correctiores habent Codices Sept. quâ adiectione formalis tacta mihi videtur ratio perfectæ orationis, quæ ex motiuo eſt charitatis; exploratum eſt enim, charitatem in proximum eſſe bonum, ſeu bona benè ei velle, ex qua charitate eſt, vt bona & eidem precemur. Quod autem Dei intentio nullatenus extiterit, vt ſanctum Prophetam ab iſto amoueret charitatis, & compaſſionis affectu; ſed in præpoſito potiùs ſenſu talibus eum affatus ſit, ex eo fit manifeſtum, quòd in hoc ipſo capite verſ. 17. ad eamdem compaſſionem ipſum promouens ſuaſit, vt eidem populo, ac vniuerſis illam in ſe auctam patefaceret, dicens: Et dices ad eos verbum iſtud: Deducant oculi mei lacrymam per noctem & diem, & non taceant, quoniam, &c. Vnde & ad orationem pro populo item in bonum pariter ſe excitatum intelligens, charitatis maximè flagrantes eas emittit precum voces, quas à verſ. 19. vſque ad finem proſequitur capitis. Quòd ſi illius minimè exauditæ ſunt preces, quia nihilominus comminatas Iudæis immiſit Dominus calamitates, id non ex eo prouenit quod Prophetæ charitas Deo minimè grata fuerit, ſed ſicut per Auguſtinum dictum eſt de Moyſe, quia Deus occultiùs eumdem populum diligebat, quem manifeſtâ voce terrebat; cuius diuinæ dilectionis effectus & immiſſæ fuere calamitates, iuxta illud, [a] Quem diligit Dominus caſtigat, [b] flagellat autem omnem filium quem recipit, ita vt imperceptibili ratione & per hoc ipſum quòd à Deo exauditæ non fuerunt orationes ex ardenti charitate profuſæ, eamdem Prophetæ charitatem & compaſſionem à Deo ipſo auctam pro certo habendum ſit, eoque magis quòd, vt in ſubſequenti habetur verſ. 12. & rationem maioris compaſſionis excitatricem eam illi ſignificauit idemmet Deus, quâ talis non exauditio in culpam potiùs relata eſt populi, ad cuius ſalutem Ieremias toto anhelabat corde.

Charitas in proximũ eſt bona illi bene & velle, & precari.

Orationes Ieremiæ à Deo non exaudiri magis eius Prophetæ charitatem auxit, & cõpaſſionem in populum ſuũ.

a Prou. 3. 12.
b Heb. 12. 5.

3 Quòd ſi quis ad hæc minimè aſſentiens contendat ex ipſa verborum iſtorum vi. (Noli orare pro populo iſto in bonum) manifeſtum colligi à Deo Prophetæ factam prohibitionem, ſæpiuſque repetitam iuſſionem, vt non iam ampliùs in eius populi bonum precaretur, proſpera illi efflagitans, quem mox Deo non placuiſſe audierat. Hoc etiam conceſſo, nihilominus haud in cuiuſquam venire debet mentem, vt qui vel à matris vtero ſanctus extitit, & in Prophetam ſanctificatus, contra omnem rectam prophetandi rationem Deum obſtinato animo per inobedientiam offenderit, obſtinatam enim repugnantiam primo aſpectu ſapere videtur iugis eiuſdem Prophetæ oratio, quâ totus hic vaticiniorum eius reſperſus eſt liber, cùm iam tribus vicibus diuinâ id illi prohibitum ſit iuſſione. Cùm tamen re verâ nulli id ei imputandum ſit culpæ, imò ſi inobedientiam id appellare quis velit, Deo gratam rectè dicere opus ſit inobedientiam, prout & Theophilactus ſuper caput nonum Euangelij Matthæi. Deo [c] gratam inobedientiam eam nuncupat, quâ manifeſtatum omnibus à duobus cæcis eſt Chriſti miraculum reſtitutionis viſus, tametſi acriter id ne facerent prohibitum à Chriſto ipſo audiſſent.

Oratio Ieremiæ perſeuerans Deo apertè eã prohibente Inobedientia vſi Deo grata appellanda eſt.

Theophil.

c Matt 9. 30

4 Quamquam vt ingenuè fatear, neutrum iſtorum inobedientiæ præſertim erga Deum, vocabulo appellarem odioſo. Enimuerò ſcitum illud eſt, quòd quando conſtat de mente legiſlatoris, aliquidue præcipientis, inobediens certè is minimè eſt dicendus, qui non tam iuxta verborum ſonum, quàm iuxta præcepti operetur rationem. ff. de reg. iur. §. In ambiguis, &c. Intelligentia de verb. ſignific. vbi hæc habentur ex S. Hilario lib. 4. de Trinit. Intelligentia dictorum ex cauſis eſt aſſumenda dicendi, quia non ſermoni res, ſed rei eſt ſermo ſubiectus. [d] Præcepit quidem duobus cæcis à ſe illuminatis Ieſus, ne cuiquam id egregij proderent miraculi, acerrimiſque haud ambigendum iuſſiſſe id verbis cum comminationibus; id namque deſignant verba & Latinum, comminatus eſt, & Græcum ἐνεβριμήσατο, quod propriè ſignificat acriter, & cum auſteritate comminari: cæterùm mẽtale dantis mandatum haud alia extitit, quàm vt tamquam veræ humilitatis, præceptor illud relinqueret exempli, vt pro parte ſua, pro viribus quiſque præclarè à ſe geſta ſtudeat occultari: nullo tamen pacto gratitudinis præiudicium inferre intendit debito, aut gloriæ Dei. Norant cæci illi totum iſtud, impletamque intelligebant præcipientis intentionem quoad humilitatis exemplum per externas ipſas factas præcepti voces, adeoque illi minimè ſe cenſuêre in obedientes, cùm ſuum expleuêre gratitudinis, & Dei gloriæ reuelandæ officium. Propter humilitatem, ait Hieronymus ſuper citatum Matthæi locum. Fugiens iactantiæ gloriam hoc præceperat, & illi propter memoriam gratiæ non poſſunt tacere beneficium. Et eloquentiùs in eumdem ſenſum Gregorius Papa lib. 19. Moralium cap. 18. Quærendum, inquit, nobis eſt, quid ſit hoc, quòd ipſe omnipotens, cui hoc eſt velle quod poſſe, & taceri virtutes ſuas voluit, & tamen ab his qui illuminati ſunt quaſi inuitus indicatur: niſi quòd ſeruis ſuis ſe ſequentibus exemplum dedit, vt ipſi quidem virtutes ſuas occultare deſiderarent, & tamen vt alij eorum exemplo proficiant prodantur inuiti: & facta quidem ſua occultando ſe ipſos cuſtodiant, ſed dum produntur inuiti bona ad proximos ſuos tranſmittant. Occultentur ergo ſtudio, neceſſitate publicentur, & eorum occultatio ſit cuſtodia propria, eorumque publicatio ſit vtilitas aliena.

Iſta Ieremiæ oratio pro populo non eſt dicenda inobedientia.

Legiſlatoris & præcipientis mens eſt attendenda, potiùs quàm verba.

Hilarius.

d Matt. 9. 30

Duo cæci publicantes Chriſti miraculum cõtra illius prohibitionẽ non ſunt dicendi inobedientes tùm bene potius fecerint iuxta præcipientis mentem.

Hieronym.

Humilitas non debet tollere debitũ gratitudinis, & gloria Dei.

Greg. PP.

5 In eumdem itaque modum, tametſi contrariâ ratione, tanti faciebat Deus honorem Prophetæ ſui ſanctiſſimi Ieremiæ, vt, ne tantillùm quidem in eo is læderetur, tribus iam vicibus ei demandarit, ne preces ſibi pro Iudaico offerret populo, quas ipſe minimè eſſet exauditurus: Hancque in eo faciendo præcepto Dei extitiſſe mentem & intentionem probauimus ex Hieronymo, aliiſque Patribus in verſ. 16. capitis ſeptimi, vbi intentionem ipſam ſuam haud obſcurè eidem Prophetæ Deus ipſe ſignificauit, cùm diceret, Tu ergo noli orare pro populo hoc, neque, &c. quia non exaudiam te. En latæ legis rationem. Quod ſi in cap. 11. atque in hoc loco capitis 14. hæc expreſſa non reperitur, tacitè tamen ſignificata eſt, cùm vtroque in loco dato præcepto, illico ſubiecerit Dominus, ſe non exauditurum rebellis populi preces,

Orare vetuit Ieremiã Deus ne quid is ne honore læderetur, quando non exaudiretur pro populo rebelli.

ces, nec suscepturum ieiunia, aut sacrificia illorum. Vt exploratum esset, cum esse exhibiri præcepti sensum, Non esse Prophetæ pro populo illo orandum, ne admiscendo orationes suas cum eius populi precibus, & Sacrificiis, atque mortificationibus prauâ ratione præstitis adeoque nullatenus exaudiendis, ac suscipiendis, quid & is in sua periclitaretur sanctitatis existimatione apud homines. Huius diuinæ mentis conscius Ieremias humilitatis professor eximius, parui ipsum suum faciens honorem, charitatemque, & compassionem in proximum illi præferendam ex parte sua esse intelligens, nequaquam inobedientiæ reum se futurum veritus est, si nihilominus ab effundendis precibus non cessaret.

Honorem sui Sancti post ponunt Charitati in proximos.

Vers. 11.] Et dixit Dominus ad me, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

6

Oratio duplex altera in bonum, altera in malum.

Non est quòd circa istorum considerationem moralem detineamur: quæ enim circa literam dicta sunt, eadem & pro moribus faciunt. Vide & quæ supra in similis sententiæ bis habitæ & in cap. 7. vers. 16. & in cap. 11. vers. 14. Moralibus adnotata sunt expositionibus. Illud dumtaxat hoc loco perpendendum, quod adiectum specialiter est. *(In bonum. Noli orare pro populo isto in bonum.)* Enimuerò cùm duplex pro aliquo ad Deum fieri queat oratio, altera in bonum, altera verò in malum illius, quæ imprecatio potiùs quàm deprecatio nuncupatur, dum Deus specificat Ieremiæ quam illi prohibeat orationem, sanè alteram minimè videtur prohibere, quin potiùs ad illam tacitè videtur allicere, vt pro eo tempore sibi magis gratam. Quod confirmari exinde posse crediderim, quia cùm supra & in cap. 11. vers. 20. & in cap. 12. vers. 3. Orationem ab eodem Propheta in malum factam viderimus, nihil tamen ibi similis vidimus prohibitionis; Sicut nec in subsequentibus, cùm frequenter in hoc vaticiniorum suorum libro Ieremias in malum reperiatur orasse etiam contra Iudæos, etiam contra Sacerdotes contribules suos. Nihilominus nec hoc ex loco isto inferendum, suaderi orationem in malum, etiam si prohiberetur Oratio in bonum: cùm & hîc ly. *(in bonum,)* & cùm dicitur Propheta orasse in malum, ly *(in malum,)* secundùm hominum sumatur opinionem, quæ plerumque in vtroque ita decipitur, vt opus fuerit Prophetæ Isaiæ exclamare, [a] *Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum: ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras: ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum.* Idcirco Ieremiæ non prohibet, ne oret, quando orat in malum, quia id reuerâ non fuit orare in malum: prohibet autem nunc eidem, ne oret pro populo in bonum, quia bonum id quod oratione eâ efflagitaturus fuerat, remissioris nimirum castigationis per immittendas calamitates, & exhibitionis prosperorum, haud quaquam bonum tunc temporis eidem erat populo. Vt exinde tuta vniuersis traderetur orandi norma, vt id dumtaxat rectè petatur quod re verâ bonum sit secundùm regulam voluntatis diuinæ; illud solùm censentes malum, quod alienum à Dei sit voluntate, illudque bonum quod eidem Dei voluntati sit consonum, tametsi id secundùm falsam hominum opinionem censeatur malum. [b] *Vt probetis*, ait Apostolus, *quæ sit voluntas Dei bona, beneplacens, & perfecta.* Magisque ad rem nostram, sicut ex textu Græco legit Augustinus lib. 10. de Ciuitate Dei cap. 6. *Vt probetis quæ sit voluntas Dei, quid sit bonum, melius, & perfectum.* Quod & in oratione, & in vniuersis nostris faciendum operationibus idem in alia epistola contestatus est Apostolus, cùm diceret, [c] *Et nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quæ sit voluntas Dei.* Super quæ S. Thomas ad finem lectionis 6. in cap. 5. epist. ad Ephes. hæc habet, *Sicut ratio speculatiua ordinat de agendis, & iudicat: oportet autem conclusiones habere, & iudicare per principia, & similiter in operabilibus. Istud autem primum principium per quod debemus iudicare omnia, & regulare, est voluntas Dei. Et ideo intellectus in moralibus, & diuinis debet habere pro principio voluntatem Dei, quia si hanc habeat pro principio, fit prudens intellectu. Hoc autem docuit Dominus. Matt. 6.* [d] *Fiat voluntas tua.*

a Isai. 5. 20.

Orandi bene tuta est regula voluntas Dei.

b Rom. 12. 2.

August.

Voluntas Dei est primum principium, quo regulare debemus omnia.

c Ephes. 5. 17.

D. Thom.

d Matth. 6. 10.

7

In oratione pro rebus temporalibus semper adhibenda resignatio ad Dei voluntatem.

Circa quam Domini doctrinam est quod nos animaduertamus, eam traditam in primis ad prudenter & rectè orationem eam exhibendam, quæ pro rebus facienda sit temporalibus; neque enim eam orationis magister illis præposuit petitionibus, quæ ad augmentum spectarent honoris Dei, deque veris, tutisque bonis essent spiritualibus, *Sanctificetur nomen tuum: Adueniat regnum tuum.* Sed antequam eam exhiberet petitionem. *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie*, hanc tradidit primò & perpendendam, & in ipsa oratione cum vera resignatione dicendum, *Fiat voluntas tua, sicut in cælo, & in terra.* Nosse vis qualia sint quæ mundus bona appellat, & vt bona à Deo efflagitat, prospera? Id sat sit, quod ea cum summis malis & culpæ, & pœnæ maximam habent connexionem, Quid quoad malum culpæ superbiâ, & impietate peius? Et tamen in Psalmo 72. legimus cùm primum dictum esset. [e] *In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur*: illico subiectum, *Ideo tenuit eos superbia, operti sunt iniquitate, & impietate suâ.* Pariterque quoad malum pœnæ, quum pessimum id sit, quod in inferno subitur, legimus in libro Iob. [f] *Ducunt in bonis dies suos*, omnia nimirum habentes prospera; quid tum? *Et in puncto ad inferna descendunt.* E vestigio verò contra hominum opinionem flagella, & afflictiones summam connexionem habent cùm virtute, cum summa fœlicitate, atque cum Deo summo bono, ideo cùm quis Dei se conformans voluntati illas cuipiam à Deo efflagitat, is certè verè in bonum orare dicendus: sicut bonum id à Deo obtinuisse sibi arbitratus Sanctus Rex Dauid, eidem gratias agens dicebat, [g] *Bonum mihi quia humiliasti*, afflixisti *me, vt discam iustificationes tuas*, vtpote cui explorata erat coniunctio afflictionum à Deo immissarum cum sanctitate: sicut & Dominus docuit connexionem eorumdem cum fœlicitate cælesti, cùm diceret. [h] *Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum*, & coniunctionem earundem cum Deo docet Apostolus Paulus, vbi dixit, [i] *In disciplina perseuerate: tamquam filiis vobis offert se Deus: quis enim filius quem non corripit pater?*

Bona mundi, & prospera summam habent coniunctionem cum malis & culpæ, & pœnæ maximis.

e Psal. 72. 5.

f Iob. 21. 13.

Tribulationes à Deo immissæ summam habent connexionem cum virtute, cum summa fœlicitate, atque cum Deo ipso.

g Psal. 118. 71.

h Matt. 5. 10.

i Hebr. 12. 7.

Vide Appendicem Patrum post Expositionem Secundam vers. 12.

Vers. 12.] Cùm ieiunauerint, non exaudiam preces eorum: & si obtulerint holocaustomata, & victimas, non suscipiam ea, quoniam gladio, & fame, & peste consumam eos.

PARA

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Cùm ieiunauerint non exaudiam preces eorum. Et si obtulerint holocaustomata, & victimas, nō suscipiam ea: quoniā gladio, & fame, & peste consumam eos.

ADiecit [a] namque illico, Cùm impij isti calamitatibus afflicti indicto ieiunij tempore impœnitenti corde simul conuenerint, cœtuque facto in templo externâ duntaxat carnis maceratione ieiunantes, preces fuderint, non exaudiam profectò eos: sicut nec ea admittam, quæ tunc cultu solum externo mihi obtulerint Sacrificia, siue holocausta ea sint, siue victimæ, siue eleemosinarum munera. Quin potiùs id istius meæ non admissionis, & non exauditionis confirmabo hoc signo, quòd præcipuis illos consumam calamitatibus tribus, belli, & famis, & pestis.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *Ieiunium esse orationē.*

CVm ieiunauerint, &c.) Duobus modis accipi hæc possunt, vel vt preces non aliæ accipiendæ sint ab ipso ieiunio, quia sicut & quodcumque aliud opus bonum oratio id fit, prout aliàs probasse me recolo, præsertim in Canticis super illud capitis quarti, [b] *Et odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris.* Habere autem præcipuè ieiunium precum voces ex eo manifestè probatur, quòd in libro Ionæ [c] propterea & brutis animantibus ieiunium à Rege Niniue indictum legimus, quòd hac ratione precum vota ab illis Deo præstari creditum sit, quæ alioquin perficere id prolatis nequirent verbis. Vel vt per *ly* preces quid à ieiunio distinctum intelligendum sit, quod cùm & mihi iuxta communem expositorum sententiam placeat magis in istorum tamen duorum enumeratione ingerit mihi aliquid dubij qui in his verbis seruatus est ordo, ieiunio enim postpositæ sunt preces, cùm secus potiùs res ipsa postulasse videretur, oratione excellsioris ordinis existente quàm sit ieiunium, & iuxta argumentum quod pertractabatur, primæ ipsi dandæ fuissent orationi: Siquidem de orationibus sermo erat, de quibus mox dictum fuerat, *Tu autem noli orare pro populo isto*; deque iis nec exaudiendis precibus quas vel populus ipse fudisset.

b Cant. 4. 11.
c Ionæ. 3. 7.

Oratio altioris ordinis ieiunio est.

2 *Orationi vt sit perfectior adiungitur & ieiunium.*

Cui dubitationi dupliciter satisfacerem; primùm, vt ieiunium hoc loco non vt quid principale recensitum sit, sed vt quid ipsi adiunctum orationi, quæ tunc perfectior censeri consueuit, quando ieiunium habeat comitem, iuxta illud, [d] *Bona est oratio cum ieiunio.* Vnde de Sancto Rege Iosaphat legimus, [e] *Iosaphat autem timore perterritus totum se contulit ad rogandum Dominum, & prædicauit ieiunium vniuerso Iuda, Congregatusque est Iudas ad precandum Dominum, sed & omnes de vrbibus suis venerunt ad obsecrandum eum.* Quo sensu quod hîc dicitur tale erit. Non exaudiam preces eorum, etiam si eis adiunxerint & ieiunium. Cæterùm si hoc pacto ista acciperentur, aliquid in se sermo diuinus videretur habere contrarietatis: neque enim rectè, iuréque dictum fuisset, *Non exaudiam preces eorum*, quando talis oratio comitem habens humiliationis ieiunium bona esse soleat, & efficax, dicente quodam Sapiente, [f] *Oratio humiliantis se nubes penetrat*, & per Prophetam id iis confirmatum legimus, [g] *Humiliabam in ieiunio animam meam, & oratio mea in sinu meo conuertetur*, suum videlicet mihi referens fructum, vtpote efficax quæ comitem sibi adhibuit ieiunium, animam ipsam meam humilians, quum corpus affligit. Et certè si Iudaicus populus quamtumlibet maximis innodatus peccatis istiusmodi ad Deum clamassent precibus, quæ ex pœnitenti prouenissent corde, exauditæ eæ fuissent prout aliàs sæpissimè, quando legimus, [h] *Clamauerunt ad Dominum & exaudiuit eos, Et eripuit eos de interitionibus eorum.* Et [i] *Clamauerunt ad Dominum cùm tribularentur, & de necessitatibus eorum liberauit eos*; quia [k] *cor contritum, & humiliatum Deus non despiciet.*

d Iob. 12. 8.
e Paral. 20. 3.
f Eccl. 35. 21.
g Psal. 34. 13.
h Psal. 106. 20.
i Psal. 106. 13.
k Psal. 50. 19.

3 *Ieiunia antiquitùs indicebantur in magnis calamitatibus prout & nūc, & quomodo ea celebrarentur.*

Quapropter ne in his Dei verbis, (*Cùm ieiunauerint non exaudiam preces eorum,*) talis sit contrarietas, dicendum, id potiùs per ea significatum, idcirco Iudæorum non exaudiendas preces, quia quadam duntaxat extrinsecâ (vt ita dicam) cæremonia factæ eæ essent in indicto ieiunio; id enim moris antiquitùs erat, vt in magnis calamitatibus ieiunio indicto cœtus populi in templo fierent, communesque promerentur deprecationes: quod & apud nos in vsu esse probamus, quando Summus Pontifex generalia in vniuersas Christianorum prouincias emittit Iubilea; cuius antiqui moris Sacræ plenæ sunt paginæ; descriptum tamen illius rationem & modum explicat peroptimè Ioel Propheta, quando miseriis grauissimis eiusdem populi expositis, & in cap. 1. ait, [l] *Sanctificate ieiunium*, id est segregate, & indicite ieiunio tempus, *vocate cœtum, congregate senes, omnes habitatores terræ in domum Dei vestri, & clamate Aaa, diei*, & in cap. 2. maiori cum eloquentia idipsum repetit. Sic iuxta hunc sensum, quando dicitur (*Cùm ieiunauerint non exaudiam preces eorum.*) significatur, Iudæorum preces, de quibus sermo hic est, ex iis extitisse, quæ in cœtibus, & ad ieiunij solemnitatem fiebant; quales autem ij tunc essent cœtus, qualia & ieiunia, in quibus ad eos populus conueniebat, apud vnum contestatum habemus Isaiam per Deum ipsum. [m] *Iniqui* enim, inquit, *sunt cœtus vestri.* Et [n] *nolite ieiunare sicut vsque ad hanc diem, vt audiatur in excelso clamor vester* Ac si diceret: Ne falsò vobis persuadeatis exaudiendas preces vestras, quas in ieiuniorum tempore, & cœtibus magno cum clamore profertis. Etenim vester is minimè exaudietur clamor, nisi aliam ieiunandi obseruetis rationem, cùm hucusque (vt mox dictum fuerat) [o] *in diebus ieiunij vestri inueniatur voluntas vestra*, in perseuerando scilicet in peccatis, atque in iis augendis. Bene autem Iudæorum tunc inueniri dicitur voluntas, quorum peccandi studium ex malitiosa voluntate extitisse significatum vidimus, quum vers. 10. huius capitis diceretur, *Qui dilexit mouere pedes suos, & non quieuit, seu & non prohibuerunt.*

l Ioel. 1. 14.

Orationes Iudæorū vel etiam cū adiectum habe- rent ieiuniū non exauditæ à Domino, quia prauè ieiunabant.

m Isai. 1. 13.
n Isai. 58. 4.

Ieiunium sine auersione à peccatis, & sine cordis pœnitentia inutile.

o Isai. 58. 3.

4 *Ieiuniorum tempore antiquitus offerebantur & Sacrificia.*

(*Et si obtulerint holocaustomata, & victimas non suscipiam ea.*) De illis pariter hîc loquitur Sacrificiis, quæ more consueto ieiuniorum tempore à totius populi cœtu intra templum offerebantur, quæ cùm ad extrinsecam duntaxat (vt dicebamus,) cæremoniam fierent, meritò à se minimè suscipienda ait Dominus, [p] *Sacrificium*, enim *Deo Spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non despiciet.* Vide plura de hac materia supra in vers. 21. capitis septimi; *Holocaustomata vestra addite victimis vestris, & comedite carnes, Quia non sum locutus*, &c. Porrò quòd ea minimè tunc suscepturus esset, illis ipsis, qui indebito modo absque peccatorum pœnitentia exhibituri ea essent, id tutissimi affert signi, quòd nihilominus omni consumpturus eos foret genere calamitatum, quarum tres illas enumerat quæ grauissimæ sunt, & in quibus cæteræ includuntur, bellum, famem, ac pestem. Neque enim in eo quod dicitur, (*Quoniam gladio, & fame, & peste consumam eos,*) particula (*quoniam,*) vt causalis sumenda est: ac si in

p Psal. 50.

Particula Quia & Quoniam denotat signum.

si in his assignetur ratio præcedentium, cùm non ob id reprobaturus esset Deus eius populi ieiunia, preces, ac Sacrificia, quòd vellet eos punire; at è contra potiùs, idcirco acerrima in eos immissurus esset, quia illorum culpâ suscepturus non esset prædicta: ita vt ea particula, vt assertiua pro ut aliàs frequenter, & in signum adhibita sit eorum quæ mox dicebantur.

Circa lectionum varietatem. Nota primò, ad initium huius vers. 12. addi in Versione Sept. rationalem particulam ὅτι. Sic enim loquitur. (*Quia si ieiunauerint non exaudiam orationem eorum, & si obtulerint holocaustomata, & victimas non complacebo in eis: quoniam in gladio, & in fame, & in morte ego consumam eos.*) Et sanè placet mihi admodum ista lectio: cùm per prædictam particulam significetur, afferri in his rationem, cur Deus Ieremiæ in præcedenti vers. orare prohibuerit pro populo illo, quam rationem tetigimus ibi ad finem expositionis eius prohibitionis. Nota secundò, Hebraicam lectionem diuersimodè quoad secundam istius vers. partem à recentioribus Interpretibus reddi, in reliquis enim conueniunt cum nostra Vulgata, Sanctes-Pagninus. (*Et cùm ascendere fecerint holocausta, & oblationes, nolo ea*) Regia. (*Et cùm ascendere fecerint ascensionem, & munus, non ego volens ea.*) Vatab. etiam in primo discrepans membro, (*Nam etsi ieiunent non exaudiam clamorem eorum, & holocaustum obtulerint, & molam.*) (Sic in textu, & nescio cur molam adhibuerit, meliùs in Scholio, *& oblationem.*) *non declarabor eis*, seu, *non acceptabo illa.*) Hebræa certè vox מנחה *minha*, quam noster secutus Sept. (*victimas*) reddidit generale est nomen quodlibet designans oblationis genus, quamuis Sacrificium vespertinum priùs per id designari censuerint aliqui, meliùs qui quodlibet munus eo significari dicunt, vt omnia ea hîc enumerata sint, quæ in diebus ieiuniorum extrinsecus exhibebantur, ieiunij nimirum afflictio, Oratio, Sacrificia quorum nobilius holocaustum, & eleemosinæ.

Ieiuniorum tempore antiquitùs cum precibus, & Sacrificiis, eleemosinæ quoque fiebant.

Vers. 12.] Cùm ieiunauerint non exaudiam, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

6

a Tob. 12. 8.

In eos qui totam vitæ spiritualis rationem constituunt in externis studiis ieiunij, orationis, frequentationis Sacramentorum & eleemosinarum.

BOna [a] *est oratio cum ieiunio*, dixit Angelus Tobiæ. Quid si orationi, ac ieiunio addita sint & Sacrificiorum, & eleemosinarum munera Deo exhibita? Nec preces tamen complurium exauditurum se ait Dominus, factæ licet sint in diebus ieiuniorum sacro nimirum tempore adiunctam licet habeant carnis macerationem: Nec munera quæcumque illa sint suscepturum eorumdem se hîc asserit (*Et si obtulerint*, addens, *holocaustomata, & victimas*, seu oblationes, & munera, *non suscipiam ea.*) Quibus in verbis id pro moribus est notandum aduersùs eos qui totam vitæ spiritualis rationem in his collocant externis, se ieiunio suum macerent corpus, si Psalmorum, & multarum orationum vocalium & semet, & Deum (vt ita dicam) lassent: si Sanctorum frequentent Sacramentorum sumptionem; si denique & eleemosinas faciant largiores. Neque enim sat apud Deum est bona agere, ni & bene, & iuxta Dei fiant voluntatem. Qua in re maximè nostra ingemiscenda est miseria, quòd cùm multis manifestis Deum offendamus peccatis, quibus illius nobis thesaurizamus iram; Id insuper plerumque addimus, vt & bonis quoque operibus quibus illius promereri solet gratia, eumdem iniuriâ afficiamus, vel saltem ea nobis perire patiamur, haud bene id quod bonum est facientes. Rationem si scire quis velit primariam, cur tam eximia bona recensita haud bene præstita afferantur, adeóque & Deo pariter vniuersa sint ingrata: vnico verbo apud Zachariam Prophetam ab ipsomet Domino traditam intelligat. [b] *Numquid ieiunium ieiunastis mihi?* q. d. Ieiunastis, non abnuo: multiplicastis & alia bona opera, fateor; at nil horum mihi præstitistis; Haud ergo miremini, Si vel ista non suscepero, vel vestras cum his adiunctis non exaudiero preces. Quid sit autem ieiunare, aliaque bona facere non Deo: apud alium Prophetam apertiùs idem exponit Deus, vbi ait, [c] *Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra*, super quem Isaiæ locum multa præclarè in hanc materiam dicta apud eius Prophetæ videre potes expositores. Ipse voluntatis vocabulo non solùm obfirmatam, prout in expositione literæ dixi, in malo ibi significatam puto volitionem, sed & quod latius patet, peculiari nomine amorem proprium, propriumque (vt dicunt) interesse honori, & dilectioni Dei directè oppositum.

Bonorũ operum nostrorũ fructum pati vt nobis pereat, quanta sit insania.

b Zach. 7. 5.

Bona opera reddit nobis inutilia voluntas, & amor proprius.

c Isai. 58. 3.

(*Quoniam gladio, & fame, & peste consumam eos.*) Moraliter duobus modis hæc explicat Hugo Cardinalis, tertium addit Dionysius Chartusianus. Primus modus Hugonis, vt per ea significetur. Mundanos, ac impios animâ consumendos triplici illo malo, quod Ioannes in sua illa peruulgata explicauit sententia. [d] *Omne quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ*, vt per gladium designetur luxuria, ex illo Prouerb. 5. [e] *Lingua eius*, scil. meretricis *acuta quasi gladius biceps*, per famem auaritia, quæ satiari nequit, iuxta illud Ecclesiastes. [f] *Auarus non implebitur pecuniâ*: per pestem denique superbia, quâ nobiles inquit moriuntur, Ex illo Ezech. [g] *Qui longè est, peste morietur*, & ex Psal. 137. id confirmat quo dicitur, [h] *Et alta à longè cognoscit.* Modus secundus est, vt gladio significetur persecutio tyrannorum: fame, defectus verbi Dei ex vitio Prælatorum, peste, corruptio hæreticorum: Cui triplici calamitati pariter vniuersus subiacet mundus. De prima Ezechiel. [i] *Percute manum ad manum, & duplicetur gladius, ac triplicetur gladius interfectorum, hic est gladius occisionis magnæ*: de secunda apud Amos, [k] *Mittam* ait Dominus, *famem in terram, non famem panis, neque sitim aquæ, sed audiendi verbum Dei*, de tertia lib. 2. Regum. [l] *Immisit Dominus pestilentiam in Israel de mane vsque ad tempus constitutum, & mortui sunt ex populo à Dan vsque Bersabee septuaginta millia virorum.* Tertius modus, qui est Dionysij per gladium accipit Diabolicam tentationem, per famem, carentiam gratiæ: per pestem, scandalum proprium actiuum, atque passiuum: quibus tribus perire Deus faciat impij animam.

7

Mundani consumuntur triplici gladio, luxuriæ, auaritiæ, ac superbiæ.

Hug. Card.

d 1. Ioan. 2. 16.

e Prou. 5. 3.

f Eccl. 5. 9.

g Ezech. 6. 12.

h Psal. 137. 6.

Mundani consumũtur gladio persecutionis, fame verbi Dei, & peste corruptionis hæreticorum.

i Ezech. 21. 14.

k Amos. 8. 11.

l 2. Reg. 24. 15.

Mundani pereunt gladio Diabolicæ tentationis, fame carentiæ gratiæ, & peste, Scandali propry.

Dion. Carth.

Quibus ipse alium adderem modum præcedentibus certè congruentiorem, præsertim si particulam. (*Quoniam*) vt rationalem, prout sonat, sumamus; Vt ratio in his afferatur, cur impiorum nec ieiunia grata Deus habiturus sit, nec orationes sit exauditurus, nec Sacrificia admissurus, ac munera. Ratio planè illa ipsa quam apud Isaiam allatam vidimus, quia in his omnibus inuenitur eorumdem impiorum voluntas perseuerandi in malo, amorque proprius, ac proprium interesse. Quia sanè voluntate permittit idemmet Deus, vt omni acerrimo intra se ipsos consumantur

8

Opera bona, orationes, & Sacrificia Deus non admittit, in quibus videat propriã voluntatem, amoremque proprium.

tur ſupplicio, gladij, famis, ac peſtis. Cùm teuera & hæc tria peroptimè impiorum voluntati & nomina adſcribātur, & effectus. Enimuerò ſi gladij vocabulo prælium frequenti Sacrarum literarum more ſumpſerimus, Ecquod atrocius reperiri poteſt bellum eo quod ipsâ fit voluntate propriâ, quam D. Bernardus alias à nobis citatus, & aduersùs Deum inimicitias exercere, & guerram aſſerit facere crudeliſſimam: quam ſuiſmet amoris proprij cōcupiſcentiis anima illa in Canticis [a] ſub fratrum ſeu filiorum matris ſuæ contra ipſam ait pugnaſſe: quam & ob proprij commodi, lucrique intereſſe eum quibuſque hominum in iugibus eſſe dimicationibus quotidianâ actu ipſo probamus experientiâ. Ita vt rectè adduci hîc queat, quod ait Iacobus Apoſtolus: [b] *Vnde bella, & lites in vobis? Nonne hinc?* Quòd ſi idem vocabulum proprio ſumamus ſignificatu. Gladius certè ipſa eſt propria voluntas, amorque, & intereſſe proprium. Gladius inquam, ab impiis mirabili ratione vt peculiarem ſuum habitum Deum, Neque re verâ ij quibus mundanorum, ac impiorum competit nomen, alium colunt Deum, quàm intereſſe proprium, idque vt gladium quo ſe tueantur in prauis actionibus, quoque alios ſe impedientes profligent, tolluntque è medio. Scythis in hoc ſimiles, quos Clem. Alexand. in Exhortatorio ad Gentes, gladium aſſerit adoraſſe; quod & Ammianus Marcellinus lib. 31. confirmat. Gladius, quē ſingulari ratione quò cædat magis, impij ipſi cooperiunt, amiciuntque: variis, callidiſque modis in fraudulentiis ſuum ipſum occultare obnitentes intereſſe, de quo non incongruè id intelligi poteſt, quod apud Ezechielem ait Dominus: [c] *Dedi conturbationem gladij acuti, & limati ad fulgendum, amicti ad cædem.* Qui bene in conturbationem à Deo datus dicitur impiorum eorumdem, qui illum acutum, ac limatum amicierunt ad aliorum cædem; & in conturbationem talem, quâ vt hîc apud Ieremiam dicitur, ipſomet conſumantur propriæ voluntatis, propriique intereſſe gladio, iuxta illud Pſalmi. [d] *Gladius eorum intret in corda ipſorum.*

Voluntate propriâ atrociſſimo cōcutimur bello. Bernard. [a] Cant. 1.6. [b] Iacob. 4.1. *Voluntas propria, amorque, & intereſſe proprium ſunt gladius quem vt Deū adorant, & à quo conſumūtur impij.* Clem. Alex. Ammianus Marcellin. *Gladium pro ſuo Deo coluerunt Scythæ.* [c] Eze. 21.15. [d] Pſ. 36.15.

9 Famis quoque ſupplicium eadem eſt impiorum voluntas, amor, ac intereſſe, quâ Deus permittit vt conſumantur: famem Ariſtot. lib. 2. de anima text. 28. concupiſcentiam eſſe inquit, & appetitum calidi, & ſicci, Et certè ſi intimiùs voluntatem, amoremque & proprium intereſſe penetremus mundanorum, & impij cuiuſque, animaduertemus, illam totam eſſe concupiſcētiam, totumque id intereſſe in multiplicia conuerſum deſideria, quibus veluti fame & corpus conſumatur, & anima. [e] *Deſideria* namque, vt ait Salomon, *occidunt pigrum: & totâ die concupiſcit, & deſiderat.* Hocque fortaſſe & per id deſignatum eſt Pſalmi 58. quum de mundanis ipſis qui ambulant in tenebris, in deſideriis animarum ſuarum mūdi huius ciuitatem iugi circumeuntes errore, dicitur, [f] *Conuertentur ad veſperam, & famem patientur vt canes, & circuibunt ciuitatem.* Errantes nimirum, vt in alio dicitur Pſalmo, [g] *in ſolitudine in inaquoſo, viam ciuitatis habitaculi,* viam loci quietis non inuenientes: *eſurientes, & ſitientes, anima eorum in ipſis defecit.* Fame nimirum proprij intereſſe ſe ſe conſumentes; quam rectè caninam dixeris, vt pote eorum, quos Iſaias Propheta [h] *canes* appellat *impudentiſſimos neſcientes ſaturitatem.*

Voluntas, amorque, & intereſſe propriū ſunt cuique maximum famis ſupplicium. Ariſtot. [e] Prou. 21.25. [f] Pſal. 58.7. [g] Pſ. 106.4. *Intereſſe proprium eſt famis canina.* [h] Iſai. 56.11. Ariſtot. *Voluntas, amorque & intereſſe propriū ſunt cuique inſtar morbi peſtis.*

De peſte ait Ariſtoteles Sect. 1. Problematum, q. 7. illam ſolam omnium morborum cōmunem eſſe omnibus hominibus, adeóque eā facilè omnibus inferri, cùm omnes deprauato ad ipsā ſint habitu. Sanè ſi in omnes animæ morbos, quos haud dubium eſt eſſe innumeros, coniiciamus obtutum, nullum cunctis hominibus communiorem reperiemus iſto, de quo nunc loquimur propriæ voluntatis: propriique intereſſe; ad quem ita vniuerſi deprauato ſunt habitu, vt vel minimâ oblatâ occaſione foras in vlcus erumpat: quo & is conſumatur qui eo laboret, & alij quos propriùs ad eum accedere contigerit inficiantur.

VVLGATÆ.

Verſ. 11.] Et dixit Dominus ad me, &c.

Verſ. 12.] Cùm ieiunauerint, &c.

SEPTVAGINTA.

11. Καὶ εἶπε κύριος πρός με, μὴ προσεύχου περὶ τοῦ λαοῦ τούτου εἰς ἀγαθά.

12. Ὅτι ἐὰν νηστεύσωσιν, οὐκ εἰσακούσομαι τῆς δεήσεως αὐτῶν, καὶ ἐὰν προσενέγκωσιν ὁλοκαυτώματα καὶ θυσίας, οὐκ εὐδοκήσω ἐν αὐτοῖς, ὅτι ἐν μαχαίρᾳ καὶ ἐν λιμῷ, καὶ ἐν θανάτῳ ἐγὼ συντελέσω αὐτούς.

Verſ. 11.] Et dixit Dominus ad me: Noli orare pro populo iſto in bona.

Verſ. 12.] Quoniam ſi ieiunauerint, nō exaudiam orationem eorum: & ſi obtulerint holocauſtomata, & ſacrificia; non placebo mihi in eis: quoniam in gladio, & in fame, & in morte ego conſummabo eos.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Et dixit Dominus ad me: Ne ores pro populo iſto in bonum.* Verſ. 12. *Cùm ieiunauerint non eſt voluntas coram me ad ſuſcipiendam orationem eorum: & cùm obtulerint holocauſta, & munus, non eſt voluntas coram me in eis. Quia in gladio, & fame, & morte ego diſperdam eos.*

Verſ. 11. & 12. Tertullianus lib. de pudicitia cap. 2. *Sed & Ieremiæ mandans, ne pro populo peccatore deprecaretur, (Quoniam ſi ieiunauerint, inquit, non exaudiam obſecrationem eorum.*

Tertull.

Hieronymus. *Stultum eſt orare pro eo qui peccauerit ad mortem, dicente Ioanne,* [i] *Eſt peccatum ad mortem, non pro illo dico vt roget quis, omnis iniquitas peccatum eſt; & eſt peccatum ad mortem. Ieiunia, & preces, & victimæ, & holocauſta tunc proficiunt, cùm recedimus à vitiis, & flemus antiqua peccata. Sin autem in ſceleribus permanentes putauerimus votis, atque ſacrificiis redimere nos, vehementer erramus, iniquum arbitrantes Deum. Qui enim ſemel gladio, fami, & peſti fuerit deſtinatus, nullis precibus erui poteſt: Vnde & Propheta dicitur, ne fruſtra roget quod impetrare non poſſit.*

Hieronym. *Orare pro peccante ad mortem ſtultum eſt.* [i] 1. Ioa. 5.16. *Orationes, bona opera, & ſacrificia peccatoris quādo ſint proficua.*

Cyrillus Alexandrinus lib. 9. contra Iulianum. *Quod illis in quibus non eſt bonorum operum ſplendor, omnino inutilis ſit cruentorum ſacrificiorum virtus, ipſi tibi fidem faciet legiſlator, dicens per Ieremiam, cùm deliquiſſet Iſrael. (Et tu ne oraueris pro*

Cyril. Alex. *Sacrificia iniquorum inutilia.*

populo hoc in bonum: quòd si ieiunauerint, non exaudiam deprecationem eorum: Et si obtulerint holocaustomata, & sacrificia, non approbabo ea.)

2 Theodorit.

Theodorit. *Condicit Dominus Propheta, ne precetur pro eis, sc. Iudæis, & asserit, eorum ieiunia non obseruaturum, nec ab eis oblata sacrificia suscepturum, sed fami, pesti, & internecioni traditurum eos.*

D.Thom. *Peccatori sine pœnitentia inutilia omnia remedia.* a Iere. 7.16. b Isai. 58.3. c Mala. 1.10.

D.Thomas. *Excludit remedia: Et primò orationum, (Et dixit Dominus) supra 7.* [a] *Tu ergo noli orare &c. Secundò, ieiunij: (cùm ieiunauerint) Isai. 58. Quare ieiunauimus, & non aspexisti, humiliauimus animas nostras, & nescisti. Tertiò sacrificij, (Si obtulerint) Malachiæ 1.* [b] *Non est mihi voluntas in vobis dicit Dominus exercituum, & munus non suscipiam de manu vestra.*

Maximus. *Orationes nõ exaudiuntur, quæ comitem non habent conuersionem, eorũ pro quibus fiunt. In orationibus Sanctorũ confidere & perseuerare in peccatis insipientia est magna.*

Maximus, & dubitationibus apud Anastasium Sinaitam, in quæst. 6. *Ieremias non exauditur precans pro Iudæis, vt qui ad vim orationis confirmandam non haberet illorum ab errore conuersionem. Quamobrem illum quoque abducens Deus ab inani precatione dicit: (Et tu ne ores pro hoc populo, & ne roges vt ipsi misericordiam consequantur, quoniam non exaudiam eos,) Est enim magna insipientia per preces sanctorum quærere salutem, cùm qui sua affectione perniciosis delectatur, Et illos ea sibi petere condonari, quibus gloriantur, proposito suo iis re ipsâ maculati.*

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Καὶ εἶπε κύριος πρός με, μὴ προσεύχου ὑπὲρ τοῦ λαοῦ τούτου εἰς ἀγαθά.]

Θεοδωρήτου.] τρίτον τοῦτο προστάττεται μὴ προσεύχεσθαι. οὐχ ὡς ἀπειθὴς δὲ προσεύχεται ἀλλ' εἰδὼς τοῦ Θεοῦ τὸ φιλάνθρωπον, καὶ ὅτι ταῖς πρὸς ἀλλήλους ἡμῶν συμπαθείαις εὐφραίνεται.

[ὅτι ἐὰν νηστεύσωσιν οὐκ εἰσακούσομαι.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] καίτοι οὐ μικρὰ πολιτεία τὸ νηστεῦσαι. ἀλλ' αἱ τούτων νηστεῖαι, ἄκουσον, οἷαι ἦσαν. τί φησιν ἠσαίας; εἰς κρίσεις καὶ μάχας νηστεύετε. ἵνα τί μοι νηστεύετε; νηστεία γὰρ οὐκ ἀποχὴ βρωμάτων μόνον ἁπλῶς, ἀλλὰ φιλοσοφία ψυχῆς. ὥσπερ γὰρ παρθενία οὐχ ἁπλῶς ἀποχὴ γάμου, ἀλλὰ τὸ μάλιστα αὐτῆς χαρακτηρίζον τὴν ἀρετὴν, τὸ εὔσχημον, καὶ εὐπάρεδρον τῷ κυρίῳ ἀπερισπάστως, οὕτω καὶ νηστεία. ἐνήστευσαν καὶ νινευῖται, ἀλλ' οὐ τοῦτο μᾶλλον τὸν Θεὸν ἐπέκαμψαν. ἀλλὰ τίνι; τῇ μεταβολῇ τῆς κακίας. τί γὰρ ὄφελος, εἰπέ μοι, κρεῶν μὲν ἀπέχεσθαι τῶν ἀλόγων, σαρκῶν δὲ ἀνθρωπίνων ἀπογεύεσθαι, οἴνου δὲ μὴ ἀπογεύεσθαι, μεθύειν δὲ πλεονεξίᾳ χρημάτων; αὕτη χαλεπωτέρα ἐκείνης ἡ μέθη. οὐκ οἶδεν εἶξαι ὕπνῳ, ἀλλὰ καὶ τῆς ἡμέρας φανείσης πάλιν αὔξεται.

[οὐκ εἰσακούσομαι τῆς δεήσεως αὐτῶν.]

|| Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἰσχυρότερον γὰρ τῆς εὐχῆς αἱ αὐτῶν ἁμαρτίαι. ||

[ὅτι ἐν μαχαίρᾳ, καὶ ἐν λιμῷ, καὶ ἐν θανάτῳ ἐγὼ συντελέσω αὐτούς.]

|| ἐν ἄλλοις γὰρ.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἄλλο λιμὸς, ἄλλο μάχαιρα, ἄλλο θάνατος, || ἐν ᾗ γὰρ μήτε λιμῷ, μήτε σφαγῇ, ἀλλ' ἁπλῶς ἀναιρεθῆναι θανάτῳ θεηλάτῳ τινί.

Vers. 11. Et dixit Dominus ad me: Noli orare pro populo isto bona.)

3 Theodorit. *Orans Ieremias vel cùm id ei prohibitum fuisset à Deo, quàm rectè fecerit.*

Theodoriti.] *Tertiò nunc iubetur ne oret: nec tamen vti contumax erat, sed non gnarus Dei humanitatis, quodque mutua in nos inuicem commiseratione lætetur.*

Vers. 12. (*Quoniam si ieiunauerint non exaudiam, &c.)*

4 Chrysost. *Ieiuniũ virtus est quãdo benè fiat.* d Isai. 58.4. *Virginitas quãdo ti verã sit virtutis. Ieiuniũ pet cæteris sine vita emẽdatione nil prodest ad Deum placandum, vel ad æternam gloriã.*

Chrysostomi.] *Et tamen ieiunare non parua virtutis pars est. Sed horum ieiunia audi qualia erant. Quid ait Isaias?* [d] *In iudicia, & conflictus ieiunatis: vt quid mihi ieiunatis? Ieiunium enim non tantùm ab escis abstinentia est, sed studiorum animi exercitium. Sicut & Virginitas non nuda est à nuptiis abstinentia, sed quod præcipuè virtutem constituit illam, & honestum, & quod facultatem præbet sine impedimento Dominum obsecrandi, ita & Ieiunium. Ieiunarunt & Niniuitæ, sed non per hoc Deum flexerunt. Sed quo? mutatione prauitatis. Quid enim prodest quæso à carnibus animalium abstinere, humanas verò degustare? Vino abstinere? pecuniæ verò cupiditate ebriũ esse? Hæc illa deterior est ebrietas, nescit somno cedere, sed & illucescente die maiora suscipit incrementa. Non exaudiam orationem eorum.*

Chrysost. *Oratio peccatoris curnõ exauditur.*

|| Chrysostomi.] *Præualent enim fusis precibus peccata eorum.* ||

Quoniam in gladio, & in fame, & in morte consummabo eos.

Chrysostomi.] *Aliud fames, aliud gladius, aliud mors. Contingit enim nec fame, nec cæde, sed morte quadam à Deo illatâ confici.*

Vers. 13.] Et dixi, A, a, a, Domine Deus: Prophetæ dicunt eis: Non videbitis gladium, & fames non erit in vobis: Sed pacem veram dabit vobis in loco isto.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

e Et dixi, A a a, Domine Deus.

Qvibus [e] *auditis, triplici ego Ieremias in præcordiis commotus affectu, & doloris pro comminatis populo mihi dilectissimo calamitatibus: & admirationis, quòd tantam honoris mei à Deo percepi habitam rationem: & timoris, quo apud indignatum Deum causam nihilominus miseri eius populi pro viribus agere vellem: Ideoque triplicem meam hanc commotionem vnâ contestans particulâ, dixi, A a a, Domine simul, & Deus, Domine quidem terribilis, & metuende, sed & Deus benigne, atque misericors.* [f] *Negare non possum, quòd Iudæi indignissimè se tecum habuerint, quódque diligentes monere pedes suos, à te non cessarent se se auertere, nec acerrimis tuo nomine à me, aliisque Prophetis de immittendis moniti calamitatibus. Aliquâ tamen ij digni mihi videntur excusatione, Cùm complures inter illos extiterint, actuque & sint,*

f Prophetæ dicunt eis: Nõ videbitis gladium, & fames non erit in vobis.

qui

qui falsò ſe vendicantes Prophetarum nomine, liberè eis conteſtantur, Nequaquam futurum vt præſens habeant bellum, ſtrictoſque hoſtium videant gladios: Nec fame ipſos præmendos: [a] tantumque abeſſe vt peſte conſumendi eſſent, quòd optimam potiùs in ciuitate præſertim Ieruſalem daturus Deus ſit corporis, animique ſanitatem, in qua magis quàm in vlla alia huius mundi re in præſenti ſæculo vera ſita eſt fœlicitas: Teque proclamabant talia dicentem: Ne paueatis, Ne paueatis, firmam ecce vobis pacem exhibebo; bo quæ ad corporum, animorumque neceſſaria ſunt ſalutem: proſpera largiar in Iudæa terra, fideliter implens quæ ſæpius de terra hac pollicitus ſum lacte, & melle manante.

1 a Sed pacem veram dabit vobis in loco iſto, (ſeu Pacem firmam dabo, &c. Aut, Quia veritatem, & pacem dabo in terra.

2

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 A a a, particula dolentis. Dionyſius.

ET dixi A a a, Domine Deus, &c.) Hoc ait condolendo miſeris iam vaſtandis pro eo quod audiuit à Domino, Gladio, & fame, & peſte, conſumam eos, dicit Dionyſ. Carthuſ. vt particula A a a, ſit interiectio dolentis prout re vera & eius eam eſſe ſignificationis haud ambigendum, cùm & noſter interpres frequenter ſimili reddiderit illam particulã Hen, prout alibi oſtenſum à nobis fuit. Cæterùm cùm nequaquam ita eam hic redditam reperiamus vt dolorem dumtaxat exprimat, ſed abſque interpretatione relicta ſit vox Hebr. אהה A a a, prout in verſ. 6. capitis primi, ad cuius loci expoſitionem remitto lectorem; arbitror & hîc, ſicut ibi, triplicem per eam breuiſſimè Prophetam deſignaſſe ſeu expreſſiſſe in præcordiorum ſuorum penetralibus commotum affectum, doloris, admirationis, atque timoris. Doloris quidem præ cõpaſſione populi ſui, in quem tam acerba mox inferenda perceperat: admirationis ex iuſſione illa ſibi excitatæ, quâ dixerat ei Deus, Tu autem noli orare pro populo hoc, necnon & ex vi imaginabili quam erga ipſum in iuſſione illa animaduerterat Dei benignitate, in tutando ipſius honorẽ: Timoris denique, quo nihilominus apud Deum cauſam eiuſdẽ populi agere, ipſumque excuſare aggrediebatur. Vide in præcitato loco capitis primi quæ dicenda hîc eſſent, circa verſionẽ Sept. in particula hac exprimenda variam. Cùm & hîc pariter Codex quidem Vatican. habeat ὁ ὢν Κύριε. (ô on Domine,) plerique verò alij Codices, vt Complutenſis, Regius, & quem habuit Hieron. legunt ὢν Κύριε. (Et dixi, Qui es Domine,) vt ſit affectuoſa compellatio Dei duobus nominibus expreſſi, Domini, atque, Qui es.

A a a, triplicem denotat, affectum, doloris, admirationis, atque timoris.

2 Ieremiæ prudentia. Hug. Card.

Iſid. Clar.

(Prophetæ dicunt eis: Non videbitis gladium, & fames non erit in vobis.) Conqueritur, inquit Hug. Cardin. ad Dominum Propheta de Pſeudoprophetis, q. d. Domine tu vis, vt prædicem captiuitatem, ſed alij Prophetæ prædicant proſperitatem. Aptiuſque Iſidorus Clarius, Vide, ait, diligentiſſimam interceſſionem, eum non poſſet excuſare eos, culpam reiicit in falſos Prophetas, qui illos ſeducunt. Re verâ tamen excuſationis iſta ſunt verba, quibus aditum vir charitate flagrans ſibi facit ad nouas eidemmet Deo porrigendas pro decepto populo preces. De iſta autem Pſeudoprophetarum miſeri populi ſeductione egimus pluribus ſupra, & in cap. 5. verſ. 13. & in cap. 6. verſ. 14. & in cap. 8. verſ. 11. cùm frequentiſſimè eius in hoc præſertim Ieremiæ libro fiat mentio. Illud dumtaxat in præallatis eorum Prophetarum vocibus eſt perpendendum, quòd diuerſâ ratione de gladio ſeu bello loquuntur, atque de fame. De hac quippe. (Et fames, inquiunt, non erit vobis:) de illo, (Non videbitis gladium:) & ambo aptiſſimè; quia bellum tunc maximè eſt acerbum cùm coram eſſe contingat, cúmque ſtrictis gladiis irruentes videntur hoſtes: Fames autem cùm paulatim excreſcat, priùs in populo eſt quàm videatur: Adde quòd tametſi illius videantur effectus, ipſa tamen videri nequit, cùm in carentia, & priuatione ſita ea ſit cibariorum, quorum ſi inſpiciatur copia, famis iam non eſt calamitas. Dubitat hoc loco Hugo, cur & peſtis non meminerint, quam tertio loco inter calamitates comminatus fuerat Dominus. Reſpondetque dupliciter; primùm ex cuiuſdam Hebræi ſententia, quia gladius, & fames manifeſta ſunt Dei flagella, ſecus verò peſtis, quæ aliquando ſine vlla Dei ira ex ſola aëris prouenit corruptione: Alteram ex propriis addens ſolutionem, Vel dic, ait, quòd ideo ſic dicit, quia iſta duo magis timebat populus. [b] Vnde Dauid propoſitis ſibi tribus, ſcilicet fame ſeptem annorum, & gladio inimicorum per tres menſes, & peſte trium dierum, elegerit peſtem, quia communis erat, vt dicitur 2. Reg. vlt.

Fames nõ dicitur videri, ſed eſſe.

Hug. Card.

b 2. Reg. 24. 14.

3

Neutra tamen iſtarum reſponſionum vera eſt. Quis enim id abnuat, quòd & ipſa aëris corruptio ex qua peſtis eſt, flagellum Dei ſit, cuius & is prima eſt cauſa? falſumque eſt, quòd à populo gladius, ac fames timerentur magis, quàm peſtis, cùm re verâ nil ipsâ horribilius ſit peſte: quam & propterea potiùs præ bello, & fame elegiſſe Dauid in citato legimus loco. Dicendũ ergo ad propoſitum dubium. In iis quæ tertio pollicebantur Prophetæ illi dicentes. (Sed pacem veram dabit vobis in loco iſto,) i. in Ieruſalem, & in tota Iudææ regione peſtis omnimodam promiſſam eſſe carentiam: ſæpius enim notauimus, pacis vocabulo Hebraicâ phraſi & proſperitatẽ, fœlicitatemque deſignari; adeóque cùm nihil (vt dictum eſt) horribilius, & (vt ita dicam) calamitoſius ſit peſte, pro qua propterea Sept. rectè mortem hic poſuere, optimam in vniuerſa Iudææ regione illi opponentes valetudinem, in qua abſque vllo dubio vera ſita eſt fœlicitas hominum iugibus corporis obnoxiorum moleſtiis, aptiſſimè profectò dicebant, (Sed pacem veram dabit vobis in loco iſto.) Neque enim præſentis vitæ fœlicitas vera in diuitiis, aut alio quopiam ſita eſſe cenſenda eſt bonorum temporalium, ſed in vna corporis ſanitate, prout apertè conteſtatus eſt auctor libri Eccleſ. dicens, [c] Melior eſt pauper ſanus, & fortis viribus, quàm diues imbecillis, & flagellatus malitiâ: malâ videlicet corporis valetudine. [d] Non eſt cenſus ſuper cenſum ſalutis corporis: & non eſt oblectamentum ſuper cordis gaudium. Mors certè ex Philoſophi ſententia eſt omnium terribillimum, & nihilominus per eumdem Sapientem præallatis adiicitur, [e] Melior eſt mors quàm vita amara, in ægritudine, ſc. corporis, atque animi: & requies æterna: ipſa nimirum mors, ſeu ſepulchrum in quo mortuo corpori requies præſtatur æterna, i. vſque ad finem mundi, melior, ſ. eſt: quàm langor perſeuerans, lõgus nẽpe, vel etiam incurabilis. [f] Bona abſcondita in ore clauſo, i. bona rara, cibique delicati à vulgi oculis abſconditi ad os infirmi ſic clauſum, vt præ ægritudine comedere nequeat, ſunt quaſi appoſitiones epularum circumpoſitæ ſepulchro: neque enim maior infirmo voluptas ex propoſitis eſt cibis lautis, quàm ſit ex eorundem appoſitione inſenſibili ſepulchro, & cadaueri. Quin potiùs mœrorem ex illis ſibi auctum percipit ægrotus, quod cadaueri non contingit. [g] Videns quippe oculis præcitatus ſubiicit Eccleſiaſtici, textus, ſicut

Peſtis calamitatũ omnium peſſima.

In ſanitate ſita vera præſentis ſæculi fœlicitas vitæ.

c Eccl. 30. 14.

d Eccl. 30. 16.

e Eccl. 30. 17.

f Eccl. 30. 18.

g Eccl. 30. 21.

sicut spado complectens virginem, & suspirans. In Originalibus Hebr. & Græc. in persona Dei quò magis fidem suis conciliarent dictis Pseudoprophetæ primâ personâ loquuntur. Hebr. (*Pacem veritatis,*) seu, vt vertit Vatablus, (*Pacem firmam dabo vobis in loco isto.*) Sept. (*Quia veritatem, & pacem dabo in terra,* seu *super terram, & in loco isto.*) Quid sit autem Deum dare veritatem, & pacem, ex eo colligitur quod Rex Ezechias respondit Isaiæ peracerba posteris eius futura per Babylonios comminanti,[a] *Bonum verbum Domini, quod locutus est: fiat tãtùm pax, & veritas in diebus meis,* i. Quicquid ex diuino prouenit ore bonum, rectumque humiliter fateor, id mihi sat erit, atque vtinã illud mihi contingat, vt quàm diu vita mihi superstes fuerit quæ ad corporum animorumque necessaria sunt salutem, exhibeãtur: Vel, vt veritatis nomine firmitas designetur diuinarum promissionum, prout aliàs sæpissimè. Vtinam prospera in diebus meis præstet Deus; vt fidelitatem experiar promissorum eius.

Veritatem & pacem à Deo dari quid sit.

a Isai. 39. 8.

Vers. 13.] Et dixi, A a a, Domine Deus, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

4 *Prædicatores praui quomodo propter lucrum iucũda prædicent, & adulentur auditoribus.*

Meritò quotquot spiritu Dei aguntur, instar Ieremiæ Prophetæ, triplici & temporibus hisce nostris commoti affectu ad Deum exclamare coguntur, & dolentes propter ea quæ à prauis prædicatoribus ad populi adulationem prædicantur; & admirantes quorumdam etiam eorum qui spiritualem vitam profitẽtur, agendi rationem cum iis qui claustralem adire velint religionem: & maximo metuentes timore pro simplicibus iis populis, quos seducere aggressi sint hęresũm disseminatores. Hos namque tres affectus vnicã interiectione (*A a a*) designari diximus. (*Prophetæ dicunt eis. Non videbitis gladium, & fames non erit in vobis, sed pacem veram dabit vobis in loco isto.*) Prophetæ sicut & aliàs obseruauimus, & prædicatores dicuntur Ecclesiæ: quorum vtinam non essent plerique prauis rationibus id exercentes muneris, lucra dumtaxat propria spectantes, ac propterea auditorum aures iucundorum denunciatione, & adulatione vellicantes: quales hi esse describuntur, quibus cùm sat exploratum sit quod in libro Iob scriptũ est,[b] *Vltor iniquitatis gladius:* vt iustos esse designent, quibus adulantur, *Non videbitis,* inquiunt, *gladium:* ac si dicant, Tantum abest, vt quid in vobis sit iniquitatis in hac quam prosequimini agendi, viuendique ratione, vt nedum euenturum metuere debeatis, quod aliquãdo minitatus est Dominus,[c] *Inducam super vos gladium vltorem fœderis mei:* sed nec visuri vel à longè sitis gladium aliquem. Adduntque ad eorumdem iustitiam comprobandam, *Et fames non erit in vobis:* ad id nimirum alludentes, quod per Vatem Regium scriptum est,[d] *Iunior fui, etenim senui, & non vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem.* Confirmantque efficaciùs eamdem in ipsis iustitiam, subiicientes: (*sed pacem veram dabit vobis in loco isto:*) ad id alludentes, quod apud Isaiam legitur;[e] *Et erit opus iustitiæ pax. Et sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulentã:* seu & ad illud Psalmi 36. quo paucis verbis describitur ratio dignoscendi iustum ab impio,[f] *Et adhuc pusillum, & non erit peccator; & quæres locum eius, & non inuenies. Mansueti autem, & iusti hæreditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis.* Quæ ipsi intelligunt de terrenorum promissione.

Gladio significata iniquitas.

b Iob. 19. 29.

c Leuit. 26. 25.

d Ps. 36. 25.

e Isai. 32. 17.

f Psal. 36. 10.

Quod autem maximam meritò incutit pio cuique admirationem est, quòd quidam veluti Prophetæ fideli in populo habiti, consilio, & eruditione præstantes monasticæ tamen & regulari vitæ aduersi pro viribus à religionis ingressu quotquot eos consulunt, imò & quotquot alloqui possunt, deterrent, Hæcque sunt consiliorum ipsorum verba, (*Non videbitis gladium, & fames non erit in vobis, sed pacem veram dabit vobis in loco isto:*) tribus nimirum vtentes rationibus primo quidem aspectu, & simplicioribus, qui illos vt Prophetas Domini habent, validissimas: re tamen verã admodum tenues, imò & falsissimas. Prima ratio est, quòd si in sæculo perstiterint, claustralem minimè adeuntes vitam, *Non visuri sint gladium:* quæ ratio triplex est, iuxta triplicem gladij acceptionem: quòd molestissimam non visuri sint primùm diuisionem à parentibus, à cognatis, & amicis; quorum amor naturæ consonus est: quorum & compassio vnumquemque rationis compotem debet commouere; quos denique ipso naturæ iure quibuscumque possumus modis fouere, & adiuuare tenemur, cui iuri naturæ intellecto iuxta falsam eorum opinionem id Christi Domini refragatur consilium, quo in Euangelio ait.[g] *Nolite arbitrari, quia pacem veni mittere in terram: non veni pacem mittere, sed gladium: veni enim separare hominem aduersùs patrem suum, & filiam aduersùs matrem suam, & nurum aduersùs socrum suam: & inimici hominis domestici eius.* Quòd secundo nec visuri sint iurges quæ in claustris sunt inter religiosos ipsos contentiones; ita inter se namque acerbis odiis, inquiunt, inuicem digladiantur religiosi, vt iam id in Prouerbium deuenerit, vt ad maximam aliquam designandam contentionem, & mutuam insectationem inter quospiam, dicatur Monachorum contentio, & persecutio, Italicè, *Persecution fratesca.* Cùm à vestigio nihil dici queat falsius, si de religione obseruante, deque bonis sermo sit religiosis, quorum conuersatio ita ab omni aliena est digladiatione, vt ad eam vnam potissimùm id communiter aptari soleat Psalmi 132. quo magna cum admiratione, in ea Sanctus prorupit Propheta,[h] *Ecce quàm bonum, & quàm iucundum habitare fratres in vnum.* O rem nimium mirabilem vixque explicabilem, quàm vtilis, quàm & delectabilis propter vnanimem concordiam est cohabitatio fratrum! *Quid mutua inter se:* ait Basilius Magnus ad medium capitis 19. Constitutionum Monasticarum, *morum animorumque contemperatione gratiosius fingi possit? Homines ex diuersis nationibus, & regionibus profectos per exactam morum, ac disciplinæ similitudinem adeo in vnum veluti coaluisse, vt in pluribus corporibus vnus modò esse animus videatur, vicissimque plura corpora mentis vnius instrumenta cernantur.* Porrò cùm gladij pariter nomine & rigorosa designari in Scriptura soleat disciplina, ita vt propterea[i] qui lectulum Salomonis ambiunt, omnes tenentes gladios dicantur; cúmque constet, hanc maximè in obseruantibus vigere religionibus, & istam quoque addunt praui Prophetæ huius sæculi rationem dehortantem à religionis ingressu, quum dicunt, (*Non videbitis gladium.*) Non erit scilicet quòd quasi semper vibrantem gladium, vel

5 *A Religionis ingressu quibus rationibus deterrent pias animas soleant quidã consultores pessimi.*

g Matth. 10. 34.

In bonis Religionibus quãta sit fratrũ concordia.

h Ps. 132. 1.

Basilius.

Disciplina regularis dicta gladius.

i Cant. 3. 8.

vel regulam, vel superiores videatis, quo ad regularem cogamini disciplinam. Quorum mendacio peroptimè verbis satisfit Bernardi in principio Sermonis 9. Super Psalmum. *Qui habitat. Dura omnino captiuitas, quâ voluntates mortificare proprias, etiam perdere proprias in hoc mundo animas festinantes, in hos tam rigidæ compedes disciplinæ, in hunc tam grauis pœnitentiæ carcerem dedimus nosmetipsos. Miseranda seruitus planè, sed si coacta, sed si non spontanea videretur. Nunc verò cum voluntariè sacrificetis Deo, nec ingeratur vlla nisi per ipsam voluntatem violentia voluntati, profectò aliquid in causa est: Illud puto aliquid, quo maius aliquid esse non potest.* In quorum confirmationem facit, quod Dominus in Euangelio de hac rigorosa disciplina ait,[a] *Iugum meum suaue est, & onus meum leue.*

Bernard. *Disciplina regularis non est grauis bonis Religiosis.*

a Matth. 11. 30.

6 *In Religionibus obseruantibus non est timenda indigentia necessariorum.*

Pro secunda ratione principali iidem praui consultores vitæ regularis hostes, egestatem afferunt omnium, vel etiam necessariorum, *(Et fames non erit in vobis,)* eâ phrasi quâ Italicè diceremus, *Non vi morire te di fame*, quasi dicat, quod certè vobis continget: vt omnium rerum penuriam toleraturi sitis, si Religiosam adeatis vitam. Contra quam falsissimam pariter rationem id sat sit, quod ab Apostolo dictum communiter vitæ tribuitur religiosæ, [b] *Tamquam nihil habentes & omnia possidentes.* Præsertim si in eo consideretur, quod ab Anselmo in suis super eum locũ Commentariis notatum est: in primo penuriæ membro additam particulam *tamquam*: in secundo verò membro quo opulentia designatur, nil tale adiectum: vt exploratum esset, opulentiam pauperum spiritu esse veram: penuriam autem eorumdem esse potiùs necessitatis & egestatis somnium. *Qui somnium iudicat*, ait Anselmus, *addit quasi. Quasi sedebam, quasi loquebar, quasi prandebam, quasi equitabam, quasi disputabam. Totum quasi, quia cùm euigilauerit, non inuenit quod videbat.* Sic igitur non quasi, sed verè Religiosi, tametsi pauperrimi videantur, omnia possident: cuius veritatis per iugem experientiam ipse sum testis in mea Clericorum Regularium Religione, in qua tametsi nihil bonorum temporalium, nihilque Censuum possideatur, imò & nihil petatur, quod vix ab aliis auditum credidissem, abundè nihilominus quicquid ad victum, vestitum, & reliquam tum quæ ad sacra, tum quæ ad studia literarum necessaria sunt supellectilem, diuinâ suppeditatur prouidentiâ; ita vt quotidie facto ipso probatum videamus quod in Euangelio asseruit Dominus,[c] *Primùm quærite regnum Dei, & hæc omnia adiicientur vobis.*

b 2. Cor. 6. 10.

Religiosorum penuriam nõ esse verã, sed quasi penuriam, & penuria somnium.

Clericorum Regularium Congregatio quam viuendi seruet rationem.

c Matt. 6. 33.

Demum pro tertia principali ratione addunt, *(Sed pacem veram dabit vobis in loco isto:)* nempe in mundo, quo in loco tunc esse supponuntur, quos praui isti Prophetæ deterrere satagunt, vt hucusque vidimus, ab ingressu religionis. Vide autem eorum peruersitatem, vide impudentiam, vide falsitatem, pacem veram promittunt in mundo, quam pacem bonam dare non posse testatus apertè est Dominus Iesus, qui in hoc potissimùm pacis veræ rationem asserit sitam, quòd diuersa quàm maximè sit à mundi pace, dicens,[d] *Pacem meam relinquo vobis, pacem meam do vobis: non quomodo mundus dat, ego do vobis.*

Pax vera esse nequit in mundo: est tamen in bonis Religiosis.

d Ioã. 14. 27.

7 *Hæreticorum dãna maximè timenda præsertim quum bonæ apud populũ sint opinionis.*

Hæretici tandem vehementissimâ timoris concussione animum perturbant pij cuiusque, adeo vt cum Propheta & in hæc prorumpat verba, *(A a a, Domine Deus: Prophetæ dicunt eis:)* Hoc est quòd metum nobis in primis incutit, ne fidelem populum isti seducant Nouatores, quòd & ipsi insignes Dei se venditant ministros, instar fidelium, qui in antiquo populo erant Prophetarum: quodque est peius, & à simplici plebe habentur veluti Prophetæ, quos Deus ad veritatis fidei instructionem miserit; cùm tamen non Prophetæ, sed pseudoprophetæ re verâ dicendi ij sint. Nouimus autem quàm metuenda sit istiusmodi bona de talibus errorum magistris existimatio, cùm certissimum id sit, quod ex Ambrosio lib. 2. de Virginibus ad initium communiter asseritur, *Primus discendi ardor nobilitas est magistri.* Augetur verò piorum timor ab euentu, quem alibi in variis Prouinciis à Pseudoprophetis istis contigisse obseruarunt, & ab eorum doctrina, quæ cùm carni, ac sensui faueat, facillimè à mundi hominibus vt pergrata assumitur. *(Prophetæ dicunt eis:)* Quid dicunt? *(Non videbitis gladium: Et fames non erit in vobis: Sed pacem veram dabit vobis in loco isto.)* Tria potissimùm perfidi illi prædicant, quibus à fidelium animis vniuersam deturbent fidem Orthodoxam. Primò, *(Non videbitis*, inquiunt, *gladium,)* quo totam labefactare nituntur Apostolicæ sedis, & Catholicorum Ecclesiæ auctoritatem, & potestatẽ, quam gladij nuncupant vocabulo, quia in censurarum Ecclesiasticarum manifestatur vibratione, quas & vt spiritualem ad malorum correctionem à Christo præstitum Ecclesia habet gladium, non quidem occidentem, sed mortificantem, & viuificantem, vt dicitur c. Inter hæc 33. quæst. 2. Secundò, *(Et fames nõ erit vobis;)* Refectionem respuendam docent sanctissimi Sacramenti corporis, & sanguinis Domini; vno verbi Dei pane Christianorum famem tolli posse significantes: Illud Domini ad id detorquentes, quo apud Amos ait,[e] *Mittam famem in terram, non famem panis, neque sitim aquæ, sed audiendi verbum Domini. Et commouebuntur à Mare vsque ad mare, & ab Aquilone vsque ad Orientem: circuibunt quærentes verbum Domini.* Adeóque pro Catholico ritu & communionis & Sacrificij Missæ, concionum exhibentes copiam maximam. Tertiò, *(Sed pacem veram dabit vobis in loco isto:)* sus déque omne vertunt operum studium, omnem excludentes conscientiæ pro admissis peccatis remorsum, multóque magis confessionem, ac pœnitentiæ Sacramentum; pacem pollicentes (vt inquiunt) veram, & in loco isto, in quo ipsorum receptæ sint hæreses; summam nimirum quietem libertatis conscientiæ, veram pacem, soli (vt impiè asserunt) fidei & imputatæ Christi iustitiæ innixã prædicãtes. [f] *Superba enim vanitatis loquentes*, vt Petrus ait Apostolus, *pelliciunt in desideriis carnis luxuriæ eos, qui paululum effugiunt, qui in errore conuersantur: libertatem illis promittentes, cùm ipsi serui sint corruptionis.*

Ambros.

Hæretici tria potissimũ prædicãt, primum contra auctoritatem Apostolicæ sedis: secundũ contra sacramenta: & tertium contra bona opera.

e Amos. 8. 11.

f 2. Pet. 2. 18.

VVLGATÆ.

Vers. 13.] Et dixi A a a, Domine Deus, &c.

SEPTVAGINTA.

13. καὶ εἶπα, ὁ ὢν κύριε. ἰδοὺ οἱ προφῆται αὐτῶν προφητεύουσι, καὶ λέγουσιν, οὐκ ὄψεσθε μάχαιραν, οὐδὲ λιμὸς ἔσται ἐν ὑμῖν, ὅτι ἀλήθειαν, καὶ εἰρήνην δώσω ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ.

*Verſ.*13.] Et dixi: ô on Domine. Ecce Prophetæ eorum prophetant, & dicunt: non videbitis gladium: & fames non erit in vobis: quia veritatem & pacem dabo ſuper terram, & in loco iſto.

APPENDIX EXPOSITIONVM
Ex antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Et dixi: Suſcipe deprecationem meam Domine Deus. Ecce Prophetæ falſi, dicunt eis: Non videbitis eos qui occidunt gladio; & fames non erit in vobis; quia pacem veram dabo vobis in loco iſto.*

Verſ.13. Hieronymus. (*Et dixi A, a, a, Domine Deus*, ſeu, *qui es Domine Deus, Propheta dicunt eis*, &c.) *Audiant hæc magiſtri, qui peccantibus, & in ſuis vitiis permanentibus proſpera pollicentur: qui dicunt diuitibus, Non videbitis gladium tormentorum Dei, & fames non erit in vobis. Saturabimini quippe ſermonibus Dei, & pacem dabit vobis Dominus veriſſimam in loco Eccleſiæ, ſiue Ieruſalem. Quod autem dixit iuxta Hebraicum tertio* אהה *A a a, ad priora reſpondit, vbi Dominus fuerat comminatus, dicens, Gladio, & fame, & peſte ego conſumam eos.*

Hieronym. Eccleſiaſticos doctores, & magiſtros adulantes quæ maneant ſupplicia.

Theodoritus. *Quibus auditis, Propheta in medium adducit pſeudoprophetarum prædictiones: & ait, illos contraria prædicere, pacem eis polliceri, & bonorum copiam.* (Theodorit.)

D. Thomas. *Hic ſumit argumentum à Prophetarum prænunciatione. Et primò ponitur Prophetæ allegatio (A a a,) pro triplici pœna quam immediatè tetigerat. (Prophetæ) falſi, (pacem veram) diuturnam, & non ſimulatam ab hoſtibus. Supra 4.*[a] *Ergo ne decepiſti populum iſtum, & Ieruſalem, dicens, Pax erit vobis: & ecce peruenit gladius vſque ad animam.* (D. Thom. — a Iere. 4.10.)

D. Bonauentura ſerm. 5. in Dom. 2. Aduentus. *Lamentatur Ieremias peccantium damnabilem ſecuritatem, (A a a, Domine Deus, Prophetæ dicunt eis. Non videbitis gladium,) Prophetæ iſti mali conſiliarij, & animarum deceptores. Gladius eſt ſententia iræ Dei Apoc. 1.*[b] *(De ore eius gladius exibat ex vtraque parte acutus.)* (D. Bonau. — b Apo. 1. 16.)

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΚΑΙ εἶπα ὁ ὢν κύριε, ἰδοὺ οἱ προφῆται αὐτῶν προφητεύουσι, καὶ λέγουσιν, οὐκ ὄψεσθε.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τί οὖν φησὶν οἱ προφῆται ταῦτα προλέγουσιν, οὐκ ἔσται λιμὸς, οὐδὲ μάχαιρα; μεγάλην βίαν ὑπέμενεν ὁ προφήτης, οὐχὶ τῷ σκυθρωπὰ λέγειν ἀναγκάζεσθαι, ἀλλὰ καὶ τῷ τοὺς ἐναντιουμένους ἔχειν, καὶ τοὺς ἀπατῶντας, καὶ τἀναντία προλέγοντας. διὰ τοῦτο ἐντυγχάνει τῷ Θεῷ ὁ ὢν δέσποτα κύριε πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῶν οὐκ ὄντων.

[ἰδοὺ οἱ προφῆται αὐτῶν προφητεύουσι.]

|| Ὀλυμπιοδώρου.] ὡς ὑπεραπολογούμενος τοῦ λαοῦ ὁ προφήτης φησὶν, ὅτι οἱ ψευδοπροφῆται αὐτοὺς ἀπατῶσι. καὶ δύο ἐντεῦθεν πραγματεύεται. μετάγει τὴν ὀργὴν ἐπὶ τοὺς προφήτας, καὶ προτρέπει λέγειν Θεὸν, ὅτι οὐκ ἐγὼ αὐτοὺς ἀπέστειλα. ||

2 Verſ. 13. ET dixi: ô on, (ſeu, *Qui es*) *Domine: Ecce Prophetæ eorum prophetant, & dicunt. Non videbitis, &c.*

Chryſoſtomi.] *Quare igitur ait: hæc Prophetæ vaticinantur, Non erit fames, neque gladius? Nimis vrgebatur Propheta, non quòd mala nuntiare cogeretur, ſed quòd aduerſarios haberet, & decipientes, & oppoſita prædicantes. Idcirco Deum alloquitur, Qui es Dominator Domine, ad differentiam eorum qui non exiſtunt.*

Chryſoſt. Prædicantes falſa maximè affligunt ſanctos doctores. • Dei nomen Qui es ad falſorum deorum differentiam.

(Ecce Prophetæ eorum prophetant, &c.)

|| Olympiodori.] *Quaſi ad excuſandum populum Propheta dicit, eos à Pſeudoprophetis deluſos, & duo per hoc efficit, in Prophetas iram deriuat, Deumque mouet vt dicat, Nō ego eos miſi.* ||

Olympiod. Doctoribus falſis omnem populi errorē tribuit iuſtus.

*Verſ.*14.] Et dixit Dominus ad me: falsò Prophetæ vaticinantur in nomine meo: non miſi eos, & non præcepi eis, neque locutus ſum ad eos: viſionem mendacem, & diuinationem, & fraudulentiam, & ſeductionem cordis ſui prophetant vobis.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

NOn[c] *admiſit Dominus allatā à me excuſationem prædictam; ſed & deceptos damnans, & deceptores, hæc mihi intulit. Prophetæ falſi ij ſunt, falsò ſuarum me citantes auctorem prophetiarum, meos ſe venditantes Prophetas:*[d] *Cùm re verâ nec inter Prophetas illos locum habere queant, quos ad vaticinia proferenda delegaui: nec inter eos, quibus item ad prophetandum præcepi vt facerent aliquid: nec inter eos, quibus mea inſpiraui verba. Non miſi ipſos vt prophetarent in nomine meo, quin nec quidpiam illis vt meis præcepi familiaribus; imò nec vnquam eos ſum allocutus. Habent te Iudæi, quem ipſe miſi, cui & mandaui vt prophetandi munus exerceres, ad quem & locutus ſum, & loquor vt mea eis referas verba. Ij verò, te neglecto, ſeductoribus adhærent potiùs, fidem falſis eorum adhibentes vaticiniis; cùm ego nec miſerim illos, nec quid eis iuſſerim vt prophetarent, nec ad illos ſim aliquando locutus.*[e] *Quæ vaticinantur, mendaciter ſibi aſſerunt viſa, vt iis cenſeantur ſimilia, quæ veri vaticinantur Prophetæ, viſiones communiter appellata: quæ prænunciant futura, diabolicâ diuinandi denunciant arte, tametſi quid diuini ſibi in iis arrogent prædicendis: vaticinantur quæ populo norint grata, fraude hac & gratiam ſibi conciliantes, & lucra: fallaciaque omnino ea ſunt vniuerſa, doloque in ipſorum corde excogitati, vt iis ſemet, aliosque decipiant. Sanè cùm Prophetia omnis ad quatuor reducatur genera, ad viſiones, ad ſomnia, ad facta, atque ad ſermones, Si viſiones illi prophetare ſe dicent, mentiuntur, cùm re verâ nil deſuper oſtenſum viderint; ſed & ſi aliquando videre eos quid contigerit vel imaginariâ, vel intellectuali viſione, diaboli id artificio fit, qui eſt pater mendacij. Si aliquo prophetant facto, ſuperſtitionis id totum diabolicæ eſt, & eius quæ*

Margin: c Et dixit Dominus ad me: falsò Prophetæ vaticinantur in nomine meo. — d Non miſi eos, & nō præcepi eis, neque locutus ſum ad eos. — e Viſionem mendacē, & diuinationē, & fraudulentiam, & ſeductionē cordis ſui prophetāt vobis.

quæ ſæpius in lege Prohibita eſt diuinationis, quæ dæmonum ope multipliciter exercetur. Quòd ſi Prophetiam per ſomnium habitam denunciant, fraudulentia ea eſt dæmonum, ſomnia iſtiuſmodi excitantium, ipſaque vanitas; cùm nil ſit reperire ſomniis ſimpliciter ſumptis & inanius, & fraudulentius. Denique ſi vaticinia quæ ſuo proferunt ſermone, vt de ſuper & è cælo diuinitus ſibi aſſerant indita verba Dei, machinamenta certè tunc vobis Prophetant, & dolos cordis ſui, quibus ipſi decepti ſeducere & vos ſatagunt, vt miniſtri Sathanæ.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 ET dixit Dominus ad me: &c.) Auditâ Ieremiæ excuſatione ex charitatis, & compaſſionis affectu pro Iudaico populo ſibi exhibitâ, non iraſcitur illi Dominus, quamuis illi prohibuerit ne pro eo populo oraret, & apud ipſum eius ageret cauſam; charitatis enim qui charitas ipſa naturaliter, & eſſentialiter eſt, profitetur ſe amantiſſimum: refellit tamen allatam excuſationem, ne poſthac ad eam populus ipſe queat ſubterfugere; conceptamque iram in totius mali auctores pſeudo-Prophetas, tum & in populum reiicit ab illis ſeductum, qui eis fidem adhibuit. Ac primùm patefacit, falſos illos dicendos Prophetas, vtpote qui falsò Deum ſuæ Prophetiæ citent auctorem Dei nomen falsò ſuis indentes vaticiniis, Prophetaſque Dei ſe venditantes.

2 (*Non miſi eos, & non præcepi eis, neque locutus ſum ad eos.*) Declarat apertiùs quod mox dixerat; triplici autem verbo ſemet explicat. Quæ & triplici pariter ratione exponi à nobis poſſunt, primum, vt ſignificetur triplex genus Prophetarum Dei, vnum eorum quos Deus vt ſuos ad quid ſpeciale obeundum mittit legatos, vt fuit Moyſes, cui dictum à Domino legimus, [a] *Veni, & mittam te ad Pharaonem, vt educas populum meum filios Iſrael de Ægypto*; Vt ex Nathan, quem ad Regem Dauid de admiſſis redarguendum ſceleribus adulterij & homicidij miſſum item à Domino videre eſt in ſecundo libro Regum; [b] vt & ſimiles alios reperies complures. Aliud eorum, quibus demandatum à Deo aliquid externi fuit operis, quo quid Prophetarent eximij, vt is fuit, qui in tertio libro [c] Regum iuxta Dei mandatum curauit, vt vulneribus conficeretur à quopiam, ſicque vulneratus, puluereque conſperſus obuius Regi factus Achab, quæ illi euentura eſſent liberè Prophetauit, cuiuſque generis & multos pariter in Sacris leges Scripturis. Vltimum denique illorum quos ſine ſpeciali aliqua miſſione, vel præcepto vt prophetarent, propheta ſſe tamen, Prophetaſque Dei in Eccleſia nuncupatos nouimus, & de fide eſſe fatemur, quia ad illos locutus eſt Deus, & quæ literis mandarent è Dei ore ſibi exhibita ſuſceperunt, qualis in primis extitit Dauid Prophetatum præſtantiſſimus in Pſalmis, qualis & Salomon, & Iob, & quotquot quæ agiographa nuncupantur conſcripſerunt.

1. Senſus. Prophetarum Dei triplex genus.

a Exod. 3. 10.

b 2. Reg. 12. 1.

c 3. Reg. 20. 35.

3 Secundò per eadem tria verba (*miſi, præcepi, & locutus ſum,*) ipſum Ieremiam verè Dei Prophetam eximium tacitè falſis Deus opponit Prophetis, vt confuſionem prauo ingerat populo, qui iis fidem præſter nihil in ſe habentibus propter quod vel comparari poſſent ei, quem à Deo ſibi norant miſſum cum demandato Prophetandi munere, & ad quem ſciebant locutum Dominum: tria enim hæc vel ex prima illius vaticinij enarratione erát explorata cùm in primo illius capite illico dictum ſit. [d] *Ad omnia quæ mittam te ibis, & vniuerſa quæcumque mandauero tibi loquêris:* [e] *Et ecce dedi verba mea in ore tuo.* Ita vt in his quæ præ manibus habemus. Ieremiam quidem Deus alloquatur, at magno cum eius honore, & Pſeudo-prophetas vituperet, & populum arguat, Ac ſi dicat, Habent te, quem ipſe miſi, cui & præcepi vt Prophetandi munus exerceres, & ad quem & locutus ſum, & loquor, vt mea eis referas verba: ij verò, te neglecto, ſeductoribus adhærent potiùs, falſis eorum credentes vaticiniis, cùm ego nec miſerim illos, nec quicquam eis præceperim vt vaticinentur, nec vnquam ad eos ſim locutus. Et iuxta hunc ſenſum oratio erit accreſcens, vt plus ſit præcipere quàm mittere; & plus loqui vt familiari miniſtro, quàm mittere, & præcipere: Quod vel in vno Ieremia animaduettere eſt, in quo priùs vidimus miſſionem, tum vltra ſimplicem miſſionem additum & præceptum delegatam ipſam miſſionem proſequendi, demumque tertio & per familiarem locutionem data in eius ore verba Dei.

2. Senſus, Ieremias Pſeudoprophetis oppoſitus.

d Ierem. 1. 7.

e Ierem. 1. 9.

4 Aptiùs tamen tertiâ exponendi ratione vt decreſcentem orationem eadem acciperem, vt ſit loquendi modus, quo explicare princeps quis ſolet, nihil ad ſe pertinere illum, qui falsò legati ſui alicubi exercuerit munus, conteſtans tantùm abeſſe, vt illum quopiam ſuo legarit nomine, vt nec inter ſuos eum habuerit familiares, vtpote cui ne dum quid vnquam dederit in mandatis, ſed nec aliquando ſit locutus. Priùs enim à minoribus habere ſe incipiunt cum iis quorum opera vti velint, principes, imò & Domini quique cum famulis primò eos alloquuntur, tum & quid eis præcipere aggrediuntur, demumque auctâ eorum in eoſdem animi propenſione, & ad nuncia ipſorum nomine illos mittunt perferenda. Et hoc pacto eorum qui hîc dicuntur, hic erit ſenſus, Non miſi eos vt Prophetarent in nomine meo, qui nec quidpiam illis vt meis præcepi familiaribus, imò nec vnquam eos ſum allocutus.

3. Senſus. Pſeudo-Prophetæ quàm à Deo ſint alieni.

5 (*Viſionem mendacem, & diuinationem, & fraudulentiam, & ſeductionem cordis ſui Prophetant vobis.*) Excluſis tribus præcipuis, quibus dignoſci poteſt verus Dei Propheta, & præoſtenſo quòd nihil eorum in pſeudo-Prophetis illis eſſet, qui falsò in Dei nomine vaticinabantur, non miſſio, non præceptum, non denique locutio Dei: exponit iam apertè idemmet Dominus quænam, & quales illorum eſſent Prophetiæ, quidque, & quo pacto nihilominus Prophetarent. Ac primum (*viſiones* eas dicit *mendaces*,) quia illa quæ prophetabant, mendaciter ſibi viſa aſſerebant, vt cenſerentur ſimilia iis quæ veri vaticinabantur Prophetæ, viſiones communiter appellata: tum eaſdem aſſerit (*diuinationes*) futurorum nimirum prædictiones, dæmonum habitas ope: quibus & diuini quid ſibi arrogabant in talia prophetando: tertiò (*fraudulentias*) eas nuncupat, quòd ea prænunciarent quæ populo ſcirent grata, fraude iſtiuſmodi illius & gratiam ſibi conciliantes, & munera ſibi procurantes. Quartò denique vocat ipſas (*ſeductiones cordis*) eorum, fallacias nimirum, & dolos ipſorum in corde elaboratos, quibus plebem ad ſe ſatagerent allicere blandis ſermonibus, fallacibuſque, & doloſis rerum proſperarum promiſſis, [f] *Homo enim qui blandis fictiſque ſermonibus loquitur amico ſuo, rete expandit greſſibus eius,* vt in lib. Prouerb. ait Salomon. Quos doloſos ſermones meliùs vox exprimit Hebraica תרמות *tharmuth,* (dolos

1. Senſus. Pſeudo-Prophetarũ vaticinia qualia eſſent.

f Prou. 29. 5.

(dolos cordis eorum) quos nimirum in sermonibus manifestabant, cùm fallaces Prophetarent bonorum euentus, quos ad populum ipsum seducendum suo excogitarent corde; nam [a] *labiis suis intelligitur inimicus cùm in corde tractauerit dolos*, prout ab eodem dicitur Sapiente.

a Prou. 26. 24.

6 — 3. Sensus. *PseudoProphetarũ peruersitas in mendaciter quodcumque Prophetandi genus sibi adscribendo.*

Præter allatum autem, verumque & simplicem sensum, possumus & alterum subtiliorem istis addere Domini verbis, *(Visionem mendacem, & diuinationem, & fraudulentiam, & seductionem cordis sui Prophetant vobis,)* vt per summam pseudo-Prophetarum ad viuum Deus exprimat peruersitatem, quos omni Prophetandi genere Prophetale munus mentiri dicat. Enimuerò cùm Prophetia omnis ad quatuor reducatur genera, vt colligitur ex Prologo Cassiodori super Psalmos cap. 1. ad eam quæ fit ex visione imaginaria, aut intellectuali: ad eam quæ habetur ex somniis: ad expressam per facta aliqua & ad manifestatam per dicta: falsissima nunc Deus patefacit pseudo-Prophetarum illorum studia in his cunctis, vt ex singulorum patet discussione. Quandoquidem si visiones Prophetare se dicerent, mentiebantur: cùm re verâ vel nihil vidissent, vel si fortasse quid ad maiorem ipsorum condemnationem, videre illis contigisset, id omne à Diabolo fuerit mendacij patre, cuius est vt se transfiguret in Angelum lucis. Si facto Prophetarent quopiam non Sancta ea esset prophetia, sed Diabolica sæpiusque in lege prohibita diuinatio; bene autem ista prophetandi ratio per factum quid, diuinationis expressa est vocabulo, quæ multipliciter fieri contingit, vt declaratum habes apud S.Thomam 2.2.quæst. 95. art. 3. Quòd si prophetiam sibi per somnium exhibitam denunciarent, eam non reuelationem censendam Dei, qualis frequens sanctis in somnio exhiberi consueuit Prophetis, sed fraudulentiam, seu, vt in Hebræo est אליל *elil*, id est, *(vanum, inutile, rem nihili)* quæ nihil habeat veritatis, *(vanitatem,)* vertit Vatablus, Pagninus verò, & Regia *(nihil.)* Quid enim somniis inanius, quæ cùm re verâ nihil sint, aptissima nihilominus ad decipiendum sunt, prout ad viuum exprimitur in libro Ecclesiastici, vbi dicitur, [b] *Vana spes, & mendacium viro insensato*, sunt scil. somnia, de quibus mox subditur, *& somnia extollunt imprudentem. Quasi qui apprehendit vmbram, & prosequitur ventum, sic & qui attendit ad visa mendacia*, somniorum scil. [c] *Hoc secundùm hoc visio somniorum, ante faciem hominis similitudo hominis*, id est. Visio quæ in somniis apparet, est veluti cùm hoc iuxta hoc ponitur, nempe cùm ante faciem hominis ponitur eius similitudo in speculo, quæ tandem nihil esse comprobatur. Sed & quàm rectè ab Interprete nostro fraudulentiæ vocabulo talia designata sint vaticinia, quæ somniis impiorum nitantur, ab eodem Sapiente exponitur in his, quæ illico subiicit. [d] *Ab immundo quid mundabitur? & à mendace quid verum dicetur?* id est. Sicut à re immunda nil expectari potest mundi, quin potiùs conspurcatio, & sordes: Ita è re falsa & mendaci, qualia certè sunt somnia, & ab eo qui ea recenset, vt falsis suis fidem conciliet dictis, nil veri, at deceptio expectanda, & fraus. Si denique, addit Deus vltimo loco, verbis duntaxat pseudoProphetæ vaticinentur, vt verba nimirum & sermones Domini ea venditantes: tantùm id abest, inquit, vt nihil aliud ipsorum vniuersi ij sint sermones, quàm *(seductio cordis sui.)* Quàm bene autem istiusmodi dolosorum sermonum effusio, vocabulo expressa sit seductionis cordis ipsorum, ex iis deducere

Prophetia omnis reducitur ad quatuor genera.

D.Thom. — *Somnia quã vana & inania imò, & fraudulenta sint.*

b Eccl. 34. 1.

c Eccl. 34. 3.

d Eccl. 34. 4.

est, quæ à Iacobo Apostolo in sua Catholica dicuntur. [e] *Si quis putat se religiosum esse non refrænans linguam suam, sed seducens cor suum, huius vana est religio.* Etenim vanâ religione ministerium profitebantur falsi Prophetæ illi, qui dolos meditantes in corde suo totâ die ipsum suum, primò seducebant cor, tum easdem cordis sui machinationes, & seductiones quasi Dei verba nescientes, atque nolentes refrænare linguam suam ad infœlicem decipiendum populum impudenter effutiebant.

e Iacob. 1. 26.

Circa lectionum varietatem, quoad Hebræam propter ea quæ iam notata sunt, vnicum notandum; aliquos textus habere *(Prophetant* לחם *lahem, ipsis,)* vt sit sermo ad Ieremiam; meus tamen Codex, & Regiæ, ac Complutensis habent לכם *lachem vobis*, sicque legit & R.Dauid in Commẽt. vt sermo sit ad populum. In Versione Sept. vltimum istius vers. 14. membrum ita legitur *(Visiones mendaces, & diuinationes, & auguria, & electiones cordis eorum Prophetant vobis.)* Auguriorum porrò nomen dupliciter vsurpari solet in Scriptura, & vtroque modo accipi hìc potest, vel genericè pro omni superstitiosa obseruatione, magicæque artis studio; vel propriè pro superstitiosa obseruatione garritus auium. Quid sit autem electio cordis alibi explicauimus, idipsum est quippe, atque adinuentio cordis.

Vers. 14.] Et dixit Dominus ad me, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

Pro morali istius loci explicatione iuxta prædicta in præcedentium verborum expositione, in qua triplex assignauimus malorum Prophetarum genus: prauorum concionatorum: spiritualem vitam profitentium, at praua consulentium, & hæreticorum: verba hìc afferre libuit antiquissimi Patris Vincentij Lirinensis in cap. 15. libri primi de Hæresibus, ex loco Deuteronomij 13. hoc argumentum pertractantis, *Audiamus*, inquit, *Sanctum Moysem, & ipse nos doceat cur docti viri, & qui propter scientiæ gratiam ab Apostolo etiam Prophetæ nuncupantur, proferre interdum permittantur noua dogmata quæ vetus testamentum allegorico sermone Deos alienos appellare consueuit, eò quod scilicet ita ab hæreticis ipsorum opiniones, sicut à Gentibus dij sui obseruentur.* [f] *Si surrexerit, ait, in medio tui Propheta, aut qui somnium se vidisse dicat, id est, Magister in Ecclesia constitutus, quem discipuli, vel auditores sui ex aliqua reuelatione docere arbitrentur. Quid deinde? Et prædixerit, inquit, signum, atque portentum, & euenerit quod locutus est, Magnus profectò nescio quis significatur Magister, & tanta scientiæ, qui sectatoribus propriis non solum quæ humanâ arte nosse, verùm etiam quæ supra hominem sunt prænoscere posse videatur. Et dixerit, inquit, tibi, eamus sequamur deos alienos quos ignoras, seruiamus eis. Qui sunt dij alieni, nisi errores extranei, quos ignorabas, id est noui, & inauditi? Et seruiamus eis, id est, Credamus eis, sequamur eos. Non audies, inquit verba Prophetæ illius, aut somniatoris. Et quare, oro te, à Deo non prohibetur doceri, qui à Deo prohibetur audiri? Quia, inquit, tentat vos Dominus Deus vester, vt palàm fiat, vtrum diligatis eum, an non in toto corde, & in tota anima vestra. Luce clariùs aperta causa est: Et profectò magna tentatio est, cùm ille quem tu Prophetam, quem Prophetarum discipulum, quem Doctorem, & assertorem veritatis putes, quem summâ*

7 — *Doctorum prauorum descriptio: & cur eos permittat Deus, quàue ratione tractandi sint.*

Vinc. Lirin. — *Hæretici falsas opiniones suas habent vt Deos.*

f Deut. 13. 1.

Doctor prauus est fideli populo tentatio maxima.

summâ veneratione, & amore complexus sis, is subitò latenter noxios subinducat errores, quos nec citò deprahendere valeas, dum antiqui magisterij duceris praiudicio, nec facilè damnare fas ducis, dum magistri veteris impediris affectu. Hæc Vincentius: Ex quibus colliges quid & ad rem nostram sit.

8 *Prædicatorũ, & Religiosorum prauorũ triplex defectus in munere concionandi.*

(*Non misi eos, & non præcepi eis, neque locutus sum ad eos.*) Tribus his verbis tres attinguntur qui in prauis prædicatoribus vel etiam religiosis reperiri solent defectus: primus, quòd aliquando nec à Prælatorum aliquo missi prædicare nihilominus audent, tametsi norint scriptum,[a] *Quomodo prædicabunt, nisi mittantur?* Secundus, quòd licet mittantur, quia tamen propter eorum importunitatem à Prælatis vel inuitis eò ad prædicandum mittuntur quò tendere ipsimet variis procurarunt artibus, meritum minimè habent obedientiæ: tertius, quòd cùm re verâ ad id muneris nequaquam illos Deus miserit, nec ipsum eis præceperit, consequenter neque ea prædicant, quæ eis idem dictauerit Deus: neque fructum aliquem ex suis referunt concionibus, cùm Deus ad ipsos minimè loquatur, qui *dat* [b] *verbum Euangelizantibus virtute multâ.*

a Rom. 10. 15.

b Psal. 67. 12.

9 *Hæreticorum doctrina nomina quatuor.*

Visionem mendacem, & diuinationem, & fraudulentiam, & seductionem cordis sui Prophetant vobis.) Quamquam aptissimè quatuor his nominibus insignita hæreticorum doctrina facilè sit probari. Vt tamen vnicuique eorum trium generum prauorum Prophetarum, de quibus in præcedenti vers. actum est, peculiare quid in hoc vers. 14. à Domino dictum nouerimus, cum in primo membro de hæreticis dictum viderimus. *Falsò Prophetæ vaticinantur in nomine meo:* In secundo verò membro de prauis prædicatoribus. *Non misi eos*, &c. Hoc certè tertio de prauis iis asserendum agi spiritualibus, qui pessimis consiliis fideles ab ingressu deterrent religionis. Qui sua consilia, quæ vt diuina vaticinia exhibere se profitentur, quadtuplici confirmant arte: primum enim cùm scriptum sit, Diabolum [c] se transfigurare in Angelum lucis, adeóque sedulò probandos [d] spiritus, diuinitùs visione instructos se asserunt, spiritum illum religionis non à Deo, vel ab Angelo esse lucis in eis qui ipsos consulunt, sed à Diabolo, vt in claustra ingressi in desperationem impellantur: tum ad visionem istiusmodi mendacem addunt & diuinationem diuinitùs & id pariter se prænosse dicentes, quòd in religione non sint perseueraturi, si illam adierint, non diuinâ, sed diabolicâ id diuinantes suggestione: tum ingenti fraude ad sæculi amorem allicere eos satagentes grata illis, & periucunda, qui eos decipiant, pollicentur in mundo; Ac demum omni fallaci eâ ratione quâ suummet seductum cor habent, & infœlices illos dolosis seducere student sermonibus.

A Religionis ingressu deterrere quem suis volent consiliis quãtâ arte consilia ipsa sua confirmare contendat.

c 2. Cor. 11. 14.

d 1. Ioan. 4. 1.

Vide Appendicem Patrum post Expositionem Secundam vers. 16.

Vers. 15.] Idcirco hæc dicit Dominus de Prophetis, qui prophetant in nomine meo, quos ego non misi, dicentes: Gladius, & fames non erit in terra hac. In gladio, & fame consumentur Prophetæ illi.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

e Idcirco hæc dicit Dominus de Prophetis, qui

Meritò [e] *hæc ait Dominus de pseudo-Prophetis istis, qui tantum audent facinus, vt tam prauè meo, inquit, abutantur nomine in istiusmodi pessimis exercendis in prophetando artibus, meos interim se proclamantes vates, cùm tamen ipsos nequaquam miserim, æquum certè est, vt qui toti populo ruinæ existunt causa, primi ipsi ruant: quique audacius proclamant, gladium, bellumque, ac famem neque in Ierusalem, neque in vniuersa Iudææ terra esse futura: primi hostium ipsi peribunt gladiis, primosque illos acerrimâ hic vbi vaticinãtur, consumet cibariorum penuriâ.*

prophetant in nomine meo, quos ego non misi, dicentes: Gladius, & fames non erit in terra hac: In gladio, & fame consumentur Prophetæ illi.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *Magistri errorum primi castigantur à Deo in communibus calamitatibus.*

Idcirco hæc dicit Dominus, &c.) Nota quàm recto diuinæ iustitiæ ordine priùs dicat Deus, consumendos pseudo-Prophetas tamquam malorum omnium causam. Vide quæ mox dicta fuere in præcedentis versus expositione, sicque literam claram percipies. Vnum animaduertendum, congruè duplicis duntaxat generis mentionem hîc fieri consumptionis, per gladium ac bellum, & per famem, vt primi falsitatis suæ in eis duobus potissimùm pœnas sustinerent, à quorum duorum timore populum auertere fuerant obnixi, dicentes, *Non videbitis gladium, & fames non erit in vobis.* Non fit autem mentio pestis, quia ante pestis calamitatem primi vt dictum est, peribunt, & consumentur. In versione tamen Sept. pro (*In gladio, & fame consumentur,*) habetur, ἐν θανάτῳ νοσερῷ ἀποθανοῦνται. (*In morte morbosa morientur, & in fame consumentur,*)

Vers. 15.] Idcirco hæc dicit Dominus, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

2 *Hæretici Censurarum gladio vulnerati infœlices obeunt, ni cõuertantur.*

Hæretici cõsumuntur fame panis veræ & bonæ refectionis.

Hæreticorum doctrina est panis serpentium, panis ex arena, & lapillis.

De hæreticis rectè hæc sumes, iuxta ea quæ in præcedenti prosecuti sumus sententia. Quibus & pœna quæ hîc subiicitur iustissimo congruit iudicio (*In gladio, & fame consumentur Prophetæ illi.*) Seuerissimo enim Ecclesiastico excommunicationis gladio ab Apostolica Ecclesia dissecti infœlices obeunt, Quòd si famis pœna iuxta literam est in primis penuria panis qui ad nutritionem aptus sit hominum, in fame certè consumuntur hæretici, quibus omnis deest panis quo ipsorum spirituale confirmetur cor. Is enim quem abundè se habere, aliisque communicare profitetur in frequentissimis suis prædicationibus panem verbi Dei; Non hominum ratione vtentium panem esse censendus, sed panem serpentium inferni, de quo apud Isaiam legimus. [f] *Et Serpenti puluis panis eius*, quod & per Sapientem clariùs explicatum de ipso mendacis doctrinæ crediderim pane, quando in lib. Prouerb. ait, [g] *Suauis est homini panis mendacij, & postea implebitur os eius calculo*, seu, vt alij legunt, *arenâ.* Cùm doctrinæ hæreticorum panis non ex farina sit veri verbi Dei, quâ & ipsemet mortifer curari potest cibus hæreseôs, quomodo Eliseus farinâ iniectâ omnem ab olla, in qua mortem esse proclamarant, abstulit amaritudinem: sed ex terra, ex puluere, ex arena, ex calculis conterentibus spirituales animæ dentes, quibus per attentam considerationem boni masticari possent, sanique rectæ eruditionis cibi. Qua de re misera illa in Threnis conquesta est anima, quæ ait, [h] *fregit*, id est permisit Deus vt frangerentur *ad numerum*, aptiúsque ex Hebræo, *fregit lapillo*, id est lapillis *dentes meos.* Quod & optimè ipsis exploratum est pseudo-Prophetis, & hæresiarchis, qui & propterea

f Isai. 65. 25.

g Prou. 20. 17.

h 4. Reg. 4. 40.

Hæretici doctrinâ suam honestãt sententiis Scripturæ Sacræ, & Sanctorũ Patrum, vt Catholica videatur.

pterea ne simpliciores quibus suam eiusmodi communicant mendaciorum doctrinam, illam vt ex arena, & lapillis constantem, vtque planè terrenam, duram, ac damnosam respuant, sententiis vel diminutis, vel etiam detortis decorare eam solent, Sanctorum Patrum, Sacrarum literarum, & Sacrosancti etiam Euangelij. In hoc quoque suum mendacij patrem imitantes Diabolum, qui lapides à Christo Domino panes fieri volens, non erubuit illi dicere, [a] *Dic vt lapides isti panes fiant.* Neque enim curæ illis est, vt panem cælestis habeant doctrinæ, quæ vno ab vna est Ecclesia, sed sufficit eis, vt panis, Catholicæque doctrinæ aliquam habeant speciem ea quæ docent, sint tametsi multiplicia noua ipsorum dogmata, multiplices & panes. [b] *Homini enim fornicario*, & qui fœdis corruptus erroribus à sua vera, & vnica se alienat sponsa Ecclesia Apostolica, *omnis panis dulcis*, vt dicitur in libro Ecclesiastici quamquam vniuersus qui illis dulcis est panis, ex vna tandem sit semente iniquitatis, Ita vt iure optimo de iis potissimùm id dici queat, quod apud Salomonem legimus, [c] *Comedunt panem iniquitatis*: sicut & de illis qui eorum intersunt prædicationibus, hauriuntque, & complexantur doctrinam, id quod per eumdem Sapientem asseritur, [d] *Os impiorum deuorat iniquitatem*: deuorant enim quæ intelligunt iniqua dogmata, absque vlla eorum masticatione, & consideratione in mentis suæ ventrem illa deiicientes, quibus mors ipsorum animæ infertur. Vnde bene per Vatem Regium dicitur. [e] *Qui diligit iniquitatem odit animam suam.*

a Matt. 4. 3.
b Eccl. 23. 24.
c Prou. 4. 17.
d Prou. 19. 28.
e Psal. 10. 5.

Vers. 16.] Et populi quibus prophetant, erunt proiecti in viis Ierusalem præ fame, & gladio, & non erit qui sepeliat eos; ipsi & vxores eorum, filij & filiæ eorum, & effundam super eos malum suum.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

VNà [f] *cum istis suis deceptoribus, & populi quoque quibus ij vaticinantur, pares referent pœnas, quòd cùm à bonis verisque moniti Prophetis, eorum dignoscere quiuerint mendacia, & fraudes, fidem nihilominus illis præstiterunt; adeòque pro falsa fide ista quam eorum adhibuerunt dictis, non solùm gladio, fameque consumentur, sed & mortua ipsorum cadauera in viis Ierusalem, vbi ab illis promissa inaniter expectabant maximè prospera, proiecta iacebunt, nec quisquam erit qui vel ob compassionem, vel ob fœtorem sepulturæ ea condat. Quæ & vxoribus contingent ipsorum, quæ eis in sceleribus admittendis socias se exhibuerunt: atque in acriorem vtrorumque parentum pœnam, eadem & filiis euenient & filiabus eorum, cùm & illos sui habuerint in malo imitatores.* [g] *Et de calice furoris mei largiùs super eos vniuersos effundam quas pro facinoribus suis commeruère pœnas. Atque de cellario diuinæ memoriæ meæ in quo condita, & signata seruaui quæcunque ij de vineis suis pessimis protulissent, super ipsos vuas fundam fellis peccatorum cordis, botrosque scelerum oris, & venenosa vina effundam pariter, quæ patrarunt facinora, vt eorum crucientur amaritudine.*

f *Et populi quibus Prophetãt erunt proiecti in viis Ierusalem præ fame, & gladio, & non erit qui sepeliat eos, ipsi, & vxores eorum, filij & filiæ eorum.*
g *Et effundã super eos malum suum.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

3 *Deceptores admittentes eum illis à Deo castigantur.*

ET populi quibus, &c.) Vnà cum suis deceptoribus, & ij qui se per illos decipi permiserunt pares referent pœnas gladij, atque famis: optime enim plenè Prophetarum eorum intelligere potuissent mendacia, & fraudes, à Deo per veros ipsis significatas Prophetas. Si enim non cognouissent, peccatum non habuissent; adeoque nullâ digni extiterūt excusatione, nullâque compassione, quin potiùs calamitates ipsæ prælij, atque famis acerbiores iis vt impiis futuræ dicuntur triplici ratione, primùm propter sepulturæ priuationem, tum propter vxores suas, & tertiò propter filios, & filias, quos à se maximè dilectos propriis oculis confici videbunt pœnis prællatis, idque nedum propter peccata parentum, sed & propter culpam singulorum propriam. Si enim hic dicitur, (*Ipsi, & vxores eorum fily, & filiæ eorum*) iam sup. in cap. 7. dictum pariter vidimus ad Ieremiam, [h] *Nonne vides quid isti faciunt in ciuitatibus Iuda, & in plateis Ierusalem? fily colligunt ligna, & patres succendunt ignem, & mulieres, seu vxores conspergunt adipem, vt faciant placentam Reginæ cæli, & libent diis alienis, & me ad iracundiam prouocent.* De proiectione cadauerum in via, & de eo quod hic additur. (*Et non erit qui sepeliat,*) egimus supra cap. 8. vers. 2. & cap. 9. vers. 22.

h Iere 7. 17.

Porrò quod adiicitur, (*Et effundam super eos malum suum*) duplicem habere potest sensum primum, qui & communis est, vt mali vocabulo malum designetur pœnæ, proque punitione positum sit correspondente admissis eorum peccatis, verbo effundendi relationem habente ad calicem iræ furoris Dei, de quo egimus sæpius. Iuxta alterum verò sensum idem mali nomen pro culpæ sumendum est malo, & pro peccatis illis, quæ populus cum vxoribus, ac filiis in Deum admiserant, multiplicis præsertim idololatriæ, multiplicisque libidinis. Et est admodum congruens metaphora effusionis, quæ propriè liquidorum est, cùm idem populus vineæ sæpius comparatus in operibus quoque suis fructum protulisse dictus sit vineæ, vuæ, ac vini. Lege in Deuteronomio Dominum peregregiè in Moysis Cantico eorum quæ hic dicuntur interpretationem suggerentem, vbi ait, [i] *De vinea Sodomorum vinea eorum, & de suburbanis Gomorrhæ, Vua eorum vua fellis, & botri amarissimi, fel Draconum vinum eorum, & venenum Aspidum insanabile. Nonne hæc condita sunt apud me, & signata in thesauris meis?* in cellariis nimirum, in quibus & vinum, & ij ex quibus vinum ipsum exprimitur, vuæ botri condi consueuère, sigilloque obsignati claudi, vt conseruentur tutiùs. Habet apud se Deus cellaria, memoriam ipsam suam, in qua tutissimè, & indelebili, atque infrangibili quodammodo diuinitatis suæ sigillo singula condit vniuscuiusque peccata, sicut & opera quæque bona, qualia nimirum à vineis proferuntur siue bonis, siue malis: ita verò singula condit, vt nedum perpetratorum rationem habeat operum, sed & eorum quæ in cordis cogitata sint penetralibus; quæque & ore prolata; hæc namque tria tribus designata voluit vnius fructus appellationibus, vuæ, botri, atque vini, dulcedinem quidem præ se ferentium, sed quæ re verâ gustata sunt & fel, & amaritudo, & venenum insanabile, iis certè ipsis qui illa commiserint, tuncque præsertim cùm illa seruata in cellariis suis super eos Deus effundit, quod tunc contingit quando efficit vt, quemadmodum supra dictum est in vers. 7. huius capitis, iniquitates respondeant iis qui eas admisère, quod pœnarum omnium grauissimum ibi esse diximus.

4 *Effundere Deus dicitur malum pœnæ super impios de calice iræ suæ.*
Quomodo Deus effundat super peccatores ipsa quæ admisère peccata.
i Deut. 32. 32.
In memoria sua, vt in cellariis, & thesauris Deus condit, & signat fructus in vinea animæ peccatricis prolata.

Verſ. 16.] Et populi quibus Prophetant,&c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

5 *Hæreticis mortuis, quid eorum fiat cadaueribus apud Catholicos.* a Matth. 15. 14.

IN Euangelio ait in iſtorum confirmationem Dominus, [a] *Cæcus ſi cæco ducatum præſtet, ambo in foueam cadunt.* Quod profectò in hæreticis animaduertere eſt, & in eis, qui ab illis item in hæreſim ducti ſint. Suppoſitâ autem amborum ruinâ quoad animam: explicat hoc loco Dominus, quod iis qui in locis Catholicis ſeducti ab hæreticis fuerint, etiam poſt mortem euenturum ſit quoad corpora, cùm præ fame, & gladio in excommunicatione nimirum, & in hæreſi eos in ciuitate aliqua Catholica obire contigerit: iuxta plures namque Eccleſiaſticos Canones etiam ſi per ignorantiam intra Eccleſiam ſepulti fuerint, inde cum anathemate extra Eccleſiam in mediis proiiciuntur ſanctorum oppidorum viis, vnde & cum ignominia comburantur, nec quiſquam ſit qui eos ſepeliat, ni forſitan in ſterquilinio. Id quod & toti illorum contingit familiæ, ſi ipſos in hæreticis ſecuta ſit erroribus: Vnde ſubditur: *Ipſi & vxores eorum, filij & filiæ eorum.*

VVLGATÆ.

Verſ. 14.] Et dixit Dominus ad me, &c.

Verſ. 15.] Idcirco hæc dicit Dominus,&c.

Verſ. 16.] Et populi quibus Prophetant,&c.

SEPTVAGINTA.

14. Καὶ εἶπε κύριος πρὸς με. ψευδῆ οἱ προφῆται προφητεύουσιν ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, οὐκ ἀπέστειλα αὐτούς, καὶ οὐκ ἐνετειλάμην αὐτοῖς, καὶ οὐκ ἐλάλησα πρὸς αὐτούς, ὅτι ὁράσεις ψευδεῖς, καὶ μαντείας, καὶ οἰωνίσματα, καὶ προαιρέσεις καρδίας αὐτῶν, αὐτοὶ προφητεύουσιν ἡμῖν.

15. Διὰ τοῦτο τάδε λέγει κύριος, περὶ τῶν προφητῶν τῶν προφητευόντων ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου ψευδῆ. καὶ ἐγὼ οὐκ ἀπέστειλα αὐτοὺς οἳ λέγουσι μάχαιρα, καὶ λιμὸς οὐκ ἔσται ἐπὶ τῆς γῆς ταύτης. ἐν θανάτῳ νοσερῷ ἀποθανοῦνται, καὶ ἐν λιμῷ συντελεσθήσονται οἱ προφῆται.

16. Καὶ ὁ λαὸς οἷς αὐτοὶ προφητεύουσιν αὐτοῖς. καὶ ἔσονται ἐρριμμένοι ἐν ταῖς διόδοις Ἱερουσαλὴμ ἀπὸ προσώπου τῆς μαχαίρας, καὶ τοῦ λιμοῦ. καὶ οὐκ ἔσται ὁ θάπτων αὐτούς, καὶ αἱ γυναῖκες αὐτῶν, καὶ οἱ υἱοὶ αὐτῶν, αἱ θυγατέρες αὐτῶν. καὶ ἐκχεῶ ἐπ' αὐτοὺς τὰ κακὰ αὐτῶν.

Verſ. 14.] Et dixit Dominus ad me: falſa Prophetæ Prophetant in nomine meo: non miſi eos, & non præcepi eis, & non ſum loquutus ad eos. Viſiones enim mendaces, & diuinationes, & auguria, & electiones cordis ſui ipſi Prophetant vobis.

Verſ. 15.] Ideo hæc dicit Dominus de Prophetis, qui Prophetant in nomine meo falſa, & ego non miſi eos, qui dicunt, gladius & fames non erit in terra hac: In morte morboſa morientur: & in fame conſumentur Prophetæ.

Verſ. 16.] Et populus, quibus ipſi Prophetant eis: & proiecti erunt in viis Ieruſalem à facie gladij, & famis (& non erit qui ſepeliat eos) & filij eorum, & filiæ eorum, & effundam ſuper eos mala ſua.

APPENDIX EXPOSITIONVM Ex antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Et dixit Dominus ad me: falſum tamen dicunt Prophetæ falſi, qui Prophetant in nomine meo. Non miſi eos, nec præcepi eis, nec locutus ſum cum eis prophetiam, & doctrinam falſam; & mendacia, & impietatem cordis ſui ipſi Prophetant vobis.*

Verſ. 15. *Propterea hæc dicit Dominus de Prophetis falſis, qui prophetant in nomine meo, & ego non miſi eos, & ipſi dicunt; Gladius, & fames non erit in terra hac; In gladio, & fame conſumentur illi Prophetæ falſi.*

Verſ. 16. *Populus autem quibus Prophetant, erunt diſcerpti, & proiecti per vicos Ieruſalem à facie famis, & gladij, & non erit qui ſepeliat eos: ipſi & vxores eorum, & filij, & filiæ eorum: & effundam ſuper eos mala eorum.*

Verſ. 14. (*Et dixit Dominus ad me*, &c.)

Hieron. *Timorem peccatoribus incutiant, nõ adulentur eis Prædicatores.*

Hieronymus. *Quia Prophetæ, imò Pſeudoprophetæ falſa polliciti ſunt, ideo Dominus locutus eſt per Ieremiam: Nolite audire verba Pſeudoprophetarum, qui non à me miſſi ſunt, ſed ſuâ voluntate venerunt. Vnde nequaquam Prophetæ, ſed diuini ſunt appellandi, qui ſeductionem populo loquuntur. Multò enim melius eſt timore pœnarum emendare peccata, quàm ſpe proſperorum diuinæ ſententiæ ſubiacere.*

Theodorit. *Prophetarum & Doctorum prauorum deſcriptio.*

Theodoritus. *At rurſum Dominus ait Prophetæ, illos falſa prædicere, verbis diuinis non inſeruire, nec eſſe organa gratiæ, ſed pro arbitrio loqui.* (*Non præcepi eis*) *inquit*, (*neque locutus ſum eis: quia viſiones mendaces, diuinationes, & auguria: ac intentiones cordis ſui iſti prophetant vobis*) *ſomnia vocat viſiones: auium obſeruationes, auguria, diuinationes, quæ fiunt opere dæmonum: intentiones cordis, ſeductionem à cogitationibus prodeuntem.*

D. Thomas.

D. Thomas. *Ponitur Domini reſponſio* (*Et dixit Dominus.*) *Et primò oſtendit Prophetarum falſitatem quantùm ad actionem quam aſſumunt* (*Non miſi*) *ad exequendum* (*Non præcepi*) *iniungendo officium*, (*Neque locutus ſum*) *inſpirando Prophetiæ bonum. Infra* 23. [b] *Non mittebam Prophetas, & ipſi currebant: Non loquebar ad eos & ipſi prophetabant. Et quantum ad pacem quam prædicabant* (*viſionem mendacem, ſeductionem cordis*) *id eſt, verba excogitata ad ſeducendum. Ezech.* 13. [c] *Vident vana, & diuinant mendacium, dicentes: ait Dominus: cùm Dominus non miſerit eos.*

b Ierem. 23. 21.

c Ezech. 13. 6.

2 *Doctores praui vnà cum iis quos ſeduxerint ſimul à Deo puniuntur.*

Verſ. 15. & 16. *Caueant*, inquit, Hieronymus. *Pſeudoprophetæ, qui proſpera promittendo ſupplantant populum Dei, ne & ipſi pereant, & deceptus populus ſimili deleantur interitu: iaceantque in viis Ieruſalem, & Domini præcepta calcantes fame, & gladio pereant, & non ſit qui ſepeliat eos: nec ignominiam eorum puluere operiat pœnitentia. Et ipſi enim Prophetæ, & populus vxoreſque eorum, & filij & filiæ,* omniſque

omnisque generatio absque vllo pollinctore in sterquilinium erit. Quanti iacent in viis Ierusalem, quot cernimus insepultos recipere mala sua, quæ Domino effundente patiuntur?

Theodoreti. Theodoritus. *Postmodùm illis ipsis*, scil. Pseudoprophetis *comminatur interitum infirmitati succedentem, & cædem bellicam (Morte, inquit, morbosâ morientur, & gladio, & fame consumentur) Ad hæc verò & qui sectati fuerint sermones eorum ne sepulturâ quidem digni habebuntur: omnes similiter iisdem afflictionibus occumbent.*

D.Thom. D.Thomas. *Comminatur pœnam tam Prophetis prædicantibus, quàm populo credenti. (Ideo hæc dicit Dominus.) Isai. 9.* [a] *Erunt qui beatificant populum istum seducentes, & qui beatificantur præcipitati.*

a Isai. 9. 16.

Martin. PP. Martinus Papa I. Consultatione quartâ Concilij Lateranensis primi ita hæc citat contra hæresim ferentes. (*Ideo hæc dicit Dominus de Prophetis, qui prophetant in nomine meo mendacium. Erunt proiecti in viis Ierusalem, & conculcatio omnium piè confitentium me, & non erit qui sepeliat.* Et in septima Synodo, quæ fuit Nicæna secunda paulò post initium Actionis 6. pariter contra hæreticos ita hæc referuntur. (*Hi prophetarunt mendacia in nomine meo, non enim misi eos, neque præcepi illis. Visiones cordis ipsi locuti sunt, & propter hoc erunt proiecti in biuiis Ierusalem, hoc est in Ecclesia Catholica & conculcatio illis, qui rectè confitentur Dominum. Laqueus enim fortis propria labia, & capientur verbis oris proprij.*

7. Synodus.

Labia propria mendacium sunt laqueus fortis.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΚΑΙ εἶπε κύριος πρός με. ψευδῆ οἱ προφῆται προφητεύουσιν ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου.]

Τοῦ χρυσοστόμου.] Διατί τοὺς ψευδοπροφήτας οὐκ ἐξεῖλεν ὁ θεός; ἵνα μὴ ἀπιστῆτε αὐτοῦ τοῖς ῥήμασιν. ὅμοιον δὲ τοῦτο τὸ λέγειν, διατί τοὺς ἀπατῶντας καθόλου μὴ ἐξεῖλεν διαστρέφοντας; μᾶλλον δὲ καὶ τοὺς δαίμονας τοὺς εἰς πᾶσαν κακίαν ἐνάγοντας; ἀλλ' ὑποφαίνει τούτων τὴν λύσιν ὁ θεῖος Ἀπόστολος, λέγων. δεῖ γὰρ καὶ αἱρέσεις ἐν ὑμῖν εἶναι, ἵνα οἱ δόκιμοι φανεροὶ γένωνται. αὔξει γὰρ ἀεὶ τὰς ἀρετὰς τὰ γυμνάσια, καὶ οὐδεὶς στεφανοῦται ἐὰν μὴ νομίμως ἀθλήσῃ. ὁ δὲ ἀθλῶν ἀεὶ πρὸς ἀντιπάλους ἀγωνίζεται. καὶ δεῖ τούτους εἶναι νόμῳ πάλης πνευματικῆς. καὶ μείζων οὕτως ἡ πρὸς θεὸν ἀγάπη, τῶν πολλῶν αὐτὴν μὴ νικώντων ἀγώνων. καὶ τὸ ὑπερβάλλον || τῆς τοῦ σώματος τῆς εἰς αὐτὸν δυνάμεως δείκνυται. καθάπερ ἐν αἰγύπτῳ μέγας ὁ θεὸς ἐδείχθη, τοὺς ἀντικαταστάντας τῷ θεράποντι καταργήσας φαρμακούς. οὐδὲν γὰρ καθ' αὐτὰ τοσοῦτον, ὅσον ἐξ ἀντιθέσεως δείκνυται τὰ πράγματα. δὲ τοὺς ψευδοπροφήτας διήλεγχεν ἐναντία τῇ προαιρέσει || τυγχάνοντα. καὶ ἐκ τῶν καρπῶν δὲ αὐτῶν ἐγινώσκοντο. || εἴγε μὴ θέλειν ἐποίει τούτους πεισθῆναι. ὁ γὰρ ἕκαστος θέλει καὶ πείθεται.

|| ἴσ. τῆς ἀσωμάτου καὶ θείας δυνάμεως. || ἄλλ. συμβαίνοντα. || ἴσ. εἴγε τὸ θέλειν, καὶ μὴ, ἐποίει.

[Ὅτι ὁράσεις ψευδεῖς. προφητεύουσιν ὑμῖν.

Τοῦ χρυσοστόμου.] καὶ γὰρ ἐκεῖνοι ὁράσεις ἀπήγγελλον. ὥσπερ ὁ σεδεκίας ἐν τῇ τρίτῃ τῶν βασιλειῶν φησίν.

[ἐν θανάτῳ νοσερῷ ἀποθανοῦνται.
καὶ οὐκ ἔσται ὁ θάπτων αὐτούς.]

Τοῦ χρυσοστόμου.] ὁρᾷς, || ὡς παρὰ τῶν ἠπατημένων εἰς μῆκος τῆς τιμωρίας ἐκτεινομένης τῆς νόσου, καὶ τοῦ λιμοῦ, || καὶ οἱ πειθόμενοι αὐτοῖς ἄταφοι ἔσονται οὐκ ὄντος οὐδενὸς τοῦ κηδεύοντος;

|| ἴσ. ὁρᾷς, ὡς παρὰ τῶν ἠπατημένοις τῆς ἐξαπατήσαντας μῆκος τῆς τιμωρίας. || ἴσ. καὶ αὐτοὶ, καὶ οἱ πειθ.

[ἐν θανάτῳ νοσερῷ ἀποθανοῦνται.]

|| Ολυμπιοδώρου.] ἐν παρατεταμένῃ νόσῳ, ὡς τοῦ συντόμου θανάτου αἱρετωτέρου τυγχάνοντος. ||

[καὶ ἔσονται ἐρριμμένοι ἐν ταῖς διόδοις ἱερουσαλήμ.]

Ολυμπιοδώρου.] διόδοι εἰσίν, αἱ αἴσχισται ὁδοί.

Vers. 14. **E**T *dixit Dominus ad me, prophetant Prophetæ in nomine meo, &c.)* 3

Chrysost. Chrysostomi.] *Quare Deus Pseudoprophetas non sustulit? vt verbis illius fidem adhibeatis. Perinde hoc est ac si quæras, quare in vniuersum fallaces, & peruersores non sustulit, quinimò & Dæmonas ad omnem nequitiam inducentes? Sed horum solutionem diuinus indicat Apostolus, dicens,* [b] *Oportet enim & hæreses inter vos esse, vt probati clari fiant. Exercitatio enim virtutes auget, & nemo coronatur, nisi qui legitimè certauerit. Qui verò certat semper illi cum hostibus pugnandum est, & oportet hos esse iuxta spiritualis luctæ leges. Atque ita maior fit in Deum charitas, multis eam certaminibus non superantibus: & summa vis incorporeæ diuinæque virtutis ostenditur. Quemadmodum in* [c] *Aegypto diuina magnitudo patuit Magis, qui suo seruo se opposuerant, agendi virtute priuatis. Nihil enim per se tantùm, quantum opposito aliorum ostenditur. Res porrò ipsæ Pseudoprophetas arguebant, cùm aliter quàm vellent illi euenirent: ex fructibus quoque suis cognoscebantur, si velle & nolle eis persuadebat. Quod enim quisque vult, illud & credit.*

Hæretic os cur permittat Deus in Ecclesia. Dæmones cur tentare, & affligere iustos permittat Deus. b 1 Cor. 11. 19. *Tentationum & tribulationum pugna quàm necessaria sit fidelibus. Virtus auctior in tentationum pugna.* c Exod 7. 12. *Doctorũ prauorum falsitas per semet tandem innotescit.*

(Visiones enim mendaces, &c. Prophetant vobis.)

Chrysost. Chrysostomi.] *Nam & illi visiones prænunciabant; Sicut & Sedecias in tertio* [d] *Regum ait.*

d 3. Reg. 22. 11.

Vers. 15. *(In morte morbosa morientur, &c.)* 4

Vers. 16. *(Et non erit qui sepeliat.)*

Chrysost. Chrysostomi.] *Vides vt à deceptis ad decipientes extendatur pœna? ingruente morbo, & fame & ipsi, & qui ipsis credunt sine sepultura iacebunt, nemine illos sepulturæ tradente.*

(In morte morbosa morientur.)

Olympiod. || Olympiodori.] *In diuturno morbo, quòd breuis mors præferenda sit.* ||

Mors breuis præferenda longæ ægritudini.

(Et erunt proiecti in biuiis Ierusalem.)

Olympiod. Olympiodori.] *Biuia sunt fœdissimæ viæ.*

Vers.

Verſ. 17.] Et dices ad eos verbum iſtud: Deducant oculi mei lachrymam per noctem & diem, & non taceant, quoniam contritione magnâ contrita eſt virgo filia populi mei, plagâ peſſimâ vehementer.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Et dices ad eos verbum iſtud: Deducant (ſeu deſcendant) oculi mei lachrymã per noctẽ, & diem & non taceant. b Quoniam contritione magnâ cõtrita eſt virgo filia populi mei, plagâ peſſimâ (ſeu duriſſimâ, aut doloriſſimâ) vehementer.

PORRÒ [a] vt futurarum calamitatum magis perſpecta ſit grauitas vniuerſis iuſſit mihi Dominus, vt iſtud eis referrem, quod à me, tunc temporis præ ingenti eorum compaſſione pronunciandum eſſet verbum. Nocte, dieque largiſſimos fundant oculi mei lachrymarum riuos, ita vt in aquas conuerſi deſcendant ferè & ipſi: nec à fletu lugubribuſque vnquam deſiſtant ipſorum vocibus. [b] Quoniam vehementiſſimo impetu, plagâque peſſimâ, duriſſimâ, ac doloris maximi & congregatio contritæ eſt populi mei, & ciuitas deuaſtata Ieruſalem quæ inſtar filiæ dilectiſſimæ eidem erat populo, cùm & inſtar virginis, quæ nondum in mariti venit poteſtatem, non iam à Chaldæis ſubacta, & malè habita fuiſſet; ſed eâ ferè arctâ cuſtodiretur cuſtodiâ, quâ filia cuſtodiri ſolet virgo, præſertim cùm & inſtar puellæ virginis delicatæ, & veſtimentorum, ac ornamentorum pompâ gaudentis, & ipſa inſignis magnificentiâ eſſet ornamentorum, ac opibus, & eius ciues maximè eſſent delicati.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 Hieronym.

ET *dices ad eos verbum iſtud*, &c. Quamuis B. Hieronymus, verbum Domini quod Ieremiæ hîc exhibetur populo dicendũ, id putat eſſe, (*Deducat oculi mei*, &c.) de ſemetipſo: quo videlicet diuinam ſuam erga eumdem populum manifeſtari voluerit compaſſionem. Aptiùs tamen cum communiori dices, iuſſum à Deo Ieremiæ, vt ſermone iſto præallatas amplificet calamitates, propter quas Propheta ipſe totus præ dolore, & compaſſione in perennes reſoluendus ſit lacrymas, vt vel hoc pacto earumdem calamitatum populus ille perciperet grauitatem. Ex verſione Sept. colligitur, id quoque dici poſſe, tradi à Domino hoc verbum Ieremiæ: quod à populo ipſo eſſet proferendum. Sic quippe Sept. legunt, (*Deducite in oculos veſtros lachrymas die, ac nocte, & non ceſſent.*) Hebraica lectio propriè ſic habet. (*Deſcendant oculi mei lachrymas:*) ſeu vt vertit Vatablus, (*Deſcendent oculi mei in lachrymas*,) id eſt, vt idem ait in Scholio, Vertentur in lachrymas. Vide quæ ſuper eadem verba diximus cap. 13. verſ. item 17.

Virginis nomen quas ob cauſas tributũ reperiatur ciuitatibus & populis.

(*Quoniam contritione magnâ contrita eſt virgo filia populi mei.*) De vſu nominis filiæ in Sacra Scriptura ad deſignandam ciuitatem, diximus aliâs: reliquum eſt, vt de vſu vocabuli virginis, vt attributi item ciuitatis aliquid dicamus, ſæpius enim & id in Sacris literis reperitur. Ratio autem generica, & propria talis vſus eſt propter congruentiam eamdem quam ciuitas cum filia, ac puella habet. Sicut enim puellam dum virginem dicimus, nondum viro ſubactam, ab eoque contaminatam, vel à quoquam malè, & iniurioſè habitam ſignificamus: Ita & ciuitates quando nondum in alieni Regis, & in hoſtium redactæ erant poteſtatem, antiquitus appellabantur virgines, ſic infra cap. 46. Ægyptus nondum capta à Rege Babylonis, [c] *Virgo filia Ægypti:* dicitur, & de Tyro apud Iſaiam, [d] *Non adiicies vltra vt glorieris calumniam ſuſtinens virgo filia Sidonis.* Et de Babylone pariter apud eumdem legimus, [e] *Deſcende, ſede in puluere, Virgo filia Babylon.* Nec contra rationem iſtam id facit quod ipſamet Ieruſalem, quæ nunc ante Chaldæorum expugnationem filia virgo appellatur, in Threnorum libello à noſtro ipſo Propheta etiam poſt eius deuaſtationem eadem inſignita ſit appellatione ſiue cùm dicitur, [f] *Torcular calcauit Dominus virgini filiæ Iuda:* ſiue cùm additur, [g] *Cui exæquabo te, & conſolabor te virgo filia Sion?* Benè enim ad hæc reſpondet Gaſpar Sanctius ex regula illa & in Scriptura Sacra, & apud prophanos obſeruata, quâ res aliquando nomen retinere conſueuerunt, quod proximè habuerãt, vt cum in Euangelio dicitur. [h] Simon Leproſus, quem paulò ante à Lepra curauerat Ieſus; [i] & cùm cæci videre, claudique ambulare dicũtur; & cùm apud Terentium in Andria de puella nuper corrupta, *Virgo*, dicitur, *illacrumat.* Ex qua etiam regula apparet, haud conſentiendum Martino del Rio Comment. in verſ. 15. cap. Threnorum primi, vbi ait falli eos qui aſſerunt ob allatam rationem ciuitatem Ieruſalem dictam virginem, cùm iam à Pharaone Nechao capta fuerit commutato ei Rege Ioakim in locum Ioachaz fratris eius, vt habetur in cap. 23. [k] lib. 4. Regum. Quicquid tamen ſit de hac ipſa ratione quam aſſignãt ferè communiter hoc loco expoſitores ſumentes nedum Ieruſalem, ſed & totam Iudæorum congregationem nondum in Chaldæorum poteſtatem redactam. Tres ipſe addiderim rationes alias appellationis prædictæ: ſiue quia cuſtodiẽdæ eſſent ciuitates eæ, ac Iudaicus populus arctâ cuſtodiâ, eoque zelo, quo filia cuſtodiri ſolet virgo: Siue quia inſtar virginis delicati earum vrbium eſſent ciues, quomodo ſupra verſ. 2. cap. 6. dicebatur. [l] *Specioſæ & delicatæ aſſimilaui filiam Sion:* ſiue tertio, quia inſtar virginis ornamentorũ, & veſtium pompa gaudentis ciuitates inſignes magnificentia eſſent, multiſque ornamentis: Legimus enim ſupra in cap. 2. [m] *Numquid obliuiſci poteſt virgo ornamenti ſui:* Rationem quam hîc affert Hug. Cardin. Iudaicum populum dictum filiam virginem iuxta Gloſſam quia aliquando non pollutus per idololatriam, non probo, quia, vt vidimus, & idololatris ciuitatibus idem nomen inditum reperitur: Illud autem eiuſdem Hugonis probo, quod ait, tria iſta, virginem, filiam, & populum, dicta ad aggrauationem doloris.

c Iere. 46. 11.
d Iſai. 23. 12.
e Iſai. 47. 1.
Idem nomen plerũque res retinere ſolẽt quod proximè habuerunt.
f Thren. 1. 5.
g Thr. 2. 13.
Gaſp. Sanct. in c 37. Iſai. num 13.
h Matth. 26. 6.
i Matt. 11. 5.
Terentium.
Martinus del Rio.
k 4. Reg. 23.
l Iere. 6. 2.
m Iere. 2. 32.
Hug. Card.

Quid ſit conteri, quidue contritio terræ, ciuitatis, ac populi declaratum eſt ſupra. Hoc tamen loco ad illius amplificationem adiectum contritioni magnæ, (*Plagâ peſſimâ vehementer*) ex Hebr. Regia, (*Plagâ infirmâ valde*) Pagninus, (*Plagâ durâ valde.*) Vatablus, (*Plagâ admodum dolorifica.*) Sicut & Sept. (*Plagâ doloroſâ valde.*)

Verſ. 17.] Et dices ad eos verbum iſtud, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

2 *Lachrymandum.*

QVoad ea quæ dicenda eſſent circa moralem lachrymarum deductionẽ oculorumque in lachrymando deſcenſum, vide quæ diximus in locis mox in litera citatis. Quoad id verò quod ſpecialiter hîc adiectum eſt (*Et*

(*Et non taceant*:) duo subindicata per hoc crediderim, quæ suo in fletu intendere debet vir pius, qui præ peccatorum compassione in lachrymarum resoluitur fontes, primum, vt lachrymis ipsis suis tales emittat pro illis quos deflet, deprecationes, quæ, quantùm ex parte sua est à Deo exaudiuntur, vt dicere possit, [a] *Et exaudiuit Dominus vocem fletus mei.* Quæ enim in orationem funduntur, [b] *à maxilla ascendunt vsque ad cælum, & Dominus earum exauditor est*, vt dicitur in lib. Ecclesiastici. Secundum, vt ea ratione deplorantem se exhibeat peccatoribus, vt decurrentes ex eius oculis lachrymarum fontes, quasi efficacissimis vocibus pœnitentiam illis prædicent, mutisque oculis ipsâ lachrymarum confusione iis omnibus conuersionem persuadeant argumentis, quæ longâ, eloquentique oratione vix possent attingi.

a Psal. 6.9.

b Eccl. 35. 19.

Peccatori cōpatiens studeat lachrymis suis illi suadere pœnitentiam.

3 (*Quoniam contritione magnâ contrita est virgo filia populi mei, plagâ pessimâ vehementer.*) Quòd anima peccatrix pro qua magnos viri sancti fundunt fletus, Virgo filia populi mei ab vnoquoque dicitur eorum, duplicem habere potest sensum: alterum bonum, quo prior nominibus iis designetur fidelis eius animæ status, à quo ferè excidit, quum contritione contrita est peccati: status nimirum purissimus, qualis status est castæ & immaculatæ virginis: & maximæ vnionis cum vniuerso fidelis populi corpore, vt filiæ cum parentibus. Alterum malum, quo is ipse status significatur, in quo misera illa tunc tantis defletur lachrymis. Quando tametsi fidelis sit, vt pote fidelis populi filia, pranâ tamen virginitate in partu iniquitatis se exhibet virginem nedum fatuam, sed & peruersam. Cùm enim omnis boni operis conceptus, & partus in pia anima à Deo, vt à sponso viroque sit eius, prout rectè apud Isaiam, iuxta versionem Sept. significatum est verbis istis. [c] *Propter timorem tuum Domine*, (quod in Vulgata aptiùs est, *A facie tua Domine*) *in vtero accepimus & doluimus, & peperimus spiritum salutis tuæ, quem fecimus super terram:* bona nimirum consummantes opera: Quæ peccatrix è vestigio est, ab istiusmodi conceptu ex Deo, & ex diuinæ eius gratiæ semine virginem pessimâ se seruat ratione, facitque & ipsa quod omnes rationis compotes admirentur, vt ex semet concipiat, & pariat; quando, vt ait [d] B. Iacobus à suamet concupiscentia tentata, abstracta, & illecta est: *Deus enim intentator malorum est; deinde concupiscentia*, in sua concipiens tentatione, *cùm conceperit, parit peccatum.* Vnde sæpius de tali anima legimus, *Concepit dolorem*, quem aliis, scilicet inferret, seu, vt alia lectio habet, *laborem*, quo scilicet in vtero gestans afficeretur, *& peperit iniquitatem.*

Anima peccatrix dicitur Virgo filia populi fidelis, & respectu status à quo excidit, & respectu status in quo tunc est.

c Isai. 26. 17.

d Iaco. 1. 14.

4 (*Contritione magnâ contrita*: cùm dicitur, *& plagâ pessimâ vehementer*:) peccatrix anima, pro qua indeficientes à piis viris fundendæ sunt lachrymæ, ad summum peruersitatis illam peruenisse intellige: quippe quæ primò contrita quidem est, sed simplici contusione, quando interno in peccatum consensu concepit intra mentis suæ vterum dolorem sibimet, & laborem inferentem cogitationis actum malum: quando verò peperit, foras emittens quod intus conceperat peccatum, atque in externum quoque illud deduxit opus, tunc contritio illius facta est magna: peior verò eadem exhibita est: quando habitum contraxit peccandi, per frequentes delictorum actus: plaga illius tum effecta est pessima, quum habitui peccandi voluntariam adiunxit in tali consuetudine obstinationem: Denique plaga illa pessima reddita est vehementer, quum insanabilis per finalem facta est impœnitentiam. Ad plagas contritionis Ecclesiæ refert hæc Hugo Card. Cuius mala fuit inquit, plaga, tempore martyricidarum: peior, tempore hæreticorum: pessima tempore falsorum fratrum, iuxta illud, *In pace amaritudo mea amarissima*; Sed pessima vehementer tempore Antichristi in fine mundi.

Anima peccatrix quum ad summum peruersitatis peruenit dicitur cōtrita contritione magnâ & plagâ pessimâ.

Ecclesiæ plagæ diuersæ. Hug. Card.

VVLGATÆ.

Vers. 17.] Et dices ad eos verbum istud, &c.

SEPTVAGINTA.

17. Καὶ ἐρεῖς πρὸς αὐτοὺς τὸν λόγον τοῦτον. καταγάγετε ἐπ' ὀφθαλμοὺς ὑμῶν δάκρυα ἡμέρας, καὶ νυκτὸς, καὶ μὴ διαλιπέτωσαν, ὅτι συντρίμματι συνετρίβη θυγάτηρ λαοῦ μου, καὶ πληγῇ ὀδυνηρᾷ σφόδρα.

Vers. 17.] Et dices ad eos verbum istud: Deducite super oculos vestros lachrymas die, ac nocte, & non cessent: quoniam contritione contrita est filia populi mei: & plagâ dolorosâ valde.

APPENDIX EXPOSITIONVM EX Antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Et dices ad eos: Propter verbum istud deducent oculi mei lachrymas noctе ac die, & non tacebunt: quia confractione magnâ contritum est regnum cœtus populi mei, plagâ infirmata vehementer.*

Vers. 17. Hieronymus. *Et dices ad eos verbum istud: Deducant oculi mei lachrymam, siue deducant oculi vestri lachrymas per diem, & noctem, & non taceant, siue non cessent, &c. Dupliciter hic locus intelligitur, vel quòd ipse Deus plangat populum suum, & oculi eius flere non cessent: vel certè imperet vt populorum oculi lachrymis fluant: nec leue esse quod plangendum sit, cùm virgo filia populi sui contritione maximâ, & plagâ intolerabili percussa sit. Alij ex persona Prophetæ hæc dici arbitrantur.*

Hieronym. *Deus cōpassione se deflere ait populi fidelis ruinā.*

Theodoritus. *Rursus benignissimus Dominus, vbi locutus est acerba, suadet vti medicamentis pœnitentiæ. (Deducite enim, ait, oculis vestris lachrymas diu noctuque,) Propter magnitudinem calamitatum vobis inuehendarum.*

Theodorit. *Pœnitentiā medicamentū suadet Deus.*

D. Thomas. *Annuntiatur populo Propheta compassio, (& dices ad eos) mei, vel vestri. Et sic indicitur planctus pœnitentiæ.* [e] *Thren. 2. Deduc quasi torrentem lachrymas. Cuius ratio assignatur, (quoniam contritione) propter multitudinem occisorum, (pessimâ) propter incorrigibilitatem, (vehementer) propter continuitatem. Isai. 30.* [f] *Comminuam eos sicut conteritur lagena figuli contritione præualidâ.*

D. Thom.

e Thre. 2. 18.

f Isai. 30. 14.

Vers. 18.] Si egressus fuero ad agros, ecce occisi gladio: & si introiero in ciuitatem, ecce attenuati fame: Propheta quoque, & Sacerdos abierunt in terram, quam ignorabant.

PARA

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Si egreſſus fuero ad agros, ecce occiſi (ſeu vulnerati) gladio: & ſi introiero in ciuitatem ecce attenuati fame.

b Propheta quoque & Sacerdos abierunt. (ſeu, Quia & Propheta, & Sacerdos circuierunt mercaturam exercentes) in terram, quam ignorabant, (ſeu, & non cognouerũt.)

TAlis, a tantaque tunc, quum ipſa obſidebitur ciuitas, eorumdem Iudæorum erit miſeria, ac ſtrages, vt quocumque me vertam, vel turpiter vulneratos egrediens ad agros propriis oculis, gladiiſque interfectos viſurus ſim; ſi ciuitatem adiero, inediâ infirmos ſim conſpecturus, & fame conſumptos. b Tunc ſanè captiuus vniuerſus abducetur qui ſuperſtes erit populus, in primiſque illi, per quos id totum cauſatum eſt miſeriarum, Pſeudoprophetæ, & Sacerdotes, qui vniuerſam Iudææ regionem circuire ſoliti erant, vt ementitis vaticiniis, doloſiſque vt datis à Deo reſponſis, & iucundorum, ac proſperorum pollicitationibus mercaturam in propria exercerent lucra, ita vt nec ipſi, nec deceptus ab eis populus Babyloniæ noſſent terram, fidem minimè præſtantes Prophetis veris, quorum frequentiſſimæ fuerant comminationes captiuitatis in terram illam, quam & ſæpius deſcripſerant. Nec eis qui pacem, ac fœlicitatem in Iudæa denunciabant, ſiue Pſeudoprophetis, ſiue prauis Sacerdotibus tunc fuga proderit in finitimas regiones, huc illucque circumeuntibus; abibunt enim nihilominus, & abducentur in ignotam ſibi terram Chaldæorum, qui & Gentes finitimas illas ſuæ ſubigent poteſtati: neque prophanis vtique parcent, neque ſacris, ſicut & tempore Regis Ioakim ſanctos quoque & Prophetas in terram illis ignotam abduxerunt, & Sacerdotes.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 Ieroſolymitanæ obſidionis tẽpore quantæ fuerint miſeriæ & calamitates.

SI *egreſſus fuero ad agros*, &c.) Graphicè futuras calamitates deſcribit Ieremias, ac ſi præſentes eas propriis intuitus eſſet oculis; treſque potiſſimùm indubitanter à ſe videndas enumerat illas, quas ſupra dixerat Pſeudoprophetas negaſſe futuras, gladij, atque famis, & captiuitatis à Ieruſalem, & à regione Iudææ, de qua prophetabant, *Et pax vera erit in loco iſto.* Videtur autem extremæ obſidionis deſcribere tempus, quando Nabuchodonoſor obſedit Ieruſalem ædificatis cõtra eam munitionibus in circuitu, obtinuitque fames ciuitatem, & non erant alimenta terræ, vt habetur infra cap. vlt. Dicit autem, (*Si egreſſus fuero, & ſi introiero:*) conditionaliter, quia obſidionis tempore re verâ egredi ex ciuitate ei minimè fuerat permittendum, vt potequem aliquãdo repertum in ciuitatis porta compræhenſum à cuſtode coniecerunt in carcerem, vt dicitur infra cap. 37.[c] Habetque magnam vim particula (*Ecce,*) vtrique membro appoſita, magnum quid, nouum, & admirandum, prout aliàs notatum eſt, ſignificans. Pro eo quod in primo mẽbro legimus. (*Ecce occiſi gladio.*) In textu Hebr. eſt *Ecce* חללי *halele gladio*: verbum autem חלל *halal* ſignificat vulnerare, occidere, violare, & prophanare, vnde rectè hoc loco illud reddes, (*Et ecce turpiter gladio vulnerati, ac interfecti.*) Sept. (*Et ecce vulnerati gladio:*) vt & ij deſignentur qui mortalibus confoſſi vulneribus in terram proſtrati maximo cum dolore in agonia eſſent mortis. Quod in membro ſecundo habetur (*Ecce attenuati fame*) in Hebr. eſt. *Ecce* תחלואי *tahalue fame*, à verbo חלה *halah*, ægrotare, infirmari, dolere, & imbecillum eſſe, (*Ecce infirmati fame,*) vertunt recentiores: poteſtque verti ſecundùm aliquos, (*Ecce ægritudines famis,*) quod conſonum eſt verſioni Sept. καὶ ἰδοὺ πόνος λιμοῦ. (*Et ecce labor famis.*)

c Ier. 37. 12.

2 Sacerdotum captiuitas ſignũ extremæ calamitatis in Republica.

(*Propheta quoque & Sacerdos abierunt in terram quam ignorabant.*) Vim magnam in hoc tertio membro habet particula (*quoque:*) Prophetarum namque, & Sacerdotum captiuitas extremæ ſimbolum eſt calamitatis, vt bene etiam ex hoc loco probat Ioan. Pineda in c. 12. Iob verſ. 19. n. 3. *Cùm vniuerſa* inquit, *Reipub. religioniſque ratio euertitur, & neque prophanis, neque ſacris parcitur.* Et iuxta hunc ſenſum poſſunt hæc accipi etiam de veris, boniſque Prophetis, quorum aliqui, vt Ezechiel, & Daniel in transmigratione Ioakim captiui ducti ſunt in Babylonem, vbi & prophetauerunt. Meliùs tamen hæc intelliges de prauis Sacerdotibus, de quibus c. 12. dicebat Dominus ad ipſum Ieremiam Sacerdotem,[d] *Nam & fratres tui, & domus patris tui pugnauerunt aduerſum te:* & de falſis Prophetis, vt ſignificetur, poſt captam vrbem Ieruſalem, & à Chaldæis euerſam, in captiuitatem ducendum populum in Babylonem, in primiſque eos qui eumdem populum ſuis decepêre mendaciis, Sacerdotes, atque Prophetas, vt qui ſibi, totique plebi pacem, quietem, ac proſpera in Ieruſalem, & in vniuerſa polliciti eſſent Iudaica terra, in Babyloniam, quam nec ſcire voluerunt, primi abducantur, terram quam ex Dei nomine veri minabantur Prophetæ. Et hunc puto planum, facilemque, ac verum ſenſum etiam lectionis Hebr. verbum enim סחר *ſahar* & circuire ſignificat, & ire, ac peragrare. Vnde bene quod à recentioribus pro (*abierunt,*) legitur (*Circuierunt in terram, & non cognouerunt:*) ſic exponitur, Circuierunt eundo in captiuitatem, quia qui longum iter perficit, fieri non poteſt quin circumeat vias, & non cognouerunt terram illam. Rabbi Dauid, quem & ex noſtris plerique ſequuntur, *Circuierunt*, ait in ſuis Comment. *eundo in captiuitatem in terram alienam, & non cognouerunt in ſe ipſis donec in captiuitatem ducti fuerunt; tametſi fuerit eis dictum à Prophetis, quòd partim gladio, partim fame morerentur: partim captiui ducerentur. Loquitur de falſis Prophetis*, inquit, Iſidorus Clarius, *qui neſcierunt impendere captiuitatem, donec captiui eſſent.* Alieniùs verò Vatablus iudicio meo, cùm ait, *Circuierunt*, &c. id eſt, *Circumeundo profecti ſunt in alienam regionem imprudentes vagando, in qua poſtea captiui fuerunt.* Quibus ſimilia ſunt quæ aſſerit Chriſtophorus à Caſtro, dici illos circuiſſe, &c. quia fugientes Iudææ vaſtationem dum imprudentes vagabantur in alienas regiones deuenerunt tandem in Babylonem, & ibi captiui detenti ſunt. Vel quia fugerunt in finitimas regiones Ammonitarum, Moabitarum, &c. & inde etiam captiui ducti ſunt in Chaldæam, quia eas etiam regiones ſubiecit Nabuchodonoſor.

Pſeudoprophetarum, & prauorũ Sacerdotum captiuitas.

d Ierе. 12. 6

R. Dauid.

Iſidorus.

Vatablus.

Chriſtoph. à Caſtro.

3 Verbo Dei, & ſacrarum rerum adminiſtratione mercaturã plerique exercent.

Cæterùm cùm in præallato Hebraico textu, ſi ad verbum expendatur, tria ſunt, quæ noſtram moueant conſiderationem, primum, præfixá particula cauſalis, ſeu rationalis כי *chi Quia*, ſecundùm, accreſcens particula גם *gam, etiam*, repetita, & tertium alia ſignificatio verbi סחר *ſahar* pro negociari, & mercari, ac ad mercaturam exercendam circuire. Cúmque in hunc modum prædictam lectionem ad verbum vertere poſſimus. (*Quia etiam Propheta, etiam Sacerdos circuierunt, mercaturam, & negociationem exercentes in terram, & non cognouerunt:*) & iſtum horum ipſe afferrem ſenſum pro moribus certè aptiſſimum, & allatæ literæ ſatis congruum, vt præallatarum calamitatum talis tantæque vehementiæ hæc potiſſima aſſignetur cauſa, quòd ij à

quibus populus docebatur Pseudoprophetæ, ac Sacerdotes, docendi, & vaticinandi munere mercaturam exercuerint ea nimirum docentes, ac prophetantes quibus populi gratiam, & propria mercarentur lucra, circumeuntes in istiusmodi pessima verbi Dei negociatione, & peragrantes vniuersam Iudeæ regionem, dicendo *Pax, pax: Non videbitis gladium, & fames non erit in vobis, sed pacem veram dabit vobis in loco isto.* Vt quod hic adiicitur, *& non cognouerunt*, & ad populum atque Iudæos, quibus ea vaticinabantur referri queant, Et ad falsos ipsos negociatores, & mercatores: vt tam isti, quàm illi carenus non cognouisse dicantur. Ea quæ ipsis superuenêre acerrima, quia futura ea minimè credidêre.

4 *Doctorum, & Sacerdotum bonorum penuria causa potissima ruinæ ciuitatū, atque regnorum, & Religionum.*

In Versione Sept. quæ sic habet, (*Quia Sacerdos, & Propheta abierunt in terram quam ignorabāt.*) Particula (*quia*) vel assertiuè sumenda est, aut redundanter, prout aliàs frequenter fieri animaduertimus: vel si vt rationalis eadem sumatur, dicendum, prædictarum calamitatum, gladij, atque famis hanc assignari rationem à priori, quia qui boni in populo erant Sacerdotes, boniquè Dei Prophetæ vera vaticinantes, rectaque monita dantes captiui abducti fuerant vnà cum Rege Ioakim, vt supradictum est, in ignotam eis terram Babyloniæ. Enimuerò cùm vni sibi Ieremiæ fidem non præstarent, nec alij essent à quibus vera audirent, pluribus è vestigio falsa eis prædicantibus semper in deteriora prolapsi sunt, quibus Dei iram prouocarunt, eaque peracerba commeruerunt.

Vers. 18.] Si egressus fuero ad agros, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

5 Robert. Bell. *Lachrymarū fontes tres ex triplici consideratione triū ordinū membrorum Ecclesiæ.*

INter præcipuos lachrymarum fontes Robertus Cardinalis Bellarminus in deuotissimo suo libello de Gemitu Columbæ triplicem in primis enumerat considerationem; considerationem status Sacerdotalis, & eorum quæ illi adnexa sunt; considerationem ordinis Regularium, ac Religiosorum; & considerationem ordinis sæcularium: de quibus tribus fontibus, & considerationibus trium præcipuorum Ecclesiæ membrorum tribus distinctis capitibus piè, & luculenter multa pertractat, quæ ad præsens, in quo versamur, faciunt argumentum. In sua enim persona Vates sanctus Ieremias, pium quemque hîc repræsentat, qui & communes Ecclesiæ copiosis gemitibus deploret miserias: tresque potissimùm prædictos lachrymarum enumerat fontes, ab vltimo procedens ad primum. Primò enim assignans fontem considerationis pessimi status ordinis sæcularium, (*Si egressus*, inquit, *fuero ad agros, ecce occisi gladio*,) translatis ad hæc exprimenda vtens vocibus sanè efficacissimis vniuersis. Nam & quòd cum conditionali particula loquitur, (*Si egressus fuero*,) id non esse sibi in more indicat, vt ad aliena consideranda extra vel mente progrediatur, cuius illud peculiare est studij, [a] vt sedeat solitarius tacensque in sua diuinorum, & eorum quæ ad semet pertinent contemplatione, leuet se super se, vt in Threnis ipse dicet. Cæterùm si quando qui talis est ex affectu compassionis ad sæcularium statum, ordinemque considerandum se flectit, egredi se dicit in agros; Mundum istum agrum dictum sæpe habemus in Euangelio; aptiùs tamen in plurali eundem agros hîc appellat Propheta, quia deficiente in eo charitate, cuius vinculo etiam quæ disiunctissima naturaliter sunt, coniunguntur in vnum, in tot ferè agros cum dicas distinctum, quot in eo negocia exercentes magnis laboribus desudant sæculares; id enim iuge, & laboriosum sæcularium studium in procuratione terrenorum ipsum designat agrorum vocabulum, qui & sine murorum sunt ambitu: & ad sui cultum continuos suis operariis præbent labores, vt arentur, vt serantur, vt sarriantur, vt emundentur, & similia. Quòd verò in his agris, & in ipsis mundi negociis contingit vt plurimum, id maximam gementi viro pio excitat lachrymarum copiam, fontemque perennem. (*Ecce*, inquit, *occisi gladio*,) scilicet hostili in medio agrorum, passim nimirum in mundanis negotiis mortali peccato infectis apparentibus sæcularibus ipsis. Quis verò vel ob multiplicitatem istius hostilis gladij non admiretur? non & ad stuporem resoluatur in lachrymas, considerans alios turpiter luxuriâ vulneratos, alios auaritiâ, alios ambitione, alios superbiâ, alios detractione, lethali culpâ interfectos vniuersos vno quidem peccati gladio, sed variis in diuersis partibus, in diuersis membris, diuersisque in animæ potentiis vulneribus?

Sæcularis ordinis consideratio magnus fons lachrymarum pio viro.

Mundus iste dictus ager, & plures agri, & cur.

a Thr. 3. 28.

Sæculares plures in Mūdi negotiis occiduntur peccatorum mortalium gladiis.

(*Et si introiero in ciuitatem, ecce attenuati, seu infirmati fame.*) En fontem alium vberiores suggerens pio viro lachrymas, considerationem ordinis Religiosorum. Si, inquit, primo meo turbatus egressu, à consideratione me retraxero ordinis sæcularium, atque, vt aliquid vice lachrymarum reperiam consolationis, claustra adiero meæ item mentis consideratione. Et hîc nouas lachrymarum reperio occasiones, & rationes vehementiores: (*Ecce enim*, inquit, *attenuati fame*:) plures, scilicet ibi visi à me sunt Religiosorum. Ciuitatem rectè appellat Religiosorum claustra, quia licet plura sint monasteria; pluresque & diuersi Religiosorum ordines, vna tamen dicuntur Ciuitas, cùm vno charitatis vinculo vnita ea omnia sint. Religio autem in genere & ob id ciuitas dicitur, quòd in ea Religiosorum sit vnio: sicut & ciuitas quasi ciuium vnitas; Sed & ob claustra, & ob disciplinam claustralem nedum ciuitas simpliciter, sed & ciuitas nuncupatur munita, ita vt propterea pio cuique Religioso de tanto Religionis beneficio gratias Deo agenti id tribui non immeritò possit, quod in Psalmo 30. legimus: [b] *Benedictus Dominus, quoniam mirificauit*: mirabili ratione exhibuit, *misericordiam suam mihi in ciuitate munita*, seu *circumstantiæ*, (vt legit Augustinus) & murorum ambitu, scilicet vallata, & omni munitionum genere vndique munita. De quibus munitionibus plura ad claustralem vitam pertinentia tractari hîc possent. Hæc est illa ciuitas Dei, quam spiritualium consolationum [c] *Fluminis lætificat impetus*. In hac nihilominus ciuitate sancta, adeoque munita, Propheta Regius vidisse se ait quæ ipsum quàm maximè conturbarint, [d] *Quoniam iniquitatem*, inquit, *& contradictionem vidi in ciuitate*. Quod de ipsa Religionis ciuitate intelligit Hugo Cardinalis, seu quisquis est qui illos super Psalmos composuit Commentarios. In qua duo sunt potissimùm, quibus totius regularis vitæ adscribenda est ruina, iniquitas Prælatorum, & contradictio subditorum; iniquitas in imperando, & contradictio in Prælatorū mandatis suscipiendis; ini

6 *Religiosi ordinis consideratio magnus item lachrymarum fons pio viro.*

Ciuitatis nomē quàm aptè tribuatur Religioni, & claustris.

Religio est ciuitas munita.

b Pf. 30. 22.

c Psal. 45. 5.

Religionum ruina præcipuè ex duobus ex iniquitate Prælatorū, & ex contradictione subditorum.

d Pf. 54. 10.

Hug. Card.

iniquitas in peccatis quæ opere admittuntur A & contradictio in peccatis quæ committuntur ore.

7 *Religioſi praui tabeſcunt pre penuria cibórũ diuinæ gratia, verbi Dei, & diuinarum conſolationum. Et ad quam noxios, & fœdos cibos mundi & carnis in hac penuria conuerſi ſint.*

At Propheta noſter peregregiâ tranſlatione totum id expreſſit mali, quod in prauis animaduertit Religioſis, multò certè deterius, quàm quod in ordine vidiſſe ſe dixerat ſæcularium, (*Ecce* inquiens, *attenuati fame*,) penuriâ diuini verbi, diuinæ gratiæ, diuinarum conſolationum extabeſceutes, & ad ſordida quæque mundanorum & eloquia, & delectamenta conuerſi; vt vel ii tabe ipſa ſua quoquo modo ſe nutriant, dicẽtes, *Quæ priùs tangere nolebat anima noſtra, nunc præ anguſtia:* in quam noſtrâ nos coniecimus culpâ, *cibi noſtri ſunt.* Cibi ſanè amariſſimi; illis tamen præ prædictorum ciborum bonorum inopia magno ipſorum malo dulces; quia vt iuxta verſionem Sept. legimus in lib. Prouerbiorũ,[b] *Anima egenti etiam amara dulcia videntur*: pro quo Vulgata, *Anima eſuriens etiam amarum pro dulci ſumet.* Cibi profectò tales, quos vel nominare vix queas ſine nauſea: prout Ieremias noſter ingemiſcit in Threnis dicens, [c] *Qui veſcebantur voluptuosè interierunt in viis; qui nutriebantur in croceis amplexati ſunt ſtercora*: quæ ſcilicet comederent, ſicut in 4. lib. Reg. dicitur tanta [d] extitiſſe fames, vt quarta pars cabi ſtercoris columbarum in cibum venderetur quinque argenteis. Hoc quippe ſenſu locum illum interpretatur D. Thomas, Hugo Cardinalis & Dionyſius Carthuſianus quem pro moribus hîc amplector, cùm iuxta literam aliter exponendum eum cenſeam. Sic autem iſtiuſmodi in penuria vir pius videt in clauſtris infirmatos Religioſos, vt & fame (vt ita dicam) caninâ eos attenuatos, paulatimque conſumi intueatur, dum multa cõcupiſcunt, pluraque mala patrare peroptant: quæ tamen ob regularium ſuppliciorum, & ob regularis diſciplinæ obſtaculum aſſequi, & opere implere minimè queunt.

a Iob.6.7.
b Prou.27.7.
c Thren.4.
d 4.Reg. 6. 25.
D.Thom. Hug.Card. Dion.Carth.

Religioſi praui aberrant fame caninâ penis deſideriis.

8 *Religioſi mali plerumque ſunt peiores, & grauiùs peccãt quàm praui ſæculares.*

Porrò quòd iſtâ prauorum Religioſorum conſideratione largior cauſetur lachrymarum copia, fonſque vberior, quàm quem primò recenſuit ex conſideratione malorum ſæcularium, & famis, & attenuationis indicant metaphoræ. Quod enim Propheta nunc ait, (*Et ecce attenuati fame:*) apertiùs ipſemet poſtea dilucidabit in Threnis, dicens, [e] *Melius fuit occiſis gladio, quàm interfectis fame.* Neque enim ambigendum, Religioſos fame, prout mox expoſuimus, infirmatos multis, & plerumque etiã peioribus quàm ſæculares mortalibus irretitos eſſe peccatis. At quòd magis in eorum ingemiſcendum eſt ſceleſti viuendi ratione, illud eſt, quod in prædictorum declarationem ſubiicitur. *Quoniam iſti extabuerunt conſumpti à ſterilitate terræ.* Qui gladio interficiuntur, vno, vel aliquibus vulneribus & illico pereunt, ita vt vix aliquando ſe perire animaduertant. Quod ſæpius contingit ſæcularibus, vt frequenter vix animaduertant quid ſibi contingat, quando peccatis eorum animæ interimuntur mortalibus. At F verò fames tot necat ictibus, quot ſunt in corpore membra: quandoquidem eorum ſingula extabeſcunt, longaque deficere ſe ſentiunt morte, quam & qui fame ipsâ laborat propriis intuetur oculis paulatim præ tabe deficientibus. Quæ omnia in prauis contingunt Religioſis, ob præexpoſitam ſpiritualem famem in ſingulis animæ potentiis mortali ſcelerum tabe quotidie magis ac magis deficientibus, ſuum diuturnum in lethiferis peccatis optimè intelligentibus mortis ſta-

e Thren 4.9.

Famis mors peior, quàm mors gladij.

Religioſorum mors ex fame ſpirituali quam acerba, & quàm deploranda.

tum. Hunc autem lachrymarum fontem pio viro id auget, quòd vt in præcitata ſententia dicitur, tantam in Religioſis ipſis famis ſpiritualis talem, tantamque ex illa animæ conſumptionem cauſatam intelligunt à ſterilitate terræ; quatenus in Monaſteriis iis, in quibus praui iſtiuſmodi degunt Religioſi, maxima eſt terræ ſterilitas; cùm communiter non vigeat in illis obſeruantia: vnde neceſſariò in iiſdem conſequitur ſumma frugum operum, & meritorum bonorum, nec non ſpiritualium delitiarum ſterilitas. Qua ex ſterilitate fit, vt caninâ rabidi fame ad terrena, B & carnalia conuerſi diuturniori morte: qui in talibus monaſteriis ſunt, conſumantur. Quod ad viuum expreſſerunt Sept. pro eo quod in Vulgata dicitur, (*Extabuerunt conſumpti à ſterilitate terræ,*) legentes, (*Abierunt vulnerati à fructibus agrorum.*) Mundi, ſcilicet quem ſupra agros aptè nuncupatum vidimus; Deficientibus enim præ obſeruantiæ ſterilitate in monaſterij terra fructibus ſpiritus, [f] charitate, gaudio, pace, patientiâ, & cæteris ab Apoſtolo enumeratis, vigere comperiuntur opera carnis ab eodem Apoſtolo [g] recenſita: quæ fructus agrorum ſunt, & C fructus mortis.

Inobſeruãtia in Monaſteriis dicta ſterilitas terræ.

f Gal.5.22.
g Gal.5.19.

9 *Prælatorum, Doctorum, ac Sacerdotũ ordo maximus lachrymarũ fons viro pio.*

(*Propheta quoque & Sacerdos abierunt in terram quam ignorabant.*) En tertium pij viri fontem lachrymarum, prædictorum fontium vberrimum; Conſideratio is eſt peſſimæ viuendi rationis multorum Prælatorum, Doctorum, Sacerdotum, & Eccleſiaſticorum: quam efficaciſſimis, licet tranſlatis Propheta ſanctus hîc exprimit verbis, præſertim iuxta varias eiuſdem ſententiæ verſiones. Ac primùm iuxta noſtram Vulgatã: Quid ni, inquit: deducant oculi mei lachrymam per diem, & noctem, ita vt tacere, & à fletibus ceſſare nequeam: cùm conſiderans & ordinem Sacerdo- D tum, Doctorum, & Eccleſiaſticorum Prælatorum magnam eorum partem ad inferna prolabi videam. Bene autem Prophetæ nomine eos omnes deſignat, qui id muneris à Deo habent, vt alios doceant, tamquam eiuſdem Dei ad populum interpretes, & mediatores: quorum & id præcipuè eſſe debuit, vt nouiſſima præuidentes de iis & alios inſtruerent: quibus denique, vt ſanctis Prophetis Chriſtiana plebs fidem conſueuit habere. Sacerdotum verò appellatione Epiſcopos in primis, alioſque deſignat Prælatos, E & quotquot ſacra miniſtrant. Porrò eâ ratione iſtorum omnium complures peſſimam degere inquit vitam, vt iam abire videantur cæpiſſe in terram, illam ſcilicet [h] horroris aliàs nuncupatam, [i] & miſeriæ ac tenebrarum, vbi vmbra mortis, & nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat. (*Abierunt*) inquit, captiui nimirum ducti à Babyloniis, atque ab operibus confuſionis, de quibus Salomon in lib. Prouerb. dicit, [k] *Iniquitates ſuæ capiunt impium & funibus peccatorum ſuorum, conſtringitur:* & captiui in hunc modum iidem, (*abierunt in terram,*) ſcilicet Babyloniæ iuxta literam, in infernalem confuſionis regionem. Additque opportunè, (*Quam ignorauerunt:*) Quod duplicem habere poteſt ſenſum, primum, ac ſi dicatur, Quaſi eam inferni regionem eſſe neſcierint, vtpote qui, tametſi fortaſſe non verbis, factis tamen id teſtantur, quod impij in libro Eccleſiaſtes dicunt. [l] *Vnus interitus eſt hominis, & iumentorum, & æqua vtriuſque conditio:* quodque apud Iſaiam inquiunt, [m] *Comedamus, & bibamus cras enim moriemur.* Et in libro Sapientiæ. [n] *Nemo noſtrûm exors ſit luxuria noſtra, vbique relinquamus ſigna*

Prælatorũ, & Eccleſiaſticorũ praua vita quàm deploranda.

h Deut.32.10.
i Iob.10.22.
k Prou.5.22.

Prælatorũ, & Eccleſiaſticorũ aliqui ita viuunt, ac ſi neſcirent eſſe inferni pœnas.

l Eccl. 3.19.
m Iſai.22.13.
n Sap.2.6.

Ex Nouissimorum incõsideratione fit, vt plerique etiã Ecclesiasticorũ pessimè viuant.

lætitiæ, *quoniam hæc est pars nostra, & hæc sors.* Secundum, vt in hoc quod dicitur, (*Quam ignorabant:*) ratio subindicetur, cur adeò miserè, & peruersè per innumera quæ admittunt scelera captiui iam abduci cœperint in Inferni regionem: quia nimirum terræ illius, & eorum quæ in nouissimo ibi passuri sunt, non habuère practicam scientiam, illa in iis quæ agunt, semper habere satagentes ob oculos, iuxta Sapientis illius id consilij. [a] *In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis.* Quamuis enim ex humana fragilitate peccatum is qui hanc habet scientiam admittat fortasse aliquod; non peccabit tamen peccato ad mortem eo, scilicet, quo te ipsâ in Infernum ad mortem damnetur æternam; hoc namque in præallata sententia significatum arbitror id quod adiectum est. *In æternum.*

a Eccl. 7.40.

10

Ex Nouissimorum incõsideratione est vt fideliũ multitudo magna in primisque Ecclesiasticorum pereat, & ad Infernum damnetur.

Hoc ipsum quod de ordine Doctorum, ac Sacerdotum hîc asserit Ieremias clarius explicatum videre est apud Isaiam, tametsi is de toto fideli loquatur populo, id quod magnopere Sacerdotum, & Doctorum illius aggrauat culpam; quippe qui prauis suis exemplis, vtinam non & sæpè prauâ doctrinâ, ad similem viuendi peruersam rationem magnam Christiani populi deduxerint partem. [b] *Propterea* ait igitur apud Isaiam Deus, *captiuus ductus est populus meus* (vt supra) *quia non habuit scientiam*, (vt diximus) practicam nouissimorum suorum. *Nobiles eius*, ij qui in populo eodem præstantiores meritò dicuntur Religiosi *perierunt fame*, vt supra explicatum est: *& multitudo eius siti exaruit*, ea de qua ad initium huius capitis 14. Ieremiæ pluribus egimus, cùm mundi plebs & Ceruæ, & Onagro præ siti deficientibus assimilaretur, siti inquam concupiscentiæ. *Propterea dilatauit infernus animam suam, & aperuit os suum absque vllo termino.* Quod idipsum est; atque id quod priùs dictum fuerat. *Propterea captiuus ductus est populus, quia non habuit scientiam:* quodque & hîc apud Ieremiam de ordine dicitur Sacerdotum, atque doctorum, (*Abierunt in terram quam ignorabant.*) Vt sensus sit, Propterea quòd populus fidelis nouissimorum suorum non habuit scientiam, Infernus qui naturâ suâ insatiabilis est, vt dicitur in lib. [c] Prouerbiorum, hianti rictu, humano more loquendo, se se dilatauit, & aperuit os suum absque vllo termino: vt abductos captiuos fidelis populi quotquot ij essent, intra se susciperet. Sed quia Doctores præ cæteris, & Sacerdotes praui illuc abire cõsueuerunt, vt hîc apud Ieremiam dictum vidimus; Ideo ibidem apud Isaiam de illis mox subiicitur nominatim, *Et descendẽt fortes eius*, Doctores nimirum eruditionis robore ad bella doctissimi; *& sublimes eius*, id est, Prælati sublimi dignitate excelsi, *gloriosique eius* Sacerdotes Sacerdotij gloriâ insignes, *ad eum*, scilicet, infernum.

b Isai. 5.13.

Prælati & Ecclesiastici, ac Doctores praui præ cæteris fidelibus ad infernum ire dicuntur.

c Prou. 30. 16.

11

Prælatos non residere est maximè in Ecclesia deplorandum.

Iuxta Hebraici textus lectionem, quæ ad verbum ita hæc habet, (*Quoniam & Propheta, & Sacerdos circuierunt in terram, & non scierunt*, seu *& non ignorauerunt.*) Aliæ afferuntur in hac sententia rationes lachrymarum fontem pio cuique viro excitantes in consideratione ordinis Episcoporum, aliorumque Ecclesiasticorum, Prælatorum, & Sacerdotum animarum curam gerentium. Hæ verò rationes, quarum longus faciendus fuisset catalogus, vel ad vnam dumtaxat reducuntur, Non residentiæ: vel ad duas non residentiæ scilicet, & ignorantiæ. Quod enim circuiuisse prædictos ait in terram: id designat, quod ab iis fieri solet, qui sua non resident in Ecclesia; illud verò est (liceat mihi pace ipsorum dicere) opus assumere, & studio se dare, quod est peculiare Sathanæ, relicto opere, & studio: quod Dei filius tamquam sibi proprium assumpsit, Et in quo illos sibi adiunxit socios. [d] *Ego sum pastor bonus*, dicebat in Euangelio Christus filius Dei, *& cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ.* Vtque ingem suam in hoc studio præsentialem assistentiam magis confirmaret, paulò infra addidit: [e] *Oues meæ vocem meam audiunt, & ego cognosco eas & sequuntur me: & ego vitam æternam do eis, & non peribunt in æternum, & non rapiet quisquam de manu mea.* [f] Hoc vnum Petro Apostolo, simulque & omnibus animarum curam gerentibus tribus vicibus in ostensionem suæ dilectionis in Deum, mandauit operis. *Pasce oues, agnosque meos.* Hoc que pariter vnum à Mileto discedens Paulus Ecclesiæ maioribus commendauit, dicens: *Attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo.* Nosse vis quodnam sit peculiare Sathanæ studium? Audi illum met id Deo omnibusque exponentem in lib. Iob. [g] *Circuiui terram*, & in textu Hebraico ad verbum. *A circumeundo in terra*, sc. venio. Hoc nimirum ipsum, quod & hîc asseritur, (*Circuierunt in terram:*) [h] Furi in præcitato loco Euangelij, & mercenario similes dixit Iesus prauos pastores, residentes quidem, sed in ipsa sua residentia malè habentes gregem, pessimisque rationibus illum tractantes; At verò quantò ij peioris sint conditionis, qui nullâ residendi tanguntur curâ, ipsa colligere est ex allata ratione, quâ & Diabolo ea ipsa in re dicti sunt similes.

Non residites Prælati relicto Dei opere studio se dedunt ei, quod est peculiare Diaboli.

Residentia quàm necessaria Prælatis.

d Ioã. 10.14.
e Ioã. 10.27.

f Act. 20.28.

Diaboli opus peculiare est circumeat terram, la quo illũ imitantur Prælati non residentes.

g Iob 1.7.
h Ioan. 10.1. & 12.

12

Prælatum non residentium circuitus diuersus à circuitu Diaboli, cùm hic fiat in terra, ille in terrã.

Quamquam in hac ipsa similitudine circuitionis Diaboli, ac Prælatorum indebita ex causa non residentium duplex discrimen animaduertere sit ex attenta præsentis loci Ieremiæ, citatique ex libro Iob collatione. Enimuerò si Diabolus circuit, ita circuit, vt non discedat à loco dominij sui; neque enim dixit, *A circumeundo in terram*, quod recessum à loco, motúque significaret ad locum: Sed, *A circumeundo in terra*, casu ablatiuo: Terræ nomine mundum intelligens istum, in quo, prout bene ait Basilius in Homilia. Quod Deus non sit auctor malorum, potestatem habet tentandi, & pertrahendi homines ad peccatũ: ita vt propterea sæpe in Euangelio [i] vocatus is fuerit à Christo Domino, [k] *Princeps huius mundi.* Cùm vir pius propter Prælatorum ordinem hîc magnas effundit lachrymas, ob id potissimùm se deflere ait, quia illi (*circuierunt in terram*) in accusatiuo Hebraicè אל־ארץ *el erethz, ad terram*, & iuxta literam significatur recessus à propriis sedibus ad captiuitatis locum, Vt vel ex hoc Prælati ipsi intelligere queant, quod infelices vel ab ambitione, vel ab interesse obcæcati non animaduertunt, extra residentiam captiuos se duci; terramque curiæ Principis cuiusque sæcularis censendam ipsis terram captiuitatis, in qua vel inuiti, nedum Principi, sed & Aulicis & curialibus quibuscumque in pluribus cogantur deseruire, prout quotidianâ patet experientiâ.

Basil.

i Ioã. 12. 31.
k Ioã. 14.30. Ioan. 16.11.

Prælatis non residentibus curia Principũ sæcularii sunt terra captiuitatis.

13

Discrimen autem in præallata similitudine alterum ex diuersis duobus Hebraicis colligitur verbis, quæ in hac sententia, & in lib. Iob ad circuitionem designandam adhibita reperiuntur. Siquidem in libro Iob vbi sermo est de circuitu Sathanæ, est verbum שוט *scuth*, quod ita circui

circuire significat, vt circuitio sit ad inspiciendum, lustrandum, explorandum, scrutandum, & inuestigandum; ideoque variis in locis his omnibus ferè verbis Latinis à nostro redditur Interprete. Cæterùm, abstracto prauo Diaboli fine, quo circuire dicitur in terra potestatis suæ, vt omnia perscrutetur, & circumspiciat quid in mundo agant homines, quâ viâ possit illis obesse, quâ parte aggredi incautos: quem prauum illius finem manifestum omnibus esse volens fidelibus Petrus Apostolus scriptum reliquit, [a] *Sobrij estote, & vigilate, quia aduersarius vester Diabolus circuit*, ad quid? *Quærens*, inquit, *quem deuoret*. Abstracto, inquam hoc malo eius fine, optandum esset, vt quotquot in Ecclesia curam gerunt animarum, & Episcopi in primis, in hac ratione circumeundi in terra iurisdictionis suæ, imitarentur Sathanam; cùm & ille tametsi deprauato, vt dixi, fine hac in solitudine prout eius moris est, vt simiam in pluribus se exhibeat Dei, ipsum æmuletur Deum, de quo 2. lib. Paralipom. pro eo quod in Vulgata legimus, [b] *Oculi Domini contemplantur vniuersam terram*: In Hebraico textu eodem verbo, eademque phrasi, quâ in libro Iob dicitur, *Dominus oculi eius circumdantes*, seu, *circumspicientes in vniuersa terra*. Et de septem eiusdem Dei item oculis, qui sunt septem illius Spiritus, Episcopos designantes vniuersæ Ecclesiæ, sicut & Ioanni in Apocalypsi [c] iidem nomine septem Angelorum significati sunt, pari modo dicitur apud Zachariam.[d] *Septem isti oculi*, quos supra super [e] lapidem vnum videat, *sunt Domini, qui discurrunt in vniuersam terram*. Ita in Vulgata, Hebraicè vt in citato loco libri Iob, *qui circumeunt in vniuersa terra*. Ad quam item circumeundi rationem Episcoporum quemque promouet Salomon in libro Prouerb. quum ait, [f] *Diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuosque greges considera: non enim habebis iugiter potestatem, sed corona tribuetur tibi in generationem & generationem.* Super quæ Beda in Commentariis, quæ habentur in Tomo octauo operum Hieronymi, ait, *Pastori Ecclesiæ dicitur: Diligenter adhibe curam eis, quibus te præesse contigerit: agnosce animos, actusque singulorum, & si quid in eis vitij sordidantis inueneris, citiùs castigare memento: Non enim tu semper oues dominicas pascendi potestatem habebis: sed æterna est corona, quam percipies, si commissum tibi gradum tuo tempore bene ministraueris.* Hucque spectat quod de cultura materialis agri asserit Plinius lib. 18. cap. 6. dicens, *Maiores fertilissimum in agro oculum domini esse dixerunt.*

Prælatis Ecclesiasticis circumeundum in sua diœcesis visitatione.

a 1. Pet. 5. 8.

Diabolus in plerisque simia Dei.

b 2. Paral. 16. 9.

c Apoc. 1. 2.

d Zach. 4. 10.

e Zach. 3. 9.

f Prou. 27. 23.

Beda.

14 At verò in ista Ieremiæ sententia aliud est Hebraicum verbum סחר *sahar*, quod & circuire significat, & negotiari, atque etiam mercaturam exercere: ita vt meritò vitis piis magnus lacrymarum fons excitari dicatur ob Ecclesiasticos non residentes, non tamen omnes; sunt enim qui iustis ex causis de consensu Apostolicæ sedis ad tempus in propria non resident Ecclesia; sunt qui & meritoriè à speciali sua absunt Ecclesia, in obsequium Ecclesiæ vniuersalis, quos absit vt damnemus, cùm ij pro viribus vel per bonum aptumque Vicarium suo adesse obnitantur gregi: Sed ob illos qui in terram vbi Principis sit curia, à sua recedentes diœcesi, circumeuntes vagantur indebitè, vt secularia agant negocia, vtque vel simoniacè ditiores, & nobiliores Episcopatus mercentur, aut Abbatias: vel quum maiori quo possunt lucro mercaturam exerceant in suis vendendis frugibus, vtque suos augeant census. Porrò magnam vim habet ad istum explicandum lacrymarum fontem considerationis Prælatorum non residentium, quod cum particula (*Et*) auxesim designante vltimo de iisdem adiectum est (*Et non cognouerunt*:) dum scilicet non resident circumeuntes, vt mox explicatum est, in terram Regiæ curiæ. Quid verò hoc tam magnum, vt pro eo quod tunc non cognouerunt, tanta facta significetur accessio fonti lacrymarum pio cuique? Totum sanè id mali, quod vel pessimis adscribi potest pastoribus: totumque id damni, quod Ecclesiæ obtingere potest, & animabus, quæ talium Prælatorum commissæ sunt curæ. Sicut enim, si residerent, facile illis esset, vt, diuinâ opitulante gratiâ, omne ab eis malum vel suâ auerterent præsentiâ, suâque & circumspectione, & prouidentiâ, sicut de residente Rege Salomon dicit. [g] *Rex qui sedet in solio iudicij dissipat omne malum intuitu suo*: Ita è contrario, quum non resident, nec vident, nec cognoscunt, quæ quotidie insurgunt, excrescuntque mala, neque vllâ, vt iis prospiciant attinguntur curâ.

Prælati non residentes quàm damnandi.

Residentia Prælati dissipat omne malum & è contra, Non residentia causa est malorũ omnium gregi illius.

g Prou. 20. 8.

15 Duabus autem sententiis peregregiè idem Salomon in libro item Prouerbiorum id exprimit omne quod longissimâ vix attingi posset oratione in prædictorum explicationem. In capite enim duodecimo ait. [h] *Nouit iustus iumentorum suorum animas, viscera autem impiorum crudelia*: Quo loco parallellum omnium oculis exponit Prælatorum bonorum, & Prælatorum malorum, iustos illos appellans, impios verò istos: porrò cùm iustitiam bonorum in tali repræsentet sitam residentia in sua diœcesi; vt & visu cognoscat quotquot suæ commissæ sunt curæ; sicque singulos agnoscat, vt animabus vilium quorumcumque de plebe, qui instar iumentorum duci se sinunt: vel etiam eorum qui alioquin quoad sensualem viuendi rationem comparati sunt iumentis insipientibus, iisque similes effecti, sedulò prospiciant in vniuersis, quæ necessaria eatum intellexerint saluti: Vt oppositione congrua sit dicendũ, & impietatem prauorum Prælatorum in non residentia sitam significare. Quam non residentiam, seu quod non residere, maximâ his verbis describit efficaciâ. *Viscera eorum crudelia.* Cùm enim naturali instinctu id vel animantibus rationis expertibus insitum sit, vt viscera cuiuscumque commoueantur, cùm proprios filios periculo cuipiam nouerint expositos, ita vt nullatenus eos queant deserere, quin potiùs suammet pro eorum salute audacter obiiciant vitam: Prælatorum impiorum istorum quum non resident, crudelissima certè patet esse viscera, quæ nullâ erga subditos filios suos mouentur miseratione; sint tametsi propter hanc suam ab eis absentiam maximis expositi periculis; acerrima tametsi iisdem immineant damna.

Prælatorum bonorum, atque malorum parallellum optimum ex residentia, & non residentia.

h Prou. 12. 10.

Prælatorum malorũ iniquitas constituta potissimùm in eorũ residentia.

Prælati non residentes sic[?] sunt crudelissimi.

16 Sed expressiùs in altera sententia, quâ in capite 27. per eumdem Sapientem dicitur: [i] *Sicut auis transmigrans de nido suo, sic vir qui derelinquit locum suum*, & ipsa talium Prælatorum explicatur crudelitas, & damna manifestantur, quæ ex illorum absentia eorum proueniunt subditis: Et ratio subindicatur, quâ è contra iugi residentiâ eosdem fouere teneantur. Eâ ipsâ nimirum, quâ aues ouorum, pullorumque suorum continuâ commoratione in nido inexplicabili curam gerunt affectu. *Quid namque per oua*, ait Gregorius Papa lib. 31. Moralium cap. 7. *nisi terrena adhuc proles exprimitur, quæ diu fouenda est, vt ad viuum volatile perducatur? Oua quippe insensibilia in semetipsis sunt, sed tamen calefacta in viuis volatilibus conuertuntur. Ita nimirum paruuli auditores, ac filij certum est quod fri-*

Prælatus bonus debet residere vt auis in nido suo, ne subditis ea contingant quæ eueniunt ouis, & pullis derelictis à matre.

i Prou. 27. 8. Greg. PP.

gidi insensibilesque remaneant, nisi doctoris sui sollicitâ A *exhortatione calefiant:* Et de iam natis pullis, quàm necessarius item illis sit matris fotus: quodque pari modo & subditis in spiritu tenellis necessario residentia iugi fotu, & protectio exhibenda sint Prælati, suo docuit exemplo Christus Pastorum princeps,[a] *Quoties* enim inquit ad Ierusalem, *volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti?* Et Deus in Cantico Deuteronomij idipsum significauit & iis necessariò præstandum à Prælato subditis perfectioribus, cùm dixit.[b] *Sicut Aquila prouocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans,* B *expandit alas suas, & assumpsit eum, atque portauit in humeris suis.*

a Matth. 23. 7.

b Deut. 32. 11.

17 *Prælatus non residens crudelitate similis Struthioni.*

Cæterùm Prælati *qui circumeunt in terram, & non cognoscunt,* derelinquentes Ecclesiam suam, suosque filios rectè in libro Iob ei comparantur ani, quæ crudelissima in suos est filios iuxta illud Prophetæ nostri in Threnis,[c] *Filia populi mei crudelis quasi Struthio in deserto.* De qua Struthione istiusmodi repræsentante Prælatos dicitur,[d] *Derelinquit oua sua in terra, obliuiscitur quòd pes conculcet ea, aut bestia agri conterat: Duratur ad filios suos quasi non sint sui, frustra laborauit nullo timore cogente.* Circa quæ multa essent quæ dicerentur, ni ad C alia properaremus. Id tamen vnum hoc loco adscribendum quod in eorum expositione Gregorius Papa lib. 31. Moral. cap. 10. ad descriptionem circuitus Prælatorum non residentium faciens, ait, *Postpositâ filiorum curâ sæpe eos videas se contra pericula immensi laboris accingere, maria transmeare, adire iudicia, pulsare principatus, palatia irrumpere, turgantibus populorum cuneis interesse, & terrena patrimonia laboriosâ obseruatione defendere.* Et aliquantò post: *Ibi quippe est grande,* inquit, *studium defensionis, vbi & grauior vis amoris.* Omnino hoc certum est. Non residendo patefacere Prælatum, D nullâ se tangi filiorum suorum dilectione, nullaque sollicitudine.

c Thren. 4. 3.

d Iob. 39. 14.

Si vt quid distinctum ab eo quod de his Prælatis hîc dicitur, *(Circuierunt in terram,)* id sumendum sit, quod adiectum est, *(Et non cognouerunt,* seu, *& nescierunt:)* præter non residentiam alteram afferri dicemus rationem, propter quam & ob prauos Prælatos vehementissimè pio ingemiscendum sit viro: nempe ob illorum ignorantiam, ex qua tot proueniunt subditis damna, vt vix queant explicari. Diximus de his sæpius. Vide præsertim quæ habita à nobis fuêre ad initium huius E capitis 14.

VVLGATÆ.

Vers. 18.] Si egressus fuero ad agros, &c.

SEPTVAGINTA.

18. Ἐὰν ἐξέλθω εἰς τὸ πεδίον. καὶ ἰδοὺ τραυματίαι ῥομφαίας. καὶ ἐὰν εἰσέλθω εἰς τὴν πόλιν, καὶ ἰδοὺ πόνος λιμοῦ. ὅτι ἱερεύς, καὶ προφήτης ἐπορεύθησαν εἰς γῆν ἣν οὐκ ᾔδεισαν.

Vers. 18.] Si egressus fuero in campum; & ecce occisi gladio: & si introiero in ciuitatem; & ecce dolor famis; quia Sacerdos, & Propheta abierunt in terram, quam ignorabant.

APPENDIX EXPOSITIONVM
Ex antiquis Patribus collecta.

1

PARAPHRASIS Chaldaica. *Si egressus fuero ad agrum, ecce occisi gladio: & si introiero in Ciuitatem, ecce infirmi fame. Quoniam etiam Scriba, & Sacerdos conuersi sunt ad negociationes suas, ad id quod est in terra, & non requisierunt.*

Vers. 18. *(Si egressus fuero ad agros, ecce, &c.)*

Hieronymus. *Iusta causa plangendi quòd Virgo contrita sit, filia percussa, populusque deletus. Si enim, inquit, foras exire voluero, interfectos videbo: Si ingredi ciuitatem, attenuatos, & ossibus vix hærentes famis necessitate conspiciam. Et quid mirum hoc de plebe, & ignobili vulgo dicere? cùm Prophetæ quoque & Sacerdotes, qui aliis prospera prophetabant, & qui debebant legis aperire mandata, ipsi ierint in terram quam ignorabant, & captiuitatis sustinuerint malum. Audiant hoc nostri Prophetæ, & Sacerdotes, quòd nec intus, nec foris propter negligentiam eorum sit vlla securitas: quod & eos scandalizent, qui foris sunt: & eos qui intus, fame interire patiantur: & qui auctores fuerint peccandi sint cruciatuum socij.*

Hieronym. *Ecclesiæ calamitas iusta causa plangendi.*

Sacerdotes praui quantùm obsint.

Theodoritus. *Memorat Propheta rerum gestarum tragœdiam, (Si egressus fuero in agrum, ecce gladio vulnerati, si ingressus fuero ciuitatem, ecce famis afflictio,) Addit etiam his captiuitatis angustias: (Quia Propheta & Sacerdos abierunt in terram quam non nouerant) Beatus Daniel Propheta, & diuus Ezechiel Sacerdos, & Propheta, & alij præter hos plurimi Sacerdotes, fuerunt participes aduersorum. Deus enim volens consolari, & iuuare profanos illos, misit cum illis Prophetas velut quosdam pædonomos, & præceptores, ne prorsus ad improbitatem inclinarent,*

Theodorit. *In Babylonicam captiuitatem misit Deus cum Iudæis & Sanctos Prophetas, & Sacerdotes vt eorum præceptores.*

D. Thomas. *Assignat contritionis modum, quantùm ad pœnam occisionis (si egressus) foris (& si introiero) per considerationem. Deut. 32.*[e] *foris interficiet eos gladius, & intus pauor, iuuenem simul & virginem. Lactentem cum homine sene. Quantùm ad captiuitatem (Propheta quoque) Supra 9.*[f] *Disperdam eos in gentibus quas non nouerunt ipsi & patres eorum.*

D. Thomas.
e Deut. 32. 25.

f Iere. 9. 16.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ἘΆΝ ἐξέλθω εἰς τὸ πεδίον, καὶ ἰδοὺ τραυματίαι ῥομφαίας. ὅτι ἱερεύς.] F

Τοῦ Χρυσοστόμου.] καὶ οὐδὲ οὕτως ἐπαιδεύοντο, διὰ γὰρ τοῦτο συγκλείσας, τοὺς μὲν ἔξω ἀνῄρει, τοὺς δὲ ἔνδον. καὶ οὐδὲ οὕτω || παρέδωκαν. τί γένοιτο ἂν πονηρότερον τῶν οὕτω διακειμένων, ὅτι προφήτης, καὶ ἱερεὺς οἱ μάλιστα τῶν κακῶν αἴτιοι εἰς αἰχμα

|| ἐνεδίδοσαν.

2

Vers. 18. SI egressus fuero in campum ecce, occisi gladio, &c. quia Sacerdos, &c.

Chrysostomi.] *Nec tamen per hæc erudiebantur: idcirco enim conclusos hos quidem foris interimebat, & illos intus, neque tamen se dediderunt. Quid his ita affectis nequius fuerit? Quod Propheta, & Sacerdos præcipui malorum auctores*

Chrysost. *Prælati, & Doctores prauí à Deo puniti discunt, & dicit Dei potentiam.*

αἰχμαλωσίαν ἀπάγονται, διδασκόμενοι, καὶ διδάσκοντες τοῦ θεοῦ ἰσχύν.

res captiui abducuntur, diſcentes, & docentes Dei potentiam.

Verſ. 19.] Numquid proiiciens abiecisti Iudam? aut Sion abominata eſt anima tua? Quare ergo percuſſiſti nos, ita vt nulla ſit ſanitas? Expectauimus pacem, & non eſt bonum, & tempus curationis & ecce turbatio.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Numquid proiiciens abiecisti (ſeu reprobans reprobaſti Iudam?) aut in Sion abominata eſt anima tua? Quare ergo percuſſiſti nos, ita vt nulla ſit ſanitas (ſeu medela?)

Fieri [a] *ne poteſt Domine, vt omnino à tua repuleris cura, & à te proieceris cum faſtidio Iudaicum populum, quem ſpeciali prouidentiâ toties probare obnixus es? An ipſam quoque Ieruſalem adeo tibi dilectam, & templum quod in eadem ſuper Sion ædificatum in tui eſt habitationem, ne dum abiecisti, ſed & vt ſordidum, ac fœdum quid animâ, corde, & ſenſibus ita abominatus es, vt nec audire quidquam de illis paſſurus ſis? An contra Sion ita te habes, vt nec ſuſtinere velis quidpiam illius tibi repræſentari? in eum modum ea omnia abominans quæ ad illum quoquo modo pertineant, quo nauſeam patientis anima, viſque appetitiua ventriculi omnem abominatur eſcam? Quòd ſi ita non eſt quâ ergo ratione adeo acriter tantis nos populum tuum ſanctam colentes ciuitatem percuſſiſti calamitatibus? Qui fieri potuit, & quomodo benigniſſimus tuus erga nos adduci valuit animus, vt tantâ nos percuſſeris vehementiâ, quòd & nihil in nobis relictum ſit ſani, & calamitatum expertis, nil & remedij?* [b] *Expectantes quidem pacis eramus, & proſperorum, prout prænunciarant Pſeudoprophetæ, at nil nobis hucuſque contigit quod tale ſit: Inhiauimus ad tempus aliquod nobiſmet imaginatum, quo ab ingruentibus eruamur miſeriis, at vſque ad ſtuporem omnia experimur turbationis, & formidinis plena.*

b Expectauimus pacem, & non eſt bonum: & tempus curationis, & ecce turbatio (ſeu formido.)

EXPOSITIO LITERALIS ET MORALIS.

1 Orandum perſeueranter etiam cum exauditionis nulla apparet ſpes.

Numquid proiiciens, &c. Confugit Propheta Sanctus denuò ad conſuetum orationis ſtudium, tametſi ſupra in hoc ipſo capite 14. ſpecialiter iuſſerit ei Dominus, *Noli orare pro populo iſto in bonum*: quo loco videre potes à nobis explicatum, quo modo nihilominus orans pro ipſo populo gratam Deo rem fecerit. Quamuis autem ſat ei eſſet exploratum, firmiſſimo Dei decreto ſtatutum, vt tunc temporis Iudaicus populus iuxta menſuram iniquitatum ſuatum, euerſâ ciuitate Ieruſalem, dirutóque eius templo, totaque deuaſtatâ Iudææ regione, Babylonem abduceretur in captiuitatem: preces nihilominus pro illo fundens in dubio videtur quodammodo ea omnia ponere, dicens (*Numquid proiiciens abiecisti Iudam?*) populum videlicet, eiuſque terras: (*aut Sion*) ciuitatem nempe Ieruſalem, & templum quod in monte Sion extructum erat, (*abominata eſt anima tua?*) ſperans nimirum in ſpem contra ſpem, ſuoque interno ſatisfaciens charitatis, & compaſſionis affectui, confidens ſaltem aliqua ex parte, vel quoad Iudæorum aliquos imminentes minuendas pœnas, & calamitates: quomodo & Rex [c] Dauid tametſi à Propheta Nathan moriturum didiciſſet filium ex adulterio ſibi natum, preces nihilominus pro illo ad Deum fudit ieiunio, & mortificatione roboratas: [d] Et Samuel Propheta, quamuis à Domino accepiſſet, Regem Saul diuino reprobatum decreto, orauit nihilominus pro illo & fuſis lacrymis.

c 2. Reg. 12. 16.

d 1. Reg. 16. 1.

2 Iudæos quàm vehementer deteſtatus ſit Deus.

Diximus iam ſæpius, repetitione verbi Hebraicâ phraſi certitudinem & intenſionem actus deſignari, ſic id primum Ieremias à Deo hîc expoſcet. An fieri queat, vt omnino proiecerit Iudam à ſpeciali, & diuina ſua cura, & prouidentia, idque cum faſtidio, & nauſea, vt Hebraicum ſignificat iteratum verbum מאס *maas*: Tum & id addet. An ipſam quoque Ieruſalem iam ſibi adeo dilectam, & templum locum habitationis gloriæ ſuæ non ſolùm abiecerit, ſed & vt ſordidum, ac fœdum quid animâ, cordéque, & ſenſibus vniuerſis abominatus ſit, ita vt nec audire quidquam de illis paſſurus ſit? Vt hæc eam habeant vim, quam verba illa Dauid. [e] *Numquid in æternum proiiciet Deus, aut non apponet, vt complacitior ſit adhuc?* In Hebraico textu maiori efficaciâ vltimum hoc ſic habetur. (*Si in Sion abominata eſt anima tua?*) Quod duplicem habere poteſt ſenſum. Si fieri poteſt, vt tu in Sion habitans ipſum abominatus ſis Iudam, vt ſit quædam eius quod mox dictum fuerat exaggeratio. Vel meliùs, vt ab eo diſtinctum in his addatur; quorum ſenſus ſit, An contra Sion ita te habes, vt nec ſuſtinere valeas, quidpiam illius tibi repræſentari, in eum modum omnia abominans, quæ ad illum quoquo pacto pertineant, quo nauſeam patientis anima, viſque appetitiua ventriculi omnem abominatur eſcam, iuxta illud Pſalmi 106. [f] *Omnem eſcam abominata eſt anima eorum*, Verſio Sept. aliter ita hæc legit. (*Numquid reprobans reprobaſti Iudam, & à Sion diſceſſit anima tua?*) Secùdum quam lectionem in vtroque membro ſpeciale quid exprimitur immenſæ Dei bonitatis erga eum populum, & ciuitatem, pro quibus hæ funduntur preces: In primo quidem, ſedulum eiuſdem Dei ſtudium, quod adhibuerat eò vſque, vt populum illum ab omni expurgaret peccati ſorde, multiplici igne velut argentum electum ab omni purgare eum ſatagens ſcoria, quem nihilominus permanere reperit talem, vt dicendum fuerit eius hoſtibus, [g] *Argentum reprobum vocate eum*, prout noſtermet Propheta proſecutus eſt ſupra ad finem capitis ſexti. Hæc quippe omnia Græcum deſignant quod & hîc eſt verbum ἀποδοκιμάζω. In ſecundo autem membro eximiam item Dei proponit aſſiſtentiam, quâ vrbi Ieruſalem adſtitit, eiuſque templo, talem profectò, qualem eſſe nouimus animæ aſſiſtentiam ad corpus propriùs vnionem, quàm aſſiſtentiam nuncupandam. Qua de re egimus pluribus in cap. 6. ſuper iis verbis. [h] *Erudire Ieruſalem ne fortè recedat anima mea à te.*

e Pſal. 76. 8.

f Pſal. 106. 18.

Quanto ſtudio Deus curaueris, vt Iudaicum populum expurgares à vitiis.

g Iere. 6. 30.

Iudaico populo quomodo abſtiterit Deus.

h Iere. 6. 8.

3 Ieremiæ artificium in oratione pro Iudæis impiis.

(*Quare ergo percuſſiſti nos, ita vt nulla ſit ſanitas?*) Illatiuâ particulâ (*Ergo*) deſignatur, & confirmatur id quod mox dicebamus, idcirco Prophetam dubitatiuè ea locutum, (*Numquid proiiciens abiecisti Iudam*, &c.) quòd vix tale quid perſuadere ſibi poſſet: vt iſtorum ſenſus ſit, Si ita non eſt, vt omnino abieceris Iudam, &c. quâ ergo ratione tam acriter tantis nos populum tuum, ſanctamque tuam colentes ciuitatem percuſſiſti calamitatibus? quo pacto tuo id efficere potuiſti animo, vt taliter nos percuteres, quòd nil in nobis reliqueris ſani? Quamquam, vt ex Originalibus vocibus Hebr. & Græca Sept. patet, aptiùs & quæ

in

in Vulgata est vox,(*Sanitas*) pro sanatione, curatione, ac medela sumenda sit, ac si dicatur, Cur ergo ita nos percussisti, vt nullum sit calamitatum à te immissarum remedium? Particula (*Ergo*) nec in Hebræo est, nec in versione Sept. Ad verbum autem ita hæc in textu habentur Hebraico. (*Quare fecisti nos percuti, & non nobis medela?*) Quæ tamen propterea ait Propheta peccatoribus se admiscens, vt diuina commoueret misericordiæ viscera: cum eius rei optimè conscius esset rationis, non posse quempiam prodesse curationem, persistente populo in peccatis, quæ percussionis extitère causa, sicut curari nequit vulnus, quamdiu intus habuerit ferrum, à quo factum id fuit. Vide quæ diximus in fine capitis octaui, vbi dicebatur, [a] *Numquid resina non est in Galaad? aut medicus non est ibi? quare igitur non est obducta cicatrix filiæ populi mei?*

a Iere.8. 22.

(*Expectauimus pacem, & non est bonum: & tempus curationis & ecce turbatio.*) Probat per hæc & quæ mox dixerat, rationemque affert, cur eam fecerit interrogationem. *Quare ergo percussisti nos, ita vt nulla sit sanitas?* In Hebræo pro (*expectauimus*) est קוה *kaueh* infinitum. (*Expectare*) vel etiam Imperatiuum, (*Expecta ad pacem, & non bonum,* &c.) Vt Propheta secum ipse loquatur. Vide hanc ipsam sententiam expositam supra cap. 8. vers. 15.

VVLGATÆ.

Vers. 19.] Numquid proiiciens, &c.

SEPTVAGINTA.

19. Μὴ ἀποδοκιμάζων ἀπεδοκίμασα τὸν ἰούδαν, καὶ ἀπὸ σιὼν ἀπέστη ἡ ψυχή μου; ἵνα τί ἔπαισας ἡμᾶς, καὶ οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἴασις. ὑπεμείναμεν εἰς εἰρήνην, καὶ οὐκ ἦν ἀγαθὰ εἰς καιρὸν ἰάσεως. καὶ ἰδοὺ ταραχή.

Vers. 19.] Numquid reprobans reprobasti Iudam, & à Sion recessit anima tua? Quare percussisti nos, & non est nobis sanatio? Sustinuimus ad pacem, & non fuerunt bona: ad tempus sanationis, & ecce turbatio.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1

PARAPHRASIS Chaldaica. *Numquid abiiciendo abiecisti domum Iuda? aut habitatores Sion submouit verbum tuum? Quare percussisti nos, & non est nobis sanitas? Expectauimus pacem, & non est bonum; & tempus remissionis peccatorum, & ecce vindicta peccatorum.*

Vers. 19. (*Numquid proiiciens abiecisti Iudam aut,* &c.)

Hieronymus. *Miratur Propheta quòd Iudam, & Ierusalem, duarum tribuum videlicet regnum, in quo erat religio Dei, & templi ceremoniæ, Dominus tam repentè proiecerit, & tantâ percusserit plagâ, vt nulla possit adhiberi medicina. Expectauimus, inquit, pacem & tempus curationis: & nullum est bonum, sed contra, turbatio: vt vbi priùs fuerat cultus Dei, atque tranquillitas, ibi seditionibus, & hostili fremitu omnia complerentur. Si ergo quandoque nostra Sion, nosterque Iuda abiicitur, & abominatur illum anima Dei, nequaquam miremur, sed magis dicamus quod sequitur.*

Hieron. *In Ecclesiæ calamitatibus confugiendum ad pœnitentiam.*

Theodoritus. *Propheta superioribus enarratis conuertit sermonem ad Deum, (Numquid reprobans reprobasti Iudam, & à Sion defecit anima tua?) pro prouidentia tua. Humano enim more posuit animam ad clariorem Prophetæ elucidationem, Dicit porrò vulnus inflictum esse incurabile, subiiciens. Cognouimus Domine,* &c.

Theodorit. *Anima Dei pro prouidentia Dei.*

D. Thomas. *Hic sumit argumentum ex pristina populi dilectione, & circa hoc primò miratur dilecti populi repulsionem, admirans odium. (Numquid proiiciens) q.d. Mirum videtur. Thren.*[b] *vlt. Sed proiiciens abiecisti nos, iratus es contra nos vehementer. (Vt nulla sit sanitas) Isai. 14.*[c] *Plagâ insanabili subiicientem in furore gentes. Secundò ponit recognitionem pœnæ. (expectauimus) supra 8.*[d] *Expectauimus pacem, & non erat bonum; tempus medelæ, & ecce formido. Idem D. Thomas ad finem istius capitis 14. Notandum, inquit, quòd quædam est pax falsa. Sap. 14.*[e] *In magno viuentes inscientiæ bello, tot & tam magna mala pacem appellant: Quædam fraudulenta, Psal.*[f] *Qui loquitur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eius. Quædam transitoria, 1. Thessalon.*[g] *vlt. Cùm enim dixerint, Pax & securitas: tunc repentinus eis superueniet interitus.*

D.Thom.
b Thren.5. 22.
c Isai.14.6.
Pax mala triplex, falsa, fraudulenta, & transitoria.
d Iere.8.15.
e Sap.14.22.
f Psal. 27.3.
g 1.Thessal. 5.3.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Μὴ ἀποδοκιμάζων ἀπεδοκίμασας τὸν ἰούδαν. καὶ ἀπὸ σιὼν ἀπέστη ἡ ψυχή μου;]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὅρα πάλιν τὸν προφήτην ὑπὲρ αὐτῶν ποιούμενον τὸν λόγον. ἐσύμμετρος γὰρ ἡ πληγὴ πρὸς τὸ μέγεθος τῶν τιμωριῶν. τί φησιν ἀπέγνως εἰς τέλος τοῦ λαοῦ; καὶ τὸν ἰούδαν λέγει, καὶ τὸ ὄνομα τοῦ τόπου. οὐ σὺν ἀνθρώπους μόνον ὅτι ἐπλήγησαν ἀνιᾶται.

[Μὴ ἀποδοκιμάζων.]

‖ Τοῦ Χρυσοστόμου.] ταῦτα περὶ τῆς διὰ Χριστὸν ὑστάτης ἐγκαταλείψεως ἔοικε λέγεσθαι. τῶν δὲ κακῶν τὸ μέγεθος, καὶ τοῦ χρόνου τὸ μῆκος προσέοικέν πως ἀποδοκιμασία, καὶ ἀπωσμῷ. ἀλλ' ὅπαυλος,

οὐκ

2

Vers. 19. Numquid reprobans reprobasti Iudam & à Sion recessit anima mea?

Chrysostomi.] *Considera iterum Prophetam pro illis verba facientem. Plaga enim pœnarum magnitudini respondebat. Cur, inquit, proiecisti penitus populum, & Iudæ meminit, & loci, nec tantùm homines quòd percussi fuerint deplorat.*

Chrysost.

(*Numquid reprobans,* &c.)

‖ Chrysostomi.] *Hæc de vltima ob Christum derelictione videntur proferri; Malorum enim magnitudo, temporisque diuturnitas videntur esse quodammodo reprobatio, & reiectio:*

Chrysost. *Iudæorum extrema reprobatio post Christi necem qualis.*

Sed

οὐκ ἀπώσατο, φησὶ τὸν λαὸν αὐτοῦ, ὃν προέγνω. μετὰ τὸ πλήρωμα γὰρ τῶν ἐθνῶν πᾶς ἰσραὴλ σωθήσεται. ἡ πρόθεσις ἄρα τοῦ θεοῦ τὴν μετὰ ταῦτα παρέσησιν ἐλπίδα.

Ὀλυμπιοδώρου.] δέησις τοῦ προφήτου πρὸς θεὸν, καὶ ἐξομολόγησις ὑπὲρ τοῦ λαοῦ, καὶ θεοῦ πρὸς αὐτὸν ἀπόκρισις. ||

[Καὶ ἀπὸ σιὼν ἀπέστη ἡ ψυχή μου;]

Ὀλυμπιοδώρου.] ὥσπερ ἀνθρωπίνως διαμορφοῖ τὸν θεὸν ἡ γραφὴ τὸν ἀσχημάτιστον, οὕτως καὶ ὡς ἐπὶ ἀνθρώπου, ἡ ψυχή σου τέθνηκεν. ἢ προφητικῶς, ὅτι ἔμελλεν ὁ θεὸς λόγος δι' ἄνθρωπος γίγνεσθαι.

[Ὑπομείναμεν εἰς εἰρήνην, καὶ οὐκ ἦν ἀγαθά.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἕτερα προσεδοκήσαμεν, ὅτι δεδώκαμεν δίκην ἱκανήν.

A *Sed* [a] *Paulus, Non eiecit, ait, populum ſuum, quem præſciuit. Nam poſt conſummationem gentium omnis Iſrael ſaluus erit. Propoſitum igitur Dei futuram indicat ſpem.*

a Rom. 11. 1.

Olympiodori.] *Oratio Prophetæ ad Deum, & confeſſio pro populo, Deique ad ipſum reſponſio.* ||

Olympiod.

(Et à Sion receßit anima tua?)

Olympiodori.] *Sicuti humanâ figurâ Deum Scriptura effigiat omnis figuræ expertem, ſic & de* B *homine vſurpatum eſt illud, anima tua mortua eſt. Vel Propheticè quod futurum erat, vt Deus verbum propter nos homo fieret.*

Olympiod. *Mors quemodo tributa Deo.*

(Suſtinuimus pacem, & non erunt bona.)

Chryſoſtomi.] *Alia expectauimus; quia pœnas ſufficientes dedimus.*

Chryſoſt. *Peccati cognitio medicamentum optimum.*

Verſ. 20.] Cognouimus Domine impietates noſtras, iniquitates patrum noſtrorum, quia peccauimus tibi.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

b *Cognouimus Domine impietates noſtras, iniquitates (ſeu iniquitatem) patrum noſtrorum, quia peccauimus tibi.*

At [b] *mihi Deus meus, & iis qui in hoc populo tui habent timorem, noſtra explorata ſunt ſcelera, optimè & patrum noſtrorum, quas nos imitati ſumus, cognita ſunt ſcelera, ſummamque in primis idololatriæ, & patrum, & noſtram cognouimus iniquitatem: Vtinam & omnes & ſinguli idipſum intelligerent, ſimulque id vniuerſi faterentur corde contrito, quod aduerſùm te deliquimus.*

EXPOSITIO LITERALIS ET MORALIS.

1

Cognouimus Domine, &c. Concionatorio more hæc à Propheta dicta, vt populum ad eadem proferenda moueret arbitratus eſt Petrus à Figueira; Verius tamen id eſſe cenſeo, vt ſicut & Daniel, & tres pueri, ita & Propheta noſter in ſpiritu humilitatis & in animo contrito has pro vniuerſo populo ad Deum fuderit preces, adnumerans & ſemet cum cæteris Iudæorum peccatoribus. Tametſi non abnuam, & alios tunc temporis in eodem populo repertos, qui ſimiles, & fortaſſe has ipſas à Ieremia edocti cum gemitu protulerint ſupplicationum voces, de talibus quippe viris Dominum Angelo præcepiſſe apud Ezechielem hæc legimus. [c] *Tranſi per mediam ciuitatem in medio Ieruſalem, & ſigna Thau ſuper frontem virorum gementium, & dolentium ſuper cunctis abominationibus, quæ fiunt in medio eius.* Ex quo Ezechielis loco colligitur, quòd ſi à toto populo ex corde hæc ad Deum habita fuiſſent: vel cum verè ſuorum pœnituiſſet peccatorum, Et hæ à Deo exauditæ fuiſſent Ieremiæ preces; ſic namque ab eodem Domino ſex viris in quorum manibus erat interitus, mandatum ibi dicitur, [d] *Tranſite per ciuitatem, non parcat oculus veſter, neque miſereamini: ſenem, adoleſcentulum, & virginem, paruulum, & mulieres interficite vſque ad internecionem, omnem autem ſuper quem videritis Thau, ne occidatis.* Commemorat autem Propheta & iniquitates Patrum, quarum qui tunc erant filij erant hæredes, quia eaſdem proſecuti, & imitati fuerant. Placetque mihi explicatio Hugonis Cardinalis, vt iſtorum ſenſus ſit, Impleuimus menſuram patrum noſtrorum, vt dicitur Matth. 23. [e] faciendo ſcil. mala, quæ illi fecerunt, & addendo ea quæ non fecerunt. *Vt hoc, inquit, dicat, quoniam aliquando ſic eſt, quòd aliquis multùm peccauit, nec tamen adhuc* C *meruit amiſſionem temporalium. Vnde Gen. 15.* [f] *Nondum impletæ ſunt iniquitates Amorrhæorum. Ibi Gloſſa, Vt mereantur adhuc à terra ſua euelli. Sic illi Iudæi nondum meruerant captiuari. Sed ſi peccata patrum numerantur cum peccatis filiorum, bene meruerunt; quia ſæpe pro peccatis patrum puniuntur filij temporaliter, cùm eos ſcil. imitantur. Pſal. 108.* [g] *In memoriam redeat iniquitas patrum eius*, &c. In Hebraico textu in ſingulari habetur עון ngauon. (*iniquitatem patrum noſtrorum*,) quâ voce in ſingulari notant aliqui ſignificatam idololatriam ex Ioſue 22. vbi ea [h] appellatur *Iniquitas Peohor*, & ex Hoſeæ 7. vbi dicitur. [i] *Iniquitas Ephraim.* Quod & D maximè hîc facit ad rem cùm re vera & antiquiſſimi Iudæorum patres ab exitu de Ægypto quando in deſerto vitulum adorarunt, ſemper & ſucceſſiuè in hoc vnum vitium maximè fuerunt procliues, vt vniuerſæ Sacræ teſtantur paginæ, & in hoc vno potiſſimùm qui tunc eorum erant filij illos imitabantur, vt ſæpius notauimus.

Figueira.

Ieremiæ tempore fuiſſe & alios iuſtos qui pro Iudæico populo orarunt Deū.

c Ezech. 9. 4.

d Ezech. 9. 5.

Sæpe Deus expectat vt impleatur peccatorum menſura, tūcque temporali caſtigat calamitate.

Hug. Card.

e Matth. 23. 32.

f Gen. 15. 16.

g Pſal. 108. 14.

Iniquitatis nomine ſignificata idololatria.

h Ioſu. 22. 17.

i Hoſe. 7. 1.

VVLGATÆ.

E *Verſ.* 20.] Cognouimus Domine impietates noſtras, &c.

SEPTVAGINTA.

20. Ἔγνωμεν κύριε ἁμαρτήματα ἡμῶν, ἀδικίας πατέρων ἡμῶν, ὅτι ἡμάρτομεν ἐναντίον σου.

Verſ. 20.] Cognouimus Domine peccata, noſtra, iniquitates patrum noſtrorum: quia peccauimus coram te.

F

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1

PARAPHRASIS Chaldaica. *Cognouimus Domine peccata noſtra, & peccata patrum noſtrorum: quia peccauimus coram te.*

Verſ. 20. *Cognouimus Domine*, &c.

Hieronymus. *Et nos, inquit, & patres noſtri eadem dementiâ Dei præcepta neglеximus: & impleta eſt in nobis menſura maiorum: vt quicquid illis defuerat,*

Hieronymus *Parentum prauorum iniquitates imitantur ſæpe & filij.*

fuerat, nostro cumulo compleretur, Vnde & de Iuda dicitur: [a] *In memoriam redeat iniquitas patrum eius in conspectu Domini, & peccatum matris eius non deleatur: fiant contra Dominum semper & dispereat de terra memoria eorum.*

a Psal. 108. 14.

Theodoritus. *Cognouimus Domine peccata nostra,* & iniquitates patrum nostrorum: quia peccauimus coram te.

Theodorit. *Culpæ recognitio ad pœnitentiam primò necessaria est.*

D. Thomas. *Ponit cognitionem culpæ.* (Cognouimus) Psal. 50. [b] *Iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper.*

D. Thomas. b Psal. 88. 45.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Ἔγνωμεν κύριε ἁμαρτήματα ἡμῶν.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἐπὶ τὸ λειπόμενον φάρμακον καταφεύγει, τῶν ἁμαρτημάτων τὴν γνῶσιν.

[Ἀδικίας πατέρων ἡμῶν, ὅτι ἡμάρτομεν ἐναντίον σου.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τίνος ἕνεκεν τῶν πατέρων ἐμνημόνευσεν. τοσαύτη παρ' ἡμῖν ἡ ῥαθυμία τῶν οἰκείων. ὅτι καὶ τὰ τῶν πατέρων εἰς ἡμᾶς ἀνατρέχει, τουτέστιν, οὐδὲ ἐκεῖθεν ἡμῖν σωτηρίας ἐλπίς. οὐκ ἔχομεν καταφυγεῖν ἐπὶ τοὺς προγόνους. πάντοθεν προδεδόμεθα.

Vers. 20. Cognouimus Domine peccata nostra, &c.)

Chrysostomi.] *Confugit ad illud remedium, quod residuum erat, cognitionem nempe peccatorum.*

Chrysost.

(Iniquitates patrum nostrorum quia peccauimus tibi.)

Chrysostomi.] *Quare patrum memoriam repetit? tam Socordes sumus in propriis, vt paterna quoque in nos recidant. Hoc est, nec inde nobis spes vlla est salutis, non possumus ad patres confugere, omni ex parte proditi sumus.*

Chrysost. *Patrum iniquitas & in filios redundat iniquus.*

Vers. 21.] Ne des nos in opprobrium propter nomen tuum, neque facias nobis contumeliam, solij gloriæ tuæ recordare, ne irritum facias fœdus tuum nobiscum.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

c Ne des nos in opprobriū propter nomen tuum.

d Neque facias nobis cōtumeliam solij gloria tua.

e Recordare, ne irritum facias fœdus tuum nobiscum.

Ne [c] *quæsumus Chaldæorum nos exponas opprobrio; hoc quippe & in tuæ maiestatis, & in gloriosi nominis tui, quod super nos inuocatum est, redundabit dedecus:* [d] *Ne permittas contumeliam solij tui fieri nobis: ne sinas vt sanctum templum, in quo vt in glorioso resides solio, tuamque celsissimam manifestas gloriam, malè & iniuriosè habeatur ab hostibus, quo nihil & nobis obuenire posse putamus contumeliosius.* [e] *Memor esto pacti quod iam ab antiquo nobiscum iniisti, positurum te tabernaculum in medio nostrûm, haud nos abiecturum, ambulaturum inter nos, futurumque nostrum Deum, & nos pro tuo habiturum populo, neue contingat, vt id irritum à te fiat fœdus, quando ex parte nostra fractum non ignoramus.*

EXPOSITIO LITERALIS ET MORALIS.

Ne des nos in opprobrium, &c.) Ne opprobrio nos exponas Chaldæorum, quia hoc & in tui nominis redundabit dedecus, prout explicatum est supra vers. 7. *Domine fac propter nomen tuum.* Sept. ita hæc legunt, *(Cessa sci. nos percutere, propter nomen tuum.)* In Hebræo est verbum תנאץ *tinatz.* Quod Pagninus, & Regia reddunt. *(Ne reprobes.)* Vatablus autem, *(Tu vero noli exasperari)* Et in Scholio, *(Ne abiicias propter nomen tuum.)* In Thesauro Pagnini, *(Ne floccifacias, seu Ne spernas.)* Hæc enim omnia significat verbum נאץ *naatz,* Abiicere, spernere, reprobare, conuiciis seu probris incessere.

(Neque facias nobis contumeliam: solij gloriæ tuæ recordare.) Ita hæc distinguunt plerique, vt in his duo sint membra, primum, *(Neque facias nobis contumeliam,)* alterum, *(Solij gloria tua recordare.)* Cæterùm ex Originalibus Hebr. & Græc. necnon & ex Paraphrasi Chaldaica patet, vnum duntaxat esse membrum, cui tertium subiiciatur, ad quod referendum est verbum *(recordare,)* sicque distinguunt & correctiores Codices Latini. At hanc sequentes distinctionem difficile mihi est eorum quæ hîc dicuntur congruum assignare sensum, nam etsi interpreteris, vt ea explicat Ioannes Maldonatus, ac si dicatur, Vide ne vt nos castiges, solium gloriæ tuæ Sion contumeliâ afficias, siue, vt ait Andreas Cappella, quòd verbum contumeliam facere referri possit & ad populum, & ad templum solium gloriæ Dei: certè grammaticalem sensum non intelligo. Dicendum igitur de contumelia contra solium gloriæ Dei sermonem hîc esse, quæ tamen quàm maximè, & summa cum ignominia in Iudæos ipsos redundaret, ita vt Propheta propterea sibi totique populo eam illatam asserat, quæ ipsi facta sit solio, vt sensus sit, Ne permittas, contumeliam solij gloriæ tuæ fieri nobis; ne facias hanc nobis contumeliam, vt solium gloriæ tuæ malè, & iniuriosè ab hostibus habeatur. Solij autem gloriæ Dei nomine aptiùs designatum accipies templum, cuius certè iniuria, vniuersis contumeliis populo debuit esse grauior, cùm nihil templo ipso ei esset gloriosius, quod & propterea aptè hîc appellatur solium gloriæ Dei, quia in illo potissimùm & gloriosus resideret Deus, & eiusdem Dei miris modis manifestaretur gloria: Vnde & Propheta Regius cælo quoad hæc idem adæquans quodammodo templum, ait. [f] *Dominus in templo sancto suo, Dominus in cælo sedes eius:* ac si dicat, ita in glorioso solio sedet in templo sancto suo, sicut sedet & in cælo. Sunt tamen qui & ipsam ciuitatem Ierusalem eodem vocabulo designatam arbitrantur, cum in Euangelio Dominus Iesus id illi indiderit nominis, dicens, *Non iurabis per Ierusalem, quia thronus est magni Regis,* Quamquam ipse

Contumelia illata templis redundant quàm maximè & in populos, qui Deū ibi colunt.

Ioan. Mald.

Andr. Capp.

Templum appellatum solium gloria Dei.

f Psal. 10. 5.

Ierusalem dicta solium gloria Dei.

ipſe nec in noſtro Latino, nec in Græco id reperiam Codice, cùm in vtroque legatur,[a] *Neque per Ieroſolymam, quia ciuitas eſt magni Regis*: adeoque meliùs idipſum ex eo confirmare eſt, quod per Prophetam noſtrum ſupra in cap. 3. dicebatur. *In tempore illo vocabunt Ieruſalem ſolium Domini.*

a Matt. 5. 35.

2 *Fidelis populus dictus ſolium gloriæ Dei.*

Impropriùs ad hunc locum iuxta noſtrã Vulgatam idipſum nomen ſolij gloriæ Dei Iudaicum populum ſignificare inquiunt alij; Iuxta hanc namque ſignificationem dicendum fuiſſet, *Neque facias nobis contumeliam ſolio gloriæ tuæ.* Tametſi non incongrua & ea acceptio ſit in Originalibus Hebr. & Sept. Sic quippe legit verſio Sept. μὴ ἀπολέσῃς θρόνον δόξης σου. (*Ne perdas ſolium gloriæ tuæ.*) Hebraicam verò lectionem ita reddunt, Pagninus quidem, & Regia, (*Ne deiicias ſolium gloriæ tuæ.*) Vatablus, (*Neque proſternas ſolium gloriæ tuæ.*) Quod in ſcholio ita interpretatur, (*Ne permittas templum eſſe in minori pretio, & honore, quàm fuerit, in quo diceris habitare.*) Sanctes Pagninus in Theſauro, (*Ne vituperes*, (*flocci facias*) *ſolium gloriæ tuæ.*) Sic erit repetitio eiuſdem, quod item iuxta lectionem Hebr. dicebatur in primo huius verſus membro. Rabbi Dauid in lib. Radicum (*Ne vilipendas, ne deſcendere facias.*) Sanè verbum נבל *nabal* in prima coniugatione, quam Kal. id eſt, leuem appellant, ſignificat cadere, emarceſcere, excidere ex priori ſtatu meliori, flacceſcere, & de floribus, & foliis propriè ſumitur. In alia verò coniugatione, quâ verbis maior tribui ſolet vis, nomine Pinghel nuncupata, idem verbum ſignificat & contumeliis afficere, in quo ſignificatu illud ſumpſit noſter Interpres.

3 *Pactum cum fideli populo non irritat Deus niſi id à populo ipſo primò irritũ factum ſit.*

(*Recordare, ne irritum facias fœdus tuũ nobiſcum.*) En tertium huius ſententiæ membrum. Humano autem more Deum alloquens in memoriam eidem Propheta antiquiſſimum, & celeberrimum quod ex ſua benignitate iniit pactum cum Iudaico populo, illud nempe, vt expoſitores omnes hîc aſſerunt, quod Leuitici 26. his ipſe habuit verbis.[b] *Ponam tabernaculum meum in medio veſtri, & non abiiciet vos anima mea. Ambulabo inter vos, & ero Deus veſter, voſque eritis populus meus.* Porrò cùm Propheta Sanctus ad Deum ait, ne irritum prædictum faciat pactum, id ſibi voluiſſe crediderim, vt oraret. Ne permitteret, vt iam ampliùs pactum illud à populo fieret per admiſſa ſcelera irritum vnde poſtmodùm conſequebatur, vt ex parte quoque ipſius Dei irritum id eſſet. Norat enim quas in præcitato Leuitici loco poſitas legerat eius pacti conditiones.[c] *Si in præceptis meis ambulaueritis, & mandata mea cuſtodieritis, &c. Dabo vobis, &c.*[d] *Quod ſi non audieritis me*, &c. *Et ad irritum perducatis pactum meum. Ego quoque hæc faciam vobis. Viſitabo vos, &c.*

b Leuit. 26. 11.
c Leui. 26. 3.
d Leuit. 26. 14.

VVLGATÆ.

Verſ. 21.] Ne des nos in opprobrium, &c.

SEPTVAGINTA.

21. Κόπασον διὰ τὸ ὄνομά σου, μὴ ἀπολέσῃς θρόνον δόξης σου. μνήσθητι, μὴ διασκεδάσῃς τὴν διαθήκην σου, τὴν μεθ' ἡμῶν.

Verſ. 21.] Ceſſa propter nomen tuum: ne perdas thronum gloriæ tuæ. Recordare; ne diſſipes teſtamentum tuum, quod nobiſcum.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1

PARAPHRASIS Chaldaica. *Ne proiicias nos propter nomen tuum, nec vilem facias locum ſolij gloriæ tuæ. Veniat memoria pacti patrum noſtrorum ante te; quia peccauimus coram te, ne irritum facias pactum tuum nobiſcum.*

Verſ. 21. (*Ne nos des in opprobrium*, &c.

Hieron. *Solium Dei dicitur & illius templum, & quilibet ſanctus.*

Hieronymus. *Solium gloriæ Dei non ſolùm arbitremur templum Iudææ, quod ſæpe deſtructum eſt: ſed omnem ſanctum, iuxta illud quod ſcriptum eſt.*[e] *Thronum eius in terra alliſiſti. Tunc alliditur, atque deſtruitur, quando multitudine peccatorum offenderit Deum: Sed tamen qui ſuâ culpâ periit, Domini clementiâ ſuſtentatur: quæ mutatur ſeueritate ſententiæ: ſi irritum faciat Dominus pactum ſuum, quo nos ſaluos futuros eſſe pollicitus eſt.*

e Pſ. 88. 45.

Theodorit. *Solium gloriæ appellata & Ieruſalem.*

Theodoritus. (*Ceſſa propter nomen tuum,*) *Quaſi dicat, Deſine nos affligere, & ne reſpicias in nos, ſed in nomen tuum, populus enim tuus appellamur,* (*Ne deſtruas thronum gloriæ tuæ.*) *Ita Ieruſalem appellauit Dominus etiam in ſacris Euangeliis, cùm prohiberet*[f] *iurare, ait, Non iurabis per Ieruſalem, quia thronus eſt magni Regis. Nam illic propriè apparuit. Reducit autem in memoriam fœdus cum patribus.*

f Matt. 5. 35.

D. Thom. *Solium gloriæ arca, & propitiatorium.*

D. Thomas. *Ponitur petitio,* (*Ne nos des.*) *Pſalm.*[g] *Poſuiſti nos opprobrium vicinis noſtris, ſubſannationem, & deriſum his qui in circuitu noſtro ſunt. Tum ponitur petitionis ratio ex templi ſanctitate:* (*ſolij gloriæ*) *ſcilicet propitiatorij, & arcæ, In quibus glorioſum te miraculis, & reuelationibus oſtendiſti. Infra 17.*[h] *Solium gloriæ altitudinis à principio, locus ſanctificationis noſtræ. Expectatio Iſrael.*

g Pſ. 43. 14.
h Ier. 17. 12.

2 *Solium gloriæ Dei eſt quadruplex.*

Idem D. Thomas ad finem Poſtillarum in hoc caput 14 *Notandum, inquit, quod myſticè triplex eſt ſolium. Quoddam eſt ſolium gloriæ, & hoc quadrupliciter, ſcil. naturæ ſublimitate, Iſai. 6.*[i] *Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, & eleuatum, & plena erat omnis terra maieſtate eius. Pacis tranquillitate, Supra 3.*[k] *Vocabunt Ieruſalem ſolium Domini, & congregabuntur ad eam omnes gentes in nomine Domini in Ieruſalem, &c. Scientiæ profunditate, Ezech. 10.*[l] *Et vidi, & ecce in firmamento quod erat ſuper caput Cherubim quaſi Lapis Sapphirus, & quaſi ſpecies ſimilitudinis ſolij apparuit ſuper eum. Durationis æternitate: Thren. vltimo.*[m] *Tu autem Domine in æternum permanebis; ſolium tuum in generationem, & generationem. Aliud eſt ſolium clementiæ, præparantis ad Dei obedientiam Iſai. 22.*[n] *Figam illum paxillum in loco fideli, & erit in ſolium gloriæ Domini patris ſui: & ſuſpendam ſuper eum omnem gloriam patris ſui: Ad iuſtitiæ ſententiam Prouerb. 16.*[o] *Iuſtitiâ firmatur ſolium Regis: Ad proximorum miſericordiam, Iſai. 16.*[p] *Et præparabitur in miſericordia ſolium, & ſedebit ſuper eum in veritate in tabernaculo Dauid: Ad humilitatis gratiam. Ezech. 43.*[q] *Locus ſolij mei, & locus veſtigiorum meorum, vbi habito in medio filiorum Iſrael in æternum. Quoddam verò eſt ſolium iuſtitiæ præparantis ad diſceptandum, Iob. 23.*[r] *Quis mihi tribuat, vt cognoſcam, & inueniam illum, & veniam vſque ad ſolium eius? Ad mala corrigendum. Prouerb. 26.*[s] *Rex qui ſedet in ſolio iudicij diſſipat omne malum intuitu ſuo: Ad incorrigibiles condemnandum 3. Reg. vltimo*[t] *Vidi*

i Iſai. 6. 1.
k Iere. 3. 17.
l Ezec. 10. 1.
m Thren. 5. 19.
Soliũ clementiæ quale.
n Iſai. 22. 23.
o Prou. 16. 12.
p Iſai. 16. 5.
q Ezec. 43. 7.
Solij iuſtitiæ Dei quale.
r Iob. 23. 3.
s Prou. 20. 8.
t 3. Reg. 22. 19.

Dominum sedentem super solium suum, & omnẽ exercitum cæli assistentem ei à dextris, & à sinistris, Ad bonos defendendum. Isai. 9. [a] Super solium Dauid, & super regnum eius sedebit, vt confirmet illud, & corroboret in iudicio, & iustitia amodò, & vsque in sempiternum.

a Isai. 9. 7.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΚΌΠΑΣΟΝ διὰ τὸ ὄνομά σου, μὴ ἀπολέσῃς.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] νῦν οὖν φησιν ὁ προφήτης, εἰ καὶ ἡμεῖς τοιαύτης ἀνάξιοι δίκης, ἀλλ᾽ οὖν διὰ τὴν σὴν δόξαν ἐπίσχες σου τὴν ὀργὴν, μήποτε, εἴπωσι τὰ ἔθνη, ποῦ ἐστιν ὁ Θεὸς αὐτῶν.

[μὴ ἀπολέσῃς θρόνον δόξης σου. μὴ διασκεδάσῃς τὴν διαθήκην σου.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τὰ βασίλεια λέγει, τὰ προστάγματα εἰσάγει.

[μὴ διασκεδάσῃς τὴν διαθήκην σου.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] καὶ μὴν τοῦτο εἶχεν ἡ διαθήκη. ἐὰν μὴ διασκεδάσωσι τὴν διαθήκην μου, τὸν ἔλεον μου οὐ μὴ διασκεδάσω ἀπ᾽ αὐτῶν. οὐ τὸ μὴ λαβεῖν πεῖραν τῶν δεινῶν ἀξιοῖ, ἀλλὰ τὸ μὴ εἰς τέλος ἀποῤῥιφῆναι.

Vers. 21. CESSA propter nomen tuum, ne perdas, &c.

Chrysostomi.] *Nunc ergo ait Propheta, etsi nos indigni, quibuscum ita agatur, propter tamen tuam gloriam furorem cohibe; ne quando gentes dicant, Vbi est Deus eorum?*

Chrisost. Oratio, Dei honorẽ eidem Deo proponit, optima.

(Ne perdas thronum gloriæ tuæ: Ne dissipes testamentum tuum.)

Chrysostomi.] *Regiam intelligit, præcepta commemorat.*

Chrysost.

(Ne dissipes testamentum tuum.)

Chrysostomi.] *Et certè hoc erat in testamento. Ni disperdant testamentum meum, misericordiam meam non disperdam ab ipsis. Non rogat, ne ærumnarum experimentum capiant, sed ne omnino proiiciatur.*

Chrysost. In tribulationibus quemodo orandum.

Vers. 22.] Numquid sunt in sculptilibus Gentium qui pluant? aut cæli possunt dare imbres? Nonne tu es Domino Deus noster, quem expectauimus? tu enim fecisti omnia hæc.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

b Numquid sunt in sculptilibus (seu in vanitatibus) Gentium qui pluant?

c Aut cæli possunt dare imbres? (seu, & si cælũ dabit saturitatẽ suam, nonne tu ipse est?)

VEl [b] ex hoc vno contestata nobis est tua diuinitas, potentia, sapientia, ac beneficentia sanè diuina, quod tu solus pluuiam, imbremque & demittis, & efficis. An fortasse in iis quæ vt Deos colant Gentes in idolis sculpturæ arte fabrefactis, & vanitatibus, reperire aliquod est pluere potens? [c] An fortasse rectè cælum diuino plerique prosequuntur cultu, quod ex illo descendunt imbres? quasi id dare illos per se possit sine te, qui & nubes eleuas, & pluuiales atque nimbosas in cælo ipso facis constellationes. Si cælum eleuatis è mari, atque è terra vaporibus plenus ac saturatus satietatem ipsam suam pluuiæ ex iisdem vaporibus in terram demittat, à te certè id habet: qui & hoc illi das, vt vsque ad satietatem terram item perfundat imbribus. [d] An non tu vnus & Dominus noster es, & Deus, Dominus, cùm metum incutis, castigasque ærumnis; Deus in innumeris quibus cumulas beneficiis: in quem pariter vnum nostram omnem coniectam semper habuimus spem, opisque expectationem in quacumque tribulatione? sanè hoc certum est, & omnia hæc te fecisse nostrarum istarum calamitatum: In te sperauimus qui auctor es omnium quæ sunt in mundo, quæque eueniunt præsertim nobis, bona, & mala.

d Nonne tu es Dominus Deus noster, quem expectauimus? tu enim fecisti omnia hæc.

EXPOSITIO LITERALIS ET MORALIS.

1 NVmquid sunt in sculptilibus Gentium, &c.) Ex sententia Rabbi Dauid, constare ex hoc loco, ait Petrus à Figucira, quod quæcumque hucusque dicta in hoc sunt capite, referenda sunt ad siccitatem, & ad longam pluuiarum suspensionem. Quod quidem non probo, cùm nec in principio capitis id probauerim, quod à plerisque expositorum asserebatur, siccitatẽ, de qua ibi est sermo, eam intelligendam famem, quæ in vltima contigit obsidione Ierusalem per Chaldæos, vt videre eo loco potest quisque. Hoc certum in hoc vaticinio, prædicta & bellum, & obsidionem, & famem, & pestem, & captiuitatem. Haud æquè displicet quod ex Hieronymo inquit Andreas Cappella, & qui eum ferè sequitur Christophorus à Castro, Prophetam in his redire ad ea quæ habuit in principio capitis, & ad totius istius Vaticinij titulum illum. [a] *Quod factum est verbum Domini ad Ieremiam de sermonibus siccitatis.* Crediderim tamen potiùs ipse allici per hæc à Propheta Deum ad misericordiam, atque ad benignitatem in tantis quæ vaticinatus fuerat calamitatibus exhibendam populo, pro quo preces fundebat, ipsum à præcipuo laudans beneficentiæ eius munere pluuiarum, & imbrium. *Hoc* enim ait Ioannes Chrysostomus in vers. 10. capitis quinti Iob relatus ibi in Catena Græca, *primum est illius beneficentiæ munus, quo & vita nostra continetur, & temporum vicissitudo declaratur.* Quod & in Actibus Apostolorum Paulus, & Barnabas multò ante efficaci asseuerant oratione, quando ad populum ipsos vt Deos adorare volentem, de vero, & vnico Deo loquentes dixêre, [c] *Et quidem non sine testimonio semetipsum reliquit benefaciens de cælo, dans pluuias, & tempora fructifera, implens cibo, & lætitiâ corda vestra:* in vnius exhibitionis pluuiæ munere & cætera vniuersa præstans, temporum (vt aiebat Chrysostomus) varietatem, quâ & redduntur fructifera, cibosque tam hominibus, quàm brutis animantibus, & voluptates corda lætificantes.

Petr. à Figueira.

Andr. Capp.

Pluuiarum immissio est primum, ac præcipuũ inter naturalia munera beneficentiæ Dei.

Ioan. Chrys.

c Act. 14. 16.

2 Optimè autem Propheta noster ex hoc primo benefi

Deitatē vni Deo competere exinde patet quòd falſi dij non poſſint pluere.

beneficentiæ munere Deum laudās primùm hoc modo loquitur, (*Numquid ſunt in ſculptilibus Gentium qui pluant?*) peracutè conteſtans, deitatem, quæque deitatis ſunt, maieſtatem, potentiam, ſapientiam, ac beneficentiā illi ſoli meritò tribuendam; quandoquidem vel ex hoc manifeſtè id pateat teſtimonio, quòd nullum reperire ſit idolorum, quibus falsò Gentes diuinum exhibent cultum, cuius potentia, & beneficentia pluuia mundo donetur. Habetque vim magnam quòd hoc non ſimplici ait oratione. Sed quadam quaſi contentione ad Gentium ſtultitiam, dubitatiuam, atque interrogatiuam ſermoni ſuo præponens particulam, (*Numquid*) contemptum ſimul addens Deorum Gentium earumdem, Deos enim illos appellat ſed ſculptiles, ac ſi in deriſum alicuius Regis diceremus Italicè, *Re di pelle, ò, di ſtraui*. Quòd illos nuncupet deos in noſtra Vulgata patet, dum relatiuū in genere ponit maſculino, ſubintelligens certè Dei nomen. Ac ſi dicat, Numquid ſunt in ſculptilibus Gentium dij aliqui qui pluant? nam alioquin dicendum fuiſſet, *Quæ*, ſcil. ſculptilia pluant. Sed hac nimiâ forſitan ſubtilitate dimiſsâ; adiectus præterea eius deorum eorum contemptus Hebraica patet ex voce, quâ idola, & ſculptilia nominauit הבלים *habalim* (*vanitates*) Quo ſenſu nedum recentiores interpretes ... hæc legunt. (*Numquid ſunt in vanitatibus Gentium pluere facientes.*) Sed & antiquior Aquila Græcè pariter ſic eadem reddidit μὴ ἔςιν ἐν ταῖς ματαίοις τῶν ἐθνῶν ὑετίζων. (*Numquid eſt in vanitatibus Gentium pluens?*)

Idolorum contemptus.

3 *Iſid. Clar. Ex Aſtrorum conſtellationibus dignoſci poſſe pleroſque effectus in ſublunaribus neceſſarios.*

(*Aut cæli poſſint dare imbres?*) Hunc locum ait Iſidorus Clarius eſſe contra Aſtrologos, qui omnem imbrium, ac tempeſtatum cauſam ad cæli referunt conſtellationes. Cæterùm cum hac in re nec iuxta philoſophiam naturalem, nec iuxta Scholaſticam Theologiam reprehendātur iidem Aſtrologi, ſi hæc, & ſimilia quæ ex neceſſitate in ſublunaribus fiunt ita à cæli conſtellationibus cauſari aſſerant, ſicut & reliqua naturalia à naturalibus fiunt cauſis, non excluſâ vnquam cauſâ primariâ, quæ Deus eſt, quam communiter loquendo fideles non excludunt aſtrorum ob ſimiles euentus dignoſcendos inſpectores: Aptiùs dixerim, Prophetam ad præcedentiā hæc addere contra eos qui ex prædictis effectis diuinitatem cælo, aſtriſque, & ſtellis, tribuebant, nullâ veri Dei, eorumque primariæ cauſæ habitâ ratione. A quo errore Iudæos auertere ſtuduit ſupra cùm in cap. 10. diceret,[a] *Iuxta vias Gentium nolite diſcere, & à ſignis cæli nolite metuere, quæ timent Gentes.* Quin potiùs per hoc id quod mox cæperat perficit, vt ex imbrium exhibitione per cæli conſtellationes eiuſdem Dei conteſtatam faciat diuinitatem, eius ſimul, & potentiam extollens, & beneficentiam ſingularem: vt pote qui vt in præcitato cap. 10. dicebatur,[b] *Ad vocem, & imperium ſuum dat multitudinem aquarum in cælo, & eleuat nebulas ab extremitatibus terræ.* A quo & eæ ipſæ ſunt cæli conſtellationes, quæ nimboſæ, & pluuiales ab effectu nuncupantur: vt in libro Iob hiſce aſſeritur verbis.[c] *Qui facit Arcturū, & Oriona, & Hyadas:* ſimilibuſque apud Amos,[d] *Qui facit Arcturum, & Orionem, & conuertentem in mane tenebras, & diem in noctem mutantem, qui vocat aquas maris, & effundit eas ſuper faciem terræ, Dominus nomen eius.* Quibus ſimilia & hæc ſunt quæ præ manibus habemus, iuxta verſionem Sept. codicis Vaticani, aliorumque correctiorum ſic legentiū καὶ εἰ ὁ οὐρανὸς δώσει πλησμονὴν αὐτοῦ, οὐχὶ σὺ αὐτὸς. (*Et ſi cælum dabit ſaturitatem ſuam, nonne tu es ipſe?*) Quæ duplicem ſenſum habere poſſunt, vel vt ſatietate paſſiuè vſurpatâ ſignificetur, Si cælum eleuatis ex mare, terráque vaporibus plenus ac ſaturatus ſatietatem ipſam ſuam pluuiæ ex iiſdem vaporibus in hæc inferiora demiſerit, Nonne tu ipſe es, qui hoc ei dediſti vt faceret? Vel eamdem ſaturitatis vocem actiuè ſumendo iſte ſit ſenſus. Si cælum pluuiis vſque ad ſatietatem terram perfuderit, Nonne illud id à te habet? Alij tamen Codices, vt Complutenſis Regius, &c. ad hæc addunt. (*Dominus Deus noſter?*) Noſtra certè Vulgata ad ſequentia hæc refert.

a Iere. 10. 2. Aſtrorum conſtellationes ſunt à Deo.

b Ier. 10. 13.

c Iob. 9. 9.

d Amos. 5. 8.

4 *Verbis vim quodammodo Deo inferentibus vtitur Ieremias in ſua ad illum oratione.*

(*Nonne tu es Dominus Deus noſter, quem expectauimus?*) Quam diuinitatem, diuinamque potentiam, & beneficentiam ex pluuiæ largitione mox celebrauit, apertiùs in his eidem Deo naturaliter ineſſe profitetur, neque verò genericè eum Dominum Deum, ſed ſpecialiter, (*Tu es*, inquit, *Dominus Deus noſter:*) piaque id ei ait quaſi contentione quadam, pro viribus illum quodammodo conuincere ſatageris, vt qui eum tueri teneatur, eidemque opem ferre populo, cuius eſt ſpeciali ratione, & Dominus, & Deus: Deus, per immenſa quæ illi contulit beneficia: Dominus, per timorem eum quem illi & minis incutit, & flagellis. Additque & validiſſimam rationem ex eo quòd idem populus in ipſum vnum ſuam omnem conjectam ſemper habuit ſpem, & expectationem in tribulatione qualibet. Quibus optimè cōgruunt, quæ ſequuntur. (*Tu enim feciſti omnia hæc,*) ſi per ea calamitates deſignatas ſumamus, & flagella, à quibus populum tunc ſupplicabat erui. Originalia Hebr. & Græca Sept. ita hæc legunt. (*Et expectauimus te (Domine) quia tu feciſti hæc omnia,*) Quod & abſolutè referri poteſt ad omnia hæc, quæ ſunt in mundo, & ad effectus omnes, ac ſi dicatur. In te ſperauimus, qui auctor es iſtorum omniū quæ videntur, quæque eueniunt, præſertim nobis bona, & mala. Ad imbres, atque ad ſiccitatem potiſſimùm iſta referunt aliqui, vt ſenſus ſit: Tu es dator imbrium, tu ablator, tu pluuiam abſtuliſti, & immittere potes, cùm libuerit: Tu percuſſiſti, & ſanare potes: tu affligis, & liberas, ne ergo punias nos tam acriter.

Deus auctor tribulationū noſtrarum.

Deus auctor omnium.

VVLGATÆ.

Verſ. 22.] Nūquid ſunt in ſculptilibus, &c.

SEPTVAGINTA.

22. Μὴ ἔςιν ἐν εἰδώλοις τῶν ἐθνῶν ὑετίζων; καὶ εἰ ὁ οὐρανὸς δώσει πλησμονὴν αὐτοῦ, οὐχὶ σὺ αὐτὸς; καὶ ὑπομενοῦμέν σε κύριε. ὅτι σὺ ἐποίησας πάντα ταῦτα.

Verſ. 22.] Numquid eſt in idolis gentium, qui pluat? Quòd ſi cælum dabit ſatietatem ſuam; nonne tu es ipſe? Et ſuſtinebimus te Domine: quia tu feciſti omnia hæc.

APPENDIX EXPOSITIONVM EX Antiquis Patribus collecta.

Paraphrasis Chaldaica. *Ecce non eſt vtilitas in diis populorum ad deducendam pluuiam; nec cæli dabunt rores, niſi iuxta verbum tuum. Nonne tu es Domine Deus noſter? Et expectauimus coram te, quia tu feciſti hæc omnia.*

Verſ. 22. (*Numquid ſunt in ſculptilibus, &c.*)

Hieron.

Hieronymus. *Post multos, variosque sermones redit ad titulum prophetiæ, in quo scriptum est, (Quod factum est verbum Domini ad Ieremiam de sermonibus siccitatis.) Ergo quod dicit, hoc est: quia dæmonum simulacra non possunt pluere, nec cæli per se dare imbrem suum: Ideo tu Domine Deus noster, quem semper expectauimus, in quem spes nostras conuertimus, & vota, tu da pluuiam. Tua enim sunt omnia, & quicquid boni est, sine te, cuius est, dari non potest. Dicamus hoc & contra hæreticos, qui pluuiam doctrinarum tribuere non possunt. Et cùm se cælos esse promittant, & de se scriptum glorientur: Cæli enarrant gloriam Dei: tamen imbres non possunt dare doctrinæ. Solus est enim Deus qui suum instruat populum, & diuersitatem gratiæ tribuat expectantibus se.*

Hæretici non possunt dare imbres cælestis doctrinæ, qua à solo Deo est. a Psal. 18. 1.

Cyrillus.

Cyrillus Alexand. Comment. in initium capitis noni Oseæ. *Ad vitam sustentandam requisita à Deo petenda sunt, confitendumque ipsum esse datorem omnis vbertatis nostræ, siue illa ad corpus, siue ad Spiritum pertineat. Nec enim alius præter illum qui pluat, vt scriptum est. Sed nutu eius fruges temporibus suis ruri existunt, & supernâ benedictione replemur, pane sub intelligentia cadente nutriti, & vinum habentes cæleste.*

Theodoritus. *Nullum ait, ab idolis suppetere auxilium: Sed ipsum è superis labentem pluuiam suppeditare: quia creatura non caret gubernatore. Hoc enim dicit, (& cælum dabit plenitudinem suam. Nonne tu ipse Domine, & expectamus te? quia tu fecisti vniuersa hæc.)*

Theodorit. *Pluere est solius Dei, vt causæ primariæ.*

D. Thomas. (*Aut cæli*) *per se quasi causæ primariæ Iob, 33.* [b] *Quis est pluuiæ pater? aut quis genuit stillas roris. (Nonne tu es? fecisti) hæc, pluuias, & omnia huiusmodi. Supra 10.* [c] *Ad vocem suam dat multitudinem aquarum in cælo, & eleuat nebulas ab extremitatibus terræ.*

D. Thom. b Iob. 38. 28. c Iere. 10. 13.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Μὴ ἔστιν ἐν εἰδώλοις τῶν ἐθνῶν ὑετίζων;

Τοῦ χρυσοστόμου.] κἂν γὰρ ἀποῤῥίψῃς, μὴ ἔστι πρὸς ἕτερον καταφυγεῖν φησί· καὶ τοῦτο παρακαλείτω σε. ὅτι σὺ τούτου μόνος κύριος εἶ.

Βίκτωρος.] εἰ πάντας φησὶν εὐεργετεῖς, οὐχὶ μᾶλλον ἐλεήσεις τὸ ἔθνος σου κύριε; ὁ δὲ ἀκύλας ἐξέδωκε. μὴ ἔστιν ἐν τοῖς ματαίοις τῶν ἐθνῶν ὑετίζων; οὔτε γὰρ ἄνθρωπος, οὔτε εἴδωλα, οὐδ' αὐτὴ τῶν στοιχείων ἡ φύσις αὐτεξουσίως ὑετίζει. ματαία μένει ἡ ἐπὶ τούτοις ἐλπίς. [καὶ εἰ ὁ οὐρανὸς δώσει πλησμονὴν αὐτοῦ. οὐχὶ σὺ αὐτός;]

Ὀλυμπιοδώρου.] οὐδὲ αἱ οὐράνιαι φησὶ δυνάμεις δίχα τῆς σῆς ἐπιτροπῆς δύνανται χορηγεῖν ἀγαθά. [καὶ ὑπομένουμεν σε κύριε, ὅτι σὺ ἐποίησας πάντα ταῦτα.]

Τοῦ χρυσοστόμου.] μάλιστα γὰρ ὑμῖν ἐν ταῖς θλίψεσι δεῖ ὥστε μὴ ἀκαρτερήτους εἶναι. [καὶ εἰ ὁ οὐρανὸς δώσει πλησμονὴν αὐτοῦ. οὐχὶ σὺ αὐτός;]

|| Ὀλυμπιοδώρου.] σὺ εἶ φησί, καὶ οὐχ ἕτερός τις ὁ καὶ τὸν αἰσθητὸν ἡμῖν, καὶ τὸν πνευματικὸν χορηγῶν ὑετόν.

Τοῦ χρυσοστόμου.] οἴδαμεν, ὅτι οὔτε στοιχεῖον αὐτὸ παρ' ἑαυτοῦ δύναταί τι. μὴ γὰρ ἔστιν ἑτέρωθι βλέψαι; οὐχὶ σύ. εἶ αὐτὸς κύριος; μὴ γὰρ δὴ μεταβάλλῃ συγχωρῶν τὰ ἁμαρτήματα; ||

Vers. 22. *Numquid est in Idolis Gentium qui pluat? &c.)*

Chrysostomi.] *Quòd si proieceris, numquid est alius, inquit, ad quem possimus confugere? hoc etiā te exoret, Quod solus es tu huius rei Dominus.*

Chrysost. *Deus vnus est, ad quem confugere totò debeamus.*

Victoris.] *Si in omnes ait, beneficia confers, nonne potiùs Domine misereberis gentis tuæ? Aquila verò edidit. Num est in inanibus gentium qui pluat? Neque igitur homo, nec Idola, nec ipsa elementorum natura potestate suâ pluuiam dat. Inanis igitur spes quæ in iis reperiatur. (Quòd si cælum dabit satietatem suam nonne tu es ipse?)*

Vict. Presb. *Prouidentia Dei in suos specialis ei proponitur. Pluuiā exhibens vnus est Deus. Spes in alio quàm in Deū inanis.*

Olympiodori.] *Nec cælestes, inquit, virtutes, nisi te concedente bona largiri possunt. (Et sustinebimus te Domine, quia fecisti omnia hæc.)*

Olypimod. *Cælum vel Angeli nil boni sine Deo exhibere possunt.*

Chrysostomi.] *Hoc enim nobis maximè in tribulationibus opus est, ne sine expectatione simus. Quòd si cælum dabit satietatem, nonne tu ipse es?*

Chrysost. *In tribulationibus maximè necessaria sustinentia.*

|| Olympiodori.] *Tu, inquit, es, & nō alius, qui & corporeum nobis, & spiritualem suppeditas imbrem.*

Olympiod. *Pluuiam & corpoream, & spiritualē ab vno habemus Deo.*

Chrysostomi.] *Elemento ipsi per se scimus nullam inesse vim. Num aliunde petere licet auxilium? Nonne tu es ipse Dominus? An mutaris dum crimina condonas?* ||

Chrysost. *Creatis nulla vis absque Deo, vnde ad ipsū vnum confugiendū.*

CAPVT DECIMVMQVINTVM.

1 Et dixit Dominus ad me: Si steterit Moyses, & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum: eiice illos à facie mea, & egrediantur.

2 Quòd si dixerint ad te: Quò egrediemur? dices ad eos: Hæc dicit Dominus: Qui ad mortem, ad mortem: & qui ad gladium, ad gladiū: & qui ad famē, ad famem: & qui ad captiuitatem, ad captiuitatem.

3 Et visitabo super eos quatuor species, dicit Dominus: Gladium ad occisionem, & canes ad lacerandum, & volatilia cæli, & bestias terræ ad deuorandum, & dissipandum.

4 Et

4 Et dabo eos in feruorem vniuerſis terræ regnis : propter Manaſſem filium Ezechiæ Regis Iuda, ſuper omnibus quæ fecit in Ieruſalem.

5 Quis enim miſerebitur Ieruſalem? aut quis contriſtabitur pro te? aut quis ibit ad rogandum pro pace tua?

6 Tu reliquiſti me, dicit Dominus, retrorſum abiiſti:& extendã manum meam ſuper te,& interficiam te:laboraui rogans.

7 Et diſpergam eos, ventilabo in portis terræ : interfeci, & diſperdidi populum meum,& tamen à viis ſuis nõ ſunt reuerſi.

8 Multiplicatæ ſunt mihi Viduæ eius ſuper arenam maris: induxi eis ſuper matrem adoleſcẽtis vaſtatorem meridie: miſi ſuper ciuitates repentè terrorem.

9 Infirmata eſt quæ peperit ſeptem, defecit anima eius; occidit ei ſol cùm adhuc eſſet dies: confuſa eſt, & erubuit: & reſiduos eius in gladium dabo in conſpectu inimicorum eorum, ait Dominus.

10 Væ mihi mater mea: quare genuiſti me virum rixæ, virum diſcordiæ in vniuerſa terra? non fœneraui, nec fœnerauit mihi quiſpiam:omnes maledicunt mihi.

11 Dicit Dominus: Si non reliquiæ tuæ in bonum, ſi non occurri tibi in tempore, afflictionis,& in tempore tribulationis aduersùs inimicum.

12 Numquid fœnerabitur ferrum ferro ab Aquilone,& æs?

13 Diuitias tuas, & theſauros tuos in direptionem dabo gratis in omnibus peccatis tuis.

14 Et adducam inimicos tuos de terra, quam neſcis: quia ignis ſuccenſus eſt in furore meo,ſuper vos ardebit.

15 Tu ſcis Domine, recordare mei, & ſuſcita me, & tuere me ab his qui perſequuntur me, noli in patientia tua ſuſcipere me:ſcito, quoniam ſuſtinui propter te opprobrium.

16 Inuenti ſunt ſermones tui, & comedi eos,& factum eſt mihi verbum tuum in gaudium, & in lætitiam cordis mei: quoniam inuocatum eſt nomen tuum ſuper me, Domine Deus, exercituum.

17 Non ſedi in concilio ludentium, & gloriatus ſum à facie manus tuæ: ſolus ſedebam, quoniam comminatione repleſti me.

18 Quare factus eſt dolor meus perpetuus, & plaga mea deſperabilis renuit curari? facta eſt mihi quaſi mendacium aquarum infidelium.

19 Propter hoc hæc dicit Dominus: Si conuerteris,conuertam te, & ante faciem meam ſtabis: & ſi ſeparaueris precioſum à vili, quaſi os meum eris:conuertentur ipſi ad te,& tu non conuerteris ad eos.

20 Et dabo te populo huic in murum æreum,fortem: & bellabunt aduersùm te, & non præualebunt:quia ego tecum ſum, vt ſaluem te, & eruam te, dicit Dominus.

21 Et liberabo te de manu peſſimorum, & redimam te de manu fortium.

Verſ. 1.]Et dixit Dominus ad me:Si ſteterit Moyſes, & Samuel coram me: non eſt anima mea ad populum iſtum: eiice illos à facie mea,& egrediantur.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

Præexpoſitis [a] toto cordis affectu cùm apud Deum agerem precibus,vt placatum eum redderem: hæc is ad me habuit.

Quid adhuc pro peruerſiſſimo iſto populo multiplicas,Ieremia,coram me preces,pro quibus minimè exaudiaris? Subrepere forſitan tibi poſſet, ſi id diutiùs proſequaris, cogitatio, quâ de me conqueraris, quòd te minoris quàm alios faciam ſanctos: maioremque rationem precum habuerim aliorum vel Sacerdotum, vel Prophetarum, quas exaudierim, quàm tuarum?

Quin & id mihi curæ hac in re eſt,quòd non modicum per hoc tuæ præiudicari videtur exiſtimationi; quòd cum & Sacerdos ſis,& Propheta,cumque orando ita coram me ſtes, vt & tuam mihi repræſentes ſanctitatem in fide erga me, ac in lenitate erga proximum: charitatemque oſtendas,quâ populum,pro quo deprecaris,ſtabilis inſtar columnæ ſuſtineas: & ipſo orationis te mihi opponas prælio, atque in his omnibus exhibendis perſeueres; nihilominus minimè eorum compos fias, quæ efflagitas. Noueris itaque tu, nouerint & omnes quod tibi nunc dico.Tanta eſt populi huius peruerſitas, vt ſi illi, qui inter eos qui inuocant nomen meum, præcipuum obtinent locum, primus in Sacerdotibus Moyſes, primuſque in Prophetarum ordine Samuel: ſi inquam iſti duo ſanctiſſimi viri, vel ſeiunctim, vel ambo ſimul, vel etiam vnà tecum perſeueranter orantes & mihi adſtiterint, ſuâ me commouere ſatagentes ſanctitate, ſteterintque coram me,vel vt tamquam columnæ ruentem charitate ſuâ fulciant populum, vel vt etiam, quatenus opus fuerit, precum mihi obſiſtant bello. [b] Non dico quòd non ſim eos exauditurus, qui maximi certè feci ſemper, & facio iſtiuſmodi viros, ſimiliumque orationes; Sed fauore ſanè meo ad eum populum deſcendere ipſe non poſſem; nec mea ad illum penetrabunt beneuolentiæ dona, propterea quòd nubem opponant, & murum impietatis ſuæ, vt tranſire mea non queant gratia. Quinimò ita mea ab eis aliena eſt voluntas,vt abominationi & mea ſint animæ non minùs quàm abominationi id illi eſt, cuius anima, viſque appetitiua nauſeam vel eius patitur conſpectu: neque enim iam ferre poſſum, vt populus iſte (mihi repræſentetur, vel quidpiam mihi proponatur ipſius: tantùm abeſt vt priſtino eximiæ prouidentiæ ſtudio, & ſpeciali animi mei intentionem ſim in illum propenſus. [c] Itaque iam nedum mando tibi, vt certum illis denuncies exilium, quò in captiuitatem abducti eiicientur à facie mea: Sed & vt incorrigibiles, ſine vt illos eiiciam, dum ante faciem meam tu mihi in tuis eos proponis precibus: Eiice tu met illos à vultus mei lumine, à tali

a Et dixit Dominus ad me: Si ſteterit Moyſes & Samuel corã me.

b Non eſt anima (ſeu, voluntas) mea ad populum iſtum (ſeu, ad eos, aut cum eis.)

c Eiice illos à facie mea, & egrediantur.

4 *tali tuo desistens orandi pro eis studio; destitue & tu quos à me destitutos intelligis: sine vt aberrent impœnitentes, dimittens ipsos, vt quasi manu propria iniquitatis propulsi egrediantur à via, quæ meo inest conspectui, ruantque à luce absconsi præcipites in mortem.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA sensvm Literæ.

1 *Iudaici populi tanta peruersitas, vt orationes pro illo effusæ vel à sanctissimis quibuscunque exaudiendæ non essent à Deo.*

ET *dixit Dominus ad me*, &c. Copulatiua particula, *Et*, à qua initium sumit hoc caput, sat indicat, ita & ea quæ in ipso habentur cum superioribus iungenda, vt tam illa, quàm ista ad vnum spectent vaticinium: & quod in primo isto vers. à Domino sibi dictum asserit Propheta, cum iis quæ immediatè præcesserunt esse connectendum. Cùm enim qui Iudaici populi fratrumque suorum amantissimus erat Ieremias continere se non posset quin pro eodem oraret populo, tametsi sæpius à Deo audisset id ne faceret, quia exaudiendus minimè esset. Auditâ quam mox sibi is prompserat istiusmodi oratione Deus, qui maximam honoris eius habere consueuit rationem, ne vel tantillum in eo læderetur, quòd nec in tanta humilium precum perseuerantia exaudiretur, tam magnam eidemmet ait esse illius, pro quo deprecabatur, populi peruersitatem, vt vel si sanctissimorum quorumcumque etiam adiungerentur validissimæ alioquin preces, pro illo tamen effusæ, exaudiendæ eæ neutiquam forent. Quo dicto non solùm eius (vt dixi) consulit honori apud alios, sed & mœrori prospicit, qui exinde quòd nullatenus exaudiretur, commoueri intra ipsum potuisset, memoriâ versantem quàm facile alias plerique pro eodem populo peccatis item onusto deprecantes exauditi sæpius fuerint. Idcirco duos eos potissimùm recenset sanctorum illorum, quorum exauditæ sunt preces præexpositæ, qui primum locum in duobus obtinent præcipuis ordinibus, quorum compos erat Ieremias Sacerdotij, ac prophetiæ: nouimus enim de illo dictum fuisse [a] *de Sacerdotibus qui erant in Anathoth*, eidemque à Domino denunciatum, [b] *Prophetam in Gentibus dedi te.*

Moysis & Samuelis meminit hoc loco Deus vt duorum primorũ in duobus ordinibus Ieremiæ.
a Iere. 1. 1.
b & 5.

2 *Moyses primũ locũ obtinens inter legales Sacerdotes.*

Et quidem quòd Moyses primus extiterit Iudaici populi Sacerdos, constans exinde est tum apud Sanctos Patres, tum apud plerosque Hebræorum doctorum, quòd primum legalem summum Pontificem Aaron consecrauit. Ita Hieronymus lib. 1. contra Iouinianum, & citatur d. 36. *cap. Si quis vult.* Ambrosius epist. 82. Augustinus lib. Quæstion. in Leuit. quæst. 23. Sanctissimique Pontifices Anacletus epist. 3. cap. 3. qui & refertur dist. 22. cap. *Sacrosancta.* §. *Inter beatos.* Melchiades d. 88. cap. *decreuit:* Leo epist. 88. demumque Magister Sententiarum lib. 4. dist. 19. Adeóque rectè & Dionys. lib. Ecclesi. hierarch. cap. 5. & Gregorius Nazianz. Orat. 6. coram Greg. Nysseno, Principem, & Sacerdotem Sacerdotum eumdem appellant. Porrò quòd non minus rectè vnà cum Moyse vt primo in Sacerdotali ordine Samuelem Deus nominarit, vt primum pariter in ordine prophetali, ex eo colligere est, quòd in Actibus Apostolorum à B. Petro Apostolo dictũ reperimus, [c] *Et omnes Prophetæ à Samuel, & deinceps, qui locuti sunt annunciauerunt dies istos.* Quãuis enim nemini venire debeat in dubiũ, plures ante ipsum Samuelem extitisse, qui & rebus gestis, & verbis de Christo prophetauerũt; certumque sit,

Hieronym.
Ambros.
August.
Anacletus.
Melchiades.
Leo PP.
Magister.
Dion. Areop.
Greg. Naz.
Moyses Princeps, & Sacerdos Sacerdotum.
Samueli tributus primus locus in ordine prophetali. Et quâ ratione id rectè factum censendum sit.
c Act. 3. 24.

A & Patriarchæ Abrahæ, & Moysi viro sanctissimo indictum Prophetæ nomen, Huic in libro Deut. vbi dicitur. [d] *Et nõ surrexit vltra Propheta in Israel sicut Moyses, quem nosset Dominus facie ad faciem.* Illi verò in libro Genesis, vbi Deus Regi Abimelech de eodem, Abraham loquens dixit, [e] *Nunc ergo redde viro suo vxorem, quia Propheta est, & orabit pro te, & viues.* Quin & in lib. Iudicum legimus in cap. 4. [f] *Erat autem Debbora Prophetissa*, & c. 6. 8 *Qui* scil. Deus *misit ad eos virum Prophetam, & locutus est.* Illud nihilominus vniuersis est exploratum, cunctos Prophetas, quorum canonicæ in B propriis eorum libris scriptæ extant prophetiæ, post Samuelem extitisse, tam qui Maiores, quàm qui Minores nuncupantur. Adde quòd idem prophetalis ordo, vt distinctus à sanctis Patriarchali, & Sacerdotali ordinibus non immeritò à Samuele initium sumpsisse asseritur, sub quo cœperunt esse in Iudaico populo Reges; quorum tempore is magis viguit ordo, quando & multi fuêre Prophetæ clariùs, ac distinctiùs de Christo, ac de Ecclesia locuti Regibus ipsis, totique populo, vt Dei nuncij futura prænunciãtes, & monita dantes salutis. Vnde rectè in primo lib. Re- C gum dicitur. [h] *Puer autem Samuel ministrabat Domino coram Heli, & sermo Domini*, id est Prophetiâ *erat preciosus*, id est rarus *in diebus illis, & non erat visio manifesta:* Ad finemque eiusdem capitis additur. [i] *Et cognouit vniuersus Israel à Dan vsque Bersabee quòd fidelis Samuel Propheta esset Domini. Et addidit Dominus, vt appareret in Silo, quoniam reuelatus fuerat Dominus Samueli in Silo, iuxta verbum Domini.* Quæ postrema verba si cum iis conferas, quibus mox dicebatur, *Et sermo Domini erat preciosus in diebus illis: & non erat visio manifesta*, id confirmatum sanè intelliges, quod asserebatur, D meritò Samueli primum in ordine prophetali tributum esse locum. Quapropter, si liceat mihi, sicut & aliis in re dubia quid probabilius censeam asserere, hanc præexpositam literæ magis, consonam, magisque veram arbitror rationem, cur istorum duorum dumtaxat Deus Ieremiam alloquens commemorationem fecerit Sanctorum, Moysis, ac Samuelis; præsertim cùm eidem Ieremiæ de eo anxio quòd non exaudiretur, in mentem obuenire posse intelligeretur, quod in Psalmo caneret frequenter. [k] *Moyses, & Aaron in Sacerdotibus eius, & Samuel inter eos qui inuocant* E *nomen eius. Inuocabant Dominum, & ipse exaudiebat eos.*

d Deut. 34.
e Gen. 20. 7.
f Iudic. 4. 4.
g Iudic. 6. 8.
Prophetarum ordo Regum tẽpore magis cœpit vigere
h 1. Reg. 3. 1.
i 1. Reg. 3. 20.
k Psal. 98. 6.

3 *Standi verbum, & stare corã Deo sanctos designat illos Deum orare eidem assistentes, ac propriã suam repræsentantes sanctitatem.*

Habet autem magnam vim & ad exaggerandam peruersitatem eam, quæ tunc in Iudaico populo vigebat, & ad ipsum Ieremiam consolandum, quòd pro illo orans non exaudiretur: necnon & ad eidem persuadendum, vt non oraret pro populo illo in bonum, quòd non simpliciter ei dictum hîc est, (*Si inuocauerint me Moyses, & Samuel,*) Sed, (*Si steterint coram me Moyses, & Samuel.*) Verbum enim standi, & standi coram Deo vnà cum oratione quatuor designat, quibus F oratio ipsa viribus alioquin augetur maximis, primò, simplicem assistentiam, quâ duo isti sanctissimi viri vt Deo maximè dilecti in vicem peruersitatis populi, suam eidem Deo proponerent sanctitatem, quâ visâ is contra illos placaretur. Quâ arte ipsummet Moysem vsum nouimus, cùm eidem Deo acerbissimè in eum ipsum populum ob vituli idololatriam indignato maximè insignes sanctitate tres repræsentauit Patriarchas, gratissimaque eorum illi proposuit obsequia, cùm diceret, [l] *Recordare Abraham, Isaac,*

l Exo. 32. 13.

Isaac, & Iacob seruorum tuorum. Quàm grata autem istorum duorum sanctorum, Moysis, ac Samuelis esse deberet Deo prædicta assistentia, exinde colligere est, quòd vtrumque ipsorum illi maximè dilectum legimus, de Moyse in libro Exodi, [a] *Loquebatur autem Dominus ad Moysem facie ad faciem, sicut solet loqui homo ad amicũ suum.* Ac sicut de eodem Moyse in libro Ecclesiastici, dicitur, [b] *Dilectus Deo, & hominibus Moyses: cuius memoria in benedictione est.* Ita & de Samuele pariter eodem in libro asseritur. [c] *Dilectus à Domino Deo suo Samuel Propheta Domini.* Et meritò idipsum de vtroque, quia par & in vtroque coram Deo repræsentatio sanctitatis eidem Deo iucundissimæ. Enimuerò si de Moyse legimus, [d] *In fide, & lenitate ipsius sanctum fecit illum*; quòd ob duas potissimùm eius virtutes Deus sibi pergratam esse significauerit sanctitatem illius, ob fidem, seu fidelitatem, cuius peregregium id Deus ipse dedit testimonium. [e] *Moyses in domo mea fidelissimus est*, & ob mansuetudinem, in qua adeo excelluit, vt iure optimo quoad eam cæteris vniuersis Prælatus sit hominibus in lib. Num. his verbis: [f] *Erat Moyses vir mitissimus super omnes homines qui morabantur in terra.* Ex qua mansuetudine factum est, vt nec maximè, ac frequentissimè à Iudæis lacessitus ab eo destiterit, vt pro illis ardentissimas Deo preces offerret: ita vt & populus aliquando statim ac contra ipsum insurrexit, ad illius propterea ausus sit confugere orationem, dicens, [g] *Ora vt tollat à nobis Serpentes*, quibus & illico satisfecit, vnde immediatè ibidem subiicitur, *Orauitque Moyses pro populo.* Et de Samuelis quoque fide, ac fidelitate legimus, [h] *Et in fide sua probatus est Propheta, & cognitus est in verbis suis fidelis, quia vidit Deum lucis.* Lenitatem verò eiusdem illorummet qui in eius iniuriam maximam Regem vt super ipsos constitueret ab ipso efflagitarunt, eximium istud probat testimonium, quo ei dixerunt, [i] *Non es calumniatus nos, neque oppressisti, neque tulisti de manu alicuius quippiam.* Cumque ij ipsi istâ eius confisi lenitate dicerent, [k] *Ora pro seruis tuis ad Dominum Deum tuum*: id retulêre responsi summæ eiusdem lenitatis, [l] *Absit à me hoc peccatum in Dominum, vt cessem orare pro vobis.* Propter quod lenitatis culmen præsertim in eos à quibus læsi essent tam in Samuele, quàm in Moyse elucescens, fat probabiliter plerique expositorum asserùere eorum duorum potissimùm hîc ad Ieremiam factam commemorationem, (*Si steterit coram me Moyses & Samuel,*) prout in nostra Appendice habes ex Gregorio Papa.

Moyses, & Samuel eodẽ insigniti nomine dilecti Dei.
a Exod. 33. 11.
b Eccl. 45. 1.
c Eccl. 46. 16.
Quomodo par & in Moyse, & in Samuele dicatur fuisse sanctitas.
d Eccl. 45. 4.
Moysis sanctitas eluxit præcipuè in eius fidelitate, ac mansuetudine.
e Num. 12. 7.
f Num. 12. 3.
g Num. 21. 7.
Samuelis sanctitas eluxit præcipuè in eius fidelitate, & mãsuetudine.
h Eccl. 46. 10.
i 1. Reg. 12. 4.
k 1. Reg. 12. 19.
l 1. Reg. 12. 23.

4 Denotat secundò ipsum standi verbum, quo in hac sententia Moysem, & Samuelem coram se orantes Deus proponi, solidissimam illorum erga Iudaicum populum, cuius præcipui fuêre duces, charitatem. Siquidem & verbum stare ad columnas refertur stabiles, quod magis Hebraico congruit verbo עמד *ngamad*, à quo columnæ nomen עמוד *ngamud*, sicut & à Græco verbo ςῆναι nomen est ςήλη, quod item columnam significat, quia columnæ ita firmiter stant, vt simul quoque superimpositum sustentẽt ædificij onus: & duces ac principes populorum stare, ac sustentare instar columnarum dici videntur in libro Iob, vbi Eliu de principum tyrannorum diuina agens concussione, aliorumque principum in illorum locum substitutione. [m] *Conteret*, inquit, *multos innumerabiles: & stare faciet alios pro eis*, id est, Alias eriget columnas, quæ loco priorum sustineant regni pondus. Quo sensu Paulus [n] & Ecclesiæ principes tres præcipuos Apostolos Petrum, Iacobum, & Ioannem columnas nuncupauit. Et de Ecclesiæ item rectoribus Primasius in Apocalypsim id accipit, quod ibi asserit Dominus, [o] *Qui vicerit faciam illum columnam in templo Dei mei*, quòd sicut columnæ in ædificiis & sustentationi inseruiunt, & decori: Ita & Ecclesiæ rectores & munere eminent dignitatis, & alios officio fulciunt charitatis. Et quidem quantâ Moyses populum, cuius dux erat, prosequeretur charitate in eo fulciendo, vel illa eius manifestant verba, quibus ad Dominum dixit: [p] *Obsecro, peccauit populus iste peccatum maximum, feceruntque sibi Deos aureos: aut dimitte eis hanc noxam, aut si non facis, dele me de libro tuo quem scripsisti.* Charitatem quoque maximam Prophetæ Samuelis & in deducendo, regendo, ac sustentando eumdem populum, exinde est manifeste colligere, quòd is ipse etiam post constitutum Regem, quem cum peccato efflagitarant, flagrantissima verba ea protulit, [q] *Absit à me hoc peccatum in Dominum, vt cessem orare pro vobis, & docebo vos viam bonam & rectam.*

Standi verbum refertur aliquando ad columnas.
Colũnarum metaphorâ, & nomine designati Principes ac Rectores Ecclesiæ.
m Iob. 34. 24.
n Gal. 2. 9.
Moyses, & Samuel orantes pro subiecto eis populo vt columnæ steterunt coram Domino, populũ ipsum suâ sustentare nitentes charitate.
Primasius.
o Apoc. 30. 12.
p Exod. 32. 31.
q 1. Reg. 12. 23.

5 Tertiò per idem standi verbum designatur & spiritale quoddam prælij genus per ipsam orationem, qua viri sancti Deo sese opponere consueuerunt veluti in murum validissimum, ne illius ira in eos irrumpat, pro quibus ipsi preces effundunt: Quam significationem meliùs exprimit Hebraica lectio iuxta versionẽ Regiæ, (*Si steterint Moyses, & Samuel ad facies meas.*) Et admodum aptè, quia hoc erat præcipuum sanctorum Prophetarum munus, vt hac ratione starent pro Iudaico orantes populo, prout apertè exinde colligitur, quid contra Pseudoprophetas apud Ezechielem ait Dominus, [r] (*Non ascendistis ex aduerso, neque opposuistis murum pro domo Israel, vt staretis in prælio in die Domini.*) *Vt pro populo precibus dimicent, & resistant obsecrationibus sententiæ Dei*, vt bene exponit Hieronymus. Cùm e contra de sancto Moyse in Psalmo 105. legamus. [f] *Et dixit sc. Deus, vt disperderet eos: Si non Moyses electus eius stetisset in confractione in conspectu eius, vt auerteret iram eius.* *Metaphora bellica*, inquit Genebrardus, *Nisi in ipsa muri perruptione orando se ei fortiter opposuisset.* Quod clare expressit Chaldæus legens, *Nisi Moyses electus eius surrexisset, ac institisset orare in conspectu eius*, quando nimirum oratione ipsâ suâ ita irruentem in idololatram populum Deum ipsum detinuit, vt is in suo impeditus impetu oppugnanti dixerit, [t] *Dimitte me, & delebo populum istum.* Samuel quoque ita in oratione ad dimicandum stetit, vt precibus sacrificio adiunctis insurgentes populi sui hostes deuictos reddiderit, sic in lib. Ecclesiastici de eo dicitur: [u] *Et inuocauit Dominum omnipotentem in oppugnando hostes circumstantes vndique in oblatione agni inuiolati.*

Standi verbo designatus prælij actus in oratione.
Prophetarum munus erat, vt oratione suâ præliarentur cum Deo.
r Ezech. 13. 5.
Hieronym.
f Psal. 105. 23.
t Exod. 32. 10.
u Eccl. 46. 12.

6 Quartò demum per idem standi verbum hoc loco (*Si steterit Moyses & Samuel:*) magna eorumdem sanctorum designatur perseuerantia & in oratione, & in præpositis tribus actibus, exhibitionis coram Deo propriæ sanctitatis, necnon & charitatis, quâ instar columnarum pondus sustinere non cessant Iudaici populi, cuius duces extitêre, cùm viuerent: & prælij in oratione ipsa sua. Quid verò est quod istiusmodi non possit perseuerantia? Expendimus certè aliàs quod in eius virium explicationem parabolicè de petente ab amico tres panes dixit in Euangelio Dominus: [x] *Et si ille perseuerauerit pulsans: dico vobis & si non dabit illi surgens eò quòd amicus eius sit: propter*

Standi verbo designata perseuerantia in oratione.
Perseuerãtia in oratione quàm sit valida.
x Luc. 11. 9.

improbitatem tamen surget, & dabit illi quotquot habet necessarios: Et ego dico vobis: Petite & dabitur vobis, &c. quasi ex allata parabola inferri velit, quòd si aliquando sancti cuiuspiam efficax per se non sit oratio cum exhibitione præexpositorum trium actuum, qui sub amicitiæ nomine designati sunt, per assiduam tamen perseuerantiam fit plerumque eadem efficacissima. Quamquam cùm imperscrutabilia sint Dei iudicia, & inuestigabiles sint eius viæ, & in hoc quoque vt ad orantes præsertim pro aliis sanctos accurrat, vel non accurrat eorumque preces exaudiat, vel non exaudiat, non est mirum si & sanctissimus Iob, cùm nõ exaudiretur in ea prorupit verba:[a] *Clamo ad te, & non exaudis me: sto, & non respicis me:* Quæ ita exponit Phil. in suis Comment. qui habentur inter opera Hieronymi, *In clamore intensio est orantis: in stando verò perseuerantia, & indeclinabilis fiducia iustitiarum suarum.* Et si hoc loco liberè Deus ipse ad Ieremiam contestetur, se non exauditurum orantem pro Iudaico populo, vel si in istiusmodi eius orandi studio comites haberet peritissimos in eodem Moysem, & Samuelem.

a Iob. 30. 20. Philippus.

7 Porrò sicut hos duos (vt diximus) potissimùm nominauit, alterum primum in Sacerdotibus, alterum primum item Prophetarum, quia id in assignandis Ieremiæ comitibus spectandum fuerat, vt ex ipsa talium comitum nominatione, tam eidem Ieremiæ, quàm aliis quibus hæc referenda erant, fieret perspicuum, neque Sacerdotium, neque Propheticam dignitatem, ac sanctitatem prædictæ illius orationi quidpiam adiectura virium. Ita ad tam insignium sanctorum eximiam orandi pro eo populo rationem explicandam standi vsus est verbo, (*Si steterit Moyses & Samuel in conspectu meo:*) vt nossemus & Ieremiæ pariter orandi studium, vnà cùm ipsa sua oratione adiuncta quatuor illa coram Deo exhibuisse, quæ eo verbo significata iam vidimus: Quis enim exhibitam in oratione neget sanctitatem ab eo qui vel ab vtero[b] matris sanctus extitit? Quis fidem suam illum dubitet orantem Deo obiecisse spectandam, qui ad Deum ipsum apertè dixit,[c] *Domine oculi tui respiciunt fidem?* Quis & propositam ab eodem summam suam ambigat lenitatem, & mansuetudinem, quem cùm oraret, dixisse supra vidimus:[d] *Tu autem Domine demonstrasti mihi, & cognoui, tunc ostendisti mihi studia eorum. Et ego quasi agnus mansuetus qui portatur ad victimam?* De exhibita sui charitate, quâ instar columnæ vniuersa sustinuit quæ & in Deum, & in se populus admittebat delicta, totumque eiusdemque delinquentis populi ne omnino laberetur, fulsit pondus, & ex eo patet quod ab Onia dictum legimus in 2. Machab.[e] *Hic est fratrum amator populi Israel, hic est qui multùm orat pro populo, & vniuersa sancta ciuitate Ieremias Propheta Dei.* Et nouimus à Domino illi dictum,[f] *Dedute in columnam ferream.* Præliantem item cum Deo quum pro ipso populo oraret, ex eiusdem Dei habemus,[g] *Tu ergo noli orare pro populo hoc, nec assumas pro eis laudem, & orationem, & non obsistas mihi.* Perseuerantiam denique eius in suo isto orandi studio, & ipsemet à se exhibitam patefacit, cùm ad Deum quem deprecabatur, diceret.[h] *Recordare quòd steterim in conspectu tuo, vt loquerer pro eis bonum,* & toties repetita ea Dei iussio, *Noli orare pro populo hoc,* semperque in toto hoc vaticiniorum libro ipsius expositæ nihilominus pro illo populo preces manifestum id faciunt.

b Ierem. 1. 5. c Ierem. 5. 3. *Ieremia oratio quæ & qualia habuerit adiuncta.* d Iere. 11. 18. e 2. Mach. 15. 14. f Iere. 1. 18. g Iere. 7. 16. h Ierem. 18. 20.

Isidor. Clar. Isidorus Clarius in suis Annot. super hoc caput notat, inter sanctos præcipuos tunc temporis duos istos extitisse, Moysem, de quo dicitur,[i] *Non surrexit Propheta in Israel sicut Moyses:* post quem Samuel secundus est, inquit, opinione omnium, de quo asseritur,[k] *non cecidisse vnum verborum eius super terram.* Quibus si tertium addas Ieremiam inter reliquos omnes singulari sanctificationis in vtero maximè insignem priuilegio, summa cum efficacia, eximióque artificio in hac sententia Deus exaggerasse dicendus est pessimi populi peruersitatem, vtpote cui nil profuturam, inquiat orationem vel trium istorum. Quoad lectionum varietatem præter lectionem ex Hebr. supra allatam ex Regia: adde & hanc Pagnini, (*Si starent Moyses, & Samuel in oratione coram me.*)

i Deut. 34. 10. k 1. Reg. 3. 19.

8 (*Non est anima mea ad populum istum.*) Sept. (*Non est anima mea ad eos,* seu, vt habet Complutensis, *cum eis*) ex Hebr. Pagninus (*Non est voluntas mea.*) Regia, (*Non anima mea ad populum istum.*) Neque enim in textu Hebraico vllum est verbum. Non sine causa factum crediderim, vt non simpliciter præexpositis subiiceret. (*Ne exaudiam eos:*) quomodo in paulò ante citato loco capitis septimi eidem Ieremiæ dictum vidimus, *quia non exaudiam te.* Plura enim hac modica quidem, sed admodum efficaci periphrasi istius non exauditionis Deus voluit designare. Primum, vt debitus sanctis suis orantibus seruaretur honor, pateretque, & se Deum vt amicis sibi maximè honoratis, quadam illos prosequi reuerentiâ, quippe qui, vt dicitur in Psalmo 145.[l] *Voluntatem timentium se faciat, & deprecationem eorum exaudiat;* nil de eorum non exauditione verba faciens, omnem culpam effectus consequentes ipsam eorum precum non examinationem in eum reiicit populum, pro illi deprecati essent. Quo & is pariter refellitur Hæreticorum nostri temporis error, impiè ex hoc loco inferentium, orationes defunctorum sanctorum nihil prodesse viuis, pro quibus eæ ab illis effusæ sint. Contrarium enim potiùs ex hisce arguendum suggeritur; nempe istiusmodi sanctorum mortuorum orationes & fieri coram Deo solere pro viuentibus, & quando viuentes ipsi non posuerint ex semet obicem, illas esse iis maximè proficuas: cæterùm quòd suum aliquando non sortiantur effectum, prout hoc loco euenturum asseritur, id totum culpæ tribuendum viuentium, nubem, ac murum peruersitatis suæ Deo opponentium, vt eius gratiæ transire ad eos nequeant, quas deprecationem sanctorum exaudiens in illos transfunderet.

Sancti orantes pro proximo suo Deus quasi quali prosequi videtur reuerentiâ. 1. Sensus. l Psal. 145. 19. *Contra Hæreticos ex hoc loco inferentes orationes defunctorum sanctorum nil prodesse viuis.*

9 Quod aptissimè per hæc significatur, præsertim si sine verbo, vt haberi diximus in Hebræo, legamus, (*Non anima mea ad populum istum*) vt animæ Dei nomine, vel ipsemet designetur Deus phrasi illâ, quâ, vt aliàs quoque notauimus, anima alicuius pro eodem ipso consueuit adhiberi: vel ipsamet eiusdem significetur anima, animæque affectus humano more loquendo, vt anima pro gratiis, muneribusque diuinis posita sit. Ac si diceretur, Si steterint Moyses, & Samuel orationes pro populo isto summâ animi contentione fundentes coram me: Sanè fauore meo ad eum populum descendere non possem, nec mea ad illum penetraret beneuolentia, vel dona, & gratiæ. Vt hac loquendi formâ & id confirmatum nouerimus, quod mox dicebam, tantum scilicet Deum suis deferre sanctis ipsum deprecantibus, tantasque eorum preces qui amici ipsius sunt, habere vires, vt nedum illis auditis actu tum respondeat, prout contestatus est Isaias Propheta, cùm diceret:[m] *Ad vocem*

Animæ Dei nomine significatus ipsemet Deus, vel eius affectus. *Sanctis orantibus quantum Deus deferat.* m Isai. 30. 19.

vocem clamoris tui statim vt audierit respondebit tibi: verùm & ipsemet illico accurrat, sicut apud eumdem Isaiam is asserit, dicens: [a] *Tunc inuocabis, & Dominus exaudiet: clamabis, & dicet, Ecce adsum:* Et tanto affectu erga illos, pro quibus sanctorum effusæ sunt preces, toto propendeat corde ad eis ignoscendum, & ad eisdem petandas conferendum gratias, vt quasi de portento magno obstupescens, item Isaias quando subitam istam Dei non vidit in populum pro quo orabit, propensionem, exhibitasque ab eo non conspexit eidem populo gratias nomine ipsius populi cum illo querens in ea proruperit verba: [b] *Vbi est zelus tuus, & fortitudo tua, multitudo viscerum tuorum, & miserationum tuarum? Super me continuerunt se.* Quasi diceret expecto vt iuxta morem bonitatis tuæ exoratus vnâ cum effectibus propensionis tuæ, & vnâ cum gratiis à te mihi collaris & viscera, & animam tuam obtineam: at hucusque nihil expertus sum istorum.

a Isai. 58. 9.

Orationibus Sanctorum pro aliis quantum Deus deferat.

b Isai. 63. 15.

10 Sed tametsi sensus iste etiam iuxta literam satis sit consonus prædictæ lectioni Hebraicæ, in qua sine verbo dicitur, (*Non anima mea ad populum istum*,) propriùs tamen, & veriùs iuxta nostram Vulgaræ lectionem, (*Non est anima mea ad populum istum*,) necnon & Originales Hebræam ipsam, & Sept. animæ Dei nomen pro eiusdem Dei voluntate positum sumendum est, prout ex Pagnini vidimus versione: iuxta phrasim illam, quâ placere, seu non placere quid cuipiam dicitur, esse, aut non esse voluntatem eius in illo. Quâ phrasi apud Isaiam Deus contestari volens placere iam sibi Sion, gratamque ac dilectam ei futuram. [c] *Et vocaberis*, inquit, *Voluntas mea* actiuè *in ea*, vt bene exponunt & Hieronymus, & Cyrillus Alexandrinus, ibi in Comment. quia scil. Deus voluntate ipsâ suâ in illa sibi complacebit. Sicut è contra idemmet Deus apud Malachiam infensos sibi esse affirmans prauos Iudæorum Sacerdotes, ait, [d] *Non est mihi voluntas in vobis.* Cuius item phrasis explicationem habes in lib. Prouerb. vbi legis: [e] *Abominabile Deo cor prauum, & voluntas eius in his qui simpliciter*, id est innocenter, & fideliter *ambulant*. Quo loco Salomon, prout sui moris est in parabolicis edicendis sententiis, bimembri in versu antithesim exprimens eiusdem rei, ex adiuncto secundo membro declaratum voluit, idipsû esse, *Abominabile est Domino*, ac *Non esse voluntatem Domini in eo qui corde sit prauo.* Et è vestigio istum talem haud simpliciter tantùm Deo displicere, prout quilibet qui vel leuia admittit peccata, in eo illi displicet quòd delinquit: Sed & eidem esse abominabilem? Quàm verò abominabilis Deo tunc esset pro horrenda peruersitate sua Iudaicus populus, sicut & peccator omnis, qui in peccatis obsirmatus sit, & impœnitens, multò efficaciùs hoc loco nomine exprimitur animæ, quàm voluntatis: quia animæ nomen hîc nedum voluntatis designat affectum, sed & ipsius animæ vim cibos appetentem, aut respuentem cum nausea, quos abominatur; quomodo in libro Iob manifestè id animæ vocabulum adhibitum est, vbi dicitur de impio, [f] *Abominabilis fit ei in vita sua panis, & anima illius cibus ante desiderabilis.* Quo item sensu de eodem Deo abominante Sion in præcedenti cap. 14. dictum vidimus, [g] *Aut in Sion abominata est anima tua?* Vt idipsum hîc per semet Deus confirmet de vniuerso Iudaico populo; tantam nimirum illius esse peruersitatem, vt erga illum ita se quodammodo habeat, atque se habet homo erga illa quæ nauseam eius causant animæ; pari enim ratione sic eum abominari, vt nec illius aliquem ferre queat sibi repræsentari, vel quippiam eorum haud pati possit sine nausea eoram ipso proponi. Vnde eadem seruatâ allusione, prout mox explicabimus, subiicit, *Eiice illos à facie mea.* Aptior autem ista est allusio in hoc quòd non dicitur, (*Non est anima in eis*) seu, vt ex versione Sept. legit Complutensis (*cum eis:*) Sed, (*Non est anima mea ad populum istum*,) id est, Nec ad eos dirigere meos queo oculos. Neque ad populum istum meam conuertam faciem.

1. Sensus.

Anima pro voluntate.

Voluntatem Dei esse, aut non esse in aliquo significat, illum Deo placere, aut displicere.

c Isai. 62. 4.

Hieronymus

Cyrill. Alex.

d Malac. 1. 10.

e Prou. 11. 20.

Voluntatem Dei non esse in aliquo idest, ac illum esse Deo abominabilem.

Peccator quâ sit Deo abominabilis.

Animæ vocabulo significata illius vis, quâ cibi appetuntur, & respuuntur.

f Iob. 33. 20.

g Ierem. 14. 19.

Quamquam & id quoque per hanc locutionis formam subindicare ei voluerit populo, à quo diuinæ eius prouidentiæ, & dilectionis exciderit culmine, dum in tantam prolapsi sunt peruersitatem, miserriméque in eadem perseuerant; animæ vocabulo studio, & intentione animi designato, atque etiam corde dilectione succenso. Quod maximè insigne prouidentiæ culmen aliâ metaphorâ eidem populo apud Zachariam iis contestatus est verbis, [h] *Qui tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei.* Quibus designat, ita animam ipsam suam (vt mox exposui) extitisse ad ipsos, vt præ vehementissima animi sui ad eos intentione nedum oculos à longè in eos habuerit semper coniectos; sed & eosdem oculos suos, ipsorumque pupillam, in qua totum residet visus acumen, eis quodammodo inhærere studuerit, adeo vt tangere quis quempiam eorum nequiret, quin simul & diuinam eius tangeret pupillam, quæ per hyperbolem peregregiè asseruntur.

Iudæi, & impy quique fidelium à quo diuina prouidentia culmine exciderint.

Anima pro studio & intentione animi.

h Zach. 2. 8.

(*Eiice illos à facie mea, & egrediantur.*) Sept. ἐξαπόστειλον (*emitte populum istum, &c.*) Ex Hebræo Regia sic ad verbum, (*Emitte desuper faciebus meis, & egrediantur.*) Vatablus, (*Eiice eos à facie mea, vt egrediantur*,) id est, Vaticinare illis certum, & definitum exilium: iuxta quem sensum communiter hæc exponi comperio. Aliquantò verò diuersimodè, & subtiliùs Petrus à Figueira, *Eiice*, dici inquit, id est permitte vt eiiciam; vt sit quid simile ei quod idem Deus Moysi dixit, [i] *Dimitte me, vt deleam populum istum*: q. d. Noli me ampliùs tuis precibus impedire quo minùs eos puniam: Ioannes Pineda in suis Commentariis super illud Capitis octaui libri Iob. [k] *Et dimisit eos in manu iniquitatis suæ:* hæc habet: *Verbum* שלח *scialah* (quod & hoc quoque loco est in textu Hebraico) *simpliciter mittere, aut eiicere significat: à recto tramite cùm aberrassent, aberrandi copiam pro libidine fecit. Tamen nescio quam vim expultricem quasi à tergo illos impellentem asserere videtur id quod sequitur. In manu iniquitatis suæ:* Iuxta quæ in hunc modum & ista exponi possunt, quæ habemus præ manibus: Sine, vt aberrent à conspectu meo, imò eiice tumet impœnitẽtes, & expelle à facie mea, dimittens eos, vt ipsâ liberi arbitrij sui vi, quasi manu propriæ iniquitatis propulsi egrediantur à luce in tenebras, & vita, quæ meo inest conspectui, in mortem. Quod magis idem explicat auctor præsenti Ieremiæ loco adducto, addens: *Qui dimittitur vagari, & errare extra viam, certè ad certissimum interitum, aut præcipitium damnari videtur; sicut ait ipse qui vera via est, (Eiice illos à facie mea, & egrediantur:) Dices ad eos: Hæc dicit Dominus: Qui ad mortem, ad mortem, &c. Hæc enim sunt, ait, omnes viæ mortis, in quas dimittuntur: vnica enim est via vitæ, à qua recesserunt.*

11 Sensus Cōmunis.

2. Sensus. Petr. à Fig.

Ab oratione pro peccatoribus desistens sanctus sinit vt Deus illos eiiciat.

i Exod. 32. 10.

3. Sensus. Ioan. Pineda

k Iob. 8. 4.

Peccatores dimissi libertati suæ à sanctis, eiici dicuntur à facie Dei.

Magis tamen ad Literam iuxta præexposita, Ieremiæ frequentibus suis in precibus pro Iudaico populo fusis eumdem populum ante conspectum Dei deferenti, quæque ad eum spectarent coram

12 Sensus Auctoris.

Oranti Sancto viro pro impœnitentibus peccatoribus indignatus eiici illos à conspectu suo iubet Deus.

coram Deo proponenti, cùm mox Deus significasset, nec si sanctissimi viri Moyses, & Samuel ipsi adiungerentur, vt simul pro populo tali orarent, quidquam per huiusmodi preces, tametsi alioquin per se efficacissimas efficiendum, vt eum populum horrendâ fœdum peruersitate, quasi magna non abominaretur nauseâ, ita vt eorum ferre non posset repræsentationem. Addit modò Deus ipse admodum consequenter: (*Eiice illos, & egrediantur:*) veluti quadam exacerbatus indignatione, eo sensu, quo Princeps contra aliquos subditorum indignatus causam illorum coram ipso agenti patrono, & frequenti, ac efficaci oratione illis patrocinati, nauseas tandem diceret Italicè, *Leuameli d'auanti, è vadano in mal'hora.* Vt nouerimus, in eo ipso quòd Sanctorum destituimur orationibus, quando peccatis irretiti sumus, & eiici nos à facie Dei, & egredi in perditionis baratrum. Re enim verâ tantundem hoc loco est quod Deus Prophetæ ait. (*Eiice illos,*) ac si dixisset, quod aliàs mitiùs eidem mandauit, *Noli orare pro populo isto*, destitue illos, & precibus hisce tuis, quibus coram me pro illis adhuc orare non cessas.

Quid sit autem eiici à facie Dei, & egredi, & quàm ingens malû hæc duo sint sese inuicê concomitantia ex iis colligere est verbis, quibus impius Cain Domino dixisse legimus; [a] *Ecce eiicis me hodie à facie terræ, & à facie tua abscôdar, & ero vagus, & profugus in terra: omnis igitur qui inuenerit me occidet me.* Eiici à facie Dei, & à facie terræ ad quam facies est Dei, vnû idemque est, derelinqui à Deo. Vnde Ambrosius lib. 2. de Cain & Abel cap. 9. in hunc modum præallata exponit. *Si derelinquas me, hodie à facie tua abscondam me. Nihil enim grauius quàm errantem à Deo deseri, vt se reuocare non possit. Mors peccatoris finem peccandi affert: vita autem diuino gubernaculo destituta præcipitatur, & in grauiora prolabitur, vt si gregem pastor relinquens incursent bestiæ: ita cùm Deus deserit hominem, ingruit Diabolus. Graue est, præsertim insipientibus, non habere rectorem. Serpit malitia, vulnus augetur, vbi medicina defuerit. Abscondit se autem qui velare vult culpam, & tegere peccatum. Qui enim malè agit, odit lucem, & amat tenebras suorum, & latibula delictorum. Meritò ergo se abscondit malè conscius, & ait: Omnis qui inuenerit me occidet.* Hæc Ambrosius. Sanè tunc maximè quem à Deo censeo derelinqui, cùm & sanctorum priuatur orationibus; tunc quippe tantùm abest, vt vel cum ipsis sanctis pro eo deprecantibus coram Deo sistere se queat, suas cum orationibus illorum coniungens preces prout hoc loco Iudæi fecisse videntur, quando vnà cum illis, aut saltem in eorum persona Ieremias ad finem præcedentis capitis dixit, *Quare percussisti nos, ita vt nulla sit sanitas?* &c. vt à facie eiusdem Dei potiùs se abscondentes ne ab illo redarguti puniantur, egressi quaslibet subitè cogantur calamitates. Hocque illud est, quod hoc loco subiicitur. *Quòd si dixerint ad te,* &c.

Vers. 1.] Et dixit Dominus ad me, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

PRIMO quidem aspectu hæc haud quid significare videntur magni. Quid enim magnum, quòd quis ob oculos panem habens triticeum ad exhibitum minimè respiciat hordeaceum? Quid mirum quòd quis nec se conuertat ad argentum, cui ante obtutum propositum sit aurum? Sanè bonum in comparatione melioris rationem habet mali. Moyses, & Samuel duo ex præstantissimis sunt Sanctorum, ita vt optimi non immeritò dici debeant; quapropter Iudaicus populus, etiam si fuisset bonus in eorum certè comparatione malus apparuisset. Id quod & singulis vestrûm euenire haud dubium, quum adhuc imperfecti vnà cum sanctis ante Deum nos esse contigerit, Quòd optimè Beatissimus intelligens Petrus agnito, secum esse Christum ex ingenti captura piscium quæ ad illius mandatum facta fuerat, exclamauit illico, [b] *Exi à me, quia homo peccator sum, Domine.* Hinc & mulier illa vidua in libris Regum ea ad sanctissimum habuisse visa est Eliam. [c] *Quid mihi, & tibi vir Dei? ingressus es ad me, vt rememorarentur iniquitates meæ.* Quid igitur magnum, quòd hic ad Ieremiam ait Deus, stantibus coram se duobus Sanctissimis Moyse, & Samuele, animam suam non esse ad populum, quam certum est ad sanctos esse illos? Quid mirum, si ad eos conuersus sit sanctos, cùm populus ipse malitiam in se haberet, quam diuinus refugit intuitus? Ad quid ergo & vnà cum sanctis quorum opem adsciscimus precum, ante Dei nos exhibemus conspectum?

Cæterum si duplicem expendamus rationem, quâ Sancti coram Deo esse dicuntur, facilè & his omnibus satisfiet difficultatibus; & quàm magnum id sit constabit, quod hoc loco in maximam à Domino asseritur impœnitentium peccatorum peruersitatis amplificationem. Duobus enim modis coram Deo stare queunt sancti, vel vt terminus diuini obtutus, vel vt eiusdem obtutus medium. Sicut chrystallus in speculo obiecta terminus est coniectorum in eam oculorum: eademque in specillis posita inter inspicientis oculos, & rem quæ conspicienda sit, est medium. Et quidem si primo modo considerentur, nil sanè magnum hîc dicitur à Domino, parumque emphasis ista haberet sententia, si hac ratione intelligeretur; Neque enim cuiquam venire potest in dubium, Dei animam in obiectos sibi Sanctos esse, in quos & coniicit obtutum: quia in illis talem sui inspicit similitudinê sibi veluti in speculo repræsentatã, vt & semet, & animam ipsam suam, suamque ad illos esse dicat voluntatem: Et è contra non minùs est certum, & consuetum, quòd si qui haud ita vt sancti illi eximiâ sint puritate insignes, instar speculi nimirum impuri respectu eorum, nec ita ad ipsos anima Dei esse dici potest, sicut ad sanctos illos, tametsi & ipsi coram eodem Deo simul vt terminus sint: Et quòd ad eos nullatenus vel obtutus fauorabilis sit, vel anima item Dei, qui sceleribus denigrati terminum sese diuini eius exhibeant conspectus; dicente Prophetâ, [d] *Oculi Domini super iustos.* Et [e] *Oculi Domini super metuentes eum*, cùm & per Sapientem è vestigio dicatur. [f] *Abominatio Domini est omnis illusor*, omnis nimirum impius qui vel in oratione, vel in alio studio coram Deo se sistit, vt illius visus terminum, quem nihilominus visum illudit tetram illi propriam obiiciens peruersitatem.

Attamen non in hoc sensu hîc loquitur Dominus, sed vt prædicti duo sancti Moyses, & Samuel tamquam medium coram ipso stare contingat, quatenus inter eum se interponant atque eos quos benigno illius intuitu conspiciendos suis satagunt precibus. Hoc namque est, sanctos esse coram Deo vt medium: Sicut manifestè ex eo colligitur, quod in lib. Num. de Sancto Pontifice Aaron dicitur, [g] *Cùm cucurrisset ad mediam multitu*

Margin notes:

Simile.

Orationibus Sanctorum destituti ipsi eiici dicuntur à facie Dei, & egredi in baratrum perditionis.

13 *Eiici à facie Dei est ab illo derelinqui.*

a Gen. 4. 14.

Ambrof.

14 *Sanctorum intercessio pro peccatore non exaudita à Deo arguit peruersitatê maximam in peccatore ipso.*

b Luc. 5. 8.

c 3. Reg. 17. 18.

15 Simile. *Sancti coram Deo sunt & vt terminus, & vt medium illius intuitus.*

Simile.

Sancti quomodo sint coram Deo vt terminus.

d Psal. 33. 16.

e Psal. 32. 18.

f Prou. 3. 32.

16 *Sancti sunt coram Deo vt mediû quando suas pro nobis illi exhibent orationes.*

g Num. 16. 47.

Marginal letters: A, B, C, D, E, F

multitudinem, quam iam vaſtabat incendium, obtulit thymiama, & ſtans inter mortuos, ac viuentes pro populo deprecatus eſt, & plaga ceſſauit. Et hoc pacto quando ſancti alicuius interponimus pro nobis preces, vt medium diuino eum obiicimus aſpectui, coram eodem Deo nobis ſtantibus, vt per ſanctum illum is ſuum ſuper nos illuſtret fauorabile vultus, oculorumque ſuorum lumen. Porrò quemadmodum ſi accidat, vt interpoſitis inter inſpicientis oculos, ac rem quæ ſit conſpicienda ſpecillis rubeis, res ipſa quæ obiecta eſt viſioni nec ex ſpecillorum interpoſitione quidpiam ſpecioſi exhibeat coloris, quia nigra admodum ſit; profectò maxima per ea interpoſita ſpecilla arguitur illius nigredo, ita vt nec ad eam ſuum conuertat obtutum, qui ruboris in ea nouit non viſurum pulchritudinem, & qui atrum deteſtatur colorem. Sic quando Deus ſtantibus coram ipſo ſanctis, & pro peccatore, ſeu pro populo aliquo, vt medium ſuis ſe ei exhibentibus orationibus, dicit, animam ſuam vimque diuini fauorabilis ſui obtutus nec ad peccatorem, nec ad eum eſſe populum: maximam ſanè in iis pro quibus ſancti illi deprecati ſint, arguendam ſignificat peruerſitatem, cui nimirum nil eorum ſanctorum contulerint preces. Vnde id vnuſquiſque noſtrûm ex hoc loco colligere poteſt, quod ſibi proficuum ſit ad mores: vt poſtquam nihil à Deo ſe per adhibitas multas ſanctorum & adhuc viuentium, & regnantium in cælo preces obtinuiſſe aduerterit, de ſua dolere ſatagat peruerſitate, quam exinde arguere poteſt, præſertim cùm nouerit, ſine vllo pœnitentiæ actu ſanctorum ſe commendaſſe orationibus, eoſdemque pro ipſo mediatores coram Deo ſtare curaſſe.

Simile.

Orationes Sanctorũ pro nobis à Deo non exaudita arguunt in nobis peccatorum multiũ eſſe peruerſitatis.

17 *Oratio pro inimicis primum locum obtinet inter ea quæ apud Deum maximarum ſunt virium.*

Sed & ad morale dilectionis inimicorum communiter vſurpari hic ſolet locus in eius præſertim amplificationem Domini in Euangelio ſententiæ, [a] *Diligite inimicos veſtros, benefacite his qui oderunt vos, & orate pro perſequentibus & calumniantibus vos.* Quod enim ibi de oratione pro perſequentibus & calumniantibus, vt vltimo ac perfectiſſimo actu dilectionis inimicorum in Euangelica lege præcipitur: hoc & inter ea, quæ maximarum ſunt apud Deum virium, primum tenere locum ipſemet conteſtari viſus eſt Deus, quatenus ob id præ cæteris ſanctis ſummæ alioquin apud ſe potentiæ, & (vt ita dicam) auctoritatis iſtorum duorum Moyſis, & Samuelis orantium meminit: argumento vtens à maiori ad minus; quod videlicet ſi iſtorum duorum preces ſufficientes ad Deum placandum Iudaico populo non eſſent, multò ad id futuræ eſſent minus efficaces aliorum quotuncumque orationes. Vis autem argumenti in eo ſita eſt, quòd orationes iſtorum duorum eſſent pro iis qui ipſos & perſecuti fuerant, & calumniati cùm vitam hîc agerent vnà cum illorum parentibus. Quod enim Moyſem perſecuti ſint, & calumniati, iuges eius populi in deſerto manifeſtant contra illum murmurationes, & commotiones tales, vt aliquando in ea illum prorumpere coëgerit ad Dominum. [b] *Quid faciam populo huic? adhuc paululùm & lapidabit me.* Quas autem nihilominus pro iiſdem perſequentibus, & calumniantibus ipſum flagrantiſſimâ charitate ſuccenſas is coram eodem Domino fuderit preces, infra in eodem libro Exodi legere eſt, vbi ait, [c] *Aut dimitte eis hanc noxam, aut, ſi non facis, dele me de libro tuo quem ſcripſiſti.* Quòd & Samuel ab iiſdem iniuriam paſſus ſit, exinde communiter probant, quòd illius repulêre, tacitéque & calumniari viſi ſunt regimen, [d] quando Regem, vt eis conſtitueret efflagitarunt ab eo: Quàm ardens verò & poſtea fuerit in deprecando pro illis Deum, iſta eiuſmet patefaciunt verba, [e] *Abſit à me hoc peccatum in Dominum, vt ceſſem orare pro vobis.* Cæterùm quamuis morale iſtud optimum per ſe ſit, & dignum quod & vt ex hoc Ieremiæ loco collectum magni faciamus, quia, vt videre eſt in Appendice, à Sacto Gregorio Papa deriuat. Illud dumtaxat circa illud hoc loco notarim, Si id per hæc Dominus intendiſſet, quod in prælato ſupponitur argumento, aptiùs efficaciuſque vel loco Samuelis ſancti meminiſſet Dauid, vel eumdem duobus adiecisset nominatis, tres recenſendo, ſicut & apud [f] Ezechielem trium aliorum Sanctorum facit mentionem, Noe, Iob, & Danielis. Perſecutiones enim ab inimicis Regem Dauid ſuſtinuiſſe acerrimas, maximaſque calumnias, ſimulque nihilominus illum efficaciſſimas, & inceſſanter pro eiſdem fudiſſe ad Deum preces, ſcriptum habemus in Pſalmo 108. dicente ipſomet, [g] *Pro eo vt me diligerent*, id eſt, cùm me pro innumeris in eos benefactis diligere debuiſſent, è contra potiùs, *detrahebant mihi*: quid verò ipſe: [h] *Ego autem orabam*, ſcilicet pro eis. Clariuſque in Pſalmo 34. *Ego autem cùm mihi moleſti eſſent induebar cilicio, humiliabam in ieiunio animam meam, & oratio mea in ſinum meo conuertetur*, id eſt, Tales pro iis meis perſecutoribus fundebam ad Dominum preces in ieiunio, & ſacco, quò eſſent efficaciores, vt optarim ea mihi à Deo præſtari, quæ illis efflagitabam.

a Matth. 5. 44.

b Exod. 17. 4.

c Exod. 32. 31.

d 1 Reg. 8. 8.

e 1. Reg. 12. 23.

Inter orantes pro inimicis præcipuum locum obtinet Dauid.

f Ezech. 14. 14.

g Pſal. 108. 4.

h Pſal. 34. 13.

18 *Sanctorum tutelarium orationibus ſe cõmendent ciuitates, & regna, ac Religiones, quas & ſibi proficuas per pœnitentiam reddent.*

Biceps ipſe magis ad literam ex his, (*Si ſteterit Moyſes, & Samuel coram me non eſt*, &c.) iſtud deducerem morale magnis ciuitatibus, Prouinciiſque, ac Regnis fidelium ſaluberrimum: quòd in cunctis ſuis neceſſitatibus ſanctos eos, quos habent tutelares, medios ad Deum ſatagant pro ſe adhibere, pro certo habentes, illorum preces iſtiuſmodi primas apud Deum habere, cui & iuge, & flagrantiſſimum eſt exploratum eorumdem in populi ſui prouectum orandi ſtudium: Et quòd nihilominus tam validæ alioquin prædictorũ Sanctorum preces nihil eis ſint profuturæ, ſi ipſi qui talium regnorum ſint homines, in magna viriorum perſiſtãt peruerſitate: adeóque vt tutelarium Sanctorum proficuæ ſint orationes, operæ precium eſſe, vt & pœnitentia, & ceſſatio à peccatis in præexpoſitis ſit ciuitatibus, ac Regnis. Idcirco enim iſtorum duorum, Moyſis, ac Samuelis, hoc loco Dominum meminiſſe, præter rationem allatam in litera crediderim, quia ab iſtis duobus Iudæorum firmatæ fuêre res; Moyſes nimirum legem ex ore Dei illis præſcribente, quâ & in religionis pietate, & in recta politices adminiſtratione, optimóque œconomiæ vſu, quietam, tutamque in terra ſua degere quiuiſſent vitam; & Samuele Regium iis erigente thronum, primumque Regem Saul, tum & in Saul locum ſanctum quoque, ac fortiſſimum conſtituente Regem Dauid, cuius de ſemine vniuerſi poſtmodum fuêre Reges Iuda vſque ad Babylonicam captiuitatem, quando & regnum ipſum in vltimo ceſſauit Rege Sedecia.

19 *Sancti tutelares ſemper ſunt prompti vt orent pro iis, qui ſub ipſorum ſunt tutela, quorũ & ſaluti ſemper in vigilant.*

Benè autem de his duobus ait hîc Dominus, (*Si ſteterit Moyſes, & Samuel coram me, non eſt*, &c.) quum & populi, & regni Iuda denunciat iam imminentem euerſionem: ſed de eorum orationibus ſub conditione loquitur. (*Si ſteterit*, &c.) Vt ſubindicatum intelligeremus, ſanctos noſtros tutelares ſemper quidem pro noſtra inuigilantes eſſe

esse salute, promptosque vt pro nobis deprecentur, & placabilem vt nobis reddant Deum curare. Sicut & Moyses etiam post mortem, totius Iudaici populi omni animi contentione procurare satagebat salutem, qui pro eadem, cùm viueret, nullum, vt dici solet, non mouit lapidem. Et Samuel præcipuá Regum gerebat curam, vel etiam in sinu Abrahæ, cui adhuc viuenti, cùm non cessaret pro Rege Saul, etiam post diuinam illius repulsam, & preces, & lacrymas fundere, opus fuit, vt Deus ipse diceret. [a] *Vsquequò tu lúges Saul, cùm ego proiecerim eum, ne regnet super Israel?* Eosdem tamen sanctos cùm & nos viderint in malo obfirmatos, penitusque alienos à rectis ipsorum institutis, definitumque propterea Dei decretum de nobis per varias calamitates opprimendis, vel etiam perdendis: iam pro nobis minimè stare, neque suis coram Deo tueri nos precibus.

a 3 Reg. 16. 1.

Sancti tutelares pro iis quos pro ipsorum obstinatione à Deo reprobatos, vel firmo decreto castigandos norint, non orant.

Quinimò si charitate impulsi, quæ operit multitudinem peccatorum, id forsitan & audeant, vt vel etiam pro rebellibus stent coram Deo illum deprecantes: fore hîc significat Deus ipse, vt iidem sic stantes coram illo, vt eius, tamquam prompti ministri explicant voluntatem, suas & in id præcipuas conferant partes, vt nostræ cooperentur damnationi, prout fecisse credendum est in Iudaicum populum, eiusque Reges Moysem, & Samuelem: cùm de Moyse Christum Dominum id Iudæis in Euangelio contestatum legamus, [b] *Nolite putare quia ego*, scil. solus, *accusaturus*, id est, damnaturus *sim vos apud Patrem: est qui accusat*, id est condemnat vos *Moyses, in quo speratis.* In quorum confirmationem facit, quod in Apocalypsi, [c] *vidisse* se ait Ioannes *in circuitu sedis Dei sedilia viginti quatuor: & super thronos viginti quatuor seniores sedentes*, sanctos nimirum vniuersos eo numero designatos, quòd alij ex populo essent Iudaico ex duodecim tribubus constante, alij verò ex populo Christiano sub duodecim Apostolorum vexilla militantes, de quibus vniuersis sanctis, & id intelligendum, quod discipulis suis dixit Iesus: [d] *Sedebitis & vos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel.* Vt nouerimus, sanctos ipsos etiam nobis stare, & sedere in cælo, vt explicatum est.

Vide quæ supra in c. 7. vers. 16. nu. 10. & ex Chrysost. n. 6. Appendicis, habita fuêre ad probandum quòd Sanctorum orationibus cooperandum & nobis sit, vt fructû ex illis referamus.

Sancti tutelares cooperantur Deo in damnâdis obstinatis, & perfidis.

b Ioan. 5. 45.
c Apoc. 4. 4.
d Matth. 19. 28.

20

Quamquam istos duos simul perpendentes eorumdem Sanctorum situs, standi, atque sedendi; aliud nouum exinde colligemus morale: quòd enim sedere dicuntur, ipsorum propria significatur gloria, & fœlicitas, iuxta illud Apostoli, [e] *Deus autem qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem suam, quâ dilexit nos, conuiuificauit nos Christo, (cuius gratiâ estis saluati) & conresuscitauit, & consedere fecit in cælestibus in Christo Iesu)* standi autem verbo eorumdem designatur ministerium. Vnde Angelos, de quibus Apostolus ait, [f] *Omnes sunt administratorij spiritus propter eos qui hæreditatem capiunt salutis:* & Propheta, [g] *Qui facit*, ait, *Angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis*, semper legimus coram Deo stantes, aut ministrantes, sic apud Isaiam. [h] *Seraphim stabant super illud*, sic apud Danielem. [i] *Millia millium ministrabant ei, & decies centena millia assistebant illi*, sic in libro Tobiæ, [k] *Ego sum Raphael Angelus vnus ex septem qui adstamus ante Dominum.* Porrò quòd sancti cælesti gloriâ perfruentes stare nihilominus dicuntur coram Domino, vt & nobis ministrent, suas pro nobis ad Deum fundentes preces, imasque nostras spectando miserias, virtutum suarum merita vt scutum Deo nobis indignato obiicientes, vicissim excitare & nos debet, vt pro

Sancti in cælo & sedent in sua gloria, & nihilominus pro nobis intercedendo stant coram Domino.

e Ephes. 2. 4.
f Heb. 1. 14.
g Psal. 103. 4.
h Isai. 6. 2.
i Dan. 7. 10.
k Tob. 12.

15 *Ad Sanctorũ deuotionem excitare id nos debet quòd illi cùm sedes fœlicitatis in cælo habeant, sta-*

nobismet coram illis stemus, quando coram Deo absque interposito eorum medio stare non audemus, ministerium quodcumque possumus in eorum impendentes honorem, nostrasque ad Deum illis porrigentes orationes: nostra omnia eis exponentes, atque obsequium in vitæ probitate eisdem exhibentes. Quam standi rationem multò certè magis Sancto sanctorum æquum est præstemus Christo Domino: quem in nostrum ministerium stare legimus, Et in minima nostra quæque inspiciendo, vt ferat, cùm opus sit, opem, iuxta illud, [l] *En ipse stat post parietem nostrum respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos*, è cælis nimirum, licet lateenter, & post parietem carnis nostræ, quam adhuc sibi seruat vnitam. Et in excitando nos ad vitæ emendationem, prout ipsemet fatetur in libro Apocalypsis, dicens, [m] *Ego sto ad ostium, & pulso: si quis aperuerit mihi, intrabo ad illum:* Atque in effundendis pariter pro nobis apud Patrem precibus, causamque nostram agendo, ac in propitiationem nostram coram illo suum exhibendo sanguinem; ob hæc quippe omnia de eo, quem in libro Apocalypsis [n] agnum vidit stantem in medio throni scil. Dei, & quatuor animalium, & in medio seniorum, quasi occisum, in sua prima Catholica apertè ait Ioannes. [o] *Aduocatum habemus apud Patrem Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris.*

re nihilominus gaudent coram Domino, vt & nobis suis ministrent ad ipsum Deum precibus.

Ad Christi obsequium, & amorem excitare nos debet amor, & obsequiis suis in nos.

l Cant. 2. 9.
m Apoc. 3. 20.
n Apoc. 5. 6.
o 1. Ioan. 2. 1.

Possumus & ex hoc Ieremiæ loco moraliter & aliqua Euangelij declarare dicta, in quibus significari videtur, stando, & erecto corpore preces fundi antiquitùs apud Iudæos solitas, vt colligunt aliqui ex Christi Domini verbis, & Matth. 6. [p] *Cùm oratis, non eritis sicut hypocritæ, qui amant in synagogis, & in angulis platearum stantes orare, vt videantur ab hominibus.* Et Marci 11. [q] *Cùm stabitis ad orandum, dimittite, si quid habetis aduersus aliquem.* Et Lucæ 18. [r] *Pharisæus autem stans hæc apud se orabat.* Quamuis enim rectè id à plerisque improbetur, quia & Christum ipsum genibus flexis orasse legimus Lucæ 22. [s] & Petrum Actorum 9. [t] in suscitatione Tabithæ: Similiterque de Paulo [u] Actorum 20. positis genibus orasse dicitur cum fidelibus reliquis, multisque antea sæculis & Esdras de semet ait, [x] *Curuaui genua mea, & expandi manus meas ad Dominum Deum meum.* Flexis quoque genibus coram omni multitudine in templo orasse Salomonem, videre est in 2. lib. Paralipom. Quin [y] & Sanctus Moyses, de quo hîc est sermo, [z] procidisse se inquit apud Dominum, quum efficacissimis eum flectere voluit precibus suis. Et peritissimus in ipso orationis studio ad illud quoscumque excitans Propheta Dauid, [a] *Venite*, ait, *adoremus Dominum, & procidamus ante eum.* Declarantur autem hæc omnia per hoc quod hîc dicitur. *(Si steterit Moyses, & Samuel coram me)* quia cùm exploratum sit, de sanctis iis viris verba fieri, vt iam defunctis, & quorum animæ erant in sinu Abrahæ, certum & id pariter est, standi verbo non erectionem designari corpoream, sed erectionem spiritus, quâ illorum anima stat orans coram Domino, vim nimirum affectus sui coram ipso eleuans, quo sanè modo & nobis stando orandum, & sanctos quosque antiquos etiam cùm genuflexi, in terramque proiecti preces funderent, stantes nihilominus orasse dicendi sunt, Quod & ipsâ corporis statione per hypocrysim Euangelium[b] contestari nonnullos asserit in plateis, & in angulis orantes. Ad quod & Ecclesia Sancta saluberrimo excitat ritu, dum præstantissimas cæterarum orationum omnium preces, quas

21 *Standum fuerit solitû antiquitùs orare Iudæis.*

p Matt. 6. 5.
q Marc. 11. 25.
r Luc. 18. 11.

Et genibus flexis antiquitùs orare solitum.

s Luc. 22 41.
t Act. 9. 40.
u Act. 20. 36.
x Esdr. 9. 5.
y 2. Paral. 6. 13.
z Deut. 9 18.
a Psal. 94. 6.

Orandum erecto spiritu, siue corpore stante, siue genuflexo.

Hocque est sanctos in cælo orare stantes.

b Matt. 6. 5.

quas in ſacrificio Miſſæ coram Deo fundendas exhibet, ſtante, erectoque corpore fieri mandat, quãdo & eius erectionis ſignificatum nobis aperiens, id inter eas exhibet, quæ proximè ad ſummum ſacrificij actum accedenti recitantur, vt & Sacerdos populo dicat, *Surſum corda*: & pro vniuerſo populo Chorus reſpondeat, *Habemus ad Dominum*, illa ſcilicet erecta.

22 *Ij quibus orationes Sanctorum non ſunt proficua propter ipſorũ peruerſitatẽ deſtituti ſunt diuinâ beneficentiâ, ac protectione.*

(*Non eſt anima mea ad populum iſtum.*) Quòd Dominus conteſtati volens non exauditurum ſe duos eos ſanctiſſimos Moyſem, & Samuelem, ſi orauerint pro Iudaico populo, vt nimirum placabilis illi factus, & peccata eis condonet, & ſuæ in eos beneficentiæ dona largiatur, hac vſus ſit loquendi ratione. (*Non eſt anima mea*, &c.) magnum certè aliquid in eo latens ſubtiliter perſcrutandum exhibere voluiſſe videtur. Et quidem ſi animæ vocabulum pro voluntate ſumamus poſitum, ac ſi dicatur, (*Non eſt voluntas mea*, &c.) per hoc deſignatur, Eos, quibus propter ipſorummet peruerſitatem nec ſanctorum proficuæ ſunt orationes maximi alioquin apud Deum roboris, deſtitutos planè eſſe Dei & beneficentiâ, & protectione, atque tutelâ. Hac namque ratione Dei voluntatem ad aliquam eſſe, vt & beneficiorum, ac bonorum in illum conferat cumulum, & eumdem vndequaque tueatur ex illo colligere eſt Pſalmi quinti, quo dicitur, *Et gloriabuntur in te qui diligunt nomen tuum: Quoniam tu benedices iuſto*: beneficentiæ, ſcilicet cumulo, *Domine vt ſcuto bonæ voluntatis tuæ coronaſti eum*: diuinâ nimirum tuâ illum circundans protectione, ſimulque tuam voluntatem illi exhibens, quâ & vt ſcuto defendatur, & vt coronâ pro reuecta ex vniuerſis aduerſariis ſuis victoria decoretur.

23 *Dei munificentia quãta erga eos pro quibus orarunt ſancti proficuè.*

Cæterùm intimiùs eadem locutionis phraſi perpensâ, animæque vocabulo non tam pro voluntate, quàm iuxta magis proprias eius ſignificationes, vel pro ipſa anima, quâ viuitur ſumpto, quæ & Deo tribuatur per Antropopathiam, ſicut & humana eidem frequenter tribui conſueuêre membra, affectuſque: vel pro vita, quæ ex anima item habetur, vel denique pro ipſomet Deo, iuxta celeberrimam phraſim eam, quâ anima in ſacris literis pro perſona ſolet vſurpari. Quomodocumque autem trium iſtorum id ſumatur ſignificatuum, immenſa per hanc locutionem, (*Non eſt anima mea ad populum iſtum*,) ſeu (vt alij legunt) (*cum eis*) Dei deſignatur munificentia, quam è contra nimirum exhibet eis, quibus ſanctorum orationibus placatus & peccata condonet, & gratiæ ſuæ dona largiatur. Quippe qui quum eorum ſanctorum exaudit preces pro illis effuſas peccatoribus, qui humiliter ipſorum implorarint opem, vt inter Deum, atque eos medij ſuis eum placabilem eis redderent obſecrationibus: & animam quodammodo, & vitam ſuam, ſeque totum ſimul ferè cum ipſa effundit exauditione.

24 *Api vnâ cũ aculeo emittenti, ſimul & animã, ſimilis peccator, qui cum peccati admiſſione & vitam propriã emittit.* Ambroſ.

De Ape aſſerunt phyſiologi, quando in vindictæ exercitium in eum quem vulnerarit, ſuum immittit aculeum, vnâ cum aculeo & vitam pariter emittere. Quod & Ambroſius lib. 5. Hexamerôn cap. 21. his aſſeruit verbis. *Habent ſpicula ſua, & inter mella fundunt venenum, ſi fuerint laceſſitæ, animaſque ponunt in vulnere ardore vindictæ.* In quo apibus ſimilis eſt homo peccator, qui dum peccatum admittit quodcumque ex iis quæ mortalia nuncupantur, ipſamet peccati admiſſione emittit ſimul & animam, & vitam ſuam, iuxta illud Sapientiæ. [a] *Os quod mentitur occidit animam ſuam*; vnâ enim cum eo quod è ſe emittit mendacium, emittit pariter & animam: Ad quod alluſum crediderim in Euangelio Dominum, vbi dixit, [b] *Qui amat animam ſuam*, id eſt, qui ex propriæ vitæ amore, ſuique amoris proprij impulſu peccatum admittit aliquod, *perdet eam*: vt pote qui peccet in eam. Quod præclarâ libri Eccleſiaſtici probare eſt ſententiâ, quâ dicitur: [c] *Qui credit citò, leuis eſt corde, & minorabitur, & qui delinquit, in animam ſuam inſuper habebitur.* Quâ nimirum ſignificari & hoc videtur, eum qui facilè fallacibus vel mundi, vel propriæ concupiſcentiæ promiſſis, aut ſuaſionibus fidem præſtat, peccatum admittendo, fieri leuem corde, ſicque excordem redditum minorari & vitâ: vt pote qui delinquat in animam ipſam ſuam, quam peccando perdit; adeóque tametſi is viuere videatur, re tamen verâ quoad vitam ſpiritualem, illius expers effectus cenſebitur, ac ſi inter homines non eſſet: id enim verbo, *Inſuper habere*, & apud iuriſperitas ſignificari Papiniani indicat lex, *Sunt perſonæ*, ff. de Relig. & ſump. fun. quæ ita loquitur. *Propter publicam vtilitatem, ne inſepulta cadauera iaceant, ſtrictam rationem inſuper habendam, quæ nonnumquam in ambiguis religionum quæſtionibus omitti ſolet*, & l. *hæredem qui ſciens*, ff. de his quæ vt indignis, cuius verba hæc ſunt. *Hæredem qui ſciens defuncti vindictam inſuper habuit, fructus omnes reſtituere cogendum exiſtimaui.* In cuius legis margine adiectum eſt. *Inſuper habere*, id eſt, negligere, & reiicere. Quo ſenſu id reperies & apud A. Gellium lib. 1. capit. 19. & lib. 2. epiſtolarum Symmachi, epiſtola 338. Quamquam apibus ij ea in re de qua hîc eſt ſermo, magis efficiuntur ſimiles in exhibenda anima, vitaque propria vnâ cum peccato, qui peccatum admittunt odij, atque vindictæ: prout ſignificaſſe viſus eſt Ioannes quum in prima ſua Catholica ait, [d] *Qui non diligit, manet in morte: omnis qui odit fratrem ſuum, homicida eſt.* Quod ſecundum ego intelligo non ſolùm de homicidio alterius, ſed & de ſui ipſius, & de occiſione animæ propriæ, propter quam mox dicebatur iſtiuſmodi homicida manere in morte: idque confirmant & quæ mox ſubiiciuntur: [e] *Et ſcitis, quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in ſemetipſo manentem*; quia nimirum animam nec habet, quam vnâ cum odij peccato perdidit.

[a] Sap. 1. 11.
[b] Ioã. 12. 25.
[c] Eccl. 19. 4.

Inſuper habere ſignificat negligere ac ſi non eſſet.

Odij ac vindicta peccato occidimus animas noſtras.

[d] 1. Io. 2. 14.
[e] 1. Io. 3. 15

25 *Sanctorũ oratione pro peccatoribus Deus vnâ cũ gratia iiſdem peccatoribus tradit ſemet, ſuamque vitam.*

In Deo qui charitas eſt, & cuius natura bonitas, benignitas, & magnificentia, ſimile quid, at contrariâ ratione, ex hac ſententia, (*Non eſt anima mea ad populum iſtum*,) licet ſpectare, illum nimirum cùm propter ſanctorum orationes ſpiculum in peccatorem immittit, magnificentiæ ſuæ gratiam illi conferendo excitantem, & vulnus in eo cauſantem contritionis, ac iuſtificantem, animam ſimul in eumdem effundere vitamque ſuam, ac ſemetipſum in quo omne eſt bonum. [f] *Qui dilexit me*, ait Paulus, En aculei bonitatis, & ſpiculi dilectionis eius emiſſionem; audi & exhibitionem ipſiuſmet Dei vnâ cum prædicto aculeo, ſubdit enim, *Et tradidit ſemet ipſum pro me.* Quando verò, & quomodo tradidit? *cum inimici eius eſſemus*, ita vt pateat, admirabilem Dei vltionem de inimicis ſuis factam, fierique quotidie per emiſſionem ſpiculi dilectionis ſuæ in exhibitione gratiæ, quo aculeo optatiſſimis illis ſauciat vulneribus, de quibus per Sapientem dicitur, [g] *Meliora ſunt vulnera amici, quàm oſcula*

[f] Gal. 2. 20.
[g] Prou. 27. 6.

oscula inimici. Vnde idem Apostolus, * *Commendat*, inquit, *Deus charitatem suam in nobis, quoniam cùm adhuc peccatores essemus secundùm tempus, Christus pro nobis mortuus est.* Si mortuus est, quis ambigat per mortem tradidisse nobis & animam, & vitam suam: seque ipsum cum omni bono? [a] *Qui etiam proprio filio suo non pepercit:* dicit in eadem epistola Paulus; *Sed pro nobis omnibus tradidit illum.* Quem illum? filium ipsum suum, qui in Euangelio dixit, [b] *Ego, & Pater vnum sumus.* Quapropter rectè adiicit ibi Apostolus, [c] *Quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit?*

* Rom. 5.8.
a Rom. 8.32.
b Ioã. 10.30.
c Rom. 8.32.

26

Api emittēti vitam simul cum spiculo quomodo sit & Deus similis.

Quodque ego mirum in modum obstupesco: In eo ipso quod per gratiæ suæ exhibitionem charitatis suæ in nos adhuc peccatores immisit spiculum, simulque cum illo semetipsum, animam, vitamque suam, & omne tradidit nobis bonum, vnà cum semetipso, & ante innumera quæ postmodùm addidit gratiæ bona donauit pariter omnia quorum illi, & morti, obnoxij eramus peccata. Dicente eodem Apostolo, [d] *Et vos cùm essetis in delictis, & præputio carnis vestræ, Conuiuificauit cum illo, donans vobis omnia delicta.* In qua sententia duo sunt quæ perpendantur, primum quod dicitur, *Conuiuificauit nos Christo:* tum & phrasis ea loquendi, quâ delicta tunc nobis à Deo asseruntur donata, quasi bonorum in numerum collocanda ea essent, quæ donarentur in amoris specimen. Imò verò hoc delictorum, inquam ego, primum est donorum, quæ vnà cum charitatis suæ aculeo, & simul cùm semetipso peccatori dat Deus. In eum videlicet modum: quo quis hominum dilectione aliquem prosequens multum sibi debentem pecuniarum, & semet, & quicquid habet vel in corpore, vel in anima, vel in bonis præ summo in debitorem illum suum amore ei tradens sanè simul & debita vniuersa illi donaret, dato illi & chirographo debitorum eorum deleto; sic namque & Dominus noster tradens nobis adhuc peccatoribus propter nimiam charitatem suam, & semet, & quicquid sui esset iuris, & id in primis nobis contulit doni delictorum nostrorum, donans nimirum nobis chirographum, in quo scripta ea omnia erant, deletum & per filij sui sanguinem, & per eam quæ ex sanguine illo iugiter manat gratiam suam. Quod loco mox citato indicasse visus est Paulus: subiiciens: [e] *Delens quod aduersùm nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio, affigens illud cruci:* Quam certè crucem & nobis vnà secum contulit eodem tempore, vt & vnusquisque nostrûm dicere posset, [f] *Christo confixus sum cruci:* [g] *Viuo ego iam non ego: viuit verò in me Christus:* prout alibi idem dicebat Apostolus semet optimè profectò explicans in eo quod mox dixerat, *Conuiuificauit nos Christo*, vitâ nimirum animáque Christi (vt declaratum est) in nos immissâ cum aculeo dilectionis suæ. Quod ex peruulgato illo probare & Platonicorum affatu, *Amantis anima est magis vbi amat, quàm vbi animat.* Et, *Amans viuit in alieno corpore:* Neque enim dixit Apostolus, *Viuo in Christo*, tametsi id indicauerit aliàs, Colossensibus sic loquens fidelibus, [h] *Mortui estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo:* Sed, *Viuo ego, iam non ego:* quia non meâ iam viuo vitâ, sed vitâ eius, cuius anima vnà cum ipsius dilectione in me est, viuitque: quique in meo viuit corpore: vnde fuit, vt dicere & id potuerit. [i] *Semper mortificationem Iesu in corpore nostro circumferentes, vt & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris.* Hocque id est, *Viuit verò in me Christus.*

d Col. 2.13.

Peccatis quomodo cōpetat nomen donorum Dei.

Simile.

e Colo. 2.14.

Crucem suã quomodo tradiderit nobis Christus.

f Gala. 2.19. g & 20.

Vitâ Christi quomodo dicamur viuere.

h Colos. 3.3.

i 2. Cor. 4. 10.

Sed si hæc vniuersa tam admiranda peccatori contingunt & per intercessionem Sanctorum, quorum is se humiliter commendarit precibus: Id superest vt exponamus, quod de plerisque nihilominus peccatorum hoc ipsum quod hîc apud Ieremiam de peruersis dicitur Iudæorum, (*Si steterit Moyses, & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum*, seu, *ad eos*, aut *cum eis:*) quotidie dicat Deus; Tametsi sancti, ad quorum confugiunt preces, stent coram me, non est anima mea ad illos, seu cum illis, pro quibus ij deprecantur me. Porrò ex tribus Sacræ Scripturæ sententiis istius rei colligere est enodationem. Prima Isaiæ 43. quâ Deus ait, [k] *Ego sum, ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me:* Secunda, Canticorum 4. quâ idem Deus dicit, [l] *Vulnerasti cor meum, vulnerasti cor meum, soror mea sponsa, in vno oculorum tuorum, in vno crine colli tui*, & tertia Isaiæ 59. [m] *Ecce non est abbreuiata manus Domini, vt saluare nequeat, neque aggrauata est auris eius, vt non audiat. Sed iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & Deum vestrum: & peccata vestra absconderunt faciem eius à vobis ne exaudiret.* Exordiamur à prima: Quamuis verum sit quod in epistola ad Romanos dicitur, [n] *Deus diues in omnes qui inuocant illum. Et omnis qui inuocauerit nomen Domini saluus erit.* Id tamen intelligendum de omni eo qui pro semetipso orationes, prout oportet, Deo porrexerit, debitâ nimirum fide, spe, contritione, & charitate illum inuocans, qui est munificus, suasque gratias copiosè elargiens: Non autem quòd eamdem gratiarum copiam, propter aliorum solummodo preces eis conferat peccatoribus, pro quibus vel sanctissimi quique ipsum inuocauerint. Cuius rei rationem præallatâ indicat Deus ipse sententiâ primâ, quâ ait, non tam propter sanctos, quàm propter seipsum delictorum elargiri cum gratia sua remissionem. Non quòd improbet sanctorum intercessionem, eorumque parui faciat preces, quibus aliàs se multùm deferre contestatus est, vt Genes. 20. cùm ad Abimelech dixit, [o] *Nunc ergo redde viro suo vxorem, quia Propheta est, & orabit pro te, & viues*, & Iob vltimo, cùm ad eius amicos dixit: [p] *Iob autem seruus meus orabit pro vobis: faciem eius suscipiam, vt non vobis imputetur stultitia.* Sed vt significet, ad id primò propter semet moueri, nempe propter misericordiam suam, quæ nedum miseriam respicit peccatoris, sed & peccatorem ipsum, qui suam eam cognoscat, fateaturque miseriam, [q] *Humilia* enim, vt dicitur in Psalmo 137. *Respicit, & alta à longè cognoscit.* Eóque veriùs propter se ad idipsum moueri ait, quia & hanc humilem propriæ miseriæ cognitionem, & confessionem, quâ peccator & proprias, & aliorum pro se fusas idoneas reddit, quæ à Deo exaudiantur preces, diuinum illius intuitum, gratiamque implorantes, ipse est qui eidem ex diuitiis propriæ largitur misericordiæ.

27

Orantibus sanctis pro aliquibus peccatoribus quomodo Deus dicat, non esse animã suam ad peccatores illos.

k Isai. 43.25.
l Cant. 4.9.
m Isai. 59.1.

Orationes quæ nam omninò efficaces, quæ verò non ita.

n Rom. 10. 12.

Orationes sanctorũ pro nobis cur non semper efficaces, cùm Deus plurimũ illis deferre soleat.

o Gen. 20.7.
p Iob. 42.18.
q Ps. 137.6.

28

Sanctorum orationes quã potentes sint apud Deum quamque efficaciter iis qui ipsis se se commẽdarint diuinã impetrent gratiã.

Benè autem per aliam quæ ex [r] Canticis allata est sententiam, & vim è vestigio Deus ipse testatam facit sanctorum Ecclesiæ, precum, quando quid interpositi non habeant obstaculi, & modum quo peccatoribus qui se se illorum, commendarint orationibus, diuinam impetrent gratiam, ac delictorum deletionem, quam, vt mox

r Cant. 4.9.

vt mox vidimus, non tam propter alios, quàm propter ſemet aſſeruit exhibere. Dum enim ad Eccleſiam ſpõſam, ſororemque puram nimirum, & immaculatam ait, Vulneratum ſe ab ipſa, idque vulneris ſibi inflictum per vnum oculorum, ac per vnum crinem colli eius, id planè deſignat, quod plerũque in eadem contingit fidelium Eccleſia, vt per vnius contemplatiuorum, vniuſque religioſorum preces diuinum ſuum vulneretur cor. Quâ vulnerationis cordis ſui metaphorâ modum innuit, quo per eaſdem ſanctorum illorum orationes efficiatur, vt & eius anima ſit ad fidelem populum, atque etiam ad peccatores, pro quibus eæ ſint effuſæ. Prælium enim quoddam eſſe orationis ſtudium explicauimus ſatis ex verbo quo hîc apud Ieremiam id Deus expreſſit, dicens: (*Si ſteterit Moyſes*, &c.) Belligerantis autem id præcipuum eſt conamen, vt illum cum quo dimicat vulneret, in primiſque in corde, vt, vulnere illato, animam, vitamque eius cum ſanguine educat: ſanguinem quippe pro anima eſſe legimus ſcriptum in libro Deuteronomij, [a] quia vehiculum ſit vitalium ſpirituum, adeóque & vitæ ſedes. Stantes itaque ſancti, atque cum Deo in oratione prælliantes eatenus vulnerare illius dicuntur cor, quatenus precibus ipſis ſuis quaſi peracutis iaculis ita diuinum penetrant cor, vt ſuper peccatores, pro quibus ij deprecãtur, quaſi è vulnerato corde & ſanguinem is ſuum emittat, quo eorum deleantur peccata: [b] *Sanguis* enim *Ieſu Chriſti*, vt ait Ioannes, *emundat nos ab omni peccato*; & vnâ cum ſanguine in eoſdem ſuam pariter emittat animam, ſuam vitam, ſeque ipſum cum omni tradat bono, prout eâ ſignificari ſupra diximus locutione, quâ hîc ait in contrarium, (*Non eſt anima mea ad populum iſtum:*) indicans ad eos pro quibus exaudiantur deprecantes ſancti, modo ſupra expoſito eſſe animam ipſam ſuam, eamdemque eſſe cum illis & vitam ſuam.

Sancti quomodo in orationis prælio impetrantes peccatoribus gratiã Deum in corde vulnerent.

a Deut. 12. 23.

b 1. Ioan. 1. 7.

29 Cæterùm quod aliquando ſanctis pro peccatore aliquo deprecantibus, illos minimè exaudiens, dicat, Etiam ſi ſancti, vt Moyſes, & Samuel ſtent, ſeu ſteterint coram me, Non eſt anima mea ad eum peccatorem, illud eſt in cauſa, quòd ſanctorum illorum precum iaculis diuinum ipſius non vulneratum eſt cor, è cuius vulnere vnâ cum gratiæ exhibitione ſanguis, animaque ipſius emiſſa ſit, vt cum eo ſit peccatore. Cuius non vulnerationis, & non exauditionis cauſa ea eſt, quæ in ea aſſignatur ſententia, quam tertio loco ſupra attulimus Iſaiæ dicentis. [c] *Ecce non eſt abbreuiata manus Domini, vt ſaluare nequeat, neque aggrauata eſt auris eius, vt non exaudiat*, q. d. Non eſt quòd vel in Dei impotẽtiam, vel in eiuſdem ſurditatem referatis, quòd vos vel exoratus non ſaluet per peccatorum veſtrorum remiſſionem, quódque nec ſanctiſſimorum exaudiat preces, quos pro vobis apud ipſum adhibuiſtis interceſſores: Vobis iſtorum adſcribite culpam omnem, *Sed iniquitates*, inquit, *veſtræ diuiſerunt inter vos, & Deum veſtrum, & peccata veſtra abſconderunt faciem eius à vobis, ne exaudiret.* Sanctorum eæ exaudiri à Deo nequeunt preces, quæ pro illis funduntur, quos ille miſerationum ſuarum oculis non reſpiciat, qui iſtiuſmodi intuitu humilia dumtaxat reſpicere conſueuit: Peccator qui nedum humili vllâ propriæ miſeriæ cognitione: ſed elato potiùs animo, cordéque in peccatis obfirmato precibus ſe ſe commendarit ſanctorum, elatâ ipſâ ſcelerum ſuorum mole diuinam à ſe abſcondidit faciem, ita vt Dei ad illum miſericors penetrare non poſſit obtutus. Quid mirum ſi nec ſanctorum pro illo effuſæ exaudiantur orationes? Non ex orationum id prouenit earum inefficacia, at ex obice ipſo peccatoris. Adde, quòd ſi exauditio precum ſanctorum pro peccatoribus effuſarum idem eſt, ac fieri Dei animam ad peccatores, vitamque eiuſdem eſſe cum peccatoribus illis, pro quibus ſint deprecati ſtantes in ipſo orationis prælio, iaculiſque precum ſuarum diuinam cor vulnerantes, vt mox fuit explicatum: Si vulneratio iſta fieri non poſſit, muro nimirum ab iiſdem peccatoribus interpoſito obſtinationis in iniquitatibus ſuis: Ipſi ſibimet imputent ſi ſanctorum eorum proficua non ſit interceſſio, illorum non exauditis à Deo precibus; [d] quorum alioquin vel internam facit voluntatem, tantùm abeſt vt prolatas non exaudiat deprecationes.

Peccator ſibi imputet ſi ei proficua non ſint orationes quas ſancti pro illo fundunt.

c Iſai. 59. 2.

d Pſ. 144. 19.

30 (*Eiice illos à facie mea, & egrediantur:*) Si iuxta communiorem ſenſum literaliter tantumdem hæc ſint, ac ſi dicatur, Denuncia illos eiiciendos à facie mea, & egrediantur, ſeu & quòd eiecti egredientur, Admodum conſequenter ea quoad moralem intellectum præcedentibus ſubiiciuntur. Datur enim in mandatis & Prælatis, & concionatoribus, & vnicuique virorum ſpiritualium, vt quum peccatores quippiam manifeſtè in ſuis obdurati vitiis, abſque vllo vel deſiderij emendationis ſigno, vel ob hypocriſim, vel ob humanum aliquod intereſſe, vel ex vniuerſali aliqua conſuetudine eorum qui in Eccleſia ſunt, ſanctorum ſe ſe commendant precibus, apertè illis conteſtentur, quòd ſi quæ pro eis fundantur orationes à Deo non exaudientur: & niſi ſuorum eos pœniteat ſcelerum, ab eodem Deo eiicientur, & iudicij extremi tempore, quando vt Ieſus in Euangelio ait, dicetur à Iudice, [e] *Seruum inutilem, atque impium eiicite in tenebras exteriores:* ſic nimirum à lucidiſſima Dei eiecti facie, vt extra egreſſi tenebras adeant perpetuas, qui veram reſpuerunt lucem: Et in hac quoque vita è fauorabili eiuſdem proiecti facie, vt ad peſſima quæque progrediantur. Cuius rei planè contrarium euenturum ſignificaſſe viſus eſt Dominus apud Ioannem, iis qui Deo me inſpirante, ſpecialique gratiæ impulſu ad orationem & propriam, & aliorum quoque confugerint, vbi ait, [f] *Omne quod dat mihi pater, ad me veniet, & eum qui venit ad me, non eiiciam foras.* Porrò prædictam improborum eiectionem aliàs quoque apud Oſeam per eumdem Dominum pronunciatum videre eſt, vbi & quæ illam præceſſêre, eamque cauſarunt, & quæ poſt eamdem conſecuta ſunt, exponuntur. [g] *Omnes nequitiæ eorum*, inquit, *in Galgal, quia ibi exoſos habui eos: propter malitiam adinuentionum eorum de domo mea eiiciam eos: non addam vt diligam eos: principes eorum recedentes.* Eiicit namque Dominus de domo ſua, quorum nec munera, nec ſacrificia, nec quæ pro illis funduntur in templo ſuo preces exaudit, vel grata habet, cuius eiectionis ipſimet ſibi ſunt cauſa; eiicit enim illos propter peruerſitatem ſtudiorum, & conſiliorum, ac operationum ipſorum. Atque ob id potiſſimùm, quòd in loco ſancto ſuo odio eos habere cogatur, cùm in illo corã ipſo cum omnibus ſuis apparuerint iniquitatibus, *Quia ibi*, ait, *exoſos habui eos.* Quid ibi? *In Galgal*, quo bene domus Dei deſignatur, & loca ſacra; cùm Galgal primus locus

Impiis prædicandũ, quòd ſanctorũ orationibus non iuuabuntur, ſi ad pœnitẽtiam ipſi non conuertãtur.

e Matth. 25. 30.

f Ioan. 6. 37.

Orationes ſanctorũ pro obduratis peccatoribus, ipſoſque peccatores quomodo Deus à ſua eiiciat facie

g Oſe. 9. 15.

locus extiterit terræ promissionis sacer, vt ait Hieronymus lib. de locis Hebraicis: & de quo Angelus dixit ad Iosue.[a] *Solue calceamentum tuum de pedibus tuis, locus enim in quo stas, sanctus est.* In Galgal, ait, omnes nequitiæ eorum; quandoquidem sicut nigrum quid est magis conspicuum quando in candida sit tabula; ita iniquorum hominum nequitiæ spectantur magis, cùm & in sacro compareant loco. Vtinam in plerisque prædictorum iniquorum post iam expositam eiectionem, & ea non contingerent, quæ post præallata à Deo subiiciuntur. *Non addam, vt diligam eos, omnes principes eorum recedentes:* Idipsum sanè atque hoc quod vno verbo hîc apud Ieremiam significat, (*Et egrediantur,*) Eiectos enim à facie Dei, adiici insuper vt egrediantur, quod est actus liberi arbitrij, est dari penitus in reprobum sensum: quod certè diuinæ est reprobationis finalis, quam id signat, *Non addam vt diligam eos.* Et quia qui tales sunt præcipuum inter impios obtinent locum, ideóque bene eorum prædictorum principes nuncupati, de iis dicitur, *Omnes principes eorum recedentes*, dum terga Deo vertentes egrediuntur, primum nimirum istiusmodi impiorum imitantes principem Cain, de quo scriptum est,[b] *Egressusque est Cain à facie Domini, & habitauit profugus in terra:* vagi per vniuersa mundi, carnisque studia, & ab omni concupiscentiæ vento in terrena circumducti.

Hieronym. a Iosue. 5. 15

Simile.

b Gen. 4. 16

31 *Peccatores publici, & excommunicati aut interdicti quomodo eiiciendi ex altari, & ex templo.*

Si hæc ipsa verba, (*Eiice illos à facie mea, & egrediantur:*) in altero sumamus sensu nobis in litera probabiliori, secundùm quam in iis mandatur Prophetæ, vt ipse eos eiiciat à facie Domini, Aptus est locus iste moraliter pro eo explicando quod Ecclesiastico Prælato faciendum sit erga publicos peccatores, & concubinarios, vel etiam excommunicatos, contumaci impœnitentiâ vota sua ad inanem iactantiam, vel ex hypocrisi à sanctis Sacerdotibus publicè, ipsisque præsentibus in Ecclesia afferri curantes. De his quippe & sibi dictum à Domino bonus quisque censeat Prælatus, (*Si steterit coram me Moyses, & Samuel,*) sanctissimi nempe Sacerdotes pro talibus taliumque vota, remque sacram offerentes, (*Non est anima mea ad eos,* impios: *Eiice illos à facie mea,* eiice de Ecclesia, quos excommunicatos, aut interdictos noueris; eiice per excommunicationem de fidelium communione, quos pertinaces in talibus aduerteris delictis, quæ Ecclesiasticâ digna sint censurâ: eiice ex altari meo, ne Sacramentorum fiant participes, quos in publico, notorioque peccato sciueris obfirmatos: Et da operam vt isti omnes egrediantur è conspectu meo. Idque ij sibi ipsis imputent.

32 *A Religione eiiciendi Nouitij qui cognoscuntur dãno ac oneri fratribus futuri. Necnon & incorrigibiles apostatæ.*

Potest idem locus non minùs congruè & ad Religionum aptari Prælatos, qui cùm erga ineptos, & sæpe etiam improbos ac perniciosos nouitios, deprecantibus pro illis aliquibus de Capitulo patribus, pij sint, præque misericordia expellere eos non audeant, non animaduertunt, crudeliores quoad hoc in propriam se esse matrem, in totam inquam Religionem, quæ deturbanda per illos est, si intra eam ad professionem fuerint admissi. Audiant Prælati isti, quomodo Deus ipse, cuius naturâ bonitas, & quem Apostolus[c] diuitem appellat in misericordia. (*Si steterint*, ait, *coram me Moyses, & Samuel, Non est anima*, non est voluntas mea, non compassionis affectus *ad eos:*) Audiant quid in hoc talium nouitiorum faciendum ipsis imperet, (*Eiice illos à facie mea,*) a consortio fratrum coram me bonum religiosorum ministerium implentium, & ante faciem meam intra claustra ambulantium. Non admittas cuiuscumque pro eis preces; nec si qui vel sanctitate, vel dignitate præstantiores piè steterint, vt hac de re multiplicibus contendant sermonibus & rationibus: Omnino obnitere vt eiecti, vel etiam tibimet vim inferendo egrediantur, septa, sc. monasterij. Melius est enim, vt vnus, duo paucique sint perituri & intra claustra essent, in mũdi egrediantur errores, quàm quòd vniuersa per eos fratrum turbetur congregatio. Andiatur in istorum confirmationem quid B. Humbertus in cap. 3. secundæ partis lib. quinti Institutionis spiritualis dicat. *Aliquando accidit quòd aliquis ad professionem leuiter recipitur ex indiscreta pietate recipientium, qui carnalibus hominibus adeo compatiuntur, vt cum eis carnales efficiantur. Ipsi sunt infirmis adeo misericordes, quòd sanis sunt crudeles, & infideles inter quos ponunt homines pestilentes, qui eos corrumpunt.* Quod autem de eiectione dicitur prauorum Nouitiorum, & de incorrigibilibus intellige pluries à Religione apostatantibus post professionem.

c Ephe. 2. 4.

Humbert.

VVLGATÆ.

Vers. 1.] Et dixit Dominus ad me, &c.

SEPTVAGINTA.

1. Καὶ εἶπε κύριος πρός με, ἐὰν στῇ Μωυσῆς, καὶ Σαμουὴλ πρὸ προσώπου μου, οὐκ ἔστιν ἡ ψυχή μου πρὸς αὐτούς. ἐξαπόστειλον τὸν λαὸν τοῦτον, καὶ ἐξελθέτωσαν.

Vers. 1.] Et dixit Dominus ad me: Si steterit Moyses, & Samuel ante faciem meam; non est anima mea ad eos. Emitte populum istum, & egrediantur.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Et dixit Dominus ad me. Si steterit Moyses, & Samuel ad deprecandum in conspectu meo, non est mihi beneplacitum in populo isto. Mitte eos de terra domus maiestatis meæ, vt transmigrent.*

Vers. 1. (*Si steterit Moyses, & Samuel,* &c.)

Clemens Papa in lib. 4. Constitut. Apostolicarum capit. 5. citans hanc sententiam pro, (*Non est anima mea ad eos,*) legit (*Non exaudiam eos.*)

Clem. P.P.

Hieronymus. (*coram me*, siue *contra me*,) legit. Tum in Comment. *Hos enim* inquit, *legimus iræ Domini pro populo restitisse, & iam impendentem auertisse sententiam, Et si ait, illi steterint vel in conspectu meo, vel contra me, quorum vni dixit Deus: dimitte me, & percutiam populum istum; tamen non exaudiam, quoniam consummata sunt scelera populi delinquentis. Eiice, vel emitte illos à facie mea, & egrediantur. Non loco recedunt à Deo peccatores, sed voluntate: quamquam legamus, & Adam, & Cain eiectos esse à facie Dei.*

Hieronym. *Moyses & Samuel præcipui restiterũt iræ Dei.*

Peccatores non loco, sed voluntate recedunt à Deo.

Ioan. Chrysostomus Sermone, Ne desperemus, si in bene operando tardi fuimus. Tomo 5. *Orauit iterato Samuel pro Israelitis, & effectus est voti*

Ioan. Chrys.

Sancti pro aliis orantes quando à Deo exaudiantur & nō exaudiantur.

a Ezech. 14. 14.

voti compoſitum tamen, cùm illi eſſent Deo accepti, eóque de hoſtibus victoriam retulerant: Idem tamen nequiuit eoſdem perdēdos tutari, ac ſaluos reddere. Quod vt intelligas, audi Deum per Prophetam loquentem, [a] *(Si adſtiterint Noe, Iob, & Daniel, non liberabunt filios ſuos, & filias, quoniam ſuperabundauit malitia. Et rurſum, (Si ſteterit Moyſes, & Samuel) inquit, neque id aſſequentur. Aduerte autem quo pacto illud duobus Prophetis fuerit denunciatum, qui pro Iudæis ambo deprecati nihil ſunt pro voto conſecuti.* Duos Prophetas Ieremiam intelligit, & Ezechielem, quibus duæ habitæ ſunt præcitatæ ſententiæ.

2

Theodorit. *Quanti Deus fecerit Ieremiam cùm illum demulſerit nō exauditurus illius preces pro Iudaico populo.*

b Exod. 32. 10.

c 1. Reg. 12. 18.

Theodoritus. Reſpondet iterum ad hæc Dominus, (*Quia ſi ſteterint Moyſes, & Samuel coram me, non eſt anima mea in eis,) His demulcet Prophetam: Ne putes, inquit, quòd per tui contemptum ſupplicationem non ſuſceperim, quia neque his acquieuiſſem ſupplicantibus, qui tanta ediderunt miracula. Horum meminit tamquam antiquorum: eo etiam quòd hi frequenter pro populo interpellantes ipſum, perſuaſiſſent, Etenim magnus ille* [b] *Moſes in conflatione vituli, cùm Deus dixiſſet, Sine me, vt indignabundus deleam eos, frequentiſſimis precibus oblatis conciliauit Dominum his qui peccauerunt. Itidem & Samuel huic non diſſimile,* [c] *dum pluuiam copioſam tempore meſſis adduxit.*

Cyril. Alex.

Similia habet & Cyrillus Alexandrinus. Homil. Nonâ ex Paſchalibus.

Greg. Pap. *Ea oratio maximè Deo grata quæ pro inimicis.*

d Matt. 5. 44.

e Marc. 11. 25.

Moyſes & Samuel orāt pro aduerſariis ſuis.

f 1. Reg. 12. 23.

Gregorius Papa lib. 9. Moral. cap. 13. *Conditoris auribus maximè illa oratio commendatur, quæ pro inimicis quoque intercedere nititur. Vnde & per ſemetipſum veritas dicit,* [d] *Orate pro perſequentibus, & calumniantibus vos. Et rurſum:* [e] *Cùm ſtabitis ad orandum dimittite, ſi quid habetis aduersùs alterum. Cùm verò patrum priorum facta ſacro eloquio deſcribente reuoluimus, Moyſem, & Samuelem exoraſſe pro aduerſantibus inuenimus. Vnus quippe eorum ſæuientis populi perſecutionem fugit, & tamen pro vita ſui perſecutoris interuenit. Alter ex principatu populi deiectus, ipſis ſuis aduerſariis dicit:* [f] *Abſit à me hoc peccatum in Domino, quo minus ceſſem orare pro vobis. Quid eſt ergo in difficultate deprecandi Moyſem, & Samuelem deducere niſi apertiùs indicare, quia eius iræ neque illi, ſi adſtarent obſiſterent, qui idcirco pro amicis interuenire citiùs poſſent quia apud hunc intercedere & pro inimicis ſolerent?*

Iſid. Hiſpal. *Iudæis propter eorū impietatem non profuiſſe lex, aut Propheta.*

g Iſai. 57. 12.

Iſidorus Hiſpalenſis lib. de Gentium vocatione c. 21. *(Si ſteterit Moyſes, & Samuel coram me, &c.) Per Moyſem lex, per Samuelem, Propheta intelliguntur, quos quamuis Iudæi habebant, propter erroris tamen impietatem proiecti ſunt. Opera enim illorum, & iuſtitia ſine Chriſti fide nihil eis profeſt, teſtante Domino per Iſaiam.* [g] *Qui mei oblitus es: Ecce ego annunciabo iuſtitiam tuam, & opera tua non proderunt tibi.*

3

Rabanus.

h Ezech. 14. 14.

Cur apud Ezechielem Deus dicat, ſe non exauditurū orantes pro impiis tres potiſſimùm, Noe, Danielem, & Iob.

Rabanus Maurus lib. 7. in Ierem. ſuper hoc cap. 15. poſt allata quæ in hunc locum retulimus ex Hieronymo, & Greg. Papa, alterum huic ſimilem perpendit locum apud Ezechielem cap. 14. quem & recentiores, & Hugo Cardin. ac etiam D. Thomas, vt mox videbimus, hîc adducunt. Quia verò quæ is proſequitur ferè ex Origenis homil. 4. in Ezechielem deſumpta ſunt, libenter & ipſe ea referam. [h] Ezechielis locus eſt, *Si fuerint tres viri iſti in medio eius, Noe, Daniel, & Iob, ipſi iuſtitiâ ſuâ liberabunt animas ſuas, ait, Dominus exercituum; moxque ſubiicitur: Tres viri ſi fuerint in ea, viuo ego dicit Dominus Deus, quia nec filios nec filias liberabunt. Quæritur*, ait Rabanus, *cùm & Abraham, & Iſaac, & Iacob, Moſes quoque, & cæteri Patriarchæ, & Prophetæ iuſti fuerint, cur horum tantummodo fiat mentio. Quod facilè ſoluitur. Noe imminens Orbis terrarum diluuium, quia omnis terra polluerat vias Domini, differre non potuit, ſed filios qui forſitan eiuſdem virtutis erant, & ob ſeminarium humani generis habuit reſeruatos. Daniel quoque imminentem captiuitatem populi, nullis fletibus mitigauit. Sed Iob non ob peccata, ſed ob probationem nec domum, nec filios liberauit. Alij autem dicunt, quia hi tantum tres viri & proſpera, & aduerſa, & rurſum proſpera conſpexerunt, idcirco pariter nominatos, & hoc latenter ſignificari, vt quomodo illi bona, & mala, & rurſum læta viderunt; ſic & populus Iſrael, qui prius bonis fruitus fuerat, & poſtea captiuitatis ſuſtinuit iugum, ſi egerit pœnitentiam, redire poſſit ad priſtinam felicitatem.*

Origen. *Filij improbi liberari nequeunt à damnatione ob Sanctorū parentū merita.*

Hanc rationem dicit Origenes citatâ homil. ſe accepiſſe à quodam Hebræo peritiſſimo. *Quod ſi Noe, Daniel, & Iob pariter congregati, & in vno loco poſiti peccatricem terram, hoc eſt eos qui in terra habitant, non poſſunt iræ Dei ſubtrahere: quid dicendum de his qui putant merito parentum atque virtutibus poſſe filios peccatores de gehennæ ignibus liberari?* Addit Origenes vbi ſupra, *Prædictorum trium ſanctorum* commemoratione non tam illos quàm eorum imitatores deſignatos, quòd latiùs probat.

4

D Thom. *Quod ſanctorum orationes pro aliis non exaudiat Deus, eſt ex defectu eorū pro quibus orant.*

i Ezech. 14. 14.

k Gen. 4. 14.

D. Thomas in Ierem. *Primò ponitur repulſio orationum. (Si ſteterit Moyſes, & Samuel) qui efficaces fuerunt in orando, eò quòd de populo ſolliciti, & pro inimicis exorauerunt. (Anima) affectus: ac ſi dicat, Non eſt ex defectu orantis quòd oratio non exauditur, ſed ex defectu populi, pro quo oratur. Ezech. 14.* [i] *Et ſi fuerint tres viri iſti in medio eius. Noe, Daniel, & Iob, &c. Ponitur ſecundò repulſio gentis, pro qua orabatur. Et primò quantum ad terminum à quo. (eiice) oſtende eiectos eſſe, (à facie) vt me non videant, & meâ preſentiâ non defendantur: Gen. 4.* [k] *Ecce eiicis me hodie à facie terræ, & à facie tua abſcondar.* &c.

Gratiam primam mereri alteri poſſunt ſācti non quidē de cōdigno, ſed de congruo dummodo ab illo altero non ponatur obex.

Idem D. Thomas in prima 2. quæſt. 114. ar. 6. arg. Sed contra: Locum iſtum *(Si ſteterit Moyſes)* &c. affert ad probandum, quòd nullus homo poſſit mereri alteri primam gratiam, tametſi quis alioqui maximi ſit in ſe meriti, in corpore tamen eiuſdem art. ait, tametſi verum ſit, neminem purum hominem de condigno primam gratiam alteri mereri poſſe: Merito tamen congrui poſſe aliquem alteri illam mereri. *Quia enim*, inquit, *homo in gratia conſtitutus implet Dei voluntatem, congruum eſt ſecundum amicitiæ proportionem, vt Deus impleat hominis voluntatem in ſaluatione alterius; licet quandoque poſſit habere impedimentum ex parte illius, cuius aliquis ſanctus iuſtificationem deſiderat, & in hoc caſu loquitur Ieremiæ inducta auctoritas.*

Sancti orātes pro impiis, & non exauditi, ſupponuntur eſſe in ſtatu vitæ præſentis.

Idem in 4. ſent. diſt. 45. quæſt. 3. art. 3. ad 2. aſſerit, Dominum hîc loqui de Moyſe, & Samuele ſecundùm ſtatum quo fuerunt in hac vita. Ipſi enim leguntur pro populo orantes iræ Dei reſtitiſſe; & tametſi in illo tempore fuiſſent, eoſdem non potuiſſe orationibus Deum placare ad populum propter populi illius miſeriam: Nunc que eſſe iſtius loci intellectum.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

A Καὶ εἶπε κύριος πρός με, ἐὰν στῇ Μωυσῆς, καὶ Σαμουήλ.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἐπειδὴ εἰκὸς ἦν αὐτὸν λογίζεσθαι, ὅτι ἐκείνους μὲν εἰδωλολατρήσαντας, ἴσχυσαν ἐξελέσθαι ὁ Μωυσῆς, καὶ ὁ Σαμουήλ. κἀκεῖνοι μὲν ἐκ μιᾶς ἐντυχίας τὸ πᾶν, ἐγὼ δὲ μυριάκις προσελθὼν, οὐδὲν ἐργάζομαι, ἀλλ' ἐξαποροῦμαι πολλάκις. ἵνα μὴ ταῦτα λέγῃ, ἄκουσον πῶς αὐτὸν παραμυθεῖται. ἐὰν στῇ, φησὶ, Μωυσῆς, καὶ Σαμουήλ, τούτους οὐ δὲ ἐκεῖνοι δυνήσονται ἐξελέσθαι.

B Ὀλυμπιοδώρου.] Μωυσῆς ὁ λέγων, εἰ μὲν ἀφῆς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν, ἄφες. ἐπεὶ κἀμὲ ἐξάλειψον ἐκ τῆς βίβλου σου ταύτης, ἧς ἔγραψας. καὶ Σαμουήλ ὁ καὶ τὴν τοῦ Σαοὺλ ἁμαρτίαν πενθῶν.

[ἐξαπόστειλον τὸν λαὸν τοῦτον, καὶ ἐξελθέτωσαν.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐδὲν τούτων αὐτοὺς ἔκαμψεν. οὐδὲν τούτων αὐτοὺς ἐπεσπάσατο, οὐδὲν βελτίους ἐποίησεν, ἀλλ' ἔμειναν ἀδιόρθωτοι.

[ἐξαπόστειλον τὸν λαὸν τοῦτον καὶ ἐξελθέτωσαν.]

C Πολυχρονίου.] τόπῳ τις οὐκ ἔξεστιν, ἀλλ' ἁμαρτίαις ἀπὸ Θεοῦ. ἡνίκα καὶ τοῖς ἀνελεῖν βουλομένοις, ἕτοιμον πρόκειται θήραμα. μηκέτι προνοίᾳ Θεοῦ, μηδὲ ἀπὸ τῶν νοητῶν πολεμίων || φρουρουμένοις, οἷς ἐξέδωκεν ἑαυτὸν ἑκὼν, κατὰ τὸ, ἔσται πᾶς ὁ εὑρίσκων με ἀποκτενεῖ με. διὸ καὶ Δαβὶδ αἰτεῖ. μὴ ἀπορρίψῃς με ἀπὸ τοῦ προσώπου σου, καὶ μὴ ἐγκαταλίπῃς ὁ Θεὸς ὁ σωτήρ μου. φιλανθρωπίας δὲ Θεοῦ, τὸ τὸν ἐξιόντα, πρὸ προσώπου αὐτοῦ ἐξιέναι. καὶ ἡ τοῦ D Θεοῦ γὰρ ἐγκατάλειψις διὰ πρόνοιαν καὶ ἐπιστροφήν. καὶ οὐδ' ἂν ὑποστῇ τις ἐκπεσὼν προσώπου τοῦ Θεοῦ. τοιγαροῦν ὡς μὴ, πάντῃ κακὸν, καὶ ὁ προφήτης τοῦτο προσετάχθη. ὡς ἂν καὶ ἐξιόντας, πρὸ προσώπου συνέχῃ Θεοῦ πυκναῖς διδασκαλίαις. διὸ καὶ γενομένοις ἐν Βαβυλῶνι τούτοις ἀπέστειλεν.

[ἐξαπόστειλον αὐτοὺς, καὶ ἐξελθέτωσαν.]

|| Ὀλυμπιοδώρου.] οὐχ ὁ Θεὸς ἐκβάλλει, ἀλλ' αἱ ἡμῶν ἁμαρτίαι διιστῶσιν, ἀναμέσον ἡμῶν καὶ αὐτοῦ. ||

|| lect. φρουρουμένοις.

Vers. 1. ET dixit Dominus ad me. Si steterit Moyses, & Samuel, &c.) 5

Chrysostomi.] *Quoniam Propheta secum cogitare videbat, eos quidem in Idolorum cultum prolapsos potuisse à Moyse, & Samuele pœnis liberare, & præterea illos quondam vnicâ congressione totam rem perfecisse, se verò toties adeuntem nihil profecisse, sed inopem consilij sæpe hæsisse; hæc ne diceret, audi quo illum modo soletur. Si steterit ait Moyses, & Samuel, hos nec illi valebunt eruere.*

Chrysost. Sancti cuius, quæ sui quam tam rationi habeat Deus.

Olympiodori.] *Moyses qui dicebat [a] si remittes illis peccatum, remitte: sed & me dele è libro tuo hoc, in quo scripsisti. Et Samuel, [b] qui & Saul iniquitatem deplorabat.*

Olympiod. Moyses & Samuel cur hic recensiti.
a Ex. 32. 31.
b 1. Reg. 15. 35.

(Emitte populum istum & egrediantur.)

• Chrysostomi.] *Nihil horum eos flexit, nihil horum attraxit; nihil meliores reddidit; sed inemendabiles permanserunt.*

Chrysost. Iudæorum obstinatio.

(Eiice illos à facie mea, & egrediantur.) 6

Polychronij.] *Loco non fit egressus à Deo, sed peccatis: cùm quis etiam præda ad occidendum propositus est cuicumque libuerit, non ampliùs per Dei prouidentiam ne ab hostibus quidem spiritalibus custoditus, quibus se ipsum spontè tradidit, iuxta illud, [c] Quicumque me inueniet occidet me. Quare & Dauid postulat; [d] Ne abiicias me à facie tua, & ne deseras me Deus saluator meus. Illud verò Dei humanitatis est, vt qui egreditur, ante faciem eius egrediatur; Nam & derelinqui à Deo ex prouidentia fit ad conuersionem. Nec quisquam subsistere poterit proiectus à facie Dei. Igitur vt non omnino malum, & Prophetæ hoc præcipitur, vt & egressos ante faciem Dei contineat crebris Dei admonitionibus; quare & ad illos in Babylonem profectos scribebat.*

Polychron. Egressus à Deo fit peccatis non loco. Egressus à facie Dei est destitui eximiâ illius prouidentiâ.
c Gen. 4. 14.
d Ps. 50. 13.
Egressus ante faciem Dei, humanitatis est, & ab illo derelinqui ad conuersionem.
Et egressi peccatores continendi ante faciem Dei admonitionibus.

(Eiice illos, & egrediantur.)

|| Olympiodori.] *Non est Deus qui reiicit, sed iniquitates nostræ diuidunt inter illum & nos.* ||

Olympiod. Peccator non tam à Deo eiicitur, quàm à semet.

Vers. 2.] Quòd si dixerint ad te: Quò egredie-E mur? dices ad eos: Hæc dicit Dominus: Qui ad mortem, ad mortem: & qui ad gladium, ad gladiū: & qui ad famem, ad famem: & qui ad captiuitatem, ad captiuitatem.

Vers. 3.] Et visitabo super eos quatuor species, dicit Dominus: Gladium ad occisionem, & canes ad lacerandum, & volatilia cæli, & bestias terræ ad deuorandum, & dissipandum.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

POrrò [a] si illi animaduertentes se à te destitutos, vt iam nō ores pro ipsis, eiectosque propterea à fauorabili vultu meo, egrediendum sibi intelligentes interrogauerint te, quonam egressuri essent malorum: Hoc ipsis dabis responsi. Eorum quosdam egressuros, vt pestilentiæ obeant morte: alios vt in bello

a Quòd si dixerint ad te: Quò egrediemur? dices ad eos: Hæc dicit Dominus: Qui ad mortem, ad mortē: & qui ad gladium, ad gladium: Et qui ad famē, ad famem: & qui ad captiuitatem ad captiuitatē.

bello hoſtili interficiantur gladio : complures vt fame conſumantur ; & quotquot demum fuerint ſuperſtites, vt in talem abducantur captiuitatem, quæ & diuturnior, & peior ipsâ ſit morte, prout eorum vnicuique deſtinatum deſuper fuerit.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 Hug. Card.

QVod ſi dixerint, &c.) In quorum explicationem Hugo Cardinalis, priùs inquit, poni commune ſcilicet mortem, tum eam diuidi per ſpecies: Ac ſi dicatur. Quidam morientur in agro gladio, quidam in ciuitate fame, quidam autem ibunt in captiuitatem. Communiter tamen mortis vocabulo deſignata accipitur peſtis, prout ex ſimili ſententia colligitur, quâ apud Ezechielem hæ item quatuor exponuntur calamitates, & dicitur, [a] *Tertia pars tui peſte morietur, & fame conſumetur in medio tui : & tertia pars tui in gladio cadet in circuitu tuo: tertiam verò partem tuam in omnem ventum diſpergam, & gladium euaginabo poſt eos.* Idipſum autem & hîc aſſeritur, ſed ſpeciali hoc Hebraiſmo, (*Qui ad mortem, ad mortem*, &c.) id eſt, alij egredientur vt peſte obeant, alij vt bello hoſtium gladio interficiantur : alij vt fame conſumantur, & alij qui ſuperſtites fuerint, vt abducantur in captiuitatem. Quamquam Vatablus ad quodcumque iſtorum quatuor membrorum ſubintelligendum putet, (*deſtinati ſunt*,) Qui deſtinati ſunt ad peſtis mortem, ad hanc egrediantur, &c. Et quidem ad vniuerſum populum rectè hæc referes : Tametſi Nicolaus de Lyra ad ciues duntaxat Ieruſalem ea referens dicat, *Quia in obſidione Ieruſalem aliqui mortui ſunt infirmitate, & peſte, alij gladio, alij fame, reliqui in captiuitatem ducti.*

Mortis vocabulo deſignata peſtis.

a Ezech. 5. 12.

Hebraiſmus, Qui ad hoc, ad hoc.

Vatablus.

Lyra.

Verſ. 3. PARAPHRASIS LITERÆ.

ACerrimam [b] *ſanè de eis ipſe ſumpturus ſum vltionem, debitâ enim habitâ ſingulorum peruerſitatis inquiſitione, examinatione, & diiudicatione, prout in iudicialibus fieri conſueuit viſitationibus, iuxta eorum demerita puniam illos, quatuor eos tradens ferarum beſtiarum ſpeciebus, quatuorque ſingularum earum, in ipſos immittens agmina : hoſtium nimirum, hominum quidem quoad naturam, at quoad ſæuitiem quacumque ferociorum ferâ, qui & gladio necent, & quos interfecerint expoſitos aliis relinquant feris : canum, qui eorum proiecta hinc inde trahentes cadauera dilacerent : volucrumque cæli, ac beſtiarum terræ, quorum & cibus ſint & conculcatio, ita vt vel ipſa eorum oſſium ſtrues per ea diſſipetur.*

b Et viſitabo ſuper eos quatuor ſpecies, dicit Dominus gladium ad occiſionem, & canes ad lacerandum, & volatilia cæli, & beſtias terræ ad deuorandum, & diſſipandum.

Verſ. 3. EXPOSITIO LITERÆ.

2

ET viſitabo ſuper eos, &c. De hac phraſi Viſitandi ſuper aliquem, pro vlciſci, & vindicare in illum, eumque punire, diximus hucuſque frequenter, quàm hîc dilucidarunt Sept. vertentes (*Et vindicabo ſuper eos quatuor ſpecies:*) Impropria quidem in vtraque lectione hæc eſt locutio, cùm dicendum hoc ſenſu fuiſſet, (*quatuor ſpeciebus*) ſcil. vel calamitatum, aut miſeriarum, vel animantium. At noſter Interpres ſecutus Sept. phraſim ſeruauit Hebraicam. Cuius tamen phraſis eam commodè aſſignare potes rationem, vt quemadmodum egregiè animaduertit ſuper hunc locum Gaſpar Sanctius, ipſo viſitandi verbo alluſum ſit ad theſauros, quos Deus habere ſe dicit in diem pugnæ, ex quibus tamquam

Puniturus peccatores Deus dicitur viſitare pœnas, tamquam armamentarium ſci. pœnarum promendarum.

Gaſp. Sanctius.

A ex armamentariis arma promit, quibus pœnas exigat à peccatore : adeoque benè hîc dicatur viſitaturus armamentarium ſcilicet ipſum ſuum, in eoque præſertim hæc quatuor armorum genera eaque ad intentam ſibi vltionem aptiſſima exinde expromturum, & vibraturum. Tametſi, cùm in textu Hebraico ſit verbum פקד *pakad*, quod nedum viſitandi, ſed & præficiendi, vt aliàs obſeruauimus, habet ſignificationem : & nomen ſit משפחות *miſcpahoth*, quod nô quodcumque genus, ſpeciemque ſignificat, ſed propriè gentes deſignat. Familiaſque ac cognationes, B & refertur ad animantium genera. Pagninus ita hæc vertit (*Et præficiam eis quatuor gentes,*) eo nimirum modo animantibus quatuor ſpecierum gentium nomen inditum putans, quo in primo capite Ioelis [c] locuſtarum agmen gens nuncupatum reperitur. Et Vatablus in Scholio (*Et præficiam eis quatuor familias*) eodem ſenſu. *Gladium ad occiſionem*; cùm viſitaturum ſe dixerit quatuor ſpeciebus beſtiarum, vt explicatum eſt, profectò ipſo gladij nomine eiuſdem populi hoſtes deſignatos crediderim Chaldæos, quos bene & gladij exprimit vocabulo, vel, vt ait Vatablus, quia C viri eſſent gladij, gladióque accincti; vel iuxta paraphraſim Chaldaicam, quia gladio eſſent occiſores: & eos inter feras adnumeret beſtias, quia in ipſa gladij occiſione ferociſſimi futuri eſſent, interfectorum quoque cadaueribus ſæui, inſepulta illa cæteris tribus beſtiarum generibus ea lanianda exhibentes. Quod in Hebræo dicitur, (*Canes ad trahendum*) optimè noſter expreſſit Interpres. (*Canes ad Lacerandum*) Sept. non verbis, ſed nominibus ita hæc reddidêre (*Canes ad lacerationem, & beſtias terræ, & volatilia cæli ad comeſtionem, & corruptionem.*) D

Gentis nomê tributum & animalibus rationis expertibus.

c Ioel. 1. 6.

Milites ſanguinolenti inter feras & beſtias adnumerantur.

Verſ. 2.] Quod ſi dixerint, &c.

Verſ. 3.] Et viſitabo, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

3

SI iuxta vltimum de prauorum Nouitiorum, vel incorrigibilium Apoſtatarum eiectione præcedentia moraliter ſumpta ſint, congruentiſſimè hæc illis ſubiecta ſunt, qui- E bus demandatur eiicientibus Prælatis, vt ſi fortè per contentionem ij quos eiiciunt è religione, eis dixerint, libenter egredimur: & quo tandem egrediemur? nonne ſcilicet ad domos noſtras, ad cognatos noſtros, ad opes, ad commoda, ad delitias, & voluptates, & amicos chariſſimos, & ad ea omnia quæ in ſæculo reliqueramus? Dei nomine tutò illis hæc reſpondeant. (*Qui ad mortem*, id eſt peſtem, *ad mortem*, ſeu ad peſtem ; *qui ad gladium, ad gladium*, &c.) certò nimirum eos, & malo interitui deſtinatos eorum aliquos perituros peſte, gladio alios, quoſdam fame, vel in captiuitatem ab- F ducendos, qui præexpoſitas euaſerint mortes: vlturumque ſe aduersùm eos Deum quadruplici vltionis genere in talis vltionis vindicibus quatuor animantium ferocium ſpeciebus ; earumdemque operâ vtens, hominum gladio interficientium, canum morſibus lacerantium, volucrum roſtris deuorantium, & beſtiarum dentibus, cornibus, pedibuſque diſſipantium. Quòd autem ad iſtiuſmodi, aliaque ſimilia mala eiecti è religione rebelles vt plurimùm egrediantur Nouitij, incorrigibileſque apoſtatæ; vix quiſquam

Nouitij improbi, & Apoſtatæ incorrigibiles è Religione eiecti vt plurimùm malo fine vitam concludunt.

prouectiorum religiosorum est, qui experimentali quoad sui ordinis aliquos combrobatum id non habeat notitiā. Seriem nihilominus si quis scriptam velit similium euentuum, legat Dionysium Carthusianum in conclusione Opusculi Exhortatorij seu Institutionis Nouitiorum, quod inter illius Opuscula habetur; vbi plura similium Nouitiorum ex vno suo duntaxat Carthusianorum ordine egressorum pessiméque pereuntium affert exempla ex sexto libro Chronicæ Petri Dorlandi item Carthusiani. Et hæc quidem rectè iuxta propriam præexpositorum malorum significationem.

Dion. Cart. *Petr. Dorl.*

Cæterùm si translatè eadem interpretata quis velit, vt & superioribus iuxta illatos alios quoque morales sensus, ac cuicumque congruant eiecto à facie Dei, & ab illius conspectu, domosque egredienti: duobus modis explicata ea sumat, vel vt exponit Dionysius; vel secundò, & meliùs vt interpretantur Hugo Cardinalis, ac Nicolaus de Lyra. Dionysius enim in spiritali sua explanatione capitis istius 15. Prædictorum eiectorum alios dici, inquit, perituros peste, id est, malo aliorum exemplo, persuasione seu scandalo: gladio alios, id est, tentatione Diaboli: alios fame ex inopia verbi Dei: aliosque propriæ iniquitatis captiuitate. Porrò quæ subiiciuntur in vers. 3. quatuor species, quibus Deus eosdem visitaturum se ait, ita exponit, vt gladio ad occisionem eadem quæ supra, Diabolica significetur tentatio, per quam vti gladio interficitur anima spiritali enecata morte, si ei assentiatur tentationi contra Dei charitatem, quæ vita ipsius est animæ. Canibus ad lacerandum designatos dicit, Spiritus iræ, & impatientiæ. Dæmones namque, ait, à peccatis, ad quæ homines conantur inducere, nomen accipiunt: Et congruenter canes vocantur, quia in eis secundùm Dionysium est amens furor, ac phantasia proterua, ac per hos laceratur mens: Per volatilia cæli Spiritus accipit superbiæ, de quibus in Euangelio dicitur,[a] *Volucres cæli comederunt Dei semen.* Per bestias terræ spiritus terrenæ cupiditatis. Hi enim, inquit, Spiritus maligni iusto Dei iudicio permittuntur tentare, superare, ac deuorare iniquos, qui creatorem suum indesinenter offendere non verentur.

Dion. Cart. *Peccatores eiecti à facie Dei quibus pœnis etiam in hac vita expositi sint.* *Dæmones appellati canes.* *a Matt. 13. 4.*

Nicolaus de Lyra septem duntaxat hîc recensita asserit malorum genera, gladio nimirum bis repetito, adeoque in postylla sua Morali, septem per ea designata asserit vitia capitalia, quæ & peccata nuncupamus mortalia, in eorumque singulorum explicatione, præter id quod per gladium designatum putat iræ vitium, quod excitat ad occisionem, conuenit cum Hugone Cardinale, qui in hunc modum mysticè eadem interpretatur: Vt per mortem, designetur luxuria, quòd ea reddat hominem fœtidum, & abominabilem vt mors, iuxta illud, [b] *Omnis mulier, quæ & fornicaria quasi stercus in via conculcabitur*, Et illud item Ecclesiastici.[c] *Derelinquent in maledictum memoriam eius, & dedecus illius non delebitur.* His adde multò magis idem luxuriæ vitium mortis nomine designari, prout iuxta literam mors pro pestilentia posita est: id enim vitij spiritalis quædam est pestis, tum quia nullum eo est mundo humanoque generi vniuersalius, & quo plures celeri deficiant animæ morte: tum quia ita præ vitiis vniuersis est contagiosius, vt non minus quàm pestis nedum conuersatione, sed & attactu, & quod sensibili non est in peste, vel simplici inficiat visu. [d] *Qui se iungit fornicariis*, dicitur in libro Ecclesiastici, *erit nequam, putredo, & vermes hæreditabunt illum, & extolletur in exemplum maius, & tolletur de numero anima eius.* Et [e] *omni homini noli intendere in specie: & in medio mulierum noli commorari, De vestimentis enim procedit tinea, & à muliere iniquitas viri.* Vide initium capitis noni eiusdem libri per multas sententias. Per gladium significetur superbia, quæ est gladius bis acutus, & ex vtraque parte scindens: quia primò scindit se, & postea alios, de quo infra cap. 47. dicitur, [f] *Vsquequò conciderìs ô mucro Domini, vsquequò non quiesces?* Per famem auaritia, Ecclesiast. 5. [g] *Auarus non implebitur pecuniâ*, per captiuitatem, tristitia, vel accidia, quæ captiuat, & comprimit hominis cor, iuxta illud, [h] *Dormitauit anima mea præ tædio*: per occisionem, ira, quia [i] *qui odit fratrem suum homicida est*: per canes, inuidia ex qua procedit detractio, de qua ad Galat. 5. [k] *Si inuicem mordetis, & comeditis, videte ne inuicem consumamini.* Per volucres cæli, inanis gloria, de qua item ad Galat. 5. [l] *Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes*, per bestias denique terræ, gula.

Nic. de Lyr. *Impius in pœnam permittitur, vt septem peccatis mortalibus in reprobum sensum traditus laniectur.* *Hugo Card.* *Luxuria mortis nomine designata.* *b Eccl. 9. 10.* *c Eccl. 23. 36.* *Luxuria vitium aptissimè dictam pestis.* *d Eccl. 19. 3.* *e Eccl. 42. 12.* *Superbia dicta gladius.* *f Iere. 47.* *Auaritia dicta fames.* *g Eccl. 5. 9.* *Accidia dicta captiuitas.* *h Psal. 118. 28.* *i 1. Ioan. 3. 15.* *k Gal. 5. 15.* *l Gal. 5. 26.*

VVLGATÆ.

Vers. 2.] Quod si dixerint ad te, &c.

Vers. 3.] Et visitabo super eos, &c.

SEPTVAGINTA.

2. Καὶ ἔσται ἐὰν εἴπωσι πρὸς σὲ ποῦ ἐξελευσόμεθα, καὶ ἐρεῖς πρὸς αὐτοὺς, Τάδε λέγει κύριος ὁ θεὸς, ὅσοι εἰς θάνατον, εἰς θάνατον. καὶ ὅσοι εἰς μάχαιραν, εἰς μάχαιραν. καὶ ὅσοι εἰς λιμὸν, εἰς λιμόν. καὶ ὅσοι εἰς αἰχμαλωσίας, εἰς αἰχμαλωσίαν.

3. Καὶ ἐκδικήσω ἐπ᾽ αὐτοὺς, τέσσαρα εἴδη, λέγει κύριος· τὴν μάχαιραν εἰς σφαγήν. καὶ τοὺς κύνας εἰς διασπασμόν. καὶ τὰ θηρία τῆς γῆς, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, εἰς βρῶσιν, καὶ εἰς διαφθοράν.

Vers. 2.] Et erit, si dixerint ad te, quò egrediemur? & dices ad eos: Hæc dicit Dominus: Quicumque ad mortem, ad mortem: & quicumque ad gladium, ad gladium: & quicumque ad famem, ad famem: & quicumque ad captiuitatem, ad captiuitatem.

Vers. 3.] Et vlciscar super eos quattuor species, dixit Dominus: gladium ad occisionem, & canes ad lacerationem, & bestias terræ, & volatilia cæli ad comestionem, & corruptionem.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

PARAPHRASIS Chaldaica. *Et erit cùm dixerint tibi, Quò migrabimus? Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus: Qui ad mortem, ad mortem: & qui ad gladium, ad gladium: & qui ad famem, ad famem: & qui ad captiuitatem, ad captiuitatem.*

Vers. 3. *Et visitabo super eos quatuor vltiones pessimas, dicit Dominus: Occisores gladio ad occidendum,*

dum, & canes ad dilacerandum, & aues cæli, & beſtias terræ ad comedendum, & ad diſſipandum.

A

Verſ. 2. & 3. (*Quòd ſi dixerint*, &c.

Hieronym.

Creaturæ omnes inſurgunt in peccatorem.

Hieronymus. *Quatuor plagas, quibus traditus eſt populus Iudæorum, etiam [a] Ezechielis prophetia demonſtrat: gladium, peſtilentiam, famem, beſtias, & captiuitatem. Inter beſtias autem canes quoque & volatilia intellige, quibus laceranda, & deuoranda, & diſſipanda corpora tradita ſunt, Neque enim fieri poterat, vt, creatore neglecto, non vniuerſa creatura conſurgeret in peccatores.*

a Ezech. 5. 12.

Theodoric.

In Theodorito nil præter textum niſi hæc. *His quatuor calamitatibus ſubiiciam illos. Inſuper qui mortui fuerint beſtiis, ac volucribus pabulum erunt.*

B

Baſil. Magn.

Baſilius Magnus homil. 3. in Hexamerôn. *Obſeruauimus hunc aëris locum conſpicuum cælum dici, quòd denſus ſit, & ob continentem cohærentiam ſub aſpectum noſtrum apertè cadentis. (A verbo enim* ὁρᾶσθαι, *id eſt videri, deriuata eſt appellatio nominis* τοῦ οὐρανοῦ *Tou ouranou, id eſt cæli) vt cùm dicit, Scriptura (Volatilia cæli.)*

D.Thom.

D. Thomas. *Ponit repulſionem gentis pro qua oratur, quantùm ad terminum ad quem ponens quadruplex periculum. (Quod ſi dixerint, ad mortem) peſtilentiæ, q. d. diuerſi his diuerſis pœnis ſubiacebunt. Ezech. 5. [b] Tertia pars tui peſte morietur, & fame conſumetur in medio tui*, &c.

b Ezech. 5. 12.

2 Origenes.

Sterilitas terræ magna calamitas.

Pluribus agit Origenes de quatuor ſpeciebus, quas hîc, & apud Ezechielem comminatur Deus. Et quidem de duabus, fame, & de beſtiis homil. 4. in Ezech. Fame quidem infertilitatem deſignatam inquiens, vel materialis terræ, quæ incolarum corrupta ſit nequitiis, vel terræ ſpiritalis quæ eſt anima noſtra, quæ in Euangelio [c] dicitur & petra & terræ bona, ac fertilis per multam patientiam, quæue & ſæpe peccat, & ſæpe non peccat. Et cùm peccauerit extendit Deus manum ſuper eam, & conterit omne firmamentum panis. Beſtiarum autem nomine Dæmones ſignificatos aſſerit, qui variarum beſtiarum nominibus in Scriptura Sancta exprimantur, cùm in peccatores immitti dicuntur.

c Matt. 13. 5

Sterilitas, & fames animæ ingens à Deo calamitas

Dæmones variarum beſtiarum nominibus deſignati.

Origenes.

Gladius triplici modo vulnerat.

In homilia verò quinta item in Ezechielem, agit ipſemet Origenes de duabus aliis ſpeciebus, nempe de gladio, & de morte, & de gladio quidem multa peracutè, quod duo habet in pœna, quatenus diuidit, & ſecat cum in quem infertur: *ſi verò ad acumen aciei eius*, inquit, *etiam tactus ipſe pœnalis eſt, dupliciter torquetur qui hoc gladio puniendus eſt.* Quoad mortem verò ait: *Debemus noſſe quia non ſtatim, vbi fames fuerit, ſequatur & mors. Poteſt quippe fieri vt aliquis famem ſuſtinens perſeueret in vita, licet inediâ & ſqualore, & macie diſcrucietur. Poteſt fieri, vt immiſſis beſtiis malis ſtatim non omnes pereant, fuga auxilio reſeruati. Poteſt euenire, vt cadente romphæa ceſſet interitus. Modò vulnerantur quidam, & ſecantur, & vt ita dicam, crebris ictibus confodiuntur, nec tamen pereunt. Idcirco in enumeratione pœnarum, & pœna infertur mortis. Quicquid autem horum fuerit illatum, ad eos venit qui inimici Dei ſunt.*

Mors malorũ omnium extremum.

C

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Μάχαιραν εἰς σφαγὴν, καὶ τοὺς κύνας.]

D

|| ἀλ. μετὰ τὸ αἰσθητόν.

Ὀλυμπιοδώρου.] μετὰ || τὴν αἰσθητὴν, μάχαιραν νοητὴν, ψευδώνυμον γνῶσιν· κύνας δὲ περὶ ὧν εἶπεν ὁ Ἀπόστολος. βλέπετε τοὺς κύνας, βλέπετε τοὺς κακοὺς ἐργάτας. θηρία δὲ γῆς, τοὺς τὰ γήινα φρονήματα ἡμῖν ἐνσπείροντας· πετεινὰ δὲ τοῦ οὐρανοῦ τοὺς τὰ ὑψώματα, ἢ μὴν ἐπισπείροντας μετὰ τῆς γνώσεως τοῦ θεοῦ.

Verſ. 3. *Gladium ad occiſionem & canes, &c.)*

3 Olympiod.

Gladius ſpiritalis prauus quis.

Olympiodorus.] *Poſt ſenſibilem gladium ſpiritalem falſi nominis cognitionem. Canes verò de quibus aiebat Apoſtolus*, [d] Cauete à canibus, cauete *à malis operariis. Beſtias verò terræ eos qui terrena ſenſa nobis inſeminant. Volatilia autem cæli qui talia dant nobis ſemina, vt extollamur aduerſus Dei cognitionem.*

Canes ſpiritales lacerãtes qui.

d Philipp

Beſtiæ terræ ſpiritales quæ.

Aues ſpiritales prauæ quæ.

Verſ. 4.] Et dabo eos in feruorem vniuerſis terræ regnis: propter Manaſſem filium Ezechiæ Regis Iuda, ſuper omnibus quæ fecit in Ieruſalem.

E

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

c Et dabo eos in feruorem, (ſeu in commotionem) vniuerſis regnis terræ: propter Manaſſem filium Ezechiæ Regis Iuda ſuper omnibus quæ fecit in Ieruſalem.

Efficiam [c] vt feruenti, ac iugi, inſtar maris concuſſi, ſint agitatione animi in vniuerſis terræ regnis, quorum feruenti tradentur odio, atque furori; adeòque acriter illos puniam, vt præ tantæ calamitatis horrore quotquot ſunt regnorum terræ commouenda ſint. Idque totum efficiam propterea quòd ſceleſtiſſimè ad hæc certò decernenda impulit me Rex Manaſſes ex eo ſceleſtior, quia ſancti filius Regis Ezechiæ ab eo impiiſſimè degenerauit; & quia adeo malorum, ac ſcelerum peſſimorum auctor extitit in Ieruſalẽ, ſicque & vniuerſum Iudaicum populum in ſuam traxit peruerſitatem, vt vel poſt eius pœnitentiam, ac bonam mortem populus ipſe adhuc in eadem obſirmatus perſeueret ſcelerum illius imitatione.

F

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1

Feruoris nomine quid intelligat Deus, dicens ſe daturum Iudæos in feruorem.

Et *dabo eos*, &c.) Feruoris nomen tranſitiuè hic poſitum arbitrati ſunt aliqui, vt ſenſus ſit, efficiam, vt vniuerſa regna terræ feruenti eos proſequantur odio: ſeu, Tradam eos feruenti furori Regum omnium. Quomodo tranſitiuè pariter alij accipiunt vocem Hebraicam quam communiter hîc vertunt (*Commotionem*:) vt ſignificetur, Adeo acriter Deo puniturum Iudæos, vt regna vniuerſa commouenda ſint præ tantæ calamitatis horrore. Cæterùm intranſitiuè potiùs ambæ ſumendæ ſunt voces. Ac peroptimè noſter Interpres Hebraicam reddidit vocem זְוָעָה *zeuangah*, ſeu זַעֲוָה *zangauah*, quæ cùm ſit à verbo זוע *zuang*, ſeu זעה *zangah* commoueri, contremiſcere, concuti; propriè eam ſignificat commo

commotionem, quæ magna sit cum animi concussione, & tremore, ita vt hoc loco feruoris nomine expressa sit, habitâ allusione ad procellosum mare, quod iugi agitatione feruens est, iuxta illud Isaiæ,[a] *Impij quasi mare feruens, quod quiescere non potest.* Quamuis aliàs sæpe eamdem vocem, respectu habito ad corpoream commotionem, & vagationē, de dispersione acceperit, prout & mox hoc ipso capite vers. 7. illam vertens, *Et dispergam eos ventilabro,* &c. Efficaciùs tamen in hac sententia (*feruorem*) illam interpretatus, vt acerbiorem designaret, pœnam, quâ in ipsa dispersione in vniuersa regna afficiendi ij essent in animo. Quod attendisse crediderim & Sept. vertētes εἰς ἀνάγκας (*in angustias.*) Sicut & ipsemet noster Interpres infra cap. 24. vexationem eam reddidit, vbi à Deo dicitur eodem sensu,[b] *Et dabo eos in vexationem, afflictionemque omnibus regnis terræ.* Omnium autem regnorum terræ meminit, non quòd re verâ tunc temporis dispergendi essent Iudæi per vniuersum terrarum Orbem, prout contigit in Romana captiuitate propter peccatum crucifixionis Christi: sed vel hyperbolicâ id asserit locutione, vel terræ vocabulo dictionem designans Regi Babylonis subiectam, omnia ea intelligit regna, quæ in illa continerentur, quomodo & lib. 1. Esdræ Cyrum Regem Persarum dixisse reperimus,[c] *omnia regna terræ dedit mihi Dominus Deus cæli*: quia videlicet ambo isti Reges tantis dominarentur regnis, vt & Monarchiam propterea obtinuisse, & vulgato nomine Monarchæ dicti sint.

a Isai. 57. 20.

b Iere. 24. 9. *Regnorum terræ omniū nominatione quid significet.*

c Esdr. 1. 2.

2 *Manasses Regis quanta peruersitas.*

(*Propter Manassem filium Ezechiæ Regis Iuda, super omnibus quæ fecit in Ierusalem.*) Quænam verò sunt ista? Lege caput 21. libri quarti Regum, & caput 33. libri secundi Paralipomenōn, accipe tamen breue eorum compendium ex Isidoro Clario. Occidit Prophetas, adorauit Idola, consuluit Pythonissas, immolauit pueros dæmoniis: sed & sanctissimum Dei templum ita prophanauit, vt & idoli in eo collocauerit abominationem. Neque verò frustra quoad literæ sensum adiectum id censeo, (*Filium Ezechiæ Regis Iuda*) & si primo aspectu satis exititisse videatur, si dictum esset, (*Propter Manassem Regem Iuda,*) vno duntaxat existente inter Reges Iuda, qui eo appellatus est nomine Manasses. Duas tamen ob causas Regis Ezechiæ vt patris eiusdem Manasses factam hîc arbitror commemorationem: primùm, quia & Regi Ezechiæ per Isaiam Prophetam prædictum Dei nomine fuit, propterea quod inani ostentatione nunciis Regis Babylonis vniuersos ostendit thesauros suos, magna ex parte futura per Babylonios, quæ hîc apud Ieremiam peccatis adscribuntur Regis Manasses eius filij, vt habes in cap. 20. libri 4.[d] Regum. Secundò, & veriùs, vt ipsa Regis Manasses magis exaggeraretur peruersitas vix explicabilis, idque ex triplici capite; primùm, quia is, cùm semen esset sancti, ab optima sua degenerauit radice, cùm alioquin per Sapientem scriptum sit,[e] *Semen iustorum saluabitur*, ob imitationem nimirum iustitiæ parentum suorum. Secundò, quia contraria iuxta se posita magis elucescunt, cum peruersissimo filio nominatur & eius pater Ezechias adeò insignis sanctitatis, vt de ipso scriptum sit.[f] *Itaque post eum non fuit similis ei de cunctis Regibus Iuda, sed neque in his qui ante eum fuerunt: Et adhæsit Domino, & non recessit à vestigiis eius, fecitque mandata eius, quæ præceperat Dominus Moysi, Vnde & erat Dominus cum eo.* Tertiò demum, vt nulli dubium esset, eo grauiorem eamdem Regis Manasses extitisse peruersitatem, quòd in illa auctorem se præbuit similis peruersitatis toti Iudaico populo, quem mox Sanctus Rex Ezechias[g] ad rectum reduxerat tramitem. Idcirco namque de ipsius Manasses peccatis dicitur. (*Quibus peccare fecit Iudam, vt faceret malum coram Domino.*)

Cur facta sit mentio Ezechiæ Regis Iuda cùm est sermo de Manasse eius filio.

d 4. Reg. 20. 17. *Manasses Regis inexplicabilis peruersitas amplificatur quàm maximè per commemorationem Ezechiæ patris eius.*

e Prou. 11. 21.

f 4. Reg. 18. 5.

g 4. Reg. 21. 16.

Hæcque est vna ratio, propter quam præexpositæ calamitates in Iudaicum populum futuræ dicuntur propter Manassem potiùs, quàm propter Regem Amon illius filium, de quo in cap. 33. Paralipom. legimus:[h] *Fecitque malum in conspectu Domini, sicut fecerat Manasses pater eius: & cunctis idolis quæ Manasses fuerat fabricatus, immolauit, atque seruiuit. Et non est reueritus faciem Domini, sicut reueritus est Manasses pater eius: & multò maiora deliquit.* Sed est & altera eiusdem rei, eiusdemque dicti ratio, quia totum id quod futurum asseritur calamitatum, iam per sanctos Prophetas alios Dei item nomine eidem Regi Manasse prænunciatum fuerat euenturum propter eius scelera, cùm is adhuc perseueraret in iniquitatibus, & in culmine esset peruersitatis. Sic quippe scriptum est in lib. 4. Reg.[i] *Locutusque est Dominus in manu seruorum suorum Prophetarum dicens: Quia fecit Manasses Rex abominationes istas pessimas super omnia quæ fecerunt Amorrhæi ante eum, & peccare etiam fecit Iudam in immunditiis suis, propterea hæc dicit Dominus Deus Israel: Ecce ego inducam mala super Ierusalem, & Iudam; vt quicumque audierit tinniant ambæ aures eius,* &c. Porrò cùm id in more Dei sit, vt, tametsi peccatorem quemlibet verè admissorum delictorum pœnitentem & in suam recipiat gratiam, & quascumque eidem remittat culpas, ac æternam illis debitam condonet pœnam, iuxta illud ex Ezechiele Propheta,[k] *In quacumque hora ingemuerit peccator, omnium iniquitatum eius non recordabor ampliùs*: decretas tamen, & certâ iudicij sui sententiâ comminatas temporales in hoc sæculo pœnas illis minimè dimittat, eorumque posteris quibus statutæ eæ sint, & denunciatæ. Vt & ex eo manifestè patet, quod Regi[l] Dauid contigit post inflictam ex ore Nathan Prophetæ in eum Domini sententiam pro iis quæ in Bethsabee peccauit, & in Vriam: vniuersa enim mala quæ Propheta comminatus ei fuerat vitæ præsentis, euenisse illi legimus; quamquam ob pœnitudinis actum audierit,[m] *Et Dominus transtulit peccatum tuum.* Haud sanè mirum, si propter Regem Manassem acerbissima Iudaico inferenda populo Deus asserat, quæ iam eidem Regi scelestissimo propter ipsius scelera definitâ denunciata fuerant sententiâ: quamuis maximâ animi contritione illum pœnitentiam coram Domino egisse legamus lib. 2.[n] Paralipom. cap. 33.

3 *Auctorem malorum esse quanti referat.*

h 2. Para. 33. 22.

Decretas & denunciatas pœnas temporales pro peccatis, etiā post illorum pœnitentiam sæpe immisit Deus.

i 4. Reg. 21. 10.

k Ezech. 18. 22.

l 2. Reg. 12. 10.

m 2. Reg. 12. 13.

n 2. Paralip. 33. 12.

Adde quòd licet Rex Manasses pœnitentiam egerit, imò & præceperit Israëli, vt seruiret Domino Deo Israëli, nihilominus haud pœnitentiam egerunt illius subditi, eiusque posteri: apud quos, prout miseræ, infirmæque naturæ humanæ mos est, multò validiora fuere prima scelerum exempla, quàm bona eiusdem Regis mandata. Et hæc est ratio alia cur etiam Ieremiæ tempore, quando iam Rex Manasses obierat in gratia, tantæ nihilominus propter illum ipsum futuræ dicuntur in Iudæos, & in ciuitatem Ierusalem calamitates. Atque id & tempore sanctissimi Regis Iosiæ, quando hoc habitum est vaticinium, quod præ manibus habemus. Nisi enim Iudæi adhuc vel saltem occultè, & animo in pessimis & tunc perseuerassent viis Regis Manasses, pepercisset fortasse illis Deus, ciuitatemque defendisset ob merita

4 *Pœnitentia Regis Manasses non iuuit illius posteros qui eius scelera non pœnitentiam imitati sunt.*

Filiis, Posteris, ac subditis in impietate perseuerantibus non placatur Deus propter merita bonorum parentū, & Principū.

rita vel viuentis Regis ipſorum Ioſiæ, vel ſancti, cuius hic fit mentio Regis Ezechiæ, vel ſanctiſſimi Regis Dauid: Sicut aliàs feciſſe eum legimus, & dixiſſe,[a] *Protegam ciuitatem iſtam, vt ſaluem eam propter me, & propter Dauid ſeruum meum.* Quæ Domini verba expendens Ioannes Chryſoſtomus homil. 79. ad pop. Antioch. de oratione, iſtud ipſum quod modo aſſerimus his verbis confirmat: *Audi Deum dicentem, Protegam &c. Sed quando? Tempore Ezechiæ iuſti. Alioqui ſi malorum quoque valebant preces, quare Nabuchodonoſor Regi quoque Deus hoc non dixit, ſed ciuitatem tradidit? Quoniam inualuerat peccatum.*

a Iſai. 37. 35.
Ioan. Chryſ.

Verſ. 4.] Et dabo eos in feruorem, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

5 *Nouitij improbi, & incorrigibiles Apoſtatæ eiecti à Religione quomodo traditi à Deo ſint in feruorem vniuerſis regnis terræ.*

SI de eiectorum à Religione improborum nouitiorum, & incorrigibilium apoſtatarum morali ſenſu præcedentia ſumpta ſint, & hæc pariter illis non ineptè aptabis: quibus vt plurimùm id in more eſt, tametſi in pœnam à Deo datum non intelligant, vt tamquam profugi diuerſas adeant regiones, perque varia vagentur regna: vt audiui ego ipſe de aliquibus talium. Quodque pœnarum omnium illis eſt peſſimum, quia continuum, & pœnis reliquis diuturnius, illud eſt, quòd quocumque tetenderint Prouinciæ, & regni cuiuſcumque, acerrimum intra ſe præ cõſcientiæ remorſu, præque vehementiſſimis internarum paſſionum ſuarum fluctibus feruorem, animique ſentiunt agitationem. Neque minùs id quoque de iiſdem verum eſſe comprobatur, quòd in vniuerſis terræ regnis, & quocumque locorum ſe contulerint feruenti omnium qui vitæ ipſorum ſint conſcij, ſubiecti ſint odio, bonis omnibus contra eos Apoſtatas præſertim feruenter, Deo ſic diſponente, inſurgentibus. Quòd ſi de obduratis peccatoribus, quos à facie Domini eiiciendos diximus, ſermo hic ſit, & hoc quoque præter præallata in maximam à Deo illis conferri dicendum eſt pœnam, vt in errore ipſo ſuo, quo à diuinæ lucis conſpectu egreſſi per vniuerſa vagantur vitia, quibus quaſi in diuerſis regnis Diabolus regnat in mundo, continuâ mentis animique agitatione inſtar feruentis maris ferueant. Qua de re diximus aliàs ſæpe, id perpendentes Iſaiæ,[b] *Impij quaſi mare feruens, quod quieſcere non poteſt.*

Impij continuâ mentis agitatione vagantur per vitia.

b Iſai. 57. 20.

6 *A peccatorũ continuata ſerie quàm cauere debeamus.*

(*Propter Manaſſem filium Ezechiæ Regis Iuda, ſuper omnibus quæ fecit in Ieruſalem.*) Tria ex modicis hiſce verbis colligere eſt Moralia. Primum ex eo quod dicitur. (*Propter Manaſſem.*) Enimuero cùm in libro Eccleſiaſtici legamus,[c] *Præter Dauid, & Ezechiam, & Ioſiam, omnes peccatum commiſerunt: nam reliquerunt legem Altiſſimi Reges Iudà, & contempſerunt timorem Dei.* Et in quarto libro Regum cap. 17. vbi deſcribitur quod contigit ſub Rege Achaz item impiiſſimo Rege Iuda, auo Regis Manaſſes, dicatur.[d] *Et teſtificatus eſt Dominus in Iſrael & in Iuda per os omnium Prophetarum, & Videntium, dicens, Reuertimini à viis veſtris peſſimis, & cuſtodite, &c.* paulóque poſt *Qui non audierunt, ſed indurauerunt ceruicem ſuam iuxta ceruicem patrum ſuorum, qui noluerunt obedire Domino Deo ſuo, &c.* Apparet certè, iam diu, etiam ante Regem Manaſſem Deum indignatum populo Iuda propter ſcelera & Regum, & populi totius; & quidem propterea multis eum caſtigauit cladibus, prout iis conteſtatus eſt Dominus ipſe dicens,[e] *Fruſtra percuſſi filios veſtros, diſciplinam non receperunt.* Quapropter cùm hic ait, extremam & ciuitati, & toti Iuda ruinam illaturum ſe propter Manaſſem Regum ſuperiorum peruerſiſſimum, indicat, iratum ſe quidem & antea ita vt delere voluerit & Iudam, ſicut deleuerat Iſrael, tametſi eius non ſimilem facturus eſſet conſummationem: at quò iuſtius id expleret impletâ menſurâ iniquitatum eorum, dediſſe illis ſceleſtiſſimum ipſum Regem Manaſſem, cuius operâ ea menſura compleretur. Vt nouerimus, quàm cauere debeamus, ne continuatâ noſtrorum peccatorum ſerie Deus acriùs ad iracundiam irritemus: vt non in extremam & populi, & Eccleſiarum, & Religionum ruinam, peſſimos det Principes, atque Prælatos, pro quorum grauioribus peccatis pœnæ & in ſubditos redundent: quorum & crimina iidem imitantes in extremum deueniant ſcelerum, quibus & extrema pariter pœnæ contingat ruina.

c Eccl. 49. 5.
d 4. Reg. 17. 13.
e Iere. 2. 30. *Princeps improbus à Deo datur in pœnam, & in extremam ruinam ſceleſti populi.*

7 Greg. PP.

In cuius moralis explicatione vtar Gregorij Papæ verbis, quibus lib. 25. Moral. cap. 20. ſuper illud lib. Iob.[f] *Qui regnare facit hypocritam propter peccata populi, ait, Nullus qui talem* hypocritam ſcil. & impium, *rectorem patitur, cum quem patitur, accuſet, quia nimirum ſui fuit meriti peruerſi rectoris ſubiacere ditioni: Culpam ergo proprij magis accuſet operis, quàm iniuſtitiam gubernantis: Scriptum namque eſt: Dabo*[g] *tibi Reges in furore meo. Si igitur iraſcente Deo ſecundùm noſtra merita rectores accipimus, in illorum actione colligimus, quid ex noſtra æſtimatione penſemus:* paulóque poſt addit. *Sic ergo ſecundùm merita ſubditorum tribuuntur perſonæ regentium, vt ſæpe qui videntur boni, accepto mox regimine permutentur, ſicut Scriptura Sacra de Saule, quia cor cum dignitate mutauit, inquit,*[h] *Cùm eſſes paruulus in oculis tuis, caput te conſtitui in Tribubus Iſrael. Sic pro qualitatibus ſubditorum diſponuntur acta regentium, vt ſæpe pro malo gregis, etiam verè boni delinquat vita paſtoris. Ille enim Deo atteſtante laudatus, ille ſupernorum myſteriorum conſcius Dauid Propheta tumore repentinæ elationis inflatus populum numerando peccauit, & tamen vindictam populus Dauid peccante ſuſcepit.* In cuius vltimi dicti Gregorij, & pro totius moralis iſtius confirmatione pendetare hæc potes lib. Regum verba.[i] *Et addidit furor Domini iraſci contra Iſrael, commouitque Dauid in eis dicentem: Vade numera Iſrael, & Iudam.*

f Iob. 34. 30.
g Oſe. 13. 11.
h 1. Reg. 15. 17.
i 2. Reg. 24. 1.

8 *Bonitas Dei nil omittit quo nos ad pœnitentiam adducat.*

Filium Ezechiæ Regis Iuda.) Suggerunt hæc ſecundùm Morale, inſignis nimirum diuinæ bonitatis vel etiam in furore ſuo ſpecimen. Si vera namque Eccleſiaſtici eſt[k] ſupra allata ſententia, quòd à Rege Dauid quotquot fuerunt Reges Iuda vſque ad Ezechiam, & peccauerunt, & Dei irritauerunt indignationem: Quis tantam Dei non admiretur bonitatem, quòd vel etiam à tantis Regibus intermediis & tamdiu ab vniuerſo populo innumeris exacerbatus ſceleribus, bonum nihilominus dare dignatus ſit ſanctiſſimumque Regem Ezechiam, antequam peſſimum in extremam eiuſdem furoris ſui executionem Regem eidem populo traderet Manaſſem totius Iudaici regni perniciem. Vtrumque enim ab vno eſt Deo, vt dicitur in lib. Eccl. 10. 3. *Rex inſipiens perdet populum ſuum, & ciuitates inhabitabuntur per ſenſum potentium. In manu Dei poteſtas terræ, & vtilem rectorem ſuſcitabit in tempus ſuper illam*, quò populus bonis ſancti Regis ad rectum tramitem conuerti poſſet exemplis, & ipſe placatus, haud iam quod in vltimum illius futurum erat exterminium, Regem, vt ſupra explicauimus, eis daret in furore ſuo:

k Eccl. 49. 5.

suo: prout postmodùm facere ab iis ipsis coactus est, & hac abutentibus ipsius benignitate. Quod vtinam & nostris quoque temporibus, plerisque non contingeret nostrûm, dum diuinâ abutimur bonitate, quâ Deus nullum, (vt dici solet) non mouet lapidem, nihilque omittit, quò per nos pœnitentiam agentes; ab executione (vt ita dicam) impediatur extremæ, quâ nos puniturus esset damnationis.

Bonitate Dei quàm abutamur.

9 (*Super omnibus quæ fecit in Ierusalem.*) Triplex breuiter ex hoc tertio istius sententiæ membro colligere est Morale. Primùm, quàm cautus debeat esse vnusquisque, in primisque Principes, & qui super alios eminent, vt ea non admittant scelera, quæ notoria sint, & publica. Sicut enim & humana iura id exposcunt, vt tametsi eum qui talia commiserit, illorum pœniteat, pœnam nihilominus is referat, quò publico satisfiat scandalo: quóue alieno periculo discant alij, ne similia audeant perpetrare.[a] *Pestilente enim flagellato stultus sapientior erit: si autem corripueris sapientem, intelliget disciplinam*, ait Salomon, Sic & congruo Dei iudicio fieri consueuit. Quamuis Manasses Rex pœnitentiam egerit talem, quæ & grata Deo extitit: quia tamen maxima illius crimina toti nota fuerunt populo, publicè & illorum punitionem denunciat hoc loco Dominus, etiam post admissam illius pœnitentiam.

Principes & Prælati quã cauere debeant ne admittantur notoria, & publica peccata sine debita, & publica pœna.

a Prou. 19. 25.

10 Morale secundum est, vt animaduertamus, quædam reperiri peccata, quæ nobis nihilominus saltem quoad meritum pœnæ temporalis imputantur, tametsi antequàm ea in actum prodeant, nos illorum pœniteat; qualia nimirum sunt, quæ ab aliis ob nostrum malum admittuntur exemplum; quale est quod ex nostro mandato patrat aliquis, ad quem reuocatio eius non peruenerit mandati: quale est & detractio præsertim de re vera coram multis de viro bonæ alioquin existimationis: qualia demum sunt, quæ vel in commune, vel in particulare graue aliquod vergunt damnum, quod per pœnitentiam nequeat resarciri: prout complura admittuntur similium à Regibus, & Principibus, vtinam non & à Prælatis Ecclesiasticis, & etiam à Religiosorum rectoribus. Quamobrem vt talia euitentur omne adhibendum est studium.

Peccata aliqua imputãtur nobis saltem quoad pœnam temporalem, tametsi nos illorum pœniteat, ante quàm prodeant in actum.

Principum & Rectorum peccata quã damnosa.

11 Morale tertium est, quòd cùm, sicut in expositione literæ explicatum est, exploratum sit, vniuersas calamitates, quas hoc loco imminere minatur Dominus, & ciuitati Ierusalem, & Iudaico populo vniuerso, ob propria contigisse eorum qui tunc viuebant ciuium Ierusalem, & Iudæorum scelera, quæ ad imitationem Regis Manasses, qui multò ante eos præcesserat admittebant; Nihilominus non dicitur, (*Super omnibus, quæ fecerunt*, &c.) Sed (*super omnibus quæ fecit*, sci. Manasses *in Ierusalem.*) Vt ex hoc moneamur, vel propterea ea deuitare peccata, quæ in posteros scandalum, prauam consuetudinem, malumque inducunt exemplum, ne perpetuam in hoc mundo contrahamus ignominiam, tametsi eorum pœnitentiam egerimus. Cui rei attendere debent quidem vniuersi: dicitur enim vnicuique in libro Ecclesiastici.[b] *Curam habe de bono nomine, hoc enim magis permanet tibi, quàm mille thesauri preciosi, & magni.* Sed Magnates potissimùm, & Reges, quorum gesta singula, & fama in Annales scripta relinqui posteris solent.

Principes & omnes vel ob id à peccatis notoriis abstinere se decet, ne in hoc mundo ignominiam contrahant.

b Eccl. 41. 15.

VVLGATÆ.

Vers. 4.] Et dabo eos in feruorem, &c.

A

SEPTVAGINTA.

4. Καὶ παραδώσω αὐτοὺς εἰς ἀνάγκας πάσαις ταῖς βασιλείαις τῆς γῆς, διὰ μανασσῆν υἱὸν ἐζεκίου βασιλέα ἰούδα, περὶ πάντων, ὧν ἐποίησεν ἐν Ἱερουσαλήμ.

Vers. 4.] Et tradam eos in angustias omnibus regnis terræ: propter Manassem filium Ezechiæ Regis Iuda, pro omnibus quæ fecit in Ierusalem.

B

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Et dabo eos in commotionem omnibus regnis terræ, eò quòd non sunt conuersi sicut Manasses filius Ezechiæ Regis tribus Iuda, propter* (*multa mala*) *quæ fecit in Ierusalem.*

Vers. 4. (*Et dabo eos in feruorem*, &c. *Propter Manassem.*)

Hieronymus. *Legimus in lib. dierum, Manassem post captiuitatem, & pœnitentiam reuersum in Ierusalem, atque regnasse. Sed quo modo sanctorum merita descendunt ad posteros, sicut & Dauid, & cæterorum: sic peccatorum flagitia, si liberi, nepotesque similia gesserint, ad posteros perueniunt. Quod autem dicit:* (*Dabo eos in feruorem, siue commotionem, & angustias vniuersæ terræ:*) *& sub Babyloniis ex parte completum est, & nunc expletur ex toto: quando pessimum Regem, & qui repleuerit Ierusalem à porta vsque ad portam cruore iustorum, populus imitatus est impius. Ex quo discimus, Regum ac principum, & præpositorum scelere populos plerumque deleri.*

C

Hieronym. *Parentum merita, & flagitia descendunt ad posteros ipsorum imitatores.*

Ob principũ scelera plerumque delentur populi.

D Theodoritus. *Et tradam eos cunctis regnis terræ angustiis premendos. Prædicit etiam quæ post reditum sunt futura, & vigente Macedonum regno ventura, atque interitum ipsis à Romanis inferendum. In primis obuentura docet ob impietatem Manasse audacter admissam. Verùm non est iniquus Iudex, nec ab aliis debitas exigit pœnas; sed velut eiusdem impietatis socios, & qui improbo Regi libenter operam contulissent prædictis submittit afflictionibus.*

Theodorit. *Iudæi affligendi in cũctis regnis terræ, & per Græcos, & per Romanos.*

Affert hanc sententiam Anastasius Sinaita. Quæstione 16. ad probandum quòd Deus det Principes malos aliquando in pœnam populi impij. Vbi & hoc recitat exemplum in eiusdem rei E confirmationem. *Quando Phocas tyrannus factus fuit Imperator, & per Bonosum lictorem suum cœpit facere sanguinis effusiones: Quidam Monachus in Ciuitate Constantinopolitana vir Sanctus, & qui ad Deum magnam habebat fiduciam, cum Deo disceptabat, dicens in simplicitate, Domine cur eum fecisti Imperatorem? Deinde cùm permultis diebus hoc dixisset, vox à Deo venit ad illum dicens: Quoniam non inueni peiorem.* Vide ibi & exemplum alterum de Prælato Ecclesiastico prauo.

Anast. Sin.

Principes praui dantur à Deo in pœnam subditis impiis.

D. Thomas. *Excludit remedium Misericordiæ quantùm ad captiuos.* (*Et dabo eos in feruorem*) *hoc* F *est in feruens odium* (*propter Manassem*) *qui multa mala fecit* 4.[c] *Reg.* 21. *Punitur autem populus pro peccatis Regis, tum quia malus pro peccatis populi regnare permittitur, Iob* 34.[d] *Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi: tum quia populus sequitur peccata Regis, Ecclesiastici* 10.[e] *Qualis rector ciuitatis, tales & inhabitantes in ea. Prou.* 29.[f] *Princeps qui libenter audit verba mendacij omnes ministros suos habet impios.*

D. Thom. *Cur puniatur populus propter peccata principis.*

c 4. Reg. 21.
d Iob 34. 30.
e Eccl. 10. 2.
f Prou. 29. 12.

CATENA

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

KAI παραδώσω αὐτοὺς εἰς ἀνάγκας πάσαις ταῖς βασιλείαις τῆς γῆς.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὥστε μηδένα τόπον ἀγνοεῖν τὰ κατ' αὐτούς.

[πάσαις ταῖς βασιλείαις τῆς γῆς.]

Βίκτωρος.] βασιλεῖαι δὲ τῆς γῆς εἶεν, καὶ αἱ ἀντικείμεναι δυνάμεις, πρὸς ἃς καὶ ὁ Παῦλος τὴν πάλην ἔχειν φησί, καὶ κοσμοκράτορας τοῦ σκότους εἰπών. βασιλεῖαι δὲ γῆν, καὶ τὰ πάθη τῆς ἀτιμίας εἰς ἃ παρ' ἀσεβεῖς παραδίδονται. διὸ φησί, μὴ οὖν βασιλευέτω ἡ ἁμαρτία ἐν τῷ θνητῷ ἡμῶν σώματι.

[διὰ μανασσῆν.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὁρᾷς τὴν μετανοίας τὴν ἰσχύν; οὗτος ὁ μανασσῆς δι' ὃν πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης διασπείρονται ἰουδαῖοι. καὶ οὔτε Μωυσῆς, οὔτε Σαμουὴλ ἱκανοὶ αὐτοὺς ἐξελέσθαι. οὗτος διὰ μετανοίας ἑαυτὸν ἐξείλετο, καὶ κατήλλαξε τῷ Θεῷ.

|| Ὀλυμπιοδώρου.] οὗτος ἔπεισεν ἐκτόπως εἰδωλολατρεῖν τοὺς ἰουδαίους. λέγεται δὲ καὶ τὸν προφήτην ἠσαίαν αὐτὸς πρίσαι.

Θεοδωρήτου.] πῶς ὁλόκληρον ἔθνος δι' ἕνα τὸν μανασσῆ παραδίδοται; καὶ ταῦτα διὰ μετανοίας ἑαυτὸν ἐξελόμενον; πρὸς τὸ δοκεῖν ταῦτα || καθαίρειν τῶν ἰουδαίων τὸ ἔγκλημα, ὃ δηφθάσας τοῦτον ἐπηύξησεν. ἐγκαλεῖ τοίνυν αὐτοῖς, ὅτι βασιλέως εὐσεβοῦς ἀπολαύσαντες ἔναγχος ἐζεκίου φημί, τοῦ ἀποστάντος ἀνείχοντο μανασσοῦ. τῶν ἐπὶ ἐζεκίου θαυμάτων νεαρὰν εἰκότως ἔχοντες μνήμην. καὶ ἄλλως δέ, δείκνυσι μηδεμίαν τοῖς ἀσεβοῦσιν ἀπολογίαν, κἂν ἕτερος ἀπατᾷ, κἂν βασιλεὺς ἐπιτάττῃ. τίνος οὖν ἕνεκεν οὐκ ἀνεῖλεν αὐτόν; πρῶτον μὲν προγνοὺς αὐτοῦ τὴν μετάνοιαν, ἣν ἔδει καὶ τούτους μιμήσασθαι. δεύτερον, καὶ ὅτι ἔχοντες αὐτόν, εὐσεβεῖν οὐκ ἐκωλύοντο. διόπερ οὐκ ἀνεῖλεν, οὐ δὲ τὸν ἀρχέκακον δαίμονα. ||

Vers. 4. ET tradam eos in angustias omnibus regnis terræ, &c.)

Chrysostomi.] Vt nullo in loco res eorum ignotæ sint.

(Omnibus regnis terræ.)

Victoris.] Regna porrò terræ, virtutes quoque erunt oppositæ, quibuscum & Paulus [a] luctam sibi esse dicit, & Mundi huius principes vocat, dicens, Regna item terræ & ignominiæ animi affectiones, quibus impij se tradunt: quare ait. Ne igitur [b] regnet peccatum in corruptibili corpore nostro.

(Propter Manassem.)

Chrysostomi.] Vides pœnitentiæ vim. Manasses hic, propter quem in omnes terræ partes disseminantur: quos nec Moses nec Samuel pœnis liberare possunt, hic per pœnitentiam seipsum liberauit, Deumque sibi propitium reddidit.

|| Olympiodori.] Hic Iudæis idololatrare persuasit. Dicitur & Prophetam Isaiam dissecuisse. (Propter Manassem filium Ezechiæ Regis Iuda.)

Theodoriti.] Quomodo integra natio vnius Manassis caussa traditur? cùm præsertim pœnitentiâ seipsum exemerit? Apparenter per hæc crimen Iudæorum purgatur, quod iam ante amplificauerat. Expostulat itaque cum ipsis, quòd cùm paulò ante Regem pium Ezechiam essent sortiti, Manassem qui defecerat, sustinuerunt, miraculorum sub Ezechia meritò recentem memoriam habentes. Alioquin illud & ostendit, Nullam impiè agentibus esse excusationem, licet alter decipiat, aut Rex præcipiat. Quare igitur eum non interemit? Primò quidem ob præuisam eius pœnitentiam, quam illos etiam æmulari oportebat. Secundò, quòd & cùm eum haberent, piè viuere non prohibebantur: ob id etiam nec ipsum nequitiæ Patrem dæmona sustulit. ||

Margin: 2 — Chrysost. — Vict. Presb. Dæmones appellati regna terræ. — a Ephe. 6. 12. — Affectiones prauæ appellatæ regna terræ. — b Rom. 6. 12. — 3 Chrysost. Pænitentia nostra propria quanto valicior quàm aliorū vel sanctissimorum orationes pro nobis. — Olympiod. Isaiam Prophetam secari fecit Rex Manasses. — Theodorit. Ad imitationem prauorū quàm proeliuiores sumus quā ad imitationem bonorum. — Peccantibus nulla superest excusatio. — Reges prauos cur toleret Deus. — Dæmonē nos tentantē cur toleret Deus. — Hinc ad υἱεῖ.

Vers. 5.] Quis enim miserebitur Ierusalem? aut quis contristabitur pro te? aut quis ibit ad rogandum pro pace tua?

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

TAM [c] vniuersis tua ista Ierusalem, explorata erit peruersitas, quâ acerbissima quæque commereris, vt nullus futurus sit hominum qui tibi in tantis misereatur calamitatibus; nullus qui pro te quidpiam habiturus sit tristitiæ; quin & iustorum vix quis reperiatur, qui ausurus sit, vt ad fundendas se conferat preces pro pace, saluteque tua, cuius te norunt indignam, [d] Vel hostibus ipsis tua manifesta erunt tamæ impietatis demerita, ita vt nullus futurus sit qui commiseratione tactus tibi parcat; at quilibet potiùs quantùm poterit, tibi inferet mali. [e] Vicinarum quoque Gentium nullus vel pedem moturus est, vt te tantis oppressam ærumnis conueniat, quò aliquid exhibeat consolationis tibi: quæ id minimè merearis. Imò & ex ciuibus ipsis tuis nullus futurus iustorum est: qui fusis cælum versùs pro te precibus salutem tibi efflagitet immeritæ; nullusque sapientum, atque prudentûm qui supplex ab hostibus pacem tibi petat.

Margin: 1 c Quis enim miserebitur tui Ierusalē aut quis contristabitur pro te? aut quis ibit ad rogandū pro pace tua? — 2 d (Quis parcet tibi Ierusalem? — 3 e Quis consolabitur te? aut quis ibit ad postulandum pacem tibi?

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

QVis enim miserebitur tui, &c.) Si particula (enim) rationalis hîc esset, libenter nunc mutarem sententiam, vt assererem, id quod in præcedenti Versu, dicebatur,

Et dabo eos in feruorem vniuersis regnis terræ: de feruore vel odij, vel furoris, & persecutionis hostium intelligendum, prout à plerisque expositorum intelligi diximus, cuius feruoris ratio, & confirmatio hîc affertur. Cæterùm cùm nec in textu Hebraico ita sumatur ab interpretibus, nec in versione Sept. ea sit particula, & redundanter, seu asseueranter, prout aliàs sæpè illam in nostra Vulgata adhibitam dixerim, & non esse cur ab eo quod in superioribus asseruimus recedamus. Non negarim tamen, de hostibus ipsis accipi hæc posse, quæ hîc dicuntur, vt ad amplificationem deseruiant mox comminatarum calamitatum: quas nimirum ab iis sustinere cogerentur Iudæi, ciuitasque in primis Ierusalem, quorum tanta sit hominum feritas vniuersalis, vt nullus inter eos sit reperiendus, qui illorum tactus compassione vel intrinsecus misereatur eius ciuitatis, vel externum aliquod tristitiæ super eam præ se ferat signum, vel ad tantillum ei impetrandum pacis moueat pedem.

Amplificatio egregia calamitatum Ierusalem, & sæuitiei Chaldæorum.

Hugo Cardinalis, videtur hæc referre ad Gentes, in quibus Iudæi habebant fiduciam. Ac si Deus dicat. *Ex quo tui non misereor, quis poteſt tui misereri? Non ergo confidas in regionibus alienis: non enim tam misericors poteſt esse creatura sicut creator. Deo ergo nobis offenso, nullus contra eum*, ait Hugo, *poteſt iuuare: sicut illi nemo poteſt iam misereri, vel eum defendere, quem Rex suspendio adiudicauit.* Porrò quod additur, (*Aut quis ibit ad rogandum pro pace tua?*) putat dictum de eo quod contigit post destructionem Ierusalem factam per Romanos: quasi dicatur, [a] *Omnes derelinquent te, iuxta illud apud Matthæum, Relinquetur domus veſtra deserta: & Angeli enim qui eam cuſtodiebant, reliquerunt eam, vnde dixerunt, Recedamus ab his sedibus. Quando enim Iudæi tantùm peccabant in proximum orari poterat pro eis: Sed quando in Deum; crucifigentes Chriſtum Dei filium, qui misereri posset* 1. Reg. 2.[b] *Si peccauerit vir in virum placari ei poteſt Deus: si autem in Deum peccauerit vir, quis orabit pro eo?* Hæc Hugo, quæ ab Origene accepta videbis in Appendice nostra.

Hug. Card. *Peccatori cui Deus indignatus sit, nō eſt fiducia habenda in hominibus.*

Iudæi post crucifixionem Christi relicti & ab Angelis, & ab hominibus.

a Matth. 23. 38.

b 1. Reg. 2. 25.

Christophorus à Castro ex Vatablo vertente ex Hebræo, (*Quis recedet de loco suo, vt roget te de pace tua, ac salute, nempe qui valeas:*) nostræ etiam Vulgatæ hunc germanum putat esse sensum, vt in his ostendatur summa calamitas, & solitudo Ierusalem, quòd nullus ex ciuibus sit remansurus, qui eius commisereri possit, & contristari, & eam consolari: quiue ad eam consolandam accedere queat præ dolore, & rogare quomodo se habeat, interrogando de malis, ac de salute sua, iuxta illud Threnorum,[c] *Non eſt qui consoletur eam ex omnibus charis eius.*

Christoph. à Castr. *Ierusalem quanta per Chaldæos futura esset solitudo.*

c Thren. 1. 2.

2 Quicquid tamen sit de sensu lectionis Hebraicæ, de qua paulò pòst agam; nostrum certè Interpretem, vertendo vltimum huius sententiæ membrum, (*Aut quis ibit ad rogandum pro pace tua:*) idipsum opinor significare voluisse de confugio pro parte Ierusalem ad Deum in oratione, quod manifestè expressum norat in versione Sept. quæ habet, (*Aut quis curuabit se*, seu, vt in Complutensi. *Quis flectet genua ad pacem tibi?*) scilicet efflagitandam. Nicolaus de Lyra, *Quilibet*, inquit, *iuſtus magis lætabitur de impletione diuinæ iuſtitiæ. Nullusque ibit ad rogandum pro tua pace, ex quo Moysis, & Samuelis oratio eſt exclusa.* At non est necesse, vt ad Moysis, & Samuelis orationem vllus hoc loco habeatur respectus.

Lyra

Sed genericè ista dicuntur, vt significetur adeo vniuersis exploratam futuram eius ciuitatis peruersitatem, qua peracerba omnia commerebatur, vt nullus reperiendus esset hominum qui illi in tantis misereatur calamitatibus, nullus qui pro ea quidquam habiturus sit tristitiæ: quin & iustorum nemo ausurus sit, vt ad orandum se conferat pro eius salute, & pace, cuius illam norunt indignam. Quæ tamen per hyperbolem dicta arbitror, in amplificationem & peruersitatis, & demeriti, & infælicitatis vrbis Ierusalem: cùm tamen haud ambigendum, numquam defuisse iustorum aliquos qui illius miserias lugerent, lugentesque coram Deo funderent pro illa preces, prout aliàs probasse me recolo ex Ezechiele:[d] Certè vnus non defuit Ieremias, vt & totus iste Vaticiniorum, & alter Threnorum eius testantur libri.

Ciuitatis Ierusalē quanta tempore esset peruersitas omnibus patens.

d Ezech 9. 4.

3 Quoad lectionum varietatem notandum, in Hebraico textu in singulis trium membrorum istius sententiæ verba esse peculiaris significationis aliquid habentia. In primo enim membro, (*Quis miserebitur tui?*) est verbum חמל *hamal*, quod propriè parcere significat, & affectu ac commiseratione commoueri in quempiam, etsi is aliter meruerit. Sæpiusque & à nostro Interprete Latino verbo parcendi redditur; quin & hoc loco sic pariter id reddidêre Sept. legentes τὶς φείσεται ἐπὶ σοι ἱερουσαλὴμ. (*Quis parcet super te Ierusalem?*) & Regia ex Hebræo, (*Quis indulgebit super te?*) Quo nedum actus internæ significatur commiserationis, sed & eiusdem commiserationis effectus, quo nimirum effectum sit, vt nihil præ compassione ciuitati adeo miseræ inferretur molestiæ. Quod ad hostes referri debet: vt sensus sit, vel hostibus ipsis manifestam futuram ciuitatis eius peruersitatem, ac demerita: ita vt inter eos nullus sit reperiendus qui eam dignam censeat commiseratione, vt non quilibet quantumcumque potest illi obsit.

Ciuitatis Ierusalem tāta impietas, vt nec vllus hostiū futurus qui præ cōmiseratione ab eius se abstineat damnis.

4 In secundo membro, (*Aut quis contriſtabitur pro te?*) In Hebraic. est verbum נוד *nud*, quod propriè motionem significat, in vsuque frequenti est pro consolari, quia qui consolantur è loco suo migrant vnus hinc, alius inde, vt lugentem consolentur: quod peroptimè noster expressit Interpres, cùm id quod in capit. 2. libri Iob dicitur de amicis Iob,[e] *condixerant enim sibi ad veniendum, ad commouendum illi, & ad consolandum eum:* vertit: *Condixerant enim sibi, vt pariter venientes visitarent eum, & consolarentur:* motum accipiens itineris adueniendi & visitandi. Quamquam ob motionem capitis quæ est consolantium gestus, & commiserantium idem verbum pro consolari vsurpari solitum censeant alij. Vnde in eodem libro Iob capit. 16. legimus,[f] *Consolarer & ego vos sermonibus, & mouerem caput meum super vos:* ad quod illustrandum vbi apud Nahum hoc ipso sensu dicitur,[g] *Quis mouebit tibi?* additum in Vulgata est, *caput. Quis mouebit super te caput.* Hoc certum est, sæpius id Hebraicum verbum & in Vulgata Latinè redditum verbo consolandi, vt in sequenti capit. 16. *Neque consoleris eos:* & 48. 17. *Consolamini eum omnes qui eſtis in circuitu eius.* Quo sensu hoc loco Pagninus, & Regia, & Vatablus in Scholio legunt, (*Et quis condolebit tibi?*) Idemque Vatablus in textu suæ versionis, (*Quis iter suscipiet pro te?*) Alij, (*Quis consolabitur te?*) Quin & nostræ Vulga

Nec vicinæ Gentes quidquam eidem ciuitati celaturæ sint consolationis.

e Iob. 2. 11.

f Iob. 16. 5.

g Nahum. 3. 7.

Vulgatæ verbum ad eumdem ſenſum refert Petrus à Figueira: Ac ſi dicatur, Quis ſimul tecum ferat triſtitiam? *eſt enim*, inquit, *quædam conſolatio mœrenti ſentire alios de ſua triſtitia dolère, quaſi triſtitiæ onus per multos diuidatur.* Referrem itaque hæc ad vicinas Gentes; ſicut ſuperiora referenda cenſui ad irruentes Chaldæos. Sept. verterunt idem Hebraicum verbum, Græco verbo δειλιάζειν, ἢ τὶς δειλιάσει ἐπὶ σοι. Quod & ſi vertant, (*Quis miſerebitur ſuper te:*) iuxta proprietatem tamen dicti verbi, quòd timorem quendam deſignat, & refugere vel ob metum, vel ob ignauiam, aut ob alicuius detrectationem periculi. Aptiùs fortaſſe id Latinè tu reddes, (*Et quis ſuper te*, ſcil. irruere, *detrectabit? Quis animo pauido erit ſuper te?*) vt ſignificetur, tantam futuram ciuitati Ieruſalem per Chaldæos ſtragem, & vaſtationem, vt nec vicinarum Gentium quiſquam iam detractaturus ſit, vt ſuper illam irruat.

In ciuitatem Ieruſalē vnà cum Chaldæis irruerunt & conuicina Gentes.

5

Ciuitas Ieruſalē deſtituta ope ciuium iuſtorum, & ſapientum.

In tertio denique membro, (*Aut quis ibit ad rogandum pro pace tua?*) In Hebr. eſt verbum סור *ſur*, quod cùm motum & ad locum, & à loco ſignificet, diuerſimodè à recentioribus Interpretibus hìc redditur, Pagninus enim vt Vulgata, (*Et quis ibit ad poſtulandum pro pace tibi?*) Regia, (*Et quis recedet ad poſtulandum ad pacem tibi?*) Quod ego refero ad ciues ipſius Ieruſalem, quorum in tanta deuaſtatione vel nullus iuſtorum remanſurus ſit, qui ex ipſa ciuitate ſecedat ad orandum Deum pro illius proſperitate, & ſalute: vel ſapientum nemo futurus ſit reliquus, aut ſi auſurus, vt ad hoſtes eius tendat, vt cum ipſis de illius agat pace. Ambo autem deſignare poteſt tam lectio noſtra Vulgatæ, quàm etiam Verſio Sepr. in qua cùm dicitur, (*Aut quis curuabit ſe ad ad pacem tibi?*) Actus deſignari poteſt humilis, demiſſique animi genibus flexis ſuppliciter pacem petentis ab hoſtibus. Senſum Vatabli qui eſt Paraphraſis Chaldaicæ relatum habes ſupra.

Verſ. 5.]Quis enim miſerebitur, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

6

Congregationis alicuius extrema ruinæ ſignum, quando nullus in ea, qui illius miſereatur, proque ea oret.

QVod primum, aptiuſque quoad literam hæc ſuggerunt Morale, eſt, vt tunc in profundum malorum congregationem deueniſſe dicamus aliquam, quū ita in ſingulis quotquot eius ſunt, percrebuit prauitas, vt nullum ſit in ea reperire, qui communi miſereatur miſeriæ, qui pro matris ſuæ contriſtetur damnis, atque ruina: quique vel pedem (vt dici ſolet) moueat, vt vel aliquo ſtudio illi procuret ſalubriora, vel ſaltem precibus Deo fuſis quid eidem obtinere deſuper ſatagat pacis, & tranquillitatis. Si de commiſeratione ſermo ſit extraneorum erga Iudæos, ciuitatemque eorum Ieruſalem. Conſpicuum eſt vniuerſis, quod & moraliter peccatoribus quibuſcumque metuendum quàm maximè eſt, quomodo poſt Chriſti crucifixionem vix repeciatur in toto terrarū Orbe qui eis miſereatur, parcatque ne afficiat moleſtia, & qui illos de eorum interroget quiete, fœlicitate, & pace, cuius illos omnino expertes norunt omnes. Hugo Cardinalis de ipſa hæc ſumens ciuitate Ieruſalem quæ adhuc extat, in contrarium ſenſum non incongruè hæc ita interpretatur. Quòd vix repeciatur, qui de hoc doleat: quòd terra ſancta Chriſti ſanguine dedicata à Gentibus cōculcetur: cùm Heli[a] Sacerdos audito quòd arca Dei capta eſſet à Philiſtæis, præ dolore emiſerit animam: & Matathias captâ à Gentilibus ipsâ Ieruſalem, præ ſumma animi triſtitia in ea proruperit, [b] *Vt quid natus ſum videre contritionem populi mei, & contritionem ciuitatis ſanctæ?* &c. Nec quis ſit, qui pro illius terræ pace Deum deprecetur: cùm tamen per Pſalmiſtam inculcatum audiamus, [c] *Rogate quæ ad pacem ſunt Ieruſalem.*

Iudæis poſt crucifixum Chriſtū nullus parcit, vel eorum miſeretur.

Hug. Card. Ieruſalem ciuitatis ſanctæ nunc vix eſt qui miſereatur.

a 1. Reg. 4. 18.

b 1. Machab. 2. 7.

c Pſal. 121. 6.

7

In aliorum ope quàm inaniter confidūt qui emendationi ſua operam nō dant.

Congruentiùs tamen iſta ad mores noſtros deducemus, ſi nomine Ieruſalem, prout aliàs ſæpe, fidelem deſignatam ſumamus animam, cui hæc metuenda proponantur, quæ, ni à peccatis dum adhuc poteſt, recedat, in extremo iudicij die, illi vel à ſanctis ſibi aliàs maximè propitiis contingent. Et ex eo quod hìc dicitur diſcemus, in quàm magno verſemur errore, dum volentes perſeuerare in peccatis, in aliorum tamen, quibus nos commendamus, fiduciam habemus precibus: & in aliorum ſpem collocamus miſericordia erga nos, & in mortificationibus quas compatiendo, pro nobis alij ſubierint: cùm ſcriptum ſit, [d] *Miſerere animæ tuæ placens Deo, & contine.* Quod ſi immiſericordes nobiſmet ipſis ſimus, Quis iam noſtri vtiliter miſereatur? Si nos à peccatis non abſtineamus, & vel per continentiam mortificemur, Quis cum fructu contriſtabitur pro nobis? Si Deo vt placeamus reſipiſcentes ipſi non obnitamur, quis vel ſanctiſſimus proficuas pro nobis ad indignatum fundet preces?

d Eccl. 30. 24.

VVLGATÆ.

Verſ. 5.]Quis enim miſerebitur, &c.

SEPTVAGINTA.

5. Τὶς φείσεται ἐπὶ σοὶ ἱερουσαλήμ; ἢ τὶς δειλιάσει ἐπὶ σοί; ἢ τὶς ἀνακάμψει εἰς εἰρήνην σοι;

Verſ. 5.]Quis parcet ſuper te Ieruſalem? & quis contriſtabitur ſuper te? aut quis curuabit ſe ad pacem tibi?

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1

PARAPHRASIS Chaldaica. *Quis enim miſerebitur tui Ieruſalem? aut quis contriſtabitur ſuper te? & quis diuertet ad ſalutandum te?*

Verſ. 5. (*Quis enim miſerebitur tui Ieruſalem?* &c.)

Origenes. Simile.

Peccatoris à Deo damnati nec Angelos, nec Sanctos vllos miſerturos, vel pro eo contriſtandos, aut rogaturos, exēplo probatur.

Origenes homil. 10. in Ieremiā primùm ſimilitudine hæc explicat, tum aptat & ad Ieruſalem terrenam, & Synagogam, demúmque ad animam. Quoad primum. *Exemplum*, inquit, *accipiā: Hoſtis quiſpiā aſperum volens contra imperatorem huius terræ iudicatus eſt. Ab hoc omnis miſericordia auſertur, ſcilicet ne dum dānato quis miſeretur, incipiat offendere condemnantē. Sunt etiam nonnulli qui adiiciunt ad ſeueritatem, vt non contriſtentur quidem ſuper eo, id magnopere euitantes, ne per mœrorem vultus monſtrentur iudicio Regis offendi. Si intellexiſti, conſidera mihi propter peccata multa condemnatum peccatorem, & vide, quomodo, innumerabilibus Angelis humano generi præſidentibus, ne ab vno quidem miſericordia dignus iudicetur. Singuli quidem Angelorum perſpicientes quia Deus eſt qui condemnauit, quia*

creator est qui aduersatur, & tale esse peccatum vt misericors, & clemens quodammodo necessitatem passus sit super eum sententiam promere, non parcunt, non contristantur, neque miserentur, non reuertuntur vt rogent pro eo pacem Ierusalem.

Iudaeorū post peccatū crucifixionis Christi nec Angeli miserti sūt, Nec eorū ciuitati Ierusalem pepercerunt.

a Matth. 23. 37.

Tum de Ierusalem terrena agens ait, *Quia ad priora scelera etiam hoc adiecit, vt crucifigeret Dominum meum Iesum, & in tantum surrexit scelus vt de ea diceret Saluator, Ierusalem, Ierusalem* [a] *qua occidis Prophetas*, &c. *Ecce relinquetur domus vestra deserta, Ideo dimissa est, & vsque ad praesens tempus destituta: Angeli quippe qui semper auxiliabantur ei, deseruerūt eam, & dixerunt. Multis facinoribus oppressa est: Iesum interfecit, & in Dominū nostrum misit manus. Quamdiu minora peccauis potuimus rogare pro ea, potuimus parcere ei. Super ista quis parcat?* [b] *Si peccauerit vir in virum, exorabitur pro eo: si autem peccauerit in Deū, quis orabit pro eo? Grande piaculum commisit Ierusalem, grande perpetrauit nefas, ideo in commosionem facta est, & dicitur ad eam, Nos non contristamur super Ierusalem, & calamitatibus eius, & omnis populus illius:* [c] *Illorum quippe delicto salus nostra facta est ad aemulandum eos.*

b 1. Reg. 2. 25.

Super Iudaeorū calamitatibus nos non contristamur.

c Rom. 11. 11.

Peccans grauiter post cōuersionē, sicque tradens Christum indignus est cuius quisquam misereatur.

Denique animae haec aptans dicit. *In historia refertur, quòd nomen loci istius fuerit Iebus, & postea commutato vocabulo nuncupata sit Ierusalem. Post disciplinam diuinam facta est Ierusalem, quae priùs fuerat Iebus, Iebus autem Iudaeorum posteri tradunt interpretari conculcatam, Iebus ergo conculcata à fortitudinibus contrariis anima nostra transmutata est, & facta Ierusalem, visio pacis, Si itaque post hanc demutationem peccaueris, & sanguinem testamenti, sicus quidam, & tu communem existimaueris, dicitur & de te. Quis parcet super Ierusalem, & quis contristabitur super te? Quis enim contristabitur, si talis fueris, vt tradas Iesum? Vnusquisque nostrûm quandoque peccat: maximéque cùm peccat ingenia, in Iesum peccat. Si autem & recesserit à fide, haec facit spiritaliter Christo, quae corporaliter fecit Ierusalem.* [d] *Quamobrem quantò plus arbitramini deteriora mereri supplicia eum qui filiū Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatur, & spiritui gratiae contumeliam fecerit: Si conculcasti Iesum filium Dei, fecisti conuicium spiritui gratiae, quis parcet super te? quis contristabitur super te? quis reuertetur rogare ea quae in pacem sunt tibi? Ipsum Iesum, qui rogabat pariter, & praestabas ea quae erant in pacem, perdidit anima peccatrix, quis potest vltra rogare conuersus ad ea quae sunt in pacem tibi?*

Conculcās sanguinem Christi peccato infidelitatis indignus est, cuius quisquā misereatur, & pro quo aliquis pacem roget.

d Hebr. 10. 29.

2 Hieronym.

Pro peccatis nullus orare potest in Dei offensionem.

Hieronymus. (*Quis enim miserebitur tui?* &c.) *Nullus potest offenso Deo pro flagitiis orare peccantium: quia nec tam clemens potest esse creatura quàm conditor, nec ita alienus externis, quomodo Dominus suis parcere.*

Theodorit.

Peccator indignus, cuius misereatur quisquam.

Theodoritus. (*Quis enim miserebitur tui Ierusalem? aut quis contristabitur de te? aut quis incuruabit se ad rogitandum sibi pacifica?*) *Quasi dicat, Vniuersis hominibus iusta perpeti videberis. Solent enim homines cùm quempiam eorum qui nequissimè viuunt plecti viderint, non solùm non condolere, sed etiam congratulari his qui laesi sunt, tamquam ab eius nequitia liberatis.*

D. Thom.

In die iudicij peccatori nihil vsquam opis.

D. Thomas. *Assignatur repulsionis ratio, & primò ponitur quaestio admirationis, & excluditur primò misericordia iudicis, (Quis miserebitur) secundò satisfactio alicuius compatientis, (aut quis contristabitur) tertiò oratio mediatoris alicuius, (aut quis ibit,) ex quo Deus repulit, & in tot peccatis es. Oseae 1.* [e] *Voca nomen eius absque misericordia: quia non addam vltra misereri domui Israel: sed obliuione obliuiscar eorum.*

e Ose. 1. 6.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Τίς φείσεται ἐπὶ σοὶ ἱερουσαλήμ; ἢ τίς δειλιάσει ἐπὶ σοί;

Τοῦ Χρυσοστόμου.] πολλὴ ἡ κακία, ὅταν μηδὲ κολαζόμενός τις εἰς ἔλεον ἀγάγῃ τοὺς θεωροῦντας. καίτοιγε πάντως, καὶ αὐτοὶ οἱ ἠδικημένοι πρὸς ἐνδείξεις πρὸς τοὺς ἠδικηκότας εἰώθασιν, ὅταν ἴδωσι τιμωρουμένους. ἀλλὰ τὰ σὰ μείζονα συγγνώμης ἐστί, καὶ ἐλέους. [τίς φείσεται, ἢ τίς δειλιάσει;]

|| Ὠριγένους.] ὡς γὰρ οὐδεὶς ἀνθρώπῳ πολεμίῳ βασιλέως || συγχωρεῖται, τῷ μὴ δοκεῖν δυσαρεστεῖν ψήφῳ βασιλικῇ. οὕτως οὐδὲ τὸν || ἐφ' ἁμαρτίαις ἀποβολῇ τοῦ Θεοῦ. ὡς μηδὲ χώραν ἔχειν ἐλέους παρὰ τῷ φιλανθρωποτάτῳ Θεῷ, τῶν ἀγγέλων οὐδεὶς ἂν ἐλεήσειεν. ὁποίαν νῦν τὴν ἱερουσαλὴμ ὑποτίθεται, ἁμαρτοῦσαν μὲν εἰς τὸν ἰησοῦν, ἀκούσασαν δὲ, ἱερουσαλὴμ, ἡ ἀποκτείνασα τοὺς προφήτας, καὶ λιθοβολοῦσα τοὺς ἀπεσταλμένους πρὸς αὐτήν. ποσάκις ἠθέλησα ἐπισυνάξαι τὰ τέκνα σου, ὃν τρόπον ὄρνις ἐπισυνάγει τὰ νοσσία αὐτῆς ὑπὸ τὰς πτέρυγας, καὶ οὐκ ἠθελήσατε, ἰδοὺ ἀφίεται ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος. οἱ τοίνυν ἄγγελοι οἱ ἀεὶ βοηθήσαντες τῇ ἱερουσαλὴμ, δι' ὧν καὶ ἐτάγη ὁ Μωυσέως νόμος, διαταγεὶς δι' ἀγγέλων ἐν χειρὶ μεσίτου, οὐ φείδονται, οὐ σκυθρωπάζουσιν, οὐκ ἐπανέρχονται, ὥστε παρακαλέσαι περὶ τῆς πρὸς τὴν τοιαύτην εἰρή-

|| ἐν. συγχωρεῖται.
|| ἐν. ἐφ' ἁμαρτίαις τῇ ἀποβολῇ.

Vers. 5. Quis parcet super te Ierusalem? aut quis contristabitur super te.)

3 Chrysost.

Prauitas maxima nec in poenis mouet videntes ad commiserationem.

Chrysostomi.] *Multa prauitas, dum quis ne suppliciis quidem addictus commiserationem mouet inspectantibus, cùm & ipsi qui iniuriam passi sunt, remittere soleant animi rigorem, cùm viderint auctores iniuriae luere poenas; Sed conditio tua nec veniâ, nec commiseratione digna est.*

(*Quis parcet, & quis contristabitur, &c.*)

4 Origen.

Angeli non miserentur damnati peccatoris.

Angeli post Christi necē, nec precati sunt, nec sunt cōtristati pro Ierusalem.

|| Origenis.] *Sicut enim nemo cū homine Regis inimico cōgreditur, ne decretis regiis aduersari videatur, ita & hominis peccatis subdsti, & eiecti à Deo, vt locus illi misericordiae nullus fit apud mitissimū, humanissimumque Deū, nullus Angelorū miserebitur: qualē nunc Ierusalem ponit, vt quae in Iesum peccauerat, necnō audierat* [f] *Ierusalē, Ierusalem quae occidis Prophetas, & lapidas missos ad te, quoties volui cōgregare filios tuos queādmodum auis cōgregat pullos suos sub alis, & noluisti? Ecce relinquetur domus vestra deserta. Angeli itaq., qui semper Ierusalem opem tulêre, per quos lata & lex Mosaica, nempe in* [g] *dispositione Angelorum, in manu mediatoris: non adiuuant, non contristantur, non redeunt, vt de illius pace preces effundant.*

f Matth. 23. 37.

g Act. 7. 53.

εἰρήνης. σμικρῶν μὲν γὰρ ὄντων τῶν ἁμαρτημάτων A ἐφείδοντο, μεγάλων δὲ γεγονότων, ὡς καὶ ἀποκτεῖναι τὸν ἰησοῦν, ἐγκατέλιπον. ἐὰν γὰρ ἁμαρτάνῃ ἀνὴρ πρὸς ἄνδρα, καὶ προσεύξονται περὶ αὐτοῦ. ἐὰν δὲ εἰς κύριον ἁμαρτήσῃ, τίς προσεύξεται περὶ αὐτοῦ; ||

[τίς φείσεται ἐπὶ σοί;]

Σευήρου ἀπὸ λόγ. ξβ.] τοιοῦτον γὰρ ἐπιζητεῖ στεναγμὸν, ἱκανὸν ἐπισχεῖν τὴν ὀργὴν τοῦ Θεοῦ καὶ δάκρυον, οὐ νοτιζόμενον τὸν ὀφθαλμὸν, ἤτοι καὶ τὰς παρειὰς καταρρέον, ἀλλ' ἐκ βάθους, καὶ ἐξ αὐτῆς B ὥσπερ ψυχῆς προφερόμενον, καὶ τὴν μελημένου βίου μεταβολὴν ἐργαζόμενον. ἐπαινετὸν ἄρα τὸ ἔγκαρπον δάκρυον, καὶ Θεὸν ἐπικάμψαι δυνάμενον, ὡς τὸ ἄπρακτον, καὶ ὑπὸ τῶν ἐναντίων ἔργων κατηγορούμενον, οὐδεμίαν ἰσχὺν ἔχον. καὶ παροξύνειεν ἂν ἴσως ὑποκρίσει χεόμενον.

ἢ τίς ἀνακάμψει εἰς εἰρήνην σοι;]

Ὀλυμπιοδώρου.] τίς ἔχει φοβηθῆναι εἰς τὸ κακῶσαί σε; ἀντὶ τοῦ, οὐδείς.

Τοῦ αὐτοῦ.] ἢ τίς, φησὶ, μέλλει σοι εἰρηνεύειν, ἐμοῦ σοι πολεμοῦντος;

effundant. Dum enim paruæ erant iniquitates: non deſerebant; ſed illis ingraueſcentibus, ita vt & Ieſum occiderent, dimiſerunt.[a] *Nam ſi vir peccauerit, aduersùs virum, adhuc orabunt pro illo, ſi verò peccauerit aduersùs Dominum, quis pro eo ſupplex deprecabitur?* ||

Angeli poſt Chriſti necẽ deſeruerunt Ieruſalem.

a 1. Reg. 2. 25.

(*Quis parcet ſuper te, &c.*)

Seueri ex Oratione 62.] *Talem quippe gemitum poſtulat, qui Dei iram cohibere ſufficiat, non oculos irrorantem, vel per genas defluentem, ſed ex intimo corde, & velut ex ipſa anima dimanantem, vitaeque negligenter actæ mutationem operantem: laudabilis igitur res fructuoſa lachrymæ, & Deum flectere valens: ſicut quæ nihil operatur, & per contraria opera reuincitur, nullum robur habet; & fortaſſe potiùs irritet ſimulatè effuſa.*

Seuerus. *Lachrymæ aptæ ad Dei iram cohibẽdam quales ſint.*

Lachrymæ ficta nullius apud Deum ſunt roboris.

(*Aut qui curuabit ſe ad pacem tibi?*)

Olympiodori.] *Quis metu cohibebitur ne te affligat? quaſi dicat nullus.*

Olympiod.

Eiuſdem.] *Aut quis inquit tecum pacem iungat, cùm ego tibi bellum inferam?*

Idem. *Cum impio pacem nullus habet.*

Verſ. 6.] Tu reliquiſti me, dicit Dominus, C retrorſum abiiſti: & extendã manum meam ſuper te, & interficiam te: laboraui rogans.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

b Tu reliquiſti me, dicit Dominus: retrorsũ abiiſti.

1

c Et extendã manũ meam ſuper te, & interficiam te.

d Laboraui rogans (ſeu rogatus, aut conſilari me, vel ad pœnitendum.)

2

3

TV[b] *me ſummâ animi peruerſitate reliquiſti, dicit Dominus, cordeque perfido, & pertinaci receſſiſti ad poſteriora, cùm æquum fuiſſet, vt ad anteriora vlteriùs ſemper te extendere niterêris. Quapropter & omnia tibi in deterius cedent.*[c] *Extendam ſiquidem ipſe ad te acriter puniendum manum meam, eademque ſuper te extenſa, & tuos interficiam ciues, & te peracerbis opprimam calamitatibus.*[d] *Sanè eâ huc uſque erga te, & erga Iudaicum populum mihi rebellem & bonitate vſus ſum, & longanimitate, vt & te per ſeruos meos Prophetas frequentibus vt pœnitentiam ageres rogarim precibus, ſaluberrimiſque monitis, ne vel quaſi coactus te punirem: At iam ſemper in deteriora ruentibus, vt qui in rogando ſim delaſſatus, certam ſumam de vobis pœnam. Ægrè profectò propterea nunc conſolationem admitto. Sed quid fatigatus ſum in eo quòd toties quaſi pœnitentiâ ductus à veſtra deſtiti, quam ſæpius comminaram punitione: Non mutabo ampliùs ſententiam de vobis perdendis ob ſcelera quæ continuè admittitis. Imò nec vllius flectar orationibus, & his enim laſſatus ſum.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1

Peccatori Deũ relinquenti omnia in deterius cedent.

TV *reliquiſti me, &c.*) Ita diſtincta hæc duo arbitrati ſunt aliqui, vt primo quidem membro delictum ſignificetur ciuitatis Ieruſalem, quòd Deum reliquit, in quo ſumma illius deſignata eſt in omni ſcelerate peruerſitas: in ſecundo verò membro, pœna eiuſdem explicata ſit delicti, quòd ipſa, & quæ eius erant, retrorsùm abierint, Ac ſi dicatur, vel vt exponit Petrus à Figueira. *Retrorsùm abiiſti*, id

Figueira.

eſt. *Omnia tibi in deterius cedent*: Vel iuxta Andream Cappellam: *Quoniam tu me reliquiſti, omnes derelinquent te, neque erit qui tui curam gerat.* Quæ faciunt ad prædictorum confirmationem. Cui ſenſui fauere poteſt, quòd tam in Hebræo, quàm in Verſione Sept. primum quidem membrum eſt in præterito: (*Tu reliquiſti*) ſeu, vt habent Sept. (*Auerſata es me*,) Secundum verò in futuro, quaſi conſequens pœna: (*Retrorsùm abibis*,) Vt hæc dicta ſint in rationem eorum quæ mox habita fuêre in præcedenti verſu. Veriùs D tamen ab aliis vtrumque membrum de delicti exponitur peruerſitate. Et quidem Hugo Cardinalis dici inquit, *Tu me reliquiſti, auertendo, ſcilicet, te ab immutabili bono: Retrorsùm abiiſti conuertendo, ſcilicet te ad commutabile bonum.* Dionyſius, *Reliquiſti*, ait dici, *per cordis auerſionem, retrorsùm abiiſti per inobedientiam.* At quid tandem hæc duo ſint vnam deſignantia peruerſitatem ex eo pleniùs explicatum habebis, quod ſupra apud Prophetam noſtrum Ieremiam in ca. 5. idem met dixit Dominus,[e] *Populo autem huic factum eſt cor incredulum, & exaſperans, receſſerunt & abierunt.* Vide quæ ibi diximus. Vnum duntaxat hîc animaduerte, quod in Originalibus haberi notauimus in futuro, (*Retrorsùm abibis*,) deſignare conti- E nuationem, & augmentum iuge in ipſa peruerſitate. Quod expreſſiùs ſupra in cap. 9. dicebatur.[f] *Quia de malo ad malum egreſſi ſunt*: non quidem ad anteriora prodeuntes, ſed retrorsùm progredientes.

Andr. Capp.

Peccatoris peruerſitas in quo potiſſimùm ſita.

Hug. Card.

Dion. Cart.

e Iere. 5. 23.

f Iere. 9. 3.

(*Et extendam manum meam ſuper te, & interficiam te.*) En expoſitionem inferendæ pœnæ pro iam dicta peruerſitate. Quid ſit Deum extendere manum ſuam ſuper quid, aut ſuper aliquos, declaratum eſt ſupra in cap. 6. vbi dicebatur.[g] *Quia extendam manum meam ſuper habitantes terram, dicit Dominus.* Sanè extenſio manus geſtus eſt percutientis, quod declarat magis adiectum, (*Et interficiam te.*) Quamuis autem pronomina, vt patet ex Hebr. fœminini ſint generis, cùm adhuc ſermo ſit ad ciuitatem Ieruſalem, interfectio tamen ad eius pertinet ciues.

g Iere. 6. 14.

3 *Dei bonitas tanta in peccatores, ut se se demittat ad eos rogandos usque ad lassitudinem quodammodo, ut conuertantur.*

(*Laboraui rogans.*) Locus iste admodum perplexus est,& lectionum,& expositionum varietate,in vnum tamen conueniunt& lectiones,& expositiones omnes, quòd in his significet Deus,se iam definito decreto & Iudam , & ciuitatem Ierusalem toties comminatâ puniturum deuastatione , variis tamen diuersorum affectuum significationibus id exprimitur;quia, vt mox declarabimus , vnum quod hîc est verbum Hebraicum triplicem designat affectum. Vulgatæ nostræ lectionis sensus est facilis , admodúmque efficax sentẽtia:Ita enim testatur Deus,se hucusque suamet erga rebellem populum & bonitate vsum,& longanimitate,vt & eò se se demiserit, quòd frequentissimè eos rogauit,pœnitentiam agerent,ne vel quasi coactus illos puniret,At iisdem in deteriora semper labentibus, veluti qui rogando iam esset lassatus , certam de ipsis sumpturum pœnam. Quantum autem,& quomodo per seruos suos istum & rogandi exhibuerit actum , pluries explicatum habemus Sacris in literis: Nosterque Propheta in primis id in cap.25.exponit, vt,Deo dante,ibi videbimus , Cùm per seruos suos Prophetas rogasse certum sit,& laborem eorumdem rogantium Prophetarum hîc designari censuit Petrus à Figueira, Ac si dicatur , *Seruos meos Prophetas laborare feci* ; *Sibi enim*,ait, *Deus tribuit*,*quod in seruis suis facit aut patitur.* Aptiùs tamen,& efficaciùs de suomet labore, humano more loquendo,hæc ab illo dicta sumes: prout aliàs , vel cùm apud Isaiam dicit:[a] *kalendas vestras*,*& solemnitates vestras odiuit anima mea*,*facta sunt mihi molesta* , *laboraui sustinẽs*:vel cùm apud Malachiam dicitur,[b] *Laborare fecistis Dominum in sermonibus vestris.*

1.Sensus.

Laborat Deus rogans nos,cùm serui eius laborant in rogando nos.

Petr.à Fig.

a Isai.1.14.

b Malac.2.17.

4 2.Sensus. *Dei triplex affectus erga peccatores, pœnitentia, commiserationis,& consolationis,assinè.*

In Hebraico textu non est varietas in primo verbo quo Deus laborasse , lassumque,& defatigatum se esse significat : multa verò ea est in explicatione secundi verbi , adeóque & totius sententiæ נחם, *naham* enim triplicem præsertim animi designat affectum,pœnitudinem , commiserationem seu condolentiam , & consolationis admissionem,vsurpatumque pro his tribus reperitur,pro pœnitêre,pro compati,ac commisereri, & pro consolari passiuè.Vnde Sanctes-Pagninus cùm in Thesauro iuxta Rabbi Dauid ita hæc reddiderit,explicaueritque,(*Laboraui consolari*,*seu*,*vt consolarer*,*consolari me*,)id est.Ægrè consolationem admitto,In sua tamen versione sic , prout & Regia,& Vatablus,& Isidorus,aliique legit,(*Laboraui ad pœnitendum.*) Quod ita exponit in postylla marginis , (*Fatigatus sum resipiscendo toties à malo, quod tibi parabam.* Parique ferè sensu & Vatablus in Scholio , (*Non sustinebo mutare sententiam de te perdendo ob scelera tua.*) Isidorus Clarius in textu legit , (*lassus sum miserendo:*)In scholio autem addit,vel(*pœnitendo*,)id est, *Toties tibi pœnam debitam intermisi*,*seu ductus pœnitentiâ*,*vt iam sim delassatus.* Eodemque sensu Nicolaus de Lyra item ex Hebræo ita exponit , *Laboraui recogitans pluries punitionem differendo*,*& emendationem expectando.* Aliter Christophorus à Castro, *Laboraui vt me pœniteret sententiæ contra vos latæ*, *prouocãdo vos ad pœnitentiam*,*& nihil à vobis obtinui.*Quod est consonum nostræ Vulgatæ.Sept.non verba , sed sensum exprimentes verterunt καὶ οὐκέτι ἀνήσω αὐτούς. (*Et non vltra dimittam eos.*) scilicet impunitos , Hieronymus legit , & (*Laboraui rogatus*) vt habes in Appendice.

Pagninus.

3.Sensus. *Deus toties parcere nititur impœnitenti peccatori,vt ipsemet lassari se dicat in pœnitendo ne illũ puniet.*

Vatablus.

Isidorus.

Lyra.

Christoph.à Castro.

Hieronymus

*Vers.*6.] Tu reliquisti me , dicit Dominus,&c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

5 Plato. *Delphici in templi foribus cur tria descripta essent sapiẽtũ apophtegmata.*

PRo foribus Delphici tẽpli tria hæc Plato in Charmide inscripta fuisse ait , celeberrima apophtegmata γνῶθι σεαυτόν. *Nosce te ipsum.* ἕπου θεῷ *Sequere Deum*,& μηδὲν ἄγαν.*Ne quid nimis.* Quorum inscriptionem etsi ibidem Plato ipse asserat ab Amphyctionibus eo loci propterea factam , quòd à Sapientibus pronunciata digna illis visa sint,quæ Deo adscriberentur. Dixerim tamen ipse,ob subtiliorem aliam rationem id totum effectum,vt & tali Deo nempe Pythiæ, seu Apollini, & eius templo , at non in eius adytis , sed pro illius foribus talia adscripta fuerint. Cùm enim ab illo Deo , atque in Delphico ipso eius templo oracula Dæmonum deceptione tunc temporis exhiberentur : atque adeo ex vniuerso terrarum Orbe eò confluerent homines , vt oraculi responsa acciperent futurorũ vnicuique aduersi ne , an prosperi euenturi essent successus, quidue sibi in rebus dubiis facto opus esset : pro templi foribus ea inscripta fuère, vt ingredientiũ oculis obiiceretur habendorum responsorum tutissima ratio:prosperorum nempe, si quæ legebãt inscripta ab ipsis essent seruata; & aduersorum è contra,si ea minimè implessent.

6 *Peccatorem cur puniturus tandẽ sit Deus singularem affert rationẽ, quòd tria Sapientũ dicta is non seruauit.*

Peccator à Deo punitur quia non cognouit se ipsum.

Simile quid videre mihi videor à Domino in hac præstitum sententia,in qua rationem pariter affert,& credo eamdem, cur aduersis , & calamitatibus acerrimis obfirmatum quemque puniturus sit peccatorem,& quas ob causas acerbissima eidem comminetur ; vna enim est ratio, tresque sunt causæ quas indicat,&assignat:vna ratio,quia quæ maximè ipsi implenda fuissent minimè curauit:triplex causa, quia contra tria præallata dicta is operatus est.Prosequens autẽ singula,quòd dictum primum,*Nosce te ipsum*,peccator floccifecerit,hac eidem exponit periphrasi : (*Tu reliquisti me.*)Quid hoc ad illud ? *Nunc Domine* , dicitur in cap.6.libri Soliloquiorum qui Augustino tribuitur,*Nunc Domine illuminasti me lux*, *vt viderem te, vidi*,*& cognoui me*;*quia toties nihil factus sum*,*quoties à te separatus sum*;*quia bonum quod tu es*,*oblitus sum*, *& ideo malus effectus sum.* Et Augustin. ipse lib.7. Confess.cap.11.*Mihi autem*,inquit , *adhærere Deo bonum est*,*quia si non manebo in illo* , *nec in me potero.* Cùm propria vniuscuiusque cognitio dependeat à cognitione Dei,& cognitio Dei haberi nequeat ab eo qui Deum reliquerit, quis nõ videat,quàm aptè hac circumlocutione , (*Tu reliquisti me*,) id à Deo explicatum peccatori sit, quòd non nouerit semet:Sanè fieri non potest , vt quis seipsum nouerit, ni in se mente maneat & contemplatione: manere in se nequit, nisi maneat in Deo , illique affectu inhæreat,& cogitatione. Ammonius philosophus in libello quem in modũ Dialogi scripsit Plutarchus de litera Græca ει,quæ itẽ in Delphici tẽpli vestibulo scripta erat,præclarè ad rem nostram philosophatur circa eius literæ in loco illo inscriptionem,vbi & hoc scriptum erat,quod modò pertractamus dictum,*Nosce teipsum* , hancque afferr istorum duorum coniunctionem, *Deus vnumquemque inquiens*,*nostrûm accedẽtem*, *veluti salutans cõpellat*,*dicens*, *Nosce te ipsum* : *quod nihilo est*, *quàm salue deterius.Nos vicissim respõdentes Deo* εἶ,*i. es*,*dicimus*:*veram*,*certã* , *solamque soli conuenientem ei appellationem*,*quã esse dicitur tribuentes.Re verâ enim*

Augustinus.

Ammonius. *Esse omne cũ sit à Deo,curandũ, vt illi inhæreamus.*

essentia

essentiæ nos nequaquam sumus participes: Sed vniuersa mortalis natura in medio ortus est interitus versans, speciem, & opinionem obscuram, & instabilem sui præbet. Quòd si animum intendas vt intellectu eam comprehendere possis: quemadmodum aquam si complectaris vehementius fit, vt comprimendo, ea & in se conducendo diffluat ac pereat: Sic vniuscuiusuis perpessionibus, & mutationibus obnoxiæ rei nimis euidentem perceptionem dum sectatur ratio, aberrat vel ad ortum eius, vel ad interitum, nihil arripere quod permaneat, aut sit re verâ quum possit.

7 *Non cognoscit seipsum peccator qui Deum relinquit.*

Huic Ammonij peracutæ Philosophiæ simile suggerere mihi videtur præsens Ieremiæ locus, in quo primùm peccatori dicitur à Deo (*Tu reliquisti me:*) tum immediatè subditur, (*Dicit Dominus*) vbi pro (*Dominus*) in Originali textu Hebraico est nomen tetragrammaton יהוה *Iehouah*, quod, sicut aliàs à nobis dictum fuit, essentiam significat, esse independens, & ens primum, entium omnium principium, & causa in fieri, vt inquiunt, & conseruari. Æquè est enim ac si diceretur: Cùm ipse sim à quo omne, tuumque in primis & est, & dependet esse, manifestè temet non cognoscere patet, in eo quòd me reliquisti. Si enim re verâ te agnosceres, quòd nihil sine me sis, profectò vt quid esses, neue ad nihilum reducereris, id vnum omni eniterêris studio, vt apud me esses, mihi iugiter inhæreres. Quorum confirmationem suimet exemplo sanctus exhibet Dauid, qui in Psalmo 38. præexpositâ quam suimet habebat cognitione, in eo quod aiebat Domino,[a] *Substantia mea tamquam nihilum ante te*, id est, in tui comparatione quicquid mihi inest substantiæ, & esse, si à te seiungar, est ipsummet nihil (particulam *tamquam* prout aliàs sæpe in vsu, Sacris est literis, non tam comparatiuè, quàm assertiuè sumit pro verè.) Quod ex eo fit manifestum, quod mox adiicit, *Verumtamen*: quod est pariter confirmantis, *Vniuersa vanitas omnis homo viuens*, id est Hoc certum, & indubitatum est, vniuersa, in primis hominem, etiam dum viuit, per se considerata esse vanitatem, ac nihilum. Subiicit illicò,[b] *Et nunc quæ est expectatio mea? nonne Dominus? & substantia mea apud te est.* Ac si dicat: Et nunc, consecutiuè, Quapropter me intus & in cute sic noscens, non relinquam te: Quæ enim aliunde esse potest expectatio mea à rebus quæ nihil sunt, & vanitas? Sanè quicquid expectare possum persistentiæ, & durationis à Domino futurum mihi fateor: *Et substantia mea*, id est hoc ipsum quòd modò sum, quòd subsisto, & viuo, apud te est, id est tamdiu est, quàmdiu ipse sum apud te.

Cognitio proprij nihili nostri conseruat nos Deo inhærentes à quo nouimus omnem nostram esse substantiam.

a Psal. 38. 6.

b Psal. 38. 8.

8 *Plutarchus. Si nosmet cognosceremus quàm infirmi, ac impotentes sine Deo simus, nō tam facilè Deum ipsum relinqueremus.*

Plutarchus in libro de discrimine adulatoris, & amici, *Si Deo*, inquit, *parentes, eique obtemperantes oraculo. Nosce te ipsum, quanti quaque res sit cognoscentes, simul & naturam, & educationem, & institutionem nostram reputemus, & contemplemur quàm innumera habeat admixta ab honesto degenerantia, quamque multa, de quibus dicere possis, hoc sordidè, hoc temere, idque tum in factis, tum in dictis, tum in affectibus, haud facilè nosmet ipsos præbebimus adulatoribus, vt suo arbitratu introeant in nos, & inambulent.* Pari, imò multò validiori ratione dictu: Si vnusquisque fidelium semet re verâ cognosceret, quibus vulneribus in qualibet animæ suæ potentia sit confossus, vel propter vnum primorum parentum peccatum, quibus vitiorum subiectus sit miseriis: idque suæ naturali competere intelligeret infirmitati quod de se clamat Apostolus,[c] *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* Et

c Rom. 7. 24.

A quod de vniuersis per eumdem dicitur:[d] *Non sumus sufficientes cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis.* Quæque ab illo vtrobique subiiciuntur, vel, *Sed sufficientia nostra à Deo est*: vel,[e] *Gratia Dei per Iesum Christum*, scil. liberabit nos à corpore mortis huius, profectò non tam facilè relinqueremus Deum, dicente Christo Domino.[f] *Qui non est mecum, contra me est: & qui non colligit mecum, dispergit*: Quid dispergit: totum certè illud quod multipliciter infusum entis habebat spiritualis: totum id quod fructuum protulerat virtutis antequam Deum relinqueret: dicente eodem Domino,[g] B *Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum.* Cùm è contra idem subiiciat: *Sine me nihil potestis facere.* Quod duobus modis ipse intelligo, & iuxta communem expositionem, vt ei qui Deum reliquit, omnis denegata significetur potentia agendi quod rectè, virtutisque sit meritoriæ, & supernaturalis; vtpote qui diuinâ sese priuarit gratiâ: Et hac peculiari ratione, vt vna in iisdem designetur, quæ relinquenti Deum, & cælesti illius se priuanti luce superstes relicta est potentia ex libertate arbitrij, quod eius inditum est naturæ: ea verò est, vt posset facere peccatum, C quod iure optimo appellatur nihil, tum ratione eius essentiæ, quæ præter recti priuationem nulla, nihilq; est: tum ratione effectus propter quem legimus in Psalmo,[h] *Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus.*

d 2. Cor. 3. 5.

e Rom. 7. 25.

f Luc. 11. 23.

Peccator peccans contra Deum quid amittat.

g Ioan. 15. 5.

Peccator Deum relinquens priuatur potentiâ benè agendi supernaturaliter: vnâ ei relictâ superstite potentiâ faciendi malum, quod nihil est.

h Psal. 14. 4.

9 *Peccatum, Deum relinquere, & semet non cognoscere, vnū ferè sunt.*

Quamquam fortasse optandum peccatori in finali impœnitentia decedenti esset, vt per peccatum, per Dei derelictionem, perque suimet ignorationem (omnia enim hæc in vnum recidunt) deduceretur ad nihilum: Cùm in æternum potiùs transferatur miseriarum, atque pœnarum: nam & de peccato ipso, quod esse nihil ostendimus dicitur, D[i] *Miseros facit populos peccatum*: & propter ipsum iis, qui id admisère, & reseruata est procella tenebrarum in æternum, vt dicitur in epistola Iudæ,[k] dicet in extremo iudicio supremus iudex,[l] *Discedite à me maledicti in ignem æternum*, & de relictione Dei in supracitato Euangelij loco addidit Dominus Iesus,[m] *Si quis in me non manserit: mittetur foras sicut palmes, & arescet, & colligent eum, & in ignem mittet, & ardet.* De sui quoque ignoratione in Canticis Canticorum animæ per illam delinquenti dictum à Deo reperimus,[n] *Si ignoras te ò pulcherrima mulierum, egredere & abi* E *post vestigia gregum.* Quæ faciunt mirum in modum ad eorum omnium quæ hucusque in hæc verba (*Tu me dereliquisti, dicit Dominus*) moraliter prosecuti sumus. Quòd enim relictio Dei vel idem sit cum ignoratione sui ipsius: vel ab ipsa sit ignoratione, ita vt cùm ait peccatori Deus, *Tu me reliquisti*) æquè sit ac, (*Tu non nouisti temet,*) ob hoc me reliquisti egressa à facie mea: ibi probat idemmet Deus, dicens. *Si ignoras te*, &c. id est, Quia temet, quam præ cæteris creaturis decore, & nobilitate insigniui non cognoscis, vt par esset, vnde quicquid habes acceperis, *egredere*, à te F ipsa, relinquens me Deum tuum, & *abi*, &c. Quæ alis exponit Bernardus serm. 35. in Cant. *Quoniam propter sui ipsius, ac Dei ignorationem homo egressus creatura gregi admixta est: Hinc eum bestiali similitudine Dei similitudo putata est: hinc societas eum iumentis pro consortio Angelorum inita est, iuxta illud Psalmi,*[o] *Homo eùm in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis*, &c. *Verùm præsenti sententia significatur, eum qui priùs bestiis æquabatur, nunc & postponi, idque significat, Egredere, & abi post vestigia gregum.* Et post aliqua in eiusdem rei explicatio-

i Prou. 14. 34.

k Iudæ. 1. 13.

l Matth. 25. 41.

Peccatori optandum fortasse esset, vt per peccatum re verâ ad nihilum deduceretur.

m Ioan. 15. 6.

n Cant. 1. 8.

Relictio Dei vel est idem cum peccatoris ignoratione sui ipsius, vel ab illa est.

Peccator dānandus peioris conditionis quàm creaturæ omnes.

Bernardus.

o Psal. 48. 16.

nem, addit. *Neque solùm in hac vita, sed & in futura conuincitur ipse homo ire post greges extremitate pœnæ. Nam homines quidem merito ignorantiæ ignorari, id est reprobari, & ad tremendum illud iudicium stare debent, & igni perpetuo tradendi sunt, non autem pecudes. Nec dubium, fore deterius his qui sic erunt, quàm his, quæ omnino non erunt:* [a] *Melius ei fuerat, inquit, si natus non fuisset homo ille: Non vtique si natus non fuisset omnino; sed si natus non fuisset homo; sed verbi gratiâ, aut pecus, aut alia quæpiam creatura, quæ quoniam iudicium non habet, ad iudicium non veniet, ac per hoc nec ad supplicium.* Hæc Bernardus ad rem nostram. Vide de malitia ista derelictionis Dei, quæ & ad præsentem locum faciunt plura à nobis scripta supra cùm exponeremus vers. 19. capitis secundi: *Vide quia malum, & amarum est reliquisse te Dominum Deum tuum.*

a Matth. 26. 24.

10

Peccatori aduersa, calamitatesque obtingunt, quia non sequitur Deũ.

(*Retrorsùm abiisti.*) Assignat in his duabus vocibus peccatori Deus secundam rationem & causam cur præallatis opprimendus is sit calamitatibus, & miseriis, vt præmoneri dicebam antiquitus Gentiles de responsis à Pythia dandis futurorum aduersorum per inscriptum præ templi foribus & id adagij. *Sequere Deum:* quia nimirum subiectum præexpositæ primæ rationi, (*Tu me reliquisti dicit Dominus.*) Quo hanc negatiuam intelligamus, operæ precium est, vt affirmatiuum primò enodemus celebre dictum, *Sequere Deum*, Triplici autem modo exponi id mihi posse videtur, qui tamen tres exponendi modi ad vnum reducuntur. Primus modus, vt Dei nomine sumpto pro indita in animis nostris recta ratione, de qua plerique Sanctorum Patrum id intelligunt Psalmi quarti, [b] *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine*, hanc nobis sequendam eo moneamur apophtegmate iuxta illud Menandri ὁ νοῦς γὰρ ἡμῶν ὁ θεός. *Noster animus, nostra ratio Deus est.* Vnde Plutarchus ad initium libelli de Auditione. *Tu verò, inquit, qui sæpe audiuisti idem esse, Deum sequi, & parêre rationi, existimare debes eos qui sanæ mentis sunt, ita iudicare se, quando à pueritia ad virilem euadunt ætatem, non abiicere imperium, sed mutare Imperatorem, dum loco mercede conducti, aut ære empti magistri, diuinum verè ductorem accipiunt rationem: cui qui parent, soli digni sunt qui pro liberis habeantur*, Secundus modus est, vt Dei nomine propriè sumpto, illum sequi debeamus, quatenus ducem se exhibet, ac magistrum: Hoc enim & Magistri vocabulo insigniuit eum Iesus in Euangelio, dicens: [c] *Vnus est enim Magister vester:* hac & ducis appellatione nuncupari se efflagitat ab anima fideli, vt vidimus supra cap. 3. cùm diceret, [d] *Saltem amodò voca me, pater meus, dux virginitatis meæ tu es.* Ducit enim nos Deus magisterio, adeóque in libro Sapientiæ dicitur, [e] *Ipse sapientiæ dux est, & sapientium emendator:* Ducit & lege suâ, vnde in libro Prouerbiorum, cùm de peccatrice anima dictum fuisset, [f] *Reliquit ducem pubertatis suæ:* in eius dicti explicationem subiicitur: *& pacti*, id est, legis *Dei sui oblita est*, Quod pia illa confirmat anima, quæ idipsum contestans ait. [g] *Deduxit me*, scil. Deus *super semitas iustitiæ:* & alia, quæ à Deo ipso id efflagitat, [h] *Deduc me in semitam mandatorum tuorum.* Ita vt non abs re fuerit, si ipso Dei vocabulo hac ratione sumpto, legem eius designatam dicamus, quam sequi moneamur in Adagio, nos deducentem, iuxta illud Psalmi, [i] *Emitte lucem tuam, & veritatem tuam.* Legem videlicet tuam lucidissimam, atque verissimam, & fidelissimam: *Ipsa me deduxerunt*, ipsa lex me deduxit, & adduxit *in montem sanctum tuũ & in tabernacula tua cælestia,*

Sequi Deum est sequi rectam rationem.

b Psal. 4. 7.

Menander.

Plutarchus.

Sequendus nobis Deus vt dux & Magister.

c Matth. 23. 8.

d Ierem. 3. 4.

e Sap. 7. 15.

f Prou. 2. 17.

g Psal. 22. 3.

h Psal. 118. 35.

Sequimur Deum quum eius legem, vt nostrum sequimur ducem.

i Psal. 42. 3.

Porrò cùm, iuxta Pauli dictum, [k] *plenitudo legis sit dilectio:* & [l] *vniuersa lex*, quæ pluribus constat mandatis, *in hoc vno verbo instauretur, Diliges proximum tuum sicut te ipsum:* cùm dilectionis nomen Deo, & vicissim Dei nomen eidem dilectioni tributa reperiamus dicente Ioanne, [m] *Deus charitas est, & qui manet in charitate in Deo manet:* Bene Apostolus item Paulus ad sequendum Deum per illius legis impletionem fideles promouens, cùm in fine capitis quarti epistolæ ad Ephesios dixisset, [n] *Estote autem inuicem benigni, misericordes, donantes inuicem, sicut & Deus in Christo donauit vobis*, sic infert in initio capitis quinti, [o] *Estote ergo imitatores Dei*, quod tantumdem est, ac Sequimini ergo Deum, *sicut filij charissimi:* filiorum enim bonorum est sequi, & imitari suos parentes. Alluditque ad id Domini in Euangelio, [p] *Diligite inimicos vestros, benefacite, &c. vt sitis filij Patris vestri, qui*, &c. Et vt nossent, imitari (vt dicebam) Deum esse illum sequi, ac ire post illum in legis impletione, addit: *Et ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos.* Hicque in vltimis hisce Apostoli verbis subindicatus est tertius modus qui post Dei incarnationem id intelligi potest dictum, *Sequere Deum*, in carne nimirum, vel ob hoc exhibitum, vt haberemus quem in carne visum sequeremur, cuius inhæreremus vestigiis, quemue vt nobis proportionatum imitaremur exemplar, Christum vnigenitum eius filium: de quo propterea Pater apud Isaiam [q] *Ecce*, ait, *testem populis eum, ducem, ac præceptorem gentibus.* Ipséque Iesus, [r] *Vos*, inquit, ad discipulos, *vocatis me Magister, & Domine, & bene dicitis: sum etenim, exemplum enim ego dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis.* Et, [s] *Discite à me, quia ego mitis sum, & humilis corde.* Et: [t] *Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.* Petrus quoque Apostolus, [u] *Christus*, ait, *passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius.* Et, vt exploratum esset, sic Christum pariter sequendum, sicut & Patrem eius, in legis ipsius impletione, quæ in dilectione sita est, contestatus id ille est, quum fidelibus scriptum reliquit, [x] *In hoc cognoscent homines, quod discipuli mei estis*, id est, quòd me sequimini Deum, ductoremque vestrum, *si dilectionem habueritis ad inuicem.*

11

k Rom. 13. 10.

l Rom. 13. 9.

m 1. Ioan. 4. 16.

n Ephes. 4. 32.

o Ephes. 5. 1.

p Matth. 5. 44.

Sequimur Deum, quum charitatis studio sequi & imitari nitimur Christum.

q Isai. 55. 4.

r 1. Ioan. 13. 13.

s Matth. 11. 29.

t Matth. 16. 24.

u 2. Petr. 2. 21.

x Ioan. 13. 35.

Cùm itaque, & Deus lux sit, sicut ait [y] Ioannes: & de semetipso Christus dicat, [z] *Ego sum lux mundi:* & de recta hominis ratione plerique Sanctorum Patrum id dictum asserant, quod est in Psalmo quarto. [a] *Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine:* profectò tantumdem esse dicemus, *Sequere Deum*, ac, Sequere lumen, & lucem; præsertim cùm & lex quoque lux sit, vt dicitur in lib. Prouerb. [b] Adeoque & Sensus prædictæ propositionis, *Sequere Deum*, negatiuus: ista omnia complectatur, Auertere à rectæ rationis dictamine; Auertere à Deo, illiusque lege: Auertere à Christo Domino; atque ab eius Euangelio; & vno verbo quodcumque earum auersionum genus designante, Auertere à luce. Istaque omnia per hoc quod hîc apud Ieremiam à Domino dicitur, (*Abierunt retrorsùm*) breuissimè significantur, si abire retrorsùm tantumdem sit, ac id quod supra in cap. 2. dicebat idemmet Deus, [c] *Verterunt ad me tergum, & non faciem.* Vbi & nos plura circa hanc materiam prosecuti sumus: Quodque simili ferè phrasi frequentissimè de peccatore quolibet conuerti, seu auerti retrorsùm, scriptum reperies. Sicut autem conuersioni, seu auersioni retrorsùm adiunctam ferè semper legimus confusionem,

fœdam

12

Retrorsùm à Deo abire ista omnia significat, Auerti à Deo, & à recta ratione, & à Dei lege, & à Christo eiusque Euangelio, & à luce.

y 1. Ioan. 1. 5.

z Ioan. 8. 12.

a Psal. 4. 7.

b Prou. 6. 23.

c Iere. 2. 27.

Retrorsùm abire est causa peccatorũ quorumcumque.

fœdamque erubescentiam, vt [a] *Auertantur retrorsum, & confundantur*, & similia: quia confusionis peccatum est simul cum istiusmodi auersione, & conuersione, causatum nimirum ab illa. Ita aptissimè hoc loco Deus pro secunda causa miseriarum, & calamitatum animæ in peccatorum lapsibus, id assignat, quòd peccator ipse retrorsùm abiit. Aptitudo verò rationis istius exinde patet. quòd cùm in septem supra enumeratis calamitatibus, pestis, famis, belli, captiuitatis, canum lacerantium, volucrum deuorantium, ac bestiarum dissipantium, septem capitalia vitia peccataque mortalia designata dixerimus, & per Abire retrorsùm, auerti significetur à luce; id certè hoc loco pro peccatorum omnium causa asseritur, ex quo ipsa sunt, affectata nimirum cæcitas: Idipsum quippe est hoc quod hic dicitur, (*Abierunt retrorsum*) atque id, quod aliis verbis asseritur in libro Sapientiæ, [b] *Excæcauit illos malitia eorum*, id est, quòd per malitiam auersi sunt retrorsùm à Deo, terga luci vertentes cæci facti sunt.

a Psal. 34. 4.

Cæcitas mentis est causa omnium peccatorum.

Retrorsùm abire idem est ac excæcari malitia.

b Sap. 2. 21.

13

Ac sicut hæc duo mutuò sese causant, malitia, atque auersio retrorsùm, quia & auersio retrorsum causat peccati malitiam, & malitia ipsam causat auersionem, peruicaciam quoque illi addens: ita & cæcitas malitiam causat, & peccata pariter causant cæcitatem, multò magis oculos aggrauantia. Quod in præexpositorum vitiorum capitalium breui animaduertere est consideratione, enimuerò de superbia peregregiè Augustinus lib. 7. Confessionum cap. 7. *Tumore*, inquit, *nimio separabar à te, & nimis inflata facies claudebat oculos meos.* Et Gregorius Papa lib. 32. Moral. cap. 8. *Iusto iudicio superborum facies* [c] *Dominus in foueam mergit, quia intentionem cordis eorum sese vltra homines erigentem inferius deiicit. Ima enim respicit, cuius facies foueam attendit.* Eodemque cap. paulò infra. *Iusto iudicio agitur, vt quos hic voluntaria auersio excæcat, illic ab intuitu veri luminis digna supplicij fouea abscondat.* De inuidia manifestus est locus libri Ecclesiastici, [d] *Nequam est oculus liuidi & auertens faciem suam, & despiciens animam suam*, & Gregorius lib. 5. Moral. cap. vltimo de eodem agens inuido, [e] *Cùm*, ait, *in latebris cordis eius crescens absconditur odium, dolore cæco tenebrat conscientiam vulnus inclusum.* Idemque lib. 6. item Moral. cap. 16. *Mens*, ait, *inuidorum cùm de aliena melioratione affligitur, de radio lucis obscuratur. Per diem incurrunt tenebras, & quasi in nocte sic palpabunt in meridie* Iob. 5. 14. *Dies boni operis in proximo exterius lucet: sed quasi in nocte palpant, quia liuoris sui intus tenebras tolerant. Peruenire ad aliqua quæ reprehendant satagunt, detractionis aditum quærunt, sed quia hunc inuenire non valent, cæci exterius circumeunt.* De ira legimus in Psalmo sexto, *Turbatus est in ira*, quod alia Hieronymi lectio habet, *Caligauit in furore oculus meus.* Auaritiam quis neget cæcam animam reddere, qui norit puluere sollicitudinum terrenarum rerum per illam eius respergi oculos, quique legerit, Auari omnium hominum stultissimi oculos esse [f] in finibus terræ, id est ad terræ vilissima quæ propter ipsam eorum vilitatem Apostolus [g] arbitratus est stercora, ita vt terræ quodammodo infixi auro, argento, pecuniis, cæterisque diuitiarum suppellectilibus, cæci ad supernum omne sint lumen. Quid dicam de vitio libidinis, ac luxuriæ, cùm illi potissimùm pro filia assignetur cæcitas, iuxta illud Gregorij Papæ lib. 31. Moral. cap. 31. *De luxuria, cæcitas mentis, inconsideratio, inconstantia, præcipitatio*, &c. Vnde Augustinus lib. 2. confess. cap. 2. *Quid erat*, inquit, *quod me delectabat, nisi amare, & amari? Sed non tenebatur modus ab animo vsque ad animum, quatenus est luminosus limes amicitiæ. Sed exhalabantur nebulæ de limosa concupiscentia carnis, & scatebra pubertatis, & obnubilabant, atque obfuscabant cor meum, vt non discerneretur serenitas dilectionis à caligine libidinis.* Quid de vitio gulæ aggrauantis corda helluonum crapula, & ebrietate cùm per Salomon scriptum sit, [h] *Cui suffusio oculorum? Nonne his qui commorantur in vino, & student calicibus epotandis?* De Accidia quoque & pigritia in rebus spiritualibus per soporem oculos claudente per eumdem Salomonem dictum est. [i] *Pigredo immittit soporem.* Et, [k] *Vsquequò piger dormies? quando consurges à somno tuo?*

Retrorsùm abire, & malitia mutuò se causant.

Cæcitas mentis & peccata mutuò se causant.

In peccatis singulis cæcitas mentis vel vt causa, vel vt effectus.

August.

Greg. Pap.

c Iob. 40. 8.

d Eccl. 14. 8.

Greg. PP.

e Psal. 6. 10.

f Prou. 17. 24.

g Philip. 3. 8.

Cæcitas mentis filia luxuriæ.

Greg. PP.

August.

h Prou. 23. 29.

i Prou. 19. 15.

k Prou. 6. 9.

14

Subtiliùs ista duo expendentes item moraliter (*Abierunt retrorsùm*, & *Non sunt secuti me*) quæ vnum idemque esse ostendimus, inueniemus, granius quid in his significatum, quod peccatori peruicaciter in sceleribus obfirmato pro causa assignatur extremæ eius ruinæ. Abire enim retrorsùm duobus modis contingere potest respectu alicuius, quem sequi nolimus: vel terga illi vertendo, conuersáque facie in ei aduersum iter tendendo, prout mox iuxta communem sensum ista accepimus: Vel in aduersum quidem ei iter, at minimè terga illi vertendo, quin potiùs facie in eum intentâ, cruribus progrediendo retrò impulsis. Quod tria dicit, visionem eius à quo receditur; recessum ab eodem per modum stultæ, & pernicacis malitiæ; & certum, pessimumque casum sit retrocedentis propter offendicula in quæ necessariò impinget. Consideraui aliquando ad quid in admirabili illa quatuor animalium Ezechielis visione, ea tam accuratè adiecta sint verba, [l] *Et vnum quodque ante faciem suam gradiebatur*: quis enim dubitet, si directè ambularint, &, sicut mox subiicitur, non reuersi sint, cùm ambularint, ante suam ambulasse faciem? Ex hoc tamen Ieremiæ loco animaduerti, haud superfluè verba illa adiecta in descriptione animalium iustos perfectosque designantium Euangelicos; Sed vt per ea designetur id eximij prædictorum iustorum, quòd ita faciem suam ad Deum habent iugiter conuersam; vt, tametsi numquam à motu desistant, minimè tamen eis contingit aliquando, vt retrò gradiantur, & in lethiferos decidant scelerum lapsus. Et hoc modo peroptimè conciliari posse crediderim maximam illam contradictionem quæ in præcitata reperitur descriptione; cùm enim in vers. 12. dictum fuisset, [m] *Et vnumquodque eorum coram facie sua ambulabat: vbi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur: nec reuertebantur cùm ambularent*: paulò post in vers. 14. subiicitur, [n] *Et animalia ibant, & reuertebantur in similitudinem fulguris coruscantis.* Verbum enim reuerti diuersâ significatione in secunda acceptum est sententia, quâ affirmatiuè vsurpatum est, nempe prout communiter consueuit vsurpari, ad simplicem significandam reuersionis progressum, qui certè & ante faciem fit ambulantis, licet non ante faciem loci, à quo is est: & hoc non est alienum à iustorum progressu, qui vt maiori impetu ad excelsiora tendant virtutum, frequenter per humilitatis actus ad prima vitæ spiritualis studia reuertuntur: At verò in prima sententia, vbi idem verbum est negatiuè, speciali hac vsurpari censendum est ratione, vt istum significat reuersionis modum, de quo mox loquebamur, facie nimirum immotâ, sed pedibus, totóque corpore retrorsùm procedentibus.

Retrorsùm abire contingere potest pedibus tantùm retro impulsis, at immotâ facie.

Iusti quomodo dicantur reuerti, & nō reuerti

l Ezech. 1. 9.

m Ezech. 1. 12.

n Ezech. 1. 14.

Reuertendi verbum duobus modis sumi potest.

15

Atque hoc illud est, quod est peculiare impiorum

Io. Stobæus.

Impij peccantes ex voluntaria malitia peccant ex cæcitate, & non excitate: in lumine, & in tenebris.

rum pessimorum, Vnde apud Io. Stobæum serm. 4. qui est de imprudentia, de Diogene Philosopho scriptum est. *Cùm in Stoicorum gymnasio retrorsùm incederet, ridentibus nonnullis: Non vos, inquit, pudet viuendi iter facere retrogradum, mihi verò deambulando tantum id facienti vitio dare?* Adeóque aprissimè ad istiusmodi impios hic est Dei sermo, (*Abierunt retrorsum.*) Qua locutionis phrasi maxima illorum significatur peruersitas, quâ non ex simplicis ignorantiæ peccant cæcitate, sed ex voluntaria malitia, simulque ex cæcitate, & non cæcitate: in lumine, & in tenebris, tametsi hoc videatur quid paradoxi. Enimuerò is qui ex voluntaria, & affectata in Deum delinquit malitia, dum exploratum id habet, quòd in Deum peccat, qui vt immensus ei est præsens, sanè facie ad illum conuersâ peccat, cuius notitiam præsentis habet lucis; cùm ista nihilominus luce in tenebris est, & cùm præexposito actu videndi cæcus est; quatenus per voluntariam delinquens malitiam simul à parte posteriori in tenebris, cæcusque vult esse, retrorsùm vbi nihil videat abiens, ruensque in præceps. Quia enim, vt de similibus ait Apostolus, [a] *cùm cognouissent Deum non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt: Sed euanuerunt in cogitationibus*, instar vanorum, atque stultorum retrorsùm (vt dictum est) abeuntes, *& obscuratum est insipiens cor eorum*, cæcis nimirum, & in tenebris retrorsùm progredi volentibus ipsis met: *tradidit illos Deus in reprobum sensum, vt faciant ea quæ non conueniunt*; Quod est labi in scelera vniuersa, quorum ibi scriptum videre potest cathalogum; Isti sunt, qui apud Isaiam dicuntur videntes non [b] videre: Isti sunt, de quibus Dominus in Ioannis Euangelio, [c] *In iudicium*, inquit, *Ego veni in mundum, vt qui non vident videant, & qui vident cæci fiant.* Pauloque post declarans, quomodo iidem cæci fieri dicantur, cùm tamen videant, subdit: [d] *Si cæci essetis non haberetis peccatum. Nunc verò dicitis, quia videmus: Peccatum vestrum manet*, per voluntariam nempe malitiam à vobis Dei lucem videntibus, sed in tenebris, & in cæcitate admissum; cùm ex natura sua omnis actio mala tenebrosa sit, iuxta illud Prouerb. [e] *Via impiorum tenebrosa: nesciunt vbi corruant.* Audi eundem Dominum simul hæc in peccatoribus esse clariùs significantem, *Et viderunt*, ait, En faciei conuersionem, [f] *Et oderunt & me, & patrem meum:* En retrogradationem in peccati tenebras.

Peccans ex voluntaria malitia abit retrorsum facie tamen conuersa ad Deum, sicque abire dicitur in luce simul, & in tenebris.

a Rom. 1. 21.

b Isai. 6. 9.
c Ioan. 9. 39.
d Ioan. 9. 41.
e Prou. 4. 19.
f Ioan. 15. 24.

16

Quâ ratione in peccatore delinquente ex spontanea malitia sint simul & tenebræ, & lux, & retrogradatio, & facies ad Deum conuersa.

Quòd si & ipsam prædictorum simul in vnum conuenientium explicatam item à Christo Iesu accipere vis rationem, Audi. [g] *Venit lux in mundum*, nec solummodo venit semel, quando ipse natus, & conuersatus est in mundo filius Dei; sed & venit quotidie, quando quid mundanis suæ diuinæ infundit notitiæ, eisdemque per diuinam inspirationem intrinsecus dicit, [h] *Ambulate dum lucem habetis, ne tenebræ vos comprehendant.* Et quidem qui mentis sunt compotes diuinæ isti cooperantes inspirationi, facto, nedum verbis inquiunt, [i] *Ambulemus in lumine Domini.* At his qui peruersâ sunt mente, subdit Iesus, [k] *Sed dilexerunt homines magis tenebras, quàm lucem.* Diximus supra in vers. 10. cap. 14. verbum diligere voluntariam significare electionem cum propenso animi affectu. Vident homines impij Dei lucem quæ ad ipsos desuper venit, dum cognoscũt & Deum, & quam malum, & amatum sit, illum per peccatum offendere; tanta nihilominus quorumdam est peruersitas, vt ipso Dei lumine abutentes, scelerum spontaneà malitiâ suâ præeligant idque

g Ioan. 3. 19.
h Ioan. 12. 35.
i Isai. 2. 5.
k Ioan. 3. 19.

A cum magno animi affectu tenebras, retrorsùm abeuntes in præceps. Quis verò explicet, quantæ ipse in tali retrogradatione sint tenebræ? Sanè nec Dominus id alio pacto explicare voluit quàm eius indicans difficultatem. Si quidem in Matthæi Euangelio ita locutus est, [l] *Si lumen quod in te est, tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ erunt?* id est: Si Dei notitia, cuius ex Dei benignitate es particeps, sic abuteris, vt per voluntariam malitiam, & id cognitionis lumen in tenebras tibi conuertas peccati: ipsæ scelestæ tuæ vitæ quam retrorsùm abeundo Deum cognoscens perages, quantæ B erunt tenebræ?

l Matt. 6. 23.

17

Retrorsùm abire pedibus, at immotâ facie, quod est peccare per studiosam malitiam, est causa extremæ iniquorum ruinæ.

In tantis autem tenebris, è tanta peruersitate, atque è tali retrogradatione, quid expectari potest, præterquàm difficillimi reparatu, pessimique ac mortiferi in extremum malorum casus? Experientiâ nouimus, quàm mali ij sint corporei casus qui fiunt retrorsùm; Sunt enim in locum qui non videtur; impediri non possunt, cùm qui sic cadunt, neque manibus, neque genibus queant sibi opitulari: adeóque nec cùm lapsi in hunc modum sint adiuuari se possunt, vt se erigant: C quodque omnium pessimum est, ictus qui tali fit in casu vel mortem, vel insaniam, aut saltem memoriæ amissionem cadenti infert: cùm sit in occipite, & memoriæ sede, & cerebri repagulo: quod tenuissimum est, & maximè fragile, dicente Aristotele lib. 1. de Histor. animal. *Osse postremo cerebrum continetur tenuissimo, infirmissimoque omnium capitis ossium, cui nomen occiput.* Vnde in libro 1. Regum de Heli Sacerdote legimus, [m] *Cùmque ille, sci. nuncius nominasset arcam Dei, cecidit de sella retrorsùm iuxta ostium, & fractis ceruicibus mortuus est.* Peruersi etiam isti abeuntes retrorsùm, prauáque & studiosâ voluntate labentes, & nesciunt, vt per D Sapientem dicitur, vbi corruunt, & neque manibus sanctarum operationum, aut genibus flexis per orationis studium vel impedire ne in præceps decidant, possunt: nec se queunt post casus erigere; casibusque, & sceleribus istiusmodi facillimè & caput conterunt mentis: & beneficiorum Dei, propriarumque miseriarum redduntur immemores: & in talem inducuntur insaniam, vt furere contra Deum ipsum audeant: & tandem mortem quoque subeunt æternam ob casus istos pessimos.

Aristoteles.
Casus retrorsùm pessimus.

m 1. Reg. 4. 18.

18

Retrorsùm abire tripliciratione fieri potest respectu alicuius.

Vlterius circa hæc ipsa Domini verba, (*Abierunt retrorsum*) possumus & tertiam significatam E accipere peruersi peccatoris agendi rationem contra Deum, sed magis contra semet. Enimuerò præter duos præexpositos modos, quibus quis respectu alicuius abire solet retrorsùm, vel conuerso ad eum tergo, auersáque facie longè ab illo recedendo, antrorsùm tamen (vt ita dicam) iter suum prosequendo, facie nimirum iter ipsum suum spectante, qui erat primus modus: vel secundo, recedendo quidem ab illo, sed facie ipsum spectante, retrorsùm sic progrediendo: Tertium reperio modum, quo tergo conuerso, auersáque F facie ad illum tenditur: quomodo de duobus filiis Noe in libro Genesis legimus: [n] *At verò Sem, & Iaphet pallium imposuerunt humeris suis, & incedentes retrorsùm operuerunt verenda patris sui: faciesque eorum auersæ erant, & patris virilia non viderunt:* In hunc tertium modum eos dixerim abire retrorsùm respectu Dei, qui vel affectatâ ignorantiâ, quam & crassam nuncupant iurisperitæ, vel ex contemptu in illum delinquunt. Isti enim dum in eis, quas aggredi volunt actionibus, in iisue, quas in negociatione proficere student contractuum

n Gen. 9. 23.
Qui peccant ex ignorâtia crassa, & affectata, seu etiam per contemptum, dicuntur Retrorsùm ire in Deum facie auersâ ab illo, tergóque in illum conuerso.

tractuum conuentionibus, quæ re verâ malæ sint iniustæ, fraudulentæ, vsurariæ, saltem quid à Deo immissæ habent lucis, quâ vel timore percelli se sentiunt, ne in illis Deus, propriáque lædatur anima, in memoriam eis obuenientibus eiusdem Dei iudiciis, & comminationibus terribilibus: vel admodum probabiliter dubij circa ea sunt, mala sint necne: nec consulere de illis satagunt quos possent viros eruditos; nec si à perito aliquo de prauitatis periculo moneantur, salubri intendunt admonitioni; nec immissæ lucis timentis côscientiæ rationem habent hæsitationis, quin potiùs scrupulum (vt dicitur) omnem post terga reiicientes id totum exequutioni mandare non cessant, etiam cum magno Dei contemptu, quòd ipsis fuerit in decretis. Isti, isti inquam, scelesti facie à Deo eiusque luce auersâ, nedum per ignominiam tergum illi vertunt, quod vniuersi faciunt peccatores: at insuper in hunc modum se habentes, in maiorem eiusdem contumeliam, & per contentionem retrorsùm abeuntes eum versùs, & durâ ipsorum ceruice, & toto suo corpore in illum impellere non verentur, crassâ in tantis ausibus se excusantes ignorantiâ.

19 *Peccantes ex affectata ignorantia ad mortem propriam impingunt in Deum in luce, atque in tenebris.*

Quibus nihilominus id tribui potest, quod à quibusdam sic pariter impiis dictum reperimus apud Isaiam,[a] *Impegimus in meridie quasi in tenebris, in caliginosis quasi mortui.* Enimuerò vel minimum quid diuinæ lucis tanti est fulgoris, vt non immeritò meridies nuncupetur: vnde apud eumdem Prophetam legimus, cuidam peccatori ex diuinæ inspirationis luce misericordiæ opera aliqua exercenti dictum,[b] *Et tenebræ tuæ erunt sicut meridies*, id est, tametsi adhuc in peccatorum sis tenebris: propter illud nihilominus exiguum lucis inspirationis Dei meridiem quodammodo habere dici poteris. In meridie ergo quasi in tenebris impingunt isti, de quibus loquimur peccatores, dum lucem (vt dictum est) habentes diuinæ inspirationis, per affectatam, crassamque ignorantiam in Deum à tergo impingunt. Bene autem adiicitur. *In caliginosis quasi mortui*: quo loco sumendo, prout in frequentissimo est vsu, particulam, *Quasi*, non similitudinaliter, sed assertiuè, pro alia particula *verè*, & similibus, significatur, prædictos peccatores, quibus Saluator noster ait,[c] *In peccato vestro moriemini*: & quos, iuxta Apostoli dictum rectè[d] dices viuentes mortuos, in præexpositis dubiis, scrupulisque, atque in crassa ignorantia, vt in caligine crassa, atque in caliginosis impingere; Quò verò impingunt? In Deum, multò rectè durissimâ ipsorum ceruice duriorem. Offendunt enim in lapidem offensionis, vt ex Apostolo[e] colligitur, referente quod apud Isaiam scriptum est,[f] *Ecce pono in Sion lapidem offensionis, & petram scandali.* Dum enim diuinam reprobantes gratiam, quam per Christi sanguinem in ea ipsa habent animi sui hæsitatione, affectatâ nihilominus peccare volunt ignorantiâ, in ipsum certè offendunt Dei filium Christum Iesum, de quo pater prædixerat:[g] *Ecce ego mittam in fundamentis Sion*, id est, Ecclesiæ, vel in initiis & quasi fundamentis emendationis, & vitæ spiritualis fidelis cuiuslibet *lapidem, lapidem probatum*: ab vnoquoque scil. aliàs sæpe, *angularem*, concinnè nimirum vniuscuiusque animæ ædificium cum ædificio connectentem Ecclesiæ Catholicæ, *preciosum* ob preciosum sanguinem eius, quem pro singulis fudit in precium valoris immensi, ac denique *in fundamento* propria videlicet sua in diuinitate *fundatum*.

Peccantes ex ignorantia affectata retrorsùm abeuntes offendûs in Christum verum lapidem offensionis.

a Isai. 59. 10.
b Isai. 58. 10.
c Ioan. 8. 21.
d 1. Timot. 5. 6.
e Rom. 9. 32.
f Isai. 8. 14.
g Isai. 28. 16.

20 *Peccantem ex affectata ignorātia sic retrorsùm in Christū impingentem offensionis lapidem quanta consequūtur mala.*

Benè de ista in prædictum lapidem offensione loquens Propheta,[h] *Et offendent*, inquit, *ex eis* scil. fidelibus *plurimi, & cadent, & conterentur, & irretientur, & capientur.* Dum namque præexpositâ ratione retrorsùm abeuntes offendunt in Christum Iesum, parui facientes eius & gratiam, & sanguinem, quem & conculcare minimè verentur, in multiplicia cadunt scelera; & eorum animæ, quæ in vasa diuinæ miserationis condita fuerant, instar fictilis, vitreique vasis conteruntur, ita vt omnis ex illis effundatur, qui reliquus in eis erat, cælestis gratiæ liquor. Cúmque misceri sic retrorsùm euntes in Christum offendunt, in expansum etiam cæci incidunt illius rete, sicque irretiuntur, illaqueantur, & capiuntur. Quæ quomodo eueniant præclarè expositum est in lib. Iob verbis istis.[i] *Arctabuntur gressus virtutis eius*, peccatoris scil. de quo nunc loquimur, *& præcipitabit eum consilium suum: Immisit enim in rete pedes suos, & in maculis eius ambulat: Tenebitur planta eius laqueo, & exardescet contra eum sitis. Abscondita est in terra pedica eius.* (passiuè) *& decipula illius super semitam*: de quibus non est modò dicendum per singula.

h Isai. 8. 15.
i Iob. 18. 7.

21 *Rete Dei, quo irretiuntur peccatores, sunt multiplices calamitates.*

Hoc vnum sat sit: Rete Dei esse multiplices calamitates: in quo sanè rete præter opinionem incidit impius, dum præexpositâ ratione abit retrorsùm, offenditque in Deum. Prout in persona talis peccatoris per Ieremiam nostrum scriptum est in Threnis.[k] *De excelso misit ignem in ossibus meis*, internarum scil. ærumnarum, *Et erudiuit me*, per illas nempe me primùm castigans: *Expandit rete pedibus meis*, externas quoque mihi immittens calamitates varias, quibus cùm ex impatientia in peiora deciderem scelera, *conuertit me retrorsùm*, permittens vt retrorsùm pessimo nimirum (vt supra explicatum est) corruerem casu: sic *posuit me desolatam* per calamitates externas, & per internas item ærumnas *totâ die mœrore confectam*, Sed & Deus quoque apud Prophetam istum nostrum id totum eidem impio sub typo Babylonis improperat infra dicens.[l] *Quomodo confractus est, & contritus malleus vniuersæ terræ? quomodo versa est in desertum Babylon in Gentibus. Illaqueaui te, & capta es Babylon, & nesciebas*, id est propter affectatam ignorantiam tuam: *inuenta es, & apprahensa: quoniam Dominum prouocâsti*, retrorsùm nimirum abiens, in eumque impingens lapidem quoque offensionis, De quo in Euangelio dicitur,[m] *Et qui ceciderit super lapidem istum*, abiens retrorsùm, *confringetur* immissis scil. calamitatibus: *super quem verò ceciderit*, idem scil. lapis, *conteret eum*, id est, Quando verò per obstinationem in eadem peruersa abeundi retrorsùm ratione tanto impetu in Deum impius quispiam impegerit, vt causet lapidis prædicti excisionem, & casum super semet, efficiens vt ipsius Dei filius Christus Iesus lapis, vt dictum est, offensionis, à diuina quodammodo excisus, ac seiunctus misericordia maximo iracundiæ casu super ipsum decidat, veniens ad eum iudicandum: tunc certè à cadente super eum lapide, & à iudice per damnationis contereretur sententiam.

k Thren. 1. 13.
l Ierem. 50. 23.
m Matth. 21. 44.

22 *Peccans ex affectata ignorantia retrorsùm abeundo in Deum, vibrantem in dieq; gladium in extenta manu habentem, per semet in extrema damnationis impingit gladium, quo confoditur.*

Istam extremæ damnationis mortem comminatur hoc loco apud Ieremiam iisdem peccatoribus, cùm illicò ac de illis, illorumque collectioni dixit (*Retrorsùm abiisti*) subiicit (*Et extendam manum meam super te, interficiam te.*) Quid namque sit, Deum extendere manum suam, ac interficere, subindicatum ab ipsomet legimus in Cantico Deuteronomij, vbi ait,[n] *Si acuero vt fulgur gladium*

n Deut. 32. 41.

dium meum, & arripuerit iudicium manus mea. Cogitemus ergo Deum instar præpotentis cuiuspiam viri, qui manu extentâ cùm vibrante gladio mortem cuipiam suo minitetur aduersario; in quam extentam illius manum, gladiumque is se coniiciat eius aduersarius, retrorsùm in ipsum tendens, atque in necantem impingens exacutum gladium, [a] *Cucurrit*, dicit Eliphaz in libro Iob, quemdam istorum peccatorum describens, retrorsùm in Deum abeuntium, *Cucurrit aduersùs Deum omnipotentem erecto collo:* & vt exploratum esset, quòd retrorsùm summâ superbiâ tunc concurrerit, addit, *Et pingui ceruice armatus est:* quin ceruicem alioquin sibi durissimam armauit in eo cursu, sanè à parte posteriori se roborandum necesse esse significauit, eáque præcipuè in capitis parte quâ tali in cursu in Deum impulsurus erat. At, si iuxta Apostoli dictum, [b] *Horrendum est incidere in manus Dei viuentis*, simpliciter extensas: quantò infœlicibus istis sic retrorsùm abeuntibus peccatoribus horribilius futurum censêre debemus, dum in extensam, iudicioque, & vibranti gladio armatam offendent eiusdem dexteram. Haud dubium quòd interficientur, introeunte acutissimo, durissimoque eo vindictæ Dei gladio in illorum ceruicem, tametsi æream. Interfectio tamen, & mors ista, atque extrema damnatio re verâ non tam à Deo est, quàm à peccatoribus ipsis, qui eâ ratione retrorsùm abeuntes in perniciem propriam in extensam Dei manum superbè impingunt. Vnde talibus in libro Sapientiæ dicitur. [c] *Nolite zelare mortem*, id est, ne cum vehementi, prauoque proprij consilij, propriæque voluntatis affectu morti vos exponatis, *in errore vitæ vestræ*, i. cùm prauâ vestrâ viuendi ratione erratis retrorsùm abeundo: *Neque acquiratis perditionem in operibus manuum vestrarum*, quibus scil. superbè vestram armatis ceruicem. *Quoniam Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum.*

a Iob. 15. 26.

b Hebr. 10. 31.

c Sap. 1. 12.

23 *Peccatori extremæ damnationis, aliarumque calamitatū causa ea assignatur, quòd in peccando fuerit nimius.*

(*Et extendam manum meam super te, & interficiam te.*) Erat (vt dicebamus) pro foribus Delphici templi, & hoc tertium inscriptum apophtegma, *Ne quid nimis*: vt qui à Pythia de subeundis sibi calamitatibus responsum accepisset, & hanc tertiam futurarum calamitatum, eiusque oraculi exploratam haberet rationem, quòd nimius fuerit in Deo exacerbando, atque in iis studiorum, quæ à Deo essent aliena. Tertiam hanc subindicasse visus est hoc loco Dominus animæ peccatrici miseriarum vniuersarum, & calamitatis extremæ rationem, hac vtens locutione. (*Et extendam manum meam super te, & interficiam te,*) cùm imminentes eidem comminarentur ærumnas, atque flagella: quòd nimia ipsa fuerit in relinquendo eum, atque in retrorsùm abeundo, quæ duo iam enumerat. Et quidem si quod in duobus iis dicebat, id significet auersionis, quo peccator ita Deum relinquit, vt & retrorsùm abeundo, tergaque, vt dici solet, vertendo, omni contentione ab illo se studuit elongare, hac elongatione eius se fugere iram posse falsò sibi persuadens, Cùm nimis istiusmodi is intenderit elongationi, nimiusque extiterit in eius fugæ studio. Quasi quid tale illi dicere videtur Deus, *Ne quid nimis*: Manus habeo longas, extendam itaque eas, téque quocúmque fugeris compræhensum & detraham, & interficiam. Quod clariùs idemmet expressit apud alium Prophetam, dicens: [d] *Nouissimum eorum in gladio interficiam: non erit fuga eis. Fugient, & non saluabitur ex eis qui fugerit: Si descenderint*

Peccator nullo elongationis à Deo studio vlciscentem illius manum fugere potest.

d Amos. 9. 1.

A *vsque ad infernum, inde manus mea educet eos, & si ascenderint vsque in cælum, inde detraham eos*, &c. Præclarè Augustinus lib. 2. Confess. cap. 2. de semetipso, sic nimis abeunte retrorsùm dicit: *Obsurdueram stridore catenæ, mortalitatis meæ, pœnâ superbiæ animæ meæ, & ibam longiùs, & sinebas, & iactabar, & effundebar, & diffluebam, & ebulliebam per fornicationes meas, & tacebas. O tardum gaudium meum! Tacebas tunc, & ego ibam porrò longè abs te in plurima, & plura sterilia semina dolorum superbâ deiectione, & inquietâ lassitudine. Non tamen longè est* B *à nobis omnipotentia tua etiam cùm longè sumus à te.* Sic ergo peccatoribus nunc ait Dominus, quantumcumque retrorsùm à me abeatis, Extendam super vos manum omnipotentem meam, iuxta illud pariter Euangelij, [e] *Genimina viperarum, quis ostendit vobis fugere à ventura ira?*

August.

e Luc. 3. 7.

24 *In peccatores nimirum in peccatis perseuerantes extendit Dominus ad vindictam manum, quā diutius quasi ligatam continuit per patientiam.*

Si præcedentia verba, (*Retrorsùm abiisti*) secundò, vel tertiò supra allatis moralibus sumantur sensibus, In his, (*Extendam manum meam super te, & interficiam te.*) Rationem hanc subindicare videtur idemmet Deus, extensurum se manus ad peccatorum vltionem, ac interfectionem, quia C nimis retrorsùm abierunt, & ab ipso per voluntariam, studiosamque peccantes malitiam, & in ipsum per affectatam crassamque ignorantiam, & cum superbo delinquentes contemptu, extensurum inquam manum, quam longo tempore patiens, & multùm misericors quasi ligatam continuit, prout ex eo colligitur Iob, de ipsa Dei manu in hunc modum loquentis, [f] *Soluat manum suam, & succidat me*, id est, extendat iam liberam manum suam in me flagellando, nec se gerat mecum instar hominis ligatam manum habentis. Quod explicasse visus est Apostolus, quum in D epistola ad Rom. hæc habuit: [g] *Quòd si Deus volens ostendere iram, & notam facere potentiam suam sustinuit in multa patientia, vasa iræ, apta in interitum, vt ostenderet*, &c. Quo loco designat, Deum multâ patientiâ, quâ impiorum scelera diutiùs tolerat, manu ipsâ, quam super illos extendere, & quâ illos actutùm perdere debuisset, tametsi reprobos esse cognosceret, sustentasse eos, sicut & iustum eadem sustentat, iuxta illud Psalmi 36. [h] *Cùm ceciderit, non collidetur: quia Dominus supponit manum suam.* Quamquam id magno cum discrimine erga iustos efficiar, atque erga ipsos reproE bos. Iustos enim sustentat, ne quid grauis in anima per peccati cuiuspiam casum subeant læsionis, suppositáque suâ sustentat manu, quâ & arctè eos cõplecti in cælesti paratus est gloria; de quibus, sustentatione inquam, & complexu vnus ipsorum iustorum loquutus est in Canticis, dicens. [i] *Læua eius sub capite meo*, sustentans scil. me, *& dextera illius amplexabitur me*, glorificatione: quo loco vnamet significatur Dei manus, quæ respectu nostri, diuersorúmque in nos effectuum nunc læua dicitur, nunc dextera: Et Apostolus in loco supra citato, cùm post præallata verba subiicit: [k] *Vt ostenderet diuitias gloriæ suæ in vasa* F *misericordiæ, quæ præparauit in gloriam*; in his enim duobus vnâ manu suâ præstitis, sustentatione (vt dictum est) & gloriæ complexu, ostendit Deus diuitias gloriæ suæ, quæ in summa sitæ sunt ipsius bonitate in iustos, instar vasorum præparatos, & sustentatos ad cælestis gloriæ fœlicitatem.

f Iob. 5. 9.

Manu sua Deus sustentat & iustos, & reprobos, sed diuerso modo.

g Rom. 9. 22.

h Psal. 36. 24.

i Cant. 2. 6.

Diuitiæ gloriæ Dei sitæ in illius bonitate.

k Rom. 9. 23.

25

At verò reprobos in abeundo retrorsùm incessanter perseuerantes, sic longo tempore in multa sua patientia ipsâ sustentat benignitatis manu: vt tamen super eos nimios in peruersa sua illa agendi

agendi ratione, eamdem grauem per diutinam congeſtam iracundiam extenſurum ſe fateatur manum ſuam: vt quos inſtar fictilium vaſorum iræ ſuppoſitâ ſuſtentauit manu, ne tam citò frangerentur, in ima lapſos per eiuſdem manus ſuæ ſubtractionem, adeóque variis confractos præſentis vitæ calamitatibus, extenſâ quoque manu grauiſſimâ, gladioque inſtar fulguris armatâ penitus conterat, extremaque & æternâ interficiat morte. Sic iuxta hunc ſenſum idipſum hoc eſt, quod hîc ait Dominus, (*Retrorsùm abiiſti: & extendam manum meam ſuper te, & interficiam te:*) atque id quod per eumdem apud Iſaiam dicitur, [a] *Tacui ſemper, ſilui, patiens fui, ſicut parturiens loquar: diſſipabo, & abſorbebo ſimul.* Quodque aſſerit & Paulus,[b] *An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis? ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitenciam te adducit? Secundùm autem duritiam tuam, & impœnitent cor, theſauriſas tibi iram in die iræ, & reuelationis iuſti iudicij Dei.* Referam quæ iſtis ipſis iuxta hunc ſenſum acceptis non modicum conferant Auguſtini verba in lib. 5. Confeſſionum cap. 1. peregregia. *Eant, & fugiant à te inquieti, & iniqui, & tu vides eos, & diſtinguis vmbras, & ecce pulchra ſunt cum eis omnia, & ipſi turpes ſunt. Et quid nocuerunt tibi, aut in quo imperium tuum dehoneſtauerunt à cælis vſque in nouiſſima iuſtum, & integrum? Quò enim fugerunt cùm fugerent à facie tua, aut vbi non inuenit eos? Sed fugerunt, vt non viderent te videntem ſe, atque excæcati in te offenderent, quia non deſeris aliquid eorum quæ feciſti. In te offenderunt iniuſti, vt iuſtè vexarentur ſubtrahentes ſe bonitati tuæ, & offendentes in rectitudinem tuam, & cadentes in aſperitatem tuam.*

Dei patientiâ abutêtes extenſam vindictæ illius manum experientur.

a Iſai. 42. 14.
b Rom. 2. 4.

Auguſtinus.

26 (*Laboraui rogans.*) Rectè hæc mox expoſitis addita ſunt à Domino. Quibus ſignificat, meritò ſe in peccatores eos qui nimiùm perſeuerarent in retrorsùm abeundo, extẽſurum aggrauatam manum ſuam vibrante exacuto gladio ad ipſorum inſtructam interfectionem, & condemnationem in æternalem mortem, qui eandem manum ſuam maximâ benignitate tanto tempore, tantiſque vicibus ad eoſdem extenderat eò vſque vocans, & ſupplici geſtu illos compellans, & rogans vt conuerterentur ad ipſum, ſubque manus eius vmbra protegi ſatagerent; vt in precibus iſtiuſmodi iam delaſſatus ſit: iuxta illud Prouerbiorum.[c] *Vocaui, & renuiſtis: extendi manum meam: & non fuit qui aſpiceret.* Audi ex Paulo, quomodo & nos retrorsùm abeuntes roget Deus. [d] *Pro Chriſto*, inquit, *legatione fungimur, tamquam Deo exhortante per nos. Obſecramus pro Chriſto reconciliamini Deo.*

Manum ſuã meritò in obſtinatos Deus extendit peccatores, quos diu manu eadẽ vſque ad laſſitudinem vocans rogauit, atque protexit.

c Prou. 1. 24.
d 2. Cor. 5. 20.

VVLGATÆ.

Verſ. 6.] Tu reliquiſti me dicit Dominus, &c.

SEPTVAGINTA.

6. Σὺ ἀπεστράφης με λέγει κύριος, ὀπίσω πορεύσῃ. καὶ ἐκτενῶ τὴν χεῖρά μου, καὶ διαφθερῶ σε. καὶ οὐκέτι ἀνήσω αὐτούς.

A *Verſ. 6.*] Tu auerſata es me; retrorsùm ibis. Et extendam manum meam, & diſperdam te: & nequaquam vltra dimittam eos.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Tu deſeruiſti cultum meum, dicit Dominus, retrortum conuerſa es: & leuabo plagam fortitudinis meæ ſuper te, & diſperdam te, eò quod poteras conuerti, & non es conuerſa.*

B Verſ. 6. (*Tu reliquiſti me, &c.*)

Origenes homil. 10. in Ierem. *Quia auerſata es filium Dei, & per hoc etiam à Deo patre receſſiſti, retro ambulabis. Quid ſit retro ambulare, ſiue extendi in priora, conſidera: Iuſtus eorum quæ* [e] *retro ſunt obliuiſcens in priora extenditur: peccator poſteriorum meminit, priora non appetens. Qui autem poſteriorum meminit, præuaricatur in legem Ieſu dicentis,* [f] *ne conuertatur retrorsùm tollere veſtimentum ſuum. Inobediens eſt dicto eius:* [g] *Mementote vxoris Loth,* C *cùm contemnit imperium Saluatoris dicentis,*[h] *Nemo mittens manum ſuper aratrum aptus eſt regno Dei. In lege quoque ſcriptum eſſe reperimus. Angelos ad Loth egredientem de Sodomis dixiſſe:* [i] *Ne reſpexeris retro, & ne ſteteris in tota regione: in monte ſaluum te fac, ne fortè comprehendaris. Dimiſiſti vitia, atque peccata, ne regrediaris ad ea. Ne ſteteris in tota regione. Non enim expedit incipienti proficere, vt ſtet in regionibus Sodomorum. Et ſi Sodomam tranſcendiſti, & à Satanæ regione diſcedens incipis liber eſſe ſuppliciis, expedit vt ſalueris in monte: Aſcende in montem, in quo ſolo ſalus eſt, nomen Ieſu Chriſti.*

Origen.
Retro in ſpiritus via ambulare eſt pœna precedentium, defectuum, quamque id ſit malum.
e Phil. 3. 13.
f Marc. 13. 16.
g Luc. 17. 32.
h Luc. 9. 62.
i Geneſ. 19. 17.
Progreſſui cõtiuuo indulgendu in via Dei.

2 D Theodoritus. (*Tu auerſata es me, dicit Dominus: retrorsùm ibis:*) *Et quod perpetraſti patieris. Hoc autem (retrorsùm ibis) poſuit pro, humiliaberis. (Et extendam manum meam in te, & delebo te, nec vltra parcam ipſis.) Iam enim non vtar priſtinâ patientiâ.*

Theodorit.
Peccator in pœnâ retrorsùm abit, à Deo humiliatus.

Hieronymus. *Cauſa redditur, quare nullus miſereatur Ieruſalem, nec contriſtetur pro ea, nec pro pace illius obſecret: quòd cùm iuxta Apoſtolum poſteriorum obliuiſcens ad priora ſe extendere debuerit,* [k] *è contrario retrouerſa ſit, & Ægyptias carnes deſiderarit,* [l] *(Et extendam manum meam ſuper te, & interficiam te. Laboraui rogatus; ſiue rogans, pro quo* E *Sept. tranſtulerũt. (Nequaquam vltra dimittam eos:) Manus extenta, percutientis indicium eſt: Interfectio peccatorum iram ſignificat conſummatam. Quod autem intulit, (Laboraui rogatus, ſiue rogans) duplicem habet ſenſum, quòd iam defecerit Deus crebrò eis ignoſcendo, & laſſus ſit ſemper eos prouocans ad ſalutem.*

Hieronym.
Retrò ambulans indignus cuius quiſquã miſereatur.
k Phil. 3. 13.
l Num. 11. 4.
Deus quodãmodo laſſus in prouocãdo nos ad pœnitentiã atque in ignoſcendo nobis.

D. Thomas. *Aſſignat rationem repulſionis, & primò ex ingratitudine, ponens culpam. (Tu dereliquiſti.) Iſai. 1.* [m] *Dereliquerunt Dominum, blaſphemauerunt ſanctum Iſrael, abalienati ſunt retrorsùm. (Et pœ-* F *nam, (& extendam.) Iſai. 9.* [n] *In omnibus his non eſt auerſus furor eius, ſed adhuc manus eius extenſa. Secundò ex obſtinatione, & primò, quia nõ flectuntur precibus, ponens culpam, (laboraui,) quaſi dicat, toties rogaui, vt quereremini, q. d. Laboraſſem, ſi poſſibile fuiſſet, Iſai. 43.* [o] *Seruire me feciſti in peccatis tuis, præbuiſti mihi laborem in iniquitatibus tuis.*

D. Thomas.
Peccatoris repulſio ex eius ingratitudine & obſtinatione.
m Iſai. 1. 4.
n Iſai. 9. 12.
o Iſai 43. 24.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΣΥ ἀπεστράφης με. ὀπίσω πορεύσῃ.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὁρᾷς πῶς οὐκ ἐγὼ αἴτιος;

[καὶ διαφθερῶ αὐτούς. καὶ οὐκέτι ἀνήσω αὐτούς.]

Ὀλυμπιοδώρου.] τὸ, σε, καὶ αὐτοὺς, κατὰ τοῦ αὐτοῦ κεῖται. φησὶ δὲ τὴν ἱερουσαλὴμ, καὶ τοὺς ἀπειλουμένους.

[καὶ ἐκτενῶ τὴν χεῖρά μου, καὶ διαφθερῶ σε.]

Ὠριγένους.] τὴν ἐγκατάλειψιν, ἐνέργειαν εἶπε. Θεὸς γὰρ ἑαυτοῦ τὴν σκηνὴν || ἐπαίρων, λέγεται διαφθείρειν. ἄλλως τε διαφθορὰ, χειρὸς ἀξία Θεοῦ, ἡ ἀπὸ κακίας εἰς ἀρετὴν μεταποίησις κατὰ τὸ, ἐποιήσω ἐπὶ σε τὰς χεῖράς μου, καὶ πυρώσω σε εἰς καθαρὸν, τῶν πρὶν ἐν ἡμῖν ἐξ ἁμαρτίας λυμάτων διεφθαρμένων.

|| ἴσ. ἀπαίρων.

A Vers. 6. TV auersata es me, retrorsùm ibis, &c.) 3

Chrysostomi.] *Vides, quòd ego non sim causa?*

Chrysost. Malorum nostrorū causa nos ipsi.

Et disperdam te, & non vltra dimittam eos.

Olympiodori.] *Te, & ipsos, de eodem dicuntur: ait autem Ierusalem, eosque quibus minæ iactantur. Et extendā manum meā & disperdam te.*

Olympiod.

Origenis.] *Derelictionem dixit operationem. Deus enim suum tabernaculum deserens, corrumpere dicitur. Quamquam corruptio digna manu* B *Dei, mutatio est ad virtutem à vitiis, iuxta illud afferam supra te: manus meas, & ignitum faciam: corruptis in nobis antiquis peccati purgamentis.*

Origenes. Manus Dei extensio super aliquē est illum perdere. Manus Dei extensio est & bona perditio mutans à vitiis ad virtutem.

Vers. 7.] Et dispergam eos, ventilabro in portis terræ: interfeci, & disperdidi populum meum, & tamen à viis suis non sunt reuersi.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Et dispergā eos vētilabro in portis terra.

REge [a] *itaque Nabuchodonosor vtar tamquam ventilabro, vt veluti in area purgatis iustis, si qui in rebelli isto populo sint, impios in maximè longinquas regiones, & in fines terra quasi ventilatos eiiciam: Abducente enim ipso Chaldæorum Rege eos in captiuitatem, efficiam vt in portis ciuitatum terra & Iudaica, & Chaldaica, in quibus & iudicia fieri consueuêre, & emporia, captiui Gentibus vendantur variarum, maximéque dissitarum regionum: sicque ab inuicem seiunctos dispergam illos quocúmque distrahi eis contigerit ab emptoribus.* [b] *Iam multum est temporis, quòd vel alieno periculo edoceri* D *debuissent, ne in has & ipsi filij Iuda redigerentur miserias: Nam à tempore Ezechia Regis eorum internecioni tradidi Israel maiorem populi mei partem, vtpote ex duodecim decem tribus, eiusdemque Israelitica plebis deleui regnum, omnique orbaui dominio. Et nihilominus filij ipsi Iuda: duaque tribus à peruersis suis non destitêre agendi, viuendique rationibus.*

b Interfeci, (siue orbaui) & disperdidi populū meū, & tamen à viis suis non sunt reuersi.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

ET dispergam eos, &c.) Dispersionem in captiuitatem hîc significari certum est, & in eam captiuitatem, quā mox per Chaldæos Iudæi abducendi erant. Ventilabrum enim Deus dicit Regem Nabuchodonosor, sicut Regem Assur apud [c] Isaiam dixit virgam furoris sui. Sicut autem virga ad disciplinam, & eruditionem, non ad perditionem in vsu esse consueuit: ita & ventilabri vsus est ad probationem, & purgationem: Vt duabus his metaphoris explotatum iisdem reddent Iudæis, quænam in ipsis castigandis, vel etiam in dispergendis prima sua esset intentio, nempe vt castigatos disciplinæ efficeret compotes: vtque eos purgaret non vt deleret. Quamuis admodum diuersam eiusdem Regis Nabuchodonosor & intentionem futuram, & studium significatum fuerit supra, cùm in cap. 4. diceretur. [d] *In tempore illo dicetur populo huic, & Ierusalem: Ventus vrens in viis, qua sunt in deserto via filia populi mei, non ad* C *ventilandum, & purgandum.* In versione quidem Sept. nihil hoc loco est istiusmodi ventilationis, ac purgationis metaphoræ: at genericis verbo, & nomine dicitur καὶ διασπερῶ αὐτοὺς ἐν διασπορᾷ *(Et disperdam eos in dispersione:)* E vestigio autem in Hebraico textu, & verbum, & nomen prædictam spectant metaphoram; dicitur enim, *(Et ventilabo eos ventilabro,)* ab vna namque eiusdem verbi (vt Hebræi loquuntur) radice est & nomen Ventilabri, & Verbum, quod Pagninus, & Regia vertêre, sicut in Vulgata, *(Et dispergam eos:)* Vatablus verò, *(Disieci eos,)* Imò & noster Interpres nedum in præcitato loco capitis quarti, sed & aliàs sæpe Latino verbo ventilandi id reddidit.

1 Tribulationes, & calamitates immittit Deus, vt per eas nos purget, & probet.

c Isai. 10. 5.

d Iere. 4. 11.

Per portas terræ, intelligit Vatablus ostia, & fines, atque ingressus terrarum, ac regionum, vt sensus sit, Eieci in captiuitatem in longinquas regiones, A quo parum distat quod ait Io. Maldon. vt designentur vltimæ terræ. Christoph. à Castro portas terræ dici inquit regiones, & terras, ad quas difficilis est aditus ob munitiones arcium, montiūque, quas penetrare necesse ad ingrediendum in regiones illas: Sic montiū, inquit, fauces, E & angustæ portæ solent appellari, vt à Cosmographis portæ Caspiæ, Caucasiæ, Ciliciæ; vt hoc nomine hîc significētur regiones, ad quas est ingressus per portas illas. Ac si dicatur, Dispergam eos quasi ventilabro in regiones longinquas, & munitissimas. Gasp. Sanctius portarum terræ appellatione designari censet Ortum, & Occasum, per quas portas ingrediuntur nox, & dies. *Ortum verò, ait & Occasum pro extremis mundi finibus vsurpari nemo dubitat.* Isid. Clarius, Vatablus, Christophorus item à Castro, & alij portarum nomine ciuitates terræ significatas asserunt, prout & aliàs sæpe, sicut & supra probauimus, vt sensus sit, Dispergam eos in varias terræ ciuitates, in

2 Vatablus. Portarū terræ vocabulo significati fines terræ.

Ioan. Mald.

Christ. à Ca. Significata regiones, & terra ad quas difficilis est aditus.

Gasp. Sanct.

Significata & ciuitates terra.

Significata & porta ipsa ciuitatum, & domorum.

Dionys.

Iudaeorū miseria tāta vt ad stipem petendam per portas dispersi sint.

in quas ducentur captiui. Alij in significatu proprio portarum id sumunt: Sed & in his quoque varietas est sensus: Nam Dionys. Carthus. portas intelligit alienarum ciuitatum, per quas Iudaei ituri erant captiui. Generaliter quidem, referente Christophoro à Castro, portas & ciuitatum, & domorum desumunt, at metaphoricam hîc volunt esse locutionem, vulgatemque loquēdi modum, vt quod dicitur, (*Dispergam eos in portis terrae:*) tantumdem sit, ac, Ad tantam inopiam redigi eos efficiam, vt cogantur stipem cogere, Italicè, *Andar per le porte:* quia nullum habebunt domicilium, nullum alimentum.

3

Sensus Auctoris.

Mihi quòd iuxta proprium significatum portarum hîc sumendum sit nomen videtur probabilius: probare autem id nullo pacto possum, vt sermo hic sit de dispersione ad portas quomodocumque portarum sumatur vocabulum: neque enim in vllo textu lego, (*In portas*, seu, *ad portas terrae.*) Ac sicut in Vulgata habemus, *In portis terrae.*) Ita & in textu Graeco legimus ἐν πύλαις, parique ratione & in lectione Hebraic. litera ב *beth*, quae praefixa est voci portarum, pro praepositione, *In* sumenda est, vt statum, non vt motum signet.

Iudaei dirutâ Ierusalē venditi in portis ciuitatum.

Petr. à Fig.

Idcirco optimum arbitror sensum, quem super hunc locum affert Petrus à Figueira, vt significetur, Fore, vt quando Iudaei à Rege Babylonis in captiuitatem abducentur, in portis vel ciuitatis Ierusalem, vel aliarum etiam ciuitatum terrae Iuda, seu terrae simpliciter etiam Babylonicae venderentur, vt sic magis ab inuicem seiungerentur in varias partes, & regiones ab emptoribus distracti: In ciuitatum autem portis vendendi asserantur, quia eò locorum, & iudicia fieri, & emporia tunc temporis solerent. Quamquam & id quoque addi hîc potest, iuxta assumptam dispersionis per ventilabrum metaphorā, rectè & istud, (*In portis terrae*,) adiectum in eiusdem dispersionis epithasim; Id enim plerisque obseruare est in locis, vt frumenti, ac leguminum facientes ventilationem, in portis potissimùm id faciant areae, lociue, in quibus collecti vehementior solet esse vis venti, quo & efficacior fiat stipularum, atque glumarum dispersio.

In Graecis Codicibus versionis Sept. triplicem reperio in his distinctionis varietatem, quam & notandam mihi censui quia variat & sensum. Complutensis enim & Regius conueniunt cum Vulgata habentes, (*Et disperdam eos in dispersione in portis populi mei.*) Codices verò Aldinus, Frobenianus, & alij, ita haec distinguunt, (*Dispergam eos*,) tum comâ adhibitâ subdunt, (*In dispersione in portis populi mei sine liberis facti sunt.*) Denique correctior Codex Vaticanus habet, (*Dispergam eos in dispersione:*) hicque adhibitâ comâ subiicit. (*In portis populi mei sine liberis facti sunt.*) Quod duobus modis intelligi potest: vel quia in portis ciuitatum Iuda dispersionis tempore filij coram parentibus vendendi aliò essent, iuxta sensum quem probabiliorem & nostrae censuimus Vulgatae: Vel quod ibidem vbi iudicia exercebantur, coram ipsis parentibus eorum interficiendi essent filij: Quod magis est consonum ei, quod in Vulgata, & in Hebraic. Graeco illi respondet verbo ἠτεκνώθησαν, *sine liberis facti sunt.*

4

Interfeci, & disperdidi populum meum, & tamen à viis suis non sunt reuersi.) Sunt qui in his, & sequentibus duobus vers. asserunt praeterita posita pro futuris, vt sit continuatio caepti sermonis de clade, captiuitate, ac strage facienda per Nabuchodonosor ciuitatis Ierusalem, totiusque populi Iuda. Ita in primis Vatablus in suis Scholiis probatque id & Hugo Cardinalis, Communiori tamen expositorum omnium consensu, pro praeteritis vniuersa sumuntur, vt sonant: Sed in eo est & in hoc ipso difficultas, quòd non constat, cuiusnam praeteritae cladis mentio hîc fiat, ex qua nihil profecisse ipsi dicuntur Iudaei. Et quidem nostri ferè de variis cladibus haec intelligunt, quibus idemmet populus Iuda per Chaldaeos potissimùm variis attritus fuerat temporibus, nimirum & tempore Regis Manasses, quando vnà cum eodem Rege Manasse eorum complures abducti fuêre in Babylonem, vt habetur 2. Paralip. 33.[a] & tempore Regis Ioakim, quando Rex Nabuchodonosor anno regni sui tertio obsessâ, captâque Ierosolymâ Regē ipsum vnà cum multis tēpli vasis, regiisque adolescentulis asportauit item in Babylonem, vt dicitur Dan. 1.[b] Et tempore eiusdem Ioakim anno eius octauo, quādo rediit Nabuchodonosor, captâque Ierusalem imposuit tributum per tres annos, vt videre est lib. 4. Regum c. 24.[c] Itemque anno vndecimo pariter Ioachin, quando afflictus[d] est Iuda per latrunculos Chaldaeorū, Syriae, Moab, & Ammon, vt eodem cap. 24.[e] enarratur. Vbi & id expositum est, quod similiter per Nabuchodonosor eidem contigit populo, eiusque Regi Ioachin, qui non ampliùs quàm mensibus tribus regnauit.

Vatabl.

Hug. Card.

Iudaei variis cladibus à Chaldaeis cōtriti fuêre.

a 2. Par. 33. 11.

b Dan. 1. 1.

c 4. Reg. 24. 1.

d 4. Reg. 24. 2.

e 4. Reg. 24. 10.

Christ. à Ca.

Bene autem hanc sententiā haud tutam censet Christophor. à Castr. ex eo quòd supponitur hoc vaticiniū habitum sub Rege Iosia, quando praeter id quod dictum est contigisse tempore Regis Manasse, reliquorū nihil adhuc euenerat. Existimatque propterea ipse genericè haec habita de aerumnis omnibus, quae eò vsque temporis populo obtigerant Iuda, siue per Sennacherib, siue per Assyrios, siue per alios: de quibus & supra Dominus primum in cap. 2. dixit,[f] *Frustra percussi filios vestros, disciplinam non receperunt:* & ad eumdem Dominum Propheta in c. 5.[g] *Percussisti eos*, ait, *& non doluerunt: attriuisti eos, & renuerunt accipere disciplinam.* Et quia huic dicto vidětur obsistere, quod ex libris Regum habetur, Iudaeos ipsos, eorumque Reges inflicto supplicio conuersos esse ad Dominum; addit, illos nihilominus mox conuersos esse ad vomitum, adeóque nunc Deum extremum eis comminari supplicium.

f Iere. 2. 30.

g Iere. 5. 3.

5

Israelis clades & ruina praemissa à Deo vt per eam moneretur, & resipisceret Iuda.

Vt dicam quod sentio, mihi magis arridet hac in re opinio eorum, qui haec vniuersa de iis intelligenda arbitrantur, quibus afflictus, captiuatus, & deletus à Domino fuit per Assyrios Israel, maior nempe Hebraei populi pars, decē tribus, quorum & series exposita reperitur in cap. 18.[h] lib. 4. Reg. Vt hoc loco quid simile, breuiùs tamen, dicatur eius, quod fusiùs apud Ezechielem cap. 23.[i] sub parabola duarum mulierum, Oollae, & Oolibae explicatum videre est. Huius sententiae fuit & Nicolaus de Lyra, & ex Hebraeis R. Dauid, & Rabbi Salomon. Nec quicquam contra eam asserunt Hieronymus. D. Thomas, Dionysius, aliique expositorum nostrorum. Imò ipsamet loquendi forma tum in Vulgata, tum in Versione Sept. tum & in textu Hebraico istud ipsum confirmare mihi videtur; Si enim de populi Iuda ageretur clade, diceretur, (*Interfeci, & disperdidi populum meum, & tamen à viis suis non est reuersus.*) Modò autem diuersâ loquendi formâ, quâ in secundo membro de ipsis filiis Iuda dicitur, (*Et tamen à viis suis non sunt reuersi:*) innuere videtur, in primo membro sermonem habitum de

h 4. Reg. 18. 9.

i Ezec. 23 4.

Lyra.

R. Dauid.

R. Salomon.

de Israel populi Dei nomine appellaro, quatenus maior is erat ipsius populi pars, decem nimirum ex duodecim eius tribubus. Pro qua maiori parte & id fortasse faciet, quod mox in vers. 9. addetur, *Infirmata est quæ peperit septem*, id est, plurimos. Sic quod iuxta correctiorem Codicis Græci, Vaticani distinctionem in hac sententia dicitur: (*Et dispergam eos in dispersione:*) pertinere puto ad comminationem futuræ captiuitatis Iudæ: Quod verò subditur in præterito, (*In portis populi mei filiis orbati sunt, perdiderunt populum meum propter malitiam eorum.*) Ad decem tribus referendum arbitror, sicut & quæ subiiciuntur item in præterito: nouimus enim, propter maximam Israelitarum malitiam eam populi partem acerrimam stragem in propriis ciuitatibus passam, & inde abductam, perditionique traditam ab Assyriis. Pro, (*Interfeci*) in textu Hebraico est verbum, quod propriè orbare designat, & per illud significatur futura interfectio filiorum: quâ filiis orbi reddantur parentes: & occisio virorum, propter quam orbæ & viduæ fiant mulieres.

Vers. 7.] Et dispergam eos ventilabro, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

6 *Ventilabri vsus proprius est ad tritici purgationem.*

Cum ventilabrum sit insttumentum quo vti consueuerunt agricolæ post omnes expletos labores circa triticum, vel alia similium seminum, & leguminum genera; ad hocque id tunc illis in vsu sit, vt purget, & emundet ea, circa quæ maximum eò vsque insumpserint operis. Vnde in Euangelio, vbi Ioannes Baptista Christo Domino tribuit ventilabrum, eius quoque meminit vsus purgationis; sic quippe ait: [a] *Cuius ventilabrum in manu sua: & permundabit aream suam.* Multùm certè philosophandum moraliter istud nobis primò suggerit, quòd ventilabro quidem hoc loco vsurum se Deus ait, haud dubium quòd circa fideles, nullâ tamen factâ mentione purgationis, & emundationis, verbo vtitur dispergendi, additque ipsum dispergendi actum faciendum in portis terræ. Examinemus singula. Et quidem quamuis de dispersione quâ à Deo dispergu ntur peccatotes pluribus egerimus super vers. 24. cap. 13. Vt videre ibi est vnicuique, Illud tamen quod hic prædictum dispergendi verbum iunctum cum ventilabro significat perpendendum superest. Denotatur namque per hoc, id Deo quoad reprobos contingere peccatores, quod metuit & Apostolus Paulus eximius Dei agricola quoad fideles Galatas, quum illis diceret. [b] *Timeo vos, ne fortè sine causa laborauerim in vobis:* quodque plerúmque & laborantibus circa terram euenire solet agricolis; vt post multos sudores in arando, vel fodiendo agro: in seminando semine bono: in sarriendo, & expurgando enato, & aucto: in metendo, ac colligendo: in triturando eodem quod in plenis latère censebat folliculis, operam tandem omnem se perdidisse cognoscunt, cùm, folliculis vacuis, ventilabrum accipientes nil faciunt aliud, quàm vt contritas in ventum dispergant glumas, nil quod in horreum congregandum sit reperientes.

a Matt. 3, 12.

Agricolatio Dei quoad reprobos inanis, & sine fructu.

b Gal. 4. 11.

7 *Agricola est Deus circa vnumquemque nostrûm, magno tamen cũ discrimine ab agricola terreno.*

Agrum Dei vnumquemque esse fidelium asseruimus sæpe ex illo Apostoli, [c] *Dei agricultura estis*, quo ex loco patet, & agricolã pariter Deum dici, & circa quemque nostrûm eumdem agricolare, magno tamen cum discrimine ab agricola terreno. Iste enim si laborat, sibi laborat; si pro viribus agri prouehit fructus: sibi eos parat; si eorumdem metuit penuriam, sibimet certè metuit. At verò & Deus & quotquot Dei in eius agricultura spiritali sunt cooperatores, quicquid in agricolatione sua conferunt laboris, quicquid quærunt fructus, quicquid & metuunt, in ipsorum dirigunt fidelium prouentum, commodumque, & metum. Propterea enim mox dicebat Galatis Paulus. *Timeo vos ne fortè*, &c. neque enim aiebat simpliciter. *Timeo*, ne arbitraremur sibimet illum timere, si inanis eius extitisset agricolationis in Galatis labor: Sed, *Timeo vos* per Antiptosim Hebraicâ phrasi, pro *Timeo vobis.*

c 1. Cor. 3. 9.

8 *Agricolationis labores quantos Deus sustineat in fidelis cuiusque cultura.*

Nemo sanè est nostrûm, qui immensos Dei in semet, atque in fidelibus quibuscum versatur, istiusmodi expertus non sit agricolationis labores; quin & quotidie nouos exhiberi non ignoramus. An non aratio Dei in nobis est, vel terræ cordis scissio, & fossio, quibus præparati consueuit tellus, quando, iuxta Sapientis dictum, [d] Præparatur nostra ab illo voluntas? quando nos post prauam nostram viuendi rationem, in qua obdurati eramus, excitante suâ disponit ad iustificationem gratiâ, vel per prædicationem boum illorum spiritalium, de quibus Paulus id [e] exponit, quod Deus iusserat, [f] *Non alligabis os boui trituranti:* vel per immissionem timoris, quo nostra commota sunt corda: vel per actum pœnitentiæ, & humiliationis, quo ipsa scissa & emollita sunt corda, quasi vomere, atque ligone? An non bonum in nobis semen seminauit, quando & suorum Sacræ Scripturæ verborum nobis cõtulit intellectum? Nonne & affatim imbre nos irrigauit cælestis gratiæ iustificantis: Nonne & incrementum dedit suo in actum nos promouens charitatis calore? Ventis quoque hinc & inde concutientium tentationum nos perflari non abnuit, vt validior, pleniorque enati prouentus esset frumenti, iuxta illud. [g] *Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari, supra id quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione prouentum.* Metit & nos, quando & occasionem præbet actus exercendi virtutum, quos in manipulos colligat in sanctam Ecclesiæ aream coaceruandos. Triturat denique quando per tribulationes ad nostrũ nos conterit profectum, vt qui frumentum Christi sumus, at intra folliculos latentes, per ipsam tribulationum trituram nostra conspicua fiat virtus in infirmitate perfecta: Ita vt nihil aliud supersit, quò suum cælestis agricola nos condat in horreum æternæ patriæ, quàm vt ventilabro & à reliquiis nos purgatos reddat peccatorum. Quod sanè ventilabrũ tametsi communiter vel tentationes, vel diuini iudicij discretio esse dicatur, ipse tamen existimationem propriã vniuscuiusque nostrûm esse crediderim, quã vt ventilabro Deus vtitur & ad iustorum emundationem, & ad cumulatam eorũ qui frumentum ipsius sint purgationem: quando efficit, vt cor eorum contritum, & humiliatum se existimãs nihil esse, omnem à se reiiciat quod sibi inhæserit reliqui vani, atque elationis, & leuitatis, vt dicere queat, [h] *Domine non exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei. Neque ambulaui in magnis, neque in mirabilibus super me. Si non humiliter sentiebam, sed exaltaui animam meam,*

d Prou. 8. 35. Sec. Sept.

e 1. Tim. 5. 18.

f Deut. 25. 4.

g 1. Cor. 10. 13.

Ventilabrum quo vtitur Deus nobiscũ est discretio diuini iudi ij seu tentationes. Vel etiã propria vniuscuiusque existimatio.

h Ps. 130. 1.

9 *Peccatoribus metuendum, ne eum ipsis Deus vtatur ventilabro propriæ existimationis eorum.*

Cæterùm quãuis optabilis iste sit prædicti vẽtilabri vsus in manu Dei cũ iustis quibus præexposita omnis Dei cultura proficua fuit, ita vt in eximiam optimi frumenti & semet, & opera sua fructifi

ædificarint collectionem, iis tamen item fidelium qui Deum reliquerunt, abieruntque retrorsùm, prout in præcedenti vidimus vers. 6. maximè metuendum, ne Deus & hoc vtatur cum eis, atque in eos ventilabro propriæ ipsorum existimationis. Siquidem cùm in his præexposita omnis Dei agricolatio propter inanem ipsorum superbiam inanis reddatur, gloriantibus eis de collatis sibi Dei donis, quasi non acceperint: nihil sanè vel Deo congruentium vel ipsismet vtilium protulère segetum, ac fructuum operum bonorum; sed in altum culmen eleuati, spicas in ipso suæ elationis culmine pullulant operum, quæ spicis illis sunt similes, quas vidisse legimus [a] Pharaonem Regem Ægypti, tenues, percussasque vredine, æstu nimirum amoris proprij adusto, propriæque gloriæ subtilitate attenuatæ. Enimuero tam tenuis ipsa est vana gloria, vt & omnem nostrum penetret, & attenuet ne dum actum, sed & cogitatum, sicque attenuet, vt quod alioquin bonũ, ac meritorium ponderis æternæ gloriæ esset, & ad nihilum deducat peccati. Quod ex iis probare est verbis libri Apocalypsis: [b] *Quia dicis, quia diues sum, & locupletatus, & nullius egeo:* tibi nimirum adscribens, quæ ex diuitiis sunt bonitatis Dei, à quo, & cuius omne est donum optimum, atque perfectum, omnisque vel minima cogitatio nostra. *Et nescis, quia tu* propter hanc tuam, scil. inanem gloriam, cum iis vniuersis quæ bene te egisse gloriaris, *miser es, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus.* Et amor proprius omne adurit, quod ex salubri charitatis calore factum sit incrementi. Vnde in eodem lib. Apoc. legimus alteri dictum. [c] *Habeo aduersùm te, quod charitatem tuam primã reliquisti. Memor esto ergo vnde excideris.* Aliique, [d] *Scio opera tua, quia nomen habes, quòd viuas,* vtpote qui excreueris & in spicam, *& mortuus es,* spicâ ipsâ tuomet adustâ amore. *Non enim inuenio opera tua plena coram Deo meo:* Si quid namque in operum tuorum spicis inesse videtur plenitudinis, id non verum est, & coram Deo, Deoque dignum frumentum; sed coram temet, inanis nimirum venti folliculos tenuissimæ stipulæ, vilissimæque naturæ tuæ inanis gloriæ elationisque spiritu implentis. Porrò cùm infœlices peccatores isti apostatantes (vt dictum est) à Deo nihil in elato vitæ suæ calamo, atque in operum suorum spicis solidæ habeant virtutis, sed excelsa duntaxat sint palea, inani vanitate repleti, in tritura immissarum à Deo & externarum, & internarum ærumnarum, & calamitatum intra ipsam cordis eorum aream, atque etiã intra externam areã Ecclesiæ, in vilissimam conteruntur pulueris, stipulæque glumam: iuxta illud Prouerbiorum, [e] *Contritionem præcedit superbia:* & illud libri Iob, [f] *Respice cunctos superbos, & confunde eos, & contere impios in loco suo.* Et exploratum est, quod item per Sapientem scriptum est, [g] Superbum sequi humilitatem afflictionis, humiliationis, ac vilitatis, ita vt propterea in ipsa sui tritura sibi id vel in auribus cordis audiat proclamari. [h] *Quid superbis terra, & cinis?* Nec ab ipsa nihilominus animi sui desistunt elatione, quâ contra bonũ suum efferuntur agricolam ipsos triturantem: sed & obmurmuratione, & blasphemiis, & animi pertinaciâ adhuc illi obnituntur obsistere, sub potẽti, quam experti sint eius manu, humiliari nolentes: Non secus ac qui ab antagonista in terram deiectus, nec mortem intentanti cedere, nec humiliter illi se vult dedere, quin potiùs prouocat eum magis superbis iniurius verbis.

Peccatoris opera per inanem gloriam spicis similia inanibus, & adustis.

a Gen. 41. 23.

b Apoc. 3. 17.

Amore proprio adustæ redduntur spicæ operum nostrorum.

c Apoc. 2. 4.

d Apoc. 3. 1.

Peccatores inanes atque elati superbiâ, per trituram ærumnarum, & calamitatũ in vilissimã rediguntur stipulæ glumã.

e Prou. 16. 18.

f Iob. 40. 7.

g Prou. 29. 23.

h Eccl. 10. 9.

10 Quid igitur cum scelestis iis agat Dominus? Id certè quod ab agricolis fieri consueuit cõtritæ glumæ ad nihil inseruienti, nisi vt deturpet, ingeratque illis molestiam, quam vel in sterquilinium proiiciunt, vel ventilabro dispergunt in vẽtum. Proiicit sanè eos Deus in sterquiliniũ, permittẽs propter suammet superbiam ipsos in omnem se se proiicere carnis immunditiam omni & fœdiorem, & fætentiorẽ sterquilinio. Quod præclarè Ioannes Cassianus de Institutis Cœnobiorum lib. 12. de Spiritu Superbiæ c. 21. Ex illo libri Prouerb. iuxta versionem Sept. [i] *Immũdus est apud Deum omnis qui exaltat cor suum,* his explicat verbis, *Qui tumidâ elatione cordis inflatus est, turpissimæ confusioni traditur deludendus; vt humiliatus taliter sentiat semetipsum esse vel immunditia carnis, & conscientiæ impuræ passionis immundũ, quod animi sui noluerat elatione sentire: & vt carnis ignominiosa contagio patefaciat immũditiam cordis eius occultam, quam superbiæ malo contraxerat: ac manifestâ pollutione corporis sui probetur impurus, qui per elationem spiritus factum se non sentiat immundum.*

Cum superbis impiis agit Deus vt agricola cum vilissima stipula gluma.

Propter superbiam permittit Deus plerosque cadere in omnẽ carnis immũditiam.

Io. Cassian.

i Prou. 16. 5.

11 Et quia per inanem animi inflationem in Deũ deliquerunt, congruè sanè ventilationis pœnâ Deus etiam in hac vita illos per ipsam eorum castigat superbiæ elationem, iuxta illud Iob, [k] *Disperge superbos in furore tuo, & respiciens omnem arrogantem humilia.* Quia enim teste eodem Iob. [l] *Vir vanus in superbiam erigitur;* Et sicut in Psalmo legimus. [m] *Superbia eorum qui Deum oderunt ascendit semper.* Dispergere, ac ventilare dicit Deus, quos ita iusta permissione efficit, vt præ sui vanitate sic iugiter erigantur, vlteriusque per suam eleuentur superbiam, vt modò in hoc, modò in illud, & omnino in vniuersa tamquam ventilatione quadam dispergantur vitia. Idque ventilabro efficit propriæ (vt dicebam) quâ inflantur existimationis. Quod non abs re fit, si dixerimus per ea moraliter significatum, quæ in Cantico suo gloriosissima cecinit Virgo Maria, dicens, [n] *Fecit potentiam in brachio suo:* quod scilicet in prædicta erexit impiorum ventilatione, de qua subdit, *Dispersit superbos mente cordis sui,* διανοίᾳ καρδίας αὐτῶν. *Mente,* vel *sensu cordis ipsorum:* quod ego positum dixerim etiam vt instrumentum, quo Deus in præexposita ventilatione, ac dispersione vti consueuit vt ventilabro. [o] *Euanuerunt in cogitationibus suis:* ait Apostolus de vanis, superbisque mundi sapientibus, istud describens mentis cordis ipsorum ventilabrum: Tum eiusdem prosequens vsum in Dei manu, adiicit, [p] *Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum:* Et infra [q] *Tradidit illos Deus in reprobum sensum, vt faciant ea quæ non conueniunt, repletos omni iniquitate, malitiâ, fornicatione, auaritiâ, nequitiâ, plenos inuidiâ,* &c. Explicat hanc per ventilabrum istud superborum ventilationem sub alia metaphora dispersionis exercitu factam Gregorius Papa lib. 31. Moral. cap. 31. dicens. *Ipsa vitiorum regina superbia cùm deuictum planè conceperit, mox illum septem principalibus vitiis, quasi quibusdam suis ducibus deuastandum tradit. Quos videlicet duces exercitus sequitur: quia ex eis proculdubio importunæ vitiorum multitudines oriuntur.* Vide ibi ipsum Gregorium vniuersam vitiorum describentem seriem à prima superbiæ deriuatam radice, de qua scriptum est, [r] *Initium omnis peccati est superbia.*

Propter propriam superbiam plerique fideliũ sinuntur à Deo in vitia vniuersa dispergi.

k Iob. 40. 6.

l Iob. 11. 12.

m Ps. 73. 23.

n Luc. 1. 51.

o Rom. 1. 21.

p Rom. 1. 24.

q Rom. 1. 28.

Superbia vitiorũ omnium in nobis causa.

Greg. PP.

r Eccl. 10. 15.

12 (*In portis terræ.*) Per portas terræ, hominum intelligere possumus sensus, quibus tamquã portis qui

Superborum ventilatio, & dispersio in omnia vitia fit in eorum sensibus qui sunt portæ terrenæ nostræ habitationis.
a Matth. 15. 18.

quibusdam terrestris habitationis, carnisque nostræ omnia in cor nostrum ingrediuntur vitiosa desideria, & per quos cuncta in actum è corde prodeunt vitia. Porta etiam latissima eiusdem terræ est os, de quo dicitur in Euangelio: [a] *Quæ procedunt de ore, de corde exeunt, & ea coinquinant hominem. De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemia.* Bene igitur in portis terræ præexpositam facturum se Deus ait impiorum ventilationem, ac dispersionem cum ventilabro propriæ ipsorum superbæ existimationis; quia in carnis sensibus per vitia vniuersa illos sua ipsorum superbia quasi turbinis vento circum gyraræ permittit. Et cùm in iisdem portis, sicut antiquitùs moris erat in portis ciuitatum emporia quotidie fiant mundanarum mercium, In illis ipsis à vitiis ad vitia impij iidem venduntur in dispersionem, & in captiuitatem, iuxta illud, [b] *Ecce in iniquitatibus vestris venditi estis:* Et illud Apostoli in epistola ad Romanos, [c] *Sentio aliam legem proprij,* scilicet amoris, propriæque existimationis, *in membris meis repugnantem legi mentis meæ:* quâ meam dignoscere deberem insufficientiam ex memetipso, & dependentiam à Deo mihi necessariam ad bonum: *Et captiuantem me in lege peccati.* Et, [d] *Exhibuistis enim membra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem.*

In sensibus portis terræ impij venduntur à vitiis ad vitia in dispersionem, & in captiuitatem.
b Isai. 50. 1.
c Rom. 7. 23.
d Rom. 6. 19.

13

In vitia cõplura inani existimatione sui ipsius ij potissimũ dispergũtur, qui vel negocia, vel mercaturam, vel causas, vel iudicia agunt, Idipsumque contingit in congregationibus, cõciliis & capitulis.

Superbi cùm nihil sint, suâ nihilominus inani existimatione in omnia sese ventilãt vitia, ex vno se transferentes in aliud.
e Galat. 6. 3.

Quamquam si terræ nomine moraliter mundum significatum velimus, & sub portarum metaphora, ea quæ in portis oppidorum fieri solebant, sicut in litera notatum est, emporia, & indicia, & fori, seniorumque collectiones: Aptissimè per totam hanc sententiam, (*Et dispergam eos ventilabro in portis terræ:*) iuxta præallatam expositionem, designatur, in his potissimùm studiis, mercium nimirum, contractuum, ac negotiorum mundanorum, necnon & in exercitio lites peragendi, iudicialiaque præstandi: atque in conciliis, congregationibus, & Capitulis, vanos, superbosque peccatores propriæ ipsorum existimationis vẽtilabro in multiplicia dispergi scelera, quorum si praxis nobis esset agẽda longissimam certè producere possemus seriem. Ita autem à Deo dispergi prædicto asseruntur ventilabro, quatenus ex iusta (vt dicebam) eiusdem Dei permissione, ipsimet eo modo suâ se dispergunt elati animi existimatione vanâ. Quod ex illo Apostoli probari posse crediderim, quo de talibus loquens aicbat: [e] *Qui se existimat aliquid esse, cùm nihil sit, ipse se seducit.* Quæ apprimè faciunt ad ea omnia, quæ de his superbis peccatoribus hucusque in eam quam præ manibus habemus Ieremiæ sententiam sumus prosecuti. Primò enim dicens Apostolus, *Cùm nihil sit*, supponit, illos Dei agricolatione in tam vilem quodammodo deuenisse statum ex suamet malitia, vt & glumæ æquiparati sint, & nihilo, cùm peccatum quo in statu constituti sunt peccatorum, nihil sit. Dicens verò, *Qui se existimat aliquid esse*, scilicet magni: vsum indicat inanis existimationis propriæ, quâ per superbæ inflationis ventum quasi ventilabro in altum se efferunt. [a] At in eo quod vltimò adiicit, *Ipse se seducit:* non solùm id significat, quod infœlices vani illi in tali prædicti ventilabri vsu semetipsos decipiunt, cùm ex tali ventilatione tantùm abest, vt quid obtineant quod verè celsum altumque sit: vt in vilissima potiùs dispergantur scelera. Sed & spontaneam ipsorum eam designat dispersionem; Cùm enim verbum, *Seducere:* iuxta ethymologiam, propriumque significatum sit seorsum ducere: Sanè cùm de iis dicitur, *Ipsi se seducunt.* Tantumdem est ac si dicatur. Ipsi seorsùm se ducunt. Quia cùm in omnia vitiorum genera se se dispergant, hoc profectò eorum iuge est studium, vt seorsùm se ducant ab vno in aliud vitium.

14
Plinius.
Periculo alieno discere optimum.

(*Interfeci, & disperdidi populum meum, & tamen à viis suis non sunt reuersi.*) Celebre, vt ait Plinius lib. 18. cap. 5. id est adagij. *Optimum alienâ frui insaniâ*, quod & vulgato illo expressum est carmine. *Fœlix quem faciunt aliena pericula cautum.* Vtinam fœlicitatis istius expertes se se non exhiberent vrbes, atque Prouinciæ fidelium, in quibus Catholica, & Apostolica adhuc viget fides. Id namque magnopere ingemiscendum hîc proponitur, quòd cùm innumeras ob oculos habeant aliarum prouinciarum, in quibus ex Dei permissione tam malè res se habuerunt, habeantque Christianorum, & Catholicorum, propter multitudinem, & magnitudinem impietatis eorum, vt & in vniuerso Oriente, & in maxima Occidentis parte ferè ad nihilum deductus Dei dici queat populus. Populus nihilominus Iuda, id est Confessionis, ciuitasque Ierusalem, in qua Dei est templum: Christianorum inquam complures, qui rectam confitentur fidem, & apud quos venerationi Romana & Apostolica est sedes, cùm per plura Deum reliquerint scelera, cùmque retro prauâ suâ viuendi ratione abeuntes, iam diu eumdem prouocarint Deum, vel alieno periculo sapere nolunt, vt à pessimis suis conuertantur studiis. Porrò quamuis & hoc verum sit, quòd in Infidelium regionibus ex Dei permissione illius populus materialiter interfectus, ac perditus sit, prout in iis contigit locis Christianorum, in quæ Turcæ, & Saraceni, vel Tartari grassati sint; De spiritali tamen eiusdem perditione verius, vniuersaliusque est quod hîc asseritur. Fidelium istam perditionem factam dicit Dominus per interfectionem ipsius populi: Et tamen interfectio impropriè dicitur de populo, quem perdi, & consumi tunc propriè asserimus, quum particulares eius interficiuntur homines multi. Nosse autem si quis velit quâ nam ratione spiritalis hæc populi Christiani interfectio etiam in iis facta sit prouinciis, ac regnis, in quibus dominantur hæretici, ex vi id colligi posse sciat Hebraici verbi, quod, vt vidimus in prima expositione (*orbaui*) propriè significat. Exinde enim ea omnis est populi Dei perditio, quòd & Ecclesiæ hæreticorum opera suis catholicis orbantur Episcopis ipsarum sponsis, & simul singularum ciuitatum populus cunctus orbatur parentibus. Episcopis siquidem bonis, Eruditisque pastoribus sublatis, literæ Sacrarum Scripturarum gladio, enseque hæreseôs, & mendacis linguæ pugione spiritaliter illorum interficiuntur filij, & vniuersus disperditur eorum populus. Quorum veritatem id confirmat, quod & in litera nostra mox subiicitur. Multiplicatæ sunt, &c.

In prouinciarum adhuc fideliũ ingemiscendum plerique pessimè viuẽtibus non timentibus ruinam, quæ maiori parti euenit terrarũ Christiani populi.

Populi Christiani perditio, facta in multis regionibus per Episcoporum, Ecclesiasticorũque parẽtum priuationem.

VVLGATÆ.

Vers. 7.] Et dispergam eos ventilabro, &c.

SEPTVAGINTA.

7. Καὶ διασπερῶ αὐτοὺς, ἐν διασπορᾷ ἐν πύλαις λαοῦ

λαοῦ μου ἠτεκνώθησαν. ἀπώλεσαν τὸν λαόν μου διὰ τὰς κακίας αὐτῶν. A

Verſ. 7.] Et diſpergam eos in diſperſionem in portis populi mei: orbati filiis ſunt, diſperdiderunt populum meum propter malitias ſuas.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Et ſicut ventilant in ventilabris, ſic diſpergam populum meum per ciuitates terræ: orbaui liberis, & diſperdidi populum meum, à ſemitis ſuis non ſunt reuerſi.* B

Verſ. 7. (*Et diſpergam eos, &c.*)

Hieronymus, (*Et diſpergam eos ventilabro in portis terræ, ſiue populi mei, &c.*) *Quid prodeſt ſæpius me rogari, cùm à viis ſuis peſſimis non reuertantur, nec agant pœnitentiam. Diſperſi enim eos quaſi ventilabro, vt purgarem aream meam. Et diſperſi in portis terræ, vt inferni quodammodo calcarent limina: & interfeci, & perdidi populum meum, vt coacti malorum neceſſitate impendentia vitarent mala.*

Hieronym. *Oratio non prodeſt peccatori impœnitenti. Portæ terræ dicta limina inferni.*

Theodoritus. *Vt oſtendat ſe præter voluntatem ad puniendum cogi, quaſi condolens ait,* (*In portis populi mei nati ſunt filij: diſperdidi populum meum propter malitiam eorum, & tamen non ſunt conuerſi.*) *Ipſi dum à nequitia ceſſare noluerunt, accerſiuerunt exitium.*

Theodorit. *Punit Deus peccatores præter ſuam voluntatem.*

D. Thomas. *Ponit pœnam.* (*Et diſperdam ventilabro*) *exercitu Chaldæorum, quaſi paleas de area* (*in portis terræ,*) *id eſt vſque ad extrema terræ: porta enim eſt extrema pars domus, vel ciuitatis. Lucæ* 3.[a] *Cuius ventilabrum in manu eius, & purgabit aream ſuam,* &c. *Tum ponit duritiam, ponens flagella in generali, quibus non ſint correcti.* (*Interfeci, & perdidi*) *captiuando, ſupra* 2. *Fruſtra*[b] *percuſſi filios veſtros, diſciplinam non receperunt.*

D. Thom. *Porta terræ extrema terræ.* a Luc. 3. 17. b Iere. 2. 30.

Ioan. Caſſianus Collatione 6. cap. 11. *Non merentur ſaluari viſitatione Domini, nec temporalibus plagis conſequi medicinam, qui deſperantes ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ, in operationem omnis erroris in immunditiam, quique obduratione cordis, & vſu, ac frequentiâ delinquendi purgationem breuiſſimi huius æui, & vltionem vitæ præſentis excedunt. Quibus per Prophetam ſermo diuinus exprobrat,* (*Interfeci, & diſperdidi populum meum, & tamen à viis ſuis non ſunt reuerſi.*) C

Ioan. Caſſia. *Impij nō merentur Dei viſitationem per gratiam, vel temporalibus plagis conſequi medicinam.*

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

KAI διασπερῶ αὐτοὺς ἐν διασπορᾷ.]

Ὠριγένους.] τοιοῦτον καὶ τὸ, διασπερῶ αὐτούς. ἐπεὶ γὰρ συμφώνως εἰς ἐμὲ ἠσέβησαν. τὴν κακίστην αὐτῶν διασκεδάσω, συνόνδοντε, καὶ συμφωνίαν. ὥσπερ οὖν καὶ τῶν πυργοποιούντων διεῖλε τὰς γλώσσας, κωλύσας αὐξομένην συμφωνοῦσαν ἀσέβειαν. τὸ δὲ, ἠτεκνώθησαν, ἀπώλεσαν τὸν λαόν μου, κατηγορίαν τῶν ἀρχόντων ἔχει, καὶ τῶν ἱερέων. οὗτοι γὰρ ἐν τάξει πατέρων ὑπάρχοντες τοῖς λαοῖς, ἔρημοι τῶν τέκνων ἐγένοντο, ἀντ' εὐσεβοῦς διδασκαλίας, ἀσέβειαν, ὑποβάλλοντες. τάχα δὲ οὐδέ ἐστιν ἀπολέσαι λαὸν, μὴ πρότερον ἑαυτοῦ τὴν ψυχὴν ἐκ γεννημάτων τῶν κατ' ἀρετὴν ἀτεκνώσαντα. οὐδεὶς γὰρ ὢν ἀγαθὸς ἀπόλλυσιν ἕτερον. D E

[ἐν πύλαις λαοῦ μου ἠτεκνώθησαν.]

Ὀλυμπιοδώρου.] αἱ πολυοχλοῦσαι πόλεις ἔρημοι γεγόνασιν.

Verſ. 7. ET *diſpergam eos in diſperſionem.*) Origenis.] Simile & illud, *Et diſpergam eos. Nam quia vnanimes in me peccauerunt peſſimam eorum concordiam, contentionemque diſperdam; ſicut & illorum qui turrim ædificabant linguas diuiſit, concordem impietatem ne augeſceret prohibens. Illud verò* (*filij orbati ſunt, perdiderunt populum meum*) *Principum, Sacerdotumque continet accuſationem: hi enim, cùm loco Patrum populis eſſent, filios amiſerunt, pro doctrina pia ſuggerentes impietatem: fortaſſe verò nec fieri poteſt, vt perdat quis populum, ni priùs ſuam animam germinibus virtutis orbauerit. Nemo enim qui probus ſit alterum perdit.*

2 Origen. *Concordem impietatem prauorum diſſipat Deus, ne creſcat. Prælatorum prauorū pœna, vt ſubditis, diſcipuliſque priuentur. Operibus bonis orbatur primò is qui in anima perniciem alios deducit.*

(*In portis populi mei orbati filij ſunt.*)

Olympiodori.] *Frequentiſſimæ ciuitates deſolatæ ſunt:*

Olympiod.

Verſ. 8.] Multiplicatæ ſunt mihi Viduæ eius ſuper arenam maris: induxi eis ſuper matrem adoleſcentis vaſtatorem meridie: miſi ſuper ciuitates repentè terrorem. F

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

SIc[c] iam eiuſdem populi Iſrael internecionem (vt mox dicebam) per Aſſyrios fieri curaui, & orbationem tam virorum, quàm liberorum: *Vt in mea vindictam iniuria multa, imò quaſi arena maris innumerabiles in eadem Iſraelitica plebe viris occiſis, & à me ipſo facta ſint viduæ.*[d] *Tantaq́; illa extitit eius ſtrages, vt & innumeræ pariter matres orbæ remanſerint filiis, à deuaſtantibus Aſſyriis, quos ſuper ipſas adoleſcentûm matres induxi, crudeliter palam, & ante illas, quin & in illarum ſinu necatis.*[e] *Tum dedi operam, vt ex ſubita eorumdem Aſſyriorum irruptione vniuerſas eius regni Iſraelitici vel fortiſſimas, ac munitiſſimas ciuitates tantus obtinuerit tremor, vt ſe tueri diffiſæ ſint. Et matribus in tanta ſtrage viris, filiiſque orbatis inieci pro ſemet ipſis à deuaſtantibus hoſtibus, & in eas demum irruentibus ſubitum tremorem, & tum in animi commotione, tum in celeri curſu, quos vel fugâ ſibi conſulere niterentur, feſtinationem; & cùm nedum hoſtium concuterentur horrore, ſed & attutum ciuitates ipſas ſuper ſe cadere trepidarent.*

c *Multiplicatæ ſunt mihi Viduæ eius.* d *Induxi eis ſuper matrē adoleſcentis vaſtatorem meridie.* 1 e *Miſi ſuper ciuitates repentè terrorē & feſtinationem, & cadere feci ſuper eam hoſtem, ſeu ciuitatem repentè, & terrores, ſeu feſtinationes.* 2 3

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1

MVltiplicatæ sunt mihi viduæ, &c. Aptissimâ similitudine, tametsi hyperbolica ingentem exprimit virorum stragem, propter quorum mortem innumeras factas ait viduas: addit autem pronomen (*Mihi*) vt designet, id totum effectum in vindictam iniuriæ suæ. Vel à se id factum. Figueira ad diuinam Dei compassionem id ait adiectum, ac si dicere velit Deus, Quia eis condolo multiplicatæ sunt mihi, &c. De decem tribuum strage hæc ipse intelligo, iuxta prædicta. Qui de strage duarum tribuum id sumere velit, vel de vltimo per Chaldæos faciendo illarum exterminio, totum quod hîc dicitur intelligat in præterito expressum; quia id adeo instaret, vt propemodum pro præterito videretur habendum. Vel cùm R. Dauid de ea hæc intelligat strage, quæ regnante Achaz per [a] Romeliam filium Phacée patrata est in Iuda centum & viginti millium in vna die.

Figueira.

a 2. Paral. 28.6.

Induxi eis super matrem adolescentis vastatorem meridie. Difficilem locum istum ita ipse facilè expono, vt quemadmodum mox explicatum est, quòd Deus interfecit orbando mulieres innumeras viris suis: Ita & per hæc id ipsemet declaret, quod in superiori item versu eodem Hebraico verbo *Orbaui* significatum fuerat, strage in illa ingentem pariter filiorum multitudinem interfectam; vt non solùm coniuges viris, verùm & matres orbæ redditæ sint liberis. Quâ duplici orbatione & id pariter amplificatur quod simpliciter in nostra Vulgata dicebatur, *Interfeci* pro *Orbaui*; simulque manifestatur, quàm acerba strages illa extiterit. Vt quod hîc dicitur tale sit, eis scil. Israelitis induxi audacissimum vastatorem adolescentis, qui nimirum in meridie, id est palàm, & absque vllo metu interficeret filios adolescentes super, id est, ante illorum matres, atque etiam in sinu matrum ad vehementiorem earum dolorem. Hunc sensum communiorem apud nostros reperio expositores, tametsi haud ita ad amussim enodatum. Contrarium sensum breuiter ita attulit Ioannes Maldonatus, *Sicut mulieres mortuis maritis factæ sunt viduæ, ita adolescentes mortuis matribus facti sunt Orphani.*

Io. Maldon.

2 *Matris nomine significatur cœtus, & multitudo.*

Matris nomine congregationem, & cœtum, turbamque, ac multitudinem designatam accipiunt Sanctes-Pagninus, Vatablus, Isidorus Clarius, Christophorus à Castro, & ex Hebræis Paraphrasis Chaldaica. R. Dauid, & R. Salomon. Et quidem ex Hebr. Pagninus sic legit, (*Adduxi in eos super congregationem, aut matrem iuuenum vastatorem in meridie.*) Regia, (*Adduxi ad eos super matrem electi, &c.*) Vatablus. *Adduxi eis super matrem iuuentutis,* idemque in Scholio, *Contra multitudinem adolescentum, id est, contra fortissimos quosque vastatorem in meridie, id est, eum securi agerent.* Isidorus. *Induxi eis super matrem adolescentium, id est, super turbam adolescentium: est enim, ait, Hebraismus, & quod sequitur, Vastatorem in meridie, id est, exercitum omnia diripientem palàm.* Hæc autem dicta asserit Castro referri ad ea quæ contigerunt & sub Rege Ioakim, quando Nabuchodonosor, captâ Ierusalem duxit secum in Babylonem & Regem ipsum, & multos adolescentulos regios: & sub Ioachim, quando per eundem Nabuchodonosor translati fuêre item in Babylonem Rex, & omnes fortes exercitus decem millia; quos hîc vocat Hebraico nomine בחור *bahur*, & in plurali bahurim, electos propriè designante, & iuuenes, quod sint electi ad bellum, omneque ad opus. Nicolaus de Lyra, & Dionysius alio item translato significato matris nomine designatam censent ciuitatem Ierusalem. Et quidem non est nouum, vt ciuitates nuncupentur matres; nam & 2. lib. Regum à Sapiente quadam muliere legimus hæc habita ad Ioab. [b] *Tu quæris subuertere ciuitatem, & euertere matrem in Israel*, & propterea etiam primariam vrbem quæ sub se plures habeat ciuitates, & oppida, Græco nomine Μητρόπολιν. Vrbem matrem appellare consueuimus. Asserunt ergo prædicti auctores, hîc sermonem esse de Vastatione ciuitatis Ierusalem absque vllo metu clarâ luce à vastatoribus Chaldæis facta. Neque verò ob hoc mihi ista displicet sententia, quòd vt ait Castro, ciuitas non solùm iuuenum mater sit, sed ciuium cuiuscumque sexus, & conditionis: non incongruè enim puto specialiter matrem iuuenum, seu electorum dictam Ierusalem, quòd in ea robur esset belligerantium. Sed quia hæc de decem tribuum strage, & tempore Iosiæ Regis enarrata existimo, vt supra.

Vatablus.

Isidorus.

Christoph. à Castro.

Lyra. Dionysius *Matris nomine significata ciuitas.*

b 2. Reg. 20. 19.

Versionis Sept. si legatur, (*Induxi super matrem* seu νεανίσκου, *iuuenis*, vt Codex habet Complutensis, seu, vt Theodoritus aliique Codices habent νεανίσκων *adolescentium miseriam meridie:*) Idem est sensus ac lectionis nostræ Vulgatæ. Quòd si, vt emẽdatiores habent Codices Vaticanus, Aldinus & alij, legatur νεανίσκους, *adolescentulos*, cùm dicitur. (*Induxi super matrem iuuenes miseriam meridie:*) per illam significari crediderim eamdem stragem maximam, quæ singulis amplificetur vocibus, vtpote quæ primùm facta sit coram matribus, quibus filiorum mors dolorosissima: secundò, & magno impetu, ac robore nempe à militibus iuuenibus: tertiò cui adiuncta ingens sit miseria in circumstantiis vniuersis: ac demum quòd meridie, apertóque Marte, & quando difficillime abscondi, quis posset, & fugere, ea omnia euenerint.

3 *Stragis Israeliticæ egregia descriptio.*

(*Misi super ciuitates repentè terrorem.*) Non minùs quàm superiora redduntur & hæc difficilia ex variis lectionibus; & interpretationibus. Afferamus primam quæ faciliùs ad eorum conferre videntur sensum, primò lectionis Vulgatæ, secundò versionis Sept. & tertiò lectionis Hebraicæ: Tum breuiter & quæ ab aliis dicuntur præsertim quoad lectionem Hebraicam referemus. Nostræ lectionis facillimus hic est sensus, vt Dominus eamdem quam cœperat prosequens extremam populi Israel, ac decem tribuum cladem à se in illum immissam, post præexposita, & hoc addat, effecisse, vt ex subito Assyriorum aduentu singulas eius populi ciuitates vel fortissimas, ac munitissimas tantus oppresserit hostium terror, vt se tueri nequiuerint. Qui de Iuda verba hîc fieri volunt, per stragem inquiunt mox relatam ciuitatis Ierusalem, seu cœtus iuuenum, ac robustorum missum à Deo hîc significari terrorem, & in reliquas Iudæ ciuitates quæ nuncij stragis illius factæ essent consciæ.

4 Sensus Vulgatæ.

Ad matrem, de qua mox dictum fuerat (*Induxi eis super matrem adolescentis, &c.*) hæc referunt & versio Sept. & Hebraicus textus, vt Deus persistat in eadem prædictæ stragis Israeliticæ amplificatione. Sept. enim sic legunt (*Inieci super eam repentè tremorem, & festinationem.*) Quo significatur, iisdem matribus (esse enim ibi diximus singulare pro plurali) vnà cum vastatore palàm stragem agente filiorum ipsarum, iniectum à Deo subi

Sensus Sept.

subitum tremorem pro se ipsis, & festinationem tum in animi commotione, tum & in celeri cursu, quo contenderent sibi consulere.

5 Sensus Lect. Hebr.

Quem eumdem sensum commodissimè habere queunt & Hebræa, Si ad verbum ita reddantur (*Cadere feci super eam repentè hostem, & terrores,*) sicut reddita reperies in Thesauro linguæ Sanctæ. Seu vt ibidem confertur, iuxta Rabbi Ionah, (*Cadere feci super eam tumultum*, scil. hostium, *& commotionem:*) Post necem enim filiorum omnia hostium studia conuersa fuere contra & mulieres matres. Porrò cùm vox עיר nghir, & inimicum, & ciuitatem significet, & vox בהלות *bahaloth*, & terrores designet, & festinationes, vestrique eadem iuxta communiorem acceptionem ita possint, (*Cadere feci super eam*, scil. matrem iuuenis, *repentè ciuitatem, & terrores*, seu *& festinationes*, aut *in festinationibus*. Et iuxta hanc pariter lectionem, idem qui supra, eorum facilis est sensus, si quod dicitur. (*Cadere feci super eam repentè ciuitatem,*) ad maximum designandum subitumque terrorem eâ phrasi dictum asseramus, quâ & nos Italicè dicere solemus: *M'e cascato subito la casa adosso.* Hi mihi faciliores videntur istorum sensus.

Ciuitatem cadere super aliquem circumscriptio terroris maximi.

6 Pagninus.

Sanctes-Pagninus in sua versione item ex Hebr. in hunc modum hæc reddit. (*Cadere feci super eam desolationem ciuitatis, & festinanter.*) Eodemque sensu & Rabbi Dauid in Commentariis, (*Cadere feci super eam repentè ciuitatem, id est desolationem ciuitatis, & festinanter,*) vt corroborationis gratiâ sit eiusdem ferè aduerbij repetitio, repentè & festinanter. Vatablus in Versione sua legit, (*Obrui eam subitò & hoste, & terroribus.* At in Scholio addit ex Hebr. reddendum. (*Cadere feci super eam subitò ipsam vrbem in festinationibus,*) id est, *Vrbs fuit subitò expugnata, cuius ruinâ intercepti sunt & oppressi omnes fortes.* Similia ferè Isidorus Clarius item in Scholio, (*Et feci cadere super eam repentè ciuitatem, & terrores.*) *Vt significetur*, inquit, *ciuitates dirutas esse antequam abducti essent in captiuitatem.*

R.Dauid. Vatab. Isidorus.

Andr. Capp.

Andreas Cappella. *Cadere feci repentè super, hoc est, ciuitatem, id est, Induxi, vel misi super ciuitatem repentè ciuitatem: subaudi, Inuaserunt hostes, & inde terrores, vt sit sensus, Feci vt repentè inuaderent ciuitatem, & inde maximus tremor omnes inuasit.* Quem sensum magis (vt inquiunt) nostræ literæ consonum, illustrat Christophorus à Castro, in hunc modum literam ipsam Hebraicam ordinans, (*Cadere feci subitò super eam ciuitatem terrores, seu perturbationes.*) *Hoc est, singulari accepto pro plurali, Subitò occupabit ciuitates terror hostilis: nam omnes reliquæ ciuitates auditâ obsidione Ierusalem territæ*, inquit, *sunt*. Additque & sensum alium ex Paraphrasi Chaldaica, quæ habet, *Induxi super eam repentè exercitum. Cadere feci, aut inieci super eam, matrem, seu copiam electorum virorum repentè hostem, & terrores: hoc est. Ciuitatem hostium nempe exercitum, qui instar est ciuitatis: quia subitò exercitus Chaldæorum inuasit Ierusalem, & electos eius adolescentes, quorum in virtute fidebat, cœpit.*

Christ. à Ca.

Verſ. 8.] Multiplicatæ sunt mihi viduæ eius, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

7 *Sublatis ex Ecclesiis Episcopis, fa-*

Qvis explicet, quot modò viduatæ in vniuerso terrarum Orbe reperiantur Ecclesiæ, quæ olim sanctissimis, & eruditissimis insignes extitêre Episcopis? At quid tum? (*Induxi eis super matrem adolescentis vastatorem meridie.*) Vbi ex Dei permissione contigit, vt de medio tollerentur Episcopi, ex eadem Dei permissione factum est, vt super vnamquamque Ecclesiam, quæ mater erat, populum suum instar adolescentis filij tenerè diligens, ac fouens, adeóque & super quosque populi eius fideles, non iam occultè, & per insidias, sed palàm, apertóque Marte Diabolus meridie in suis ministris vastator irruerit. Vnde & illud consecutum est, vt facillimè totius populi in regionibus iis facta sit patens deuastatio: Cùm præ timore nemo in tantis reperiantur fidelium locis, qui fidei obsistere valeat vastatori (*Misi* enim ait Deus, *super eis terrorem repentè.*)

cillimè, & palàm nulloque resistente, & Diabolus, & hæretici in iis regionibus totū fidelem deuastarunt populum.

8 *Episcopo absente, illius Ecclesia dicitur vidua, viduarum subiecta miseriis.*

Sed & maxima insuper in hac ipsa sententia designantur damna, quæ Catholicis etiam in prouinciis ex eo plerisque obueniunt Ciuitatibus, quòd earum Episcopi in suis non resident Diœcesibus. Hoc quippe est quod Dominus ait, (*Multiplicatæ sunt misi viduæ eius.*) Ecclesiæ enim dum ab eis seiunctus est Episcopus, rectè Viduæ dicuntur, tùm quia ipsæ iis ferè omnibus spiritaliter subiectæ sunt miseriis, quibus materialiter eæ oppressæ sunt mulieres, quæ ob viri sui mortem viduæ remanserint: quarum materialium miseriarum præclaram descriptionem videre potes apud Ioan. Chrysostomum lib. 1. de Sacerdotio non multùm post principium: tum quia Episcopus ipse spiritaliter mortuus censetur, dum à sua abest Ecclesia, quia vix esse id sine peccato mortali queat, quando iuridica aliqua non subest causa. Habet autem vim apud me magnam, quòd istiusmodi viduæ nedum multiplicatæ dicuntur, sed & Deo multiplicatæ. Id siquidem duo significat, & quòd non solùm illæ apud Deum Ecclesiæ censentur viduæ, à quibus ipsarum (vt dictum est) abest Prælatus; verùm & eæ quarum nullam curam suus habet Prælatus, qui tametsi resideat, ob id vnum tamen solummodo resider, vt sit dominans in clero, vtque propriis commodis, & lucris terrenorum inuigilet censuum, nullâ gregis, nullâ animarum, nulláque spiritualium, & Ecclesiasticarum rerum sollicitudine tactus: Et quòd id quàm maximè Deus reputet sibi in Christiano populo iniuriosum, atque molestum, quia ingens sit prædictorum Prælatorum numerus, ita vt propterea tam multæ istiusmodi sint apud illum viduæ, vt quodammodo arenam superent maris. Quam Dei molestiam æquum esset vt vnusquisque Prælatus semper haberet ob oculos, caueretque.

Ioan. Chrys. Episcopus à sua Ecclesia absens censetur mortuus.

Ob Episcoporum non solū absentiā, sed & negligentiam curæ pastoralis multiplicatas Deus sibi ait, Ecclesias viduas, quod & maximè sibi reputat iniuriosum.

9 *Ex Episcoporum absentia, vel neglectu curæ pastoralis audaciā sumunt hæretici, vt Ecclesiā deuastent.*

(*Induxi eis super matrem adolescentis vastatorem meridie.*) Modicis verbis hisce maximum damnorum omnium subindicatur, quæ fidelibus propter eorum peruersitatem ex Dei permissione contingunt, ex eo quòd Prælatis non residentibus, aut nullam suarum Diœceseûm curam habentibus, Ecclesiæ multæ viduæ sint. Id autem est, quòd si quis fortè fortunâ in Ecclesiam talem antequam vidua esset ingressus fuisset hæreticus, qui vix occultè venenum spargere ausus esset hæreseôs; cùm præexpositâ ratione illa facta sit vidua, absque vllo pauore palàm, & in meridie vastatorem is se exhibet, vt lupus rapiens, & dispergens, mactansque, ac perdens oues. Benè autem vnusquisque hæreticus (*super matrem adolescentis*) seu, iuxta aliam literam (*Super matrem electi*, aut *electorum*) vastator dicitur: quia, tametsi id habeant hæretici quod in Euangelio dicitur, [a] *Et Schisma erat inter*

Hæreticorum omnium id cōmune studiū, vt apud populos auctoritatem, & fidem deturbent Romanæ, & Apostolicæ Ecclesiæ matris fidelium omnium.

[a] Ioan. 9. 16.

inter eos, dissentientes ab inuicem in assertione dogmatûm ferè singulorum; in hoc vno tamen conueniunt vniuersi, vt fidem, sedemque impugnent Apostolicam. Atque hoc est primum, & potissimum cuiuscumque eorum studium, vt hanc à fidelium deturbent cordibus; norunt enim facilè Catholicam religionem totam, ibi se deuastaturos, vbi auctoritatem palàm deturbarint Ecclesiæ Romanæ, quam congruentissimo sanè Deus hîc expressit nomine. (*Matris adolescentis, & electorum,*) sicut enim illa mater est Ecclesiarum omnium, ita & mater est fidelium vniuersorum, quoad numerum spectant electorum. Vt primum autem in præexposita Ecclesiarum viduitate hæretici id expleuerint ausus sui, vt Romanæ & Apostolicæ sedis apud illas deiecerint auctoritatem, ac fidem illico terror ciuitates eas occupat talis, vt iam nemo in illis audeat earum obsistere vastatoribus, quod vltima hæc designanr verba, (*Misi super ciuitates repentè terrorem.*) Lege Ecclesiasticos Annales, quàmque hæc omnia verè dicantur ex multis deplorandis intelliges historiis, de variis hæreticis multas deuastantibus & ciuitates, & regna.

Deiecta auctoritate Sedis Apostolicæ alicubi per hæreticos, nullus est qui illis obsistere audeat.

10 *Peccatoris anima dicitur vidua, vt est separata à Deo.* Hug. Card. a Sap. 1. 3. *Opera bona minimè per perseuerantiam stabilia palàm à Diabolo deducũtur ad nihilum.*

Posset tota hæc sententia aptiori ad mores sensu ad illas ipsas referri peccatrices animas, de quibus hucusque sermonem vidimus habitum. Et quidem Hugo Cardinalis in hunc modum prosequitur sensum istum, vt per viduas significentur animæ à vero sponso diuisæ per peccatum, iuxta id Sapientiæ, [a] *Peruersæ cogitationes separant à Deo. Induci* autem *super matrem adolescentis vastatorem:* quatenus sæpe mens tamquam mater concipit bona proposita, at si pariat opus, illud per perseuerantiæ stabilitatem minimè confirmat, Diabolo nimirum similium operum, quasi adolescentum vastatore irruente Meridie, id est, per tentationem apertam, seu per tentationem prosperitatis, aut vanæ gloriæ, quæ est sagitta volans per diem.

Deo maxima est compassionis summaque iniuria, quod in Ecclesia innumeræ sint animæ viduæ, ex eo quòd ipse illis mortuus sit.

Ipse verò multò maiorem vim vnumquodque istius sententiæ membrum habere crediderim. In eo enim quòd primùm ait Deus, (*Multiplicatæ sunt mihi viduæ eius.*) per adiectum pronomen, (*Mihi*) vehementissimum suum exprimit compassionis dolorem, ingentemque item suam designat iniuriam, quâ quotidie afficitur in Ecclesia, dum in illa super arenam maris animæ multiplicantur; quibus ipso eis mortuo in viduitatis manere contingit miseriis. Neque enim aliàs mulier dicitur vidua, nisi quũ illius mortuus sit vir: Exploratum porrò est, fidelis animæ sponsum virumque esse Deum ipsum, cuius eas supra vidimus ad eamdem animam voces, [b] *Saltem amodò voca me: Pater meus, dux virginitatis meæ tu es.* Mori autem sponsum istum cuicumque fideli animæ peccatrici, sed & modum quo is moritur, ex iis [c] Canticorum verbis quibus, iuxta versionem Sept. dicitur. *Si suscitaueritis, aut resuscitaueritis charitatem vsquequò voluerit*: colligunt & Ambrosius, & Theodoritus, Quòd in iis, seu illis Deus & mortuus asseratur, & qui resuscitari possit, in quibus per lethiferum peccatum mortua sit charitas, quæ est Deus ipse: & quæ sic in seipsis, amissâ vitâ suâ, charitate, ac Deo mortuæ sunt, vt de eis dicatur, [d] *Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt, Suscitatur Christus in his qui primùm accedunt, resuscitatur in his qui postquam accesserunt, dormierunt.* ait Ambrosius Serm. 5. in Psal. 118. vers. 1. Sic ei animæ Deum mortuum isto dicemus sensu, quæ ita diuinâ viduata sit gratiâ, & charitate, vt id ei competat, quod Apostolus de deliciosa asserit vidua, *Quæ in deliciis est, viuens mortua est.* At quod in fidelibus animabus in hunc modum viduis eidem Deo maiorem infert iniuriam, vehementioremque incutit dolorem humano more loquendo, illud est, quòd nedum per earum incuriam moritur in eis charitas. Sed & insuper per ipsarum malitiam, & studiosam, & obfirmatam voluntatem rursus illis quotidie nouis sceleribus crucifigitur Christus, iuxta illud Pauli. [e] *Rursum crucifigentes sibimet ipsis filium Dei, & ostentui habentes.* Ostentui inquam idipsum habentes, quia non iam occultè, & cum verecundia id exhibent peruersitatis, sed palàm, apertáque luce, gloriantes, & ostentantes quòd malefecerint.

b Ierem. 3. 4. *Deus iis mori dicitur animabus, in quibus moritur charitas.* c Cant. 2. 2. Ambros. Theodorit.

d Psal. 75. 6.

Meritum quoque Deum animabus, quæ per scelera rursus crucifigunt Christum in maximam Dei iniuriam.

e Hebr. 6. 6.

11 *Diabolus est omnis boni vastator, Spiritale nostrũ bonum nostrâ perdit operâ.*

Quam pessimam illatum ostentationem. Et in hac pariter sententia recenset Deus in secundo membro, (*Induxi eis super matrem adolescentis vastatorem meridie.*) Vastator omnis boni Diabolus certè est, qui tamen spiritale nostrum vastare non potest bonum, nisi nostrâmet nos perdat operâ, quam operam variis sibi conciliare obnititur tentandi generibus; ac sicut aliquando latenter nos percellit, ita occultè & nostrâ vti satagit operâ, quando efficit vt occultè & per insidias, atque per fraudes delinquamus: tuncque illius tentamenta, iuxta Vatem Regium [f] appellantur nocturnus timor. Eiusdem verò is operæ nostræ vsus negotium dicitur perambulans in tenebris. Et sicut aliàs manifestis nos concutit tentationibus: ita & patenter nostrâ contendit vti operâ, quum curat, vt palàm, perfrictâ fronte ante omnium oculos scelera admittamus: & tunc eæ quidem illius tentationes sagittæ [g] nuncupãtur volantes per diem: idem autem Diabolus nostrâ eâ patenti vtens operâ. Dæmonium iure optimo vocatur meridianum, meridianumque incursum, vt ex Psalmo 90. colligere est. Porrò cùm ad hoc misera peruenerit anima, vt apertâ luce absque vllo vel pudore, vel metu in crimina se sinat propelli, contemnens nimirum, vt ait Sapiens, [h] quia in profundum deuenit malorum: tunc haud mirum si ex Dei permissione is ipse vastator meridie in illam irruat *super matrem adolescentis*, seu *electi* scil. Spiritus. Fidem nempe illius & patenter deuastare satagens, in hæresim aliquam, vel etiam in infidelitatis crimen eamdem infœliciter, & manifestè delabi faciens.

Diaboli tentationes alis ad malũ agendum occultè, & per insidias, alia patentes ad palàm malè agendum impellentes, earumque nomina, & quomodo in his nostra vtatur opera, vt nos perdat. f Psal. 90. 5. g Psal. 90. 6.

Peccans absque vllo pudore, vel metu, ac palàm, & ex contẽptu proximus est periculo amissionis & fidei. h Prou. 18. 3.

12 *Fides apto nomine dicta mater cuiusque fidelis.*

Quam fidem rectè Dominus metaphorico hoc designat nomine (*Matris adolescentis*, seu *electi,*) quia illâ vt matre gignimur, & in Baptismo generationis spiritualis Sacramento iuxta illud Apostoli, [i] *Consepulti Christo in Baptismo, in quo resurrexistis*, nouâ scil. regeneratione, *per fidem operationis Dei*: Et in regeneratione quâ in iustificatione, cùm mortui essemus peccato, ad electionis denuò gignimur gratiam, dicente eodem Apostolo, [k] *Iustificati ergo ex fide pacem habemus ad Deum per Dominum nostrum Iesum Christum: per quem & habemus accessum per fidem in gratiam istam, in qua stamus*, vt adolescentes videlicet, fortesque in spiritu, atque vt electi *gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei.* Ita autem propriè fidei hoc matris cuiusque adolescentis, atque crescentis in mystico Christi corpore competit nomen, quatenus initium est omnis & iustitiæ, & gratiæ nostræ, vt & propterea sæpius gignere nos Deus dicatur, quia ipsâ nos gignit fide, iuxta illud Iacobi. [l] *Voluntariè genuit nos*, scil. Deus, *verbo veritatis*, id est verbo fidei, quia [m] *fides ex auditu, auditus autem per verbum Dei, vt simus initium aliquod creaturæ eius*,

i Coloss. 2. 12. k Rom. 5. 1. l Iacob. 1. 18. m Rom. 10. 17.

eius, id eſt vt, ſi creationem ſpectare quis velit, quâ ex nihilo præcedentium noſtrorum meritorum conditi ſumus, atque in prædeſtinationis eius geſtati vtero, prout apud Iſaiam ait. [a] *Qui portamini à meo vtero, qui geſtamini à mea vulua*, intelligat nos eſſe initium creaturæ eius, atque immediatè ab eo habere initium. Si verò generationem quis item noſtram conſideret, quæ eſt actualis iuſtificatio noſtra, genitos quidem nos & ab illo intelligat, ſed mediâ propinquiori matre, & fide in ipſum, quæ & ab ipſo eſt, & per ipſum vim talem habet gignendi geſtatos in vtero eius per electionem. Per quam fidem & Paulus quoque Apoſtolus, vt per propinquiorem fidelium matrem quoſdam genuiſſe teſtatus iiſdem eſt, dicens: [b] *Nam in Chriſto Ieſu per Euangelium*, id eſt, per prædicatam vobis Euangelij fidem ego vos genui.

a Iſai. 46. 3.

b 1. Cor. 4. 15.

13 (*Miſi ſuper ciuitates repentè terrorem.*) Proſequendo cœptum moralem ſenſum, admodum conſequenter hæc adiecta dicere oportet. Enimuerò cùm in tam magno (vt dictum eſt) numero impiorum Deo multiplicatæ ſint præexpoſito modo fidelium animæ ad ſpiritalem redactæ viduitatem, ita vt in tantam excreuerint peruerſitatis impudentiam, vt & palàm contra Catholicam fidem delinquant: iuſto Dei iudicio fit, vt ciuitates quaſque in quibus talium viduarum ingens ſit numerus repentinarum terror occupet imminentium calamitatum. Sed & quod iuxta Hebraicam lectionem dicitur, (*Et cadere feci ſuper eam ciuitatem, & terrores,*) id ſignificat, quod plerumque etiam vnicuique prædictarum ſpiritalium contingit in tam grandi earum peruerſitate, vt in congruam cuiuſque pœnam cadere Deus ciuitatem totam ſuper eam faciat de repente, & terrores; vel commouendo contra earum ſingulas vniuerſam, in qua degunt, ciuitatem, proiicientibus ſe quodammodo, & irruentibus ſuper eas ciuibus cunctis, vnde & terroribus vndequáque repleantur: Vel cadere faciendo ſuper illis quicquid alioquin toti ciuitati deberetur pœnarum, iuxta illud Prouerbiorum, [c] *Pro iuſto datur impius, & pro recto iniquus.*. Quod ita interpretatum me recolo in Comment. ſuper Cant. expoſit. 3. in verſ. 2. capit. 2. Cùm ex æquitate diuinæ iuſtitiæ magnum aliquod malum imminet, vel irruit ſuper prouinciam aliquam, quod etiam iuſtis debeatur propter eorum imperfectiones, tunc iuſtus ſupplicio malorum redimetur, iniecto nimirum omni iuſtorum totiuſque reliquæ ciuitatis pœnæ merito ſuper impium. Quod & in lib. Eccleſiaſtici 16. his expreſſum eſt. [d] *In ſynagoga peccantium exardebit ignis, & in gente incredibili*, id eſt incredula, *exardeſcet ira*. Vnde fit, vt tantis plerumque is opprimatur terroribus, vt & id ei competat, quod alibi ſcriptum eſt, [e] *Fugit impius nemine perſequente.*

In peccata ex contemptu, & infidelitate prolapſis multis ciuibus, terror multarum & calamitatum occupat ciuitates.

In impios hæreſi præſertim infectos commouet Deus totas ciuitates fideles.

Immittit ſæpe Deus in impios calamitates, quæ totas occupare deberêt ciuitates ac prouincias.

c Prou. 21. 18.

d Eccl. 16. 7.

e Prou. 28. 1.

VVLGATÆ.

Verſ. 8.] Multiplicatæ ſunt mihi viduæ, &c.

SEPTVAGINTA.

8. Ἐπληθύνθησαν αἱ χῆραι αὐτῶν. καὶ ὑπὲρ τὴν ἄμμον τῆς θαλάσσης. ἐπήγαγον ἐπὶ τὴν μητέρα νεανίσκους ταλαιπωρίαν ἐν μεσημβρίᾳ ἀπέρριψαν ἐπ᾽ αὐτὴν ἐξαίφνης τρόμον, καὶ σπουδήν.

Verſ. 8.] Multiplicatæ ſunt Viduæ eorum ſuper arenam maris: induxi ſuper matrem adoleſcentes, miſeriam in meridie: inieci ſuper eam repentè tremorem, & trepidationem.

APPENDIX EXPOSITIONVM EX Antiquis Patribus collecta.

1 Paraphrasis Chaldaica. *Multiplicatæ ſunt coram me viduæ eorum plus quàm arena marium: induxi ſuper eos, ſuper cœtum adoleſcentum eorum deprædatores velut meridie. Induxi ſuper eos repentè exercitum, & diſſipauit ciuitates eorum.*

Verſ. 8. (*Multiplicatæ ſunt mihi viduæ eius, &c.*)

Hieronymus. *Diuerſis medicaminibus cupit Deus ſaluare peccatores: vt qui contempſerant blandientem, timeant comminantem. Viduæ multiplicatæ ſunt ſuper arenam maris interfectis viris: matres perditis liberis ſenſêre vaſtantem: non in nocte & per inſidias, ſed clarâ luce, vt oſtendat apertam vim aduerſarij fortioris. (Miſi inquit ſuper ciuitates,) haud dubium quin Iuda, & populi peccatoris, (repentè terrorem) vt quantò fuit ſubitum malum, tantò difficilius eſſet effugium.*

Peccatores ſaluare nititur Deus variis medicamentis. Hieronym.

Theodoritus. *Dicit etiam, ex virorum internecione creuiſſe numerum viduarum, & eamdem ob cauſam matres liberis priuatas eſſe. (Induxi enim ait, ſuper matrem adoleſcentum miſeriam. In media die proieci ſuper eam repentè tremorem, ac laborem.)*

Theodorit.

D. Thomas. *Ponit flagella in ſpeciali quantùm ad mulieres, quæ ſunt magis miſerabiles, & flebiles in amiſſione virorum. (Multiplicatæ ſunt ſuper arenam) hyperbolicè, q. d. innumerabiles Iſai. 9.* [f] *Pupillorum eius, & viduarum non miſerabitur. Et in amiſſione filiorum. (Et induxi vaſtatorem) interfectorem filij, (meridie) in quo potentia hoſtium, qui non ex inſidiis, ſed apertè: (repentè) in quo impotentia ad reſiſtendum, quia non præcauerunt, Iſai. 30.* [g] *Subitò dum non ſperatur, veniet contritio eius.*

D. Thom.

f Iſai. 9. 17.

g Iſai. 30. 13.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Ἐπληθύνθησαν αἱ χῆραι αὐτῶν. καὶ ὑπὲρ τὴν ἄμμον τῆς θαλάσσης.]

Ωριγένης] εἶεν δ᾽ αὖ χῆραι, τῶν ἀσεβῶν αἱ ψυχαί, τὸν νυμφίον Χριστὸν ἀπολέσασαι.

[Ἐπήγαγον ἐπὶ τὴν μητέρα νεανίσκους.] ὧν ἀπολλυμένων ταλαιπωρεῦσι, καὶ μητέρες αἱ [illegible]

2 Verſ. 9. Multiplicatæ ſunt viduæ eorum ſuper arenam maris, &c.)

Origenis.] *Viduæ autem fuerint impiorum animæ quæ ſponſum Chriſtum amiſerunt.*

(*Induxi ſuper matrem adoleſcentes.*) *Quibus pereuntibus conficiuntur matres*, quæ [illegible]

Origenes. *Viduæ ſpirituales ſunt animæ quæ Sponſum Chriſtum amiſerunt.*

γεννήσασαι αὐτὰς, ἐν Χριστῷ, καὶ ὠδινήσασαι μέχρι μορφωθῇ Χριστὸς ἐν αὐτῷ, κατὰ τὸ, γάλα, τῇ στερεᾷ τροφῇ πρὸς νεανίσκους ἐκθρέψασαι. τῶν δὲ χηρῶν τὸ πλῆθος οὐχ ὡς τὰ ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ, ἀλλ᾽ ὡς ἡ ἄμμος τῆς θαλάσσης. κατὰ δὲ τὸ γράμμα, πλείστων ἐν πολέμῳ πιπτόντων αἱ γυναῖκες ἐτύγχανον χῆραι, αἱ δὲ μητέρες ἐταλαιπώρουν.

|| Ὀλυμπιοδώρου.] ὑπερβολικὸς ὁ λόγος.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] χήρας ἐποίησαν ὑπὲρ τὴν ἄμμον τῆς θαλάσσης. ἀτεκνίαν εἰσήγαγον. καὶ ἵνα μὴ νομίσωσι φύσεως εἶναι τὸ ταλαιπώρημα, πήρωσις || σώματος, τὴν πολύτεκνον ἄπαιδα ἐποίησαν. ||

[Ταλαιπωρίαν ἐν μεσημβρίᾳ.]

Τοῦ || Χρυσοστόμου.] ὅρα πῶς τὴν τιμωρίαν ἐπήγαγεν, ὥστε μὴ νομισθῆναι ταύτας εἶναι τὰς συνήθεις, ἀλλ᾽ ὄντως θεηλάτους τινάς.

|| Βίκτορος.] τοῦτο λέγων, ὃ καὶ πρόσθεν τοὺς πολεμίους ὁ προφήτης ἐποίησε λέγοντας. ἀνάστητε, καὶ ἀναβῶμεν ἐπ᾽ αὐτὴν μεσημβρίας.

[Ἀπέρριψαν ἐπ᾽ αὐτὴν ἐξαίφνης τρόμον.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἀπροσδοκήτως.

|| ἰσ. ἡ πέρωσις τοῦ μ.

|| ἀλ. Ὀλυμπιοδώρου.

A *eas in Christo pepererunt, & parturierunt, donec in illis Christus formaretur, & ablactatas solidiori cibo ad adolescentiam enutriuerunt. Multitudo porrò viduarum non vti stellæ cæli, sed vt arena maris: at secundùm literam, plurimis in bello cadentibus vxores viduæ manebant, & matres angustiis premebantur.*

|| Olympiodori.] *Hyperbolicus hic sermo.* Olympiod.

Chrysostomi.] *Viduas fecerunt super arenam maris, sterilitatem induxerunt, & ne ca-* Chrysost.

B *lamitatem hanc naturæ adscriberent, aut corporis mutilationi, multorum filiorum matrem sterilem fecerunt.* ||

(*Miseriam in meridie.*)

Chrysostomi.] *Vide quomodo pœnas inflixerit; vt ne consuetas eas esse quis putaret, sed verò à Deo illatas.* Chrysost.

|| Victoris.] *Hoc dicens quod & antea dicentes hostes Propheta induxerat. Consurgite & ascendamus ad ipsam in meridie.* || Victor.

C (*Ineci super eam repentè tremorem.*)

Olympiodori.] *Præter expectationem.* Olympiod.

Vers. 9.] Infirmata est quæ peperit septem, defecit anima eius; occidit ei Sol cùm adhuc esset dies: confusa est, & erubuit: & residuos eius in gladium dabo in conspectu inimicorum eorum, ait Dominus.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Infirmata est quæ peperit Septem.

b Defecit (seu expirauit) anima eius occidit ei Sol, cùm adhuc esset dies. (seu, in media die) Confusa est & erubuit (seu & improperata, aut maledicta.)

c Et residuos eius in gladium dabo in in conspectu inimicorum, ait Dominus.

OB [a] tantam virorum, mulierumque stragem plebs ipsa Israelitica, tametsi ingenti aliàs fortissima esset populi copiâ, sicut maximo robore prædictæ esse solent, quæ plurimos pepererint liberos, infirma iam, & imbecillis diminutione reddita est populi sui. [b] Ac sicut mulier filiis simul, ac marito orbata eo modo infirmatur, vt præ ingenti dolore propemodum animam afflet. Ita & regnum ipsum Israel præ populi sui strage, vehementissimo affecta est dolore, deficientibus ei viribus animi; cùmque in medio versaretur prosperorum occidit simul ei Sol, sublato nimirum eius Rege, cessantéque omni regni splendore, cunctisque in tenebras conuersis miseriarum, & calamitatum multiplicium, ita vt & summâ opertum sit confusione, redditum Gentibus vniuersis opprobrium, & cui maledicerent omnes qui eius audierint ruinam. [c] Cæterum cùm nihilominus qui ex Hebræo populo superstites post tantas remanserunt clades, filij Iuda ne quicquam meliores facti sint, sed adhuc perseuerent, quin & excrescant in peruersitate sua, iam & residuos pariter istos Chaldæorum internecioni à me dandos ego ipse prouuncio Dominus Deus.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 IN*firmata est quæ peperit*, &c.) Putant aliqui & hæc referenda ad matrem, de qua in præcedenti vers. seu ad matres filiis orbatas, terroréque concussas hostium, & viduas effectas in maxima strage; vt idsiun & hoc vers. 9. diuersis tamen repetatur metaphoris, quod mox fuerat dictum, *Multiplicatæ sunt mihi viduæ*, &c. Sic Dionysius, *Mulieres*, inquit, *filios quantumlibet* Dionisius.

D *multos habentes præ tribulatione elanguerunt.* Sic & Ioannes Maldonatus, *Possunt*, ait, *hæc intelligi & de priuatis mulieribus, aut de tota ciuitate, quæ mulieri comparatur, id est Ierusalem quæ plurimos habebat filios & ciues.* Sic & Martinus del Rio Adagiorum tomo primo Adagio 843. & Antonius Fernandius lib. Visionum Vet. testamenti ad finem Visionis tertiæ lib. Genes. Communiori certè sensu de populo Iuda, Iudæorumque plebe hæc sumuntur, quo ea quæ constabat plurimis filiis, a hostibus, vt dicit Castro, orba facta est: cum populus multus redactus est in exiguum numerum, & hi qui superstites erant videbantur efflasse animam, die in noctem visâ commutari. Ioan. Mald. Martin. del Rio. Anton. Fernandius.

2 Mihi his insistendo quæ in antecedentibus prosequutus sum, & hæc pariter ad narrationem pertinere videntur stragis Israel, terræque, & plebis decem tribuum, hac periphrasi, seu translatâ locutione, (*Quæ peperit septem,*) circumscriptæ; Non ob eam rationem, quam ex Rabbi Salomone affert Nicolaus de Lyra, quia septem fuerint

E cognationes Regum malorum, qui in ea regnarunt, scil. Ieroboam, & domus Baasa, Amri, Iehu, Manahen, Phacee, & Osee, cum domibus suis; Sed quia populosior, quàm plebs Iuda, & duarum tribuum, in cuius comparatione ipsa peperisse dicitur, plurimisque in magno numeri excessu; quem excessum Scriptura Sacra numero exprimere consueuit septenario: prout in vno capite 26. libri Prouerb. bis obseruare est, primò cùm dicitur, [d] *Sapientior sibi piger videtur septem viris loquentibus sententias*: tum in eo quod infra de doloso inimico habetur, [e] *Septem nequitiæ sunt in corde il-*

F *lius.* Sicut autem matres roborari dicuntur quando plures habent filios simul viuentes, & è contra deficientibus filiis, vtpote suo destitutæ robore, vt ex Cantico Annæ colligere est, quo dicitur, [f] *Donec sterilis peperit plurimos, & quæ multos habebat filios infirmata est.* Ita & regnum quod multo constat populo validissimum esse consueuit, eodem verò populo diminuto, diminutis & viribus suis præcipuis, infirmatum id fit necesse est. Hanc regni Israelitici infirmitatem optimè expresserunt Sept. vertentes ἐκενώθη ἡ τίκτουσα ἑπτά. (*Vacua facta pariens*

Septenario numerus significatur magnus numerus indefinitè.

d Prou. 26. 16.

e Prou. 26. 25.

f 1. Reg 2. 5.

Hieronym. parient Septem.) Quamuis Hieronymus in suo textu lectionum Sept. in hunc modum attulerit, (*Abiecit, aut, vacua facta est, quæ peperit plurimos.*) Et Cyprian. Cyprianus loco citato in Appendice, (*Exterrita est quæ parit.*) Petr. à Fig. Petrus à Figueira notat & vocem Hebraicam אמללה *vmlelah* significare, (*Excisa est:*) existimans credo illam deriuatam esse à verbo מול *mul* excidere; cùm tamen ex omnium consensu sit participium coniugationis passiuæ, quam vocant Pual, verbi אמל *amal*. Infirmum & imbecille esse.

3 (*Defecit anima eius.*) Loquitur adhuc de Israelitico populo tamquam de muliere in strage magna plurimis orbata filiis, ad quorum necem tale passa sit animi deliquium, vt penè anima ipsa Hug. Card. defecerit, (*Defecit anima eius,*) inquit Hugo Cardin. i. *Omne gaudium, omnis consolatio, omnis audacia fortitudinis.* Hebraicum verbum allusionem respicit defectionis animi נפך *napach* enim propriè significat, flare, efflare, spirare, & expirare. Vnde rectè ita hæc interpretata reperiuntur in Thesauro, (*Efflauit anima eius,*) Vel, (*Efflauit animam suam.*) Regia, (*Anhelauit anima eius*) præ magno, s. dolore. Sic Pagninus, (*Dolore affecta est anima eius.*) Alij, (*Admodum doluit, ac si expiraret.*) Quem vehementissimi doloris significatum expressère & Sept. vertentes ἀπεκάκησεν ἡ ψυχὴ αὐτῆς, (*Afflicta est, malè affecta est anima eius.*)

Sol, & lux pro prosperitate. (*Occidit ei Sol eùm adhuc esset dies.*) Repetit idipsum de summo mœrore, & afflictione, sed peregregiâ occasus Solis metaphorâ: quæ ad hûc ipsum vsum maximè designandæ tristitiæ frequentissima Sacris est literis, sicut è contra Sol ipse, & lux prosperitatis symbolum sæpissimè reperitur. Pro quo vnus sat sit locus ex libro Esther a Esther. 11. 8. in cap. 11. vbi hæc habentur. [a] *Fuitque dies illa tenebrarum, & discriminis, tribulationis & angustiæ.* b Esther. 11. 11. Mutato verò statu, subditur: [b] *Lux, & Sol ortus est: & humiles exaltati sunt.* Solis occasus & tenebræ pro magno mœrore, & pro tribulationibus, & calamitatibus. Quid sit autem propriè occidisse Israeliticæ plebi Solem, cùm adhuc esset dies, i. cùm prosperis fruerentur, altero peroptimè explicatur simili loco apud Amos Prophetam in cap. 8. [c] *Et erit in die illa dicit Dominus* Deus: *Occidet Sol in meridie, & tenebrescere faciam terram in die luminis: & conuertam festiuitates ve-* c Amos 8. 9. *stras in luctum, & omnia cantica vestra in planctum: & inducam super omne dorsum vestrum saccum, & super omne caput caluitium, & ponam eam quasi luctum vnigeniti, & nouissima eius quasi diem amaram.* Et loquitur ibi Dominus, sicut & hîc apud Ieremiam, de vastatione Israel.

4 Qui & hæc ad matrem referunt iuuenis, vt Solis nomine significatus mulieris maritus. notaui in principio istius vers. 9. Solis nomine designatum putant maritum: vt quod dicitur tale sit, Cùm esset in medio ætatis flore, quo poterat adhuc multò plures filios procreare, maritus eius Ioan. Mald. mortuus est, & remansit sterilis. Ita Ioan. Maldo-Anton. Fern. natus, Eademque ferè & Antonius Fernandius, loco supracitato ad finem visionis tertiæ, qui & rationem hanc affert congruentiæ inter maritum & Solem, quòd nomen שמש *sciemesc*, quo hoc loco in textu Hebraico Sol nuncupatur à conseruando, seu generando dicatur, cùm & maritus familiam cōtinuatā generatione conseruet. Quam certè etymologiam ipse non reperio apud Hebr. qui dictum Solis nomen à Chaldæo deriuāt verbo שמש *sciamasc*, ministrare: quia Sol omnia, lucemque in primis administret. Meliùs dictā congruētiæ rationem ex philosophiæ placitis deducemus, secundùm quæ Sol est vniuersorū sublunarium causa, & generans, & conseruans: iuxta il-

A lud, *Sol, & homo generant hominem.* Ex textu Hebr. videtur cōfirmari sententia ista de marito viduæ significato per Occidentem Solem, cùm ita ibi legatur, (*Occidit Sol eius in adhuc die,*) i. adhuc existente die, quamquam & hæc lectio non minus faciat pro eo, quem vt verum attulimus sensum de populo plebeque Israel, cui specificè Sol eius defecisse dicatur, quia ipsius defecit & regnum Sept. ἐπέδυ ὁ ἥλιος αὐτῇ ἔτι μεσούσης τῆς ἡμέρας. (*Occidit, seu periit, aut Subiit Sol, & adhuc mediâ existente die.*)

B (*Confusa est, & erubuit.*) Non solùm præexposita acerrimæ stragis, maximarumque calamitatum Israelitica plebs sustinuit damna, sed & ignominiam talem in captiuitatē abducta subire coacta est, & vehementissimâ operta sit confusione, & erubescentiâ. Efficaciùs hoc ita exprimunt Sept. κατῃσχύνθη, καὶ ὠνειδίσθη. (*Confusa est, & improperata seu & maledicta:*) vt Vaticana habet versio Latina, & vt legit Cyprianus lib. 2. Testimoniorum: Quam confusionem, & maledictionem, si libuerit aptare & mulieri poteris orbatæ viro, ac filiis, iuxta illud. [d] *Maledicta sterilis quæ non parit.* d Ex. 23. 26.

5 C (*Et residuos eius in gladium dabo in conspectu inimicorum eorum, ait Dominus.*) Per residuos eius, sc. matris intelligit Rabbi Dauid eiusdem, de qua secundùm eum hucusque sermo est habitus, si qui superstites essent filios, quos etiam à Iudæorum hostibus dici, ait, interficiendos. Communiori sensu de residuis populi Iuda post clades per Nabuchodonosor illatas sub Regibus Ioakim, & filio eius Ioachin, vt supra dictū est: quorum sub Rege Sedecia plurimos Chaldæorū gladio datos: sicut & quæ postmodùm superstites remanserant eorumdem reliquiæ ab iisdē Chaldæis in Ægypto quò confugerāt interfectæ fuēre. D Mihi nihilominus iuxta ea quæ dixi in præcedentibus, placet magis sententia Nicol. de Lyra, vt vniuersus Iudaicus populus, qui & duarū erat tribuum residuus dicatur eius, sc. Israeliticæ plebis, ac decem tribuum, quatenus ex vtrisque vnus cōstabat populus Hebræus, & vnus populus Dei. Vt nimirum in his Deus contestetur se sumpturum tandem pœnas ex Iudæis, Chaldæorumque daturum internecioni, & populum Iuda, qui post euersionem Israel residuus esset ex populo suo; quandoquidem nec exemplo tam magnæ Israelitici regni ruinæ adduci is potuerit, vt à peccatis E desisteret, ageretque pœnitentiam. Vt omnino prophetia ista ei (sicut supra dictum est) similis sit alteri, quam apud Ezechielem videre est, sub metaphora duarum sororum Oollæ, & Oolibæ.

Vers. 9.] Infirmata est quæ peperit, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

6 OPtimè facit hic locus etiam iuxta literam ad mores cōtra quasdam elati animi mulieres, nihil de propria cogitantes salute, F nullo Dei iudiciorumque illius actas timore, quibus, cùm omnia prosperè se habeant, & filiorum proles copiosa; & corporis sanitas, ac pulchritudo; & prædiues, speciosus, fæcūdus, lætus, eisque dilectissimus maritus; & gloria insuper ingens, opesq; magnificæ: in vanā de his omnibus efferūtur superbiā. Vt hæc iis sint similia, quibus apud alium Prophetā idemmet dixit Dominus, [e] Pro eo *quòd eleuatæ sunt filiæ Siō, & ambulauerūt* extento collo, Mulierū inani superbiâ se ob prospera efferentiū retunditur à Deo miris modis animi elatio. e Isai. 3. 16.

& nutibus oculorum ibant, & plaudebant, ambulabant pedibus suis, & composito gradu incedebant, Decaluabit Dominus, &c. Quamquam multò hîc efficacius earum obtundenda significetur superbia, Primò enim tollendi ei dicuntur liberi, quotquot eam habere contigerit, quibus tãto se censuit robore præditam, vt nedum contra mulieres alias, & contra totius ciuitatis cognationes, sed & contra Deum ipsum insolesceret, æquè ac altera Niobe, quam fabulantur Poetæ ob numerosam prolem in id deuenisse insolentiæ, vt & Deæ se prætulerit Latonæ; Sicut autem fabulosè apud illos fingitur, diuina vindictą mulierem illam omnibus simul orbatam filiis præ eius cladis vehementissimo dolore in saxum fuisse conuersam, vt eloquenter prosequitur Ouidius lib. 6. Metamorph. Ita verissimè, frequentique experimento comprobatum hîc asseritur primò. (*Infirmata est quæ peperit septem,*) id est plurimos, amisso omni suo ex filiis robore. Tum congruo ordine adiicitur, (*Defecit anima eius*, seu, *Vehementissimè afflicta est anima eius:*) ita vt ferè saxea remanserit. Tametsi & disiunctim à prædicta pœna hæc rectè sic sumes, vt per ea significetur, & id pariter eidem ablatum, quo magnopere eleuabatur, corporeæ sanitatis, fugacissimæque pulchritudinis; quippe quæ eò redacta sit ægritudinis, iugisque tabis, vt quotquot eam inspexerint quasi phantasmã quoddam sine carne, sine colore, & sine anima videre sibi visi sint; iugeque illam pati dicas animi deliquium, & ad momentum quodlibet animam efflare.

Ouidius.

7 *Maritus appellatur Sol, communicãtque sibi nomẽ & effectus, Sol, atque maritus.*

Insuper cùm summã se frui iactaret felicitate propterea quòd tranquillam, & deliciosam vitam vnà cum suo ageret viro, arctissimã, ac mutuã sibi coniuncto dilectione, eo quoque iustã Dei indignatione orbata, (*Occidisse ei dicitur Sol, cùm adhuc esset dies*) cùm adhuc ambo in flore essent, vt dici solet. Neque verò nouum est, vt solis metaphorã exprimatur sponsus, atque maritus: cùm & in Psal. 18. legamus,[a] *Ipse scil. Sol, tanquam sponsus procedens de thalamo suo*: adeoque verum est, quòd Sol, atque maritus sibi inuicem & nomen communicant, & effectus; vt quemadmodum quo ad superiorem Orbis partem Sol vnus est, qui se conspicuum exhibet syderibus, stellisque omnibus ipsius absconsis præsentia, & quoad sublunaria, Sol item est, quo cuncta, & generantur, & conseruantur, & cuius circuitu iugi vniuersa quæ vel in aëre, vel in aquis, vel in terra sunt, & ministrantur, atque fouentur. Ita & maritus quo ad mentem superiorem coniugis partem, quãdo de mundanis prout hoc loco sermo est mulieribus, vnus est, quo sic omnia excluduntur, vtinam non & Deus quoque, vt totã illius cogitatio, totaque voluntas, ac affectus in ipsum iugiter fit: & quoad inferiorem eiusdem coniugis partem, nẽpe illius corpus, quæque corpori ipsi sunt necessaria, is vnus est, qui & vim ei confert generandi, quique & ipsam, & natã prolem suis conseruat laboribus, quibus & quæ necessaria ad victum sint, ad vestitum, ad suppellectilem, & ad opes ministrat. Ac sicut per Solis occasum illico mundum occupant tenebræ, ita & ad mariti mortem, & cor & domus tota eius coniugi tenebris replentur mœroris, & ærumnarum: quod illa & atro contestatur habitu, & cubiculi nuptialis obscuritate. Ac meritò de ea quæ in tortis crinibus, auroque, & margaritis, vestibus preciosis, ac meretricio gloriatur ornatu, post præexpositas calamitates, & id quodque adiicitur, (*Confusa est, & erubuit:*) cõ-

a Psal. 18. 6.

mutatis nimirum ex diuina iustitia vniuersis eius ornamentis, eã planè ratione, quam fusè in præcitato Isaiæ loco explicatã videre fas est cuique. Quòd si & propter cognationem in superbiam euecta est, ne quæ vel ex superstitibus parentibus, aut fratribus suis impunita illius remaneat elatio, (*Et residuos eius*, ait Dominus, *in gladium dabo in conspectu inimicorum eorum:*) diuinã id exigente vindictã, vt ij à suismet hostibus occidantur.

8 *In vita spiritualis studii deficientes à primis spiritus initiis quàm mali, & in deterius se habeant.*

Spiritaliter quoque & morali isto hæc accipi possunt sensu de iis qui cùm feruentiores ad bene agendum in primis extiterint spiritualis vitæ principiis, deficiente postmodum paulatim eis spiritu, & à bonis desistunt operationibus, & præ dolore cæpti rigidioris vitæ instituti in intimis vehementer affliguntur, & ad quodlibet Dei obsequium exhalare sibi videntur animam: quibus & Sol occidit iustitiæ, à quo & calore fouebantur charitatis, & luce illustrabantur gratiæ cælestis, & desuper emisso promouebantur incremento: idque totum eis contingit, cùm adhuc dies esset, cùm adhuc extrinsecus in bono vitæ instituto ob humanos respectus perseuerarent, in quo, vt aliis patet fratribus, dies est,[b] quo exire vnicuique liceat ad opus suum, & ad operationẽ suam vsque ad vesperam; quando [c] veniente nocte nemo potest operari, vt ait in Euangelio Dominus. Porrò per istiusmodi Solis occasum à tenebris cõprehensi & ignorantiæ, & malitiæ, quid superest, nisi vt ambulantes in tenebris peccatorum, nescientes quò vadant, ruantque peruersitatis præcipitij, æternam sibi reuehant erubescentiæ confusionem? (*Confusa est* enim de tali anima dicitur, *& erubuit*, Additurque admodum consequenter, *Et residuos eius dabo in gladium in conspectu inimicorum eorum.* Nam & quicquid ex residuis bonis primis habitibus virtutis speciem habens in reliquo talis vitæ suæ operentur, in gladium datur hypocrisis in conspectu dæmonum hostium ipsorum.

b Psal. 103. 23.

c Ioan. 9. 4.

9 *Operum bonorũ sterilitate infirmatur anima, quæ roborabatur ex ipsorum operum copia.*

Defectiones spiritus, & bonorum operum inuicem se causant.

Deus iustitiæ Sol cur occidere dicatur peccatori.

Circa quorum singula, ni ad alia properarem multa essent quæ dicerem; si perpenderem primùm, quàm aptè bonorum operum sterilitate in primis vnaquæque infirmari dicatur anima, cuius robur omne in bonis operibus ope diuinæ gratiæ peractis situm censeri debet. Tum & quomodo inuicem duo ista se causent defectio spiritus, & sterilitas bonorum operum; cùm non tam ante, quàm post sterilitatis ægritudinem, subiectum sit. (*Defecit anima eius:*) & quòd ista animæ anima sit charitas, quã illa nedum viuit, sed & viuet, & mouetur, & operatur quæ ad æternam sunt vitam. Quomodo cum occidere eidem dicatur Deus iustitiæ Sol adhuc existente die, significetur & ratio eius occasus Solis: quia lucem illo super vniuersum terrarum Orbem effundente, & calorem dilectionis suæ, impij opponunt ei iniquitates suas: quæ nedum instar nubium sunt, vt ipsemet Dominus testatus est dicens,[d] *Deleui vt nubem iniquitates tuas, & quasi nebulam peccata tua*: sed & instar parietis penitus Solis lucem ab ipsis arceutis: parietem enim dicta ab Apostolo peccata asserit Ioan. Chrysostom. homil. 5. in epist. ad Ephes.[e] vbi is ait, Christum mediũ parietem maceriæ soluisse: quem parietem & Isaias dixit [f] diuisisse inter peccatores, ac Deum, & abscondisse eiusdem faciem ab illis. Quin & oculos insuper suos omni diuinæ lucis influxui claudunt, nequando illis videant, vt ex [g] Isaia item asserit Iesus in Euangelio:[h] quod

d Isai. 44. 22.

Ioan. Chrys. e Eph. 2. 14.

f Isai. 59. 2.

g Isai. 6. 9. h Matth. 13. 15.

quodque peius obcuratos eosdem seruant per obstinationem, quales se habuisse dixit Balaam.[a]

a Num. 24. 3.

Aptissimus pariter est locus iste pro illis qui mundo, terrenisque omnino addicti pœnitentiam in longius protrahunt: iis quippe occidit Sol in meridie, superueniente ex improuiso eis morte in ætate florenti.

VVLGATÆ.

Vers. 9.] Infirmata est quæ peperit, &c.

SEPTVAGINTA.

9. Ἐκενώθη ἡ τίκτουσα ἑπτά. ἀπεκάκησεν ἡ ψυχὴ αὐτῆς. ἐπέδυ ὁ ἥλιος ἐπ' αὐτῇ. ὅτι μεσούσης τῆς ἡμέρας κατῃσχύνθη, καὶ ὠνειδίσθη. τοὺς καταλοίπους αὐτῶν εἰς μάχαιραν δώσω ἐναντίον τῶν ἐχθρῶν αὐτῶν φησὶ κύριος.

Vers. 9.] Vacua facta est, quæ parit septem: afflicta est anima eius: subiit Sol ei; cùm adhuc medius dies esset: confusa est, & maledicta: reliquos eorum in gladium dabo in conspectu inimicorum suorum.

APPENDIX EXPOSITIONVM EX Antiquis Patribus collecta.

1

PARAPHRASIS Chaldaica. *Deserta est terra eorum absque populo: fuerunt in exhalationem animæ, migrauit gloria eorum in vita eorum, & interea dum ipsi stant, confusi sunt, & erubuerunt. Et residuos eorum gladio tradam coram inimicis eorum, dicit Dominus.*

Vers. 9. (*Infirmata est*, &c.)

Irenæus. *Iudæorũ pœna post Christi crucifixionem.*

Irenæus lib. 4. aduersùs hæreses cap. 66. Ad peccatum Iudæorum, & pœnam crucifixionis Christi hæc refert, sicque ea recitat, vt de Ierusalem dicta: (*Exinanita est quæ parit, & taduit anima eius. Subiit Sol ei, cùm adhuc medius dies esset, confusa est, & improperium passa est, reliquos eorum in gladium dabo in conspectu inimicorum eorum.*)

Cyprian. *Passionis Christi tempore obscurandum Solem.*

Cyprianus quoque lib. 2. Testimon. aduersùs Iudæos num. 23. *Quòd medio die in Christi Passione tenebræ futuræ essent, apud Ieremiam: (Exterrita est quæ parit, & taduit anima eius. Subiit Sol ei; cùm adhuc medius dies esset, confusa est, & maledicta: reliquos eorum in gladium dabo in conspectu inimicorum eorum.*

Isid. Hispal.

Sed & Isidor. Hispalensis lib. de Passione Domini cap. 45. eodem hæc sumens sensu sic ea refert. *Et Ieremias (exterrita est inquit, quæ parturit, id est Ierusalem, & afflicta est anima eius. Occidet ei Sol, cùm adhuc medius dies esset, & confusa est, & maledicta, reliquias eorum in gladio dabo.) Quod factum est per Vespasianum.*

Hieron.

Hieronymus. (*Infirmata est, siue Abiecit, aut vacua facta est, quæ peperit Septem, siue plurimos, defecit anima eius, occidit, &c.) Sæpe diximus verbum Hebraicum* שבע *sciebang vel septem, vel iuramentum sonare, vel plurimos. Vnde & diuersa est interpretatio: Aquila, Sept. & Theodotione (Septem) transferentibus, Symmacho (plurimos.) Quæ igitur erat diues liberis, orba subitò facta est, & clarâ luce disperiit, & confusa est in solitudine sui. Reliquum autem, ait, populum tandem gladio: vt mortem, & iram Dei nullus effugiat. Alij ad Synagogam referunt, quæ infirmata est, vt Ecclesiæ cresceret multitudo, iuxta illud, quod scriptum est.*[b] *Sterilis peperit Septem, siue plurimos, & quæ multos habebat liberos infirmata est. Vnde & occidit ei Sol iustitiæ,*[c] *in cuius pennis est sanitas: & idcirco æternâ confusione cooperta est, perdens populum suum gladio spirituali.* Hoc postremo sensu accipit hanc sententiam idem Hieronymus, ad initium lib. 15. in Isaiam in cap. 54. sicque illam refert. (*Vacua facta est quæ pariebat Septem, defecit & anima eius. Occidit ei Sol adhuc meridie.*)

Synagoga infirmata, vt cresceret Ecclesiæ multitudo.

b 1. Reg. 2. 5.
c Malac. 4. 2.

2

Theodorit. *Lugentibus vel lux ipsa censetur tenebræ.*

Theodoritus. (*Sterilis facta est quæ pariebat Septem, defecit anima eius,*) *Variis modis deplorat calamitatem, vt doceat pernicaces, & suadet relinquere pristinam impietatem. Occidit ei Sol medio etiam die. Lugentibus enim vel ipsa lux appellatur tenebræ.*

Greg. PP. *Iudæi Christo miracula facienti nõ credentes in die tenebras passi sunt.*

Gregorius Papa lib. 6. Moral. cap. 14. *Persecutores Redemptoris nostri dum diuinæ virtutis miracula cernerent, & tamen de eius diuinitate dubitarent, in die tenebras passi sunt, quia visum in luce perdiderunt. Hinc est quod eos ipsa lux admonet dicens:*[d] *Ambulate dum lucem habetis, ne vos tenebræ comprehendant. Hinc est quod de Iudæa dicitur, (Occidit ei Sol, cùm adhuc esset dies.)*

d Ioã. 12. 35.

D. Thom. *Tristitia obscurat cor.*

D. Thomas. *Ponit mortem plurium filiorum, (Infirmata) filiis orbata, quæ fortitudo est matris 1. Reg. 2.*[e] *Donec sterilis peperit plurimos, & quæ multos habebat filios infirmata est; Et tristitiam matris. (Defecit anima) propter mentis stuporem. (Occidit ei Sol,) lætitiæ, propter tristitiæ dolorem, qui obscurum facit cor, (confusa) intus, (erubuit) extra.*[f] *Amos 8. Occidet Sol meridie, &c. Secundò comminatur pœnam, (& residuum, sc. à prædictis flagellis.) Deut. 28.*[g] *Tradet te Dominus corruentem ante hostes tuos: & per vnam viam egredieris contra eos, & per Septem fugies, & dispergêris per omnia regna terræ.*

e 1. Reg. 2. 5.
f Amos. 8. 9.
g Deut. 28. 25.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ἘΚΕΝΏΘΗ. ἐπέδυ ὁ ἥλιος ἐπ' αὐτῇ, ὅτι μεσούσης τῆς ἡμέρας.

Ὀλυμπιοδώρου.] ἤτοι ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν πολεμίων. ἢ ὅτι αἰφνιδίως συμφοραῖς καταλαμβανόμενοι, οὐδὲ τὸν ἥλιον ὑπὸ τῆς ταραχῆς βλέπουσιν.

3

Vers. 9. *Vacua facta est, &c. subiit Sol ei, cùm adhuc medius dies esset.*

Olympiod.

Olympiodori.] *Vel propter hostium multitudinem; vel quia repentinis affecti calamitatibus ne Solem quidem præ confusione vident.*

Vers. 10.] Væ mihi mater mea: quare genuisti me virum rixæ, virum discordiæ in vniuersa terra? non fœneraui, nec fœnerauit mihi quispiam: omnes maledicunt mihi.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

1

a *Væ mihi mater mea: quare genuisti me virum rixæ, virum discordiæ in vniuersa terra? Non fœneraui, nec fœnerauit mihi quisquam, omnes maledicunt mihi.*

FAlsò [a] *quidem in me omnem coniiciunt prædictarum in Iudæa matre nostra calamitatum causam; Cæterùm væ mihi, si vel minimo in illos tangerer odio, vt quid eis damni me cooperante eueniret: quin potiùs tantus est meus erga ipsos amor, vt, si suspicarer propter me commouendas in Iudaica terra turbas, optarem potiùs, si sine Dei offensione fieri id posset, vt Iudæa ipsa mea non me genuisset mater, Iudæus nimirum minimè natus, qui talium causâ essem rixarum, ac discordiarum. Tametsi conscius mihi sim, nihil me cum Chaldæis, quorum turbas à me commoueri inquiunt, habuisse negotij dati & accepti, nihil contulisse opis, vel quidquam accepisse lucri.*

2

Tantus certè dolor est cordi meo; tantâque erga populum adeo acerrimis opprimendum miseriis afficior compassione, præsertim cùm propter me occasionaliter augendas eas nouerim, cùm is minimè se emendet, sed scelera potius addat sceleribus; quando iuxta commissum à Deo mihi mun us, quasi homo litigiosus, nullamque expauescens contradictionem acerrimè quoscumque eorum arguo, & vel contentione increpo. Ac molestissimum id mihi in primis est eorum delicti, quod mei causa patrarunt, quia, tametsi multo labore in illis arguendis desudatum à me sit, nil tamen fœnoris fructus increpationum mearum re verà ex eis retuli: nil ipsis profui, nec ab eorum quopiam quid reuexi commodi spiritualis lucri: vt vellem à mea non fuisse genitum matre.

3

Porrò cùm & ipse homo sim, cur non & hoc ipsum in eo patefaciam, quòd magnitudinem vehementissimarum ærumnarum mearum deplorem, quippe quæ tales tantæque sunt, vt vel ob eas optandum mihi videatur, vt mater mea me non genuisset virum cui in quolibet Iudeæ loco rixæ suscitantur, virum à quo discordes sunt Iudæi vniuersi me insectantes: quem & in iudicium trahunt: cuius & actiones, & verba, & itinera, & motus quosque obseruant singuli, vt me suis & maledictis proscindant, & accusationibus persequantur, Idque sanè gratis: quandoquidem nullum cum eis vnq contractum, nullumque in ratione dati & accepti cum illis habui negotium, quod rixarum, discordiarumque omnium causa esse solet, atque fomentum. Quin & vltra rixas, ac discordias, quas iugiter, & vbique mihi exsuscitant, & hoc insuper addunt, vt, licet nihil cum eis contraxerim vsurarum vel dando, vel accipiendo, cunctis nihilominus maledictis me incessant. [b] *Tot in me insurrexerunt maledicentes, totque me cumularunt contumeliis, atque conuiciis, vt vix in illis tolerandis diutiùs perdurare possim. Fiat Domine & eueniant mihi acerrima omnia, quando illi qui mihi tam grauiter maledicunt, dirigant, corrigantque viam suam. Id ipse te rogatum velim Dominator omnium, vt illis ipsis me damnantibus, des quæ illi exopto bona.*

b Sep. *Fortitudo mea defecit in maledicentibus mihi, at dominator omnium dirigentibus, (seu damnantibus) illis.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1

TRibus modis repentina hæc Prophetæ ingentem animi dolorem exprimens conuersio ad matrem suam intelligi potest, duobus quidem, vt illius impulsus ex populi sit cópassione, cuius præexpositæ calamitates, multóque magis & peccata tali intima prophetici cordis perculerint dolore, vt in istiusmodi is prorumpere coactus sit exclamationem: tertiò verò, vt ex vehementia potiùs ærumnarū propriarum ad hæc proferenda motus idem sit. Si ex cōpassione habita hæc sint, nulla certè difficultas est, quoad sanctam eius qui talia loquitur mẽtis intẽtionem, cuius tamen aliquid dubij commouet, quòd vir alioquin sanctissimus quasi sibi immissarum à Deo ærumnarum affectus tædio ista protulerit, (*Væ mihi mater mea, quare*, &c.) Iuxta primā igitur exponendi rationem admodum cōsequenter præcedentibus subiecta hæc sunt. Cùm enim pluribus mox actum esset in explicandis acerrimis calamitatibus, quæ Iudææ superuenturæ erant, matris nomine Iudæa ipsa designata, cuius & scelera adhuc vigerent earumdem calamitatū causa. *Induxi eis super matrem adolescentis vastatorem meridie*, &c. *Interfeci, & disperdidi populum meum, & tamen à viis suis non sunt reuersi.* Nunc in eorumdem amplificationem, suæque viscera patefaciens commiserationis ad ipsammet conuersus Iudæam matris item seruatâ metaphorâ, (*Væ mihi mater mea*, ait Propheta, *quare genuisti me virum rixæ, virum discordiæ in vniuersa terra?*) Conformans se nimirum opinioni aliorum, tametsi alioquin falsæ, quâ Iudæi malorum omnium causam in eum referebant, iuxta id quod in cap. 38. Regi Sedeciæ dictum legimus à Iudæorum principibus, [c] *Homo iste non quærit pacem populo huic, sed malum.* Ex quo factum est, vt omnes in ipsum insurrexerint, maledictisque eum prosciderint, prout hoc loco ipsemet subiicit, (*Omnes maledicunt mihi.*) Quamuis enim Ieremiæ sat esset exploratū, in quàm magno quoad hæc Iudæi versarentur errore, quod & palàm facit in his quæ hîc addit, (*Non fœneraui, nec fœnerauit mihi quisquā*, hostium scil. & Chaldæorum: cum illis nimirum nihil se significās habuisse negotij dati, & accepti, vnde rixæ, discordiæ, bellaque omnia; seu, Nihil illis contulisse opis, nec quidquā ex iis accepisse lucri, iuxta versionem Sept. quæ dicitur, (*Nō profui, nec profuit mihi quisquam.*) Per cōcessionem tamen eos alloquens quò sui erga ipsos charitatis affectus faciat eos conscios, ex eiusdem charitatis vehementiâ in hæc erumpit, quibus iisdem contestatur, optare se minimè fuisse ex eadem matre genitum, quâ ipsi geniti sunt Iudæâ, siquidem tantæ per ipsum commouendæ essent turbæ.

1. Sensus. *Ieremiæ compassio maxima erga Iudæos.*

c Iere. 38. 4.

Eo ferè sensu, quo & Paulus Apostolus itidem Iudæis suam testificatā volens erga illos flagrantissimam dilectionem, cum illi tamen falsò contrarium de eo prædicarent, quòd ipsos odio prosequeretur, & inuidiâ, à promissionibus Abrahæ eos excludens: dixit in Epistola ad Romanos, [d] *Optabam anathema esse à Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundùm carnem, qui sunt Israelitæ*, significans, tanto se premi dolore, quòd fratres ipsi sui ex eo quod Christo non crederent ab iisdem Abrahæ promissionibus excluderentur, vt, si fieri posset, vt se vno experte participationis gloriæ cælestis cum Christo, saluarentur ipsi, id sibi maximè esset in optatis, vt hac ratione seiunctus esset à Christo. Imò & à doloris vehementia se impelli, vt & simpliciter iamdiu & optarit idipsum, & optet. *Quoniam*, inquit *tristitia mihi magna est, & continuus dolor cordi meo, Optabam enim*, &c. Porrò quòd Propheta sanctus dolore item actus Molestissimum sibi esse significat esse ex Iudæa veluti matre genitum, non id arguit, quòd voluerit non esse Iudæus, & è populo Dei, seu ab eo populo alienus: hoc siquidem impium tunc temporis extitisset: Sed id tantùm in vehementissimi doloris expressionem per querelarum hyperbolem, prouerbialique vtens locutione asserit, quòd ibi non natum se esse optasset, vbi tantarum futurus

2 *Pauli charitas ardentissima in Iudæos.*

d Rom 9. 3.

Ieremias dolet quòd tam perniciosis tēporibus natus sit, idque ob compassionem ad populi sui calamitates.

cense

censeretur causa turbatum. Quomodo supra ad initium capitis noni simili hyperbato dixit, [a] *Quis dabit me in solitudine diuersorium viatorum, & derelinquam populum meum.* Fauet huic primo sensui versio Sept. prout ex Græco in Latinum reddita reperitur in Codicibus Complutensi, & Regio. (*Væ mihi mater mea ad quæ me genuisti virum rixantem, & discordias mouentem in omni terra?* Cui similis erit & nostra Vulgata, si quod dicitur, *Virum rixæ, & virum discordiæ,*) sumatur actiuè. Quodque adiectum est, (*In vniuersa terra:*) generaliter sumatur pro toto terrarum Orbe, qui vnà cum Chaldæis tunc temporis in Iudæam insurrexisse visus sit eâ ratione, quâ hoc ipso cap. 15. dicebatur, [b] *Et dabo eos in feruorem vniuersis regnis terræ.*

a Iere. 9. 2.

b Iere. 15. 4.

3 2. Sensus. *Ieremias dolet quòd natus sit talis quem populus suus non audierit: ob cõmiserationem ad populum eundem.*

Meliùs tamen secundo sensu, sumpto quidem item actiuè quod dicitur, (*virum rixæ, & virum discordiæ:*) sed & nomine (*matris*) propriè pro genitrice carnali, vltimisque verbis, (*In vniuersa terra,*) vt Iudaicam, prout frequenti in more vidimus esse, vniuersam designantibus regionem, dicemus, ex occasione mox recensitarum, quæ ipsi Iudææ euenturæ erant calamitatum, ad præsentem earum causam coniectis oculis Prophetam summo affectum dolore, quòd propter ipsũ, tametsi occasionaliter, populus ille adeo acriter mox esset puniendus, qui nec se emendarent, quin potiùs scelera sceleribus addetent, quando ipse iuxta commissum sibi munus, quasi homo litigiosus, nullamque expauescens contradictionem acerrimè quoscumque argueret, & vel contentione corriperet, increparetque. Quòd autem ex cõpassione in ista proruperit, & ea confirmant, quæ mox subiecit, (*Non fœneraui, nec fœnerauit mihi quisquam: omnes maledicunt mihi:*) quibus translatè vsurpatis Propheta significat, esse grauissimum, quod ipsius causâ Iudæi admisère delictũ, quia tametsi multo labore à se in iis præexposito modo arguẽdis desudatum esset, & desudaretur, nihil tamen fœnoris fructus increpationum suarum ex illis retulerit re verâ, nihil illis profuerit, vt legunt Sept. Nec ab eorum quopiam quid reuexerit commodi, dante videlicet aliquo sibi vel per bonæ voluntatis veri addiscendi exhibitionẽ, vel per opportunas interrogationes occasionem, vt fœnus ipse ei solueret doctrinæ, illi quidem fructuosæ, sibi autem & lucri non exigui, prout lectio indicat Sept. (*Non profuit mihi quisquam.*) Vnde in peccatorum cumulum, concludit, (*Omnes maledicunt mihi.*)

4 *Prophetiam nullus à natura habuisse dicendus.*

Porrò quòd cum matre sua Ieremias hisce de rebus conqueratur: non ob id factum censendũ, vel suspicandum, quòd sanctus vir prophetici sui muneris primordia matri ferret accepta, quasi naturaliter ex illius id contraxisset visceribus, quod omnino falsum est, & generaliter de Prophetis quibuscumque, & de Ieremia ipso specialiter, quippe cui à Domino apertè tota eius muneris exhibitionis significata est ratio, quã & ipse scripto in huius libri initio reliquit cõsignatam, vbi dicitur, [c] *Et factum est verbum Domini ad me, Priùs quàm te formarem in vtero, noui te: & antequã exires de vulua sanctificaui te, & Prophetam in Gentibus dedi te.* Paulóque infra, quòd præexpositò modo, Propheta datus à Deo sit, vt vir rixæ, atque discordiæ, [d] *Et dixit Dominus ad me: Ecce dedi verba mea in ore tuo: Ecce constitui te hodie super Gentes, & super regna, vt euellas, & destruas, & disperdas, & dissipes.* At duplici ratione matri nihilominus has ille porrigit querelas, (*Væ mihi mater mea, quare,* &c. Primò, ne qui sanctissimus erat, suspicionẽ minimam exhiberet ingratitudinis in Deum, parumque reuerẽtis erga eum animi, si querulas ea de re illi exhibuisset voces, pro qua grates potiùs rependere par esset perennes, fiducialiter doloris impetu actus cum sua id agit matre, è cuius vtero talem se norat genitum, qui ob collatum desuper munus eorum esset causa, quorum cõmiseratione tanto afflictatum se sentiebat angore. Secundò, vt morem seruaret humanũ, quo in angustiis quibuscumque cum matre propria singuli hominum suas communicant ærumnas, quam quietis ipsorum norunt auidissimam maximéque & afflictionum eorum participem; ita vt cùm ait, (*Væ mihi mater mea,*) & dicere videatur pariter, (*Væ tibi mater mea,*) Potuit autem præ reliquis Prophetis istas matri suæ Ieremias exhibere querelas, quia & à puero id exercere is cæpit muneris viri rixæ, & discordiæ: & quia eius mater non modicum in eo visa esset habere partis, quæ partu suo ipsum edidit iam talem intra vterum suum à Deo effectum.

c Ierem. 1. 5.

d Ierem. 1. 9. *Ieremias cur cum matre sua cõquestus de eo est, quod ab illa sibi nõ prouenit.*

5 3. Sensus. *Ieremias humano sensu queritur ad amplificationem ærumnarum, & persecutionum suarum.*

Cæterùm quamuis ambo præallati boni sint sensus, arridet tamen mihi multò magis tertius iste communior, vt in hæc non tam propter aliena proruperit peccata, vel propter turbas, quas ipse suâ suscitaret arguendi, & increpandi ratione, & propter intimam superuenturarũ exinde calamitatum compassionem, quàm propter iuges quas in suò prophetandi exercitio sustinere ab vniuerso Iudæorum populo cogebatur ærumnas, cõtradictiones, persecutiones, ac maledicta. Cùm enim id sensui summæ esset miseriæ, optimè matri suæ & hoc tribuisse visus est, cui quicquid miseriarum carni & sanguini subeũdum in hac vita esset, ferret acceptum. Sic & multò congruentiùs passiuè id sumes, quod dicit, (*Quare me genuisti virum rixæ, virum discordiæ in vniuersa terra?*) s. Iudeæ, i. virum, cui in quolibet Iudææ loco rixæ suscitantur, virum à quo discordes quotquot sunt Iudæorum vbique me insectantur. Cui passiuæ acceptioni magis consona est versio Sept. οἴμοι ἐγὼ μῆτερ, ὡς τινά με ἔτεκες ἄνδρα δικαζόμενον, καὶ διακρινόμενον πάσῃ τῇ γῇ, (*Væ mihi mater, ad quæ me genuisti, qui diiudicer, & discernar vniuersæ terræ?*) prout Latina habet eius interpretatio Codicis Vaticani, vt legit & Hieron. lib. 2. Apologiæ aduersùs Ruffinum; tametsi eodem sensu in textu Commentariorum super hunc locũ idem sic legat, (*Virũ iudicij, virũ qui iudicer,* i. quem omnes in iudicium trahunt; cuius & actiones, & verba, & itinera, & motus quosque obseruent vniuersi, vt me suis insectẽtur accusationibus; cui & vbique lites in foro suscitent, vt inquiunt, criminali. Quod ad viuum expressit nostra Vulg. ex Hebr. (*Virum,* legens nedum *rixæ,* sed *& discordiæ,*) propter quem nimirũ, vt in tribunal adductum condemnetur, peruersi quique discordias suscitãt in populo. Quomodo autem hæ Ieremiæ sanctissimi viri querulæ voces non tam ex impatienti eius proruperint animo, quàm ex humano potiùs sensu, ad amplificationẽ ærumnarum molestissimarum, quarum sensu maximè afflictabatur, qui hominem se ostendere voluit, nõ per vanam Stoicam illam Apathiam, sed per veram fortitudinis virturem ea tolerantem, dicemus Deo dante infra in capit. 20. vbi multò vehementioribus querelis dicit. [e] *Maledicta dies, in qua natus sum,* &c. quæ longiùs ibi in eamdem prosequitur sententiam. Hoc satis pro nunc sit, & Christum Dominum in eamdem ærumnarum suarum amplificationem, humanique sensus sui

Hieronym.

e Iere. 20. 14

a Matth. 26. 38.
b Matth. 27. 46.

sui manifestationem in horto ea protulisse, [a] *Tristis est anima mea vsque ad mortem*; Et, *Pater si fieri potest, transeat à me calix iste:* & super cruce illa exclamasse, [b] *Deus, Deus meus quare me dereliquisti?* Et omnino similia in his ait Ieremias iis, quibus 1. Machab. 2. dixit & Mathathias: *Væ mihi: vt quid natus sum videre contritionem populi?*

6

(*Non fœneraui, nec fœnerauit mihi quisquam.*) Quid his sibi Propheta velit, si præcedentia, *Virum rixæ*, &c. actiuè sumantur, iam explicatum est, cùm primum, secundumque prosequeremur sensus. Quomodo autem eadem intelligenda sint; si iuxta communiorem sententiam passiuè potiùs illa accipienda sint, vt tertio sumpsimus sensu, & ad quod fœnoris & vsuræ hîc facta sit commemoratio, reliquum est vt nunc asseramus. Et quidem, Gaspar Sanctius arbitratus est totum hoc membrum adiectum in exaggerationem Iudaicarum rixarum, odiique in Ieremiam ex ipsa rerum natura desumptam, quâ inter illos qui animis, aut studiis dissident nihil solet esse commercij sibique potiùs maledicta inuicem intorquent. Ac si dicatur. Nemo mihi fœnori dat, nemo à me fœnori accipit, aut vllam mecum societatem, fœdusque coniungit: imò tanquam in communem hostem maledicta congerunt, omnibusque modis extinctũ volunt. Ioannes Maldonatus tantumdem putat hoc esse ac si diceretur, Nemini iniuriam feci, vt positum sit vnum fœnoris iniuriæ genus pro omnibus. Quia verò ex secundo membro (*Nec fœnerauit mihi quisquam:*) inferri videbatur, non solùm peccatum esse ad vsuram dare, sed & accipere: quod simpliciter dictum falsum est. Per id significasse Prophetam, ait, Neminem se sollicitasse, vt sibi daret pecuniam ad vsuram, quod certè malum, iniuriosumque est. Sanctes-Pagninus in postylla ad marginem suæ versionis, *Conqueritur*, inquit, *Ieremias quòd ob Prophetiam peius audiat quàm vsurarius quiuis.* Aptiùs Isidorus Clarius in suo Scholio, *Quia cogor*, inquit, *denunciare increpationes, & comminationes diuinas, quocunque me verto inuenio contradictores qui mecum rixantur, & innocentem calumniantur, & execrantur; cùm tamen nullum eorum grauauerim, nemini quidquam debeam, aut vsura exegerim lucrum.*

Gasp. Sanct.

Ioan. Mald. *Fœnoris, iniuria cum magna, vt pro iniuriis omnibus, posita sit.*

Ad fœnus accipere an sit peccatum.

Pagninus. *Vsurarius infamis.*

Isid. Clar. *Contractuum dati, & accepti negotiatio causa omnium rixarũ in mundo.*

7
Sensus Communior.

Communiter per hæc designatum à Propheta asseritur, se nullum contractum cum eis iniisse, nullumque in ratione dati, & accepti cum illis habuisse negocium, ex quo ferè omnes insurgere consueuêre inter homines rixæ, atque discordiæ forenses. Et tamen vir illis sum, dicat, rixæ, atque discordiarum, meque & maledictis lacessunt vniuersi. Vt exploratum fiat, gratis eos ipsum odio prosequi, & contentionibus insectari ob id quòd vni eorum saluti procurandæ operam daret. His adderem ipse, quæ hîc de fœneratione dicuntur, non tam in exclusionem allata rationis rixarum, & discordiarum, quàm in epitasim ærumnarum, quibus Propheta querebatur exagitari se à Iudæis, vltra enim rixas, ait, & discordias, quas iugiter, & vbique mihi suscitant, & hoc insuper addunt; vt tametsi nihil cum eis contraxerim vsurarum, aut dando, aut accipiendo, cuncti nihilominus maledictis me incessant. Hoc autem iuxta naturam loquitur fœnoris, quo nihil ad maledicta excitanda est efficacius, tum ei qui ad vsuram mutuauerit, quando debitum à debitore exigere nequeat: tum illi multò magis qui ad vsuras acceperit, nec habet postmodùm quod fœneratori soluat, ipsum, vt Euangelico [c] vtar verbo, suffocanti pro fœnore. Qua de re tangemus aliqua in expositione Morali.

Sensus Auctoris. *Fœnore nihil efficacius ad excitanda maledicta.*

c Matth. 18. 28.

Quoad lectionum varietatem in textu quidem Hebraico nihil est momenti, quod hîc adnotetur, nisi quòd geminationem eiusdem verbi נשה nasciah fœnerari, non tam ad mutuum & dandi ad vsuram ab aliquibus refertur significationem, prout sumitur in vulgata quàm ad vnum fœnerandi studium ex parte Prophetæ, per quod scilicet is lucrum ab eis nõ quæsiuerit, nec ipsi vltrò ei dederint. Vel etiam ad vnum mutuum ipsi Prophetæ ab illis acceptum. Ac si dicatur. Non quæsiui ab eis mutuum, nec sponte suâ illi id mihi dedêre.

In Versione Sept. nihil de mutuo, nihilque de fœnore explicitè sic enim habetur οὔτε ὠφέλησα, οὔτε ὠφέλησέν με οὐδ' εἷς. (*Non profui, nec profuit mihi quisquam:*) referendum tamen & hoc ad mutuum, fœnusque, vt sensus sit, Non profui, mutuum, scil. dando, nec profuit mihi quisquam, mutuum, scil. accipienti, Syrus tamen apud Theodoritum, pro verbo Græco Sept. ὠφέλησα legit ὠφείλησα (*Non conflaui æs alienum eorum.*) Quo sensu & Theodotion, vt notat Hieronymus, Hebraicam sententiam sic reddidit, (*Non debui, nec debuit mihi quisquam.*) Quę omnia ad vnum recidunt. Maior apud eosdem Sept. est diuersitas in vltima istius vers. parte; Pro eo enim quod in Vulgata legimus, (*Omnes maledicunt mihi,*) & in Hebræo, (*Omnis ipse maledicens mihi*) multò efficaciùs legunt ipsi ἡ ἰσχύς μου ἐξέλιπεν ἐν τοῖς καταρωμένοις με. (*Fortitudo mea defecit in maledicentibus mihi,*) id est, tot in me insurrexerũt maledicentes, totque me cumularunt contumeliis, atque conuiciis, vt vix in iis tolerandis diutiùs perdurare possim, qui summâ à te donatus sum animi fortitudine.

8
Ieremias alienus à contrahendi cum Iudæis, quoad lucrum temporale.

Vers. 10.] Væ mihi mater mea, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

Congruunt hæc moraliter vnicuique animæ, iuges præsentis vitæ molestias deploranti, propter quas aliàs scriptum legimus [d], *Militia est vita hominis super terram:* vt tantumdem hoc sit *Væ mihi mater mea, quare me genuisti virum rixæ, virum discordiæ in vniuersa terra?*) ac quod per Apostolum querulis pariter his dicitur vocibus, [e] *Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* Matri autem potissimùm istiusmodi exhibet querelas, à qua habere se nouit, & quòd homo natus sit repletus multis miseriis, & quòd *genitus* sit in peccato (*vir rixarum, & vir discordiarum in vniuersa terra:*) iuxta illud [f], *Ecce in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea.* Quo loco in iniquitatibus, & in peccatis à matre cõceptũ se dicit, qui in vno originali peccato fomitis particeps factus est concupiscentiæ iniquitatum omnium radicis, sicut & rixarum, & discordiarum vniuersarum per insita quæ aduersùs animam militant desideria. (*In vniuersa terra,*) genitum hac ratione se ait virum rixarum, & discordiarum, quia & intrinsecus ciuilibus discordiis in tota carnis suæ terra concuti se percipit, [g] *Ex concupiscentiis, quæ* (vt ait Iacobus) *militant in membris nostris:* & extrinsecus, perpetuis hominũ, cum quibus versatur, subiectum se nouit rixis, propter quas vix quidquã ei reperire est in hoc mundo vel loci, vel tẽporis, in quo ab

9
Humana vita in hoc sæculo quàm deploranda.

d Iob. 7. 1.
e Rom. 7. 24.
f Psal. 50. 7.
g Iacob. 4. 1.

ab eorũ reſpirare queat impugnatione. Quod & Sanctus Dauid deflens coram Domino conteſtari viſus eſt, quum dixit,[a] *Miſerere mei Deus, quoniam conculcauit me homo*, collectiuè, *totâ die impugnans tribulauit me*. Tribulauit, inquit, & impugnando totâ die, quolibet ſcil. tempore, quolibet & loco. Quod clariùs expreſſit, ſubdens, *Conculcauerunt me inimici mei totâ die, quoniam multi bellantes aduersùm me.*

a Pſal. 55.1.

10 *Prædicatoris querula voces quando eius prædicationi reſiſtitur.*

Aptiùs tamen morali pariter ſenſu hæc (*Va mihi mater mea*, &c.) eximio cuique tribuuntur diuini verbi prædicatori, qui ſuum explere obnitatur munus in regionibus præſertim iis, in quibus B eius reſiſtatur prædicationi. Tria autem his breuiter ſignificat: primum, quàm magnum eo in munere impoſitum ſibi ſentiat onus: ſecundum, in quo potiſſimùm tale ſit munus; & tertium quid ex illo moleſtiam ſibi potiſſimùm ingerat. Onus explicat, dum hac vtitur loquendi formâ, (*Va mihi mater mea, quare*, &c.) Matrem ſuam Eccleſiam appellans, à qua id ſe habuiſſe fatetur oneris cuius preſſus grauitate (*Va*) duplici ſubiectum ſe intelligit, væ, ſi prædicet, propter ſuſcitatas in ipſum perſecutiones; & væ multò deterius, ſi non prædicet, dicente Apoſtolo,[b] *Va mihi, ſi non Euangelizauero.* Munus exponit, quum genitum ſe aſſerit (*Virum rixa, & virum diſcordia in vniuerſa terra,*) rixæ ac diſcordiæ nomina actiuè vſurpans: id nimirum quod apertius. Timotheo declarauit Paulus, dicens:[c] *Prædica verbum, inſta opportunè, importunè: argue, obſecra, increpa, in omni patientia, & doctrina: erit enim tempus cùm ſanam doctrinam non ſuſtinebunt.* Moleſtum denique & muneris, & oneris eius ſui, ſignificat verbis iiſdem paſſiuè ſumptis, eas deſignans rixas, atque diſcordias, quæ ab infidelibus ſibi ſuſcitantur, atque ab impiis propter prædicationem ſuam; prout in tertio literæ ſenſu explicatum eſt, de quibus & Apoſtolus ait,[d] *Maledicimur, & benedicimus; perſecutionem patimur, & ſuſtinemus: blaſphemamur, & obſecramus: tamquam purgamenta huius mundi facti ſumus omnium peripſema.* Hocque illud eſt quod & hoc pariter loco confirmatur per ea quæ mox adiiciuntur.

Prædicatoris onus quantũ.

b 1.Cor.9.19. *Prædicatoris munus contentioſum.*

c 2.Timoth. 4.2.

Prædicatoris moleſtia vnde.

d 1.Cor.4.12.

11 *Fœnus materialis ac ſpiritualis diſcrimen. Materiale moleſtum cũ exercetur.*

(*Non fœneraui, nec fœnerauit mihi quiſquam: omnes maledicunt mihi.*) Perpendendum porrò in iis eſt diſcrimen fœnoris ſpiritualis à fœnore materiali. Hoc quippe fœnus materiale tunc moleſtiarum cauſa eſt, & maledictionum, quum actu exercetur: Vnde in libro Eccleſiaſtici legimus,[e] *Multi quaſi inuentionem*, id eſt, quaſi rem inuentam *aſtimauerunt fœnus, & præſtiterunt moleſtiam his qui ſe adiuuerunt. Donec accipiant oſculantur manus dantis, & in promiſſionibus humiliant vocem ſuam: & in tempore redditionis poſtulabit tempus, & loquetur verba tadij, & murmurationum, & tempus cauſabitur, Si autem potuerit reddere aduerſabitur, ſolidi vix reddet illi, & pro honore, & beneficio reddet illi contumeliam.* Vide Baſilium homil.2. in Pſalmum quartum decimum, Ambroſium lib. de Tobia, & Plutarchum de vitãda vſura Tomo 3. opuſculorum eius, apud quos plura inuenies ad hæc pertinentia, & quæ materialis iſtius fœnoris ſtudium cuique diſſuadere aptiſſima ſunt.

e Eccl.29.4.

12 *Fœnus ſpirituale cùm exercetur eſt iucundum, cùm nõ exercetur moleſtiſſimum.*

Fœnoris verò ſpiritualis ſtudium ex Euangelio perſuaſum è contra habemus, vt maximè neceſſarium ad ſalutem, dicente Domino in talentorum parabola illi qui præſtitum abſconderat talentum:[f] *Oportuit te committere pecuniam meam nummulariis, & veniens ego accepiſſem vtique quod meum eſt cum vſura.* Ac ſicut id fœnus mutuum eſſe debet, iuxta illud Petri,[g] *Vnuſquiſque ſicut accepit gratiam, in alterutrum illam adminiſtrantes, ſicut boni diſpenſatores multiformis gratiæ Dei.* Ita & cùm actu exercetur, mutuam affert conſolationem, teſte Paulo Apoſtolo, vbi fideles ſic alloquitur Romanos:[h] *Deſidero videre vos, vt aliquid impertiar vobis gratia ſpiritualis ad confirmandum vos: id eſt, ſimul conſolari in vobis per eam qua inuicem eſt, fidem veſtram, atque meam.* Et è contrario vbi mutuus non eſt huius fœnoris contractus, & ij quibus ſanctus prædicator fœneratur verbum Dei, id minimè ſuſcipiunt, adſint neceſſe eſt in eundem fœneratorem moleſtiæ rixarum, diſcordiarum, perſecutionum, ac maledictionum, prout hîc aſſeritur, (*Omnes maledicunt mihi,*) quia (*non fœneraui, nec fœnerauit mihi quiſquam.* (*Non fœneraui,*) cùm nullus fuerit, qui fœnus acciperet à me exhibiti verbi Dei: nec fœnerauit mihi quiſquam, de diuinis aliquas porrigens interrogationes: (*Non profui,*) quæſtum cuiquam ſuadens pietatis: (*Nec profuit mihi aliquis,*) lucrum ex ſua præbens conuerſione.[i] *Si quis non acquieſcit ſanis ſermonibus Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ei quæ ſecundum pietatẽ eſt doctrinæ, ſuperbus eſt, nihil ſciens,* ait Petrus Apoſtolus: C *ſed languens circa quaſtiones & pugnas verborum: Ex quibus oriuntur inuidiæ, contentiones, blaſphemiæ, ſuſpiciones malæ, conflictationes hominum mente corruptorum.*

f Matt.25.27.

g 1.Petr.4.10.

h Rom.1.11.

i 1 Pet. 6.3.

13 *Religioſus bonus quàm anxius ſit pro relaxatione ſuæ religionis.*

Poteſt tertiò & per moralem accommodationem totus hic locus bono illi tribui Religioſo, cui cùm pro bono religionis ſuæ ſtatu neceſſariò per obedientiam laborandum ſit, iuges tamen, eæque grauiſſimæ à prauis fratribus ſuſcitantur perſecutiones, conuicia, & rixæ, propterea quòd cùm illis in peſſima conſentire nolit agendi ratione, in capitulis præſertim, & electionibus. Qua de re huD mani quid ſe ſentire ſignificãs, per proſopopeiam cum ipſa ſua conqueratur Religione, quam rectè matris ſuæ inſignit nomine, vtpote à qua & in nouitiatu ſe nouit conceptum, & in profeſſione genitum, & in eruditione lactatum, & in ſanctarum exercitatiorum ſtudio prouectum ad perfectionis augmentum. Quamuis autem vel quia improborum fratrum redarguit ſcelera, vel quia contrarius eſt operibus eorum, fraternis concutiatur rixis, liteſque in eum commoueantur, vſurpantibus illis contra eum Sapientiæ verba illa,[k] *Circumueniamus iuſtum, quoniam inutilis eſt nobis, & contrarius eſt operibus noſtris, & improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata diſciplina noſtra.* E Ob id tamen potiſſimùm eos omnes maledictis ipſum proſcindunt, quòd ſe expertem ſatagit ſeruare omnis commodi, lucrique proprij, quod vulgo intereſſe proprium nuncupant, hoc namque eſt, quod iuxta Theodotinis lectionem, ait, *Non debui, nec debuit mihi quiſpiam, omnes maledicunt mihi.*) Et quia iſtud intereſſe proprium, iſtudque obligationis debitum prauis præſertim, & ſimoniacis contrahi ſolet promiſſis, iniuſtiſque pactis quibus in Capitulis frequenter delinquunt pluF rimi, bene iuxta noſtram Vulgatam, (*Non fœneraui*, inquit, *nec fœnerauit mihi quiſquã.*) Simonia enim quoddam & ipſa eſt fœnus, quia & in ea pro pretio emitur, ac venditur, quod precio minimè eſt æſtimabile, ſicut in fœnore, tametſi diuerſa inter hos cõtractus ſit ratio nõ æſtimabilitatis pretij, cùm in fœnore precium requiratur, vbi nullum ſimpliciter adeſt, diſtinctum nimirum à pretio rerum mutuatarum, quæ vſu ipſo conſumuntur: In ſimonia verò de pretio contrahatur rerum ſpiritualium, quæ materiale, & temporale

Religio mater Religioſorum.

k Sap.2.12. *Religioſus bonus expers omnis proprij intereſſe.*

Simonia eſt fœnus quoddam, & quomodo à fœnore differat.

omne excedunt pretium;& pro quibus vel pro similis rei spiritualis pretio conuenire Ecclesiasticis interdictum est legibus.

Ad Christum denique ferè communiter locus iste refertur,sed mysticus is est sensus, quem à Patribus explicatum vide mox in nostra eorum Appendice.

VVLGATÆ.

Vers. 10.] Væ mihi mater mea,&c.

SEPTVAGINTA.

10. Οἴμοι ἐγώ, ὡς τίνα μῆτερ με ἔτεκες ἄνδρα δικαζόμενον, καὶ διακρινόμενον πάσῃ τῇ γῇ; οὔτε ὠφέλησα, οὔτε ὠφέλησέν με οὐδείς. ἡ ἰσχύς μου ἐξέλιπεν ἐν τοῖς καταρωμένοις με.

Vers. 10.] Heu me mater, quare genuisti me virum qui iudicer,& discernar omni terræ? Non profui, nec profuit mihi quisquam Fortitudo mea defecit in iis, qui maledicunt mihi.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1

PARAPHRASIS Chaldaica. *Væ mihi mater mea, quia progenuisti me, vt sim vir litis, & homo contentionis omnibus habitatoribus terræ. Nullus fœnerauit mihi, & nihil ex his quæ mutuaui, ego quæro ab eis, omnes maledicunt mihi.*

Vers.10.(*Væ mihi,*&c.)

Origenes. *Prædicatores sancti malè habentur ab improbis, sicut medici ab ægrotis qui curari nolunt.*

Origenes homil. 11. in Ieremiam. *Quod à delitiosis ægrotantibus medici patiuntur, hoc sustinent Prophetæ,& magistri ab his qui curari nolunt. Fugiunt inobedientes ægri medicos,& maledictis,atque iniuriis repellunt, eaque prosus ij faciunt quæ faciat quis hostibus suis: Iudaicus populus ægrotabat variis languoribus, & misit illis medicos Prophetas Deus. Vnus ex medicis Ieremias fuit corripiens peccatoress, & conuertere volens à vitiis ad virtutes: Illi verò cùm deberent ea quæ dicebantur audire, econtrariò accusabant Prophetam apud iudices similes sui; Ex quo factum est, vt semper in calumniis, & tristitiis fuerit, eorum peruersitatis quantum in se fuit, curam gerens. Videns igitur se maledictis semper, clamoribus, & iniuriis insectari, (Heu mihi,inquit mea mater, vt quid me genuisti virum qui iudicer, & discernar omni terræ?) Hoc autem quod ipse ait, non puto sic conuenire aliis Prophetis, vt Ieremiæ. Multi siquidem Prophetarum post aliquod spatium primo mali, & iam post peccata conuersi Prophetare cæperunt. Sic Isaiæ post tactum labiorum dictum est à tangente Seraphin,[a] Ecce abstulit iniquitates tuas, & peccata tua purgauit. Pristina igitur peccata purgata sunt, & dignus effectus Spiritu Sancto Isaias Prophetauit. De aliis quoque similia si quæras, inuenies. At non talis Ieremias ab ipsis incunabulis Spiritu Sancto plenus Prophetare cœpit. Propter quod ait, (Heu mihi mater, quare.)*

Ieremias Spiritu Sancto plenus Prophetare cæpit ab incunabulis.
a Isai.6. 7.

Prophetarum mater Sapientia.

Præter sensum istum, quem dicit esse communem, addit idem Origenes secundum sensum, quem cuiusdam ait esse, cuius tamen non recenset nomẽ, vt matris nomine significata sit sapientia. Nec enim aliam esse,inquit,Prophetarum matrem,nisi sapientiam Dei. *Filios quippe Sapientiæ & alibi legimus,Scripturâ dicente: (Amittit sapientia filios suos) Sic Ieremias ait, Heu mihi mater mea sapientia, quasi dicat. Cur me genuisti virum qui iudicer? Quis ego sum, qui in hoc natus sum,vt iudicer, atque discernar propter increpationes? dum corrigere nitor habitantes super terram?*

Sapientia cogit sapientem corrigere errantes, estque propterea causa illis multarum ærumnarum.

2

Christus miserans alios deplorat,& conqueritur cum Ierusalẽ matre sua, idque vt homo.

Tertium denique addit sensum de Christo, cui hæc in hunc modum tribuit dicta. Primò ostendit non esse incongruum, vt hoc quod videtur blasphemum saluator noster miserans alios dicat, (*Heu mihi mater.*) Quod probat tribus Sacræ Scripturæ locis. Primò [b] Euangelij, quo videns Ierusalem fleuisse super eam dicitur atque dixisse, [c] (*Ierusalem, Ierusalem quæ occidis Prophetas,& lapidas eos qui ad te missi sunt, quoties volui congregare filios tuos,*&c.)Secundo Micheæ,[d](*Heu mihi, quia factus sum sicut qui colligit stipulam in messe, & sicut racemos in vindemia, cùm non supersit botrus ad manducandum primitiua. Heu mihi anima, quia periit reuerens à terra, & qui corrigat inter homines non est. Omnes in sanguine iudicantur. Venit enim,* inquit,*vt meteret fructus, & quasi stipula in segete repertæ, propter plurimos peccatores ait, (Heu mihi,quoniam factus sum sicut qui colligit stipulam in messe) Venit vindemiare botros vuæ in hominibus,& in messe sceleribus inuentis,& dicit, Sicut racemos in vindemia,cùm non supersit botrus vuæ ad manducandum primitiua.* Tertio ex Psalmo 29.vbi is ad patrem dicit, [e] (*Quæ vtilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem?) Quid tantopere hominibus profui, qui nec in sanguine meo,quem fudi pro eorum salute, profecerunt? Quæ vtilitas in sanguine meo, dum descendo de cælis, dum venio in terram,dum contumeliis afficior, dum porto corpus humanum? Quid his omnibus dignum inter homines perpetratum est? Tale ergo est,*inquit, Origenes, quod in Ieremia dicitur(*Heu mihi mater mea, quare me genuisti virum) Non iuxta quòd Deus Saluator est hoc dicit, sed iuxta id quòd homo est, sicut & in alio Propheta* [f] *Heu mihi,inquit, anima mea,quia reuerens periit à terra) Anima autem hominis est quæ conturbatur,* [g] *& tristis est vsque ad mortem, non verbum quod erat in principio apud Deum, quod numquam mœret, numquam turbatum est, numquam dixit,Heu mihi.*

b Luc.19. 41.
c Matth.23. 37.
d Mich. 7.1.
e Psal. 29. 10.
f Mich.7. 2.
g Matth.26. 38.

3

Origenes. *Christum cõqueritur quòd in Martyribus condemnetur,& diiudicetur in fidelibus qui iniustè calumnias sustinent.*

(*Quare me genuisti virum qui iudicer, & discernar omni terræ?*)Duobus modis hæc item Christo idem aptat Origenes.Primum,*Si consideres,*inquit,*Martyres vbique condemnatos, & de singulis Ecclesiis exhibitos ad tribunal, videbis quomodo per singulos Martyres Iesus condemnetur(In carcere enim fui,ait,& venistis ad me, Esuriui,*&c.)*Ex quo efficitur, vt in omni terra condemnetur Iesus, quotiescumque is addicitur, qui pro eo condemnatur: Non solum autem apud iudices sæculi, & tribunalium potestates Christus addicitur: Sed etiam si calumniam Christianus ab aliquo patitur, & prouocetur ad litem, tunc quoque iustus diiudicatur iniustè.* Secundo. *Quis improborum,*inquit, *non condemnat religionem Christianam? Quis Gentilium saltem transitoriè non excutit eam? Quis Iudæorum,*&c. *Vbique Christus condemnatur, atque discernitur. Si non condemnatur,excipietur:aperies ei ostium, & ingredietur ad te:credis in eum, vescetur tecum. Si verò de religione audiens Christiana non cœperis eam, nihil aliud facies, quàm condemnabis Iesum vt mendacem, vt seductorem in errorem mundum trahentem. Quicumque penitus ei non credunt, condemnant illum. Qui autem credunt, & adhuc ambigunt, diiudicant illum. Duo igitur apud homines Christus patitur. Ab incredulis condemnatur, ab ambigentibus discernitur.*

h Matth.25. 36.

Christus cõdemnatur ab incredulis,& discernitur à dubitantibus in rebus fidei.

4

Origenes. *Prædicatorẽ bonum maximè agit, quòd prædicationis suæ fructum non referat vtilitatis & cõuersionis auditorum.*

Idem Origenes ipsamet homil. 11. paulò pòst initium, pertractans aliud istiusmet vers. 10. membrum, primo id iuxta communem Sept. lectionem. (*Non profui, neque profuit mihi quisquam*) dupli

duplici explicat ratione. Primùm, quòd iis ſignificetur Ieremiæ prædicationem, nec auditoribus fuiſſe acceptam, nec propterea fructum retuliſſe quem percepiſſet, ſi apud eos illâ quid profeciſſet. *Prædicauit*, ait, *Ieremias mandata diuina: nemo his quæ prædicabantur attendit. Quam ob rem quaſi medicus libens, ac promptus medicamina languentibus tribuit, & illis non ſecundùm artificium curatis, ſed iuxtà voluntatem ſuam agentibus, dicit (Non profui, nec profuit mihi quiſquam) Quodammodo enim beneficium conſequitur ipſe qui curat, Si fructum ſui laboris in ægrotante conſpiciat, & per lætitiam mentis etiam ipſe conſequitur vtilitatem, ſecundum illud quod dicitur:*[a] *(Beatus qui loquitur in aures audientium.)* Secundò, quòd Propheta non inuenerit diſcipulos ingenioſos, & ſedulos rerum diuinarum ſcrutatores, quibus profuerit, & à quibus ipſe vtilitatem ex eorum caperet interrogationibus. *Quicumque*, inquit, *diſcipulis præcipit, ſi ingenioſos, & audientis naturæ habeat auditores, quantò plus præcipit, tantò plus proficit, illis interrogantibus, & de eo quod dicit, ſæpe quærentibus, qui ſit ſenſus in dicto, qui ordo, quæ ſcripti voluntas. Vnde è contrario ait: (Non profui, neque profuit mihi quiſquam.)*

Ex diſcipulis ingenioſis præceptor vtilitatem capit, cùm illis ſua prodeſt doctrina.
a Ecc. 25. 12. Sec. Græc.

5
Reddens omnia omnibus, poteſt dicere, Non debui.
b Rom. 13. 7

Exponens deinde alteram, quam veriorem aſſerit ſecundùm Hebræos codices, lectionem: *(Non debui, nec debuit mihi quiſquã.) Qui omnibus*, inquit,[b] *omnia reddit, cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui tributum, tributum: cui honorem, honorem, & vniuerſis omnia repræſentat, nulli debens aliquod officium, Verbi gratiâ, Honorans parentes, vt parentes: fratres, vt fratres: Epiſcopos, vt Epiſcopos, &c. Si omnibus omnia reddat, nulli debet officium. Si verò reddere debet, & non reddit, non poteſt dicere (Non debui) Quod autem ſequitur: (Non debuit mihi quiſquam) Sic intelligendum: ego quidem fœnerare volui, & ſpiritales pecunias mutuare, Sed illi auerterunt aures ſuas ab iis quæ dicebantur: neque voluerunt præbere ſe dociles, vt mihi deberent quæ audiebant. Idcirco (non debuit mihi quiſquam) Si quis enim voluerit ſermones qui dicuntur audire, debitor fit eorum, & quaſi debitor etiam vſuras reddere exigitur. Ex quo magis expedit auditoribus accipere diſciplinæ verba cum fœnore, & fieri debitores, quàm non accipere, nec debere. Accuſantur enim tales, dicente Prophetâ (Nec debuit mihi quiſquam.)*

Prædicator dicitur fœnerari, cùm auditores ei debeant fœnus.

6
In Incarnatione verbi virtus defecit exinanita.
Origenes.

Vltimum denique eiuſdem verſ. membrum, *(Virtus mea defecit in his qui maledicunt mihi)* iuxta lect. Sept. de Chriſto duobus modis idem exponit Origenes, primò, vt ſermo ſit de defectu, & exinanitione Verbi in Incarnatione, & Paſſione. *Suſcepit*, ait, *infirmitates peccatorum noſtrorum, & portauit eas, & venit ad eos qui maledicebant ſibi, & virtus defecit ab eis, qui maledicebant è cæleſtibus deſcendentem. Simul enim & aſſumpſit ſerui formam, caro factum, exinaniuit ſe, & iuxta Apoſtolum, dicentem.*[c] *(Exinaniuit ſeipſum, formam ſerui accipiens) nunc quoque loquitur, (Virtus mea defecit, &c.)* Secundò, vt per hæc ſignificetur, in impiis rationis virtutem minui. *Quicumque*, ait, *rationalis eſt, particeps veræ lucis efficitur, quæ eſt filius Dei,*[d] *illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum. Cùm igitur omnes homines rationales ſint, in quibuſdam virtus rationis augetur, in quibuſdam minuitur. Si videris animam vitiis plenam, & perturbationibus ſeruientem, videbis quomodo virtus verbi deficiat in ea. Si videris ſanctam, & iuſtam; videbis quòd per ſingulos dies virtus Dei proficiat, & creſcat in ea. Si quis maledixerit verbo, ſtatim recipit vicem, & tormenta perpetitur. Virtus quippe Ieſu defecit in eo cùm ratio minuitur.*

c Philip. 2. 7.

Rationis virtus ſicut in iuſtis creſcit, ita & in impiis deficit, Hæcque rationis virtus eſt virtus Chriſti.
d Ioan. 1. 9.

Gregorius Nazianzenus Oratione 10. quæ eſt in laudem Cæſarij. *Quid de Ieremia quiſpiam dixerit, qui etiam matri ſuccenſet, ſe in lucem editum dolens, idque propter aliena peccata.* Super quæ Nazianzeni verba Elias Cretenſis hæc habet. *Ieremias optimorum medicorum in morem ex alienis culpis proprios mœrores percipiens, matri quoque ſuæ propterea ſuccenſebat, quòd ſe genuiſſet. Væ mihi dicens, ô mater, vt quid me peperiſti hominem infirmum, & qui aduerſùm vniuerſum Orbem ſtare nequeat, & cum omni terra litigare ac diſceptare: Nam cùm ipſe ea quæ vtilia, & ſalutaria ſunt omnibus proponam, atque à voluptatibus eos abducere ſuadeam, falſi autem Prophetæ contraria & dicant, & ſtudeant, idcirco vniuerſus penè terrarum Orbis bellum mihi indixit, ac iudicia, & pœnæ quotidie vndique me obſident: ab iiſque in iudicem ſemper adducor, quos ego, quantum in me fuit, curaui.* Cætera, vt Origenes de Medico qui non profuit fruſtra adhibitis medicamentis.

7
Ieremias propter aliorum peccata dolet ſe à matre ſua genitum.
Greg. Naz.
Elias Cret.

Idem Gregorius Nazianzenus in Carmine de Dei deſiderio peregregiè imitatus Ieremiam, primaque iſta eius vſurpans verba, *Væ mihi mater mea, quare me genuiſti*, ait, *Mater mea quid me tam ærumnoſum in lucem extuliſti? Quid me in hanc vitam ſpinarum plenam edidiſti? Nam ſi eam velut carnis expers omni moleſtiâ vacuam tranſmiſiſti, eſt ſanè quod vehementer admirer. Si autem tu quoque huiuſce vitæ calamitates experta es, profectò parum amicè erga me affecta eras, cum pareres.* Et poſt aliquos verſus, hæc addit. *At mihi Deus pars eſt, doloreſque multiplices, & vita grauiſſimo morbo penè confecta, & extincta. Lacera me, lacera ô ſcelerate ad breue tempus: ſtatim enim te vnà cum calamitatibus omnibus lætus relinquam. Mater mea cur me miſerum peperiſti? vtpote qui Deum nec intelligentiâ percipere, nec eloqui, prout animus geſtit, queo.*

Greg. Naz.
Vita iſta deploranda.

Hieronymus citat primum huius ſententiæ membrum, ſibique illud aptat Apologiæ aduerſùs Ruffinum lib. 2. poſt dimidium, querulis hiſce vocibus. *O labores hominum ſemper incerti! ô mortalium ſtudia contrarios interdum fines habentia! Vnde me putabam bene mereri de Latinis meis, & noſtrorum ad diſcendum animos concitare; quod etiam Græci verſum de Latino poſt tantos interpretes non faſtidiunt; inde in culpam vocor, & nauſeanti ſtomacho cibos ingero. Et quid in homine tutum ſit, ſi innocentia criminoſa eſt?*[e] *Dormiente patre familias, inimicus homo zizania ſuperſeminauit.*[f] *Exterminauit vineam aper de Sylua, & ſingularis ferus depaſtus eſt eam. Ego taceo, & litera non mea loquuntur contra me. Ignoro crimen, & crimen in toto Orbe confiteor. (Heu mihi mater mea, vt quid me genuiſti, virum qui iudicer, & diſcernar omni terra?)*

8
Hieronym.
Vita iſta deploranda.
e Matth. 13. 25.
f Pſal. 79. 14.

Idem ad initium Comment. in cap. 7. Micheæ, quoad ſecundum membrum.[g] *Si beatus eſt*, ait, *qui in aures loquitur audientis, & auris auditoris deſiderium ſapientis eſt: lætitiaque dicentis auditor intelligens. E contrario luctus doctoris eſt malus diſcipulus: Ieremia quoque verbis id conteſtantibus: (Non profui, nec profuit mihi quiſquam?)*

Hieronym.
Diſcipulus bonus lætitia docentis, malus verò luctus eiuſdē.
g Ecc. 15. 12. Sec. Græc.

Idem Hieronymus in Comment. ſuper hunc locum. *Poteſt hoc, (Væ mihi mater mea, quare me genuiſti virum rixæ, &c.)* συνεκδοχικῶς, *per Synecdochen de Ieremia intelligi, quòd non in toto Orbe terrarum, ſed in Iudæa ſit iudicatus. Verè autem Domino competit Saluatori, qui loquitur in Euangelio,*[h] *In iudicium ego in iſtum mundum veni, vt qui non vident, videant: Et qui vident cæci fiant: de quo ſcriptum eſt: Ecce*[i] *hic poſitus eſt in ruinam, & in reſurrectionem multorum in Iſrael,* & in ſignum cui contradicetur. In reliquis conſentit cum his quæ relata ſunt

9
Chriſtus in hoc mundo ærumnis omnium expoſitus.
h Ioã. 9. 39.
i Luc. 2. 34.

sunt ex Origene sensu secundo de Christo.

De elemosynarum paucitate & de negligentia suscipientium eius doctrinã queritur Christus.

(*Non fœneraui, nec fœnerauit mihi quisquam.*) Pro quo Sept. (*Non profui.* &c. Theodotio, (*Non debui, neque debuit mihi quisquam.*) *Quorum omnium hic sensus est ex persona Christi. Nullus se præbuit, qui dignè mea æra susciperet: nec fœnerauit mihi quisquam in sanctis, atque pauperibus confouendis, me sibi faciens debitorem: siue, Non profui, nec profuit mihi quisquam; Nullus enim tantum voluit accipere, quantum ego tribuere desideraui. Nec profuit mihi quisquam; Salus enim creaturæ, lucrum est creatoris. Aut certè, (Non debui:) Nemo dedit mihi quantum accipere cupiebam: nec me sibi fecit in aliquo debitorem. Quodque infert (Nec debuit mihi quisquam) hunc habet sensum. Quomodo enim poterat mihi vsuram debere, qui fœnus non est dignatus accipere? (Omnes, inquit, maledicunt mihi.) Quis enim hæreticorum, atque errantium non maledicit Christo peruersa credendo, & in peruersiora blasphemans.*

Maledicitur Christus ab omnibus qui errant.

10 Ambrosius.

Ambrosius lib. de fide Resurrectionis ante medium. *Ieremias deplorat quòd generatus sit, dicens (Heu me mater, vt quid me peperisti virum causam dicentem iudicij? In omni terra non profui, neque profuit mihi quisquam; virtus mea defecit.)* (Nota hanc lectionem & distinctionem.) *Si igitur sancti viri tam fugiunt, quorum vita etsi nobis vtilis, sibi tamen inutilis æstimatur, quid nos facere oportet, qui nec aliis prodesse possumus, & nobis vitam hanc quasi fœnebrem pecuniam vsurario quodam cumulo grauescentem onerari in dies peccatorum ære sentimus?*

Vita ista quàm debeat grauis esse peccantibus si grauis est & sanctis qui aliis præsunt.

Ioan. Chrys.

Ioannes Chrysostomus homil. 4. de patientia Iob Tom. 1. *Similia sancto Iob, hæc dicit & Ieremias (Heu mihi mater, vt quid me talem peperisti virum iudicatum & damnatum?) Hæc quasi mœsta quadam sancti exprimunt, vt tu postea discas, non in deliciis egisse vitam, sed mala innumera tolerantes in agone certasse. Fleuit quidem Ieremias, & patiebatur velut homo, sustinebat autem, quasi Dei amicus.* Et post aliorum Sanctorum allata exempla, addit. *Sic omnes passi sunt iusti, summáque laborarunt molestiâ aduersùs mundi difficultates. Sed hæc loquens haud ad tuæ intentionis conuenientiam trahas, neque dixeris. Numquid ego sum melior Ieremiâ contra mundum clamitante? Neque sanitatis verba vulnera sibi fiant, Hæc autem scripta sunt, vt discas, qualem agonem pertransierunt, vitamque quibusnam periculis plenam duxerunt. Vis discere qualis esse debeas? Disce quæ post gratiam passi fuere Sancti Prophetæ; passi & Apostoli. Sed illi quidem patientes dolebant, hi verò patientes gloriabantur. Venit Paulus in medium patiens quidem; verberatus, sed non plorans: tormentis afflictus, sed gaudens. Et quid dicit? Non solùm autem, sed & gloriamur in tribulationibus, scientes, &c. Et verberati ibant gaudentes Apostoli, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Ne ergo susciperis quæ ante gratiam fuère, sed quæ consecuta sunt gratiam.*

Vitam istam sancti non egerunt in deliciis, sed in ærumnis.

A B

11 Theodorit.

Theodoritus. *Luget & lamentatur Propheta, (Væ mihi mater, quòd me peperisti, virum contentioni, & disceptationi expositum, in vniuersa terra. Non profui, nec profuit mihi quisquam. Potentia defecit inter maledicentes mihi.* Τὸ ὠφέλησα, *Syrus interpretatus est* ὤφλησα. *Dicit igitur. Non profeci, nec fœneraui: multos tamen comparaui concionatores assiduos superbè se efferentes. Consilia enim vt plurimum parere solent contumacias. At verò iuxta Græcam interpretationem ita debet intelligi, nempe, Dignus sum lamentatione, frustra editus in hanc vitam: quia nulli profui, nec ab aliis emolumentum sum adeptus maledicta duntaxat refero ab audientibus prophetias.*

Consilia parere solent contumacias.

C

D.Thom.

D. Thomas. *Hic Propheta quasi desperans de populo, orat pro se ipso. Et primò ponitur ipsius conquestio, proponens aduersariorum discordiam. (Væ mihi,) Si immineт ex hoc quod natus sum. (rixæ,) id est, propter quem rixa fit, eò quòd vitia, & mala prænuntio, (discordiæ) aliis me impugnantibus, & aliis defendentibus. Hoc etiam in Christo completum est. Iob. 10.[a] Quare de vulua eduxisti me, qui vtinam consumptus essem, ne oculus me videret excludit discordiæ causam, quæ maximè solet ex contractibus oriri. (Non fœneraui: Omnes maledicunt) Psalm.[b] Maledicent illi, & tu benedices: qui insurgunt in me confundantur: seruus autem tuus lætabitur.*

Ieremias orat pro se ipso quasi desperans de populo.

a Iob. 10. 18. *Contractus solent esse causa discordiarum.*

b Psal. 108. 28.

D

CATENA VETERVM PATRVM
GRÆCORVM.

E

Οἴμοι ἐγώ, ὡς τίνα μῆτερ με ἔτεκες ἄνδρα δικαζόμενον, καὶ διακρινόμενον πάσῃ τῇ γῇ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἕως εἶχεν ἐλπίδας ὁ προφήτης, τοῦ τὸν θεὸν πεῖσαι, οὐδὲν ἐπωδύρετο τοιοῦτον, ἐπεὶ δὲ εἶδεν ἀπεγνωσμένα τὰ πράγματα, στενοχωρηθεὶς ταῦτα φησίν. ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν. ἄνθρωπος εὐτελής, καὶ ταπεινὸς, καὶ ἀπερριμμένος, μηδεμίαν ἔχων ἰσχύν. ὡς τίνα οὖν με ἔτεκες, μέλλοντα πρὸς πᾶσαν ἵστασθαι τὴν οἰκουμένην; τῶν γὰρ ψευδοπροφητῶν τἀναντία λεγόντων, τούτου κελευομένου τἀναντία λέγειν, ἀμφισβητήσεις, καὶ μάχαι καθημεριναί.

F

Ὀλυμπιοδώρου.] πρὸς μὲν ῥητὸν, ὅτι τοῖς ψευδοπροφήταις ἀντέλεγε, καὶ πρὸς τοὺς παρανομοῦντας ἐδικάζετο. πρὸς δὲ διάνοιαν, διὰ τὸ τὴν ἁμαρτίαν πολυμερῶς περισύρειν τὴν ἀγαθότητα.

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] μητέρα τινὲς τὴν σοφίαν ἐδέξαν

Vers. 10. 11

HEu me mater mea, quare genuisti me virum, qui iudicer & discernar omni terra?)

Chrysostomi.] *Donec Propheta spem habebat persuadendi Deo, nullum eiusmodi edidit ploratum. Sed postquàm res desperatas vidit, redactus in angustias hæc dicit. Quod verò dicit tale est: homo tenuis, humilis, & abiectus & omnino inualidus: vt quem ergo me peperisti, qui cum toto terrarum Orbe contenderem? Pseudoprophetis enim contraria dicentibus, cùm iuberetur iste contraria dicere, controuersiæ & pugnæ oriebantur quotidianæ.*

Chrysost. *Ieremiæ ploratus ad matrem fusus.*

Ieremias cum vniuersa terra contendit Pseudoprophetis, impiisque omnibus ei aduersantibus.

Olympiodori.] *Iuxta literam quòd Pseudoprophetis contradicebant, cumque impiè agentibus litigabat; iuxta verò interiorem sensum, Quia variis modis iniquitas circum agit bonitatem.*

Olympiod. *Iustis inge bellum cum impietate.*

Incerti.] *Per matrem quidam sapientiam intelle*

Incerti. *Sapiẽtia matris nomine designata.*

ἐδίξαντο, τὴν γινώσκουσαν προφήτας. καθὸ λέγεται. A ἐδικαιώθη ἡ σοφία ἀπὸ τῶν τέκνων αὐτῆς.

[Οἴμοι ἐγώ, ὡς τίνα μῆτέρ με.]

|| Ὠριγένους.] ἐοίκασιν ἰατροῖς οἱ προφῆται. ὁρῶσι μὲν δεινά, θιγγάνουσι δὲ ἀηδέων, ἐπ' ἀλλοτρίαις συμφοραῖς ἰδίας καρπούμενοι λύπας. ἔτι δὲ καὶ μισούμενοι παρὰ τῶν οὐκ ἀρεσκομένων τῶν αὐτῶν ἐπιτάγμασι, ὡς τῶν καθ' ἡδονὴν ἀποτρέπουσιν. καὶ δεῖ ταῦτα προειδέναι τῶν τὴν προφητείαν πρὸς ἰατρικὴν ἐπανῃρημένων. ἰατρὸς γὰρ καὶ οὗτος ψυχῶν, τοῖς ἐν χρείᾳ θεραπείας B προσκείμενος. οὐ γὰρ χρείαν ἔχουσιν ἰατροῦ οἱ ὑγιαίνοντες, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες. τοιοῦτος ἦν Ἱερεμίας ἀνθ' ὧν ἐλέγχων ἐπιστρέφειν ἤθελεν, κατηγορούμενος ἐπὶ δικαστῶν τοῖς κατηγόροις ὁμοίων. καὶ ἦν ἐν δίκαις ἀεὶ ὑπὸ τῶν ὅσον ἧκεν εἰς αὐτὸν τεθεραπευμένων. διὸ ποτὲ μὲν φησίν. καὶ εἶπα οὐ μὴ λαλήσω, οὐδὲ μὴ ὀνομάσω τὸ ὄνομα κυρίου. ποτὲ δὲ ὁρῶν ἑαυτὸν δικαζόμενον, οὐ δικάζοντα προσέτι καὶ ψευδομαρτυρούμενον, τὸ οἴμοι μήτηρ. καὶ ἐπεὶ οἱ κάμνοντες οὐκ ἤκουον αὐτοῦ C καλῶς συμβουλεύοντος, οὐκ ὠφέλησαν. ὥσπερ ἂν εἴποι ἰατρὸς ἐπ' ἀκολάστου νοσοῦντος, εἰκῇ προσαναλίσκων τὰ φάρμακα, καὶ μήτε ὠφελῶν, μήτε τι καρπούμενος, μακάριος γὰρ διδάσκαλος ὁ λέγων εἰς ὦτα ἀκουόντων, ἔχων καρποὺς ἐν αὐτοῖς. οὐδεὶς οὖν με ὠφέλησεν ἐπεὶ μὴ ὠφελεῖται. καὶ ἄλλως δὲ τις κρείττων εἰς ὃ διδάσκει γίνεται, συνετοὺς ἔχων ἀκροατάς, βεβασανισμένας αὐτῷ προσάγοντας ἐρωτήσεις. τὸ δὲ ἑβραϊκὸν οὕτως ἔχει. οὐκ || ὠφέλησα, οὐδὲ ὠφέλησέν με οὐδείς. D ἔλεγε γὰρ ὁ ἀπόστολος. ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις ὀφειλέτης εἰμί, ἀποδιδοὺς ἑκάστῳ τὸ προσῆκον, καὶ τιμήσας εἰ τύχοι, τοὺς μὲν ὡς γονεῖς, τοὺς δὲ ὡς ἀδελφούς, τοὺς δὲ ὡς υἱούς. καὶ τοῖς μὲν ἑβραίοις ἀπὸ γραφῶν διαλεγόμενος, τοῖς δὲ ἕλλησιν ἐκ τῶν παρ' αὐτοῖς σεβασμάτων. ὥστε λέγειν, τοῖς πᾶσι τὰ πάντα γέγονα, ἵνα τοὺς πάντας κερδήσω. ὅθεν καὶ παραινεῖ φάσκων. μηδενὶ μηδὲν ὀφείλοντες, εἰ μὴ τὸ ἀλλήλους ἀγαπᾶν. καὶ τὸ πρὸ τούτων, ἀπόδοτε πᾶσι τὰς ὀφειλάς. E οὕτω μὲν οὖν ὀφείλει διδάσκαλος. ὀφείλεται δὲ εἰ δανείζει πνευματικὰ ἀργύρια. μὴ δεχομένων δὲ ταῦτα, ἵνα ὀφείλωσιν, οὐδὲν ἐποφείλεται, γίνεται γὰρ ἕκαστος ὧν ἤκουσεν ὀφειλέτης, τοὺς τῶν εἰρημένων ἀπαιτούμενος τόκους. τοιοῦτον καὶ τὸ τοῦ σωτῆρος πρὸς τὸν ὀκνηρὸν διδάσκαλον, ὅτι ἔδει σε βαλεῖν τὸ ἀργύριόν μου τοῖς τραπεζίταις. καὶ ἐγὼ ἐλθὼν ἀπῄτησα ἂν αὐτὸ σὺν τόκῳ. ||

|| Ἰω. οὐκ ὠφέλησα οὐ ὠφέλησέ μοι οὐδείς.

[οὐκ ὠφέλησα.]

F Τοῦ Χρυσοστόμου.] καὶ μὴν, ὃ πάσας συνίστησι τὰς μάχας, τοῦτο παρ' ἐμοὶ οὐκ ἔστιν· καθαρὸς εἰμὶ δανεισμάτων.

[οὔτε ὠφέλησέν με οὐδείς.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ὅτι οὐδὲν ὁ προφητικὸς λόγος τῆς ἁμαρτίας ἀπήλλαξεν, ὡς ἐξ ἀνάγκης δεῖσθαι τῆς διὰ Χριστοῦ ἀπολυτρώσεως.

[ἡ ἰσχύς μου ἐξέλιπεν ἐν τοῖς καταρωμένοις με.]

Τοῦ Χρυ

intellexerunt, quæ Prophetas gignit, Vnde dictum; Iustificata est Sapientia à filiis suis.

(*Væ mihi Mater mea, &c.*)

13 Origenes. *Medicis similes Prophetæ, & Doctores sacri.*

Origenis.] *Medicis assimilantur Prophetæ, intuentur quidem mala, tangunt iniucunda, ex alienis ærumnis proprium sibi mœrorem comparantes: odio quoque sunt illis, quibus eorum præcepta non placent, tamquam à voluptuosis auocantia. Et hæc prænosse eos oportet, qui Propheticum munus ad medendum susceperunt. Medicus* B *enim hic animorum est iis addictus, qui curatione indigent.* [a] *Nam sani non habent opus medici, sed qui ægrè se sentiunt. Talis erat Ieremias, qui quòd reprehendens volebat conuertere, accusabatur apud iudices accusatoribus similes: semperq́; litibus diuexabatur ab his, quos ipse, quanti in se erat, sanitati restituerat. Propterea nunc quidem ait,* [b] *Et dixi non loquar, nec nominabo nomen Domini. Nunc verò videns se in iudicio vocatum, non vocantem, insuper & falsis oppressum testi-* C *bus, Heu mihi mater, (Non profui, nec profuit mihi quisquam.) Et quoniam ægroti non audiebant ipsum optima ferentem consilia, non profecerunt. Quòd Medicus dixerit de intemperante infirmo, frustra medicamenta adhibens, & nec vllam vtilitatem afferens, nec sibi aliquid acquirens. Etenim,* [c] *Beatus ille Magister est qui ad aures intelligentium loquitur, fructus sibi in illis constituens. Nullus igitur attulit vtilitatem, quia nullus cœpit vtilitatem. Similiter qui docet perfe-* D *ctior docendo fit, si perspicaces habeat discipulos; accuratas illi proponentes interrogationes. Hebraicus verò textus sic habet, Non debui nec debuit mihi quisquam, aiebat enim Apostolus,* [d] *Græcis, & Barbaris debitor sum, reddens vnicuique quod debet; & vt sese occasio tulerit, honorans hos quidem vt parentes, hos vt fratres, illos verò vt liberos, & Hebræis quidem è Scripturis loquens, Gentilibus verò ex iis quæ ipsi colebant, ita vt diceret.* [e] *Omnibus omnia factus sum, vt omnes lucrifacerem, quod etiam hortatur, dicens,* [f] E *Nemini quidquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis, & quod ante dixerat; reddite omnibus debita. Sic igitur debet Magister, debetur verò illi, si spirituales argenteos mutuò det. Qui verò hos, ne debitores fiant, non acceperint, nihil illis vltra debetur; fit enim vnusquisque eorum debitor quæ audiuerit, vt exiguntur ab eo dictorum vsura. Huc pertinet & Saluatoris dictum, ad inertem Magistrum, quòd* [g] *meum argenteum ponere debebas apud nummularios. Et ego accedens exegissem il-* F *lum cum vsura. || (Non debuit.)*

a Matt. 9. 12

b Iere. 20. 9.

14 *Prædicatori Sancto quàm graue sit non colligere ex auditoribus fructum.*

c Ecc. 25. 12. Sec. Græc.

Magistro prodest discipulus sagax.

15 *Prædicator bonus accommodat se singulis.*

d Rom. 1. 14.

e 1. Cor 9. 19.

f Rom. 13. 8.

Magister debitor doctrinæ discipulis. Discipuli debitores magistro sunt fructus auditæ doctrinæ.

g Luc. 19. 23.

16 Chrysost.

Chrysostomi.] *Et tamen quod omnes excitat pugnas, longè abest à me: liber sum ære alieno.*

(*Nec profuit mihi quisquam.*)

Olympiod. *Salus ab vno Christo.*

Olympiodori.] *Quòd Propheticus sermo nullo modo liberauit à peccato; Ita vt necessario opus esset salute per Christum.*

(*Fortitudo mea defecit in his qui maledicunt mihi.*)

Chrysosto

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τοῖς αἰτιωμένοις φησὶ, τοῖς ὑβρίζουσι, τοῖς σκώπτουσι, τοῖς ἐπαρωμένοις. οὐ γὰρ ἐστι τῆς τυχούσης ψυχῆς ταῦτα φέρειν. ὥσπερ οὐδὲ ὁ Ἰὼβ, οὐ πρότερον ἐκινήθη, πρὶν ἢ ταῦτα γενέσθαι.

Ὀλυμπιοδώρου.] τοῖς ἐπιβουλεύουσί μοι.

|| Βίκτωρος.] ὅτι ἦσαν οἱ αἰτιώμενοι, καὶ ὑβρίζοντες. οὐδὲ γὰρ τῆς τυχούσης ταῦτα φέρειν ψυχῆς. οὐδὲ γὰρ Ἰὼβ πρότερον ἐκινήθη πρὶν ἢ ταῦτα γένεσθαι. ἄλλως δὲ, ἰσχὺς προφητῶν καὶ δικαίων ὁ κύριος. ἐπεὶ καὶ Δαβὶδ φησὶν, ἰσχύς μου, καὶ ὕμνησίς μου, ὁ κύριος. αὕτη οὖν ἡ ἰσχὺς ἐκλιμπάνει ἐν τοῖς τοὺς δικαίους καταρωμένοις, τοῦ κυρίου φήσαντος. ὁ δεχόμενος ὑμᾶς ἐμὲ δέχεται. καὶ ὁ ἐμὲ δεχόμενος δέχεται τὸν ἀποστείλαντά με. ἐκλείπει οὖν ἐν τοῖς καταρωμένοις τοὺς προφήτας, καὶ οὐκ ἔστιν ἐν αὐτοῖς ὁ θεὸς, ἐπεὶ μὴ δὲ τοὺς ὑπ᾽ αὐτοῦ πεμφθέντας ἐδέξαντο. ἐκλείπει δὲ καὶ ἡ ψυχὴ δικαίου, οὐχ ὅτι πάσχει διὰ τὸν κύριον. χαίρει γὰρ καὶ ἀγαλλιᾶται, κατὰ τὸ χαίρετε, καὶ ἀγαλλιᾶσθε, ὅτι ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς ἐν τοῖς οὐρανοῖς. καθὸ καὶ οἱ Ἀπόστολοι ἐξῆλθον ἐκ τοῦ συνεδρίου χαίροντες, ὅτι κατηξιώθησαν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος παθεῖν τοῦ χριστοῦ. οὐκ ἄρα διὰ τὸ πάσχειν ἐξέλιπεν τοῦ προφήτου ἡ ψυχὴ, ἀλλὰ τοῖς ἀπολλυμένοις συναχθομένη. μειζόνως γὰρ ἀπώλλυντο, πρὸς τῷ μὴ δέχεσθαι τὰ παρ᾽ αὐτοῦ καταρώμενοι. ἡ γὰρ εἰς αὐτὸν ὕβρις, τὴν ἀναφορὰν ἔχει ἐπὶ τὸν πέμψαντα.

A Chrysostomi.] *Accusantibus ait, insultantibus, irridentibus, diras imprecantibus. Non enim est cuiuscumque animi hæc tolerare, sicut & Iob non ante commotus est, quàm hæc fierent.*

Olympiodori.] *Qui mihi insidiantur.*

|| Victoris.] *Hi erant qui accusabant & petebant conuitiis. Haud enim cuiuscumque animi est hæc perferre. Neque enim Iob prius animo motus est, quàm hæc fierent, & alio sensu. Robur Prophetarum & iustorum Dominus; cùm & Da-* B *uid asserat,* [a] *Fortitudo mea, & laus mea Dominus. Hæc autem fortitudo deficit in his, qui iustos maledictis prosequuntur; dicente Domino,* [b] *Qui vos accipit, me accipit, & qui me accipit, recipit & eum qui misit me. Deficit itaque in his qui Prophetas execrantur, nec est in illis Deus, quando nec missos ab eo receperunt. Deficit quoque iusti anima, non quòd patiatur propter Dominum, gaudet enim, & exultat iuxta illud,* [c] *Gaudete, & exultate, quoniam merces vestra copiosa* C *est in cælis, quemadmodum* [d] *& Apostoli exierunt è consilio gaudentes, quòd digni habiti sunt pro nomine Christi passionibus premi. Non ergo quia pateretur defecerat animus Prophetæ, sed pereuntibus condolens. Maior quippe erat illorum perditio, quòd non recipiendo eius dicta, maledictis quoque incesserent. Contumelia enim in ipsum facta refertur ad eum qui miserat.*

Margin: Chrysost. *Patientia in contumeliis, & imprecationibus difficilis.* Olympiod. 17 Vict. Presb. *Conuicia, & imprecationes tolerare haud cuiuscumque est. Impiis persequentibus iustum deficit Deus qui ipsius iusti est fortitudo.* a Psal. 117. 14. b Luc. 10. 16. *Prædicatores Sanctos execrantibus deficit Deus. Deficit iusti animus cùm ab impiis maledicitur, præ compassione perditionis illorũ.* c Matt. 5. 12. d Act. 5. 41.

Homilia Quinta decima in Ieremiam. Codicis Vaticani, & Quinta ex octo quæ nunc primùm lucem prodeunt.

Οἱ μακαρίζοντες τοὺς προφήτας, καὶ τῷ μακαρίζειν αὐτοὺς εὐχόμενοι τὴν μερίδα ἔχειν μετὰ τῶν προφητῶν, συνάγοντες ἀπὸ τῶν λόγων τῶν προφητικῶν, τὰ ἐξαίρετα τῆς προφητείας αὐτῶν, ζητοῦντες οὖν || πεισθεῖεν, ἂν κατὰ τὰ αὐτὰ βιώσωσιν, καὶ εἰ σκληρὸν αὐτῶν ἀπαντήσεται ἐν τῷ βίῳ τούτῳ, μιμεῖσθαι || τὸν βίον τὸν προφητικὸν, ὅτι τεύξονται τῆς ἀναπαύσεως, καὶ τῆς μακαριότητος μετὰ τῶν προφητῶν. πολλαχόθεν μὲν οὖν ἐστι συναγαγεῖν τὰ ἐξαίρετα τῶν προφητῶν, τὸ ἐλεύθερον αὐτῶν, τὸ εὔτονον, τὸ ἐγρηγορὸς, τὸ διεγειρόμενον, ὅτι οὐκ ἐφρόντιζον ἐν ταῖς περιστάσεσι γινόμενοι διὰ τὴν ἐλευθερίαν, μόνον ἵνα ἐλέγξωσιν, ἵνα ἐπιστρέψωσιν, ὡς οἱ || προφῆται ἐκ τοῦ μετὰ παρρησίας τὸν λόγον τοῦ θεοῦ λέγειν ἐπιπληκτικῶς, τῶν ἁμαρτανόντων, εἰ καὶ ἐδόκουν μεγάλα δύνασθαι οἱ ἐλεγχόμενοι πλὴν εἰ καὶ πανταχόθεν ἐστὶ τοῦτο ποιεῖν, ἴδωμεν καὶ ἐκ τῶν σήμερον ἀναγνωσθέντων. πολλοὺς ἤλεγξεν ὁ προφήτης. καὶ πρὸς πολλοὺς εἶπεν ὁ προφήτης. καὶ γὰρ γέγονε κατὰ ἁμαρτωλοὺς γενόμενος· ὡς δῆλον ἐκ τοῦ τὴν αἰχμαλωσίαν γεγονέναι κατὰ τοὺς χρόνους αὐτοῦ. πολλοὺς ἐλέγξας, ὑπὸ πολλῶν κριθεὶς φθέγγεται τινὰ τοιαῦτα. πρῶτον γὰρ ἀπὸ τοῦ προφητικοῦ λόγου ἴδωμεν, εἶτα καὶ κατὰ ἀναγωγὴν, ἐὰν πρότερον ἀναλάβωμεν εὐτονίαν

Margin (Greek): || ἰσ. ἀπισ-θεῖεν. || μιμεῖτο. || ἴσ. ὡς προ-φῆται.

D Qui Prophetas Beatos prædicant, & per hanc suam laudationem optant vnà cum Prophetis sorte potiri; si colligant ex Propheticis sermonibus quæ præcipua sunt Propheticæ virtutis eorum, sibi ipsis quærendo persuadebunt; si se ad vitam illorum moresque efformabunt, & si quid in hac vita arduum, difficiléque occurret propheticam vitam imitabuntur, fore, vt vnà cum illis quietem, & beatitudinem consequantur. E Excellentias vtique Prophetarum colligere licet ex multis, libertatẽ eorum, vim animi, vigilantiam, mentem erectam; quòd in tribulationibus positi præ magnitudine animi paruipendebant peccantes, licet potentes esse viderentur ij qui redarguebantur; dummodo illi redarguerent, & conuerterent, eò quòd sermonem Dei, tanquã Prophetæ increpantes proferrent. Hoc autem cùm ex multis desumi possit; ex his tamẽ, quæ in hodierna lectione habuimus, id videams. F Multos increpauit Propheta, & ad multos habuit sermonem; fuit enim tẽpore peccatorũ; id quod ex eo patet, quòd captiuitas illius temporibus fuit, multis reprehensis, à multis in iudicium vocatus huiusmodi voces profatur, sed propheticum sermonem primò videamus, deinde & anagogiam, si priùs firmitatem, & libertatem, & vim,

Margin: 18 *Prophetarum beatitudinẽ assequitur qui illos imitatur. Prophetarum virtutes multæ, sed præstantior robur animi, & sedulum studium in redarguendis vel etiam Principum vitiis. Ieremiæ animi robur in increpando, eiusdemque persecutiones.*

νίαν, καὶ ἐλάβομεν, καὶ δύναμιν, καὶ παῤῥησίαν προφήτου. Οἴμοι ἐγὼ μήτηρ, ὡς τίνα με ἔτεκες, ἄνδρα δικαζόμενον, καὶ διακρινόμενον ἐν πάσῃ τῇ γῇ; ὦ μῆτερ ὡς τί με γεγέννηκας ἄνδρα δικαζόμενον πρὸς πάντας τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ διακρίνεσθαι, πρὸς πάντας τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς; πρόκειται γὰρ τῷ προφήτῃ, καὶ τούτῳ, καὶ τῷ Ἡσαΐᾳ, καὶ τοῖς λοιποῖς τὸ προφητικὸν διδάσκειν, ἐλέγχειν, καὶ ἐπιστρέφειν· πρόκειται τοιγαροῦν καὶ τούτῳ τῷ προφήτῃ ἐλέγχειν, δικάζειν δυνάμενος καὶ δικάζεσθαι μετὰ τῶν ἁμαρτωλῶν, ἐλέγχειν τὰ ἁμαρτήματα τοῦ λαοῦ. καὶ ὅσα αὐτοῖς πεποιήκασιν οἱ ἀπὸ τοῦ λαοῦ, τί δεῖ καὶ λέγειν. ἄλλον ἐλιθοβόλησαν, ἄλλον ἔπρισαν, ἄλλον ἀπέκτειναν μεταξὺ τοῦ ναοῦ, καὶ τοῦ θυσιαστηρίου, τοῦτον εἰς λάκκον βορβόρου ἔβαλον ἐλεγχόμενοι. καὶ ἐπὶ πᾶσιν ὁ σωτὴρ ἡμῶν τοῦτο πεποίηκε, καὶ κρεῖττον, ὥσπερ οὗτοι, ἅτε κύριος προφητῶν ὤν. καὶ γὰρ ἐκεῖ αὐτὸς ἐμαστιγώθη, καὶ ἐσταυρώθη, καὶ παρεδόθη ὑπὸ τῶν ἰουδαίων, ἢ ὑπὸ τῶν διδασκάλων τῶν ἰουδαίων, καὶ τοῦ ἡγουμένου τοῦ λαοῦ, εἶπεν. οὐαὶ ὑμῖν γραμματεῖς, καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταί. καὶ ἐπιλέγει καθ' ἕκαστον, οὐαὶ, καὶ διὰ τοῦτο τόδε, καὶ τόδε. καὶ ἡμεῖς οὖν σπουδάζομεν ἐπὶ τοὺς μακαρισμοὺς τῶν προφητῶν, ταῦτα ποιήσωμεν, ὡς διὰ τὸ λέγειν, καὶ διὰ τὸ κριθῆναι πρὸς πολλοὺς ἀνθρώπους, καὶ εἰπεῖν. οἴμοι ἐγὼ μῆτερ, ὡς τίνα με ἔτεκες, ἄνδρα δικαζόμενον, καὶ διακρινόμενον ἐν πάσῃ τῇ γῇ; κυριώτερόν γε τοῦτο δύναται προφητικὸν εἶναι ἀναφερόμενον ἐπὶ τὸν σωτῆρα. ἔσω γὰρ τὸν προφήτην τοῦτο λέγειν, ἀλλ' οὐκ ἀληθῶς τοῦτο ἐρεῖ, ἀλλὰ τάχα ὑπερβολικῶς. οὐ γὰρ διεκρίθη πρὸς πᾶσαν τὴν γῆν. ἐὰν δὲ ἔλθω πρὸς τὸν σωτῆρά μου, καὶ κύριον, καὶ μάλιστα διὰ τὸ, εἰς κρίσιν ἥκει. καὶ τὸ, ὅπως ἂν δικαιωθῇς ἐν τοῖς λόγοις σου, καὶ νικήσῃς ἐν τῷ κρίνεσθαί σε. ὄψομαι, ὅτι ὁ σωτήρ μου καὶ κύριος μέλλει ἐπὶ τοῦ πατρὸς ἑστάναι κρινόμενος μετὰ πάντων ἡμῶν τῶν ἀνθρώπων. καὶ κρίνεται μετὰ πάντων τῶν ἀνθρώπων. λέγω κρίνεται, ἐξετάζεται καὶ αὐτός. καὶ ἕστηκεν ἐκδικῶν τὴν ἀλήθειαν, οὐχ ὡς κατήγορος δέ. οἴμοι ἐγὼ μῆτερ ὡς τίνα με ἔτεκες, ἄνδρα δικαζόμενον, καὶ διακρινόμενον ἐν πάσῃ τῇ γῇ; οὐ δύναται προφήτης τὸ, πάσῃ τῇ γῇ, λέγειν. ἀλλὰ τὸν κύριον ἡμῶν καὶ σωτῆρα Ἰησοῦν χριστὸν οἶδα φιλοῦντας, καὶ οὐ μόνον φιλοῦντας, ἀλλὰ καὶ ἀγαπῶντας ἀγανακτεῖν, καὶ λέγοντας, ὅτι ὁ σωτὴρ οὐ λέγει, ὅτι ἡ φωνὴ οὐκ ἔστι κατὰ τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ. δεῖ δὲ δεῖξαι, ὅτι οὐκ ἀλλότριον τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ τὸ οἴμοι ἐγὼ μῆτερ. περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου. καὶ, ἡ ψυχή μου τετάρακται. καὶ τῶν ἐν τοῖς προφήταις εἰρημένων. ὁμοίως καὶ ἐνθάδε. οἴμοι ἐγὼ μῆτερ, ὡς τίνα με ἔτεκες, ἄνδρα δικαζόμενον, καὶ διακρινόμενον ἐν πάσῃ τῇ γῇ ἤ, ὅταν ἀπώλεσεν ἐπιφυλλὶς, οὐχ εὗρεν βότρυν. οἴμοι ψυχὴ, ὅτι ἀπόλωλεν εὐλαβὴς ἀπὸ

vim, & animum intrepidè loquendi propheticum assumpserimus, (*Heu mihi mater, quare genuisti me virum, qui iudicer, & discernar in omni terra?* ô mater, vt quid me genuisti, lite cōtendentē cum omnibus qui terram incolunt, vt disceptarē cum omnibus terrā inhabitantibus: scopus namque huic Prophetæ, sicut & Isaiæ, cæterisq; propheticus erat, docēdi, arguendi, & cōuertēdi. Erat itaque propositum & huic Prophetæ redarguere; qui & iudicio contendere, & in ius vocare peccatores poterat; & peccata populi accusare. Quæ verò populus in eos peccauerat quid attinet dicere? aliū lapidibus obruerunt, aliū serrâ secuerunt, alium inter templum, & altare neci tradiderunt, hunc increpati in lacum luti coniecerūt, & præ omnibus hoc præstitit Saluator noster, & meliùs quàm illi, vt qui Prophetarū Dominus erat: etenim & ipse flagellis cæsus, & in crucē actus, & à Iudæis siue eorum magistris traditus, principéque populi, dixit, [a] *Væ vobis Scribæ, & Pharisæi hypocritæ*, & addit ad singula, Væ; causam hāc, vel illam assignans. Et nos igitur si ad beatitudines illas Prophetarū anhelamus, hæc peragamus, nēpe vt ad multos loquamur, & cū multis hominibus iudicio exerceamur, dicamusq;, (*Heu me mater, quomodo genuisti me virum, qui iudicer, & discernar in omni terra?*) Verùm hoc aptiùs Saluatori potest accōmodari propheticè dictum. Demus enim Prophetā hoc dicere, at nō verè dicet, ni fortè vtatur hyperbole; nō enim iudicio cū vniuersa terra cōtendit. At si venero ad Saluatorem meū, & Dominū; & maximè propter illud, [b] *In iudiciū veniet*, & illud, [c] *Vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cùm iudicaris*: futurum cōspiciā vt Saluator meus & Dominus stet ante Patrem iudicio cōtendens cū nobis omnibus hominibus, & iudiciū subeat: iudicandū inquam ipsum quoque & examinandū: statque vltor veritatis, non vt accusator. (*Heu me mater, quomodo genuisti me virum qui iudicer, & discernar in omni terra?* Propheta nō potest de se dicere, (*In vniuersa terra*,) Cæterùm scio quosdā diligentes; nec solùm diligētes, sed etiā amantes Dominū nostrum, & Saluatorem Iesum Christū ægrè ferre, dicētes non cōuenire Saluatori hanc vocē, non enim esse Dei filio dignā. Ostendendum itaque est illud, (*Heu me mater:*) non esse à filio Dei alienum. [d] (*Tristis est anima mea vsque ad mortem*, & [e] *Anima mea turbata est*: & quæ in Prophetis habentur affine est his, (*Heu me mater, quomodo me genuisti virum qui iudicer, & discernar in omni terra? Vel dum racemulus euanuit, ita vt ne botrum inuenire sit*, [f] *Heu mihi Anima, Quòd periit*

Prophetarum scopus peccatores arguere, & illorum conuersionem omni studio procurare.

20 *Propheta omnes persecutiones, & aduersa sustinuere ab iis quos arguebant Iudæorū.*

Christus præ vniuersis Prophetis munus expleuit propheticū acerbissimaque retulit à Iudæis, quos arguit.

a Matth. 23. 14.

21 *Ieremias hyperbolicè ait iudicio se cōtendisse cum vniuersa terra, Christo tamen propriè hæc competunt.*

b Ioan 9. 39.
c Psal. 50. 6.

22 *Christo quomodo cōgruāt hæ querelæ. Heu me mater, quomodo genuisti, &c.*

d Matth. 26. 38.
e Ioā. 12. 27.
f Mich. 7. 1.

ἀπὸ τῆς γῆς. καὶ ὁ κατορθῶν ἐν ἀνθρώποις οὐχ ὑπάρχει. τίς ἐκεῖ λέγει τὸ, οἴμοι, ὅτι ἐγενήθην συνάγων καλάμην ἐν ἀμητῷ; ἄρα γὰρ ὁ προφήτης συνῆγε, καὶ θέλει συνάγειν; ἄρα γὰρ ἀγρὸν ἔχει ὁ προφήτης; ἀλλ' οὐδενός ἐστι συνάγειν καὶ πάντα ἀπὸ τοῦ θερισμοῦ καὶ τῶν ἐσπαρμένων, εἰ μὴ τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος Ἰησοῦ χριστοῦ. ἐπεὶ οὖν πολλὰ πτώματα ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ἀλλὰ καὶ ἐν ἡμῖν τοῖς νομιζομένοις εἶναι ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας, θρηνεῖ, καὶ πενθεῖ ἡμῶν τὰ ἁμαρτήματα, λέγων. οἴμοι ἐγὼ, ὅτι ἐγενήθην ὡς συνάγων καλάμην. ἕκαστος ἡμῶν ἑαυτὸν ἐξεταζέτω, ἄρα στάχυς ἐστὶν; ἄρα εὑρήσει ἐν αὐτῷ τρυγῆσαι, ἢ θερίσαι ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου τοῦ θεοῦ; εὑρήσομεν, ὅτι ἀνεμόφθοροί τινες ἐσμὲν ἐὰν ἄρα ὀλίγον τι || ἔχοντες ἐν αὐτοῖς, κόκκους δύο, ἢ τρεῖς, αἱ ἁμαρτίαι ἡμῶν πολλαί εἰσιν ἐφ' ἡμῖν. ὁρῶν οὖν καὶ τὰς ἐκκλησίας τὰς || χρηματιζούσας πεπληρωμένας ἁμαρτωλῶν λέγει. οἴμοι ὅτι ἐγενήθην ὡς συνάγων καλάμην ἐν ἀμητῷ, καὶ ὡς ἐπιφυλλίδα ἐν τρυγητῷ. ἦλθε ζητῶν καρπὸν ἐν τῇ ἀμπέλῳ. ἕκαστος γὰρ ἡμῶν καταφυτεύεται. καὶ ὡς ἄμπελος ἐν τόπῳ πίονι. καὶ ἄμπελον ἐξ αἰγύπτου μετῆρεν. ἐγὼ κατεφύτευσά σε ἄμπελον καρποφόρον, πᾶσαν ἀληθινήν. ἔρχεται, ζητεῖ πῶς τρυγήσαι. εὑρίσκει ἐπιφυλλίδα τινὰ, καὶ βραχεῖς βότρυας, οὐκ εὐθαλεῖς, οὐδὲ πολλούς. τίς ἡμῶν ἔχει βότρυας ἀρετῆς; τίς ἡμῶν ἔχει γεννήματα τοῦ θεοῦ; κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν ὡς θαυμαστὸν τὸ ὄνομά σου ἐν πάσῃ τῇ γῇ; ταῦτα ὡς ἐν παρεκβάσει μοι, τὸ, οἴμοι ἐγὼ μῆτερ, ὅτι οὐκ ἀλλότριόν ἐστι τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν θειότητος, καθορῶντος τὰ ἁμαρτήματα τῶν ἀνθρώπων. || νῦν τὸ λέγειν, τὸ, οἴμοι τοῦ σωτῆρος οὐχ ἢ θεὸς, ἀλλ' ἢ ἄνθρωπος, οὐχ ἢ σοφία, ἀλλ' ἢ ψυχὴ, ἐκεῖνο παρεθέμην τὸ προφητικόν. οἴμοι ψυχὴ, ὅτι ἀπόλωλεν εὐλαβὴς ἀπὸ τῆς γῆς. καὶ ὁ κατορθῶν ἐν ἀνθρώποις οὐχ ὑπάρχει. ἦλθεν ἐπὶ τὸν βίον τὸν ἀνθρώπινον ἡ ψυχὴ ἡ μακαρία, ἀνέλαβε σῶμα ὑπὲρ τῶν ἀνθρώπων ἐὰν ἴδῃ τὰ ἁμαρτήματα, λέγει πρὸς τὸν πατέρα. τίς ὠφέλεια ἐν τῷ αἵματί μου, ἐν τῷ καταβαίνειν με εἰς διαφθοράν; μὴ ἐξομολογήσεταί σοι χοῦς; ἀλλὰ ἐφ' ἡμῖν μὴ λεγέτω τὸ, οἴμοι. ἐφ' ἡμῖν μὴ λεγέτωσαν οἱ ἄγγελοι τῶν οὐρανῶν. τοῦ σωτῆρος ἡμῶν λέγοντος, τὸ, οἴμοι, καὶ αὐτοὶ ἐροῦσιν, οἴμοι. οὐ γὰρ κρείττονές εἰσι τοῦ σωτῆρος ἡμῶν. καὶ αὐτοὶ τὰ πταίσματα ἡμῶν βλέπουσιν. ἀλλὰ μακάριοι ἐκεῖνοι, ἐφ' οἷς οἱ ἄγγελοι οὐκ ἐροῦσι τὸ, οἴμοι, ἀλλὰ μακαρίζονται. χαρὰ γὰρ ἐν οὐρανῷ γίνεται ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι, ἢ ἐπὶ ἐνενήκοντα ἐννέα οἳ οὐ χρείαν ἔχουσι μετανοίας. ταῦτα ἐν παραμυθίᾳ. οἴμοι ἐγὼ μῆτερ, ὡς τίνα με ἔτεκες; τίνα λέγει μητέρα; οὐκ ἐν γυναιξί. δύναται καὶ τὴν ψυχὴν λέγειν, καὶ τὴν μαρίαν. εἰ δέ τις παραδέχεται τὸ, ἄρτι ἔλαβέ με ἡ μήτηρ μου, τὸ ἅγιον πνεῦμα, καὶ ἀνήνεγκέ με εἰς τὸ ὄρος τὸ μέγα τὸ θαβὼρ, καὶ τὰ ἑξῆς. δύναται αὐτοῦ ἰδεῖν τὴν μητέρα. οἴμοι ἐγὼ μῆτερ,

|| ἴσ. ἴσχομεν.

|| *Videtur aliquid deesse, vel* τὰς νῦν χρηματ. *aut simile.*

|| ἴσ. νῦν δὲ ὅτι λέγει τὸ, οἴμοι ὁ σωτήρ.

A *terra, nec est qui faciat bonum inter homines.* Quis ibi profert, [a] *Heu mihi, quoniam factus sum colligens festucam in Messe:* Numquid Propheta colligebat, aut colligere volebat? Num ager illi erat? Verùm nullius est colligere omnia de messe, & seminatis nisi Domini, & Saluatoris Iesu Christi; Cùm itaq; multa sint in Gẽtibus crimina, quin etiã in nobis, qui pars Ecclesiæ censemur, luget & plorat nostra peccata, dicẽs; [b] *Heu* B *mihi quoniã factus sum colligens festucã in messe.* Quilibet nostrũ semet examinet, Nũ spica sit. Nũquid quod vindemiet, aut metat filius hominis, in eo inueniet? [c] *Sanè à vento nos esse corruptos comperiemus.* Etenim si quid modicũ nobis est, duo aut tria grana, certè peccata nostra multa sunt. Vidẽs igitur & Ecclesias quæ nunc sunt, peccantium plenas, ait, *Heu mihi, quoniam factus sum tãquam colligens festucam in messe, & racemum in vin-* C *demia.* Venit, fructus in vite quærens, vnusquisque enim nostrûm plantatur & veluti vitis, [d] *in loco pingui*, & [e] *vitã ex Aegypto transtulit.* [f] *Ego plantaui te vitem fructiferã, omnem veram*, aduenit, quærit quomodo vindemiet; aliquem racemulum inuenit, & vuas exiles, non vberes, nec multas. Quis nostrũ racemos habet virtutis? Quis nostrûm habet Dei germina? [g] *Domine Deus noster quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra.*

Et hæc quidẽ obiter dicta sint in illud, D *(Heu me mater,)* quod minimè alienum sit à Saluatoris nostri diuinitate, peccata hominũ conspicientis, Nunc verò quod Saluator dicat Heu mihi, nõ vt Deus, sed vt homo: nõ quà Sapientia, sed quà animæ illud apposui Propheticũ, [h] *Heu mihi anima quòd periit pius à terra, & non est qui faciat bonũ inter homines.* Venit in vitã humanam beata anima, corpus pro hominibus assũpsit; si peccata respiciat, ait ad Patrem, [i] *Quæ vtilitas in* E *sanguine meo, vt descendam in corruptionem?* [k] *Num cõfitebitur tibi puluis?* Sed de nobis Væ illud numquã enunciatur, de nobis Angeli cælorũ illud nequaquã dicent. Saluatore nostro dicente, Hei mihi, dicunt & ipsi; Nõ enim Saluatore nostro meliores sunt; & ipsi videut errores nostros. Sed beati sunt illi, super quibus Angeli, Heu, non pronunciabunt, at beatos prædicabunt. [l] *Gaudium enim fit super vno peccatore pœnitẽtiam* F *agente, quàm super nonaginta nouem, quibus pænitentiæ opus non est.* Hæc ad consolationem. *(Heu me mater, quomodo me genuisti?)* Quam vocat matrem? Non de mulieribus sermo illis est: potest & animam dicere, & Mariam. Si quis porrò illud admittit, *Iam suscepit me mater mea Spiritus Sanctus, & adduxit in montem magnum Thabor*, & quæ sequuntur poterit illius matrem agnoscere. *(Heu me mater*

a Mich 7.1.

Christus vt Deus antropopathós querulis vocibus luget nostra peccata, nec inueniẽs boni aliquid quod in nobis metat, aut vindemiet.

b Mich. 7.1.

c Gen. 41. 5.

d Isai. 5.1.

e Psal. 79.9.

f Iere. 2.21.

g Psal. 8. 1. 23

Christi vt hominis querula voces pro hominum peccatis.

h Mich. 7.2.

Damnatus Auctoris error, Christi animã praexti tisse, vnitãque esse verbo ante Incarnationem, & natiuitatem ex B. Virgine. Vide in Quinta Synodo, Anathematismo secundo.

i Psal. 29.10.

Peccata occulta solus Deus, & Christus, vt pariter Deus nouit. Eoque reuelante norũt ea & Angeli, & tam ille quàm isti ea deflent.

k Luc. 15.10.

Mater Christi dicta & Maria, & Anima, & Spiritus Sanctus.

Refert hanc ipsam sententiam Hieronymus super ea verba Ezech. 16. Similã, & mel, & oleũ comedisti: dicens: In Euangelio quoque Hebræorũ, quod lectitant Nazarai, Saluator inducitur loquens: Modo me arripuit mater mea, Spiritus Sanctus.

μῆτερ, ὡς τίνα με ἔτεκες ἄνδρα δικαζόμενον, καὶ διακρινόμενον ἐν πάσῃ τῇ γῇ; καὶ διακρίνεται, καὶ μέλλει πρὸς ἕκαστον λέγειν. ἐγὼ πεποίηκα τάδε, καὶ τάδε, καὶ ἡ οἰκονομία μου ἔπραξε τάδε, καὶ τάδε, καὶ τὴν σωτηρίαν σου ὑπέμεινα. ταῦτα λέγοντος τοῦ σωτῆρος τί ποιήσωμεν; μέλλει γὰρ διακρίνεσθαι ἐν πάσῃ τῇ γῇ. τὸ ἑξῆς θέλω ἰδεῖν. δύναται καὶ ἐπὶ τὸν προφήτην κατὰ μίαν διήγησιν ἀναφέρεσθαι ἐπὶ || τὸν σωτῆρα. ἴδωμεν καὶ τὰ ἑξῆς. οὐκ ὠφείλησα, οὐδ᾽ ὠφείλησέ με || οὐδείς. ἔρχεται ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου. οὐκ ἔχει δὲ ἐν ἐμοὶ οὐδέν. καὶ ἀληθῶς οὐκ ὠφείλησεν. ἕκαστος δὲ ἡμῶν ὀφειλέτης ἐστὶ ταῖς ἁμαρτίαις, καὶ ὀφειλέτης ἐστὶν ἔχων χειρόγραφον. μετὰ τὸ ἐξαλειφθῆναι αὐτοῦ τὸ χειρόγραφον, πόσα πεποιήκασι χειρόγραφα; ὃς ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ, οὐκ ἐποίησε χειρόγραφον. τί δὲ καὶ τὸ οὐκ ὀφείλησέ μοι οὐδείς; πῶς διηγησόμεθα ἐπὶ τοῦ σωτῆρος τό, οὐκ ὠφείλησέ μοι οὐδείς; εἰ καὶ ἀνέγνωμεν οὕτως. ἀλλὰ καὶ δεῖ εἰδέναι, ὅτι τὰ πλείονα τῶν ἀντιγράφων τῆς ἐκδόσεως τῶν ἑβδομήκοντα οὐκ ἔχει οὕτως. ὕστερον δὲ ἐπισκεψάμενοι καὶ τὰς λοιπὰς ἐκδόσεις, ἔγνωμεν γραφικὸν εἶναι ἁμάρτημα. καὶ τοίγε ἑκατέρως ἐστὶ διηγήσασθαι τὸν τόπον. πῶς μέντοι οὐκ ὠφείλησέ μοι οὐδείς || ὥστε οὐκ ὠφείλησεν αὐτῷ οὐδείς; πάντα τὰ ὀφειλήματα αὐτῶν ἀφῆκεν. ἀνθρώπῳ δανειστῇ χρεωφειλέται ἦσαν δύο. εἷς ὤφειλε δηνάρια πεντακόσια, ὁ δὲ ἕτερος πεντήκοντα. μὴ ἐχόντων αὐτῶν ἀποδοῦναι, ἀμφοτέροις ἐχαρίσατο. θέλεις ἰδεῖν τοὺς δύο χρεωφειλέτας, τὸν τὰ πεντακόσια ὀφείλοντα, καὶ τὸν τὰ πεντήκοντα; ἀπὸ δύο λαῶν πεπιστεύκασιν εἰς τὸν θεόν. ὁ ἐκ τῶν ἰουδαίων λαὸς ἀπιστῶν εἰς τὸν χριστόν, ὀφείλει τὰ πεντήκοντα. τάχα δὲ ἡμεῖς οἱ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν, οἱ πάντων ἀσεβέστεροι γεγενημένοι, τὰ πεντακόσια. ἐφ᾽ οἷς καὶ λέγεται τὸ ἐπὶ τῇ πόρνῃ ἐκείνῃ τῇ μετανοούσῃ. καίτοι εἴποι τις ἄν, πῶς τὰ πεντακόσια ἐπ᾽ ἐκείνην ἀναφέρεται; ἐκ τοῦ καὶ ποταπὴ ἡ γυνὴ ἡ ἁπτομένη αὐτοῦ, πρὸς ὃν εἴρηκε τῷ σίμωνι. ἀνθρώπῳ δανειστῇ ἦσαν χρεωφειλέται δύο. εἷς ὤφειλε δηνάρια πεντακόσια, ὁ ἕτερος πεντήκοντα. καὶ τὰ ἑξῆς. ταῦτα διὰ τό, οὐκ ὠφείλησα οὐδὲ ὠφείλησέ μοι οὐδείς. ὃ ἦν ἀναγκαῖον παραστῆσαι ὑμῖν. οὐκ ὠφείλησα, οὐδὲ ὠφείλησέ μοι. ἡ ἰσχύς μου ἐξέλιπεν ἐν τοῖς καταρωμένοις με. εἰ καὶ ἀπέθανεν ἐξ ἀσθενείας, ἀλλὰ ζῇ ἐκ δυνάμεως Θεοῦ.

|| κἀκεῖ ἐπί. || μοι. || πῶς τι. || ἡ λέγει, ὅν ἐστι.

A *mater quomodo me genuisti virum, qui iudicer, & discernar in vniuersa terra?* & disceptat, & ad singulos dicturus. Ego hæc, & hæc feci, & dispositio mea hæc, & illa egit, & diu salutem tuam expectans sustinui. Dicente hęc saluatore, quid agemus? futurum enim est, vt cum vniuersa terra disceptet. Quod sequitur considerare volo, potest & ad Prophetam secundùm vnam expositionem referri & ad saluatorem.

In die iudicij Christus disceptaturus cum vniuersa terra, quid ue ea in disceptatione singulis dicturus est.

B (*Non debitor fui, nec fuit mihi debitor quisquam.* [a] *Venit princeps huius mūdi, in me non habet quicquam.* Veréque non fuit debitor. Vnusquisque autem nostrûm iniquitatibus debitor est: Post deletum eius chirographum, quod accumularunt chirographa; [b] *Qui peccatum nō fecit, nec inuentus est dolus in ore eius,* chirographum nō fecit. Quid porrò illud est, (*Non debuit mihi quisquam?*) Quomodo accipiemus de saluatore nostro, non debuit mihi quisquam? C Quamquam ita legimus. Sciendum tamen est, maiorem partem exemplariûm sept. interpretum non ita legere: Verùm postea consideratis & aliis editionibus, errorem scriptoris esse comperimus, & si locus hic vtroque modo suam admittit expositionē.

25 — [a] Ioan. 14. 30 — *Christus solus inter homines nulli obnoxius fuit peccati debito.* — [b] 1. Pet. 2. 22.

Quomodo igitur) *non debuit mihi quisquam.*) ita vt nullus illi debuerit? omnibus debita dimisit. [c] *Duo debitores erāt cuidam fœneratori, vnus debebat denarios quingentos, &* D *alius quinquaginta. Non habentibus illis vnde redderent, donauit vtrisque.* Scire vis duos hosce debitores, qui nempe quingentos, quique quinquaginta debebat? ex duobus populis in Deum tradiderunt, Iudæorum populus in Christum non credens quinquaginta debet; Fortasse verò nos qui à gentibus sumus, omnium iniquissimi quingentos; quibus congruit; quod de peccatrice pœnitentiam agente, dicitur. E Verùm dixerit quispiam, quâ ratione quingenti ad illam referantur ex eo sermone, quem ad Simonem habuit iudicantem, qualis esset illa mulier. *Duo debitores erāt cuidam fœneratori, vnus debebat denarios quingentos, alter quinquaginta.* Et hæc pro illo, (*non debui, nec debuit mihi quisquam,*) quod necesse erat vobis explicari. (*Nō debui, nec debuit mihi quisquam, (Fortitudo mea defecit in illis qui maledicunt mihi:)* etsi mortuus est ex infirmitate, at virtute Dei viuit.

26 — *Christo non debuisse quēquam dicitur quatenus ex parte ipsius quoad sufficientiā vniuersos redimens & debita dimisit omnibus.* — [c] Luc. 7. 14. — *Duo debitores Dei duo populi, Iudaicus debebat quinquaginta, Gentilis verò quingentos.*

Vers. 11.] Dicit Dominus: Si non reliquiæ tuæ in bonum, si non occurri tibi in tempore afflictionis, & in tempore tribulationis aduersùs inimicum.

F PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

AD hæc is qui consolatur nos in omni tribulatione nostra, respondit mihi Deus, Bono animo esto: Iuro enim tibi, quod quæ post hanc vitam reliqua tibi supererunt merita tolerantiæ tantarum ærūnarū, ad pacis fœlicitatisque conferēt bonū: Sed & id quoq; cū iuramēto tibi cōfirmo, quod & alias pollicitus tibi

[d] *Dicit Dominus: si non reliquiæ tuæ in bonum: si non occurri tibi in tempore afflictionis, & in tempore tribulationis aduersùs inimicum.*

& nutibus oculorum ibant, & plaudebant, ambulabant pedibus suis, & composito gradu incedebant, Decaluabit Dominus, &c. Quamquam multò hîc efficacius earum obtundenda significetur superbia, Primò enim tollendi ei dicuntur liberi, quotquot eam habere contigerit, quibus tāto se censuit robore præditam, vt nedum contra mulieres alias, & contra totius ciuitatis cognationes, sed & contra Deum ipsum insolesceret, æquè ac altera Niobe, quam fabulantur Poetæ ob numerosam prolem in id deuenisse insolentiæ, vt & Deæ se prætulerit Latonæ; Sicut autem fabulosè apud illos fingitur, diuina vindicta mulierem illam omnibus simul orbatam filiis præ eius cladis vehementissimo dolore in saxum fuisse conuersam, vt eloquenter prosequitur Ouidius lib. 6. Metamorph. Ita verissimè, frequentique experimento comprobatum hîc asseritur primò. (*Infirmata est quæ peperit septem,*) id est plurimos, amisso omni suo ex filiis robore. Tum congruo ordine adiicitur, (*Defecit anima eius*, seu, *Vehementissimè afflicta est anima eius:*) ita vt ferè saxea remanserit. Tametsi & disiunctim à prædicta pœna hæc rectè sic sumes, vt per ea significetur, & id pariter eidem ablatum, quo magnopere eleuabatur, corporeæ sanitatis, fugacissimæque pulchritudinis; quippe quæ eò redacta sit ægritudinis, iugisque tabis, vt quotquot eam inspexerint quasi phantasma quoddam sine carne, sine colore, & sine anima videre sibi visi sint; iugeque illam pati dicas animi deliquium, & ad momentum quodlibet animam efflare.

Ouidius.

7 *Maritus appellatur Sol, communicātque sibi nomē & effectus, Sol, atque maritus.*

Insuper cùm summâ se frui iactaret felicitate propterea quòd tranquillam, & deliciosam vitam vnà cum suo ageret viro, arctissimâ, ac mutuâ sibi coniuncto dilectione, eo quoque iustâ Dei indignatione orbata, (*Occidisse ei dicitur Sol, cùm adhuc esset dies*) cùm adhuc ambo in flore essent, vt dici solet. Neque verò nouum est, vt solis metaphorâ exprimatur sponsus, atque maritus: cùm & in Psal. 18. legamus,[a] *Ipse scil. Sol, tanquam sponsus procedens de thalamo suo:* adeoque verum est, quòd Sol, atque maritus sibi inuicem & nomen communicant, & effectus; vt quemadmodum quo ad superiorem Orbis partem Sol vnus est, qui se conspicuum exhibet syderibus, stellisque omnibus ipsius absconsis præsentia, & quoad sublunaria, Sol item est, quo cuncta, & generantur, & conseruantur, & cuius circuitu iugi vniuersa quæ vel in aëre, vel in aquis, vel in terra sunt, & ministrantur, atque fouentur. Ita & maritus quo ad mentem superiorem coniugis partem, quādo de mundanis prout hoc loco sermo est mulieribus, vnus est, quo sic omnia excluduntur, vtinam non & Deus quoque, vt tota illius cogitatio, totaque voluntas, ac affectus in ipsum iugiter sit: & quoad inferiorem eiusdem coniugis partem, nēpe illius corpus, quæque corpori ipsi sunt necessaria, is vnus est, qui & vim ei confert generandi, quique & ipsam, & natā prolem suis conseruat laboribus, quibus & quæ necessaria ad victum sint, ad vestitum, ad suppellectilem, & ad opes ministrat. Ac sicut per Solis occasum illico mundum occupant tenebræ, ita & ad mariti mortem, & cor & domus tota eius coniugi tenebris replentur mœroris, & ærumnarum: quod illa & atro contestatur habitu, & cubiculi nuptialis obscuritate. Ac meritò de ea quæ in tortis crinibus, auroque, & margaritis, vestibus preciosis, ac meretricio gloriatur ornatu, post præexpositas calamitates, & id quodque adiicitur, (*Confusa est, & erubuit:*) cō-

a Psal. 18. 6.

A mutatis nimirum ex diuina iustitia vniuersis eius ornamentis, eā planè ratione, quam fusè in præcitato Isaiæ loco explicatā videre fas est cuique. Quòd si & propter cognationem in superbiam euecta est, ne quæ vel ex superstitibus parentibus, aut fratribus suis impunita illius remaneat elatio, (*Et residuos eius*, ait Dominus, *in gladium dabo in conspectu inimicorum eorum:*) diuinâ id exigente vindictâ, vt ij à suismet hostibus occidantur.

8 *In vita spiritalis studio deficientes à primis spiritus initiis quàm malè, & in deterius se habeant.*

Spiritaliter quoque & morali isto hæc accipi possunt sensu de iis qui cùm feruentiores ad bene agendum in primis extiterint B spiritualis vitæ principiis, deficiente postmodum paulatim eis spiritu, & à bonis desistunt operationibus, & præ dolore cœpti rigidioris vitæ instituti in intimis vehementer affliguntur, & ad quodlibet Dei obsequium exhalare sibi videntur animam: quibus & Sol occidit iustitiæ, à quo & calore fouebantur charitatis, & luce illustrabantur gratiæ cælestis, & desuper emisso promouebantur incremento: idque totum eis contingit, cùm adhuc dies esset, cùm adhuc extrinsecus in bono vitæ instituto ob humanos respectus perseuerarent, C in quo, vt aliis patet fratribus, dies est,[b] quo exire vnicuique liceat ad opus suum, & ad operationē suam vsque ad vesperam; quando [c] veniente nocte nemo potest operari, vt ait in Euangelio Dominus. Porrò per istiusmodi Solis occasum à tenebris cōprehensi & ignorantiæ, & malitiæ, quid superest, nisi vt ambulantes in tenebris peccatorum, nescientes quò vadant, ruantque peruersitatis præcipitij, æternam sibi reuehant erubescentiæ confusionem? (*Confusa est* enim de tali anima dicitur, *& erubuit*, Additurque admodum consequenter, *Et residuos eius dabo in gladium in conspectu inimicorum eorum.* Nam & quicquid ex residuis D bonis primis habitibus virtutis speciem habens in reliquo talis vitæ suæ operentur, in gladium datur hypocrisis in conspectu dæmonum hostium ipsorum.

b Psal. 103. 23.

c Ioan. 9. 4.

9 *Operum bonorū sterilitate infirmatur anima, quæ roborabatur ex ipsorum operum copia.*

Defectiones spiritus, & bonorum operum inuicem se causant.

Deus iustitiæ Sol cur occidere dicatur peccatori.

Circa quorum singula, ni ad alia properarem, multa essent quæ dicerem; si perpenderem primùm, quàm aptè bonorum operum sterilitate in primis vnaquæque infirmari dicatur anima, cuius robur omne in bonis operibus ope diuinæ gratiæ peractis situm censeri debet. Tum & quomodo inuicem duo ista se causent defectio spiritus, & sterilitas bonorum operum; cùm non E tam ante, quàm post sterilitatis ægritudinem, subiectum sit. (*Defecit anima eius:*) & quòd ista animæ anima sit charitas, quâ illa nedum viuit, sed & viuet, & mouetur, & operatur quæ ad æternam sunt vitam. Quomodo eum occidere eidem dicatur Deus iustitiæ Sol adhuc existente die, significetur & ratio eius occasus Solis: quia lucem illo super vniuersum terrarum Orbem effundente, & calorem dilectionis suæ, impij opponunt ei iniquitates suas: quæ nedum instar nubium sunt, vt ipsemet Dominus testatus est dicens,[d] *Deleui vt nubem iniquitates tuas, & quasi nebulam peccata tua:* F sed & instar parietis penitus Solis lucem ab ipsis arcentis: parietem enim dicta ab Apostolo peccata asserit Ioan. Chrysostom. homil. 5. in epist. ad Ephes.[e] vbi is ait, Christum mediū parietem maceriæ soluisse: quem parietem & Isaias dixit [f] diuisisse inter peccatores, ac Deum, & abscondisse eiusdem faciem ab illis. Quin & oculos insuper suos omni diuinæ lucis influxui claudunt, nequando illis videant, vt ex [g] Isaia item asserit Iesus in Euangelio:[h] quod

d Isai. 44. 22.

Ioan. Chrys.

e Eph. 2. 14.

f Isai. 59. 2.

g Isai. 6. 9.

h Matth. 13. 15.

quodque peius obturatos eosdem seruant per obstinationem, quales se habuisse dixit Balaam.[a]

a Num. 24. 3.

Aptissimus pariter est locus iste pro illis qui mundo, terrenisque omnino addicti pœnitentiam in longius protrahunt: iis quippe occidit Sol in meridie, superueniente ex improuiso eis morte in ætate florenti.

VVLGATÆ.

Vers.9.] Infirmata est quæ peperit, &c.

SEPTVAGINTA.

9. Ἐκενώθη ἡ τίκτουσα ἑπτά. ἀπεκάκησεν ἡ ψυχὴ αὐτῆς. ἐπέδυ ὁ ἥλιος ἐπ' αὐτῇ. ὅτι μεσούσης τῆς ἡμέρας κατῃσχύνθη, καὶ ὠνειδίσθη. τοὺς καταλοίπους αὐτῶν εἰς μάχαιραν δώσω ἐναντίον τῶν ἐχθρῶν αὐτῶν φησὶ κύριος.

Vers.9.] Vacua facta est, quæ parit septem: afflicta est anima eius: subiit Sol ei; cùm adhuc medius dies esset: confusa est, & maledicta: reliquos eorum in gladium dabo in conspectu inimicorum suorum.

APPENDIX EXPOSITIONVM EX Antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Deserta est terra eorum absque populo: fuerunt in exhalationem animæ, migrauit gloria eorum in vita eorum, & interea dum ipsi stant, confusi sunt, & erubuerunt. Et residuos eorum gladio tradam coram inimicis eorum, dicit Dominus.*

Vers.9. (*Infirmata est*, &c.)

Irenæus. *Iudæorũ pœna post Christi crucifixionem.* Irenæus lib. 4. aduersùs hæreses cap. 66. Ad peccatum Iudæorum, & pœnam crucifixionis Christi hæc refert, sicque ea recitat, vt de Ierusalem dicta: (*Exinanita est quæ parit, & tæduit anima eius. Subiit Sol ei, cùm adhuc medius dies esset, confusa est, & improperium passa est, reliquos eorum in gladium dabo in conspectu inimicorum eorum.*)

Cyprian. *Passionis Christi tempore obscurandum Solem.* Cyprianus quoque lib. 2. Testimon. aduersùs Iudæos num. 23. *Quòd medio die in Christi Passione tenebræ futuræ essent, apud Ieremiam: (Exterrita est quæ parit, & tæduit anima eius. Subiit Sol ei; cùm adhuc medius dies esset, confusa est, & maledicta: reliquos eorum in gladium dabo in conspectu inimicorum eorum.*

A Isid. Hispal. Sed & Isidor. Hispalensis lib. de Passione Domini cap. 45. eodem hæc sumens sensu sic ea refert. *Et Ieremias (exterrita est inquit, quæ parturit, id est Ierusalem, & afflicta est anima eius. Occidet ei Sol, cùm adhuc medius dies esset, & confusa est, & maledicta, reliquias eorum in gladio dabo.) Quod factum est per Vespasianum.*

Hieron. Hieronymus. (*Infirmata est, siue Abiecit, aut vacua facta est, quæ peperit Septem, siue plurimos, defecit anima eius, occidit, &c.) Sæpe diximus verbum Hebraicum* שבע *sciebang vel septem, vel iuramentum sonare, vel plurimos. Vnde & diuersa est interpretatio:* B *Aquila, Sept. & Theodotione (Septem) transferentibus, Symmacho (plurimos.) Quæ igitur erat diues liberis, orba subitò facta est, & clarâ luce dispertiis, & confusa est in solitudine sui. Reliquum autem, ait, populum tandem gladio: vt mortem, & iram Dei nullus effugiat.*

Synagoga infirmata, vt cresceret Ecclesia multitudo. *Aly ad Synagogam referunt, quæ infirmata est, vt Ecclesiæ cresceret multitudo, iuxta illud, quod scriptum est.* [b] *Sterilis peperit Septem, siue plurimos, & quæ multos habebat liberos infirmata est. Vnde & occidit ei Sol iustitiæ,* [c] *in cuius pennis est sanitas: & idcirco æterna confusione cooperta est, perdens populum suum gladio spirituali.* Hoc postremo sensu accipit hanc sententiam idem Hieronymus, ad initium lib. 15. C in Isaiam in cap. 54. sicque illam refert. (*Vacua facta est quæ pariebat Septem, defecit & anima eius. Occidit ei Sol adhuc meridie.*)

b 1. Reg. 2. 5.
c Malac. 4. 2.

2 Theodorit. *Lugentibus vel lux ipsa censetur tenebræ.* Theodoritus. (*Sterilis facta est quæ pariebat Septem, defecit anima eius,) Variis modis deplorat calamitatem, vt doceat peruicaces, & suadet relinquere pristinam impietatem. Occidit ei Sol medio etiam die. Lugentibus enim vel ipsa lux appellatur tenebræ.*

Greg. PP. *Iudæi Christo miracula facienti nõ credentes in die tenebras passi sunt.* Gregorius Papa lib. 6. Moral. cap. 14. *Persecutores Redemptoris nostri dum diuinæ virtutis miracula cernerent, & tamen de eius diuinitate dubitarent, in die tenebras passi sunt, quia visum in luce perdiderunt.* D *Hinc est quod eos ipsa lux admonet dicens:* [d] *Ambulate dum lucem habetis, ne vos tenebræ comprehendant. Hinc est quod de Iudæa dicitur, (Occidit ei Sol, cùm adhuc esset dies.)*

d Ioã. 12. 35.

D. Thom. *Tristitia obscurat cor.* D. Thomas. *Ponit mortem plurium filiorum, (Infirmata) filiis orbata, quæ fortitudo est matris 1. Reg. 2.* [e] *Donec sterilis peperit plurimos, & quæ multos habebat filios infirmata est; Et tristitiam matris. (Defecit anima) propter mentis stuporem. (Occidit ei Sol,) lætitia, propter tristitiæ dolorem, qui obscurum facit cor, (confusa) intus, (erubuit) extra.* [f] *Amos 8. Occidet Sol meridie, &c. Secundò comminatur pœnam, (& residuum,* E *sc. à prædictis flagellis.) Deut. 28.* [g] *Tradet te Dominus corruentem ante hostes tuos: & per vnam viam egredieris contra eos, & per Septem fugies, & dispergeris per omnia regna terræ.*

e 1. Reg. 2. 5.
f Amos. 8. 9.
g Deut. 28. 25.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΕΚΕΝΩ'ΘΗ. ἐπέδυ ὁ ἥλιος ἐπ' αὐτῇ, ὅτι μεσούσης τῆς ἡμέρας.

Ὀλυμπιοδώρου.] ἢ ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν πολεμίων. ἢ ὅτι αἰφνιδίως συμφοραῖς καταλαμβανόμενοι, οὐδὲ τὸν ἥλιον ὑπὸ τῆς ταραχῆς βλέπουσιν.

F Vers. 9. VAcua facta est, &c. *subiit Sol ei, cùm adhuc medius dies esset.*

3 Olympiod. Olympiodori.] *Vel propter hostium multitudinem; vel quia repentinis affecti calamitatibus ne Solem quidem præ confusione vident.*

Vers. 10.] Væ mihi mater mea: quare genuisti me virum rixæ, virum discordiæ in vniuersa terra? non fœneraui, nec fœnerauit mihi quispiam: omnes maledicunt mihi.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

1 a *Væ mihi mater mea: quare genuisti me virum rixæ, virum discordiæ in vniuersa terra? Non fœneraui, nec fœnerauit mihi quisquam, omnes maledicunt mihi.*

FAlsò a quidem in me omnem coniiciunt prædictarum in Iudæa matre nostra calamitatum causam; Cæterùm væ mihi, si vel minimo in illos tangerer odio, vt quid eis damni me cooperante eueniret: quin potiùs tantus est meus erga ipsos amor, vt, si suspicarer propter me commouendas in Iudaica terra turbas, optarem potiùs, si sine Dei offensione fieri id posset, vt Iudæa ipsa mea non me genuisset mater, Iudæus nimirum minimè natus, qui talium causa essem rixarum, ac discordiarum. Tametsi conscius mihi sim, nihil me cum Chaldæis, quorum turbas à me commoueri inquiunt, habuisse negocij dati & accepti, nihil contulisse opis, vel quidquam accepisse lucri.

2 *Tantus certè dolor est cordi meo; tantàque erga populum adeo acerrimis opprimendum miseriis afficior compassione, præsertim cùm propter me occasionaliter augendas eas nouerim, cùm is minimè se emendet, sed scelera potiùs addat sceleribus; quando iuxta commissum à Deo mihi munus, quasi homo litigiosus, nullamque expauescens contradictionem acerrimè quoscumque eorum arguo, & vel contentione increpo. Ac molestissimum id mihi in primis est eorum delicti, quod mei causa patrarunt, quia, tametsi multo labore in illis arguendis desudatum à me sit, nil tamen fœnoris fructus increpationum mearum re verâ ex eis retuli: nil ipsis profui, nec ab eorum quopiam quid reuexi commodi spiritualis lucri: vt vellem à mea non fuisse genitum matre.*

3 *Porrò cùm & ipse homo sim, cur non & hoc ipsum in eo patefaciam, quòd magnitudinem vehementissimarum ærumnarum mearum deplorem, quippe quæ tales tantæque sunt, vt vel ob eas optandum mihi videatur, vt mater mea me non genuisset virum cui in quolibet Iudeæ loco rixæ suscitantur, virum à quo discordes sunt Iudæi vniuersi me insectantes: quem & in iudicium trahunt: cuius & actiones, & verba, & itinera, & motus quosque obseruant singuli, vt me suis & maledictis proscindant, & accusationibus persequantur, Idque sanè gratis: quandoquidem nullum cum eis iny contractum, nullumque in ratione dati & accepti cum illis habui negotium, quod rixarum, discordiarumque omnium causa esse solet, atque fomentum. Quin & vltra rixas, ac discordias, quas ingiter, & vbique mihi exsuscitant, & hoc insuper addunt, vt, licet nihil cum eis contraxerim vsurarum vel dando, vel accipiendo, cuncti nihilominus maledictis me incessant.* b *Tot in me insurrexerunt maledicentes, totque me cumularunt contumeliis, atque conuiciis, vt vix in illis tolerandis diutiùs perdurare possim. Fiat Domine & eueniant mihi acerrima omnia, quando illi qui mihi tam grauiter maledicunt, dirigant, corrigantque viam suam. Id ipse te rogatum velim Dominator omnium, vt illis ipsis me damnantibus, des quæ illi exopto bona.*

1 b Sep. *Fortitudo mea defecit in maledicentibus mihi; at dominator omnium dirigentibus, (seu damnantibus) illis.*

2

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 TRibus modis repentina hæc Prophetæ ingentem animi dolorem exprimens conuersio ad matrem suam intelligi potest, duobus quidem, vt illius impulsus ex populi sit cõpassione, cuius præexpositæ calamitates, multóque magis & peccata tali intima prophetici cordis perculerint dolore, vt in istiusmodi is prorumpere coactus sit exclamationem: tertiò verò, vt ex vehementia potiùs ærumnarũ propriarum ad hæc proferenda motus idem sit. Si ex cõpassione habita hæc sint, nulla certè difficultas est, A quoad sanctam eius qui talia loquitur mẽtis intentionem, cuius tamen aliquid dubij commouet, quòd vir alioquin sanctissimus quasi sibi immissarum à Deo ærumnarum affectus tædio ista protulerit, (*Væ mihi mater mea, quare*, &c.) Iuxta primã igitur exponendi rationem admodum cõsequenter præcedentibus subiecta hæc sunt. Cùm enim pluribus mox actum esset in explicandis acerrimis calamitatibus, quæ Iudææ superuenturæ erant, matris nomine Iudæa ipsa designata, cuius & scelera adhuc vigerent earumdem calamitatũ causa. *Induxi eis super matrem adolescentis vastatorem meridie*, &c. B *Interfeci, & disperdidi populum meum, & tamen à viis suis non sunt reuersi.* Nunc in eorumdem amplificationem, suæque viscera patefaciens commiserationis ad ipsamnet conuersus Iudæam matris item seruatã metaphorã, (*Væ mihi mater mea*, ait Propheta, *quare genuisti me virum rixæ, virum discordiæ in vniuersa terra*:) Conformans se nimirum, opinioni aliorum, tametsi alioquin falsæ, quã Iudæi malorum omnium causam in eum referebant, iuxta id quod in cap. 38. Regi Sedeciæ dictum legimus à Iudæorum principibus, c *Homo iste non quærit pacem populo huic, sed malum.* C Ex quo factum est, vt omnes in ipsum insurrexerint, maledictisque eum proscinderint, prout hoc loco ipsemet subiicit, (*Omnes maledicunt mihi.*) Quamuis enim Ieremiæ sat esset exploratũ, in quàm magno quoad hæc Iudæi versarentur errore, quod & palàm facit in his quæ hîc addit, (*Non fœneraui, nec fœnerauit mihi quisquã*, hostium scil. & Chaldæorum: cum illis nimirum nihil se significãs habuisse negotij dati, & accepti, vnde rixæ, discordiæ, bellaque omnia; seu, Nihil illis contulisse opis, nec quidquã ex iis accepisse lucri, iuxta versionem Sept. quæ dicitur, (*Nõ profui, nec profuit mihi quisquam.*) D Per cõcessionem tamen eos alloquens quò sui erga ipsos charitatis affectus faciat eos conscios, ex eiusdem charitatis vehementiã in hæc erumpit, quibus iisdem contestatur, optare se minimè fuisse ex eadem matre genitum, quã ipsi geniti sunt Iudæã, siquidem tantæ per ipsum commouendæ essent turbæ.

1. Sensus. *Ieremiæ compassio maxima erga Iudæos.*

c Iere. 38.4.

Eo ferè sensu, quo & Paulus Apostolus itidem Iudæis suam testificatã volens erga illos flagrantissimam dilectionem, cum illi tamen falsò contrarium de eo prædicarent, quòd ipsos odio prosequeretur, & inuidiã, à promissionibus Abrahæ eos excludens: E dixit in Epistola ad Romanos, d *Optabam anathema esse à Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundùm carnem, qui sunt Israelitæ*, significans, tanto se premi dolore, quòd fratres ipsi sui ex eo quod Christo non crederent ab iisdem Abrahæ promissionibus excluderentur, vt, si fieri posset, vt se vno experte participationis gloriæ cælestis cum Christo, saluarentur ipsi, id sibi maximè esset in optatis, vt hac ratione seiunctus esset à Christo. Imò & à doloris vehementia se impelli, vt & simpliciter iamdiu & optarit idipsum, & optet. *Quoniam*, inquit F *tristitia mihi magna est, & continuus dolor cordi meo, Optabam enim*, &c. Porrò quòd Propheta sanctus dolore item actus Molestissimum sibi esse significat esse ex Iudæa veluti matre genitum, non id arguit, quòd voluerit non esse Iudæus, & è populo Dei, seu ab eo populo alienus: hoc siquidem impium tunc temporis extitisset: Sed id tantùm in vehementissimi doloris expressionem per querelarum hyperbolem, prouerbialique vtens locutione asserit, quòd ibi non natum se esse optasset, vbi tantarum futurus

2 *Pauli charitas ardentissima in Iudæos.*

d Rom 9.3.

Ieremias dolet quòd tam perniciosis temporibus natus sit, idque ob compassionem ad populi sui calamitates.

conferretur causa turbarum. Quomodo supra ad initium capitis noni simili hyperbato dixit, [a] *Quis dabit me in solitudine diuersorum viatorum, & derelinquam populum meum.* Fauet huic primo sensui versio Sept. prout ex Græco in Latinum reddita reperitur in Codicibus Complutensi, & Regio. (*Væ mihi mater mea ad quæ me genuisti virum rixantem, & discordias mouentem in omni terra?* Cui similis erit & nostra Vulgata, si quod dicitur, *Virum rixæ, & virum discordiæ,*) sumatur actiuè. Quodque adiectum est, (*In vniuersa terra:*) generaliter sumatur pro toto terrarum Orbe, qui vnà cum Chaldæis tunc temporis in Iudæam insurrexisse visus sit eâ ratione, quâ hoc ipso cap. 15. dicebatur, [b] *Et dabo eos in feruorem vniuersis regnis terræ.*

a Iere. 9. 2.

b Iere. 15. 4.

3 — 2. Sensus. *Ieremias dolet quòd natus sit talis quem populus suus non audierit: ob cōmiserationem ad populum eundem.*

Meliùs tamen secundo sensu, sumpto quidem item actiuè quod dicitur, (*virum rixæ, & virum discordiæ:*) sed & nomine (*matris*) propriè pro genitrice carnali, vltimisque verbis, (*In vniuersa terra,*) vt Iudaicam, prout frequenti in more vidimus esse, vniuersam designantibus regionem, dicemus, ex occasione mox recensitarum, quæ ipsi Iudææ euenturæ erant calamitatum, ad præsentem earum causam coniectis oculis Prophetam summo affectum dolore, quòd propter ipsū, tametsi occasionaliter, populus ille adeo acriter mox esset puniendus, qui nec se emendarent, quin potiùs scelera sceleribus adderent, quando ipse iuxta commissum sibi munus, quasi homo litigiosus, nullamque expauescens contradictionem acerrimè quoscumque argueret, & vel contentione corriperet, increparetque. Quòd autem ex cōpassione in ista proruperit, & ea confirmant, quæ mox subiecit, (*Non fœneraui, nec fœnerauit mihi quisquam: omnes maledicunt mihi:*) quibus translatè vsurpatis Propheta significat, esse grauissimum, quod ipsius causâ Iudæi admisêre delictū, quia tametsi multo labore à se in iis præexposito modo arguēdis desudatum esset, & desudaretur, nihil tamen fœnoris fructus increpationum suarum ex illis retulerit re verâ, nihil illis profuerit, vt legunt Sept. Nec ab eorum quopiam quid reuexerit commodi, dante videlicet aliquo sibi vel per bonæ voluntatis veri addiscendi exhibitionē, vel per opportunas interrogationes occasionem, vt fœnus ipse ei solueret doctrinæ, illi quidem fructuosæ, sibi autem & lucri non exigui, prout lectio indicat Sept. (*Non profuit mihi quisquam.*) Vnde in peccatorum cumulum, concludit, (*Omnes maledicunt mihi.*)

4 — *Prophetiam nullus à natura habuisse dicendus.*

Porrò quòd cum matre sua Ieremias hisce de rebus conqueratur: non ob id factum censendū, vel suspicandum, quòd sanctus vir prophetici sui muneris primordia matri ferret accepta, quasi naturaliter ex illius id contraxisset visceribus, quod omnino falsum est, & generaliter de Prophetis quibuscumque, & de Ieremia ipso specialiter, quippe cui à Domino apertè tota eius muneris exhibitionis significata est ratio, quā & ipse scripto in huius libri initio reliquit cōsignatam, vbi dicitur, [c] *Et factum est verbum Domini ad me, Priùs quàm te formarem in vtero, noui te: & antequā exires de vulua sanctificaui te, & Prophetam in Gentibus dedi te.* Paulóque infra, quòd præexposito modo, Propheta datus à Deo sit, vt vir rixæ, atque discordiæ, [d] *Et dixit Dominus ad me: Ecce dedi verba mea in ore tuo: Ecce constitui te hodie super Gentes, & super regna, vt euellas, & destruas, & disperdas, & dissipes.* At duplici ratione matri nihilominus has ille porrigit querelas. (*Væ mihi mater mea, quare,* &c. Primò, ne qui sanctissimus erat, suspicionē minimam exhiberet ingratitudinis in Deum, parumque reuerētis erga eum animi, si querulas ea de re illi exhibuisset voces, pro qua grates potiùs rependere par esset perennes, fiducialiter doloris impetu actus cum sua id agit matre, è cuius vtero talem se norat genitum, qui ob collatum desuper munus eorum esset causa, quorum cōmiseratione tanto afflictatum se sentiebat angore. Secundò, vt morem seruaret humanū, quo in angustiis quibuscumque cum matre propria singuli hominum suas communicant ærumnas, quam quietis ipsorum norunt auidissimam maximéque & afflictionum eorum participem; ita vt cùm ait, (*Væ mihi mater mea,*) & dicere videatur pariter, (*Væ tibi mater mea,*) Potuit autem præ reliquis Prophetis istas matri suæ Ieremias exhibere querelas, quia & à puero id exercere is cœpit muneris viri rixæ, & discordiæ: & quia eius mater non modicum in eo visa esset habere patris, quæ partu suo ipsum edidit iam talem intra vterum suum à Deo effectum.

c Ierem. 1. 5.

d Ierem. 1. 9. *Ieremias cur tum matre sua cōquestus de eo est, quod ab illa sibi nō prouenit.*

5 — 3. Sensus. *Ieremias humano sensu queritur ad amplificationem ærumnarum, & persecutionum suarum.*

Cæterùm quamuis ambo præallati boni sint sensus, arridet tamen mihi multò magis tertius iste communior, vt in hæc non tam propter aliena proruperit peccata, vel propter turbas, quas ipse suâ suscitaret arguendi, & increpandi ratione, & propter intimam superuenturarū exinde calamitatum compassionem, quàm propter iuges quas in suō prophetandi exercitio sustinere ab vniuerso Iudæorum populo cogebatur ærumnas, cōtradictiones, persecutiones, ac maledicta. Cùm enim id sensui summæ esset miseriæ, optimè matri suæ & hoc tribuisse visus est, cui quicquid miseriarum carni & sanguini subeūdum in hac vita esset, ferret acceptum. Sic & multò congruentiùs passiuè id sumes, quod dicit, (*Quare me genuisti virum rixæ, virum discordiæ in vniuersa terra?*) s. Iudeæ, i. virum, cui in quolibet Iudææ loco rixæ suscitantur, virum à quo discordes quotquot sunt Iudæorum vbique me insectantur. Cui passiuæ acceptioni magis consona est versio Sept. οἴμοι ἐγὼ μῆτερ, ὡς τίνα με ἔτεκες ἄνδρα δικαζόμενον, καὶ διακρινόμενον πάσῃ τῇ γῇ, (*Væ mihi mater, ad quæ me genuisti, qui diiudicer, & discernar vniuersa terra?*) prout Latina habet eius interpretatio Codicis Vaticani, vt legit & Hieron. lib. 2. Apologiæ aduersùs Ruffinum; tametsi eodem sensu in textu Commentariorum super hunc locū idem sic legat, (*Virū iudicij, virū qui iudicer,* i. quem omnes in iudicium trahunt; cuius & actiones, & verba, & itinera, & motus quosque obseruent vniuersi, vt me suis insectētur accusationibus; cui & vbique lites in foro suscitent, vt inquiunt, criminali. Quod ad viuum expressit nostra Vulg. ex Hebr. (*Virum,* legens nedum *rixæ,* sed *& discordiæ,*) propter quem nimirū, vt in tribunal adductum condemnetur, peruersi quique discordias suscitāt in populo. Quomodo autem hæ Ieremiæ sanctissimi viri querulæ voces non tam ex impatienti eius proruperint animo, quàm ex humano potiùs sensu, ad amplificationē ærumnarum molestissimarum, quarum sensu maximè afflictabatur, qui hominem se ostendere voluit, nō per vanam Stoicam illam Apathiam, sed per veram fortitudinis virtutem ea tolerantem, dicemus Deo dante infra in capit. 20. vbi multò vehementioribus querelis dicit. [e] *Maledicta dies, in qua natus sum,* &c. quæ longiùs ibi in eamdem prosequitur sententiam. Hoc satis pro nunc sit, & Christum Dominum in eamdem ærumnarum suarum amplificationem, humanique sensus sui

Hieronym.

e Ier. 20. 14

a Matth. 26. 38. *b Matth. 27. 58.*

sui manifestationem in horto ea protulisse, [a] *Tristis est anima mea vsque ad mortem*; Et, *Pater si fieri potest, transeat à me calix iste:* & super cruce illa exclamasse, [b] *Deus, Deus meus quare me dereliquisti?* Et omnino similia in his ait Ieremias iis, quibus 1. Machab. 2. dixit & Mathathias: *Væ mihi: vt quid natus sum videre contritionem populi?*

6 (*Non fœneraui, nec fœnerauit mihi quisquam.*) Quid his sibi Propheta velit, si præcedentia, *Virum rixæ*, &c. actiuè sumantur, iam explicatum est, cùm primum, secundumque prosequeremur sensus. Quomodo autem eadem intelligenda sint; si iuxta communiorem sententiam passiuè potiùs illa accipienda sint, vt tertio sumpsimus sensu, & ad quod fœnoris & vsuræ hîc facta sit commemoratio, reliquum est vt nunc asseramus. Et quidem, Gaspar Sanctius arbitratus est totum hoc membrum adiectum in exaggerationem Iudaicarum rixarum, odiique in Ieremiam ex ipsa rerum natura desumptam, quâ inter illos qui animis, aut studiis dissident nihil solet esse commercij sibique potiùs maledicta inuicem intorquent. Ac si dicatur. Nemo mihi fœnori dat, nemo à me fœnori accipit, aut vllam mecum societatem, fœdusque coniungit: imò tamquam in communem hostem maledicta congerunt, omnibusque modis extinctũ volunt. Ioannes Maldonatus tantumdem putat hoc esse ac si diceretur, Nemini iniuriam feci, vt positum sit vnum fœnoris iniuriæ genus pro omnibus. Quia verò ex secundo membro (*Nec fœnerauit mihi quisquam:*) inferri videbatur, non solùm peccatum esse ad vsuram dare, sed &, accipere: quod simpliciter dictum falsum est. Per id significasse Prophetam, ait, Neminem se sollicitasse, vt sibi daret pecuniam ad vsuram, quod certè malum, iniuriosumque est. Sanctes-Pagninus in postylla ad marginem suæ versionis, *Conqueritur*, inquit, *Ieremias quòd ob Prophetiam peius audiat quàm vsurarius quiuis.* Aptiùs Isidorus Clarius in suo Scholio, *Quia cogor*, inquit, *denunciare increpationes, & comminationes diuinas, quocumque me verto inuenio contradictores qui mecum rixantur, & innocentem calumniantur, & execrantur; cùm tamen nullum eorum grauauerim, nemini quidquam debeam, aut vsura exegerim lucrum.*

Gasp. Sanct. *Ioan. Mald.* *Fœnoris, iniuria cum magna, vt pro iniuriis omnibus, posita sit.* *Ad fœnus accipere an sit peccatum.* *Pagninus.* *Vsurarius infamis.* *Isid. Clar.* *Contractuum dati, & accepti negotiatio causa omnium rixarũ in mundo.*

7 Communiter per hæc designatum à Propheta asseritur, se nullum contractum cum eis iniisse, nullumque in ratione dati, & accepti cum illis habuisse negocium, ex quo ferè omnes insurgere consueuère inter homines rixæ, atque discordiæ forenses. Et tamen vir illis sum, dicat, rixæ, atque discordiarum, meque & maledictis lacessunt vniuersi. Vt explotatum fiat, gratis eos ipsum odio prosequi, & contentionibus insectari ob id quòd vni eorum saluti procurandæ operam daret. His adderem ipse, quæ hîc de fœneratione dicuntur, non tam in exclusionem allata rationis rixarum, & discordiarum, quàm in epitasim ærumnarum, quibus Propheta querebatur exagitari se à Iudæis, vltra enim rixas, ait, & discordias, quas iugiter, & vbique mihi suscitant, & hoc insuper addunt; vt tametsi nihil cum eis contraxerim vsurarum, aut dando, aut accipiendo, cuncti nihilominus maledictis me incessant. Hoc autem iuxta naturam loquitur fœnoris, quo nihil ad maledicta excitanda est efficacius, tum ei qui ad vsuram mutuauerit, quando debitum à debitore exigere nequeat: tum illi multò magis qui ad vsuras acceperit, nec habet postmodùm quod fœneratori soluat, ipsum, vt Euangelico [c] vtar verbo, suffocanti pro fœnore. Qua de re tangemus aliqua in expositione Morali.

Sensus Communior. *Sensus Auctoris.* *Fœnore nihil efficacius ad excitanda maledicta.* *c Matth. 18. 28.*

Quoad lectionum varietatem in textu quidem Hebraico nihil est momenti, quod hîc adnotetur, nisi quòd geminationem eiusdem verbi נשה *nasciah* fœnerari, non tam ad mutuum & dandi ad vsuram ab aliquibus refertur significationem, prout sumitur in vulgata quàm ad vnum fœnerandi studium ex parte Prophetæ, per quod scilicet is lucrum ab eis nõ quæsiuerit, nec ipsi vltrò ei dederint. Vel etiam ad vnum mutuum ipsi Prophetæ ab illis acceptum. Ac si dicatur. Non quæsiui ab eis mutuum, nec sponte suá illi id mihi dedêre.

8 In Versione Sept. nihil de mutuo, nihilque de fœnore explicitè sic enim habetur οὔτε ὠφέλησα, οὔτε ὠφέλησέν με οὐδείς. (*Non profui, nec profuit mihi quisquam:*) referendum tamen & hoc ad mutuum, fœnusque, vt sensus sit, Non profui, mutuum, scil. dando, nec profuit mihi quisquam, mutuum, scil. accipienti, Syrus tamen apud Theodoritum, pro verbo Græco Sept. ὠφέλησα legit ὤφλησα (*Non conflaui æs alienum eorum.*) Quo sensu & Theodotion, vt notat Hieronymus, Hebraicam sententiam sic reddidit, (*Non debui, nec debuit mihi quisquam.*) Quę omnia ad vnum recidunt. Maior apud eosdem Sept. est diuersitas in vltima istius vers. parte; Pro eo enim quod in Vulgata legimus, (*Omnes maledicunt mihi,*) & in Hebræo, (*Omnis ipse maledicens mihi*) multò efficaciùs legunt ipsi ἡ ἰσχύς μου ἐξέλιπεν ἐν τοῖς καταρωμένοις με. (*Fortitudo mea defecit in maledicentibus mihi,*) id est, tot in me insurrexerũt maledicentes, totque me cumularunt contumeliis, atque conuiciis, vt vix in iis tolerandis diutiùs perdurare possim, qui summâ à te donatus sum animi fortitudine.

Ieremias alienus à contrahendi cum Iudæis, quoad lucrum temporale.

Vers. 10.] Væ mihi mater mea, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

9 Congruunt hæc moraliter vnicuique animæ, iuges præsentis vitæ molestias deplorantis, propter quas aliàs scriptum legimus [d], *Militia est vita hominis super terram:* vt tantumdem hoc sit *Væ mihi mater mea, quare me genuisti virum rixæ, virum discordiæ in vniuersa terra:*) ac quod per Apostolum querulis pariter his dicitur vocibus, [e] *Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* Matri autem potissimùm istiusmodi exhibet querelas, à qua habere se nouit, & quòd homo natus sit repletus multis miseriis, & quòd *genitus* sit in peccato (*vir rixarum, & vir discordiarum in vniuersa terra:*) iuxta illud [f], *Ecce in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea.* Quo loco in iniquitatibus, & in peccatis à matre cõceptũ se dicit, qui in vno originali peccato fomitis particeps factus est concupiscentiæ iniquitatum omnium radicis, sicut & rixarum, & discordiarum vniuersarum per insita quæ aduersùs animam militant desideria. (*In vniuersa terra,*) genitum hac ratione se ait virum rixarum, & discordiarum, quia & intrinsecus ciuilibus discordiis in tota carnis suæ tetra concuti se percipit, [g] *Ex concupiscentiis, quæ* (vt ait Iacobus) *militant in membris nostris:* & extrinsecus, perpetuis hominũ, cum quibus versatur, subiectum se nouit rixis, propter quas vix quidquã ei reperire est in hoc mundo vel loci, vel tẽporis, in quo ab

Humana vita in hoc sæculo quàm deploranda. *d Iob. 7. 1.* *e Rom. 7. 24.* *f Psal. 50. 7.* *g Iacob. 4. 1.*

ab eorũ respirare queat impugnatione, Quod & Sanctus Dauid deflens coram Domino contestari visus est, quum dixit,[a] *Miserere mei Deus, quoniam conculcauit me homo*, collectiuè, *totâ die impugnans tribulauit me.* Tribulauit, inquit, & impugnando totâ die, quolibet scil. tempore, quolibet & loco. Quod clariùs expressit, subdens, *Conculcauerunt me inimici mei totâ die, quoniam multi bellantes aduersum me.*

a Psal. 55. 1.

10 *Prædicatoris querulæ voces quando eius prædicationi resistitur.*

Aptiùs tamen morali pariter sensu hæc (*Væ mihi mater mea*, &c.) eximio cuique tribuuntur diuini verbi prædicatori, qui suum explère obnitatur munus in regionibus præsertim iis, in quibus eius resistatur prædicationi. Tria autem his breuiter significat: primum, quàm magnum eo in munere impositum sibi sentiat onus: secundum, in quo potissimùm tale sit munus; & tertium quid ex illo molestiam sibi potissimùm ingerat. Onus explicat, dum hac vtitur loquendi formâ, (*Væ mihi mater mea, quare*, &c.) Matrem suam Ecclesiam appellans, à qua id se habuisse fatetur oneris cuius pressus grauitate (*Væ*) duplici subiectum se intelligit, væ, si prædicet, propter suscitatas in ipsum persecutiones; & væ multò deterius, si non prædicet, dicente Apostolo,[b] *Væ mihi, si non Euangelizauero.* Munus exponit, quum genitum se asserit (*Virum rixæ, & virum discordiæ in vniuersa terra,*) rixæ ac discordiæ nomina actiuè vsurpans: id nimirum quod apertius. Timotheo declarauit Paulus, dicens:[c] *Prædica verbum, insta opportunè, importunè: argue, obsecra, increpa, in omni patientia, & doctrina: erit enim tempus cùm sanam doctrinam non sustinebunt.* Molestum denique & muneris, & oneris eius sui, significat verbis iisdem passiuè sumptis, eas designans rixas, atque discordias, quæ ab infidelibus sibi suscitantur, atque ab impiis propter prædicationem suam; prout in tertio literæ sensu explicatum est, de quibus & Apostolus ait,[d] *Maledicimur, & benedicimus; persecutionem patimur, & sustinemus: blasphemamur, & obsecramus: tamquam purgamenta huius mundi facti sumus omnium peripsema.* Hocque illud est quod & hoc pariter loco confirmatur per ea quæ mox adiiciuntur.

Prædicatoris onus quantũ.

b 1. Cor. 9. 19. *Prædicatoris munus contentiosum.*

c 2. Timoth. 4. 2.

Prædicatoris molestia vnde.

d 1. Cor. 4. 12.

11 *Fœnus materialis ac spiritualis discrimen. Materiale molestum cũ exercetur.*

(*Non fœneraui, nec fœnerauit mihi quisquam: omnes maledicunt mihi.*) Perpendendum porrò in iis est discrimen fœnoris spiritualis à fœnore materiali. Hoc quippe fœnus materiale tunc molestiarum causa est, & maledictionum, quum actu exercetur: Vnde in libro Ecclesiastici legimus,[e] *Multi quasi inuentionem*, id est, quasi rem inuentam *æstimauerunt fœnus, & præstiterunt molestiam his qui se adiuuerunt. Donec accipiant osculantur manus dantis, & in promissionibus humiliant vocem suam: & in tempore redditionis postulabit tempus, & loquetur verba tedij, & murmurationum, & tempus causabitur, Si autem potuerit reddere aduersabitur, solidi vix reddet illi, & pro honore, & beneficio reddet illi contumeliam.* Vide Basilium homil. 2. in Psalmum quartum decimum, Ambrosium lib. de Tobia, & Plutarchum de vitãda vsura Tomo 3. opusculorum eius, apud quos plura inuenies ad hæc pertinentia, & quæ materialis istius fœnoris studium cuique dissuadere aptissima sunt.

e Eccl. 29. 4.

12 *Fœnus spirituale cùm exercetur est iucundum, cùm nõ exercetur molestissimum.*

Fœnoris verò spiritualis studium ex Euangelio persuasum è contra habemus, vt maximè necessarium ad salutem, dicente Domino in talentorum parabola illi qui præstitum absconderat talentum:[f] *Oportuit te committere pecuniam meam nummulariis, & veniens ego accepissem vtique quod meum est cum vsura.* Ac sicut id fœnus mutuum esse debet, iuxta illud Petri,[g] *Vnusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei.* Ita & cùm actu exercetur, mutuam affert consolationem, teste Paulo Apostolo, vbi fideles sic alloquitur Romanos:[h] *Desidero videre vos, vt aliquid impertiar vobis gratiæ spiritualis ad confirmandum vos: id est, simul consolari in vobis per eam quæ inuicem est, fidem vestram, atque meam.* Et è contrario vbi mutuus non est huius fœnoris contractus, & ij quibus sanctus prædicator fœneratur verbum Dei, id minimè suscipiunt, adsint necesse est in eundem fœneratorem molestiæ rixarum, discordiarum, persecutionum, ac maledictionum, prout hîc asseritur, (*Omnes maledicunt mihi*,) quia (*non fœneraui, nec fœnerauit mihi quisquam.* (*Non fœneraui*,) cùm nullus fuerit, qui fœnus acciperet à me exhibiti verbi Dei: nec fœnerauit mihi quisquam, de diuinis aliquas porrigens interrogationes: (*Non profui*,) quæstum cuiquam suadens pietatis: (*Nec profuit mihi aliquis*,) lucrum ex sua præbens conuersione.[i] *Si quis non acquiescit sanis sermonibus Domini nostri Iesu Christi, & ei quæ secundum pietatẽ est doctrinæ, superbus est, nihil sciens*, ait Petrus Apostolus: *sed languens circa quæstiones & pugnas verborum: Ex quibus oriuntur inuidiæ, contentiones, blasphemiæ, suspiciones malæ, conflictationes hominum mente corruptorum.*

f Matt. 25. 27.

g 1. Petr. 4. 10.

h Rom. 1. 11.

i 1. Pet. 6. 3.

13 *Religiosus bonus quàm anxius sit pro relaxatione suæ religionis.*

Potest tertiò & per moralem accommodationem totus hic locus bono illi tribui Religioso, cui cùm pro bono religionis suæ statu necessariò per obedientiam laborandum sit, iuges tamen, eæque grauissimæ à prauis fratribus suscitantur persecutiones, conuicia, & rixæ, propterea quòd cùm illis in pessima consentire nolit agendi ratione, in capitulis præsertim, & electionibus. Qua de re humani quid se sentire significãs, per prosopopeiam cum ipsa sua conqueratur Religione, quam rectè matris suæ insignit nomine, vtpote à qua & in nouitiatu se nouit conceptum, & in professione genitum, & in eruditione lactatum, & in sanctarum exercitationum studio prouectum ad perfectionis augmentum. Quamuis autem vel quia improborum fratrum redarguit scelera, vel quia contrarius est operibus eorum, fraternis concutiatur rixis, litesque in eum commoueantur, vsurpantibus illis contra eum Sapientiæ verba illa,[k] *Circumueniamus iustum, quoniam inutilis est nobis, & contrarius est operibus nostris, & improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata disciplinæ nostræ.* Ob id tamen potissimùm eos omnes maledictis ipsum proscindunt, quòd se expertem satagit seruare omnis commodi, lucrique proprij, quod vulgo interesse proprium nuncupant, hoc namque est, quod iuxta Theodotinis lectionem, ait, *Non debui, nec debuit mihi quisquam, omnes maledicunt mihi.*) Et quia istud interesse proprium, istudque obligationis debitum prauis præsertim, & simoniacis contrahi solet promissis, iniustisque pactis quibus in Capitulis frequenter delinquunt plurimi, bene iuxta nostram Vulgatam, (*Non fœneraui*, inquit, *nec fœnerauit mihi quisquã.*) Simonia enim quoddam & ipsa est fœnus, quia & in ea pro pretio emitur, ac venditur, quod precio minimè est æstimabile, sicut in fœnore; tametsi diuersa inter hos cõtractus sit ratio nõ æstimabilitatis pretij, cùm in fœnore precium requiratur, vbi nullum simpliciter adest, distinctum nimirum à pretio rerum mutuatarum, quæ vsu ipso consumuntur: In simonia verò de pretio contrahatur rerum spiritualium, quæ materiale, & temporale

Religio mater Religiosorum.

k Sap. 2. 12. *Religiosus bonus expers omnis proprij interesse.*

Simonia est fœnus quoddam, & quomodo à fœnore differat.

omne excedunt pretium; & pro quibus vel pro similis rei spiritualis pretio conuenire Ecclesiasticis interdictum est legibus.

Ad Christum denique ferè communiter locus iste refertur, sed mysticus is est sensus, quem à Patribus explicatum vide mox in nostra eorum Appendice.

VVLGATÆ.

Vers. 10.] Væ mihi mater mea, &c.

SEPTVAGINTA.

10. Οἴμοι ἐγώ, ὡς τίνα μῆτερ με ἔτεκες ἄνδρα δικαζόμενον, καὶ διακρινόμενον πάσῃ τῇ γῇ; οὔτε ὠφέλησα, οὔτε ὠφέλησέν με οὐδείς. ἡ ἰσχύς μου ἐξέλιπεν ἐν τοῖς καταρωμένοις με.

Vers. 10.] Heu me mater, quare genuisti me virum qui iudicer, & discernar omni terræ? Non profui, nec profuit mihi quisquam Fortitudo mea defecit in iis, qui maledicunt mihi.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1

PARAPHRASIS Chaldaica. *Væ mihi mater mea, quia progenuisti me, vt sim vir litis, & homo contentionis omnibus habitatoribus terræ. Nullus fœnerauit mihi, & nihil ex his quæ mutuaui, ego quæro ab eis, omnes maledicunt mihi.*

Vers. 10. (*Væ mihi*, &c.)

Origenes. Prædicatores sancti malè habentur ab improbis, sicut medici ab ægrotis qui curari nolunt.

Origenes homil. 11. in Ieremiam. *Quod à deliciosis ægrotantibus medici patiuntur, hoc sustinent Propheta, & magistri ab his qui curari nolunt. Fugiunt inobedientes ægri medicos, & maledictis, atque iniuriis repellunt, eaque prosus ij faciunt quæ faciat quis hostibus suis: Iudaicus populus ægrotabat variis languoribus, & misit illis medicos Prophetas Deus. Vnus ex medicis Ieremias fuit corripiens peccatoress, & conuertere volens à vitiis ad virtutes: Illi verò cùm deberent ea quæ dicebantur audire, econtrario accusabant Prophetam apud iudices similes sui; Ex quo factum est, vt semper in calumniis, & tristitiis fueris, eorum peruersitatis quantum in se fuit, curam gerens. Videns igitur se maledictis semper, clamoribus, & iniuriis insectari, (Heu mihi, inquit mea mater, vt quid me genuisti virum qui iudicer, & discernar omni terræ?) Hoc autem quod ipse ait, non puto sic conuenire aliis Prophetis, vt Ieremiæ. Multi siquidem Prophetarum post aliquod spatium primo mali, & iam post peccata conuersi Prophetare cæperunt. Sic Isaia post tactum labiorum dictum est à tangente Seraphin,* [a] *Ecce abstulit iniquitates tuas, & peccata tua purgauit. Pristina igitur peccata purgata sunt, & dignus effectus Spiritu Sancto Isaias Prophetauit. De aliis quoque similia si quaras, inuenies. At non talis Ieremias ab ipsis incunabulis Spiritu Sancto plenus Prophetare cœpit. Propter quod ait, (Heu mihi mater, quare.)*

Ieremias Spiritu Sancto plenus Prophetare cœpit ab incunabulis.

a Isai. 6. 7.

Prophetarum mater Sapientia.

Sapientia cogit sapientem corrigere errantes, estque propterea causa illis multarum ærumnarum.

Præter sensum istum, quem dicit esse communem, addit idem Origenes secundum sensum, quem cuiusdam ait esse, cuius tamen non recenset nomẽ, vt matris nomine significata sit sapientia. Nec enim aliam esse, inquit, Prophetarum matrem, nisi sapientiam Dei. *Filios quippe Sapientiæ & alibi legimus, Scripturâ dicente: (Amittit sapientia filios suos) Sic Ieremias ait, Heu mihi mater mea sapientia, quasi dicat, Cur me genuisti virum qui iudicer?*

A *Quis ego sum, qui in hoc natus sum, vt iudicer, atque discernar propter increpationes? dum corrigere nitor habitantes super terram?*

2

Christus miserans alios deplorat, & conqueritur cum Ierusalē matre sua, idque vt homo.

Tertium denique addit sensum de Christo, cui hæc in hunc modum tribuit dicta. Primò ostendit non esse incongruum, vt hoc quod videtur blasphemum saluator noster miserans alios dicat, (Heu mihi mater.) Quod probat tribus Sacræ Scripturæ locis. Primò [b] Euangelij, quo videns Ierusalem fleuisse super eam dicitur atque dixisse, [c] (*Ierusalem, Ierusalem quæ occidis Prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt, quoties volui congregare filios tuos*, &c.) Secundo Micheæ, [d] (*Heu mihi, quia* B *factus sum sicut qui colligit stipulam in messe, & sicut racemos in vindemia, cùm non superfit botrus ad manducandum primitiua. Heu mihi anima, quia periit reuerens à terra, & qui corrigat inter homines non est. Omnes in sanguine iudicantur. Venit enim,* inquit, *vt meteret fructus, & quasi stipula in segete reperta, propter plurimos peccatores ait, (Heu mihi, quoniam factus sum sicut qui colligit stipulam in messe) Venit vindemiare botros vuæ in hominibus, & in messe sceleribus inuentis, & dicit, Sicut racemos in vindemia, cùm non supersit botrus vuæ ad manducandum primitiua.* Tertio ex Psalmo 29. vbi is ad patrem dicit, [e] (*Quæ vtili-* C *tas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem?) Quid tantopere hominibus profui, qui nec in sanguine meo, quem fudi pro eorum salute, profecerunt? Quæ vtilitas in sanguine meo, dum descendo de cœlis, dum venio in terram, dum contumeliis afficior, dum porto corpus humanum? Quid his omnibus dignum inter homines perpetratum est? Tale ergo est,* inquit, Origenes, quod in Ieremia dicitur *(Heu mihi mater mea, quare me genuisti virum) Non iuxta quòd Deus Saluator est hoc dicit, sed iuxta id quòd homo est, sicut & in alio Propheta* [f] *Heu mihi, inquit, anima mea, quia reuerens* D *periit à terra) Anima autem hominis est quæ conturbatur,* [g] *& tristis est vsque ad mortem, non verbum quod erat in principio apud Deum, quod numquam mœret, numquam turbatum est, numquam dixit, Heu mihi.*

b Luc. 19. 41.

c Matth. 23. 37.

d Mich. 7. 1.

e Psal. 29. 10.

f Mich. 7. 2.

g Matth. 26. 38.

3

Origenes. Christum conqueritur quòd in Martyribus condemnetur, & diiudicetur in fidelibus qui iniustè calumnias sustinent.

(*Quare me genuisti virum qui iudicer, & discernar omni terræ?*) Duobus modis hæc item Christo idem aptat Origenes. Primum, *Si consideres,* inquit, *Martyres vbique condemnatos, & de singulis Ecclesiis exhibitos ad tribunal, videbis quomodo per singulos Martyres Iesus condemnetur (In carcere enim fui, ait, & venistis ad me, Esuriui, &c.) Ex quo efficitur, vt in omni* E *terra condemnetur Iesus, quotiescumque is addicitur, qui pro eo condemnatur: Non solùm autem apud iudices sæculi, & tribunalium potestates Christus addicitur: Sed etiam si calumniam Christianus ab aliquo patitur, & prouocetur ad litem, tunc quoque iustus diiudicatur iniustè.* Secundo. *Quis improborum,* inquit, *non condemnat religionem Christianam? Quis Gentilium saltem transitoriè non excutit eam? Quis Iudæorum, &c. Vbique Christus condemnatur, atque discernitur. Si non condemnatur, excipietur: aperies ei ostium, & ingredietur ad te: credis in eum, vescetur tecum. Si verò de religione audiens Christiana non cœperis eam,* F *nihil aliud facies, quàm condemnabis Iesum vt mendacem, vt seductorem in errorem mundum trahentem. Quicumque penitus ei non credunt, condemnant illum. Qui autem credunt, & adhuc ambigunt, diiudicant illum. Duo igitur apud homines Christus patitur. Ab incredulis condemnatur, ab ambigentibus discernitur.*

h Matth. 25. 36.

Christus condemnatur ab incredulis, & discernitur à dubitantibus in rebus fidei.

4

Origenes. Prædicatorē bonum maximè agit, quòd prædicationis suæ fructum non referat vtilitatis & conuersionis auditorum.

Idem Origenes ipsamet homil. 11. paulò pòst initium, pertractans aliud istiusmet vers. 10. membrum, primo id iuxta communem Sept. lectionem. (*Non profui, neque profuit mihi quisquam*) dupli-

duplici explicat ratione. Primùm, quòd iis ſignificetur Ieremiæ prædicationem, nec auditoribus fuiſſe acceptam, nec propterea fructum retuliſſe quem percepiſſet, ſi apud eos illa quid profeciſſet. *Prædicauit*, ait, *Ieremias mandata diuina: nemo his quæ prædicabantur attendit. Quam ob rem quaſi medicus libens, ac promptus medicamina languentibus tribuit, & illis non ſecundùm artificium curatis, ſed iuxtà voluntatem ſuam agentibus, dicit (Non profui, nec profuit mihi quiſquam) Quodammodo enim beneficium conſequitur ipſe qui curat, Si fructum ſui laboris in ægrotante conſpiciat, & per lætitiam mentis etiam ipſe conſequitur vtilitatem, ſecundùm illud quod dicitur:*[a] *(Beatus qui loquitur in aures audientium.)* Secundò, quòd Propheta non inuenerit diſcipulos ingenioſos, & ſedulos rerum diuinarum ſcrutatores, quibus profuerit, & à quibus ipſe vtilitatem ex eorum caperet interrogationibus. *Quicumque*, inquit, *diſcipulis præcipit, ſi ingenioſos, & audientis naturæ habeat auditores, quantò plus præcipit, tantò plus proficit, illis interrogantibus, & de eo quod dicit, ſæpe quærentibus, qui ſit ſenſus in dicto, qui ordo, quæ ſcripti voluntas. Vnde è contrario ait: (Non profui, neque profuit mihi quiſquam.)*

Ex diſcipulis ingenioſis percepter vtilitatem capit, cùm illis ſua prodeſt doctrina.

a Ecc. 25. 12. Sec. Græc.

5

Reddens omnia omnibus, poteſt dicere, Non debui.

Exponens deinde alteram, quam veriorem aſſerit ſecundùm Hebræos codices, lectionem: *(Non debui, nec debuit mihi quiſqua.) Qui omnibus*, inquit,[b] *omnia reddit, cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui tributum, tributum: cui honorem, honorem, & vniuerſis omnia repræſentat, nulli debens aliquod officium, Verbi gratiâ, Honorans parentes, vt parentes: fratres, vt fratres: Epiſcopos, vt Epiſcopos, &c. Si omnibus omnia reddat, nulli debet officium. Si verò reddere debet, & non reddit, non poteſt dicere (Non debui) Quod autem ſequitur: (Non debuit mihi quiſquam) Sic intelligendum: ego quidem fœnerare volui, & ſpiritales pecunias mutuare, Sed illi auerterunt aures ſuas ab iis quæ dicebantur; neque voluerunt præbere ſe dociles, vt mihi deberent quæ audiebant. Idcirco (non debuit mihi quiſquam) Si quis enim voluerit ſermones qui dicuntur audire, debitor fit eorum, & quaſi debitor etiam vſuras reddere exigitur. Ex quo magis expedit auditoribus accipere diſciplinæ verba cum fœnore, & fieri debitores, quàm non accipere, nec debere. Accuſantur enim tales, dicente Propheta (Nec debuit mihi quiſquam.)*

b Rom. 13. 7

Prædicator dicitur fœnerari, cùm auditores ei debeant fœnus.

6

Vltimum denique eiuſdem verſ. membrum, *(Virtus mea defecit in his qui maledicunt mihi)* iuxta lect. Sept. de Chriſto duobus modis idem exponit Origenes, primò, vt ſermo ſit de defectu, & exinanitione Verbi in Incarnatione, & Paſſione. *Suſcepit*, ait, *infirmitates peccatorum noſtrorum, & portauit eas, & venit ad eos qui maledicebant ſibi, & virtus defecit ab eis, qui maledicebant è cæleſtibus deſcendentem. Simul enim & aſſumpſit ſerui formam, caro factum, exinaniuit ſe, & iuxta Apoſtolum, dicentem.*[c] *(Exinaniuit ſeipſum, formam ſerui accipiens) nunc quoque loquitur, (Virtus mea defecit, &c.)* Secundò, vt per hæc ſignificetur, in impiis rationis virtutem minui. *Quicumque*, ait, *rationalis eſt, particeps veræ lucis efficitur, quæ eſt filius Dei,*[d] *illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum. Cùm igitur omnes homines rationales ſint, in quibuſdam virtus rationis augetur, in quibuſdam minuitur. Si videris animam vitiis plenam, & perturbationibus ſeruientem, videbis quomodo virtus verbi deficiat in ea. Si videris ſanctam, & iuſtam, videbis quòd per ſingulos dies virtus Dei proficiat, & creſcat in ea. Si quis maledixerit verbo, ſtatim recipit vicem, & tormenta perpetitur. Virtus quippe Ieſu defecit in eo cùm ratio minuitur.*

In Incarnatione verbi virtus defecit exinanita.

Origenes.

c Philip. 2. 7.

Rationis virtus ſicut in iuſtis creſcit, ita & in impiis deficit, Hæcque rationis virtus eſt virtus Chriſti.

d Ioan. 1. 9.

Gregorius Nazianzenus Oratione 10. quæ eſt in laudem Cæſarij. *Quid de Ieremia quiſpiam dixerit, qui etiam matri ſuccenſet, ſe in lucem editum dolens, idque propter aliena peccata.* Super quæ Nazianzeni verba Elias Cretenſis hæc habet. *Ieremias optimorum medicorum in morem ex alienis culpis proprios mœrores percipiens, matri quoque ſuæ propterea ſuccenſebat, quòd ſe genuiſſet. Væ mihi dicens, ô mater, vt quid me peperiſti hominem infirmum, & qui aduerſum vniuerſum Orbem ſtare nequeat, & cum omni terra litigare ac diſceptare: Nam cùm ipſe ea quæ vtilia, & ſalutaria ſunt omnibus proponam, atque à voluptatibus eos abducere ſuadeam, falſi autem Prophetæ contraria & dicant, & ſtudeant, idcirco vniuerſus penè terrarum Orbis bellum mihi indixit, ac iudicia, & pœnæ quotidie vndique me obſident: ab iiſque in iudicem ſemper adducor, quos ego, quantum in me fuit, curaui.* Cætera, vt Origenes de Medio qui non profuit fruſtra adhibitis medicamentis.

7

Ieremias propter aliorum peccata dolet ſe à matre ſua genitum.

Greg. Naz.

Elias Cret.

Idem Gregorius Nazianzenus in Carmine de Dei deſiderio peregregiè imitatus Ieremiam, primaque iſta eius vſurpans verba, *Væ mihi mater mea, quare me genuiſti*, ait, *Mater mea quid me tam ærumnoſum in lucem extuliſti? Quid me in hanc vitam ſpinarum plenam ediſiſti? Nam ſi eam velut carnis expers omni moleſtiâ vacuam tranſmiſiſti, eſt ſanè quod vehementer admirer. Si autem tu quoque huiuſce vitæ calamitates experta es, profectò parum amicè erga me affecta eras, cum pareres.* Et poſt aliquos verſus, hæc addit. *At mihi Deus pars eſt, doloreſque multiplices, & vita grauiſſimo morbo penè confecta, & extincta. Lacera me, lacera ô ſcelerate ad breue tempus: ſtatim enim te vnà cum calamitatibus omnibus latus relinquam. Mater mea cur me miſerum peperiſti: vtpote qui Deum nec intelligentiâ percipere, nec eloqui, prout animus geſtit, queo.*

Greg. Naz.

Vita iſta deploranda.

8

Hieronymus citat primum huius ſententiæ membrum, ſibique illud aptat Apologiæ aduerſùs Ruffinum lib. 2. poſt dimidium, querulis hiſce vocibus. *O labores hominum ſemper incerti! ô mortalium ſtudia contrarios interdum fines habentia! Vnde me putabam benè mereri de Latinis meis, & noſtrorum ad diſcendum animos concitare; quod etiam Græci verſum de Latino poſt tantos interpretes non faſtidiunt; inde in culpam vocor, & nauſeanti ſtomacho cibos ingero. Et quid in homine tutum ſit, ſi innocentia criminoſa eſt?*[e] *Dormiente patre familiâs, inimicus homo zizania ſuperſeminauit.*[f] *Exterminauit vineam aper de Sylua, & ſingularis ferus depaſtus eſt eam. Ego taceo, & literæ non meæ loquuntur contra me. Ignoro crimen, & crimen in toto Orbe confiteor. (Heu mihi mater mea, vt quid me genuiſti, virum qui iudicer, & diſcernar omni terra?)*

Hieronym.

Vita iſta deploranda.

e Matth. 13. 25.

f Pſal. 79. 14.

Idem ad initium Comment. in cap. 7. Michææ, quoad ſecundum membrum.[g] *Si beatus eſt*, ait, *qui in aures loquitur audientis, & auris auditoris deſiderium ſapientis eſt: lætitiaque dicentis auditor intelligens. E contrario luctus doctoris eſt malus diſcipulus: Ieremia quoque verbis id conteſtantibus: (Non profui, nec profuit mihi quiſquam.)*

Hieronym.

Diſcipulus bonus lætitia docentis, malus verò luctus eiuſdē.

g Ecc. 25. 12. Sec. Græc.

9

Idem Hieronymus in Comment. ſuper hunc locum. *Poteſt hoc, (Væ mihi mater mea, quare me genuiſti virum rixæ, &c.)* συνεκδοχικῶς *per Synecdochen de Ieremia intelligi, quòd non in toto Orbe terrarum, ſed in Iudæa ſit iudicatus. Verè autem Domino competit Saluatori, qui loquitur in Euangelio,*[h] *In iudicium ego in iſtum mundum veni, vt qui non vident, videant: Et qui vident cæci fiant: de quo ſcriptum eſt: Ecce*[i] *hic poſitus eſt in ruinam, & in reſurrectionem multorum in Iſrael*, & in ſignum cui contradicetur. In reliquis conſentit cum his quæ relata

Chriſtus in hoc mundo ærumnis omnium expoſitus.

h Ioã. 9. 39.

i Luc. 2. 34.

ſunt

sunt ex Origene sensu secundo de Christo.

De elemosynarum paucitate & de negligentia suscipientium eius doctrinã queritur Christus.

(*Non fœneraui, nec fœnerauit mihi quisquam.*) Pro quo Sept. (*Non profui.*&c. Theodotio, (*Non debui, neque debuit mihi quisquam.*) *Quorum omnium hic sensus est ex persona Christi. Nullus se præbuit, qui dignè mea ara susciperet: nec fœnerauit mihi quisquam in sanctis, atque pauperibus confouendis, me sibi faciens debitorem: siue, Non profui, nec profuit mihi quisquam; Nullus enim tantum voluit accipere, quantum ego tribuere desideraui. Nec profuit mihi quisquam; Salus enim creaturæ, lucrum est creatoris. Aut certè, (Non debui:) Nemo dedit mihi quantum accipere cupiebam: nec me sibi fecit in aliquo debitorem. Quodque infert (Nec debuit mihi quisquam) hunc habet sensum. Quomodo enim poterat mihi vsuram debere, qui fœnus non est dignatus accipere? (Omnes, inquit, maledicunt mihi.) Quis enim hæreticorum, atque errantium non maledicit Christo peruersa credendo, & in peruersiora blasphemans.*

Maledicitur Christus ab omnibus qui errant.

10 Ambrosius. *Vita ista quàm debeat grauis esse peccantibus si grauis est & sanctis qui aliis prosunt.*

Ambrosius lib. de fide Resurrectionis ante medium. *Ieremias deplorat quòd generatus sit, dicens (Heu me mater, vt quid me peperisti virum causam dicentem iudicij? In omni terra non profui, neque profuit mihi quisquam; virtus mea defecit.)* (Nota hanc lectionem & distinctionem.) *Si igitur sancti viri tam fugiunt, quorum vita etsi nobis vtilis, sibi tamen inutilis æstimatur, quid nos facere oportet, qui nec aliis prodesse possumus, & nobis vitam hanc quasi fœnebrem pecuniam vsurario quodam cumulo grauescentem onerari in dies peccatorum ære sentimus?*

Ioan. Chrys. *Vitam istam sancti non egerunt in deliciis, sed in ærumnis.*

Ioannes Chrysostomus homil. 4. de patientia Iob Tom. 1. *Similia sancto Iob, hæc dicit & Ieremias (Heu mihi mater, vt quid me talem peperisti virum indicatum & damnatum?) Hæc quasi mœsta quadam sancti exprimunt, vt tu postea discas, non in deliciis egisse vitam, sed mala innumera tolerantes in agone certasse. Fleuit quidem Ieremias, & patiebatur velut homo, sustinebat autem, quasi Dei amicus.* Et post aliorum Sanctorum allata exempla, addit. *Sic omnes passi sunt iusti, summáque laborarunt molestiâ aduersus mundi difficultates. Sed hæc loquens haud ad*

A *tuæ intentionis conuenientiam trahas, neque dixeris. Numquid ego sum melior Ieremiâ contra mundum clamitante? Neque sanitatis verba vulnera sibi fiant, Hæc autem scripta sunt, vt discas, qualem agonem pertransierunt, vitamque quibusnam periculis plenam duxerunt. Vis discere qualis esse debeas? Disce quæ post gratiam passi fuêre Sancti Prophetæ; passi & Apostoli. Sed illi quidem patientes dolebant, hi verò patientes gloriabantur. Venit Paulus in medium patiens quidem; verberatus, sed non plorans: tormentis afflictus, sed gaudens. Et quid dicit? Non solùm autem, sed & gloriamur in tribulationibus, scientes, &c. Et verberati*
B *ibant gaudentes Apostoli, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Ne ergo suspicêris quæ ante gratiam fuêre, sed quæ consecuta sunt gratiam.*

12 Theodorit. *Consilia parere solent contumacias.*

Theodoritus. *Luget & lamentatur Propheta, (Væ mihi mater, quòd me peperisti, virum contentioni, & disceptationi expositum, in vniuersa terra. Non profui, nec profuit mihi quisquam. Potentia defecit inter maledicentes mihi.* Τὸ ὠφέλησα, *Syrus interpretatus est* ὤφλησα *Dicit igitur. Non profeci, nec fœneraui: multos tamen comparaui concionatores assiduos superbè se efferentes. Consilia enim vt plurimùm parere solent contumacias. At verò iuxta Græcam interpretationem ita debet in-*
C *telligi, nempe, Dignus sum lamentatione, frustra editus in hanc vitam: quia nulli profui, nec ab aliis emolumentum sum adeptus maledicta duntaxat refero ab audientibus prophetias.*

D.Thom. *Ieremias orat pro se ipso quasi desperans de populo.*

D.Thomas. *Hic Propheta quasi desperans de populo, orat pro se ipso. Et primò ponitur ipsius conquestio, proponens aduersariorum discordiam. (Væ mihi,) Si imminet ex hoc quod natus sum. (rixa,) id est, propter quem rixa fit, eò quòd vitia, & mala prænuntio, (discordia) aliis me impugnantibus, & aliis defendentibus. Hoc etiam in Christo completum est. Iob.10.[a] Quare de vulua eduxisti me, qui vtinam consumptus essem, ne oculus*
D *me videret excludit discordiæ causam, quæ maximè solet ex contractibus oriri. (Non fœneraui: Omnes maledicunt) Psalm.[b] Maledicent illi, & tu benedices: qui insurgunt in me confundantur: seruus autem tuus lætabitur.*

a Iob.10.18. *Contractus solent esse causa discordiarum.* b Psal.108.28.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Οἴμοι ἐγώ, ὡς τίνα μῆτερ με ἔτεκες ἄνδρα δικαζόμενον, καὶ διακρινόμενον πάσῃ τῇ γῇ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἕως εἶχεν ἐλπίδας ὁ προφήτης, τοῦ τὸν θεὸν πεῖσαι, οὐδὲν ἐπωδύρετο τοιοῦτον, ἐπεὶ δὲ εἶδεν ἀπεγνωσμένα τὰ πράγματα στενοχωρηθεὶς ταῦτα φησίν. ὃ δὲ λέγει τοιοῦτον ἐστιν. ἄνθρωπος εὐτελής, καὶ ταπεινός, καὶ ἀπερριμμένος, μηδεμίαν ἔχων ἰσχύν. ὡς τίνα οὖν με ἔτεκες, μέλλοντα πρὸς πᾶσαν ἵστασθαι τὴν οἰκουμένην; τῶν γὰρ ψευδοπροφητῶν τἀναντία λεγόντων, τοῦτο κελευομένου τἀναντία λέγειν, ἀμφισβητήσεις, καὶ μάχαι καθημεριναί.

Ὀλυμπιοδώρου.] πρὸς μὲν ῥητόν, ὅτι τοῖς ψευδοπροφήταις ἀντέλεγε, καὶ πρὸς τοὺς παρανομοῦντας ἐδικάζετο. πρὸς δὲ διάνοιαν, διὰ τὸ τὴν ἁμαρτίαν πολυμερῶς προσιέναι τὴν ἀγαθότητα.

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] μητέρα τινὲς τὴν σοφίαν ἐδέξαν

E Vers. 10. *Heu me mater mea, quare genuisti me virum, qui iudicer & discernar omni terra?)*

12

Chrysost. *Ieremia ploratus ad matrem sensus.*

Chrysostomi.] *Donec Propheta spem habebat persuadendi Deo, nullum eiusmodi edidit ploratum. Sed postquàm res desperatas vidit, redactus in angustias hæc dicit. Quod verò dicit tale est: homo tenuis, humilis, & abiectus & omnino inualidus: vt quem ergo me peperisti, qui cum toto terrarum Orbe contenderem? Pseu-*
F *doprophetis enim contraria dicentibus, cùm iuberetur iste contraria dicere, controuersiæ & pugnæ oriebantur quotidianæ.*

Ieremias cum vniuersa terra contendẽs Pseudoprophetis, impiísque omnibus ei aduersantibus.

Olympiod. *Iustis iuge bellum cum impietate.*

Olympiodori.] *Iuxta literam quòd Pseudoprophetis contradicebant, cumque impiè agentibus litigabat; iuxta verò interiorem sensum, Quia variis modis iniquitas circum agit bonitatem.*

Incerti. *Sapiẽtia matris nomĩne designata.*

Incerti.] *Per matrem quidam sapientiam intelle*

ἐδέξαντο, τὴν γνῶσιν προφήτας. καθὸ λέγεται. ἐδικαιώθη ἡ σοφία ἀπὸ τῶν τέκνων αὐτῆς.

[Οἴμοι ἐγὼ, ὥσπερ μῆτερ με.]

|| Ὠριγένους.] ἐοίκασιν ἰατροῖς οἱ προφῆται. ὁρῶσι μὲν δεινὰ, θιγγάνουσι δὲ ἀηδέων, ἐπ' ἀλλοτρίαις συμφοραῖς ἰδίας καρπούμενοι λύπας. ἔτι δὲ καὶ μισούμενοι παρὰ τῶν οὐκ ἀρεσκομένων τῶν αὐτῶν ἐπιτάγμασι, ὡς τῶν καθ' ἡδονὴν ἀποτρέπουσιν. καὶ δεῖ ταῦτα προειδέναι τῶν τὴν προφητείαν πρὸς ἰατρικὴν ἐπανῃρημένων. ἰατρὸς γὰρ καὶ οὗτος ψυχῶν, τοῖς ἐν χρείᾳ θεραπείας προσκείμενος. οὐ γὰρ χρείαν ἔχουσιν ἰατροῦ οἱ ὑγιαίνοντες, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες. τοιοῦτος ἦν Ἱερεμίας ἀνθ' ὧν ἐλέγχων ἐπιστρέφειν ἤθελεν, κατηγορούμενος ἐπὶ δικαστῶν τοῖς κατηγόροις ὁμοίων. καὶ ἦν ἐν δίκαις ἀεὶ ὑπὸ τῶν ὅσον ἧκεν εἰς αὐτὸν τεθεραπευμένων. διὸ ποτὲ μὲν φησίν. καὶ εἶπα οὐ μὴ λαλήσω, οὐδὲ μὴ ὀνομάσω τὸ ὄνομα κυρίου. ποτὲ δὲ ὁρῶν ἑαυτὸν δικαζόμενον, οὐ δικάζοντα προσέτι καὶ ψευδομαρτυρούμενον, τὸ οἴμοι μήτηρ. καὶ ἐπεὶ οἱ κάμνοντες οὐκ ἤκουον αὐτοῦ καλῶς συμβουλεύοντος, οὐκ ὠφελήσαν. ὅπερ ἂν εἴποι ἰατρὸς ἐπ' ἀκολάστου νοσοῦντος, εἰκῇ προσαναλίσκων τὰ φάρμακα, καὶ μήτε ὠφελῶν, μήτε τι καρπούμενος, μακάριος γὰρ διδάσκαλος ὁ λέγων εἰς ὦτα ἀκουόντων, ἔχων καρποὺς ἐν αὐτοῖς. οὐδεὶς οὖν με ὠφέλησεν ἐπεὶ μὴ ὠφελεῖται. καὶ ἄλλως δὲ τις κρείττων εἰς ὃ διδάσκει γίνεται, συνετοὺς ἔχων ἀκροατὰς, βεβασανισμένας αὐτῷ προσάγοντας ἐρωτήσεις. τὸ δὲ ἑβραϊκὸν οὕτως ἔχει. οὐκ || ὠφέλησα, οὐδὲ ὠφέλησεν με οὐδείς. ἔλεγε γὰρ ὁ Ἀπόστολος. ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις ὀφειλέτης εἰμὶ, ἀποδιδοὺς ἑκάστῳ τὸ προσῆκον, καὶ τιμήσας εἰ τύχοι, τοὺς μὲν ὡς γονεῖς, τοὺς δὲ ὡς ἀδελφοὺς, τοὺς δὲ ὡς υἱούς. καὶ τοῖς μὲν ἑβραίοις ἀπὸ γραφῶν διαλεγόμενος, τοῖς δὲ ἕλλησιν ἐκ τῶν παρ' αὐτοῖς σεβασμάτων. ὥστε λέγειν, τοῖς πᾶσι τὰ πάντα γέγονα, ἵνα τοὺς πάντας κερδήσω. ὅθεν καὶ παραινεῖ φάσκων. μηδενὶ μηδὲν ὀφείλοντες, εἰ μὴ τὸ ἀλλήλους ἀγαπᾶν. καὶ τὸ πρὸ τούτων, ἀπόδοτε πᾶσι τὰς ὀφειλάς. οὕτω μὲν οὖν ὀφείλει διδάσκαλος. ὀφείλεται δὲ εἰ δανείζει πνευματικὰ ἀργύρια. μὴ δεχομένων δὲ ταῦτα, ἵνα ὀφείλωσιν, οὐδὲν ἐποφείλεται, γίνεται γὰρ ἕκαστος ὧν ἤκουσεν ὀφειλέτης, τοὺς τῶν εἰρημένων ἀπαιτούμενος τόκους. τοιοῦτον καὶ τὸ τοῦ σωτῆρος πρὸς τὸν ὀκνηρὸν διδάσκαλον, ὅτι ἔδει σε βαλεῖν τὸ ἀργύριόν μου τοῖς τραπεζίταις. καὶ ἐγὼ ἐλθὼν ἀπῄτησα ἂν αὐτὸ σὺν τόκῳ. ||

[οὐκ ὠφέλησα.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] καὶ μὴν, ὃ πάσας συνίστησι τὰς μάχας, τοῦτο παρ' ἐμοὶ οὐκ ἔστιν: καθαρός εἰμι δανεισμάτων.

[οὔτε ὠφέλησέν με οὐδείς.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ὅτι οὐδὲν ὁ προφητικὸς λόγος τῆς ἁμαρτίας ἀπήλλαξεν, ὡς ἐξ ἀνάγκης δεῖσθαι τῆς διὰ Χριστοῦ ἀπολυτρώσεως.

[ἡ ἰσχύς μου ἐξέλιπεν ἐν τοῖς καταρωμένοις με.]

|| *ic. οὐκ ὠφέλησα οὐδ' ὠφέλησέ μοι οὐδείς.*

A *intellexerunt, quæ Prophetas gignit, Vnde dictum; Iustificata est Sapientia à filiis suis.*

(*Væ mihi Mater mea, &c.*)

Origenis.] *Medicis assimilantur Prophetæ, intuentur quidem mala, tangunt iniucunda, ex alienis ærumnis proprium sibi mœrorem comparantes: odio quoque sunt illis, quibus eorum præcepta non placent, tamquam à voluptuosis auocantia. Et hæc prænosse eos oportet, qui Propheticum munus ad medendum susceperunt. Medicus* B *enim hic animorum est iis addictus, qui curatione indigent.* [a] *Nam sani non habent opus medici, sed qui ægrè se sentiunt. Talis erat Ieremias, qui quòd reprahendens volebat conuertere, accusabatur apud iudices accusatoribus similes: semperq́; litibus diuexabatur ab his, quos ipse, quanti in se erat, sanitati restituerat. Propterea nunc quidem ait,* [b] *Et dixi non loquar, nec nominabo nomen Domini. Nunc verò videns se in iudicio vocatum, non vocantem, insuper & falsis oppressum testi-* C *bus, Heu mihi mater, (Non profui, nec profuit mihi quisquam.) Et quoniam ægroti non audiebant ipsum optima ferentem consilia, non profecerunt. Quòd Medicus dixerit de intemperante infirmo, frustra medicamenta adhibens, & nec vllam vtilitatem afferens, nec sibi aliquid acquirens. Etenim,* [c] *Beatus ille Magister est qui ad aures intelligentium loquitur, fructus sibi in illis constituens. Nullus igitur attulit vtilitatem, quia nullus cœpit vtilitatem. Similiter qui docet perfe-* D *ctior docendo fit, si perspicaces habeat discipulos; accuratas illi proponentes interrogationes. Hebraicus verò textus sic habet, Non debui nec debuit mihi quisquam, aiebat enim Apostolus,* [d] *Græcis, & Barbaris debitor sum, reddens vnicuique quod debet; & vt sese occasio tulerit, honorans hos quidem vt parentes, hos vt fratres, illos verò vt liberos, & Hebræis quidem è Scripturis loquens, Gentilibus verò ex iis quæ ipsi colebant, ita vt diceret.* [e] *Omnibus omnia factus sum, vt omnes lucrifacerem, quod etiam hortatur, dicens,* [f] E *Nemini quidquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis, & quod ante dixerat; reddite omnibus debita. Sic igitur debet Magister, debetur verò illi, si spirituales argenteos mutuò det. Qui verò hos, ne debitores fiant, non acceperint, nihil illis vltra debetur; fit enim vnusquisque eorum debitor quæ audiuerit, vt exiguntur ab eo dictorum vsura. Huc pertinet & Saluatoris dictum, ad inertem Magistrum, quòd* [g] *meum argenteum ponere debebas apud nummularios. Et ego accedens exegissem il-* F *lum cum vsura. || (Non debuit.)*

Chrysostomi.] *Et tamen quod omnes excitat pugnas, longè abest à me: liber sum ære alieno.*

(*Nec profuit mihi quisquam.*)

Olympiodori.] *Quòd Propheticus sermo nullo modo liberauit à peccato; Ita vt necessariò opus esset salute per Christum.*

(*Fortitudo mea defecit in his qui maledicunt mihi.*)

13 *Origenes. Medicis similes Prophetæ, & Doctores sacri.*

a Matt. 9. 12

b Iere. 20. 9.

14 *Prædicatori Sancto quàm graue sit non colligere ex auditoribus fructum.*

c Ecc. 25. 12. Sec. Græc.

Magistro prodest discipulus sagax.

15 *Prædicator bonus accommodat se singulis.*

d Rom. 1. 14.

e 1. Cor 9. 19.

f Rom. 13. 8.

Magister debitor doctrinæ discipulis. Discipuli debitores magistro sunt fructus auditæ doctrinæ.

g Luc. 19. 23.

16 Chrysost.

Olympiod. *Salus ab vno Christo.*

Τȣ̃ Χρυσοσόμȣ.] τοῖς αἰτιωμένοις φησὶ, τοῖς ὑβρίζȣσι, τοῖς σκώπτȣσι, τοῖς ἐπαρωμένοις. ȣ̓ γὰρ ἐςι τῆς τυχȣ́σης ψυχῆς ταῦτα φέρειν. ὥσπερ ȣ̓ δὲ ὁ ἰώβ, ȣ̓ πρότερον ἐκινήθη, πρὶν ἢ ταῦτα γενέσθαι.

Ὀλυμπιοδώρου.] τοῖς ἐπιβȣλεύȣσί μοι.

|| Βίκτωρος.] ȣ̓τοι ἦσαν οἱ αἰτιώμενοι, καὶ ὑβρίζοντες. ȣ̓ δὲ γὰρ τῆς τυχȣ́σης ταῦτα φέρειν ψυχῆς. ȣ̓δὲ γὰρ ἰὼβ πρότερον ἐκινήθη πρὶν ἢ ταῦτα γίνεσθαι. ἄλλως δὲ, ἰσχὺς προφητῶν καὶ δικαίων ὁ κύριος. ἐπεὶ καὶ Δαβὶδ φησὶν, ἰσχύς μȣ, καὶ ὕμνησίς μȣ, ὁ κύριος. αὕτη οὖν ἡ ἰσχὺς ἐκλιμπάνει ἐν τοῖς τȣ̀ς δικαίȣς καταρωμένοις, τȣ̃ κυρίȣ φήσαντος. ὁ δεχόμενος ὑμᾶς ἐμὲ δέχεται. καὶ ὁ ἐμὲ δεχόμενος δέχεται τὸν ἀποστείλαντά με. ἐκλείπει ȣ̓ν ἐν τοῖς καταρωμένοις τȣ̀ς προφήτας, καὶ ȣ̓κ ἔστιν ἐν αὐτοῖς ὁ θεὸς, ἐπεὶ μὴ δὲ τȣ̀ς ὑπ᾽ αὐτȣ̃ πεμφθέντας ἐδέξαντο. ἐκλείπει δὲ καὶ ἡ ψυχὴ δικαίȣ, ȣ̓χ ὅτι πάσχει διὰ τὸν κύριον. χαίρει γὰρ καὶ ἀγαλλιᾶται, κατὰ τὸ χαίρετε, καὶ ἀγαλλιᾶσθε, ὅτι ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς ἐν τοῖς ȣ̓ρανοῖς. καθὸ καὶ οἱ Ἀπόστολοι ἐξῆλθον ἐκ τȣ̃ συνεδρίȣ χαίροντες, ὅτι κατηξιώθησαν ὑπὲρ τȣ̃ ὀνόματος παθεῖν τȣ̃ χριστȣ̃. ȣ̓κ ἄρα διὰ τὸ πάσχειν ἐξέλιπεν τȣ̃ προφήτȣ ἡ ψυχὴ, ἀλλὰ τοῖς ἀπολλυμένοις συναχθομένη. μείζονως γὰρ ἀπώλλυντο, πρὸς τῷ μὴ δέχεσθαι τὰ παρ᾽ αὐτȣ̃ καταρώμενοι. ἡ γὰρ εἰς αὐτὸν ὕβρις, τὴν ἀναφορὰν ἔχει ἐπὶ τὸν πέμψαντα.

A Chrysostomi.] *Accusantibus ait, insultantibus, irridentibus, diras imprecantibus. Non enim est cuiuscumque animi hæc tolerare, sicut & Iob non ante commotus est, quàm hæc fierent.*

Olympiodori.] *Qui mihi insidiantur.*

|| Victoris.] *Hi erant qui accusabant & petebant conuitiis. Haud enim cuiuscumque animi est hæc perferre. Neque enim Iob prius animo motus est, quàm hæc fierent, & alio sensu. Robur* B *Prophetarum & iustorum Dominus; cùm & Dauid asserat,* [a] *Fortitudo mea, & laus mea Dominus. Hæc autem fortitudo deficit in his, qui iustos maledictis prosequuntur; dicente Domino,* [b] *Qui vos accipit, me accipit, & qui me accipit, recipit & eum qui misit me. Deficit itaque in his qui Prophetas execrantur, nec est in illis Deus, quando nec missos ab eo receperunt. Deficit quoque iusti anima, non quòd patiatur propter Dominum, gaudet enim, & exultat iuxta illud,* [c] *Gaudete, & exultate, quoniam merces vestra copiosa* C *est in cælis, quemadmodum* [d] *& Apostoli exierunt è consilio gaudentes, quòd digni habiti sunt pro nomine Christi passionibus premi. Non ergo quia pateretur defecerat animus Prophetæ, sed pereuntibus condolens. Maior quippe erat illorum perditio, quòd non recipiendo eius dicta, maledictis quoque incesserent. Contumelia enim in ipsum facta refertur ad eum qui miserat.*

Chrysost. *Patientia in contumeliis, & imprecationibus difficilis.*

Olympiod. 17

Vict. Presb. *Conuicia, & imprecationes tolerare haud cuiuscumque est. Impiis persequentibus iustum deficit Deus qui ipsius iusti est fortitudo.*

a Psal. 117. 14.

b Luc. 10. 16.

Prædicatores Sanctos execrantibus deficit Deus. Deficit iusto animus cum ab impiis maledicitur, præ compassione perditionis illorũ.

c Matt. 5. 12.

d Act. 5. 41.

Homilia Quinta decima in Ieremiam. Codicis Vaticani, & Quinta ex octo quæ nunc primùm lucem prodeunt.

Οἱ μακαρίζοντες τȣ̀ς προφήτας, καὶ τῷ μακαρίζειν αὐτȣ̀ς εὐχόμενοι τὴν μερίδα ἔχειν μετὰ τῶν προφητῶν, συνάγοντες ἀπὸ τῶν λόγων τῶν προφητικῶν, τὰ ἐξαίρετα τῆς προφητείας αὐτῶν, ζητȣ̃ντες οὖν || πεισθεῖεν, ἂν κατὰ τὰ αὐτὰ βιώσωσιν, καὶ εἰ σκληρὸν αὐτῶν ἀπαντήσεται ἐν τῷ βίῳ τȣ́τῳ, μιμεῖσθαι || τὸν βίον τὸν προφητικὸν, ὅτι τεύξονται τῆς ἀναπαύσεως, καὶ τῆς μακαριότητος μετὰ τῶν προφητῶν. πολλαχόθεν μὲν οὖν ἐστι συναγαγεῖν τὰ ἐξαίρετα τῶν προφητῶν, τὸ ἐλεύθερον αὐτῶν, τὸ εὔτονον, τὸ ἐγρηγορὸς, τὸ διεγηγερμένον, ὅτι ȣ̓κ ἐφρόντιζον ἐν ταῖς θλίψεσι γινόμενοι διὰ τὴν ἐλευθερίαν, μόνον ἵνα ἐλέγξωσιν, ἵνα ἐπιστρέψωσιν, ὡς οἱ || προφῆται ἐκ τȣ̃ μετὰ παῤῥησίας τὸν λόγον τȣ̃ θεȣ̃ λέγειν ἐπιπληκτικῶς, τῶν ἁμαρτανόντων, εἰ καὶ ἐδόκουν μεγάλα δύνασθαι οἱ ἐλεγχόμενοι πλὴν εἰ καὶ πανταχόθεν ἐστι τȣ̃το ποιεῖν, ἴδωμεν καὶ ἐκ τῶν σήμερον ἀναγνωσθέντων. πολλȣ̀ς ἤλεγξεν ὁ προφήτης. καὶ πρὸς πολλȣ̀ς εἶπεν ὁ προφήτης. καὶ γὰρ γέγονε κατὰ ἁμαρτωλȣ̀ς γενόμενος· ὡς δῆλον ἐκ τȣ̃ τὴν αἰχμαλωσίαν γεγενῆσθαι κατὰ τȣ̀ς χρόνȣς αὐτȣ̃. πολλȣ̀ς ἐλέγξας, ὑπὸ πολλῶν κριθεὶς φθέγγεται τινὰ τοιαῦτα. πρῶτον γὰρ ἀπὸ τȣ̃ προφητικȣ̃ λογου ἴδωμεν, εἶτα καὶ κατὰ ἀναγωγὴν, ἐὰν πρότερον ἀναλάβωμεν εὐτονίαν

|| ἰσ. αὐτ-ῶν.

|| μιμεῖτε.

|| ἴσ. ὡς προφῆται.

D Qui Prophetas Beatos prædicant, & per hanc suam laudationem optant vnâ cum Prophetis sorte potiri; si colligant ex Propheticis sermonibus quæ præcipua sunt Propheticæ virtutis eorum, sibi ipsis quærendo persuadebunt; si se ad vitam illorum moresque efformabunt, & si quid in hac vita arduum, difficiléque occurret propheticam vitam imitabuntur, fore, vt vnâ cum illis quietem, & beatitudinem conse- E quantur. Excellentias vtique Prophetarum colligere licet ex multis, libertatẽ eorum, vim animi, vigilantiam, mentem erectam; quòd in tribulationibus positi præ magnitudine animi paruipendebant peccantes, licet potentes esse viderentur ij qui redarguebantur; dummodo illi redarguerent, & conuerterent, eò quòd sermonem Dei, tanquã Prophetæ increpantes proferrent. Hoc autem cùm ex multis desumi possit; ex his tamẽ, quæ in hodierna lectione habuimus, F id videams. Multos increpauit Propheta, & ad multos habuit sermonem; fuit enim tẽpore peccatorũ; id quod ex eo patet, quòd captiuitas illius temporibus fuit, multis reprehensis, à multis in iudiciũm vocatus huiusmodi voces profatur, sed propheticum sermonem primò videamus, deinde & anagogiam, si priùs firmitatem, & libertatem, & vim,

18 *Prophetarum beatitudinẽ assequitur qui illos imitatur.*

Prophetarum virtutes multæ, sed præstantior robur animi, & sedulum studium in redarguendis vel etiam Principum vitiis.

Ieremiæ animi robur in increpando, eiusdemque persecutiones.

νίαν, καὶ ἐλευθερίαν, καὶ δύναμιν, καὶ παῤῥησίαν προφήτου. οἴμοι ἐγὼ μήτηρ, ὡς τίνα με ἔτεκες, ἄνδρα δικαζόμενον, καὶ διακρινόμενον ἐν πάσῃ τῇ γῇ; ὦ μῆτερ ὡς τί με γεγέννηκας ἄνδρα δικαζόμενον πρὸς πάντας τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ διακρίνεσθαι, πρὸς πάντας τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς; πρόκειται γὰρ τῷ προφήτῃ, καὶ τούτῳ, καὶ τῷ ἡσαΐᾳ, καὶ τοῖς λοιποῖς τὸ προφητικὸν διδάσκειν, ἐλέγχειν, καὶ ἐπιστρέφειν. πρόκειται τοιγαροῦν καὶ τούτῳ τῷ προφήτῃ ἐλέγχειν, δικάζειν δυνάμενῳ καὶ δικάζεσθαι μετὰ τῶν ἁμαρτωλῶν, ἐλέγχειν τὰ ἁμαρτήματα τοῦ λαοῦ. καὶ ὅσα αὐτοῖς πεποιήκασιν οἱ ἀπὸ τοῦ λαοῦ, τί δεῖ καὶ λέγειν. ἄλλον ἐλιθοβόλησαν, ἄλλον ἔπρισαν, ἄλλον ἀπέκτειναν μεταξὺ τοῦ ναοῦ, καὶ τοῦ θυσιαστηρίου, τοῦτον εἰς λάκκον βορβόρου ἔβαλον ἐλεγχόμενοι. καὶ ἐπὶ πᾶσιν ὁ σωτὴρ ἡμῶν τοῦτο πεποίηκε, καὶ κρεῖττον, ὥστε ἢ οὗτοι, ἅτε κύριος προφητῶν ὤν. καὶ γὰρ εἴπερ αὐτὸς ἐμαστιγώθη, καὶ ἐσταυρώθη, καὶ παρεδόθη ὑπὸ τῶν ἰουδαίων, ἢ ὑπὸ τῶν διδασκάλων τῶν ἰουδαίων, καὶ τοῦ ἡγουμένου τοῦ λαοῦ, εἶπεν. οὐαὶ ὑμῖν γραμματεῖς, καὶ φαρισαῖοι ὑποκριταί. καὶ ἐπιλέγει καθ᾽ ἕκαστον, οὐαὶ, καὶ διὰ τοῦτο τόδε, καὶ τόδε. καὶ ἡμεῖς οὖν σπουδάζομεν ἐπὶ τοὺς μακαρισμοὺς τῶν προφητῶν, ταῦτα ποιήσωμεν, ὡς διὰ τὸ λέγειν, καὶ διὰ τὸ κριθῆναι πρὸς πολλοὺς ἀνθρώπους, καὶ εἰπεῖν. οἴμοι ἐγὼ μῆτερ, ὡς τίνα με ἔτεκες, ἄνδρα δικαζόμενον, καὶ διακρινόμενον ἐν πάσῃ τῇ γῇ; κυριώτερόν γε τοῦτο δύναται προφητικὸν εἶναι ἀναφερόμενον ἐπὶ τὸν σωτῆρα. ἔστω γὰρ τὸν προφήτην τοῦτο λέγειν, ἀλλ᾽ οὐκ ἀληθῶς τοῦτο ἐρεῖ, ἀλλὰ τάχα ὑπερβολικῶς. οὐ γὰρ διεκρίθη πρὸς πᾶσαν τὴν γῆν. ἐὰν δὲ ἔλθω πρὸς τὸν σωτῆρά μου, καὶ κύριον, καὶ μάλιστα διὰ τὸ, εἰς κρίσιν ἥξει. καὶ τὸ, ὅπως ἂν δικαιωθῇς ἐν τοῖς λόγοις σου, καὶ νικήσῃς ἐν τῷ κρίνεσθαί σε. ὄψομαι, ὅτι ὁ σωτήρ μου καὶ κύριος μέλλει ἐπὶ τοῦ πατρὸς ἑστάναι κρινόμενος μετὰ πάντων ἡμῶν τῶν ἀνθρώπων. καὶ κρίνεται μετὰ πάντων τῶν ἀνθρώπων. λέγω κρίνεται, ἐξετάζεται καὶ αὐτός. καὶ ἕστηκεν ἐκδικῶν τὴν ἀλήθειαν, οὐχ ὡς κατήγορος δέ. οἴμοι ἐγὼ μῆτερ ὡς τίνα με ἔτεκες, ἄνδρα δικαζόμενον, καὶ διακρινόμενον ἐν πάσῃ τῇ γῇ; οὐ δύναται προφήτης τὸ, πάσῃ τῇ γῇ, λέγειν. ἀλλὰ τὸν κύριον ἡμῶν καὶ σωτῆρα Ἰησοῦν χριστὸν οἶδα φιλοῦντας, καὶ οὐ μόνον φιλοῦντας, ἀλλὰ καὶ ἀγαπῶντας ἀγανακτεῖν, καὶ λέγοντας, ὅτι ὁ σωτὴρ οὐ λέγει, ὅτι ἡ φωνὴ οὐκ ἔστι κατὰ τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ. δεῖ δὲ δεῖξαι, ὅτι οὐκ ἀλλότριον τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ τὸ οἴμοι ἐγὼ μῆτερ. περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου. καὶ, ἡ ψυχή μου τετάρακται. καὶ τῶν ἐν τοῖς προφήταις εἰρημένων. ὁμοίως καὶ ἐνθάδε. οἴμοι ἐγὼ μῆτερ, ὡς τίνα με ἔτεκες, ἄνδρα δικαζόμενον, καὶ διακρινόμενον ἐν πάσῃ τῇ γῇ ἤ, ὅταν ἀπόλωλεν ἐπιφυλλὶς, τοῦ εὑρεῖν βότρυν. οἴμοι ψυχὴ, ὅτι ἀπόλωλεν εὐλαβὴς ἀπὸ

vim, & animum intrepidè loquendi propheticum assumpserimus, (*Heu mihi mater, quare genuisti me virum, qui iudicer, & discernar in omni terra?* ô mater, vt quid me genuisti, lite cõtendentẽ cum omnibus qui terram incolunt, vt disceptarẽ cum omnibus terrã inhabitantibus: scopus namque huic Prophetæ, sicut & Isaiæ, cæterisq; prophe-ticus erat, docẽdi, arguendi, & couertẽdi. Erat itaque propositum & huic Prophetæ redarguere; qui & iudicio contendere, & in ius vocare peccatores poterat; & peccata populi accusare. Quæ verò populus in eos peccauerat quid attinet dicere? aliũ lapidibus obruerunt, aliũ serrâ secuerunt, alium inter templum, & altare neci tradiderunt, hunc increpati in lacum luti coniecerũt, & præ omnibus hoc præstitit Saluator noster, & meliùs quàm illi, vt qui Prophetarũ Dominus erat: etenim & ipse flagellis cæsus, & in crucẽ actus, & à Iudæis siue eorum magistris traditus, principéque populi, dixit, [a] *Væ vobis Scribæ, & Pharisæi hypocritæ*, & addit ad singula, Væ; causam hãc, vel illam assignans. Et nos igitur si ad beatitudines illas Prophetarũ anhelamus, hæc peragamus, nẽpe vt ad multos loquamur, & cũ multis hominibus iudicio exerceamur, dicamusq;, (*Heu me mater, quomodo genuisti me virum, qui iudicer, & discernar in omni terra?*) Verùm hoc aptiùs Saluatori potest accõmodari propheticè dictum. Demus enim Prophetã hoc dicere, at nõ verè dicet, ni fortè vtatur hyperbole; nõ enim iudicio cũ vniuersa terra cõtendit. At si venero ad Saluatorem meũ, & Dominũ; & maximè propter illud, [b] *In iudiciũ veniet*, & illud, [c] *Vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cùm iudicaris*: futurum cõspiciã vt Saluator meus & Dominus stet ante Patrem iudicio cõtendens cũ nobis omnibus hominibus, & iudiciũ subeat: iudicandũ inquam ipsum quoque & examinandũ: starque vltor veritatis, non vt accusator. (*Heu me mater, quomodo genuisti me virum qui iudicer, & discernar in omni terra?* Propheta nõ potest de se dicere, (*In vniuersa terra*,) Cæterùm scio quosdã diligentes; nec solùm diligẽtes, sed etiã amantes Dominũ nostrum, & Saluatorem Iesum Christũ ægrè ferre, dicẽtes non cõuenire Saluatori hanc vocẽ, non enim esse Dei filio dignã. Ostendendum itaque est illud, (*Heu me mater:*) non esse à filio Dei alienum. [d] (*Tristis est anima mea vsque ad mortem*, & [e] *Anima mea turbata est*: & quæ in Prophetis habentur affine est his, (*Heu me mater, quomodo me genuisti virum qui iudicer, & discernar in omni terra? Vel dum racemulus euanuit, ita vt ne botrum inuenire fas sit*, [f] *Heu mihi Anima, Quòd periit pius è terra*,

Prophetarum scopus peccatores arguere, & illorum conuersionem omni studio procurare.

20 *Prophetæ omnes persecutiones, & aduersa sustinuere ab iis quos arguebant Iudæorũ.*

Christus præ vniuersis Prophetis munus expleuit propheticũ acerbissimaque retulit à Iudæis, quos arguit.

a Matth. 23. 14.

21 *Ieremias hyperbolicè ait iudicio se cõtendisse cum vniuersa terra, Christo tamen propriè hæc competunt.*

b Ioan 9. 39.
c Psal. 50. 6.

22 *Christo quomodo cõgruãt hæ querelæ.* Heu me mater, quomodo genuisti, *&c.*

d Matth. 26. 38.
e Ioã. 12. 27.

f Mich. 7. 2.

μῆτερ, ὡς τίνα με ἔτεκες ἄνθρωπον δικαζόμενον, καὶ διακρινόμενον ἐν πάσῃ τῇ γῇ; καὶ διακρίνεται, καὶ μέλλει πρὸς ἕκαστον λέγειν. ἐγὼ πεποίηκα τάδε, καὶ τάδε, καὶ ἡ οἰκονομία μου ἔπραξε τάδε, καὶ τάδε, καὶ τῇ σωτηρίᾳ σου ὑπέμεινα. ταῦτα λέγοντος τοῦ σωτῆρος τί ποιήσωμεν; μέλλει γὰρ διακρίνεσθαι ἐν πάσῃ τῇ γῇ. τὸ ἑξῆς θέλω ἰδεῖν. δύναται καὶ ἐπὶ τὸν προφήτην κατὰ μίαν διήγησιν ἀναφέρεσθαι ἐπὶ || τὸν σωτῆρα. ἴδωμεν καὶ τὰ ἑξῆς. οὐκ ὠφείλησα, οὐδ' ὠφείλησέ με || οὐδείς. ἔρχεται ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου. οὐκ ἔχει δὲ ἐν ἐμοὶ οὐδέν. καὶ ἀληθῶς οὐκ ὠφείλησεν. ἕκαστος δὲ ἡμῶν ὀφειλέτης ἐστὶ ταῖς ἁμαρτίαις, καὶ ὀφειλέτης ἐστὶν ἔχων χειρόγραφον. μετὰ τὸ ἐξαλειφθῆναι αὐτοῦ τὸ χειρόγραφον, πόσα πεποιήκασι χειρόγραφα; ὃς ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ, οὐκ ἐποίησε χειρόγραφον. τί δὲ καὶ τὸ οὐκ ὀφείλησέ μοι οὐδείς; πῶς διηγησόμεθα ἐπὶ τοῦ σωτῆρος τό, οὐκ ὠφείλησέ μοι οὐδείς; εἰ καὶ ἀνέγνωμεν οὕτως. ἀλλὰ καὶ δεῖ εἰδέναι, ὅτι τὰ πλείονα τῶν ἀντιγράφων τῆς ἐκδόσεως τῶν ἑβδομήκοντα οὐκ ἔχει οὕτως. ὕστερον δὲ ἐπισκεψάμενοι καὶ τὰς λοιπὰς ἐκδόσεις, ἔγνωμεν γραφικὸν εἶναι ἁμάρτημα. καὶ τοίγε ἑκατέρως ἐστὶ διηγήσασθαι τὸν τόπον. πῶς μέν τι οὐκ ὠφείλησέ μοι οὐδείς || ὥστε οὐκ ὠφείλησεν αὐτῷ οὐδείς; πᾶσι τὰ ὀφειλήματα αὐτῶν ἀφῆκεν. ἀνθρώπῳ δανειστῇ χρεωφειλέται ἦσαν δύο. εἷς ὤφειλε δηνάρια πεντακόσια, ὁ δὲ ἕτερος πεντήκοντα. μὴ ἐχόντων αὐτῶν ἀποδοῦναι, ἀμφοτέροις ἐχαρίσατο. θέλεις ἰδεῖν τοὺς δύο χρεωφειλέτας, τὸν τὰ πεντακόσια ὀφείλοντα, καὶ τὸν τὰ πεντήκοντα; ἀπὸ δύο λαῶν πεπιστεύκασιν εἰς τὸν θεόν. ὁ ἐκ τῶν ἰουδαίων λαὸς ἀπιστῶν εἰς τὸν χριστόν, ὀφείλει τὰ πεντήκοντα. τάχα δὲ ἡμεῖς οἱ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν, οἱ πάντων ἀσεβέστεροι γεγενημένοι, τὰ πεντακόσια. ἐφ' οἷς καὶ λέγεται τὸ ἐπὶ τῇ πόρνῃ ἐκείνῃ τῇ μετανοούσῃ. καίτοι εἴποι τις ἄν, πῶς τὰ πεντακόσια ἐπ' ἐκείνην ἀναφέρεται; ἐκ τοῦ καὶ ποταπὴ ἡ γυνὴ ἡ ἁπτομένη αὐτοῦ, πρὸς ὃν εἴρηκε τῷ σίμωνι. ἀνθρώπῳ δανειστῇ ἦσαν χρεωφειλέται δύο. εἷς ὤφειλε δηνάρια πεντακόσια, ὁ ἕτερος πεντήκοντα. καὶ τὰ ἑξῆς. ταῦτα διὰ τό, οὐκ ὠφείλησα οὐδὲ ὠφείλησέ μοι οὐδείς. ὃ ἦν ἀναγκαῖον παραστῆσαι ὑμῖν. οὐκ ὠφείλησα, οὐδὲ ὠφείλησέ μοι. ἡ ἰσχύς μου ἐξέλιπεν ἐν τοῖς καταρωμένοις με. εἰ καὶ ἀπέθανεν ἐξ ἀσθενείας, ἀλλὰ ζῇ ἐκ δυνάμεως Θεοῦ.

|| ἐπὶ καὶ ἐπί. || μοι. || πῶς τι. || ἴσ. λέγει, ὃν εἶπ.

A *mater quomodo me genuisti virum, qui iudicer, & discernar in vniuersa terra?* & disceptat, & ad singulos dicturus. Ego hæc, & hæc feci, & dispositio mea hæc, & illa egit, & diu salutem tuam expectans sustinui. Dicente hęc saluatore, quid agemus? futurum enim est, vt cum vniuersa terra disceptet. Quod sequitur considerare volo, potest & ad Prophetam secundùm vnam expositionem referri & ad saluatorem.

In die iudicij Christus disceptaturus cum vniuersa terra, quid ue ea in disceptatione singulis dicturus est.

B (*Non debitor fui, nec fuit mihi debitor quisquam.*[a] *Venit princeps huius mūdi, in me non habet quicquam.* Veréque non fuit debitor. Vnusquisque autem nostrûm iniquitatibus debitor est: Post deletum eius chirographum, quod accumularunt chirographa; [b] *Qui peccatum nō fecit, nec inuentus est dolus in ore eius,* chirographum nō fecit. Quid porrò illud est, (*Non debuit mihi quisquam?*) Quomodo accipiemus de saluatore nostro, non debuit mihi quisquam? Quamquam ita legimus. C Sciendum tamen est, maiorem partem exemplariûm sept. interpretum non ita legere: Verùm postea consideratis & aliis editionibus, errorem scriptoris esse comperimus, & si locus hic vtroque modo suam admittit expositionē.

25

d Ioan. 14. 30

Christus Solus inter homines nulli obnoxius fuit peccati debito.

b 1. Pet. 2. 22.

Quomodo igitur) *non debuit mihi quisquam.*) ita vt nullus illi debuerit? omnibus debita dimisit.[c] *Duo debitores erāt cuidam fœneratori, vnus debebat denarios quingentos, &* D *alius quinquaginta. Non habentibus illis vnde redderent, donauit vtrisque.* Scire vis duos hosce debitores, qui nempe quingentos, quique quinquaginta debebat? ex duobus populis in Deum tradiderunt, Iudæorum populus in Christum non credens quinquaginta debet; Fortasse verò nos qui à gentibus sumus, omnium iniquissimi quingentos; quibus congruit; quod de peccatrice pœnitentiam agente, dicitur. E Verùm dixerit quispiam, quâ ratione quingenti ad illam referantur ex eo sermone, quem ad Simonem habuit iudicantem, qualis esset illa mulier. *Duo debitores erāt cuidam fœneratori, vnus debebat denarios quingentos, alter quinquaginta.* Et hæc pro illo, (*non debui, nec debuit mihi quisquam,*) quod necesse erat vobis explicari. (*Nō debui, nec debuit mihi quisquam, (Fortitudo mea defecit in illis qui maledicunt mibi:)* etsi mortuus est ex infirmitate, at virtute Dei viuit.

26

Christo non debuisse quēquam dicitur quatenus ex parte ipsius quoad sufficientiā vniuersos redimens & debita dimisit omnibus.

c Luc. 7. 14.

Duo debitores Dei duo populi, Iudaicus debebat quinquaginta, Gentilis verò quingentos.

Vers. 11.] Dicit Dominus: Si non reliquiæ tuæ in bonum, si non occurri tibi in tempore afflictionis, & in tempore tribulationis aduersùs inimicum.

Tom. II.

F PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

Ad hæc is qui consolatur nos in omni tribulatione nostra, respondit mihi Deus, Bono animo esto: Iuro enim tibi, quod quæ post hanc vitam reliqua tibi supererunt merita tolerantiæ tantarum ærūnarū, ad pacis fœlicitatisque conferēt bonū: Sed & id quoq; cū iuramēto tibi cōfirmo, quod & alias pollicitus

d *Dicit Dominus: si non reliquiæ tuæ in bonum: si non occurri tibi in tempore afflictionis, & in tēpore tribulationis aduersùs inimicum.*

tibi sum, in hac etiam vita, in ipsisque tuis hisce ærumnis præsenti me haud tibi vnquam defuturum auxilio, méque in illis obuiam tibi processurum, & comitem exhibiturum contra omnes tibi aduersantes.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA sensum Literæ.

1 *In tribulationibus Deus consolatur iustos.*

DIcit Dominus, &c. Verissimè per Apostolum id in Deum proclamatum esse benedictionis,[a] *Benedictus Deus, & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra*: vel ex hoc vno patet Ieremiæ loco, quo statim ac perinsigni ærumnarum suarum amplificatione miserrimam suam Propheta prosecutus est viuendi, agendique cum Iudaico populo rationem, vt in præcedenti vidimus sententia. Adstitisse illi Deus nunc dicitur ope speciali, nedum nouæ gratiæ exhibitione, sed & consolatoriis verbis. Quem maximè sibi opportunū eius agendi modum id significat, quod verbis ipsis præfixum est, *Dicit Dominus*. Quodque eadem verba vt per modum iuramenti, diuinoque iureiurando contestata proposita sunt. Hebraica enim phrasi per adhibitam particulam, *Si*, in principio dictionis affirmatiuæ; atque particulas, *Si non*, in principio negatiuæ orationis iuramenta vel affirmatiua, vel negatiua frequentissimè expressa reperiuntur in Sacris literis. Quibus particulis, vt iuramenta vim habeant semper graue aliquid vel apertè subiectum est, vel per aposiopesim vt subintellectum censendum est. Quam iurandi formam apertè explicatam per Deum ipsū habemus in Psalmo 94. vbi ait,[b] *Quibus iuraui in ira mea, si introibunt in requiem meam*, id est, quòd non introibunt in requiem meam. Vnde & quod hîc dicitur, *(Si non, &c.)* & vt iuramentum, cui per aposiopesim aliquid subintelligendum sit accipi potest, Ac si dicatur, si non, &c. Non ero verax, non credas ampliùs mihi, & similia: vel simpliciùs, vt tantumdem id sit, ac si diceretur, iuro tibi.

a 2. Cor. 1. 3.

Iurandi forma Hebrais per particulas, Si, & si non.

b Psal. 94. 11.

2 *Reliquiarum nomine proles significata.*

Id verò mihi in hoc Dei iuramēto difficile definire est, quid hoc iureiurādo spōdeat Prophetæ Dominus in his verbis, quod Deo cōgruam contineat consolationem; cuius difficultatis in primo isto huius sententiæ membro, *(Si non reliquiæ tuæ in bonum,)* ambiguitas causa est significatus vocis, *Reliquiarum*. Cùm frequenter ea pro prole in vsu esse reperiatur, & filiis, ac successoribus, prout illam vsurpauit Tobias, vbi dixit:[c] *Beatus ero si fuerint reliquiæ seminis mei ad videndam claritatem Ierusalem*. Vatesque Regius, dicens,[d] *Iniusti disperibunt, simul reliquiæ impiorum interibūt*. Quo sensu certum est, illam hîc minimè accipiendam quando constans apud omnes est, Ieremiam filios non habuisse, cui nec vxor fuit aliquando, vt colligitur ex eo quod in subsequenti ca. 16. mandat illi Deus,[e] *Non accipias vxorem, & nō erunt tibi filij, & filiæ in loco isto*. Quodque tangit Petrus à Figueira, reliquiarum nomine filios designatos spirituales, & eos qui eidem Prophetæ adhærere, gratis dicitur: quia potiùs si ab vno argumentari liceat Baruch, qui notus est ex illis, planè haud benè, sed & in ærumnis, & persecutionibus, & eos vitam egisse patet. Porrò quod communiter pro reliquo, & extremo vitæ eadem vox sumitur, aptius certè est: Sed tunc non minus difficile est, veritatem præsentis asserere iuramenti; Quâ enim ratione verum dicat quis, in reliquo eius temporis, quo hæc à Deo Prophetæ habita fuère, quod sub Rege extitit Iosia, vitam quietiorem illum iuxta diuini huius vim iuramenti duxisse, cùm constet, multò maioribus potiùs cum, sub Rege præsertim vltimo Sedecia afflictatum ærumnis. Neque id tutò dicitur, quod de extremo eiusdem vitæ à compluribus asseritur, quod in bonum fuerit, quatenus iussu Regis Nabuchodonosor is eductus è carcere bene habitus est à Nabuzardam Principe militiæ Chaldæorum, muneribusque cumulatus, datâ ei optione faciendi quicquid ipsi libuisset, vt descriptum videre est infra in cap. 40.[f] Nam, tametsi vera hæc sint: Nemo tamen est qui nesciat, quanta idem post ea & in Iudæa, & in Ægypto à Iudæorum reliquiis pertulerit, à quibus item & morte affectus est.

c Tob. 13. 20.

d Ps. 36. 38.

e Iere. 16. 2. Petr. à Figueira.

Reliquiarum vocabulo significatū reliquum vitæ tempus.

f Iere. 40. 1.

3 *Sensus Auctoris. Reliquiarum vocabulo significata merita, quæ reliqua cuique sint post hanc vitam.*

Mihi itaque ad infallibilem, & immotam diuini iuramenti istius veritatem contestandam tutiùs dicendum videtur, reliquiarum nomine hîc ea designata, quæ post vitæ præsentis finem reliqua vnicuique sunt meritorum; de quibus Apostolus.[g] *Momentaneum*, inquit, *& leue tribulationis æternum gloriæ pondus operatur*, vt hoc æternum gloriæ pondus reliquiarum in bonum designatum sit appellatione. Sicut in Psalmo 36. idem reliquiarum nomen vsurpatum reperitur, vbi hæc habentur:[h] *Custodi innocentiam, & vide æquitatem, quoniam sunt reliquiæ*, id est, æternorum præmiorum merita *homini pacifico*. Quem sensum clariùs ibi expressit Hieronymus in sua Psalmorum versione ex Hebræo, ita hæc legens, *Quia erit ad extremum viro pax*, viro nempe illi, qui custodierit innocentiam, & viderit æquitatem: pax in nouissimis eius erit, & æterna fœlicitas, pacis nomine Hebraicâ phrasi designata. Hanc ergo futuram pacem pollicetur hoc loco Dominus Ieremiæ reliquiarum in bonum metaphorâ, quam & Salomon in libro Prouerbiorum istis promittit, commendatque verbis,[i] *Non æmuletur cor tuum peccatores*, i. Ne turberis impiorum causâ: *Sed in timore Domini esto totâ die*, perseuerās in bono præsertim patientiæ, *quia habebis spem in nouissimo, & præstolatio tua non auferetur*. Quod Paulus tribulationi potissimùm tribuit, cuius reliquiæ & pax sunt futuri sæculi, & eiusdē pacis tutissima spes, quæ & in hac vita tribulationem sustinentes consolatur, dicens,[k] *Tribulatio patientiam operatur, patientia verò probationem, probatio verò spem, spes autem non confundit*, id est, non frustratur, aut fallit, sed & certitudine futuri consolatur euentus eius quod speratur.

g 2. Cor. 4. 17.

h Ps. 36. 37.

Ieremiæ promissa à Deo fœlicitas æterna ob tribulationum tolerantiam.

i Prou. 23. 17.

k Rom. 5. 5.

4 *Tribulato ad se confugienti quàm citò occurrat Deus. Sensus Vulgatæ.*

Si non occurri tibi in tempore afflictionis, & in tempore tribulationis aduersus inimicum. Nostræ huius lectionis facilis est sensus. Qui enim afflicto Prophetæ consolationem in præexposito istiusmet sententiæ membro præstitit iuramento firmatam per spem futurorum in nouissimis illius, postque præsentis vitæ conclusionem: Addit nunc & consolationem eidem alteram, item cum iuramento præsentis nimirum opis, quo & tunc temporis, sicut & antea diuinâ suâ ei aderit præsentiâ, quādo is ab hostibus maioribus afflictabitur malis. Vt qui ad Deum in tribulatione confugit, querulisque vocibus ærumnas suas amplificauit, ad ipsum videlicet eas deferens, præsens eiusdem Dei expetiatur auxilium; cuius id peculiare est, vt ad se tendenti, ac pro se in tribulatione certanti obuium se se exhibeat, opem illi contra hostes laturus, sicut & cuicumque obuiam procedit, qui vel ipsius per virtutis studium aggrediatur itinera, iuxta illud Isaiæ[l], *Occurristi lætanti, & facienti iustitiam in viis tuis recordabuntur tui*. cùm nimirum

Quibusnam potissimū occurrat Deus.

l Isai. 64. 5.

nimirum in medio itineris te habebunt obuium: vel ipsum in studio quærit iustitiæ, iuxta illud Ecclesiast.[a] *Qui continens est iustitiæ*, i. qui iustitiæ inhæret studio, *apprehendet illum, & obuiabit illi quasi mater honorificata.* Quàm subitus autem iste suus futurus sit occursus, per id indicat Dominus, quòd pollicitationem illius cum iuraméto exhibens dicit in præterito, (*Si non occurri tibi,*) quasi dicat, Iuro tibi quòd in tempore ærumnarum tam citò tibi adero, vt iam præsentem adstitisse dicere queas; quamquam & re verà nec vmquam à te abfuerim, prout iam contestatus sum aliàs, cùm te ad propheticum destinans munus dixi, [b] *Et bellabunt aduersùm te, & non præualebunt, quia ego tecum sum, vt liberem te.* Modus autem diuini istius occursus per immissionem est specialis auxilij sui, de quo Dauid.[c] *Mittat*, ait, *auxilium suum de sancto, & de Sion tueatur te:* & ex vi colligitur Hebraici verbi, quod propriè significat, (*Occurrere feci.*) Tametsi Hebræi, quique ex nostris illos sequuntur, (vt mox videbimus) ad occursum inimicorum, quem fieri fecerit Deus, id referant: quia ante inimici nomen in textu Hebraico est particula את *eth*, quæ vt plurimùm solet esse articulus accusandi casus, personam designamus patientem: Cùm è vestigio constet, eamdem pro variis præpositionibus in vsu esse, atque etiam pro præpositione *aduersus*, quomodo hoc loco nedum noster Interpres, Sed & Sept. & plerique eam sumpsère Hebræorum, vt notatum videre est in eorum linguæ thesauro.

a Eccl. 15. 1.
b Ierc. 1. 19.
c Psal. 19. 3.
Occurrere quà ratione dicatur Deus.

5
Hebraicæ lectionis varij Sensus.
Hebraica lectionis istius sentétiæ versiones, variique & sensus.

Quoad Lectionum varietatem, discrepantiam certè maximam in tota hac sententia, & à nostra Vulgata Originaliū, & Hebreæ, Græcæque Sept. inter se reperio, Et quidem quamuis Hebreæ, vt à nostro (vt dictum est) reddita est Interprete idem sit sensus, atque nostræ. Recentiores tamen & quoad sensum, & quoad versionem multò illam reddunt diuersam. Siquidem Sanctes-Pagninus legens, (*Si non quod remanebit temporis erit in bonum, Si non occurrere feci tibi in tempore malo, & in tempore angustiæ aduersùs inimicum.*) Idemque in postylla marginis versionis suæ, *Si non tibi quid superesit in bonum, si non intercessero pro te in tempore malo, & in tempore tribulationis apud hostès*, scilicet Nabuchodonosor, vt tibi Ieremiæ parcat. *Nam ferro, & æri vt dixi, præualebis.* Legit aliter Regia, (*Si non residuum tuum in bonū, si non occurrere feci in te in tempore malo*, &c. *inimicum*,) Vatablus, (*An non reliquiæ tuæ ad bonum? An non id efficiam, vt in tempore malo, & in tempore afflictionis hostis pro te intercedat?*) Idemque in Scholio, *Reliquias*, inquit, *vocat reliquum vitæ tempus. Promittit Deus Ieremiæ reliquo vitæ suæ tempore felicia omnia, Effecturumque, vt Nabuchodonosor illius ambiat amicitiam.* Hebraicum enim verbum in significatu accipit rogandi, prout & in vsu est frequenti. Aliter in thesauro linguæ Sanctæ sic ista interpretantur, *Si non solui, vel soluerim te in bonum*, id est. Si non soluero te à vinculis tuis, *& occurrere fecero tibi in tempore afflictionis eorum*, id est Israel, inimicum, quia ipse occurret tibi vt habites in terra, vel vt ambules cum illo, & sis ibi in gloria. Vt in his id Deus Ieremiæ polliceatur, quod in cap. 40. legimus, vbi dicitur, [d] *Tollens Princeps militiæ Ieremiam dixit ad eum: Nunc ergo ecce solui te hodie de catenis, quæ sunt in manibus tuis: si placet tibi, vt venias mecum in Babylonem, veni, & ponam oculos meos super te*, &c. Hunc sensum vt communiorem Hebræorum in suis scholiis affert & Isidorus Clarius: Addens & sensum alium, *Sunt tamen in-*

Pagninus.
Regia.
Vatablus.
d Ier. 40. 4.
Isid. Clar.

quit, qui huius versus alteram partem referendam putent ad Ierusalem, & illi accipiunt id Occurrere, pro hostiliter irruere id quod ex sequentibus colligunt, quando dicitur, Numquid ferrum franget ferrum. Alij totam quidem sententiam de Ieremia accipiunt, sed inimici nomine designatum putant Iudæorum Regem Sedeciam, à quo Propheta missum se in carcerem dicet infra cap. 37. Quem tamen occurrere eidem, seu eumdem rogasse fecisse nunc dicat Dominus, quatenus ille Chaldæorum pressius obsidione nuncios misit ad Ieremiam ipsum, rogans vt pro eo Deum consuleret, vt in cap. 21.

6
Ieremias quā ardenter optatis conuersionem eorum qui ipsi maledicebant, eumque persequebantur.

Quicquid tamen sit de aliorum versionibus, ac intellectu, nullatenus ipse recederem etiam quoad lectionem Hebraicam ab intellectu sensuque nostræ Vulgatæ. Quem nihilominus sensum nullo pacto aptari posse video lectioni Sept. qui pro primis Hebraicis vocibus אמר יהוה *amar Iehouah, Dicit Dominus:* legisse videntur אמן יהוה *amen Iehouah*, adeóque vertere γένοιτο δέσποτα (*fiat Domine*) consueta phrasi deprecatiuâ, & in ipsa deprecatione & desiderium exprimente, & resignationem. Prosequentesque eamdem Prophetæ sententiam per modum deprecationis subiecerunt κατευθυνόντων αὐτῶν quod communiter vnà cum Hieronymo in Comment. Latinè sic legitur, *Dirigentibus illis*,) tametsi passiuè id exponatur, iuxta eiusdem Hieronymi explicationem, Ac si dicatur, Eueniant mihi maledicta quæ loquuntur inimici, & illi dirigantur in bonum. Vt sit expressio desiderij conuersionis Iudæorum, quorum tale erat maledicendi Prophetæ studium, vt ad finem præcedentis sententiæ is dixerit, *Fortitudo mea defecit in his qui maledicunt mihi.* Et quidem sensus iste optimus est, & valde pius, quem tamen, ne vis actiuo inferatur participio, (*dirigentibus illis*,) subintelligendo viam suam faciliorem sic redderem, Fiat Domine, & eueniant mihi acerrima omnia, quando illi qui mihi tam grauiter maledicunt, dirigant, corrigantque viam, vitamque suam.

1 Sensus. Lect. Sept.

7
2. Sensus. Lect. Sept.
Ieremiæ in maximis stīs. nis perfecta in Deum resignatio.

Alterum nihilominus ipse adderem sensum eiusdemque participij Græci κατευθυνόντων interpretationem: Inuenio enim verbum: κατευθύνειν vt bene notat in suo dictionario Pollux, pro καταδικάζειν condemnare, sicut & simplex εὐθύνειν, quod etsi dirigere significet, vsurpatur tamen & pro arguere, ac reprehendere, sicut & nostrum Latinum verbum corrigere. Vnde Hieronymus aliquantulùm ante finem Comment. in cap. 2. Sophoniæ, hæc habet. *Perdet etiam Assur qui interpretatur εὐθύνων, quem multi putant dirigentem dici, sed falsum est: εὐθύνων enim coarguens dicitur.* Itaque & hoc loco apud Ieremiam hoc ipso significatu in malam partem illud accipiens, quod in Græco habetur, sic Latinè verterem, (*Fortitudo mea defecit in his qui maledicunt mihi: Fiat Domine coarguentibus*, seu *damnantibus illis*,) scilicet me, vt referatur ad præhabitum. *In his qui maledicunt mihi.* Sensusque sit, Maledictis quidem incessunt me Iudæi supra vires meas, ita vt propemodùm defecerit virtutis meæ robur in iis tolerandis. Quo humanæ naturæ suæ exprimat infirmitatem; tum vires, quas à diuina gratia habet exponens, perfectissimâ resignatione, *Fiat*, inquit, *dominator omnium*, quicquid tibi libuerit, in me, quando illi ita me arguunt, damnantque. Vel tertio sensu haud longè à primo discrepante vt optanter dicat, Maledicunt quidem illi mihi acer

Pollux.
Hieron.

3. Sensus. Lect. Sept. *Ieremias benè optat suis persecutoribus.*

acerbissimè, At id ipse rogatum te velim Domine, vt illis ipsis me damnantibus iuxta meum à te fiat desiderium, vt eis des, quæ illis ipse peropto, bona nimirum. Quod meliùs exprimit, dum subdit, εἰ μὴ παρέστην σοι ἐν καιρῷ τῶν κακῶν αὐτῶν, (*Si non adstiti tibi in tempore malorum ipsorum.*) (Sic enim habent correctiores Codices, Vaticanus, Aldinus, &c. sic legit & Hieronymus: tametsi ista non sint in Codicibus Complutensi, & Regio,) καὶ ἐν καιρῷ θλίψεως αὐτῶν, εἰς ἀγαθὰ πρὸς τὸν ἐχθρόν. (*Et in tempore tribulationis eorum in bona erga inimicum.* Quæ iis sunt similia, quibus aliàs item ad Dominum dixit, [a] *Recordare quòd steterim in conspectu tuo, vt loquerer pro eis bonum, & auerterem indignationem tuam ab eis.* Potest autem quod dicitur, (*Si non*) dupliciter accipi, vel imprecatiuè, *Fiat Domine*: mihi, scilicet eueniant maledicta, &c. vt supra: *Si non*, &c. Vel enunciatiuè, & asseueranter pro certè, profectò, phrasi illâ Hebraicâ iurandi, quam mox obseruauimus hoc ipso vers. 11. cùm Dominus diceret, *Si non reliquiæ tuæ in bonum.*

a Ier. 18. 20.

Vers. 11.] Dicit Dominus. Si non reliquiæ tuæ in bonum.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

8 *Tribulationũ toleratarum propter Deum & reminiscẽtia est iucundissima.*

SI generaliter hæc sumantur de reliquiis tribulationum, præter illa quæ in expositione literæ dicta sunt ad mores pariter conducentia, & hoc nunc addo, periucundam in his significari reminiscentiam ærumnarum, & tribulationum, quas fidelis quisque pro Dei honore tuendo, & pro iustitia sustinuerit: nam si apud Poetam Troianis tempestate afflictis dixisse quempiam legimus, *Forsan & hæc olim meminisse iuuabit*: multò certè veriùs istud censendum, quod à Deo vnicuique pio dicitur tribulato, (*Si non reliquiæ tuæ in bonum:*) eo nimirum sensu, quo apud Prophetam asseritur, [b] *Reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi.* Reliquiæ enim piæ animæ tribulatæ eæ sunt, quas etiam post ipsas tribulationes reliquas in mente habet earum cogitationes; quæ in bonum eidem sunt animæ, quatenus de earum tolerantia eo gaudio gratias Deo agit, vt per talem reminiscentiam diem festum intra semet exultans ipsi celebret Domino. Nec abs re forsitan sit, si sensum istum iis confirmemus Christi verbis, quibus in Euangelio Ioannis, postquam Apostolis acerrimas prædixit ærumnas, *Venit*, inquiens, *hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo.* Subdit. [c] *Sed hæc locutus sum vobis, vt cùm venerit hora, eorum reminiscamini, quia ego dixi vobis.* Quorum si sequamur distinctionem Græcorum, Chrysostomi, Theophilacti, & Euthymij, vt pronomen, *Eorum*, non ad *horam*, sed ad verbum *reminiscamini*, referatur, is sit intellectus. Prædixi vobis quæ passuri estis dirissima, vt, cùm venerit illa hora, tempusque illud ea patiendi, non solùm tunc vt præcognita æquo animo toleretis; Sed & insuper eorumdem reliquias in gaudium vobis conseruetis, etiam quæ passi estis reminiscentes, quia ea ipsa extitêre quæ ego dixi vobis.

Virgilius. Æneid.

b Ps. 75. 11.

c Ioan. 16. 4.

9 *Patientiæ exempla proficua, & nobis, & aliis.*

Magis ad literam per reliquias animæ patienter tribulationes, & persecutiones sustinentis sensu etiam morali, patientiæ illius quæ reliqua supersunt intelligo exempla, quæ in bonum & ei ipsi, & aliis qui illorum memores, imitatoresque sint, dicantur esse, iuxta illud Petri, [d] *Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius.* De quibus reliquiis, & de quo bono ex sanctis præsertim Prophetis, inter quos Ieremias noster quoad ærumnarum tolerantiam, sicut & Iob primum habent locum, Iacobus Apostolus ait, [e] *Exemplum accipite fratres exitus mali: asperæ*, scilicet mortis, *laboris, & patientiæ Prophetas, qui locuti sunt in nomine Domini*: quorum nempe insignis extitit dignitatis prærogatiua apud Dominum, vt qui illius prænuncij fuerint, eiusdemque verborum delatores, *Ecce*, cum ingenti admiratione, *beatificamus eos, qui sustinuerunt*, En ex illorum reliquiis ipsismet bonum. *Sufferentiam Iob audistis, & finem Domini*, i. qualis illi finis à Domino fuerit post toleratas ærumnas, *vidistis*: quia legistis: Easdem ergo reliquias & Iob, & Prophetarum & vobis in bonum futuras confidite, si illis vtamini, & eas prosequamini, *quoniam misericors Dominus est, & miserator.*

d 1. Petr. 2. 21.

e Iac. 5. 10.

10 Chrysost. *Tribulationũ patienter toleratarum exẽpla quàm proficua aliis.*

Eloquenter more suo Ioannes Chrysostomus quàm & in aliorum bonum istiusmodi sint reliquiæ prosequitur homil. 12. in Epist. ad Colossenses, praxi eâ perpendens Pauli verba, [f] *Memores estote vinculorum meorum: Gratia vobiscum. Amen. Ne tristemur*, ait, *in tribulationibus, quæ propter Christum accidunt, Sed memores simus vinculorum Pauli etiam nos. Atque hoc nobis incitamento erit. Vt pote adhortaris quosdam, vt pauperibus propter Christum contribuant, admone illos vinculorũ Pauli, tuique ipsius, & ipsorum miserere. Si ipse quidem & corpus propter ipsum vinculis dedit, tu verò ne cibum quidem porrigis: Extolleris, & tentaris virtutum gratiâ: Memor esto vinculorum Pauli, quoniam nihil tale passus es, neque dum pateris. Tentaris circa desiderium quorumdam proximi bonorum? Memor esto vinculorum Pauli, & vide quàm sit absurdum illum esse in vinculis, te verò deliciari. Rursum deliciarum concupiscentiâ prahenderis? Recordare carceris Pauli: discipulus illius es, & illius commilito, Quam rationem tu habes, commilitonem quidem tuum in vinculis esse, te verò in deliciis? In afflictionibus es? Putas te derelictum esse? Audi sermones Pauli, & vide quomodo in afflictione esse non sit derelictionis indicium.* Hæc Chrysostomus, Sed & illud in præallatis verbis Apostoli est ponderandum, quod immediatè memoriæ vinculorum illius subiectum est, [g] *Gratia vobiscum, Amen*: vt nouerimus, exinde prædictas reliquias in bonum iis esse, qui illis vtũtur, quòd in earum vsu gratiam Dei comitem habeant: imò & gratiam ipsam esse id boni, in quod eæ Apostoli reliquiæ fore dicuntur.

f Coloss. 4. 18.

g Coloss. 4. 18.

Exẽpla virtutũ proficua vel etiã aduersantibus virtuti.

Quòd autem de præexpositis animæ patienter ærumnas tolerantis, deque patientiæ illius relictis exemplis dictum est, idipsum & de relictis aliarum virtutum exemplis dici censeo, si secundum, & tertium sequi velis sensus morales præcedenti sententiæ allatos. Quotidianâ enim experientiâ nouimus, & bonorum Religiosorum, vel etiam apud prauos fratres, qui illis rixas, turbasque commouent, relictam multùm tandem prodesse sanctarum actionum famam: turbasque ipsas iis conuerti in bonum, Deo ipsis suâ fauente ope præsenti, de qua testimonium idemmet reddit hoc loco, dicens, (*Si non occurri tibi in tempore afflictionis, & in tempore tribulationis aduersus inimicũ,*) magisque ad rem, iuxta Hebraic. lectionem, (*Si non occurrere feci in tempore afflictio*

afflictionis, &c. inimicum;) Et sanctorum prædicatorum, tametsi viri rixæ, discordiæ ac maledictionis apud plerosque sibi videantur, in admiratione nihilominus haberi quæ reliquerint probæ vitæ exempla, quin & prædicationis quoque eorum reliquias in bonum tam ipsis, quàm aliis esse sic certum est, vt cuicumque illorum ea dicere liceat, quæ Christus Dominus apud Isaiam dixisse reperimus: [a] *In vacuum laboraui, sine causa, & vanè fortitudinem meam consumpsi*: Ita vt meritò in eas proruperim querelas, *Ve mihi mater mea, quare me genuisti virum rixæ, virum discordiæ in vniuersa terra*? Et nihilominus id mihi est consolationis, quod *iudicium meum cum Domino, & opus meum cum Deo meo*.

a Isai. 44. 4.

12 *Prædicator bonus in eo quod semper fructum habet, differt ab agricola terreno.*

Neque enim eadem conditione, quâ agricolæ, sunt diuini verbi præceptores, ait, Chrysostomus ad initium homil. 12. in Ioannem. *Siquidem agricolæ post annuos sudores, & miseram, laboriosamque vitam, si terra aliquando pro operis in se impensis non respondeat, nemo alius eius damnum instaurare potest: sed pudibundus, tristisque ab area domum ad vxorem, & filios reuertitur, & à quo longi laboris mercedem petat, habet neminem. In nobis autem nihil huiusmodi vsu venit, sed licet prædicatione culta terra nullum afferat fructum, eius & noster Dominus vanâ nos spe dimissos non frustratur, sed remunerat.* [b] *Vnusquisque enim, inquit, propriam mercedem accipiet secundum proprium laborem, non secundùm rerum euentum.* Pro quo id facere crediderim, quod sancto pariter prædicatori dicitur in Psalmo 127. [c] *Labores*, non laborum fructus, sed *labores manuum tuarum*, prædicationem scil. tuam bonis comitata manuum operibus, *quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit.* Quod idipsum est, atque hoc quod nunc ait Deus, (*Si non reliquiæ tuæ in bonum.*) Et vt omnia congruere nouerimus, pro eo quod hîc adiicitur à Domino, (*Si non occurri tibi in tempore afflictionis, & in tempore tribulationis aduersùs inimicum*) dicit item apud Isaiam idemmet sanctus prædicator. [d] *Et glorificatus sum in oculis Domini*, quem scil. animaduerti factum mihi obuium, eo ipso tempore, quo rixæ mihi concitabantur, *& Deus meus factus est fortitudo mea*, dum occurrit mihi aduersùs inimicum, [e] *Et dixit dedi te in lucem gentium*, per relicta à te bonorum operum exempla, iuxta illud, [f] *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra, & glorificent patrem vestrum qui in cælis est: vt sis salus mea*, id est, per prædicationem ipsam à te habitam annunciator salutis meæ, quam ipse operor, *vsque ad extremum terræ*.

Ioan. Chrys.

b 1. Cor. 3. 9.

c Psal. 127. 2.

d Isai 49. 5.

e Isai. 49. 6.

f Matt. 5. 16.

13 *Fomitis & concupiscentiæ bellum nobis proficuũ ex Dei gratia.*

Si primum præcedentis sententiæ sequamur sensum: quo pia anima dicens, *Ve mihi mater mea, quare*, &c. de pugna querebatur concupiscentiæ, peregregiè & hanc Domini responsionem morali eidem sic aptabis sensui, vt exinde illam consoletur Deus, quòd fomes ipse, quem celebri apud Theologos nomine reliquiarum peccati designat, in bonum conuertendus ei sit. (*Si non reliquiæ tuæ*, inquit, *in bonum*) id est, Certò tibi affirmo, istud ipsum quod ex peccato, atque ex eo quòd in peccatis concepit te mater tua in deordinata relictũ est concupiscentia, bonum tibi pariturum, & insignis decoris, & gloriosissimæ Victoriæ. Rixa quippe ipsa, ipsaque carnis ac spiritus discordia, & pugna continua talem te reddent, vt dicere meritò possis, [g] *Nigra sum, sed formosa filiæ Ierusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis*, vt expositum à nobis fuit in Comment. super eum locum expositione 3. *Nigra sicut tabernacula Cedar*, dimicans cum passionibus, & concupiscentiis meis: quæ nihilominus reliquiarum mearum nigredo, in pereximiæ mihi redundat formæ bonum, occurrente mihi Christo Iesu aduersùs inimicum, atque in ipso bello, instar pelinsignium pelliũ Salomonis memet reddente. Declarat enim & hoc loco Dominus, quo pacto id faciendum, quod dixerat, (*Si non reliquiæ tuæ in bonum:*) illo nimirum ipso modo, quem post querulas voces, [h] *Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* assignauit Apostolus, subiiciens, *Gratia Dei per Dominum nostrum Iesum Christum.* (*Si non occurri*, inquit, *tibi*) illustrans nimirum faciem meam super te, præsentemque me tibi exhibens, ita vt dicere queas, [i] *Signatum*, & erectum *est super nos* instar vexilli *lumen vultus Dei, dedisti lætitiam in corde meo*; Dedit enim bonum dimicanti, & in ipso tempore afflictionis, ac tribulationis, quæ ex reliquiis peccati est, robur exhibens aduersùs inimicam carnem: ita vt cum eodem Apostolo & id proferre valeat, [k] *Igitur ego ipse mente seruio legi Dei: carne autem legi peccati*, id est, Quamuis in meis reliquiis, & in motibus desideriorum meorum, quæ militant aduersùs animam, seruiam carni, dum illos vel nolens in carne ipsa mea dimicans sentio, mente tamen, diuinâ adiutus gratiâ, seruio Deo, quem in tali dimicatione mihi specto obuium contra inimicam carnem eamdem.

g Cant. 1. 5.

h Rom. 7. 24

i Psal. 4. 7.

k Rom. 7. 25.

14 *Animæ pugnanti cum Diabolo adiutor fit Deus aggrediens Diabolum à tergo, & in arctum illum concludens medium inter se, atque animam.*

Si per inimicum designatum velimus eum quem Apostolus [l] Petrus aduersarium nostrum Diabolum recenset, eiusque satellites, cum quibus iugis est nobis colluctatio, non cessantibus eis variis nos impugnare tentationibus, Est quod subtiliter ponderemus moraliter circa hanc Domini ad quamlibet animam fortiter cum illis dimicantem, loquendi formam (*Si non occurri tibi in tempore afflictionis, & in tempore tribulationis aduersùs inimicum:*) præsertim cùm hæc subiecta sint iis, (*Si non reliquiæ tuæ in bonum.*) Supposito enim quòd pia anima, ad quam hîc est sermo, impugnantibus resistat audacter, quod facie fit ad faciem; dum Deus dicit, in tali prælio eidem animæ socium se exhibere, illi procedens obuius, profectò significat, à tergo hostes ipsius animæ aggrediendo in medium, & in arctum sic eos deducere, vt certam de illis consequatur victoriam. Quod sanctus Dauid ab eo efflagitabat, cùm diceret, [m] *Iudica Domine nocentes me, expugna impugnantes me. Apprehende arma, & scutum, & exurge in adiutorium mihi. Effunde frameam, & conclude aduersùs eos qui persequuntur me*, intercludendo nimirum illis viam, & in arctum eos deducendo: quod magis postea expressit, vbi dixit, *Et Angelus Domini coarctans eos. Dic animæ meæ salus tua ego sum*, id est, Hac ratione mihi occurrens aduersùs impugnantes me hostes, certam da mihi ex illis, & ex eorum insultibus victoriam.

l 1. Pet. 5. 8.

m Psal. 34. 1.

15 *Diabolum cũ pia anima decertantem quomodo, & quando Deus à tergo aggressum concludat in arctum.*

Istam occurrendi, pugnandique Dei rationem, quando opem fert animæ, quam Dæmones multiplici impetant tentationum, ærumnarumque genere, alio in Psalmo propemodum depictam obseruo, vbi dicitur, [n] *Quoniam pones eos dorsum, in reliquiis tuis præparabis vultum eorum*; ob oculos enim Deus repræsentatur, qui decertanti opem ferat animæ, ponens sibi eiusdem animæ hostes dorsum, quatenus à dorso eos aggrediens inter se, animamque medios illos cõcludit: quod tunc efficere dixerim, quando efficaci animam adiuuat gratiâ, Dæmonibus id minimè opinantibus, quibus illam permisit tentare, affligere, & tribulationibus agitare. Bene autem additur, *In reliquiis*

n Psal. 20. 13.

quiis tuis præparabis vultum eorum, scil. hostium: reliquiarum nomine ipsismet designatis tentationibus, & ærumnis, quas Deus permissione illâ sua ad tempus relictas ipsi vult animæ, vt faciat cum tentatione prouentum; reliquiis planè iisdem, de quibus apud Ieremiam hîc dicitur, (*Reliquiæ tuæ in bonum:*) quatenus[a] *diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.*

a Rom.8. 28.

16 *Tribulationes, & Tentationes proficuæ appellatæ reliquiæ & Dei, & animæ.*

Reliquiæ autem eæ & Dei dicuntur, & animæ: Dei, quia diuini quid habere videntur, [b] *Cum momentaneum, & leue tribulationis æternum gloriæ pondus operetur:* adeoque instar reliquiarum Dei venerationi habendæ sint, vtpote quæ communicatio quædam sint passionum Christi: & vnà cum illis, iuxta Petri Apostoli dictum, [c] *quod est honoris, gloriæ, & virtutis Dei, & qui est eius spiritus super animas requiescit*, quæ earum sunt participes. Animæ verò afflictiones eædem dicuntur reliquiæ, quia illas præ cæteris vniuersis reliquas sibi vult anima ipsa, vt ex eo colligitur, quod aliquando Paulus dixisse reperitur Agrippæ, [d] *Opto apud Deum, & in modico, & in magno, non tantùm te, sed etiam omnes, qui audiunt hodie, fieri tales, qualis & ego sum, exceptis vinculis his*, quæ nimirum sibi vt pretiosis reliquiis reseruata volebat. In cuius rei confirmationem facit quod Ioannes Chrysostomus Homiliâ nonâ in epi. ad Ephesios. Babylam Martyrem ait cùm moreretur, præcepisse vincula iuxta corpus suum collocari, corpusque vinctum sepeliri: *Et nunc pedicæ*, inquit, *simul cum cinere illius sepultæ iacent, tanto videlicet ille desiderio pro Christo vinctus esse cupiebat.* Istarum reliquiarum piæ animæ, ærumnarum inquam patienter toleratarum virtutem, & robur eloquenter idem explicat Chrysostomus Homiliâ 8. item in epist. ad Ephes. ex Pauli verbis. *Nihil hac meme*, ait, *beatius. In quibus gloriatur? In vinculis, in afflictionibus, in catena, in stigmatibus.* [e] *Ego, inquit, stigmata Iesu Christi in corpore meo gesto, velut magnum quoddam trophæum. Et iterum,* [f] *Propter Israel, inquit, catenâ hac circundatus sum: &, In quo legatione fungor in catena. Non erubescis? Non vereris quòd vinctus Orbem terræ circuis? Non metuis, ne quis imbecillitatis Deum tuum condemnet? Ne quis ob hoc ipsum ad fidem quam prædicas, non accedat? Vincula mea, inquit, talia non sunt: nouerunt & in regum curiis splendescere.* [g] *Ita ait, vt vincula mea manifesta facta sint in toto prætorio, & plures ex fratribus in Domino freti vinculis meis vberius ausi sint impauidè loqui. Vides maiorem esse vinculorum, quàm suscitationis mortuorum virtutem. Vinctum me viderunt, & confidentiùs agunt. Vbi quippe vincula sunt, illic necesse est magnum quid fieri: vbi afflictio, illic omnino & salus est, illic prorsus magnæ sunt virtutes. Diabolus enim quando calcat, tunc potissimum percutitur: quando sermo Dei ligat, tum maximè sermo Dei crescit.*

b 2. Cor.4. 17.
c 1.Petr.4. 14.
Tribulationes pia anima vt reliquias sibi vult reseruatas.
d Act.26.29
Ioan. Chrys.
Tribulationum robur, & virtus in bonum, & contra Dæmones.
Ioan. Chrys.
e Gal. 6.17.
f Act.28.20.
g Philip. 1. 13.

17 *Tribulationis causa victoria.*

Reliquiæ, itaque tentatæ, ac tribulatæ animæ *in bonum* illi maximè insignis sunt victoriæ contra tentantem, ac tribulantem Diabolum, quando ipsi Deus *occurrit aduersus inimicum*, cuius infestans dorsum præparat illius vultum ad contritionem ab ipsa anima in iisdem faciendam ærumnis, & tentationibus, diuinis certè reliquiis. Duobus enim modis tentata, & tribulata anima Dei ope adiuta victoriam ex Diabolo refert, & ex illius ministris ipsam impugnantibus; altero, sic illi obsistens, vt confusum in fugam vertat, vnáque cum illo fuget, & illius tentationes, & quæ ab illo concitatæ fuerant ærumnæ; ad quam victoriam nos promouet Iacobus Apostolus, dicens, [h] *Resistite Diabolo, & fugiet à vobis.* Quod victoriæ insigne Deo acceptum illa fert anima, quæ in Psalmo 17. ait, [i] *Dilatasti gressus meos subtus me, & non sunt infirmata vestigia mea*, diuina nimirum gratia tua me in aduersos mihi propellens hostes: Vnde illis audacter resistens subdit, *Persequar inimicos meos, & comprehendam illos, & non conuertar donec deficiant: Et inimicos meos dedisti mihi dorsum*, robur indens vt in fugam eos verterem, *Et odientes me disperdidisti.* At multò præstantior altera victoriæ ratio, quam modo supra explicato reuehit anima eadem ex Diabolo, eiusque ministris non quidem fugatis, sed à Deo sibi contra illos ipsi occurrente per efficaciorem gratiam in arctum conclusis ante faciem eius, quæ in tribulationibus, & tentationibus iisdem eis resistit, donec ipsos conterat. De qua victoria locutum crediderim Paulum, vbi ait[k] *Deus autem pacis conterat Satanam sub pedibus vestris velociter.* Quâ non vincere simpliciter, sed & superuincere se inquit, quando [l] recensitis iis, per quæ ipsius hostes à charitate, atque à Deo auertere eum obniterentur, tribulatione, angustiâ, fame, nuditate, periculo, persecutione, gladio, & similibus, subiicit, [m] *In his omnibus:* scil. perdurantes, quæ iam enumerauimus, in iisdemque audacter dimicantes, & resistentes Diabolo, eiusque ministris, qui per ea nos impugnant, *Superamus, & superuincimus*, iuxta vim Græci verbi ὑπερνικῶμεν. id est, *plusquam victores sumus, propter eum qui dilexit nos.* Hac perinsigni victoriâ eidem Diabolo sanctum Iob his verbis insultantem proponit Origenes lib. 2. in Iob. cùm is acceptâ [n] testâ saniem raderet, *Ecce*, inquit, *ô malignissime Diabole, sicut tunc, quum rem familiarem, & filios mihi auferres, ego quod supererat, vestem, atque comam capitis conscindens, & tondens tibi proieci, vestem post rem familiarem, & comam post liberos: sic etiam nunc, cum me sæuissimâ plagâ percuteres, quod tibi superfuit huius doloris, hoc nimirum ita adiicio, hâc testâ dolores prouocando, & exasperando: vt per hæc vniuersa informeris de mea constantiâ. Meritò*, dicit idemmet sanctus vir ad spectatores vniuersos, *Meritò exaggero ipsos dolores, vt per cuncta ostendam nequissimo Diabolo, quia eius malitiam irrideo, quia iniquitatem eius contemno, quia omnes eius plagas, atque vulnera ad nihilum reputo*, iuxta illud, [o] *Virtus in infirmitate perficitur:* &, [p] *Cum infirmor, tunc fortior sum.*

Tribulata anima vincit Dæmones illorum fugans tentationes.
h Iacob.4.7.
i Psal.17.37.
Tribulata anima per tribulationes ipsas cõfusum vincit diabolum.
k Rom 16. 20.
l Rom.8.35.
m Rom.8. 37.
Tribulata anima illudit, & superuincit Diabolũ.
Origenes.
n Iob.2. 8.
o 2. Cor.12. 9.
p 2. Cor.12. 10.

VVLGATÆ.

Vers. 11.] Dicit Dominus: Si non reliquiæ tuæ, &c.

SEPTVAGINTA.

11. γένοιτο δέσποτα κατευθυνόντων αὐτῶν, εἰ μὴ παρέστην σοι, ἐν καιρῷ τῶν κακῶν αὐτῶν, καὶ ἐν καιρῷ θλίψεως αὐτῶν εἰς ἀγαθὰ πρὸς τὸν ἐχθρόν.

Vers. 11.] Fiat Domine dirigentibus illis: si non adstiti tibi in tempore malorum eorum, & in tempore tribulationis eorum in bona contra inimicum.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Dicit Dominus: Si non finis tuus erit in bonum: si non venient, & deprecabuntur te in tempore, quo adduxero*

xero super eos hostem, & arctauerit eos inimicus.

Origenes. Vers. 11. *Pro inimicis & crucifixoribus suis Patrem orauit Christus.*

Origenes citatâ homiliâ 11. in Ieremiam, iuxta versionem Sept. aptat hæc Christo. (*Fiat Domine dirigentibus eis, si non adstiti tibi in tempore malorum eorum.) His ipsis Domine dirigentibus, qui maledicebant mihi, virtusque deficiebat in eis, fiat in eis, cùm ad pœnitentiam conuersi post maledicta, quibus me persequebantur, ambulare cæperint rectam viam. Reddit rationem quare iis qui maledicebant sibi postulat directionem, atque virtutem, dicens: (Si non adstiti tibi,* &c.) *Adstitit Patri propitiatio pro peccatis nostris, & deprecatus est eum in tempore malorum nostrorum. Neque enim adstitit post tempus afflictionis nostræ, sed cùm adhuc peccatores essemus, Iesus Christus pro nobis mortuus est. (Si non adstiti tibi in tempore malorum eorum, & in tempore tribulationis eorum, exurgat inimicus noster, Quis autem est inimicus noster, nisi Zabulus, qui tribulabat nos, & iugo seruitutis premebat? Aduersùm quem adstitit Patri Saluator, & de captiuitate nos liberans reddidit libertati. Hæc prophetice Dominus dixerit. Potest autem & Propheta eadem dixisse pro populo, & in tempore malorum eorum.*

2 Hieronym. *Ieremias malis temporibus prophetauit: Pollicitus tamen illi est Deus suam assistentiam, & bonum finem ærumnarum suarum.*

Hieronymus exponit primò Vulgatæ lectionem. (*Dicit Dominus, Si non reliquiæ tuæ in bonum,* &c.) *Possunt hæc & ex persona Ieremiæ accipi, qui pessimo tempore, & iam imminente captiuitate prophetare compulsus est, & dura perpeti à populo non credente. Ad id quod supra dixerat: (Væ mihi mater mea,* &c.) *Respondit Dominus: noli considerare præsentia, sed futura; reliquiæ enim tuæ, & nouissima erunt in bonum. Denique & in præsentiarum cùm te cuperent inimici opprimere, adfui tibi, & meo protectus es auxilio. Hoc autem tam ad Ieremiam, quàm secundùm dis-* A *pensationem carnis assumptæ, referri potest ad Saluatorem.*

Incredulis Christi maledicentibus defecit Christi virtus.

Allatâ deinde lectione versionis Sept. (*Fortitudo mea defecit in his qui maledicunt mihi, Fiat Domine dirigentibus illis, si non adstiti tibi in tempore afflictionis eorum, & in tempore tribulationis eorum in bona contra inimicum.) Est, ait, sensus: Fortitudo mea defecit in his qui maledicunt mihi. Non enim intelligunt virtutem meam, quæ in infirmitate perficitur: Et quantò plus mihi maledixerint, tantò mea in illis plus deficit fortitudo. Iungitque vel Propheta, vel Dominus, & ait, (Fiat Domine dirigentibus illis) hoc est eueniant* B *mihi maledicta quæ loquuntur inimici, & illi dirigantur in bonum: si non in tempore tribulationis eorum & angustiæ, quando eos vastabit inimicus, & capere festinabat, steti in conspectu tuo, & rogaui te pro illis, & dixi, Pater* [a] *ignosce eis: Quod enim faciunt, nesciunt, Sed & Ieremiam sæpe deprehendimus in hoc volumine rogasse pro populo.*

Pro inimicis orarunt & Christus, & Ieremias.

a Luc. 23. 34.

Theodorit. *Ieremiâ constatus est Deus promittens illi promotionem sui, & ei adhærentium.*

Theodoritus. (*Fiat Domine, dirigentibus illis, si non adstiti,* &c. iuxta Sept. *Audi ipsos elatos, inquit, sæpe pro illis tibi supplicationes obtuli.*

D. Thom.

D. Thomas. *Ponitur Domini consolatio (Dicit Dominus) & primo quantum ad salutem propriâ in pro-* C *motione sui, & suorum in bonis: (si non reliquiæ:) id est, qui adhærent tibi: non enim habuit filios, vt infra 16. in bonum erunt, Aposiopesis, Supplendum: Non mihi creditur; Et quantum ad liberationem à malis, (Si non occurri) paratus ad auxilium 2. Corinth. 1.* [b] *Benedictus Deus, & Pater Domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra.*

b 2. Cor. 1. 3.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Γένοιτο δέσποτα κατευθυνόντων αὐτῶν.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τί ἐστι φησί; τὸ γὰρ μάλιστα αὐτὸν ἐκλυποῦν, τοῦτο ἦν ὅτι οὐδὲν συνῄδει τῶν γινομένων ἑαυτῷ; Γένοιτο κύριε εἰς ἔργον αὐτῶν ἐλθεῖν τὰς ἀρετάς.

||ἄλ. εἰδώτων.

Ὠριγένους.] τί γένοιτο; δηλονότι ἡ ἰσχὺς ἡ ἐκλείπουσα ἐν τοῖς καταρωμένοις, ὅτε μετὰ τὴν κατάραν μετανοήσαντες, τραπῶσι τὴν εὐθεῖαν. καὶ αὐτὴν ὁδεύσωσιν· ἡ γὰρ πρὸς μετάνοιαν ῥοπὴ, καθαίρεσίς ἐστι τῆς ἐν ἀσεβείαις ἰσχύς.

Ὀλυμπιοδώρου.] εἴθε φησὶ, κατηύθυναν, καὶ ἐπέστρεψαν πρὸς σὲ ὡς πάλιν ἐδεόμην ὑπὲρ αὐτῶν, καὶ ᾔτουν αὐτοῖς ἀγαθά. καὶ ταῦτα ἐχθρῶν μοι ὄντων αὐτῶν, καὶ πολεμίων.

[εἰ μὴ παρέστην σοι ἐν καιρῷ τῶν κακῶν.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐ λέγω εἰ κατεῖπον φησὶν, ἀλλ᾽ εἰ μὴ ὑπὲρ αὐτῶν μελλόντων κολάζεσθαι παρέστην. καὶ μὴ μόνον εἰς τοῦτο ἀκουσθείην, εἰς τὸ ἐμὲ τιμωρηθῆναι, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸ αὐτοὺς τυχεῖν τῶν ἀγαθῶν. γένοιτο ἀληθῆ τὰ τῆς ἀρᾶς αὐτῶν, γένοιτο αὐτοῖς ἀληθῆ τὰ ἀγαθά.

Θεοδωρήτου.] ἄκουσον αὐτῶν ἐπαρωμένων, εἰ μὴ πολλάκις σοι τὰς ὑπὲρ αὐτῶν ἱκετείας προσενήνοχα.

Πολυχρονίου.] εὔχεται σωθῆναι, καὶ κατασχυνθῆ

D Vers. 11. Fiat Domine dirigentibus illis.)

3 Chrysost. *Pro inimicis, & maledicentibus orandum.*

Chrysostomi.] *Quid hoc est? ait, Nam quod maximè eum contristabat, hoc erat. Nihil enim sibi conscius erat. (Fiat Domine, vt ad opus eorum deducantur virtutis.*

Origenis.] *Quid est id quod fieri optat? Robur nempe quod deficit in execrantibus, Quando post imprecationes pœnitentiâ ducti, viam rectam ingrediantur, & perambulent. Nam flecti ad pœnitentiam robur impietatum demoliri est.*

E Olympiod. *Inimicorum, & maledicentium conuersio, salusque optanda.*

Olympiodori.] *Vtinam, ait, se dirigerent & conuerterentur ad te, vt iterum pro illis ad te preces effunderem, & peterem ipsis bona, idque hostili animo in me affectis.*

Origenes. *Inimicis optat iustus Deum fieri robur, quod eis defecerat, se execrantibus.*

(*Si non astiti tibi in tempore malorum eorum,* &c.)

Chrysostomi.] *Non dico, inquit, si malè de eis locutus; sed, si non adstiti pro illis, cùm pœna appropinquaret. Nec tantùm ad hoc audiantur,* F *vt ego puniar, sed vt ipsis quoque bona contingant. Vtinam quæ ipsi deuouent eueniant, succedant vtinam ipsis bona.*

Chrysost. *Inimicis bona precantur viri sancti.*

Theodoriti.] *Audi eos deuouentes; ni sæpe ego pro illis obtuli preces.*

Theodorit.

Polychronij.] *Orat, vt salui homines fiant,*

Polychron.

χωνθῆναι σὺν ἄνδρας. κἂν δέῃ τὴν ἰσχὺν ἐκλεῖψαι τῆς αὐτοῦ ψυχῆς, κατὰ τὸ, εὐξαίμην αὐτὸς ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν μου τῶν συγγενῶν μου, τῶν κατὰ σάρκα, οἵτινες εἰσὶν ἰσραηλῖται. καὶ εἰ μὴ τοῦτο εὐξαίμην ἀσεβούντων, καὶ ταλαιπορουμένων συγγινώσκεις, ἵνα τοῦτο προσυπακούηται κατὰ τὸ πρόδηλον.

A *fiant, & prosperè agant, etiamsi oporteat animi sui robur deficere, iuxta illud,* [a] *Orarem ipse pro fratribus meis, consanguineis meis secundum carnem, qui sunt Israelitæ, & si hoc non orando postulaui impiè illis agentibus, calamitatibusque oppressis, tu nosti, vt hoc subaudiatur veluti clarissimum.*

a Rom. 9. 3.

Vers. 12.] Numquid fœderabitur ferrum ferro ab Aquilone, & æs?

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

b *Numquid fœderabitur ferrum ferro ab Aquilone, & æs? (seu Numquid cōteret ferrum ferrum, &c. seu, Nūquid cognoscetur ferrum, & operimentum aneum fortitudo tua.)*

TVm [b] *ad aduersùm mihi conuersus populum durissimæ ceruicis, ita illum est allocutus, certum ei per Chaldæos denuncians interitum; Si in tuo confidis robore, quo, instar duri, fortisque vel ferri es, vel æris, scito multò duriorem, fortioremque, & bellicis laboribus assuetum exercitum esse qui ab Aquilone contra te veniet. Ferrum certè, & æs quod atterere nequibis, & cum quo fœdus inire non poteris, sicut experimento constat, durum duriori sociari bene non posse. Si in munimine spem habeas armorum, sanè fortissimis in te irruentibus Chaldæis non cognoscetur ferrum, & robur, duritiesque armorum tuorum, vtpote quæ ab hostium telis penetrabuntur, atque frangentur.*

1
2
3

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 Sensus Facilior. *Iudæorū duritiem maiori contundendum duritie Chaldæorum.*

NVmquid fœderabitur ferrum, &c.) Difficillimum, ac perplexum reddunt locum istum, & Interpretum lectiones variæ, & expositorum multiplex sensuum diuersitas. Facilem tamen hunc ipse arbitror lectionis huius nostræ Vulgatæ sensum, vt post querulas à Ieremia habitas voces in vers. 10. Deus qui in subsequenti vers. 11. eumdem Prophetam consolatoriis erigere obnixus fuerat verbis, nunc conuersâ oratione ad rebellem, qui & Ieremiam persequebatur populum Iuda, mox illi per Chaldæos futuras comminentur calamitates irremediabiles ob eius peruersitatem, atque duritiem, in sanctis præsertim prosequendis Prophetis. Hanc namque Iudæorum duritiem, hanc & (vt ita dicam) irremediabilitatem primum in hoc vers. 12. prouerbiali prosequitur locutione, quâ & Italicè dicere solemus, *Duro con duro non fa lega.* Existimo autem duplicem hîc assumi duorum durorum similitudinem, ferri scil. cum ferro, & æris cum ære: in quorū vnoquoque vnum ab altero diuersum significatum accipiatur durum Iudaicus nimirum populus & instar ferri, & instar æris durissimi ob præfractam ceruicem, quam propterea, & ferream dictam reperimus apud [c] Isaiam, & *Æs, & ferrum*, [d] supra in cap. 6. apud Prophetam nostrum, ita vt iure optimo à Moyse in lib. Deuteronomij, [e] nedum duræ, sed *& durissimæ ceruicis populus*, nuncupatus is sit: Et è vestigio Chaldæorum Rex, eiusque exercitus durissimus pariter instar ferri, atque æris, nedum propter obfirmatum animum insurgendi, debellandique eorumdem studium in Iudæorum regionem, necnon & ob duritiem in subeundis, tolerandisque belli laboribus: sed & in potentia, ac robore infracto. Hos ergo ferrum Deus nuncupat, & æs ab Aquilone, quia inde venturi in Ierusalem erant, vt pluriès dictum fuit in superioribus. Sic prouerbiali istâ locutione certum

c Isai. 48. 4.
d Iere. 6. 28.
e Deut. 9. 6.

B Deus Iudæis denunciat, & imminens Chaldæorum cum eis prælium, cum quibus nullatenus firmum inire possent fœdus quamdiu ipsi in sua persisterent ceruicis duritie, & peruicacia in malo. Adeóque quod vltimo adiectum est, (*Et æs?*) per aposiopesim dictum accipiendum est, ac si quomodo & præcedentia dictum fuisset, & æs numquid fœderabitur æri ab Aquilone? Hic mihi nedum facilior, sed & verior videtur sensus: Nam quod alij ita ad Ieremiam hæc volunt habita, vt de illo sermo sit, qui ferrum & æs nuncupetur, vel quia in columnam ferream ab eo- C dem Deo datus sit, vt patet ex capite [f] primo, vel quia dura suis nunciarit in vaticiniis: ac de durissimo Iudaico populo, iuxta sensum, quem ex Hieronymo sumpsère Hugo Cardinalis Dionysius, & alij. Ac si dicatur. Non doleas, ô Ieremia, si populus tuus tibi inimicus sit, te enim dura nunciante, & aspera, non possunt te amare qui duri sunt peruicaciâ, & in peccato congelati. Hoc inquam, pace tantorum virorum dixerim, per id reprobatur, quòd ferro secundâ vice nominato adiectum est, *ab Aquilone*: ita vt nil reliqui sit dubij de Chaldæis id intelligendum.

Pacem habere nequeunt boni cum impiis.

f Iere. 1. 18.

2 Hebraicæ lectionis Sensus. *Iudæorum potentia, & robur haud valens resistere potentia, & robori Chaldæorum.*

D Varietatem versionum in hac sententia vnum præsertim Hebraicum causauit verbum ירוע *iaroang*, quod inter multiplicia significata id apud Hebræorum Doctores, atque apud eos qui illos sequuntur ex nostris, hoc loco habet potissimùm, quòd contritionem, fractionemque designat à radice רוע *roang*, adeóque tam Pagninus, quàm Regia, Vatablus, & alij ita hæc legunt. (*Numquid conteret*, seu *atteret ferrum ferro ab Aquilone, & æs?*) Putant autem plerique nostrum Interpretem dictam Hebraicam vocem non à prædicto deduxisse verbo, sed ab alio רעה *rangah*, quod E inter alia significat & associare: etsi id asserere minimè sit necesse, cùm & primum verbum *roang* eamdem etiam associandi habeat significationem, prout Hebræorum plerique sicut noster ipse interpres id explicarunt Isai. 8. רעו *rongu*, Hieronymus. [g] *Congregamini populi, & vincimini.* Rabbi Salomon, *Coniungite vos*, Chaldæus, *Sociate vos pariter*, Tametsi & ibi Rabbi Dauid, & Rabbi Abraham, sicut & hîc in significatu conterendi illud sumpserint, *Confringite vos. Confringimini.* Porrò præallatæ Hebraicæ lectionis, quam communem hîc esse dixi, duplicem apud F expositores reperio sensum, alterum ex R. Dauid desumptum, in quo ferrum primùm accipitur pro Iudaico populo, eiusque Rege, & viribus: secundum verò, cui adnexum sit & æs, pro Chaldæis è Babylonia multò validioribus viribus in illum insurgentibus, Quem sensum ita explicat Vatablus. (*Num ferrum atterit ferrum, aut æs ab Aquilone æs?*) Idemque in Scholio, id est, *Ensis*, inquit, *Iudaicus ferreus franget ne ensem Chaldæum ferro, & chalybe constantem? q. d. Non.* Ac si Iudaico item populo ita dicatur, ait Isidorus Clarius in

g Isai. 8. 9.

Sensus Heb. Lectionis.

Vatablus.

Isid. Clar. 2. Sensus.

in suis Scholiis, *Videris tibi fortis vt ferrum, Sed ferrum Babylonicum obduratum chalybe fortius erit.*

R. Salomon.

Sensu altero, qui est R. Salomonis, duabus ferri vocibus duo significantur Reges, Pharao Ægypti, in quo confidebant Hebræi, & Nabuchodonosor Chaldæorum; ære verò Sedecias Rex Iuda, vel ipsemet Ieremias. Quem sensum ita refert Nicolaus de Lyra, *Numquid Rex Ægypti per suam fortitudinem conteret Regem Babylonis, & te qui Prophetizas pro Rege Babylonis contra Sedeciam, & Regem Ægypti? Non: imò accidet contrarium. Diuitias enim tuas,* &c. Sensumque eumdem aptat ipsemet Lyra & lectioni nostræ in hunc modum. *Ferrum*, ait, *hîc sumitur primò pro Rege Ægypti, & iterum pro Rege Babylonis, quia vterque Rex fortis, Sedecias verò æs, vt debilior. Numquid Rex Sedecias, & Rex Ægypti facient pacem cum Rege Babylonis? q.d. Non: quia sic Prophetia inueniretur falsa, & magis persequerentur, vt Prophetam falsum conuictum.*

Nic. de Lyra.

Ieremias & Regi Babylonis præualuit.

3. Sensus. Hebr. Lect.

Tertium item Hebraicæ lectionis sensum istum ex quorumdam sententia refert Christophorus à Castro, ac si Deus ita Ieremiam alloquatur, *Efficiam vt beneuolè tibi occurrat Nabuchodonosor, qui instar ferri, imò chalybis fortis est. At tu, ô Propheta qui es quasi murus ferreus præualebis non tantum ferreo, sed & chalybeo Regi Babylonico.*

3 Symmachi Sensus.

Symmachus Hebraicum verbum in generaliori sumens significatu malum inferendi, sic ista legit, (vt refert Hieronymus) (*Numquid nocebit ferrum ferro, ab Aquilone, & æs?*) cuius lectionis idem sensus atque Hebraicæ. Numquid Iudaicum regnum tametsi ferrum robore videatur, præsertim iunctum cum Rege Ægypti, inferre quid poterit læsionis ferro ab Aquilone, id est, Regi Babylonis multò duriori, & fortiori: quippe qui nedum ferrum est, sed vt æs? q.d. Non.

Ferrum ferro cognoscere quid sit.

Theodotion apud eumdem Hieronymum, qui eamdem lectionem tribuit & Sept. de quibus mox dicemus, legens, (*Si cognoscet ferrum, & operimentum æneum:*) id arbitror significare voluit, quod & in primo sensu Hebraicæ dicebatur lectionis; vel eodem modo ac Symmachus, hoc pacto, Si Iudaicus populus duro instar ferri robore cognoscet, Chaldæos esse instar operimenti ænei, cui nihil noceat ferrum? q.d. experietur, Chaldæos multò seipso esse fortiores. Vel aliâ ratione, Si ferrum Babylonicum cognoscet, & penetrabit etiam æneum Iudæorum operimentum? ac si dicatur. Quid in tuo confidis robore, & armis? sanè ensis, hastæque Chaldæorum te configent, vel æneis opertum armis.

4

Sept. ita hæc reddidère εἰ γνωσθήσεται σίδηρος; καὶ περιβόλαιον χαλκῦν ἡ ἰσχύς σου. (*Si cognoscetur ferrum? & operimentum æneum fortitudo tua.*) Quamquam apud Theodoritum quod vltimò de fortitudine dicitur, in accusatiuo sic habeatur, τὴν ἰσχύν σου. (*Fortitudinem tuam,*) iungaturque cum sequentibus, (*Fortitudinem tuam, & thesauros tuos.*) Omnino circa hanc lectionem Sept. duo nobis sunt explicanda, & ratio tam diuersæ versionis, & quis eius sit intellectus.

Martin. del Rio.

Videre ferrum pro pugnare.

Quoad primum, Martinus del Rio Adagiorũ Sacrorum tomo primo Adagio 844. existimare se inquit Sept. legisse in Hebr. textu, vt legit & noster Interpres vtque Ieremias pronunciauit ירוע iaroang. Nec dissentire sensu versiones: vt cognoscere pro videre posuerint: Videre autem ferrũ idẽ esse quod pugnare, componi, & cõiungi, & periculum facere, vtrum altero fortius sit. *Habes id*, ait, *non obscurè declaratum* 4.*Reg*.14.[a] *Veni, & videamus nos, hoc est. Experiamur armis vter potentior sit, & bello præstantior. Et confirmat responsio, quâ hoc ipsum explicat parabolâ fœderis nuptiarum: Da filiam tuam filio meo vxorem. Vbi vides quid sit fœderari. Sic hoc loco quod noster fœderari, hoc cognoscere, Sept. dixerunt; & associari. Chaldæus.*

a 4.Reg.14.1.

Quamuis autem subtiliter hæc, & ingeniosè dicantur; mihi tamen nullarenus à communi arbitror recedendum sententia, quæ & Hieronymi in hunc locum est, vt ratio prædictæ diuersitatis ea reverâ sit, quòd Sept. in prædicto verbo pro litera ר *res*, aliam legerint illi simillimam literam ד *daleth* à verbo ידע *iadang* cognoscere, ac si scriptum esset יודע *iuuadang* cognoscetur pro ירוע *ieroang*, transpositâ literâ ו *vau*.

Hieronym.

Neque enim id tutò dici crediderim, quod loco mox citato asserit Del Rio, *Quia manifestum est, vno tantum modo pronunciasse Ieremiam: Nec verisimile, videtur Sept. illos perperam, hoc est aliter legisse quàm scripserat Ieremias, aut hunc aliter scripsisse, quàm pronunciarat.* Circa antiquissimam enim versionem Sept. id semper ob oculos retinendum, quod Augustinus lib. 2. de Doctrina Christiana cap. 15. his asserit verbis: *Etiam si aliquid aliter in Hebræis exemplaribus inuenitur quàm Sept. posuerint, cedendum esse arbitror diuinæ dispensationi, quæ per eos facta est; vt libri quos gens Iudæa cæteris populis vel religione, vel inuidiâ prodere nolebat, credituris per Dominum Gentibus ministra Regis Ptolomæi potestate tanto ante proderentur. Itaque fieri potest, vt sic illi interpretati sint quemadmodum congruere Gentibus ille qui eos regebat, & qui os vnum omnibus fecerat Spiritus Sanctus iudicauit.*

Sept. in versione sua discrepantiam ab Hebræo fuisse à Spiritu Sancto ait Augustinus.

Augustinus.

Nec ipse Martinus del Rio, aut alius quispiam negare potest, frequentissimum id iisdem esse Sept. vt & literam vnam pro alia quæ modo in Hebraico textu reperitur, legerint, aliterque & transpositis literis, & coniunctis, vel disiunctis, etiam dictionibus. Cùm & in hacmet sententia vocem מצפון *mitzaphon*, quæ ex duabus constat dictionibus, nempe ex præpositione Ab, quam designat præfixa litera מ *mem*, & צפון *tzaphon* Aquilone, pro vna duntaxat acceperunt, in qua litera מ radicalis, substantialisque sit, מצפן *matzpun*, operimentum à verbo צפה *tzaphah* operire. Quam vocem reperimus apud Abdiam in significatu passiuo operti, & absconditi,[b] *Inuestigauerunt absconditæ eius.*

Sept. sæpe aliter legerunt, ac nunc est in Hebræo.

b Abdiæ 1.6

5 Versionis Sept. varij sensus.

Quoad intellectum istius Lectionis Sept. Ioannes quidem Maldonatus ad Ieremiam de ipsomet habita censet; Ac si dicatur, Noli timere Ieremia, experietur enim inimicus tuus virtutem tuam tamquam gladium esse ferreum habentem vaginam æneam. Meliùs tamen de Iudaico populo communiter ista sumuntur, Et quidem sic illius putant eumdem esse sensum ac nostræ Vulgatæ, Ac si dicatur, Si te composueris, & arma cum Chaldæorum armis contuleris, tam facilè te frangent, quàm si ferro non esses armatus.

Ieremiæ virtus cognoscenda à Chaldæis.

1. Sensus Auctoris. Chaldæorum robori haud comparanda vires Iudæorum.

Ipse literæ magis inhærendo, & propriæ verborum vi. Duobus modis hæc exponerem, primò, sumendo sententiam vt totam affirmatiuè dictam, prout sanat. Si cognoscetur ferrum? & operimentum æneum fortitudo tua, id est, Si Chaldæorum ferrum à te experietur, si cognitionem habueris roboris ferri Babylonici? per Aposiopesim: intelliges scil. ei te nullarenus obsistere posse, atque ab eo consumendum, & si fortem te censes æneâ armaturâ. Secundò, & meliùs, accipiendo particulam. *Si*, pro si non, prout Hebraicâ phrasi sæpissime sumitur quando est cum verbis iurandi, aut affirmandi, sicut Malachiæ 1.[c] *Offer illud*

2. Sensus Auctoris.

c Malach. 1. 8.

illud duci tuo, si placuerit ei, aut si susceperit faciem tuam, id est, Certè non placebit ei, nec suscipiet faciem tuam, Vt quod hîc dicitur, tale sit. Quamuis æneis armis tibi videaris præfortis: certè irruentibus in te Chaldæis hostibus fortissimis non cognoscetur ferrum, & robur, duritiesque armorum tuorum, vtpote quæ ab hostium penetrabuntur, & frangentur telis. Sic lectiones omnes ad vnum idemque spectabunt, vt validius significetur robur Chaldæorum omni Iudæorum fortitudine.

Vers. 12.] Numquid fœderabitur ferrum, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

6

BENE interroganter hoc asseritur, atque vt difficillima proponitur quæstio, quæ tamen in negatiuam partem magis declinat. Moraliter autem quæstionem istam perpendens tria proponi in illa comperio difficillima. Primum, An inter impios fœdus, paxque esse possit: Secundum, An re verâ detur pax inter Diabolum & animam in impietate obduratam: Tertium, cùm detur ferrum quod ob bonum vsum bonum sit, & ferrum quod ob prauum vsum sit malum, an inter hæc ferri discrimina queat pax aliqua esse, & quâ ratione affirmãdum id sit, quáue negandum. Et quidem quoad primũ, quod perplexam reddit quæstionem, est, quòd Dominus in Euangelio pacem inter impios pertractasse videtur, vbi discipulis dixit,[a] *Si de mundo fuissetis, mundus quod suum esset diligeret: nunc autem de mundo non estis*, quo loco mundi nomine mundanos prauosque designat homines, aliâque vice iisdem Apostolis de eadem impiorum pace loquens,[b] *Pacem*, inquit, *relinquo vobis, pacem meam do vobis, Non quomodo mundus dat, ego do vobis*, id est, non eam quæ est inter mundanos. Vnde Augustinus lib. 19. de Ciuitate Dei cap. 12. vbi hanc confirmans pacem inter alia hæc habet. *Et illi qui pacem in qua sunt, perturbari volunt, non pacem oderunt, sed eam pro arbitrio suo cupiunt commutari. Denique etsi per seditionem se ab aliis separauerunt, cum eis ipsis conspiratis, & coniuratis suis nisi qualemcumque speciem teneant, non efficiunt quod intendunt. Proinde latrones ipsi vt vehementiùs, & tutius infesti sint paci cæterorum, pacem volunt habere sociorum.* Nihilominus firma, & indubitata est ea Domini sententia, quâ per Isaiam Prophetam concludit, dicẽs,[c] *Non est pax impiis: Nam vti probis, atque improbis nullum fœdus est*, inquit Boëtius li. 4. de Cõsolatione, Prosa 6. *Ita ipsi inter se improbi nequeunt conuenire. Quidni? cùm à semetipsis discerpentibus conscientiam vitiis quique dissentiant, faciantque sæpe, quæ cum gesserint non fuisse gerenda decernant.* Sed euidentius duplex eius rei ratio hoc loco indicatur: prima, quia eorum singuli duri instar ferri sunt, superbi alteri non cedentes, quod in libro Prouerb. contestatus est Salomon dicens,[d] *Inter superbos semper sunt iurgia*, discordiarum, & contentionum & semina, & effectus, dicente eodem Sapiente,[e] *Responsio mollis frangit iram, sermo durus suscitat furorem.* &[f] *Patientiâ lenietur princeps, & lingua mollis confringet duritiam.* Secunda, quia pariter instar ferri frigidi sunt, omnis expertes charitatis, quæ veræ pacis fraternæ & causa est, & vinculum: iuxta illud Apostoli,[g] *Solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis.* Quod magis explicat idemmet Paulus, cum in epistola ad Romanos ait,[h] *Dilectio sine simulatione. Odientes malum, adhærentes bono. Charitate fraternitatis inuicem diligentes.* Ambasque has rationes indicatas aduertere est in proposita hac quæstione. (*Numquid fœderabitur ferrum ferro*, in duobus nominibus adiunctis, *ab Aquilone, & æs.*) Cùm enim æs pro chalybe sumptum ferrum sit in genere ferri durissimum, duritiei rationem aptissimè designat, quâ in eo potissimùm diximus sitam, quòd vnus non cedit alteri. In eo quippe præstantius æs esse dignoscitur, quòd minus ferro cuiquam cedat, & fortius durum penetret quodque. Idque in hac ipsa æris duritie ad nostram maximè facit rem, quòd æs ex frigida eam habet aqua, dum in illam intingitur, vt temperaturam, sicut vulgò dicitur, accipiat. Et duritiem impiorum hominum exploratum est ex peruersitate vim habere eorum malitiæ, quam supra aquæ frigidæ assimilatam vidimus in cap. 6. vbi dicebatur,[i] *Sicut frigidam fecit cisterna aquam suam, sic frigidam fecit malitiam suam.* Cæterùm quia frigiditas quæ ferro ipsi, & impiis quibuscumque inest, non minùs quàm durities in causa, vt diximus, est, quòd nec ferrum ferro, nec impij fœderari queant impiis, ita vt vera inter illos sit pax; idcirco ad hanc specialiter designandam vox adiecta hîc est, (*Ab Aquilone.*) Aquilo namque siue pro loco, siue pro vento sumatur, frigidum id designat, quod ex defectu est caloris, adeoque & typicè defectum significat charitatis, quæ & calor, & ignis ille est, de quo in Euangelio Dominus,[k] *Ignem*, ait, *veni mittere in terram, & quid volo nisi vt ardeat?*

Nisi igitur adiecta hæc esset particula (*Ab Aquilone,*) frigiditatem istam & in ferro, & in impiis constituens, haud ita tutò negatiuam propositæ quæstionis partem assererem, quòd re verâ inter impios pax maximè fit, sicut ferrum non fœderatur ferro. Experientiâ enim comprobamus, ferrum per impertitum ignis calorem ita alteri fœderari ignito ferro, vt ex duobus fiat vnum. Quapropter si contingat, vt impiorum aliquorum corda ignescant charitate, haud dubium quin & inter illos perfectæ vnio possit esse pacis, ita vt quod de primitiua Sanctorum Ecclesia in Actibus Apostolorum dicitur, & de illis asserere liceat, esse[l] *eorum & cor vnum, & animam vnam*, tunc maximè quum ab illo, quem sæpe Apostolus Paulus Deum nuncupat pacis, super crucis Christi incude malleo contundunturmortificationis, & communicationis passionum eiusdem, qui & in terra, hominibusque terrenis, & bonam voluntatem, quando misericorditer vult, & pacem præstat.

7

Præter hæc autem, subtiliùs insuper quid designatum puto in Aquilonis voce, modum videlicet, quo inter impios charitatis calore destitutos, aliqua (vt ostendimus supra) sit fœderis pacisque & vnionis species; legimus enim in lib. Eccl.[m] *Frigidus ventus Aquilo flauit, & gelauit chrystallus ab aqua, super omnem congregationem aquarum requiescet, & sicut lorica induet se aquis.* Cõiungit quidem fluxas aquas in vnionem arctissimam Aquilo, verum est; ac siccitate id facit, & frigiditate, cuius est constipare; atque vt tali quæ per illum fit, remedium adhibeatur coniunctioni, quæ per se noxia est, calor exquiritur inditum expellens frigus. Sic omnis quæ inter impios vnionis, pacisue est species, ab amore proprio vniuscuiusque illorum est, non minus certè, quàm ventus Aquilo & vehemens, & siccitate

---

Margin notes:

Pax an esse queat inter impios.

a Ioan. 15. 19.

b Ioã. 14. 27.

Pacis speciem præ se ferunt & ij qui pacẽ veram persequuntur. Augustin.

Pax vera esse non potest inter impios propter eorum superbiam, & charitatis defectum.

c Isai. 57. 21.

Boëtius.

d Prou. 13. 10.

e Prou. 15. 1.

f Prou. 25. 15.

g Ephes. 4. 3.

h Rom. 12. 9.

Æs sunt impij, propter duritiam.

i Ierem. 6. 7.

Ab Aquilone dicuntur esse impij, quia expertes charitatis.

k Luc. 12. 49.

Pax esse potest inter impios quando instar ferri charitate ignescunt, ac per Christum vniuntur.

l Act. 4. 32.

Pacis species, quæ inter impios est ab amore proprio vniuscuiusque eorum, & à vera charitatis alienatione.

m Eccl. 43. 22.

cirate, frigoreque adurẽs, ſiccitate commodi proprij, & frigidirate alienarionis ab omni charitatis affectu.[a] *Veni*, inquiunt in lib. Prouerb. ij quibus ab iſto ſpiritali Aquilone conſtipatur fœderis vnio, *Veni nobiſcum, inſidiemur ſanguini, abſcondamus tendiculas contra inſontem fruſtra: deglutiamus eum ſicut infernus viuentem, & integrum quaſi deſcendentem in lacum.* Vide vehemens frigus Aquilonis, fraternæ charitati omnino contrariũ? Audi ſiccitatem intereſſe, & commodi proprij: *Omnem precioſam ſubſtantiam reperiemus, implebimus domos noſtras ſpoliis Sortem mitte nobiſcum, marſupium vnum ſit omnium noſtrûm.*

a Prou. 1. 11.

8 O frigidum, mortiferumque vnionis fœdus, æſtuanti bonorum oppoſitum fœderi; quo non tam marſupium vnum, quàm vnum cor, vnuſque eſt animus. *Sic ſuperbia peruerſè imitatur Deum*, dicit Auguſtinus in ſupra citato loco lib. Ciuitatis Dei, *Odit namque cum ſociis æqualitatem ſub illo, ſed imponere vult ſociis dominationem ſuam pro illo: Odit ergo iuſtam pacem Dei, & amat iniquã pacem ſuam. Non amare tamen qualemcumque pacem nullo modo poteſt. Nullum quippe vitium ita contra naturã eſt, vt naturæ deleat etiam extrema veſtigia. Itaque pacem iniquorum in pacis comparatione, ille videt: nec pacem eſſe dicendam, qui nouit præponere recta prauis, & ordinata peruerſis.* Iſtum, de quo loquitur Auguſtinus, dixerim ego, ſummopere id exoptare, vt praua iniquorum præxpoſita pax à ſpiritali Aquilone cauſata arceatur ab Eccleſia per veram, quæ ex charitate eſt, pacis communionem; Eumdemque Eccleſiæ nomine iis proclamare verbis.[b] *Surge Aquilo, Veni Auſter, perſla hortum meum, & fluent aromata illius.* Ceſſet iã frigidus amoris proprij Aquilo, fugiat ab Eccleſia, in qua cõgelando, fidelium pleroſque peſſima coniungit vnione, & conſtiparione: Fugiatque is, veniente calido charitatis Auſtro, quo Eccleſiã ipſam perflante hortum meũ, vera Chriſti pace quicquid in illa & in ſingulis eius fidelibus boni eſſe contigerit, in cõmunẽ vtilitatem, quaſi ſuauiſſima fluat aromata; tunc quippe multiplicia horti mei, fluminum inſtar fluent aromata, quæ ab Apoſtolo primæ eorum cauſæ tribuuntur charitatis Auſtro, vbi ait,[c] *Charitas patiens eſt, benigna eſt: charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua ſunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem veritati: omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet.*

Superbia imitatur Deũ in impiorum pace. Auguſtinus. *Pax impiorũ quàm deteſtanda.* b Cant. 4. 16. *Pacis vera fructus bonorum communis.* c 1. Cor. 13. 4.

9 Quoad ſecundam quæſtionem, quæ magis propria hîc eſt, cum de fœdere ſermo ſit ferri genericè ſumpti cum ferro ſpeciali, quod ab Aquilone eſt, id eſt, de fœdere terrenorum hominum, qui ferri metaphorâ deſignantur: nedum ob cordis in malo duritiem, ſed ob terrenos affectus, cùm & ferrum de terra tollatur, vt ait Iob,[d] & terra ſit: cum Diabolo cuius ob ſuperbiam duritiies tanta eſt, vt de illo ad eumdem Iob dixerit Dominus.[e] *Qui factus eſt vt nullum timeret. Omne ſublime videt, ipſe eſt Rex ſuper vniuerſos filios ſuperbiæ.* Cuius, tametſi cæleſtis ſecundùm naturam, ita tamen terrei ſunt affectus, vt totum quicquid nititur ſtudij circa terram ſis, prout ipſe item in libro Iob conteſtatus eſt Domino, dicens,[f] *Circuiui terram, & perambulaui eam:* cuius denique & ſedes in[g] lateribus eſt Aquilonis, vnde duritiies,[h] malumque eſt omne. Quoad ſecundam inquam quæſtionem iſtam in his verbis, (*Numquid ferrum fœderabitur ferro ab Aquilone?*) in negatiuam partem propendentibus, id perpendendum, quod impij apud Iſaiam pro eiuſdem parte affirmatiua inquiunt,[i] *Percuſſimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum:* quo loco moraliter pleriquc ſanctorum Patrum mortis, infernique nominibus Diabolum ipſum autumant deſignatum, qui & mortis auctor eſt, & princeps inferni. Et quòd tali in fœdere ſit pariter & pax inter eoſdem, ex iis colligi poſſe videtur Euangelij verbis, quibus Dominus Ieſus dixit,[k] *Cùm fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt omnia quæ poſſidet.* Id namque Diaboli in primis eſt curæ, vt iniquæ animæ, cum qua fœdus inierit, tanta in atrio conſcientiæ illius exhibeat pacem, vt peccata omnia illi videantur, nullo iam ipſam perturbante peccati remorſu, nullo imminentis ſupplicij timore, nulloque exacerbati Dei reſpectu, vtque & propter mutuam mercium communicationem maxima vtrinque ſit quies; ipſo nimirum pro viribus terrena, & proſpera ſubminiſtrante; viciſſimque animâ illi exhibente ſcelera in prauo terrenorum, proſperorumque vſu.

Ferri vocabulo deſignati & impij, & diabolus. d Iob. 28. 2. e Iob. 41. 24. f Iob. 1. 7. g Iſai. 14. 13. *Pax an ſit inter impios atque diabolum.* h Iere. 1. 14. i Iſai. 28. 15. *Diabolus appellatur mors, & infernus.* k Luc. 11. 22. *Pax quam Diabolus exhibet impiis qualis.*

10 Pedes[l] ſuos penè motos, dixit aliquando Sanctus Dauid, penè effuſos greſſus ſuos, cùm iſtiuſmodi peccatorum videret, attentiuſque expenderet pacem. Pacificè enim illis in conſcientia ipſa ſua, quaſi in molli quieſcentes nido, ibidemque flagitiorum ſuorum oua emittentibus, in peſſima Diabolus eos cuſtodit pace, quæ in ipſius duntaxat redundat commodum, ita vt ea de re glorietur apud Prophetam, dicens,[m] *Inuenit quaſi nidum manus mea fortitudinem populorum. Et ſicut colliguntur oua, quæ derelicta ſunt: ſic vniuerſam terram ego congregaui. Et non fuit, qui moueret pennam, & aperiret os, & ganniret.* Bene peccatorum fortitudinem, quæ in ferrea ſcelerum duritie, & obſtinatione ſita eſt, quaſi nidum inueniſſe ſe ait, qui mollibus ſtratus eſt plumis: quia tam illos reperit molles, & faciles ad conſentiendum prauis illius ſuggeſtionibus, quàm è veſtigio inſtar ferri iidem in appræhenſo duri ſunt malo. Bene & vniuerſam terram, quicquid ſcilicet terreni, ac flagitiorum in iiſdem eſſe contingit, congregaſſe ſe dicit, quaſi oua derelicta: quia ipſa eorum flagitia tametſi non minori prolata ſint labore, quàm eo quo in nido ab auibus proferuntur oua; derelicta tamen ab eis ſunt, nullâ conſideratione illa fouentibus: Vnde haud mirum, ſi eorumdem impiorum nullus ſit, qui pennam moueat, vt per conuerſionem ad Deum conuolet: nullus qui os aperiat, ſua confitens peccata: nullus qui ea deploret. Præclarè profectò auctor libri Sapientiæ[n] bellum inſcitiæ hanc inquit eſſe pacem, in qua Diabolus magno cum vitiorum exercitu cum ipſis præliatur impiis, ſuæque eos ſubiicit poteſtati, efficiens vt *contritio, & infœlicitas in viis ſit eorum, & viam veræ pacis non cognoſcant:*[o] obſcuranſque eorum mentem, ne maliriæ propoſitorum ſcelerum agnoſcentes grauitatem, illa vel deuitent, vel deplorent. *In magno*, inquit, *viuentes inſcientiæ bello, tot & tam magna mala pacem appellant:* Quorum malorum recenſens exercitum ſubdit: *Aut enim filios ſuos ſacrificantes, aut obſcura ſacrificia facientes, aut inſaniæ plenas vigilias habentes, neque vitas, neque nuptias mundas iam cuſtodiunt. Sed alius alium occidit per inuidiam, aut*, &c. quæ videri ibi poſſunt.

l Pſal. 72. 2. m Iſai. 10. 14. *Nidus cur appellata iniquorum fortitudo.* *Impiis ſua ſcelera ſunt quaſi oua derelicta.* n Sap. 14. 22. *Diaboli pax in impiis dicta inſcitia bellum.* o Pſal. 13. 3.

(*Nũquid fœderari poteſt ferrũ ferro ab Aquilone?*)[p] *Non eſt pax oſſibus meis à facie peccatorum meorum*, dice

p Pſal. 37. 4.

Pacem Diabolū præstare non posse, ipsa eius indicāt nomina.

Sathanæ vocabulum testatur iuge Diaboli prælium.

dicebat qui veram istius falsæ pacis habebat cognitionē. Et nomina ipsa eius, per quem pax ista esse cēsetur, & cùm quo id esse videtur pacati fœderis, sat contestatum efficiunt & fœderis, & pacis talis falsitatem; siue enim Satanam illum nominatum consideres, siue Diabolum, pax certè nullâ ratione ab eo expectanda vnquam est, sed iuge per eum propositum belligerandi studium, continuæque exhibitæ præliandi cum ipso occasiones. Satan quippe Hebraicum eius nomen interpretatur aduersarius: & Græcum Diaboli vocabulum calumniatorem sonat. Audi Apostolum Petrum vtroque nomine eum proponentem nobiscum dimicantē, & cum quo incessanter & nos præliari necesse sit, [a] *Sobrij*, inquit, *estote, & vigilate*, i. Cauete, ne in scientiæ bello scelerum propositionem, & perpetrationem pacem appelletis, vt dicebatur ex libro Sapientiæ; *quia aduersarius vester diabolus tamquā Leo rugiens*: etiam si pacē mentiatur, *circuit quærens quem deuoret, cui resistite fortes in fide*: pro scuto nimirū, vt ait Paulus, [b] in omnibus vel tētationibus; vel operibus illā sumentes, *in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere*. Quod igitur pacificum, tutumque esse potest homini fœdus cum aduersario isto, qui nequissimus est per Antonomasiā; quiq; corruptæ naturæ suæ id habet inditum, vt totus sit in aduersando qualibet in re, & quocumque potest modo, humano generi: Quid amicabilis cū illo ab homine admittatur pacis, cuius id proprium est studij, vt iuxta nominis Diaboli significationem, calumnias hominibus & re inferat, & verbo? [c] *Ad amicum etsi produxeris gladiū, nō desperes*, dicitur in lib. Eccl. *Est enim regressus. Ad amicum si aperueris os triste, nō timeas, est enim concordatio: excepto conuicio, & improperio, & superbiâ, & mysterij reuelatione, & plaga dolosâ: in his omnibus effugiet amicus*, id est, Tametsi futuræ pacis inter amicos spes sit, inter quos subita aliqua extiterit offensio vel facti in stringēdo gladio, vel oris per verborum amarulentiam; Nulla tamen recōciliandæ amicitiæ, nulla faciendæ spes est pacis inter eos, inter quos dolosa intercesserit calumnia facto, & verbo. Si hæc verè dicuntur de pace hominis cum alio homine, qui calumniator per accidens sit: Quid dicendum de pace item hominis cum diabolo, qui calumniator est per antonomasiam, quique numquam à suo ipso calumniandi desistit studio?

a 1. Pet. 5. 8.

b Eph. 6. 16.

Diaboli nomen testatur continua illius prælia.

c Eccl. 22. 26.

12

Ferrum ex natura sua optima res est: quod in eo est mali, ex hominum habet malitia.

Quoad tertiam, & vltimam quæstionem, id primò supponendum est, cùm dicitur, (*Numquid fœderabitur ferrum ferro ab Aquilone?*) de ferro simpliciter sermonem esse comparato ad ferrum malitiam ex prauo habens vsu, iuxta illud, [d] *Ab Aquilone pandetur omne malum*. Ferrum enim simpliciter optima creatura Dei est, Vitæque humanæ est maximè necessarium; Vnde præter id, quo ex generali eo libri Genesis dicto, [e] *Et vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona*, ipsius comprobatur bonitas; specialiùs in libro Ecclesiastici necessitas eiusdem asseritur, vbi hæc habentur. [f] *Initium*, Græcè ἀρχὴ archi, *summè necessaria rei vitæ hominum aqua, ignis, & ferrum*, &c. Quam ergo aliquando ei inesse videmus malitiam, eam sanè omnem ab Aquilone esse dicemus; Ab Aquilone inquam, nempe ab hominis prauitate, quæ ex gelidissima Dæmonis inuidia & initium habuit, & progressus. Præclarè ad istorum confirmationem Plinius lib. 34. cap. 14. hæc habet, *Ferrum optimum, pessimumque vitæ instrumentum. Siquidem hoc tellurem scindimus, serimus arbusta, ponimus pomaria, vites squalore deciso annis omnibus cogimus iuuenescere. Hoc extruimus tecta, cædimus saxa, omnesque ad alios vsus ferro vtimur*. En illius bonitatem: Audi eius malitiam: *Sed eodem*, ait, *ad bella, cædes, latrocinia, non cominus solum, sed etiam missili, volucrique, nunc tormentis excusso, nunc lacertis, nunc vero pennato: quam sceleratissimam humani ingenij fraudem arbitror. Si quidem vt ocyus mors perueniret ad hominem, alitem illam fecimus, pennasque ferro dedimus*, (in sagittis.) *Quamobrem culpa eius non naturæ fiat accepta*.

d Iere. 1. 14.

e Gen. 1. 31.

f Eccl. 39. 31.

Plinius.

13

Pax, & bellū an simul esse possint in vobis.

His suppositis, duplex potest hæc esse quæstio: (*Numquid fœderabitur ferrum ferro ab Aquilone?*) & vtraque ad mores pertinens. Prima, an simul nobis esse queat pax, & bellum: seu potiùs, An simul & pacifici, & belligerantes esse possimus, simulque & pacis, & belli studia exercere valeamus, vt sit locutio metaphorica, quæ frequens & sacris literis, & prophanis est poetis. Cuius quæstionis, si de spiritalibus sermo sit pace, ac bello respectu diuersorum, haud dubium quin vera sit pars affirmatiua, cùm idemmet Christus, qui vt Princeps pacis pacem sæpius dedit, reliquitque discipulis, apertè nihilominus de semetipso loquens, [g] *Non veni*, dicat, *pacem mittere, sed gladium*: subiiciens & rationem, [h] *Inimici enim hominis domestici eius*. Et illius spōsa in Canticis de se pariter dixerit. [i] *Quid videbis in Sulamite*, i. in pacifica, *nisi choros castrorum?* cùm & à sponso audisset. [k] *Pulchra es amica mea, suauis, & decora sicut Ierusalem*, quæ visionem sonat pacis, *terribilis vt castrorum acies ordinata*. Quibus enim iugiter pax seruanda cum Deo, cum proximo, atque cum semet ipsis: iisdem perpetuò cum Dæmonibus, eorumque ministris, & cum propriis præliandum est passionibus, prout mox fuit probatum.

Pax & bellū spiritale respectu diuersorum simul in nobis esse possunt.

g Matth. 10. 34.

h Matth. 10. 36.

i Cant. 7. 1.

k Cant. 6. 3.

14

Pax, bellumque corporea, seu materialia, & temporalia simul esse non possunt in homine Christiano.

Pax ita in affectu esse debet fidelium, vt simul in eorumdē affectu esse nequeat bellū.

Si verò sermo sit de pace, belloque corporeis, vt ita dicam, & temporalibus negatiuæ potiùs inhærendum est quæstionis parti, quam & iuxta literam forma designat locutionis, quâ ipsa proposita est. Cum Euangelij participibus ita in affectu esse debeat pax, vt simul item in affectu esse nequeat bellum, si perfectioni legis indulgeant Euangelicæ, ita vt *ferrum cum ferro ab Aquilone non fœderetur*:) iuxta id quod de illis vaticinatus est Isaias, de Dei verbo agens incarnato, deque illius lege, & eius fidelibus, de quibus ait, [l] *Et conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces: non leuabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur vltra ad prælium*: Quæ iterata reperire est apud Michæam, de iisdem dicentem, [m] *Et concident gladios suos in vomeres, & hastas suas in ligones: non sumet gens aduersùs gentem gladium, & non discent vltra belligerare*. Sublatis nimirum omnibus præliorum, & contentionum seminibus, quæ describit Iacobus, vbi ait, [n] *Vnde bella, & lites in vobis? nonne hinc? ex concupiscentiis vestris, quæ militant in membris vestris. Concupiscitis, & non habetis: occiditis, & Zelatis, & non potestis adipisci, litigatis, & belligeratis*. [o] *Ego* quippe, in Euangelio Matthæi dicit Dominus Iesus, *dico vobis non resistere malo; sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram: & ei qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. Et quicumque te angariauerit mille passus, vade cum illo alia duo*: paulòque post addit, [p] *Ego autem dico vobis, Diligite inimicos vestros*.

l Isai. 2. 4.

m Mich. 4. 3.

n Iacob. 4. 1.

o Matt. 5. 39.

p Matt. 5. 44.

q Rom. 12. 18.

15

Pacem in affectu haud tollit à piis bellum iustū, & necessariū.

Vnde & Apostolus his Christi inhærens vestigiis, [q] *Si fieri*, inquit, *potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. Quod ex vobis est*,

eſt, ait, vt nouerimus, & illos fidelium qui inuiti armantur aduersùs eos, à quibus iniuſtè, præſertimque in Dei, aut Reipublicæ ignominiam impugnātur, quoad affectum in pace perſiſtere, non in bello; quippe qui parati ſemper ſint ab armis ſe abſtinere, cùm id per ipſos ſuos aduerſarios datum eis ſit fieri. Neque enim ſui ipſius defenſio, quæ de iure naturæ eſt, vel affectui cenſenda cōtraria pacis, vel Euangelica lege penitus interdicta. Tametſi Paulus poſt præallata immediatè ſubiecerit,[a] *Non vosmetipſos defendentes chariſſimi.* Ibi ſiquidē, non de ſimplici defenſione eſt ſermo, ſed de vindicandi ſtudio: quod affectum excludit pacis: quo ſignificatu idē defendendi verbū apertiùs ſumptū repetitur in lib. Iudith, vbi dicitur.[b] *Factum eſt verbū in domo Nabuchodonoſor Regis Aſſyriorum, vt defenderet ſe.* Cùm mox dictum eſſet.[c] *Tunc indignatus Nabuchodonoſor Rex aduersùs omnem terram illam*, quæ, ſc. illi ſe ſubiicere renuerat, *iurauit per thronū, & regnum ſuum, quòd defenderet*, i. vlciſceretur *ſe de omnibus regionibus his.* Et participium Græcum quo vſus eſt Paulus, id clarè ſignificat, ἐκδικοῦντες enim Latinè eſt, *Vindicantes*, Et confirmat hunc ſenſum locus Deuteronomij,[d] quem ibidem mox inducit Apoſtolus, dicens: *Scriptum eſt enim, Mihi vindictam*, ſc. reſeruo, *Et ego retribuam, dicit Dominus.* Eſtque in Pſalmo octauo ſimile participium in Græco ἐκδικητὴν,[e] *vt deſtruas inimicum, & vltorem*, quod in Pſalterio Romano & apud Auguſtinum, aliosque Patrum legitur. *Vt deſtruas inimicum, & defenſorem.* Contra hunc duntaxat inimicum vltoremque noſtrū, qui vel Diabolus eſt, vt ait Hieron. quatenus & vt inimicus ad peccandū nos impellit, & vt vltor carnifex noſter eſt, poſtquā peccauimus: vel eſt peccatum ipſum, cū quo perpetuas habere debemus inimicitias, quodque cùm admiſſum à nobis fuerit, vltor diuinæ eſt offenſæ, acerrimis cōſcientiæ nos lanians morſibus. Contra hunc, inquā, inimicum, & vltorem ſtudeamus ita iuge habere prælium, vt armorum vſus nil cum pacis inſtrumētis habeat fœderis, iuxta Ioelis prophetiā, quâ dicitur,[f] *Sanctificate bellum, ſuſcitate robuſtos: accedant, aſcendant omnes viri bellatores, Concidite aratra veſtra in gladios, & ligones veſtros in lanceas. Infirmus dicat, quia fortis ego ſum.* Id quod in primis aduersùs prauam doctrinam ſic faciendū cenſuit Ioannes, vt dixerit,[g] *Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec Aue, ei dixeritis. Qui enim dicit illi Aue, communicat operibus eius malignis.*

Defendendi verbū vſurpatum in ſignificatu vlciſcendi.

a Rom. 12. 19.

b Iudit. 2. 1.

c Iudit. 1. 12.

d Deut. 32. 35.

e Pſal. 8. 3.

Bellum nobis in affectu ſēper eſſe debet contra diabolum & cōtra peccatum.

f Ioel. 3. 9.

g 2. Ioan. 1. 10.

16 Vltimus propoſitæ tertiæ quæſtionis ſenſus in verbis iſtis, (*Numquid fœderabitur ferrū ferro ab Aquilone?*) iuxta præallatam explicationem, eſt, vt per hęc prauo multorum obuietur vſui, qui cùm id à parentibus pro maxima acceperint hæreditate, vt agricolationi indulgeant, Italicè. *Che faccino l'arte del Campo:* quam tanti facit Scriptura Sacra, vt præ artibus cæteris liber Eccleſiaſticus[h] eam creatam dicat ab Altiſſimo, & per quam immenſæ congeruntur diuitiæ; Vano tamen decipiuntur errore, vt arbitrentur fœderari hæc duo poſſe, ruſticationis, & militiæ ſtudia: ligones, & lanceas: vomereſque, & gladios. Videas enim pleroſque iure optimo hac adagiali obiurgandos ſententiâ, qui cùm aliàs ingentes opes ex ſuis congererent agris, poſtmodùm de agrorum ſterilitate ſunt conquerentes, malamque ſuam ſæpe etiam blaſphemantes ſortem, quòd ad extremam redacti ſint paupertatem; cùm tamen vnà cum agricolatione, & armorum ſtudium coniungere voluerint; & equeſtri ratione vitam agere cum multitudine famulorum, equorum ac curruū; inimicitias exercere, thraſones in domo ſua enutrire milites. Ferri certè optimus in ruſticatione vſus non fœderatur ferro ab Aquilone, prauóque vſui armorum. Præclarè ad iſtos dici mihi videntur quæ in Prouerbiis legimus Salomonis:[i] *Prapara foris opus tuum, & diligenter exerce agrum tuum: vt poſtea ædifices domum tuam*, id eſt. Deciperis, ſi domum, familiamque tuam aliâ ratione contenderis euehere, quàm inuigilando agricolationi.[k] *Ne ſis teſtis fruſtra contra proximum tuum*, id eſt. Ne perſecutioni te dedas proximi tui, exiſtimans ex alienis te exaltandum damnis: *Nec lactes quemquam labiis tuis:* aulicū (vt dici ſolet) te habendo.[l] *Ne dicas, quomodo fecit mihi, ſic faciam ei: reddam vnicuique ſecundùm opus ſuum*, gerendo, ſcilicet, te vt militem iniuriarum vindicem, armorumque & inimicitiarum ſtudioſum. Tibi ſiquidem alioquin continget, quod & pigro, & circa agricolationem ſocordi eueniſſe expertus ſum.[m] *Per agrum hominis pigri tranſiui, & per vineam viri ſtulti: & ecce totum repleuerant vrtica, & operuerant ſuperficiem eius ſpinæ, & maceria lapidum deſtructa erat*, Subditque,[n] *Et veniet tibi quaſi curſor egeſtas, & mendicitas quaſi vir armatus.* Et meritò, *quaſi curſor egeſtas*, viro, cuius pedes veloces ad effundendum ſanguinem: & quaſi vir armatus mendicitas ei, qui, neglecto recto ferri vſu in agricolatione, armorum ſe dedit ſtudio.

Agricolationi & ſtudio armorum ſimul haud bene indulgeri poteſt.

h Eccl. 7. 16.

Paupertas vnde plerumque magnis diuitibus.

i Prou. 24. 27.

k Prou. 24. 28.

l Prou. 24. 29.

m Prou. 24. 30.

n Prou. 24. 34.

17 Ex Originalibus huius ſententiæ lectionibus duo inſuper hîc addere poſſumus, quæ morali inſeruiant praxi. Primum ex Hebraica lectione, (*Si conteret ferrum ferrum ab Aquilone, & æs?*) Quàm magno in errore ij verſentur fidelium, qui propriæ fidentes virtuti, quâ ferrum ſe reputant, Diabolum facilè ſuperaturos ſe ſperant, omnemque illius debellaturos aciem. Cùm è veſtigio de eo ſcriptum ſit.[o] *Reputabit quaſi paleas ferrum, & quaſi lignum putridum, æs.* Ferrum certè etſi durum ſit, terra nihilominus eſt, & à terrea ſuamet conſumitur rubigine: & omnis humana virtus quantumcumque videatur præfortis, terrena, & carnalis eſt, terreni nimirum hominis, quam ea potiſſimùm quæ illi inhæret infirmiſſimam reddit rubigo præſumptionis ſuiipſius. Diabolus ferrum, & æs eſt; ferrum quidem, quod rubigine peccati à ſoliditate diuinæ excidit gratiæ; ſed & æs ſimul propter validiſſimum naturæ robur, propterque eximium ingenij ſui acumen, quo facilè ferrum quodque humanarum rationum penetratur, atque confringitur. Experientiâ namque nouimus, quid virium materiali inſit & ferro, cui chalybs admixtus ſit, & de Diaboli viribus legimus.[p] *Quaſi ſtipulam æſtimabit malleum, & deridebit vibrantem haſtam.* Prudentiſſimè igitur Apoſtolus humanæ virtutis minimè confiſus armis, validiora quæ ex Deo eſſent aſſumpſiſſe ſe dixit, quando tantum ſuperare voluit Diaboli robur,[q] *Arma*, inquiens *militiæ noſtræ non carnalia ſunt, ſed potentia Deo*, id eſt Deum, *ad deſtructionem munitionum, conſilia deſtruentes, & omnem altitudinem extollentem ſe aduersùs ſcientiam Dei.* Ab Aquilone inſuper multum incrementi in prædicto ſuo robore habet Diabolus aduersùs eos qui propriæ virtutis cum illo pugnare audeant armis, à regione inquam frigidiſſima, à ſoliſque radiis maximè remota: à mundo, qui totus in

Diabolū propriâ noſtrâ virtute ſuperare quàm vanum ſit vt confidamus.

o Iob. 41. 18.

Hominis robur quàm fragile.

Diaboli robur quàm magnum.

p Iob. 41. 20.

q 2. Cor. 10. 4.

in maligno positus est, tenebrisque oppletus, rebus ipsis mundanis, quas eis obiicit, dum per illas tentat ipsos, [a] negocioque perambulante in tenebris, ac per insidias inanem omnem eorum vim reddens. Vnde benè item Paulus, [b] *De cætero, ait, fratres confortamini in Domino, & in potentia virtutis eius.* Ne ampliùs iam confidatis in vobismet ipsis, & in armis propriæ virtutis. *Induite armaturam Dei, Vt possitis stare aduersus insidias Diaboli: Quoniam non est nobis colluctatio aduersùs carnem, & sanguinem, sed aduersus principes, & potestates, aduersùs mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ in cælestibus.*

a Psal. 90.6.
b Ephes. 6. 10.

18 Denique quod iuxta versionem Sept. hac sententiâ dicitur, (*Numquid cognoscetur ferrum, & operimentum æneum fortitudo tua?*) secundæ inseruiet praxi morali contra quoddam hominum genus, quorum studium est, vt inimicitias semper exerceant, modò vnum, modò alium in pugnam prouocantes, vimque infirmioribus inferentes, ante quorum oculos neque hominum, neque Dei vllus est timor, in Deum blasphemi, & in homines grassatores, & homicidæ in munimine confisi armorum bonorum. Qualis sanè gigas ille describitur in libro Regum Goliath, [c] ad quem ista dici potuissent, (*Numquid cognoscetur ferrum, & operimentum aneum fortitudo tua?*) Quorum sensum clariùs expressit Dauid in singulare certamen cum illo progressus, eumque sic affatus: [d] *Tu venis ad me cum gladio, & hasta, & clypeo, ego autem venio ad te in nomine Domini exercituum. Dei agminum Israel, quibus exprobrasti hodie: & dabit te Dominus in manu mea, & percutiam te, & auferam caput tuum à te: vt sciat omnis terra, quia Deus est in Israel.* Quibus verbis facti quoque respondit euentus. Quomodo & nostris pariter temporibus in prædictos sæpius contingere nouimus.

Armigerorũ nimia audacia quàm facilè à Deo retunditur.
c 1. Reg. 17. 4.
d 1. Reg. 17. 45.

VVLGATÆ.

Vers. 12.] Numquid fœderabitur ferrum, &c.

SEPTVAGINTA.

12. Εἰ γνωθήσεται σίδηρος, καὶ περιβόλαιον χαλκοῦ ἡ ἰσχύς σου.

Vers. 12.] Si cognoscetur ferrum, & operimentum æneum.

APPENDIX EXPOSITIONVM
Ex antiquis Patribus collecta.

Paraphrasis Chaldaica. *Et Rex qui fortis est sicut ferrum, ascendet vt fulciat Regem robustum sicut ferrum, & sicut æs, Veniet ab Aquilone contra eam, vt conterat eam.*

Vers. 12. Origenes lectionem explicans Sept. eadem homil. 11. *Loquitur Deus ad populum: (Ferrum, & operimentum æreum virtus tua dura, indomabilis, quæ molliri non quærit, quæ vix producatur. Ferrum, & operimentũ æreum virtus tua, i. secans, & diuidens, & benè composita disturbans, maledicta virtus.*

Origenes. *Impiorũ virtus & fortitudo qualis.*

Hieronymus. (*Numquid fœderabitur ferrũ, &c.*) Allatâ ratione varietatis versionum, quæ relata est in prima nostra literæ expositione. *Quod dicitur*, inquit, *Sic intelligendum est: Ne doleas quòd populus inimicus tuus sit: & te enim dura nunciante non potest te amare qui durus est. Siue Babylonij, qui ab Aquilone veniunt, suntque ferrum durissimum, huic populo duriori, & in æris similitudinem indomito, non poterunt amicitiâ copulari. Siue ferrum durissimum, hoc est populus Israel Dei cognitione indignus est, qui in tantam peruenit malitiam, vt duriori metallo ære circumdatus sit.*

Hieronym. *Prædicans aspera non potest amari ab obstinatis. Iudæis non poterãt amici esse Babylonij. Iudæorum quanta durities.*

Theodoritus. *Tum ex persona Dei, (Si agnoscetur ferrum, & vestimentum æneum?) Ne fiduciam inquit, collocetis in indumentis æreis, aut ferreis.*

Theodorit. *In armis ferreis non fidendum.*

D. Thomas. *Excludit hostium concordiã, quia cum Prophetæ concordare voluerunt. (Numquid) Iudæorum populus qui est (ferrum) propter duritiam (& æs) propter impatientiam: Fœderabitur ferro ab Aquilone, id est, à Chaldæis, q. d. non: supra 6.* [e] *Æs, & ferrum, vniuersi corrupti sunt, Defecit sufflatorium in igne, consumptum est plumbum. Vel tu ferrum dura prædicans illis qui sunt ferrum, & æs, fœderari non potes Ioan. 15.* [f] *Nolite mirari, si odit vos mundus: scitote quoniam me priorem vobis odio habuit.*

D. Thom.
e Iere. 6. 28.
f Ioã. 15. 18.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Εἰ γνωθήσεται σίδηρος. καὶ περιβόλαιον χαλκοῦ ἡ ἰσχύς σου.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τουτέστιν || αὐτὸ σιδήρου τὰ τείχη ἔχῃ, καὶ εἰ ἱμάτιον χαλκοῦν, οὐδὲ ἐπιγνώσεται, ὅτι αὐτὸ τοῦτο ἐστὶ σιδηροῦν. τοιαῦτα ὑποστήσονται.

|| Εἰ καὶ σιδήρου τεῖχ. καὶ ἱμ. χαλκοῦν οὐδὲ ἐπιγνωσθήσεται.

Ὠριγένους.] σίδηρον, καὶ περιβόλαιον χαλκοῦν ἡ ἰσχύς σου. ταῦτα φησὶν ὁ Θεὸς πρὸς τὸν ἐναρξάμενον τοῦ προφήτη λαόν. ὡς τῆς ψυχῆς αὐτῶν ἐν κακοῖς ἀνενδότου οὔσης, καὶ πλήρους ἰοῦ φθαρτικοῦ.

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐκ θεοῦ πρὸς τὸν λαὸν ὁ λόγος. κἂν ἰσχυρὸς ᾖς φησὶν, ὡς σίδηρος ἢ χαλκὸς περιέσομαί σοι.

E Vers. 12. *Si cognoscetur ferrum, & vestimentum æneum fortitudo tua?*

Chrysostomi.] *Hoc est, etsi ferreos muros habet, etsi vestimentum æneum, nec hoc ipsum ferreum esse cognoscetur: talia subibunt.*

Chrysost. *Arma vel fortissima nil prosunt cõtra hostes à Deo immissos.*

Origenis.] *Ferrum, & operimentum æneum robur tuum. Hæc ait Deus ad populum diris Prophetam prosecutum; quippe qui essent animo in malis obstinato, lethalique veneno oppleto.*

Origen. *Obstinatus in malo dicitur ferrum, roburque eius operimentum æneum.*

Olympiodori.] *Dei verba ad populum, licet inquit, sis robustus vt ferrum, vel æs, superabo te.*

Olympiod. *Fortitudo omnis nostra contra Deum infirmissima.*

Vers. 13.] Diuitias tuas, & thesauros tuos in direptionem dabo gratis in omnibus peccatis tuis, & in omnibus terminis tuis.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Diuitias tuas, & theſauros tuos in direptionẽ dabo gratis (ſeu ſine pretio, aut commutationem) in omnibus peccatis tuis, & in omnibus terminis tuis.

SI[a] denique ſecuritatem tibi polliceris propter magnas diuitias tuas, quibus vel hoſtes à te auertas muneribus collatis, aut tributorum pollicitatione; vel tamquam belli omnis robore, externas ad ſtipem tuam in tui defenſionem colligas auxiliares copias: Scito, me & his pariter te priuaturum, efficiendo, vt quicquid coaceruatum à te fuerit opum, quicquid & theſaurorum reconditum, à tuiſmet diripiatur hoſtibus, quorum vnuſquiſque partem ſuam temerè deprædetur, nullo interueniente pretio, nullàque contractus alicuius intercedente commutatione. Idque vbique locorum faciam propter omnia quidem peccata tua, at in primis propter multiplicia idololatriæ ſcelera, quibus in omnibus terminis tuis es coinquinatus.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 Nic. de Lyr. Petr. à Fig.

DIuitias tuas, &c. Putant in his conuerſionem fieri ad regnum Iuda, atque ad Synagogam Nicolaus de Lyra, & Petrus à Figueira: cæterùm iſtiuſmodi ſermonis conuerſio, vt vidimus, iam facta fuit in verſ. præcedenti prouerbiali illâ locutione, & ſimilitudine fieri cum altero ferro, æriſque cum altero ære. Andreas Cappella ita hæc cum præexpoſitis nectit, vt cum iam de validiori actum eſſet robore Regis Babylonis, quòd multò maius, quàm robur eſſet Iudæorum, vel etiam cum robore vnitum Regis Ægypti; nunc conſequenter eidem Iudaico populo ſubiiciatur. Fruſtra nitimini muneribus, & pecuniis Ægyptios vobis conciliare, vt à Chaldæis vos liberent; nihil enim aliud efficietis, quàm vt diuitias veſtras amittatis fruſtra, quarum partem Rex Ægypti, partem Rex Babylonis diripiet gratis. Quem ſenſum multò ante proſecutus eſt Lyra. Sed cùm ſuperiora nihil de Rege Ægypti egiſſe viderimus, nihil eſt quod pro recta dictorum connexione, illius hîc fieri dicamus mentionem. Simplicior, veriorque connexio totius orationis huius eſt, vt quod generaliter, & obſcurè in præcedenti verſu dictum fuerat in comminationem acerrimorum per Chaldæos Iudæis faciendorum: id nunc in verſ. iſtis 13. & 14. magis ſpeciali, & apertè explicetur narratione. Et quia maius in quo potiſſimum Iudæi confidebant robur, ingentes erant diuitiæ, pretioſique bonorum omnium, cunctæque ſupellectilis theſauri, Quibus ſæpe inſurgentes in ſe diuerſos hoſtes, vel etiam Chaldæos ipſos à ſe auerterunt, collatis nimirum muneribus, promiſſiſque tributis: vel etiam externis collectis ad ſtipem ſuam auxiliaribus copiis. Iſta in primis, quæ robur, neruuſque belli vulgò dicuntur, nihil tandem eis profutura aſſerit Dominus. Quippe quæ vniuerſa mox diripienda ab ipſis forent Chaldæis ſingulis partem ſuam pro viribus temerè, & abſque vllo commutationis contractu violenter illarum deprædantibus.

Andr. Capp. Muneribus nil effecturos Iudæos inſtãte captiuitate Babylonicâ.

Iudæis non profuiſſe diuitias contra Chaldæos.

2 Hug. Card. *Gratis, ſignificat, & ſine pretio, & ſine meritis, atque etiam ſine cauſa.*

Notat Hugo Cardinalis additam particulam, (*gratis*) quantùm ad Chaldæos, quia non meruerunt accipere, Subiectumque illico, (*In omnibus peccatis tuis:*) vt planum fieret, quoad Iudæos idipſum non gratis, at merito factum, quia propter peccata meruerunt ea omnia amittere. Quid ſit tamen hic proprie, (*Gratis*) ex textu colligitur Hebræo, qui habet. (*Sine pretio,*) ſeu (*Non in pretio.*) Quo ſenſu & apud Iſaiam legimus.[b] *Gratis venundati eſtis, & ſine argento redimemini.* Et,[c] *Quia ablatus eſt populus meus gratis:* eo nimirum pacto, quo in Pſalmo 43. dicitur,[d] *Vendidiſti populum tuum ſine precio, & non fuit multitudo in commutationibus eorum.* Et cum auctionarentur, non fuit, prout euenire in auctionibus conſueuit, vt concurreret multitudo quæ pretium augeret; quin potiùs abſque vllo pretio, vti viliſſimos vendidiſti eos. Singulariter Vatablus. (*Gratis, & non pretio*) ſignificare hîc ait, quòd opes ipſas, & theſauros ſuos à diripientibus nullo Iudæi redimere poſſent pretio. In iis quæ adiecta ſunt, (*In omnibus peccatis tuis, & in omnibus terminis tuis:*) rectè cauſa aſſignatur præexpoſitæ direptionis: ne quis vel in Deum illam referat, dicentem. (*Dabo,* &c.) vel gratis aut ſine cauſa id faciendum. Et quidem in primo membro conſtat apud omnes, præpoſitionem, (*In*) cauſaliter poſitam pro alia *Propter:* vt aliàs ſæpiſſimè. Quoad eamdem tamen particulam in ſecundo membro, non ita conueniunt expoſitores, ſumentibus eam aliquibus localiter, vt ſignificetur, direptionem propter peccata omnia, & in omni Iudaicæ regionis loco faciendam: termini vocabulo ſumpto pro loco: Pleriſque verò eamdem pari modo accipientibus atque in membro primo, vt ſignificetur illam ipſam direptionem propter omnia quidem peccata faciendam, at in primis propter multiplicia idololatriæ ſcelera: quæ terminorum appellatione deſignentur,[e] cum ſupra & in 2. & in 3. capit.[f] dictũ fuerit, *In omni colle ſublimi, & ſub omni ligno frondoſo tu proſternebaris meretrix.* Quod declarauit in ſua verſione Pagninus, legens. (*Propter omnia peccata tua, & peccata quæ ſunt in omnibus terminis tuis.*) Vterque ſenſus bonus.

b Iſai 52.3.
c Iſai.52.5.
d Pſ.43.13.

In præpoſitio pro propter, & pro loco.

Terminorum vocabulo ſignificata & loca & idololatria.

e Iere. 2.20.
f Iere. 3.6.

3 Quoad Lectionum varietatem, In Hebraica quidem præter dicta nihil eſt quod notetur. In Verſione verò Sept. primum animaduertendum, primam, quæ in Hebraico textu eſt, vocem חליך *beleha*, ſignificantem, (*& diuitias tuas*) prout communiter hîc accipitur. (*Et fortitudinem tuam,*) in hoc ſecundo ſignificatu & in recto acceptam à ſenioribus illis relatam ad ſuperiorem ſententiam, in qua legebant, *Et operimentum æneum fortitudo tua.* Ita autem hanc legunt ſententiam καὶ τοὺς θησαυρούς σου εἰς προνομὴν δώσω ἀντάλλαγμα διὰ πάσας τὰς ἁμαρτίας σου, καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ὁρίοις σου. (*Et theſauros tuos in direptionem dabo commutationem propter omnia peccata tua, & in omnibus terminis tuis:*) omiſſâ quæ in Hebræo eſt negatione לא *lo*, & legentes במחיר *bimhir*, (*pro pretio*) eam vocem reddiderunt ἀντάλλαγμα *commutationem*, quæ frequenter pro ipſo pretio vſurpata reperitur in Sacris Literis: vt in paulò ante citato loco Pſalmi 43.[g] *Et non eſt multitudo in commutationibus eorum.* Et non eſt multum lucri in eorum pretiis, cùm venduntur: vt clariùs expreſſit Symmachus id ita legens, καὶ οὐ πολλὴν ἐποίησας τὴν τιμὴν αὐτῶν. (*Et non multum feciſti pretium eorum.*) Sic in Euangelio Dominus,[h] *Quam* inquit, *dabit homo commutationem*, i. pretiũ *pro anima ſua?* Portò lectionis iſtius Sept. peregregius iſte eſt ſenſus: vt per ea Dominus ſceleſtam ſignificet Iudæorum negociationem, quòd ſicut illi in eius contemptum, inque creatoris eorum iniuriam per cõmutationem viliſſimumque peccatorum pretium quo theſaurizare ſibi ſategerunt ſuper terra ſemet vendidere, iuxta id quod apud Iſaiam pariter ad eoſdem dictum eſt.[i] Ecce

Cõmutationis vox vſurpata pro pretio.

g Pſ.43.13.
h Matth.26.16.

Senſus Verſionis Sept. *Auaritia vitium quàm iuſtè à Deo puniatur per diuitiarum ablationem.*

i Iſai 50.1.

Ecce in iniquitatibus vestris venditi estis. Ita ipse vicissim in eorum pœnam propter ipsa eorum peccata, próque sceleribus quæ vbique admisère, commutationem præstitutus sit eis, idque pretij, vt illorum thesauros det in direptionem in vniuersis ipsorum finibus, in quibus deliquère. In Codicibus Complutensi, & Regio non habetur pars ea *εἰς προνομὴν,(in direptionem,)* Sed sic ita leguntur,*(Et thesauros tuos dabo commutationem propter omnia peccata tua,*&c.)Et est sensus,quòd Deus in peccatorum omnium pretium daturum se dicat coaceruatos thesauros. Circa quæ moraliter aliqua est philosophari, in quibus non est quòd hîc detineamur.

Vers. 13.] Diuitias tuas, & thesauros tuos,&c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

4 *Per peccatum mortale mortificatur omnia bona opera nostra præcedentia.*

Cum & mysticè,& propriè de diuitiis, thesaurisque sermo esse hic queat, duplex & corū quæ præ manibus habemus, moralis potest esse sensus,seu potius duo in illis expedi possunt, quæ pro moribus sint. Quæ sint mysticæ opes, quique thesauri morales animæ fidelis, explicatum iam nobis est aliàs per id quod apud Isaiam legimus.[a] *Diuitiæ salutis sapientia,& scientia*, (non tam,scil.speculatiua quàm practica) *timor Domini ipse est thesaurus eius*,scil.salutis,quo nimirum ipsa emitur salus. Quicquid virtutis multo labore collectum sit: quicquid bonorum operum per longissimum temporis spatium in preciosissimos coaceruatum sit thesauros, deperit ad cuiuslibet mortalis peccati perpetrationem; & quamdiu in D ralis peccati statu anima perstiterit,mortificatarum diuitiarum id omne asserunt scholastici ex eo quod apud Ezechielem dicitur,[b] *Si auerterit se iustus à iustitia sua,& fecerit iniquitatem, omnes iustitiæ eius non recordabuntur*: efficaciùs autem hoc totum istâ significatur sententiâ; primùm, quia Deus se id asserit facturum, cuius nimirum voluntate in admissorum peccatorum id permittitur pœnam: tum quia diripiendæ ex dicuntur spirituales opes, atque thesauri: haud dubium quin à Dæmonibus,de quibus,& de eorum principe alibi dicitur,[c] *Scrutetur fœnerator omnem substantiam eius, & diripiant alieni labores eius.* Studet enim Sathanas exactiùs perpendere & perscrutari piæ animæ bona quæque opera, in quibus sitam nouit substantiam,opesque illius: cúmque peritissimus sit fœnerator, in perscrutatione illa sua, id obnititur, vt quid in bonis iis operibus humani inueniat affectus propriæ eiusdem animæ complacentiæ,& inanis gloriæ,seu defectus, ac imperfectionis cuiuspiam, quæ illi ad fœnus dari ab ipso consueuère; vt si res prosperè sibi succedat,ex modicis iis pro fœnore diripiat opes vniuersas,quas ea anima summo coaceruarat labore.Ideo bene ibi subditur,*Et diripiant alieni labores eius*,scil.animæ. Cùm enim eò illam nequissimi spiritus in lethiferum peccatum aliquod decidere fecerint, diripiunt quicquid laboribus illis misera coaceruarat meritorum ad vitam æternam. Græcis autem dati eis in direptionem dicuntur thesauri isti: cùm nil tandem illis ex direptione ea proueniat commodi, nihilque anima exinde reuexerit ex parte eorum commutationis; [d] *stipendium peccati mors est*: quæ

a Isai.33.6.

b Ezech. 18. 24.

Vsura Diaboli cum peccatore.

c Ps.108.11.

d Reg. 6.23.

A haud quid aliud est quàm vitæ, & gratiæ priuatio.

5 *Diuitiæ, & thesauri quos mūdani auarè congregāt, & crudeliter seruant iusto Dei iudicio profunduntur in vitiorum studia.*

Si de diuitiis materialibus hæc intelligamus, magnâ emphasi in hac sententia exprimitur, quod quotidiano obseruamus experimento in plerisque fidelium: qui cùm multum in congerendis insudent opibus,idque per fas (vt dici solet) & nefas: easque ita sibi velint proprias, vt quoad misericordiæ opera,earum sint auarissimi: in pœnam tamen auaritiæ eius suæ contingit ipsis ex permissione diuina,vt easdem in peccatis suis largiùs profundant,datis nimirum & eorum B quoque thesauris à Deo in direptionem in omnibus terminis,locisque iis,in quibus, iuxta proprios affectus tamquam idola sibi erexerint vitia,quæ colerent. Sic de colente luxuriæ vitium in libro Prouerbiorum dicitur,[e] *Qui nutrit scorta, perdet substantiam*: quod euentu comprobatū est in Lucæ Euangelio enarrato de filio prodigo,[f] *qui perdidisse* dicitur *omnem substantiam suam viuendo luxuriosè.* Sic de colente vitium gulæ, per Salomonem pariter dicitur:[g] *Vacantes potibus, & dantes symbola consumentur, & vestietur pannis dormitatio.* Quod clariùs in Hebr. textu ita habetur, C *Potator, & helluo depauperabitur, & laceris vestiet sopor.* Conuiuiis enim dediti, atque in epulas conferentibus symbola, & opiparas conuiuiorum partes, consumuntur paupertate, profusis nimirum opibus; itaque præ ebrietate dormitare coguntur,& necessaria negligere negocia,quibus diuitiæ & conseruantur, & crescunt; vt vel opulentissimis expensis thesauris mendicitatem & vestibus palàm faciant. Quid de ambitioso dixerim? rem ipsam totam in semet aperuit Diabolus,quando, vt in Matthæi Euangelio habes, ad Christum Dominum, cui ostenderat omnia regna mundi,dixit.[h] *Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me.*

e Prou.29.4.

f Luc.15 13.

g Prou.23. 21.

h Matth.4.8.

6 *Diuitiis iure priuatur impius, qui in iis suū collocarat omne robur.*

Si singula autem expendantur verba præsentis sententiæ, *(Diuitias tuas,& thesauros tuos in direptionem dabo gratis in omnibus peccatis tuis, & in omnibus terminis tuis.)* Efficacissimè istud amplificabitur moralis praxis. Enimuero Hebraica vox חיל *hel*, quam noster interpres diuitias reddit, propriè robur, fortitudinem, imò & exercitum significat,eamdemque in significatu fortitudinis illam sumpsère.Sept. Et est aptissimus hoc loco ad ipsas significandas diuitias in maiorem miseE ræ animæ cruciatum,vtpote cùm in direptionem dandæ dicuntur opes,in quibus omne eius situm erat robur quo tueri se poterat illæsum à malis innumeris,dicente Salomone,[i] *Substantia diuitis vrbs roboris eius, & quasi murus validus circumdans eum.*Quibus denique quasi potentissimis exercitibus & cælo vim potuisset inferre,dicère Domino,[k] *Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Thesaurorū nomine designata accipe preciosa quæque,gemmas, monilia,vasa argētea, & aurea, atque etiam quæ in multa copia, magnóque cum affectu coaceruatæ,& reseruatæ sint F fruges,sicut infra c.41.legimus, quosdam dixisse ad Ismahel,[l] *Noli occidere nos:quia habemus thesauros in agro frumenti, & hordei,& olei,& mellis.*Thesaurorū quoque nomine & corda illos possidentium comprehensa intellige, iuxta illud Euangelij.[m] *Vbi est thesaurus tuus,ibi est & cor tuum*;quod cauendum ne contingat monuit Propheta, quum dixit,[n] *Diuitiæ si affluant nolite cor apponere.*

i Prou.18. 11.

Diuitiis quasi exercitibus vis inferri potest cælo.

k Matth. 11. 12.

l Iere. 41.8.

m Matt.6.21

n Ps.61.11.

Diuitiæ expensæ in peccatis dicūtur datæ in direptionē gratis, & sine pretio.

(In direptionem,) danda dicuntur,tum quia &, malè data, & pessimè erunt accepta propter scelera;

ſcelera: tum quia in nullum bonum vſum conuertentur, cùm iuxta vulgarum prouerbium, *Malè porta peſſimè dilabantur*: Et experientia doceat, direptionum bona vix cuiquam eſſe proficua. Quæ confirmantur per adiectam particulam (*Gratis*) quamquam per eamdem non modicum ſententiæ addatur emphaſis, quòd gratis abſque vllo precio, & abſque commutatione vlla peccator ſuas in peccatis profundit opes, quibus & peccata ipſa, & animam quoque ſuam in peccatis iiſdem venditam per eleemoſynarum largitionem quiuiſſet redimere, iuxta Danielis conſilium,[a] *Peccata tua eleemoſynis redime*: cùm & per Sapientem dicatur, [b] *Redemptio animæ viri diuitiæ ſuæ.*

a Dan. 4. 24.
b Prou. 13. 8.

Diuitiæ quæ non dantur in eleemoſynam Chriſto, iuſto Dei iudicio expenduntur in lites.

Poſſunt hæc ipſa inſuper alio morali item ſenſu exponi ex populari adagio illo, quo dicitur, *Qui non dat Chriſto, dat Fiſco*: vt impio, qui à miſericordiæ alienus eſt operibus, id in pœnam à Deo præſtetur ſcelerum eius, quæ eleemoſynis redimere renuit, vt coacceruatæ illius diuitiæ, vnáque cum theſauris ſuis, & ipſius cor gratis, & abſque vlla vtilitate direptioni ſint ſatellitum, notariorum, procuratorum, aduocatorum, iudicum, & miniſtrorum Fiſci, idque in omnibus terminis, & in omnibus locis, in quibus aliàs peccaſſe ei contigerit.[c] *Qui enim amat aurum, non iuſtificabitur*, dicit libri Eccl. auctor, *& qui inſequitur conſumptionem replebitur ex ea.*

c Eccl. 31. 5.

Vide Appendicem Patrum poſt Expoſitionem Secundam verſ. 14.

Verſ. 14.] Et adducam inimicos tuos de terra, quam neſcis: quia ignis ſuccenſus eſt in furore meo, ſuper vos ardebit.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

d Et adducã inimicos tuos de terra: quã neſcis: quia ignis ſuccenſus eſt in furore meo, ſuper vos ardebit.

ISta [d] namque prima ſunt omnis ruinæ tuæ cauſa: cùm propter ipſa adducturus de longinqua, & ignota tibi terra tuos ſim inimicos, cùm & per ipſa tamquam per vehementer exufflantem ventum furoris mei ſuccenſus ſit ignis, qui alioquin charitate veluti cinere coopertus erat. Quamuis enim & quaſi ardentiſſima is ſit fornax, clauſa tamen fornax eſt, & operta, è qua ſibi ſuccendant ſceleſti quique ignem, & flammas miſeriarum, atque calamitatum, quibus conſumuntur, adeóque furor ipſe meus acriter ſuper vos vires ſui exercebit ardoris.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *Chaldæos in Iudæam venturos.*

E*T adducam inimicos tuos de terra*, &c.) Facilis iſtorum eſt ſenſus: proſequens enim Dominus idem quod ſupra argumentum, per figuram, quam Græcè nuncupare ſolemus ὕστερον πρότερον. Latinè Præpoſteratio, cùm quid narratur ordine conuerſo; Primò enim de Babylonia in Iudæam adducti ſunt Chaldæi, tum ibi iiſdem opes, & theſauri Iudæorum dati ſunt in direptionem. Et quidem noſter interpres optimè Hebraicam reddidit lectionem, particulam את *&*, præfixam nomini inimicorum, iuxta communiorem, & frequentiorem vſum illius ſumés, vt articulum accuſatiui, & patientis: præpoſitionemque ב *be*, accipiens pro Latina præpoſitione, de: ſeu, A, quod & frequens Hebræis eſt. Alij tamen Interpretes ordinatam hanc ipſam facientes orationem, abſque prædicta figura; vt hîc narretur quod vltimò in Iudæos factum eſt per Chaldæos, qui captiuos illos abduxerunt in Babylonem: qua de re in præcedenti cap. 14. dicebatur, [e] *Propheta quoque & Sacerdos abierunt in terram quam ignorabant*: Et in ſubſequenti cap. 16. [f] *Et eiiciam vos de terra hac, in terram quam ignoratis vos, & patres veſtri*, & pariiculam את *&*, vt præpoſitionem ſumpſêre: & præpoſitionem ב *be*, pro *in* motum ad locum deſignante. Sic, tametſi. Regia ambiguè ſic verterit, (*Et tranſire faciã inimicos tuos in terram quã non noſti.*) Clariùs tamen Pagninus legit, (*Et tranſire faciam ad inimicos tuos in terram, quam non noſti.*) & Vatabl. (*Et transferam cum hoſte veſtro*: Seu, *Et extrudam te ad hoſtes tuos in terram quam non noſti.*) Sept. in primo Hebraico verbo literam ſumentes ד *daleth*, pro litera ר *reſc*, inter quas maxima eſt ſimilitudo, vt feciſſe vidimus & ſupra in verſ. 12. pro והעברתי *vehangabarthi*, (*Et tranſire faciam*) legerunt והעבדתי *vehangabadthi*, (*Seruire faciam*,) Sicque hæc reddidêre, καὶ καταδουλώσω σε κύκλῳ τοῖς ἐχθροῖς σου ἐν τῇ γῇ ᾗ οὐκ ᾔδεις. (*Et ſeruire faciam te in circuitu inimicis tuis, in terra quam non ſcis.*) Quod eſt conſonum ſenſui, quem communiter tribuunt & lectioni Hebraicæ. Conſentitque eidem & Paraphraſis Chaldaica.

Iudæos abducendos in Chaldæam.

e Ierem. 14. 18.
f Ierem. 16. 13.

Iudæos ſeruituros Chaldæis.

2 (*Quia ignis ſuccenſus eſt in furore meo, ſuper vos ardebit.*) De externo, & materiali igne hæc ſumenda putat Dionyſius Carthuſianus, Ac ſi dicatur: Quia ignis à Chaldæis ſuccendetur in te, meâ dictante iuſtitiâ, & vrbes veſtras comburet. Meliùs tamen eadem generaliter ſumes, vt periphraſim vehementiſſimæ Dei indignationis futurarum Iudæis calamitatum omnium effectricis. Bene autem iſta cum rationali particula (*Quia*) ſubiecta ſunt, poſtquam in præcedenti verſ. prima earumdem calamitatum explicata fuit cauſa, vbi dicebatur. *Dabo in direptionem in omnibus peccatis tuis, ſeu, propter omnia peccata tua.* Peccata quippe prima ſunt calamitatum, pœnarumque omnium cauſa, quibus veluti vehementi ſpiratione venti, & flamma ſuccenditur in Dei furore, qui alioquin inſtar ignis eſt cinere operti, diuinâ nimirum eiuſdem Dei charitate, quaſi calido cinere ipſum operiente: quod eã deſignatur Sapientis ſententiâ, [g] *Charitas operit multitudinem peccatorum*: ſi ei illa aptetur charitati, quæ diuino ineſt pectori, imò quæ Deus ipſe eſt: & peccatorum vocabulo pœnæ ſignificentur eorumdem, quæ in Dei item pectore ira ſunt illius. Vnde quod hîc dicitur, (*Quia ignis ſuccenſus eſt in furore meo:*) magis conſentaneè ad allatam ignis cinere operti ſimilitudinem ſupra in cap. 4. ſic vidimus expreſſum. [h] *Ne fortè egrediatur vt ignis indignatio mea, & ſuccendatur, & non ſit qui extinguat propter malitiam cogitationum veſtrarum.* Ad quem locum remitto lectorem. In verſione Sept. quâ ita hæc leguntur. (*Quia ignis ſuccenſus eſt.* ἐκ τῷ θυμῷ μου. ἐξ, ſeu, *de furore meo.*) Subindicari videtur, Dei furorem eſſe veluti ardentiſſimam fornacem, clauſam tamen, & opertam, è qua ſibimet ſuccendant peccatores ignem miſeriarum, & calamitatum, quo conſumantur: Vnde bene hîc adiicitur. (*Super vos ardebit.*)

Dion. Cart.

Peccata ſuſcitant flammam diuini furoris, qui alioqui eſt velut ignis cinere operti.

g Prou. 10. 12.

h Ierem. 4. 4.

Dei furor eſt velut ardentiſſima fornax, clauſa tamen, è qua ignem calamitatum ſibi ſuccendunt peccatores.

Vers. 14.] Et adducam inimicos tuos,&c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

3 *Diuitias immisericordiũ iusto Dei iudicio diripiũt lenones curiales,&c.*

Faciunt & hæc ad ea quæ mox prædicta fuêre iuxta duos postremos sensus. Iusto enim Dei iudicio fit, vt qui immisericordes erga suos sunt conciues, & proximos, direptioni à Deo expositas opes suas videant alienis, quorum nec patriam norint, quosque sibi tandem sentiant inimicos, lenonibus, meretricibus, gnatonibus, curialibus, &c. Bene autem adiecit Dominus: (*Quia ignis succensus est in furore meo, super vos ardebit:*) quæ aliàs expendimus, Per hæc quippe mirum in modum præexposita amplificantur, quæ ex maxima Dei proueniant indignatione: & vt omnium acerrima pœna auaro sint, qui diuitiarum maiorem quàm animæ suæ habet rationem.

VVLGATÆ.

Vers. 13.] Diuitias tuas, &c.

Vers. 14.] Et adducam, &c.

SEPTVAGINTA.

13. Καὶ τὴν θησαυροὺς σου εἰς προνομὴν δώσω ἀντάλλαγμα διὰ πάσας τὰς ἁμαρτίας σου, οὔτε ὠφέλησε με οὐδεὶς, καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ὁρίοις σου.

14. Καταδουλώσω σε. κύκλῳ τοῖς ἐχθροῖς σου ἐν τῇ γῇ ᾗ οὐκ ᾔδεις, ὅτι πῦρ ἐκκέκαυται ἐκ τοῦ θυμοῦ μου, ἐφ' ὑμᾶς καυθήσεται.

Vers. 13.] Fortitudo tua? Et thesauros tuos in direptionem dabo, commutationem propter omnia peccata tua, & in cunctis terminis tuis.

Vers. 14.] Et seruire te faciam in circuitu inimicis tuis, in terra, quam non nouisti: quia ignis accensus est è furore meo: super vos ardebit.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1

PARAPHRASIS Chaldaica. *Substantiam eorum, & domum thesaurorum eorum in direptionem tradam, non in pretio, sed pro peccatis, quibus colebatis idola in omnibus terminis vestris.*

Vers. 14. *Et seruietis inimicis vestris in terra quam ignorabatis. Quia ventus fortis vrens quasi ignis egressus est à facie mea in furore, & super vos residebit.*

Origen. *Sancti, ac Prophetæ sunt thesauri, quos ablatos à Iudæis dedit nobis Deus.*

Vers. 13. & 14. Origenes citatâ homil. 11. (*Diuitias tuas, & thesauros tuos in deprædationem dabo gratis.*) *Concedit, & dat eos Deus commutationem propter omnia peccata eorum. Vtrum ne hos, quos sibi in terra thesaurizauerint? Vnusquisque hominum thesaurizat sibi, si est peccator, in terra: si est* A *iustus, in cælo, vt docuit Euangelium* [a] *Aut quod dicit, istiusmodi est, Ecce vnus thesaurus Ieremias, alius thesaurus est Isaias, Thesaurus erat Moyses, & reliqui. Thesauros abstulit Deus à populo, & per Christum, qui dixit, (Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius,) largitus est nobis. Dedit nobis thesauros illius populi Deus;* [b] *quia primum illis credita sunt eloquia Dei, & nobis attributa. Non quòd Scriptura ab eis ablata sit, habent enim, sed quòd non intelligant eam. (Et thesauros tuos in deprædationem dabo commutationem propter omnia peccata tua in omnibus finibus tuis.) Quod dicit tale* B *est. Ista omnia peccata tua, quæ in vniuersos fines tuos prouenerunt, tibi reddita sunt. Nullus quippe finis illius est populi, qui non peccatis eius repletus sit. Nec poterat non omnis eius finis peccatis repleri, qui, quantum in eo fuit, interficiens Christum interfecit iustitiam, sapientiam, & veritatem.* [c] *Factus enim is est nobis iustitia,* &c. *Vnde propter crudeles contra filium Dei acclamationes hæc omnia perdiderunt. Surgens Dominus meus Iesus Christus non apparuit vltra interfectoribus suis: sed tantum credentibus sibi ex mortuis victor ostensus est.*

a Matt. 6. 19.

b Rom. 3. 2.

Scriptura Sacra ablata à Iudæis quoad ipsius intellectum.

In peccato interfectionis Christi omnia peccata admisêre Iudæi.

c 1. Cor. 1. 30

Iudæorum captiuitas.

(*Et dabo te in seruitutem inimicis tuis in terram* C *quam nesciebas.*) *Seruiuit quippe populus Iudæorum inimicis suis, & dispersus est in terram quam ignorabant.* (*Quoniam ignis accensus est in ira mea, super vos ardebit.*)

2 Hieronym. *Ignis furoris Dei ardentis non in Deo, sed in nobis est causa.*

Hieronymus. (*Diuitias tuas,* &c.) *Omnem inquit, substantiam tradam inimicis tuis absque vllo pretio propter peccata quæ fecisti in cunctis terminis tuis.* (*Propterea adducam inimicos tuos.*) *Siue* (*Seruire te faciam*) *in terra Chaldæa: quia ignis meus, qui semel in meo furore succensus est, in te ardebit, & extingui non poterit. Tu enim præbuisti materiam ardoris tui: vt meus ignis tua quæ in te sunt ligna consumat, & fœnum, & stipulam. Ac per hoc non est* D *causa ardoris in Domino: sed in his qui fomenta incendio ministrarunt.*

Cyrill. Alex. *Dei flagella quibus emendemur optanda.*

Cyrillus Alexandrinus lib. 1. in Leuiticum. *Vtinam & mea terra accendatur igne diuino, vt vltra non afferat spinas, & tribulos. Sic intelligere debes & illud quod scriptum est: (Ignis accensus est ab ira mea, comedet terram & generationes eius.)*

Opera mala sunt & ignis, & fomentum ignis.

Idemque Cyrillus ad finem orationis, seu lib. 1. in Isaiam. *Committendum, inquit, non est, vt Deum posthac offendamus, caue designemus imprudenter, quæ propemodum inuitum accendent in nos* E *eum, qui potest omnia. Hæc opera nostra & ignis erunt nobis, & fomentum ignis: quemadmodum profectò rectè ac præclarè facta laudem visam, & gloriam rectè, & emendatè viuentibus conciliare videmus.*

Theodorit. *Iudæorũ opes prædandas illosque captiuitati dãdas.*

Theodoritus. (*Robur tuum, & thesauros tuos dabo in prædam,* &c.) *Cunctas opes vestras tradam hostibus. Et hæc erit peccatorum tuorum remuneratio. Quibus addit etiam captiuitatem, quam iam passi erant,*

D. Thomas. *Munera non profutura in die iudicij.*

D. Thomas. *Excludit confœderationis fiduciam, tum ex muneribus, (diuitias gratis.) q. d. Nihil tibi proderunt, (in omnibus) id est, pro omnibus. Na-* F *hum. 2.* [d] *Diripite argentum, diripite aurum, & non est finis diuitiarum ex omnibus vasibus desiderabilibus. (Et adducam) q. d. Non poteritis eos rogare, quia non intelligent. Isai. 5.* [e] *Leuabit signum in nationibus procul, & sibilabit ad eum de finibus terræ. Tum assignat causam, (quia ignis) Deut. 32.* [f] *Ignis succensus est in furore meo,*&c.

d Nahum. 2. 9.

e Isai. 5. 26.

f Deut. 32. 22.

CATE

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

KAὶ τοὺς θησαυρούς σου εἰς προνομὴν δώσω ἀντάλλαγμα διὰ πάσας τὰς ἁμαρτίας σου.]

Ὀλυμπιοδώρου.] τί ἐστιν ἀντάλλαγμα; ἀντὶ τῶν ἁμαρτιῶν σου δώσω τὰ χρήματά σου καὶ τὴν ἰσχύν σου. ἐπειδὴ αὐτοῖς ἐθάῤῥουν.

Ὠριγένους.] οἱ θησαυροὶ γὰρ αὐτῶν οὐκ ἐν οὐρανοῖς ἦσαν, ἀλλ' ἐπὶ γῆς. τούτους καὶ δίδωσιν εἰς προνομὴν ὁ θεός. εἴποις δ' ἂν καὶ κρείττονας τοῦ λαοῦ ἐκείνου θησαυροὺς εἰς προνομὴν ἐκδίδοσθαι. θησαυροὺς γὰρ εἶχον Μωϋσῆν, καὶ τοὺς προφήτας οὓς ἔλαβεν ἀπ' αὐτῶν ὁ Χριστός. ὃς καὶ φησίν. ἀρθήσεται ἀφ' ὑμῶν ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ, καὶ δοθήσεται ἔθνει ποιοῦντι τοὺς καρποὺς αὐτῆς. πρῶτοι γὰρ ἐκεῖνοι ἐπιστεύθησαν τὰ λόγια τοῦ θεοῦ, καὶ μετ' ἐκείνους ἡμεῖς. ἤρθη δὲ ἀπ' αὐτῶν. καὶ νῦν ἔχουσιν αὐτῶν τὰς γραφάς, τὸ μὴ θεωρεῖν τὸν ἐν αὐτοῖς νοῦν. πεπλήρωται γὰρ μετὰ τὴν Ἰησοῦ ἐπιδημίαν. ἀκοῇ ἀκούσητε, καὶ οὐ μὴ συνῆτε. καὶ βλέποντες βλέψετε, καὶ οὐ μὴ ἴδητε. ἐπαχύνθη γὰρ ἡ καρδία τοῦ λαοῦ τούτου.

[Καὶ καταδουλώσω σε.]

Ὠριγένους.] καταδεδούλωται ὁ λαὸς ἐκεῖνος ἐν τοῖς ἐχθροῖς. καὶ γέγονεν ἐν τῇ γῇ ᾗ οὐκ ᾔδει.

A Verſ. 13. ET theſauros tuos in direptionem dabo, & commutationem propter omnia peccata tua.)

3

Olympiodori.] Quid eſt (permutationem?) Pro peccatis tuis tradam pecuniam tuam, & robur tuum, quoniam illis fidebant.

Olympiod. Impiis fidentibus in humano robore, dantur ipſa eorum bona hoſtibus in compenſationem ſcelerum eorum.

Origenis.] Theſauri enim ipſorum non in cælis erant, ſed in terris: hos & in direptionem dat Deus. Dicere etiam poteris & potiores populi illius Theſauros in direptionem datos. Etenim theſauros Moyſem habebant, & Prophetas, B quos ab illis abſtulit Chriſtus: qui etiam dicit. [a] Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Primis enim illis, dein nobis verba Dei concredita ſunt. Ablata fuere ab ipſis; & nunc inaniter ſcripturas poſſident, quòd illorum ſenſum non percipiant. Nam adimpletum eſt illud poſt Chriſti aduentum, Auditu [b] audietis, & non percipietis; & videntes, videbitis, & non perſpicietis. Cor enim populi huius impinguatum eſt.

Origenes. Theſauri collecti in terra direptioni à Deo dantur.

Sacrarum Scripturarũ theſauri ablati à Iudæis, datique nobis fidelibus.

a Matth. 21. 43.

b Matth. 13. 14.

C Verſ.14. (Et ſeruire te faciam, &c.)

Origenis.] In ſeruitutem redactus eſt populus ille hoſtium, & abductus in terram, quam neſciebant.

Verſ. 15.] Tu ſcis Domine, recordare mei, & viſita me, & tuere me ab his qui perſequuntur me, noli in patientia tua ſuſcipere me: ſcito, quoniam ſuſtinui propter te opprobrium.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

c Tu ſcis Domine.

D HIs [c] in mei conſolationem à Deo habitis, ſubieci ego illius Propheta, ſum, inquiens, optimè conſcius Domine, quòd tu & omniſcius es, & omnipotens; Haud neceſſe eſt, vt ſingillatim meas tibi enarrem egeſtates, labores, & ærumnas: nec fas eſt, vt rationes tibi proponam, quibus feras opem: Sufficit quidem mihi, quòd ſeruus tuus ſum, qui ſcis, & potes vniuerſa quæ mihi expediant. [d] Fiducialiter nihilominus te deprecor, vt præſentaneo præſtito auxilio patefacias, E mei te habere memoriam. Et quia tam internâ, quàm externâ tuâ indigeo ope, præbe mihi primùm internam, tuâ me viſitans viſitatione, quâ cuſtodiatur ſpiritus meus, tuaque pace, quæ exultare meum & cor faciat, & intelligentiam: Tum da pariter & externam, tuendo, liberando, & indemnem ſeruando me ab iis qui me perſequuntur. Meam omnem in illos tibi committo vindictam. [e] Iam verò non ampliùs tuæ opis diffe- F ras me fieri participem, quòd eos diutiùs tuâ tolerare velis patientiâ: Neue ſic immenſâ tuâ erga illos vtaris longanimitate, vt me, illis impunitis, ex hac tollas vita, quòd certè & in tuum redundaret opprobrium, cuius maiorem habeo rationem, quàm opprobrij mei, quo tunc Propheta haberer mendax. Effectu itaque vindictæ ſuæ patefac, optimè tibi eſſe exploratum, in ea, atque per eam agi rem tuam, & noſſe quòd non tam propter memetipſum, quàm propter te ſubierim opprobria.

d Recordare mei, & viſita me, & tuere (ſeu indẽnem ſeruare ſeu vindica) me ab his qui perſequuntur me.

e Noli in patientia (ſeu in longanimitate) tua ſuſcipere me. Scito quoniã ſuſtinui propter te opprobrium.

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1

TV ſcis Domine, &c.) Dialogiſmus hoc in capite eſt inter Ieremiã, atque Deum, à verſ. 10. vſque ad finem, tametſi in ſuis reſponſionibus Deus, cui tam Propheta, quàm illius aduerſarij, & vniuerſus Iudæorum populus erant præſentes, ad Iudæos ipſos plerumque ſuum conuertat ſermonem. Itaque cum querulis vocibus Ieremias in verſ. 10. ſuam amplificaſſet animi perturbationem ob ingentes ærumnas, quas à ſuis ipſis ſuſtinebat innocenter. Væ mihi, &c. cúmque duplici ratione querulis eius vocibus ſatisfacere obnixus eſſet Deus, & futurorum illi ſalubriorum pollicitatione in verſ. 11. Et acerrimorum eius aduerſariis comminatione in verſ. 12. 13. & 14. Qua in agendi ratione viſus eſt benigniſſimus Deus cum Propheta ſe habuiſſe inſtar boni patris cum filiolo tenerè ſibi dilecto, quando querulis vocibus, ac lachrymis apud ipſum is de præſentibus conqueritur famulis, à quibus moleſti quid acceperit. Nunc in hoc verſ. 15. vrget iterum Ieremias Deum, longiúſque ſuam protendit orationem vſque ad verſ. 19. eloquentiſſimam certè, & efficaciſſimam, in qua ea ipſa duo fieri, ſed citò efflagitat à Deo quæ mox ab illo acceperat in ſui conſolationem prolata. Porrò per id quod

Dialogiſmus Ieremiæ, atque Dei.

Cùm Ieremia Deus agit inſtar boni patris cum filiolo ſuo.

Omniſcientia Dei cum omnipotentia.

quod primò indefinitè ait illi, (*Tu ſcis*) aut aliquid determinans quod is nouerit, omniſcientiam quidem recto ordine priùs in ipſo commendat, quam neceſſariò comitatur & omnipotentia: quaſi breuiſſimo proœmio, vel ex hoc illum deliniens, quòd idcirco ad eum confugiat, quia exploratum habet illum ſe alloqui, cui vniuerſa nota ſint, & quæ extrinſecus ſibi perpetiantur afflictionum, & quibus internus animus ſuus percellatur ærumnarum fluctibus; & quas contra ſe iugiter aduerſarij ſui moliantur perſecutiones: quique & proſpicere potens ſit omnibus, quæ ipſi opus eſſe intelligit, & expedire. Sed & id exiguo hoc facit Proœmio, (*Tu ſcis*:) quo multò magis eumdem Deum reddit ſibi beneuolum, quòd totum diuinæ eius ſe reſignat prouidentiæ, iuxta illud Euangelij.[a] *Orantes nolite multùm loqui, ſicut Ethnici: putant enim quòd in multiloquio ſuo exaudiantur. Nolite ergo aſſimilari eis: ſcit enim Pater veſter quid opus ſit vobis, antequam petatis eum.* Sic igitur quod hoc vno verbo (*Tu ſcis,*) Propheta ſibi vult, illud totum eſt quod habes in Paraphraſi. Addit autem ad verbum iſtud eiuſdem Dei nomen, omnipotentiam deſignans, in eáque & (vt ita dicam) omniprouidentiam (*Tu ſcis Domine.*) Hebraicè nomen Tetragrammaton, & æquè eſt, ac ſi dicat, Sufficit mihi, quòd ſeruus tuus ſum, qui ſcis, poteſque vniuerſa quæ mihi expediant.

Reſignatio perfecta in Dei manus.

a Matt. 6. 7.

2

Cæterùm ſicut Saluator noſter in prææallato Euangelij loco, tametſi dixiſſet, haud multùm in oratione loquendum, afferens rationem eam. *Scit enim Pater veſter quid opus ſit vobis, antequam petatis eum*: Subiicit tamen immediatè breuem orandi formam, quam orationem Dominicam appellamus, [b] in qua breuiter vniuerſa à Deo ipſo petantur, quibus egeamus. Ita & Propheta ſanctus, poſt præexpoſitum orationis ſuæ proœmium, (*Tu ſcis Domine:*) ſubiicit illico ſupplex eidem omniſcienti ſimul, & omnipotenti petitiones ſuas: Quodque primò petit illud eſt, (*Recordare mei:*) Ne verò quiſquam ſit, qui repugnantia à Propheta cenſeat Deo adſcribi, omniſcientiam ſimul, atque obliuionem, mos obſeruandus eſt Sacrarum literarum, de quo & aliàs diximus, recordandi verbo præſentem deſignari auxilij exhibitionem, præſertim cùm de Deo profertur: hocque diuinum hìc expoſcit Ieremias auxilium, cuius ſe expertem ex præſenti ſuo arguebat mœrore, iuxta illud Pſalmi, [c] *Quare oblitus es mei, & quare contriſtatus incedo dum affligit me inimicus?* Addenſque (*Et viſita me*:) Poſt petitionem diuini auxilij in generali, explicat ſeſe magis, atque cùm duplici egêre ſe nouerit ſpecialis auxilij genere, interno altero, altero verò externo, id primò efflagitat in petitione iſta, quod ſibi nouit magis eſſe neceſſarium, diuinam viſitationem internamque pacẽ, quà & in vita cuſtodiatur ſpiritus, & vel in quibuſcumque anguſtiis gaudio diuinarum exuberet conſolationum. [d] *Ponam viſitationem tuam pacem*, dixit apud alium Prophetam Deus: & per Apoſtolum dictum nouimus, [e] *Pax Chriſti exultet*, id eſt, exultare vos faciat *in cordibus veſtris*: [f] *ſecura* enim *mens quaſi iuge conuiuium*: Et, [g] *Qui pacis ineunt conſilia ſequitur eos gaudium*: ait Salomon in libro Prouerbiorum. Hocque illud eſt, quod & ad moralem ſenſum reſpiciens Dauid Domino fatebatur, cùm diceret: [h] *Viſitaſti terram & inebriaſti eam*, vberrimo ſcil. internarum conſolationum imbre. Quòd ſi B. Iob propter ſibi præſtitam per Dei viſitationem internorum

b Matt. 6. 9.

Recordari Dei eſt illum exhibere præſens auxilium.

c Pſal. 41. 10.

In oratione primùm petendum internum Dei auxilium viſitationis eius.

d Iſai. 60. 17.

e Coloſſ. 3. 15.

f Prou. 15. 15.

g Prou. 12. 20.

h Pſal. 64. 10.

iterum ſuorum cuſtodiam gratias illi agens dicit. [i] *Et viſitatio tua cuſtodiuit ſpiritum meum*, cor nempe meum, qui viuo in ſpiritu, quodque vitæ omnis eſt fons, & ſpirituum vitalium apotheca: ex eo certè per Dei viſitationem id habuiſſe cuſtodiæ cenſendus is eſt; quòd ipſam eius viſitationem Deus poſuit pacem, de qua ad Philippenſes Paulus ait, [k] *Et pax Dei quæ exuperat omnem ſenſum cuſtodiat corda veſtra, & intelligentias veſtras*; ne videlicet, vel in affectibus corde commoueamini, vel in errores mente abducamini.

i Iob. 12. 12.

k Philip. 4. 7.

Speciale demum petit à Deo Ieremias auxilium etiam externum tertiò addens: (*Et tuere me ab his qui perſequuntur me*:) liberationem nimirum ab externis, quas ab hoſtibus ſuis ſuſtinebat perſecutionibus; vt idipſum hoc ſit, atque id quod & ſanctus popoſcit Dauid, cùm diceret, *Eripe me de perſequentibus me*: quo ſenſu ſuam dumtaxat indemnitatem poſtulat de perſecutoribus ſuis: quod magis in verſione Sept. exprimitur per Græcum verbum ἀθῴωσόν με, propriè ſine mulcta, & læſione, (*indemnem me ſerua à perſequentibus me.*) Non ſinas ſcil. ab illis extrinſecus lædi, & tametſi in Latina verſione Sept. Codicum Complutenſis, ac Regij ad internam potiùs animæ ſine perturbatione conſeruationem id videatur referri, cùm ſic legatur. (*Et purifica me à perſequentibus me*:) Ne videlicet odio erga illos percellar. Ex adiecto tamen (*Non in patientiam*, ſeu, *Non in longanimitatem,*) patet, & ipſo verbo purificandi indemnitatem ſignificari externam, quo ſenſu & noſter Interpres in libro Prouerbiorum ipſum Græcum verbum οὐκ ἀθῳωθήσεται legit, [l] (*Non erit innocens*) id eſt indemnis, & impunitus minimè erit. Porrò diuinam iſtam ſui tutelam cùm ita expoſcit, vt à perſecutorum ſuorum incurſibus ſeruetur illæſus, id pariter efficit, vt omnem ſuimet vlciſcendi eiſdem in eum ipſum Deum tráſferat rationem, à quo mox pacem petierat internam per eius viſitationem. Quaſi id legiſſet quod multa poſt ſæcula ſcriptum reliquit Apoſtolus: [m] *Si fieri poteſt, quod ex vobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habentes. Non voſmetipſos defendentes chariſſimi, ſed date locum iræ: Scriptum eſt enim*: [n] *Mihi vindicta; ego retribuam, dicit Dominus.* Hocque illud eſt quod pro (*Tuere*, ſeu, *Indemnem ſerua me*:) in textu habetur Hebraico והנקם לי *vehinnakem li.* (*Et vltio fiat mihi, Et vindica me à perſequentibus me.*)

3

In oratione poſt reſignationem, & petitionem internæ viſitationis, peti poteſt & externum Dei auxilium aduerſùs externa.

Purificandi verbo ſignificata indemnitas externa.

l Prou. 11. 21. & 16. 5.

Vindictam noſtram omnem transferamus in Deum.

m Rom. 12. 18.

n Deut. 32. 35.

(*Noli in patientia tua ſuſcipere me.*) Sept. ad præcedens verbum ita hæc referunt, vt petitæ indemnitatis, & tuitionis accelerationem Propheta à Deo popoſcerit, feſtinamque viſitationem, Sic quippe legunt, (*Domine recordare mei, & viſita me, & tuere*, ſeu, *illæſum ſerua me à perſequentibus me*, μὴ εἰς μακροθυμίαν. *Non in longanimitatem.*) Quamquam Theodoritus in ſuo textu Græco habeat λάβῃς με. (*Suſcipias me,*) vt habemus in Vulgata. Notetque, aliqua exemplaria habere βάλῃς με. (*Protrahas me.*) Ac ſi dicatur: Ne in tuam longanimitatem me protrahas vt tarditate exauditionis diſcrucier.

4

In oratione licitum petere accelerationem diuinæ opis in aduerſariis.

Quo ſenſu exponi poteſt & quod in noſtra eſt Vulgata, (*Noli in patientia tua ſuſcipere me,*) ſuſcipiendi verbo ſumpto pro peculiari cura tueri, opem ferre, atque protegere, propter quem ſignificatum inſigni ſuſceptoris ſui nomine Deum ſæpius celebrauit Propheta Regius: Ac ſi dicatur. Ita autem rogatum te velim, vt me viſites, & tuearis, vt non iam ampliùs tuæ opis differas me

Suſcipit Deus, cùm ſpeciali cura tuetur.

me fieri participem propterea quòd hoſtes meos adhuc diutiùs tolerare tuâ velis patientiâ. Vt ſit quid ei ſimile, quod dicitur & in Pſalmo 39.[a] *Adiutor meus, & protector meus tu es, Deus meus ne tardaueris*:& in Pſalmo 69.[b] *Adiutor meus, & liberator meus es tu: Domine ne moreris.* Quodque orauit & Daniel,[c] *Exaudi Domine, placare Domine: attende,& fac:ne morêris propter temetipſum*, id eſt propter patientiam,& longanimitatem tuam: ne exinde quòd longanimis es in noſtris tolerandis aduerſariis, qui violenter nos extra patriam detinent, facere id morêris Deus meus, quod pollicitus es.Rabbi Salomon. *Non ſuſcipias litem meam, vt non ponas eam in longanimitate tua: ſed feſtina, & vindica me. Noli*,inquit,Lyra,*in prolongatione tua ſuſcipere me, id eſt,petitionem meam exaudire in longinquum.* Efficaciùs alij celerem in primis opem erga hoſtes ſuos Prophetam hîc petere aiunt, cùm mox dixiſſet, iuxta vim Hebraici verbi.(*Vltionem fac mihi ab his qui me perſequuntur:*) vt ſuſcipiendi verbum hîc poſitum ſit pro tollere per mortem,ſicut in Pſalmo,72.[d] *Tenuiſti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxiſti me, & cum gloria ſuſcepiſti me.* Vnde Pagninus in Poſtylla marginis ad ſuam verſionem. (*Ne tamdiu expectes,vt ego prius è medio tollar, quàm videam vindictam.*) Et Varablus ex Hebræo legens(*Non ad longitudinem naſi*, id eſt iræ tuæ (Hebraicâ phraſi) *tollas me de medio*)id eſt,*Ne dum differs vindictam , priùs moriar quàm ſumpſeris pœnam de hoſtibus meis.* Iam *edoctus erat*, ait Iſidorus Clarius, *non eſſe orandum pro eis, ideo diuerſum ſpectauit ſpiritum ab oratione Moyſis, & Pauli.Noli in patientia tua, id eſt, Ne ſic vtaris erga illos patientiâ tuâ, vt me perire ſinas, illis ſaluis; vt agnoſcant me prædicatorem fuiſſe veritatis, alioqui fuiſſet hoc in opprobrium Dei,*

a Pſal 39.18. b Pſal.69.6. c Dan.9.19. R. Salomon. Nic. de Lyr. *Suſcipit Deus aliquem tollens illum per mortem.* d Pſ.72.24. Pagninus. Vatablus. Iſid.Clar.

5 Et hunc ipſe optimum cenſeo præſentis ſententiæ intellectum, vt tota hæc oratio Ieremiæ alteri ſit ſimilis ei orationi Dauid,quâ in Pſalmo 12. dicebat. [e] *Vſquequò Domine obliuiſceris me in finem? Vſquequò auertis faciem tuam à me? Vſquequò exaltabitur inimicus meus ſuper me? Reſpice,& exaudi me Domine Deus meus.* Neque verò iſtud quòd vindictæ accelerationem ſanctum in his expoſcere dicimus, vel ei repugat, quòd illum in præcedentibus & internam, & externam à Domino petiiſſe aſſeruimus pacem, omnemque vindictæ ſuæ rationem in eumdem proieciſſe, cùm diceret. (*Recordare mei, & viſita me, & tuere me ab his qui perſequuntur me:*) vel aliquid in illius ſanctitatem infertur maculæ: Nam & beatos in cælo Martyres ſanctè ſimilia oraſſe Dominum legimus in libro Apocalypſis,[f] *Clamantes voce magnâ, & dicentes: Vſquequò Domine ſanctus & verus non iudicas, & non vindicas ſanguinem noſtrum de his qui habitant in terra?* Non tam ſcilicet per id perſequentium ſe flagitantes pœnam, ac mortem, quàm confuſionem; ne propter diuinam longanimitatem in praua ſua perſiſtentes agendi, viuendique ratione, diuina diutiùs excreſcerent opprobria. Ita vt & Ieremias tacitè ea ſibi vſurpaſſe viſus ſit,quæ in Pſalmo 68. aſſeruit Dauid.[g] *Opprobria exprobrantium tibi, ceciderunt ſuper me:* cùm non tam ob inimicorum ſuorum odium, quàm ob deſiderium ceſſationis prædictorum Dei opprobriorum ad hæc celeris eorum vltionis expoſcenda impulſus ſit:Imò verò hæc cum præcedentibus apprimè congruere, illud manifeſtè indicat Pſalmi 57. quo dicitur, [h] *Lætabitur iuſtus cùm viderit vindictam*, non tam videlicet de vindicta ipſa, quàm de vindicato ex impiorum ore, ac mente honore Dei, iuſtoque illius iudicio: quod meliùs exprimitur per ſubſequentia: *Manus ſuas lauabit in ſanguine peccatoris.* Illud nimirum vindictæ quod à Deo faciendum ſit totum Deo adſcribens, dicenti, *Mihi vindicta,& ego retribuam* : ab effuſo ea vindicta impij ſanguine immunem in ipſa tali lætitia ſua ſe exhibens.

Vindicta in impios accelerationē quā ratione petāt & ſancti. e Pſal.12.1. f Apoc.6.10. g Pſal.68.10. h Pſal.57.11.

6 (*Scito*)igitur,bene hîc ſubdit Ieremias,(*Quoniam ſuſtinui propter te opprobrium.*) Ac ſi dicat, Ipſo talis vindictæ effectu patefac, optimè tibi exploratum, in ea, atque per eam agi rem tuam, & noſſe (vt ex Pſalmo dicebatur) opprobria tua cecidiſſe ſuper me. Ex Lectione Sept. totum quod hucuſque dictum eſt, magis elucet. Iungunt enim hæc cum prima parte ſubſequentis verſ. 16. Ita habentes, γνῶθι ὡς ἔλαβον περὶ σοῦ ὀνειδισμὸν ὑπὸ τῶν ἀθετούντων τοὺς λόγους σου, συντέλεσον αὐτούς. (*Scito quoniam ſuſcepi pro te opprobrium à reprobantibus ſermones tuos. Conſume eos.*) Quo loco notandum, ipſos Sept. primum verbum Hebraicum ſequentis verſ. aliter legiſſe, nempe pro נמצאו *nimtzeu* (*inuenti ſunt* נמאסו *nimaaſu*, (*reprobati ſunt*:) ſecundumque verbum ואכלם *voachelem*, quod communiter ſumitur vt prima perſona futuri cum *vau* conuerſiuo, & affixo pronomine, ideóque bene redditur, (*Et comedi eos:*) Ipſi vt imperatiuum ſumentes cum affixo, verterunt, (*Conſume eos*;) verbum enim אכל *achal*, & in ſignificatu conſumendi frequens eſt, quia quod comeditur, conſumitur: Quicquid tamen ſit de verſione Sept.noſtra certè Vulgata Hebraicæ, quæ nunc extat, conſona ſic habet: *Inuenti ſunt*, &c.

Verſ.15.]Tu ſcis Domine, recordare mei, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

7 Pro morali iſtorum expoſitione, præter ea quæ in litera dicta ſunt;perpendentes domini vocabulum, quo Propheta Deum exorat,& quatuor quæ diſtinctè pronunciata ab eodem ſunt verba, quorum tamen actus nequaquam diſtincti in ipſo ſunt Deo: dicendum, Prophetam Sanctum in hac ſua oratione figurâ vſum, quam Greci vocant ἀνθρωποπαθῶς, *antropopatôs*, id eſt humano affectu;Deumque compellaſſe ſibimet repræſentatum vt optimum inter homines Dominū erga ſubditos, ac famulos,qui nedum fideliter cū illo in ſuis ſe gerant miniſteriis, ſed & moleſta & peracerba pro illo ſubeant, ſuſtineantque.Adeóque in hac ipſa ſententia ſubindicare quænam ſint, quæ domini ſæculares, principes, atque Prælati Eccleſiaſtici eniti debent, vt habeāt,quo oprimi in ſuo illo dici queant dominandi munere. Eorum autem primum, idque præcipuum,eſt vt ipſimet ſciant,qui nam ſubditi ſui ſint, cuius naturæ, quæ munia vniuſcuiuſque, qualiter ſe gerant, & quicquid eorum ſit vel laboris, vel neceſſitatis: vt nequaquam fidentes quoad illos ſint ſimplici aliorum relationi; ſed pro viribus ſtudeant Deum in hoc imitari, vt illorum omniſcij ſint. Quod breuiſſimè tetigit Salomon in libro Prouerbiorū,dicens: [i] *Nouit iuſtus iumentorum ſuorum animas:* Significans, eum qui benè præſit, ita ſuos intus & in cute(vt inquiunt)noſcere,vt ſciat, vel etiam viliſſimorum, qui inſtar iumen

Principes, Prælati, & Domini quales eſſe debeant. *Qui aliis præſunt, ſubditorum ſuorum quodammodo omniſcientiam habere debēt.* i Pſal.12.10.

iumentorum simpliciter sibi subiecti sunt, animas, internos nimirum, quoad fieri potest, etiam affectus: Ita vt ad ipsum, cùm res exegerit, accedentes id satis habere se arbitrentur, quòd dicant: (*Tu scis Domine.*)

8 *Qui aliis praest debet vltra notitiã habere & reminiscentiã meritorum cuiusque subditorum, eãque efficacem.*

Cæterùm quia in hominibus non est sicuti in Deo semper iuncta simul scientia cum actuali reminiscentia, & memoria eorum quæ sciuntur: vnde fit, vt in praxi plerumque quoad ea quæ sciuntur, errores ab eis admittantur, non respondentibus facto vniuscuiusque meritis, quæ alioquin sat fuere perspecta: quod grauissimum in iis præsertim est, qui aliis præsunt: vt ex ea colligitur nota, quã in 2. lib. Paralipom. inspersus reperitur Rex Ioas, vbi post recensitam Zachariæ Sacerdotis lapidationẽ à populo ad Regis imperium factam, subiicitur. [a] *Et non est recordatus Ioas Rex misericordiæ, quam fecerat Ioiada pater illius secum, sed interfecit filium eius.* Idcirco bene hoc loco postquam dictum fuerat, (*Tu scis Domine,*) adiectum immediatè est. (*Recordare mei:*) Recordare autem istud, quod scientiam comitari debet in iis qui præsunt, efficax est effectus respondens iis quæ sciuntur: quo sensu & vulgò iis quorum egemus operâ dicimus, Recordamini nostri: & Principes collatum aliquod beneficium cuipiam denunciantes subditorum, Recordati sumus inquiunt tui. Eodemque sensu in libro Genesis legimus. [b] *Exinde dies tertius natalitius Pharaonis erat: qui faciens grande conuiuium pueris suis, recordatus est inter epulas magistri pincernarum, & pistorum principis.* Quâ verò ratione recordatus eorum sit, exponitur, *Restituitque alterum in locum suum, vt porrigeret ei poculum,* habitâ nimirum meritorum illius, quæ sibi optimè erant explorata, reminiscentiâ efficaci: *alterum suspendit in patibulo*: iuxta eius nimirum demeritorum recordationem, quæ sibi erant comperta.

a 2. Paral. 24. 22.

b Gen. 4. 10.

9 *Qui aliis praest visitet subditos ipsemet, bonosque tueatur.*

Quia verò homines iugi subiecti sunt mutationi, numquam in eodem permanentes statu, atque in eorum gestis multiplices insunt circunstantiæ, quarum notitia vix per oculare, & exactissimum singulorum haberi potest examen, idcirco Princeps, ac Prælatus, & Dominus, vt optimus in suo dici possit munere, & id pariter impendere in illo debet studij, vt per semetipsum suos visitet subditos: sedulâ disquisitione quæ illorum sunt perscrutans, hac enim ratione prospicient errori subditis maximè pernicioso, in quem plerique labũtur Principum, curialium, & aulicorum dictis fidem præbentium: re ipsâ probans complura à malignis occulta detineri aliorum benefacta, ingentemque in aulis reperiri numerum obloquentium viris probis, eosque persequentium, qui fideliter, & rectè res suorum agunt dominorum. Quapropter opportunè post visitationem, quâ eorum manifestata est innocentia, compos & illorum erga ipsum affectus in persecutionibus pro eo tolerandis, quartum in illos adhibet studium, defensionis ab iis qui eos persecutionibus infestant. Hocque est, quod apertè significat Propheta, post duo prima verba. (*Tu scis Domine, recordare mei:*) duo ista addens (*Et visita me, & tuere me ab his qui persequuntur me.*)

10 *Castigari in hac vita pœnã temporali optare debemus, ne pœnã Deus nobis patienter differat in vitã alteram.*

(*Noli in patientia tua suscipere me.*) Putarunt aliqui, ex verbis his id colligi morale, quòd optare, Deumque exorare debeamus, vt pœnâ potiùs temporali nos in hac puniat vita, quàm in vita alia pœnâ castiget æternâ: vt quid ei hîc dicatur simile, quod supra item per Ieremiam dicebatur. [c] *Corripe me Domine, verumtamen in iudicio, & non in furore tuo, ne fortè ad nihilum redigas me.* Et quod hîc datur, tale sit: Noli me vitâ priuare sustinendo, seu, vt exponit Hugo Cardinalis. *De meipso secundùm quod merui noli habere patientiam: quasi, noli ante pœnitentiam meam peractam terminare vitam meam.* Deductus autem videtur sensus iste ex iis Apostoli verbis, quibus Dei pertractans in peccatores patientiam ait, [d] *An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis? ignorans quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundùm autem duritiam tuam, & impœnitens cor thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei*: & alibi eadem epistolâ, [e] *Deus* inquit, *volens ostendere iram, & notam facere potentiam suam sustinuit in multa patientia vasa iræ apta in interitum.*

c Iere. 10. 24.

Hugo Card.

d Rom. 2. 4.

e Rom. 9. 22.

11 *Qui aliis praest caueat, ne nimiã patientiã suã erga impios obsit bonis, quos illi perturbant.*

Magis tamen ad literam, cœptumque in præcedentibus prosequens morale, dicere, in his verbis ad præexposita quatuor addi quintum, quod is qui aliis præest studere debet, ne suo deficiat muneri; ita nimirum patienter, & longanimiter erga impios, & quietis perturbatores se habens, vt calumnias sustinentium negligere videatur subditorum suorum, quorum multos propter longanimitatem, & sustinentiam illam suam contingit per mortem tolli. *Vt suscipiendi* verbum, pro vtroque hîc sumatur, & pro defendere, & pro ex hac vita tolli. Tertium circa hæc ipsa verba adderem morale fortasse non contemnendum ex prædictis conflatum: discrimen non modicum in aliorum defensione esse inter Deum omnium Dominum, atque homines qui bene aliis præsunt hominibus, iisque præsertim qui vindicare aliorum iniurias ex officio tenentur. Enimuerò istis haud licitum est patientiâ erga eos vti, qui aliis infesti extiterint, & noxij; quia id in præiudicium redundat tertij, atque etiam Reipublicæ, ad cuius seruandam quietem, necessaria est iustitiæ obseruatio, quâ vnicuique quod suum est, & pœnæ quoque reddatur, & præmij: Vnde Paulus. [f] *Si malum* inquit, *feceris, time: non enim sine causa gladium portat: Dei minister est: vindex in iram ei qui malum facit.* Vbi loquitur de Principe, potestate seculari. Quibus consonat quod & Petrus quoque ait; [g] *Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter Deum, siue Regi, quasi præcellenti, siue ducibus, tamquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum.* Secus verò in Deo est, qui ita est omniũ dominus, [h] vt mortificet, & viuificet; sicque ambo hæc præstet, vt & quando ærumnis quem mortificat, seu ab aliis finit mortificari, tunc eum viuificet maximè, prout Paulo contestatus est, cùm ei diceret, [i] *Sufficit tibi gratia mea,* quâ nimirum anima viuificatur: *nam virtus,* scil. vitalis *in infirmitate,* tentatione, ac tribulatione, *perficitur.* Ipse enim quum quemlibet in turelam è suis accipit fidelibus, ærumnis, ac persecutionibus ab aliis agitatum, pro iis quæ in ipso sunt diuitiæ bonitatis, ita & communis, domini, & specialis susceptoris persecutiones sustinentium, summo iure explet munus, vt plerumque in patientia, ac longanimitate persequentes sustinens, perdurare in tribulationibus illos sinat, qui toti ab eius pendent tutela.

In defensione subditorum diuersimodè se habent Deus, atque homines qui aliis præsunt.

f Rom. 13. 4.

g 1. Pet. 2. 13.

h 1. Reg. 2. 6

Deus potest patienter tolerare oppressionem bonorum, & differre punitionem opprimentium, quia eius est mortificare, & viuificare.

i 2. Cor. 12. 9.

12 *Ingens Dei prouidentia in patienter tolerandis iis qui bonos persequũtur.*

Id namque in ipsius est more, vt ex compluribus aliàs perditioni expositis gloriosam, sibique lætissimam salutis eorum victoriam, per suam ipsam reuehat patientiam, illos tandem ab obstinatione debellans; Sicque duo simul efficit bona, & augmentum meriti tolerantiæ diuturnarum

narum ærumnarū in illis, quibus in suscepta deficere videtur tutela; & in aliis pœnitentiam malefactorum, quam in ipsis per suam procurat patientiam, ad resipiscentiam longanimiter eos expectans. Quorum comprobatio ex eo colligi posse crediderim, quod similitudine pastoris atque ouiū, & ouis, dixit in Euangelio Christus Iesus.[a] *Quis ex vobis homo, qui habet centum oues: etsi perdiderit vnam ex illis, nonne dimittit nonaginta nouem in deserto, & vadit ad illam quæ perierat, donec inueniat eam? & cùm inuenerit eam, imponit super humeros suos gaudens: & veniens domū conuocat amicos, & vicinos, dicens illis: Congratulamini mihi, quia inueni ouē meā, quæ perierat.* Nonaginta nouē oues relictæ in deserto seu *in asperis mōtibus*, (vt legitur apud Matthæū)[b] iusti sūt vniuersi, quos Deus in sui specialē susceptos patrociniū, in ærumnis tamen propter ipsorummet bonum veluti à se desertos sinit perdurare: ouis in humeris sublata, is certè est, quem in patiētia sua toleratū ad sanctorum tandem deuehit ouile magno, & communi gaudio.

a Luc. 15. 4.

b Matth. 18. 12.

Patientiam Dei non differri erga impios pœnam orent aliquādo Sancti ex affectu charitatis in illos. Tentationes à nobis auerti petimus rectè à Deo.

Quamuis autem hæc ita se habeant, ex eo tamen quòd Propheta non hoc Deum deprecatur, vt in patientia sua ipsum suscipiat, sed è contra potiùs dicit, *(Noli in patientia tua suscipere me)* vltimum deducere est hoc loco morale: Pium virum ex humillima suimet, propriarumque virium æstimatione talia frequēter in suis proferre precibus, qualia proferenda in oratione dominica docuit Iesus in petitionibus vltimis, *Ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo.* Vel meliùs ex charitatis affectu moueri plerūque viros sanctos, vt à Deo efflagitent, ne ille erga ipsorū persecutores suâ longanimi vtatur patiētiâ, ex qua nimirum nil ij ex peruersitatis emendatione collecturi sunt vtilitatis: at demeriti, augmentique pœnarum plurimùm, vt ex superiùs allatis patet Pauli[c] verbis: de thesaurizatione iræ in die iræ, & iusti iudicij Dei.

c Rom. 2. 4.

13

Pati propter Deū in summum honorē habere debemus.

(Scito quoniā sustinui propter te opprobrium.) Triplex in verbis istis expendo morale. Primum, vt quando contingit, vt ex charitate Deū deprecantes ea vsurpemus cum Propheta dicentes, *(Noli in patientia tua suscipere nos)* sensu vltimo loco mox allato: & hæc cum eodem subiiciamus, testatum Deo volentes, non ad nostri vindictam, vel tædio tolerandarum ærumnarum superiorem habuisse orationem, sed ex sola duntaxat in illos qui nos persequuntur (vt dictum est) charitate: quādoquidem alioquin diutiùs istiusmodi molestias ab illis tolerare nobis esset maximè gloriosum, quoniam quicquid opprobrij ab illis obueniat, propter ipsum sustineatur, pro quo pati summum reputandum è diuina eius manu donū, summique & gaudij, & honoris. Vt omnino significemus, nos eorumdem persequentium actos compassione. Quem sensum clariorem reddemus ex iis Petri verbis, quibus in sua prima Catholica ait: [d] *Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis: quoniam quod est honoris, gloriæ, & virtutis Dei, & qui est eius spiritus super vos requiescit. Nemo autem vestrûm patiatur vt homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor.* [e] *Si autem vt Christianus non erubescat: glorificet autem Deum in isto nomine: quoniam tempus est, vt incipiat iudicium à domo Dei. Si autem primum à nobis: quis finis eorum qui non credunt Euangelio?* Glorificantes ergo Deum, quòd in oportuno hoc tēpore sustineamus propter ipsum opprobria, compatiamur & proximo nostro, à quo exprobramur, orantes ne patienter illos tolerando pœnas in illum proroget finem, quem per æternam condemnationem infideles sortientur, qui non credunt Euangelio.

d 1. Pet. 4. 14.

e 1. Pet. 4. 16.

14

In tribulationibus id nobis curandum, vt pro certo habeamus Deū scire nos eas pati pro illo.

Morale secundum est, vt id vnū in opprobriis, persecutionibus, & ærumnis optemus, atque à Deo toto efflagitemus affectu, vt cum merito, & ad gratiæ augmētum ea sustineamus. Quod cùm ex eo contingat, quòd & nos ipsi scimus pati propter Deum, & eiusdem scientiæ nostræ conscium ipsum habemus Deum, qui nostrū gratum habet id pati: idcirco *(Scito,)* dicamus cū Propheta, i. ostende te scire, exhibe te mihi consciū, *(quòd pro te sustinui opprobrium,)* q. d. Nil tum de aliorum curo opinione, & dicteriis. Pro quo morali facit peregregius Petri Apostoli locus, quo subditos fideles alloquens, qui grauia à discolis suis patiebātur Dominis.[f] *Hæc est*, inquit, *gratia*, i. hoc in diuinam proficit gratiam. *Si propter Dei conscientiam*, id est, Si neglectâ (vt optimè exponit Gagnæius) hominum conscientiâ, propter conscientiā Dei, i. quia Deus mentem tuam nouit, studens tantùm conscientiam habere apud Deum rectam, *Sustinet quis tristitias patiens iniustè?* Subditque Apostolus magis se explicans: *Quæ enim est gloria si peccantes, & colaphizati suffertis? Sed si bene facientes patienter sustinetis: hæc est gratia apud Deum.*

f 1. Pet. 2. 19.

15

Tribulati quicquid patimur in Deū referentes sūmâ perfundemur consolatione.

Tertium id deniq; est, vt hac perbreui oratione modus nobis exhibeatur, quo gerere nos debeamus, quando opprobriis, persecutionibusque impiorum propter piam, rectamq; nostram viuendi rationē agitamur. Id nimirū vnum in nostra studeamus oratione, vt, quātùm in nobis est, Deo exploratum faciamus, quod optimè perspectum is habet, propter ipsum ea omnia à nobis sustineri, cæterorū nil anxij, penitusque cuncta illi cōmittentes, vti rem suāmet actuto. Quem sensum multò reddes efficaciorē, si ex Hebr. in hunc modum sententiam istam legeris, *(Scito, ferre, seu tollere me, quòd tulerim super te opprobrium.)* Hebr. enim quod hîc est verbum נשא *nasa* cùm multiplicis sit significationis, tam pro sustinere hîc rectè sumitur, quàm pro ferre, & tollere quod graue, & onustū est, quomodo apud Isaiam de Christo legimus,[g] *Verè languores nostros ipse tulit, & labores nostros ipse portauit:* vnde sumptū est, quod & Ioannes Baptista de eodē dixit,[h] *Ecce qui tollit peccata mundi.* Et similiter quæ hîc est Hebr. præpositio cum pronominis affixo עלך *ngalecha*, tametsi & *(propter te)* optimè reddatur; iuxta communiorem tamen, & frequētiorem vsum eius vocis על *ngal* pro super, non minùs certè bene vertetur. *(Super te.)* Neque id audaciæ imputandum censeamus, quòd opprobria nostra super Deum refundamus, cùm, illemet super se ea recipere consueuisse testatus sit sæpius; Vnde in libro Numeri opprobria Iudæorum in Moysen, & Aaron illata super se tollētem dixisse legimus:[i] *Vsquequò detrahet mihi populus iste?* Et de Samuelis iniuria pariter à Iudæis in primo libro Regum,[k] *Non te*, inquit, *abiecerunt, sed me:* Hinc ad Saulum fideles acriter persequentem,[l] *Saule, Saule*, ait Iesus, *quid me persequeris?* Et in die iudicij idem Iesus dicturum se ait misericordiæ expertibus. *Quamdiu non fecistis vni de minoribus his, nec mihi fecistis.* Quin potiùs in contestationem arctissimæ inter nos atque Deum coniunctionis reciprocæ, æquum est vt molestiarum, & opprobriorum illi, quæ ex parte nostra est, significemus communicationem: vt qui illius opprobria ab ipso super nos refusa, libenter sustinuisse testati sumus, cum Propheta dicentes, [m] *Quoniam zelus domus tuæ comedit nos, & opprobria exprobrantium tibi ceci*

g Isai. 53. 4.

h Ioan. 1. 29.

Tribulationes pro ipso à nobis toleratas tollit super se Deus.

i Num. 14. 11.

k 1. Reg. 8. 7.

l Act. 9. 4.

Passionum Christi, nostrarumque ærumnarum mutua communicatio necessaria.

m Psal. 68. 10.

ceciderunt super nos. In illum pariter amicabili fiduciâ referentes & quæ illata sunt nobis, dicamus: (*Scito* (vt nunc ait Ieremias,) *quòd super se sustulimus opprobrium.*) Ad quod peragendum & sanctum Regem Dauid suasorem habemus, in Psalmo 36. vbi ait, [a] *Reuela Domino viam tuam,* id est, necessitates tuas (vt exponunt plerique) & quæ tibi pati contigerint, *& spera in eo, quoniam ipse faciet*: pro quibus in versione ex Hebræo Hieronymus ita ad rem nostram legit: *Volue super Dominum viam tuam, & confide in eo, & ipse faciet*: quicquid scilicet ipsius congruentius erit honori: *Subditus esto Domino,& ora eum*: sub illo te contine, vt illius sint ictus,qui tibi inferuntur; ora tantummodo eum: Pro quibus Hieronymus, *Tace Domino,expecta eum.*

a Psal. 36.5.

VVLGATÆ.

Vers. 15.] Tu scis Domine, recordare mei,&c.

SEPTVAGINTA.

15. Κύριε μνήσθητί μου. καὶ ἐπίσκεψαί με, καὶ ἀθῴωσόν με ἀπὸ τῶν καταδιωκόντων με, μὴ εἰς μακροθυμίαν. γνῶθι ὡς ἔλαβον περὶ σοῦ ὀνειδισμόν.

*Vers.*15.] Domine recordare mei, & visita me,& tuere me ab his, qui persequuntur me, non in longanimitate. Scito, quoniam accepi pro te opprobrium ab his.

APPENDIX EXPOSITIONVM
Ex antiquis Patribus collecta.

1

PARAPHRASIS Chaldaica. *Manifestum est coram te Domine. Veniat mei recordatio,& visita me,vt benefacias mihi, & visita super inimicos meos,& vlciscere me à persequentibus me, ne des dilectionem iniuriæ meæ: manifestum est enim coram te, quòd susceperim opprobria propter nomen tuum.*

Origen.

Vers.15.Origenes.Homil.11.iam citatâ. *Post comminationis verba ad populum, ille qui superiùs orauerat complet orationem, adiungens prioribus. (Tu cognouisti Domine,memor esto mei, & visita me, & innocentem me fac à persequentibus me non in patientia.) Et Propheta potest hoc dicere persecutionem passus ab his quos increpabat, qui veritatem audire nolebant,inimicus quippe eis factus est vera dicens. Potest autem & Saluator hæc dicere, vsque ad crucem persecutionem passus à populo. Quid est autem hoc quod ait,(Non in patientia?) Hoc est,in patientia longanimis fuisti semper huic populo delinquenti: Sed per hoc etiam aduersum me erexit temeritatem suam, noli esse longanimis. Et re verâ non fuit impatiens. Si enim consideras tempora passionis dominicæ, & ruinæ Ierusalem quando subuersa est,videbis quomodo non in patientia abusus sit eis Dominus. A quinto decimo quippe anno Tiberij Cæsaris vsque ad subuersionem templi Dei (quia oportuerat modicum aliquod intereße temporis) in patientia reliquit, propter eos, qui per signa, atque portenta Apostolorum credituri erant.*

Quantâ patientiâ Iudæos expectauerit Deus post Christi mortem.

2

Christus eiusque sancti contempti,& afflicti à contemnentibus Dei verba.

(Scito quomodo accepi propter te opprobrium à contemnentibus sermones tuos,) Potest fieri, vt Propheta hoc dicat contemptus à populo peccatore super his quæ prædicabat. Ait quippe & alibi: Compleui dies meos irrisione, (Consumaui eos.) Propheta potest hoc dicere, sed magis conuenit Saluatori, cuius post passionem venit consumptio Ierusalem, & interfectio populi Iudæorum.

Apostolorum & aliorum sanctorũ imitatores simus in tolerandis pariter animo pro veritate,& iustitia.

Idem verò Origenes ibidem, post multa quæ moraliter super prædicta pertractat, sic vniuersa epilogat. Hoc laborare conuenit, vt pro nulla alia re nisi pro Christo sustineamus contumeliam, & necessitatis causa sit Christus. Id optemus, vt maledicta perpessi pro veritate nos maledici sciamus, qui eam defendimus, & Scripturarum voluntate omni cum fiducia eam prædicamus. Sic quantùm possumus ad vitam Prophetarum,& Apostolorum conuersationem imitandam nos extendamus, molestias, & pericula non vitantes. Athleta enim si difficultatem certaminis fugerit, cum lætitia non coronatur, & laudis gloriam non consequitur.

3
Hieronym.
Patiens pro fœlix.

Hieronymus.*(Tu scis Domine:recordare mei,&c.) Hoc quod diximus,Tu scis,in Sept.non habetur. Fœlix autem est illa conscientia, quæ pro Deo sustinet opprobrium.*

Augustin.

Augustinus lib.2.contra literas Petiliani cap. 102. in hunc modum hanc sententiam refert iuxta versionem Sept.*(Domine memor esto mei, & visita me, & innocentem me fac ab insectantibus me non in longanimitate: scito, quomodo acceperim de te improperium ab his qui spernunt sermones tuos. Consuma illos,&c.*

Theodorit.
In tribulationibus confugiendũ ad Deum.

Theodoritus. *Periculum imminere sentiens Propheta ab iis, qui audire recusant, & eum interficere conantur, inuocat Deum omnium, & ait, (Recordare mei, Domine, & visita me, & tuere me ab his qui persequuntur me.) Ac si dicat, Ne tradas me persequentibus me. Innocens liberatur. (Noli in patientia tua suscipere me,) Nonnulla habent* βίαν, *hoc est, Ne magnâ tolerantiâ vtens, & punire sontes differens, nos lasos discrucies, (Scito quòd sustinuerim opprobrium propter te ab his qui auersantur sermones tuos,) Tuâ causâ Domine his molestiis obrutus sum. Dum enim sermones tuos proferrem factus sum inimicus.*

D. Thomas.
Ieremiæ oratio efficacissima pro semet.

D.Thomas. *Hic ponitur Prophetæ petitio. Et primò ponitur ipsius oratio, secundò Domini responsio. Circa primum primò ponit diuinæ consolationis solatium proponens diuinam cognitionem. (Tu scis) quid patior, & quid feci. (Recordare) per effectum misericordiæ Thren. 3.* [b] *Recordare paupertatis, & transgressionis meæ: absynthij, & fellis: petit consolationem, (& visita me) consolando.* [c] *Iob.10.Visitatio tua custodiuit spiritum meum. Et excludit dilationem. (Noli in patientia.) Eccles. 5.* [d] *Altissimus enim est patiens redditor, Secundò allegat meritum, proponens opprobrium, quod pro Deo sustinuit patienter, ponens illatam iniuriam. (Scito) effectu te scire ostende, (propter te) dum mandatis tuis obediens dura populo nunciabam. Psalm.* [e] *Quoniam propter te sustinui opprobrium operuit confusio faciem meam.*

b Thr. 3.18.
c Iob.10.12.
d Eccl.5.4.
e Psal. 68.8.

CATE

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Κύριε μνήσθητί μου, καὶ ἐπισκέψαι με, καὶ ἀθώωσόν με ἀπὸ τῶν καταδιωκόντων με, μὴ εἰς μακροθυμίαν.

Ὠριγένους.] Ταῦτα ὁ προφήτης φησὶν, ὁρῶν ἑαυτὸν μηδὲν ὠφελοῦντα, καὶ μάτην ταλαιπωρούμενον ταῖς ἐξ αὐτῶν πυκνοτέραις ἐπιβουλαῖς. ἐχθρὸς γὰρ γέγονε τοῖς ἀκούουσιν, ἀληθεύων αὐτοῖς. ἐμακροθύμησας δέ φησιν ἐπὶ τὸν λαόν. ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασιν. ἐπὶ δὲ τοῖς κατ' ἐμοῦ τετολμημένοις, μὴ μακροθυμήσῃς. τοῖς γὰρ || οὕτω μὴ πειθομένοις, ὀργὴ θυμὸς εἰς κάθαρσιν ὑπολείπεται. τύχοιμι τοίνυν ἀνθ' ὧν ὠνειδίσθην ὑπὲρ σοῦ τῆς σῆς μακροθυμίας. [μὴ εἰς μακροθυμίαν.]

|| ἀλλ' ὧν.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] Ἀρκεῖ γὰρ τὰ παρελθόντα. ἂν δὲ καὶ ταῦτα προσθῇς, τίς προσέξει; λοιπὸν ἐπάγαγε τὸ τέλος. οὐ γάρ ἐστι διόρθωσις.

[ἀθώωσόν με ἀπὸ τῶν καταδιωκόντων με. γνῶθι ὡς.]

|| Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἔτι τῆς αὐτῆς ἔχεται εὐχῆς καὶ προφητείας ὁ προφήτης. δοκεῖ δὲ πάλιν ἀφιλόσοφος οὗτος ὁ λόγος εἶναι. ἀλλ' ἴδωμεν εἰ τῆς ἀσθενείας τῆς προφητικῆς, ἢ ἑτέρου τινός. πρῶτον μὲν οὐκ ἀξιοῖ αὐτοὺς ἀναιρεθῆναι τέως, ἀλλ' αὐτὸν τι μηδὲν παθεῖν δεινόν. ἴδωμεν πότερον δι' ἑαυτὸν, ἢ διὰ τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον, τέως φησὶν ῥῦσαί με ἐκ τῶν καταδιωκόντων με. ||

[γνῶθι ὡς ἔλαβον περὶ σοῦ ὀνειδισμόν.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ταχὺ, μὴ βραδύνῃς.

Vers. 15. *Domine recordare mei, & visita me, & tuere me ab his qui persequuntur me, non in longanimitate,* &c.)

Origenis.] *Hæc ait Propheta, se ipsum videns nihil proficientem & agitatum frustra insidiis, quas illi crebrò machinati sunt factus est enim inimicus audientibus, dum illis vera indicat. Longanimis factus ait super populo pro peccatis: In his, quæ aduersus me ausi sunt ne sis longanimis: Qui enim sermoni non obtemperant, illis ira tua superest ad expurgandum: faueat ergo mibi tua longanimitas pro opprobriis quæ propter te sustinui,* (*Non in longanimitate.*)

4 Origen. *Prædicatori, viróque sancto necesse est aliquando petere à Deo aliquid calamitatis refractario populo abutēti longanimitate diuinâ, vt vel afflictus conuertatur.*

Chrysostomi.] *Satis sunt quæ præterierunt; Si verò & hæc addideris quis audiet? impone itaque finem. Etenim nulla est emendatio.*

Chrysost.

(*Tuere me ab his qui persequuntur me, &c. Scito quoniam, &c.*)

||Sancti Ioannis.] *In eadem persistit oratione, & vaticinio Propheta. Videtur autem iterum à Philosophiæ studio alienus esse hic sermo, sed videamus an hoc imbecillitas Prophetica sit, an cuiuspiam alterius. Primum quidem eos necari interim non optat, sed mali nihil se pati. Videamus an propter seipsum, an verò propter verbum Dei. Interim ait, libera me à persequentibus me.* ||

S. Ioan. *Prædicatori persecutiones patienti quomodo liceat precari Deum vt ipsū eruat.*

(*Scito quoniam accepi pro te opprobrium.*)

Olympiodori.] *Citò; Ne tardes.*

Olympiod.

Vers. 16.] Inuenti sunt sermones tui, & comedi eos, & factum est mihi verbum tuum in gaudium, & in lætitiam cordis mei: quoniam inuocatum est nomen tuum super me, Domine Deus, exercituum.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

1 a *Inuenti sūt sermones tui, & comedi eos: & factum est mihi verbum tuū in gaudium, & in lætitiā cordis mei: quoniam inuocatū est nomen tuum super me Domine Deus exercituum.*

Nosti a enim, cùm adhuc puer essem, benignissimâ tuâ manu mihi nil tale cogitanti præstitos sermones tuos, quos nihilominus quasi quid eximij, atque prædulcis inuentos assumpsi, vt attentâ consideratione priùs quasi suauissimo gustu in ore masticarim mentis meæ, tum in memoria deglutierim mentem, vbi concoquerentur, diuinæ charitatis concocti calore digererentur, & in mystici corporis tui membra. Et certè summo tunc tēporis perfusus sum in præcordiis gaudio, & exultatione; quoniam cùm Propheta tuus vocari perciperem, intellexi, & vnà cum collato munere exhibendum, vt tutò exercere id possem, qui minister tui dicerer, quo impedimenta amoueri, difficultatésque superari possent vniuersa, Domini nempe exercituum. 2 *Ex tunc à te accepi eos in primis sermones, quibus futurorum in Iudæos suppliciorum, & earum quæ per Chaldæos euentura erant calamitatum continebantur comminationes. Quos profectò sermones firmissimo tuo stabilitos decreto, quasi in volumine consignatos cùm inuenissem per sedulam pariter comedi attentionem, in ventrémque deglutij memoriæ, è qua cùm opus esset, illos eructarem denunciando. Quod cùm effecissem ex verbi ipsius tui prædicatione repletus gaudio sum, & cordis lætitiâ: quum per euentum prænunciatorum sermonum intellexi, tum ab impiis vindicari honorem: quoniam exinde consecutum est, vt iam verus tuus vocarer Propheta.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

Inuenti sunt sermones tui, &c.) Circa hæc multi multa dicūt, quæ & apud Andream Cappellā videri possunt, & apud Christophorum à Castro, tangemusque eorum aliqua in secunda nostra expositione. Pro litera duos dumtaxat video sensus, quibus cōgruè ad antecedentia, & subsequentia intelligi, & exponi tota hæc queat sententia. Quorum alter is est, qui & communior: vt suam Ieremias ad Deum prosequatur orationem; idque probare obnitatur, quod vltimò in efficacissimam iustitiæ suarum petitionum rationem attulerat, *Scito quoniam propter te sustinui opprobrium*: quod enim vnico verbo, *Scito*, subindicarat, totam Deo vitæ suæ seriem in medium afferens, & in memoriam illi quodammodo reducens: hoc prosequitur modo enucleatiùs, exordia primùm explicans sui in illum obse

1 1. Sensus. *Ieremias cōmemorat Deo exordia prophetici sui muneris.*

obsequij, quando adhuc puer iussu ipsius prophetiæ assumpsit onus, Prophetæ exercuit munus lætanter; quando ab vniuersis Propheta dicebatur Domini Dei exercituum, seu, quando eiusdē Dei benignitate nomine insignitus fuit ipsius, qui cùm Dominus sit exercituū, facilè euenturas omnes superare posset difficultates, impedimentáque vniuersa amouere. Hoc enim significare quod vltimò adiectum hîc est. (*Quoniam inuocatum est nomen tuum super me:*) satis supérque probatum est aliàs, cùm de hac phrasi Hebraica, Inuocari, nomen cuiuspiā super aliquem, ageremus: Et obseruauimus quoque sæpe, cùm nominis Dei exercituum fit alicubi mentio, quid diuinæ ibi agi potentiæ, quam Dei potentiam hoc loco apertiùs contestatur omnipotentis vocabulum, quod in textu est Græco; & bene cùm in principio Vaticinij Ieremiæ, eam Deus illi comitem pollicitus sit assiduam, cùm diceret:[a] *Ego dedi te hodie in ciuitatem munitam, &c. Et bellabunt aduersùm te, & non præualebunt, quia ego tecum sum, ait Dominus, vt liberem te.*

a Iere. 1.18.

2 Portò quòd primam sui à Deo factam constitutionem in Prophetam hac describit loquendi formâ, (*Inuenti sunt sermones tui:*) in abstracto, id certè & rei optimè congruit, & modo quo ea res gesta est. Constat enim ex capite primo, ipsum Ieremiam à Deo in Prophetam delegatum adhuc puerum nil tale cogitantem, traditosque illi sermones Domini, quos prophetando denunciaret, quando nec eos ipse quæreret. Tunc autem inuenti à non quærente fuêre, quando [b] *Misit Dominus manū suam, & tetigit os eius, dixitque ad eum: Ecce dedi verba mea in ore tuo, Ecce constitui te hodie super gentes, & super regna*, &c. Quia verò tacto ipsius ore à tangente Dei manu diuino quasi cibo & roboratus, & recreatus fuit exhibito, quod prophetandum ei fuerat, cælesti verbo, quod & ipse eâ sumpsit auiditate, quâ cibus sumi, & comedi solet gratissimus; ideo bene adiecit, (*Et factum est mihi verbum tuum in gaudium, & in lætitiā cordis mei*) cùm mox dixisset, (*Et comedi eos.*) (*Comedi,*) ait, non iam abstractè & indeffinitè, sicut mox dixerat, (*Inuēti sunt,*) quia proprio præstito ad collatum prophetandi onus consensu, ita inditos assumpsit Dei sermones, vt attentâ consideratione quodam priùs quasi suauissimo gustu in suæ mētis ore illos masticarit: tum in memoriæ itē suæ deglutierit ventrem, vbi cōcoquerentur, diuinæque charitatis calore concocti in spiritalia quæque mēbra sua dispertirentur: confirmatóque per eos ipsius corde, audacter id exerceret quod sibi impositum fuerat muneris, vt & per Prophetiam mystico illos communicaret corpori, denuncians eos Iudaico populo, aliisque & Gentibus, qui Prophetam & gentibus datum se norat.

b Ierem. 1.9.

Ieremias quomodo acceperit Dei sermones.

3 Sensus alter, & qui ad rem de qua in tota hac Ieremiæ oratione agitur, magis accedit, est, vt sermonum Domini vocabulo ij designentur, quibus futurorum in Iudæos suppliciorum, & earū quæ per Chaldæos iisdem euenturæ erant calamitatū continebantur comminationes, & propter quorum denunciationem, tāta ab illis Propheta ipse sustinebat acerba, vt humanæ infirmitatis impetu impulsus sit querulas illas promere voces.[c] *Væ mihi mater mea, quare genuisti me virum rixæ, virum discordiæ in vniuersa terra?* Hos autem sermones Domini inuentos cùm dicit, atque à se comestos; quasi in volumine exaratos exhibitos sibi indicare videtur, quos ipse, vt qui iam prophetādi munus desuper delatum assumpserat, per sedulā coмederit attentionem, in ventrémque suæ deglutierit memoriæ, vnde & eructaret eos quum opus esset. Neque enim aliter dici potest sermones aliquos inueniri à quopiā, quàm his duobus modis, vel quia is eos sua excogitarit, inueneritque ratiocinatione, iuxta quā acceptionē, Inuentio vna apud Rhetores & præcipua est eloquētis orationis pars. Sic vulgo dicimus, Inuēti sunt sermones isti à me, i. meā excogitati sunt inuentione, meum sunt inuentum: Absit autem, vt hoc sensū Dei sermones sibi inuentos arroget Propheta sanctus, eoque magis, quòd id extra rem hic diceret: Vel quia is in aliquo eos inuenerit scriptos volumine; Et quia quæ scripta sunt in volumine, in ipso stabilia inuenimus; Ideo generaliter hic dictū, (*Inuenti sunt sermones tui,*) absque expressione nominis, aut pronominis alicuius. Tametsi haud dubiū, quin à se inuentos eos qui & ipsos comedisse se ait, significare voluerit Ieremias, cui quasi in volumine legēdos eos tradiderit Dominus. Vnde infra in c. 36. Baruch eius scriba dicit.[d] *Ex ore suo loquebatur, quasi legens ad me omnes sermones istos.*

2. Sensus. Sermonū Domini vocabulo significata supplicia ab illo immittenda, eorumque cōminationes.

c Ier. 15. 10.

Sermones dici possunt inueniri duobus modis.

d Ier. 36. 18.

4 Neque verò nouum in Sacris literis, vt ij præsertim Vaticiniorum sermones, quibus molesta denunciabantur & aspera, quasi in volumine consignata exhiberentur, quos alioquin vix esset qui simplici probatione auditos susciperet denunciandos: quando in volumine inuenti, & suæ testes essent firmitatis, ac veritatis, & fidem ipsos denunciantibus conciliarent apud auditores: Legimus enim Deum manifestâ hac voluminis exhibitione propheticâ visione & Ezechieli, & Ioanni dedisse quæ denunciarent amarissima, quorum & amaritudinis ipsi quoque futuri essent participes, cùm vel suâ memoriâ ea versarent. Ezechieli siquidem dixit.[e] *Fili hominis quodcumque inueneris comede:* Nota inueniendi, quod & hîc est verbum, & comedendi: Vt nouerimus autem quid inuentum sit, quidue comedendum & Ezechieli foret: subiicitur. *Comede volumen illud, & vadens loquere ad filios Israel*, sermones scilicet meos, qui in volumine quod comederis cōscripti sunt, sermones imminentium suppliciorum, acerrimarumque calamitatum, & increpationū, quos in toto vaticiniorum suorum libro prolocutus postmodum est: Ioanni quoque in libro[f] Apocalypsis amarissimas Ecclesiæ denunciaturo plagas, similia contigisse reperies. Porrò quod vtrique Ezechieli, ac Ioanni comestum volumen factum quidem dicitur ori eorum dulce sicut mel, post que comestionem per illud ipsum eorumdem ventrem amaricatum, visceráque amarore completa: suggerit nobis rationem, quā Ieremias noster post præexpositorum sermonum Dei comestionem, (*Factum est* inquit, *verbū tuum mihi in gaudium, & in lætitiam cordis mei:*) quando scilicet per euentum prænunciatorum sermonum intellexi, diuinum honorem tuum ab impiis vindicari quoniam exinde consecutum esse cognoui, vt verus Propheta diceret tuus. Hoc quippe id significat, quod adiecit, (*Quoniam inuocatum est nomen tuum super me Domine Deus exercituum.*) Ita vt gaudium, & lætitia prædicta non tam propter populi fuerit mala, quàm propter vindicatum, vt dixi Dei honorem, sermonumque illius, & Prophetæ eius veritatem, ac fidelitatem. Quin potiùs vnà cum isto gaudio haud dubitandum, & ipsius Ieremiæ viscera mœrore completa compassionis in populum rebellem, prout sæpe idem met Propheta contestatus hucusque est: & ventrem pariter illius amaricatum, inferiorem nimirum

Sermones rerum molestarū cur exhibiti & inueniri dicantur tamquam scripti in volumine.

e Ezech. 3. 1.

f Apoc. 10. 9. Ieremias & sanctus quisque in denunciatione euētuum molestorū quomodo & gaudeat simul, & doleat.

nimirum eius partem, & infirmiorem, ac molliorem summâ propter eorundem sermonum Dei prædicationem affectam amaritudine ærumnarum,& persecutionum hostium suorum:id quod ad hanc orationem habendam ipsum impulit,vt vidimus,& videbimus.

Huic secundo sensui fauet, & versio Sept. quamuis quoad verba longè diuersa sit à nostra Vulgata, & ab Hebraica lectione. Cùm enim, sicut notatum est ad finem expositionis præcedentis versus legerit: (*Scito, quoniam suscepi pro te opprobrium à reprobantibus sermones tuos, consume eos:*) ita hæc postmodùm legunt: (*Et erit verbum tuum mihi in gaudium, & lætitiam cordis mei, quia inuocatum est nomen tuum super me, Domine omnipotens.*) Per euenrum namque consumptionis reprobantium sermones, efficiendum in se ait Propheta, vt impletum Dei verbum summâ ipsum perfundat cordis lætitiâ, quoniam vindicatus sit Dei honor, & fidelitas apparuerit ipsius, quem propterea verum Dei Prophetam nuncupent vniuersi.

Vers.16.] Inuenti sunt sermones tui,&c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

5 *Inuentio propriè habet relationem ad inquisitionē.*

CVm inueniendi verbum, si propriè adhibeatur, & iuxta vim sui significatus peculiaris ita relationem habeat ad inquisitionē, quæ vel præcesserit, vel præcedere debuisset:vt quum quid inuentum asseritur, quæsitum quoque vel tale id esse intelligamus,quod etsi quæsitum non sit,fuisset tamen quærendum: Cùmque id istiusmodi sit, quod & quæri,& inueniri queat, cuius sit aliquid permanentiæ: duo in perbreui hac sententia suggerit Propheta quæ expendamus moraliter. Primum, necessariò in ea adiectum pronomen(*tui*)specificatiuum eorum qui inuenti dicuntur sermonum; siquidem de vanis prauisque alioquin propositio intelligenda videretur, quorum tanta in hoc mundo etiam apud fideles, quodque multò est deterius, etiam apud Ecclesiasticos, & Religiosos est copia: vt quocúmque tendas,& quamcúmque adeas conuersantium, & colloquentium collectionem, istorum dumtaxat aliquem inuenias,aut detractorium, aut vanum, aut turpē,aut saltem ociosum. In quos sermones etsi plerumque incidant viri probi, neutiquā tamen propriè inuenite eos dicendi sunt,quasi illos quærant, aut dignos qui quærantur existiment; quibus detestationi ij potius sunt, in mente id semper habentibus, quod per Apostolum dictum est,[a] *Turpitudo*,i.obscœnitas in verbis, *aut stultiloquium,aut scurrilitas,quæ ad rem non pertinet,nec nominetur in vobis,sicut decet sanctos, sed magis gratiarum actio.* Et,[b] *corrūpunt bonos mores colloquia mala.*

Sermones vani, & praui inueniuntur vbique, eos tamen non inueniūt propriè iusti, qui ipsos nō quærunt.

a Ephe.5.4.

b 1.Cor. 15. 33.

6 *Sermones prauos & vanos quærunt homines praui, ideoque ab illis propriè ij inueniri dicuntur.*

c Prou.18.2.

Tēporis quā ta habenda sit ratio.

Praui homines sunt, qui de istiusmodi sermonibus propriâ locutione inquiunt. (*Inuenti sunt sermones:*) vt pote qui sermones detestentur bonos,iuxta illud Sapientis,[c] *Non recipit stultus verba prudentiæ, nisi ea dixeris quæ versantur in corde eius.* Adeóque illos sibi censeant quærendos qui de terrenis,mundanis, vitiosisque sint suo prauo consonis cordi. Quique vel inanes sermones vndequáque exquirant, vel in garrulorum conuersationibus, vel in prophanis, deque rebus vanis agentibus libris,quò tempus(vt inquiunt) transigant, quasi tempus non ita dilabatur, vt necesse sit magnam propterea adhiberi diligentiam, vt conseruetur, iuxta Sapientis illius consilium.[d] *Fili mi conserua tempus,& deuita à malo.* Quandoquidem exinde ferè malum prouenit omne,quòd inaniter conteritur tempus, dicente eodem sapiente.[e] *Multam malitiam docuit otiositas.* Ac fortasse & istorum stultitiam & peruersitatem subindicasse visus est Vates Regius, cùm diceret,[f] *Tempus faciendi Domine, dissipauerunt legem tuam.* Cùm etenim ad hoc ex Dei misericordia datum impiis sit tempus,vt bonis operibus Dominū sibi promererentur,illi è vestigio prauis in sermonibus tempus ipsum consumentes dissipauerunt eius legē per multa quæ contra diuina eius mandata tunc admisêre. Et Apostolus Paulus ab istiusmodi nos auertere satagens temporis consumptione,[g] *Redimentes*, inquit, tempus,*quoniam dies mali sunt.* Quod moraliter ita potest exponi. Cùm dies mali sint,malè nimirum expensi, & ab iis qui tempus inaniter conterunt in compluribus transacti criminibus:Id enitendum, vt bonis iam studiis amissum, & quasi diuenditum tempus ipsum redimamus.

d Eccl.4.23.

e Eccl.33.29

f Psal.118. 126.

g Ephe.5.16.

(*Inuenti*) itaque cùm dicuntur sermones Dei, haud dubium quod à viris probis inuenti ij sint: à quibus ingenti studio,& sedulitate quæruntur, dignique censentur, qui omni quærantur conatu, quos nimirum & semen reputant virtutum omnium. *Semen* enim *est verbum Dei*, ait in[h] Euangelio Dominus: & thesauros arbitrantur, quibus cuncta emere queant bona, diuinas gratiæ inexhaustas demerentes diuitias: dicente Sapiente.[i] *Iusti sunt omnes sermones mei*[k], *Mecum sunt diuitiæ, & gloria opes superbæ,& iustitia. Melior est enim fructus meus auro, & lapide precioso, & genimina mea argento electo*[l]. *Accipite disciplinam, audientes sermones meos, & non pecuniam.* id est,multò vtilius quàm pecuniam: doctrinam magis quàm aurum eligite. Et vt ad dulcissimos inhiant cibos, dicentes,[m] *Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo:* Et instar arboris vitæ quæ in paradisi medio sita erat, ad bonos istos confugiunt Dei, sanctorumque virorum sermones: à quibus indeficientem adipiscantur vitam.[n] *Lingua enim placabilis*, ac boni qui per illam proferuntur sermones, teste Salomone, *lignum vitæ.*

7 *Sermones bonos quærunt magno affectu iusti.*

Sermones boni sunt semen virtutum,& thesauri.

h Luc.8.11.

i Prou.8.8.

k Prou 8.18.

l Prou.8.10.

m Psal.118. 103.

n Prou.15.4.

(*Et comedi eos.*) Per hanc loquendi formam maximam Propheta edocet auiditatem, quâ iidem Dei sermones exquirendi sint, eâ nimirum, quâ & cibi ad vitæ sustentationem necessarij; eâ, quam appetitum famemque nuncupamus. Vnde apud Amos Prophetam in pœnam talem auiditatem, talémque & inquisitionem minitans Dominus,[o] *Mittam*, inquit, *famem in terram, non famem panis, neque sitim aquæ, sed audiendi verbum Domini, Et commouebuntur à mari vsque ad mare, & ab Aquilone vsque ad Orientem, circuibunt quærentes verbum Domini, & non inuenient.* Præter hanc autem, & altera est ratio, quâ, (*Comedi eos,*) hîc dictum est, cùm propriùs dici debuisset, (*Et suscepi eos auribus meis,* seu, *Et audiui eos:*) vt nimirum efficaciùs expressum nouerimus modum, quo talium sermonum esse debeat auditus. Ob hoc quippe toties in sacris paginis & ciborum metaphoricis nominibus Dei verba designata repetiuntur, & ipsa eorumdem auditio metaphorâ exprimitur comestionis; Cibi enim dicuntur, vt discrimen per istiusmodi nomē pateat,quo ab aliis discrepāt verbis.Enimuerò cùm reliqua hominū verba nil tandem sint

8 *Sermones boni eā quærēdi sunt auiditate,quâ & cibi necessarij ad vitæ sustentationē.*

o Amos.8. 11.

Sermonū bonorum qualis esse debeat auditus.

Verba Dei appellata ciborū nomine ad differentiā verborū hominum, quæ vana sunt.

præter inanem ad aërem articulatum sonum in audientis aures per inaniores eiusdem soni intentionales species delatum, quæ & illico euanescunt, iuxta id Vatis.[a] *Vana locuti sunt vnusquisque ad proximum suum:* Verba tamen Dei præter externum hunc sonum aëreum, quo in hominum deueniunt aures, quid cælestis præ se ferunt substantiæ, dicente in Euangelio Iesu,[b] *Verba quæ ego loquor vobis spiritus, & vita sunt:* eaque ratione spiritus, & vita esse dicuntur, quòd spiritum, & vitam conferunt cælestem iis, qui ipsa cum fructu susceperint: sicut spiritum, vitamque carnalem cibi præstant materiales, quando comesti spiritus producunt animales, atque vitales, quibus mouemur, sentimus, ac viuimus; Et de eisdem item Christus Iesus,[c] *Cælum* inquit, *& terra transibunt, verba autem mea non præteribunt.*

a Psal. 11.3. *Verba Dei deferunt ad aures audientes quid cæleste.* b Ioa. 6.64. c Matth. 24. 35.

9 Illorum verò susceptio comedendi verbo aptiùs exprimitur, quàm verbo audiendi, quia audire cùm quis dicitur, vna duntaxat ex vi verbi significatur sensationis actio auditus sæpe inanis, & infructuosa, iuxta illud,[d] *Auditu audietis, & non intelligetis.* Verbo verò comedendi plures exprimuntur actus, qui fructuosam ipsam reddunt auditionem, necnon & ingentes simul exponuntur verborum Dei, quæ sic audiûtur, vires. Enimverò vt fructuosus sit auditus, primò operæpretium est, vt nedum verborum excipiatur sonus, sed & rerum quæ sono illo exprimuntur (vt dici solet) substantia: Hæcque est prima comestionis actio; cùm enim cibum quis comedit, primùm illius in os claudit substantiam, tum intra os suum clausum secundò dentibus terit, comminuitque: Id quod audienti cum fructu verbum Dei faciendum quoque secundò est, vt per discretionem ea quæ aure acceperit comminuta discernat, prout Ephesios monuit Paulus, cùm diceret:[e] *Nemo vos seducat inanibus verbis: propter hæc enim venit ira Dei:* cùm è vestigio Thessalonicensibus dixerit.[f] *Ideo & nos sine intermissione gratias agimus Deo: quoniam cùm accepissetis à nobis verbum auditus Dei, accepistis illud non vt verbum hominum, sed sicut est verè verbum Dei. Par est,* ait Ambrosius serm. 16. in Psalmum 118. vers. 3. *vt diuidas primùm, si solida tibi videtur esca, quæ sumitur, & distinguent eam, atque emollitam sine noxa aliqua animæ in omnia eius membra naturali diuisione transfundat.* Quis verò est qui in his queat detineri, si à susceptis abhorreat verbis? oportet certè vt illorum oblectetur suauitate; quam gustatus actionem, quæ tertia in actu est comestionis, per optime & comedendi verbum, & ciborum exprimunt vocabula.[g] *Poterit ne,* ait Iob, *comedi insulsum, quod non est sale conditum?* Pro quibus Sept. legunt, *Numquid potest sine sale edi panis, aut est sapor in sermonibus vanitatis?* Vnde Paulus Colossensibus dicit.[h] *Sermo vester semper in gratia sale sit conditus, vt sciatis quomodo oporteat vos vnicuique respondere,* id est. *Sermo vester,* vt bene exponit Chrysostomus, *sit iucundus, sed simul stringat, obturet, pungat, & acuat.* In sermonibus Domini hæc omnia gustu percepisse visus est Sapiens, quippe qui propterea in illa prorupit,[i] *o quàm bonus, & suauis est Domine spiritus tuus in omnibus.* Explicansque istam spiritus Dei suauitatem, in illius etiam increpatoriis sermonibus gustatam designat, subdens:[k] *Ideòque eos qui exerrant, delinquunt partibus,* id est per partes *corripis, & de quibus peccant admones, & alloqueris.* Hunc denique verbi Dei gustum numerat Apostolus inter præcipua quæ fidelibus in gratia existentibus exhibita sunt, Cùm enim de iis dixisset,[l] *Gustauerunt donum cæleste,* remissionis, scilicet peccatorum, *& participes facti sunt spiritus sancti:* nempe gratiæ, spiritualiumque charismatûm, subdit.[m] *Gustaueruntque nihilominus bonum.* Hebraicâ phrasi iucundum, ac delectabile *Dei verbum.*

Verborũ Dei susceptio aptiùs exprimitur comedendi verbo, quã verbo audiẽdi, & cur. d Matth. 13. 14 *Verborum Dei bona auditio significata per plures actus concurrentes ad fructuosam comestionem.* e Ephe. 5.6. f Thess. 2.13. Ambrosius. *Verborum Dei gustatus necessarius vt fructuosa eorũ sit auditio.* g Iob. 6.6. h Col. 4.6. Chrysost. i Sap. 12. 1. k Sap. 12 3. l Hebr. 6.4. m Hebr. 6.5.

10 Quod quartò necessarium est, vt verborum Dei sit fructuosa auditio, id est, vt & intra cor audientis ea condantur. Idque peroptimè eadem comestionis explicatur metaphorâ, cum & quartus qui in comestione fit actus, sit cibos dentibus mansos, palatoque gustatos glutire, in ventremque deiicere. Ventrem verò animæ esse illius cor, ex eo probat Gregorius Nyssenus homil. 14. in Cant. quod dicitur.[n] *Venter eius tabella eburnea.* (sic legunt Sept.) *quia sanctorum,* inquit, *cor purissima sit diuinæ legis tabella.* Et Ambrosius ex eo quod item in Canticis legitur.[o] *Venter tuus sicut aceruus tritici vallatus liliis.* Sic quippe serm. 17. in Psalm. 118. vers. 5. ait, *Et venter eius non solùm aceruo tritici, id est, cibis fortioribus cælestis mysterij saginetur: verùm etiam tamquam liliis quibusdam moralium suauitate repleatur.* Deiiciuntur itaque per metaphoricam comestionem cibi sermonum Dei, quando quæ audita sunt, in corde vt in eis meditemur, vel vt per eorum memoriam peccata deuitemus, abduntur: quomodo fecisse se ait Dauid, dicens,[p] *In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi.* Et,[q] *In iustificationibus tuis,* id est, in verbis tuis ad iustificationem deducentibus, *meditabor: Non obliuiscar sermones tuos.* At quid conferunt memoria, & meditatio sermonum diuinorum, ni charitatis adsit æstus in corde meditantis, vt dicere is etiam cum Propheta queat.[r] *Ignitum eloquium tuum vehementer, & seruus tuus dilexit illud?* Hoc quintus designat comestionis actus, quo deglutiti in ventrem cibi interno calore ij ibi concoquuntur. Ambrosius enarratione in Psalmum 38. super ea sententia,[f] *Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis. Est,* ait, *ignis, qui cælestium Scripturarum meditationibus excitatur, velut ille de quo dicebat Ieremias:*[t] *Et erat ignis flammigerans in ossibus meis. Aut ille, de quo Cleophas, & qui simul iter agebat quando post resurrectionem eis se Christus adiunxit, sermone mutuo conferebant, dicentes:*[u] *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, cùm aperiret nobis Scripturas?*

Verba Dei vt nobis proficua sint deiicienda & condenda sunt in ventrem cordis nostri. Greg. Nyss. n Cant. 5.14. Ambros. o Cant. 4.2. p Ps. 118.11. q Ps. 118.16. *Verba Dei concoquenda sunt calore charitatis in corde nostro, vt sint proficua.* r Psal. 118. 140. Ambros. f Psal. 38.4. t Iere. 20.9. u Luc. 24.32

11 Suscitato denique intra cordis ventre in meditatione susceptorum sermonum Dei charitatis æstu, ita vt ardenter diligatur, quid reliquum est, nisi vt extrinsecus prodeant in singularum potentiarum, singulorumque membrorum operationibus? Idque vltimo exprimitur actu comestionis, quo concocti intra ventrem cibi digeruntur, atque ad singula distribuuntur membra, quæ in opus ob ipsam ciborum comestionem validiora redduntur. Hoc illud est, quod B. Iacobus in ipsa verbi Dei auditione potissimùm spectandum suadet, dicens,[x] *Estote factores verbi, & non auditores tantùm, fallentes vosmetipsos:* Ac si dicat, Fallit semetipsum quisquis primum tantùm explet auditionis verbi Dei actum, & etiam qui vltimo non studuerit eiusdem actui ad impletionis, & exequutionis eius quod audierit, per operationem: tametsi alia præstiterit vniuersa, quæ ad bonam concurrunt auditionem talem; etiam si sibi videatur audita verba in corde condidisse in eorúmque meditatione exarsisse ignem charitatis:

Verba Dei benè in corde concocta, prodire debet in operationẽ, vt proficuus eorum auditus dici queat. *Verba Dei auditu percipiens, & in corde concoquens, ea tamen opere nõ explens fallit multipliciter semetipsum.* x Iaco. 1 22.

Greg. Pap.

tis: *Ostensio namque dilectionis exhibitio est operis.* Fallit autem semet, & quia inanem reddit auditionem suam vnà cum reliquis quæ ipsam cõsecuta fuere: Et quia in auditione ipsa multipliciter peccat, sicut plura patet esse comestionis peccata, quando vltimus eius non rectè expletur actus digestionis, præter quàm quod inanis ipsa tunc est comestio quoad finem ipsius proprium: Insigni id totum idem Apostolus hoc explicat exẽplo, quum subdit, [a] *Quia si quis auditor est verbi, & non factor, hic comparabitur viro consideranti vultum natiuitatis suæ in speculo:* (en plura indicata peccata) *considerauit enim se, & abiit, & statim oblitus est qualis fuerit:* (en inanem actionem.) Post quæ edocet qualis demum fructuosus, ac vtilis auditus iste esse debeat: [b] *Qui autem perspexerit in legem perfectam libertatis, & permanserit in ea, non auditor obliuiosus factus, sed factor operis, hic beatus in facto suo erit.* Supposito enim primo illius actu, qui est in susceptione diuini verbi intra aures, instar susceptionis cibi intra os, quæ fit in primo actu comestionis, de quo in principio dixerat, [c] *In mansuetudine suscipite insitum verbum, quod potest saluare animas vestras.*

a Iacob. 12. 23.

b Iacob. 1. 25

c Iacob. 1. 21

12 *Verborũ Dei bonus auditus tres præcipuos habet actus.*

In hac eiusdem argumenti conclusione tres postremos enumerat actus, seruatâ tamen metaphorâ cæptâ in exemplo mox allato speculi: vnum conseruationis in corde ac meditationis auditi verbi Euangelicæ legis, in qua & perfectio vitæ sita est, & libertas: alium succensionis, & æstuationis eiusdem verbi calore charitatis, quâ sic per meditationem conseruatur in corde, vt & ardenter diligatur, ac quasi cibus in stomacho concoquatur. De quo dilectionis actu egisse mihi videtur in Euangelio Dominus, cùm diceret: [d] *Si vos manseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis.* Vbi notandum, non tam dixisse, *Si sermo meus in vobis manserit:* quâ præexpositus significatus fuisset auditus verbi Dei actus conseruationis, & meditationis in audientis corde: *At si manseritis in sermone meo:* quâ loquendi ratione istum designauit alium actum, qui est dilectionis verbi & sermonum. Quod per id patet, quod illico subiecit, *Verè discipuli mei eritis:* id est, verè sermonum meorum disciplinæ auditores vos esse probabitis: cùm aliàs idemmet dixerit: [e] *In hoc cognoscent homines, quòd discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem.* Magisque ad rem nostram alibi hæc habuerit: [f] *Manete in dilectione mea:* idque declarans addiderit: *Si præcepta mea seruaueritis, & verba mea in vobis manserint, manebitis in dilectione mea, sicut & ego Patris mei præcepta seruaui.* Vide quomodo simul tres isti auditionis verbi Dei postremi concurrunt actus, quando bene id auditur: Obseruatio enim mandatorum, est executio sermonum Dei, qui in corde conseruati dilectique fuêre, in quo vltimus est perfecti auditus actus, extremis his verbis à Iacobo designatus. *Non auditor obliuiosus, sed factor operis:* Quem actum sequitur peroptimus talis auditionis fructus fœlicitatis, & gloriæ æternæ; quem idem Apostolus exposuit, concludens: *Hic beatus in facto suo erit.* Non dicit. *In auditu:* sicut nec Propheta dixerat. [g] *In audiendis*, sed, *In custodiendis sermonibus tuis retributio multa.*

d Ioan. 8. 31.

e Ioã. 13. 35.

f Ioan. 15. 9.

Verborũ Dei auditum bonum sequitur fructus fœlicitatis.

g Psal. 18. 12.

13 *Per verba Dei bene audita fiunt in anima quæ per comestos cibos fiunt in corpore. Nutriunt.*

Quamquam istius auditus boni præter extremum hunc beatitudinis fructum, sint & alij, quos ipsæ comestionis, & ciborum cæ de quibus nunc loquimur exprimunt metaphoræ: Cùm enim sermones Dei per auditum comedi dicantur vt cibi, profectò per illos ea in anima fiant oportet, quæ per comestos in corpore cibos. Siquidem nutritur primum per eos anima eo ferè modo, quo & nutritio fit corporalis, quatenus inditum desuper spiritus, gratiæque calorem vitalem conseruant, & quicquid ex fragilitate humanæ conuersationis diminutũ fit charitatis restaurant, & resuscitant. Vnde in libro Sapientiæ legimus, [h] *Non natiuitatis*, id est, Non soli qui è terra nascuntur *fructus*, pascunt homines: *sed sermo tuus hos qui in te crediderint conseruat.* Et Timotheo dicit Paulus, [i] *Admoneo te, vt resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum.* Quo loco ponderandum quod præmissum est verbum, *Admoneo* nullâ enim aptiori tunc temporis ratione resuscitanda erat Timotheo gratia, quàm admonitorij sermonis susceptione, & executione. Sic verò nutrita per verbi Dei cibum anima augmentum insuper in spiritu per eumdem accipit, iuxta illud Petri, [k] *Sicut modo geniti infantes rationabiles, sine dolo lac concupiscite*, verbi nimirum, sermonumque Dei, *vt in eo crescatis in salutem.* Et augmento per istum lactis cibum sumpto, ita vt eumdem & instar solidioris escæ participet, ipso iam roboratur, æquè ac materiali pane confirmatur cor hominis. [l] *Dissipantur cogitationes*, ait Salomon, *vbi non est consilium:* deficientes nimirum sicut humani deficiunt Spiritus, quum robur non adsit ex cibi nutrimento: Vbi verò sunt plures consiliarij confirmantur, quia boni consiliariorum sermones instar panis nutrientes sanctas ipsas roborant cogitationes. Hoc robur fidelibus Romanis Paulus per exhibitam nutritionem sermonis sui, & prædicationis verbi Dei impertiri optans dicebat illis: [m] *Desidero videre vos, vt aliquid impertiar vobis gratiæ spiritualis ad confirmandos.* Et de hoc eodem robore agens cum Corinthiis, [n] *Sermo*, inquit, *meus, & prædicatio mea non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus, & virtutis*, id est, non in mundana eloquentia aures oblectante, sed in exhibitione spiritus, atque roboris in ipso spiritu: id nimirum obnitens in prædicatione mea, vt verbo Dei nutritionem, & augmentum spiritus, necnon & robur iis qui me audierint impertiar. Quod meliùs declarat, quum subdit. [o] *Vt fides vestra non sit in Sapientia hominum, sed in virtute Dei*, id est, Vt vestra fides, quæ ex auditu est verbi Dei non in humana nitatur Sapientia, Sed in robore diuino, quod ex alimento habet ipsius verbi Dei.

h Sap. 16. 26

i 2. Tim. 1. 6.

Augmentũ præstant in spiritu.

k 1. Pet. 2. 2.

Robur conferunt.

l Prou. 15. 22.

m Rom. 1. 11.

n 1. Cor. 2. 4.

o 1. Cor. 2. 5.

Quòd si materialium ciborum plerique & ad hoc comeduntur, vt pro medicamento inseruiant aduersùs corporis ægritudines, & sermonibus quoque id inditum, vt ipsos comedentibus sanitas sint, [p] *Vita* quippe *sunt inuenientibus eos, vt* per Sapientem dicitur, *& vniuersæ carni sanitas.* Et si quid aliquando spiritualis quempiam attigerit ægritudinis, pro optimo adhibentur medicamento. Vnde in libro Sapientiæ legimus. [q] *Filios tuos nec Draconum venenatorum vicerunt dentes: misericordia enim tua adueniens sanabat eos. In memoria enim sermonum tuorum examinabantur*, illis nimirum veluti medicinâ acri purgabantur & velociter saluabantur. *Etenim neque herba, neque malagma*, id est emplastrum *sanauit eos: sed tuus Domine sermo, qui sanat omnia.*

Verba Dei optimum medicamentum ægris.

p Prou. 4. 22.

q Sap. 16. 10.

14 *Sermones praui venenosi & mortiferi.*

Quamuis autem sicut in materialibus cibis multos est inuenire, qui cum venenosi sint, certam afferunt mortem; Ita & inter hominum sermones complures sint, per quos venenum in

audientium & aures, & animum iniicitur, morsque illis causatur, & spiritus omnis emissio, atque amissio gratiæ. Vnde Vates Regius de iis qui tales fundunt sermones, [a] *Venenum*, inquit, *Aspidum sub labiis eorum. Quorum os maledictione, & amaritudine plenum est.* Ac propterea Iacobus Apostolus linguam [b] dicit *inquietum malum, plenam veneno.* Talésque sermones omnino deuitandos suadens Paulus Timotheo inquit, [c] *Profana, & vaniloquia deuita, multùm enim proficiũt ad impietatem*, quæ est mors animæ: vtensque venenosæ cancredinis exemplo, subiicit: *Et sermo eorum vt Cancer serpit*, ab vno nimirum errore in alium, & ex vno malo in deterius aliud proserpens, atque deducens. Adolescentibus autem in primis deuitandi hi sunt. *Sicut enim vrbi non prodest vt non capiatur, si cæteræ portæ sint clausæ, si vna sit aperta, per quam hostes impediantur. Sic*, ait, Plutarchus in libro, Quomodo adolescens poëtas audire debeat, *continentia aduersus alias voluptates non conseruabit adolescentem, si per auditum capiendis illis se dederit.* Et bene, cùm iuxta Teophrasti sententiam relatam item à Plutarcho lib. de auditione. *Sensus auditus omnium sensuum maximè ad motus animi ciendos faciat.* Inter Dei tamen sermones, nisi aliunde venenosi quid illis fuerit, vel ab exhibentibus, vel à suscipientibus ipsos illatum, nullum est inuenire, quo animarum mors omnis non arceatur, dicente Petro ad Iesum, [d] *Verba vitæ æternæ habes:* Ipsoque Iesu palàm contestante, [e] *Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternum.*

a Psal. 13. 3. — b Iacob. 3. 8. — c 2. Tim. 2. 16.

Sermones praui adolescẽtibus quàm maximè euitandi. Plutarchus.

Verba Dei contra omne venenum, & contra mortem sunt.

d Ioan. 6. 68. — e Ioan. 8. 51.

15 (*Et factum est mihi verbum tuum in gaudium, & in lætitam cordis mei.*) Quamquam tot, multosque alios rectè susceptorum sermonum Dei fructus ex vno comedendi metaphorico verbo colligere liceat, Sanctus nihilominus Propheta noster duorum duntaxat meminit, primi, in his quæ præ manibus habemus: alterius, in iis quæ mox subiicit. Primus fructus est maxima quæ ex Dei verbo in audientis anima causatur voluptas, summumque gaudium. In cuius fructus explicatione, quò qualis is sit intelligatur, ponderanda sunt singula ista Prophetæ verba. Ac primò perpendendum quòd quos *Sermones tuos* mox dixerat in plurali, (*Inuenti sunt sermones tui,*) hos nunc in singulari, (*verbum* nuncupat *tuum*:) opportunè enim plurale in singulare hoc loco conuertit, vt innueret, istum de quo hîc agit voluptatis, gaudiique fructum in omnibus, & singulis Dei sermonibus exhiberi æqualiter, quia vnum verbum ij sunt omnes. Etsi enim alius sit diuinæ legis sermo præceptorum, alius iudiciorum, alius consiliorum, vnius tamẽ legis vnum verbum Dei reputantur, [f] *Semel* enim *locutus est Deus*, & in vnico Dei verbo particulares eiusdem Dei sermones sunt maximè vnus, sibique prorsus consoni. Etsi plura sint diuinorum mysteriorum eloquia, vna tamen duntaxat fides, quæ ex illorum auditu est, auditusque eorumdem per vnum verbum Dei: Etsi multiplices sint sanctorum prædicatorum, atque doctorum sermones, doctrinales, mystici, morales, suasorij, increpatorij, comminatorij, vnum nihilominus verbum Dei sunt ij vniuersi, vnum docentes, & ad vnam deducentes charitatem, vnusque sunt dilectionis sermo, cùm iuxta Apostoli dictum, [g] *Plenitudo legis, ipsa sit dilectio*, in cuius vnius [h] verbo, atque mandato reliqua instaurantur omnia. Vnde ad rem nostram in iis Domini sententiis, [i] *Si quis diligit me, sermonem meum seruabit:* Et, [k] *Qui non diligit me, sermones meos non seruat*, obseruarunt præclarè aliqui, ei qui diligit plures Dei sermones vnum duntaxat censeri sermonem, quem facilè sit seruare; cùm è contra non diligenti, sermonem Dei, qui vno de dilectione concluditur, plures, atque per arduos æstimari sermones. Cõstat autem, charitatis indiuiduum comitem spirituale esse gaudium, prout colligitur ex eo quod Paulus [l] in enumeratione fructuum spiritus charitati gaudium connectit: vnicáque actione dilatationis cordis, quæ æstuante fit verbo charitatis, voluptatem, gaudiumque fieri certum est ex naturali Philosophia. Adeóque & qui asperrimi sunt sermones, vel etiam qui amaritudinem admixtam habent increpationis, & tribulationis, quam secum afferunt, iis qui illos vt vnum charitatis sermonem suscipiunt, & gaudio sunt, & voluptati, ita vt fideles Thessalonicẽses propterea Apostolus dixerit, [m] *Excipientes verbum in tribulatione multa cum gaudio Spiritus Sancti*; quia quamuis multùm immineret tribulationis propter verbum illud, nihilominus acceperunt cum gaudio: Et in libro Prouerbiorum legimus: [n] *Anima esuriens etiam amarum pro dulci sumet.* Esurienti namque iustitiam, quæ in charitate potissimùm sita est, verbum quoque illud, isque sermo, qui amaritudinem præ se fert, dulcedini est, & voluptati.

Ex verborũ Dei bono auditu quanta percipiatur suauitas, & voluptas.

Sermones Dei multiplices sunt vnum illius verbũ.

f Psal. 61. 12.

Prædicatorũ sermones multiplices vnum sunt verbum Dei.

g Rom. 13. 10. — h Rom. 13. 9. — i Ioan. 14. 23. — k & 24.

Diligenti Deum multiplicia præcepta sunt vnũ duntaxat facillimum: Secus verò est non diligenti. Amanti Deũ omnia eius verba, & cuncti sermones boni, etiã increpatorij summo sunt gaudio.

l Gal. 5. 22. — m Thes. 1. 6. — n Prou. 27. 7.

16 Hocque illud est quod secundo loco in hac Prophetæ sententia magnificandum est, quod ait, (*Et factum est mihi*, &c.). Neque enim dicendum fuit (*Et factum est verbum tuum in gaudium,*) absque pronomine (*mihi*) vel alio aut nomine, aut pronomine: quia simpliciter non debet dici verbum Dei factum aliquando delectabile, quasi antea tale ex sua non esset natura, cùm ob hanc illius dulcedinis proprietatem ex diuino gutture contractam de ipso Dei gutture dictum legamus, [o] *Guttur illius suauissimum*, seu iuxta Hebraicam lectionem, *Guttur*, seu *Fauces illius dulcedines.* Nobis nihilominus id dulce non est, ni nos ipsi nobis illud faciamus, sano id (sicut supra explicatum est) comedentes gustu: sicut nec mel, quod ex natura sua dulcissimum est, suam ei impertit dulcedinem, à quo non sit comestum: imò idipsum & amarissimum fit comedẽti, quando palatum amaro is infectum habeat humore. Quod sub alia suauis odoris metaphora de eiusdem verbi Dei prædicatione agens Paulus his explicat, [p] *Deo autem gratias, qui semper triumphat nos in Christo Iesu: & eodem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco. Quia Christi bonus odor sumus Deo*, id est, iuxta inditam à Deo naturam, seu proprietatem verbo suo, eiusque prædicationi *in iis qui salui fiunt, & in iis qui pereunt*: Diuersimodè tamen propter diuersam vtrorumque eiusdem prædicationis susceptionem: nam *aliis quidem odor mortis in mortem: aliis autem odor vitæ in vitam*, ipsa scilicet nostra verbi Dei reddita prædicatione. Quòd non minus clarè absque metaphora Thessalonicensibus contestatus ait; [q] *Gratias agimus Deo sine intermissione, quoniam cùm accepissetis à nobis verbum auditus Dei, accepistis illud, non vt verbum hominum, sed (sicut est verè) verbum Dei, qui operatur in vobis, qui credidistis.* Et ad Hebræos. [r] *Etenim*, inquit, *& nobis nunciatum est, quemadmodum & illis*, incredulis scil. Iudæis: *sed non profuit illis sermo auditus, non admixtus fidei ex iis quæ audierunt*, id est, non susceptus fide secundùm ea quæ auditu perceperunt.

Verbum Dei etsi in se dulcissimum sit, hominibus tamen iis tãtũ est dulce, qui tale id sibi fecerint, sano ipsũ comedentes gustu.

o Cant. 5. 16. — p 2. Cor. 2. 14. — q 1. Thessal. 2. 13. — r Hebr. 4. 2.

17 Id verò circa hæc ipsa verba (*Et factum est mihi*,

Quòd verbū Dei ſit nobis in gaudium, & à nobis eſt, & à Deo.

mihi, &c.) notandum quoque eſt, quòd non exprimitur à quo factum id ſibi ſignificare voluerit Propheta, cùm tam ab anima id fiat, vt fructuoſè, & cum guſtu diuinum audiatur verbum, prout ex dictis colligitur; quàm à Deo, ſine quo [a] *non ſumus ſufficientes vel cogitare aliquid à nobis, quaſi ex nobis*, & ex quo omnis noſtra eſt ſufficientia. Quam ſufficientiam & in hoc auditu fideles ab illo habere, ita vt intelligendum ſit factum ab ipſis, & à Deo verbum Dei illis in gaudium, &c. ex prææallatis de epiſtola ad Theſſalonicenſes, probari poteſt; ibi enim poſt expoſitum id quod ex parte ipſorum fidelium factum fuit, opus ſubiicitur collatæ iiſdem à Deo prædictæ ſufficientiæ, cùm vltimo dicitur, [b] *Qui* ſcil. Deus *operatur in vobis, qui credidiſtis*, ſeu, vt eſt in Græco, *qui creditis*, Quod ita exponit Anſelmus, *Qui operatur ſcil. fidem, vt credatis & credere pergatis verbis meis, eaque exequi ſatagatis.* Quod eſt facere vobis verbum ſuum in gaudium, &c.

a 2. Cor. 3. 5.

b 1. Theſſal. 2. 13. Anſelmus.

Quòd verbū Dei non ſit nobis in gaudium, non ex Deo, ſed ex noſtra eſt culpa.

Porrò vt nouerimus, culpam omnem in nos reiiciendam, quando contingit, vt nobis non fiat verbum Dei in gaudium, &c. vel quia noſtrâ culpâ illud non comedimus, ſermonibus humanæ eloquentiæ addicti, & qui de delitiis carnis, ſæculique ſint voluptatibus: Vel quia ſimpliciter audire, vt par eſt, nolumus: Per Iſaiam Prophetam teſtata cuncta hæc voluit ipſemet Dominus, in cap. 28. vbi hæc ille habet: [c] *Quem docebit ſcientiam? & quem intelligere faciet auditum? ablactatos à lacte, auulſos ab vberibus.* Ex quibus duo habemus: primum, à Domino fieri hominibus verbum Dei in gaudium, &c. quod eſt doceri ſcientiam, & exhiberi auditui gaudium, præſtante vt auditus ipſe ſit cum intelligentia, atque cum fructu: Alterum, quibuſnam à Domino hæc fiant: iis nempe duntaxat, qui ab infantilibus ſe abdicarint ſtudiis, omnique conatu à blandioribus ſeſe auerterint deliciis, quibus impediuntur ne ex guſtato ſolido verbi Dei cibo fructum ex eius auditu cū gaudio percipiant. Quòd autem ex hoc ipſo quòd ab illis ſibimet non factum ſit verbum Dei cum gaudio, iis id cum fructu non audientibus, eidemque non obtemperantibus, nec Deus id eis præſtet vt cum gaudio audiant, quin potiùs id illis deneget. Sic per eumdem Prophetam aſſeritur: [d] *In loquela enim*, ait, *labij, & lingua altera loquetur ad populum illum.* Ac ſi dicat, obſcurè Deus in intelligibiliter ei loquetur, æquè ac ſi quis motu tantum labiorum, & extraneâ inſuper linguâ cuipiam loquatur. Explicanſque cur ita ſe ad illos Deus habiturus eſſet, ſubdit. [e] *Cui* ſcil. populo *dixit Deus, Hæc eſt requies mea, reficite laſſum, & hoc eſt meum refrigerium: & noluerunt audire.* En rationem claram. Quam & Dominus Ieſus in Euangelio attulit, cùm diceret: [f] *Ideo in parabolis*, id eſt obſcurè, & in intelligibiliter *loquor eis, quia videntes non vident, & audientes non audiunt, nec intelligunt.*

c Iſai. 28. 9.

d Iſai. 28. 11.

e Iſai. 28. 12.

f Matth. 13. 13.

18

Verborū Dei dulcedo expreſſa ſimilitudine mellis.

(*In gaudium & in lætitiam cordis mei.*) Celebratam nouimus aliàs verbi Dei dulcedinem per comparationem eiuſdem verbi ad mel, quod, vt ait Sapiens; [g] *initium eſt dulcoris*, quaſi illi id ſit ſimile, vnde & Ezechieli, & [h] Ioanni, [i] *Factum in ore ſicut mel dulce*, legimus: vel quaſi etiam illud ſuâ ſuperet dulcedine, ſic Propheta Regius & in Pſal. 18. [k] & in Pſalmo 118. [l] Multò tamen & efficaciùs, & aptiùs eamdem ipſam verbi Dei dulcedinem ſermonumque eius voluptatem per Salomonem euectam crediderim, quando in Canticis optimo eos comparat vino, quod non tam vt potabile abſorbeatur, quàm vt comeſtibile & labiis ruminetur, & dentibus, dicens: [m] *Guttur tuum*, id eſt, verba quæ tuo proferuntur gutture, *ſicut vinum optimum, dignum dilecto meo ad potandum, labiiſque, & dentibus illius ad ruminandum.*

g Eccl. 11. 3.
h Ezech. 3. 3.
i Apoc. 10. 10.
k Pſal. 18. 11.
l Pſal. 118. 103.

Eadem explicata ſimilitudine vini optimi.

m Cant. 7. 9.

Verbi Dei ſuauitas meliùs exprimitur ſimilitudine vini optimi, quod quid aſperitatis admixtum habet quàm mellis.

Enimuerò in melle quia dulcor duntaxat eſt, facilè faſtidium pro voluptate concipimus, In vino autem, quod optimum ſit, quia dulcor talis eſt, cui quid amabilis admixtum eſt mordacis, quod Italicè dicimus *del piccante*, voluptas certè percipitur abſque faſtidio, cùm per aſperitatem inſita eius perficiatur dulcedo, & per dulcedinem iucundior ipſius reddatur mordacitas, quâ penetrabilius, & amabilius vinum ipſum cum ſuo eſt dulcore; Quid enim ſermone Dei penetrabilius, ſiue is ſuauiter exhibitus ſit in conſiliis, admonitionibus, adhortationibus, & obſecrationibus; ſiue aſperè in increpationibus, obiurgationibus, & comminationibus. Sane de illo ſub alia gladij metaphora ſic loquitur Apoſtolus, [n] *Viuus eſt ſermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vſque ad diuiſionem animæ, ac ſpiritus, compagum quoque, ac medullarum, & diſcretor cogitationum, & intentionum cordis.*

n Heb. 4. 12.

19

Mellis dulcedo percipitur ſolùm quādo eſt in ore, & comeditur: vini verò & cum id eſt in ore, & cū eſt in ſtomacho.

Inſuper ob alteram quoque rationem, quæ magis ad rem noſtram hoc loco eſt, verbum Dei eiuſdemque ſermones & eloquia vt ſimilia vino optimo dulciora ſuper mel eſſe dicuntur, quia mellis dulcedo, & voluptas quæ eſt ex illa, in ore ſolummodo, & faucibus percipitur illud comedentium, cùm in ventrem melle ipſo deiecto nihil iam eius ibi reliquum ſit dulcedinis, quin potiùs ſæpe non modicum ſit amari, iuxta commune Medicorum illud aſſatum, *Dulcia facillimè conuertuntur in bilim.* Sic ſemper quando in Sacris literis verborum Dei dulcedo ſimilitudine aſſeritur mellis, de voluptate oris, gutturis, & faucium mentionem fieri obſeruare eſt, vt cùm in Pſalmo 118. [o] *Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua ſuper mel ori meo.* Cùm in libro Prouerbiorum, [p] *Comede fili mi mel, quia bonum*, id eſt, iucundum ac ſuaue, *& fauum dulciſſimum gutturi tuo. Sic & diſciplina ſapientiæ animæ tuæ.* Et cùm [q] Ezechieli, ac [r] Ioanni in comeſto libro factum eſt in ore ſicut mel dulce quod in libro comedebatur Dei verbum: Quibus iiſdem deuoratum factum eſt amarum. [ſ] *Et erat in ore meo tamquam mel dulce, & cùm deuoraſſem eum amaricatus eſt venter meus*, ait Ioannes de libro ſermonum Dei, quem ab Angelo acceperat comedendum, dulcedinem nimirum magnam ex diuinis percipiens verbis, cùm & faucibus, & ore quibus ea erat prædicaturus guſtaret voluntati diuinæ conformatus: at poſtmodum in ventre attentæ ſuæ conſiderationis ſummâ infectus amaritudine indignationis contra eos, in quos vt verbo Dei rebelles complenda acerbiſſima illa erant, quæ in libro prænunciata comediſſet.

o Pſal. 118. 103.
p Prou. 24. 13.
q Ezech. 3. 3.
r Apoc. 10. 10.
ſ Apoc. 10. 10.

20

Vini optimi ſuauitas qualis, & quanta.

At verò dulcedo & voluptas quæ ex vino eſt, & os, labiaque, linguam, palatum, ac fauces, & quod multò eſt præſtantius bibentis recreat cor, Vnde ex iſta eius proprietate præcipuo celebratur encomio tum prophanis, tum ſacris maximè literis, dicente Dauid, [t] *Et vinum lætificet cor hominis.* Eiuſdemque filio Salomone. [u] *Date ſiceram mœrentibus, & vinum his qui amaro ſunt animo bibant & obliuiſcantur egeſtatis ſuæ, & doloris ſui non recordentur ampliùs.* Lætificat autem cor vinum, & quando in ore habetur, ac bibitur, & quando potatum

t Pſal. 103. 15.
u Prou. 31. 6.

Vinum lætificat cor & quando eſt in ore, & quādo eſt in ſtomacho.

potatum ex ore in stomachum deiectum sit; dicitur enim in libro Ecclesiastes, [a] *Bibe cum gaudio vinum tuum*, id est, in actu ipso bibendi gaudio recreare ex vino tuo: & de lætitia ex eodem epoto id intelligo Zachariæ, [b] *Lætabitur cor eorum quasi à vino*. Diuersam tamen ob rationem ipsum vtrobique à vino lætificatur cor. Siquidem lætificatur quum illud in ore est, ac gustum oblectat, quia, sicut ait Aristoteles lib. de Sensu, & sensibili. Sensorium gustus est iuxta cor, ex cuius dilatione gaudium prouenit: lætificatur verò idem ex epotato vino, quia intra stomachum subitò vinum quod spiritosum, ac viuidum natura sua est, spiritus viuificat animales, & confortat, augérque vitales, qui in ipso procreantur corde. Vnde fit, vt è corde deriuatâ voluptate, lætisque spiritibus ad reliquas corporis partes, & externa exhilaretur facies, & lætanter ad operationem singula moueantur membra, ita vt istiusmodi gaudium, vel ad durissima quoque pertingat ossa, quæ alioquin per tristitiam exsiccari dicuntur, iuxta illud Prouerbiorum, [c] *Animus gaudens ætatem floridam facit: spiritus tristis exsiccat ossa.* Quod meliùs alterâ eâ explicatur sententiâ, quâ idem Sapiens ait: [d] *Cor gaudens exhilarat faciem: in mœrore animi deiicitur spiritus.*

a Eccl. 9. 7.
b Zach. 10. 7.
Aristoteles cap. 2. *Gustus sensorium est iuxta cor.*
c Prou. 17. 22.
d Prou. 15. 13.

21 *Verbum Dei vt vinum suaue est, & quando attentè auditur, & quando in mentis, ac memoriæ stomacho amoris Dei calore concoquitur.*

Hoc itaque, quod & dulcedinis, voluptatisque vini est, Verbum Dei Propheta noster celebret encomio, quum ait, *(Et factum est mihi verbum tuum in gaudium, & in lætitia cordis mei,)* à præcipua nimirum eiusdem verbi operatione, quæ in exhibita sita est delectatione, & quando primo auditum, & quasi in ore susceptum gustatumque fuit, cum voluptate, & attentione perceptum: quod significat appositum nomen. *(In gaudium,)* & multò præstantius quando in mentis, memoriæque stomacho summa cum iucunditate, calore concoqui cœptum est charitatis, quod eo designatur, quod adiectum est, *(Et in lætitiam cordis mei.)* Quæ duo, *gaudium, & lætitia cordis*. Si ex audito Dei verbo adsint, tunc sanè ex eodem Dei verbo & potentiarum, & membrorum omnium in externæ quoque conuersationis facie est exultatio illi qui tam fructuosè audierit, ita vt promptè, & alacriter in quodcumque exiliat arduum diuinæ legis, operatione id & hilariter, & fortiter perficiens iuxta illud. [e] *Viam mandatorum tuorum cucurri cum dilatasti cor meum*, per exhibitam nimirum sermonum tuorum eiusdem cordis lætitiam, vt explicatum est. Hæcque fortassè sibi de diuina bonitate pollicebatur in Psalmo quinquagesimo Dauid, cùm ipsimet Deo diceret. [f] *Auditui meo dabis gaudium, & lætitiam: & exultabunt ossa humiliata.* Vt tantumdem sit ac si dixerit. Cùm præstiteris, vt me audiente sermones tuos, fiat mihi verbum tuum in gaudium, & in lætitiam cordis mei (sensu iam exposito) potentiæ, membraque mea, quæ aliàs quasi exsiccatis præ tristitia, & præ mœrore attritis ossibus ad bene operandum moueri nequeunt, gaudio, lætitiaque ossibus ipsis perfusis, exilient, vt & cum exultatione bona quæque prosequantur.

Verborũ Dei suauitas redundat in externam operam conuersationem eius qui illa perfunditur.
e Psal. 118. 32.
f Psal. 50. 10.

22 *Verborũ Dei fructuosa auditio ob id nobis, quia facti sumus discipuli Dei.*

(Quoniam inuocatum est nomen tuum super me, Domine Deus exercituum.) Quid hæc ad præcedentia, in quibus de susceptione actum est sermonum Dei, deque præstantissimo talis auditionis effectu, ac fructu gaudij maximi, summæque lætitiæ cordis, quâ audiens promptus existat ad hilariter, & fortiter (vt dictum est) opere exequendum quicquid boni faciendi in auditis acceperit sermonibus? Aptissimè profectò cum præmissa rationali particula *(quoniam)* in rationem adiecta sunt prædictorum omnium. Enimuerò exinde præexposita in auditione Sermonum Dei conueniunt fidelibus, quia in eadem auditione inuocatur nomen Dei super illos, Dei nimirum facti, & nuncupati discipuli. Quod Christus Iesus propheticâ confirmauit sententiâ apud Ioannem dicens: [g] *Est scriptum in Prophetis: Et erunt omnes docibiles Dei, omnis qui audiuit à Patre, & didicit, venit ad me.* Audire autem Deum qui illius verba ex ore accipit hominum, aliis patet ex iis item Christi verbis, [h] *Qui vos audit, me audit.* Quòd si ex eo factum nobis dicitur verbum Dei in gaudium, & in lætitiam cordis ad hilariter ipsum implendum; quoniam in illius fructuoso auditu facti sumus docibiles eius, qui est Dominus Deus exercituum; factum est idem verbum in lætitiam item cordis nostri, vt nedum hilariter, sed & fortiter dimicantes cum illo, quod est [i] *Gladius spiritus*, perficiamus ipsum, quantumcúmque aduersariæ potestates id impedire suis obnitantur impugnationibus. Docibiles namque suos Dominus exercituum hoc præcipuum docet, vt edocto pugnent verbo ipsius, iuxta illud Psalmi, [k] *Qui docet manus meas ad prælium & digitos meos ad bellum.* Vnde & in Canticis, qui Sacræ Scripturæ lectulum ambiunt Christi veri Salomonis & pacifici nostri, dicuntur. [l] *Omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi.*

g Ioan. 6. 45.
h Luc. 10. 16.
i Ephes. 6. 17
k Psal. 17. 35.
l Cant. 3. 7.

23 *In verborum Dei fructuosa auditione fit vnio, & trãsmutatio comedentis, & comestorum.*

Cæterùm si subtiliùs hæc ipsa perpendamus, videbimus multò ea præcedentibus esse congruentiora, cùm illi quæ mox ibi assumpta fuerat respondent metaphoræ comedendi, pro explicanda fructuosa sermonum Dei susceptione. Ita vt hac prædictorum ratione, quâ dicitur. *(Quoniam inuocatum est nomen tuum, &c.)* Secundus explicetur eius comestionis verbi Dei fructus, qui est omnium & præstantissimus, & ratio finalis: Is verò est vnio comesti & comedentis, ac transmutatio, quæ ad vtilem cuiuscumque cibi comestionem maximè est necessaria, vt proprius illius obtingat finis, qui est comedentis nutritio: Ad viuum autem exprimitur iste vnionis, & transmutationis fructus per hæc, *(Quoniam inuocatum est nomen tuum super me Domine, &c.)* Diximus enim sæpe, hac loquendi ratione, Inuocari nomen Dei super aliquem, significari, illum participem diuini cuiuspiam esse, adeóque pro ea participatione eumdem suo modo vocari diuinum, ac Dei naturæ consortem, seu peculiare quid Dei esse. Vt autem nouerimus quomodo, id contingat vt per istam verbi Dei bene factam comestionem fiat homo diuinæ consors naturæ; quod apertè Petrus contestatus est Apostolus, cùm agens de Dei exhibito fidelibus dono cognitionis, quæ per Euangelij prædicationem præstita fuerat, dixit: [m] *Gratia vobis, & pax adimpleatur in cognitione Dei, & Christi Iesu Domini nostri: quomodo omnia nobis diuinæ virtutis suæ, quæ est ad vitam, & pietatem donata sunt, per cognitionem.* (Nota) *eius qui vocauit nos propriâ gloria, & virtute: per quem maxima, & preciosa nobis promissa donauit, vt per hæc efficiamini diuinæ consortes naturæ.*

m 2. Pet. 1. 2.

24 *Verbi Dei comesti transmutatio diuersa à trãsmutatione ciborum materialium.*

Sciendum, discrimen maximum esse inter transmutationem & vnionem comestorum ciborum materialium, atque illam quæ fit comesti verbi Dei cibi spiritualis. Enimuerò in materiali illa quò bona fiat nutritio, & perfecta vnio ciborum cum comedente, cibi ipsi, qui comesti sunt, transmutantur in sanguinem, tum & in ali-

ti

ti carnem, ita vt ex herbis verbi gratia, ex fructibus, ex piscibus, ex pane, ex carnibus denique bestiarum, euadant caro hominis: homine per innatum calorem ea sibi assimilante. Secùs verò est in spiritali nutritione, quæ ex comesto fit verbo Dei: Nam licet sæpissime, quod deplorandum est, eueniat, vt audientes plerique, & suo modo comedentes sermones Dei, sic illos sibi obnitantur vnire, vt in carnem, & sanguinem quodammodo transmutatos suæ eos assimilent corruptioni, pessima tamen in illis tunc fieri dicenda est nutritio, prauorum humorum, errorumque & circa doctrinam fidei, & circa morum disciplinas procreatrix, & auctrix, adeò vt auditus talium sermonum, Eorumdémque comestio nedum infructuosa sit, at & damnosa. De quibus Paulus ait, [a] *Qui secundùm carnem sunt, quæ carnis sunt sapiunt:* Et Petrus [b] indoctos, & instabiles deprauare dicit Pauli epistolas, & quæ in illius sunt difficilia intellectu, sicut & cæteras scripturas ad suam ipsorum prædictionem. Vt bona igitur in spiritali ista comestione fiat nutritio, & perfecta vnio comesti verbi Dei cum iis qui bene, ac fructuosè illud susceperint, necesse est vt transmutatio sit ex parte hominum comedentium, qui iis assimilentur, quæ rectè in verbi Dei doctrina susceperint, transmutati spiritali ratione in Deum ipsum, quem vnà cum ipsius suscepêre verbis. Quod enim de nutritione illa mystica, quæ ex comestione fit corporis Christi in Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento legimus & apud Gregorium Nyssenum Oratione Catechica cap. 37. in hæc verba: *Sicut parum fermenti totam conspersionem sibi assimilat: Ita corpus à Deo morte affectum, cùm fuerit intra corpus nostrum, totum ad se transmutat, & transfert.* Et apud Leonē Papam epistola 23 dicentem; *In illa mystica distributione cælestis alimoniæ hoc sumitur, vt accipientes virtutem cælestis cibi in carnem ipsius, qui caro nostra factus est, transeamus.* Id ferè asserendum & de ea, de qua nunc agimus nutritione ex comesto Dei verbo, quod & cibus, panisque dicitur cælestis. Quæ peroptimè Deum ipsum confirmasse crediderim, quando agente cum eo Augustino in lib. 7. Confess. ca. 10. de veritatis sublimitate, déque eiusdem eximia cognitione, quam certum est fide haberi, quæ ex auditu est verbi Dei, vel externi, vel saltem interni: talia ad illum voce ab ipso audita de excelso habuit: *Cibus sum grandium, cresce, & manducabis: Nec tu me in te mutabis, sicut cibum carnis tuæ, sed tu mutaberis in me.*

Qui praua auiunt verbum Dei praua ratione illud transferunt in carnem & sanguinem proprium. Inde & pessima fit nutritio.

a Rom 8.5.
b 2. Pet. 3.16.

Verbum Dei bene suscipientes ab illo transmutantur ad consortium diuinæ naturæ, & ad similitudinē doctrinæ ipsius, sicque optima fit illius nutritio.

Greg. Nyss.

Leo Papa.

August.

(*Domine Deus exercituum.*) Maximam certè vim encomio fructuosi auditus sermonum Dei & hoc quoque addit, quod ad extremum adiecit Propheta in explicationem nominis Dei, cuius generaliter mox fecerat mentionem, cùm diceret, *Quoniam inuocatum est super me nomen tuum.* Cùm enim qui innominabilis naturâ suâ est, sicut & naturâ incompræhensibilis menti est creatæ, variis nihilominus in Sacris literis, & à nobis nuncupetur nominibus, quibus & variæ quoad fieri potest, illius exprimantur perfectiones, attributaque diuersa, Inter quæ præstantissimum omnipotentia tenet locum, quâ maximè robur diuinitatis eius manifestatur, duplici à nobis ea exprimitur illius nomine, quibus duobus nominibus hîc noster vsus est Propheta; nam iuxta lectiones Vulgatam, & Hebraicam ait, (*Domine Deus exercituum:*) iuxta lectionem verò Sept. (*Domine omnipotens*) Vt, cùm asseruisset in spirituali nutritione ex fructuosa comestione verbi Dei se: membraque sua transmutata in ipsius comesti diuini verbi similitudinem, noménque Dei inuocatum esse super ipsum, quatenus per prædictam assimilationem diuinæ factus est consors naturæ; Modo per adiecta eiusdem Dei nomina significet, in eo potissimùm per nutritionem præexpositam se Deo esse assimilatum, quòd in comestum illius verbum transmutatus, factus & ipse est ad bene operandum suo modo omnipotens, sicut & ipsum Dei verbum suo pariter modo omnipotens est. Quo loco animaduertendum discrimen inter improbos, atque probos viros in audiendo, suscipiendo, atque etiam comedendo verbo ipso Dei vel prædicato, vel scripto, vel etiam interno: Siquidem cùm probi viri fructuosè illud suscipiant, eóque bene nutriantur, in idem verbum transmutati, & omnipotenti, vt dictum est, Deo assimilati, sic confortantur, vt quasi omnipotentes omnia possint. Quod enim per Sapientem asseritur de Sapientia, [c] *Cum sit vna: omnia potest:* id & de verbo pariter Dei dici posse non ambigo, præsertim, cùm, sicut supra probauimus, omnes Dei sermones idcirco vnum sit verbum eiusdem, quia de vna sunt charitate, de cuius omnipotentia post longum tractatum concludit Paulus, [d] *Omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet.* Et per eumdem Sapientem apertè dicitur. *Omnipotens sermo tuus a regalibus sedibus durus debellator in mediam exterminy terram prosiliuit.* Quòd si de materiali cibo legimus, *Et cum cepisset cibum Saulus, confortatus est:* cur non multò magis & spiritali cibo verbi Dei eumdem Apostolum confortatum se significasse intelligemus, quando propterea omnipotentem factum se asserens ait, [e] *Omnia possum in eo qui me confortat.* Quam omnipotentiam aliis quoque optans fidelibus. [f] *Non cessamus,* inquit, *pro vobis orantes, & postulantes, vt impleamini agnitione voluntatis eius,* scil. Dei *in omni sapientia, & intellectu spiritali.* (verbi nimirum Dei fructuosa susceptione:) *vt ambulemus dignè Deo per omnia placentes: in omni opere bono fructificantes, & crescentes in scientia:* (per nutritionem nimirum bonam ex comesto cibo sermonum Dei in augmentum corporis Christi proficiētes) *in omni virtute confortati secundum potentiam claritatis eius.* Quæ ipsis eius sermonibus præstita vobis est.

25

Verbi Dei fructuosâ nutritione sic transformamur in omnipotentē Deū, vt quodammodo & nos simus omnipotentes.

Verbum Dei omnipotent.
c Sap. 7.27.

d 1. Cor. 13. 7.

Per verbi Dei fructuosam susceptionem quomodo fieri dicamur omnipotentes.
e Phil. 4. 13.
f Coloss. 1.9.

26

Sed & apertiùs de hac ipsa omnipotentia, vt per idem verbum Dei habetur, per eumdem Apostolum in secunda epistola ad Timotheum, sic dicitur. [g] *Omnis Scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia, vt perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus,* id est, Vt homo, qui quemlibet sermonem Scripturæ, vel redargutorium, vel correptorium, vel eruditorium, aut omnes simul bene susceperit, per transmutationem sui in eorum sermonum cibum fructuosè nutritus, iam sit perfectus, super quem inuocetur Dei nomen; vtque diuinæ naturæ consors, dicatur homo Dei: instructus, ac ita confortatus eà nutritione, vt omnipotentis Dei, homo, omnipotens suo modo sit & ipse ad omne opus bonum. Quorum omnium rationem, ac modum paulò ante iis explicatum fuerat verbis, [h] *Tu verò permane in iis quæ didicisti, & credita sunt tibi: sciens à quo didiceris, & quia ab infantia Sacras literas nosti, Quæ te possunt instruere.* (Græcè σοφίσαι. id est, sapientem reddere) *per fidem quæ est in Christo Iesu:* Instructio igitur: & confortatio ad omne opus

g 2. Timot. 3.16.

Verbum Dei fructuosè susceptum confert omnipotentiam homini per fidē charitate succensam.
h 2. Timot. 3.15.

opus bonum ex verbo Dei, de qua hucusque locuti sumus, per fidem est, non illam quidem mortuam, sed quæ est in Christo Iesu viua per charitatem sibi annexam. Quo contra de improbis, qui vel sine fide recta, vt sunt hæretici omnes, vel cum recta quidem fide, at charitatis experte, vt sunt fideles moribus praui, sermones Dei audiunt quidem, & absque dulcedinis illius gustu verbum Dei comedunt, cum illos deprauata nutritione ad suam trasferunt carnem, eodem loco dicit ipsemet Paulus, [a] *Semper eos esse discentes, & numquam ad scientiam veritatis peruenientes: resistentes veritati, homines corruptos mente reprobos circa fidem*, paulóque post, [b] *Mali autem, ait, homines, & seductores proficient in peius errantes, & in errorem mittentes.* (seu, vt est Græcè πλανῶντες, καὶ πλανώμενοι. id est, *in errorem seducentes, & errore seducti*: Nedum non proficient simpliciter, quia per nutritionem verbi Dei non erunt confortati ad bonum: Sed ob prauam ex prædicto cibo nutritionem multiplicatis quasi malis humoribus, *proficient in peius*, in maiores, & peiores semper ruentes vitiorum ægritudines. [c] *Erunt* námque, dixerat, *homines seipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate, proditores, proterui, tumidi, & voluptatum amatores magis quàm Dei, habentes quidem speciem pietatis.* (quatenus conciones audiunt, sacrásque literas legunt, sanctos viros consulunt:) *virtutem autem eius*, scil. pietatis *abnegantes*, dum infructuosè omnem illam faciunt verbi Dei comestionem: vt explicatum est.

Qui transferunt verbum Dei à se auditum in carnem suam, proficiũt semper in peius.

a 2.Timo.3.7.

b 2.Timo.3.13.

c 2.Timo.3.2.

VVLGATÆ.

Vers. 16.] Inuenti sunt sermones tui, &c.

SEPTVAGINTA.

16. ὑπὲρ τῶν ἀθετούντων τοὺς λόγους σου. συντέλεσον αὐτοὺς, καὶ ἔσται ὁ λόγος σου ἐμοὶ εἰς εὐφροσύνην, καὶ χαρὰν καρδίας μου. ὅτι ἐπικέκληται τὸ ὄνομά σου ἐπ' ἐμοὶ κύριε παντοκράτορ.

Vers. 16.] Qui reprobant sermones tuos: consuma eos. Et erit mihi verbum tuum in lætitiam, & gaudium cordis mei: quoniam inuocatum est nomen tuum super me, Domine omnipotens.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Suscepi verba tua, & stabiliui ea. Et factum est verbum tuum mihi in gaudium, & lætitiam cordis mei, quia inuocatum est nomen tuum super me, Domine Deus exercituum.*

Vers. 16. Origenes vbi supra. (*Et erit sermo tuus mihi in lætitiam*) *Non ait* (*est, sed erit,*) *Siquidem in præsenti tempore carceres, exilia, contumelias, ac labores mihi tribuit: sed horum omnium finis erit lætitia.* (*Et erit mihi sermo tuus in lætitiam, & gaudium cordis mei, quia inuocatum est nomen tuum super me, Domine, Pater omnipotens.*) *Etiamsi Christus hoc dicit, non abhorret ab intellectu Nomen quippe patris inuocatum est super eum.*

Origenes. Tribulationũ finis gaudiũ.

Hieronymus. (*Inuenti sunt sermones tui*) *quos meo ore loquebaris.* (*Et comedi eos*) *hoc est in cibum mihi versi sunt. Siue, iuxta Symmachum,* (*Suscipiebam eos,*) *vt mihi in lætitiam verterentur, qui dudum fuerant in opprobrium. Vnde & Babylonij confitentur impleta, quæ Ieremias futura prædixerat. Siue hic sensus est: Sensi angustias, miserias pertuli populi persequentis: sed tamen gauisus sum, me tuis paruisse præceptis, & propter nomen tuum dura perpessus sum.*

Hieronym. In tribulationibus Sancti gaudent.

Augustinus loco supracitato, ita hæc legit (*Consuma illos, Et erit verbum tuum mihi in iucunditatem, & gaudium cordis mei, quoniam vocatum est nomen tuum in me, Domine omnipotens.*)

Theodoritus. (*Adimple eos: Et erit sermo tuus mihi in lætitiam, & gaudiũ, &c.*) *Quia me falsa prædicere arbitrantur, promissionibus autem Pseudoprophetarum, tamquam veris attendunt, rebus ipsis confirma sermones meos: & ita consolare me.*

Theodoritus. Propheta consolabantur adimpletione vaticiniorum suorum.

D. Thomas. *Ponit spiritualem patientis lætitiam.* (*Inuenti sunt*) *quasi opere expleti:* (*& comedi*) *delectatus in eis. Psal.* [d] *Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo. Ponens etiam causam,* (*quoniam inuocatum*) *dum scil. dicor Propheta Domini: supra* 14. [e] *Nomen tuum inuocatum est super nos.*

D. Thom.

d Psal. 118. 103.

e Iere. 14. 9.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΥΠΕΡ τῶν ἀθετούντων τοὺς λόγους σου. συντέλεσον αὐτούς.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὁρᾷς πῶς οὐκ εἶπεν ἔσομαι ἐγώ. ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ λόγου δέδοικεν, ὑπὲρ τῆς προφητείας τρέμει, μὴ μῦθος αὐτοῖς εἶναι νομίζηται, καὶ διαπιστῆται. ὁ λόγος ἀεὶ εἰς εὐφροσύνην ἔσται μοι. οὐδεὶς με ἀπατεῶνα, οὐδὲ εἴρωνα νομίσει λοιπόν. ὅτι γὰρ || αὐτὸς ἑαυτοῦ σκοπεῖ, δῆλον ἐκ τῶν προτέρων ἱκεσιῶν, καὶ τῆς τοῦ θεοῦ παραμυθίας, ἣν οὐκ ἂν ἐποιήσατο πρὸς αὐτὸν, εἰ μὴ σφοδρῶς αὐτὸν ἤδη ἀντεχόμενον. εἰ δὲ καὶ κατ' αὐτὸν ποιεῖται τὴν δέησιν, καὶ τοῦτο || θαυμαστὸν, ὅτε μεθιστάμενος, ὅτε καὶ ὁ θεός.

|| ἄλ. αὐτό.

|| ἴσ. οὐ θαυμ.

2 Vers. 16. QVi reprobant sermones tuos consuma eos, &c.)

Chrysostomi.] *Vides; Non dixit, Ego ero. Sed de sermone timet; pro vaticinio tremit. Ne illis habeatur pro fabula, fideque careat. Verbum mihi semper erit in gaudium. Nemo dehinc me impostorem, nemo simulatorem habebit. Quòd autem de rebus suis non est sollicitus, liquet ex prioribus precibus, consolationéque à Deo, quam non impetrasset ab eo, nisi vehementer illum sciret addictum. Si verò pro se vtitur precibus, neque hoc mirum; tunc recedit & ipse, quando & Deus.*

Chrysost. Verbi Dei contemptus angit magis Sanctos prædicatores quã propriæ persecutiones.

[συντέ

(Consuma

[σωτέλεσον αὐτοὺς κακῶς.]

Ὠριγένους.] σωτέλεσον ἤγουν τὸ πέρας τῆς κακίας λαβεῖν. καὶ αἰσθητῶς συνετελέσθησαν, ὅτε τῇ κατὰ τοῦ σωτῆρος ἐπιβουλῇ. οὐκέτι γὰρ Ἱερουσαλὴμ μητρόπολις τῆς ἰουδαίας βασιλική, οὐδὲ Ἰσραὴλ θεοῦ χρηματίζει λαός.

[καὶ ἔσται ὁ λόγος σου ἐμοὶ εἰς εὐφροσύνην, καὶ χαρὰν καρδίας μου.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἵνα μετὰ χαρᾶς προφέρω τὰ σὰ λόγια, μηκέτι ὑπ' αὐτῶν ἀντιλεγόμενος.

Ὠριγένους.] εἰ γὰρ καὶ ἐπὶ τοῦ παρόντος ὁ λόγος σου εἰς δεσμά, εἰς δίκας, εἰς πράγματα, εἰς δυσφημίας, εἰς πόνους. ἀλλὰ τὸ τέλος τούτων εἰς εὐφροσύνην ἔσται. ὅπερ ἁρμόζει χριστιανοῖς ταλαιπωρουμένοις, καὶ προσδοκῶσι τὰς ἀμοιβάς. οὓς καὶ μάλιστα λέγειν εἰκός. ὅτι ἐπικέκληται τὸ ὄνομά σου ἐπ' ἐμὲ κύριε παντοκράτορ χριστὸς αὐτοῖς ὄνομα.

[ὅτι ἐπικέκληται.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὁρᾷς πάλιν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος δεδοικότα; προφήτης καλοῦμαι. ἵνα μὴ ἡ δόξα σου τι πάθῃ, ἔπαθον ἐγὼ μυρία. οὐδὲν ὤνησα, ἀλλὰ τοὐναντίον. ἑτέρως μεταχείρισαι.

A (Conſuma eos.)

Origenis.] *Conſummatio malis eſt, nequitiæ finem imponi, & ſenſibiliter conſummatio fuit illis quādo inſidias in Saluatorem moliti ſunt. Non enim amplius Ieruſalem Iudææ Regia Metropolis, nec Iſrael Dei populus eſt.* (*Et erit mihi verbum tuum in lætitiam, & in gaudium cordis mei.*)

Olympiodori.] *Vt cum gaudio ſermones tuos eloquar, nullam poſt hac ab illis contradictionem patiens.*

B Origenis.] *Nam etſi in præſentia verbū tuum ad vincula, ad lites, ad vexationes, ad vituperationes, ad dolores; finis tamen horū erit in lætitiā, quod Chriſtianis congruit malè habitis & præmia expectantibus, quos etiam ea dicere decet; (quoniam inuocatum eſt nomen tuum ſuper me Domine Omnipotens,) & Chriſtus nomen ipſis eſt.*

(*Quoniam inuocatum eſt, &c.*)

Chryſoſtomi.] *Vides denuò pro nomine pauentē? Propheta vocor. Ne gloria tuæ aliquid detrimenti* C *fiat: innumeris ego afflictus ſum modis: nihil profeci, imò oppoſitum, aliter illos tracta.*

Origenes. *Impiorū conſūmatio quæ optanda.*

3

Olympiod. *Prædicator bonus quanto gaudio perfundatur ex verbi Dei fructu.*

Origenes. *Prædicatoribus. ſanctis perſecutiones, & calamitates conuertūtur tandem in ſummum gaudium.*

Chryſoſt. *Dei honor magis premit ſanctos perſecutiones pro Deo ſuſtinentes, quàm afflictiones propria.*

Verſ. 17.] Non ſedi in concilio ludentium, & gloriatus ſum à facie manus tuæ: ſolus ſedebam, quoniam comminatione repleſti me.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a *Non ſedi in concilio ludētium, (ſeu ridentium:) & gloriatus ſū (ſeu, exultaui) à facie manus tuæ.*

AD [a] *id muneris delegatus, illud mearum omnium cauſa extitit calamitatum, quòd eorum deteſtatus ſum conuerſationem, qui diuina omnia illuderent, quique vniuerſos deriderent, & vanitatibus, ludicriſque ac voluptatibus indulgerent, agens quidem cum illis quo ad ea, quæ munus exquireret meum, ſed cauens, ne per ſummum otium remiſſè, ac diſſolutè cum eis rem haberem congregatis ad malignandum, & iniqua gerendum. Vni indulſi prophetandi ſtudio à tua diuina acceptū manu, in quo meam vniuerſam ſitam volui & gloriationem, & exultationem:* [b] *Altè nihilominus ex compaſſione, & charitate in populum meum in præcordiis meis vehementiſſimum ſimul infixum habens dolorem, cùm intelligerem euentura quantocyus cuncta quæ in comminationibus à te mihi reuelatis eidem denunciabam: adeòque & corporis habitu dolorem eum conteſtans ſedebam ſolitarius. Cùmque talibus me à te cumulatum noſſem comminantibus, & furoris tui amariſſimis vaticiniis, ſtatui aliquando ſolitudini me dedere, ne per prædicationem meam auctior fieret peruicacium Iudæorum peruerſitas.*

1

b *Solus ſedebam: quoniā cōminatione, (ſeu furore, aut amaritudine) repleſti me.*

2

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 *Prædicator quā ratione cōuerſari debeat cum mundanis.*

NOn ſedi in concilio impiorum ludentium. Moris id eſt pleriſque ſanctorum vt in orationibus, iis præſertim, quas in magna aliqua tribulatione conſtituti ad Deum fuderint, ea Deo commemorent, quæ in ipſis ſint præclara, non tam vt ſemet iactent, quàm vt Dei recenſentes dona promptiorem illum ad ea augenda reddant, & ad ſimilia conferenda, ſic ſæpius ſanctus Rex Dauid: ſic Anna in libro Tobiæ, [c] ſic Rex Ezechias apud Iſaiam. [d] Quod autem in hac ſua oratione hunc ipſum morem ſequendo, vt ſibi præſtantius Ieremias commemorat, illud ipſum eſt, quod & cauſa ſuarum omnium extitit aduerſitatum, quas apud Iudæos ſubire ei contigit, quòd eorum deteſtatus eſt conuerſationem, qui diuina omnia illuderent, quique vniuerſos deriderent, & vanitatibus, ludicriſque, & voluptatibus indulgerent. Italicâ phraſi id totum ſic diceret Propheta, *Non ho fatto id buon' compagno, ò il compagnone.* D Habent autem verba ſingula, quibus ad hæc deſignanda vſus eſt Ieremias, peculiarem vim. Nam quod primum ait (*Non ſedi.*) ſignificat ita ſe impios fuiſſe deteſtatum, vt tamen illos minimè fugerit, ſed qui ad eorum ſalutem procurandam ſe nouerat delegatum, egiſſe quidem cum illis quoad ea quæ ſuum ſpectarent munus: at id cauiſſe, ne per ſummum otium remiſſè, ac diſſolutè cum illis conuerſaretur, Quod conuerſationis ſtudium concilium dicit, propriuſque Græco vocabulo συνέδριον, conſeſſum. Hebraica vox סוד *ſod*, & cœtum, & ſecretum: taliter enim conuerſantium collectio ſecretorum eſt plena, iuxta E illud Euangelij, [e] *Qui malè agit odit lucem.*

Porrò impios Iudæos (de illis namque ſermonem eſſe ex verſione patet Sept. quæ in correctioribus Codicibus habet; (*Non ſedi in conſeſſu ipſorum ludentium.*) appellat ludentes, ſeu iuxta vim hebraici verbi ridentes, aut deridentes, & illuſores, ac deriſores: Neque enim iis qui ſummâ præditi eſſent impietate, aptius tribuere potuit nomen, dicente Salomone, [f] *Impius cùm in profundum venerit peccatorum contemnit:* quicquid enim ſalubris ei exhibueris conſilij: quicquid propoſueris diuinorum: quicquid adhibueris cōminatio- F nū, deridet, omnia cōtemnit vniuerſa. Vt autē nouerimus, qualia ſint eorū ſtudia & duplici colligere eſt eorū item cōcilij deteſtatione expreſſa per ſanctum Regem Dauid altera, quâ in Pſalmo 25. ait, [g] *Non ſedi cum concilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus non introibo,* Quæ more ſuo in ſubſequenti ſic repetit v. *Odiui Eccleſiam malignantium, & cum impiis non ſedebo.* Vanitati operam nauant, iniqua gerūt, ad malignandum congregantur ſimul; quòdque omnium eſt peſſimum, in impie

c Iob. 3.
d Iſai. 38.

e Ioan. 3. 20.

2 *Ludentium vocabulum quàm aptè tributum impiis.*

f Prou. 18. 3.

Impiorū ſtudia qualia ſint.

g Pſal. 25. 4.

impietate ipsâ suâ authoritatiuè (vt ita dicam) perseuerant, non in propriam duntaxat, sed & in aliorum perniciem. Hocque idem Propheta alterâ magis explicat sentẽtiâ, quâ in primo Psalmorum vestibulo gradationem faciens impietatis, post primum eius gradum, [a] Abeundi in concilio impiorum: postque gradum secundum, standi in via peccatorum: hunc peruersissimum vltimo exponit loco, Sedendi in cathedra derisorũ, vt legit Hieronymus ex proprietate Hebraici ibi existentis nominis. Quod à pessima quæ per tales infertur quorumcúmque contagione, vel cathedra pestilentiæ, vel cathedra λοιμῶν pestilentium in versione Sept. & in nostra dicitur Vulgata.

a Psal. 1. 1.

3 *Negatio sæpe à superiori sententia repeti solita.*

(*Et gloriatus sum à facie manus tuæ.*) Duobus modis accipi hæc possunt, & affirmatiuè, & negatiuè, frequens enim in Sacris literis, vt Hebraicâ phrasi eadem negatio à superiori sententia repetatur; quam aliquando propterea manifestè addere consueuerunt Interpretes, sicut Iob 30. vbi in Hebræo habetur, [b] *Clamo & non exaudis me; sto, & respicis me:* noster Interpres adiectâ negatione legit, *Sto, & non respicis me:* & in Psalmo 37. cùm in Hebræo sit, [c] *Domine ne in furore tuo arguas me, & in ira tua ne corripias me.* Sept. de superiori subiunxerunt negationem, *Neque in ira tua corripias me.* Aliquando originalem retinentes phrasim, in secundo membro subintellectam ipsam minimè expressêre negationem: prout contigit Psal. 43. [d] *Et non recessit retro cor nostrum, & declinasti semitas nostras à via tua;* pro, *Non declinasti.* Quod & à Domino seruatum reperire est in Euangelio Ioannis, quum ait, [e] *Si non venissem, & locutus fuissem peccatum non haberent,* pro *& non fuissem locutus.* Hebræi communiter iuxta hanc phrasim negatiuè hæc sumunt, iunguntque & hoc verbum, cum superiori membro; reliqua verò, (*à facie,* &c.) referunt ad sequentia, vt quod hîc dicitur, repetitio sit, & confirmatio eiusdem quod dictum fuerat, (*Non sedi in concilio, & cœtu ludentium*, seu, *ridentium, Neque exultaui:*) Nec lætitiæ ac exultationi operam dedi, Italicè, *Non attesi à darmi buon' tempo.* Ita ex nostris Vatablus, (*Non versatus sum in concilio ludentium, atque iocantium, vt exultarem.*) Tametsi Isidorus Clarius diuerso sensu sic eadem exponat, *Non irrisi te quemadmodum illi*, scilic. ludentes, ac derisores, Sanè Hebraicum verbum עלז *ngalaz* propriè significat lætitiâ exilire, & exultare.

b Iob. 30. 20.
c Psal. 37. 1.
d Ps. 43. 19.
e Ioã. 15. 22.
Vatablus.
Isidorus.

4 1. Sensus. *Sancti quomodo gaudeant, & tristentur cum futura eis reuelãtur calamitates ad populum.*

Si hoc pacto negatiuè hæc sumenda quis censeat etiam in nostrâ Vulgata, eorum sensus erit, vt Propheta ista addiderit ad probandum, quod tametsi summâ ex verbi Dei perceptione affectus sit lætitiâ, vt in vers. superiori contestatus est, propterea quod ex eiusdem verbi Dei prædicatione dictus est Dei minister: Neutiquam tamen de eiusdem verbi adimpletione quoad comminata per illud flagellum, & calamitates, lætitiâ exilierit, & gloriatione: sic quod dicitur (*à facie manus tuæ,*) significat, propter extensam manum tuam flagella inferentem, de qua supra Vers. 6. idemmet Deus ad Iudaicum ipsum populum dicebat: *Extendam manum meam super te & interficiam te.* Verbum autem gloriandi gloriationem hîc designat cum lætitia, ac exultatione; sicut & in epistola ad Romanos, vbi dicitur, [f] *Et gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei.* [g] *Non solùm autem, sed & gloriamur in tribulationibus:* iuxta illud, [h] *Spe gaudentes, in tribulatione patientes*, & illud, [i] *Multa mihi gloriatio pro vobis, repletus sum consolatione, superabundo gaudio in omni tribulatione nostra.* Et hic sensus est magis consonus præcedentibus eo sensu acceptis, quem ibi secundo loco sumus prosecuti.

Gloriari, pro lætitia exilire.
f Rom. 5. 2.
g & 3.
h Rom. 12. 12.
i 2. Cor. 7. 4.

5 2. Sensus. *Ieremiæ sedulum in prophetando studium.*

Mihi tamen placet magis, vt hæc iisdem aptentur primo sensu explicatis, vt asseueranter & ista Ieremias affirmet, exponens vitæ suæ rationem in Prophetali præsertim obeundo munere, cuius initia mox enarrarat: vt manus Dei vocabulo idem designet munus, manus diuinæ sibi collatum extensione, prout supra vidimus, cùm diceret: [k] *Et misit Dominus manum suam, & tetigit os meum: & dixit Dominus ad me: Ecce dedi verba mea in ore tuo*, &c. Sicut & in initiatione Ezechielis ad idem munus dictum legimus: [l] *Factum est verbum Domini ad Ezechielem filium Chuzi Sacerdotem in terra Chaldæorum secus flumen Chobar: Et facta est super eum ibi manus Domini.* Et sensus sit, ita se Iudæorum impiorum deuitasse consortium, non sedens in illorum ludentium concilio, vt vni indulserit prophetandi studio à diuina manu acceptum, in quo vniuersam suam constitutam intelligeret & gloriationem, & exultationem. *A principio*, ait Andreas Cappella, *cùm me Prophetam constituisti, exultaui pro tanta dignatione, vel propter manum tuam liberalem quam erga me ostendisti: propter dona tua.* Ferè similiter & Petrus à Figueira, *Sermonibus,* inquit, *tuis delectatus intrinsecus non quærebam externa ista ludentium solatia, gloriatus sum, & exultaui propter vim prophetiæ, quam mihi imposuisti.* Sunt qui & affirmanter hæc dicta sumant, & manus Dei nomine ærumnas intelligant, & tribulationes. Quem sensum tangit Hieronymus, sicque illum prosequitur Hugo Cardinalis ac si dicatur. *Ideo me debes exaudire, quia non fui in concilio vana facientium: Congregationi, & machinationi eorum non acquieui. Et ideò gloriatus sum à præsentia manus tuæ extensæ, quasi dicat. Puniendum me pœnâ temporali, sic patienter, & gaudenter in tribulatione, expectando tuam liberationis meæ sententiam.*

k Iere. 1. 9
l Ezech. 1. 3.
Andr. Capp.
Petr. à Fig.
Manus Dei appellatæ ærumnæ.
Hieronym.
Hugo Card.

6

In versione Sept. anceps pariter est quod hîc dicitur: Ita enim legunt, ἀλλὰ ηὐλαβούμην ἀπὸ προσώπου χειρός σου. (*Sed timui à facie manus tuæ. Metuebam*, legit Hieronymus, *à facie manus tuæ.*) Et quidem si manus Dei nomen in malam partem sumatur pro ærumnis, & calamitatibus: Sensus est clarus, vt Propheta dicat, se non sedisse in impiorum Iudæorum consessu ludis, ac voluptatibus indulgentium; quin potius maximo futurarũ calamitatum perculsum fuisse timore. Cæterùm si vis perpendatur Græci verbi εὐλαβέομαι quod eum designat timorem, qui cum circumspectione fit ad agendum aliquid, cautionem propriè latinè dictum: necnon & reuerentialem, ac pium quem erga Deum iusti habent, cui & adnexa est cordis lætitia, & exultatio, iuxta illud, [m] *Et exultate ei cum tremore:* Non aliena & hæc est à lectione nostræ Vulgatæ, & à secundo eius sensu, quem probabiliorem censui, manu Domini in bonam partem acceptâ, pro prophetiæ munere. Ac si dicatur: Non sum inaniter cum ludentibus conuersatus, Sed cum timore propter prophetiæ munus exultaui, maximaque cautione, & reuerentiâ diuini muneris id præstare conatus sum.

Prædicationis munus quomodo exercẽdum cũ exultatione, & tremore.
m Psal. 2. 11.

7 1. Sensus. *Prædicator solitudinis sit amator.*

Solus sedebam, quoniam comminatione replesti me:) Plerique per Antithesim dicta hæc putant ad id quod mox de semet ipse dixerat Propheta,

pheta, (*Non ſedi in concilio ludentium*:) vt ſignificet, ſe non tantùm impiorum Iudæorum deteſtatum eſſe conuerſationem, ſed & ſolitudini, ac quieti ſe ſe dediſſe, qualem decere norat prophetali indulgentem muneri: Hancque ipſam ſolitariæ ſuæ ſeſſionis attuliſſe videtur rationem, in eo quod ait, (*Quoniam comminatione*,) i. prophetiis & ſermonibus comminatoriis (*repleſti*, & cumulaſti *me*.) Maior enim vaticiniorum eius pars commi-nationis eſt. Huc ferè ſpectat quod Iſidorus Clarius, tametſi ſequens Hebræorum diſtinctionem, quam paulò poſt referam, ita hæc exponit. *Non irriſi te, quemadmodum illi, ſed propter te, ac munus prophetiæ ſedebam ſolus.* Huc quod & Hugo Card. in hunc modum, *Dum conſidero amaritudinem tribulationis, quam nunc patior, tamen adhuc ſolus ſedeo, i. à tumultu vanorum operum, & affectuum tremens abſtineo.* Huc quod Andreas Cappella ex Vatablo, *Sedebam ſolus propter prophetiam, quâ me dignatus es; credidiſti enim mihi prophetiam plenam indignatione tuâ in populum.* Huc & quod Petrus à Figueira, *Nota, quod Prophetas Dei decet ſolitudo, non ludi, & ioci.*

Iſid. Clar. — Hug. Card. — Andr. Capp. Vatabl. — Petr. à Figueira.

8 — 2. Senſus. *Ieremiæ dolor maximus pro cõmiſeratione populi, cui acerrima denunciabat.*

Ampliùs tamen dices, hæc ab eodem Propheta habita in expreſſionem vehementiſſimi doloris, quo affectus eſt propter futuras imminentéſque acerbiſſimas calamitates, quas per creditum ſibi prophetandi munus cõminari quotidie cogebatur. Ne quis arbitraretur ipſum aduerſo in populum ſuũ ita eſſe animo, vt de illius lætaretur malis. Quamuis enim de præſtito ſibi deſuper prophetandi munere maximoperè ſit lætatus, & cum exultatione etiam de eodem gloriatus, prout ius expoſcebat gratitudinis, & tam eximij muneris exigebat conditio: Altè nihilominus ex cõpaſſione, & charitate erga proximum ſimul vehementiſſimum cordi ſuo infixum ait doloré, propterea quod intelligebat, euentura quantocyùs quæ cõminationibus à Deo ſibi reuelatis ſuo denunciabat populo. Explicare autem in his eum incipit doloré à mœſto corporis habitu; Et quidẽ quòd corporeus lugentium habitus per ſedendi verbũ optimè exprimatur diximus ſupra vbi dicebatur,[a] *Humiliamini, & ſedete: quoniam deſcendit de capite veſtro corona gloriæ.* Sedere verò ſolum, habitũ eſſe vehementioris luctus, atque doloris, ex eo patet, quod Ieremias ipſe ſummum ciuitatis Ieruſalem per proſopopeiam deſcripturus dolorem, mœſtiſſimumque luctũ, in primo lamentationũ ſuarum veſtibulo ſolam illam proponit ſedenté, dicens,[b] *Quomodo ſedet ſola ciuitas plena populo?* Ad cuius imitationé in argenteo Veſpaſiani nummo Iudæa muliebri habitu exculpta, eſt ſedés ſola ad Palmę radices, cum hac inſcriptione, *Iudæa capta.* Hunc ſenſum comprobat verſio Sept. καθ᾽ μόνας ἐκαθήμην, ὅτι πικρίας ἐνεπλήσθην. (*Solitariè*, ſeu, *ſolus ſedebam, quia amaritudine repletus ſum.*)

Sedere ſolum eſt habitus grauiſſimè dolentium. — a Ier. 13. 18. — b Thre. 1. 1.

9 — 1. Senſus Heb. Lect. *Ieremiæ duplex affectus in ſuos perſecutores compaſſionis, & indignationis.* — c Ezec. 3. 14.

In Hebraico textu id notandum, quod & ſupra tactum eſt, prima verba iungi cum præcedẽtibus in hunc modũ, (*A facie manus tuæ ſolus ſedi*,) Tum verò ſubdi, (*Quoniam irâ, ſeu furore repleſti me.*) Furoris, iræque nomen dupliciter accipi poteſt, vel vt deſignet ipſius Prophetæ commotionem indignationis, à diuino Zelo intrinſecus ſibi cauſatam, illi planè ſimilem, quæ & Ezechieli cõtigit, quando de ſemet ille ait.[c] *Spiritus quoque leuauit me, & aſſumpſit me, & abij amarus in indignatione ſpiritus mei.* Et tunc admodum diuerſo ſenſu exponi hæc poſſent; vt videlicet in his duos in ſe commotos exprimat affectus, alterum mœroris dolorisque, quo ſolus ſedere in luctu coactus ſit ob Iudæorum perſecutiones, ærumnáſque amariſſimas, quæ diuinâ ei inflictæ ſunt manu: alterum, Zeli cum vehementi indignatione aduersùs Iudæos ipſos, quorum opera vti norat diuinam manum in ſe affligendo. Ex qua indignatione Zelóque factum, vt ſæpius in hoc libro contra eoſdẽ aduerſarios ſuos mala apud Deum imprecatus reperiatur. Meliùs tamẽ de furore Dei hæc accipies, vt ipſo Dei furore repletum ſe dicat, qui ſpiritu diuinitus repletus fuerat ipſum impellẽte, vt Dei furorem iugiter denunciaret: vt furor poſitus ſit, pro vaticiniis, Dei furorem conteſtantibus: quomodo & in Vulgata nomen adhibitum eſt, cõminationis, Eodemque modo & vox amaritudinis accipi poteſt, quam poſuêre Sept. Hunc ſenſum ita explicat Nicolaus de Lyra. *Quia proceſſu temporis reuelata eſt, inquit, Ieremiæ deſtructio ciuitatis, & templi deffinitiuè, ita quòd ſciuit illam prophetiam eſſe prædeſtinationis, de qua tamen in principio neſciebat, vtrum eſſet prædeſtinationis, vel tantum comminationis: quia ſicut in cognitione naturali eſt proceſſus de cognitione minus determinata ad magis determinatam, primo Phyſicorum. Sic frequenter fit in cognitione ſupernaturali. Qui proceſſus eſt per reuelationem diuinam, Ideò dicitur, (A facie manus tuæ,) id eſt, propter cognitionem vindictæ tuæ futuræ, (Solus ſedebam,) tamquam triſtis & mœrens: (quoniam amaritudine repleſti me) reuelando deſtructionem ciuitatis, & templi deffinitiuè.*

2. Senſus Heb. Lect. *Furor Dei pro vaticiniis, Dei furorem denunciantibus.* — Nic. de Lyr.

Verſ. 17.] Non ſedi in cõcilio ludentiũ, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

MOralis primò eſt locus iſte pro quolibet viro probo, ſiue ſæcularis ille ſit, ſiue Clericus, vel etiã Religioſus, qui pro viribus ea deuitet concilia, eaque capitula, in quibus eò in primis communiter ſpectatur, vt prauis artibus decipiantur, & illudantur, qui recti ſunt, rectaque ſolummodo intendunt. Pro quo morali inſignes faciunt Gregorij Nazianzeni in poemate, de diuerſis vitæ generibus, & aduersùs falſos Epiſcopos, verſus iſti. *Non ego cum Gruibus, nõ Anſeribuſque ſedebo in Synodis, quæ ſe Marte furente petunt. Hic rixa, hic fera pugna, priuſque abſcondita probra, Quæ ferale odium parte ab vtraque parit. Propter eos abiecta etenim me ſede locaui, Ægris vt ſanus pharmaca ferre queam. Non etenim eſt noſtri ſenij nunc ludere,* (Nota) *ferum. Próque Sacris hominum turpiter eſſe thronis.* Quo loco non de iis loquitur Synodis, atque Conciliis, quæ iuxta Eccleſiaſticam diſciplinam ſanctè, & grauiter peragũtur: Sed de iis, in quibus nihil grauiter, ſed ferè per ludicrum, & ad contentionem omnia aguntur. Ad quem pariter ſenſum reuocanda ſunt, & ſimilia quæ idemmet Sanctus epiſt. 55. ad Procopium his habet verbis. *Ego, ſi vera ſcribere oportet, hoc animo ſum, vt omnem Epiſcoporũ conuentum fugiam: quoniam nullius concilij finem lætum, & fauſtum vidi, nec quod depulſionem malorum potiùs, quàm acceſſionem & incrementum habuerit. Pertinaces enim contentiones, & dominandi cupiditates ne vllis quidem verbis explicari queant: Citiùſque aliquis improbitatem arceſſetur, dum aliis iudicem ſe præbet, quàm vt aliorum improbitatem comprimat. Propterea memetipſe collegi, animæ ſecuritatem in ſola quiete, ac ſolitudine mihi poſitam iudicaui.* Amplificabis moralem hanc praxim per ea quæ dicta ſunt in expoſitione Literæ, præſertim quoad vocem *ludentium.*

10 — *Concilia & capitula in quibus præualent impij, & illuduntur probi deuitanda.* — Greg. Naz.

11 *Ludi haud omnes, & simpliciter condemnandi.*

Cæterùm si (*Ludentiũ*) vocabulũ proprio Latinæ vocis significatu vel pro iis sumpserimus, qui actu ludunt, vel pro iis, qui vitiosâ ludédi tenentur consuetudine, quos & lusores nuncupamus; In duas alias morales praxes perpendere hoc licebit Prophetæ dictum, (*Non sedi in concilio, seu in cœtu ludentium.*) Supposito primùm, de eo sermonem hîc esse ludo, qui vitiosus sit: Neque enim hoc intendimus, vt quoslibet damnemus: cùm sat exploratum sit, dari & ludos, quibus aliquando animi causâ etiam viri probi detineantur, quosque & Ecclesiastici canones permittant vel iis qui Dei, altarisque ministerio sunt addicti: Et quorum modestus vsus secundùm virtutem sit, quam Græci εὐτραπελίαν, *eutrapeliam*, Latini comitatem, & vrbanitatem nuncupant. Si ergo ludentium nomen pro actu ludentibus hîc sumas, damnari per ista dices vel assidêre ad spectãdum sic ludentium cætus; & vniuersos id cauere debere, qui sanâ sint mente, tum quia facillimum est, vt & illi ex tali spectaculo, talique ex conuersatione idipsum contrahant vitij, dicente Sapiente illo, [a] *Quis miserebitur incantatori à Serpente percusso, & omnibus qui appropriant bestiis? Sic qui comitatur cum viro iniquo, & obuolutus est in peccatis eius:* tum quia præsentiâ illâ suâ in causa plerumque sunt, vt continuetur ludus: Vix enim protrahi in longum is potest, si nullus adsit spectator, ludentibus, vt experientia docet, tædio vel ob ipsam affectis solitudinem: Et illos in primis ab istiusmodi spectandis abstinere par est, qui in opinione vel sanctitatis sunt, vel Sapientiæ, Prælatos, Prædicatores, Sacerdotes, præsertim confessarios, ac Magistratum sæcularem quoque gerentes: ne præsentiâ, & auctoritate eorum id approbare censeantur vitij, scandalumque exinde in simpliciores ingerant quosque.

Ludentibus vitiosè non assidendũ vel vt solummodo spectemus.

a Eccl. 12. 13.

12 *Lusorũ consortium maximè probo cuique deuitandum.*

Magis tamen ad rem ex verbis istis, (*Non sedi in concilio ludentium*,) tertiam moralem deduces praxim, prudenti cuique viro suadentem, vt deuitet lusorum consortium in domo præsertim, in quam eorum plures conueniunt, & ad ludendum, & ad concilium peragendum. Consortium inquam lusorum potissimùm deuiter, cœtusque, consiliorum vocabulo hic designatos, quia nullum ferè genus impiorum, in quod plura concurrant scelera quàm eorum qui vitio hoc ita sunt deprauati, vt quasi ad concilia ea de arte conueniunt peragenda. Quibus peroptimè & peccantium per antonomasiam tribuas nomen, id de illis dictum accipiens, quod genericè in libro Ecclesiastici legimus. [b] *Stuppa collecta synagoga peccantium.* Si peccantium istorum peccata nosse quis velit, legat Hostiensem in Summa, de Excessibus Prælatorum §. Clericus: vbi longam ex eis texit seriem. Si cut stuppæ collectæ eosdem comparatos quis quærat, dicerem, triplici ratione id factum: primùm, quia sicut ad hoc fit stuppæ collectio, vt ex collectione illa facilè crassa texatur tela: Ita & lusores cœtus faciunt, vt incuntes concilium afflictiuam pauperum, ac simpliciorum telam texant iniquitatis. Quam ob causam & ipsis ea aptari possunt, quæ apud Isaiam habentur, [c] *Væ filij desertores*, & Dei & eius legis, & omnis decori, *dicit Dominus, vt faceretis consilium, & non ex me: & ordiremini telam* deceptionum, multorumque criminum, *& non per spiritum meum*, sed per spiritum Sathanæ, *vt adderetis peccatum super peccatum.* Secundò, quia sicut & propterea stuppa colligitur, vt ex ipsa collecta quæcumque heri contingant, obturentur foramina. Ita & lusores ad hoc colliguntur ad ludendum plures, lusoriosque faciunt cœtus, quia per ludum ex lucro quod sibimet pollicentur inani consilio decernunt omnibus se prospecturos domus suæ miseriis, cunctisque remedia adhibituros damnis, quæ aliàs per eumdem ludum ex magna deperditæ pecuniæ summa suis obuenêre rebus. Italico prouerbio quid tale dicentes, *Così serrarò tutti i buchi.*

Lusoribus eõ pẽtu vt dicãtur peccantes per antonomasiam.

b Eccl. 21. 10.

Hostiensis.

Lusorũ cœtus semper in dãnũ proximi.

c Isai. 30. 1.

Lusorũ stultitia, qui pro certo habent, per ludum se prospecturum omnibus malis suis.

13 *Ex consortio cũ lusoribus semper cõtrahitur quid malæ notæ.*

Tertiò, quia sicut stuppæ collectæ appropinquare nemo potest, qui non multum ex illius sibi adhærentibus filis contrahat deturpationis, quam vix labore maximo queat detergere; Ita nec lusorum cœtui assidere, vel appropinquare aliquis potest vir boni nominis, cui non quidpiam adhæreat vitij illorum, vel saltem quid ex tali consortio is contrahat infamiæ, quam postmodùm abstergere possit difficillimè, [d] *Amicus enim stultorum*, ait Salomon, *similis efficietur.* Aliusque sapiens in libro Ecclesiastici, [e] *Cum stulto*, inquit, *ne multùm loquaris, & cum insensato ne abieris. Serua te ab illo, vt non molestiam habeas, & non coinquinaberis peccato illius. Deflecte ab illo, & inuenies requiem, & non acediaberis*, id est, non molestiam feres, & fatigaberis *in stultitia illius.* Neque enim maior reperiri potest stultitia, quàm ludentium ac lusorum, quorum singuli congruentissimo nomine ab vtroque sapiente stulti nuncupantur, qui nec vel ex diuturna malorum ludi experientia suammet tandem agnoscunt amentiam. Sed præter has tres rationes, quarta est multò congruentior quam ipse allatæ sententiæ auctor suggerit, dum post præexposita, [f] *Stuppa collecta Synagoga peccantium:* addit, *Et consumatio illorum flamma ignis.* Sicut enim collectam stuppam facillimè ignis accendit, ipsaque igni suggerente materiam suammet consumitur flammâ; In eumdem ferè modum lusorum in cœtu & ignis exardescit vehementissimi ardoris lucrandi; iuxta illud Ouidij libro 2. de arte amandi. *Sic ne perdiderit non cessat perdere lusor, Et reuocat cupidas alea sæpe manus:* vnde talis illorum fit consumptio, vt planè dicas, vniuersa eorum bona in breuissimo temporis interuallo quasi ab ingenti ignis flamma fuisse absumpta. Quid dicam de eo, qui multò vehementius in eodem cœtu eleuatur ignis furoris, atque rixarum, ipsomet ludo materiam igni isti subministrante. *Ludus enim*, ait Horatius Poeta lib. 1. Epistola 19. *genuit trepidum certamen, & iram; Ira truces inimicitias, & funebre bellum.* Quantos homines, quantas & familias ferè igne absumptos ob istiusmodi rixas & inimicitias in ludo, & ex ludo ipso succensas, consumptos & vidimus, & audimus?

d Prou. 13. 20.

e Eccl. 22. 14.

Lusorum in cœtibus quãta attendantur flãma & ardoris lucrãdi, & furoris.

f Eccl. 21. 10.

Ouidius.

Horatius.

14 *Lusorũ fraudulentiã concilia secretò ante ludum habitum ad deceptionem aliorũ maximè vitandũ.*

Si in eo quod hîc dicitur, (*Non sedi in concilio ludentium:*) concilium propriè sumatur lusorum, in quo nimirum antequam ludum aliquem aggrediantur secretò inter se se consulere plerumque consueuêre, cùm Hebraica vox non tam concilium, quàm secretum propriè significet, vt in litera notatum est: Id in primis per hæc monemur cauendum in conuersatione cum lusoribus, quod peruersissimum est, eisdemque frequentissimum; vt eorum aliqui in vnius tertij alicuius, vel etiam in plurium colludentium fraudulentum detrimentum secreto consilio conueniant, quibus artibus deceptionem perfe-

perfecturi sint, certos sibi inuicem decernentes oculorum nutus, manusque & signa, ac digitorum exhibenda definientes: quin & magis occultos pedum præstituentes motus, quibus vel determinatam designent ipsis faciendam aleæ nuncupationem, vel præhabendam significent inuitationem, vel iacta mentiantur taxillorum puncta.

15 *Lusoris dolosi, & deceptoris optima descriptio.*

Quorum omnium præclaram videre est ferè in tabula designatam imaginem, in libro Prouerbiorum, vbi Salomon malignum describens lusorem, quem propriissimo designat Apostatæ nomine, cùm iuxta eius nominis Græci interpretationem desertor is sit & Dei, & diuinæ, humanæque legis.[a] *Homo*, inquit, *apostata vir inutilis, graditur ore peruerso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, prauo corde machinatur malum, & omni tempore iurgia seminat.* Quem locum aliàs in argumentum alterum tractasse me recolo, cùm in saltandi artem inueherem; exacta tamen, quæ ibi fit, descriptio actuum, gestorum, ac nutuum aptior profectò in præexpositos est malignè consulentes lusores, quàm in saltatores. Ecquis enim & Reipublicæ, & domui, familiæque propriæ inutilior ipso est eo lusore, qui & sibimet maximè est noxius: adhibe aures ad lenia, & dolosa illius verba, ad eos quos decepturus est, quando ad ludendum se conferunt, & intelliges quàm verè de eo dictum sit, *Graditur ore peruerso:* quid verò in ipso faciat ludo ad explendum secretò habitum concilium distinctè exponitur, *Annuit oculis, terit pede, digito loquitur:* quem scilicet vel super aleam iuxta condictum socio modum apponit, vel contrahit, aut subtrahit ab alea. Et quò exactiùs decretam perficiat deceptionem, *Prauo corde machinatur malum*; Ne verò quid ex intuentium dictis suæ impedimento sit fraudi, *Omni tempore*, dicitur, *iurgia seminat*, modo in vnum indignatus, modo in alium. Vtque vel ex pessimo talium lusorum fine, eorum sic caueamus consortium, vt & vnusquisque nostrûm dicere queat, quod hîc à Ieremia asseritur, *(Non sedi in concilio*, (seu *in secreto*) *ludentium:)* is quoque ab eodem sapiente post prædicta explicatur. *Huic extemplò veniet perditio sua, & subitò conteretur, nec habebit vltra medicinam.* Iuxta id quod in libro Ecclesiast. dicitur,[b] *Facienti nequissimum consilium, super ipsum deuoluetur, & non agnoscet vnde adueniat illi.*

a Prou. 6. 12.

b Eccl. 17. 30

16 *Lusorũ consortia fugiẽs gloriari poterit, quòd & suppliciorum eorum sit expers.*

(Et gloriatus sum à facie manus tuæ.) Cùm multipliciter vox Manus Dei etiam secundùm literam accipi hîc queat, variis pariter modis ad moralem sensum aptari ista potest sententia. Ac primùm si euentus flagellorum è diuina manu in Iudæos emissorum per eam designetur, vt in primo literæ sensu notatum est: Aptissimè quicumque consortium fugerit lusorum maligno consilio alios decipientium, quid exinde retulerit commodi, & vtilitatis per hæc significabit, summam videlicet lætitiam, quòd multis ærumnis meritò illis diuinâ punitis manu, prout mox ex lib. Prouerb. & Eccles. asserebamus, gloriari ipse possit, quòd sicut ab illorum se abstinuit concilio, ita & eorum expers sit suppliciorum. Si de immissis à Deo sibi tribulationibus Propheta loquatur, manifestum est secundùm istorum verborum morale, gloriandum pio cuique, & gaudendum, cùm diuinâ afflictum se comperit manu iuxta illud Apostoli,[c] *Gloriamur in tribulationibus*, & similia, de quibus egimus sæpius.

In tribulationibus gloriãtur iusti.

c Rom. 5. 3.

Quòd si manu Dei euectio significata sit Ieremiæ ad prophetale munus. Habes ex hoc loco, in quo Prælati, & sancti Prædicatores exultare debeant, & gloriari: nempe quòd diuinâ manu, nihil ipsis cooperantibus, ex simplici obedientia, ad præstita assumpti sint munia: quodque & illa pro viribus rectè studeant explere. In his enim duntaxat gloriabatur & Paulus ad munus euectus Apostolatus, Vnde & dicebat.[d] *Nos nõ in immẽsum gloriabimur, sed secundùm mensuram regulæ, quã mensus est nobis Deus.* Quod meliùs declarans in alia epistola aiebat:[e] *Vnicuique autem nostrûm data est gratia secundùm mensurã donationis Christi.* Et vt magis pateat, in quonam istam collatam gratiam secundùm mensuram, propter quam gloriabatur, sitam censeret: subdit in primo loco allato.[f] *Non in immensum gloriantes in alienis laboribus: spem autem habentes crescentis fidei vestræ, in vobis magnificari secundùm regulam nostram*, muneris nempe, ad quod nos Deus assumpsit, & gratiæ quam nobis contulit, vt benè, & maximo cum fructu illud explere obnitamur; hoc enim significat, *quòd secundùm regulam nostram:* dicens, addit, *in abundantiam, etiam in illa, quæ vltra vos sunt, Euangelizare, non in aliena regula.* Quod ita ad rem nostram exponerem; quamuis alium esse germanum literæ sensum non ignorem. Gloriam nostram collocantes in bene expleto commisso nobis prædicationis, & Apostolatus munere: non autẽ in munere alio. Et ad moralem hunc sensum aptari quoque potest ea Iacobi sententia:[g] *Glorietur autem frater humilis in exaltatione sua*, id est. Quando contingit, vt fidelis quis humilitati indulgens ad insignem aliquem exaltetur gradum, cum gaudio in sua perseuerans animi demissione, glorietur in sua illa exaltatione, glorificans Deum, quòd iuxta Sapientis dictum,[h] *Humilem spiritu susceperit gloria*, dicente Domino,[i] *Omnis qui se humiliat exaltabitur.*

17 *Prælato, ac Prædicatori bono gloriandum, quod ex mera obedietia assumpti ad id sint muneris, quódque id rectè explere satagant.*

d 2. Cor. 10. 13.

e Ephes. 4. 7.

f 2. Cor. 10. 15.

g Iacob. 1. 9

h Prou. 29. 23.

i Matth. 23. 12.

18 *Gloriari & exultare debemus in omnimoda resignatione in Dei manum.*

Quamquam hæc Iacobi sententia aptior sit ad quartum item moralem sensum istorum verborum. *(Et gloriatus sum, siue, & exultaui à facie manus tuæ:)* secundùm quem monemur, vt exultationem, gloriamque nostram perennem, solidamque per id reddere curemus, quòd ita in Dei resignati simus manum, vt quicquid in nos ab illa prouenerit, & gloriæ deputemus, & suscipiamus cum gaudio, tametsi tribulationes eæ sint, quas exultationem, secundum communiorem sensum ibi vocabat Iacobus ex illo Pauli,[k] *Per multas tribulationes oportet nos introire in regnum Dei*; asserens, fidelem intelligentem se in humilitate, abiectione, & miseria à Dei manu collocatum, gloriari, & exultare in ipsis debere tribulationibus, quomodo gloriabitur & exultabit, cùm per eamdem Dei manũ à qua tribulationes accipit, propter tolerantiam ærumnarum earum exaltabitur. Sicut è contra argumentabatur Iob, dicens:[l] *Si bona suscepimus de manu Domini, mala autem quare non sustineamus?* Sicut namque prospera lætanter amplectimur, quæ à Dei manu nobis proueniunt; ita & hilariter aduersa, vt ab eadem manu deriuantia æquum est vt cum gaudio sustineamus.[m] *In die bona* iucundorum, scil. ac prosperorum *fruere bonis*, ait Ecclesiastes, *& malam diem præcaue*, aptiúsque ad rem nostram, *& in die mala vide*, (vt ex Hebræo legit Hieronymus,) id est, animo perpẽde, quòd & aduersa, quæ tibi in die mala obtigerint, ab eadem diuina prouenıũt manu, à qua & prospera in die bono. Sic quippe ibi subditur, *Sicut enim hanc, sic & illam fecit Deus,* vt

k Act. 14. 21.

l Iob. 2. 10.

m Eccl. 7. 15.

Hieronym.

vt non inueniat homo contra Deum iustas querimonias. Audiamus Paulū de semet, qui gloriabatur, & gaudebat in tribulationibus, exponentē quomodo institutus esset, vt gloriaretur (*à facie*, seu (vt alij legunt ex Hebræo) *à faciebus manus Dei*) nempe à facie, & à facie vniusmet manus, à facie, quā Deus largitur secunda, & à facie, quā immittit aduersa. [a] *Scio* inquit, *humiliari, scio & abundare: (vbique, & in omnibus institutus sum) & satiari, & esurire, & abundare, & penuriam pati. Omnia possum in eo qui me confortat.*

a Phil. 4.12.

19 *Gloriantes in resignatione solitudinem amemus.*

(*Solus sedebam, quoniam comminatione*, (seu amaritudine) *replesti me.*) Congruunt & hæc moraliter præcedentibus. Primùm, cùm per ea significetur ratio, quā gloriari, & exultare (vt mox dicebatur) debeamus in vera resignatione, & à facie manus Dei & prospera, & aduersa exhibentis. Videlicet non iactabunda, inanique coram hominibus gloriatione, & exultatione; sed coram ipsomet Deo, cui soli solus quisque in gratiarum assideat actione, iuxta illud Apostoli. [b] *Semper gaudete. Sine intermissione orate. In omnibus gratias agite: hæc est enim voluntas Dei in Christo Iesu in omnibus vobis.* Quæ vt bene perficiantur necessariò additum est, [c] *Spiritum nolite extinguere.* Quo solitudo, & quies maximè necessaria significatur: Cùm spiritus ipse noster quo resignati in Dei manus sumus, instar accensæ sit lucernæ, quam ne ventis hinc inde flantibus extinguatur, clausam, quietamque seruemus operæpretium est.

b 1. Thess. 5. 16.

c 1. Thess. 5. 19.

20 *In tribulationibus homines praui confugiūt ad ludos, & ad lætas mundanorū conuersationes.*

Secundò potest ex hoc loco colligi discrimen, quo in tribulationibus habent se iusti, atque homines mundani: Isti enim cùm aliqua premuntur animi amaritudine, vel externa quapiam conficiuntur tribulatione, aut etiam cùm miserias præsentis considerant vitæ, in qua repletos se vident angustiis, atque ærumnis, quò humorem (vt inquiunt) fugiant tristitiæ, ludis se dedunt, & iocis, lætisque prauorum sociorum conuersationibus, & cunctis quibus possunt sæculi, ac carnis voluptatibus. Sic in libro Sapientiæ, [d] *Exiguum*, inquiunt, *Et cum tædio est tempus vitæ nostræ*, &c. quæ in hoc argumentum ibi prosequuntur. Post quæ subiiciunt sibi inuicem pessimam, quā habere se velint propterea viuendi rationem, dicentes: [e] *Venite ergo, & fruamur bonis, quæ sunt, & vtamur creaturā tamquam in iuuentute celeriter*, id est, eo modo quo id efficere consueuerunt iuuenes, qui maximè his delectantur: & post multa, [f] *Vbique relinquamus*, inquiunt; *signa lætitiæ nostræ, quoniam hæc est pars nostra, & hæc est sors.* Iidem tamen eodem in libro proponuntur aliter in hunc modum in inferno loquentes. [g] *Errauimus à via veritatis, & iustitiæ lumen non luxit nobis*, &c. [h] *Lassati sumus in via iniquitatis, & perditionis, & ambulauimus vias difficiles*, &c. [i] *Transierunt omnia illa tamquam vmbra*, &c.

d Sap. 2.1.

e Sap 2.6.

f Sap. 2.9.

g Sap. 5.6.
h Sap. 5.9.

In tribulationibus, & præsentis vitæ miseriis viri iusti ludicra, & conuersationes mundi fugientes solitudini, ac quietæ contemplationi se dantes cōfugiunt ad Deum.

At verò iustus quisque ob hoc ipsum quòd vitam istam plenam intelligit amaritudinibus: ob hoc quòd in sermonibus Dei, quos fructuosè audiens comedit, vt dictum est in vers. 16. repletum se nouit compluribus eiusdem Dei verbis comminantibus peracerba iis qui praua peregerint: necnon in tempore, quo tribulationibus diuinā se tactum agnoscit manu, nedum ludos, lusores, ludicra, & iucundas hominum fugit conuersationes, vt supra contestatus est, cùm mox diceret, (*Non sedi in concilio ludentium*,) Sed & magis magisque solitudini se dedit, quietéque contemplationi indulgens, ex miseriis ipsis, ex ærumnis, & comminationibus fructum percipere satagit diuinæ eruditionis. Quæ præclarè explicata habemus apud Isaiam his verbis: [i] *Domine in angustia requisierunt te.* Solitudini, scilicet se dantes, & orationi: *In tribulatione murmuris doctrina tua eis*, id est, cùm soli sedentes quiete ipsā suā in tribulatione meditantes, atque gementes, proficient quam maxime in doctrinæ tuæ disciplina: per ea nimirum quæ patiuntur discentes quæ suæ expediūt saluti. Notat in Comment. super id Isaiæ Hieron. Sept. ita hæc habere, *Domine in tribulatione recordati sumus tui, in tribulatione parua doctrina tua nobis*: aitque, *Si parua tribulatio docet, & emendat, & corripit, quantò magis magna, cùm admonemur cognitionis nostræ, & Dei potentia recordamur?* Et nos his addere possumus, Prophetā tribulationem omnem qua in præsenti vita suos Deus erudit paruam dicere, vel eo sensu, quo Apostolus dicit, [k] *Momentaneum, & leue tribulationis nostræ*: Vel quia respectu ærumnarum, atque pœnarum alterius vitæ paruæ re verā sint, ita vt potiùs cōminationes tribulationis illius maximæ dicendæ sint, de qua in Euangelio, [l] *Erit tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vsque modo, neque fiet.* Ad quod fortasse allusum dicere possumus Ieremiam, cùm ait, (*Solus sedebam quia replesti me comminatione.*)

i Isai. 26. 16.

Hieron.

Tribulationes vitæ præsentis sunt paruæ, & potiùs comminationes respectu futurarum.

k 2. Cor. 4. 17.

l Matth. 24. 21.

21 *Solitudo quā necessaria viro probo.*

Quòd si cōminationis vocabulum iuxta proprium significatum sumendū contendat quis, necessitatem in his efficacissimè significatā accipiat confugij ad solitudinem, & quietem. Quis enim eorum, quorum Deus corda, carnésque tuo configit timore, cum ludentibus sedere audeat, & cū hominibus mundi conuersari, qui illam Christi legerit comminationem, [m] *Dico vobis, quonia omne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij:* [n] *Vade populus meus*, ait, Isaias Propheta, *intra in cubicula tua*, consortia deuitans mundanorum hominum, necnon & quantùm poteris virorum: quoque piorum, sedere satagens solus: *claude ostia tua super te:* [o] *pone custodiam ori tuo, & ostium circunstantiæ labiis tuis, vt non delinquas in lingua tua:* claude ostia oculorum tuorum [p] *auertens illos ne videant vanitatem:* claude & aurium, *sepiens* illas, vt ait Sapiens, *Spinis:* claude denique præcipuum ostium tuū, [q] *de quo exeunt cogitationes prauæ, furta adulteria*, & similia, quæ recensentur in Euangelio, [r] *Omni custodiā*, iuxta Salomonis consilium *seruans cor tuum.* Claude ostia ista tua nedum super alios, ne scilic. ad te per illa ingrediantur quæ aliorum sunt; at & super temet, ne vel ea admittas per illa, quæ ad tuas faciunt illecebrarum delitias, & voluptates: verùm solummodo ea quæ tuæ necessaria sint saluti animæ & corporis. [f] *Abscondere modicum ad momentum donec transeat indignatio.* Solitudini te dede, & fuge, donec transeat vitæ istius tempus: quod & indignationi, comminationique diuinæ subiectum, modicum tamen, & momentaneum est respectu æternitatis.

m Matt. 12. 36.

Qualis debeat esse solitudo spiritualis viri.
n Isai 26.20.
o Psal. 38.2.

p Ps. 118.37.

q Matth. 15. 19.

r Prou. 4.23.

f Isai. 26.20.

22 *Prædicatores praui cur nihil fuis proficiant prædicatis comminationibus.*

Porrò cùm idem comminationis vocabulum magis iuxta literā hoc loco sumendū sit pro cōminatoriis sermonibus, quos Dei nomine Propheta prædicare debebat populo, aptissimus est locus iste & sensu morali, contra pleró sque verbi Dei prædicatores, qui cùm semper in pulpito vehementissimi sint in vitia quæque, diuinasque multiplicium pœnarum in peccatores comminationes, & recenseant, & repetant, & exaggerent, vt vel clamoribus, & dicendi impetu in audientium illas imprimant corda. Ipsi nihilominus

lominus extra pulpitum, tota die in viarum compitis, in plateis, atque in foribus versantes, quódque peius est, in ludentium cœtibus sedentes, atque cum prauis hominibus conuersantes, terrenis dediti voluptatibus nullam eorum quæ prædicant, nullam comminationum Dei præ se ferunt habere rationem. Quo contra sanctus Prædicator ad Ieremiæ imitationem & facto expleat, & verbis dicat, (*Non sedi in concilio ludentium, Solus sedebam, quoniam comminatione replesti me.*) Exaturatus cibo sermonum Dei comminantium acerrima in peccatores, quos iuxta sibi factam eiusdem Dei inspirationẽ vehementi cructaturus est cum impetu: studeat priùs solus sedere, & per secretam contemplationem eos intra se ruminare: deuitet iocos, fugiat ludicra, abdat se & ab hominum conuersatione, Deóque totum se dedat in abscondito.

Prædicator bonus quã ratione se habeat, ut populo prædicandis prosit comminationibus.

VVLGATÆ.

Vers. 17.] Non sedi in concilio ludentium, &c.

SEPTVAGINTA.

17. οὐκ ἐκάθισα ἐν συνεδρίῳ αὐτῶν παιζόντων. ἀλλὰ ἠὐλαβούμην ἀπὸ προσώπου χειρός σου κατὰ μόνας ἐκαθήμην. ὅτι πικρίας ἐνεπλήσθην.

Vers 17.] Non sedi in consessu ipsorum ludentium: sed metuebam à facie manus tuæ. Solus sedebam; quoniam amaritudine repletus sum.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Non sedi cum turba cantantium, nec delectatus sum: à facie verbi tui separatus sedebam, quia prophetiâ maledictionis implesti me.*

Vers. 17. Origenes. (*Non sedi in concilio ludentium.*) *Si quando videbat Propheta non sollicitorum concilium, sed ludentium, fugiebat illud. Si consilium nostrorum sollicitum est, Si omnia cum Ecclesiastica diligentia quærit, si sermo cum disciplina, si vita sollicita est, si negotia cum cautela concilium est non ludentium, sed sollicitorum. Si autem dereliquerit studium religionis, & vacauerit lusibus mundi istius, qui veniunt à prauitate, fit concilium ludentium. Ait itaque Propheta, (Non sedi in concilio ludentium, sed timebam à facie manus tuæ.) Cùm duo mihi essent proposita, sedere in concilio ludentium & offendere maiestatem tuam, aut certè surgere de eo, & ea facere quæ tibi placita erant; magis elegi surgere de congregatione ludentium, ut amicus tuus essem, quàm contraria faciens inter eos qui hostes sunt computari. Et Saluator noster non sedit in concilio ludentium, sed surrexisse se docens ait.*[a] *(Dimittetur vobis domus vestra deserta.) Reliquit enim sermo Dei diuinus concilium Iudæorum, & aliud sibi concilium ex Gentibus congregauit.*

Origen. Concilia quænã bona, quæ verò mala.

Ludentium cõciliũ quodnam sit.

Amicitia Dei, magis quàm hominum quærenda.

Christus detestatus concilia Iudæorum, aliud sibi ex Gentibus congregauit.

a Matth. 23. 38.

2 *(Solus sedebam) Quando est multitudo peccantium, nec sustinet secum iustum piè viuere: tunc necesse est fugere congregationem eorum, & imitari Prophetam loquentem, (Solus sedebam) Subtiliùs etiam. Quando vitam multitudinis imitamur, nec conuersatio nostra à populo melior, nec contempto iudice Deo, ab hominum malitiis separatur, non possumus dicere (Solus sedebam,) Sedemus quippe cum plurimis. Quando autem vita nostra fuerit istiusmodi, ut nullus nobis sensu, sermone, gestu coæquetur, tunc possumus dicere (Solus sedebam.) Licet ei, qui ex officio aliquo impeditus non sit, bene viuenti dicere, (Solus sedebam quia amaritudine plenus sum)*[b] *Si arcta, & angusta est via quæ ducit ad vitam, expedit tibi ab omni dulcedine recedenti, ut amaritudine in præsenti sæculo complearis. Non ait Propheta (& amaritudinem comedi, Sed, amaritudine repletus sum.) Hoc est, In me tantum sæculi persecutionum incumbit, ut plenus amaritudine fiam.*

Fugiendi impiorum cœtus.

Vita sanctitate alios superare contẽdens dicere potest solus sedebam.

Voluptates sæculi deuitantes mortificationi operam demus.

b Matt. 7. 14.

3 Hieronymus. (*Non sedi*, &c.) *Hæc Hebræi ex persona Ierusalem dici arbitrantur; quòd sola sederit, & amaritudine repleta sit, & factus sit dolor eius perpetuus, &c. Meliùs autem, ut ex persona Prophetæ hæc dici accipiamus, sermonibus sancti viri, qui non sederit in concilio, siue secreto ludentium: quòd timuerit impendentem sibi manum Dei iuxta Sept. (& metuebam) siue magis gloriatus sit, se malorum non habere consortium. (Solus, inquit sedebam:) secundum illud quod scriptum est:*[c] *Non sedi cum concilio vanitatis, &c. Et in alio loco,*[d] *Solitarius sum donec pertranseam. (A facie inquit manus solus sedebam) dum te timeo: dum impendentem mihi manum tuam semper expecto. In concilio ludentium sedere nolui: sed meam amaritudinem deuorabam, ut in futuro mihi gaudium præpararem.*

Hieronym. Impiorum cõsortia deuitare gloriosum nobis.

c Psal. 25. 4.
d Psal. 140. 10.

Impiorum cõsortia vitemus viuentes Dei iudicia.

Augustinus loco supra citato ita hæc refert iuxta lectionem Sept. (*Non sedi in concilio eorum ludentium, sed timebam à facie manus tuæ: singulariter sedebam, quoniam amaritudine repletus sum.*

August.

Theodoritus. *Narrat Propheta quo pacto non cum epulantibus, nec cum ridentibus versatus sit, sed, timore Dei omnibus antepostio, de eorum malitia, & supplicio anxius permanserit.*

Theodorit. Timorem Dei omnibus anteponunt Sancti.

4 Gregorius Papa lib. 4. Moral. cap. 35. *Fugiens se elongat sanctus, quia à turba desideriorum temporalium in altam Dei contemplationem se subleuat. Manet verò in solitudine, quia perseuerat in remota mentis intentione; de qua solitudine bene Domino Ieremias ait: (A facie manus tuæ solus sedebam: quoniam comminatione replesti me.) Facies quippe manus Dei est illa percussio iusti iudicij, quâ superbientem hominem à paradiso repulit, & in hac cæcitate præsentis exilij inclusit. Comminatio verò eius est terror adhuc supplicij sequentis. Ac si apertè dicat, Dum considero quid iam per iudicij experimentum patior, à tumultu desideriorum temporalium trepidus mentis excessum peto: quia, & adhuc illa acriùs quæ minaris æterna supplicia formido.*

Greg. PP. Solitudini, & fugæ à turba desideriorum sæculi se dedunt sancti ob timorem Dei iudiciorumque illius.

Cyrillus Alexandrinus. Mos est sanctis Prophetis, si sæpe grauia, & intoleranda quorumdam scelera viderint, de cætero se ab illorum impuritate, & nequitia seiungere. Quare Ieremias Iudæos in plurima delicta prolapsos, & Deum læsisse cernens, *Domine omnipotens*, ait, *Non sedi in concilio ludentium, sed timui à facie manus tuæ: seorsum sedebam, quia amaritudine repletus sum.*

Maximus Confessor. In Quæstionibus de Verbi Incarnatione Tom. 5. Bibl. Vet. Patrum ita hæc refert. *Non sedi cum consessu ludentium: sed caui à facie manus tuæ: solus sedebam, quoniam repletus eram amaritudine.*

Max. Conf.

D. Thomas. *Proponit consortium, quod vitauit prudenter, ponens solitudinem. (Non sedi, ludentium) multò minus iniquorum, ne grauitatem cordis deponerem, & ut mandatis tuis vacarem Tob. 3.*[e] *Numquam cum ludentibus miscui me: neque cum his qui in leuitate ambulant, participem me præbui. Ponens*

D. Thom. Consortia ludentium, & iniquorum cauenda.

e Tob. 3. 17.

interiorem exultationem (*Et gloriatus sum, manus*) A *corrigentis*, 2.*Cor*.12.[a] *libenter gloriabor in infirmitatibus meis. Vel manus consolantis spiritualibus donis. Ponens etiam solitudinis rationem*. (*Solus sedebam*) q. d. *Tot amaritudinibus opprimebar, quòd non vacabat mihi ludere*.

a 2. Cor. 12. 9.

In tribulationibus gloriandum; non tamẽ ludis vacandum.

Circa verbum (Et gloriatus sum) Idem D. Thomas ad finem Postyllæ in hoc caput 15. *Notandum*, ait, *quòd sancti gloriantur in bono virtutis: in tribulationum passione*, Rom. 5.[b] *Non solùm autem, sed & gloriamur in tribulationibus: In proximorum conuersatione* 2.[c] Cor. 7. *Multa mihi fiducia est apud vos, multa gloriatio pro vobis. In conscientiæ puritate*, B 2. Cor. 1.[d] *Gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ: Item gloriantur sancti in Deo In diuina dilectione ostensa per passionem*, Galat. vlt. [e] *Mihi absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. In diuina cognitione, supra 9.*[f] *In hoc glorietur qui gloriatur, scire & nosse me. In diuina imitatione, Ecclesiastici* 23.[g] *Magna gloria est sequi Dominum: longitudo enim dierum assumetur ab eo*.

5 *Gloriantur Sancti ob varias rationes & multipliciter.*

b Rom. 5. 3. *c 2. Cor. 7. 4.* *d 2. Cor. 1. 12.* *e Gal. 6. 14.* *f Iere. 9. 23.* *g Eccles. 23. 38.*

Vide item D. Thomam in 2. 2. quæst. 168. art. 4. vbi tractat. An in defectu ludi consistat aliquod peccatum, & in corpore probat, id simpliciter esse vitiosum, quia est contra rationem, vt aliquis se onerosum exhibeat, dum nihil delectabile exhibet, & etiam eorum delectationes impedit. In responsione verò ad 2. ad ista Ieremiæ verba ait. Prophetam hîc loqui secundùm rationem temporis, cuius status magis luctum requirebat. Vnde subdit. (*Solus sedebam, quoniam amaritudine replesti me*. Sicut quod Tobiæ 3. dicitur,[h] *Numquam cum ludentibus miscui me*, &c. pertinere inquit, ad ludum superfluum: quod patet ex eo quod sequitur: *Neque cum his qui in leuitate ambulant participem me prabui*.

Ludi ex defectu aliquãdo contingere potest vitiũ.

Ludus incongruus tẽpore luctus.

h Tob. 3. 17.

D. Bonauent. in caput decimum Lucæ. *Qui sic ait, sedet sicut humilis, irrigatur fletibus compunctionis, secundum illud Ieremiæ, (Solus sedebam, quoniam amaritudine replesti me) & illud est officium vitæ contemplatiuæ, vacare scil. lachrymis compunctionis, & deuotionis*.

Ludus quisque superfluus malus. D. Bonau. *Contemplatiuus vacet cõpunctioni.*

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Οὐκ ἐκάθισα ἐν συνεδρίῳ αὐτῶν παιζόντων ἀλλ'.] C

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὁρᾷς ὅτι καὶ τοῦτο λέγει. ὅτι ὅσα ἔδει γενέσθαι παρ' ἐμοῦ, γέγονεν· οὐκ ἐκοινώνησα αὐτοῖς ὑβριζόμενος. οὐκ || ἀπέστην. τί δεῖ γενέσθαι λοιπόν; διὰ τὸν φόβον τὸν σὸν πάντα ὑπέμεινα, καὶ γέγονεν οὐδέν.

|| ἐν. ἐπέστην.

[οὐκ ἐκάθισα ἐν συνεδρίῳ αὐτῶν παιζόντων.

|| Ὠριγένους.] συνέδριον σπουδαζόντων πάντα ποιεῖν μετὰ σπουδῆς, καὶ σπουδῆς ἄξια. καὶ κατὰ τὸ λεγόμενον, σπουδὴ ὁ βίος, σπουδὴ ἡ πρᾶξις. παιζόντων δὲ συνέδριον καταλιπὸν τὴν σπουδὴν τὴν περὶ τὰ ἀναγκαῖα, τοῖς παιγνίοις σχολάζει τοῦ αἰῶνος τούτου. D

[Παιζόντων.]

Ὀλυμπιοδώρου.] καταγέλωτος ἄξια ἐργαζομένων.

Πολυχρονίου.] ὁ προφήτης τὸ μὲν ἔφυγε. τὸ δὲ ἐδίωκε. μήποτε δὲ καὶ τὰς εἰδωλικὰς πανηγύρεις παιζόντων λέγει συνέδριον, ἅμα μὲν διὰ τὸ τῶν σεβασμάτων καταγέλαστον, ἅμα δὲ διὰ τὸ γέλωτος ὑπάρχειν ταύτας ὑπόθεσιν. ὁ ποῖον ἐστὶ, καὶ τὸ, ἀνέστησαν παίζειν. διὰ παίγνια, καὶ νόμος συντρίβεται, καὶ νομοθέτης ἀγανακτεῖ, καὶ σφαγαῖς τὴν δίκην εἰσπράττει. ὑπεξαίρει τοίνυν ἑαυτὸν ὁ προφήτης, τὴν δίκην πλησίον ὁρῶν, ὡς εἰπὼν ἀεὶ τῷ γέλωτι τῷ τοιούτῳ || περιφορά. || E

|| ἐν. χαίρειν μακράν.

[Καταμόνας ἐκαθήμην.] F

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐδένα κοινωνὸν εἶχον τῶν λεγομένων. πάντες ἠπίστουν. ἀλλ' ὅμως οὐδέν με τούτων παρέτρεψεν. οὐδὲν ἐνελείφθη τῶν παρ' ἐμοῦ.

[Καταμόνας ἐκαθήμην. ὅτι πικρίας ἐνεπλήσθην.

σει

Vers. 17. **N**On sedi in consessu ipsorum ludentium, sed, &c.) 6

Chrysostomi.] *Vides quod etiam hoc dicat; quòd omnia quæ agenda mihi erant egi. Dum iniuriis oppeterer nullam cum ipsis consuetudinem habui, non accessi ad illos; quid igitur facto opus? propter timorem tuum omnia sustinui, & nihil peregi.*

Chrysost. *Impiorũ consuetudo detestanda. Nec propter illos à bene agendo cessandum.*

(*Non sedi in concilio ipsorum ludentium.*)

||Origenis.] *Concilium seriò agentium est, vt omnia studiosè agantur digna studio, iuxta id quod dicitur studium vitæ, studium actio. Ludentium verò concilium deposito studio rerum necessariarum in ludicris huius sæculi occupantur, datque operam.*

Origen. *Concilium quodnam sit seriò agentiũ, & quod ludentium.*

(*Ludentium.*)

Olympiodori.] *Deridicula operantium.*

Olympiod.

Polychronij.] *Alterum fugit Propheta, alterum sectabatur. Fortasse etiam Idolorum celebritates vocat concilium ludentium, tum propter ridiculam religionem, tum quod eæ risus materia sint, quale & illud,* [i] *Surrexerunt ludere. Propter ludicra & lex violatur, & legislator indignatur, & cædibus pœnas exigit. Seipsum igitur Propheta subducit, iudicium imminens re videns, vt qui semper huic risui vale dixit.||*

Polychron. *Ludentium concilium appellata idolorum celebritates.*

i Exod. 32. 6.

Solus sedebam.)

Chrysostomi.] *Nullus, cùm loquerer, mihi socius fuit. Credebat nemo: nihil tamen horum me à proposito deterruit: nihil relictum, quod ad me spectaret.*

Chrysost.

(*Solus sedebam, quoniam amaritudine repletus sum.*) 7

Orige

||Ὠριγένους.] μιμείσθω τις τὸ ἐξ αὐτοῦ πλῆθος ὁρῶν ἁμαρτωλῶν, μὴ φέρον δικαίως διοικοῦντα τὸν βίον. τοιοῦτος ἦν καὶ ὁ λέγων Ἠλίας. κύριε τοὺς προφήτας σου ἀπέκτειναν, τὰ θυσιαστήριά σου κατέσκαψαν, κἀγὼ ὑπελείφθην μονώτατος. καὶ ζητοῦσι τὴν ψυχήν μου λαβεῖν αὐτήν: τάχα δὲ ὁ τῶν πολλῶν μὴ ἔχων ἀνακεχωρηκότα βίον οὐ δύναται λέγειν, καταμόνας ἐκαθήμην. ὁ δὲ βίον ἔχων δυσμίμητον, ὡς μηδένα παραπλήσιον ἔχειν ἐν ἤθει, ἐν λόγῳ, ἐν πράξεσι, καὶ σοφίᾳ λέγει αὖ εἰκότως καταμόνας καθέζεσθαι. ἔτι δὲ μόνος κάθηται ὁ μὴ τῷ τῶν παθῶν παρενοχλούμενος πλήθει, ἀλλ' εἰς νοῦν ὅλος, καὶ τὸ ἓν ἀναχωρήσας τὸ ἐν αὐτῷ. ὅτι πικρίας ἐνεπλήσθην. στενὴ καὶ τεθλιμμένη ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ζωήν. δεῖ πικρίας ἀπολαῦσαι κατὰ τὸν παρόντα βίον, καὶ μηδενὸς ἀπολαῦσαι γλυκέος. ὅταν γὰρ ἑορτάζῃς, φησὶν, ἄζυμα ἐπὶ πικρίδων φάγεσαι. καὶ εἰ τὰ ἄζυμα εἰλικρινίας ἐστὶν καὶ ἀληθείας κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον. ὁ φαγὼν οὕτω αὐτὰ Παῦλος, καὶ πικρίδας ἤσθιεν λέγων. ἐχθρὸς γέγονα ὑμῖν ἀληθεύων. καὶ πάλιν, ἐν κόπῳ, καὶ μόχθῳ, ἐν ἀγρυπνίαις, καὶ λιμῷ, καὶ δίψῃ, χωρὶς τῶν παρεκτός. ὁ μὲν νόμος εἶπεν. ἄζυμα μετὰ πικρίδων ἔδεσθε, καὶ οὐκ εἶπεν, ἕως πλησθῆτε, ὥσπερ ἐπ' ἄλλων. φάγεσθε, καὶ ἐμπλησθήσεσθε. ὁ δὲ προφήτης προσεπιτείνει λέγων, ὅτι οὐχὶ πικρίαν ἔφαγον, ἀλλὰ πικρίας ἐνεπλήσθην. ||

A ||Origenis.] *Aemuletur quis hoc videns multitudinem delinquentium, non ferentem eum vitam iuste traducentem. Talis erat & Helias dicens;* [a] *Domine Prophetas tuos occiderunt, altaria tua effoderunt, & ego relictus sum solus, & quærunt animam meam accipere eam. Fortè verò, qui vitam à multis alienam non ducit, haud potest dicere, solus sedebam. Qui verò vitam agit quæ imitari difficile sit, ita vt nullum sibi similem habeat in moribus, in sermone, in actionibus,* B *& sapientia, non incongruè dixerit, solum se sedere, Solus quoque sedet, qui passionum multitudine non vexatur, sed ad mentem totus, vnumque secessit, quod in ipso est:*

(Quoniam amaritudine repletus sum.) [b] *Angusta, & compressa via quæ ducit ad cælum. Amaritudine fruendum est in hac vita, & nullâ fruendum dulcedine.* [c] *Cùm enim, ait, celebras Azyma, super lactucas agrestes comedes; & Azyma sinceritatis, & veritatis sunt secundùm diuinum Apostolum qui sic ea comedit Paulus, & amaras* C *comederat lactucas, dicens,* [d] *Inimicus factus sum vobis, veritatem dicens, & iterum,* [e] *In laboribus, & sudoribus, in vigiliis, in fame, & siti, præter ea quæ foris sunt. Lex quidem dixit; Azyma cum lactucis agrestibus manducabitis; & non dixit, vsque dum repleamini; sicut in aliis, Manducabitis, & replebimini. Propheta autem rem adauget, dicens non Amaritudinem manducaui, sed amaritudine repletus sum.* ||

D.

Origenes.

a 3. Reg. 19. 10.

Solus quis verè dici possit sedere.

8

b Matt. 7. 14.

Tribulationis amaritudine fruuntur viri sancti.

c Exod. 12. 8.

d Gal. 4. 16.

e 2. Cor. 11. 27.

Tribulationis amaritudine nedum reficiuntur, sed & replentur viri sancti.

Vers. 18.] Quare factus est dolor meus perpetuus, & plaga mea desperabilis renuit curari? facta est mihi quasi mendacium aquarum infidelium.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

f Quare factus est dolor meus perpetuus, & plaga mea desperabilis renuit curari? (seu Vnde curabor?)

1

2

3

1

g Facta est mihi (seu Dũ fieret facta est, aut essendo erit mihi) quasi mendacium aquarũ infideliũ (seu sicut vena mendax, & sicut aquæ quæ non sunt fideles.)

2

CVr [f] *Domine dolorem istum meum perpetuum esse sinis, indeficientibus aduersariorum meorum persecutionibus, nullum tu mihi exhibens indicium exauditarum pre-* E *cum mearum, ex doloris ipsius vehementia ob id potissimùm fusarum, quòd irremissibiliter adimplenda noui quæcumque & ciuitati, templóque comminatus sum, & toti populo meo? Vulnus certè internum istud meum desperatum dixerim & incurabile, renuente me per aliud curari remedium, quàm vnius exauditionis tuæ, cùm tamen exaudire hac in re me nolis. Quo pacto ergo curabor?* [g] *Renuentibus & Iudæis desistere à me persequendo, meísque erudiri monitionibus, tametsi contrarium aliquando mendaciter præ se ferant extrinsecus. Sunt quippe instar infidelium earum aquarum vel fluminum aliquorum, vel Euriporum, &* F *periculosorum fretorum, quæ, licet quieta videantur, adeóque & tutum præbere iter, mendaces tamen sunt, & quibus fides neutiquam sit præstanda, cùm & nantes, & naues integras subitis abripiant vorticibus. Quapropter eo ipso tempore, quo vel tantillum hæc doloris mei plaga sedata videtur, facta certè ea est mendacij, instar prædictarum aquarum infidelium. Ac sicut dicitur mendacium aquarum item infidelium curatum id damnum, quod ex decursu aquarum vel domui, vel agro prouenit, quum præsentibus exhaustis aquis, earum tamen non obturatur vena, ex qua illico erumpunt, fluuntque iugiter aquæ nouæ: Ita tametsi aliquando ad tempus monitionibus, salubribusque consiliis meis, vel ingruente aliquâ necessitate Iudæorum magnâ, exhausta videantur aquæ persecutionis eorum in me; persistente nihilominus apertâ viuâ odij ipsorum venâ: Factus profectò est dolor meus vt vena mendax aquarum infidelium; & instar plagæ illius, quæ ex aëris contagione causata quando externis adhibitis medicaminibus, curata & obducta videtur, mendacium tamen est, infidelis humoris putridi, quem illico idem contagiosus suggerit aër.*

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

QVare factus est dolor meus, &c. Tribus modis accipi hæc queunt in amplificationem doloris maximi, quo se affectum ostendere cæpit Ieremias ad finem præcedentis versus, Primò vt propterea illum querulis vocibus perpetuum Propheta asserat, quia tametsi in tantis constitutus ærumnis iugiter ad Deum clamarit, à quo pro certo habebat facilè eas tolli posse, nullum tamen adhuc exauditarum precum suarum expertus esset inditium, nullum doloris sui viderit finem. Ita Andreas Cappella, ac si dicatur. *Quare non consolaris me, & dolorem meum aufers? Numquid semper dolebo?* Ita & Petrus à Figueira, quasi dicat, inquit, *Quid merui, aut quæ est iniquitas mea, aut peccatum meum? Vnde est quòd post tantas preces, post tot merita tribulatio non recedit?* Secundò, vt non tam de eo in his queratur Propheta, quòd auxilij Dei vel post multas pre-

1

Doloris Ieremiæ egregia amplificatio.

1. Sensus.

Andr. Capp.

Petr. à Fig.

Dolorem suũ perpetuũ dicit Ieremias, ruinam intueri populi.

2. Sensus.

ces factus non fuerit compos, quo liberaretur ab iis, quibus ipsius aduersarij eum premebant ærumnis: quàm de eo, quòd irremissibiliter adimplenda norat quæ comminabatur & ciuitati Ierusalem, & templo, & toti suo Iudaico populo: neque hac in re quidpiam virium multiplices suas habere videret preces, quo vel aliquantulum acutissimus suus leniretur dolor. Ita Nicolaus de Lyra. *Quare factus est*, dici ait, *dolor meus perpetuus, id est, absque consolatione temporibus meis: quia videbat quòd ciuitas, & templum non readificaretur temporibus suis.* Tertiò denique, vt per hæc ingentes aduersariorum suorũ exaggeret idem Propheta vires contra se, odiumque incurabile, & persecutiones indeficientes, quibus ipse obsistere nequiret, ita vt afflicti cordis sui dolor iure optimo dici queat perpetuus, omnisque leuaminis expers. Quem sensum secuti Sept. ita hæc legunt, ἵνα τί οἱ λυπῦντές με κατισχύουσί με; (*Quare contristantes me, præualent aduersùm me?*) Optimè autem sapiẽtes seniores illi in istius sententiæ versione, sensum expressère Hebraicæ lectionis, per Metonymiam intelligentes quod ibi scriptum est. (*Quare fuit dolor meus*) atque effectum pro efficiente positum sumentes, dolorem, pro eumdem inferentibus, verterunt. (*Quare contristantes me.*) Hebraicam adiectam vocem נצח *netzah*, quæ fortitudinem, potentiam, sæculúmque significat, adeóque relata ad dolorem bene per adiectiuum vertitur, *perpetuus*, vt noster facit Interpres, & ex Hebræis Rabbi Dauid in lib. Radicum, & Vatablus, & Regia: vel *Fortis*, vt Pagninus, illi proprio sumpserunt significatu, qui est victoria cuiusque rei seu actionis, & Præualescentia, sicque verbo eam expresserunt, (*Præualent.*) Et quia in Hebræo nihil ea vox habet pronominis, in maiorem declarationem de suo addiderunt, (*Aduersùm me:*) quamquam hoc in ipsa eorum versione non reperiatur in textu Commentariorum Hieronymi, sicut nec apud Cyprianum loco citato in Appendice nostra.

Nic. de Lyra. 3. Sensus.

Dolorem suũ Ieremias dicit perpetuum ob indeficiẽtes persecutiones suorum aduersariorum.

(*Et plaga mea desperabilis renuit curari.*) In auxesim cœptæ explicationis acerrimi doloris sui repetit more suo Propheta idipsum quod mox dixerat, aliis licet verbis, plagæ enim vocabulo internum intelligit doloris vulnus, prout clariùs deducitur ex Hebræo, in quo pro (*desperabilis*) est אנושה *anusciah*, adiectiuum à substantiuo אנוש *anosc*, quod dolorem maximum significat, tametsi ab Hebræis ipsis, & à nostris qui illos sequuntur, interpretetur vel (*desperata*, vel *insanabilis*, Sept. *Plaga mea* στερεά *fortis*, seu *solida.*) Porrò tametsi per id quod adiectum est (*Renuit curari:*) idem significari videatur, ac si dicatur, (*Incurabilis:*) attamen cùm renuendi verbum quid designet voluntatis, non abs re sit, si dicamus hæc addita per epexegesim, & in declarationem eius quod dictum fuerat, Prophetæ internam doloris plagam esse desperabilem, solidam atque insanabilem, quia nimirum ipse alio eam sanari nollet remedio, quàm exauditione precum suarum pro conuersione Iudaici populi, à quo grauissima sustinebat per eos qui sibi aduersabantur; proque earum remissione calamitatum, quæ ciuitati Ierusalem, eius templo, ac toti comminabatur Iudææ; cùm tamen certò nosset, istiusmodi preces suas minimè exaudiendas. Quod efficaciùs expressère Sept. legentes πόθεν ἰαθήσομαι (*Vnde curabor?*) Sensum istum ita explicat Hugo Cardinalis vt hæc sibi in his velit Propheta, *Nullam consolationem temporalem in tribulatione mea quæsiui, sed tantùm futuram tuam expectaui, & plaga mea desperabilis, quia fortiores me erant qui me persequebantur, & confortati sunt super me, Renuit in præsenti consolationem accipere.*

2. 1. Sensus. Dolorem suũ Ieremias dicit desperabilem, intelligẽs id quod vnũ volebat, sibi deficere remediũ exauditionis precum suarum pro Iudaico populo, & Ierusalem.

Possumus & alio modo ita hæc exponere, constituendo interrogatiuum post primum membrum. *Quare factus est dolor meus perpetuus?* vt in subsequentibus membris reddantur causæ eius perpetuitatis doloris: particulam; *Et*, vbi dicitur, *Et plaga mea desperabilis*, causaliter sumentes pro *quia*, prout illam sumit Ioannes Chrysostomus homil. 10. in Ioannem, in id Ioan. 1. 14.[a] *Et Verbum caro factum est*, &c. Et Theophilactus ibidẽ, & super Lucã in id Luc. 1. 42.[b] *Benedicta tu inter mulieres*, Et, pro quia *benedictus ventris tui*: Id quod est Hebraicâ phrasi frequentissimum in sacris literis, vt ibi Isai. 64. 5.[c] *Ecce iratus es nobis*, *Et*, id est, quia *peccauimus tibi*, vt & Hieronymus ibi exponit, alibique sæpissime. In quo significatu eamdem particulam sumptam & apud prophanos Latinos nostros auctores reperio, vt cùm Virgilius Ecloga. 9. ait. *Audieras, & fama fuit.* Clariusque apud Quintilianum lib. 1. cap. 1. dicentem. *Has primum audiet puer, harum verba effingere imitandi conabitur: &*, id est, quia *naturâ tenacissimi sumus eorum quæ mollibus animis percipimus.* Sic peregregius erit istorum quæ hîc dicuntur sensus, vt Propheta sibimet respondeat, triplicem causam asserens perennis doloris sui, desperationem plagæ ipsius compassionis in populum, cuius desperata erat salus: & quia ipse nolebat curari plagam ipsam suam, nisi per precum suarum exauditionem; & tertio, quia facta est ei, quasi mendacium, &c.

2. Sensus.

Et, pro alia particula Quia.

a Ioã. 1. 14.

b Luc. 1. 42.

c Isai. 64. 5.

Facta est mihi quasi mendacium aquarum infidelium.) Incertum est apud Expositores, cuinam rei assumpta referatur similitudo mendacij aquarum infidelium: nec facile est explicare, quid sibi hoc velit mendacij infidelium aquarum, præsertim cùm & Originales lectiones, à quibus Vulgatæ nostræ petenda esset dilucidatio, multò sint magis perplexæ. Hebræa enim ad verbum sic ea habent, (*Essendo eris mihi velut mendax aqua* (in recto) *non fuerunt fideles*,) Tametsi quò ea intelligantur addiderint aliqua Interpretes ex Doctorum Hebræorum sententia, Vnde Pagninus ita eadem reddidit. (*Essendo eris mihi velut vena mendax, veluti aqua quæ non sunt fideles*,) vt secundùm sit declaratiuum primi. Vatablus verò sic. (*Tu omnino es mihi, vt aqua quæ fallunt, & firmæ esse nesciunt.*) Idemque in Scholio, *Vt fons mendacij, & vt aqua quæ non sunt fideles, id est, vt fons, cuius aqua aliquando cessant, & vt aqua non perennes.* Similique ferè modo & Isidorus Clarius, *Eris mihi quasi mendax. Quare eris mihi instar putei aquam falsò promittentis, & instar aquarum infidelium, & quæ non semper fluunt.* Nec minùs perplexa est versio Sept. Græcè sic habens γινομένη ἐγενήθη μοι ὡς ὕδωρ ψευδὲς οὐκ ἔχον πίστιν. Quam communiter ita reddunt, (*Facta, est mihi quasi aqua mendax non habens fidem.*) Cyprianus tamen, & Augustinus locis citatis in nostra Appendice eamdem sic referunt. (*Dum fit facta est mihi quasi*, &c.) Quodque magis miror idem Augustinus lib. 2. contra epist. Parmeniani cap. 10. multò aliter ipsam sic affert; (*Facta est plebs mea mihi sicut aqua mendax non habens fidem.*)

3 Lectionum varietas & perplexitas.

Pagninus.

Vatablus.

Isid. Clar.

Cyprian. Augustin.

Hebræorum communi opinione referuntur hæc ad Deum, vtpote cùm Hebraicum verbum תהיה *thiheh*, vt secundam futuri personam cœperint quæ est masculini generis, legentes, *Essendo*

4 Aquis mendacibus, i. nõ perennibus comparatus Deus, cùm factus nõ videtur implère promissiones.

Essendo eris: cùm tamen idem esse queat & tertia persona pariter futuri generis fœminini, ita vt commodè vertatur, *Essendo eris*: quomodo ipsum sumpsère & Sept. & noster Interpres. Quomodocúmque autem id sumatur allata similitudo, iuxta Hebræorum sententiam vel ad Deum refertur, vel ad illius promissionem, aut propheriam, quæ supra nuncupata fuit manus Domini, cùm diceretur, *Et gloriatus sum à facie manus tuæ.* Tribus autem modis, parum tamen, aut ferè nihil inter se discrepantibus, iuxta hanc acceptionem, ista & ex nostris etiam aliqui interpretãtur Primò breuiter Vatablus, ac si iis Propheta sic Deum alloquatur, *Cùm sperarem te futurum mihi auxilium, deseruisti me, vt aqua non perennes.* Ex RabbiSalomone, qui dici, ait, *Tu Domine es mihi, vt mendax, id est vt homo, cuius fiducia, seu promissio fiduciæ defecit, quippe qui me derelinquas affligi, & angi in manu aduersariorum meorum.* Quem sensum reiicit Martinus del Rio, vt parum Prophetæ sancto, Deóque congruenti. Tueturque eumdem Petrus à Figueira, dicens: *Hæc tamen querimonia Prophetæ non est imputanda blasphemiæ, cùm non ex iudicio rationis proferatur, sed ex parte sensualitatis: quomodo etiam Christus mortem recusabat, & Iob diei natiuitatis suæ maledicebat.* Secundò Isidorus Clarius in Scholiis suis. Hæc sẽsu isto habita asserit, ac si dicatur, *Promisisti te facturum me murum æreũ, & ego adhuc nihil promoui, tantùm maleuolorum vim in me irritaui.* Quem sensum desumpsit Isidorus ex Rabbi Dauid ita eum prosequente, *Tu*, inquit, *Propheta, me initio confirmasti, dicens, Dedi te in ciuitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æreum. Et tamen ego quotidie impetor opprobriis, & percutior.* Quamuis enim dixerit ei Dominus, *Et pugnabunt aduersùm te*, non tamen existimarat eam pugnam fore adeò continuam, sed intermittendam. Videns itaque se continuè oppugnari conqueritur apud Deum dicens; *Quare factus est dolor meus perpetuus: Factus es mihi quasi mendax, aquæ quæ non permanent*, id est, Factus es mihi velut fons, seu vena mendax. Sic eadem interpretata est Paraphrasis Chaldaica, legens, *Non sit mihi verbum tuum in mendacium & quasi scaturigo aquarum, cuius aquæ deficiunt.* Vnde apparet, iuxta hunc sensum, quod in nostra Vulgata, & in versione Sept. est verbum, *Facta est*, referendum ad Dei manum, seu prophetiam. Quomodo illud ex nostris sumpsère Nicolaus de Lyra, & Dionysius Carthusianus qui tertio loco allatam similitudinem ad Dei manum consolantem, seu ad consolationem referunt, quòd eam tunc maximè deficere sibi dicat Propheta, cùm opportunior, magisque esset necessaria, sicut infidę aquæ, quarum tunc est defectio, cùm maior in æstate earum est necessitas. Ac si dicatur, inquit Dionysius, *Facta est mihi sicut deceptio, quæ contingit ex aquis non opportunis, sic mihi tunc adest plaga tristitiæ, quando consolatio necessaria esset propter diuersa me affligentia, sicut aquæ infideles, & non opportunæ, quæ adsunt dum non opus est, & desunt cùm necessariæ sunt.* Aptiúsque Lyra, *Per hanc*, ait, *aquarum similitudinem, innuit quòd consolatio temporalis ibi deficiebat quando eâ indigebat, sicut aqua torrentis*, &c.

1. Sensus. Hebr. Lect. Vatab.

R. Salomon.

Martin. del Rio.

Petr. à Fig. 2. Sensus. Hebr. Lect. Isid. Clar. *Promissio Dei quomodo aliquando comparata aquæ infideli, & non perenni.* R. Dauid.

3. Sensus. Hebr. Lect. *Consolatio Dei ab anima arida cõparantur mẽdacio aquarũ infidelium.* Nic. de Lyr. Dion. Cart.

5

Ad plagam commodiùs hæc referunt alij, de qua in toto vers. 18. agatur diuersimodè autem vis allatæ similitudinis ab his explicatur; plerique enim Hieronymi inhærentes vestigiis infidelitatem aquarum instabilitatem, defectumque earum sumunt, vt ad consolationem dicta hæc sint. q.d. Plaga quidem desperabilis renuit curari: id tamen etiam habeo quod me consoletur, quia ista ipsa plaga erit mihi, sicut aquæ, quarum haud perennis est cursus, quæue nec sunt perennes. Sicut enim illæ mendaces sunt, & infideles, quando magno impetu fluunt, cùm postmodum deficiant; ita & plaga mea tametsi perpetua videatur, & desperabilis, cessabit nihilominus; vt sit quid simile ei quod apud Isaiam pollicitus est Deus.[a] *Ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te.* Infidelitatem, mendaciumque aquarum allatam alij putant in similitudinem ad designandam dolositatem & mendacia, atque infidelitatem aduersariorum, quibus plaga ipsa Prophetæ quotidie infigebatur magis, vt inimici ipsi quasi aquæ dolosæ esse significentur; ita vim similitudinis in hoc sitam dixère, quòd non sit Prophetæ expectandum, vt plaga ipsius curetur aliquando, tametsi contrarium aliquando videatur; quia & ea dolosè id pollicetur, sicut mendaces, & infideles sui erant aduersarij, instar dolosarum aquarum, cessationem præ se ferentes à persecutione, quibus tamen credendum minimè est, vtique fidelitatis omnis expertibus. Vt sensus iste sit omnino præcedenti contrarius; cùm iuxta illum similitudo sumatur in bonam partem, iuxta istum verò in malam: Indicat hunc sensum D. Thomas, & deducitur ex Augustino, qui pluribus in locis relatis infra in nostra Appendice, aquarum similitudinem translatè hîc pro populis adhibitam asserit Martinus del Rio in Adagialium suorum tomo primo, Adagio 845. de plaga quidem, & in malam partem similitudine sumpta, at non tam de plaga propria, quàm de plaga Iudaici populi & spirituali, & temporali à Propheta, qui illam ex affectu charitatis dixerit suam, habita asserit dici posse. Vt adagium sit de plaga desperata, qualis ea erat quam deplorabat planè incurabilem, *Instar*, inquit, *vlceris Chironij, quod cùm sanatum videtur, & obductum, interiùs putrescit, & gangrenâ profundiore reuirescit. Sicut fallaces quadam lacunæ, quæ cùm putantur posse transiri, hominem hauriunt, & cùm videntur aquis exhaustæ de nouo bulliunt, atque scaturiunt.*

In tribulationibus suâ cõsolatione præstò est Deus. 1. Sensus Vulgatæ. Hieronym.

a Isai. 54. 7. 2. Sensus Vulgatæ. *Persecutiones dolosorum cõparata mendacio aquarũ infidelium.*

D. Thom. Augustinus. 3. Sensus Vulgatæ. Martin. del Rio. *Iudæorũ desperata plaga comparata mendacio aquarum infidelium.*

6 Sensus Auctoris.

Hæc sunt quæ ab aliis circa hanc sententiam (*Facta est mihi quasi mendacium aquarum infidelium*;) dicta comperi. Vt autem & ipse aliquid circa ipsam dicam. Pro eo, mihi illius videtur, si non germanus (neque enim id audeo dicere) saltem maximè probabilis sensus, suppono, Prophetam adhuc de suamet agere plaga, de acerrima videlicet calamitate sua, interna nimirum, & externa perfidæ, & iugis persecutionis à suis ipsis contribulibus, & ab impiis quibusque Iudæorum, propter quam in principio istius orationis vers. 10. *genitum*, se deplorauit *virum rixæ, virum discordiæ in vniuersa terra*: Quam denique mox in hoc ipso vers. 18. plagam desperabilẽ asseruit, addens & rationem, quòd renuerit curari. Notatum est autem supra, verbum renuendi referre voluntarium, quod in alterutro fuerit necesse est, vel in Propheta, qui persecutionis angebatur plagâ, vel in iis qui eâ illum impetebant: fieri autem non potest, vt de suomet Propheta loquatur tali voluntario, quod curationem respuat plagæ, quam adeò efficaci deplorat oratione. Reliquum ergo est, vt de suorum persecutorum loquatur voluntario, quod ita erat peruersum, vt ipso renitente, Sancti Vatis curari nequiret plaga persecutionis, adeóque & desperata esset.

Renuendi verbum dicit voluntarium.

Persę

Plagæ nomine significata omnis calamitas.

Persecutionem verò plagam vocari neminem turbet, qui norit in Sacris literis calamitatem eo dici nomine, vnde plagas legimus Ægypti ad eas pariter designandas calamitates, quæ Ægyptiorum corpora non attingerent.

7

Hoc supposito, crediderim Ieremiam verbis istis (*Facta est mihi quasi mendacium aquarum infidelium:*) idipsum quod mox tetigerat, magis declarare, rationem desperabilitatis (vt ita dicam) prædictæ suæ plagæ, & persecutionis (vt inquiût) à priori explicare, idque præclarâ, & peracutâ similitudine, quæ & vna sit, & duplex: vna, vt refertur ad persecutionem respectu persequêtium: duplex, vt ad eamdem refertur persecutionem vt plaga est Ieremiæ; altera mendacij ad persecutionem ipsam, altera aquarum infidelium ad eos quorum peruersum in persequendi studio exponitur voluntarium. Aquis porrò infidelibus comparat Iudæos perfidâ voluntate in persequendo Ieremia existentes, eo modo, quo vulgò & quosdam amnes traditores nuncupamus, in quibus ferè periclitantur viatores; quoue & Italice homines eos qui callidè damnis semper inuigilant proximi, eóque obsunt magis, quò minùs cauentur, *Aquas appellamus surdas, aut quietas*, dicentes, *Dall' Acque chiete ti guarda*, Iuxta eos Catonis versus.

Perfidi dolosi, & traditores comparati aquis infidelibus.

Euripi homines dicti traditores.

Demissos animo, ac tacitos vitare memento:
Quâ flumen placidum est, forsan latet altiùs vnda.

Quæ sunt consona vetusto Græco Prouerbio εὔριποι ἄνθρωποι, *Euripi homines*, à proditione Euripi de qua mox agam: Vnde Græci item hominem incertæ fidei εὐριπιστὸν, *Euripiston*, vocant. Arbitror igitur, perfidos (vt dicebam) Iudæos Ieremiæ hostes comparatos infidelibus aquis, seu (vt legunt Sept.) aquis quæ non habent fidem, quòd similes iis essent aquis, quæ tametsi quietæ videantur, tutum tamen transuadantibus, aut nauigantibus mentiuntur transitum, cum infida potiùs suâ eos vel maximo agitent periculo, vel perdant inconstantiâ. Quale est angustum mare Euripus nuncupatum, quod est inter Aulidem Bœotiæ portum & Eubœam insulam, de quo Plinius lib. 2. cap. 97. *Et quorumdam*, inquit, *priuata natura est, velut Taurimontani Euripi sæpius, & in Eubœa septies die, ac nocte reciprocantis*, tam rapidâ conuersione, vt, quemadmodum auctor est Pomponius Mela, ventos, ac etiam plena ventis nauigia secum portet. Quale est Mamertinum, seu Siculum Fretum Italico vocabulo dictum. *Faro di Messina*, cuius aliquando aquæ ita placidæ apparent, vt pacatum lac eas dicas, cùm tamen re verâ ita mendaces sint nautibus, & infideles, vt naues in medio itinere suis abripiant, demergantque vorticibus, Siue in Charybdim ipsius freti incidant, siue in Scyllam.

Euripus quid sit.

Plinius.

Pomp. Mela.

8

Persecutio dolosorum comparata mendacio aquarû infidelium.

Porrò hisce infidelibus aquis comparatis Prophetæ persecutionibus, de quibus eidem supra à Domino dictum fuit:[a] *Nam & fratres tui, & domus patris tui etiam ipsi pugnauerunt aduersùm te, & clamauerunt post te plenâ voce: ne credas eis, cùm locuti tibi fuerint bona*; iuxta illud Prouerbiorum de similium quodam,[b] *Quando submiserit vocem suam*, ita scilicet vt aquam quietam pacatamque illum arbitrêris, *ne crediderìs ei: quoniam septem nequitiæ in corde illius*, iure optimo videlicet infido assimilandus Euripo, quem septies in die fluxu, ac refluxu mentiri tutum nauigantibus iter ostédimus: Meritò eorumdem persecutio, quâ idem Propheta impetebatur, mendacio comparata est prædictarum aquarum, *Quod fretum*, ait Tullius

a Iere. 12. 6.

b Prou. 26. 25.

A in oratione pro Plautio, *quem Euripum tot motus, tam varias creditis habere agitationes, commutationes, fluctus, quantas perturbationes, & quantos æstus habet ratio comitiorum.* Tales dic tu, Ieremiæ hostium cœtus, in quibus iugis illi multipliciter excitabatur persecutio. Planè mendacium hominum perfidorum à quibus se seruari & Propheta Dauid exposcebat, cùm diceret:[c] *Saluum me fac Domine, quoniam defecit sanctus: quoniam diminutæ sunt veritates à filiis hominum*: *Vana*, id est mendacia, & simulata locuti sunt vnusquisque ad proximum suum: *Labia dolosa in corde & corde*, id est, B in duplici, simulatóque corde *locuti sunt*: Planè mendacium aquarum item infidelium, à quo idem Dauid erui se à Domino petiit, dicens:[d] *Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam. Infixus sum in limo profundi*, cùm videlicet aquæ ipsæ securitatem mihi mentirentur, *Et non est substantia*, & non est vbi meus subsistere tutò queat pes: *Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me.* Sensum istum ego optimum censeo, qui nedum lectioni nostræ Vulgatæ, sed & Hebraicæ, & versioni Sept. sit C accommodatissimus; cùm iuxta eum ipsa persecutionis Prophetæ plaga (*dum fieret facta est*, vt legunt Sept. *velut aqua mendax, quæ non habet fidem*,) & fidelitatem, & cui non habenda sit fides, vt mendaci, ac infidæ: Meritóque eamdem cum actu esset, sine cùm esset futura, prout habent Hebræa, esse sicut mendacem, aquis nimirum, & hostibus existentibus infidelibus. Sic namque Hebraicum textum vertendum puto (*Essendo erit sicut mendax*,) seu, *Fiendo fiet sicut mendacium, aquæ* (in recto) *non fideles sunt.*

c Psal. 11. 1.

d Psal. 68. 2.

9

Cæterùm quia iuxta allatum sensum non habetur ratio metaphoræ plagæ, & curationis, D sanationisque, quam metaphoram manifestè obseruatam nemo ambigit in iis, quæ mox præhabita fuêre, *Plaga mea desperabilis renuit curari seu sanari*: & ad quæ hæc referuntur, vt in eorum adiecta explicationem. Et hunc alium addo extremum: Vt de plaga quidem propria & in his pariter loquatur Propheta, de præcordiorum inquam suorum plaga vehementissimi mœroris, & compassionis: mœroris propter iuges persecutiones; compassionis propter eas quas certò euenturas norat calamitates suorummet persecutorum & ciuitatis Ierusalem, ex eo quòd nollent conuerti. Quam plagam renuisse sanari E dixerit, phrasi nostræ Italicæ simili, quâ de difficillima curatu plaga, seu vulnere dicimus, *Non si vuol sanare.* Porrò vt similitudo sit congrua, dicendum, id plagæ genus in metaphoram assumptum, quod cùm ab extrinseco aliquo, vt aëris, verbi gratia contagio, & causatur in humano corpore, & iugi conseruatur, augeturque materia, si contingat, vt vnguentorum adhibitione obduci, sanarique videatur, mendacium tamen & plaga ipsa est, & eius sanitas ob defluentium in eam humorum, & saniei F infidelitatem quamdiu eorum perdurauerunt causâ.

Ieremiæ mœroris, & compassionis plaga dicta desperabilis, & quasi mendacium aquarû infidelium, perdurante iugiter in Iudæorum cordibus odio in eum.

2. Sensus Auctoris.

10

Plaga certè Ieremiæ prædicta adhibito omni quo is poterat studio, quasi quorumdam vnguentorum, verborum inquam bonorum, sanctorum consiliorum, salubriumque monitionum, nonnihil externo aspectu videbatur aliquando obducta, atque sanata, ac sic obducta apparens illius plaga quasi mendacium iure optimo dici potuit, perdurante Iudæorum peruersitate, & odio: dicente Salomone.[e] *Odium suscitat*

e Prou. 10. 12.

a Prou. 16. 28. suscitat rixas.[a] Et homo peruersus suscitat lites. Lege caput trigesimum septimũ istius libri Ieremiæ, [b] ibique ad eius initium ipsam Ieremiæ plagam obductam apparentem videbis, quando Rex Sedecias ad eumdem misit Ieremiam quasi contritus, qui illi dicerent, *Ora pro nobis Dominum Deum nostrum*: prosequere eamdem lectionem, & animaduertes obductam eam plagam factam quasi mendacium aquarum; [c] quando irati principes contra Ieremiam cæsum eum miserunt in carcerem in domo Ionathan Scribæ: Lege & caput 42. vbi pariter obductam, & sanatam dicas Prophetæ plagam, quando primùm dicitur, [d] *Et accesserunt omnes Principes bellatorum, & Iohanam filius Caree, & Iesonias filius Osaiæ, & reliquum vulgus à paruo vsque ad magnum: Dixeruntque ad Ieremiam Prophetam: Cadat oratio nostra in conspectu tuo: & ora pro nobis ad Dominum Deum tuum pro vniuersis reliquiis istis, quia &c. Et annunciet nobis Dominus Deus tuus viam, per quam pergamus, & verbum quod faciamus*: Plagam nihilominus eamdem quasi mendacium aquarum infidelium factam intelliges statim, cùm ad eiusdem capitis finem ipsius Prophetæ ea percipies verba, [e] *Scientes scietis, quia obtestatus sum vos hodie: quia decepistis animas vestras: vos enim misistis me ad Dominum Deum nostrum, dicentes, Ora pro nobis ad Dominum Deum nostrum, & iuxta omnia quæcumque dixerit Dominus Deus noster, sic annuncia nobis, & faciemus. Et annunciaui vobis hodie, & non audistis vocem Domini Dei vestri super vniuersis, pro quibus misit me ad vos. Nunc ergo scientes scietis, quia gladio & fame, & peste moriemini in loco*, &c. Vis itaque similitudinis plagæ istius, & mendacij quod dicitur aquarum infidelium, in eo sita est, quod contingit aliquando cùm quis remedium se adhibuisse arbitratus damno vel domui, vel agro suo ex aquæ cuiuspiam proueniente vel illuuione, vel defluxu, per id quòd quas præsentes habet exhaurire obnixus sit, ita vt vel nihil, vel ferè nihil iam ampliùs ibi reliquum sit earum. Quod tamen remedium, quoad agri seu domus damnum, mendacium rectè dicitur aquarum infidelium, quæ denuò ex viua eodem defluunt, vena, quam obturare is nequiuit. Vena certè illa mendax, cui & plaga ipsa comparatur, iuxta lectionem eam, quæ ex Hebraico habet, (*Essendo erit sicut vena mendax, aquæ non sunt fideles.*)

b Iere. 37. 3.
c Iere. 37. 14.
d Iere. 42. 1.
e Iere. 42. 19.

Vers. 18.] Quare factus est dolor meus, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

11 *Vitam istam perpetuis miseriis, iugique dolore plenã deplorat vnusquisque.*

SI ingenti ex compassione ad aliena mala & Ieremiæ hæc dicere licuit, & Apostolo Paulo item similia vbi acerbissimam Iudæorum fratrum suorum deplorans perditionem. [f] *Tristitia*, inquit, *mihi magna est, & continuus dolor cordi meo.* Multò certè rationabilius eadem ad propriorum malorum deplorationem moraliter vnaquæque pia proferet anima: idque in duplici sensu, vel de naturali, vel de supernaturali suo agens dolore. Certa igitur de re, dubitantem se proponit de causa, cùm de dolore suo agit naturali. Experimento siquidem quotidiano eius doloris perpetuitatem sibi insitam habet exploratissimam, ita vt vnà cum sancto Iob dicere queat de perpetuitate ista: [g] *Et noctes laboriosas numeraui mihi: Si dormiero*: quando quies aliqua per somnum datam quis censeat, perdurante nihilominus in intimis meis dolore, *dicam: Quando consurgam?* illius aliquam præstolans cessationem: & eo adhuc in die multò magis per diurnos labores exacerbato, *rursùm expectabo vesperam*: Et omnino *replebor doloribus vsque ad tenebras* Quando quotidie perpetuus iste denuo exorditur circuitus.

f Rom. 9. 2.
g Iob. 7. 3.

12 *Doloris naturalis perpetui causa extitit plaga, quâ per peccatum primorum parentũ vulnerati sumus in naturalibus.*

Quod dubitat, illud est vnde, & cur ipsi ista facta sit doloris continuatio, (*Quare factus est.*) Et quidem quamuis & vna, & plures eius assignari possent causæ, quam, quasue breui compendio complexus idem est Iob cùm diceret, [h] *Homo repletus multis miseriis.* Tres tamen speciatim is recenset, easque maximè præcipuas, & quæ talem inter se habent gradationẽ, vt prima vim habeat à secunda, secunda verò à tertia. Prima iis continetur, quæ immediatè post præallata subiiciuntur. (*Et plaga mea desperabilis*,) Quænam ista est plaga? ea sanè, quam primum homini inflixit peccatum, Enimuerò quia propter nimium scientiæ appetitum nostri primi peccauère parentes illis Diaboli decepti verbis: [i] *Scit Deus quòd in quocumque die comederitis ex eo*, fructu scil. ligni vetiti, *aperientur oculi vestri, & eritis sicut dij, scientes bonum & malum*; Iustissimo Dei iudicio contigit, vt per admissum id peccatum vulnus acciperent ignorantiæ in suo ipso intellectu, & ratione naturali; Quod rationis vulnus quadruplicis fuit plagæ, ipsius nimirum ignorantiæ, atque insuper malitiæ quæ mox erupit in voluntate: infirmitatis, quæ in irascibili: & concupiscentiæ, quæ in concupiscibili eorumdem patuèrunt: Ista est plaga de qua hîc est sermo, quadruplex quidem, sed & singulari numero expressa, quia vno vnius peccati ictu, vnóq; inflicta fuit in vulnere, quâ iuxta cõmunem Theologorum, in primis D.Thom. 1. 2. q. 85. art. 3. axioma per primorum parentum peccatum homo vulneratus dicitur in naturalibus, qui simul & spoliatus fuerat gratuitis. Sicut autem quando intuemur multiplici plagâ vulneratũ aliquẽ vehementi confici dolore, iugique propterea agitari corporis commotione, causam doloris, commotionisque eius certissimâ asserimus quas videmus plagas: Multóque magis affirmare idipsum is potest vulneratus, ac dolens; Ita iure optimo anima quæ hîc loquitur, doloris sui vniuersi causam ipsam suam asserit plagam præexpositam; Exinde quippe quòd primi parentes vulnerati sic fuère in naturalibus, factum est, vt qui ex illis natus est filius iræ, easdem contraxerit plagas, eumdem & dolorem, de quo hîc est sermo, naturalem non incongruè nuncupatum ratione prædictæ originis.

h Iob. 14. 1.
i Genes. 3. 5.

Plaga qua vulnerati fuimus in naturalibus est quadruplex, ignorantia, malitia, infirmitatis, & concupiscentia.

13 *Hominis epithetum est, quòd Repletus dicatur multis miseriis.*

Et profectò primariam hanc optimè allatam esse causam facilè patet, cùm per istiusmodi plagas vniuersa in homines passionũ, affectuumque sit inordinatio, quâ perturbationibus cunctis ille concutitur, cunctisque repletur miseriis. Vnde in peruulgato illo, quod supra retulimus hominis epitheto. [k] *Repletus multis miseriis.* Sanctus Iob ad miserias ipsas designãdas Originali Hebraicâ voce רגז *rogez*, vtitur, quæ est à verbo רגז *ragaz*, propriè commoueri, & perturbari vehementi aliquo affectu, adeóque ab antiquo Interprete Aquila rectè id epithetum sic redditum est, *Plenus commotionis, & turbationis*, cui consona est & Vatabli versio, *Perturbationibus plenus*, Porrò sicut peroptima est ista doloris in homine prima causa, quòd vulneratus est in naturalibus, vt

k Iob. 14. 1.

Desperabilitas plagarum nostrarum à nobis est, qui renuimus apta remedia.

vt explicatũ est: Et perpetuitatis pariter eiusdem doloris vniuersi, prima assignatur causa eiusdem plagæ desperabilitas, (*Et plaga mea desperabilis,*) iuxta vltimum sensum allatum in litera; Sumo enim particulam, *Et* pro quia, prout aliàs vsurpari eam solitam animaduertit Sanctes-Pagninus lib.1.suarum institutionum cap. 24. vbi agit de litera ו *vau*, quâ Hebræi vtuntur pro nostra particula. *Et*, sicut sumitur [a] Genes.14.18. At verò Melchisedech Rex Salem protulit panem, & vinum, והוא *vehu*, i.& ipse, vbi bene Vulgatæ nostræ interpres causaliter legit, Erat enim Sacerdos Dei Altissimi. Quomodo verò desperabilis? quia viribus naturæ curari ea minimè potest, Quod contestatus est Apostolus, cùm diceret, [b] *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* desperationem nimirum animaduertens plagæ suæ; tametsi supernaturale mox subiecerit eiusdem remedium, addens: *Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum.*

a Gen.14.18.

b Rom. 7. 24.

14 At Propheta noster in persona eius hîc loquẽs qui miserrimam suam deploret, quam in peccatis peragit vitã, vlterius in assignandis perpetui doloris, & continuarum miseriarum, ac perturbationum causis, haud tam defectui diuinæ gratiæ prædictam tribuit plagæ suæ desperabilitatem, ne Deo id imputare videatur, quod suum esse cognoscit, quàm alij item doloris sui causæ, quæ secunda est, quoad naturæ ordinem. (*Renuit curari.*) Dictum est in expositione literæ, renuendi verbũ aptè hoc loco appositum, quo voluntaria significetur curationis repulsio. Eò namque desperabiliores sunt prædictæ plagæ perpetuũ nobis causantes dolorẽ, imò & propterea nobis adeo sunt desperabiles, quia debita, & quæ à Deo proposita sunt remedia illis noluimus adhibere. Enimuero ad vulneratæ rationis plagam ignorantiæ plagarum cæterarum radicem: præstantissimum apponere fas nobis esset medicamen sapientiæ, si vel exiguo eam assequi studeremus labore. [c] *Si retusum fuerit ferrum*, ait Ecclesi. *& hoc non vt prius, sed hebetatum fuerit, multo labore exacuetur: post industriã sequetur sapientia*: Sicut enim retuso, & hebetato ferro, si laborem adhibere volueris, indubitanter prospicies. Ita & curabitur vulnerati intellectus tui plaga, si industrius, sedulusque fueris in adipiscenda sapientia, quam promptissimũ eiusdem plagæ medicamen porrigit Dei benignitas. Vnde & de ipsa, ne quis fortasse mox nominatæ industriæ terreretur labore, alibi scriptum est: [d] *Facile videtur ab his qui diligunt eam, & inuenitur ab his qui quærunt illam, præocupat qui se concupiscunt, vt illis se prior ostendat.* Curatum certè perpetuũ dolorem quatenus ex ignorantiæ plaga is est, nemo ambigat, vbi beatitudinem esse nouerit, & quæ dolori opposita est, & dolorem expellit vniuersum. Quòd autem qui sapientiæ adhibuerit medicamen, beatitudinem in doloris locum introductam habeat, auctor restatur Eccl. dicens: [e] *Beatus vir qui in sapiẽtia morabitur, & qui in iustitia sua meditabitur, & in sensu cogitabit circumspectionem Dei.* Cùm è contrario infelicitas dolorem perpetuò habens comitem, ei insit, qui prædictæ rationis plagæ singularem adhibere renuat sapientiæ medicamentum, desperabili propterea redditâ ipsius plagâ, iuxta illud, [f] *Sapientiam, & disciplinam qui abiicit infelix est, & vacua est spes illorum, & labores sine fructu, & inutilia opera eorum.*

Pro illata nobis ignorãtia plaga aptissimũ exhibitum renuimus remediũ sapientia.

c Eccl.10.10

d Sap.6.13.

Sapientia medicamẽto tollitur nobis omnis dolor.

e Eccl.14.22.

f Sap.3.11.

15 Nec malitiæ plagæ voluntatis aptissimum nobis deesset remedium, si eo vti vellemus; Illud verò est, quod vt summopere necessarium à Deo in oratione Dominica quotidie efflagitandum iussit Christus Dominus iis in verbis, [g] *Fiat voluntas tua sicut in cælo & in terra*, conformatio nostræ nimirum voluntatis ad eiusdem Dei voluntatem, & conformatio qualis in cælestibus est creaturis. Ad cuius medicaminis appositionem super ipsam voluntatis nostræ deordinationem & plagam, hortatur Apostolus dicens, [h] *Reformamini in nouitate sensus vestri*; studentes nimirum, vt curetur plaga vestra omnis, in primis illa, quâ vulnerati estis in sensu cordis, voluntatisque vestræ; Atque vt ad pristinam eam sanitatem restituere illam valeatis, quam primo habuit in statu innocentiæ homo, antequam primi parentes vulnerarentur in naturalibus; vtque nulla amplius in illa sit deordinatio à rectitudine, nauate operam, *vt probetis, quæ sit voluntas Dei bona, beneplacens, & perfecta*, quò videlicet eam probatam talem in medicamentum vulneratæ vestræ adhibeatis voluntati, eòque bonam pariter, beneplacentem, atque perfectam voluntatem ipsam vestram reddatis. Quâ sanè ratione & plaga nostra iam non diceretur desperabilis, nec perpetuus iam esset nobis dolor, plenâ nimirum obtentâ pace, & felicitatem adepti doloris nos perturbantis expertem, iuxta illas Angelorum voces, in Christi natiuitate prolatas, [i] *In terra pax hominibus bonæ voluntatis*: pacis vocabulo Hebraicâ phrasi pro fælicitate, & bonorum omnium cumulo ibi vsurpato.

Voluntatis nostræ plagæ quæ est malitia, medicamentum optimum est conformatio eiusdem nostræ voluntatis ad voluntatem diuinam.

g Matt.6.10.

h Rom.12.1.

Conformatio voluntatis nostræ ad voluntatem diuinã, curatã in nobis malitiæ plagâ, tollere apta est & eũ qui perpetuò nobis naturaliter inditus est, dolorem.

i Luc 2.14.

16 At væ fidelium compluribus, quibus & dolor perpetuus factus exinde est, quòd voluntatis eorum plaga facta est desperabilis etiã post supernaturale à Deo porrectũ illius remedium, quia id infælices ad vulnus apponere renuerunt medicaminis. Atque vtinam quotidiano non probaremus experimento, quicquid in homine est perturbationis, id omne ex eo prouenire quòd conformatio renuitur voluntatis propriæ ad Dei voluntatem. Et in Propheta nostro contestatus hoc est Dominus, cùm supra hæc habuit: [k] *Ambulate in omni via quam mandaui vobis*, quod tantumdem est ac si dixisset, medicamentum adhibete plagæ malitiæ vestræ istud, quòd benignè vobis porrigo, conformationem vestram ad voluntatem meam in meis significatam mandatis: *vt benè sit vobis*, sanatâ nimirum voluntatis vestræ plagâ, ablatóque dolore, quo iugiter angimini. Subdensque quomodo infælices illi curari renuerunt, addit: *Et non audierunt me, nec inclinauerunt aurem suam: sed abierunt in voluntatibus*, scil. vulneratis, & deordinatis, *Et in prauitate cordis sui mali.* Quid tum? *factique sunt retrorsùm, & non in ante*; excrescente in dies magis ipsâ plagæ ipsorum desperabilitate.

Conformationem ad Dei voluntatẽ renuentes desperabilẽ faciamus voluntatis nostræ plagam, doloremque perpetuum.

k Iere. 7.23.

17 Porrò quia duæ aliæ plagæ quæ in inferioribus hominum sunt partibus, irascibili, atque concupiscibili, à plagis deriuant, & deordinatione partium superiorum, rationis, & voluntatis, de quibus hucusque egimus. Sanè si præexposita superioribus illis adhibita sint remedia, sapientiæ secundùm Deum, & conformationis ad Dei voluntatem, iis curatis, & inferiores quoque istas curatas dicere oportet; & è contra, istas desperabiles dicamus necesse est, si proposita quis renuerit illis adhibere medicamina. Quamquam circa hæc non modicum sit difficultatis; quia, tametsi hoc verum sit, quòd dolor noster factus est perpetuus, quia renuimus plagas adhibitis medicamentis curare (vt explicatum est;) haud tamen videtur

Plagæ nostræ irascibilis, & concupiscibilis curantur per veram sapientiã, & per conformationẽ voluntatis nostræ ad voluntatẽ Dei.

videtur quoad duas istas irascibilis, & concupiscibilis nostræ plagas, verè dici, quòd præexpositis adhibitis medicaminibus eatum curatione perpetuitas nostri cesset doloris, perpetuusq; auferatur is dolor, ac perturbatio, de qua hic dicitur, *(Quare factus est dolor meus perpetuus?)* Et ratio difficultatis est, quia etiam post prædictarum plagarum curationem, passiones & iræ, & concupiscentiæ sunt, ad quas diuinus nos allicit sermo, siue cùm dicitur, [a] *Irascimini & nolite peccare*: iram vobis suadeo illam, quæ aliena sit à peccato: siue cùm Sapiens ait, [b] *Concupiscite sermones meos, diligite illos, & habebitis disciplinã*: & de Sapientia paulò post subiicit, [c] *Praeoccupat, qui se concupiscunt, vt illis se prior ostendat.* Et certum de fide est, non dari cuiquam hominũ stultam illam, quam iuxta Stoicos in Ecclesiã Hæretici quidam inferre voluerunt ἀπάθειαν, apathiam, Latinè impassibilitatem. Vnde Augustinus lib. 14. de Ciuitate Dei cap. 9. *Omnino*, inquit, *non dolere dum sumus in hoc loco miseriæ, profectò sicut quidam etiam apud saeculi huius literatos sensit, & dixit non sine magna mercede contingit immanitatis in animo, stuporis in corpore.*

a Psal. 4. 5.
b Sap. 6. 12.
c Sap. 6. 14.
Passionum impassibilitatem homini in hac vita non dari.
August.

18 Quis verò neget iustos passionum & gaudij, & amoris, & spei, & timoris iugiter agitari, ita vt & ipsis affectibus istis, qui ab affectu passiones nuncupantur, agitatis dolor inesse videatur perpetuus, aut saltem perpetua perturbatio, & agitatio? Nihilominus, his non obstantibus, optimæ sunt duæ iam allatæ causæ perpetui in homine doloris; Enimuero affectus iustorum vel etiam timoris, & ipsiusmet doloris anxiique desiderij tantùm abest vt veri mereantur doloris vocabulum, vt summam potiùs secum gerant & exultationem, & pacem, atque quietẽ. Quæ peregregiis probare possumus Augustini in præallato loco verbis istis: *Ciues sanctæ ciuitatis Dei in huius vitæ peregrinatione secundùm Deum viuentes metuunt, cupiuntque, dolent, gaudentque. Et quia rectus est amor eorum, istas omnes affectiones rectas habent. Metuunt pœnam æternam, cupiunt vitam æternam: Dolent in se, quia ipsi in semetipsis adhuc [d] ingemiscunt adoptionem, expectantes redemptionem corporis sui: Gaudent in spe, [e] quia fiet sermo qui scriptus est, Absorpta est mors in victoria.* Et post pauca. *Item sicuti se infirmitas eorum, firmitasque habuerit, metuunt tentari, cupiunt tentari: dolent in tentationibus, gaudent in tentationibus. Vt enim metuant tentari audiunt: [f] Si quis praeoccupatus fuerit in aliquo delicto vos qui spiritales estis instruite huiusmodi in spiritu mansuetudinis, intendens te ipsum, ne & tu tenteris. Vt autem cupiant tentari, audiunt quendam virum fortem ciuitatis Dei dicentem: [g] Proba me Domine, & tenta me, vre renes meos, & cor meum. Vt doleant in tentationibus, vident Petrum flentem. [h] Vt gaudeant in tentationibus, audiunt Iacobum dicentem, [i] Omne gaudium existimate fratres mei, cùm in tentationes varias incideritis.* Et post aliqua. *Hi motus, hi affectus de amore boni, & de sancta charitate venientes, si vitia vocanda sunt, sinamus vt ea quæ vera vitia sunt, virtutes vocentur. Sed cùm rectam rationem sequantur istæ affectiones, quando vbi oportet adhibentur, quis eas tunc morbidas, seu vitiosas passiones audeat dicere?* Hæc Augustinus; ex quibus allatæ difficultatis patet solutio, cùm de vitioso dolore sermonem, iuxta moralem hunc sensum, habeat Ieremias, vt nimirum à plagis præexpositis causatus est, factusque perpetuus, quia plagæ ipsæ supponuntur desperabiles, vt iam dictum est, quod magis patet ex sequentibus.

Affectus iustorum recti, iuxta amorẽ rectum, qui in illis est.
August.
d Rom. 8. 23.
e 1. Cor. 15. 14.
f Gal. 6. 1.
g Psal. 25. 2.
h Matth. 26. 75.
i Iacob. 1. 2.

19 *(Facta est mihi quasi mendacium aquarum infidelium.)* Hæc est tertia causa & perpetuitatis doloris nostri, & ipsatum pariter præallatarum duarum eiusdem causarum perpetui doloris: & cur scilicet infelix homo renuerit plagas suas debitis curare remediis; & cur eædem illius plagæ desperabiles dictæ sint; Ob id enim renuit quæ bona sibi exhibita à Deo habebat medicamenta, quia suæmet magis credens peritiæ illa quæ ipsa sibi falsâ imaginatione deceptus excogitauit, efficaciora ad suarum plagarum curationem reputauit medicamina. Vnde nunc iure & de mendacio sibimet pollicitæ sanationis, & de infidelitate adhibitorum suorum quæritur remediorum; quippe quæ multiplicem plagam suam exacerbarunt multò magis, multóque magis reddiderunt desperabilem: simulque & perpetuum in immensum auxerunt dolorem, tametsi & doloris, & plagæ præ se ferrent curationem: instar nimirum aquarum earum infidelium, quæ cùm primo aspectu quietæ tutum transuadantibus, seu nauigantibus polliceri videantur, & facile, iucundumque iter, vt mendaces tamen, & infidæ multum eisdem in magnis periculis exhibent laboris, vnáque cum naufragio & inexpectatam sæpe inferunt mortem.

Plagas nostras nos ipsi facimus desperabiles, diĩ reiectis bonis earum medicamentis, mendacia eis adhibere volumus medicamina.

20 *(Facta est mihi,)* non à Deo scilicet, non à dæmone, non ab aliquo alio, & à memetipso plaga mea illa quadruplex, qua in naturalibus vnà cum primis meis parentibus vulneratus fui per peccatum, vulnere ignorantiæ in intellectu, &c. vt supra; & benè facta ea à me est quasi mendacium aquarum infidelium; quicquid enim adhibui, mendacium exhibuit, & instar aquarum infidelium ea omnia mecum se habuère. Explicemus clariùs. Quod medicamen mundani, prauique homines ignorantiæ intellectus plagæ adhibent? Sapientiam huius mundi: humanis se dedunt scientiis, in philosophiæ argutiis tempus, ingeniumque conterunt, scholasticæ quoque Theologiæ in sophisticis arguendi rationibus se exercentes, & in inanibus quæstionibus perscrutandis operam nauant. Quæ tamen plagæ ipsorum curatio pessimum est mendacium, dicente Sapiente quodam. [k] *Melior est homo qui minuitur sapientiâ, & deficiens sensu in timore Dei, quàm qui abundat sensu*, multiplicis nimirum scientiæ, *& transgreditur legem Altissimi.* Et Isaiâ Prophetâ, [l] *Fiduciam habuisti in malitia tua*, id est, in remedio, quod ex malitia, & prauitate tua tibi excogitasti, tuæ adhibuisti plagæ intellectus: Et dixisti, *Non est qui videat me: Sapientia tua, & scientia tua hæc*: adhibitum medicamentum istud tuum decepit te, facta plaga ipsa tua mendacium. Infideles aquæ sunt & scientia, [m] *quæ inflat*, [n] *Et sapientia carnis, quæ inimica est Deo, & legi Dei non est subiecta*, vt ait Apostolus, & inanis philosophia, de qua per eumdem Apostolum dicitur. [o] *Videte ne quis vos decipiat per philosophiam, & inanem fallaciam secundùm traditionem hominum secundùm elementa mundi, non secundùm Christum.* Mensurando nimirum veritatem secundùm rudimenta naturalis Philosophiæ, circa mundi productionem, & gubernationem, & secundùm falsissimam creaturarum veritatem, non secundùm Christi fidem, quâ illorum rudimentorum multa arguuntur mendacia. [p] *Non tenentes caput, ex quo totum corpus per nexus, & coniunctiones subministratum, Et constructum crescit in augmentum Dei.*

Sapientiam mundi infidele medicamẽtum mendaciter adhibẽtes plagæ intellectus ignorantiæ magis illam reddũt desperabilem.
k Eccl. 19. 21.
l Isai. 47. 10.
m 1. Cor. 13. 4.
n Rom. 8. 7.
o Col. 2. 8.
p Col. 2. 19.

21 *Scientia humana etiam de diuinis mendaciũ est instar aquarum infideliũ.*

Quid sacrâ Theologiâ sanctius? & hanc nihilominus, vt pro medicamine infelices ij adhibent ignorantiæ intellectus sui plagæ, aquas dicere non ambigo infideles, seu *quæ non habent fidem:* (vt legunt Sept.) memor eorum quæ de illa asserit Paulus, dicens & ad Titum. [a] *Stultas quæstiones & genealogias, & contentiones, & pugnas legis deuita, sunt enim inutiles, & vanæ.* Et ad Timotheum. [b] *Si quis non acquiescit sanis sermonibus Domini nostri Iesu Christi, & ei quæ secundum pietatem est doctrinæ; superbus est, nihil sciens, sed languens circa quæstiones, & pugnas verborum, ex quibus oriuntur inuidiæ, contentiones, blasphemiæ, suspiciones malæ, conflictationes hominum mente corruptorum, & qui veritate priuati sunt, existimantes quæstum esse pietatem.* An non & aquæ infideles dicantur artes illæ vniuersæ, & machinamenta, ac calliditatis, & astutiæ studia, quæ in vulnerati eiusdem intellectus practici medicamentum à prædictis adhibentur? cùm legamus scriptum, [c] *Prudentiam prudentum reprobabo.* Et, [d] *Prudentia carnis mors est.* Ideoque optimum id sit sapientis consilium, [e] *Prudentiæ tuæ pone modum,* quod tantumdem est ac si diceretur: Desiste ab istius medicaminis vsu, cùm hæc prudentia, sicut sine debito est modo, ita & ad plagæ tuæ curationem mendax remedium sit, & infidele. Exasperatur quippe maximè & plaga ipsa intellectus, & perpetuus magis per hæc augetur dolor, quem sedare, & curare pollicentur; vt experimento se probasse idem testatur Salomon in libro Ecclesiastes dicens. [f] *Dedi cor meum vt scirem prudentiam, atque doctrinam, errores que & stultitiam: & agnoui quod in his quoque esset labor, & afflictio spiritus: eò quòd in multa sapientia multa sit indignatio: & qui addit scientiam, addit & laborem,* seu, vt alia habet litera, *Addit & dolorem.*

a Tit. 3. 9.
b 1. Tim. 6. 3
Astutiæ, & calliditatis machinamẽta sunt mendaciũ instar aquarum infidelium.
c 1. Cor. 1. 19.
d Rom. 8. 6.
e Prou. 23. 4.
f Eccl. 1. 17.

22 *Plaga voluntatis Malitia quàm inaniter pro medicamẽto adhibeamus iustitiam humanam, & secundùm leges mundi.* *Iustitia humana quanã sit, & quàm aptè dicta mendacium aquarum infidelium.*

Plagæ voluntatis, quam à primis parentibus deriuatam accepimus in malitiæ, vt dictum est vulnere, peius iidem mundani prauique homines adhibent medicamentum, non minus quàm primum præallatum quoad plagatum curationem & mendax, & infidele: Illud verò est iustitia, quæ est secundùm leges mundi, quæque non Dei, sed ipsorum est: quam nimirum non ex Dei gratia, sed ex propriis naturæ viribus probitatem profitentur: cuius denique non Christus, non charitas; at vel timor, vel vana gloria, vel honor mundi, vel amor denique proprius, propriúmque commodum, quod interesse vulgo appellant, finis, scopus, ac regula est, Et quæ propterea tota in externis est: Iustitia sanè Pharisæorum, iustitia Iudaizantium, iustitia philosophorum tumentium, iustitia equestris, quam Italice dicimus, *bontà cauallerefca.* Quæ tamen omnes meritò quoad curationis malitiæ, quæ fit per veram iustificationem, & mendacium sunt, & aquæ infideles, ac non habentes fidem, dicente Domino, [g] *Nisi abundauerit iustitia vestra plus quàm Scribarum, & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cælorum, id est, nequaquam à plaga curabimini malitiæ, nequaquam iustificabimini.* Audi Apostolum infidelitatem, ac mendacium istius medicaminis exponentem, [h] *Suam quærentes statuere, iustitiæ Dei non sunt subiecti;* falsò, ac infideli vtuntur ad malitiæ suæ plagam medicamento, bonum, verumque renuentes, quod est iustitia Dei, id est, secundùm Deum: [i] *Finis enim legis,* eius nimirum scopus, *Christus, ad iustitiam omni credenti,* id est, ea est instar aquarum fidelium verax iustitia, quâ ad Christum per illius fidem etiam diuinæ legis obseruatio

g Matth. 5. 20.
h Rom. 10. 3.
i Rom. 10. 4.

A dirigitur, è cuius gratia est. Quid in philosophorum præceptis, atque in humanæ probitatis documentis præstantius quàm quod pro pietate contemnantur opes, vel magna cum liberalitate in Reipublicæ, aut pauperum commodum distribuantur, & si res tulerit, vita quoque, vel corporis cruciatibus pro patria, & pro religione exponatur? Nihilominus & ista mendacium patrant, & aquæ sunt infideles, Paulo teste, qui ait, [k] *Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas: & si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem* B *autem non habuero nihil mihi prodest.*

k 1. Cor. 13. 3.

23 *Lex ipsa Dei seruata secũdum humanã duntaxat iustitiam mendacium est aquarum infideliũ quoad veram iustificationem.*

De legum mundi præceptis quid dicam? Si & ipsa legis Dei mandata, & ea quæ cùm legis naturæ sint, numquam fuerant abroganda, si secundùm propriam nostram, non secundùm Dei obseruentur iustitiam mendacium quoad sanationem malitiæ operantur, suntque instar aquarum infidelium, imò vt detrimentum inferentia, atque vt fœdissima censenda ea esse docet idem Apostolus, vbi de semet ait, [l] *Propter Christum omnia detrimentum feci, & arbitror vt* C *stercora, vt Christum lucrifaciam; & inueniar in illo, non habens meam iustitiam, quæ ex lege est: sed illam quæ ex fide est Christi Iesu: quæ ex Deo est iustitia in fide.* Super quæ peregregiè Augustinus Serm. 15. de Verbis Apostoli Tom. 10. *Audiamus,* inquit, *Apostolum quid dicat, Quæ mihi lucra fuerunt, hæc propter Christum damna esse duxi: Damna sua dicit, & inter damna sua computat: quòd in iustitia quæ est in lege fuerit sine querela,* [m] *Verumtamen, ait, & arbitror omnia damna esse propter eminentem scientiam Christi Iesu Domini nostri. Attendo, inquit, laudes meas, comparo eminentiæ Domini Iesu Christi, Illud sitio, hoc contemno. Pa*D*rum est hoc. Propter quem arbitror, inquit, omnia non solùm detrimenta esse: verùm & stercora existimaui, vt Christum lucrifacerem.* Et post aliqua, dicit idemmet Augustinus. *Lege Dei propositâ quisquis tumuerit, & suis viribus eam implere se posse putauerit, & fecerit quod lex iubet, non amando iustitiam, sed timendo pœnam, fuit quidem secundùm Iustitiam quæ ex lege est homo sine querela, non furatur, non adulterat, non dicit falsum testimonium, non facit homicidium, non concupiscit rem proximi sui: Potest, hoc potest fortassis? Vnde? Timore pœnæ: Quamquam qui timore pœnæ non concupiscit, puto quia concupiscit. Terrore ingenti armorum atque telorum,* E *& circumdantis forsitan multitudinis, vel obuiam euntis, etiam Leo reuocatur à præda: Et tamen Leo venit, Leo redit, prædam non rapuit, non malitiam posuit.* Idémque ibidem post nonnulla. *Saulus non videbat Christum in terra iacentem atque clamantem.* [n] *Quid me persequeris? ergo ille iacebat, quia humilitatem piam præferebat: ille offendebat, quia non videbat. Et totum hoc non videre vnde erat? De tumore superbiæ. Quid est de tumore superbiæ? Quasi de iustitia sua. Ex lege quidem, sed sua. Quid est ex lege? Quia in mandatis legis. Quid* F *est sua? Tamquam de viribus suis. Amor deerat, amor iustitiæ, amor charitatis Christi. Solus possidebat timor.* Et post aliqua. *Vnde iste correctus? inquit, non habens meam iustitiam: Illi volunt suam constituere, adhuc eos delectat in stercore iacere: Ego non habeo meam iustitiam, sed eam quæ est per fidem Christi, iustitiam ex Deo, iustitiam inquam, ex Deo, quæ iustificat impium. Tolle te, tolle, inquam te à te, impedis te; si tu te ædificas, ruinam ædificas.* [o] *Nisi Dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerint qui ædificant eam. Noli ergo habere iustitiam tuam.*

l Philip. 3. 8.
August.
m Phil. 3. 8.
n Act. 9. 4.
o Ps. 126. 1.

Ex

Ex quibus omnibus Auguſtini verbis, quod intendebamus optimè explicatum eſt, quam bene & de malitia voluntatis plaga dictum ſit, (*Facta eſt quaſi mendacium aquarum infidelium*) propter id quod perniciosè illi adhibitum eſt medicamen iuſtitiæ humanæ.

24 *Fortitudo humana audax, quàm inaniter adhibita pro medicamine plagæ iraſcibilis noſtræ.*

Non minus autem idipſum dicitur aptè, & quoad remedium tertiæ adhibitum plagæ inferioris partis, quæ iraſcibilis dicitur, plagæ inquā infirmitatis. Enimuerò ad eius plagæ curationem qui de mundo ſunt ſuperbam, audacémque fortitudinem vſurpant humanam in propriis cuiuſque viribus nixam dicētes quod in libro Sapientiæ legimus: [a] *Sit fortitudo noſtra lex iuſtitiæ: quod enim infirmum eſt, inutile inuenitur.* Quodque apud Amos Prophetam reperimus, [b] *Numquid non in fortitudine noſtra aſſumpſimus nobis cornua?* idque nedum in alios homines, ſed & in Deum ipſum, iuxta illud Iob, [c] *Tetendit aduerſus Deum manum ſuam, & contra omnipotentem roboratus eſt. Cucurrit aduerſus Deum erecto collo, & pingui ceruice armatus eſt.* Sed adhibito mendaci hoc medicamento, & ipſa infirmitatis plaga in iraſcibili mendacium facta: magis reddita eſſe comperitur deſperabilis, auctuſque eorumdem mundanorū dolor perpetuus; & idem fortitudinis prædictæ medicamentum cum ſuis actibus vniuerſis infidelium aquarum contraxit ſimilitudinem: cùm alioquin efficaciſſimum ad eamdem plagam remediū ipſa eſſet fortitudo, vt à Deo habita, vtque ipſiuſmet Dei dono hominibus impertita probis, quibus re verà curæ eſt plagæ ſuæ ſanatio, dicentibus. [d] *Fortitudinem meam ad te cuſtodiam, quia Deus ſuſceptor meus es*, &, [e] *In te inimicos noſtros ventilabimus cornu.* Et, [f] *In Deo meo tranſgrediar murum.* Vis videre mendacia, & infidelitatem humanæ fortitudinis medicaminis peſſimi? De aſſumptis per ſuperbiam cornibus, ſibique falsò ſub ea cornuum metaphora magnis adſcriptis viribus, ait Dominus, [g] *Omnia cornua peccatorum confringam:* Eamdémque infidelitatem ſuam patefacere cornua ferrea, quæ ſibi pſeudopropheta fecit Sedecias filius Canaana falsò ad impium quoque Achab Regem Iſrael dicens: [h] *Hæc dicit Dominus: His ventilabis Syriam, donec deleas eam:* quando in contrarium & Regi res ceſſit, qui ab hoſtibus interfectus fuit in prælio, & eidem Sedeciæ, qui iuxta Micheæ Prophetæ vaticinium ſummo cum tremore fugiens de cubiculo in cubiculum ingredi obnixus eſt, vt ſe ſe abderet.

Fortitudo humana mendacium aquarum infideliū quoad curationem plagæ infirmitatis noſtræ.

a Sap. 2. 11.
b Amos. 6. 14.
c Iob. 15. 25.
d Pſal. 58. 10.
e Pſal. 43. 6.
f Pſal. 17. 30.
g Pſal. 74. 14.
h 3. Reg. 22. 11.

25 *Vindicandi contra inimicos ſtudium, quàm rectè mendacium dictum ſit aquarum infidelium.*

An non mendacium, & inſtar infideliū aquarum illorum grandia, & ardua quæque pollicens fortitudo, de qua apud Iſaiam ſcriptum eſt: [i] *Et erit fortitudo veſtra vt fauilla*, ſeu, ſicut legit Symmachus, *vt purgamentum, & reiectamentum ſtuppæ, & opus veſtrum*, per audacem fortitudinem ipſam veſtram peractum, *quaſi ſcintilla, & ſuccendetur vtrumque ſimul, & non erit qui extinguat.* Quod iis potiſſimùm verificatur in actibus, quos ex propria fortitudine in vulneratæ ſuæ iraſcibilis remedium peragunt inimicitias exercentes, illataſque ſibi iniurias forti, vt cenſent, animo vindicare ſatagentes. Per iſtiuſmodi vlciſcendi ſtudij actus tamquam per ignis fauillam magna ſuccenditur flamma, quā tamen ipſe magis conſumitur vltor, vniuerſaque vana illa eius fortitudo; iuxta illud Pſal. 117. vbi de vlciſcentibus aduerſùm eum inimicis ſuis ait Dauid, [k] *Circumdederūt me ſicut apes*, quæ nimirum vnà cum immiſſo vindictæ aculeo ſibimet propriam abripiant vitam: *Et ſicut ignis in ſpinis*, cuius & fragor, & flamma in ipſarummet ſpinarum redundāt conſumptionem. Mendaces filij hominum ſedationem ſibi pollicentur concepti doloris ex acceptis ab inimico iniuriis per applicationem humanæ fortitudinis, eiuſque actuum ad plagam ſuam: verumtamen ſicut mendaces & aliis, & ſibimet illi ſunt, ita & ſedatio ipſa doloris, & ipſorum plagæ curatio facta iure optimo dicitur, quaſi mendacium aquarum infidelium: Aquæ enim infideles ſunt prædictæ fortitudinis vindicatiuæ opera vniuerſa, in contrarium & plagam magis exaſperantia, & miſerias, doloreſque mirum in modum augentia. Quod idem Dauid more ſuo imprecationis phraſi exponit, dicens: [l] *Si reddidi retribuentibus mihi mala*: Si humanam hoſtibus meis exhibere volens fortitudinem, vltionis in eos exercui actus: *decidam meritò ab inimicis meis inanis*: manifeſtè mihi conſtabit, quàm actus illi inſtar aquarum infidelium mihi erunt; quandoquidem prout metuero inanis redditus promiſſæ efficaciæ adhibiti medicaminis, excidam cauſa ab inimicis ipſis meis, aucta iraſcibilis meæ plaga, magis dolori quoque meo factis acceſſionibus. *Perſequetur* enim Diabolus *inimicus animam meam*, me nedum, ſcil. quoad corpus, ſed & quoad animam: *Comprahendet, & conculcabit in terra vitam meam.* aget ſe mecum inſtar Leonis cum fera alia quam ſuperatam rapit, conculcatque in terram, *& gloriam meam in puluerem deducet:* vniuerſam nimirum gloriam illam, quam ex fortitudine mea collecturum me ſperabam in nihilum redigens, & in extremum vilitatis.

i Iſai. 1. 31.
k Pſal. 117. 12.
l Pſal. 7. 5.

26 *Plaga concupiſcibilis quæ eſt concupiſcentia quàm inaniter mederi ſtudeant plerique voluptatibus, & bonis temporalibus.*

Denique ſi de prædictis tribus plagis vulnerati in naturalibus hominis adeo verè, vt explicatum eſt, dicitur, (*Facta eſt plaga mea quaſi mendacium aquarum infidelium*) multò certè aptiùs hoc ipsū de vltima aſſeritur plaga, quæ partis eſt concupiſcibilis, & plaga nūcupatur concupiſcentiæ; quando nimirū mundani ad illius curationem, atque ad doloris perpetui remediū mundo ipſo vtuntur, eiuſq; illecebris, & voluptatibus, ac bonis, quæ in illo magni fiunt tēporalibus, diuitiis, honoribus, gloria, & ſimilibus, mortificationem renuēs, quæ optimū eius plagæ eſſet medicamentum. Ecquid namque magis mendax quàm mundus, de quo legimus, [m] *Mundus totus in maligno poſitus eſt*, quia qui malignus eſt per Antonomaſiam Diabolus illius princeps mendax eſt, & mēdacij pater. Aquas infideles quis eſſe abnuat quicquid illius eſt? pollicentur concupiſcentiæ curationē? Audi quā infideles, [n] *Qui biberit ex hac aqua ſitiet iterum*: ait in Euangelio Dominus: & ſupra apud noſtrū Prophetam, [o] *Foderunt ſibi ciſternas, ciſternas diſſipatas, quæ continere non valent aquas*, quo loco plura in hanc materiā ſcripta à nobis videri poſſunt. Aquas infideles eas hîc ſignificari diximus, quæ pacatæ videntur, quietumque ac tutū pollicentur tranſitū. En quam infideles aquas carnis, mundique dicas voluptates, quibus doloris expertem te putas miſeram iſtam tranſacturum vitam, [p] *Riſus dolore miſcebitur*, ait Salomon, *& extrema gaudij luctus occupat.* Idéque in lib. Eccl. [q] *Riſum reputaui errorē, & gaudio dixi, quid fruſtra deciperis?* Infideles aquæ libidinis voluptates: [r] *Fauus enim diſtillās labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius; nouiſſima autē illius amara quaſi Abſynthium, & acuta quaſi gladius biceps. Pedes eius deſcēdūt in mortē.* Infideles aquæ ſūt & voluptates gulæ. [ſ] *Ne intuearis vinū quādo flaueſcit, cùm ſplēduerit in vitro color eius: ingreditur blādè, ſed in nouiſſimo mordebit vt Coluber, & ſicut Regulus venena diffundet: & eris ſicut dormiēs* in

Voluptates ſæculi, & carnis ſunt mēdaciū aquarum infideliū.

m 1. Ioan. 5. 19.
n Ioan. 4. 13.
o Iere. 2. 13.
p Prou. 14. 13.
q Eccl. 2. 2.
r Prou. 5. 3.
ſ Prou. 23. 31.

in medio mari, & quasi sopitus gubernator amisso clauo. Cùm è vestigio alibi scriptum sit.[a] *Vigilia*, quâ impeditur à somno vtili, *cholera* multorum morborum causa, *& tortura*, scilic. intestinis *viro infrunito*, id est, insatiabili.[b] *Et propter crapulam multi obierunt.* De diuitiis quidem celebre est illud Sapientis dictum.[c] *Pecuniæ obediunt omnia.* Et nihilominus ad sedandum perpetuum hominis dolorem, eiusdemque plagam curandam concupiscentiæ mendax remedium & ipsæ sunt, & aquæ infideles: vnde per eumdem dicitur:[d] *Auarus non implebitur pecuniâ, & qui amat diuitias fructum non capiet ex eis.* Vtinam autem hoc solum illis inesset infidelitatis, quòd copiosos quos pollicentur vtiles, iucundosque non proferent fructus: nam in contrarium potiùs pessimos germinant fructus dolorum, ærumnarum, scelerum, atque etiam mortis, spinas nimirum, vt ait in Euangelio[e] Dominus, cor possidentium iugi pungentes sollicitudine. Lege vltimum caput epistolæ primæ ad Timotheum, infidelitatéque earum instar aquarum infidelium optimè intelliges, dicente ibi Apostolo.[f] *Qui volunt diuites fieri incidunt in tentationem, & in laqueum Diaboli, & desideria multa inutilia, & nociua, quæ mergunt in interitum, & damnationem. Radix enim omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes errauerunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis.* Norunt qui sublimiū graduum, mundanique honoris, & gloriæ sunt ambitiosi, cùm ad quid eorū ipsos peruenire contigerit, quàm verè & quicquid tale in remedium adhibitum sit plagæ concupiscentiæ, & iugis doloris, mendax pariter dicendū, & sensu iam exposito instar aquarū esse infidelium; cùm rectè obseruatum ab aliquibus sit, honores sic appellatos ab oneribus, quæ secum habent adnexa. Et de iis qui impiè hoc vti satagunt cócupiscentiæ, & doloris sui medicamine, dicitur,[g] *Inimici Domini mox vt honorificati fuerint, & exaltati, deficientes quemadmodum fumus deficient:* nouimus autem, fumū certissimum esse signum intus existentis ignis, quo nimirum infælices illi honoribus assecutis, maiori sublimiorum intrinsecus ardent concupiscentiâ, cruciatibusque aduruntur onerum, & molestiarum, quibus vbertim honorati abundant gradus quique mundani.

a Eccl. 31. 23
b Eccl. 37. 34.
c Eccl. 10. 19.
Diuitiæ sunt mendacium aquarum infidelium.
d Eccl. 5. 9.
e Luc. 8. 14.
f 1. Tim. 6. 9.
Honores, & gloria mundi sunt mendacium aquarū infidelium.
g Ps. 36. 20.

27 *Plagarū vitiorū curatio quam adhibent mūdani est irrita, & mendacium aquarum infidelium, quia nō tollit mali radicem.*

Iuxta sensum illum quem vltimo loco in litera attulimus. *(Facta est quasi mendacium aquarum infidelium,)* ait Propheta ex persona mundanorum fidelium, designans omnem curationem, quam multiplici plagæ, dolorique suo adhibuère, irritam extitisse; tametsi quoad extrinsecam apparentiam, & quoad primam ipsorum imaginationem ad modicum visa sit curata; Euenisse enim illis quod corporeo euenit nonnunquam vlceri, cuius sanatio omnis mendax, & mendacium est aquarum, & humorum infidelium, quibus nec credere, nec fidere quisquam potest, quamdiu illorum fonti præsentaneum non adhibeatur remedium, locusque non relinquatur, Cuius corruptus aër nouâ semper eorum generat copiam. Humor aquosus, seu potiùs fœdissima, & fœtidissima sanies, quâ & omnis quorumcumque vitiorum plaga, & iugis conseruatur dolor, ita vt curatio quælibet, seu ipsamet plaga alio medicamento curata, quàm humore ipso sublato, & exsiccato, vt iam sua non defluat malitia, mendaciū est aquarum infidelium, est amor proprius, malorum vitiorumque omnium fons: locus contagiosi aëris istius humoris productiui, & conseruatiui est mundus iste, & sæculum. Quòd ex amore proprio, veluti ex fonte nouas semper suggerente aquas, omnis sit vitiorum plaga, ex eo facilè est probare, quòd Apostolus illum primo, tum reliqua enumerat, veluti ab eo deriuata vitia. Sic quippe ait,[h] *Erunt homines se ipsos amantes,* (Nota,) tum subdit, *Cupidi, elati, superbi, blasphemi, parētibus non obedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate, proditores, proterui, tumidi, & voluptatum amatores magis quàm Dei: habentes speciem quidem pietatis, virtutem autem eius abnegantes.*

Amor proprius est fons, & origo omnium vitiorū omnisque doloris.

h 2. Tim. 3. 2.

28 *Mundus iste est maligni climatis procreās, & conseruans exitiosum nobis humorem, & saniē amoris proprij.*

Quòd verò mundus sit maligni climatis locus, aptissimusq; ad pessimi humoris prædicti & procreationem, & augmentum, testatur Ioannes dicens,[i] *Mundus totus in maligno positus est.* Quod Hieronymus ad initium Epitaphij Paulæ Epistola 27. dictum inquit, quia idem mundus Cedar, quod tenebras sonat, & diceretur, & esset, vtpote tenebrosus, & qui salubres iustitiæ solis radios, lumenque vitalis non admitteret gratiæ, Et[k] *Sicut tenebræ illius, ita & lumen eius.*[l] *Luxque in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt.* Vnde querulæ voces illæ,[m] *Hei mihi, quia incolatus meus prolongatus est; habitaui cum habitantibus Cedar. Totum sæculum in malo*, legit Saluianus lib. de Prouidentia. Ne quis mundi nomine cælum, & terram, & quibus mundus ipse constat creaturis bonis à Deo creatis, significata censeret. Sæculi namque vocabulo vulgò id dicimus, in quo terrenorum, prauorumque hominū est collectio, seu potiùs eam collectionem. Sic Augustinus tract. 2. in Euangelium Ioannis ait: *Qui amant mundum dicti sunt mundus. Amando enim habitamus corde. Amando autem hoc appellari meruerunt, quòd ille vbi habitabant, quomodo dicimus, mala est illa domus, seu bona est illa domus. Non in illa, quam dicimus malam, parietes accusamus: aut in illa, quam dicimus bonam, parietes laudamus: sed malam domum inhabitantes malos: & bonam domum, inhabitantes bonos.* Quod autem mundus, & sæculū vnum idemque sit in proposito nostro ex epistola Iacobi manifestè colligitur, in qua legimus,[n] *An nescitis, quia amicitia huius mundi inimica est Dei?* moxque subiicitur: *Quicumque ergo voluerit amicus esse sæculi huius, inimicus Dei esse constituitur.*

i 1. Ioan. 5. 19.
Hieronym.
Mundus & sæculum istud quàm malū, iisque nominibus significati amatores mundi.
k Psal. 138.
l Ioan. 1. 5.
m Psal. 119. 15.
Saluianus.
August.
n Iacob. 4. 4.

29 *Sæculum ob sui tenebras est contagiosum.*

Et quòd sæculum quoque ob sui tenebras contagiosum significatum sit, oppositio eius ad lucē, quam ex Domini ore prolatā habemus in Euangelio testatur.[o] *Filij huius sæculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt.* Præclarè autem in sua prima Catholica Ioannes id asserit quod dicebamus fieri nō posse, vt præexposito modo mundum habitantes multiplicem suam curare queant plagam, ni ipsum relinquant mundum; quidque hoc sit relinquere mundum, & quā ratione ex mundi contagione pessimus sit amoris proprij humor: Ait enim,[p] *Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt.* (En derelictionis modum.) *Si quis diligit mundum* persistens (vt dicebamus) in illo commorari: *non est charitas patris in eo:* eiecta nimirum per amorem cuiusque propriū, qui vitali contrarius est amori charitatis, illumque expellit, vt putridus in vlcere humor vitalē corporis expellit sanitatem; Si nosse aues quid sit humor iste, & amor proprius; & quod ex contagione mundi is fit: Audi: *Quoniam omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ, quæ non est ex Patre, sed ex mundo est.* Quo loco relatiuum, *quæ* non ad superbiam solam refertur, sed ad concupiscentiam generalem, se extendentem ad prædicta tria:

o Luc. 16. 8.
p 1. Io. 2. 15.

tria: & est ipse amor proprius; quam mox concupiscentiam mundi à causa appellat subiiciens, *Et mundus transit & concupiscentia eius.*

30 *Contritionis dolor est supernaturalis.*

(*Quare factus est dolor meus perpetuus*,&c.) Diximus abundè hucusque de causa doloris perpetui, qui haud sanctus sit, sed vel naturalis dici queat eo sensu, quo Apostolus [a] homines natos dicit filios iræ; quatenus à plaga est, quâ primus homo asseritur vulneratus in naturalibus: vel etiam prauus, qui ex plaga est iniquitatis, & peccati, naturaliter (vt ita dicam) id est, ex ipsa peccati profluens natura, quam insignibus metaphoris tetigisse visus est Eliphaz Themanites in libro Iob, vbi ait, [b] *Operantes iniquitatem & seminare dolores, & metere eos.* Reliquum est, vt iam hæc ipsa magis forsitan congruè morali item sensu vt de bono, sanctóque dolore habita exponamus, de pœnitentis inquam dolore, quem contritionem appellant Theologi, iuréque optimo dolorem dicemus supernaturalem, vt supernaturalis est gratiæ. Supponit itaque primò id Propheta, quod vniuersis faciendum est hominibus, qui vulnere grauis alicuius confossi sunt peccati; perpetuo nimirum propter id peccati eos angi debere dolore, Si non actuali, saltem virtuali, offensi Dei reminiscentia dolorem illum semper renouante, tametsi ab initio sufficiens, efficaxque is debitis comitatus circunstantiis fuerit ad culpam ipsam tollendam peccati, pœnæque illius æternitatem: sic sanctus Dauid [c] *Miserum se factum*, ait, *& curuatum vsque in finem*, scil. vitæ, perpetuo nempe dolore, quo *totâ* die subdit *contristatus ingrediebar.* Sic Apostolorum Principem per totum vitæ suæ spatium profusis lachrymis admissum à se negationis Christi deplorasse in eius legimus actis: Quod & illius discipulus Marcus indicasse visus est in suo Euãgelio, quando id referens quod Matthæus, ac Lucas. [d] *Fleuisse eum amarè* scripserunt, ipse sic explicat, [e] *Et cœpit flere*: iuxta illud Ecclesiastici. [f] *Cum consummauerit homo, tunc incipiet.* Quod & in iis obseruare est Lucæ verbis, quibus Mariæ Magdalenæ insignem describens pœnitentiæ, contritionisque dolorem, [g] *Et lachrymis*, ait *capit rigare pedes Iesu.* Idque fortasse de semet significare voluit in præcitata sententia. [h] *Totâ die contristatus ingrediebar*, Dauid, quasi qui quotidie pœnitentiam denuò ingrederetur, qui præcedentibus nouas semper contritionis addebat lachrymas. Hoc supposito de istius doloris perpetuitate, rationem vt à nobismetipsis & causam dictæ perpetuitatis suggerit, vt vnusquisque nostrûm dicat. (*Quare factus est dolor meus perpetuus?*) simúlque tres affert causas, propter quas [i] *tristitia, quæ secundùm Deum fit, & salutem*, vt ait Apostolus, *operatur*, perpetuò doleamus. Primam, quia *Plaga desperabilis*: secundam, quia *Renuit curari*: & tertiam, quia *facta est quasi mendacium aquarum infidelium.*

Contritionis dolor quomodo dicatur debere esse perpetuus.

Contritionis dolore perpetuo pro admissis peccatis dolent veri pœnitentes ob tres causas.

[a] Ephes. 2. 3. [b] Iob. 4. 8. [c] Psal. 37. 7. [d] Matth. 26. 75. Luc. 22. 62. [e] Mar. 14. 72. [f] Eccl. 18. 6. [g] Luc. 7. 38. [h] 2. Cor. 7. 10. [i] 2. Cor. 7. 10.

31 *Plaga animæ est peccatum.* Origenes.

(*Plaga mea desperabilis.*) Quæ est ista plaga? Peccatum, quo vulneramur ignito Diaboli telo, eaque multiplex, *Anima quoties peccat*, inquit, Origenes Homil. 8. in lib. Num. *toties vulneratur: & ne dubites, peccatis eam velut telis, & gladiis vulnerari. Audi Apostolum monentem*, [k] *vt sumamus scutum fidei, in quo possimus omnia tela nequissimi ignea extinguere. Patitur autem & anima non solùm vulnera iaculorum; sed & fracturas pedum, cùm laquei parantur pedibus eius: & supplantantur gressus eius. O si possemus per vnumquodque peccatum videre, quomodo homo noster interior assiduè vulneratur. Vulneratur per linguam anima: vulneratur & per cogitationes, & concupiscentias malas: Frangitur autem & conteritur per opera peccati.* Hæc ad rem nostram Origenes. Si ergo plaga nostra peccatum, & perpetuus, de quo nunc agimus dolor secundùm Deum, & salutem operans dicitur, iam certè plaga non desperabilis: Alterutrum ergo falsum sit dicamus oportet. Et quidem si quod clarè asseritur, (*Et plaga mea desperabilis*,) verùm asseramus, negandum id quod in primorum verborum. (*Quare factus est dolor meus perpetuus*) explicationem dicitur, de dolore intelligi operante salutem: Quod est consonum impio Nouati dogmati, contra quod fusè Cyprianus in libello ad Nouatianum pœnitentiam lapsis negantem. Absit autem, vt tali peruersitati fauere ista quis opinetur. Quin potiùs dicamus hæc adiecta, vt per veritatem rectè perceptam istius propositionis, (*Plaga mea desperabilis*) exploratum fiat, & de dolore secundùm Deum in præhabita agi propositione, & doloris eiusdem potissimam assignari causam, & rationem veritatis eius quod dicebatur: (*Quare factus est dolor meus perpetuus?*)

Peccatũ vulnerat multipliciter.

[k] Ephe. 6. 16.

Contritionis dolore perpetuo dolens propter peccata sua, quomodo dicat plagam peccati sui desperabilem.

Cyprian.

32 *Contritionem nobis excitat consideratio quòd Deum offendimus peccato secũdùm natura vires plagâ desperabili.*

Significat ergo anima pœnitens, primam sui doloris causam esse quòd per peccatum eâ se vulnerari permisit plagâ, quæ quoad proprias suas naturæ vires desperabilis esset, cùm peccatum contra Deum, qui infinitus, immensusque est, infinita eiusdem Dei potentiâ ad plagæ suæ curationem necessariò egeat. Tantumdémque est, quod ait. (*Quare factus est dolor meus perpetuus, & plaga mea desperabilis?*) Ac si hoc secundo membro diceret, Idcirco sic perpetuus factus est dolor meus, quia meum peccatum fuit contra Deum, sine cuius ope mea quæ eodem peccato effecta est plaga, sanari nullatenus poterat. Vnde tanto & rationabiliùs dolere perpetuò debeo, quantò & me & non mœrente, suam mihi is efficacem elargitus est gratiam, quâ illa potuit sanari. Et quòd sensu isto hæc interpretanda sit propositio, (*Et plaga mea desperabilis.*) Ex simili alia probari potest, quâ in libro Ecclesiastici dicitur: [l] *Quasi romphæa bis acuta*, cuius scil. vulnus vitari nequit, *Omnis iniquitas, plaga illius non est sanitas*, vtpote scil. desperabilis: cuius tamen explicatio ex eo fit manifesta, quod mox in principio eiusdem capitis dictum fuerat: [m] *Fili peccasti, ne adiicias, & de pristinis deprecare, vt tibi dimittantur.* Deum scil. deprecare, cuius gratiâ sanentur pristinorum illorum peccatorum plagæ alioquin insanabiles, & desperabiles.

[l] Eccl. 21. 4 [m] Eccl. 21. 1.

33. *Contritionem perpetuò nobis excitat consideratio pristina nostra socordia & ingratitudinis resistentiæ diuinæ gratiæ.*

(*Renuit curari.*) Plaga quidem vt sic voluntarium non habet, quod tamen renuendi significat verbum: appositum autem id est, vt intelligeremus, ipsum renuere esse ab hominis plagati voluntate. Quodque his intendit anima pœnitens est, secundam assignare rationem perpetuitatis doloris sui secundùm Deum, quod propriam iugiter ob oculos habet ingratitudinem erga offensum à se Deum, qui etiam post peccatorum admissionem suâ ei non defuit gratiâ, quâ citò ipsa quiuisset eamdem peccatorum suorum plagam curare; turpémque & diutinam in acceptione, vsque diuinæ eius gratiæ expulsionem, atque socordiam, maiori quodammodo illum propterea afficiens iniuriâ, quòd fuimet culpâ eius plaga renuerit curari.

34 *Contritionem perpetuò nobis excitat frequens quæ in nobis existit recidiuatio in peccata post pœnitentiam.*

(*Facta est quasi mendacium aquarum infidelium.*) Ista est tertia ratio, quare animæ pœnitenti contritionis dolor & quoad intensionem factus est auctior, & quoad extensionem, ac durationem

factus dicitur perpetuus. Recidiuum nimirum A frequens in peccatorum, & sæpe etiam eorumdem plagam post illius curationem siue per Baptismum, siue per Pœnitentiam: ita vt curatio ipsa haud perdurans mendacij arguere impiissimè visa sit aquas & Baptismi, & lachrymarum, quasi infideles eæ extiterint in hac præstanda sanatione. Cùm tamen reuerà aquæ ambæ, quantùm ex ipsis est, fidelissimæ sint: adeóque ex fidelitate potissimùm celebratas eas reperimus apud Isaiã, vbi de iusto ad cælestem patriam anhelante dicitur,[a] *Aqua eius fideles sunt.* Vel magis ad literam sumendo infidelium vocabulum positum pro deficientium, sicut ibi apud Isaiam vox fidelium pro indeficientium, literalémque cum sequendo sensum, qui huic sententiæ affertur vt communior; vt sermo sit de aquis iis quæ cùm vberrimè hyeme fluant, in æstibus tamen æstiui temporis deficiunt, quando maior earum est necessitas. Vt per hæc eadem anima significet, ob id quoque iugi illo se maximè conteri dolore, quòd post obtẽtam peccatorum suorum remissionem, postque plagæ eorum abstersionem, & curationem per aquas diuinæ gratiæ, recidiuans visa sit Deum, eiusque gratiam infidelitatis arguere, dans nimirum occasionem, vt imperfectiores censeant, id totum ex defectu contigisse Dei, cuius aquæ, & gratiæ in tempore defuerint tentationum. Cùm è contra legamus,[b] *Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet*, quantùm ex ipso est, *etiam cum tentatione prouentum.*

[a] Isai. 33. 16.

[b] 1. Cor. 10. 13.

35 Religiosi deploratio ob relaxationem suæ religionis.

Tertio morali & istâ pertractari tota hæc potest sententia. (*Quare factus est dolor meus perpetuus*, &c.) Vt voces, & soliloquium pij, & Zelantis Religiosi miserum religionis suæ deplorantis statum, in quem illam iugi dolore suo videt à pristina regulari delapsam obseruantia. Qui ad D factam interrogationem, Quare qui priùs quando religionem vigere conspexit in spiritu, feruentibus omnibus Domino in timore, & exultantibus ei in tremore, summo in gaudio, & quasi in deliciis erat Paradisi, iam tali se reperiat anxium dolore, vt factus ille sibi sit perpetuus: Triplici sibimet respondeat ratione. (*Quia plaga sua desperabilis*,) plagam suam dicens, quæ est matris suæ religionis; desperabilem verò, quia non videt vllam in relaxata illius vita spem sibi exhiberi emendationis: Nam & *renuit*, ait, *curari*, quo secunda tangitur ratio, perpetui doloris, quia E cùm ipse pro viribus, & bonis consiliis, & sanctis exemplis, & orationibus pro illa ad Deum fusis iugiter opem ei obnitatur ferre, qui tamen in ea regimen habent, & fratres, propter quorum inobseruantias id illa in se habet desperabilis plagæ, curari renuunt, & consilia quæque respuentes, & exempla bona abhorrentes, & orationi pro ipsis obicem ponentes. Ita vt si quando in capitulis generalibus, vel propter humanam aliquam rationem, seu aliquem (vt dicunt) respectum, de ipsius religionis apud eos agitur reformatione; F Tunc pariter tertiam ob rationem perpetuus sibi augeatur dolor, cùm eadem religionis suæ plagam factam videre sibi videatur quasi mendacium aquarum infidelium: tum quia illamet quæ scriptis consignant reformationis decreta, cùm executioni minimè mandentur, mendacium esse comperiuntur: & quasi mendacium aquarum infidelium, maiorum nimirum fratribus inferentia damnationem, quibus alioquin salus sperabatur: æquè ac infideles eæ quæ mortem inferunt aquæ, cùm quietum ac tutum polliceri viderentur transitum: tum quia tametsi aliquid remedij extrinsecus adhibitum plagæ videantur: mendacium nihilominus ea demum est curatio vniuersa, cùm fonti & origini inobseruantiarum, quæ infideles aquæ sunt, medicamen, & remedium neutiquam sit adhibitum, Vitio inquam proprietatis, quod aliàs ostendimus fontem omnium esse inobseruantiarum Religionis cuiusque.

Proprietatis vitium fons omnis inobseruantia Religionum.

VVLGATÆ.

B

Vers. 18.] Quare factus est dolor meus, &c.

SEPTVAGINTA.

18. ἵνα τί οἱ λυποῦντές με κατισχύουσί μου. ἡ πληγή μου στερεά. πόθεν ἰαθήσομαι. γινομένη ἐγενήθη ὡς ὕδωρ ψευδὲς οὐκ ἔχον πίστιν.

Vers. 18.] Vt quid qui contristant me, præualent aduersùm me? Plaga mea solida est: vnde sanabor? Dum sit facta C est mihi quasi aqua mendax, non habens fidem.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1

PARAPHRASIS Chaldaica. *Quare factus est dolor meus in perpetuum? & plaga mea fortis renuit curari? Ne sit verbum tuum mihi in mendacium, sicut fons aquarum cuius aqua deficiunt.*

Vers. 18. Origenes citatâ homil. 11. (*Quare qui contristant me, confortantur in me.*) *Multa passus est Ieremias ab his qui veritatem audire nolebant, & erant illo in hoc sæculo fortiores: quoniam regnum Dei non est de sæculo isto, sed de alia viuentium regione. Et Saluator ait,*[c] *Si esset de hoc mundo regnum meum, ministri mei laborarent, vt non traderer Iudæis.* (*Plaga mea firma est*) *Qui confortantur in me, vulnera inferunt mihi,* (*& plaga firma mea est*) *siue de cruce Domini predictũ, siue de iustis, siue specialiter de Ieremia volueris accipere, non abhorrebit à sensu.* (*Vnde sanabor?*) *Et Saluator noster potest hoc dicere, resurrectionem suam post clauorum annuncians vulnera: Et iustus qui post plagas recipit sanitatem.* (*Facta est mihi,* (*Subauditur plaga.*) *Sicut aqua mendax non habens fidem.*) *Siquidem plaga mea non manet, sed super me transit.*

Origenes. *Sancti multa patiuntur ab impiis fortioribus eis, quia eorum regnũ non est de hoc sæculo.*

[c] Ioan. 18.

Iusti sanitatẽ suarum sperant plagarum.

Hieronymus. (*Quare factus est dolor meus perpetuus,* (*Siue, quare qui contristant me confortantur?*) *Et plaga mea desperabilis renuit curari?*) *siue* (*plaga mea fortis, vnde curabor?*) *Facta est mihi quasi mendacium aquarum infidelium*) *siue* (*quasi aqua mendax non habens fidem.*) *Non habui interualla doloris mei, sed iugi miseriâ deprimebar, vt nulla expectarem remedia. Præualuerunt enim qui contristabant me: & facta est plaga mea fortis. Sed in hoc habui consolationem, quod fuerit quasi aqua mendax, atque præteriens. Sicut enim aquæ prætereuntes dum fluunt, videntur, & dilabuntur: sic & omnis impetus inimicorum te adiuuante præteriit. Vtinam,* (dicit idem Hieronymus) *Dominus præstet & nobis non sedere in concilio ludentium, & eorum qui futura non cogitant: nec aduersis cedere, sed semper Dei sententiam formidare, & dicere cum Propheta. Solus sedebam: quia amaritudine repletus sum. Gaudeat igitur in præsenti tempore* nequa

Hieronym. *In tribulationibus etiam longissimis consolantur se iusti quòd aliquando ea transitura sint.*

Mundi gaudia non curant iusti, quibus in hoc mundo studiũ est adhærere Deo in ærumnis.

nequaquam concilium sed arcanum secretumque ludentium: [a] *Mihi adhærere Deo bonum sit, ponere in Deo spem meam: Saturari opprobriis, & iudicis mei expectare sententiam: quæ, cùm finis aduenerit, opere monstrabit, omnem tristitiam, & amaritudinem instar aquarum fluentium pertransisse.*

a Psal. 72. 28.

2 Cyprianus epistolâ 73. ad Iulianum, de Baptizandis Hæreticis. Ita hunc locum affert, (*Vt quid qui contristant me præualent (Plaga mea solida est, vnde sanabor? Dum fit facta est mihi quasi aqua mendax non habens fidem.*) Quibus vtitur ad suum confirmandum errorem, Hæreticorum Baptismum non esse verum Baptismum. *Mentionem,* inquit, *Facit Spiritus Sanctus aquæ mendacis, & fidem non habentis. Quæ est hæc aqua mendax: & perfida? Vtique ea, quæ Baptismi imaginem mentitur, & gratiam fidei adumbratâ simulatione frustratur.*

Cyprianus. *Circa Baptismum error Cypriani.*

Contra quem, qui & Donatistarum errorem agit pluribus in locis Augustinus, tractatque hunc locum lib. 2. contra Epist. Parmeniani cap. 10. & lib. 3. contra epistolas Petiliani cap. 33. & lib. 3. de Baptismo contra Donatistas, & lib. de A vnitate Ecclesiæ cap. 10. In primisque loco supracitato lib. 2. contra literas Petiliani cap. 102. Vbi legens ferè vt Cyprianus, ait, *Plagam suam dixit Ieremias factam, sibi aquam mendacem, quæ non habet fidem, illos volens intelligere plagam suam, qui eum contristabant malè viuendo, & quia desperabat, eos posse corrigi, propterea dixit, (Vnde sanabor?) tamquam semper habiturus dolorem, quamdiu illi tales essent, inter quos viuere cogeretur. Populum autem aquæ nomine solere significari, ex iis patet Apoc.* [b] *Aquæ multæ populi multi.*

Contra errorem circa Baptismum hæreticorum. Augustin.

Sancti plagâ perpetuâ affliguntur ob peruersam iniquorum vitam.

Aquarum in fidelium metaphorâ significati impy in primisque hypocritæ.

B Ex quibus infert Augustinus contra Donatistas, malè eos abuti hoc loco contra aquas Baptismi Catholicorum. Cùm aquæ mendaces ij potiùs intelligantur, qui cùm essent adulteri, & scelerati, castos, & innocentes se esse fingebant.

b Apoc. 17. 15.

D. Thomas. *Miratur inflicti doloris aculeum, ponens dolorem, (Quare factus est.) q. d. Vnde est quòd post tantas preces, post tot merita tribulatio non recedit. Infra 30.* [c] *Insanabilis fractura tua, pessima plaga tua. Et adiungit consolationem, (facta est mihi) iuxta sensum* Hieronymi. *Vel hoc dicit propter dolum aduersariorum.*

D. Thomas.

c Ierem. 30. 12.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΙΝΑ τί οἱ λυποῦντές καταχύουσί μου;]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τίνος ἕνεκεν φησὶ συγχωρεῖς αὐτοῖς; τί τὸ πλέον; μὴ γὰρ ἡ ὠφέλεια γίνεται αὐτῶν; τί τὸ λοιπόν;

Ὠριγένους.] ἐπεβουλεύετο γὰρ ὑπὸ τῶν τῇ ἀληθείᾳ δυσαρεστουμένων τοῦ λόγου. καὶ ἦσαν αὐτοῦ ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ δυνατώτεροι. οὐ γάρ ἐστιν ἡ βασιλεία τοῦ δικαίου ἐκ τοῦ αἰῶνος τούτου, ὡς ἐπὶ τῶν μαρτύρων, ὁ μὲν δικαστὴς ἐκάθητο τρυφῶν ἐν τῷ δικαστηρίῳ, χριστιανὸς δὲ ἐν ᾧ χριστός ἐστι δικαζόμενος, πικρίας ἐνεπίμπλατο πρὸς τοῦ ἀδίκου καταικρινόμενος. εἰ δὲ καὶ πληγὴ στερεά, ἀλλὰ μετὰ ταύτην ἴασις γίνεται.

[ἡ πληγή μου στερεά.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τῆς ψυχῆς δηλονότι.

Θεοδωρήτου.] || μὴ γὰρ εἰς ὠφέλειαν αὐτῶν ἡ ἐμὴ πληγή; τίνος οὖν ἕνεκεν συγχωρεῖς αὐτοῖς;

|| ἄλ. ὀλυμπιοδώρου.

[Πόθεν ἰαθήσομαι;]

Ὀλυμπιοδώρου.] || ἀπὸ κοινοῦ τῆς ἀνθρωπότητος φέρει τὸν λόγον, οὐδαμόθεν δυναμένης ἰαθῆναι, εἰ μὴ ὑπὸ μόνου τοῦ σωτῆρος ἡμῶν.

|| ἄλ. θεοδωρήτου.

[Γινομένη ἐγενήθη μοι ὡς ὕδωρ ψευδὲς, οὐκ ἔχον πίστιν.]

Θεοδωρήτου.] οὐ γὰρ μένει ἡ πληγὴ, ἀλλὰ παρέρχεται. ψευδὲς γὰρ τὸ παραῤῥεῖν. καθαρὸν γὰρ οὐ φυλάττει τὴν φύσιν.

|| Τοῦ Χρυσοστόμου.] καθάπερ ὕδωρ παραῤῥεῖ, καὶ οὐχ ἕστηκεν, οὐδὲ μένει, οὕτω καὶ τὰ ἐμὰ ῥήματα νῦν ἐνταῦθα φαίνεται, νῦν ἐκεῖ, καὶ μεταπηδᾷ, καὶ οὐκ ἔχει πίστιν. ἢ εἰ μὴ τοῦτο. τὰ δεινὰ οὕτως ἐπάλληλα φησὶν, ἦν. ὥσπερ ὕδωρ ἐπαίρει, καὶ οὐ διέλιπεν.

Ὀλυμπιοδώρου.] ἡ τῶν ψευδοπροφητῶν ἀπάτη

C Vers. 18. VT *quid contristant me præualent aduersùm me? &c.)*

Chrysostomi.] *Cur, inquit, illis permittis? quid inde lucri est? num quæ illis ex hoc vtilitas? quid superest?*

Chrysost.

Origenis.] *Petebatur enim insidiis eorum, quibus veritas sermonis accepta non erat; erantque in hoc sæculo potentiores ipso. Nam iusti regnum non est ex hoc sæculo, vt in martyribus videre est. Iudex quidem delitiis affluens pro tribunali sedebat; Christianus verò, in quo Christus iudicabatur, amaritudine replebatur, cùm ab impio damnaretur. Quòd si valida plaga, postea illam medicina subsequitur.*

Origenes. *Martyres amaritudine repleti, præualentibus prauis in ipsos iudicibus.*

D

(Plaga mea solida est.)

Chrysostomi.] *animæ videlicet.*

Chrysost.

Theodoriti.] *Num enim plaga mea illis ad vtilitatem? Cur igitur hæc illis permittis?*

Theodorit.

(Vnde sanabor?)

Olympiodori.] *Figura accommodationis verborum ad plura, naturæ humanæ verba sunt; quæ nullo modo curari poterat nisi ab vno Saluatore nostro.*

E

Olympiod. *Plaga humanæ naturæ curari non poterat præter quod ab vno Christo.*

(Dum fit, facta est mihi quasi aqua mendax, non habens fidem.)

4

Theodoriti.] *Non enim plaga manet, sed abscedit. Falsum quippe illam præterfluere; nam puram non seruat, naturam.*

Theodorit.

Sancti Ioannis.] *Vt aqua defluit, nec stat, aut manet, sic & sermones mei modo hîc, modo illic apparent; Et transiliunt, nec fidem habent. Vel si non placet hoc. Mala, inquit, tam crebra fuerunt, sicut aqua efferunt, & non deficiunt.*

F

S. Ioannes. *Prædicatoris sermones quomodo sicut aqua mẽdax. Tribulationes aliquãdo sunt iusto sicut aqua mendax.*

Olympiodori.] *Pseudoprophetarum fraus,* quæ

Olympiod.

τῇ ἡ καὶ πλήξασα τὸν λαόν. ἡ αὐτὴ ἡ ἁμαρτία ἄπιστα οὖσα, καὶ ἐοικυῖα ὕδατι ἀποπνίγοντι τοὺς ἀπολαμβανομένους. ἔστι δὲ ψευδὲς ὕδωρ οὐκ ἔχων πίστιν τὸ τῶν αἱρετικῶν βάπτισμα.

A *qua & populum sauciauit, vel iniquitas ipsa, quæ infidelis est, & aquis assimilatur suffocātibus quos detinuerint. Est etiam aqua mendax non habens fidem, hæreticorum Baptisma.* ||

Aqua mendax, & infidelis Doctorum prauitas fraus. Vel ipsa Iniquitas.

Baptisma Hæreticorum aqua mendax.

At hoc sano modo intellige, ne Donatistarum faueas errori, de quo mox in Appendice.

Vers. 19.] Propter hoc hæc dicit Dominus: Si conuerteris, conuertam te, & ante faciem meam stabis: & si separaueris preciosum à vili, quasi os meum eris: conuertentur ipsi ad te, & tu non conuerteris ad eos.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Propter hoc hæc dicit Dominus: Si cōuerteris conuertam te.

Propter [a] *hoc quod in oratione ista mea contestatus sum, vicissim hæc respondit mihi Dominus: Si denuò te accinges, ad arrepsumque reuerti volueris munus, & ipse feram tibi opem, vt illud audacter expleas, nouoque auxilio faciam, vt re ipsâ magno reuertaris animo, restituens te in robur pristinum.* [b] *Vt id obeas operis oculos tuos in vnam meam coniectam habens faciem, ea dicturus vniuersa, quæ porrigam ipse. Et inter meos præstantissimos computaberis ministros, Angelico planè habitus honore standi ante faciem meam; Et præsentaneo iugiter meo roboratus adiutorio.* [c] *Et si prædicatione tuâ segregare feceris prædestinatos à reprobis, animásque ab impietate, & Iudæos ab Idololatria seiunxeris; si verum Dei cultum à falsa religione, virtutemque in resipiscentibus separaueris à vitio, eximius certè meus habeberis Propheta, ita vt quicquid dixeris, ab ore meo censeatur dictum: Ac si tuis & vaticiniis, & prædicationibus verbi mei igne quasi conflator educere, & separare studueris item bonos ab improbis, & virtutem à vitiis, vt preciosum aurum à plumbo, vel à deterioribus metallis aliis; hoc ipso certo habeto, quòd tu in studio isto mihi sanè peculiari id eris quod cōflatorios.* [d] *Si quos hoc in opere separaueris, à vitiis, atque ab improbis, id certè videbis prædicationis tuæ fructus, quòd ij cōuertentur ad tuos prosequendos mores: Neque timēdū tibi erit ab improbis, ne quid videlicet sordis conuersando cum illis prauorum eorum contrahas morum, cùm haud permissurus sim, vt tu vel santillum in eorum declines improbitatem. Dabo enim operam, vt illi quidem, qui per te tamquam preciosum quid à vili seiungentur, tua sese dedant amicitiæ, tibi obsequentes subiiciantur: & nihilominus tu iis item Iudæorum, qui in sua scelerum permanserint vilitate, nec subiiciaris, nec amicitiâ copulêris. Conuenient sanè isti te aliquando vel coacti, vt preces pro eis fundas, vsque consilio ipsos adiuues; numquam tamen ad id redigêris tu, vt simili ratione ad eos confugias.*

b Et ante faciem meam stabis. 1 2 3

c Et si separaueris (seu, eduxeris) preciosum à vili quasi os meū eris. 1 2

d Conuertentur ipsi ad te, & tu non cōuertêris ad eos. 1 2 3

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

1 In tribulationibus exhibēdis Deus quā sit fidelis.

Propter hoc hæc dicit Dominus, &c.) Notauimus supra, à vers. 10. istius capitis esse vsque ad eiusdem finem dialogismum inter Ieremiam ac Deum. Post primas enim Ieremiæ querelas habitas ipso vers. decimo, subiecta vidimus Dei ad illum verba consolatoria in vers. 11. 12. 13. & 14. Reassumpsit Ieremias magna cum fiducia, vehementique cum energia orationem suam item ad Deum, cui totam suam effudit animam à vers. 14. vsque ad vers. istum 19. Ab hoc igitur denuò responsionem aggreditur Deus, quem Apostolus congruentissimo insignit fidelis titulo, dicens. [e] *Fidelis Deus qui non patietur vos* tentari supra id quod potestis, sed faciet cum tentatione prouentum: vt nouerimus quàm diuersâ is se habeat ratione ab aliis hominum, per quos suos tentari permittit, fideliter nimirum eo tentationes permittente, quando mendaciter homines in B tentando se habent instar aquarum infidelium, quibus mox Propheta Iudæos hostes comparauerat suos. Haud ergo ambigendum ita Ieremiæ hæc à Deo habita, vt per ea exploratum hoc fiat, & quàm fidelis ipse suo extiterit, & futurus sit Prophetæ, & quomodo etiam prouentum cum illius facturus sit tentatione. Vnde non probo quod hoc loco ait Ioannes Maldonatus, non tam Ieremiæ, quàm Iudaico populo in ipsius Ieremiæ persona hæc habita de conuersione à peccatis ad eumdem Deum. Vt sensus sit, *Si conuertêris* (in futuro) *id est, si à sua mala viuendi ratione resipueris,* C *conuertam te, id est, in gratiam meam te reponam, & ante faciem meam stabis, id est, videbis faciem meam, prosequar te omni fauore, libenter te videbo. Quæ tamen Ieremiæ non congruunt, qui nec à Deo recesserat, nec indigebat vt in eius rediret gratiam.* Et quidem etiam ex Hebræis Rabbi Salomon multò ante Maldonatum ita sensit magis certè piè quàm R. Dauid, quem nihilominus & ex nostris prosecuti sunt Vatablus, Isidorus Clarius, & Christophorus à Castro ipsi Ieremiæ, vt qui peccarit, hæc habita asserentes. Quod hisce explicat R. Dauid, vt talis sit Dei ad illum reprehensio. *Locutus es* D *contra me verba non recta, dicens me esse sibi vt fontem mendacem. Itaque peccasti in me. Nunc igitur si conuersus fueris per pœnitentiam, ego conuertam te, & recipiam te, & veniam dabo: stabisque in conspectu meo, vt antea orans, & prophetans.*

e 1. Cor. 10. 13.

Conuertendi verbum de conuersione à peccatis.

R. Salomon. R. Dauid. Isid. Clar. Christ. à Castro.

Sicut autem neutrum istorum sensuum probo, quibus de intransitiua vel populi, vel Prophetæ conuersione, & resipiscentia à peccato sumitur verbum, (*conuersêris.*) Quòd nullatenus tamen crimen tam Sancto Prophetæ inuri tolerandum censeo, quo à Dei gratia exciderit sanctificatus in matris vtero; nec ad propositum, E aut congruam factam arbitror locutionem ad rebellem populum, quando certum est Prophetæ habita, quæ his adiuncta sunt, *Si separaueris preciosum à vili, &c.* Ita nec illud probare possum, quod vnà cum Hieronymo communiori sensu à nostris asseritur, haberi quidem sermonem ad Prophetam, agique de conuersione à peccatis, sed transitiuè, vt verbum conuerteris penultimâ syllabâ correptâ legatur, sensusque sit de fructu, quem Ieremiæ polliceatur Dominus ob laborem ab illo adhibitum in conuertendis peccatoribus: *Hic ostendit*, ait Hugo Cardinalis. *Ieremiæ Dominus* F *fructum laboris sui: quia si conuerterit alios, conuertet eum Deus, coniungetque sibi inseparabiliter: quod est consolationis in eius tribulatione. Si cōuerteris populum à peccatis, conuertam te de tribulatione in lætitiam.* Non probo autem sensum istum quoad literam, quia Originalia eum ferre nequeunt: Hebraicum enim verbum תשוב thasciub cùm sit futurum coniugationis Kal. intransitiuum est, prout rectè illud reddiderunt Sept. ἐὰν ἐπιστρέψῃς. (*Si reuertêris*) penenultimâ productâ. Adde quod secundùm verbum, (*Conuertam te,*) cùm vnum idemque sit verbum, eadem pariter significatione est positum.

2 De conuersione peccatorū facienda per Ieremiam, an accipi hæc queant.

Hieronym.

Hug. Card.

ſitum. Adeóque commodiùs ex Hebræo ita hæc vertes, (*Si reuerteris* (penultimâ productâ) *faciam te reuerti.*) Quod & aptiſſimo verbo expreſsére Sept. ἐὰν ἐπιστρέψῃς καὶ ἀποκαταστήσω σε. (*Si reuerteris, & reſtituam te,*) ipſe ſcil. reſtituam te in priſtinum ſtatum, id enim ſignificat verbum ἀποκαταστῆσαι in priſtinum ſtatum reſtituere. Ieremiam autem ex quo prophetizare cæpit vel à primis temporibus, vel vitæ ſuæ extremis, numquam ſine magnis extitiſſe tribulationibus ipſa eius indicant ſcripta, ipſaque eius conteſtatur vitæ ſeries, quam in noſtra præfatione videre licet expoſitam: Ita vt nullo modo ſtare id poſſit, quod interpretantur. Conuertam te de tribulatione in lætitiam. Re verâ enim numquam hæc in ea facta fuit conuerſio, qui vſque ad mortem incluſiuè in ærumnis, & calamitatibus verſatus eſt, ita vt propterea congruâ appellatione πολυταβίςατον, id eſt, calamitoſiſſimum, vt aliàs quoque notauimus, vocarit illum Iſidorus Peluſiota lib. 1. epiſtolarum, epiſtola 298.

Iſid. Peluſiota.

Senſus Auctoris.

3 *Ieremias excitatur à Deo ad reaſſumendum prophetiæ munus.*

Pace itaque tantorum virorum crediderim ipſe, rectiùs dici, excitatum in his à Domino Ieremiam, vt audacter ad iam exhibitum arreptumque ab ipſo aliàs cum gaudio rediret prophetandi munus, quod detrectare eatenus is viſus eſt, vt ab illo aliquantulùm deſtitiſſe conteſtatus ſit, quia de fructu ſui illius deſperauerit muneris. Hæc omnia mox ab eo ſignificata fuerant, vbi dixit, *Sedebam ſolus*, &c. id eſt, Mœſtus quieti, & ſolitudini me dederam. *Quare factus eſt dolor meus perpetuus, & plaga mea deſperabilis, facta eſt mihi quaſi mendacium aquarum infidelium.* Huc enim ſpectat quod toti huic ſententiæ præfixum eſt. (*Propter hoc,*) quod ſcilicet in oratione mea Deo conteſtatus eram, hæc reſpondit mihi Dominus. Abſit autem, vt in prædictis Deo exponendis Prophetam ſanctum peccaſſe dicamus, tametſi aliquantulum etiam à ſuo deſtiterit prophetandi munere. Quod enim deſtitit, ex affectu fieri potuit flagrantiſſimæ ſuæ erga infenſum ſibi populum charitatis, cuius ruinam auctiorem, & celeriorem fieri nouerat per id quod in ipſum, & in prædicationem ſuam magis is quotidie euadebat inimicus obſtinatus. Prout manifeſtè Propheta ipſe in initio capitis noni iſtiuſmodi è præcordiis effundens affectum dicebat. [a] *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo die ac nocte interfectos filiæ populi mei? Quis dabit me in ſolitudine diuerſorium viatorum, & derelinquam populum meum, & recedam ab eis? quia omnes adulteri ſunt, & cœtus præuaricatorum.* Quid verò commendabilius, quàm in tanta animi ſui perplexitate, in tanto cordis ſui dolore pro fratribus ſuis, atque in tantis etiam externis ærumnis, totum quicquid in præcordiis habebat in oratione Deo effundere, ſeſéque penitùs eidem committere? Didicerat ſanè id à ſanctiſſimo in primis Propheta Dauid ſecundùm cor Dei: quem ſæpius idipſum à ſe factum in Pſalmis norat conteſtatum præſertimque in Pſalmo 141. iis verbis: [b] *Voce meâ ad Dominum clamaui: voce meâ ad Dominum deprecatus ſum: Effundo in conſpectu eius orationem meam, & tribulationem meam ante ipſum pronuncio. In deficiendo ex me ſpiritum meum.* Quando ſcilicet tantus eſſet animi mei angor, tantaque trepidatio, vt omni planè conſilio deſtituerer.

Ieremias deſtitit aliquando à munere prophetandi ob charitatẽ erga populum rebellem.

a Iere. 9. 1.

Ieremiæ reſignatio in Dei manus.

b Pſ. 141. 1.

4 *Suauis Dei agẽdi modus, quo ſeruos ſuos excitat ad opus aliquod.*

Quod ergo habitæ à Ieremiæ orationi, & reſignationis reſpondet hoc loco primùm Deus. (*Si conuerteris conuertam te*) ſuauis eſt excitatio ad reaſſumendum opus, & promotio vt ad priſtina redeat munia, ſuauis inquam, vtpote quâ vt liberè id is faciat primò ſuadetur, cui eius conſenſui libero diuinam ſuam Deus pollicetur opem; ſiquidem quod ſecundò dicit, (*Conuertam te*) tantumdem eſt, ac (*Reuerti te faciam,*) prout ſonat Hebraicum verbum ואשיבך *vaaſcibha*: quod & verbum ſignificat Græcum Sept. καὶ ἀποκαταστήσω. (*Et reſtituam in priſtinum,* ſcil. prophetandi *ſtatum.*) Et ſenſus erit, Si denuò te accinges, ad arreptúmque reuerti volueris munus, & ipſe feram tibi opem, vt id audacter expleas; faciamque vt reuertaris actu, & magno animo, reſtituens te in robur priſtinum. Recole quæ in primo obſeruauimus capite, deſtinaſſe quidem Deum Ieremiã vel à matris eius vtero, vt Prophetæ obiret munus, attamen antequam ad iſtud eum mitteret operis conſenſum habere voluiſſe illius. Hoc ipſum facit & hîc; ac ſicut ibi comitem ſe ei aduersùs obſiſtentes quoſque pollicitus eſt: Ita & hîc, (*Conuertam te*) ait, illi ſenſu iam explicato, ſi conuerſus, & reuerſus fueris ipſe. Quòd verbum conuerti, & conuertere in vſu Sacrarum literarum ſit, & pro reuerti, & pro facere vt reuertatur notatum eſt aliàs ex vi Hebraici verbi, quod vnũ idemque cùm ſit, vtrumque ſignificat; & reuerſionem ipſam certum eſt conuerſionem eſſe corporis, atque motus. Illud potiùs etiam circa literam hîc animaduertendum, quòd tametſi Propheta ad priſtinum prophetandi opus, diuinâ gratiâ ipſum præueniente impulſus, & reuerti vellet, & curreret, quo tamen id exerceret operæ precium fuit, vt & per cooperantem gratiam Deum haberet, qui ipſum eò faceret, conuerti, ſic quamuis, vt conteſtatum eſſet, quòd qui attingit à fine vſque ad finẽ fortiter, diſponeret quoque (vt ſcriptum eſt in libro Sapientiæ) [c] Omnia ſuauiter, primò præpoſuit. (*Si conuerteris:*) Vt tamen pateret. *Non eſſe volentis*, vt ait Apoſtolus, [d] *neque currentis, ſed ipſius miſerentis Dei*: adiecit, (*Conuertam te.*) Non ob id poſteriorem locum ſuæ diuinæ tradens conuerſioni, quòd & partes pariter poſteriores eam ſignificare voluerit habituram, cuius abſque vllo dubio partes ſunt potiores; Sed vt per hoc quanti ſanctum ſuum faceret manifeſtũ omnibus eſſet, qui hæc fuerant lecturi.

c Sap. 8. 1.

d Rom. 9. 16.

(*Et ante faciem meam ſtabis.*) Diximus plura circa multiplicem ſignificatum phraſis iſtius, Standi ante faciem Dei, in expoſitione verſ. primi capitis iſtius 15. vbi dicebatur. *Si ſteterit Moyſes, & Samuel coram me, non eſt anima mea,* &c. Hoc tamen loco breuiter dico, tria Dominũ per eam polliceri Ieremiæ, ſi libenter ad priſtinum is conuerſus fuerit opus, primum, quòd is audacter ipſum obibit operis oculos ſuos in vnam coniectam habens diuinam faciem, in vnumque Deũ, ea dicturus vniuerſa, quæ ab ipſo acceperit reuelata: Id ſiquidem præcipuum veri eſſe Prophetæ conteſtatus eſt Eliſeus cùm lib. 4. Regum ad Ioram Regem Iſraël dixit: [e] *Viuit Dominus exercituum, in cuius conſpectu ſto; quòd ſi non vultum Ioſaphat Regis Iuda erubeſcerem, non attendiſſem quidem te, nec reſpexiſſem.* Secundum, quod æquè ac Angelos ſemper ante ipſius faciem ſtantes, & cum inter ſuos præſtantiſſimos habebit miniſtros, ſummóque proſequetur honore, iuxta illud Prouerbiorum, [f] *Vidiſti virum velocem in opere ſuo? coram Regibus ſtabit, nec erit ante ignobilis.* Tertium, præſentaneum ſemper ei ſuum affuturum auxilium, iuxta illud Iob. [g] *Pone me iuxta te, & cuiuſuis manus pugnet contra me.* Vnde in cap. 20. dicet

5 *Prædicatori bono tria pollicetur Deus quum illum excitat ad prædicãdum.*

e 4. Reg. 3. 14.

f Prou. 22. 29.

g Iob. 17. 3.

a Iere.20.11. dicet Ieremias ipse. [a] *Dominus autem mecum est tamquam bellator fortis: idcirco qui persequuntur me cadent, & infirmi erunt.*

6 *Propheta facere quid dicuntur, quum id faciendum vaticinatur.* Ioan. Alba. b Isai.6.10.

(*Et si separaueris preciosum à vili*: Ioannes Alba in sua Centuria electorum Sacræ Scripturæ cap. 47. nouâ ratione istam exponit sententiam tot supponens quot sunt & ipsius sententiæ verba. Primò scilicet verbum (*separaueris*) dictum pro Prophetaueris separandum, sicut, inquit, Hebraicâ phrasi & apud Isaiam dicitur. [b] *Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua*: pro Vaticinare excæcandum, & aggrauandum: & nostro quoque Ieremiæ dictum fuit, [c] *Vt euellas, & destruas, disperdas, & dissipes, ædifices & plantes*: pro, Vt prophetes euellenda, destruenda, disperdenda, & dissipanda quædam regna, aliaque ædificanda, & plantanda. Secundò supponit, (*preciosi*) vocabulo significatos viros nobiles, diuites, ac principes; Tertiò, præpositionem *A*, positam pro alia præpositione *Cum*: Quartò, voce (*Vili*) significatos homines ignobiles, ac plebeios. Quibus suppositis hunc ait peroptimum esse sensum. *Si non pertimescens minas populi mei, audacter prophetaueris captiuitatem eius, & nobiles simul cum plebeis separandos à regione sua, id est abducendos, & in exilium mittendos.* Subtilis certè sensus, at meo iudicio ingeniosus magis, quàm verus, nimia enim supponit. Cùm absque tantis suppositis faciliùs de ea sermo sit separatione preciosi à vili, quæ ab eo ipso facienda hîc dicitur, cui ista habentur, preciosúmque ac vile ad mores referatur, quod asserunt cæteri vniuersi. Quamquam in hoc ipso asserendo haud idem dicatur ab omnibus; Ioannes enim Maldonatus qui præcedentia in Ieremiæ persona ad populum habita dixit, & hæc quoque eodem modo exponi posse asseuerat, ac si dicatur, *Si delectum habueris inter veros Prophetas, & falsos.* Petrus verò à Figueira ad Ieremiam quidem ea fatetur habita, sed separationem intransitiuè accipi posse existimat, Ac si dicatur: *Si virtutem à vitio separaueris, illam sequendo, & perseuerando in labore prophetandi, vitium autem & otium reiiciendo.* Tangitque hunc sensum & Andreas Cappella. Neutrum tamen istorum sensum admiserim propter rationes in præcedentium expositione allatas,

c Iere.1.10. *Preciosum, & vile pro nobilibus, & ignobilibus.* *A, pro Cum.* Ioan. Mald. Petr. à Figueira. Andr. Capp.

7 *Sensus Cõmunis & optimus.*

At germanum eum puto sensum, quem & in Appendice nostra videre est communem esse sanctorum Patrum: quem & Hebræi secuti sunt, R. Dauid, & R. Salomon, necnon & Paraphrasis Chaldaica, & nostri quoque communiter recentiores. Si prædicatione tuâ segregare feceris prædestinatos à reprobis. Vel si in id operam tuam impenderis, vt vaticiniis, & monitionibus, ac comminationibus animas ab impietate, Iudæos ab Idololatria seiungendo, verum Dei cultum à falsa religione, virtutemque in resipiscentibus separes à vitio. Quid enim vilius vitio, & idololatriâ, quæ & vanitas nuncupantur, & nihil quid virtute preciosius, de qua legimus, [d] *Melior est acquisitio eius negociatione argenti, & auri primi, & purissimi fructus eius: preciosior est cunctis opibus: & omnia quæ desiderantur, huic non valent comparari?* Et de preciositate veri Dei cultus scriptum est in libro Ecclesiastici. [e] *Timor Domini, scientia religiositas. Religiositas custodiet, & iustificabit cor, iucunditatem atque gaudium dabit. Timenti Dominum bene erit, & in diebus consummationis illius benedicetur. Plenitudo sapientiæ est timere Deum, & plenitudo à fructibus illius. Omnem domum illius implebit à generationibus, & receptacula à thesauris ipsius.*

Vitio nil vilius. Virtus, quàm preciosa. d Prou.3.14. e Eccl.1.17.

8 *Prædicator instar argentarij, & aurificis preciosum separat à vili.*

Ex Originalibus verbis Hebraico תוציא *thotzi* (*Exire feceris*) & Græco quo vsi hîc sunt Sept. ἐξαγάγῃς. (*eduxeris*,) monemur separationem virtutis à vitio, & timoris cultusque Dei ab idololatria, quæ per Prophetam facienda erat, eo modo faciendam, quo ab argentario, & aurifice separatur argentum aurumque à scoria, vel etiam à metallis vilioribus stanno, vel plumbo, excoctione nimirum, & probatione ad ignem verbi Dei, de quo infra legimus, [f] *Numquid non verba mea quasi ignis?* Et supra in cap. 5. ad Ieremiam ipsum, [g] *Ecce ego*, ait idemmet Dominus, *do verba mea in ore tuo ignem.* Quam separationis à Propheta exercendæ metaphoram apertè illi in cap. 6. Deus patefecit, dicens. [h] *Probatorem dedi te in populo meo robustum; & scies, & probabis viam eorum. Omnes isti principes declinantes, ambulantes fraudulenter, æs, & ferrum, vniuersi corrupti sunt. Defecit sufflatorium in igne consumptum est plumbum: frustra conflauit conflator: malitiæ enim eorum non sunt consumptæ.*

f Iere.23.29. g Iere.4.15. h Iere.6.27.

9 *In ambiguitate vocis alicuius recurrendum ad linguam Originalem.* Hugo Card. August.

(*Quasi os meum eris.* Quia Hugo Cardinalis, & hunc quoque sensum istis assignat. Quasi os meũ eris: hoc est, Mihi firmiter, & inseparabiliter inhærebis; vt sumatur os pro osse, quatenus prædicatores sunt ossa Ecclesiæ, quæ est mysticum Dei corpus. Ne quis fortasse simplicior tali inhæreat sensui, operæ precium hîc sensui regulam afferre Augustini lib. 3. de doctrina Christ. cap. 3. in tali vocis ambiguitate linguæ præcedentis, inspectione verum illius significatum eruendum: ac sicut is significatum eius quod dicitur in Psalmo 138. [i] *Non est absconditum à te os meum, quod fecisti in abscondito.* cùm in Græco non στόμα, sed ὀστέον positum sit, vt os ibi ossum (vt ipse loquitur) designet. Ita quia hoc loco non ὀστέον est, sed στόμα, cauendum, ne alio significatu os sumatur, quàm oris, quem habet & Originalis Hebraica vox כפי *chepi*. Sed & hoc supposito difficultas est inter Expositores, quid hac locutionis formâ (*Quasi os meum eris*,) sibi voluerit Deus, magnum enim aliquid promissionis, ac præmij ea designatum non ambigunt,

i Psal.138.15.

10 1. Sensus. Io. Maldon. *Quasi os pro, iuxta os.* Vatablus. Isid. Clar.

Ioannes Maldonatus tantumdem esse putat. (*Quasi os meum*) ac iuxta meum os *eris*, Ac si dicat Deus Prophetæ, *Accident tibi omnia, quæ tibi dixi cap. 1. vers. 8. vt statim, inquit, declarat in his quæ mox subiicit.* Hunc sensum tangunt & Vatablus, & Isidorus Clarius. Quàm congruè autem asseratur. (*Quasi os*) pro *Iuxta os*, positum videant alij. Aptiùs Vatablus idem, & Isidorus seruatâ proprietate significationis particulæ similitudinis (*quasi*,) ita hæc explicant, *Os tuum erit quasi os meum, id est. Quicquid ore tuo pronunciaueris sic ratum erit, sicque eueniet, sicut id quod egreditur ex ore meo. Quicquid dixeris*, ait Isidorus, *ratum, ac firmum erit, ac si ego dixissem.* Quæ expositio consona est iis, quibus Elias in lib. 3. Regum de semetipso asseruit, [k] *Viuit Dominus Deus Israel, in cuius conspectu sto, si erit annis his ros, aut pluuia, nisi iuxta oris mei verba*: cùm tamen is ex Dei ore locutus esset, quæue in Prophetæ Samuelis laudem dicuntur lib. 1. [l] Reg. *Non cecidit ex omnibus verbis eius in terram.* Aliâ ratione hunc ipsum sensum prosequitur Rabbi Salomon, at in contraria significatione similitudinis oris Prophetæ ad os Domini, Ac si Deus dicat. (*Quasi os meum eris, quia ego statuam decretum, & tu dissolues illud.*) Oris vocabulum translatè positum pro Dei præcepto, & lege accipiunt plerique vnà cum Hieronymo, vt similitudinis particula, (*quasi*) maximam significet vnionem,

2. Sensus. *Propheta ob vaticiniorum firmitatem dicti quasi os Dei.* k 3.Reg.17.1. l 1.Reg.3.19. 3. Sensus. R. Salomon. *Sanctorum tanta vis vt dissoluat Dei decreta, illo id eis exhibente.* 4. Sensus. Hieronym. *Os Domini positum pro Dei præcepto.*

vnionem, & connexionem Prophetæ cum diuinis præceptis, vt quaſi vnum idemque ſit cum illis. *Meis præceptis copulaberis*, exponit Hieronymus. Aptior tamen iſte erit ſenſus, ſi ſimilitudinis particula referatur ad effectum conuerſionis animarum, quem Ieremiæ mox propoſuerat Dominus, dicens. *Si ſeparaueris precioſum à vili:* ſimilem profectò effectui diuinæ legis, de qua ſcriptum eſt.[a] *Lex Domini immaculata conuertens animas.* Nota eſt autem Scripturæ phraſis, quâ iuxta præceptum Domini, vel Moſis, dicitur Hebraicè, *Ad os Domini*, vel *Moſis:* Ita non alienè dicetur & hîc os Dei poſitum pro Dei præcepto. Quomodo id ſumpſiſſe viſa eſt & Paraphraſis Chaldaica, voluntatem verbi Dei illud exponens, ſicque hæc reddens, *Si reuocaueris impios vt ſint iuſti, voluntatem verbi mei implebis*, ſeu *perficies*. Quod ita declarat Chriſtophorus à Caſtro, *Efficies quod verbo meo eram facturus.* Gaſpar Sanctius putat, idipſum & in his reperi, quod mox dictum eſt. (*Si conuerteris, conuertam te, & ante faciem meam ſtabis.*) Vt quomodo ibi Deus Prophetæ ſignificarat, Si ludentium auerſarus conſortia ſtudium ſuum ad eum, animumque conuertiſſet, ipſum & conuerſurum eum, liberaturumque ab iis, quæ ei inflicta, & intentata quereretur: facturúmque vt cum ipſo familiariter ageret, ſtaretque coram ipſo, vt qui in magna apud ipſum gratia ſtare ante ipſius faciem ſolent. Idipſum & in his dicatur, (*Si ſeparaueris precioſum à vili,*) id eſt, ſi diſcrimen aliquod agnoſcas, & ſtatuas inter ea quæ vilia ſunt, quæque ludus, & nugæ exiſtimari debent; inter ludentium nimirum conſilia, & ludicra, & inter me, meaque mandata, illa vt auerſêris, vt facis; his vt adhæreas, (*quaſi os meum eris,*) id eſt ſtabis ante faciem meam, accipies à me oracula, verba mea loquêris; atque eris quaſi os meum, quia non aliter loquêris, aut quàm vt ego loquerer, quàm à me tibi præſcriptum eſt. Pro Interprete Domini, os Domini poſitum, arbitrati ſunt alij, phraſi illâ, quâ Interpretem qui Regis refert verba, Os nuncupamus Regis.

Cæterùm cùm aptiſſimus is planè ſit Scripturæ alicuius intellectus, quem clarus alius locus item ſcripturæ exhibeat, & in cap. 4. Exodi,[b] Os Moſis reperiamus dictum illius fratrem Aaron; quem poſtmodùm in cap. 7.[c] in eius ſignificati declarationem, Prophetam Moſis, idem dixit Deus. Adde, quòd & aliàs ſæpè Prophetæ ipſi vocabulo oris Domini nominati in Sacris ſint literis. Siue vbi frequenter hæc legimus.[d] *Os Domini locutum eſt:* ſiue vbi dicitur,[e] *Et os Domini non interrogaſtis.* Quo ſenſu & Lucæ 1. dicit Zacharias,[f] *Sicut locutus eſt per os ſanctorum, qui à ſæculo ſunt Prophetarum eius.* Dicendum, & hoc pariter loco os Domini poſitum pro Propheta Domini, vt deſignetur per id quod mox dicebatur, *Si ſeparaueris precioſum à vili*, explicatum propheticum munus, Ac ſi dicatur, Prophetam te eſſe meum apparebit, ſi ſeparaueris, &c. Vel ſeparans precioſum à vili eris Propheta meus. Quod non Ieremiæ ſoli, ſed quibuſcúmque bonis verbi Dei prædicatoribus dictum ex eo patet, quòd plerique Sanctorum Patrum (vt habes in Appendice) in tertia perſona legunt. (*Qui ſeparauerit precioſum à vili quaſi os meum erit.*) Neque verò moleſtiam huic ſenſui ingerere debet adhibita particula, (*quaſi.*) Notatum eſt enim ſæpe à nobis, frequens id eſſe Sacrarum Scripturarum, vt iſtiuſmodi particulæ aſſeueranter adhibeantur non tam, ſ. ad ſimilitudinem, quàm ad veritatem confirmandam, quin & ſæpe etiam ad emphaſim, ita vt nō abs re ſit, ſi idcirco hîc adhibita aſſeratur, vt & id quoque ſignificetur, quod mercedis loco Ieremiæ Dominus pollicitus ſit, *ſi ſeparaueris*, &c. futurum inter Prophetas Prophetam maximè inſignem: vt more ſuo ſcriptura in his duobus membris, primo ſcil. (*Si conuertêris, conuertam te, & ante faciem meam ſtabis:*) iſtóque ſecundo, (*Si ſeparaueris precioſum à vili, quaſi os meum eris:*) vnum idemque ſignificetur: & iſtud ſit illius declaratiuum.

> 5. Senſus. | a Pſal. 18. 8. | Parap. Chal. | Gaſp. Sanct. | Os Domini pro illius Interprete. | 1. Senſus Auctoris. Os Domini poſitum pro illius Propheta. | b Exod. 4. 16. | c Exod. 7. 1. | d Iſai. 40. 5. | e Iſai. 30. 2. | f Luc. 1. 30. | Prædicatores boni dicti os, & Propheta Domini.

Denique ſi ſeparandi, ſeu, vt habent Originalia, educendi verbis, alluſum in mox præcedentibus ſit, & vltimo loco dicebam, ad ſtudium ſeparationis metalli precioſi à vilioribus: Et in his pariter, (*Quaſi os meum eris*) congruo etiam ſecundùm literam ſenſu eamdem ſeruatam dicere eſt metaphoram: Ac ſi dicatur, Si Prophetæ exercens munus tuis & vaticiniis, & prædicationibus verbi mei igne ſeparare quaſi conflator ſtudueris bonos, ſi qui in hoc populo reperiantur ab improbis, & virtutem à vitiis, vt precioſum aurum à plumbo, hoc pro certo habe, quòd tu in ſtudio iſto mihi ſanè peculiari id eris quod cōflatori os. Pro cuius ſenſus euidentia, ſupponendum, Aurificibus id in more eſſe, vt tametſi externis plerúmque vtantur follibus ad ſuccendendū ignem, ore tamen proprio tunc exufflent, cùm ſegregationem facere velint metallorū, cúmque precioſi quid, & eximij operantur: vnde & nomen eis inditum eſt conflatoris, quomodo & metaphoricus aurifex in c. 6. nuncupatus eſt, vbi dicebatur. *Fruſtra conflauit conflator.* Quo loco oſtenſum fuit à nobis, Deum id ſibimet arrogare ſtudij, vt ſuos vrat, ac probet ſicut argentum, & aurum.

> 12 | 2. Senſus Auctoris. Prædicator eſt Deo quod aurifici os, quo conflat.

(*Conuertentur ipſi ad te, & tu non conuertêris ad eos.*) Qui ad ſubſequentia hæc referūt, vel de ſubiectione hæc accipiunt, ſicut Ioan. Maldon. ac ſi dicatur, Tibi ſubiicientur ipſi, non tu illis, *Dabo enim te contra illos murum æneum*, &c. quod eſt conſonum Paraphraſi Chaldaicæ, quæ habet, *Obedient ipſi verbis tuis, & tu nō reuertêris, vt erres poſt eos.* Hoc tamen ſtare non poteſt, cùm cōtrarium potiùs ex hoc ipſo libro colligatur, ingem nimirū Iudæorum inobedientiā, & peruicaciā extitiſſe & cōtra Deum, & contra Ieremiam. Quapropter alij in contrarium ſenſum iſta ſumunt, Ac ſi dicatur. Ipſi conuertentur, inſurgentque contra te, at tu non cedes eis, Dabo enim, &c. Sed neq; hoc mihi probatur; quia & nouū in Scriptura eſt, vt cōuerti ad aliquem in malū ſenſum vſurpetur, multóq; magis nouum quod de ſecundo dicitur membro, *& tu non conuertêris ad eos:* nec etiam ſi ad eum ſenſum in vſu aliàs phraſi illâ reperiretur, admittendum id aptè credo, vt tam diuerſo ſignificatu in vna eiuſdē rei antitheſi idem vſurpatum ſit verbum. Alij conuerſionem ad amicitiam referunt, quod, vt mox probabo, magis Scripturæ conſonum vſui; ita tamen hæc explicant, vt facit & Chriſtóphorus à Caſtro; Ipſi ſunt qui conuertendi ſunt ad te, & qui ambituri ſunt tuam amicitiam, & tuos mores imitaturi; At tu tanta à me virtute induêris, vt non ſit tibi neceſſe eos amicos habere, nec in re minima eorum voluntati indulgere, & acquieſcere moribus, quia dabo te murum æreum, &c. Aliterque idem Caſtro quod breuiter ait Iſid. Clarius, *Conuertentur ipſi ad te, i. cupient amicitiam contrahere tecum:* ita proſequitur, *Cupient ipſi amicitiam tecum contrahere*, videlicet;

> 11 | Ioan. Mald. Conuerti pro ſubiici. | Conuerti pro inſurgere, & cedere. | Conuerti pro ambire amicitiam. | Chriſt. à Caſtro.

delicet cùm videant fauorem quo te prosequetur Nabuchodonosor: at tu non duceris, vt amicus eis sis. Cæterùm & hæc quoque contra historiæ sunt veritatem; tanto enim affectu, veræque amore amicitiæ in ipsos se affectum eo ipso temporis, quo amicè, & beneuolè habitus est à Nabuchodonosore, patefecit Ieremias, vt cum illis prælegerit in ærumnis remanere in Iudæa, quàm ad regales delicias tendere in Babylonem, vt videre est scriptum infra cap. 39.

14 Auctoris Sensus 1. *Prædicans ex obedientia tutò id facit, & cum fructu.*

Aptiùs igitur crederem ipse, hæc ad præcedentia referri, quibus & vnomet in versiculo coniuncta sunt. Duobus autē modis ea exponerem, vel, vt in illis de ea sermo sit cōuersione, quæ morum fit similitudine: vel, vt sit sermo de conuersione amicitiæ, aut subiectionis. Si primo modo, In eo quod primùm dicitur, (*Conuertētur ipsi ad te,*) Fructus ei manifestatur studij prophetandi, & prædicandi, cui dicebatur, *Si separaueris*, &c. quòd Iudæorum plerique, quos suâ separauerit prædicatione, ad ipsum, eius nimirū mores imitandū conuertendi essent: Quod verò subiectum est. (*Et tu non conuerteris ad eos*, adiectum sit ad tollendā tacitam obiectionem, quā Propheta respōdere potuisset periculosam rem sibi mandari, vt studio se dederet separandi preciosum à vili, ne quid sordis malorum eorum conuersando cum illis contrahat morum: (*Et tu*, inquit Deus, *non conuerteris ad eos*,) q.d. Ne timeas, neque ego qui te ad hæc promoueo, permissurus sum, vt tu vel tantillum ad impios illorum declines mores. Sed id quoque iuxta hunc ipsum exponendi modum dici posset, vt in his Deus exponat rationem, quā idem Propheta in proposito habere se deberet studio separandi preciosum à vili, verbis futuris positis pro imperatiuis, quod Hebraica in lingua, & in Scriptura Sacra est frequentissimum quomodo ea sic legit Rabbi Dauid, (*Conuertantur ipsi ad te, & tu non conuertaris ad eos.*)

Prædicator bonus quomodo se habere debeat in procurādā aliorum salute.

15 Auctoris Sensus 2. *Ad Prædicatorem bonum confugiunt boni, ipse verò amicitiā fugit impiorū.*

Si secundo autem modo hæc ipsa accipiantur, dicendum, à Domino per ea exponi Prophetæ quid sequuturū esset, si ipse prædicto indulgeret studio, atque ex separatione ipsa ab illo facienda preciosi à vili in Iudaico populo; quod videlicet ij, qui tāquam preciosum quid à vili separabuntur impiorum, & vitiorum, eius se se dedent amicitiæ, libentissimèque ipsi subiicientur ei obsequentes: Et nihilominus ipse iis item Iudæorum, qui in sua scelerum permanserint vilitate, nec amicitiā copulabitur, nec subiicietur. Hæc enim duo per hanc phrasim conuersionis ad quid, seu ad aliquem, designata reperio in Scriptura Sacra, amicitiam, & subiectionem: cùm de hac in libro Genesis iuxta lectionem Hebraicā primùm c. 3. mulieri dictum sit, [a] *Ad virum tuum erit conuersio tua*, cuius sensum noster interpres optimè reddidit. *Sub viri potestate eris.* Et in cap. 4. ad Cain, vbi in Vulgata legimus. [b] *Sub te erit appetitus eius.* Hebraicè, & Græcè apud Sept. *Ad te conuersio eius*: in cuius phrasis declarationem vtrobique subiicitur, vel, *Ipse dominabitur tui*: cùm mulieri sit sermo: vel, *Tu dominaberis illius*: cùm sermo est ad Cain de peccato. De amicitia verò clarus est locus Psalmi 118. [c] *Conuertantur mihi*, pro ad me, *timentes te, & qui nouerunt testimonia tua*, id est. Veniant vt mihi amici sint, meque conueniant vt amicitiā mihi coniungantur, quot quot timent te Domine, tuaque seruant mandata, quotquot iusti sunt, & vniuersi qui sunt vt preciosum seiunctum à vili, de quibus hîc dicitur Ieremiæ, (*Conuertentur ipsi ad te.*)

Conuersio ad aliquē significat amicitiam, vel subiectionem.

a Gen. 3.16.

b Gen. 4.7.

c Ps. 118.79.

16 Auctoris Sensus 3. *Conuerti ad aliquem pro confugere ad illius preces, vel opem.*

Quod si cui fortasse non placeat quòd iuxta hunc sensum pronomina. *Ipsi*, & *ad eos*, ad diuersos referantur; cōtentiosiusque velit, prout communi asseritur opinione, vtroque in membro de eisdem esse sermonem, conuertēdi verbum vtrobique eo sensu aptissimè sumet, quo Eliphaz dixit ad Iob: [d] *Voca ergo, si est, qui respondeat: & ad aliquem Sanctorum conuertere*, i. conueni sanctorum aliquem, qui pro te Deū deprecetur, qui te tueatur, tibique opem ferat. Vt in confirmationem eius quod dixerat Dominus, (*Quasi os meum eris,*) & hoc quoq; subiiciat: quòd talis Propheta erit, habebiturque apud ipsosmet hostes suos, vt ad eum quasi ad sequestrum, ac mediū inter Deum, atque ipsos, prout & Moyses Iudæis se extitisse asseruit, [e] venturi ij essent, deprecaturi, vt pro illis Deum & oraret, & consuleret: Cùm è vestigio ipsi nequaquam ad illos operæ precium futurum esset, vt veniat aliquando, vel opem, vel consilium, vel preces deprecaturus. Tetendisse autem illos ad Ieremiam, vt dictum est, patet tum ex cap. 37. tum ex cap. 42.

d Iob. 5.1.

e Deut. 5.5.

Vers. 19.] Propter hoc hæc dicit Dominus.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

17 *Contritione perpetuā dolens à Deo, habet, vt perseueret in statu gratiæ, & in eius diuino obsequio*

CVm tribus modis accepta hæc dixerim in prima Expositione, duobus quidem secundùm opinionem aliorum, & tertiò secundùm opinionem propriam: quandoquidem & primis ad mores non modicum ista conferunt, par est, vt iuxta tres ipsos modos ad moralem ea pertractentur praxim. Et quidem quoad primam exponendi rationem, quā (*Si conuerteris,*) intransitiuè accipitur, & de conuersione à peccatis, vt sermo sit ad Prophetā personam gerentem peccatoris, opportunè præcedentibus hæc à Deo subiecta, quasi in illorum esse responsionem, id significat, quod præmittitur. (*Propter hoc hæc dicit Dominus:*) Dicitur autem. (*Propter hoc*) in singulari, vt nouerimus, id potissimùm hac Dei responsione spectari, quod vltimo idem Propheta in persona peccatoris pœnitentis dixerat, augeri quàm maximè iugis doloris sui rationem, quòd post peccatorum obtentam remissionem, postque vitæ suæ emendationem: sæpe nihilominus denuo in miserrimum relapsus sit vlcerosi peccatoris statum verbis illis, *Facta est quasi mendacium aquarum infidelium.* (*Standi*) enim verbum perseuerantem designat statum; & (*Standi ante faciem Dei,*) phrasis Sacræ Scripturæ frequentissima perseuerantem iustitiæ designat statum, sicut contrariā phrasi vertendi ad Deum eumdem non faciem sed tergum (vt vidimus supra) peruicacia signatur in improbitatis habitu: Adde, quòd eadem phrasi id insuper eidem à Deo promittitur, quòd gratissimo perseueraturus is sit in diuino eius obsequio.

18 *Gratia triplex, præueniens, iustificans, & perseuerantia. Gratiæ operæ tribuit Deus homini liberè cum illa eadem operanti, vt ipsum honoret.*

Triplici verò membro vnius huius sententiæ triplex ipsius Dei exprimitur gratia, quā talis donatur peccator. Prima, quæ præueniens nuncupatur, aut excitans, ibi, (*Si conuerteris:*) secunda, quæ dicitur iustificans, ibi: (*Conuertam te:*) Et tertia, quæ appellatur perseuerantiæ, ibi: (*Et ante faciem meam stabis.*) In qua trium modorum gratiæ enumeratione, ponderandum quàm cautè, quantoque eum honore ipsius locutus sit pœnitentis: cùm enim in quacum

quacumque istarum efficaci operatione gratiarum, & Deus ipse sit, & homo qui libero suo eam operatur arbitrio, hicque operetur datam à Deo gratiam acceptando, & liberè eliciendo actus, ad quos à gratia excitatur, confortatur, adiuuatur, & roboratur. Tametsi verum sit quod ait Apostolus,[a] *Deus est qui operatur in nobis, & velle, & perficere pro bona voluntate*, scilicet sua, ita vt vniuersi actus illi Dei potiùs dici debeant quàm hominis, iuxta illud item Pauli, [b] *Gratia Dei sum, id quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laboraui: non ego autem, sed gratia Dei mecum.* Nihilominus hoc loco idem met Deus in honorem ipsius hominis, quem liberum creauit, gaudens quòd vna cum diuina gratia liberè bene agat; quandoquidem,[c] *Filius sapiens*, vt ait Salomon, *lætificat patrem*, ex tribus prædictis actionum generibus, primum, atque tertium illi tribuit. (*Si conuerteris*, & *Ante faciem meam stabis*) in medio tamen se collocans, *Conuertam te*: vt eius & in duobus extremis operationum generibus concursus pateat, & operatio.

a Phil. 2.13.
b 1. Cor. 15. 10.
c Prou. 10.1.

19 *Perseuerantiam in bono certū est esse donum Dei.*

Et quidem de tertio vix esse crediderim quempiam, qui ambigere queat: cùm & in humanis, quòd aliquis stet in obsequio Principis cuiuspiam, quodque eidem gratus in tali obsequio vsque ad vitæ suæ extremum perseueret, certum est quòd Principis magis est quàm hominis in obsequio illius stantis. De primo ingens in Ecclesia extitit perturbatio propter commotam Pelagij hæresim libero arbitrio sic fauentem, vt destrueret gratiam, saltem in primis conuersionis actibus, cui fauêre primo aspectu videatur quod hîc dicitur. (*Si conuerteris*,) præsertim cùm quasi pro præcedentium eorum actuum merito, videatur subiectum, (*Conuertam te.*) Quapropter ne ex hac loquendi ratione cuiquam Catholicorum quid insit in hac materia scrupuli, operæ precium censui decretum hîc adnotare Sacrosancti Concilij Tridentini Sess. 6. cap. 5. vbi hæc habentur. *Declarat sancta Synodus iustificationis exordium in adultis à Dei per Christum Iesum præueniente gratiâ sumendum esse, hoc est ab eius vocatione, quâ nullis eorum existentibus meritis vocantur; vt qui per peccata à Deo auersi erant, per eius excitantem, atque adiuuantem gratiam ad conuertendum se ad suam ipsorum iustificationem, eidem gratiæ liberè assentiendo, & cooperando disponantur: ita vt tangente Deo cor hominis per Spiritus sancti illuminationem, neque homo ipse nihil omnino agat, inspirationem illam recipiens, quippe qui illam & abiicere potest, neque tamen sine gratia Dei mouere se ad iustitiam coram illo liberâ suâ voluntate possit. Vnde in sacris literis cùm dicitur*, [d] *Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos: Libertatis nostræ admonemur. Cùm respondemus:* [e] *Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur. Dei nos gratiâ præueniri confitemur.* Libet autem & Augustini libro 2. contra duas epistolas Pelagianorum cap. 8. vbi id argumenti egregiè pertractat: hæc adiicere: *Quamuis nisi adiuuante illo, sine quo nihil possumus facere, os non possumus aperire; tamen nos aperimus illius adiumento, & opere nostro, implet autem illud Dominus sine opere nostro. Nam quid est præparare cor, & os aperire, nisi voluntatem parare? Et tamen in iisdem literis legitur*, [f] *Præparatur voluntas à Domino:* [g] *Et Labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam. Ecce Dominus admonet, vt præparemus voluntatem in eo quod legimus*, [h] *Hominis est præparare cor, & tamen vt hoc faciat homo, adiuuat Deus, quia præparatur voluntas à Domino. Et aperit os, ita iubendo, vt nemo possit nisi ipse id faciat adiuuando, cui dicitur, Labia mea aperies.*

Conuersio nostra quomodo dicatur esse à nobis, quæ à Deo potissimùm est.

Conc. Trid.
d Zach. 1.3.
e Thre. 5.21.
f Prou. 8.35. Sec. Sept.
g Ps. 50.17.
h Prou. 16.1.

20 *Operum concurrentiū ad nostram conuersionem, & iustificationē triplex genus.*

Pro quorum & totius istius materiæ enodatione notanda hîc pariter est distinctio, quā plerique faciunt Scholasticorum, operum Dei concurrentium ad nostram conuersionem, & iustificationem, est triplex nimirum genus. Primi enim generis esse inquiunt illa, quæ antecedunt etiam tempore nostram iustificationem, & ita propriè tribuuntur Deo, vt nullam in eis libertas nostra habeat partem, quia fiunt in nobis sine nobis liberè consentientibus, vt sunt prædestinatio, electio, vocatio, pulsare ad ostium, admonitio interna, & externa, propositio miraculorum, &c. *Secundi* generis esse productiones qualitatum supernaturalium, gratiæ nimirum atque virtutum, quibus iustificatio nostra completur, & formaliter iustificamur: Respectu quarum qualitatum homo inquiunt, se habet purè passiuè, sicut aër respectu luminis, cùm illuminatur à Sole: quamquam aliquando producuntur etiam mediis actibus humanis, quando huiusmodi actus humani sunt Sacramenta, vel Sacramenti pars: & de secundo hoc Dei operum genere intelligendum, quod mox ex Augustino retulimus: *Implet autem os nostrum Dominus sine opere nostro.* Tertij demum generis esse illa, quæ medium locum obtinent inter opera, quibus iustificatio ipsa incipit, atque illa quibus eadem perficitur, vt sunt credere, sperare, diligere, pœnitere, cunctáque alia quibus peccator disponitur ad recipiendam iustificationis gratiam. Hæcque ita Dei asserunt esse opera, vt sint etiam voluntatis nostræ liberè operantis, & concurrentis. Quæcumque istius tertij sunt generis, dixerim ego hoc vno apud Ieremiam nunc à Domino comprehensa, (*Si conuerteris*,) siue in præsenti penultimâ correptâ, siue in futuro penultimâ id legamus productâ. Ob id autem ipsi ea tribui pœnitenti, quia ab illo liberè eliciuntur cum gratia Dei adiuuante, vt supra est explicatum.

Conuersio à peccatis quoad quæ opera dicatur nostra, & quomodo.

21 *Conuersionis animarū studium quanti apud Deum sit.*

Iuxta secundum literæ sensum, quo verbum, (*Si conuerteris*,) transitiuè sumitur, & de aliorum conuersione, aptus est locus iste moraliter ad exaggerandum quanti apud Deum sit, quautæque & vtilitatis id exercentibus sit studium conuersionis animarum: Facitque in primis pro aliquibus, qui, oblata sibi occasione lucrandi proximum in graui aliquo delicto deprehensum, vel prauam vitam publicè agentem, si illum suâ monuerint prudentiâ; id tamen facere renuunt, quòd & ipsi sibi conscij sint peccatorum, id vsurpantes Psalmi 49. [i] *Peccatori dixit Deus, Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum.* Legem videlicet & præcepta mea, *per os tuum: Tu verò odisti disciplinam, & proiecisti sermones meos retrorsum?* Non animaduertentes, per ea non quemlibet obiurgari peccatorem, quòd alios moneat, doceatque quæ diuinæ consona sint legi: At peruersissimos dumtaxat illos, quorum longa ibi sit scelerum series, & omnino tales, quorum vel saluberrima verba contemptui habeantur, vt pote quæ vel ex felle insitæ amaritudinis, vel ad ostentationem habita pateat. Cæterùm si cui re verâ displiceat peccatum, tametsi ex sui imbecillitate eius minimè sit expers, huic si correptione suâ peccantem alium

i Psal. 49.16.
Peccatori an liceat procurare cōuersionem proximi correptione, & monitione suâ.

Peccatori cōuertenti animam alterius à peccatis in præmiū Deus duplicem promittit fructum, conuersionis propria, & gloria æterna.

alium à delicto auocauerit, duplicem in hac sententia Deus pollicetur studij eius fructum; primum propriæ eius conuersionis, (*Si conuerteris, in futuro, conuertam te.*) Secundum, qui & multò est præstantior, salutis animæ suæ, quæ in adeptione erit æternæ gloriæ. (*Et ante faciem meam stabis.*) In hoc quippe salus erit animarum nostrarum, imò & corporum,[a] quòd stantes erunt pedes nostri in atriis Ierusalem cælestis, stantésque ante Deum cum cælitibus, eius speculabimur faciem.

a Psal. 121. 2.

22 Quæ duo & aliàs quoque promissa reperio in præmium conuersionis animarum, vel etiam ei qui expers adhuc non sit peccati: Primùm, apud Ezechielem, vbi hæc Dominus habet: [b] *Si tu annunciaueris iusto, vt non peccet iustus, & ille non peccauerit: viuens viuet: quia annunciasti ei, & tu animam tuam liberasti.* Impedire siquidem, ne iustus in aliquod delabatur delictum, in quo prolapsurus is erat, nisi per adhibitam detentus fuisset monitionem, cõuersio quædam illius dicitur per præoccupationem: Quid est autem liberari admonentis animam, nisi conuerti illum, & iustificari à propriis peccatis, propter quæ eius anima æternis obnoxia erat pœnis. Vnde bene Gregorius Papa homil. 11. super Ezechielem. *Pensate*, inquit, *fratres charissimi, pensate, quia & quòd nos digni pastores non sumus, & iam ex vestra culpa est, quibus tales prælati sumus. Et si quando vos ad iniquitatem defluitis, etiam ex nostro hoc reatu est, quòd obsistentes, atque reclamantes in prauis desideriis non habetis: Vobis ergo & nobis parcitis, si à prauo opere cessatis. Vobis, & nobis parcimus, quando hoc quod displicet, non tacemus.* Paucis interiectis. *Super ea mala, ait, quæ propria habemus alienas quoque mortes addimus: quia tot occidimus, quot ad mortem ire quotidie tepidi, & tacentes videmus.*

b Ezec. 3. 21.

Greg. PP. *A correptione subditorũ abstinẽtes Prælati sunt cooperatores peccatorum, & mortis illorũ.*

Præmium alterum expressit ad finem Catholicæ suæ Iacobus Apostolus dicens: [c] *Fratres mei si quis ex vobis errauerit à veritate, & conuerterit quis eum: scire debet, quoniam qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ saluabit animam suam.* Sic aliâ lectione legi notant Glossa Ordinaria, Hugo Cardinalis, D. Thomas, & alij pro eo quod communiter legimus. *Saluabit animam eius.* Quis verò ambigat salutis, fœlicitatísque munere donandum, qui salubri consilio fratrem à spiritali eruit morte, cùm in Euãgelio legamus, in extremo iudicij die summum iudicem eodem munere donaturum eum qui vel modico pane materiali esurienti tulerit opem, [d] *Venite enim, dicet, benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi; esuriui enim, & dedistis mihi manducare. Et quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis?*

Peccator cõuertens peccatoré alium, præmio donatur salutis propria

c Iaco. 5. 19.

d Matt. 25. 34.

23 Iuxta tertium denique sensum, quem germanum literæ censui, moraliter apta hæc erunt ad consolationem eorum verbi Dei prædicatorum, qui vel omnino desistunt à prædicãdi studio, vel ab aliqua infidelium abscedunt regione, cùm videant nil se à prædicatione ipsa sua colligere fructus, vt per hæc excitentur ad boni operis prosecutionem, tantumdemque sit, quod hîc dicitur, (*Si reuerteris*, penultimâ productâ, *conuertã te*,) seu reuerti te faciam, atque id quod idemmet Dominus dixit ad Iosue, [e] *Confortare, & esto robustus. Noli metuere, & noli timere: quoniam tecum est Dominus Deus tuus in omnibus ad quæcúmque perrexeris.* In eo autem quod hîc adiicitur, (*Et ante faciem meã stabis*,) Significatur, id vnum sat cuique esse debere concionatori, quòd Deo vidente, & obseruante illud exequitur muneris. [f] *Pater, enim, qui videt in abscondito reddet ei.*

Prædicatori sat esse debet quod eius labores sint ante Dei faciẽ, hocque animo excitari debet ad prosequendum munus suum, etiam si nil proficere videatur.

e Iosue. 1. 9.

f Matth. 6. 6.

24 (*Et si separaueris preciosum à vili, quasi os meũ eris.*) Præter multa quæ in literali istius sententiæ expositione dicta fuere ad mores pariter spectãtia; & præter ea quæ in Patrum appendice habentur, Triplex super eadem adnotare hîc libet morale. Primum, vt sermo sit de separatione intransitiua, quàm scilicet vnusquisque in iis facere debet, quæcumque sibi obueniunt. Enimuero cùm in qualibet re quæ nobis accidit, tria spectari queãt: Et quod est Dei; & quod est nostri: & quod externi, alicuius est vel hominum, vel saltem dæmonum, quorum opera ad ea concurrere cõtingat. Sanè quod propriè nostri est, id dixerim, quod secundum nostrum est amorem proprium, quod vel placet, vel displicet sensui, & voluntati carnis, Quàm autem vilia sint vniuersa istiusmodi, ex eo colligere est Pauli, quo ait, [g] *Omnia arbitratus sum vt stercora, vt Christum lucrifaciam.* Quod propriè dæmonum est, atque hominum vt homines sunt, & peccato obnoxij, vel peccatum est, vel ad peccatum, quod adeo vile est, atque fœtidum, vt vel sanctissimas alioquin, & ob preciosissima quæ in eis corã Deo incendebãtur thymiamata maxime illustres solẽnitates, & pari ratione quæcumque pietatis, virtutisque præstantissima, reddat vt stercus, iuxta illud Domini apud Malachiam, [h] *Dispergam super vultum vestrum stercus solemnitatum vestrarum, & assumet vos secum*, id est, semper facies eo deturpatas habebitis, ita vt propterea semper contemptui, risuique sitis, atque infamiæ. Qui in obuenientibus sibi tentationibus, atque ærumnis, & persecutionibus negligens fuerit ad educendum, & separandum à prædictis vilibus id quod tertio loco esset spectandum in vnaquaque re vt summopere preciosum, propositum nempe voluntatis Dei in illarum permissione, peccati certè fœdissimè is deturpabitur stercore.

Conformitate ad Dei voluntatem in quacũque re sibi obtigerit iustus separat preciosum à vili.

g Phil. 3. 8.

In tribulationibus, & tentationibus qui negligens est conformari ad voluntaté Dei suo separare preciosum à vili, quàm acri, & fœdã puniatur castigatione.

h Malac. 2. 3.

25 Cumque à Diabolo in tentatione superari se sinet, aut in tribulatione odium concipiet, & indignatus vltionẽ minitabit, opprobriaque obloquetur aduersùs homines, à quibus patitur ærũnas, proferri aptissimè de eo id poterit, quod in lib. dicitur Eccles. [i] *De stercore boum lapidatus est piger, & omnis, qui tetigerit eum, excutiet manus suas.* Siquidem cùm ex prouidentissima Dei sapientia & Diabolo permissum fuisset, vt tentationibus, & prauis hominibus cõcessum, vt persecutionibus, & ærumnis veluti boues vomeribus terram discinderent humanitatis, agrumque ararẽt cordis nostri; sicque nos exercentes (exercetur enim ager quando aratur, vt colligitur ex Prouerbiis Salomonis)[k] eos nos redderent quos Dei æquum est esse agriculturam, & qui fructus ab ipso intentos afferamus; Negligens, ac piger in præexposita facienda separatione, orbatus vtilitate, quam ex prædictis habere quiuisset bobus, id dumtaxat ex illis refert, quod peccati & vilissimi, ac fœtidissimi est corũ stercoris; quodq; summæ est ignominiæ. Dæmonibus, ac ipsis eius persecutoribus in externam etiam conuersationis eius faciem, atque in vestes id peccati stercus, instar lapidis proiicientibus, ita redditur infamis, vt si qui cum eo aliquid aggressi fuerint negocij, ne infamiam exinde contrahant, illico ab eo desistant: Hoc est enim; *Et omnis qui tetigerit eum excutiet manus suas.*

i Eccl. 22. 2.

k Prou. 14. 27.

26 Sic & ei qui in obuẽtibus sibi prosperis neglgẽs in

In prosperis qui negligens sit educere preciosũ propositi Dei à vili amoris proprij, sibiſque & carnis ſuæ, quàm acriter, & turpiter puniatur.

a Eccl. 22. 1.

in ſeiungendo, ac educendo precioſo in iis propoſito volũtatis Dei ab illis quæ amoris ſui proprij, & cõcupiſcentiæ, carniſque ſuæ ſunt, id non minùs congruè competit, quod in præcitato Eccleſ. loco habetur:[a] *In lapide luteo lapidatus eſt piger*: per ipſas etenim in proſperitate delinquens, quas à Deo conceſſas habet diuitias, & cætera ſimilia bona temporalia, tamquam lapidibus & à Dæmone, & à ſemetipſo impetitur; Et lapidibus, quorum non tam doleat ob vulnus, quàm ignominia afficiatur ex cõſpureatione, luteis nimirũ, ſicut & opes, & quæcumque terrena terra ſunt in lutum per peccati operationem redacta: Vnde bene de eodem ſubditur, *Et omnes loquentur ſuper aſpernationem illius*, dicentes nimirum, [b] *Quàm vilis factus eſt nimis.* [c] *Qui nutriebatur in croceis*: donorum Dei, cò redactus ſuamet eſt culpâ, *vt amplexatus ſit ſtercora*, fœtidas nimirum peccati voluptates.

b Iere. 2. 36.
c Thre. 4. 5.

Iuſtus per cõformationem ad voluntatẽ Dei ſedulus eſt in quolibet euentu ſeparare preciosũ à vili.

Secus verò vſu venire hoc loco apud Ieremiam ſignificatur ei qui ſedulus, & exactus extiterir in ſeparando quocúmque in euentu, & quolibet in ſtatu precioſum à vili. Id vnum in omnibus & proſperis, & aduerſis ſpectandum ſibi eligens, quod in illis precioſi nouerit eſſe propoſiti, & intẽtionis Dei, quod in eo potiſſimùm ſitũ eſt, vt in nobis quos tentare permittit. [d] *Faciat cum tentatione prouentum*: Vtque [e] *virtus noſtra in infirmitate perficiatur.* Et vt per elargita nobis ab ipſo bona temporalia faciamus nobis theſauros in cælis. Studium iſtud ſeparationis precioſi à quocumque vili, æmulationem boni appellaſſe viſus eſt in ſua prima Catholica Petrus, conteſtans ex hac pendère quietem, & ſecuritatem noſtram vniuerſam in omnibus, & ab omnibus, dicens. [f] *Et quis eſt qui vobis noceat, ſi boni* (in genitiuo) Græcè τοῦ ἀγαθοῦ, *tou agathou*, *æmulatores*, ſeu, vt Auguſtinus Serm. 107. de diuerſis, legit, *amatores*, id eſt, ſtudioſi perſcrutatores, & affectu proſecutores *fueritis*? Quod antiquiſſimo illo ſignificabatur Sapientũm apophtegmate, *Sequere Deum.*

d 1. Cor. 10. 13.
e 2. Cor. 12. 9.

Conformatio ad voluntatẽ Dei appellata æmulatio boni.

f 1. Petr. 3. 13.
August.

27

Conformãs ſe in omnibus ad Dei volũtatẽ eſt quaſi os Dei conuiuio iugis fælicitatis recreatus.

(*Si ſeparaueris precioſum à vili*:) dicit itaque Deus ei qui tali indulgeat ſtudio, (*Quaſi os meum eris.*) Os Dei dupliciter hoc loco poteſt conſiderari, iuxta duplex humani oris munus, comedendi, ſcil. ac loquendi. Quoad primum, quis ambigat, metaphorâ oris comedentis perpetuam Dei ſignificari fælicitatem, quæ iugis conuiuij frequẽti Sacrarum literarum exprimitur ſimilitudine. Atque hoc vnum eſt & præcipuum, quod Deus ipſe pollicetur iis qui in quolibet euentu, omnibus aliis dimiſſis, ſpectent, animóque verſent, quod precioſum eſt ex eiuſdem Dei proueniens manibus, quas ſponſa pretioſis ait [g] *plenas hyacinthis*: vt etiam in hac vita, quoad fieri poteſt vel & in perſecutionibus, & ærumnis, quaſi & ipſi os Dei ſint, in iugi quodammodo conuiuio beatitudine, & fælicitate fruantur regni cælorum. [h] *Secura* enim *mens* de bona Dei intentione in qualiber ſibi permiſſa tribulatione, *quaſi iuge conuiuium*, vt ait Sapiens: & in Euangelio [i] *beatos* Chriſtus aſſerit, *qui perſecutiones patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.* Quoad ſecundum verò oris munus, profectò os Dei: ſancti extitère Prophetæ, in primiſque Chriſtus Ieſus, dicente Apoſtolo, [k] *Multifariam, multiſque modis olim Deus loquens patribus in Prophetis, nouiſſimè diebus iſtis locutus eſt nobis in filio.* (*Quaſi os meum* ergo *eris*) illi ait Dominus, quia dum præexpoſito modo ſeparat precioſum à vili, ſimilem ſe exhibet Chriſto filio ipſiuſmet Dei. Quod explicat Apoſtolus Petrus, cùm ait: [l] *In hoc vocati eſtis: quia & Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius: qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius: qui cùm malediceretur, non maledicebat: cùm pateretur, non comminabatur; tradebat autem iudicanti ſe iniuſtè.* Quid eſt, *In hoc vocati eſtis*? Declaret ſe idem Apoſtolus, [m] *Non reddentes*, inquit, *malum pro malo, nec maledictum pro maledicto; ſed è contrario benedicentes: quia in hoc vocati eſtis: vt benedictionem hæreditate poſſideatis*, vt hoc tamquam in hæreditatem ab ipſo Chriſto vobis relictum iugi vos exercitio poſſidere pateat, quòd & Deo, & hominibus quacúmque in re benedicatis.

g Cant. 5. 14.
h Prou. 15. 15.
i Matt. 5. 10.

Conformãs ſe in omnibus ad Dei volũtatẽ eſt quaſi os Dei, quia ſimilis Chriſto, & Sanctis Dei Prophetis.

k Hebr. 1. 1.
l 1. Pet. 2. 21.
m 1. Pet. 3. 9.

28

Idque meritò, quia & quoad primum oris miniſterium in comeſtione, & in ſeparatione precioſi à vili re ipſa qui hac ratione ſe gerunt, ſimiles eidem ſunt Chriſto, qui de ſemet dixit Ioan. 4. 34. [n] *Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem Patris*, & de eodem apud Iſaiam ſcriptum eſt. *Butyrum, & mel comedet, vt ſciat reprobare malum, & eligere bonum*: quòd in quocúmque euentu dulciſſima ſemper comeſturus eſſet deſignata ſub metaphora butyri, & mellis, voluntatis nimirum Patris, ipſius cibi, in qua & dulcedo eſt cæleſtis fælicitatis: vt pote qui ſciat, vel etiam quia ſciat in omnibus reprobare malum, & eligere bonum, quod iſtud ipſum eſt quod aliis vocibus aſſeritur ſeparandi, ſeu educendi precioſum à vili. Nedum autem Chriſto ſimilis futurus dicitur ſeparans iſte precioſum à vili: Sed & inſignis item Dei Propheta, & eximius ſanctus: quippe qui & eum Vate Regio dicat, [o] *Benedicam Dominum in omni tempore, ſemper laus eius in ore meo.* [p] *In omnibus gratias agens.* Atque vt Paulus cum ſanctis Apoſtolis aſſerens, quodque aſſerit & facto explens. [q] *Maledicimur, & benedicimus: perſecutionem patimur, & ſuſtinemus: blaſphemamur, & obſecramus.*

n Ioan. 4. 34.

Conformans ſe, &c. dictus inſignis Propheta, & eximius Sãctus.

o Pſal. 33. 1.
p 1. Theſſ. 5. 18.
q 1. Cor. 4. 12.

29

Prædicatorũ bonorũ tanta nunc eſt inopia, quia id muneris exercentiũ pauci delectũ adhibent prædicandis.

Si ſeparandi metaphorâ delectus ſignificetur eorum, quæ à bono Oratore dicenda ſunt, oriſque Dei nomine prædicator deſignetur, qui & Dei eſt interpres, vt explicatum eſt in litera: id ſecundò ex hoc loco colligi poteſt, vnde vt plurimùm fiat, quòd in immenſo eorum numero, qui prædicandi exerceent munus, tam pauci ſint, qui iſto digni ſint epitheto oris Dei, & quibus vel nomen mediocris congruat prædicatoris: nimirum quia in rebus, atque in verbis quæ habent ad populum, delectum minimè adhibeant, quo ſeparent ab ineptis, & vilibus quæ potiora ſunt, magiſque & perſonis apta, & tempori, & loco, vt ea prudenter, & cum iudicio proferant. Quòd ſi in oratore, qui humani aliquid ſuâ perſuadere velit oratione id quàm maximè operæ pretium eſt iudicij, & prudentiæ, & delectus: Adeò vt Quintilianus ad finem libri ſexti Inſtitutionum oratoriarum propterea hæc ſcripto tradiderit. *Illud dicere ſatis habeo, nihil eſſe non modo in orando, ſed in omni vita prius conſilio: fruſtraque ſine eo tradi cæteras artes: pluſque vel ſine doctrina prudentiam, quàm ſine prudentia facere doctrinam. Aptare etiam orationem locis, temporibus, perſonis eſſe eiuſdem virtutis.* Idémque libro 10. capit. tertiò dicat: *Quæramus optima, nec protinus ſe offerentibus gaudeamus: adhibeatur iudicium inuentis, diſpoſitio probatis. Delectus enim rerum, verborúmque agendus eſt, & pondera ſingulorum examinanda.*

Quintilian.

Quid de Prædicatore verbi Dei, dicendum, cuius id debet esse studij, vt auditores à terrenis suâ prædicatione trahat ad cælestia? quod planè fieri nullatenus potest, ni Dominus det ei verbum,[a] Euangelizanti virtute multâ.

a Psal. 67.12.

30 *Prædicator bonus delectũ faciat dicendorum separans quæ Dei sunt eiusque spiritus, & eruditionis à vilibus iis, quæ sunt humanæ sapientiæ, & secundùm ipsius sensum.*

Porro cùm Prædicatori cuique ex duplici, quem in se haber spiritu, humano, atque diuino, duo rerum, verborúmque se offerant genera: alterum eorum quæ ex humana eruditione, inaniue eloquentia ei occurrunt dicenda, vilia certè, sicut & vilis adeo est omnis humana sapientia, vt stultam illam appellarit Apostolus:[b] eoque viliora, quò magis secundum eiusdem prædicatoris vilissimos sunt carnis, aut humani spiritus affectus: Alterum verò eorum quæ ex spiritu habet Dei, quæque diuinæ sunt eruditionis iuxta quam & subministratos à Deo habet quos prædicet eiusdem Dei sermones, nedum ponderis sui vi efficaces, atque proficuos, prout de illis idemmet ait apud Isaiam Dominus,[c] *Sic erit verbum meum, quod egredietur de ore meo, non reuertetur ad me vacuum, sed faciet quæcumque volui, & prosperabitur in his, ad quæ misi illud.* Sed & preciosos, iuxta illud, &[d] *Sermo Domini erat preciosus*, Sermones certè veræ Dei sapientiæ, de qua scriptum est,[e] *Melior est sapientia cunctis preciosissimis, & omne desiderabile non potest ei comparari.* Vanus prædicator sua potius, quàm Dei prædicat verba, nullamque adhibet curam, vt separet preciosum, quodque verborum Dei est, à vili inanis elatæque scientiæ, & eloquentiæ propriæ; adeoque nedum indignus est qui dicatur os Dei, sed & stulti nuncupandus est vocabulo: sic quippe illum appellasse visus est Salomon, cùm ait.[f] *Totum spiritum suum* (absque delectu) *profert stultus.*

b 1. Cor. 1. 20. c Isai. 55.11. d 1. Reg. 3.1. e Prou. 8.11. f Prou. 29. 11.

31 *Prædicator bonus delectũ adhibens, vt prædicet solummodò quæ sunt preciosi spiritus, dicitur quasi os Dei, verbis ipsis suis vitam cõferens.*

Cùm è vestigio de discreto, prudentique per eumdem Salomonem dictum sit:[g] *Qui moderatur sermones suos*, non solùm, scilicet in iis cohibendis, quando non est tempus loquendi; verùm etiam in eisdem seligendis, & cum delectus moderamine vsurpandis, *doctus, & prudens est:* alioquin enim fieri forsan posset, vt sine præexposito delectus moderamine diceretur doctus: sine quo tamen numquam prudens erit. *Et preciosi spiritus vir eruditus.* Hoc est, si nosse quis velit quid sit moderari sermones suos, sciat in eo id situm esse, quòd qui re verâ eruditus in Dei est sapientia, preciosi est spiritus, id est, factâ separatione preciosi spiritus, & eorum quæ spiritus Dei sunt, à spiritu vili proprij factus, eum dumtaxat profert, qui preciosus est, eaque solummodo prædicare studet, quæ preciosi sunt Dei spiritus. Vnde meritò qui istiusmodi est Prædicator, quasi os Dei esse dicitur: Vnde enim spiritus, nisi ex ore profertur? quòd si spiritus Dei est, profectò ex Dei proferatur necesse est ore. Ac sicut quando Deus spiritum ex ore suo inspirauit in primi hominis faciem, vitam illi per ipsam spiritus sui prolationem contulit; sic quippe legimus in libro Genesis,[h] *Et inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuentem:* cùm prius mortuum is esset simulachrum hominis carneum, ex limo terræ compactum. Ita & quando Prædicator sanctus separans preciosum à vili spiritum Dei ex se, quasi ex Dei ore in animas profert auditorum, viuificat certè illos per verba, quæ spiritus, & vita sunt: dicente Christo Iesu,[i] *Spiritus est qui viuificat: caro non prodest quidquam. Verba quæ ego locutus sum vobis, spiritus, & vita sunt.* Præexpositam distinctionem spirituum preciosi, atque vilis: & quâ ratione sanctus Prædicator preciosum separans à vili, quasi os Dei ea quæ sunt Dei, eiusque spiritus proferat, per Apostolum Paulum peregregiè significata mihi videntur, vbi hæc dicit.[k] *Nos autem non spiritum huius mundi,* (vilem) *accepimus: sed spiritum* (preciosum) *qui ex Deo est; vt sciamus quæ à Deo donata sunt nobis: quæ & loquimur, non in doctis humanæ sapientiæ verbis: sed in doctrina spiritus, spiritualibus spiritualia comparantes*, spiritualibus nimirum rebus, atque diuinis mysteriis spiritualia accommodantes verba, spiritales, non autem inanis eloquentiæ conferentes sermones.

g Prou. 17. 27. h Genes. 2.7. i Ioan. 6.64. k 1. Cor. 2. 12.

32 *Correptio fraterna fructuosa fit, quando eam facturus ob oculos habet solũ preciosæ animæ lucrũ, reiecto eo omni, quod ad semet pertinet, vt vilissimo.*

Tertium denique ex hac sententia, (*Si separaueris pretiosum à vili, quasi os meum eris.*) colligere est morale, de fructuosa correptione fraterna. Cùm enim in Euangelico de eiusdem præcepto sic legamus:[l] *Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipsum solum: si te audierit, lucratus eris fratrem tuum.* Planè argui non incommodè posse crediderim, id operæ precium ad bonam esse correptionem, vt preciosum, quod est lucrum fratris à corripiente separetur à vili, quod est peccatum eius qui corripitur, in ipsum qui corripit: quam separationem necessariò faciendam, per id fortasse subindicatum, quod interpositum est verbum, *Vade*: cuius proprius eò loci significatus est, vt correptionem facturus discedat primùm à semet, suique omnem relinquat acceptam offensionem, separans nimirum quod in facienda correptione intendere debet, preciosissimæ corripiendæ animæ lucrum: ab omni interesse proprio, vel personæ, vel honoris læsi, & ab omni fœditate commissi in ipsum peccati: necnon & ab omni commotæ in se passionis perturbatione contra sceleris in Deum commissi grauitatem. Hæc enim omnia vilia sunt, vtpote vel terrena, vel cum peccato, quod præ omnibus vilissimum esse ostensum est, vel ad peccatum spectantia: Sicut anima fratris, cuius solummodo spectandum est lucrum, preciosa dicitur à Salomone, cùm de muliere praua ait,[m] *Mulier autem viri preciosam animam capit.* Adeoque preciosa, vt propter eam scriptum apud Isaiam sit,[n] *Preciosior erit vir auro, & homo mundo obrizo.* Quod exactiùs explicans Petrus Apostolus.[o] *Scientes*, ait fidelibus, *quòd non corruptibilibus auro, vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione paternæ traditionis: sed precioso sanguine quasi agni immaculati Christi*, &c.

l Matth. 18. 15. m Prou. 6. 26. n Isai. 13, 12. o 1. Pet. 1. 18.

33 *Corripiens fratrem fructuosè dicitur quasi os Dei, & propter verborum ipsius efficaciã, & quia habetur vt Sãctus Dei Propheta.*

Porrò qui correptionem alicui facturus hac priùs ratione separarit preciosum à vili, quasi os Dei futurus dicitur. Quod duobus modis intelligi potest, sicut duobus modis & oris Dei nomen potest accipi, vel pro ore Dei proprio, vel pro Propheta Dei, quem oris Dei appellatione designari in Scriptura solitum dixi in prima literæ expositione: Quisquis enim si corripuerit, apud eum qui ab illo corripitur, cui aliàs corripientium & verba, & facies ipsa erant molestissima, iam tantæ habetur venerationi, vt veluti summum Dei Prophetam ipsum reputet; adeoque in omnibus se se ei exhibere satagit obsequentem, pro insigni computans gratia, quòd à tam sancto viro, & qui diuino præditus sit spiritu, meruerit admoneri. Sicque simul fit, vt quoad vim effectricem idem quasi verum os Dei sit; quia sicut quod egreditur ex Dei ore in actum illico educitur, cùm[p] ipse dixerit, & facta

p Psal. 148. 5.

facta sint: ita & quod ipse profert correptionis verbum, prosperum suum habet effectum emendationis eius qui corripitur. Quasi namque os Dei faciet quodcumque voluerit, sicut de suomet ore ait apud Isaiam Deus ipse, [a] & verba illius prosperabuntur in his ad quæ miserit ea.

a Isai. 55. 11.

34 *Corripiens fructuosè amatur, ita vt non cogatur veritatem tacere, ne subeat odium.*

Huius autem effectus hoc erit signum, quòd. (*Conuertentur ipsi ad te, & tu non conuertêris ad eos.*) Ij enim, dicit Dominus, quos præexpositâ ratione corripueris in dies magis tuam procurabunt amicitiam, tibi sic erunt obsequentes, vt summopere gaudeant, si eos tibi subesse concedatur: vt ad sanctum quem in virtutum obseruent studio, & vt ad Dei Prophetam, quem in rebus suis omnibus consulant, libentissimè conuertentur. Sicque posthac rectè viuent, vt haud necesse sit conuertaris ad illos obseruandos, si quo in delicto corripere eos iterum debeas. Vel aptiùs, (*Et tu non conuertêris ad eos,*) illorum defectibus conniuendo: Et, vt illorum conserues amicitiam, tacendo veritatem, cuius id iuxta prouerbium nouimus esse, vt odium pariat.

35 *Prædicatori bono prædicati eum delectu, quæ sunt Spiritus Dei duplex promisit fructus, & quòd ipse non quærat auditorum gratiam, & quòd auditores ad illum vt ad Sanctū confluant.*

Si præcedentia de Sancto Prædicatore sumantur, prout in secundo sumpta fuêre morali, & hæc pariter iisdem moraliter sic aptabis, vt per ea probetur duplex prædicationis illorum fructus; alter, quòd vilia relinquentes, vt supra explicatum est, illi non conuertentur ad auditores praui gustus, loquentes nimirum eis placentia, quò iis grati sint, plerumque habeant auditorium: Quodque maioris est momenti, ipsis non subiicientur, ad prauam eorum conuersi vitam, prout plerisque contingit. Hæc enim omnia per id significantur, quod secundo loco dicitur, (*Et tu non conuertêris ad eos.*) Sicut per id quod primo dicitur membro, (*Conuertentur ipsi ad te,*) alter significatur fructus, conuersionis eorumdem auditorum ad prædicatorem ipsum, id est, ad separantem preciosum à vili, ad preciosa quæ prædicat suscipienda, vt facto ea expleant, & ad eius dicto obsequendum, ad eum imitandum, quem vt Dei Prophetam, & vt sanctum venerantur,

36 Hug. Card. *Prælatus bonus sit vt ignis qui omnia in se conuertit; factus forma gregi, non vt aqua, quæ conuertitur in alia.*

His placet addere quæ & Hugo Cardinalis moraliter circa hæc ita de bonis habet Prælatis. (*Conuertentur, ait, ipsi ad te, &c.*) *Quasi ipsi debent te imitari, non tu eos. Debes enim esse forma eorum, non ipsi tua. Ignis in omnia habet naturam conuertentem: quia omnia quæ attingit conuertit in naturam suam: sed aqua habet naturam conuertibilem, quæ conuertitur in illud quod attingit, vt in panem, vel terram. Sic Prælati si essent ardentes per charitatem alios accenderent; qui autem non ardet, non accendit: Sed sunt magis aqua, quia conuertuntur in vitam Laicorum: licet Laici aliquando conuertantur ad bonum per illorum prædicationem: Vnde sic Prælati fiunt in caudam, & subditi in caput, vt dicitur* [b] *Deuter. 28. Ipsi erunt in caput, & tu in caudam.*

b Deut. 28. 44.

VVLGATÆ.

Vers. 19.] Propter hoc hæc dicit Dominus, &c.

SEPTVAGINTA.

19. Διὰ τοῦτο τάδε λέγει κύριος. ἐὰν ἐπιστρέψῃς, καὶ ἀποκαταστήσω σε. καὶ πρὸ προσώπου μου στήσῃ. καὶ ἐὰν ἐξαγάγῃς τίμιον ἀπὸ ἀναξίου, ὡς τὸ στόμα μου ἔσῃ. καὶ ἀναστρέψουσιν αὐτοὶ πρὸς σε. καὶ σὺ οὐκ ἀναστρέψεις πρὸς αὐτούς.

A *Vers. 19.*] Ideo hæc dicit Dominus, Si reuertêris, & restituam te, & ante faciem meam stabis. Et, si eduxeris preciosum à vili; quasi os meum eris. Et conuertentur ipsi ad te, & tu non conuertêris ad eos.

APPENDIX EXPOSITIONVM ex antiquis Patribus collecta.

1

B PARAPHRASIS Chaldaica. *Propterea hæc dicit Dominus: Si conuertêris, & conuertam te; coram me ministrabis: & si reuocaueris impios, vt sint iusti, voluntatem verbi mei implebis. Obedient ipsi verbis tuis, & tu non reuertêris, vt erres post eos.*

Vers. 19. Origenes. *Per conuersionem verā restituimur ad amissam Dei amicitiā.*

Origenes. (*Ideo hæc dicit Dominus: Si conuersus fueris, restituam te*) *Ad omnes hæc loquitur Dominus, quos reuerti vult ad salutem. Videtur autem quiddam significare mysterij in eo quod ait, (Restituam te.) Nemo enim restitui potest, nisi in eum locum vnde antea discesserat: vt puta si membrum corporis mei fuerit à* C *compage disiunctum, medicus illud in pristinum locum restituere conatur: Si quis separatus à patria in exilium mittitur, & postea per indulgentiam eorum qui possunt exules soluere, redditur libertati, redit vnde fuerat expulsus. Miles quoque abiectus ex ordine suo restituitur ordini, si acceperit veniam. Ita & nunc dicitur ad mortale genus, id est, ad nos homines, qui à Deo fueramus auersi. (Si conuersi fueritis, restituam vos.) Finis quippe repromissionis restitutio est, vt in Actibus Apostolorum legimus.* [c] *Vsque ad tempora restitutionis omnium, quæ locutus est Deus per os sanctorum Prophetarum suorum in Christo Iesu.*

c Act. 3. 21.

Hieronym. *Conuertens proximum à peccatis quātum apud Deum meretur.*

D Hieronymus. (*Propter hoc hæc dicit Dominus, Si conuerteris, &c.*) *Manifestum est, quod superiora nequaquam Ierusalem, sed Propheta dixerit. Cui respondit Dominus: Si conuerteris à peccatis populum, & ego de tribulatione conuertam te in lætitiam: & stabis ante faciem meam, sicut Angeli stant in conspectu Dei, quotidie videntes faciem illius.*

Stare ante faciem Dei significat ministeriū Angelorum, & magnā apud Deum fiduciam. Theodoric.

Eodem ferè sensu & Theodoritus. *Prophetam, inquit, protinus consolatur Dominus his verbis. (Si conuerteris, conuertam te, &c.) Non exiguam, inquit, mercedem conseruo tibi, qui tantum laboris suscepisti. Nam si quempiam errantem conuerteris, ac persuaseris, vt amplectatur quæ tendunt ad meliora, multam* E *apud me fiduciam consequêris, quod indicat clausula hæc. (Ante faciem meam stabis.)*

D. Thomas. *Stant iusti ante Dei faciem per vitæ rectitudinem, & per eminētiam contemplationis.*

D. Thomas. *Hic ponitur Domini exaudientis responsio, & primò promittit promotionem in beatis quantum ad vitæ rectitudinem. (Si conuerteris) alios ad me à peccatis. (Conuertam te) ab angustiis. (stabis) per vitæ rectitudinem, vel cōtemplationis eminentiam. 3. Reg. 18.* [d] *Viuit Dominus, in cuius conspectu sto.*

d 3. Reg. 18. 15.

2 *Conuersionis animarum encomium præstantissimum.*

(*Et si separaueris preciosum à vili quasi os meum eris.*) Conueniunt quidem ferè Patres, vt hæc in Encomium habita sint studij conuersionis animarum; quia tamen aliquid in eorum dictis sin- F gulare est, vel quoad explicationem separationis preciosi à vili: vel quoad rationem, cur dictum à Deo fuerit. (*Quasi os meum eris.*) Idcirco aliqua non pigebit, quæ in hanc sententiam scripta ab eis fuêre, ad verbum hoc loco referre.

Et quidem in duos potissimùm ordines illorum distinguere possumus expositiones, quibusdam (*quasi os Dei,*) ob dignitatis præstantiam, aliis ob efficaciam eos dici asserentibus, qui animas suis conuerterint verbis.

Clem. Papa. *Conuertens animas è feris facit oues, quantaque sit illius merces.*

In primo ordine primus est Clemens Papa lib. 2. Apostolicarum Constitut. cap. 56. *Studete,* ait, *vt tamquam prudentes Ecclesiam Dei amplificetis; & oues quæ habentur pro feris, & agrestibus ad eam reducatis, & mitigetis, & in pristinum statum restituatis. Atque hæc quidem est maxima à Deo promissa merces: (Si eduxeris, inquit, ex indigno dignum, & honoratum, sicut os meum eris.* Ephren quoque Syrus Tomo primo in Consilio de Vita Spirituali ad Monachum nouitium, num. 95. dicens, *Qui artem fabrilem exercent non pulverem, non malleis strepitum, neque ignis ardorem respuunt: sed rudem ferri massam studiose, assiduéque manibus tractantes vasa inde commoda, & vtilia educunt, atque conficiunt. Quocirca ne nos quidem ad virtutem, & pietatem inuicem cohortando defatigemur: & a vili preciosum separantes nos quoque digni vocatione illa cælesti immensáque gloria reddamur. Scriptum est enim, (Si separaueris preciosum à vili, quasi os meum eris.)* Idemque eodem sensu Tomo 2. in Parænesi 16. similia habet.

Ephren Syr. *In conuersionis animarũ studio non defatigemur vel ob illius eximiam mercedem.*

Greg. Nyss. *Verba Dei quanta cum discretione proferenda.* a Matth. 7.

Gregorius Nyssenus ad initiũ libri primi contra Eunomium. *Feris similes, rationisque expertes peiores euadunt, vt Euangelium* [a] *testatur, si Margaritarum obiecta copia eis benefacere tentet. Quamobrem vtile fuerit, meo iudicio, dum quid donamus, preciosa à vilioribus secernere, vt diuinus sermo præmonuit, ne liberalitatem donantis contristet improbitas, Margaritas conculcantis, & Prælatorum munerum ignoratione beneficentiam iniuriâ afficientis.*

3

Ioan. Chrys. *Conuersio animarum est omni eleemosynâ præstantior.*

Ioannes Chrysostomus homil. 3. in primam epist. ad Corinth. *Nihil est quod anima possit æquiparari, ne vniuersus quidem mundus. Itaque & si immensas pecunias pauperibus eroges, plus tamen effeceris, si vnam conuerteris animam. Qui hoc facit, Petrum, Paulúmque imitatur. Sed quid ego hoc commemoro? os erit Christi: (Qui enim eduxit preciosum ex indigno, tamquam os meum erit.)*

Chrysost. *Si lucro temporali ad hoc impelleremur studiis, multò magis ad id excitet promissum cælestis dignitatis præmium.*

Idémque homil. 16. ad Populum Antioch. *Numquid si quis tibi aureum vnum pro singulis hominibus correctis promisisset, nonne omne studium adhibuisses, & assiduus adstitisses persuadens, & exhortans? Nunc verò non aureum vnum, neque decem, neque viginti, & centum mille, & totam terram tibi Deus pollicetur in horum laborum retributionem; sed quod orbe toto maius est, hoc tibi prabet, cælorum regnum; nec hoc solùm, verùm & aliud præter hoc. Quale verò hoc? (educens honestum ex indigno, sicut os meum eris,) inquit. Quid huic possit esse par ad honoris, & vtilitatis rationem?*

Chrysost. *Conuersione animarum obtinetur quod nullum aliud præstare potest opus, oris puritas puritati oris Dei similis.*

Idémque in Oratione quinta aduersùs Iudæos Tom. 5. *(Qui eduxerit preciosum ex indignitate, tamquam os meum erit) ait Deus. Quod neque ieiunium, neque peracta cubationes, ac peruigilia, neque aliud quidpiam potest efficere, efficit fratris procurata salus. Cogita quàm multa frequenter os tuum peccauerit, proferens obsceana, conuicia, maledicta, & omnino suscipies collapsi curam. Nam hoc vno benefacto omnem illam delere maculam poteris. Et quid dico delere? Facies, vt sit os tuum, sicut os Dei, purum nimirum atque sanctum, sicut est os Dei.*

4

Syn. Meld. *E Sacerdotis ore, veluti ex Dei ore suscipienda diuina responsa, atque mandata.* b Exod 28.

Synodus Meldensis sub Sergio Papa 11. in Præfatione. *Sacerdotum est diuina populo dare mandata, & referre responsa: quia in Rationali pectoris Aaron erant doctrina, & veritas Exod. 28.* [b] *Et Sacerdotalis chorus os Domini appellatur, sicut scriptum est: (Si separaueris preciosum à vili, quasi os meum eris.)*

Ant. Monac. *Doctor dictus os Dei.*

Antiochus Monachus homil. 122. Tom. 2. Bibl. Vet. Patrum. *Qua citra fucum vllum Christi pascit gregem, vocatus legitur os Domini, ait enim, (Si eduxeris preciosum à vili, quasi os meum eris.)*

Anselm. *Retrahens animas à Deo quid futurum sit.*

Anselmus lib. epistolarum, epistola 10. *Si (qui separat preciosum à vili) id est, animam a sæculo, (tamquam os Dei) scriptum est, (erit) Ille cuius os & manus retrahunt adhærentem post Deum ad sæculum, quid erit?*

Rup. Abb. *Sicut separãs veritatem à mendacio dicitur os Dei. Ita habens Spiritum Dei dicendus cor Dei.*

Rupertus Abbas lib. 1. in Numer. cap. 33. *Si iuxta Prophetæ dictum. (Qui preciosum à vili) id est, veritatem à mendacio separat, ipse os Domini dicitur, Cur non rectè dicatur & quasi cor Domini, qui habet spiritum Christi?*

D. Thom. *Opera mala distinguens à bonis dignus est, vt per eũ Deus loquatur.* c Matth. 10. 20.

D. Thomas. *(Si separaueris) distinguendo scil. opera mala à bonis, (os meum) quia per te loquar. Matt. 10.* [c] *Non enim vos estis, qui loquimini, sed Spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis.*

5

Augustin. *Conuersionis animarũ studio indulgentes sunt os Dei vim habens productiuam.* d Gen. 1. 20.

In secundo ordine est Augustinus, qui lib. 13. Confess. cap. 20. Sanctorum Prædicatorum efficaciam his explicatam sumens ait, ad illos. *Concipiat & mare, & pariat opera vestra, & producant aquæ reptilia animarum viuarum (Separantes enim preciosum à vili facti estis os Dei,) Per quod diceret.* [d] *Producant aquæ non animam viuam, quam terra producit: sed reptilia animarum viuarum, & volatilia volantia super terram. Repserunt enim sacramenta tua Deus per opera seruorum sanctorum tuorum inter medios fluctus tentationum sæculi ad imbuendas gentes nomini tuo, in Baptismo tuo. Et inter hæc facta sunt magna mirabilia tamquam Cete grandia, & voces nunciorum tuorum volitantes super terram, iuxta firmamentum libri tui, proposito illo sibi ad auctoritatem, sub quo volitarent, quocumque irent.*

Theodorit. *Conuertens animas efficaciam exercet oris Dei.*

Theodoritus. *Si quemquam ex impiis conuerteris, ac persuaseris vt amplectatur quæ tendunt ad meliora, ori meo adsimilabere. Ego siquidem ea quæ sunt, verbo condidi: & tu verbo perperam agentes conuerti facies ad virtutem.*

Greg. PP. *A mundo aliquem separãs ad Deum, vt os Dei habet ipsam animã euellendi.*

Gregorius Papa lib. 18. Moral. cap. 23. *(Si separaueris preciosum a vili, &c.) Vilis Deo est mundus præsens, preciosa verò est anima humana. Qui ergo preciosum à vili separat, quasi os Domini vocatur: quia per eum Deus verba sua exerit, qui ab amore præsentis sæculi, loquendo quæ potest, humanam animam euellit.* Eadem ferè habet & lib. 33. cap. 22.

6

Hieronym. *Separans iustos ab impiis implet Dei præcepta.*

Ad magnam mercedem emendationis, & imitationis Dei referunt alij quod de ore Dei asseritur. Sic Hieronymus in Comment. *(Et si separaueris.) Ne putes, inquit, boni operis non esse mercedem: si sanctos quosque meos de numero peccantium tuis sermonibus segregaris, eris quasi os meum, & meis præceptis copulaberis.*

Chrysost. *Conuersionis animarũ studio indulgens Deũ imitatur, propter id studij incarnatum.*

Ioannes Chrysostomus homil. 3. in cap. 1. Genesis. *Vt scias quantum bonum sit cum salute nostra & alios lucrari, audi Prophetam ex persona Dei loquentem. (Qui eduxit preciosum à vili, quasi os meum erit.) Quid hoc est? Qui ab errore ad veritatem manu duxerit, vel à peccato ad virtutem proximum induxerit, pro virili humano me imitatur. Etenim ipse cùm Deus sit, propter nihil aliud nostram induit carnem, Et alia humana omnia sustinuit, & crucem quoque suscepit, nisi vt nos peccato obnoxios à maledicto liberaret. Si igitur qui Deus est ineffabilis essentiæ, ob misericordiam ineffabilem hæc omnia propter nos, & salutem nostram suscepit: cur non & nos erga fratres iusti sumus, agnoscentesque eos vt membra nostra, & eripientes ex Diaboli faucibus in viam virtutis inducimus?*

Chrysost. *Mansuetè respondens & lingua Christi est, & os Patris, & templum Spiritus Sancti.*

Idem Chrysostomus homil. 52. ad pop. Antioch. in principio. *Si ad Christi imitationem tu quoque mansuetè responderis: si loquaris ad proximorum emendationem, linguam illi similem habebis. Et hæc ipse Deus testatur. (Qui dignum educit ab indigno,*

digno, quasi os meum erit.) Cum itaque lingua tua tamquam Christi lingua sit, & os tuum quasi patris os fiat, & Sancti sis Spiritus templum, quis iam huic fuerit æqualis honori? Nec enim si tuum ex auro foret os compositum, aut ex preciosis lapidibus ita fulgêre deberet, vt nunc decore mansuetudinis illustratum.

7 Petrus Damiani Serm. 51. qui est 2. de Sancto Matthæo Apostolo. *Sicut Phison primus inter fluuios Paradisi legitur: Sic Matthæus*[a] *inter Sanctos Euangelistas primus legitur. Phison siquidem oris mutatio interpretatur, Os enim suum ipse mutauit, quod videlicet à sæcularibus verbis ad prædicandum Euangelium transtulit, & quod suum prius* B *carnaliter fuerat, vt Dei esset effecit, dicente Domino: (Si separaueris preciosum à vili, quasi os meum eris.)*

Petr. Dam. Matthæus Apostolus mutauit os suũ in os Dei, separans Dei verba à Sæcularibus sermonibus.
a Gen. 2. 11.

Bernardus serm. 10. in Psalmum Qui habitat. *(Si separaueris preciosum à vili, quasi os meum eris) ait Dominus. Hoc est, Si solerter discreueris inter exteriorem interioremque substantiam, vt non plus tabernaculo tuo timeas à flagello, quàm tibi ipsi à malo. Hoc enim malum est, vnde dicitur:*[b] *Declina à malo & fac bonum.*

Bernard. Separare preciosum à vili est discernere inter exteriorem, interioremque substantiam.
b Ps. 36. 27.

(Conuertentur ipsi ad te, & tu non conuertêris ad eos.) Hieronymus. *Debent illi tui imitatores esse, & non tu eorum.* Idipsum & D. Thomas.

Hieronym.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

8

ἘΑ'Ν ἐπιστρέψῃς, καὶ ἀποκαταστήσω σε. καὶ πρὸ προσώπου μου στήσῃ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἐπειδὴ ἀπέστρεπτο λοιπὸν τὴν προφητείαν. ἐπειδὴ πέρας λοιπὸν ἔχειν ἐνόμιζε τὸ πρᾶγμα, μετάβαλε φησι, τῆς προαιρέσεως ταύτης. καὶ ὅρα ἐὰν σὺ ἐπιστρέψῃς, πρότερον τὰ παρὰ τοῦ προφήτου ζητεῖν. ἔτι ἐλπὶς ἐστι κερδηθῆναι τινάς. μὴ πρόσεχέ μου τοῖς ῥήμασι τοῖς ἀπόγνωσιν ἔχουσιν. ἀπειλῆς ἕνεκεν ταῦτα λέγω καὶ φόβου. εἰσὶ τίμιοί τινές. ἐὰν ἐπιστρέψῃς, καὶ ἀποκαταστήσω σε. τουτέστι, φησὶ, πρὸ προσώπου μου στήσῃ, οὐ μικρὸν ἀξίωμα, ἀλλ' ἀγγελικὸν ἢ τιμὴν, ἢ ἀσφάλειαν ἐπαγγέλλεται τὸ πρόσωπόν μου.

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐὰν γὰρ φησὶν ἀποστῇς τῆς ἁμαρτίας, ἔσῃ ὡς ἀπ' ἀρχῆς ὁ Ἀδὰμ, τῆς ἐμῆς θεωρίας ἀξιούμενος.

[Καὶ ἐὰν ἐξαγάγῃς τίμιον ἀπὸ ἀναξίου, ὡς τὸ στόμα μου ἔσῃ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ποῖαι λοιπὸν ταύτης ἴσαι ἀρεταί; παράβαλε ταύτῃ ὅσα βούλει. μὴ γὰρ δὴ τὸν ἐξάγοντα ἴδῃς, ἀλλὰ κἂν μὴ ἐξαγάγῃ, τὸ αὐτοῦ ἐποίησεν.

Βίκτωρος.] ἐὰν γὰρ φησὶ διὰ τὴν κακίαν εἷς τῶν ἀπολλυμένων εὐτελῶν σωθῇ διὰ τῶν σῶν λόγων, ἔντιμος ἔσῃ διὰ τοῦτο παρ' ἐμοί. στόμα δὴ γίγνεται θεοῦ πᾶς ὁ τοὺς αὐτοῦ λόγους ἀπαγγέλλων. οὐ γὰρ ὑμεῖς ἐστὲ φησὶν, οἱ λαλοῦντες, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ τὸ λαλοῦν ἐν ὑμῖν.

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐὰν ἐξαγάγῃς ῥῆμα τίμιον, τουτέστι τὸ τῆς πίστεως ὁμολόγημα, ἀπὸ τοῦ ποτὲ ἀναξίου, καὶ ἀπίστου, καὶ παρασκευάσῃς αὐτὸν πιστεῦσαι, ὡς στόμα ἔσῃ τοῦ εἰπόντος σωτῆρος. ὦ γύναι μεγάλη σου ἡ πίστις.

[Καὶ ἀναστρέψουσιν αὐτοὶ πρὸς σὲ, καὶ σὺ οὐκ ἀποστρέψεις πρὸς αὐτούς.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] περιττὰ γὰρ ἦν τὰ τῆς τιμῆς ἐπαγγελλόμενα, εἰ μὴ καὶ τὴν ἐνταῦθα ἀσφάλειαν ὑπέσχετο. τουτέστιν αὐτοὶ ἥξουσιν πρὸς σὲ, σὺ δὲ οὐκ εἴξεις αὐτοῖς. σου δεηθήσονται, καὶ παρακαλέσουσί σε.

Ὀλυμπιοδώρου.] σπούδασον φησὶν ὦ προφῆτα τοιοῦτος εἶναι, ὡς ἕλκειν αὐτοὺς πρὸς ἀρετὴν, καὶ μὴ ὑπὸ τῆς αὐτῶν κακίας καθέλκεσθαι.

Vers. 19. *Si reuerteris: & restituam te: & ante faciem meam stabis.)*

Chrysostomi.] *Postquam auersatus iam* C *erat prophetiam, quando rem putabat ad finem perductam; muta, inquit, voluntatem hanc, & caue ne si conuerteris, prius ea quæras quæ Propheta dixit, Adhuc spes est, aliquos lucro fore. Ne verba attendas desperationem habentia. Minarum ergo, timorisque hæc dico. Sunt quidam preciosi. Si conuerteris, ait, & conuertam te, ad hos inquit, ante faciem meam stabis. Non exigua est dignitas, Sed Angelica. Vel honorem, vel securitatem facies mea promittit.*

Chrysost. Prædicatori suadet Dominus, vt prædicandi munus prosequatur, nec desperet omnino de lucro aliquarum animarum. Prædicator instar Angeli ante Dei faciem stans ab illa & honorem accipit, & securitatem.

D Olympiodori.] *Si enim, ait, ab iniquitate destiteris, eris vt à principio Adam, mea visione dignatus.*

Olympiod. Conuersione à peccatu reddimur digni Dei fruitione.

(Si separaueris preciosum à vili, quasi os meum eris.)

9

Chrysostomi.] *Quæ igitur virtutes cum hac possunt exæquari? confer cum hac, quæcumque libuerit; ne specta separantem; sed si etiam non separauerit, fecit quod in se fuit.*

Chrysost. Conuersionis animarũ studio nulla exæquari possunt virtutes.

Victoris.] *Si enim, ait, propter malitiam,* E *vnus ex his, qui viles pereunt, per tuos sermones salutem acquirat, honoratus propter hoc apud me eris. Os autem Dei fit quicumque eius sermones pronunciat,*[c] *Non enim vos estis, ait, qui loquimini, sed spiritus Domini qui loquitur in vobis.*

Vict. Presb. Prædicationis munus quanta sit dignitatis.
c Matth. 10. 20.

Olympiodori.] *Si eduxeris verbum preciosum, hoc est fidei confessionem ab eo qui olim indignus erat, & infidelis, effecerisque vt credat, eris vt os Saluatoris, qui dixit,*[d] *ô mulier magna est fides tua.*

Olympiod. Ad fidem aliquem conuertens quasi os Christi.
d Matth. 15. 28.

10

F *(Et conuertentur ipsi ad te, & tu non conuertêris ad eos.)*

Chrysostomi.] *Superflua enim erant honoris promissa, ni & præsentem securitatem spopondisset, hoc est, ipsi venient ad te, tu autem non cedes illis, te rogabunt, & obsecrabunt.*

Chrysost. Prædicatori sancto vltra honorem pollicetur Deus & securitatem.

Olympiodori.] *Stude, inquit, Propheta talis esse, vt eos ad virtutem attrahas, nec à malitia eorum detraharis.*

Olympiod. Prædicator quid eniti, & quid cauere debeat.

Vers. 20.

Verſ. 20.] Et dabo te populo huic in murum æreum, fortem: & bellabunt aduersùm te, & non præualebunt: quia egó tecum ſum, vt ſaluem te, & eruam te, dicit Dominus.

Verſ. 21.] Et liberabo te de manu peſſimorum, & redimam te de manu fortium.

PARAPHRASIS EXPOSITIONIS LITERÆ.

a Et dabo te populo huic in murum æreum, fortem.

Sicut [a] autem in primis illis quæ commemoraſti electionis tuæ ad prophetale munus initiis ſaluberrima tibi pollicitus ſum; ſic & tempore iſto ſimilium tibi confirmo ſponſionem. Quamuis enim Iudæi vndique ſuis te impellent conuitiis, calumniis, ac perſecutionibus, quem pro ſe murum iræ meæ contra ipſos opponendum habere poſſent: curabo nihilominus, vt tamquam præfortis, æneuſque ſis paries, quem nedum tantillùm in animi lædant robore, ſed nec à cœpto opere iſto, & à charitate, quâ id proſequêris, vel ad tranſuerſum, vt dicitur, vnguem poterunt dimouêre: [b] Iugibus quidem te impetent contentionum, æmulationum, & inſectationum præliis; talia enim ſubire par eſt fortiſſimum quemque militem, miniſtrumque meum, qui Deus ſum exercituum: Victoria tamen tua, illis omnibus ſuperatis, erit glorioſior. Enimuerò me ſemper habebis comitem, à quo, nedum in futuro perpetuâ ſalute donaberis: at & nunc ab omni depulſionis eruêris periculo.

b Et bellabũt aduersùm te, & non prænalebũt: quia ego tecũ ſum, vt ſaluem te, & eruam te, dicit Dominus.

Nam [c] tametſi ad maiorem meritorum tuorum cumulum manibus traditus tibi videaris te opprimentium & Sacerdotum, ac Pſeudoprophetarum, & Regum, principumque; redimam tamen te ab iſtis quantumlibet fortibus, potentibus, atque crudelibus, de eorum manu ipſo toleraturum ærumnarum, & meritorum tuorum pretio te eruens: Et ab illis, peſſimorum certè vocabulo nuncupandis, vel ob hoc ipſum, quòd peſſimâ ratione te perſequuntur, cuius tueri deberent partes, liberabo te, ex eorum te ſubtrahens manu.

c Et liberabo te de manu peſſimorum, & redimam te de manu fortium, (ſeu, crudelium, aut peſtilentium.)

EXPOSITIO PRIMA IVXTA SENSVM LITERÆ.

Verſ. 20.] *Et dabo te in murum æreum fortem: Et bellabunt aduersùm te, & non præualebunt, quia ego tecum ſum, vt* &c.

Verſ. 21. *Et liberabo te de manu peſſimorum, & redimam te de manu fortium.*

Vide dicta in verſ. 18. & 19. capitis primi.

1 Ieremiæ promiſſa à Deo iuges tribulationes in munere prophetandi, ſed cum maximo robore, & cũ victoria.

Quia Ieremias poſt ſuas querelas, excitari nihilominus ſe audiens à Deo, vt viſum eſt in præcedenti verſ. 19. ad proſequendum prophetiæ, ac prædicationis munus, vrgere adhuc Deum querulis quiuiſſet vocibus, & dicere, Quid animi mihi ineſſe poteſt, vt tantis oppreſſus ob munus iſtud ærumnis, id nunc denuò, vt iubes, aggrediar, ſi hucuſque contraria mihi eueniſſe probaui iis quæ pollicitus mihi es, quum primum in Prophetam me delegaſti tuum, inquiens, [d] *Tu ergo accinge lumbos tuos, & ſurge, & loquere, &c. Ne formides, &c. Ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitam, &c. Et bellabunt aduersùm te, & non præualebunt, quia ego tecum ſum, vt liberem te.* Occurrit his Deus ipſe per præoccupationem: iteratque quæ tunc illi ſpopondit. Ac ſi dicat. Quæ tunc in vaticiniorum initio intimaui, hæc & nunc confirmo: quæue tunc ſum ibi pollicitus, eorum & nunc ſpondeo me vatem, & exequutorem. Quid tunc denunciaui: Ærumnarum certè impulſus: aduerſantium vndequaque concuſſionem, & ictus: iugemque cum multiplici hominum genere belligerãdi neceſſitatem. Quid promiſi? Robur, munimen, inconcuſſionem, victoriámque tutam aſſiſtentiâ mea perenni. Ecce & nunc quoque fortem futurum te aio murum, & æneum, quem impellere quidem obnitantur, variiſque perſecutionum ictibus concutere quorquot tuæ obſiſtent vaticinationi: Præliari tibi certè opus eſt, quia bellabunt illi aduersùm te, ſicut hucuſque fecère, ſuperior tamen, me tibi adſtante, euades.

d Iere. 1. 17.

2 Ieremiæ quã victoriam de hoſtibus ſuis, & in cõtinuis ærumnis ſollicitus ſit Dominus.

Ingens autem quoad hæc in hunc ſenſum accepta, exoritur mihi difficultas, cuius ſolutio nedum præſenti loco, ſed & ferè toti huic libro lucem afferat maximam. Cùm enim ex ipſa totius libri ſerie exploratiſſimum ſit, Ieremiæ vitam totam, vt dictum eſt, fuiſſe calamitoſiſſimam, ita vt vix reperire ſit, cuinam is non fuerit ſubiectus generi & aduerſantium perſonarum, & cruciatuum: Quanam ratione verâ quis dicat, quæ tamen in firmæ veritatis conteſtationem repetita hîc ab ipſa ſunt veritate, præſertim cùm iam communi afferatur opinione, & violentâ lapidantium Iudæorum manu illum fuiſſe in Ægypto occiſum. Pro cuius difficultatis enodatione dicendum, iſtas Domini ad Ieremiam pollicitationes non tam de corporea illius extitiſſe liberatione ab ærumnis: & victoria quoad ſenſibiles impugnationes ab aduerſariis corporaliter eidem illatas: quàm de exhibendo illi tali ſpiritus robore in ipſo prophetiæ munere obeundo, in quo Deum iugiter habiturus eſſet comitem, vt propter nullos perſecutionum impulſus, propter nullos ærumnarum ictus ab illo deſtiturus ſit vnquam. Imò, nullâ corporalium ſuarum afflictionum habitâ ratione, vel etiam per eas ipſas in dies maioribus auctus viribus, in Dei proximique charitate magis magiſque roboratus, & in perſeuerantia vaticinandi, & in ſuorum vaticiniorum veritate, & in charitate ipſa ſua, quocumque in contradicentium prælio, vel etiam violenta in nece ſuperiores habiturus ſit partes, victorque euaſurus. Enimuerò ſi Gentili Philoſopho Anaxarcho Abderitæ (vt refert in eius vita Diogenes Laërtius) cùm à Rege Cypri Nicocreonte in mortario piſtillis ferreis crudeliſſime contunderetur, dicere licuit Tyranno eidem, Tunde, tunde Anaxarchi follem, Anaxarchum certè non tundis. Quantò magis, quantò rationabiliùs, & veriùs à Propheta noſtro ſanctiſſimo, quem Dei continua roborauit præſentia, dici idipſum potuit Iudæis corporaliter ipſum impugnantibus, & ærumnis, atque etiam morte eum afficientibus? Quin potiùs vel ex hoc veritas iſtorum Dei ad ipſum promiſſorum facta eſt euidentior, quòd vſque ad mortem is extitit in munere ſuo conſtans, & propter illud ipſum ſubire nec renuit necis mortem, ſuum omnibus conteſtatum relinquens conſtantis animi robur, charitatiſque ſuæ victoriam. Ita vt iure optimo & ea dicere potuerit, quæ multa poſt ſæcula ſcripſit de ſemet, ſuique ſimilibus Apoſtolus Paulus. [e] *Quis ergo nos ſeparabit à charitate Chriſti, tribulatio? an fames? an nuditas? an periculum? an perſecutio? an gladius? (ſicut ſcriptum eſt: Quia propter te mortificamur totâ die æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis) ſed in his omnibus ſuperamus.* Græcè ὑπερνικῶμεν, id eſt, *Superuincimus,*

Anaxarchi Philoſophi inſigne dictum. Diog. Laërt.

e Rom. 8. 35.

cimus, & pluſquam victores ſumus, *propter eum qui dilexit nos*, & propter eum qui nobiſcum eſt tamquam bellator fortis.

3 Verſ. 21. *Per tribulationes quomodo Deus nos precio liberare, & redimere ſe dicat.*

Et fortaſſe ad hæc alludere hoc loco voluit Deus ipſe, quum in verſ. 21. conferendum robur iſtud, iſtamque Prophetæ victoriam appellat liberationem, & redemptionem eius; & vtramque faciendam à ſe ait de hoſtium illius manu: (*Et liberabo te*, inquiens, *de manu peſſimorum, & redimam te de manu fortium*: Indicans per iſtam loquendi formam, quoad corpus quidem permiſſurum, vt Ieremias in manus deueniret inimicorũ ſuorum; vtque illi in ſua eum habentes poteſtate multipliciter ipſum opprimerent. Id tamen pro eius adaugenda gloria præſtitutum, vt & ipſe diceret, [a] *Gloriamur in tribulationibus*, &, [b] *Cum infirmor, tunc fortior ſum*, excreſcentibus nimirum ſemper magis, magiſque per ærumnas ipſas ei meritis, quæ & pro pretio deſeruirent, quibus ingenti cum gloria à Deo redimeretur; neque enim fit vnquam redemptio abſque præſtito pretio. Porrò quia Ieremiæ perſecutores duplicis præſertim erant generis perſonarum, Sacrarum nimirum, & earum qui ſæculari eminerent poteſtate: ſacras primo nominat loco, tum quia tales, vt Pſeudoprophetæ, & Sacerdotes magis illi fuère infeſti; tum quia infeſtatione ipſâ ſuâ ij multò deliquêre magis, adeóque & congruo peſſimorum vocabulo illos deſignauit. Quamquam Nicolaus de Lyra benè & propterea dictos ait peſſimos, quia ſimulatione ſanctitatis decipiebant populum. Sæculares autem principes, Regeſque Iuda vocabulo exprimit fortium, id eſt potentiûm, vireſque habentium, efficaciúſque vocabulo Hebraico עריצים ngaritzim, quod noſter ipſe interpres Iob. 27. 13. reddidit violentum: & Ezech. 31. 12. Crudeliſſimum: optiméque hîc illud Sept. vertêre λοιμῶν. peſtilentiûm, vtpote qui ad innocentes opprimendos in cathedra ſedeant peſtilentiæ, de qua in primo Pſalmorum veſtibulo: & quorum praua opera non minùs quàm peſtis lethiferis infectiores inficiant exemplis.

a Rom. 5. 3.
b 2. Cor. 12. 10.

Eccleſiaſtici improbi, quã aptè dicantur peſſimi.

Nic. de Lyr.

Principes ſæculares improbi appellati fortes, violenti, crudeles, & peſtilentes.

Verſ. 20.] Et dabo te in murum æreum, &c.

Verſ. 21.] Et liberabo te, &c.

EXPOSITIO SECVNDA IVXTA SENSVS MORALES.

4 *Prælatus, & Prædicator bonus ad ictus murmurationum, & ærumnarum conſtantiâ maximâ reſonat Dei laudes.*

CONſtantiam ſancto Prædicatori, atque Prælato in his deſignatam aſſerunt communiter hîc expoſitores, & quòd ad perſequentium ictus vel murmurationum, vel illatarum ærumnarum ſic reſiſtant fortiter, vt ſonum dent benedictionum, & in eos ipſos à quibus percutiuntur, & in Deum, cui tunc pro illis ipſis efficaciores fundere ſatagunt preces, iuxta illud, [c] *Maledicimur, & benedicimus: perſecutionem patimur, & ſuſtinemus: blaſphemamur, & obſecramus.* Ego autem inſuper primùm in hac ſententia conſidero, quòd dum Prælati in murum æreum poſiti dicuntur, præcipuâ ratione à Deo in id aſſeruntur dati; vt murus ſint æreus. Cùm alioquin, tametſi in Religionibus, & in pleriſque etiam Eccleſiis, & à ſubditis ipſis ſuis, à quibus in Prælatos eliguntur in murum ipſorum, totiuſque Diœceſis, aut Religionis, vel Monaſterij dati dici queãt: Deus tamen ſolus, &, qui vnum cum eo faciunt corpus, viri, quibus nil aliud quàm Dei honor eſt cordi, in murum eos dant æneum, firmiſſimam in illis volentes eſſe conſtantiam, nec cuiquam ob quemcúmque cedant reſpectum, vbi de pietatis, fidei, religionis, atque virtutis aliquo agatur periculo. Cæteri enim electores in murum quidem eos dant, ſed qui ipſis mutus ſit ceræ, omnem cuiuſcumque eorum admittens impreſſionem: aut murus luteus, cui facilè quandocumque libuerit minitentur deiectionem.

c 1. Cor. 4. 12.

Prælatos eligunt plerique qui ſint muri cerei, vel lutei, quos tamen Deus, & Sancti quique volunt eſſe muros æreos.

5 *Prælatorum ſtatus iugibus ſubiectus eſt præliis.*
d Iob. 7. 1.

Conſidero ſecundò, quòd tametſi in vnoquoque ſtatu dimicandum in hoc ſæculo ſit, quia iſta ipſa [d] *hominis vita* vt dicitur in libro Iob, *militia eſt ſuper terram*: præcipuè tamen Prælatorum ſtatus iugibus ſubiectus eſt præliis, & à Dæmonibus, & ab hæreticis, & à Principibus ſæcularibus, vtinam non aliquando & ab aliis Prælatis Eccleſiaſticis: at, quo acerbiùs, & periculoſiùs agitantur, illud eſt, quod ab ipſis eorum eſt ſubditis, vtpote inteſtinum. De his quippe id intelligendum, quod hîc dicitur. (*Et bellabunt aduerſum te*,) ab interiori nimirum parte ciuitatis, quã à te cuſtodiuntur. Id autem in his noto, quòd cùm de tam atroci ſermo eſt bello, nulla fit mentio dimicationis ex parte Prælatorum, verùm quicquid contentioſi eſt prælij, id totum prauis tribuitur ſubditis. (*Et bellabunt*, enim dicitur, *aduerſùm te*:) Quod fortibus, ſanctiſque Prælatis tribuitur faciendum, vnum eſt, vt tamquam murus æneus conſtantes perſiſtant in omni eorum contentione, vt illos cuſtodiant, immobiliter, & immutabiliter in ſibi à Deo credita perſeuerantes cuſtodia, iuxta illud Pauli ad Timotheum Epiſcopum. [e] *Noli contendere verbis; ad nihil enim vtile eſt, niſi ad ſubuerſionẽ audientium. Sollicitè cura, te ipſum probabilem exhibere Deo operariũ inconfuſibilem, rectè tractantem verbum veritatis*: Cui mox dixerat: [f] *Bonum depoſitum cuſtodi per Spiritum Sanctum, qui habitat in nobis.* Quã in re pleríque errant Prælatorum quibus id potiſſimùm eſt ſtudij, vt contra eos qui ſibi bellum moueant, in Diœceſi ſua contentioſis & verbis dimicent, & actibus: adeóque ea in pugna ſe gerunt acerbè, vt vrbem totam, vniuerſamque Diœceſim ſuam, vtinam non aliquando & integras prouincias, & regna, quantùm ex parte ipſorum eſt, ſus déque vertentes: relictâ cuſtodiæ ſuæ curâ, & frequenter etiã dimiſsâ reſidentiâ, in aulas irruunt Principum ſæcularium, ibique & proſcriptiones, & varias aduerſariis ſuis procurant mulctas. Qui tamen multò faciliùs de vniuerſo prælio euaſiſſent ſuperiores, multóque ſalubriùs, & glorioſiùs, ſi abſque vlla cõtentione in ſua dumtaxat cuſtodia inſtar muri ærei perſtitiſſent conſtantes. Hoc namque per id ſignificatur verbum, quod hoc loco, cùm dictum fuiſſet, (*Et pugnabunt aduerſùm te*) adiectum eſt, (*Et non praualebunt*) Additurque totius iſtius victoriæ ratio tutiſſima. (*Quia ego tecum ſum, vt ſaluem te, & eruam te dicit Dominus.*) *Si enim Deus pro nobis quis contra nos?*

Prælatus bonus in impugnationibus quas ei mouent ſubditi, ſe tuetur, cõſtanter perſiſtendo in cõmiſſa ſibi cuſtodia.

e 2. Timot. 2. 14.

f 2. Timot. 1. 14.

Prælati praui cum præliantibus ſecum ſubditis acerrimè, dimiſsâ cuſtodiâ eorũ, dimicant, vt cum hoſtibus.

6 *Prælato bono perſiſtenti in ſuo cuſtodiendi gregis munere, quando impugnatur à ſubditis, aſſiſtit Deus, liqueſcere illum faciens charitate.*

In qua ratione ſubindicatum tertiò conſidero & modum, quo Deus Prælato aſſiſtens conſtanter perſiſtenti in ſui gregis cuſtodia, in grauiſſimo quoque ſubditorum illius bello contra eum ſecuram largiatur victoriam. Modus autem iſte eſt, quòd ſuâ præſentiâ in ipſamet cuſtodia præ dilectione erga ſubditos ipſos ſuos liqueſcere eum facit: nouimus enim Deum tantam fidelium ſuorum cuſtodiæ habere rationem, vt nedum ad eam ſeruandam ſanctos illis præponat Prælatos, qui eos inſtar muri ambiant ænei: ſed & propter eamdem ſemet quoque iiſdem exhibeat inſtar ante muralis,

muralis, & præxpositum murum, & illos cingentis, iuxta illud Isaiæ, [a] *Ponetur in ea*, scil. Vrbe fortitudinis nostræ, *murus, & antemurale*. Vnde apud Prophetam alium dicit idemmet Deus. [b] *Et ego ero eis murus ignis in circuitu*. Quòd si vt igneus murus Deus cum Prælato est, qui vt murus est æreus, ambóque subditos custodiunt: profectò ardore suo talem & Prælato indit charitatis calorem, vt & subditis pariter is illum efficaciter impertiat. Quinimò cùm ignis vehemens id habeat virium, vt durissimum quodque liquefaciat æs, sanè & Prælatum æneum murum Deus pro sua liquefacit prouidentia, efficiens vt ex magna defluens charitate in subditorum quorumcumque obsequium cum Apostolo Paulo dicere id suo iure queat. [c] *Cùm liber essem ex omnibus, omnium me seruum feci, vt plures lucrifacerem. Et factus sum Iudæis tamquam Iudæus, vt Iudæos lucrarer: iis qui sub lege sunt, quasi sub lege essem, (cùm ipse non essem sub lege) vt eos qui sub lege erant lucrifacerem: iis qui sine lege erant, tamquam sine lege essem, (cùm sine lege Dei non essem, sed in lege essem Christi) vt lucrifacerem eos qui sine lege erant. Factus sum infirmis infirmus, vt infirmos lucrifacerem: Omnibus omnia factus sum, vt omnes facerem saluos*. In quorum explicationem bene Augustinus epistolâ 9. & 19. *Non mentiendo*, ait, *sed compatiendo, non mentientis astu, sed commiserantis affectu, omnibus omnia factus est Paulus*.

a Isai. 26. 1.
b Zach. 2. 5.
c 1. Cor. 1. 19.
August.

7 Vers. 21. *Prælati boni à quibus potissimùm in suis Diœcesib. impugnari soleant.*

Et liberabo te, &c. Breuiter ex hoc loco collige, à quibus nam potissimùm in Diœcesibus suis prælia aduersùs sanctos Prælatos commoueri soleant: quæue personarum genera præsertim turbas illis ciere consueuerint: nempe ab Ecclesiasticis iis, qui haud mediocri præditi sunt malitiâ; at tam grandi, vt pessimorum iure illis competat nomen, vel ob id quòd peruersitate suâ duces se contra eum, qui Dei locum tenet, constitutus super populum Prælatus, simplicioribus quoque se exhibent, alios seducentes, alios verò secum trahentes cognationis, vel amicitiæ prætextu: & ab iis, qui vel ob sæcularem potestatem, vel ob ingentes diuitiarum copias fortiores existunt: necnon & ab iis, qui fortitudinis sibi vsurpant exinde vocabulum, quòd aliis molesti sint. Ex quorum manibus bene Dominus non simpliciter se liberaturum pollicetur Prælatos ipsos, sed redempturum, alludens eo redimendi verbo ad id quod vsu venire solet; Id siquidem fortium iam nominatorum in more est, vt Episcopos, aliosque Prælatos tamquam mancipia, vt vulgò dicitur, habeant, quibus ad libitum vtantur. Ita vt sæpe vel multis eorum bonis pleráque agerent, ad redimendam (vt inquiunt, propriam vexationem, quæ aliàs nequaquam admitterent.

VVLGATÆ.

Vers. 20.] Et dabo te populo, &c.

Vers. 21.] Et liberabo te, &c.

SEPTVAGINTA.

20. Καὶ δώσω σε τῷ λαῷ τούτῳ, ὡς τεῖχος ὀχυρὸν χαλκοῦν. καὶ πολεμήσουσι πρὸς σέ, καὶ οὐ μὴ δύνωνται πρὸς σέ. διότι μετὰ σοῦ εἰμι τοῦ σώζειν σε.

21. καὶ τοῦ ἐξαιρεῖσθαί σε ἐκ χειρὸς πονηρῶν, καὶ λυτρώσομαί σε ἐκ χειρὸς λοιμῶν.

Vers. 20.] Et dabo te in populo isto, quasi murum munitum æneum: & bellabunt aduersùm te, & non poterunt aduersùm te: quia tecum sum, vt saluem te.

Vers. 21.] Et eruam te de manu pessimorum: & redimam te de manu pestilentium.

APPENDIX EXPOSITIONVM

Ex antiquis Patribus collecta.

1 PARAPHRASIS Chaldaica. *Et dabo te populo huic quasi murum æreum, fortem: & pugnabunt aduersùm te, & non praualebunt tibi; quia in adiutorium tuum est verbũ meum, vt saluem te, & vt liberem te, dicit Dominus*. Vers. 21. *Et eruam te de manu malignantium, & saluabo te de manu fortium*.

Vers. 20. & 21, Hieronymus. *Nec reformides, & dicas: Quare factus est dolor meus perpetuus, & plaga mea fortis, siue desperabilis, vt me desperem posse curari? Dabo enim te quasi murum æreum, atque fortissimum; vt contra aduersarium omni resistas robore, & me habeas adiutorem: & liberem te de manu pessimorum, & de manu fortium, siue pestilentium redimam te, vel meo sanguine, vel in præsentiarum meo auxilio. Consideremus quantam mercedem habeat sermo doctoris, si valueris ab errore quempiam liberare, & de peccantium numero educere*.

Hieronym. *Doctoris sermo quantam habeat mercedem.*

Theodoritus. *Promittit Deus Prophetæ denuò vim inexpugnabilem, & inuictam, repetitâ pollicitationum initio factarum memione*. Similia & D. Thom.

Theodorit. *S. Prædicatori vis inexpugnabilis.*

Eulogius Martyr. lib. 1. Memoriali Sanctorum nu. 15. Tom. 9. Bibl. Vet. Patrum. *Ieremiæ dictum. (Et dabo te populo huic in murum æreum fortem.) Vt si fortè surrexisset contra eum malleus vniuersæ terræ, quasi incude durissimâ resisteret, malleúmque contereret, de quo scriptum est.* [d] *Quomodo confractus, & contritus est malleus vniuersæ terræ*.

Eulog. Mart. *Contra Diabolum quanta resistentia stent iusti.*

d Ierem. 50. 23.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΚΑΙ δώσω σε τῷ λαῷ τούτῳ, ὡς τεῖχος ὀχυρὸν χαλκοῦν.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ταῦτα καὶ ἐν ἀρχῇ ἐπαγγέλλει. ἀλλὰ τότε μὲν εἰκότως εἴποι τις ἄν, οὔπω τοῦ πνεύματος πληρωθέντι. καὶ νῦν εἰκότως πολλῷ μᾶλλον, ὅτε καὶ πεῖραν ἔλαβε τῶν δεινῶν.

[Καὶ πολεμήσουσι πρὸς σέ.]

|| Ἀπολιναρίου.] καὶ ἐν ἀρχῇ παρεθάῤῥυνε τὸν προφήτην. νῦν δὲ μειζόνως ἔδει μετὰ πεῖραν κακῶν. ἐπαγγέλλεται δὲ αὐτῷ τὸ ἀνάλωτον, οὐκ ἐν τῷ μὴ πάσχειν, ἀλλ' ἐν τῷ μὴ ἀπολλύσθαι. ||

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὅρα πανταχοῦ, οὐ τὸ μὴ παθεῖν ἐπαγγέλλεται ὁ θεός, ἀλλὰ τὸ πάσχοντας μὴ πάσχειν, τοῦτο γὰρ τὸ θαυμαστόν, διωκόμενοι ἀλλ' οὐκ ἐγκαταλειπόμενοι. ἵνα καὶ τὸ δόκιμον τῶν δούλων φανῇ, καὶ τοῦ δεσπότου τὸ δυνατόν.

2 Vers. 20. ET dabo te populo isti quasi murum æneum, &c.)

Chrysostomi.] *Hæc & in principio pollicetur: sed tunc non absonè quispiam dixerit nondum spiritus pleno: at nunc meritò multò magis; cùm & malorum experimentum cepit*.

(Et bellabunt aduersùm te, &c.)

|| Apolinarij.] *Et initio animum addebat Prophetæ. Et nunc multò magis id fieri oportebat post malorum experimenta: Itaque inexpugnabile fore ipsum promittit, non quòd nihil passurus; sed quòd non esset periturus.* ||

Chrys.] *Considera vbiq; Deum promittere. Nõ nihil pati, sed patientes non pati. Hoc enim est mirabile; Persecutionẽ patientes, sed non derelicti, vt & seruorũ probitas, Dominiq; potestas appareat.*

Chrysost. *Post tribulationum experimentũ maius robur promittit Deus.*

Chrysost. *In tribulationibus patienter se habere maius Dei donũ, quàm omnino tribulationes auferri.*

Laus Deo, eiusque Genitrici Mariæ.

INCIPIT

INCIPIT DVPLEX CATENA, ALTERA à Michaële Ghiſlerio collecta ex operibus Veterum Patrum impreſſis, altera Græcè, & Latinè veterum item Patrum è Græcô Vaticano Codice, ſuper Ieremiam à cap. 16. vſque ad finem Vaticiniorum eius; & ſuper Lamentationes eiuſdem: atque ſuper librum Baruch.

Caput 16. à verſ. 1. vſque ad 10. Sectio Prima.

TEXTVS VVLGATÆ.

A

1 ET factum eſt verbum Domini ad me, dicens.

2 Non accipies vxorem, & non erunt tibi filij, & filiæ in loco iſto.

3 Quia hæc dicit Dominus ſuper filios & filias, qui generantur in loco iſto, & ſuper matres eorum, quæ genuerunt eos: & ſuper patres eorum, de quorum ſtirpe ſunt nati in terra hac.

4 Mortibus ægrotationum morientur: non plangentur, & non ſepelientur, in ſterquilinium ſuper faciem terræ erunt: & gladio, & fame conſumentur: & erit cadauer eorum in eſcam volatilibus cæli, & beſtiis terræ.

B

5 Hæc enim dicit Dominus: Ne ingrediaris domum conuiuij, neque vadas ad plangendũ, neque cõſoleris eos: quia abſtuli pacem meam à populo iſto, dicit Dominus, miſericordiã, & miſerationes.

6 Et morientur grandes, & parui in terra iſta: non ſepelientur, neque plangentur, & non ſe incident, neque caluitium fiet pro eis.

7 Et non frangent inter eos lugenti panem ad conſolandum ſuper mortuo: & non dabunt eis potum calicis ad conſolandum ſuper patre ſuo, & matre.

C

8 Et domum conuiuij non ingrediaris, vt ſedeas cum eis, & comedas, & bibas.

9 Quia hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael: Ecce ego auferã de loco iſto in oculis veſtris, & in diebus veſtris vocem gaudij, & vocem lætitiæ, vocem ſponſi & vocem ſponſæ.

TEXTVS SEPTVAGINTA.

2 *ET tu ne accipias vxorem, dicit Dominus Deus Iſrael, & non gignetur tibi filius, neque filia in loco iſto.*

3 *Quia hæc dicit Dominus de filiis, & de filiabus, qui naſcuntur in loco iſto, & de matribus eorum, quæ pepererunt eos, & de patribus eorum, qui genuerunt eos in terra iſta.*

4 *In morte morboſa morientur: non plangentur, & non ſepelientur: in exemplum ſuper faciem terræ erunt: & beſtiis terræ erunt, & volatilibus cæli: in gladio cadent, & in fame conſumabuntur.*

5 *Hæc dicit Dominus: Ne ingrediaris in thiaſim eorum, & non vadas ad plangendum, neque lugeas eos: quia abſtuli pacem meam à populo iſto.*

6 *Non plangent ſe, neque inciſiones facient, neque radentur.*

7 *Neque frangetur panis in luctu eorum in conſolationem ſuper mortuum: non dabunt ei potum calicis in conſolationem ſuper patrem, & matrem eius.*

8 *In domum conuiuij non ingredieris tu, vt ſedeas cum eis ad comedendum, & bibendum.*

9 *Quia hæc dicit Dominus Deus Iſrael: Ecce ego abire facio de loco iſto coram oculis veſtris, & in diebus veſtris vocem gaudij, & vocem lætitiæ, vocem ſponſi, & vocem ſponſæ.*

PARAPHRASIS CHALDAICA.

1 *ET factum eſt verbum prophetiæ à facie Domini ad me, dicens.*

2 *Ne accipias tibi vxorem, nec ſint tibi filij & filiæ in loco iſto.*

D

3 *Quia hæc dicit Dominus: ſuper filios & ſuper filias qui naſcuntur in loco iſto, & ſuper matres eorum quæ pariunt eos, & ſuper patres eorum qui generant eos in terra iſta.*

4 *Morte ægrotationum famis morientur; non plangentur, neque ſepelientur; in ſtercus diſperſum ſuper faciem terræ erunt: & in gladio & in fame peribunt, & erit cadauer eorum proiectum in eſcam volatilibus cæli & beſtiis terræ.*

5 *Quia hæc dicit Dominus: Ne ingrediaris in domum conuiuij, nec vadas ad plangendum, nec contriſteris cum eis: quia collegi pacem meam à populo iſto, dicit Dominus, miſericordiam & miſerationes meas.*

6 *Et morientur grandes & parui in terra iſta: non ſepelientur; nec plangent eos, nec ſe ſe incident, nec facient caluitium propter eos.*

7 *Nec frangent eis panem in luctu vt conſolentur eos ſuper mortuum; nec propinabunt eis calicem conſolationis ſuper patre ſuo, & ſuper matre ſua.*

8 *Et domum conuiuij non ingrediaris vt diſcumbas cum eis ad comedendum, & ad bibendum.*

9 *Quia hæc dicit Dominus exercituum, Deus Iſrael: Ecce ego ceſſare faciam de loco iſto in oculis veſtris & in diebus veſtris vocem gaudij, & vocem lætitiæ, & vocem ſponſorum, & vocem ſponſarum.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impreſſis.

HIeronymus. (*Et factum eſt verbum Domini ad me dicens: Noli accipere vxorem, & nõ ſint tibi filij, nec filiæ in loco iſto: Quia hæc dicit Dominus ſuper filios, & filias*, &c.) Si tempore imminentis captiuitatis vetatur Prophetæ vxorem ducere, ne tribulationem carnis habeat: & ſuper dolorem proprium, vxoris quoque ac liberorum miſeriis torqueatur: quanto magis Apoſtolus iubet: [a] quia abbreuiatum tempus eſt, & imminet conſummatio, vt etiam *qui habent vxores, ſic*

1 Hieron. Verſ. 1. 2. 3. 4.

Continentiã & nuptiis quàm meritò ſuadeat Apoſtolus.

a 1. Cor. 7. 9.

Digamia permissa ex indulgentia.

sint quasi non habeant: Vnde superflua noui hæretici reprehēsio: quia docuimus digamiam & trigamiam non ex lege descendere, sed ex indulgētia. Aliud est enim facere, quod per se bonū sit, aliud ideo concedi ne peiora faciamus. Dixi enim & ipse causas, cur velit [a] adolescētulas viduas nubere: inferens: *Iam enim quædam earum abierunt retrò post Satanam.* Simúlque præceptor cōtinentiæ, & perpetuæ castitatis, & æqualem se blasphemans Deo, laudat terna, quaternaque cōiugia: quæ ego non tam coniugia dicam, quàm miseriarum solatia, & extremam tabulam naufragorum. nisi fortè tribuit indulgentiam Amazonibus suis: vt vsque ad decrepitam senectutem bella libidinum experiantur. Cur autem Propheta arceatur vxorem ducere, causa perspicua est: quòd obsidione vicinâ, pestilētiâ, & gladio, & fame vniuersi intereāt: & tātus sit numerus morientiū, vt sepulturæ vincatur officium: sed instar sterquilinij iaceant cadauera, volatilibus, bestiisque laceranda. Et hoc notandum quòd ægrotationibus, & longâ infirmitate tabescere Dei ira fit. [b] Vnde & Iorā filius Iosaphat infirmitate consumitur. Et Apostolus docet [c] ægrotare eos, & tabescere, & mori qui sancta violarint.

a 1. Tim. 5. 15.

Inuehit in Iouinianum hæresiarchā.

Ieremia cur prohibitū ne vxorē ducat.

Infirmitates corporis sæpe ex Dei ira.

b 2. Par. 21. 18.

c 1. Cor. 11. 30.

2

Vers. 5. 6. 7. & 8.

Hac enim dicit Dominus: Ne ingrediaris domum conuiuij, neque vadas ad plangendum, neque consoleris eos: quia abstuli pacem meam à populo isto, dicit Dominus, &c.) Apostolus præcipit, [d] cum his qui auertentur Deum, *nec cibum quidem esse sumendum.* Et amplius: [e] *Nec aue quidem huiusmodi dixeritis.* Et Saluator Apostolis interdicit, [f] ne quemquam in itinere salutent. Vnde, & Helisæus [g] pergenti ad sanandum puerum Giezi salutationem interdicit. Moris autem est lugentibus ferre cibos, & præparare conuiuium: quæ Græci περίδειπνα vocant: & à nostris vulgò appellātur parentalia: eò quòd parentibus iusta celebrentur. Dicit, & alibi Scriptura diuina: [h] *Date vinum, & his qui in luctu sunt:* vt videlicet obliuiscantur doloris. Præcipitur ergo Prophetæ, ne vllum de populo consoletur: ne se misceat inimicorum Dei conuiuiis: ne iusta celebret super funeribus defunctorum. Aliud est enim mori communi lege naturæ, aliud Dei occidisse sententiâ. *(Abstuli,* inquit, *pacem meam de populo isto,* & misericordia indigni sunt: nullique ætati parcam, sed & grandes, & parui pariter interibunt, ita vt sepulturā quoque careant. *(Nec se incident,* inquit, *neque caluitium fiet pro eis:)* Mos hic fuit apud veteres, & vsque hodie in quibusdam permanet Iudæorum, vt in luctibus incidant lacertos, & caluitium faciant: quod etiam Iob fecisse legimus. [i] Vnde & Prophetæ dicitur: *ne frangat inter eos panem nec ingrediatur ad consolandū pro mortuo: neque potum tribuat, neque ingrediatur domum conuiuij, & ne misceatur eis* qui Dei sententiæ præparati sunt. Si autem hoc de lugentibus dicitur, quid fiet de hæreticis, [k] *quorum sermo serpit vt cancer:* & quotidie prosternunt in Ecclesia funera deceptorum?

d 1. Cor. 5. 11.

Cōsortia impiorum iuste vitanda vel etiam in luctu defunctorum ipsorum.

e 2. Ioan. 1. 10.

f Luc. 10. 4.

g 4. Reg. 4. 29.

h Prou 31. 6.

i Iob. 1. 20. i 2 9.

Hæreticorum consortia quā vitanda.

k 2. Tim. 2. 17.

Vers. 9.

Gaudiū omne aufertur ab Ecclesia, illa peccante.

Quia hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel: Ecce ego auferam de loco isto in oculis vestris, & in diebus vestris, vocem gaudij, & vocem lætitiæ, vocem sponsi, &c. Quando peccauerit Ecclesia, aufertur de ea omne gaudium, & vniuersa lætitia, de qua Apostolus dicit: [l] *Gaudete: iterum dico, gaudete:* Vox sponsi & vox sponsæ, de quo scriptum est: [m] *Qui habet sponsam, sponsus est.*

l Philip. 4. 4.

m Ioā. 3. 29.

3 Theodorit.

Theodoret. Denunciat autem ei, ne ducat vxorem, neue procreet liberos: eò quòd parentes & liberi tradendi sint fami, pesti, cædi, ac seruituti.

A Admonet porrò, ne lætetur cum lætantibus, nec doleat cum dolētibus. *(Abstuli enim,* ait, *pacē meam à populo isto, dicit Dominus: & misericordiam meam, & miserationes meas. Et morientur magni & pusilli in terra ista.)* Narrat verò futurū, vt digni sepulturā non habeantur, luctus eorū nomine Solito more non sit celebrandus, nec lugentes vllam consequantur consolationem. Et tandem comminatur ciuitati cuiusuis lætitiæ priuationem: ita vt nulla vox infestatur nuptiarum, conuiuiorum, aliorumue, quæ gratam hominibus vitam reddere solent.

Cum impiis nec lætādum, nec dolēdum. Iudaica miseria egregia descriptio.

B D. Thom. Hîc interdicit Dominus Prophetæ damnati populi consortiū, & primo ponit sententiam: secundò assignat causam, ibi. *(Et cùm annunciaueris,* &c.) Circa primum duo: primò interdicit sibi consortium matrimonialis coniugij: ponens iussionem. (Non accipies vxorem,) [n] 1. Cor. 7. *Solutus es ab vxore, noli quærere vxorē.* Et assignās rationem *(quia hæc dicit)* ex vniuersitate punitorū: quia nulli ætati: nulli parcent sexui *(super filios, & filias)* infra 51. [o] *Collida in te virum & mulierē, & collidam in te senem & puerum, & collidā in te iuuenem; & virginem.* Ex diuersitate pœnarū: comminans mortē: C ex causa interiori *(mortibus ægrotationum)* pestilētia sc. & diuturnis languoribus. Et adiungit cōgruam sepulturam. *(Non plangent.* 1. Cor. 11. [p] *Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles: & dormiūt multi:* infr. 25. [q] *Non plangentur & nō colligentur, neque sepelientur, in sterquiliniū super faciem terra iacebunt.* Ex causa exteriori: *(& gladio)* ex insultu hostium: *(fame)* ex defectu necessariorum. Et adiungit congruā sepulturam, *(Et erit cadauer)* supra 14. [r] *Erunt proiecti in viis præ fame & gladio: & nō erit qui sepeliat eos, ipsi, vxores eorum: filij & filiæ eorum.* Secundo interdicit consortium socialis conuiuij, *(Hæc enim dicit Do-* D *minus.)* Et primo interdicit conuiuium tristitiæ: quod in consolatione pro mortuis fieri solet: vbi ponitur prohibitio *(ne ingrediaris)* neque sicut plāgens: neque sicut cōsolans: secundò assignatur ratio ex ablatione pacis, *(quia abstuli pacem meam)* quam sc. ad eos habebā: indignatus eis. Vel quam me auctore ad inuicē, & ad alios habebant. Isai. 57. [s] *Nō est pax impiis, dicit Dominus.* Ex comminatione mortis *(morietur)* Iob. 3. [t] *Paruus & magnus ibi sunt: & seruus liber à Domino suo:* ex cessatione officiosi funeris: quia carebūt obsequio sepulturę *(non sepelientur)* supra 8. [u] *Non colligentur, & non sepelientur: in sterquiliniū super faciem terræ erunt.* Plan- E ctum etiam familiæ *(neque plangentur: neque se incident)* vulnerantes: quod Iudæis prohibitum est. Deut. 14. [x] *Non vos incidetis: nec facietis caluitiū super mortuum.* Secundum, [y] Iob *tonso capite cadens in terra,* &c. Iob i. non peccauit quia gētilis erat. Carebunt etiā conuiuio parentelæ: quod à consanguineis lugentibus fieri solet, *(Et non frangent)* Prou. vlt. [z] *Date siceram mœrentibus: & vinum his qui amaro sunt animo. Bibant, & obliuiscantur egestatis suæ: & doloris sui nō recordentur amplius:* secundò interdi- F cit cōuiuiū lætitiæ. Et primo ponitur prohibitio. *(Et domū conuiuij)* neque propter societatē, neque propter comestionem. 1. Cor. 5. [a] *Si is qui frater nominatur inter vos est fornicator: aut auarus: aut idolis seruiens, aut maledicus: aut ebriosus: aut rapax: cum huiusmodi nec cibum sumere:* secundò ponitur ratio *(quia hæc dicit Dominus)* Threnorum vltimo. [b] *Defecit gaudium cordis nostri: versus est in luctum chorus noster,* infra 25. Idem. [c]

4 D. Thom.

n 1. Cor. 7. 27.

o Ier. 51. 22.

p 1. Cor. 11. 30.

q Ier. 25. 33.

r Ier. 14. 16.

Conuiuia duplicis generis tristitiæ, & lætitiæ, ab vtroque autem genere, si impiorum sint, caueāt iusti.

Pax omnis ablata ab impiis ex Dei indignatione.

s Isai. 57. 21.

t Iob. 3. 19.

u Ierem. 8. 2.

x Deut. 14. 1.

Incisio membrorum, aut vulnerationis in mortuū luctu Iudæis prohibita.

y Iob. 1. 20.

z Prou. 31. 6.

a 1. Cor. 5. 11.

b Thre. 5. 15.

c Ier. 25. 10.

Cyprian. lib. 2. Testimon. aduersùs Iudæos c. 19. ad comprobandū quòd Christus sit spōsus sponsam habens Ecclesiam: sententiam vers. 9. in hunc modum

5 Cyprian. *Christus spōsus Ecclesiæ.*

modum affert. Item apud Ieremiam. (*Et auferam de ciuitatibus Iuda, & de quadriuiis Ierusalem vocem lætantium, & vocem gaudentium, vocem sponsi, & vocem sponsæ.*)

CATENA GRÆCA EX VETERIBVS PATRIBVS GRÆCIS.

Caput Sextumdecimum à vers. 1. vsque ad vers. 10. Sectio Prima.

Καὶ σὺ μὴ λάβῃς.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἄξιον ὄντως θαυμάσαι. τίνος ἕνεκεν μὴ λαβεῖν. κελεύει ὥστε μὴ ἐπὶ συμφορᾷ τεκεῖν. ὅρα πῶς ἔτι νέος ἦν ὁ προφήτης. καὶ τοῦτο δὲ ὥστε πιστώσασθαι ἐκείνους περὶ τῶν μελλόντων δεινῶν. οὐδεὶς γὰρ ἦν, ὃς ὁρῶν τὸν προφήτην μὴ γαμοῦντα, καὶ τὴν αἰτίαν μανθάνων, οὐκ ἂν ἐπίστευσεν.

Τοῦ αὐτοῦ.] ἐν γὰρ ταῖς ἐπιούσαις θλίψεσι φησὶ τοῦ λαοῦ εὔζωνον δεῖ εἶναι, καὶ μὴ κατατρύχεσθαι εἰς γυναῖκα, καὶ τέκνα.

|| Ἀπολιναρίου.] διὰ τὴν ἐπερχομένην λέγει φθοράν, ἣν προγινώσκει θεός. ἡ γὰρ τοῦ συμφέροντος γνῶσις ἐν τῇ τοῦ μέλλοντος προγνώσει. γινώσκων δὲ καὶ τὴν καθόλου φθοράν, ἐπὶ τὴν ἀγαμίαν τὴν καθόλου προτρέπει διὰ τοῦ ἀποστόλου προλέγοντος. παράγει γὰρ τὸ σχῆμα τοῦ βίου τούτου.

|| Ὀλυμπιοδώρου.] ἱστορεῖται ὁ προφήτης παρθένος εἶναι, ὡς ὑπὸ θεοῦ κελευσθεὶς μὴ γῆμαι.

[καὶ οὐ γεννηθήσεταί σοι υἱός. οὐδὲ θυγάτηρ ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ.]

Πολυχρονίου.] μήποτε δὲ τὸ ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ παρίστησι τό, μὴ δεῖν ἐν πάθεσι σπείρειν καὶ ἀπεγνωσμέναις ψυχαῖς πρᾶξιν ἢ δόγμα, κατὰ τό, μὴ ῥίπτετε τοὺς μαργαρίτας ἔμπροσθεν τῶν χοίρων. καλῶς γὰρ ἐδόκει τῷ εἰρηκότι. τὰ μὴ καθαρὰ τῶν σωμάτων, ὁκόσα ἂν θρέψῃς, μᾶλλον βλάψεις.

[ὅτι τάδε λέγει κύριος.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐ γὰρ δὴ περὶ υἱῶν καὶ θυγατέρων, ἀλλὰ περὶ πατέρων καὶ μητέρων, καὶ τῶν γεννησαμένων εἴρηται. διὸ καὶ μὴ γαμῆσαι παραινεῖ.

[ἐν θανάτῳ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] πολλάκις τὰ αὐτὰ λέγει. καὶ οὐδὲ ἅπαξ ἀκούεται, οὐδὲ καθικνεῖται αὐτῶν καὶ τὸ ἄταφον, ὃ μάλιστα αὐτοὺς ἐλύπει λιμός, θάνατος νοσερός, σφαγή, τὸ μὴ ταφῆναι, τὸ μετὰ αἰσχύνης ἀφειδοῦς, μηδὲ ἐλεουμένους. καὶ πρὸς τούτοις θηρίων γενέσθαι βορά. τίνα ταῦτα οὐκ ἂν ἔκαμψαν;

Πολυχρονίου.] τυγχάνουσι ταφῆς οἱ δίκαιοι, ταῖς τῶν ὠφελουμένων ἐναποκείμενοι μνήμαις. οἷς καὶ θρῆνον ἡ τούτων στέρησις ποιεῖ, καθάπερ ἡ τοῦ Στεφάνου τοῖς εὐλαβέσι τὸν κοπετόν. τούτων ἀμφοτέρων οἱ ἀδικοῦντες ἐστέρηνται. ἡ δὲ τούτων ταφὴ || ἀλόγων ὄντων ὁμοῦ || ταφῇ, || παραρριφέντος εἰκῆ, καὶ τοῖς ὁρῶσιν εἰς δυσωδίαν κειμένους. ||

|| ἀλόγων ὄντων. || ὁμοιοῦται. || ταφῇ. || των. || των.}

Βίκτορος.] νοσερὸν θάνατον καλεῖ τὸν λοιμόν, ὃν οἱ διαφυγόντες εἰς λιμὸν ἐμπεσοῦνται καὶ πόλεμον, μετὰ τελευτὴν μήτε ταφῆς μήτε θρήνου τυγχάνοντες. ὃ δὴ δοκεῖ τοῖς ἀνθρώποις εἶναι δεινότατον τῆς ἐξ αὐτῶν παραμυθίας ἐστερημένοις.

Vers. 2. (*Et tu ne accipias vxorē, dicit Dominus, & nō gignentur tibi filij, &c.*) 6

Chrysostomi.] *Sanè admiratione dignum, quare iubet ne ducat? Ne in calamitatibus filios gignat. Vide iuuenilem adhuc Prophetæ ætatem, & hoc, vt de futuris malis eos certos redderet. Nullus enim esset, qui dum videret Prophetam vxorem non ducere, causam perdiscens non crederet.*

Eiusdem.] *In futuris enim ait populi miseriis benè paratum esse decet, nec vxore liberisque diuexari.*

||Apolinarij.] *Propter superuenturam ait perniciem, quam Deus præscit; futuri enim præcognitio parit vtilis cognitionē, cognoscens verò & vniuersalem rerum finem ad Cælibatum absolutissimum adhortatur, Apostolo prædicente,* [a] transit enim forma, speciesque vitæ huius.

Olympiodori.] *Proditum est, virginem fuisse Prophetam, cui nempe à Deo præceptum fuit ne vxorem duceret. (Et non gignetur tibi filius, neque filia in loco hoc.)*

Polychronij.] *An fortasse locus hic indicat, in turbatis desperatisque animis non esse negociū, vel dogma seminandum; iuxta illud.* [b] Ne abiiciatis margaritas ante porcos. *Rectè enim sensit, qui dixit.* Corpora non pura si alueris magis nocebis. Vers. 3. (*Quia hæc dicit Dominus de filiis & filiabus, qui* &c.) 7

Chrysostomi.] *Neque enim de filiis, & filiabus, sed de patribus, & matribus, & genitoribus dictum est. Quapropter & à nuptiis dehortatur.*

Vers. 4. (*In morte morbosa morientur, non plangentur,* &c.)

Chrysostomi.] *Sæpius eadem inculcans, nec semel auditur; nec verò tangit eos dolor, si sepulturâ carerent, quod maximè illis dolebat, nō mouet fames, mors ægrotationis, cædes: insepultos iacēre res magni dedecoris, vt nec misericordia illis impendatur, & ad hæc, feris escam fieri: quem hæc non flexissent?*

Polychronij.] *Dantur iusti ad sepulturam, in eorum repositi memoria, quos iuuerunt: quibus & orbatio luctum parit, sicuti Stephani mors planctū piis. His vtrisque priuantur impii: horum verò sepultura asinorum sepulturæ assimilatur, proiectorum, vt fors tulit, videntibusque ad graueolentiam propositorum.*

||Victoris.] *Mortem ægrotationum vocat pestem, quam qui euaserint, in famem bellūque incident, post mortem, neque sepulturam, neque lachrymas assecuti; Quod hominibus videtur molestissimum, dum tali solatio priuantur.*

Chrysost. *Vxorem ne acciperet cur Ieremiæ à Deo prohibitum.*

Prædicatores verbi Dei quā decens, & necessarium sine vxoribus sint.

Sine vxore esse ob mundi miserias optimum.

Apolinarius. *Futuri præcognitio parit & cognitionē rei vtilis.*

a 1. Cor. 7. 31.

Olympiod. *Ieremias fuit Virgo.*

Polychron. *Verbum Dei non seminandū in animis desperatis, ac turbatis.*

b Matt. 7. 6.

Chrysost. *In filios minæ sunt directæ in parentes eorum.*

Chrysost. *Cor durum impij nullis mouetur minis.*

Polychron. *Sepultura dantur iusti & lugētur ab iis quibus benefecerint. Sine sepultura impiorum cadauera sæpe in agros proiiciuntur, nec planguntur.*

Victor. *Pestis appellata mors ægrotationum. Sepulturâ planctuque carere post mortem hominibus grauissimum.*

[μὴ εἰσέλθῃς εἰς θίασον.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἐντομίδας ἐποίουν τὸ παλαιόν, ἐξ ἀρχῆς γὰρ ὁ διάβολος ἐσπούδασεν εἰς ἐσχάτην ἀμορφίαν καταστῆσαι τὸ ἔργον τοῦ Θεοῦ. ἐπειδὴ γὰρ τὴν διάνοιαν ἐπῆρε, καὶ αὐτοῦ τοῦ σώματος τὸ κάλλος. || ὁρᾷς πόσας ἐπινοεῖ μεθοδείας; πρῶτον τῆς ἀσελγείας, φυκώματα καὶ ἐπιτρίμματα, καὶ ὅσα τοιαῦτα ἐστίν. ἔπειτα τοῦ πένθους, ὥστε, κατατέμνειν ἑαυτῶν ἑκάτερον δὲ πάθος ἔχει συμπαθητικόν, ἐκεῖ μὲν οὖν πορνείαν, ἐνταῦθα δὲ ἀθυμίαν, τρίτον τῆς ἑορτῆς τῆς ῥέας, ἔνθα καὶ μαλακοὺς, καὶ ἀποκόπους ἐργάζεται, οὐκέτι λοιπὸν εἰς ἀμορφίαν αὐτὸ καταστῆσαι σπεύδων, ἀλλὰ καὶ αὐτῆς τῆς διαδοχῆς τὴν ὑπόθεσιν ἀνελεῖν. οὐδὲν γὰρ οὕτως ἐσπούδασεν, ὡς τὸ γένος ἀφανίσαι τὸ ἡμέτερον, καὶ τοῦ Θεοῦ κατηγορεῖν ὡς περιττά τινα πεποιηκότος. εἶτα μοιχείας, ἵνα ἀποπνίγωνται τὰ παιδία.

|| *Videtur aliquid deesse καλλωπίζει seu, μολύνει τὸ κάλλος aut simile.*

[μὴ πορευθῇς τοῦ κόψεσθαι.]

Ἀπολιναρίου.] δηλοῖ δὲ τὰ ῥήματα, τὸ, μήτε ἀγαθῶν αὐτοῖς, μήτε κακῶν, κοινωνεῖν. τῶν γὰρ ἀπεγνωσμένων παρὰ Θεῷ τὰς κοινωνίας φευκτέον, μήτε συνευθυμοῦντα τοῖς κατὰ Θεὸν εὐθυμοῦσι, μήτε συμπάσχοντα τοῖς οὐκ ἠλεημένοις ὑπὸ Θεοῦ. ἐπεὶ καὶ ὁ Σαοὺλ, εἰς τιμωρίαν παρεδόθη αὐτὸν Ἀγαγ, ὃν παρὰ τὰ δοκοῦντα τῷ Θεῷ ζωγρήσας, τὸν αὐτὸν ἐκείνῳ θάνατον ἀνεδέξατο.

Fort. διό.

|| Ὀλυμπιοδώρου.] εἰς ἑστίασιν εὐφροσύνης ἢ καὶ πένθους. ||

[οὐ μὴ κόψονται.]

Θεοδωρήτου.] δι' ὧν τῷ προφήτῃ ἀπαγορεύει, τοῖς ἀσεβέσιν ὑπογράφει τοὺς τύπους. σπουδὴν γὰρ διάβολος ἐξ ἀρχῆς ἔθετο εἰς ἀμορφίας καταστῆσαι τὸ ἔργον τοῦ Θεοῦ, τὰ μὲν περιαιρῶν, τὰ δὲ πλεονάζων.

|| Ὀλυμπιοδώρου.] ἀμυχάς, καταξύσματα. ||

[διότι τάδε λέγει.]

Βίκτωρος.] οὐ γὰρ ἔστι χαίρειν τοῖς ἀσεβέσι, λέγει κύριος. οὐ δὲ εὐφροσύνη ἔσται ὑπὲρ κεφαλῆς αὐτῶν. σύνεστι γὰρ αὐτοῖς ὀδύνη, λύπη, καὶ στεναγμος.

[καὶ φωνήν.]

Πολυχρονίου.] νυμφίος δὲ καὶ νύμφη, τὴν κατὰ Θεὸν δηλοῖ σύνοδον, ἐπὶ θείων νοημάτων γέννησιν. καὶ ἔοικε τῇ παρὰ Ἡσαΐᾳ τῶν καλῶν ἐξ Ἱερουσαλὴμ ἀφαιρέσει.

Ὀλυμπιοδώρου.] τὴν τελείαν ἀφαίρεσιν τῆς χαρᾶς φησί.

A (Vers.5. *Hæc dicit Dominus, Ne ingrediaris in Thiasi eorum.*) 8

Chrysostomi.] *Corpora antiquitus lacerabant. Nam à principio Diabolus studuit opus Dei ad extremam redigere deformitatem. Vbi enim mētem in tumorem extulit, ipsius quoque corporis pulchritudinem maculat. Vides quot artes excogitet. Primò luxuriæ pigmēta & fucationes quæque his similia sunt. Deinde luctus, ita vt semetipsos concidant: vtrumque autem ex affectu oritur cōpatiente, illud quidē fornicario, hoc verò dolorifico. Tertiò cultu Cybeles, in quo & molles, & spadones efficit. Non iam informe corpus efficere volēs, sed & propagationis fundamentū conuellere; nihil enim illi vnquam fuit antiquius, quàm genus humanū funditus tollere, & insimulare Deum, quasi quædam superflua fecerit: postremò excogitauit adulteria, vt fœtus præfocarentur.* (*Et non vades ad plangendum neque lugeas eos, quia, &c.*) 9

Chrysost. Corporum incisiones in Antiquorum more.

Diabolus quantò odio humanū genus prosecutus sit.

Diabolus ad quanta mala excitarit homines in naturæ ipsorum dāna, ad Dei æmulationē.

Apolinarij.] *Sensus horum verborum est; societatem illorū & in bonis, & in malis esse vitandam. Desperatorum enim apud Deum commercia fugienda sunt, neque gaudentē participando cum his qui contra Deum gaudent, nec illis cōpatiendo qui misericordiam à Deo non sunt consecuti. Nam &* [a] *Saul pœnas luit pro Agag, quem cōtra mandatum Dei viuum cæpit, & eamdem quam ille mortem oppetiit.* (*Neque frangetur panis.*) 10

Apolinarius. Cōsertia impiorum deuitanda.

Damnatis à Deo nō compatiendum.

a 1.Reg. 15. 9.

Olympiod.] *Ad epulū lætitiæ, vel etiā luctus.*

Vers.6. (*Non plangēt se, neque incisiones faciēt.*)

Theodoreti.] *Per ea quæ Prophetæ interdicit, impiis formulas describit: namq; à principio Diabolus studium adhibuit, vt opus Dei deturparet, vel detrahendo, vel adiiciendo.*

||Olympiodori.] *Lacerationes, abrasiones.* ||

(*Quia hæc dicit Dominus Deus Israel: Ecce ego abire facio, &c.*)

Victoris.] *Non est enim lætitia impiis, dicit Dominus, nec gaudium erit super caput eorum: comitatur etiam ipsos dolor, mæstitia, & gemitus.*

(*Vocem sponsi, & vocem sponsæ.*)

Polychronij.] *Sponsus verò & sponsa coniunctionem ex Dei præscripto indicat ad diuinorum mentis conceptuum fœtationem, & videtur hoc simile illi bonorum ab Ierusalem adēptione,* [b] *quæ apud Isaiam legitur.*

Olympiodori.] *Gaudium omnino ab illis tollendum ait.*

Olympiod. Conuiuia feri solita & in lætitia, & in luctu.

Theodoret. Diaboli studium inge in deturpando Dei opere, & homine.

Olympiod. Incisiones, & rasiones corporum antiquitùs prohibita.

Victor. Impiis non gaudium est, sed ingis mœror.

Polychron. Conceptuum bonorū mentis designatio.

b Isai. 1. 7.

Olympiod.

Caput 16. à vers.10. vsque ad vers.14. Sectio Secunda.

TEXTVS VVLGATÆ.

10 ET cùm annunciaueris populo huic omnia verba hæc, & dixerint tibi: Quare locutus est Dominus super nos omne malū grande istud? quæ iniquitas nostra? & quod peccatum nostrum, quod peccauimus Domino Deo nostro?

11 Dices ad eos: Quia dereliquerunt me patres vestri, ait Dominus: & abierūt post Deos alienos, & seruierunt eis, & adorauerunt eos: & me dereliquerunt, & legem meam non custodierunt.

12 Sed & vos peius operati estis, quàm patres vestri

F

TEXTVS SEPTVAGINTA.

10 *ET erit cùm annunciaueris populo huic omnia verba hæc, & dixerint ad te, quare loquutus est Dominus super nos omnia mala ista? quæ iniquitas nostra, & quod peccatum nostrum, quod peccauimus coram Domino Deo nostro?*

11 *Et dices ad eos: Pro eo, quòd dereliquerunt me patres vestri, dicit Dominus, & abierunt post Deos alienos, & seruierunt eis, & adorauerunt eos, & me dereliquerunt, & legem meam non custodierunt.*

12 *Et vos malè egistis super patres vestros. Et ecce vos*

vestri: ecce enim ambulat vnusquisque post prauitatem cordis sui mali, vt me non audiat.

13 Et eiiciam vos de terra hac in terram; quam ignoratis vos, & patres vestri: & seruietis ibi diis alienis die, ac nocte, qui nō dabunt vobis requiē.

A *vos ambulatis vnusquisque post placita cordis vestri pessimi, ad non obediendum mihi.*

13 *Et abiiciam vos de terra hac in terram, quam non nouistis vos, & patres vestri: & seruietis ibi Diis alijs, qui non dabunt vobis misericordiam.*

PARAPHRASIS CHALDAICA.

10 *Ritque si annunciaueris populo huic omnia verba hæc, & dixerint tibi: Quare decreuit Dominus super nos omne malum grande hoc? & quod est peccatum nostrum, & quæ est iniquitas nostra quam commisimus coram Domino Deo nostro?*

11 *Et dices ad eos: Pro eo quod dereliquerunt patres vestri cultum meum, dicit Dominus, & errauerunt post idola populorum, & seruierunt eis, & adorauerunt ea, & cultum meum dereliquerunt, & legem meam non custodierunt.*

12 *Et vos peius operati estis quàm patres vestri: & ecce ipsi ambulatis vnusquisque post cogitationem cordis sui mali, vt non obediatis verbo meo.*

13 *Et transmigrare vos faciam de terra hac in terram quam non cognouistis vos & patres vestri, & seruietis ibi populis colentibus idola die ac nocte, qui non erunt vobis misericordes.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

11 Vers. 10. & 11.

Hieronymus. (*Et cùm annunciaueris populo huic, &c.*) Si autem inquit, interrogauerit te populus, cur ista patiatur, & causas miseriarum suarum quæsierit: Respondebis ei. *Quia dereliquerunt me patres vestri, ait Dominus*, qui vobis præsunt, i. Ecclesiis: *& abierunt post Deos alienos*, [a] *quorum Deus venter est*: & auaritia, & luxuria, *& gloria in confusione eorum*: & seruierunt eis. [b] *A quo enim quis vincitur, eius & seruus est*: (*adorauerūt eos*:) Adorat enim vnusquisque quod diligit. *Et me dereliquerunt, & legem meam non custodierunt*. Sacerdotum est propriè non solùm docere, sed & facere legem: vt nequaquam verbis subiectos sibi populos, & creditum gregem, sed exemplis doceāt. Ac ne fortè dicerent: iniusta est sententia, [c] patres comedēre vuam acerbam, & dentes filiorum obstupescere, infert: *Sed & vos peius operati estis quàm patres vestri*: vt super his qui patribus peiora peccauerint, iuxta supplicia deferantur.

Prælatorum vita praua causa calamitatum populi.

a Phil. 3. 19.
b 2. Pet. 2. 19.

Prælati nedum verbis, sed & exemplis doceant.

c Ier. 31. 29.
c Ezec. 18. 2.

Vers. 12. & 13.

Ecce enim ambulat vnusquisque post prauitatem cordis sui mali vt me, &c.) Semel à Domino derelicti faciunt ea quæ non competunt, vt vadāt post desideria cordis sui mali: [d] de quo exeunt cogitationes pessimæ: & idcirco de Ecclesia separantur, vt vadant in terram longinquam: quam nec ipsi, nec patres eorum nouerant priusquam peccarent; vt ibi seruiant diis alienis, qui non sunt dij, sed eorum putantur errore qui eos colunt. Quod autem intulit: *Die ac nocte*: perpetuam peccantium ostendit in scelere perseuerantiam: dum & in diebus, flagitiis, & in noctibus libidini seruiunt: *Qui non dabunt*, inquit, *vobis requiem*. Haud dubium quin falsos Deos significet, de quibus dixit: *Et seruietis ibi diis alienis.* Quicquid ergo peccamus, quicquid dic, & nocte facimus, & malorum operum perpetramus: imperium est dæmonum, qui numquam nobis dant requiem, sed semper impellunt delictis augere delicta, & cumulum facere peccatorum.

Derelicti à Deo impij prauas & animæ, & corporis subeunt miserias.

d Matth. 15. 19.

B

Peccatorum iugis continuatio maxima Dei in impios pœna.

12 Theodor.

Theodoretus. Percontantibus autem eis, ait, ac dicentibus, Quam ob causam in hæc incidimus mala? reducito illis in memoriam impietatē paternam: & quæ perpetrata sunt ab eis, ostendito, nempe, grauiùs quàm patres peccasse, dum non conuersati sunt iuxta legem meam: sed proprias cogitationes sunt secuti. (*Quare proculdubio eiiciam vos de terra ista, in terram quam vos ignoratis, & patres vestri. Et seruietis ibi Diis alienis die ac nocte: qui nō dabunt vobis misericordiā.*) Quia colitis eos, qui non sunt Dij, expellam vos è terra paterna, & tradam vos hostibus: vt cum illis seruiatis errori.

Calamitatū populi causa peccata & prædecessorū, & præsentia.

C

13 D. Thomas.

D. Thom. Hìc assignatur causa prædictæ pœnæ. Et primò ponitur quæstio. (*Quare locutus est.*) Prouerb. 30. *Talis est via mulieris adulteræ quæ comedit: & tergens os suum dicit. Non sum operata malum*: secundò ponitur Domini responsio, (*Dices ad eos.*) Et primò ponit culpam in transgressione patrū (*quia dereliquerunt*) supra secundo. [f] *Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ: & foderunt sibi cisternas dissipatas quæ continere non valent aquas.* In imitatione filiorum: ne possent se excusare per id quod dicitur. Ezech. 18. [g] *Patres comederunt vuam acerbā, & dentes filiorum obstupuerunt.* (Sed & vos.) Matt. 23. [h] *Implete mensuram patrum vestrorum.* Secundò comminatur pœnam. Et primò ponit pœnæ comminationem quārùm ad captiuitatem. (*Et eiiciā vos*) & quantum ad seruitutem, (*Et seruietis diis*) seruiendo eorum cultoribus Thren. 1. [i] *Migrauit Iudas propter afflictionem & multitudinem seruitutis: habitauit inter gentes: nec inuenit requiem.* Deut. 28. [k] *In gentibus quoque illis non quiesces: neque erit requies vestigio pedis tui.*

D

E

Peccator dissimulat se peccatorum suorum malitiā agnoscere.

e Prou. 30. 21.
f Iere. 2. 13.

Filij tunc castigātur propter peccata parentum, quando ij illorum sunt imitatores.

g Ezech. 18. 2.
h Matt. 23. 32.

CATENA GRÆCA EX VETERIBVS PATRIBVS GRÆCIS.

Καὶ ἔσται ὅταν.] Βίκτωρος.] Τὰς αἰτίας πολλάκις τῶν ἐσομένων προτίθησι συμφορῶν τῆς ἑαυτοῦ κρίσεως τὸ δίκαιον βεβαιῶν. Τὰς δὲ τῶν πατέρων ἀσεβείας ζηλώσαντες, καὶ τὴν ὀφειλομένην ἐπεσπάσαντο δίκην, ἐπ' ἐκείνων οὐκ ἐπαχθεῖσαν διὰ τὴν θείαν μακροθυμίαν· ὡς ἂν ταύτην αἰδεσθεῖεν οἱ παῖδες μετανοήσαντες. εἰ δὲ μή, τελείαν ἀπενέγκωνται τὴν ἀπόφασιν, παραδοθέντες ταῖς ἰδίαις ἐπιθυμίαις εἰς εἰδωλολατρείαν. εἴπερ οἱ ἐφεστηκότες ἀπάνθρωποι, ἐχθροὶ τυγχάνοντες καὶ ἐκδικηταί.

F

Vers. 11. *Et dices ad eos: Pro eo quòd dereliquerunt me patres vestri, &c.*)

Vers. 12. (*Et vos malè egistis super patres vestros.*)

Victoris.] *Causas sæpe calamitatū imminentium proponit, iusta probās sua iudicia. Progenitorū verò æmulati impietates debitā quoq; mulctā subierunt, quæ illis nō fuerat irrogata ex diuina longanimitate, vt eam filij pœnitētes reuererentur, sin minus supremā sustineret sentētiam, propriis concupiscētiis traditi ad idolorum cultum. Si quidem qui instāt inhumani, inimici videlicet, & vltores.*

14 Victor.

Iudicia sua iusta esse probat sæpe Deus.

Filij abutētes Dei longanimitate in patres subeunt illorum pœnas.

Concupiscētia propria durissimi inimici, atque vltores.

Τοῦ χρυσοςόμου.] δέον ὑμᾶς φοβηθέντας μὴ τοῖς αὐτοῖς περιπεσεῖν, ὑμεῖς τοὐναντίον ἐποιήσατε. ἐπονηρεύσασθε γὰρ ὑπὲρ τοὺς πατέρας ὑμῶν. καὶ πῶς οὐκ ἄλογον, ἐκείνους μὲν ἁμαρτάνοντας μηδὲν παθεῖν, ἡμᾶς δὲ τιμωρηθῆναι; οὐδαμῶς. δώσουσι μὲν γὰρ κἀκεῖνοι δίκην, ἀλλ' οὐ νῦν, ὑμεῖς δὲ καὶ νῦν, ὑμεῖς γὰρ κἀκείνων χείρους, τὴν μακροθυμίαν εἰς οὐδὲν χρησάμενοι δέον. ὥσπερ γὰρ ἐπὶ ἑνὸς ἀνθρώπου, ὅταν τις ἁμάρτῃ, εἶτα μὴ τιμωρήσηται ὁ Θεός, οὐ διὰ τοῦτο ῥαθυμότερον αὐτὸν εἶναι χρή, οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἁμαρτημάτων. ἥμαρτεν ἐκεῖνος, οὐκ ἐκολάσθη, μὴ ῥαθυμήσῃς σὺ ὡς οὐ δώσων δίκην. εἰ γὰρ μὴ ἤμελλεν ἐπὶ πάντων τὸ αὐτὸ ποιεῖν ὁ Θεός, θᾶττον ἂν ἅπαντες ἀπολώλαμεν. ἐμακροθύμησεν ἐπ' ἐκείνῳ, αὐτόν τε εἰς μετάνοιαν ἄγων, καὶ σὲ βελτίω ποιῶν.

[καὶ ἀποῤῥίψω ὑμᾶς.]

Τοῦ χρυσοςόμου.] περὶ τῆς || ἀπηνείας λέγει τῶν ἀλλοτρίων Θεῶν. ἐκεῖνοι καὶ δουλεύοντας οὐ μὴ ἐλεήσωσιν. ἐμὲ ὑβρίζετε, καὶ ἠλέουν. ἵνα μάθητε ἀπὸ τῆς συγκρίσεως, τίς ἐγὼ, τίνες ἐκεῖνοι, εἰ γάρ τις ἐξετάζοι τὰς τιμωρίας, οὐχ ἧττον ἡ μακροθυμία ὠφελεῖ τοὺς φρονίμους.

|| Fer. ἀπανθρωπίας.

A Chrysost.] *Cùm vos oporteret timore perterritos in eadē nō delabi, vos oppositū fecistis: vicistis enim patrū nequitiā & quanā ratione non erit à ratione alienū, illos quidē peccantes nihil pati, nos verò puniri? Nequaquā: Dabunt quippe & illi pœnas, at non in præsenti: vos verò & hoc tēpore: Vos quippe & illis peiores Dei longanimitate abusi. Sicut enim in vno homine, cū quis peccauerit, nec à Deo punitus fuerit: nō propterea cū segniorem esse oportet, sic & in aliis delictis. Deliquit ille, pœna* B *scelus nō est sequuta, ne tu te desidiæ dedas, quasi supplicium euasurus: nam si Deus se talem nō præstaret in omnes, quàm citissimè omnes periremus, sustinuit illum, & ad pœnitentiam ipsum ducens, teque inuitans vt melior fias.* Vers.13. *(Et abiiciam vos de terra hac, &c. & seruietis diis alienis, qui non dabunt vobis misericordiam.)*

Filij æmulantes patrum delicta acrius puniuntur, nō immunibus patribus.

Lōganimitas Dei in nō puniendis aliquibus nō debet nos reddere segniores.

Lōganimitatis Dei in peccatores duplex scopus.

Chrysost.] *De crudelitate peregrinorum loquitur Deorum, illis famulantium non miserebuntur: me cōtumelia afficiebatis, & commiserebar; vt cōferendo discatis, quis ego, qui nam illi, Etenim si quis mulctas perpendat, longanimitas prudentibus non minoris est emolumenti.*

Chrysost. Mundi mundanarumque rerum, ac voluptatum famulatus, quā difficilior & durior famulatu Dei.

Capitis 16. vers. 14. & 15. Sectio Tertia.

C

TEXTVS VVLGATÆ.

14 Propterea ecce dies veniūt dicit Dominus, & non dicetur vltra: viuit Dominus, qui eduxit filios Israel de terra Ægypti.

15 Sed viuit Dominus, qui eduxit filios Israel de terra Aquilonis, & de vniuersis terris, ad quas ieci eos: & reducam eos in terram suam, quam dedi Patribus eorum.

TEXTVS SEPTVAGINTA.

14 *Propterea ecce dies veniunt dicit Dominus: & non dicent vltra: Viuit Dominus, qui eduxit filios Israel de terra Ægypti.*

15 *Sed, viuit Dominus, qui eduxit domum Israel de terra Aquilonis, & de vniuersis regionibus, quò expulsi sunt illuc. Et restituam eos in terram suam, quam dedi Patribus eorum.*

PARAPHRASIS CHALDAICA.

14 *Propterea ecce dies venient, dicit Dominus,* D *& non erunt vltra narrantes potentiam Domini, qui ascendere fecit filios Israel de terra Ægypti.*

15 *Sed erunt narrantes potentiam Domini, qui ascendere fecit filios Israel de terra Aquilonis, & de omnibus prouinciis, ad quas trāsmigrare eos feci: & reducam eos in terram suam, quam dedi patribus eorum.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

15

Hieronymus. (*Propterea ecce dies veniūt, &c.*) E Manifestè futura populi Israel restitutio prædicitur, & post captiuitatē misericordia: quæ iuxta literā sub Zorobabel, & Iesu pontifice, & Esdra parte cōpleta est: Iuxta intelligentiam spiritualem veriùs, atque perfectiùs in Christo complenda describitur. Veniet, inquit, tēpus quando nequaquam dicetur, quod populus reductus sit de Ægypto per Moysem, & Aaron, sed reductus de terra Aquilonis, Cyro Rege Persarū laxante captiuos. *Et de vniuersis, inquit, terris*: quod nequaquam Cyri tempore, sed vltimo fine complebitur: dicente Apostolo: [a] *Postquam subintrauerit plenitudo gentium, tunc omnis Israel saluus fiet.* Possumus hoc & de persecutionibus, quæ nostro accidēre populo à diebus Neronis, de quo scribit Apostolus. *Et liberatus sum de ore Leonis*: vsque ad Maximini tempora dicere: quomodo Dominus misertus sit populo suo, & reduxerit eos in terrā suam, Haud dubium quin in Ecclesiam, quam dedit patribus eorū, Apostolis, & Apostolicis viris.

Hieronym. Iudæorum restitutio in patriam è captiuitate Babylonica prædicta.

Iudæorum conuersio per Christū post plenitudinem Gentium.

a Rom.11.25.

Ecclesia pax post Imperatorū Gentiliū persecutiones prædicta.

b 2.Tim.4.17.

Theodoretus. Pollicetur nihilominus reditum, & ait tunc temporis non vltra commemorandis veteribus beneficiis Deum laudaturos, nec enarraturos liberationem ab Ægyptiaca seruitute; sed reditum è Babylone, velut rem admirandam omnes celebraturos.

Theodoret. Beneficia postrema multò magis ad Dei laudandum. Reditus è Babylone res admiranda.

16

D. Thom. Secundo promittit cōsolationē ponens iuramentū quasi signum. (*Propterea ecce dies*) q.d. hoc maius beneficiū reputabitis quàm quòd liberati estis de Ægypto, Et illud quasi obliti hoc semper in memoriam habebitis. Isai.43. [b] *Ne memineris priorum, & antiqua ne intueamini*, infra 23. Idem & explicans beneficium. (Et reducā.) Ezech. 36. [c] *Tollam quippe vos de gentibus: & congregabo vos de vniuersis terris & reducam vos in terram vestram.*

D. Thom. Beneficium liberationis è captiuitate Babylonica quanti æstimatum à Iudæis.

c Isai.43.18.

d Eze.36.24

Irenæus lib.5. contra hæreses cap. 34. Probans Gentium Ecclesiam esse ex Abraham, & antiquis Patribus ita hæc affert. *Ecce dies venient, dicit Dominus: & non dicent adhuc, viuit Dominus, qui eduxit filios Israel ab Aquilone, & ab omni regione, quò expulsi fuerāt: restituet illos in terram ipsorum, quam dedit patribus eorum.* Quoniam creatura omnis secundùm voluntatem ad incrementū, & augmentum erit, vt tales afferat, & nutriat fructus.

Irenæus. Gentium Ecclesia ex Antiquis Patribus.

Creatura omnis cooperans voluntati Dei.

Rabanus Maurus. Initio lib.8. in Ieremiā. Pius, & misericors Dominus, iustus & verus, patiens & mul

Rabanus. Tristibus læta commiscere solet Deus pro sua bonitate.

& multum misericors, sciens fragilitatem humani generis, & mutabilitatem terreni cordis, tempora miscet temporibus, blandimenta terroribus: dura lenibus, & læta tristibus interserit: Vnde aliquando peccatoribus minatur pœnas: aliquando verò afflictis permittit solatium: Hinc est, quòd cum peccatrici Iudææ Dominus per Prophetam in anterioribus mandauit dicens: *Ecce ego auferam de loco isto in oculis vestris, & in diebus vestris vocem gaudij, & vocem letitiæ, vocem sponsi, & vocem sponsæ*, &c. Post- A modum consolationis verba addidit: ne forte si semper eis dura mandaret, & numquam lenia intermisceret, in desperationem eos mitteret, & omnem spem salutis illis auferret, idcirco nunc sequitur. *Propterea ecce dies venient dicit Dominus, & non dicetur vltra: viuit Dominus: qui eduxit filios Israel de terra Ægypti: sed viuit Dominus, qui eduxit filios Israel de terra Aquilonis, & de vniuersis terris, ad quas eieci eos, & reducam eos in terram suam, quam dedi patribus eorum.*

CATENA GRÆCA EX VETERIBVS PATRIBVS GRÆCIS.

Ζῇ κύριος.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τίνος ἕνεκεν τὰ χρηστὰ προστίθησι; οὐχ ἵνα αὐτοὺς ἐκλύσῃ, ἀλλ' ἵνα καὶ περὶ τῶν σκυθρωποτέρων πιστεύσωσι. μᾶλλον δὲ μετὰ τὸ κατελθεῖν, ἵνα σχῶσι τινὰ καὶ τοῦ ἀνελθεῖν πίστιν.

|| Θεοδωρήτου.] ὅρα δὲ, ὅτι τὸ καταγαγεῖν οὐκ αὐτοὺς ἦν εἰς Αἴγυπτον, οὔτε εἰς Ἀσσυρίους, ἀλλὰ τὸ ἀναγαγεῖν. τὸ δὲ πρᾶγμα γέγονεν ὅρκος. ἐπειδὴ γὰρ ἦσαν ἐπιλήσμονες ὅρκους ταῖς εὐεργεσίαις ἀνέθηκεν. τὸ δὲ, τὴν γῆν ἣν ἔδωκα τοῖς πατράσιν ὑμῶν, ἀξιοπιστίας ἕνεκα προσκεῖται. εἰ γὰρ ἐκείνων τετρακόσια πεποιηκότων ἔτη, δεδύνηται δοῦναι, C πολλῷ μᾶλλον ὑμῖν. ||

Βίκτορος.] προτρέπων τὰ δεινὰ, τῶν ἀγαθῶν ἐπήνεγκε τὴν ὑπόσχεσιν. καὶ διὰ τῆς ἀπειλῆς σωφρονίζων, καὶ διὰ τῆς ἐπανόδου τὸ χρηστὸν καὶ δυνατὸν ἐπιδεικνὺς ἑαυτοῦ μὴ πως ἐμπέσοιεν εἰς ἀπόγνωσιν, ἀλλ' ἔχωσι τῆς ἐπανόδου πάλιν ἐλπίδα.

Ὀλυμπιοδώρου.] βορειοτέρα ἐστὶν ἡ Βαβυλὼν ὡς πρὸς τὴν Ἱερουσαλήμ. τῆς οὖν αἰσθητῆς Βαβυλῶνος φησὶ καθ' ἱστορίαν, ἢ καὶ τῆς νοητῆς τῶν ψυχῶν αἰχμαλωσίας. D

[ἀλλὰ ζῇ κύριος ὃς ἀνήγαγε.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τίνος ἕνεκεν τοῦτο πρόσκειται; ἀξιοπιστίας ἕνεκεν εἰ γὰρ ἐκείνων τετρακόσια ἔτη πεποιηκότων ἠδυνήθη δοῦναι, πολλῷ μᾶλλον ὑμῖν. ἱκανὸν γὰρ αὐτοὺς εἰς ἀπόγνωσιν ἐμβαλεῖν.

B Vers. 14. PRopterea, &c. *Et non dicent vltra; Viuit Dominus, qui* &c.) 17

Vers. 15. (*Sed viuit Dominus, qui* &c.)

Chrysostomi.] *Cur prospera præponitur? non vt eos molliores redderet; sed vt tristibus quoque fidem haberent. Potiùs verò meminit reditus vt & discessum futurum crederent.*

|| Theodoreti.] *Considera deductionem siue ad Aegyptios, siue ad Assyrios non ipsius fuisse, sed eductionem. Res verò ipsa in iusiurandum transiit; cùm enim essent obliuiosi, iuramentis beneficia indidit. Illud verò,* (terram quam C dedi patribus vestris) *apponit, vt fidem dictis suis faceret. Si enim illis post quadringentorum annorum spatium dare potuit, multò magis vobis.*

Victoris.] *Cùm mala prædixisset, narrat quoque bona, & per minas illos cautiores faciens, & per reuersionem bonitatem suam, potentiamque ostendens, ne in desperationem caderent, sed spem reditus haberent.* (*De terra Aquilonis.*)

Olympiodori.] *Babylon magis vergit ad Aquilonem, quàm Ierosolyma; historicè igitur ipsam vrbem Babylonem intelligit, vel quæ spiri-* D *taliter intelligitur animarum captiuitatem.*

Vers. 15. (*Sed viuit Dominus, qui &c.*)

Chrysostomi.] *Quorsum hoc appositum est? vt fidem dictis adiungeret. Nam si illis post quadringentos annos dare potuit, multò magis vobis: poterat quippe illis desperationem iniicere.*

Chrysost. *Prosperorum pollicitatione allicit Deus ad fidem exhibendam & comminationibus aduersorum.*

Theodorit. *Dei scopus semper ad nostri bonum etiam cū mala infligere videtur.*

Iuramenta adhibebat antiquitus Deus quia cū Iudæis agebat incredulis, & obliuiosis.

Victor. *Læta tristiaque commiscet Deus, vt bonitatem simul ac potentiam suam manifestet.*

Olympiod. *Babylonica captiuitas typus captiuitatis animarum.*

Chrysost. *Desperationem à nobis auertere quā studeat Deus.*

|| ἄγειν.

Capitis 16. vers. 16. Sectio quarta.

TEXTVS VVLGATÆ.	E	*TEXTVS SEPTVAGINTA.*
16 Ecce ego mittam piscatores multos dicit Dominus, & piscabuntur eos: & post hæc mittam eis multos venatores, & venabuntur eos de omni monte, & de omni colle, & de cauernis petrarum.		16 *Ecce ego mitto piscatores multos, dicit Dominus; & piscabuntur eos: & post hæc mitto multos venatores; & venabuntur eos desuper omni monte, & desuper omni colle, & de cauernis petrarum.*

PARAPHRASIS CHALDAICA.

Nota Iudaicā malitiam inuidentem Apostolis piscatoribus.

16 *Ecce ego mandabo populis occisoribus, dicit Dominus, vt occidant eos: & post hæc mandabo multis venatoribus vt venentur eos ab omni monte, & ab omni colle, & de cauernis petrarum.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

18 Tertullian. a Luc. 5. 10. *Apostolorum prædicatio, & prædicationis fructus piscationis metaphorâ confirmata à Christo.*

TErtullianus lib. 4. contra Marcionem cap. 9. Dicens Iesus Petro Lucæ 5.[a] *Ne time, adhuc enim homines eris capiens:* hoc dicto intellectum illis suggerebat adimpletæ Prophetiæ, se eum esse, qui per Ieremiam prænunciarat, *Ecce ego mittam piscatores multos, & piscabuntur illos*, homines scilicet.

Origenes. *Apostoli piscatores. Eorumdemque retia esse scripturam sacrã & sermonis gratiam.*

Orig. Homiliâ 12. in Ieremiam, Si quis iuxta Euangelicam historiam, quâ Apostoli redditi sunt piscatores consideret discipulos Saluatoris, vt habeant non solùm gratiam sermonis, ita scripturarũ ratione, contextum vt retia, quæ possint super humanas animas gyro artificis superfundi, & consideret hoc ipsum cum summa ratione fidei: videbit quomodo non tunc tantùm Saluator, sed & vsque ad præsentem diem mittat hominum piscatores, instituens eos, animas liberare de mari, & ex acerbissimis fluctibus ad auram producere liberiorem. Verùm illi pisces cum sagenis, retibus, atque hamis extracti de aqua fuerint, moriuntur. Apud nos verò cum aliquis fuerit sermonis rete comprehensus, & eductus de mari sæculi, moritur quidem & ipse, sed peccato, sed mundo, vt consurgens Christo viuat Deo.

Piscandi congruentia inter piscium, hominumque piscationem.

19 *Apostolicâ piscatione extracti è mundo qualiter nos gerere debeamus.* b 2. Cor. 3. 18.

Et tu igitur cùm de sæculi illius fluctibus per discipulos Domini fueris extractus, muta corporis vitia, muta sensum animæ: non sis ille piscis qui in salsis versabaris vndis, sed de profundo gurgite erutus ad meliora conuertere, secundùm illud Apostolicum:[b] *Nos autem omnes reuelatâ facie gloriam Domini contemplantes in eamdem imaginem transformamur de gloria, in gloriam quasi à Domini Spiritu.* Et cùm fueris ab Apostolis ac discipulis Iesu marinis fluctibus liberatus, noli quærere profundum, sed in montibus sit conuersatio tua: vt iam non habeas opus piscatoribus, qui te rursus de fluctibus extrahant; sed aliis quibusdam, quos venatores scriptura nuncupat, qui te postea venentur de monte, de colle, de locis altioribus: ibi sit deambulatio tua, ibi mens, gressus, & statio: obliuiscere maris, obliuiscere vallium, ac profundorum: veni ad montes Prophetas, veni ad colles iustos; in ipsis sit conuersatio tua: vt cùm dies mortis aduenerit, mittantur venatores, alij quidam à piscatoribus, qui super assumptionem constituti sunt, & te cum cæteris sanctis de colle, de monte, de altiori loco accipiant. Vide autem si non sacrata voce in eadem sententia Propheta consentit dicens: (*Ecce ego mitto piscatores multos dicit Dominus, & piscabuntur eos. Et post hæc mittam venatores multos, vt capiant eos supra omnem montem, & collem.*

E mũdo educti confugiãt ad sublimiora sacrarum scripturarũ, virtutumque studia.

Angeli sunt venatores à quibus colligũtur iusti in die mortis.

20

(Et de cauernis petrarum.) Vnde possum intelligere petras? Vnde cauernas petrarum? Venio ad Exodum, quæro aliquam interpretationis occasionem, ibique inuenio volentem Moysem videre Dominum, & Dominum eidem promittentem, atque dicentem.[c] *Ecce pono te in cauerna petræ, & conspicies posteriora mea, faciem autem meam non videbis.* Si consideres quid ibi petra dicatur, & foramen petræ, intelligis & cæteras petras, & petrarum foramina. Quæ igitur est petra? Dominus Iesus Christus.[d] *Bibebant enim de spiritali sequente eos petra:* &,[e] *super petram statuit pedes meos*, in trigesimo nono Psalmo dicitur. Quod est foramen petræ? Vide cum apud Deum patrem Verbum Deum, videbis integram petram: vide

c Exod. 33. 23. d 1. Cor. 10. 4. e Psal. 39. 3. *Petra foramen, Verbum Incarnatum.*

A dispensationem assumpti corporis, videbis foramen petræ, quod per posteriora Dei iuxta possibilitatem imbecillitatis suæ humanus intuetur aspectus. Hoc enim est quod ait: *Videbis posteriora mea.* Inueni vnam cauernam vnius petræ, quæro alias petras, & alias cauernas; venio ad chorum Prophetarum, atque Apostolorum, & dico quia omnes imitatores Christi petræ sint, vt petra est ille qui docuit. Et sicut ille habet foramen per quod videntur posteriora Dei, eodem modo vnusquisque nostrûm qui per sermones suos B viam pandit ad intelligendum Deum facit, & se foramen petræ. Si autem aliter vis intelligere petram, & petræ foramen, vide per Moysem legem: per Isaiam propheriam, per Ieremiam, alia eloquia diuina.[f] Sin verò Angelus fuerit, & loquatur in homine, iuxta illud propheticũ: *Angelus qui loquebatur in me*, esto in Angelo, & per foramẽ eius Angelicè videto Deum. Exemplũ habeo necessarium, vt doceam quomodo possit aliquis in Angelo cõsistens videre Deum. Scriptum est in Exodo:[g] *Apparuit Angelus Domini in flãma rubi Moysi, & videbat Moyses quia ardebat rubus, & non comburebatur.* Et non sicuti cœperat scriptura C in eo quod dixerat: *Apparuit Angelus Domini*, sic & in reliquis subsecuta est, vt diceret, ego Angelus Domini, sed ait: *Ego Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob.* Erat ergo ibi Deus in Angelo visibili, & per foramen eius apparebant posteriora eius. Quia igitur nescis quo tempore mittantur venatores, caue, ne aliquando de monte descendas, ne relinquas colles, ne de cauernis petrarum exeas. Si enim foris fueris inuentus, dicentur tibi ea quæ ij qui foris sunt, merentur audire:[h] *Stulte hac nocte anima tua repentè auferetur D à te: quæ autem parasti, cuius erunt?*

Petra sunt Prophetæ, sanctique quotquot imitatores sunt Christi. Prophetæ sunt cauernæ petræ. Doctores sancti sunt cauernæ Petræ.

f Zach. 1. 9.

g Exod. 3. 2. iux. Sept.

Ad terrena non se demittat, qui vult ad cælestia colligi in morte ab Angelis venatoribus. h Luc. 12. 20.

Si quis autem sublatâ cruce sequitur Dominum Iesum, & thesaurizat sibi in cælo, non dicitur ei: *Stulte hac nocte animam tuam repetent à te:* sed venientes venatores, & quærentes animalia de montibus, de collibus, & cauernis petrarum, etiam illum cùm eis pariter accipient de venatione sublimi, & ab sublimiora beatitudinis regna portabunt.

Sequentes Christũ colliguntur ab Angelis in æternam beatitudinem.

21 Basil. Magn. *Artifices varij in Ecclesia.*

Basilius Magnus Homiliâ in dictum illud, *Attende tibi*; circa medium. Habet domus hæc, quæ Ecclesia viuentis est Dei, venatores, viatores, E architectos, &c. Venator es à Domino emissus, qui dicit: *Ecce ego mitto multos venatores, & venabuntur eos super omnem montem.* Attendi igitur multa cùm diligentia, ne fortè fugiat te præda, vt efferatos per improbitatem verbo veritatis conuictos saluatori offeras.

Ambrosius. *Prædicator magno studio super suum inuigilet opus.*

Ambrosius lib. 6. Hexamerôn cap. 8. Venatorem te fecit Deus, non expugnatorem, qui dixit: *Ecce ego mitto venatores multos:* venatores non criminis, sed absolutionis: venatores non culpæ vtique, sed gratiæ. Piscator Christi es, cui dicit,[i] *Amodo eris homines capiens.* Sic mitte retia tua, sic mitte oculos tuos, sic mitte sermones tuos, vt F nullum opprimas, sed alleues fluctuantem.

i Luc. 5. 10. *Venatorem qualẽ habere se debeat Prælatus bonus. Piscatorem qualem se quisque debeat exhibere cũ proximo.*

22 Hieronym. *Chaldæi designati metaphorâ piscatorum. Romani metaphorâ venatorum.*

Hieronymus. (*Ecce ego mittam piscatores multos, dicit Dominus, & piscabuntur eos, Et post hæc mittam*, &c. Diuersa huius capituli interpretatio est. Iudæi enim autumant significari Chaldæos, qui sub piscatorum nomine describuntur: & postea Romanos, qui venatoribus comparantur: & de montibus collibusque & cauernis petrarum infelicem populum sunt venati. Hoc autem Dominus fecisse se dicit: Quia respexit vias eorum: & reddiderit iniquitates, quibus contaminauerant

rant terram, simulacra venerantes: & abominationibus idolorum polluerint hæreditatem eius.

Mundi cōuersio per Apostolos, virosq; Ecclesiasticos prænunciata. a Matt. 4. 19. Angeli collecturi iustos in cōsummatione sæculi.

Nostri autem rectius, vt melius hæc de futuro vaticinatum prophetam putāt. Quia enim supra dixerat: *Reducam eos in terram suam quam dedi patribus eorum:* nunc ostendit quomodo reducendi sint: quòd primum mittat Apostolos, quibus Saluator dixit: [a] *Venite post me, & faciam vos piscatores hominum:* Et postea venatores, quos vel Ecclesiasticos viros, vel Angelos possumus accipere: qui postquam consummationis tempus aduenerit, venentur sanctos quosque de montibus dogmatum excelsorum, & de collibus bonorum operum, & de cauernis petrarum, Apostolis & Apostolicis viris. Non solùm enim [b] Christus petra, sed & Apostolo Petro donauit, vt vocaretur [c] petra. In cuius sensibus requiescentes, rectè dicuntur translati esse de petra.

b 1. Cor. 10. 4. c Matth. 16. 18.

23 August. Piscatio ab Apostolis facta è mari idololatriæ. Venatio in montibus, cōuersio ab erroribus hæreticorum. Piscatores Apostoli cōuertentes mundū neminem cogentes. Venatio dictū studium conuersionis ab hæresi quia in eo necessaria coactio.

Augustinus lib. de vtilitate ieiunij paulò ante finem. Tom. 9. Per Prophetam dicitur, quòd Deus primò piscatores erat missurus, postea venatores. De abysso, & profundo maris superstitionis idololatriæ credentes piscati sunt retibus fidei, Venatores autē quò missi sunt? cùm illi vagarentur per montes, & colles, id est, per superbias hominum, per tumores terrarum. Mons vnus Donatus, mons alius Arrius, montes hæresiarchæ alij, per istos montes errabant, venatoribus indigebat error ipsorum. Ideo distributa sunt officia piscatorum, & venatorum: ne fortè isti dicant nobis: Quare Apostoli neminem coegerunt, neminem impulerunt? Quia piscator est, retia mittit in mare, quod incurrerit trahit. Venator autem syluas cingit, sentes excutit, terroribus vndique multiplicatis cogit in retia. Ne hàc eat, vel illàc eat; inde occurre, inde cæde, inde terre: non exeat, non effugiat.

Petr. Blesen. Prælati venatores.

Petrus Blesensis Circa finem epistolæ 56. Prælati Ecclesiæ venantur in omni monte dum animas aberrantes quasi in prædam ad obsequium Christi rapiunt in eminentia scientiæ, & doctrinæ.

Theodorit. Vltio Dei ex Iudaico populo inuitabilis aptissimè expressa.

Theodoretus. *Ecce ego mittam piscatores multos, dicit Dominus,* &c. Quibus verbis vltionem ineuitabilem significauit, Hostes enim piscatorum, ac venatorum more, omnes illos retibus circundantes, etiam eos, qui in montes latere conabuntur, in suam potestatem redigent.

24 Syn. Later. Hæreticos capit, manifestatque Deus per Prælatos sanctos. Traditiones sanctorū Patrū de Christo sunt foramina petrarum.

In Synodo Lateranensi sub Martino Papa 1. Tom. 3. Concil. impr. Venet. Consultatione 3. Pontifex ipse Martin. Manifestat hos (*hæreticos*) & captat per vos reuerendissimos venatores suos prudenter Dominus, secundùm quod in Ieremia scriptum est. (*Et post hæc mittam eis multos venatores, & venabuntur eos de omni monte, & de cauernis petrarum, quia oculi mei super omnes vias eorum.* Sunt enim foramina petrarum ipsæ sanctorum patrum de Christo mysticæ traditiones. Conantur nāque & his foraminibus dolosè abscondere se hæretici, vt putentur sanctissimi, & non scelerosi paruulis.

D. Thom. Hæretici occultare se nituntur Sanctorum Patrū doctrinā. d Abac. 1. 3.

D. Thomas. Ponit captiuitatis conditionem. (*Ecce ego.*) & primò describit captiuitatem Babylonicam (*piscatores*) scil. Chaldæos, qui quasi in mari prosperitatis, & voluptatis viuentes eos ceperunt Abac. 1. [d] *Facies homines quasi pisces maris, & quasi reptilia non habentia ducem.* Et Romanorum (Et post hæc mittam venatores) qui eos quasi bestias pro crudelitate homicidij venati sunt Thren. 3. Venatione ceperunt me quasi auem inimici mei gratis.

Piscatorum metaphorā quam aptè designati Chaldæi Iudæos opprimentes. Venatorum metaphorā quàm aptè designati Romani in Iudæos.

25 D. Bonauent. Piscatores Christi Sancti Prædicatores. e Luc. 5. 4. f Luc. 5. 10. g Matt. 4. 19. Ierem. 16. Piscatores diaboli hæretici, & seductores. h Abac. 1. 3. i Isai. 9. 8.

D. Bonauentura Expositione in caput 5. Lucæ in Morali eorum verborum Domini. [e] *Duc in altum, & laxate retia vestra in capturam,* &c. Notandum hîc est, qui sint isti piscatores, quæ naues eorum, quæ retia, & quæ capiendi via. Piscatores sunt prædicatores. Vnde infra: [f] *Ex hoc iam homines eris capiens.* Et: [g] *Faciam vos fieri piscatores hominum.* Et hoc dicitur: *Ecce ego mittam piscatores multos, dicit Dominus, & piscabuntur eos.* Et diabolus contra, habet piscatores suos malos, & hæreticos, & seductores. Abacuch. [h] *Facies homines quasi pisces maris, & quasi reptile non habens principem. Totum in hamo subleuauit, traxit illud in sagena sua, & congregauit in rete suum.* Et certè nūc adeo mali piscatores præualent, vt boni vix habeant locum. Et impletum est illud Isaiæ: [i] *Mærebunt piscatores, & lugebunt omnes mittentes in flumen hamum, & expandentes rete super faciem aquarum emarcescent.* Naues autem, per quas transitur mare, sunt duæ, scilicet obedientia, & patientia; quarum altera exercet in labore, altera sustinet in dolore. Et de prima potest intelligi illud, *Exiguo ligno committunt homines animas suas, & transeuntes mare per ratem liberati sunt,* &c. Hæc est obedientia quæ cùm sit exigua, perducit ad terram beatam. De secunda potest intelligi illud. [k] *Nisi hi in naui manserint, vos salui fieri non potestis.* Dicitur de his, qui in tempestate erant, quia: [l] *Patientia vobis necessaria est, vt voluntatem Dei facientes, reportetis promissionem.* Ibi tanguntur hæ duæ naues, de quibus simul in Psalmo dicitur: [m] *Qui descendunt mare in nauibus, facientes operationem,* quod est obedientiæ: *In aquis multis,* scilicet tribulationis, quod est patientiæ. [n] *Quia per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.*

Naues quibus piscatores Christi pertranseunt, & piscantur in mari, sunt obedientia, & patientia. k Sap. 14. 6. l Act. 27. 31. m Hebr. 10. 36. n Psal. 106. 23.

26 Retia, quibus piscantur piscatores Christi sunt discretio, & locutio. o Act. 14. 21. p Thr. 1. 13. q Colo 4. 5. r Isai. 19. 9. s Prou. 1. 17. t Prou. 7. 21. u Luc. 5. 4. In Piscatione spirituali quinam sit verus modus capiendi pisces rationales. x Act. 1. 1. y Ro 15. 18.

Retia autem sunt discretio & locutio, quæ vicissim debent connecti ad instructionem populi, per artificium spiritus Sancti. [o] *De excelso misit ignem in ossibus meis, & erudiuit me: expandit rete pedibus meis,* &c. [p] *In sapientia ambulate ad eos, qui foris sunt, tempus redimentes. Sermo vester semper in gratia sale sit conditus, vt sciatis quomodo oporteat,* &c. Hæc autem retia contexuntur, quando ex Sacræ Scripturæ verbis in vnam seriem congregatis sermones componuntur. In quibus magis est vtilitas, quàm subtilitas attendenda. Vnde curiosis comminatur Dominus: [q] *Confundentur, qui operabantur linum, plectentes, & texentes subtilia:* Per hæc retia faciliùs capiūtur simplices Laici quàm Clerici eruditi. Vnde in Prouerbiis: [r] *Frustra iacitur rete ante oculos pennatorum:* sed tales in rete capiuntur sententiæ mundanæ. Item: [s] *Irretiuit eum multis sermonibus, & blanditiis labiorum protraxit illum.* Modus capiendi, est [t] *naues ducere in altum,* id est, ascendere ad vitæ perfectionem. *Et laxare retia in capturam* per prædicationem: quæ duo debent esse coniuncta secundùm exemplum Saluatoris: [u] *Cepit Iesus facere, & docere;* quia dicit Gregorius: Cuius vita despicitur, restat vt eius prædicatio contemnatur. Vnde ad illos spectat potissimè retia in prædicatione laxare, qui ad perfectionis apicem possunt ascendere. Et ideo ad Romanos dicebat Apostolus: [x] *Non audeo aliquid loqui eorum, quæ per me non efficit Christus.*

CATE

CATENA GRÆCA EX VETERIBVS PATRIBVS GRÆCIS.

Ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὁ γὰρ τὰ κρυφῇ γινόμενα εἰδὼς, καὶ τοὺς λανθάνοντας παραδοῦναι δυνάμενος. καὶ μάλιστα ὅταν πολλοὶ ὦσιν οἱ θηρεύοντες. τινὲς καὶ εἰς τοὺς Ἀποστόλους τοῦτο φασὶν, καὶ οὐ κωλύω. τέως δὲ τῆς ἱστορίας ἐχόμεθα. ὅταν γὰρ ὁ Θεὸς παραδῷ, οὐδεὶς οὐκέτι περιστή(σεται).

Ὠριγένους.] πέμπει γὰρ ὁ Θεὸς ἁλιέας ἀνθρώπων καθάπερ τοὺς Ἀποστόλους, τέχνην αὐτοῖς ἐμβαλὼν ἁλιευτικήν. καθ᾽ ἣν ἐκ τῶν θείων γραφῶν πλέκουσι τῆς ἁλείας τὰ ὄργανα. καὶ δι᾽ αὐτῶν τῆς ἁλμυρᾶς τοῦ βίου ἀνέλκουσι θαλάττης, καὶ θανατοῦσι τῷ κόσμῳ καθάπερ ἰχθύας θαλάττης. ζωοποιεῖ δὲ Θεὸς τούτους τὴν ἀμείνω ζωήν. καθ᾽ ἣν τις μεταμορφωθεὶς, οὐκέτι ζῇ τοῖς ἀνάλογον ἰχθύσιν ἐν ἁλμυρᾷ διάγει θαλάττῃ κατὰ τὸ τὴν αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφούμεθα, καθάπερ ἀπὸ κυρίου πνεύματος. ἀναδράμωμεν δὲ ταύτης τὴν ἐν ὄρεσι ποιούμενοι ‖ διατριβὴν, μάλα δὴ τοῖς προφήταις, καὶ τὴν ἐν βουνοῖς ‖ τοῖς δικαίοις. ὅθεν ὑπὸ ἁλιέων μὲν οὐκ ἔτι λαμβάνεται, ὑπὸ θηρευτῶν δὲ ἀγγέλων. ὑφ᾽ ὧν εἰ δεῖ θηρευθῆναι, δεῖ διάγειν ἐν ὄρεσι καὶ βουνοῖς. ἐκεῖθεν γὰρ θηρῶσιν ἄγγελοι τὰς ἐκ τοῦ σώματος τοιαύτας ἐξιούσας ψυχὰς, ἀλλ᾽ οὐ τὰς κάτω κειμένας. ὅθεν ἀνιτέον εἰς ὄρος, ἔνθα μετεμορφώθη Χριστός. ἔνθα τοὺς μαθητὰς ἐδίδασκε τοὺς μακαρισμούς, ὅτε τοὺς ὄχλους ἑώρα μὲν.

‖ ἀπὸ ταύτης
‖ δηλαδὴ τοῖς προφήταις.

Ὀλυμπιοδώρου.] τοὺς Ἀποστόλους λέγει.

[Ἀποστέλλω τοὺς πολλούς.]

Ὀλυμπιοδώρου.] τοὺς προέδρους τῶν ἐκκλησιῶν.

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐκ τῶν διαβολικῶν ἐνεργειῶν.

[Καὶ θηρεύσουσιν.]

Ὀλυμπιοδώρου.] τῶν δαιμόνων, ἢ καὶ τῶν τῆς κακίας τρόπων.

[καὶ ἐπάνω παντός.]

Ὀλυμπιοδώρου.] τῶν ἀφανῶν καὶ δυσκατανοήτων τῆς κακίας ἐνεργειῶν.

[καὶ ἐκ τῶν τρυμαλιῶν.]

Ὠριγένους τίνες δὲ πάλιν αἱ τρυμαλιαὶ τῶν πετρῶν; καὶ ἀπὸ τούτων γὰρ θηρεύσουσιν ἄγγελοι. εἰς ὀπὴν τοίνυν πέτρας ἔθηκε τὸν Μωυσῆν ὁ Θεός. ἣν δὲ αὕτη Χριστὸς ἡ μία τρυμαλιά, κατὰ μὲν τὴν θεότητα πέτρα χρηματίζων, κατὰ τό. ἡ δὲ πέτρα ἦν Χριστός. κατὰ δὲ τὴν οἰκονομίαν, ὀπὴ, δι᾽ ἧς τὰ μετὰ θεὸν θεωρεῖται. αἱ πολλαὶ δὲ πέτραι, περὶ ὧν νῦν ὁ λόγος, εἴτε προφῆται, καὶ Ἀπόστολοι, καὶ μειζόνως οἱ Ἄγγελοι, μιμηταὶ ὑπάρχοντες Χριστοῦ καὶ ἔχοντες ὀπὴν, δι᾽ ἧς κατανοεῖται τὰ ὀπίσθια τοῦ θεοῦ. καὶ ἕκαστος δὲ δι᾽ ὧν λέγει περὶ θεοῦ, νόησιν ἐμποιούντων αὐτοῦ, ποιεῖ ἐν ἑαυτῷ ὀπὴν τοῦ νοεῖσθαι θεόν. ἤγουν διὰ μὲν Μωυσέως, τὸν νόμον. διὰ δὲ Ἡσαΐου τὴν προφητείαν νοοῦμεν. δι᾽ ἄλλου δὲ ἄλλο τι. ἔστι δὲ καὶ ἐπ᾽ ἀγγέλου λαλοῦντος ἱστάμενον, κατὰ

τὸ

Vers. 16. *Ecce Ego mitto piscatores multos, dicit Dominus, &c:)* 27

Chrysostomi.] *Nam qui scit quæ clam fiunt & latitantes prodere valet; maximè cum Venatorum adest copia. Quidam hoc ad Apostolos referunt, nec displicet, sed ipsi inhæreamus historiæ; cùm enim Deus tradiderit, nullus defendet.*

Chrysost. Venatores spiritales cooperantur occultorum cognitioni Dei. Defendere nemo potest quē à Deo.

Origenis.] *Mittit enim Deus piscatores hominum, sicuti Apostolos, artem ipsis indens piscatoriam, per quam ex Sacris literis piscationis instrumenta texunt, quorum ope ex salso vitæ attrahunt mari, & mortuos mundo reddunt veluti pisces maris: viuificat autem hos Deus, præstantiorē illis tribuens vitam, in quam qui transformatur, non ampliùs degit cum proportione respondentibus piscibus in salso mari, iuxta illud.*[a] In eamdem imaginem vti à spiritu dominante conuertimur: *sed inde ascendamus, vt vitam in montibus transigamus, hoc est cum Prophetis, & in collibus scilicet vestris, vbi à piscatoribus non ampliùs capitur, sed à Venatoribus Angelis, à quibus, si venatu capi oportet, in montibus ac collibus vita est ducenda: inde enim venantur Angeli huiusmodi animas è corpore exeuntes, nō humi iacentes. Quapropter ascendendū est ad montem, vbi*[b] *Christus transfiguratus est; vbi*[c] *discipulos beatitudines docebat multitudinem copiosam.*

Origenes. Apostoli piscatores, piscatoriam spiritalem artem à Christo edocti.

a 2. Cor. 3. 18.

Perfectiores in monte degentes venatione Angelorum capiūtur.

Ad montem ascendere enitendum.

b Matt. 17. 2.
c Matt. 5. 1.

Olympiodori.] *Apostolos ait.*

Olympiod. 28

(Mitto multos venatores.)

Olympiodori] *Præsides Ecclesiæ.*

Olympiod. *Prælati dicti Venatores.*

Olympiodori.] *De diabolicis actibus.*

Olympiod. *Venatio spiritualis est de Dæmonum artibus vel de variis malitiæ modis.*

(Et venabuntur desuper omni monte, &c.)

Olympiodori. *Dæmonum, vel malitiæ modorum.*

Olympiodori. *Occultarum, & vix perceptibilium nequitiæ actionum.*

Olympiod.
Olympiod.

(Et de cauernis.)

Origenis.] *Rursus quæ sunt cauernæ petrarum? Nam & de his etiam Angeli venabuntur. In foramine itaque petræ posuit Deus Moysem, & hæc erat Christus Cauerna, qui secundùm quidem diuinitatem erat Petra: dictum est enim*[d] Petra autem erat Christus, *& secundum incarnationem foramen,*[e] *per quod videntur quæ sunt posteriora Deo: multæ autem Petræ, de quibus hîc sermo habetur, sunt & Prophetæ, & Apostoli, & præcipuè Angeli, qui sunt imitatores Christi; foraménque habent, per quod posteriora Dei intelliguntur: vnusquisque porrò per ea quæ de Deo dicit ad intelligendum ipsum facientia, in semetipso foramen aperit ad intelligendum Deum. Sicut per Moysem legem, per Isaiam prophetiam intelligimus; per alium aliud. Contingit etiam &*

Angelo

Origenes. Petra foramē Christus secundūm incarnationem

d 1. Cor 10. 4.
e Exod. 33. 23.

Petrarum cauernæ, & foramina Angeli, Prophetæ, & Apostoli ad Dei & diuinorum intelligentiā nos adiuuantes.

In Angelo apparuit sæpe, & locutus est Deus

τὸ ἄγγελος ὁ λαλῶν ἐν ἐμοί, ἰδεῖν τὸν θεὸν ὡς ἀπὸ πέτρας καὶ ὀπῆς ἀγγελικῶς, οὕτως ἐπὶ τῆς βάτου ἄγγελος μὲν ὁ φανείς, ἀλλ' ὁ ἐν αὐτῷ φησὶν ἐγὼ θεὸς Ἀβραάμ. ἀλλὰ τῶν θηρευτῶν τὴν ἄφιξιν ἀγνοοῦντες, μὴ καταβῶμεν ἀπὸ τῶν εἰρημένων. τῷ γὰρ ἔξω τυγχάνοντι λέγεται τὸ ἄφρον ταύτῃ τῇ νυκτὶ τὴν ψυχήν σου ἀπαιτοῦσιν ἀπὸ σοῦ. ἃ δὲ ἡτοίμασας, τίνι ἔσται; ὡς γὰρ κάτω κείμενος ἔλεγεν, ἔχεις ἀγαθὰ κείμενα εἰς ἔτη πολλά, ἐν τῇ τῶν ἀγαθῶν πλανώμενος κρίσει. ἠγνόει γὰρ ὅτι τὰ ὄντως ἀγαθὰ οὐκ ἐν τῇ κατηραμένῃ γῇ, ἀλλ' ἐν οὐρανῷ. ἐν τούτῳ γὰρ ἡ τῶν μακαρίων ἀνάπαυσις. ἐν χριστῷ Ἰησοῦ.

A *Angelo loquente, ſicuti loquitur*, Angelus qui loquitur in me, *ſtantem veluti ex petra, & foramine. Angelicè Deum videre*, [a] *Sic rubo Angelus quidem erat qui apparuit, ſed qui in ipſo erat ait*; Ego Deus Abraham: *Verùm Venatorum aduentum ignorantes, ne è prædictis deſcendamus, foris enim permanenti dicitur illud*; [b] Stulte nocte hac animam tuam requirent à te: quæ verò præparaſti cui derelinquentur? *vti enim humi proiectus dicebat*: habes B bona propoſita adhuc multa; *in bonorum iudicio aberrans: ignorabat enim, verè bona non in terra maledicta, ſed in cælo ſita eſſe, in hoc enim requies Beatorum in Chriſto Ieſu.*

a Exod. 3. 2.

Bona noſtra vera non in terra, ſed in cælo ſita.

b Luc. 12. 20.

Capitis 16. verſ. 17. & 18. Sectio Quinta.

TEXTVS VVLGATÆ.

17 Quia oculi mei ſuper omnes vias eorum: non ſunt abſconditæ à facie mea, & non fuit occultata iniquitas eorũ ab oculis meis.

18 Et reddam primum duplices iniquitates, & peccata eorum: quia contaminauerunt terram meam in morticinis idolorum ſuorum, & abominationibus ſuis impleuerunt hæreditatem meam.

TEXTVS SEPTVAGINTA.

17 *Quia oculi mei ſuper omnes vias eorum: & non ſunt abſcondita iniquitates eorum ab oculis meis.*

18 *Et reddam duplices malitias eorum, & peccata eorum, in quibus contaminauerunt terram meam in morticinis abominationum ſuarum, & in ſuis ini-* C *quitatibus, in quibus delinquere fecerunt hæreditatem meam.*

PARAPHRASIS CHALDAICA.

17 *Quia coram me nota ſunt omnes viæ eorum, non ſunt operta à facie mea; nec ſunt abſcondita peccata eorum à conſpectu Verbi mei.*

18 *Et reddam ſecundis ſicut & primis iniquitates eorum, & peccata eorum: quia violauerunt terram domus maieſtatis meæ; & cadaueribus immunditiarum ſuarum, & abominationibus ſuis impleuerunt hæreditatem meam.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impreſſis.

29 Origenes. *Oculos ſuos habet Deus ſuper iuſtos.*

Origenes homiliâ 12. in Ierem. (*Quia oculi mei ſuper omnes vias eorum.*) Super omnes vias iſtiuſmodi hominum qui in montibus conuerſantur, in collibus ambulant, in cauernis habitant petrarum, habet oculos Deus (*Non ſe abſconderunt à facie mea.*) Qui ſancti ſunt, non ſe abſcondunt à facie Dei: qui autem iniuſti, abſconduntur à facie eius. Adam [c] poſt tranſgreſſionem cæleſtis mandati *audiuit vocem Domini Dei deambulantis in Paradiſo poſt meridiem, & abſcondit ſe.* Sanctus hoc non facit, ſed conſcientiâ actuum ſuorum habet fiduciam ad Deum. [d] *Si enim cõſcientia nos non reprehenderit fiduciã habemus ad Deum, & quodcúmque petierimus accipiemus.* Verùm Adam quamuis peccauerit, tamen nõ vſque ad perfectam malitiam mens eius corruit, & ideo abſconſus eſt à facie Dei. Cùm autem peccauit impiiſſimus fratricida, animaduertite quid fecerit: [e] *Egreſſus eſt à facie Dei, & habitauit in terra Naid.* Si ad malorum comparationem venias, meliùs eſt abſcõdi à facie Dei, quàm fugere eum. In alio quippe conſcientiæ vulnus inflictum tenebras, & ſecreta perquirens, leuare oculos non patitur ad cælum. In alio autem deſperatione natâ contumacia negligit Dominum. (*Non ſe abſconderunt à facie mea, neque abſcondita ſunt iniquitates eorum contra oculos meos.*) Iuſti ſuper quas iniuſtitias non ſe abſconderunt à facie Dei? Aliquando fuerunt in peccatis, quando erant in mari, ſed à piſcatoribus extracti ſunt. Ne itaque ſuſpicentur quia non ex miſericordia, ſed ex proprio merito ad montes venerint, commonens illos ſermo diuinus, & in illis nos, & idcirco poſt proſpera atque fœlicia triſtia inferens dicit. (*neque abſcondita ſunt iniquitates eorum contra oculos meos.*) Et poſt aliqua.

Abſconduntur à facie Dei non iuſti, ſed improbi.

c Gen. 3. 8.

d 1. Ioan. 3. 21.

Fugere à facie Dei multò peius quàm ab eadem ſe abſcondere: dicit enim deſperationẽ in peccato.

e Gen. 4. 16.

Deſperans in peccato dicitur fugere à facie Dei.

Iuſtificatio noſtra non ex noſtris meritis, ſed ex Dei miſericordia.

D Idem homil. 12. in Ierem. (*Et retribuam illis primùm duplices iniuſtitias eorum, & peccata ipſorum in quibus contaminauerunt terram meam, in morticiniis abominationum ſuarum, & iniquitatibus ſuis quibus impleuerunt hæreditatem meam.*)

Quod ait (*primùm*,) ſiue non intelligentes quidam quod ſcriptum eſt, abſtulerunt, ſiue Septuaginta Interpretes, ſicut & cætera ſecundum diſpenſationem ſuam auferre voluerunt, Dominus viderit, Nam iſtum locum cum cæteris editionibus conferentes inuenimus poſitum. *Et retribuam* E *illis primùm duplices iniuſtitias eorum*: vt oſtendatur quia etſi ex poſterioribus factis digni effecti ſunt beatitudine Dei, attamen quia aliquando peccauerunt, & humanis vitiis non carebant, primùm oportet os recipere ſua delicta. (Poſt aliqua.)

Septuaginta Interpretes ſecundùm Dei diſpenſationẽ aliqua in ſua verſione emiſerunt.

Idem, Si poſt fundamentum Ieſu Chriſti non ſolùm in tuo corde [f] aurum, & argentum, & lapidem precioſum, (Si tamen habes aliquid auri, vel argenti) ſuperædificaueris, verùm & ligna, fœnum & ſtipulam, quid tibi vis fieri, cùm anima ſeiuncta fuerit à corpore? vtrumnam ingre- F di vis in ſancta cum lignis tuis, cum fœno & ſtipula, & polluas regnum Dei? an propter lignum, fœnum, & ſtipulam foris reſidêre, & pro auro, argento, & lapide precioſo nihil mercedis accipere? Sed neque hoc æquum eſt. Quid igitur ſequitur, niſi vt primùm propter ligna ignis tibi detur, qui conſumat fœnum, lignum, vel ſtipulam? Deus quippe noſter apud eos qui poſſunt intelli

30 *Purgatorij igne conſumatur neceſſe eſt quidquid reſiduum eſt peccati admiſſi poſt Baptiſmum antequam admittatur qui in cælum.*

f 1 Cor. 3. 12.

Ignis consumens quâ ratione sit Deus etiam in iustis admittendis in cælum. a Deut. 4. 24.

intelligere diuina, ignis dicitur esse consumens. Et cùm dicat Propheta, [a] *Deus noster ignis consumens est*, non apposuit quid consumat, tibi derelinquens de manifestationibus intellectum. Neque enim id quod ad imaginem & similitudinem suam permanet, ignis iste consumit, non proprias creaturas, sed superædificata ligna, fœnum, stipulam. Locus est difficilis, & ad interpretandum nimij sudoris egens, vt cum primis secunda consentiant. Repromissiones legimus, & post prospera repentè tristiã prædicantur. (*Et retribuam* (inquit) *illis primùm duplices iniustitias eorum.*) Necessariò appositum est (*primùm.*) Primùm quippe propter iniustitias tormenta perpetimur, deinde propter iustitiã coronamur. Neque enim è contrario ante tribuenda sunt iusta, & sic reddenda peccata, vt cessantibus bonis vitia æterna permaneant: sed ante recipiemus mala, & deinde bona, vt sublatis vitiis virtutes permaneant in æternum. Obserua omnem thesaurum Scripturarum, & inuenies semper Deum ea primum comminantem quæ tristia sunt, & ea deinceps inferentem quæ lætitiam præbeant audientibus. Occidit, & viuificat, percutit, & sanat ipse dolorem facit, & rursum restituit. Percussit, & manus eius sanauerunt. (Post aliqua.)

Tristium comminationes præponi solet ante promissiones latorũ.

Duplicia pro Grauiora. b Luc. 12. 47.

Idem cur verò duplicia recipio peccata? Cui respondendum est,

Quia *seruus* [b] *qui scit voluntatem Domini sui, & non facit eam, plagis vapulabit multis*: Dignum siquidem est eos qui gentes sunt, simplicia recipere peccata, & nos duplicia, dicente Apostolo: [c] *Voluntariè peccantibus nobis post cognitionem veritatis, iam vltra non remanet pro peccato hostia. Horribilis autem quædam expectatio iudicij, ignis Zelus comedere habens aduersarios.*

c Heb. 10. 26. *Peccantes ex voluntatis malitia grauius puniendi.*

31 Hieronym.

Hieronymus in Comment. eadem quæ mox A ex Origene, sed paucioribus verbis. Addit tamen circa secundùm istius sententiæ membrum. *Quia contaminauerunt*, &c. Hi autem qui postea transferendi sunt, contaminauerunt terram Domini in morticinis idolorum suorum: & abominationibus suis impleuerunt hæreditatem eius: vt omnis mundus subditus fiat Deo: & nequaquam suo merito, sed illius misericordia conseruetur. Quod hîc de Hebraico posuimus: *Non sunt abscondita ea à facie mea*: in Sept. non habetur.

Mundi conuersio ad Christum non ex merito, sed ex Dei misericordia.

Theodoritus. (*Quia oculi mei super omnes vias eorum*, &c.) Omnia video: ex his quæ fiunt, nihil B est quod me lateat.

Theodoret. *Deo quicquid agimus manifestum est.*

Idem (*Et reddam illis primum duplices*, &c.) Quasi plenus humanitate, vltionem appellat peccatorum, duplicationem. Non enim iuris normam, & rationem pares persoluerunt pœnas. (Credo Theodoritum alludere ad id quod iubebatur in lege de fure, [d] qui pro re furata debebat reddere quadruplum. Vel fortasse meliùs, alludit ad infinitatem pœnæ, quæ infinitati respondere deberet peccati ratione obiecti offensi Dei qui infinitus est) *Morticina* verò abominationem vocat, filiorum, & filiarum mactationem, quam offerebant Idolis. C

Dei benignitas elucet vel etiam in eius vltione. d Exod. 22. 1.

D. Thomas. Assignat captiuitatis rationem, ponens cognitionem culpæ. (Quia oculi mei.) Prouerb. 16. [e] *Omnes via hominum patent oculis eius: spirituum ponderator est Dominus.*

D. Thom. *Peccata nostra omnia Deo sunt patentia.* e Prou. 16. 2.

Idem. Ponit comminationem pœnæ. (Et reddam primùm) id est, ante dictam consolationem (duplices) scil. quantùm ad cultum idolorum, propter quod sequitur, (quia contaminauerunt) & quantùm ad peruersitatem morum (& abominationibus) Psal. [f] *Interfecta est terra in sanguinibus, & contaminata est in operibus eorum.* D

Iudæis reddita à Deo duplex pœna ob duplex genus offensionis in eumdem Dei. f Psal. 105. 39.

CATENA GRÆCA EX VETERIBVS PATRIBVS GRÆCIS.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ.] τῶν δὲ τοιούτων ἐπὶ τὰς ὁδοὺς οἱ ὀφθαλμοὶ τοῦ κυρίου. οὐ κρύπτονται γὰρ ἀπ' αὐτοῦ, καθάπερ οἱ φαῦλοι, καθάπερ Ἀδὰμ E ἐν τῷ παραδείσῳ. κατὰ γὰρ τὸν Ἀπόστολον ἐὰν μὴ ἡ συνείδησις καταγινώσκει ἡμῶν, παῤῥησίαν ἔχομεν πρὸς τὸν θεόν.

Ὀλυμπιοδώρου.] εἰ μὲν τῶν δαιμόνων, καὶ αὐτῶν καὶ ἡ ἐπιφερομένη διπλῆ τιμωρία, ὅτι καὶ ἀπέστησαν τοῦ ἀληθοῦς Θεοῦ τοὺς ἀνθρώπους, καὶ ἑαυτοὺς ἐθεοποίησαν. εἰ δὲ κατὰ τῶν || ἀνθρώπων, μετὰ τὴν γνῶσιν ἁμαρτανόντων, διὸ διπλοῦν τιμωροῦνται.

|| *ἴσ. κατὰ τῶν μισητῶν.*

[καὶ ἀνταποδώσω.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τάχα πολλοὺς θορυβεῖ τὸ λεχθὲν εἴγε ἡμεῖς μὲν οὐ προσδοκῶμεν, οὐδὲ ἁπλῶς ἀπολήψεσθαι, τῇ φιλανθρωπίᾳ τοῦ θεοῦ θαῤῥοῦντες. οὗτος δέ φησι, διπλᾶς. καὶ ὁ Ἡσαΐας δὲ, ὅτι ἐδέξατο ἐκ χειρὸς κυρίου διπλᾶ τὰ ἁμαρτήματα αὐτῆς ἵνα γὰρ νομίσῃς, ὅτι ἀπειλῆς τὸ λεχθὲν, ἐκεῖνος μαρτυρεῖ, ὅτι ἐγένετο. τί οὖν ἄνθρωποι μὲν πρὸς τὴν ἀξίαν κολάζουσι τῶν ἁμαρτημάτων, ὁ δὲ Θεὸς καὶ ὑπὲρ τὴν ἀξίαν; οὐκ ἔστιν. ἀλλὰ τί ἐστι;

Vers. 17. Quia oculi mei super omnes vias eorum, & non sunt abscondita iniquitates, &c.)

32 Origenes. *Iusti coram quæ opera eorum Deo.*

Origenis.] *Super huiusmodi hominum vias oculi Domini; non enim ab ipso absconduntur, quemadmodum praui, sicut in Paradiso Adam.* [g] *Nam secundùm Apostolum,* [h] si conscientia non damnat nos libertatem habemus ad Deum.

g Gen. 3. 8. h 1. Ioan. 3. 21.

Vers. 18 (*Et reddam duplices malitias eorum.*)

Olympiodori.] *Si contra Dæmonas, in illos quoque illata dupla pœna, quòd & auerterunt homines à vero Deo seque ipsos Deos effecerunt: si verò contra homines minæ sunt contra eos qui* F *scientes peccant, quapropter dupla plectuntur pœna.* (*Et reddam.*)

Olympiod. *In Dæmones duplex pœna à Deo ob duplicem iniquitatem in homines. Peccanti sciẽter duplex parata pœna.*

Chrysostomi.] *Fortè multorum animos turbat hoc dictum; nullam si nos quidem pœnam expectamus Dei benignitati confidentes; Hic autem ait duplam, & Isaias.* [i] *Quòd* accepit è manu Domini duplices iniquitates eius. *Ne enim existimares verba minarum hæc esse, ille factum ita testatur. Quid igitur? homines quidem condignas*

Chrysost. *Duplici pænâ puniendos impios non ad minas tãtum dicitur. Non punit Deus vltra condignum.* i Isai. 40. 2.

ἐςι; διπλᾶ ἥμαρτον, διπλᾶ καὶ ἀπολήψονται. ἢ διπλᾶ λέγει, τῷ μὴ τῶν ἀγαθῶν ὑστερεῖσθαι μόνον, ἀλλὰ καὶ μυρία ὑποστῆναι δεινά. ἐπεὶ καὶ ἡμῖν ἡ κόλασις γίνεται διπλῆ, τῆς βασιλείας ἡ ἔκπτωσις, καὶ τῆς γεέννης ἡ πεῖρα. τούτων γὰρ ἕκαστον αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ μέγα καὶ ἀφόρητον δεινόν.

Θεοδωρήτου.] διπλᾶ ἥμαρτεν ὁ λαὸς, διπλᾶ καὶ ἀπολήψεται. ἐμὲ ἐγκατέλιπον πηγὴν ὕδατος ζῶντος, καὶ ὤρυξαν ἑαυτοῖς λάκκους συντετριμμένους. ἢ διπλᾶ λέγει, τὸ μὴ τῶν ἀγαθῶν ὑστερεῖσθαι μόνον, ἀλλὰ καὶ μυρία προσυποστῆναι δεινά. ἐπεὶ ὅτι τὴν ἀξίαν οὐκ ἔδωκαν δίκην, δανιὴλ δείκνυσιν ἐν τῇ ἐξομολογήσει, ἐπὶ τοὺς πατέρας καταφυγὼν, καὶ ἐπὶ τὸν ἔλεον τοῦ θεοῦ.

[ἐν τοῖς θνησιμαίοις.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐν τοῖς νεκροῖς τῆς ἁμαρτίας ἔργοις. βδελύττεται δὲ καὶ τὰ θνησιμαῖα ὁ νόμος.

A *gnas delictorum pœnas ſumunt, Deus verò pluſquàm condignas? Nequaquam; quid ergo? duplices iniquitates duplex conſequetur pœna. Vel duplicia dicit, quòd non tantùm bonis fuerint priuati, ſed & plurima ſuſtinuerit mala. Nam & nobis punitio duplex eſt: excludi à regno, & Gehennam experiri, horum quippe vtrumlibet ingens eſt & intolerabile malum.*

Duplici pœnâ puniri dicitur impius ob duplices iniquitates, pœnâ damni, & pœnâ ſenſus.

Theodoreti.] *Duplex populi ſcelus, duplicem ſibi pœnam vindicabit,* [a] Me dereliquerunt B fontem aquæ viuæ, & foderunt ſibi ciſternas perforatas, *vel duplicia dicit, non tantùm deſtitui bonis, ſed & ſexcentis vexari malis, cùm eos condignas non dediſſe pœnas Daniel* [b] *in confeſſione demonſtrat ad patres confugiens, & ad Dei miſericordiam.*

Theodoret. a Iere. 2. 13.

Pœna condigna noſtris nõ eſt peccatis quâ punimur à Deo.

b Daniel.

(*In morticinis abominationum ſuarum.*)

Olympiodori.] *In mortuis iniquitatis operibus, abominatur verò lex & morticina.*

Olympiod. *Opera praua dicta morticina quia mortua.*

Capitis 16. à verſ. 19. vſque ad finem.

TEXTVS VVLGATÆ.

19 Domine fortitudo mea, & robur meum, & refugium meum in die tribulationis: ad te Gentes venient ab extremis terræ, & dicent: Verè mendacium poſſederunt patres noſtri, vanitatem, quæ eis non profuit.

20 Numquid faciet ſibi homo deos, & ipſi non ſunt dij.

21 Idcircò ecce ego oſtendam eis per vicem hanc, oſtendam eis manum meam, & virtutem meam: & ſcient quia nomen mihi Dominus.

C TEXTVS SEPTVAGINTA.

19 *Domine tu fortitudo mea, & auxilium meum, & refugium meum in diebus malorum. Ad te gentes venient ab extremo terræ, & dicent: Quàm falſa poſſederunt patres noſtri idola, & non eſt in eis vtilitas?*

20 *Si faciet ſibi homo Deos, & ipſi non ſunt Dij.*

21 *Idcircò ecce ego oſtendam eis in tempore illo manum meam: & notam faciam eis virtutem meam: & ſcient, quia nomen mihi, Dominus.*

PARAPHRASIS CHALDAICA.

19 *Dominus robur meum, fiducia mea, & liberator meus in tempore anguſtiæ. Ad famam potentiæ tuæ populi venient à finibus terræ, & dicent: Veruntamen mendacium coluerunt patres noſtri, & vanitatem, quæ eis non profuit*

20 *Numquid faciet homo ſibi Deos? & ipſi ſunt idola in quibus non eſt vtilitas.*

21 *Propterea ego annunciabo eis hoc tempore, oſtendam eis vltionem meam, & plagam potentiæ meæ: & ſcient quia nomen meum eſt Dominus.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impreſſis.

33 Origen. *Gentiles conuerſos ad Chriſti fidem laudaturos Dominũ iamdiu prophetatum.*

ORigenes homil. 12. in Iere. De vocatione Gentium prophetatum eſt, non eorũ qui nec dum cognouerunt Chriſtum, ſed qui iam vocati ſunt, vt ſciant laudes referre pro gratia, & in Eccleſia conſiſtentes cõfiteantur, & adorent nomen eius. (*Domine fortitudo mea, & adiutorium, & refugium meum in die malorum, ad te gentes venient ab extremo terræ, & dicent, quoniam falſa poſſederunt patres noſtri ſimulachra, nec eſt in illis vtilitas.*) Quomodo ab extremo terræ venerũt gentes ad Dominum, & dixerunt, quoniam falſa poſſederunt patres noſtri ſimulachra, nec eſt in illis vtilitas? Quinam iſti qui veniunt ab extremis? Sunt alij primi terræ, ſunt alij nouiſſimi. Qui ſunt primi? Sapientes, facundi, nobiles, diuites, optimates; Qui ſunt extremi? [c] *Stulta mundi elegit Dominus, vt confundat fortia, & ea quæ non erant, vt deſtruat ea quæ ſunt.* (Venient gentes ab extremo terræ.) Quaſi dixerit; de his omnibus qui ſunt D nouiſſimi ſuper terram, de fatuis, de ignobilibus, de abiectis. (*Et dicent, quoniam falſa poſſederunt patres noſtri ſimulachra, nec eſt in illis vtilitas.*) Non quia & vera ſint idola, ad quorum diſtinctionem nunc falſa dicantur, ſed idola quæ falſa ſunt per naturam nulla eſt in eis vtilitas.

Gentiliũ vel etiã abiecti, & ignobiles, ac fatui victuri ad Chriſti fidem.

c 1. Cor. 1. 27.

Terræ primi ſapientes, & optimates. Extremi verò ignobiles, & abiecti.

(*Si faciet ſibi homo Deos, & iſti non ſunt dij.*) Non ſolùm de corporeis ſimulacris faciunt ſibi homines Deos, ſed & de corde confingunt. Qui enim poſſunt ſimulare alium creatorem extra vniuerſitatis Deum, alium Spiritum ſanctum, aliũ Chriſtum, alia ſæcula extra hæc quæ cernimus, ij omnes fecerunt ſibi Deos, & adorauerunt opera E manuum ſuarum. Omnes Philoſophi qui varia dogmata prodiderunt, omnes hæretici qui auctores ad aliter credendum de Deo miſeris mortalibus extiterunt, fecerunt ſibi idola, & animi voluptatẽ putauerunt Deum, & conuerſi adorauerunt opus manuum ſuarum, putantes vera eſſe quæ finxerãt. Omnes igitur tam de diuiſibili materia, quàm de falſis dogmatibus fingentes ſibi Deos corripit nunc ſermo diuinus dicẽs: (*Si faciet ſibi homo Deos, & iſti non ſunt dij. Propterea manifeſtabo illis in tempore iſto opus manuum mearum, oſtendam illis virtutem meam.*) In quo tempore niſi in iſto quo F ſaluator noſter aſſumpſit corpus humanum? (*Et ſcient quia ego ſum Dominus.*)

34 Verſ. 20. *Idola ſibi faciunt & falſos Deos, qui de corde ſibi fingunt inania falſorum dogmatum ſimulacra. Hæretici & Philoſophi faciunt ſibi Deos ſuis falſis dogmatibus.*

Euſebius Cæſarienſis lib. 1. de præparatione Euangelica c. 3. Qui Prophetas audiẽs, poſt Chriſti aduentum Iudæorum abiectionem, gentium vocationem apertè dicentes futuram, non admirabitur, cùm videat res ipſas per doctrinam Saluatoris noſtri oraculis ipſorum ad vnguem quadrare? Per Saluatorem enim noſtrum factum

35 Euſeb. Cæſ. *Prophetia de abiectione Iudæorũ, & conuerſione Gentiũ impletione poſt Chriſti aduentũ confirmata fide noſtra.*

est, vt ex omni genere hominum pœne innumerabiles, spretis idolis, vnius ac veri Dei cognitionem, religionemque susceperint, quod ita futurum, Dei oracula & per alios Prophetas cecinerunt, & per Ieremiam maximè, vbi dicitur, [a] *Domine Deus meus, ad te gentes venient ab extremis terræ, ac dicent: Quàm falsa nostri patres idola possederunt, & non erit in ipsis vtilitas: si faciat homo sibi ipsi Deos, nec erunt isti Dij.*)

a Ierem. 16.

Euseb. Cæs. *Gentilium pietas declarata, Iudæorū impietas reprehensa. Christi oratio ad Patrē pro Gentium cōuersione.*

Idemque Eusebius lib. 2. de Demonstratione Euangelica Demonstrat. 25. totum hunc affert locum, vt pietatis Gentium declarationem, & Iudæorum impietatis accusationem. In libro autem 5. item de Demonstrat. Euangelica cap. 30. hæc vt verba accipit Christi ad Patrem de futura Gentium cōuersione. In lectione verò quam ibi prosequitur id notandum, quòd pro eo quod communiter & ab ipsomet in præcitato loco lib. 2. legitur. (*Et cognoscent, quòd nomen mihi Dominus,*) hic legit, (*& cognoscent, quod ego Dominus,*) sicut legisse vidimus & Origenem.

August. *Prophetiarū impletarum argumentum efficacissimū.*

Augustinus pariter eamdem lectionem sequutus lib. 13. contra Faustum ex adimpletione eorum omniū quæ in hoc vaticinio à Ieremia prædicta fuêre, de Gentium conuersione, Iudæorumque abiectione, conuinci inquit & Gentiles quoque infideles de veritate nostræ fidei. Affertque idem Augustinus hunc ipsum locum ad idem argumentum & lib. 18. de Ciuitate Dei cap. 33. Et lib. 1. de consensu Euang. cap. 26.

36 Hieronym. Vers. 19. *Fortitudo nostra vniuersa ex Deo.* b Psal. 89. 1. c Psal. 90. 1. *Vita præsentis tempus appellatum diem tribulationis.* d Gal. 1. 4. e Ephes. 5. 6.

Hieronymus. (*Domine fortitudo mea, & robur meum,* &c.) Omnis hominum fortitudo sine Dei virtute quæ Christus est, imbecilla reputatur, & nihil. Vnde confugiendum est ad Dominum atque dicendum est: [b] *Domine refugium factus es nobis, in generatione, & generatione.* Et in alio loco: [c] *Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione Dei cæli commorabitur.* Dies autem tribulationis siue malorū, illa intelligenda est, de qua dicit & Apostolus: [d] *Vt eriperet nos de præsenti sæculo nequam:* & [e] *Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt.*

(*Ad te gentes venient ab extremis terræ, & dicent: Verè mendacium possederunt,* &c.) Postquam eiectus est Israel, & à piscatoribus, venatoribusque translatus, consequenter vocatur ad fidem gentium multitudo: & confitetur se, sine patres suos in priori errore versatos. Qui autem dicunt: *Quomodo falsa possederunt patres nostri idola, in quibus nulla est vtilitas:* confitentur vera esse ad quæ transeunt, & omni subnixa præsidio.

Fidei nostræ veritatē contestati sunt Gentiles qui ad eā vocati compotes facti sūt illius. Vers. 20.

(*Numquid faciet sibi homo Deos, & ipsi non sunt dij.*) Et hoc gentes loquuntur, quæ venerunt ad Saluatorem ab extremis terræ, sugillantes ignorantiam tam suam, quàm maiorum suorum: quā putauerunt ab homine fieri deos, cùm Dei sit homines facere.

37 Vers. 21. *Manus Dei mundo ostēsa Gentibus cōpleta Christi passione. Doctrina manifesta Gentibus exhibita est diuinorum cognitio non in vmbra sicut Iudæis.* f 1. Cor. 1. 24. g Ioan. 17. 6.

(*Idcirco ecce ego ostendam eis manum meam, & vir,* &c.) Manus Dei per quam cuncta operatus est, & virtus de qua dixit Apostolus: [f] *Christus Dei virtus & Dei sapientia,* ostenditur Gentibus, filij passione completâ pulchreque dixit: (*Ostendam eis per vicem hanc:*) ostendam autem manifestè, & non vt priùs, in vmbra & in imagine, & vaticinio futurorum: vt post quam cognouerint, sciant nomen meum: audiantque à filio: [g] *Pater manifestaui nomen tuum hominibus.*

Hieronym.

Idemque Hieronymus epistolâ 140. ad Principium paulò ante finem partem vers. 19. in hunc modum affert: *Quam falsa possederunt patres nostri idola, Et non est in eis qui pluat:* quod vltimum desumptum est ex c. 14. vers. 22. quamquam ad amplificandas vtilitates pluuiæ, & id positum à Hieronymo sit pro, *& non est in eis vtilitas.* Per Gentilium patres intelligit Philosophos.

Pluuia quāta sint commoda, & vtilitates. Philosophi appellati Gētiliū Patres.

38 Theodorit.

Theodoritus. Impietate populi sic ob oculos posita vaticinatur conuersionem gentium. (*Domine fortitudo mea, & auxilium meum, & refugium meum in die tribulationis: ad te gentes venient ab extremo terræ, & dicent, Verè mendacia possederunt patres nostri idola, & non est vtilitas in eis.* Qui tantâ cura digni habiti sunt, tum legali, tum propheticâ disciplina freti, impiè agere & legem transgredi non desierunt: gentes verò, quæ eiusmodi consolatione caruerunt, auditis dumtaxat præceptis Apostolicis, errorem vitarunt, & ad lumen diuinæ notitiæ peruenerunt. Et facta mentione pristini prouerbij inclamant: *Numquid faciet sibi ipsi homo Deos, & ipsi non sunt dij? Idcirco ecce, ego ostendam eis in tempore hoc manum meam: & potentiam meam notam faciam eis. Et scient, quia nomen mihi, Dominus.* Multò ante, ait, prædico illis futura, & prædoceo eos, quæ sit potentia mea: quâ nimirum per abiectos & paucos homines procuraturus sum conuersionem gentium.

Gentiles ad verā Dei cognitionē vocati quàm diuersimodè à Iudæis vocationi respōderunt. Manus virtusque Dei in conuersione mundi facta per Apostolos.

39 D. Thom. *Captiuitatis Iudaicæ vtilitas maxima Gentium conuersio.* h Rom. 11. 25. *Prædicatoris boni optima oratio, vt recte suā exerceat munus.* i Psal. 17. 1. k Isai. 42. 10. *Peccator post conuersionem Deo, cunctisque confessus, peccati confusionē, & pristinis erroris confutationem.* l Iere. 3. 23. m Sap. 15. 17. n Psal. 9. 17. o Psal. 143. 7

D. Thomas. Tertio ponit captiuitatis vtilitatem, scil. conuersionem Gentium, vel eorum qui cum Iudæis sub Zorobabel in Ierusalem reuersi sunt. Vel eorum qui ad fidem Christi sunt conuersi: quia [h] *cæcitas ex parte contigit in Israel: donec plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israel saluus fieret.* Rom. 11. Circa quod tria facit: primò ponitur Prophetæ exultatio designata in confessione diuinæ laudis, (*Domine fortitudo*) ad alios debellandum (*robur*) ad perseuerandum (*refugium*) si deficiam, Psal. [i] *Diligam te Domine fortitudo mea: Dominus firmamentum meum, & refugium meum:* secundò ponitur gentium conuersio (*ad te gentes.*) Isai. 42. [k] *Cantate Domino canticum nouum: laus eius ab extremis terræ:* peccati confusio. (*Verè mendacium,*) sc. idolum: quod diuinitatem & auxilium mentitur: supra 3. [l] *Verè mendaces erant colles, & multitudo montium.* Et pristini erroris confutatio. (*Numquid facient & ipsi,*) scil. homines facientes. Sap. 15. [m] *Quomodo enim sibi similem homo poterit Deum fingere:* tertiò assignat cōuersionis bonum (Ideirco,) i. vt gentes conuertantur (*eis,* Iudæis (*per vicē hanc*) q. d. vlterius non parcam (*manum*) correctionis: vel (*eis*) gentibus (*manum*) Christum: Psalmus. [n] *Cognoscetur Dominus iudicia faciens: in operibus manuum suarum comprehensus est peccator.* Item Psalmus, [o] *Emitte manum tuam de alto,* &c.

Manus Dei multiplex. p Sap. 7. 16. q Ps. 103. 28. r Isai. 49. 2. f Psal. 38. 11. t Iob. 5. 18. u Eccl. 36. 7. x Heb. 10. 31.

Notandum quod quædam est manus diuinæ dispositionis. Sap. 7. [p] *In manu eius, & nos, & sermones nostri: & omnis sapientia: & operum scientia disciplina.* Diuinæ liberalitatis: Psalmus. [q] *Aperiente te manum tuam: omnia implebuntur bonitate.* Diuinæ protectionis Isai. 49. [r] *Sub tegumento manus suæ protexit me.* Diuinæ correctionis, Psalm. [f] *A fortitudine manus tuæ ego defeci in increpationibus.* Diuinæ liberationis Iob, [t] *percutit & manus eius sanabunt.* Diuinæ operationis, Eccles. 36. [u] *Glorifica manum & brachium dexterum.* Et diuinæ condemnationis. Ad Hebr. 10. [x] *Horrendum est incidere in manus Dei viuentis.*

CATE

CATENA GRÆCA EX VETERIBVS PATRIBVS GRÆCIS.

Ὀλυμπιοδώρου.] τὴν ἐν ἀνθρώπησιν τοῦ μονογενοῦς προλέγει.

[πρὸς σὲ ἔθνη.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οἱ μὲν ἰουδαῖοι, εὐσεβεῖς πατέρας ἔχοντες, εἰς ἀσέβειαν ἔκλιναν, οὗτοι δὲ τοὐναντίον. τοῦτο φησὶν ὁ προφήτης, κατηγορῶν τούτων, καὶ δεικνὺς ὅσον ἐστὶ κέρδος ἐκ τῆς τιμωρίας αὐτῶν ἑτέροις, ἅμα καὶ κνίζων τοὺς ἰουδαίους. οἱ πλησίον ἀτιμάζουσί σε, οἱ δὲ μακρὰν ἥκουσι πρὸς σέ.

Κυρίλλου.] εἰ γὰρ καὶ γεγόνασιν ὑβρισταὶ καὶ ἀπειθεῖς, καὶ ἀσυνεσίας ἔμπλεω τὴν διάνοιαν ἔχοντες, ἀλλ' οὖν σώζονται καὶ δοξάζονται παρὰ χριστοῦ. ἀπαρχὴ δὲ τούτων γεγόνασιν οἱ ἀθλοφόροι μάρτυρες, ὧν τῆς εὐκλείας ἡ φαιδρότης ὅλην ἀστράπτει τὴν ὑπ' οὐρανόν.

|| Θεοδωρήτου.] κλῆσις τῶν ἐθνῶν προφητεύεται, ὡς ἠλιευμένων ἤδη, καὶ μεμαθηκότων ἐξομολογεῖσθαι. ταῦτα δέ φησιν ὁ προφήτης κατηγορῶν ἰουδαίων καὶ δεικνὺς ὅσον ἐστὶ κέρδος ἑτέροις ἐκ τῆς αὐτῶν τιμωρίας. ὁμοῦ δὲ καὶ παραζηλῶν ἰουδαίους.

Ὀλυμπιοδώρου.] πρὸς τὸν κύριον ἰησοῦν περὶ οὗ γέγραπται, καὶ ἐπ' αὐτῷ ἔθνη ἐλπιοῦσιν. ||

[ὡς ψευδῆ.]

Ὠριγένους.] ψευδῆ δὲ εἴδωλα φησί, τὸ ὂν λέγων, ἀλλ' οὐχ ὡς ἀληθινῶν ἐναντία διαστέλλων ἑτέροις. ποιεῖ δὲ ἑαυτῷ θεοὺς οὐ μόνον ὁ κατασκευάζων ἀγάλματα, ἀλλὰ καὶ ὁ ψευδῆ δόγματα ἑαυτῷ συσταμένος, καὶ ὡς ἀληθῆ προσκυνῶν τὰ τῆς ψυχῆς ἀναπλάσματα.

Τοῦ Χρυσοστόμου.]πῶς γὰρ τὸ ποιηθὲν θεός.

[εἰ ποιήσει.]

Ὀλυμπιοδώρου.] τὸ τῆς ἐν ἀνθρωπήσεως.

[καὶ ἐν τῷ καιρῷ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ὁ πατήρ ἐστιν ὁ λέγων περὶ τοῦ μονογενοῦς.

[καὶ γνωριῶ.]

Θεοδωρήτου.] οὐδὲν οὕτω βούλεται ὁ θεός, ὡς ἡμᾶς ἐκκρέμασθαι αὐτοῦ. αὕτη γὰρ ἡμῶν ἡ εὐεργεσία. διὸ καὶ ἐν ἅπασιν ἡμᾶς ἐνδεεῖς ἐποίησεν.

Verſ. 19. Domine tu fortitudo mea, &c.) 40

Olympiodori.] *Incarnationem vnigeniti prædicit.*

(Ad te Gentes venient ab extremo terræ.)

Chryſoſtomi.] *Iudæi quidem cùm patres pios haberent in impietatem lapſi ſunt: hæ verò contra. Hoc ait Propheta iſtos accuſans, & oſtendens commodum ex eorum punitione aliis apportandum, ſimul etiam pungens Iudæos: Qui prope ſunt inhonorant te, longè verò poſiti veniunt ad te.*

Cyrilli.] *Quamquam enim iniurioſæ factæ ſint, & inobedientes plenamque inſipientia mentem habentes, ſaluantur tamen & glorificantur à Chriſto. Primitiæ autem earum fuerunt victoriæ præmia aſſecuti Martyres, quorum gloriæ claritas vniuerſum illuſtrat orbem.*

|| Theodoreti.] *Vocatio Gentium prænunciatur, vti iam piſcatione captarum, & confiteri aſſuetarum: hæc verò ait Propheta Iudæos incuſans, & oſtendens quantum lucri ex eorum caſtigatione facturi eſſent alij ſimul & Iudæos ad æmulationem prouocans.*

Olympiodori.] *Ad Dominum Ieſum, de quo ſcriptum eſt,* [a] Et in ipſo Gentes ſperabunt.

Verſ. 19. (*Quàm falſa poſſederunt patres noſtri idola.*) 41

Origen.] *Falſa autē idola vocat, id quod eſt, dicēs; Non quaſi falſa ſint ad diſtinguendū ab aliis veris: facit verò ſibi Deos non ſolum qui ſtatuas fabricat, ſed etiam qui falſa dogmata ſibi confinxit, & tamquam adorat vera animi figmenta.*

Verſ. 20. (*Si faciet ſibi homo Deos, & ipſi non ſunt dij.*)

Chryſoſtomi.] *Quâ enim ratione Deus fuerit id quod factum eſt.* (*Sic faciet.*)

Olympiodori.] *Incarnationis myſterium.*

Verſ. 21. (*Idcirco ego oſtendam eis in tempore illo manum meam, &c.*)

Olympiod.] *Pater eſt qui de Vnigenito loquitur.* (*Et notam faciam eis virtutem meam.*)

Theodoreti.] *Nihil ita vult Deus, vt, nos ab ipſo pendere: hoc quippe noſtrum eſt beneficium. Quapropter omnium nos rerum egenos fecit.*

Olympiod. *Incarnatio Chriſti prædicta.*

Chryſoſt. *Iudæorū iniquitas & pœna ſalus Gētium.*

Cyrill. *Gentiles licet inſipientes, & peruerſi à Chriſto ſaluati, & glorificati.*

Martyrū victoriis glorificata Eccleſia Gentium.

Theodoret. *Gentiles Apoſtolorum piſcatione capti ad Chriſtum venere.*

Olympiod. [a] Iſai. 11. 10. Rom. 15. 12.

Origenes. *Dogmata falſa ſibi confingens facere dicitur ſibi falſos Deos.*

Chryſoſt.

Olympiod. *In Incarnatione Deus factus ab homine.*

Olympiod. *Chriſtus vt Dei manus oſtenſus à Patre in incarnatione.*

Theodoret. *Pendere omnino à Deo, quàm illi ſit gratum.*

Caput Decimumſeptimum. Sectio Prima à verſ. 1. vſque ad 5.

TEXTVS VVLGATÆ.

1 PEccatum Iuda ſcriptum eſt in ſtylo ferreo in vngue adamantino, exaratū ſuper latitudinem cordis eorū, & in cornibus ararum eorum.

2 Cùm recordati fuerint filij eorum ararum ſuarum, & lucorum ſuorum, lignorumque frondentium in montibus excelſis.

3 Sacrificantes in agro: fortitudinem tuam, & omnes theſauros tuos in direptionē dabo, excelſa tua propter peccata in vniuerſis finibus tuis.

4 Et relinquêris ſola ab hæreditate tua, quam dedi tibi: & ſeruire te faciam inimicis tuis

TEXTVS SEPTVAGINTA.

QVatuor hi verſus apud Septuaginta non habentur vt mox ex Euſebio, Origene, & Hieronymo, intelliges.

PARAPHRASIS CHALDAICA.

1 *PEccata domus Iudæ ſcripta ſunt ſtylo ferreo, & vngue adamantino, ſculpta ſuper tabula cordis eorum, & in cornibus ararum eorum.*

2 *Cum recordati fuerint filij eorum ararum ſuarum & lu*

in terra, quam ignoras: quoniam ignem succendisti in furore meo, vsque in æternum ardebit.

A *& lucorum suorum, sub omni ligno frondoso, & super collibus eleuatis.*

3 Pro eo quòd colunt idola super montes in agro; substantiam vestram, & omnem domum thesaurorum vestrorum direptioni tradam in peccatis quibus coluistis idola in omnibus terminis vestris.

4 Et adducam hostem super terram vestram, eritque desolata sicut in anno remissionis, & tunc faciam vindictam iudicij, donec transmigrare vos faciam de hæreditate vestra quam dedi vobis: & seruietis inimicis vestris in terra quam ignoratis: quia spiritus vrens fortis sicut ignis, egressus est à facie mea in ira, vsque in sæculum residebit.

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

1 Euseb. Cæs.

EVsebius Cæsariensis lib. 2. Demonstrat. Euangel. demonstrat. 25. omnes hos quatuor affert versus in comprobationem reprobationis Iudaici populi. Et quidem primum versum ita legit. *Peccatum Iuda scriptum est stylo ferreo in vngue adamantino, exaratum super latitudine cordis eorum.* Secundum verò ita. *Cùm recordata fuerint nemora eorum in ligno condenso,* &c.

Idem tamen in lib. 10. Demonstr. Euangelicæ Demonstrat. quinta, eosdem ita affert versus, *Peccatum Iuda scriptum est stylo ferreo in vngue adamantino, exaratum super latitudinem cordis eius, & in cornibus altarium vestrorum: Cùm recordati fuerint filij eorum ararum suarum, & Lucorum suorum in ligno denso, & in collibus excelsis, robur tuum, omnes thesauros tuos in direptionem dabo, & excelsa tua in peccato in omnibus finibus tuis. Et priuaberis. Et humiliaberis ab hæreditate, quam dedi tibi. Et transferam te ad inimicos tuos in terram, quam non nouisti: quoniam ignis accensus est in furore meo: vsque in sæculum ardebit.*

In versionis Sept. melioribus codicibus hæc habentur cum stellis. Iudæ proditoris peccatum prænunciatũ indelebile. Iudaici populi scelus indelebile, dignaque illius pœna.

Tametsi hæc non sint apud Sept. attamẽ quia in Hebr. textu, atque in reliquorum interpretum editionibus, itẽ in exquisitioribus quoque ipsorum Sept. exemplaribus cum appositione stellarum, necessariò ea apposuimus, tamquam ea, quæ D nominatim proditorem Iudam significent: & peccatum, quod ab illo commissum est, fieri nõ posse, vt vnquam aboleatur. Hoc enim videtur mihi significare illud, *Peccatum Iuda scriptum est stylo ferreo in vngue adamantino.* Tametsi possint pariter referri ad vniuersam Iudaicam gentem, quibus deinceps ipso ordine post ipsorum scelus indelebile, extremam, quæ ipsos punitura est perniciem interminatur.

2 Origen.

Origenes quoque ad finem homil. 12. in Iere. notat hæc minimè reperiri, cùm tamen sint in cæteris editionibus. Affert autem primũ versum in hunc modũ, (*Peccatũ Iudæ scriptum est,* &c. *Sculptum super pectus eorum.* E Hisque illum pertractat.

Confiteri semet malum difficile. Sacra scriptura exemplaria falsata à Iudæis.

Quoniam difficile est aliquem se malum cõfiteri, ideo Iudæi qui exemplaria nonnulla falsarunt, etiã in hoc loco pro peccato Iuda, *peccatum eorũ,* posuerunt. Sed si figuraliter consideres (vt sæpe ostendimus) Iudam Christum nuncupati, forsitan peccatum Iudæ peccatum nostrum est qui credimus in Christũ de tribu Iuda, & ex eius secũdùm carnem stirpe nascẽtem.

De Iuda proditoris peccato incongruè hæc accipi.

Si autem volueris sacratiùs intelligere de proditore Iuda dictum: *Peccatum Iuda scriptũ est in stylo ferreo, in vngue adamantino, sculptum super pectus cordis eorum,* repugnabit tibi quod sequitur, *eorũ.* Igitur (vt supra diximus)

Peccatum nostrũ quomodo scriptum in pectore, &c.

super nos qui peccamus ista conueniunt, quorum peccata non forinsecus alicubi conscribuntur, sed in cordis cõscientia stylo exarata ferreo, sculpta vngue adamantino. Quod autem peccata nostra scribantur in pectore, ex his quæ sequuntur intellige. Antequam peccatũ faciam nulla in corde meo peccati imago versatur: cùm autem conscientia peccati imaginem sumpserit, habeo formam illius, & semper ante oculos cordis mei delicti pompa depingitur. Et siquidem esset peccatum B meũ atramento conscriptum, forsitan delerem illud; nunc autẽ scriptum est in stylo ferreo, & in vngue adamantino sculptũ est super pectus cordis mei, vt mecum ad tribunal veniat, & compleatur illud quod a Christo prophetatum est: [a] *Nihil absconsum quòd non manifestabitur, & nihil occultum quod non palàm fiet.* Nudabitur pectoris mei conscientia, & aperto corde videbuntur literæ peccatorum, quæ in stylo ferreo in vngue adamantino sculptæ sunt. Atque ita vniuersa spectantium multitudo leget in pectore meo signatas imagines peccatorum.

Peccatũ nostrũ eatenus indelebiliter scriptum in pectore cuiusque quia in die iudicij nobiscum erit.

a Matth. 10. 26.

In die Iudicij nudato cuiusque pectore legent vniuersi quæ ibi scripta erunt peccata.

3 Ambros.

Fides nostra scripta in corde nostro Spiritu Sancto. Peccatum in corde graphio scriptum, vbi scripta est fides Spiritu sancto.

C Ambrosius lib. 3. de Spiritu sancto c. 2. Scripta est & fides tua, scripta est, & culpa tua, sicut Ieremias dixit: *Scripta est Iuda culpa tua graphio ferreo, & vngue adamantino.* Et *scripta est*, inquit, *in pectore, & in corde tuo.* Ibi igitur culpa est, vbi gratia: sed culpa graphio scribitur, gratia spiritu designatur.

Hieron.

Sept. multa in sua versione omiserunt arcentes populo suo.

Hieronymus allatâ ratione cur hæc à Sept. fuerint omissa, quòd forsan pepercerint, ne æterna in populum suum permaneret sententia, prout aliàs sæpe fecisse comperiuntur. Gentium inquit peccata deleta sunt: quia conuersæ ad Dominum ab extremis terræ audierunt illud: [b] *Laudate Dominum omnes gentes, Laudate eum omnes populi.* D *Quia confirmata est super nos misericordia eius, & veritas Domini manet in æternum.* Et de quibus dixerat ad Moysen: [c] *Dimitte me, vt interficiam populum istum: & faciam te in gentem magnam.* Peccatum autem Iudæ indelebile, & (vt ita dicam) nullâ ratione abolendum, scriptum est stylo ferreo in vngue adamantino qui Hebraicè dicitur שמיר non quo vllus vnguis sit qui appelletur שמיר, sed quo lapis adamantinus, ex eo quòd indomitus sit, & infringibilis, hoc nomen accepit: qui tantum nitorem habeat, & leuitatem, vt absque vllo impedimento in eo scribi possit stilo ferreo: vt E dura ferri materies scribat in duriori tabula adamantina, & duret quod scriptum est, in perpetuum. Ipsi enim dixerunt: [d] *Sanguis eius super nos, & super filios nostros.* Vnde exaratum siue insculptum est in cornibus altarium, siue ararum eorum: vt opera sacrilega in æternam memoriam perseuerent.

Gentium peccata per eorũ conuersionem deleta, Iudæ verò peccatũ indelebile.

b Psal. 116. 1.

c Exo. 32. 10.

c Deut 9. 14.

Adamãtinus vnguis quid, & ad quid eius hic fiat cõmemoratio.

d Matth. 27. 25.

4

(*Cùm recordati fuerint filij eorum ararum suarum, & Lucorum,* &c.) Et hæc in Sept. nõ habentur: eadem (vt reor) causa, quam supra diximus: ne scilicet æterna in eos sententia permaneret.

F *Relinquêris, ait, sola ab hæreditate tua, quam dedi tibi: & seruire te faciam inimicis tuis, in terra quam ignoras:* vel sub Babylonijs, vel vt est veriùs, sub Romanis. Ipsi enim succenderunt ignem, & clementissimum Dominum in furorem prouocarunt: qui ignis furoris eius ardebit in æternum.

Hæreticorum peruersitas & pœna.

e Psal. 72. 9.

Possunt autem excelsa quæ Hebraicè dicuntur במות bamoth & contra hæreticos accipi, *qui* [e] *posuerunt in excelsum os suum & lingua eorum transiit super terram.* Qui in tantam vesaniam prorupe

proruperunt, vt soli absque Spiritus sancti gratia remanserint: & perdiderint hæreditatem Domini, priorem videlicet fidei veritatem. Vnde & æternum eis paratur incendium: & seruitus dæmonum, qui sunt inimici, & vltores.

Theodoret. Conscientia nil potentius.

Theodoretus. Vaticinatus Propheta conuersionem Gentium rursum accusat impietatem Iudæorum. *Peccatum Iuda inscriptum est in scriptura, in vngue adamantino, in pectore cordis eorum, & in cornibus altarium eorum.* Nihil potentius conscientiâ, in qua scil. confixæ literæ sunt solidæ. Quamuis enim omnes homines suæ ipsorum conscientiæ de bona vita testificari conentur, conscientia ferre nequit: sed percutitur ac perforatur, incorruptamque; profert sententiam. Quod & hîc dicit, *facinora tua*, videlicet te arguunt, & conscientia tua testimonium præbet. Reuocat autem illis in memoriam Lucos & aras; & in eis commissum errorem. Et minatur omnia bona eorum cum idolis se traditurum hostibus. Prædicit etiam desolationem vrbis.

Peccatorem veritatem, vel excusantem peccati semper ipsa eius reuarguit conscientia.

5

Greg. PP. styli ferrei metaphorâ designata diuina Dei sententia. Adamantini vnguis metaphorâ designata finalis sententia æternæ damnationis.

Gregorius Papa lib. 14. Moral. cap. 26. Per Ieremiam dicitur, *Peccatum Iudæ scriptum est stylo ferreo in vngue adamantino.* In vngue finis est corporis: Ita verò durus est lapis Adamas, vt ferro non valeat secari. Per stylum cùm ferreum fortis sententia: per vnguem autem adamantinum, finis signatur æternus: Culpa quippe Iudæorum per fortem Dei sententiam in fine seruatur infinito.

Peccato per pænitentiam non deleto sententia parata æterna.

Isid Hispal. Iudæorū peccatum necis Christi indelebile præ eorum obstinationis duritiâ.

Isidorus Hispalensis lib. de Passione Domini cap. 22. *Peccatum Iudæ scriptum est stylo ferreo in vngue adamantino.* Hoc siue ad Iudam proditorem, siue ad Iudæos non incongruè conuenit, qui sic peccauerunt in Christum, vt non sit peccatum eorum atramento conscriptum, quod deleri forsitan potest, sed stylo ferreo, &c. quia deleri non possit præ duritia cordis eorum, nisi crediderint.

D. Thomas. Idololatriæ vitiū durissimè impressū affectui Iudæorum.

D. Thomas. Hîc ponitur explicitè Iudaici populi obstinatio quæ est reprobationis causa. (*Peccatum Iuda*) duarum tribuum (*scriptum est,*) id est, affectui eorum: ita profunditùs impressum: præcipuè idololatriæ: sicut scriptura quæ fit ferreo stylo (in vngue,) id est, in adamante: qui est lapis politus ad modum vnguis, Zach. 7.[a] *Cor suum po-*

a Zach. 7. 12.

A *suerunt vt Adamantem vt non audirent legem & verba quæ misit Dominus exercituū in spiritu suo sancto per manum Prophetarum priorum.* Vel peccatum id est sententia pro peccato. Et exponit peccari affectum (*exaratum*) id est profundatum (*super latitudinem,*) id est, super cor dilatatum in affectione peccati. Vnde cor sic dilatatum est loco Adamantis (*& cornua*) ararum, i. idolorum sunt loco styli ferrei. Præceperat enim Deus,[b] vt ex altari procederent quatuor cornua in quibus pēderet craticula, Exod. 27. Et simile fecerant in aris idolorum. Oseæ.[c] *Multiplicauit sibi Ephraim altaria ad peccandum: facta sunt ei aræ in delictum.* Ponit etiam B affectus signum in successione prolis.

Adamātinus vnguis dictus Adamas politus instar vnguis. Peccatum ex malitia est dilatatum in affectione.

b Exo. 27. 2.

c Oseæ. 8. 11

6

Impij peccatū continuatum in successione prolis.

(*Cùm recordati*) in affectu retinentes: in diuersitate loci (*ararum:*) quę in ciuitatibus construebantur, supra 2.[d] *Sub omni ligno frondoso tu prosternebaris meretrix.* Et adiungens pœnam, sc. bonorum direptionem, quæ pertinent ad necessitatem vitæ (*Fortitudinem,*) i. bona in quibus putabas te fortē esse sicut arena & castra supr. 15.[e] *Diuitias tuas & thesauros in direptionem dabo gratis in omnibus peccatis tuis, & in omnibus terminis tuis,* i. cùm malitia tua ita cōsummata fuerit, vt filij patres imitentur in omnibus locis idola colentes, tūc (*fortitudinem*) & C bonorum quæ pertinent ad cultum idololatriæ, (*excelsa tua*) in quibus idola colebant. Ezech. 6.[f] *Ecce ego inducam super vos gladium: & disperdā excelsa vestra: & demoliar aras vestras: & confringentur simulachra vestra: & deiiciam interfectos vestros ante idola vestra.* Cōminatur etiam captiuitatem (*relinqueris*) ô Ierusalē (*ab hæreditate*) à populo tibi subiecto. Vel, ô gens, ô terra, dum in captiuitatē ibis. Thre. 1.[g] *Quomodo sedet sola ciuitas plena populo: facta est quasi vidua, domina gentiū: princeps prouinciarum facta est sub tributo.* Cōminatur & seruitutem. (*Et seruire.*) Deut. 28.[h] *Seruies inimico tuo quem immittet tibi Dominus in fame & siti, & nuditate & omni penuria: & ponet iugum ferreum super ceruicem* D *tuam donec te conterat.* Et tangens proximam pœnæ causam, scilic. diuinam iram quæ est volunras puniendi, (*quoniam ignem,*) Deut. 32.[i] *Ignis succensus est in furore meo: & ardebit vsque ad inferni nouissima.*

d Iere. 2. 20.

e Iere. 15. 13.

f Ezech. 6. 3.

g Thr. 1. 1.

h Deut. 28. 48.

i Deut. 32. 22.

Caput 17. vers. 5. & 6. Sectio Secunda.

TEXTVS VVLGATÆ.

5 HÆc dicit Dominus: Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum, & à Domino recedit cor eius.

6 Erit enim quasi Myricæ in deserto, & nō videbit cùm venerit bonū: sed habitabit in siccitate in deserto, in terra salsuginis, & inhabitabili.

TEXTVS SEPTVAGINTA.

5 *MAledictus homo, qui spem habet in homine, & firmabit carnem brachij sui super se: & à Domino discedet cor eius.*

E

6 *Et erit sicut Myrica syluestris, quæ in deserto est: non videbit cùm venient bona: & inhabitabit in salsis, & in deserto, in terra salsa, quæ non habitatur.*

PARAPHRASIS CHALDAICA.

5 *HÆc dicit Dominus: Maledictus vir qui confidit in homine, & ponit carnem fiduciam suam, & à verbo Domini aufert cor suum.*

6 *Et erit sicut Myrica in solitudine, & non videbit cùm venerit bonum: & morabitur absque generatione in deserto, sicut in terra Sodomæ quæ non habitatur.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

7

Confidentia praua in homine potest esse triplex.

MAledictam in hac sententia confidentiam in homine, seu maledictum qui ea cōfidit, tripliciter apud Veteres Patres intellectum reperio, tripliciter hominem hic positum arbitrantes: quibusdam id sumentibus vt designet Christum purum hominem: aliis accipientibus pro quocunque homine extraneo: sed & in primis pro ipsomet qui reciprocè confidat in se ipso. In tres igitur ordines Patrûm distribuam dicta circa peruulgatum locum istum.

Homo in quo confidimus tripliciter accipi potest.

Ignat. Mart. In Christo nō fidendum vt nudo homine.

In primo igitur ordine obuius primus Ignatius Martyr qui epistola. 12. ad Antiochenos ait. Qui Christum dicit nudum hominem maledictus est, F iuxta Prophetam, cùm non in Deo confidat, sed in homine; quare & infructuosus est, sicut agrestes Myricæ.

Origenes.

Origen. Homiliâ septimâ. Cod. Vatican. Græcè, & quartâ ex iis quæ nunc primò prodeunt: vt habes in fine Catenæ Græcæ istius Sectionis.

Ambros.

Ambros. Serm. 12. in Psal. 118. circa principium: The

Thesaurus noster Christus qualiter æstimandus.

Thesaurus tuus Christus est. Noli enim æstimare A de terris, hoc est de creaturis, quia Dominus totius creaturæ est, *Maledictus*, inquit, *homo qui spem habet in homine*. Sed mihi salus per hominē venit. Vide tamen quid Scriptura vetus dixerit, [a] *Et homo est, Et quis cognoscet eum?* Ille ergo homo non humanā mihi, sed diuinā potestate omnia peccata donauit, Deus in corpore Dominus Iesus, mūdum reconcilians sibi, quem redimebat à culpa.

a Ierc. 17.9.

Christus non in humana, sed in diuina potestate peccata donauit.

8

Hieronym.

Haretici negantes Christi diuinitatē sunt maledicti confidentes in homine.

Quomodo verè dicere possimus confidere in Christo non in homine.

Hieronymus. Comment. super hunc locum. *Si maledictus est omnis homo qui confidit in homine.* Paulus autem Samosatenus, & Fotinus, quāuis sanctum, & cunctis excelsum virtutibus prædicent Saluatorem, tamen hominem confitentur: Ergo maledicti erunt spem habentes in homine. Quòd si nobis oppositum fuerit, quod & nos credamus in eo qui dicit: [b] *Nunc autē quæritis me interficere, hominem qui veritatem vobis locutus sum, quam audiui à Deo: hoc Abrahā non fecit: vos facitis opera patris vestri.* Respondebimus illud Apostolicum: [c] *Et si Christum secundùm carnem aliquādo cognouimus, sed nunc iam non nouimus.* Denique idem Apostolus in principio epistolæ suæ scribit ad Galatas: [d] *Paulus Apostolus, non ab hominibus; neque per hominem, sed per Iesum Christum, & Deum patrem, qui suscitauit eum à mortuis: & qui mecum sunt omnes fratres.* Si enim [e] *mors absorpta est in victoria:* quare non carnis humilitas, quæ propter humanā salutem assumpta est, in diuinitatis transierit maiestatem: vt fecerit vtrumque vnum: & non adoremus creaturam, sed creatorem: qui est benedictus in sæcula? Maledictus est igitur, non solùm qui spem habet in homine, sed qui ponit carnem brachium suum, id est, fortitudinem suam: & quidquid egerit, non Domini clementiæ, sed suæ putauerit esse virtutis. Qui enim hoc agit, à Domino recedit cor eius, asserens se posse quod non potest.

b Ioan. 8. 40.

c 2. Cor. 5. 16.

d Galat. 1. 1.

e 1. Cor. 15. 14.

Confidētes in Christo confidimus non vt in creatura, sed vt in creatore.

Confidens in virtute propria maledictus asseritur.

9

Epiphanius.

Passio Christi non in diuinitate, sed in humana natura facta est.

Passio Christi vt mundi salus reputata est etiam ad diuinitatē illi vnitam.

Epiphanius lib. de hæresibus, hæresi 77. Sicut si ex sanguinis aspersione tinctura est in vestimēto, corpus quidem gestantis non tingitur: verùm tinctura vestimenti non ad vestem refertur, sed ad hominem gestantem. Sic etiam Christi passio in deitatem quidem non incidit, sed in humana natura facta est. Non relata est autem ad humanam naturam solam, vt ne impleretur in salutis dispensatione illud dictum Maledictus homo, qui spem habet in homine; sed reputata est etiam ad deitatem, cùm deitas non sit passa, quo in deitate reputetur sanctæ Dei Ecclesiæ passionis salus.

Confidens in Christi carne vt sic maledictus, & quomodo in ea sit confidendum.

Idem lib. Ancoratus pag. 380. Neque per carnem nobis spes, *Maledictus* enim, ait, *qui sperat in hominem, & erit velut syluestris myrica in deserto.* Quid igitur dicemus? Non est homo Christus? Omnibus manifestum est, Dominum Deum Verbum hominem factum esse non apparentiā, sed veritate: Sed nō est in homine spes nostræ salutis, sed in Deum viuentem, & hominem factum.

August.

Christus haud censendus homo sicut magni quidam fuerunt homines.

Augustinus lib. 13. contra Faustum Tom. 6. c. 8. Ne hominem sicut magni quidam fuerunt homines, Christum putarent (aliqui) Ieremias hoc illi de cogitatione excuteret, dicit, *Maledictus homo qui spem habet in homine, & firmat carnem brachij sui*, &c. Vide ibi plura.

10

Tertull.

In secundo ordine quo de extraneo homine indefinitè hæc sumuntur, primus est Tertullianus, qui in libro quarto contra Marcionem tribus modis sententiam istam iuxta hunc sensum, & refert, & interpretatur fiduciam diuersā ratione accipiens. Primò enim in cap. 15. de confidentia in laude hominis, Prohibet, inquit & aliàs fidere omnino in hominē, sic & in laudem hominis, vt per Ieremiā. *Maledictus homo, qui spem habet in homine.* In cap. verò 27. genericè. In totum, ait, miserrimum hominem hic pronunciatum qui spem habet in homine. Denique in cap. 33. de fiducia in mercede hominis: si autem & iustificantes se coram hominibus Pharisæi spem mercedis in homine ponebant, illo eos sensu increpabat, quo & Prophetas Ieremias: *Miser homo, qui spem habet in homine.*

Fiducia in laudē hominis maledicto exponit.

Fiducia in mercedem hominis miserū reddit.

Cyprian.

Peccatorū remissionem ab alio quàm à Deo sperans maledictus.

B Cyprianus lib. de lapsis, paulò ante medium. Homo Deo esse non potest maior: nec remittere, aut donare indulgentiā suā seruus potest quod in Dominum delicto grauiore commissum est; ne adhuc lapso & hoc accedat ad crimen, si nesciat esse prædictum. *Maledictus homo qui spem habet in homine.* Dominus orandus, Dominus nostra satisfactione placandus.

Hieronym.

Fiducia in potenti vel Regum potētia maledictioni exponit.

Fiducia principalis etiam in sanctis viris reprobata.

Hieron. lib. 10. in Isaiam cap. 31. in Iudæos hæc refert fidentibus in Ægypto. Sicut & lib. 3. in c. 4. Threnorum, si Hieronymi is liber est.

C Libro autem 4. in cap. 14. Ezechielis reprobatam ait & fiduciam in viris sanctis. Quòd si in aliquo, inquiens, fiducia est, in solo Domino confidamus. *Maledictus* enim *homo qui spem habet in homine*, quamuis Sancti sint, quamuis Prophetæ.

11

Io. Chrysost.

Quanti sit mali fidere in alio quàm in Deo.

Fiducia in homine plena vicissitudinis

Ioannes Chrysost homil. 56. in cap. 30. Genes. ponderans vim vocis Maledictus ait, *Maledictus homo, qui spem ponit in homine.* Vides, quòd talis nō solùm insipiens, sed etiam maledictus, vt pote, qui relicto Domino omnium ad conseruum currit, qui semetipsum iuuare nequit. Fugiamus igitur maledictionem hanc Oro, & omnem spem in Deum transferamus. Ista enim solida est, & nescia D vicissitudinis, cuius plena est illa, quam in hominibus habemus.

Theodorit.

Fiducia in potentia humana quàm misera, ac vilis.

Theodoretus in Comment. Miserum, imò ter miserum quippiam ait, & maledictionibus subiicit eum qui recedit à Deo, & humanæ potentiæ fidit, cumque confert cum plantis quibusdam vilibus, & infructuosis, quæ nascuntur in desertis, & nullā diligentia excoluntur.

Ioan. Damas.

Ioannes quoque Damascenus lib. 2. Parallelorum cap. 13. ad idipsum probandum hæc refert.

12

D. Thom.

Maledictum quid sibi velit.

In carnis fragilitate sperare quàm irrationabile.

Confidere in homine quomodo liceat.

D. Thom. ponitur maledictio eorum qui confidunt in auxilio humano: vbi ponit maledictio- E nem, (*Maledictus*) quasi malè addictus, (*Et ponit carnem brachium*,) i. fortitudinem: in quo ponitur spei irrationabilitas: quæ per carnem significatur humana fragilitas. (*Et à Domino recedit*) in quo ostenditur ratio maledictionis. Licet enim confidere in homine sub Deo: non tamen vt relinquatur Deus. Et hoc dicitur propter Iudæos: qui Deo contempto in Ægyptiis spem ponebant. Isai. 31. [f] *Vel qui descendunt in Ægyptum ad auxilium in equis sperantes: & habentes fiduciam super quadrigis: quia multæ sunt: & super equitibus quia prævalidi sunt: &* F *non sunt confisi super sanctum Israel: & Dominum non requisierunt:* Psalm. [g] *Nolite confidere in principibus: in filiis hominum in quibus non est salus.*

f Isai. 31. 1.

g Psal. 145. 3.

Greg. PP.

Hominis vocabulo designata humana infirmitas.

Fiducia in humana infirmitate quā detestanda.

Gregorius Papa lib. 4. Moral. cap. 17. Fiduciam in humana infirmitate hîc argui censens. Homo, ait, per infirmitatem dicitur, sicut scriptum. *Maledictus homo qui spem suam ponit in homine*, ac si apertè diceret in infirmitate.

Cassiod.

Salutis indigus salutem præstare nequit.

Homo viribus propriis infirmus.

Cassiodorus Exposit. in Psalmum 59. Salutem præstare non potest indigus salutis: Ideóque sperare in homine non debet, qui propriis viribus probatur esse infirmus. Hinc est quod Ieremias Prophe

Propheta dicit, *Maledictus homo, qui ſpem ſuam ponit in homine, & à Domino recedit cor eius.*

13 Auguſt. *Fiducia in ſemetipſo maledicto exponit.*

In tertio demum ordine eſt Auguſtinus, qui epiſt. 52. ad Macedonium. *Maledictus*, ait, *qui ſpem ſuam ponit in homine*, ergo nec in ſeipſo quiſquam debet, quia & ipſe homo eſt.

Idemque in Enchiridio ad Laurentium Tom. 3. cap. 115. *Maledictus eſt omnis*, ſicut diuina teſtantur eloquia, *qui ſpem ponit in homine*, ac per hoc in ſemetipſo qui ſpem ponit, huius maledicti vinculo innectitur. Idipſum habet & lib. de Continentia cap. 4. Tom. 4.

Ierem. 17.

Idemque lib. de Gratia & lib. arb. cap. 4. Tom. 7. Intelligite fratres hoc propheticum teſtimonium, quia enim non dixit Propheta, *Maledictus homo qui ſpem habet in ſe ipſo*, poſſet alicui videri, ideo dictum eſſe. *Maledictus homo qui ſpem habet in homine:* vt nemo habeat ſpẽ in altero homine, ſed in ſe. Vt ergo oſtenderet ſic ſe admonuiſſe hominem, vt nec in ſeipſo haberet ſpem: propterea cùm dixiſſet, *Maledictus homo qui ſpem habet in homine:* mox addidit, *& firmat carnem brachij ſui.* Brachium pro potentia poſuit operandi. In homine autem carnis intelligenda eſt humana fragilitas: ac per hoc firmat carnem brachij ſui, qui potentiam fragilem atque inualidam, id eſt, humanam ſibi ſufficere ad benè operandum putat, nec adiutorium ſperat à Domino. Propter hoc enim ſubiecit, *Et à Domino diſcedit cor eius.* Talis eſt hæreſis Pelagiana.

Brachij nomine deſignata potentia operandi. Hominis vocabulo ſignificata propria fragilitas noſtra.

14 Baſil. Magn. *Complacẽtia ſui ipſius maledictioni exponit. Ob vanam gloriam, & ſui complacentiam quid agens alienus cùm à Deo.*

Baſilius Magnus Regul. breuior Interrogat. 298. Qui ſibi ipſi placet, homini placet. Homo enim etiam ipſe eſt vnuſquiſque. Sicut igitur *maledictus eſt homo, qui ſpem ſuam ponit in homine, & fulcit carnem brachij ſui*, quod nihil indicat aliud quàm fiduciam ſui ipſius: quibus mox ſubiicit, *Et à Deo receſſerit anima eius*: Item quoque qui vt alij placeat, vel ex eo quòd ipſe ſibi placet aliquid facit, is alienus eſt à cultu Dei.

Baſil. Magn. *Laborandum manibus cuique ad perfectionem tendenti. Pro ſubſidio neceſſariorum ad victum nõ ſiſtendum in fiducia in hominibus, vel in nobiſmet, ſed laborandum.*

Idem verò Baſilius lib. Regularum fuſiùs diſputat. Interrogat. 42. de Fiducia & in aliis, & in ſemetipſo totam accipiens ſententiam iſtam, ait, eius qui ad perfectionem contendit, eſt diem noctemque aſſiduè laborare, vt habeat vnde tribuat neceſſitatem patienti: quando qui in ſeipſo, aut in eo etiam, ad quem cura pertinet diſtribuendarum rerum cuique neceſſariarum, poſitam ſpem habet, & laboris ſuſceptionem, ſiue ſuam, ſiue eius qui cum eſt, ſatis magnum ſibi ad degendam vitam ſubſidium æſtimat: huic quatenus in homine ſpem ponit magnopere eſt metuendum, ne in execrationem illam incidat: *Maledictus homo, qui confidit in homine, & fulcit carnem brachij ſui, & defecit à Domino anima eius.* Quæ verba cùm dicunt, *Qui confidit in homine*, illud præcipiunt, nequaquam ſpem in altero poni debere: Cùm autem, *Et fulcit carnem brachij ſui*, in ſe ſui habendam fiduciam vetat: horum autem vtrumque defectio à Deo nominatur. Similitérque etiam exitus adiungitur vtriuſque: *Quia erit tamquam Myrica ſylueſtris in deſerto, neque videbit, quando venient bona.* Quibus verbis illud oſtenditur, quod ſpem ſuam, ſiue in ſeipſo ponere, ſiue in alio quouis, nihil eſt aliud, quàm deficere à Deo.

Fiducia in hominibus, vel in ſemet eſt defectio à Deo.

15 Verſ. 6. Ambroſius. *Callidi homines deſignati per Myricas. Iidẽque vbique reperiuntur.*

Quoad ea quæ hoc verſ. 6. habentur de Myricis Ambroſius lib. 3. Hexamerõn ad finem cap. 16. In Myricis, ait, id eſt, humilibus virgultis figuram improbæ calliditatis expreſſit. Sicut enim duplici corde viri vbique præſtò ſunt, & gratiam ſimplicitatémque apud bonos prætendunt, & vitioſiſſimis glutinantur: ita etiam in aquoſis, & in deſertis contrario quodam vſu hæc virgulta naſcuntur. Vnde & Ieremias dubia morum, atque inſincera Myricis comparauit.

Myrica ancipitis natura virgultum, & aquatile & terreni aridi. Inconſtantes, & infidi deſignati per Myricas.

Quæ deſumpſit Ambroſius ex Baſilio Magno ad finem homil. 5. item in Hexaem. vbi is clariùs hæc habet. Deinde & illud aduerte, Myricas quaſi vitam ancipitem degere, vt & inter aquatiles enumerentur, & copioſæ ſint in deſerto. Quapropter & improbiores mores, & inconſtantis, nec ſolidæ fidei talibus diuus ille Ieremias haud iniuria ſtirpibus ſimiles eſſe dicit.

16 Hieronym. *Myrica lignũ infructuoſũ. Iudaicus populus poſt Gentium cõuerſionem quantis deſtitutus.*

Hieronymus. *Et erit quaſi Myrica*, quæ Hebraicè dicitur ערער *ngarngar*, ſiue, vt interpretatus eſt Symmachus, *lignum infructuoſum, in ſolitudine. Et non videbit cùm venerint bona*, quæ viſura eſt gentium multitudo: *ſed habitabit in ſiccitate in deſerto.* Hoc dicitur de populo Iudæorum, qui habitant in deſerto, fructuſque non faciunt: & ſunt in terra ſalſuginis, quæ nullos fructus faciat: & inhabitabili, quæ hoſpitem non habet Deum, nec Angelorum præſidia, nec ſpiritus ſancti gratiam, nec ſcientiam magiſtrorum.

Auguſtin. *Pro Myrica legit Ramarix Auguſtinus.*

Auguſtinus lib. 13. contra Fauſtum cap. 8. ita hæc legit. *Et erit ſicut Ramarix, quæ in deſerto eſt, non videbit, cùm venient bona: & habitabit inter iniquos in terra deſerta, in terra ſalſa, quæ non inhabitabitur.*

Cyrill. Alex. *Myrica quàm aptè comparatus Iudaicus populus non credens in Chriſtum.*

Cyrillus Alexandrinus, ad initium Comment. in cap. 2. Abacuc. Nouiſſimis diebus ſæculi huius vnigenitus effulſit, & qui ſe retraxit, ac fidem in ipſum inconſultiſſimè reiecit, Deum offendit, cæleſtiumque bonorum expers manſit, & à ſanctorum ſacro cœtu excluſus eſt, iuxta prophetiam. *Vt Myrica ſylueſtris, quæ in deſerto, quæ non videbit cùm venerint bona.*

Theodorit. *Confidens in homine ferus dicendus.*

Theodoretus. Eſt enim velut agreſtis Myrica in deſerto, &c. Porrò hanc dictionem ἐν ἁλίμοις, id eſt, *in ſalſis*, Syrus interpretatus eſt ἐν φωλεοῖς, hoc eſt, *in latebris*, & ſpeluncis ferarum.

17 Beda Presb. *Myrica qualitates. Impius quàm aptè comparatus Myricæ.*

Beda Presbyter homil. in Dedicat. Altaris. *Maledictus homo*, &c. *Erit enim quaſi Myrica in deſerto.* Mirica eſt infructuoſa arbor, & humilis guſtu nimis amara, omnique culturâ prorſus indigna, ac propterea fructificans in deſerto. Cui meritò comparatur is, qui à diuino timore, & amore recedens ab hominibus regnum, aut diuitias ſperat. Qui quantum à decore domus Dei ſit extorris iudicandus, Propheta ſubdendo manifeſtat. *Et non videbit cùm venerit bonum, ſed habitabit in deſerto, in ſiccitate, in terra ſalſuginis, & inhabitabili.*

Rup. Abb. *Myrica dicta ab amaritudine. Impius carẽs dulcedine Dei eiicitur ab omnibus.*

Rupertus Abbas lib. 1. in cap. 5. Ioannis. *Maledictus homo qui confidit in homine, erit enim quaſi Myrica in deſerto*, videlicet quibus nomen eſt ab amaritudine & quæ naſcuntur in ſolitudine. i. Carebit diuinæ bonitatis dulcedine procul foras eiectus à Sanctorum hominum conuerſatione, *& non videbit cùm venerit bonum*, &c.

D. Thomas.

D. Thomas. Ponit maledictionis ſimilitudinem. (*Et erit enim quaſi Myrica*) quæ viles habentur. Symmachus *quaſi lignum infructuoſum in ſolitudine* (*Non videbit*) quia ante liberationem de captiuitate: ferè omnes mortui ſunt. (*Sed habitabit*) in quo oſtenditur horror loci captiuitatis: nõ quòd in ſe malus eſſet: ſcilicet eis qui in ſeruitute opprimebantur (*in ſiccitate, in deſerto*) quod non colitur: ſed eſt ſicci aëris, qui facit arbores infructuoſas (*ſalſuginis*) quantùm ad ſiccitatem terræ ex aduſtione humoris à ſole, Pſalmus. [a] *Poſuit flumina in deſertum: & exitus aquarum in ſitim.*

[a] Pſal. 106. 33.

CATENA GRÆCA EX VETERIBVS PATRIBVS GRÆCIS.

ἘΠΙΚΑΤΆΡΑΤΟΣ.]

Βίκτορος.] ἐλπίζει δὲ ἐπ' ἄνθρωπον, ὁ λέγων ψιλὸν ἄνθρωπον εἶναι τὸν Χριστὸν, δι' οὗ τὰ πάντα ἐκτίσθη, τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ τὰ ἐπὶ γῆς, εἴτε ὁρατὰ, εἴτε ἀόρατα. διὸ || οὐκέτι ἄνθρωπος ὁ τοῖς αὐτοῦ λόγοις ἀκολουθῶν.

|| For. σὐκ ἐπὶ ἄνθρωπον ὁ τοῖς.

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐφ' ἑαυτὸν, ἢ καὶ ἕτερόν τινα. ἢ καὶ ὁ νομίζων ψιλὸν ἄνθρωπον εἶναι τὸν σωτῆρα Χριστὸν, καὶ μὴ Θεὸν ἐνανθρωπήσαντα.

Ἀνεπιγράφου.] ἐπικατάρατος ὁ οὕτως ἐλπίζων ἐπ' ἄνθρωπον, ὡς ἀποστῆναι θεοῦ. εἰ γὰρ καὶ προσλαμβάνει τις ἀνθρωπίνην συμμαχίαν, οὐκ ἐν αὐτῇ θέσθω τὸ δυνατόν. ἵππος γὰρ ἑτοιμάζεται εἰς ἡμέραν πολέμου, παρὰ δὲ κυρίου ἡ βοήθεια.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τοῦτο ἡ εἰς ἀνθρώπους ἐλπὶς ποιεῖ, ἀπάγει τοῦ Θεοῦ. ἢ οὐ τοῦτό φησιν, ἀλλ' οὕτως ἐλπίζων εἰς ἄνθρωπον, ὡς ἀποστῆναι τοῦ Θεοῦ. οὐδὲν γὰρ οὕτως ὁ Θεὸς βούλεται, ὡς ἀεὶ ἡμᾶς ἐκκρέμασθαι αὐτοῦ. καὶ διὰ τοῦτο πάντα ποιεῖ, οὐχ ἵνα τι καρπώσηται παρ' ἡμῶν, ἀλλ' ἵνα εὐεργετήσῃ ἡμᾶς. διὰ τοῦτο καὶ οὕτως ἡμᾶς ἐνδεεῖς ἐν ἅπασιν ἐποίησεν. εἰπὲ, τί τὸ τέλος; καὶ ἔσται ὡς ἡ ἀγριομυρίκη καὶ τὰ ἑξῆς.

[καὶ στηρίσει.]

Ὠριγένους.] στηρίξει δὲ τὴν σάρκα βραχίονος αὐτοῦ, ὁ κατὰ σάρκα στρατευόμενος, καὶ ἐν σαρκὶ πεποιθώς. ὁ γὰρ ἅγιος πάντοτε τὴν νέκρωσιν τοῦ Ἰησοῦ ἐν τῷ σώματι αὐτοῦ ἔχει, νεκρῶν τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς.

Ὀλυμπιοδώρου.] καὶ πεποιθὼς ἢ ἐπὶ τῇ δυνάμει αὐτοῦ.

[καὶ ἔσται ὡς ἡ ἀγριο.]

Τοῦ αὐτοῦ Χρυσοστόμου.] αἰνίττεται δὲ ἐνταῦθα τὸν Σεδέκ. προσφυγόντα τῷ Φαραὼ κατὰ τοῦ Βαβυλωνίου. ἄκαρπον τοῦτο τὸ δένδρον, καὶ ἐν ἐρήμοις ἀεὶ διαιτώμενον, οὐκ ἀγόμενον εἰς ἐργασίαν τινὰ, οὐδὲ κομῶν τοῖς καρποῖς.

Βίκτορος.] ἡ μυρίκη ἀμφίβιόν ἐστι δένδρον, καὶ τοῖς φιλύδροις συναριθμούμενον, καὶ κατὰ τὰς ἐρήμους πληθῦον. ὥστε εἰκότως ἀπεικάσθαι τὰ πονηρὰ, καὶ ἐπαμφοτερίζοντα ἔθνη. ἔστι δὲ καὶ ἄκαρπον, καὶ ἄχρηστον εἰς ἐργασίαν. ὁ δὲ εἰς Θεὸν ἐλπίζων, εἰς γόνιμον ἀγαθὸν ἔθετο τὴν ἐλπίδα, τῆς αὐτοῦ ἐν ἐρήμῳ καὶ ἁλμυρᾷ φυομένη ἀγαθότητος ἐν μεθέξει γενόμενος. οὐδὲ γὰρ ἡ γῆ ἀφ' ἑαυτῆς ἔχει τὸ φέρειν καρπόν. ἡ ἁλμυρὰ γὰρ || οὐ φέρει ἅλα ὑπὸ τῆς ἐν αὐτῇ πικρότητος. καὶ ἡ ἁλμυρὰ στερηθεῖσα πιότητος διὰ κακίαν οἰκητόρων εἰς ἅλμην μεθίσταται. ἢ τις οὐ κατοικεῖται, καὶ μάλιστα ὑπὸ Θεοῦ. οὐ γὰρ ἐλεύσεται μετὰ τοῦ πατρὸς ὁ Χριστὸς, καὶ μονὴν ἐν ταύτῃ ποιήσουσιν. οὐδὲ ἄνθρωπος τοίνυν οἴκοθεν, ἀλλ' ἐκ θεοῦ ἔχει τὸ ἀγαθὸν, ἐφ' ᾧ δεῖ πεποιθέναι μόνῳ. μὴ πεποίθετε γάρ φησιν ἐπ' ἄρχοντας, ἐπὶ υἱοὺς ἀνθρώπων, οἷς οὐκ ἔστι σωτηρία. ||Ὀλυμ

|| ὄσε φέρει ἅλας ὑπό.

Verſ. 5. *Maledictus homo, qui ſpem habet in homine.)*

Victoris.] *Spem autem habet in homine, qui ait nudum hominem eſſe Christum per quem creata ſunt omnia, & quæ in cælis, & quæ ſuper terram, ſiue ea viſibilia ſint, ſiue inuiſibilia. Quapropter non in homine confidit qui ſermonibus eius adhæret.*

Olympiodori.] *In ſeipſo vel alio quopiam, vel qui nudum hominem opinatur Christum Saluatorem, & non Deum incarnatum.*

Incerti.] *Maledictus qui ita ſpem ſuam figit in homine, vt à Deo diſcedat, non & ſi quis humanum adhibet auxilium, non in eo collocanda eſt potentia.* [a] Equus quippe præparatur in die pugnæ, auxilium verò à Domino.

Chryſoſtomi.] *Hoc efficit ſpes quæ habetur in homine, ſeparat à Deo. Vel non hoc dicit: ſed ſperans in hominem, ita vt diſcedat à Deo; Nihil enim vult æquè Deus, quàm vt nos ſemper ab ipſo pendeamus. Idcirco tentat omnia, non vt aliquod à nobis conſequatur, ſed vt in nos beneficia conferat, ideoque nos omnium indigos fecit. Cedo, quę ad finem?* & erit ſicut Myrica ſylueſtris.

(*Et firmabit carnem brachij ſui ſuper ſe.*)

Origenis.] *Firmabit verò carnem brachij ſui, qui ſecundùm carnem militat & carni fidit. Sanctus enim ſemper Ieſu mortificationem in corpore ſuo portat, membra mortificans quæ ſunt ſuper terram.*

|| Olympiodori.] *Et fidit in poteſtate ſua.*

Verſ. 16 *(Et erit ſicut Myrica ſylueſtris quæ, &c.)*

Chryſoſtomi.] *Hìc Sedeciam innuit, qui contra Babylonium ad Pharaonem confugerat.*

Eiuſdem.] *Infructuoſa eſt arbor hæc, & locis deſertis, incultiſque gaudens, ad nullum opus vtilis, nec fructibus intumeſcens.*

Victoris.] *Myrica terreſtris, & aquatica eſt arbor, adnumeratur inter eas quæ gaudent aquis, & in deſerto abundat, ita vt non incongruè illi aſſimilentur praua gentes, & in vtrumque prona: eſt item & infructuoſa, & ad vſum inutilis. Qui verò ſpem ſuam in Deo fixit, in bono fæcundo ſpem collocauit, bonitatis eius particeps facta. Terra enim ex ſeipſa fructum ferre apta non eſt: ſalſa quippe nihil omnino producit ob ſuam ſalſedinem, & ſalſa, pinguedine deſtituta propter malitiam inhabitantium conuertitur in ſalſedinem, quæ non habitatur, & maximè à Deo.* [b] *Non enim veniet Chriſtus cum patre, nec manſionem apud eum faciet. Nec homo igitur ex ſeipſo, ſed à Deo bonum habet in quo ſolùm ſperandum.* [c] Nolite enim, *ait*, confidere in principibus in filiis hominum, in quibus non eſt ſalus.

||Olym

18 Victor. *In Chriſto confidens quomodo maledictus, vt confidens in homine, & quomodo non.*

Olympiod. *Confidens in homine is maledictus, qui in ſemet, aut in Chriſto vt puro homine confidit.*

Incertus. *Confidens in humana potentia, adeoque Dei non habita ratione maledictus.*

a Prou. 21. 31.

Chryſoſt. *Spes in homine ſeparat nos à Deo.*

Vt pendeamus toti ab ipſo omnia tentat Deus.

Origenes. *Carnales firmant carnem brachij ſui ſuper ſe. Mortificantes corpus ſuum non firmant carnē brachij ſui ſuper ſe.*

19 Olympiod. *Confidens in poteſtate ſua firmat carnē brachij ſui.*

Chryſoſt. *Sedecia Rex comparatus Myricæ Sylueſtri.*

Eiuſdem. *Myrica arbor infructuoſa, & inutilis.*

Victor. *Myrica plāta terreſtri, & aquatica ſimiles improbi proni ad terram, & ad aquas mundi.*

Mundus ac mundanus eſt terra ſalſa nil boni è ſe proferre apta, & inepta ad Dei inhabitationem.

b Ioa. 14. 23.

Sperādum in Deo ſolo non in homine vel mundo.

c Pſal. 145. 3.

Ὀλυμπιοδώρου.] τὸ φυτὸν καὶ ἐν τῷ ζῆν ἡμιθανές ἐστι καὶ κεκαυμένον. λέγεται δὲ ἀποθνήσκειν, ὅταν ὑετὸς ἔλθῃ ἐπ' αὐτῷ. ὁ μὴ πιστεύων ὅτι Θεός ἐστιν ἐνανθρωπήσας ὁ Χριστός, τῶν τῆς παρουσίας αὐτοῦ ἀγαθῶν οὐκ ἀπολαύσει.

[καὶ κατασκηνώσει.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἅλιμα βοτάνη ἐστὶν, εἶτα πολλῶν.

|| Olympiodori.] *Planta hæc viuens semimortua est, adusta: mori verò dicitur cùm imber superuenerit. Qui non credit Christum esse Deum incarnatum bonorum aduentus eius expers fiet.*

(*Et habitabit in salsis.*)

Olympiodori.] *Halima herba est in deserta, salsaque terra adnascens.*

Olympiod. *Myrica vt viuenti planta, est semimortua similis qui nō credit Deum incarnatum.*

Myrica dicitur mori ad imbrem superuenientem.

Olympiod.

Homiliæ Quintæ decimæ in Ieremiam Codicis Græci Vaticani, & Quintæ ex octo quæ nunc primùm in Lucem prodeunt.

Διελθόντων λόγων, εἰ μὲν καὶ περὶ ἑκάστου τῶν εἰρημένων εἰπεῖν, ἀλλ' οὐκ ἐγχωρεῖ τοῦ χρόνου ἐπείγοντος. εἴπωμεν οὖν εἰς τὸ ἑξῆς ἀναγνωσθὲν, τὸ ἐπικατάρατος ἄνθρωπος, ὃς τὴν ἐλπίδα ἔχει ἐπ' ἄνθρωπον ἐκ || τοῦ τοὺς νομίζοντας, ὅτι ἄνθρωπος μετὰ τοῦ Θεοῦ ὁ υἱὸς ἦν ὁ σωτήρ. ἐτόλμησαν γὰρ μετὰ τῶν πολλῶν τῶν ἀνθρωπίνων κακῶν καὶ τοῦτο εἰπεῖν, ὅτι οὐκ ἔστι Θεὸς ὁ μονογενὴς, ὁ πρωτότοκος πάσης κτίσεως. ἐπικατάρατος γὰρ, ὃς τὴν ἐλπίδα ἔχει ἐπ' ἄνθρωπον. δηλονότι ἐπικατάρατοι εἰσιν οἱ ἐπ' ἄνθρωπον ἔχοντες τὴν ἐλπίδα. ἐγὼ εἴποιμι, ὅτι οὐκ ἐπ' ἄνθρωπον ἔχω τὴν ἐλπίδα, ἐλπίζων ἐπὶ χριστὸν ἰησοῦν. ἐγὼ ἄνθρωπον οὐκ οἶδα, οὐ μόνον ἄνθρωπον οὐκ οἶδα, ἀλλὰ σοφίαν οἶδα τὴν αὐτοδικαιοσύνην, ἄνθρωπον, δι' οὗ ἐκτίσθη τὰ πάντα ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, εἴτε ὁρατὰ, εἴτε ἀόρατα, εἴτε ἀρχαὶ, εἴτε ἐξουσίαι. ἐπικατάρατος ἄνθρωπος, ὃς τὴν ἐλπίδα ἔχει ἐπ' ἄνθρωπον. κἂν γὰρ τηρῇ ὁ σωτὴρ, ὅτι ὃν ἐφόρεσεν, ἄνθρωπος ἦν· ἀλλ' εἰ καὶ ἦν ἄνθρωπος, ἀλλὰ νῦν οὐδαμῶς ἐστιν ἄνθρωπος. εἰ γὰρ καὶ ἐγνώκαμεν χριστὸν κατὰ σάρκα, ἀλλὰ νῦν οὐκέτι γινώσκομεν, φησὶν ὁ Ἀπόστολος. ἐγὼ δι' αὐτὸν οὐκέτι εἰμὶ ἄνθρωπος, ἐὰν ἀκολουθῶ αὐτοῦ τοῖς λόγοις. ἀλλὰ λέγει, ἐγὼ εἶπα θεοί ἐστε, καὶ υἱοὶ ὑψίστου πάντες. οὐκοῦν ὡς πρωτότοκός ἐστιν ἐκ τῶν νεκρῶν οὕτω γέγονε πρωτότοκος πάντων ἀνθρώπων, εἰς Θεὸν μεταβαλών. ἐπικατάρατος τοίνυν ἄνθρωπος, ὃς τὴν ἐλπίδα ἔχει ἐπ' ἄνθρωπον, καὶ στηρίσει σάρκα βραχίονος αὐτοῦ ὅστις ἂν κυρώσῃ τὰ σαρκικὰ, ὅστις τὴν ἰσχὺν τὴν σωματικὴν ἐὰν κτήσηται, καὶ μετὰ σαρκὸς στρατεύηται. ἀλλ' ὁ ἅγιος οὐχ οὕτως ἐστὶν, οὐ γὰρ στηρίζει σάρκα βραχίονος αὐτοῦ· πάντοτε γὰρ τὴν νέκρωσιν τοῦ Ἰησοῦ ἐν τῷ σώματι αὐτοῦ ἔχει, καὶ νεκροῖ τὰ μέλη ἐπὶ τῆς γῆς, πορνείαν, ἀκαθαρσίαν· νεκρώσας ταῦτα, οὐ στηρίζει σάρκα βραχίονος αὐτοῦ. ἐπικατάρατος, ὃς τὴν ἐλπίδα ἔχει ἐπ' ἄνθρωπον. ἅμα δὲ πρὸς τοὺς ἐλπίζοντας ἐπὶ ἀξιώμασιν. ὁ δεῖνα μου φίλος ἐστὶν ἑκατόνταρχος. ἐπίτροπος ἐστὶν ὁ δεῖνα μου φίλος, καὶ πλούσιός ἐστι, καὶ παρέχεται μοι. ἔπειτα καὶ πρὸς τὸν τοιοῦτον λέγεται τοῦτο ἐπικατάρατος, ὃς τὴν ἐλπίδα ἔχει ἐπ' ἄνθρωπον. πρὸς οὐδένα ἄνθρωπον ἐλπίζωμεν, κἂν δοκῶσιν ἡμῶν εἶναι φίλοι. οὐ γὰρ

|| ἰσ. ἦν μέν.

|| ἰσ. κατὰ τοῦ τοὺς.

|| μαρτυρεῖ.

Vers. 10. Origenis.] Post hæc multi sunt intericcti sermones, & possemus quidem de vnoquoque verba facere, sed non permittit angustia temporis, disseramus itaque de eo, quod continuatâ serie lectum est. [a] *Maledictus homo, qui spem habet in homine*, iuxta eos nempe qui hominem Saluatorem Dei filium fuisse opinantur. Plurimis namque humanis malis, & hoc ausi sunt adiungere; Deū scilicet vnigenitum non esse, qui [b] primogenitus est omnis creaturæ: (*Maledictus* enim *qui spem habet in homine*,) quasi diceret, Maledicti sunt qui spem in homine habent. Ego dicerem, me non habere spem in homine, cùm spem in Iesum Christum fixerim. Ego hominem non noui; non tantùm hominem non noui, sed sapientiam ipsam iustitiam noui hominem. [c] *per quem condita sunt omnia, in cælis & in terra, visibilia, & inuisibilia, siue dominationes, siue principatus*, (*Maledictus homo, qui spem habet in homine.*) Et si enim testatur Saluator, quem portauit hominem fuisse; Sed si homo erat, modo nequaquam est homo; nam etsi [d] *Christum secundùm carnem cognouimus, sed nunc nondum cognoscimus*, ait Apostolus. Ego propter ipsum nō ampliùs homo sum, dummodo eius sermonibus pareăm, cùm dicat, [e] *Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes.* Igitur sicut est, [f] *primogenitus mortuorum*, sic omnium hominum primogenitus factus est, in Deum commutans. (*Maledictus* itaque *homo qui spem habet in homine, & firmabit carnem brachij sui*,) quicumque ea quæ carnis sunt, rata firmaque habet; quicumque carnis robore pollens cū carne & secundùm carnem militat: Sed sanctus non talis est, neque enim firmat carnem brachij sui; [g] *semper* namque *mortem Iesu in corpore suo portat*, Et [h] *membra quæ super terram sunt, fornicationem scilicet, & impuritatem mortificat*, quibus emortuis non firmat carnem brachij sui. (*Maledictus qui spem habet in homine.*) Hoc item in eos quadrat, qui sperant in potentibus, & in dignitate constitutis: ille meus amicus Procurator est, & affluit diuitiis, mihique subministrat: ad hunc item refertur hoc (*Maledictus homo qui spem habet in homine*) in nullo homine spem ponamus & si nos amore prosequi videantur, non enim in illos sed

Reliqua istius homiliæ habes supra in cap. 15. ad finem Catena Græca in ver. 10. eius cap.

20

Origenes.

a Iere. 17. 5.

Contra illos hæreticos qui diuinam naturam Christo denegabant.

b Coloss. 1. 15.

Credo in Græco superfluum οὐκ *non adeoque legendum. Non tātum hominē noui.*

c Coloss. 1. 16.

Cautè iuxta allatum Apostolicæ sententiæ intellectū.

d 2. Cor. 5. 16.

Obediens sermonibus Dei ex homine fit suo modo Deus.

e Psal. 81. 6.

f Colo. 1. 18.

21

Carnem brachij sui firmāt qui carnales sunt.

g 2. Cor. 4. 10.

Mortificationi carnis intendentes, nō firmant carnem brachij sui.

h Coloss. 3. 5.

Carnem brachij sui firmat qui sperat in hominibus potentibus, & in dignitate constitutis.

Christus in secundò aduentu manifestus erit iis qui illum in primò non cognouerunt.

tantùm hæc profert lib. de carne Christi cap. 15. Idem tamen lib. 3. contra Marcionem ca. 6. Tunc (in secundo scil. Christi aduentu) & cognoscent, inquit, eum qui compugerunt, & cædent pectora sua tribus ad tribum, vtique quòd retro non agnouerunt eum in humilitate conditionis humanæ constitutum. *Et homo est*, inquit Ieremias, *& quis cognoscet illum?* quia & [a] *natiuitatem eius*, inquit Isaias, *quis enarrabit?* Ad idipsum refert hæc & Cyprianus lib. 2. Testimon. num. 10.

a Isai. 53. 8.

Cyprian.

Augustin. *Christum non agnoscendum ab obstinatis Iudæis.* *Christus factus est homo ad sananda corda nostra.*

Augustinus quoque breuiter vt prophetiam quòd Iudæi eumdem non essent agnituri quem occiderunt, hæc refert lib. 18. de Ciuitate Dei cap. 33. Libro autem 13. contra Faustum cap. 8. *Graue* Prophetam dicere inquit, *cor per omnia, & homo est, & quis agnoscet eum?* Ideo Christus homo, vt graues corde per formam serui ex fide sanarentur: & eum agnoscerent Deum, qui propter eos factus est homo, ne in homine spes eorum esset, sed in homine Deo: & tamen graue cor per omnia, & homo est, formam serui accipiens, & quis agnoscit eum?

Cor humanũ graue ad percipienda diuina.

Christum factũ fratrem, sponsumque nostrum vix agnitum.

Idem lib. 22. cap. 40. *Et homo est, & quis cognoscet eum?* Et homo est Christus quia proditur, quòd frater est; *Et quis agnoscit eum?* quia occultatur quòd sponsus est.

Ioan. Chrys. *Aduentus Christi in carnem vehemens Ecclesiæ desiderium.*

Ioannes Chrysostomus homil. 8. quæ est de Turture, & habetur Tomo 5. Ecclesiam proferentem sententiam istam hoc ipso sensu ita inducit. Audio Ieremiam dicentem de ipso (Christo) *Graue cor eius præ omnibus, & quis cognoscet eum?* Ipsum desidero veniat, & [b] *osculetur me ab osculo oris sui.*

b Cant. 1. 2.

28

Paulin. Nol. *Frater noster quomodo dici à nobis queat Christus.*

Paulinus Nolanus epistolâ 4. ad Seuerum. Non ergo erat iste (scil. Christus) frater, qui & conditione Dominus à seruis, & naturâ Deus à mortalibus discrepabat. Sed tamen & homo erat ille, de quo scriptum est. *Et homo est, & quis cognoscet eum?* Neque ideo frater noster; quamquam & hoc diuina pietas pro humilitate cordis sui famulis nomen indulserit, dicens, [c] *Narrabo nomen tuum fratribus meis.*

c Psal. 21. 33.

Epiphanius. *Christus Deus & homo, visibilis, & inuisibilis.*

Epiphanius egregiè hunc tractat locum & lib. de hæresibus hæresi 29. pag. 44. & hæresi 54. pag. 142. & lib. Ancoratus, pag. 361. Eadem tamen ferè vbique dicit. Sed breuius lib. Ancoratus hæc habet. *Et homo est, & quis cognoscet ipsum?* In eodem duo ostendit Diuina Scriptura, visibile, & inuisibile. Et propter visibile quidem, meritò Deus meus dictum esse, propter inuisibile verò, Pater meus dictum esse, ita vt neutra locutio aduersetur Verbo. Quomodo enim, si erat homo, non cognoscebatur? Si verò non erat homo, quomodo homo dicitur? Quisquis enim ex hominibus nascitur, omnino ab hominibus cognoscitur, à genitrice, à cognatis, à familiaribus, à vicinis, à contubernalibus, aut conciuibus: & impossibile est hoc impleri in nudo homine. Impletur autem in Deo verbo, ac filio Dei, in eo quòd dicit, *Homo est*, in veritate. *Quis verò cognoscet, ipsum*, quoniam Deus est, eò quòd participat, & homo, & Deus est, ignotus hominibus propter incompræhensibilitatem? Homo verò ex Maria in veritate, citra semen viri genitus.

Christus homo secundùm carnẽ & vltra hominem secundùm operationem.

Leo Papa epistolâ 97. ad Leonem Augustum cap. 3. *Et homo est*, ait Propheta, *& quis cognoscet eum?* Homo secundùm carnem, sed vltra hominem diuinâ operatione.

29

Cæsarius. Ierem. 17. 9. secundùm Sept.

Cæsarius ad finem operum Gregorij Nazianzeni Dialogo 1. pág. 1097. Dicit multa perpessus Ieremias; *Homo est, & quis cognoscet ipsum?* quo innuit, ipsum Deum esse, qui tamen ignoretur ab iis, qui crassiore sunt intellectu, neque possunt per incredulitatem capere cognitionem eius, veluti qui oculis ægri sunt, per imbecillitatem adspectum solis tolerare nequeunt. Si verò homo erat, quomodo non cognoscebatur, quemadmodum nos? Omnis enim homo planè cognoscitur aut ex parentibus, aut ex cognatis, & consanguineis, aut denique ex contubernalibus & domesticis. Ex nullo igitur eorum; quæ in nobis sunt, vates ipsum exprimens inquit: *Homo est, & quis cognoscet eum?* Quoniam quum Deus esset, hoc tamen fieri voluit, famem & sitim aquæ admittit, quæ sunt corporis affectiones expertes vitij ac repræhensionis, Manichæorum hoc ipso vanitatem refutans, qui opinionem & rem imaginariam esse statuunt ipsius in carne administrationem.

Ieremias cognominatus. Multa perpessus. *Christus homo quòd & Deus sit non capitur ab his qui crassioris sunt intellectus propter incredulitatem.* *Affectiones eas hominis accepit Christus quæ sunt vitij & reprahensionis expertes.*

Cæsariens. 30 *Christus decipere voluit diabolum humanis à se assumptis miseriis, & affectibus.* Simile. *Piscatoris instar hamo infirmæ carnis Diabolum vt piscem capere studuit.*

Idemque Dialogo 3. ad medium, pag. 1132. Christum ipsum inducit hæc habentem: Præ me fero metum, & humilitatem, per assimilationem carnis captare volens Draconem, & à me quidem illusum, mortalibus autem illudentem diabolum. Piscator enim cùm sim, etiam hamum, nempe me ipsum demisi in profundum huius vitæ, circumdatus veluti verme assumptâ mortalium carne, ipse per me ipsum consimilis ipsis, citra mutationem tamen factus Adamus. Et velut piscator, nunc quidem blandè demitto, & subtraho in profundo datum hamum, nunc verò quietum teneo, appropinquante pisce homicidâ quem obseruo, ne qua territus resiliat. Quapropter & per seruum meum Dauidem inquam, [d] *Ego verò sum vermis & non homo.* Quemadmodum enim ille ex terra absque aliqua coniunctione carnem accipit, & in vitam producitur: consimiliter & ego ex ea quæ semper est Virgo absque aliqua commistione, & coniunctione viri incarnatus, naturaliter factus sum homo, manens Deus. Quapropter ait multa pericula perpessus ille Vates Ieremias, videns Propheticâ visione decipiẽdum deceptorem, & quasi deridens ipsius fremitum, & arrogantiam ante annos quingentos, & longiùs etiam de me: *Homo est, & quis cognoscet eum?* quasi dicat, quòd qui Deus est, per dispensationem propter nos homo factus sit, sapienter deludere in malitia sapientem volens, implens Prophetiam generoso Iobo dicentis: [e] *Duces Draconem hamo.*

d Psal. 21. 17. *Vermis appellatio quomodo congruens Christo.*

Ierem. 17. 9. secundùm Sept.

e Iob. 40. 20.

31

Vigilius Martyr lib. 1. contra Eutychen de Eutychianis negantibus duas in Christo naturas eosque impugnantes, qui eas Catholicè asserunt hæc habet. Illud etiam solita temeritatis audaciâ repræhendere solent, cùm audiunt Catholicos dicere, *Deus & homo*, arbitrantes huius syllabæ, *Et* interpositione duas posse significare personas, sed quàm ineptè id opinentur, ausculta. Quid enim est, *Deus & homo*, factus est quoque non amittendo quod suum erat, sed suscipiendo quod nostrum erat: cùm enim præmittimus in confessione, *Deus*, & subsequimur dicentes, *& homo*, non solùm Deum manentem, sed & hominem asserimus subsistentem, vt nec deitas à se se discedat, nec humanitas in deitatem dispereat. Videamus tamen ne forsitan authoritate diuinâ hæc syllaba fuerit interposita, nam ita legimus. *Et homo est, & quis cognoscet illum?* Et iterum Dauid, [f] *Mater Sion, dicet homo, & homo factus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus.* [g] Cur igitur non simpliciter sine prælatione huius syllabæ dixit, *Homo factus est in ea*, Sed præposuit dicens, *Et*

f Psal. 86. 5. g Ierem. 17. 9. iuxt. Sept.

homo

homo factus est in ea? Vel alia prophetia. Et cur præposuit? Debuit enim secundùm istos dicere. *Homo est & quis cognoscet eum?* nisi quia sensus talis est, vt qui Deum confiteris, & hominem quoque factum simili confessione non deneges.

31 Quamuis autem adeo celeber præallatus sententiæ istius apud tot Patres sit sensus; improbat nihilominus illum Hieronymus, qui in textu ita hæc legit iuxta versionem Sept. *Profundum est cor super omnia, & homo est, quis cognoscet eum?* In Comment. autem hæc habet Verbum Hebraic. אנוש *enose* quatuor literis scribitur ש *scin* & אנו *eno*. Si igitur legatur אנוש *enose* homo dicitur: si autem אנוש *anusc*, inscrutabile siue desperabile: eò quòd nullus cor hominū valeat inuenire. Symmachus verò hunc locum ita interpretatus est: *Inscrutabile cor omnium: vir autem quis est qui inueniat illud?* Solent quidam nostri, bono quidem voto, sed non secundùm scientiam vti hoc loco contra Iudæos: quòd homo sit Dominus atque Saluator, secundū dispensationem carnis assumptæ: nullusq; possit natiuitatis eius: scire mysterium, secundùm illud quod scriptum est: [a] *Generationē eius quis enarrabit?* nisi solus Deus qui arcana rimatur, & reddit vnicuique secundùm opera sua. Meliùs autem est vt simpliciter accipiamus, quòd nullus cogitationū secreta cognoscat, nisi solus Deus: dixerat enim supra: *Maledictus homo, qui spem habet in homine.* Et è contrario: *Benedictus vir qui confidit in Domino.* Vnde ne hominum putaremus certum esse iudicium, intulit omnium propemodum corda esse peruersa dicente Psalmista: [b] *Ab occultis meis munda me Domine: & ab alienis parce seruo tuo:* Haud dubium quin cogitationibus. Et in Genesi. [c] *Videns autem Deus, quòd multa malitia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore.* Et iterum: [d] *Sensus enim & cogitatio humani cordis ab adolescentia sua prona sunt in malum.* Per quæ discimus, solum Deum nosse cogitationes eorum. Si autem de Saluatore dicitur: [e] *Videns autem cogitationes eorum Iesus* nullusque potest videre cogitationes eorum, nisi solus Deus: ergo Christus Deus est qui [f] *scrutatur corda, & probat renes:* & reddit vnicuique iuxta opera sua.

Hominē quomodo verterint Sept. vocem Hebraicam, quæ significat inscrutabile. *Christi hominis generatio à Deo solo cognita.* a Isai. 53. 8. *Cognitiones hominū vni Deo perspicuæ.* *Corda ferè omnium hominum peruersa.* b Psal. 18. 13. c Genes. 6. 5. d Ibid. 8. 21. *Christus ex cogitationum cognitione probatus est Deus.* e Luc. 11. 17. f Psal. 7. 10.

Ioannes Chrysost. homil. 30. in Matthæum in hunc Hieronymi sensum ita hæc refert. Iesus autem motus animorum non ignorans: [g] *Cur inquit mala cogitatis in cordibus vestris?* Quòd verò Dei solius sit secreta cordium nosse, audi Prophetam dicentem, *Graue cor super omnia, & homo est, & quis noscet eum?*

Ioan. Chrys. *Cordium secreta nosse solius est Dei.* g Luc. 5. 22.

32 Theodorit. Theodoritus quoque ab hominibus, dicere inquit Dominum, comprehendi nequeunt consilia proximi, quia sunt occulti motus cordis: mihi verò conditori, etiam ipsi patent. Non enim factis solùm, sed etiam cogitationibus ius reddo, & æquam iustamque fero sententiam.

Cogitationes, ne dum facta hominum iudicat Deus.

S. Oriensis Monachus in Regulis de Institut. Monasticis, paulò ante finem, in Tomo 5. Bibliot. Vet. Patrum in eumdem sensum hæc citat, *Graue cor in omnibus, & homo est, & quis cognoscet eum? Ego Dominus scrutans,* &c.

S. Oriensis Monachus. *Cor in omnibus graue, & inscrutabile.*

Richardus de S. Victore lib. 3. de Contemplat. cap. 8. [h] *Spiritus omnia scrutatur, etiam profunda Dei.* Si ergo & tu scrutari paras profunda Dei, scrutare priùs profunda spiritus tui. *Profundum* siquidem, imò & *prauum est cor hominis,* & inscrutabile. Inscrutabile sanè, nisi ei qui spiritalis est.[i] *Spiritualis enim diiudicat omnia, & ipse à nemine iudicatur,* eò quòd soli spiritales digni inuenti sunt, qui videant opera Dei, & mirabilia eius in profundo.

Richard de S. Victor. *Profunda Dei scrutaturus scrutetur priùs profunda propry cordis, & spiritus.* h 1. Co. 2. 10. *Cordis sui profunda scrutari aptus is solus qui est spiritalis.* i 1. Cor. 2. 15.

33 D. Thomas. Et quia Iudæi possent dicere, non posse fieri discretionem præmiorum pro diuersitate cogitationum: ideo consequenter inducit huius discretionis auctorē. Et primò ponit quæstionem. (*Prauum est*) i. multis malitiis inuolutum. Prouerb. 20. [k] *Sicut aqua profunda sic consilium in corde viri: sed homo sapiens exhauriet illud:* secundò ponit responsionem. Et ponit duo quæ sufficientem faciunt discretionem iudicij, scil. scientiam. (*Ego Dominus corda,*) quantùm ad cogitationes (*renes*) quantùm ad affectiones. Rom. 8.[l] *Qui scrutatur corda scit quid desideret spiritus: quæ secundùm Deum postulat pro sanctis:* Et iustitiam. (*Qui do vnicuique viam*) quantùm ad cordis dispositionem (*fructum*) quantùm ad opus exterius. Isai. 3. [m] *Dicitè iusto, quoniam bene: quoniam fructum adinuentionum suarum comedet.*

D. Thom. *Cogitationū quomodo Deus sit discretor.* k Prou. 20. 5. *Quâ ratione Deus iudicet homines.* l Rom. 8. 27. m Isai. 3. 10.

Non prætermittēda hoc loco quæ Epiphanius lib. Ancoratus pag. 356. his habet, De omnipotēte Deo sic scriptum est. *Deus examinans renes, & perscrutans promptuaria ventris.* Si examinat renes, ergo non nouit (ait Epiphanius arguens contra hæreticos Spiritum Sanctū impugnantes) quoniam examinat, aut totam cognitionē in examinando pronunciauit? Perscrutans autem promptuaria ventris, rursus non additum est, cōprehendens, ergo nisi additum fuerit dictio comprehendit: mortem mihi procurabo, adnectens ad dictū, non comprehendit, iuxta tuum ô stolide sermonem. Sic igitur & de Spiritu Sancto dictum est, ab Apostolo, [n] *quòd perscrutatur profunditates Dei,* & nō opus erat dicere, quòd etiā comprehendit.

Epiphan. *Deus perscrutans corda & illa comprehendit.* *Spiritus perscrutans profunda Dei, illa quoque cōprehendit.* n 1. Cor. 2. 10.

CATENA GRÆCA EX VETERIBVS PATRIBVS GRÆCIS.

Βαθεῖα ἡ καρδία.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] περὶ τῶν βουλευμάτων αὐτῶν λέγει, ὅτι καὶ λανθάνοντας οἶδεν ὁ Θεός. οὐδὲν οὕτως ἄδηλον, ὡς ἀνθρώπου καρδία. διὰ τοῦτο ἕτερός φησι. καρδία βαθεῖα κεκρυμμένη ἄνθρωπος ἐστι, καὶ τίς γνώσεται αὐτόν; ἴσως νομίζετε λανθάνειν φησίν. οὐκ ἔστι τοῦτο. οἶδα τὰ καθ' ὑμᾶς ἅπαντα.

Ὀλυμπιοδώρου.] τὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ μονογενοῦς μυστήριον βαθὺ ἐστι, καὶ ἀκατάληπτον. καὶ τὸ

Vers. 9. *Profundum est cor super omnia.)*

Chrysostomi.] *De cogitationibus ipsis loquitur, quòd & latentes Deo pateant. Nil tam absconditum, vt cor hominis. Idcirco alius legit;* Profundum cor, & latens homo est; & quis cognoscet eum? *Fortasse latitare putatis, ait. Non ita est: omnia quæ agitis noui.*

(Et homo est, quis cognoscet eum.)

Olympiodori.] *Incarnationis vnigeniti Sacramentū profundum est, nec comprehendi potest.* Manens

34 Chrysost. *Cogitationes vel occultissima Deo nota.* *Corde nil magis abscōditum.* *Deo nil hominis occultum.* Olympiod. *Incarnationis mysterium profundissimum, & absque fide incomprehensibile.*

CATENA GRÆCA EX VETERIBVS PATRIBVS GRÆCIS.

Ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὁ γὰρ τὰ κρυφῆ γινόμενα εἰδὼς, καὶ τοὺς λανθάνοντας παραδοῦναι δυνάμενος. καὶ μάλιστα ὅταν πολλοὶ ὦσιν οἱ θηρεύοντες. τινὲς καὶ εἰς τοὺς Ἀποστόλους τοῦτο φασὶν, καὶ οὐ κωλύω. τέως δὲ τῆς ἱστορίας ἐχόμεθα. ὅταν γὰρ ὁ Θεὸς παραδῷ, οὐδεὶς οὐκέτι περιστήσεται.

Ὠριγένους.] πέμπει γὰρ ὁ Θεὸς ἁλιέας ἀνθρώπων καθάπερ τοὺς Ἀποστόλους, τέχνην αὐτοῖς ἐμβαλὼν ἁλιευτικήν. καθ' ἣν ἐκ τῶν θείων γραφῶν πλέκουσι τῆς ἁλείας τὰ ὄργανα. καὶ δι' αὐτῶν τῆς ἁλμυρᾶς τοῦ βίου ἀνέλκουσι θαλάττης, καὶ θανατοῦσι τῷ κόσμῳ καθάπερ ἰχθύας θαλάττης. ζωοποιεῖ δὲ Θεὸς τούτους τὴν ἀμείνω ζωήν. καθ' ἣν τις μεταμορφωθεὶς, οὐκέτι ζῇ τοῖς ἀνάλογον ἰχθύσιν ἐν ἁλμυρᾷ διάγει θαλάττῃ κατὰ τὸ τὴν αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφούμεθα, καθάπερ ἀπὸ κυρίου πνεύματος. ἀναδράμωμεν δὲ ‖ ταύτης τὴν ἐν ὄρεσι ποιούμενοι διατριβὴν, μάλα δὴ τοῖς ‖ προφήταις, καὶ τὴν ἐν βουνοῖς τοῖς δικαίοις. ὅθεν ὑπὸ ἁλιέων μὲν οὐκ ἐπιλαμβάνεται, ὑπὸ θηρευτῶν δὲ ἀγγέλων. ὑφ' ὧν εἰ δεῖ θηρευθῆναι, δεῖ διάγειν ἐν ὄρεσι καὶ βουνοῖς. ἐκεῖθεν γὰρ θηρῶσιν ἄγγελοι τὰς ἐκ τοῦ σώματος τοιαύτας ἐξιούσας ψυχὰς, ἀλλ' οὐ τὰς κάτω κειμένας. ὅθεν ἀνιτέον εἰς ὄρος, ἔνθα μετεμορφώθη χριστός. ἔνθα τοὺς μαθητὰς ἐδίδασκε τοὺς μακαρισμοὺς, ὅτε τοὺς ὄχλους ἑώρα μέν.

‖ ἀπὸ ταύτης

‖ δηλαδὴ τοῖς προφήταις.

Ὀλυμπιοδώρου.] τοὺς Ἀποστόλους λέγει.

[Ἀποστέλλω τοὺς πολλούς.]

Ὀλυμπιοδώρου.] τοὺς προέδρους τῶν ἐκκλησιῶν.

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐκ τῶν διαβολικῶν ἐνεργειῶν.

[Καὶ θηρεύσουσιν.]

Ὀλυμπιοδώρου.] τῶν δαιμόνων, ἢ καὶ τῶν τῆς κακίας τρόπων.

[καὶ ἐπάνω παντός.]

Ὀλυμπιοδώρου.] τῶν ἀφανῶν καὶ δυσκατανοήτων τῆς κακίας ἐνεργειῶν.

[καὶ ἐκ τῶν τρυμαλιῶν.]

Ὠριγένους τίνες δὲ πάλιν αἱ τρυμαλιαὶ τῶν πετρῶν; καὶ ἀπὸ τούτων γὰρ θηρεύσουσιν ἄγγελοι. εἰς ὀπὴν τοίνυν πέτρας ἔθηκε τὸν Μωυσῆν ὁ Θεός. ἦν δὲ αὕτη χριστὸς ἡ μία τρυμαλιὰ, κατὰ μὲν τὴν θεότητα πέτρα χρηματίζον, κατὰ τὸ, ἡ δὲ πέτρα ἦν χριστός. κατὰ δὲ τὴν οἰκονομίαν, ὀπὴ, δι' ἧς τὰ μετὰ θεὸν θεωρεῖται. αἱ πολλαὶ δὲ πέτραι, περὶ ὧν νῦν ὁ λόγος, οἵτε προφῆται, καὶ Ἀπόστολοι, καὶ μειζόνως οἱ Ἄγγελοι, μιμηταὶ ὑπάρχοντες χριστοῦ καὶ ἔχοντες ὀπὴν, δι' ἧς κατανοεῖται τὰ ὀπίσθια τοῦ θεοῦ. καὶ ἕκαστος δὲ δι' ὧν λέγει περὶ θεοῦ, νόησιν ἐμποιούντων αὐτοῦ, ποιεῖ ἐν ἑαυτῷ ὀπὴν τοῦ νοεῖσθαι θεόν. ἤγουν διὰ μὲν Μωυσέως, τὸν νόμον. διὰ δὲ Ἡσαΐου τὴν προφητείαν νοοῦμεν. δι' ἄλλου δὲ ἄλλο τι. ἔστι δὲ καὶ ἐπ' ἀγγέλου λαλοῦντος ἱστάμενον, κατὰ τὸ

Vers. 16. Ecce Ego mitto piscatores multos, dicit Dominus,&c.) 27

Chrysostomi.] *Nam qui scit quæ clam fiunt & latitantes prodere valet; maximè cum Venatorum adest copia. Quidam hoc ad Apostolos referunt, nec displicet, sed ipsi inhæreamus historiæ; cùm enim Deus tradiderit, nullus defendet.*

Chrysost. Venatores spiritales cooperantur occultorum cognitioni Dei. Defendere nemo potest quē à Deo.

Origenis.] *Mittit enim Deus piscatores hominum, sicuti Apostolos, artem ipsis indens piscatoriam, per quam ex Sacris literis piscationis instrumenta texunt, quorum ope ex salso vitæ attrahunt mari, & mortuos mundo reddunt veluti pisces maris: viuificat autem hos Deus, præstantiorē illis tribuens vitam, in quam qui transformatur, non ampliùs degit cum proportione respondentibus piscibus in salso mari, iuxta illud.*[a] In eamdem imaginem vti à spiritu dominante conuertimur: *sed inde ascendamus, vt vitam in montibus transigamus, hoc est cum Prophetis, & in collibus scilicet vestris, vbi à piscatoribus non ampliùs capitur, sed à Venatoribus Angelis, à quibus, si venatu capi oportet, in montibus ac collibus vita est ducenda: inde enim venantur Angeli huiusmodi animas è corpore exeuntes, nō humi iacentes. Quapropter ascendendū est ad montem, vbi*[b] *Christus transfiguratus est; vbi*[c] *discipulos beatitudines docebat multitudinem copiosam.*

Origenes. Apostoli piscatores, piscatoriam spiritalem artem à Christo edocti.

a 2.Cor.3.18.

Perfectiores in monte degentes venatione Angelorum capiūtur.

Ad montem ascendere enitendum.

b Matt.17.2.

c Matt.5.1.

Olympiodori.] *Apostolos ait.*

Olympiod.

(*Mitto multos venatores.*) 28

Olympiodori.] *Præsides Ecclesiæ.*

Olympiod. *Prælati dicti Venatores.*

Olympiodori.] *De diabolicis actibus.*

Olympiod. *Venatio spiritualis est de Dæmonum artibus vel de variis malitiæ modis.*

(*Et venabuntur desuper omni monte,&c.*)

Olympiodori. *Dæmonum, vel malitiæ modorum.*

Olympiod.

Olympiodori. *Occultarum, & vix perceptibilium nequitiæ actionum.*

Olympiod.

(*Et de cauernis.*)

Origenis.] *Rursus quæ sunt cauernæ petrarum? Nam & de his etiam Angeli venabuntur. In foramine itaque petræ posuit Deus Moysem, & hæc erat Christus Cauerna, qui secundum quidem diuinitatem erat Petra: dictum est enim*[d] Petra autem erat Christus, *& secundum incarnationem foramen,*[e] *per quod videntur quæ sunt posteriora Deo: multæ autem Petræ, de quibus hîc sermo habetur, sunt & Prophetæ, & Apostoli, & præcipuè Angeli, qui sunt imitatores Christi; foramēnque habent, per quod posteriora Dei intelliguntur: vnusquisque porrò per ea quæ de Deo dicit ad intelligendum ipsum facientia, in semetipso foramen aperit ad intelligendum Deum. Sicut per Moysem legem, per Isaiam prophetiam intelligimus; per alium aliud. Contingit etiam & Angelo*

Origenes. Petra foramē Christus secundùm incarnationem

d 1. Cor 10.4.

e Exod.33.23.

Petrarum cauernæ, & foramina Angeli, Prophetæ, & Apostoli ad Dei & diuinorum intelligentiā nos adiuuantes.

In Angelo apparuit sæpe, & locutus est Deus

τὸ ἄγγελος ὁ λαλῶν ἐν ἐμοί, ὡς ἀπὸ πέτρας καὶ ὀπῆς ἀγγελικῶς ἰδεῖν τὸν θεὸν, οὕτως ἐπὶ τῆς βάτου ἄγγελος μὲν ὁ φανεὶς, ἀλλ' ὁ ἐν αὐτῷ φησὶν ἐγὼ Θεὸς Ἀβραάμ. ἀλλὰ τῶν θηρευτῶν τὴν ἄφιξιν ἀγνοοῦντες, μὴ καταβῶμεν ἀπὸ τῶν εἰρημένων. τῷ γὰρ ἔξω τυγχάνοντι λέγεται τὸ ἄφρον ταύτῃ τῇ νυκτὶ τὴν ψυχήν σου ἀπαιτοῦσιν ἀπὸ σοῦ. ἃ δὲ ἡτοίμασας, τίνι ἔσται; ὡς γὰρ κάτω κείμενος ἔλεγεν, ἔχεις ἀγαθὰ κείμενα εἰς ἔτη πολλά, ἐν τῇ τῶν ἀγαθῶν πλανώμενος κρίσει. ἠγνόει γὰρ ὅτι τὰ ὄντως ἀγαθὰ οὐκ ἐν τῇ κατηραμένῃ γῇ, ἀλλ' ἐν οὐρανῷ. ἐν τούτῳ γὰρ ἡ τῶν μακαρίων ἀνάπαυσις. ἐν χριστῷ Ἰησοῦ.

A *Angelo loquente, ſicuti loquitur,* Angelus qui loquitur in me, *ſtantem veluti ex petra, & foramine. Angelicè Deum videre,* [a] *Sic rubo Angelus quidem erat qui apparuit, ſed qui in ipſo erat ait;* Ego Deus Abraham: *Verùm Venatorum aduentum ignorantes, ne è prædictis deſcendamus, foris enim permanenti dicitur illud;* [b] Stulte nocte hac animam tuam requirent à te: quæ verò præparaſti cui derelinquentur? *vti enim humi proiectus dicebat:* habes B bona propoſita adhuc multa; *in bonorum iudicio aberrans: ignorabat enim, verè bona non in terra maledicta, ſed in cælo ſita eſſe, in hoc enim requies Beatorum in Chriſto Ieſu.*

a Exod. 3. 2.

Bona noſtra vera non in terra, ſed in cælo ſita.

b Luc. 12. 20.

Capitis 16. verſ. 17. & 18. Sectio Quinta.

TEXTVS VVLGATÆ.

17 Quia oculi mei ſuper omnes vias eorum: non ſunt abſconditæ à facie mea, & non fuit occultata iniquitas eorũ ab oculis meis.

18 Et reddam primum duplices iniquitates, & peccata eorum: quia contaminauerunt terram meam in morticinis idolorum ſuorum, & abominationibus ſuis impleuerunt hæreditatem meam.

TEXTVS SEPTVAGINTA.

17 *Quia oculi mei ſuper omnes vias eorum: & non ſunt abſconditæ iniquitates eorum ab oculis meis.*

18 *Et reddam duplices malitias eorum, & peccata eorum, in quibus contaminauerunt terram meam in morticinis abominationum ſuarum, & in ſuis ini-* C *quitatibus, in quibus delinquere fecerunt hæreditatem meam.*

PARAPHRASIS CHALDAICA.

17 *Quia coram me nota ſunt omnes viæ eorum, non ſunt operta à facie mea; nec ſunt abſcondita peccata eorum à conſpectu Verbi mei.*

18 *Et reddam ſecundis ſicut & primis iniquitates eorum, & peccata eorum: quia violauerunt terram domus maieſtatis meæ; & cadaueribus immunditiarum ſuarum, & abominationibus ſuis impleuerunt hæreditatem meam.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impreſſis.

29 Origenes.

Oculos ſuos habet Deus ſuper iuſtos.

Origenes homiliâ 12. in Ierem. (*Quia oculi mei ſuper omnes vias eorum.*) Super omnes vias iſtiuſmodi hominum qui in montibus conuerſantur, in collibus ambulant, in cauernis habitant petrarum, habet oculos Deus (*Non ſe abſconderunt à facie mea.*) Qui ſancti ſunt, non ſe abſcondunt à facie Dei: qui autem iniuſti, abſconduntur à facie eius. Adam [c] poſt tranſgreſſionem cæleſtis mandati *audiuit vocem Domini Dei deambulantis in Paradiſo poſt meridiem, & abſcondit ſe.* Sanctus hoc non facit, ſed conſcientiâ actuum ſuorum habet fiduciam ad Deum. [d] *Si enim cõſcientia nos non reprehenderit fiduciã habemus ad Deum, & quodcúmque petierimus accipiemus.* Verùm Adam quamuis peccauerit, tamen nõ vſque ad perfectam malitiam mens eius corruit, & ideo abſconſus eſt à facie Dei. Cùm autem peccauit impiiſſimus fratricida, animaduertite quid fecerit: [e] *Egreſſus eſt à facie Dei, & habitauit in terra Naid.* Si ad malorum comparationem venias, meliùs eſt abſcõdi à facie Dei, quàm fugere eum. In alio quippe conſcientiæ vulnus inflictum tenebras, & ſecreta perquirens, leuare oculos non patitur ad cælum. In alio autem deſperatione natâ contumacia negligit Dominum. (*Non ſe abſconderunt à facie mea, neque abſconditæ ſunt iniquitates eorum contra oculos meos.*) Iuſti ſuper quas iniuſtitias non ſe abſconderunt à facie Dei? Aliquando fuerunt in peccatis, quando erant in mari, ſed à piſcatoribus extracti ſunt. Ne itaque ſuſpicentur quia non ex miſericordia, ſed ex proprio merito ad montes venerint, commonens illos ſermo diuinus, & in illis nos, & idcirco poſt proſpera atque fœlicia triſtia inferens dicit. (*neque abſconditæ ſunt iniquitates eorum contra oculos meos.*) Et poſt aliqua.

Abſconduntur à facie Dei non iuſti, ſed improbi.

c Gen. 38.

d 1. Ioan. 3. 21.

Fugere à facie Dei multò peius quàm ab eadem ſe abſcondere: dicit enim deſperationẽ in peccato.

e Gen 4. 16.

Deſperans in peccato dicitur fugere à facie Dei.

Iuſtificatio noſtra non ex noſtris meritis, ſed ex Dei miſericordia.

D Idem homil. 12. in Ierem. (*Et retribuam illis primùm duplices iniuſtitias eorum, & peccata ipſorum in quibus contaminauerunt terram meam, in morticiniis abominationum ſuarum, & iniquitatibus ſuis quibus impleuerunt hæreditatem meam.*)

Quod ait (*primùm,*) ſiue non intelligentes quidam quod ſcriptum eſt, abſtulerunt, ſiue Septuaginta Interpretes, ſicut & cætera ſecundùm diſpenſationem ſuam auferre voluerunt, Dominus viderit, Nam iſtum locum cum cæteris editionibus conferentes inuenimus poſitum. *Et retribuam* E *illis primùm duplices iniuſtitias eorum*: vt oſtendatur quia etſi ex poſterioribus factis digni effecti ſunt beatitudine Dei, attamen quia aliquando peccauerunt, & humanis vitiis non carebant, primùm oportet os recipere ſua delicta. (Poſt aliqua.)

Septuaginta Interpretes ſecundùm Dei diſpenſationẽ aliqua in ſua verſione emiſerunt.

Idem, Si poſt fundamentum Ieſu Chriſti non ſolùm in tuo corde [f] aurum, & argentum, & lapidem precioſum, (Si tamen habes aliquid auri, vel argenti) ſuperædificaueris, verùm & ligna, fœnum & ſtipulam, quid tibi vis fieri, cùm anima ſeiuncta fuerit à corpore? vtrumnam ingre- F di vis in ſancta cum lignis tuis, cum fœno & ſtipula, & polluas regnum Dei: an propter lignum, fœnum, & ſtipulam foris reſidere, & pro auro, argento, & lapide precioſo nihil mercedis accipere? Sed neque hoc æquum eſt. Quid igitur ſequitur, niſi vt primùm propter ligna ignis tibi detur, qui conſumat fœnum, lignum, vel ſtipulam? Deus quippe noſter apud eos qui poſſunt intelli

30

Purgatorij igne conſumatur neceſſe eſt quidquid reſiduum eſt peccati admiſſi poſt Baptiſmum antequam admittatur qui in cælum.

f 1 Cor. 3. 12.

Ignis consumens quâ ratione sit Deus etiam in iustis admittẽdis in cælum.
a Deut. 4. 24.

intelligere diuina, ignis dicitur esse consumens. Et cùm dicat Propheta, [a] *Deus noster ignis consumens est*, non apposuit quid consumat, tibi derelinquens de manifestationibus intellectum. Neque enim id quod ad imaginem & similitudinem suam permanet, ignis iste consumit, non proprias creaturas, sed superædificata ligna, fœnum, stipulam. Locus est difficilis, & ad interpretandum nimij sudoris egens, vt cum primis secunda consentiant. Repromissiones legimus, & post prospera repentè tristia prædicantur. (*Et retribuam* (inquit) *illis primùm duplices iniustitias eorum.*) Necessariò appositum est (*primùm.*) Primùm quippe propter iniustitias tormenta perpetimur, deinde propter iustitiã coronamur. Neque enim è contrario ante tribuenda sunt iusta, & sic reddenda peccata, vt cessantibus bonis vitia æterna permaneant: sed ante recipiemus mala, & deinde bona, vt sublatis vitiis virtutes permaneant in æternum. Obserua omnem thesaurum Scripturarum, & inuenies semper Deum ea primum comminantem quæ tristia sunt, & ea deinceps inferentem quæ lætitiam præbeant audientibus. Occidit, & viuificat, percutit, & sanat ipse dolorem facit, & rursum restituit. Percussit, & manus eius sanauerunt. (Post aliqua.)

Tristium cõminationes præponi solẽt ante promissiones lætorũ.

Duplicia pro Grauiora.
b Luc. 12. 47.

Idem cur verò duplicia recipio peccata? Cui respondendum est,

Quia *seruus* [b] *qui scit voluntatem Domini sui, & non facit eam, plagis vapulabit multis:* Dignum siquidem est eos qui gentes sunt, simplicia recipere peccata, & nos duplicia, dicente Apostolo: [c] *Voluntariè peccantibus nobis post cognitionem veritatis, iam vltra non remanet pro peccato hostia. Horribilis autem quadam expectatio iudicij, ignis Zelus comedere habens aduersarios.*

c Heb 10. 26.
Peccantes ex voluntatis malitia grauiùs puniendi.

31
Hieronym.

Hieronymus in Comment. eadem quæ mox A ex Origene, sed paucioribus verbis. Addit tamen circa secundùm istius sententiæ membrum, *Quia contaminauerunt*, &c. Hi autem qui postea transferendi sunt, contaminauerunt terram Domini in morticinis idolorum suorum: & abominationibus suis impleuerunt hæreditatem eius: vt omnis mundus subditus fiat Deo: & nequaquam suo merito, sed illius misericordia conseruetur. Quod hîc de Hebraico posuimus: *Non sunt abscondita ea à facie mea:* in Sept. non habetur.

Mundi conuersio ad Christum non ex merito, sed ex Dei misericordia.

Theodoritus. (*Quia oculi mei super omnes vias eorum*, &c.) Omnia video: ex his quæ fiunt, nihil B est quod me lateat.

Theodoret.
Deo quicquid agimus manifestum est.
Dei benignitas elucet vel etiam in eius vltione.

Idem (*Et reddam illis primum duplices*, &c.) Quasi plenus humanitate, vltionem appellat peccatorum, duplicationem. Non enim iuris normam, & rationem pares persoluerunt pœnas. (Credo Theodoritum alludere ad id quod iubebatur in lege de fure, [d] qui pro re furata debebat reddere quadruplum. Vel fortasse meliùs, alludit ad infinitatem pœnæ, quæ infinitati respondere deberet peccati ratione obiecti offensi Dei qui infinitus est) *Morticina* verò abominationem vocat, filiorum, & filiarum mactationem, quam offerebant Idolis. C

d Exod. 22. 1.

D. Thomas. Assignat captiuitatis rationem, ponens cognitionem culpæ. (Quia oculi mei.) Prouerb. 16. [e] *Omnes via hominum patent oculis eius: spirituum ponderator est Dominus.*

D. Thom.
Peccata nostra omnia Deo sunt patentia.
e Prou. 16. 2.

Idem. Ponit comminationem pœnæ. (Et reddam primùm) id est, ante dictam consolationem (duplices) scil. quantùm ad cultum idolorum, propter quod sequitur, (quia contaminauerunt) & quantùm ad peruersitatem morum (& abominationibus) Psal. [f] *Interfecta est terra in sanguini-* D *bus, & contaminata est in operibus eorum.*

Iudæis reddita à Deo duplex pœna ob duplex genus offensionis in eumdem Deũ.
f Psal. 105. 59.

CATENA GRÆCA EX VETERIBVS PATRIBVS GRÆCIS.

ΩΡΙΓΕ΄ΝΟΥΣ.] τῶν δὲ πιςῶν ἐπὶ τὰς ὁδοὺς οἱ ὀφθαλμοὶ τοῦ κυρίου. οὐ κρύπτονται γὰρ ἀπ' αὐτοῦ, καθάπερ οἱ φαῦλοι, καθάπερ Ἀδὰμ E ἐν τῷ παραδείσῳ. κατὰ γὰρ τὸν Ἀπόςολον ἐὰν μὴ ἡ συνείδησις καταγινώσκει ἡμῶν, παῤῥησίαν ἔχομεν πρὸς τὸν θεόν.

Ὀλυμπιοδώρου.] εἰ μὲν τῶν δαιμόνων, καὶ αὐτῶν καὶ ἡ ἐπιφερομένη διπλῆ τιμωρία, ὅτι καὶ ἀπέςησαν τοῦ ἀληθοῦς Θεοῦ τοὺς ἀνθρώπους, καὶ ἑαυτοὺς ἐθεοποίησαν. εἰ δὲ κατὰ τῶν || ἀνθρώπων, μετὰ τὴν γνῶσιν ἁμαρτανόντων, διὸ διπλοῦν τιμωροῦνται.

|| ἴσ. κατὰ τῶν μετὰ τὴν.

[καὶ ἀνταποδώσω.]

F Τοῦ Χρυσοςόμου.] τάχα πολλοὺς θορυβεῖ τὸ λεχθὲν εἴγε ἡμεῖς μὲν οὐ προσδοκῶμεν, οὐδὲ ἁπλῶς ἀπολήψεσθαι, τῇ φιλανθρωπίᾳ τοῦ θεοῦ θαῤῥοῦντες. οὗτος δέ φησι, διπλᾶς. καὶ ὁ Ἠσαΐας δὲ, ὅτι ἐδέξατο ἐκ χειρὸς κυρίου διπλᾶ τὰ ἁμαρτήματα αὐτῆς ἵνα γὰρ νομίσῃς, ὅτι ἀπειλῆς τὸ λεχθὲν, ἐκεῖνος μαρτυρεῖ, ὅτι ἐγένετο. τί οὖν ἄνθρωποι μὲν πρὸς τὴν ἀξίαν κολάζουσι τῶν ἁμαρτημάτων, ὁ δὲ Θεὸς καὶ ὑπὲρ τὴν ἀξίαν; οὐκ ἔςιν. ἀλλὰ τί ἐςι;

Vers. 17. ℧*Via oculi mei super omnes vias eorum, & non sunt abscondita iniquitates, &c.*)

32
Origenes.
Iusti eorumque opera coram Deo.

E Origenis.] *Super huiusmodi hominum vias oculi Domini; non enim ab ipso absconduntur, quemadmodum praui, sicut in Paradiso Adam.* [g] *Nam secundùm Apostolum,* [h] si conscientia non damnat nos libertatem habemus ad Deum.

g Gen. 3. 8.
h 1. Ioan. 3. 21.

Vers. 18 (*Et reddam duplices malitias eorum.*)

Olympiod.
In Dæmones duplex. pœna à Deo ob duplicem iniquitatem in homines.

Olympiodori.] *Si contra Dæmonas, in illos quoque illata dupla pœna, quòd & auerterunt homines à vero Deo seque ipsos Deos effecerunt: si* F *verò contra homines minæ sunt contra eos qui scientes peccant, quapropter dupla plectuntur pœna. (Et reddam.)*

Peccanti sciẽter duplex parata pœna.

Chrysostomi.] *Fortè multorum animos turbat hoc dictum; nullam si nos quidem pœnam expectamus Dei benignitati confidentes; Hic autem ait* duplam, *& Isaias.* [i] *Quòd* accepit è manu Domini duplices iniquitates eius. *Ne enim existimares verba minarum hæc esse, ille factum ita testatur. Quid igitur? homines quidem condi-* gnas

Chrysost.
Duplici pœnã puniendos impios non ad minas tãtùm dicitur.
i Isai. 40. 2.
Non punit Deus vltra condignum.

ἐστι; διπλᾶ ἥμαρτεν, διπλᾶ καὶ ἀπολήψονται. ἢ διπλᾶ λέγει, τὸ μὴ τῶν ἀγαθῶν ὑστερεῖσθαι μόνον, ἀλλὰ καὶ μυρία ὑποστῆναι δεινά. ἐπεὶ καὶ ἡμῖν ἡ κόλασις γίνεται διπλῆ, τῆς βασιλείας ἡ ἔκπτωσις, καὶ τῆς γεέννης ἡ πεῖρα. τούτων γὰρ ἕκαστον αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ μέγα καὶ ἀφόρητον δεινόν.

Θεοδωρήτου.] διπλᾶ ἥμαρτεν ὁ λαὸς, διπλᾶ καὶ ἀπολήψεται. ἐμὲ ἐγκατέλιπον πηγὴν ὕδατος ζῶντος, καὶ ὤρυξαν ἑαυτοῖς λάκκους συντετριμμένους. ἢ διπλᾶ λέγει, τὸ μὴ τῶν ἀγαθῶν ὑστερεῖσθαι μόνον, ἀλλὰ καὶ μυρία προσυποστῆναι δεινά. ἐπεὶ ὅτι τὴν ἀξίαν οὐκ ἔδωκαν δίκην, δανιὴλ δείκνυσιν ἐν τῇ ἐξομολογήσει, ἐπὶ τοὺς πατέρας καταφυγὼν, καὶ ἐπὶ τὸν ἔλεον τοῦ θεοῦ.

[ἐν τοῖς θνησιμαίοις.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐν τοῖς νεκροῖς τῆς ἁμαρτίας ἔργοις. βδελύττεται δὲ καὶ τὰ θνησιμαῖα ὁ νόμος.

A *gnas delictorum pœnas sumunt, Deus verò plusquàm condignas? Nequaquam; quid ergo duplices iniquitates duplex consequetur pœna. Vel duplicia dicit, quòd non tantùm bonis fuerint priuati, sed & plurima sustinuerint mala. Nam & nobis punitio duplex est: excludi à regno, & Gehennam experiri, horum quippe vtrumlibet ingens est & intolerabile malum.*

Duplici pœnâ puniri dicitur impius ob duplices iniquitates, pœnâ damni, & pœnâ sensus.

Theodoreti.] *Duplex populi scelus, duplicem sibi pœnam vindicabit,* [a] Me dereliquerunt B fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas perforatas, *vel duplicia dicit, non tantùm destitui bonis, sed & sexcentis vexari malis, cùm eos condignas non dedisse pœnas Daniel* [b] *in confessione demonstrat ad patres confugiens, & ad Dei misericordiam.*

Theodoret.

a Iere. 2. 13.

Pœna condigna nostris nō est peccatis quâ punimur à Deo.

b Daniel.

(*In morticinis abominationum suarum.*)

Olympiodori.] *In mortuis iniquitatis operibus, abominatur verò lex & morticina.*

Olympiod. *Opera praua dicta morticina quia mortua.*

Capitis 16. à vers. 19. vsque ad finem.

C

TEXTVS VVLGATÆ.	TEXTVS SEPTVAGINTA.
19 DOmine fortitudo mea, & robur meum, & refugium meum in die tribulationis: ad te Gentes venient ab extremis terræ, & dicent: Verè mendacium possederunt patres nostri, vanitatem, quæ eis non profuit.	19 *DOmine tu fortitudo mea, & auxilium meum, & refugium meum in diebus malorum. Ad te gentes venient ab extremo terræ, & dicent: Quàm falsa possederunt patres nostri idola, & non est in eis vtilitas?*
20 Numquid faciet sibi homo deos, & ipsi non sunt dij.	20 *Si faciet sibi homo Deos, & ipsi non sunt Dij.*
21 Idcircò ecce ego ostendam eis per vicem hanc, ostendam eis manum meam, & virtutem meam: & scient quia nomen mihi Dominus.	21 *Idcircò ecce ego ostendam eis in tempore illo manum meam: & notam faciam eis virtutem meam: & scient, quia nomen mihi, Dominus.*

PARAPHRASIS CHALDAICA. D

19 *DOminus robur meum, fiducia mea, & liberator meus in tempore angustiæ. Ad famam potentiæ tuæ populi venient à finibus terræ, & dicent: Veruntamen mendacium coluerunt patres nostri, & vanitatem, quæ eis non profuit.*

20 *Numquid faciet homo sibi Deos? & ipsi sunt idola in quibus non est vtilitas.*

21 *Propterea ego annunciabo eis hoc tempore, ostendam eis vltionem meam, & plagam potentiæ meæ: & scient quia nomen meum est Dominus.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

33 Origen. *Gentiles conuersos ad Christi fidem laudaturos Dominū iamdiu prophetatum.*

ORigenes homil. 12. in Iere. De vocatione Gentium prophetatum est, non eorū qui nec dum cognouerunt Christum, sed qui iam vocati sunt, vt sciant laudes referre pro gratia, & in Ecclesia consistentes cōfiteantur, & adorent nomen eius. (*Domine fortitudo mea, & adiutorium, & refugium meum in die malorum, ad te gentes venient ab extremo terræ, & dicent, quoniam falsa possederunt patres nostri simulachra, nec est in illis vtilitas.*) Quomodo ab extremo terræ venerūt gentes ad Dominum, & dixerunt, quoniam falsa possederunt patres nostri simulachra, nec est in illis vtilitas? Quinam isti qui veniunt ab extremis? Sunt alij primi terræ, sunt alij nouissimi. Qui sunt primi? Sapientes, facundi, nobiles, diuites, optimates; Qui sunt extremi? [c] *Stulta mundi elegit Dominus, vt confundat fortia, & ea quæ non erant, vt destruat ea quæ sunt.* (Venient gentes ab extremo terræ.) Quasi dixerit: de his omnibus qui sunt nouissimi super terram, de fatuis, de ignobilibus, de abiectis. (*Et dicent, quoniam falsa possederunt patres nostri simulachra, nec est in illis vtilitas.*) Non quia & vera sint idola, ad quorum distinctionem nunc falsa dicantur, sed idola quæ falsa sunt per naturam nulla est in eis vtilitas.

Gentiliū vel etiā abiecti, & ignobiles, ac fatui vēturi ad Christi fidem.

c 1. Cor. 1. 27.

Terræ primi sapientes, & optimates. Extremi verò ignobiles, & abiecti.

(*Si faciet sibi homo Deos, & isti non sunt dij.*) Non solùm de corporeis simulacris faciunt sibi homines Deos, sed & de corde confingunt. Qui enim possunt simulare alium creatorem extra vniuersitatis Deum, alium Spiritum sanctum, aliū Christum, alia sæcula extra hæc quæ cernimus, ij omnes fecerunt sibi Deos, & adorauerunt opera manuum suarum. Omnes Philosophi qui varia dogmata prodiderunt, omnes hæretici qui auctores ad aliter credendum de Deo miseris mortalibus extiterunt, fecerunt sibi idola, & animi voluptatē putauerunt Deum, & conuersi adorauerunt opus manuum suarum, putantes vera esse quæ finxerāt. Omnes igitur tam de diuisibili materia, quàm de falsis dogmatibus fingentes sibi Deos corripit nunc sermo diuinus dicēs: (*Si faciet sibi homo Deos, & isti non sunt dij. Propterea manifestabo illis in tempore isto opus manuum mearum, ostendam illis virtutem meam.*) In quo tempore nisi in isto quo saluator noster assumpsit corpus humanum? (*Et scient quia ego sum Dominus.*)

34 Vers. 20. *Idola sibi faciunt & falsos Deos, qui de corde sibi fingunt inania falsorum dogmatum simulacra.* *Hæretici & Philosophi faciunt sibi Deos suis falsis dogmatibus.*

Eusebius Cæsariensis lib. 1. de præparatione Euangelica c. 3. Qui Prophetas audiēs, post Christi aduentum Iudæorum abiectionem, gentium vocationem apertè dicentes futuram, non admirabitur, cùm videat res ipsas per doctrinam Saluatoris nostri oraculis ipsorum ad vnguem quadrare? Per Saluatorem enim nostrum factum est,

35 Euseb. Cæs. *Prophetia de abiectione Iudæorū, & conuersione Gentiū impletione post Christi aduentū confirmata fides nostra.*

est, vt ex omni genere hominum pœne innumerabiles, spretis idolis, vnius ac veri Dei cognitionem, religionemque susceperint, quod ita futurum, Dei oracula & per alios Prophetas cecinerunt, & per Ieremiam maximè, vbi dicitur, [a] *Domine Deus meus, ad te gentes venient ab extremis terræ, ac dicent: Quàm falsa nostri patres idola possederunt, & non erit in ipsis vtilitas: si faciat homo sibi ipsi Deos, nec erunt isti Dij.*)

a Ierem. 16.

Euseb. Cæs. — *Gentilium pietas declarata, Iudæorũ impietas reprehensa. Christi oratio ad Patrẽ pro Gentium cõuersione.*

Idemque Eusebius lib. 2. de Demonstratione Euangelica Demonstrat. 25. totum hunc affert locum, vt pietatis Gentium declarationem, & Iudæorum impietatis accusationem. In libro autem 5. item de Demonstrat. Euangelica cap. 30. hæc vt verba accipit Christi ad Patrem de futura Gentium cõuersione. In lectione verò quam ibi prosequitur id notandum, quòd pro eo quod communiter & ab ipsomet in præcitato loco lib. 2. legitur. (*Et cognoscent, quòd nomen mihi Dominus,*) hîc legit, (*& cognoscent, quod ego Dominus,*) sicut legisse vidimus & Origenem.

August. — *Prophetiarũ impletarum argumentum efficacissimũ.*

Augustinus pariter eamdem lectionem sequutus lib. 13. contra Faustum ex adimpletione eorum omniũ quæ in hoc vaticinio à Ieremia prædicta fuere, de Gentium conuersione, Iudæorumque abiectione, conuinci inquit & Gentiles quoque infideles de veritate nostræ fidei. Affertque idem Augustinus hunc ipsum locum ad idem argumentum & lib. 18. de Ciuitate Dei cap. 33. Et lib. 1. de consensu Euang. cap. 26.

36 Hieronym. Vers. 19. — *Fortitudo nostra vniuersa ex Deo.*

Hieronymus. (*Domine fortitudo mea, & robur meum,* &c.) Omnis hominum fortitudo sine Dei virtute quæ Christus est, imbecilla reputatur, & nihil. Vnde confugiendum est ad Dominum atque dicendum est: [b] *Domine refugium factus es nobis, in generatione, & generatione.* Et in alio loco: [c] *Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione Dei cæli commorabitur.* Dies autem tribulationis siue malorũ, illa intelligenda est, de qua dicit & Apostolus: [d] *Vt eriperet nos de præsenti sæculo nequam:* & [e] *Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt.*

b Psal. 89. 1. c Psal. 90. 1. — *Vita præsentis tempus appellatum diem tribulationis.* d Gal. 1. 4. e Ephes. 5. 6.

(*Ad te gentes venient ab extremis terræ, & dicent: Verè mendacium possederunt,* &c.) Postquam eiectus est Israel, & à piscatoribus, venatoribusque translatus, consequenter vocatur ad fidem gentium multitudo: & confitetur se, siue patres suos in priori errore versatos. Qui autem dicunt: *Quomodo falsa possederunt patres nostri idola, in quibus nulla est vtilitas:* confitentur vera esse ad quæ transeunt, & omni subnixa præsidio.

Fidei nostræ veritatẽ contestati sunt Gentiles qui ad eã vocati compotes facti sũt illius. Vers. 20.

(*Numquid faciet sibi homo Deos, & ipsi non sunt dij.*) Et hoc gentes loquuntur, quæ venerunt ad Saluatorem ab extremis terræ, suggillantes ignorantiam tam suam, quàm maiorum suorum: quâ putauerunt ab homine fieri deos, cùm Dei sit homines facere.

37 Vers. 21. — *Manus Dei mundo ostẽsa Gentibus cõpleta Christi passione. Doctrina manifesta Gentibus exhibita est diuinorum cognitio non in vmbra sicut Iudæis.*

(*Idcirco ecce ego ostendam eis manum meam, & vir,* &c.) Manus Dei per quam cuncta operatus est, & virtus de qua dixit Apostolus: [f] *Christus Dei virtus & Dei sapientia,* ostenditur Gentibus, filij passione completâ pulchreque dixit: (*Ostendam eis per vicem hanc:*) ostendam autem manifestè, & non vt priùs, in vmbra & in imagine, & vaticinio futurorum: vt post quam cognouerint, sciant nomen meum: audiantque à filio: [g] *Pater manifestaui nomen tuum hominibus.*

f 1. Cor. 1. 24. g Ioan. 17. 6.

Hieronym.

Idemque Hieronymus epistolâ 140. ad Principium paulò ante finem partem vers. 19. in hunc modum affert: *Quam falsa possederunt patres nostri idola, Et non est in eis qui pluat:* quod vltimum desumptum est ex c. 14. vers. 22. quamquam ad amplificandas vtilitates pluuiæ, & id positum à Hieronymo sit pro, *& non est in eis vtilitas.* Per Gentilium patres intelligit Philosophos.

Pluuia quãta sint commoda, & vtilitates. Philosophi appellati Gẽtiliũ Patres.

38 Theodorit.

Theodoritus. Impietate populi sic ob oculos posita vaticinatur conuersionem gentium. (*Domine fortitudo mea, & auxilium meum, & refugium meum in die tribulationis: ad te gentes venient ab extremo terræ, & dicent, Verè mendacia possederunt patres nostri idola, & non est vtilitas in eis.* Qui tantâ curâ digni habiti sunt, tum legali, tum propheticâ disciplinâ freti, impiè agere & legem transgredi non desierunt: gentes verò, quæ eiusmodi consolatione caruerunt, auditis dumtaxat præceptis Apostolicis, errorem vitarunt, & ad lumen diuinæ notitiæ peruenerunt. Et facta mentione pristini prouerbij inclamant: *Numquid faciet sibi ipsi homo Deos, & ipsi non sunt dij? Idcirco ecce, ego ostendam eis in tempore hoc manum meam: & potentiam meam notam faciam eis. Et scient, quia nomen mihi, Dominus.* Multò ante, ait, prædico illis futura, & prædoceo eos, quæ sit potentia mea: quâ nimirum per abiectos & paucos homines procuraturus sum conuersionem gentium.

Gentiles ad verã Dei cognitionẽ vocati quàm diuersimodè à Iudæis vocationi restiterunt. Manus virtusque Dei in conuersione mundi facta per Apostolos.

39 D. Thom. — *Captiuitatis Iudaicæ vtilitas maxima Gentium conuersio.* h Rom. 11. 25.

D. Thomas. Tertio ponit captiuitatis vtilitatem, scil. conuersionem Gentium, vel eorum qui cum Iudæis sub Zorobabel in Ierusalem reuersi sunt. Vel eorum qui ad fidem Christi sunt conuersi: quia [h] *cæcitas ex parte contigit in Israel: donec plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israel saluus fieret.* Rom. 11. Circa quod tria facit: primò ponitur Prophetæ exultatio designata in confessione diuinæ laudis, (*Domine fortitudo*) ad alios debellandum (*robur*) ad perseuerandum (*refugium*) si deficiam, Psal. [i] *Diligam te Domine fortitudo mea: Dominus firmamentum meum, & refugium meum:* secundò ponitur gentium conuersio (*ad te gentes.*) Isai. 42. [k] *Cantate Domino canticum nouum: laus eius ab extremis terræ:* peccati confusio. (*Veri mendacium,*) sc. idolum: quod diuinitatem & auxilium mentitur: supra 3. [l] *Verè mendaces erant colles, & multitudo montium.* Et pristini erroris confutatio. (*Numquid facient & ipsi,*) scil. homines facientes. Sap. 15. [m] *Quomodo enim sibi similem homo poterit Deum fingere:* tertiò assignat cõuersionis bonum (Idcirco,) i. vt gentes conuertantur (*eis*) Iudæis (*per vicẽ hanc*) q. d. vlterius non parcam (*manum*) correctionis: vel (*eis*) gentibus (*manum*) Christum: Psalmus. [n] *Cognoscetur Dominus iudicia faciens: in operibus manuum suarum comprehensus est peccator.* Item Psalmus, [o] *Emitte manum tuam de alto,* &c.

Prædicatoris boni optima oratio, vt recte suũ exerceat munus. i Psal. 17. 1. k Isai. 42. 10. *Peccator post conuersionem Deo, cunctisque confiteatur, peccati confusionẽ, & pristini erroris confutationem.* l Iere. 3. 23. m Sap. 15. 17. n Psal. 9. 17. o Psal. 143. 7

Notandum quod quædam est manus diuinæ dispositionis. Sap. 7. [p] *In manu eius, & nos, & sermones nostri: & omnis sapientia: & operum scientia disciplina.* Diuinæ liberalitatis: Psalmus. [q] *Aperiente te manum tuam: omnia implebuntur bonitate.* Diuinæ protectionis Isai. 49. [r] *Sub tegumento manus suæ protexit me.* Diuinæ correctionis, Psalm. [s] *A fortitudine manus tuæ ego defeci in increpationibus.* Diuinæ liberationis Iob, [t] *percutit & manus eius sanabunt.* Diuinæ operationis, Eccles. 36. [u] *Glorifica manum & brachium dexterum.* Et diuinæ condemnationis. Ad Hebr. 10. [x] *Horrendum est incidere in manus Dei viuentis.*

Manus Dei multiplex, p Sap 7. 16. q Ps. 103. 28. r Isai. 49. 2. s Psal. 38. 11. t Iob. 5. 18. u Eccl. 36. 7. x Heb. 10. 31.

CATE

CATENA GRÆCA EX VETERIBVS PATRIBVS GRÆCIS.

Ὀλυμπιοδώρου.] τὴν ἐν ἀνθρωπήσει τοῦ μονογενοῦς προλέγει.

[πρὸς σὲ ἔθνη.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οἱ μὲν ἰουδαῖοι, εὐσεβεῖς πατέρας ἔχοντες, εἰς ἀσέβειαν ἔκλιναν, οὗτοι δὲ τοὐναντίον. τοῦτο φησὶν ὁ προφήτης, κατηγορῶν τούτων, καὶ δεικνὺς ὅσον ἔσται κέρδος ἐκ τῆς τιμωρίας αὐτῶν ἑτέροις, ἅμα καὶ κνίζων τοὺς ἰουδαίους. οἱ πλησίον ἀτιμάζουσί σε, οἱ δὲ μακρὰν ἥξουσι πρὸς σέ.

Κυρίλλου.] εἰ γὰρ καὶ γεγόνασιν ὑβρισταὶ καὶ ἀπειθεῖς, καὶ ἀσυνεσίας ἔμπλεω τὴν διάνοιαν ἔχοντες, ἀλλ' οὖν σώζονται καὶ δοξάζονται παρὰ χριστοῦ. ἀπ' ἀρχὴ δὲ τούτων γεγόνασιν οἱ ἀθλοφόροι μάρτυρες, ὧν τῆς εὐκλείας ἡ φαιδρότης ὅλην ἀστράπτει τὴν ὑπ' οὐρανόν.

|| Θεοδωρήτου.] κλῆσις τῶν ἐθνῶν προφητεύεται, ὡς ἠλιευμένων ἤδη, καὶ μεμαθηκότων ἐξομολογεῖσθαι. ταῦτα δέ φησιν ὁ προφήτης κατηγορῶν ἰουδαίων καὶ δεικνὺς ὅσον ἔσται κέρδος ἑτέροις ἐκ τῆς αὐτῶν τιμωρίας. ὁμοῦ δὲ καὶ παραζηλῶν ἰουδαίους.

Ὀλυμπιοδώρου.] πρὸς τὸν κύριον ἰησοῦν περὶ οὗ γέγραπται. καὶ ἐπ' αὐτῷ ἔθνη ἐλπιοῦσιν. ||

[ὡς ψευδῆ.]

Ὠριγένους.] ψευδῆ δὲ εἴδωλα φησί, τὸ ὂν λέγων, ἀλλ' οὐχ ὡς ἀληθέσιν ἐναντία διαστέλλων ἑτέροις. ποιεῖ δὲ ἑαυτῷ θεοὺς οὐ μόνον ὁ κατασκευάζων ἀγάλματα, ἀλλὰ καὶ ὁ ψευδῆ δόγματα ἑαυτῷ συστησάμενος, καὶ ὡς ἀληθῆ προσκυνῶν τὰ τῆς ψυχῆς ἀναπλάσματα.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] πῶς γὰρ τὸ ποιηθὲν θεός.

[εἰ ποιήσει.]

Ὀλυμπιοδώρου.] τὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως.

[καὶ ἐν τῷ καιρῷ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ὁ πατήρ ἐστιν ὁ λέγων περὶ τοῦ μονογενοῦς.

[καὶ γνωριῶ.]

Θεοδωρήτου.] οὐδὲν οὕτω βούλεται ὁ θεός, ὡς ἡμᾶς ἐκκρέμασθαι αὐτοῦ. αὕτη γὰρ ἡμῶν ἡ εὐεργεσία. διὸ καὶ ἐν ἅπασιν ἡμᾶς ἐνδεεῖς ἐποίησεν.

Verſ. 19. Domine tu fortitudo mea, &c.)

Olympiodori.] *Incarnationem vnigeniti prædicit.*

(Ad te Gentes venient ab extremo terræ.)

Chryſoſtomi.] *Iudæi quidem cùm patres pios haberent in impietatem lapſi ſunt: hæ verò contra. Hoc ait Propheta iſtos accuſans, & oſtendens commodum ex eorum punitione aliis apportandum, ſimul etiam pungens Iudæos: Qui prope ſunt inhonorant te, longè verò poſiti veniunt ad te.*

Cyrilli.] *Quamquam enim iniurioſæ factæ ſint, & inobedientes plenamque inſipientia mentem habentes, ſaluantur tamen & glorificantur à Chriſto. Primitiæ autem earum fuerunt victoriæ præmia aſſecuti Martyres, quorum gloriæ claritas vniuerſum illuſtrat orbem.*

|| Theodoreti.] *Vocatio Gentium prænunciatur, vti iam piſcatione captarum, & confiteri aſſuetarum: hæc verò ait Propheta Iudæos incuſans, & oſtendens quantum lucri ex eorum caſtigatione facturi eſſent alij ſimul & Iudæos ad æmulationem prouocans.*

Olympiodori.] *Ad Dominum Ieſum, de quo ſcriptum eſt,*[a] Et in ipſo Gentes ſperabunt.

Verſ. 19. (*Quàm falſa poſſederunt patres noſtri idola.*)

Origen.] *Falſa autē idola vocat, id quod eſt, dicēs; Non quaſi falſa ſint ad diſtinguendū ab aliis veris: facit verò ſibi Deos non ſolùm qui ſtatuas fabricat, ſed etiam qui falſa dogmata ſibi confinxit, & tamquam adorat vera animi figmenta.*

Verſ. 20. (*Si faciet ſibi homo Deos, & ipſi non ſunt dij.*)

Chryſoſtomi.] *Quâ enim ratione Deus fuerit id quod factum eſt.* (*Sic faciet.*)

Olympiodori.] *Incarnationis myſterium.*

Verſ. 21. (*Idcirco ego oſtendam eis in tempore illo manum meam, &c.*)

Olympiod.] *Pater eſt qui de Vnigenito loquitur.* (*Et notam faciam eis virtutem meam.*)

Theodoreti.] *Nihil ita vult Deus, vt, nos ab ipſo pendêre: hoc quippe noſtrum eſt beneficium. Quapropter omnium nos rerum egenos fecit.*

Olympiod. Incarnatio Chriſti prædicta.

Chryſoſt. Iudæorū iniquitas & pœna ſalus Gētium.

Cyrill. Gentiles licet inſipientes, & peruerſi à Chriſto ſaluati, & glorificati. Martyrū victoriis glorificata Eccleſia Gentium.

Theodoret. Gentiles Apoſtolorum piſcatione capti ad Chriſtum venere.

Olympiod. [a] Iſai. 11. 10. Rom. 15. 12.

Origenes. Dogmata falſa ſibi confingens facere dicitur ſibi falſos Deos.

Chryſoſt.

Olympiod. In Incarnatione Deus factus ab homine.

Olympiod. Chriſtus vt Dei manus oſtenſus à Patre in incarnatione.

Theodoret. Pendere omnino à Deo, quàm illi ſit gratum.

Caput Decimumſeptimum. Sectio Prima à verſ. 1. vſque ad 5.

TEXTVS VVLGATÆ.

1 PEccatum Iuda ſcriptum eſt in ſtylo ferreo in vngue adamantino, exaratū ſuper latitudinem cordis eorū, & in cornibus ararum eorum.

2 Cùm recordati fuerint filij eorum ararum ſuarum, & lucorum ſuorum, lignorumque frondentium in montibus excelſis.

3 Sacrificantes in agro: fortitudinem tuam, & omnes theſauros tuos in direptionē dabo, excelſa tua propter peccata in vniuerſis finibus tuis.

4 Et relinquêris ſola ab hæreditate tua, quam dedi tibi: & ſeruire te faciam inimicis tuis

TEXTVS SEPTVAGINTA.

QVatuor hi verſus apud Septuaginta non habentur vt mox ex Euſebio, Origene, & Hieronymo, intelliges.

PARAPHRASIS CHALDAICA.

1 *PEccata domus Iudæ ſcripta ſunt ſtylo ferreo, & vngue adamantino, ſculpta ſuper tabula cordis eorum, & in cornibus ararum eorum.*

2 *Cum recordati fuerint filij eorum ararum ſuarum*

in terra, quam ignoras: quoniam ignem succendisti in furore meo, vsque in æternum ardebit. A

& lucorum suorum, sub omni ligno frondoso, & super collibus eleuatis.

3 *Pro eo quòd colunt idola super montes in agro; substantiam vestram, & omnem domum thesaurorum vestrorum direptioni tradam in peccatis quibus coluistis idola in omnibus terminis vestris.*

4 *Et adducam hostem super terram vestram, eritque desolata sicut in anno remissionis, & tunc faciam vindictam iudicij, donec transmigrare vos faciam de hæreditate vestra quam dedi vobis: & seruietis inimicis vestris in terra quam ignoratis: quia spiritus vrens fortis sicut ignis, egressus est à facie mea in ira, vsque in sæculum residebit.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

1 Euseb. Cæs.

EVsebius Cæsariensis lib. 2. Demonstrat. Euangel. demonstrat. 25. omnes hos quatuor affert versus in comprobationem reprobationis Iudaici populi. Et quidem primum versum ita legit. *Peccatum Iuda scriptum est stylo ferreo in vngue adamãtino, exaratum super latitudine cordis eorum.* Secundum verò ita. *Cùm recordata fuerint nemora eorum in ligno condenso,*&c.

Idem tamen in lib. 10. Demonstr. Euangelicæ Demonstrat. quinta, eosdem ita affert versus, *Peccatum Iuda scriptum est stylo ferreo in vngue adamantino, exaratum super latitudinem cordis eius, & in cornibus altarium vestrorum: Cùm recordati fuerint filij eorum ararum suarum, & Lucorum suorum in ligno denso, & in collibus excelsis, robur tuum, omnes thesauros tuos in direptionem dabo, & excelsa tua in peccato in omnibus finibus tuis. Et priuaberis. Et humiliaberis ab hæreditate, quam dedi tibi. Et transferam te ad inimicos tuos in terram, quam non nouisti: quoniam ignis accensus est in furore meo: vsque in sæculum ardebit.* C

In versionis Sept. melioribus codicibus hæc habentur cum stellis. Iuda proditoris peccatum prænunciatũ indelebile. Iudaici populi scelus indelebile, dignaque illius pœna.

Tametsi hæc non sint apud Sept. attamẽ quia in Hebr. textu, atque in reliquorum interpretum editionibus, itẽ in exquisitioribus quoque ipsorum Sept. exemplaribus cum appositione stellarum, necessariò ea apposuimus, tamquam ea, quæ D nominatim proditorem Iudam significent: & peccatum, quod ab illo commissum est, fieri nõ posse, vt vnquam aboleatur. Hoc enim videtur mihi significare illud, *Peccatum Iuda scriptum est stylo ferreo in vngue adamantino.* Tametsi possint pariter referri ad vniuersam Iudaicam gentem, quibus deinceps ipso ordine post ipsorum scelus indelebile, extremam, quæ ipsos punitura est perniciem comminatur.

2 Origen.

Origenes quoque ad finem homil. 12. in Iere. notat hæc minimè reperiri, cùm tamen sint in cæteris editionibus. Affert autem primũ versum in hunc modũ, (*Peccatũ Iuda scriptum est,*&c. *Sculptum super pectus eorum.* Hisque illum pertractat. E

Confiteri semet malum difficile. Sacra scriptura exemplaria falsata à Iudæis.

Quoniam difficile est aliquem se malum cõfiteri, ideo Iudæi qui exemplaria nonnulla falsarunt, etiã in hoc loco pro peccato Iuda, *peccatum eorũ*, posuerunt. Sed si figuraliter consideres (vt sæpe ostendimus) Iudam Christum nuncupati, forsitan peccatum Iudæ peccatum nostrum est qui credimus in Christũ de tribu Iuda, & ex eius secũdùm carnem stirpe nascẽtem. Si autem volueris sacratiùs intelligere de proditore Iuda dictum: *Peccatum Iuda scriptũ est in stylo ferreo, in vngue adamantino, sculptum super pectus cordis eorum*, repugnabit tibi quod sequitur, *eorũ*. Igitur (vt supra diximus) super nos qui peccamus ista conueniunt, quorum peccata non forinsecus alicubi conscribuntur, sed in cordis cõscientia stylo exarata ferreo, sculpta vngue adamantino. Quod autem peccata nostra scribantur in pectore, ex his quæ sequuntur intellige. Antequam peccatũ faciam nulla in corde meo peccati imago versatur: cùm autem conscientia peccati imaginem sumpserit, habeo formam illius, & semper ante oculos cordis mei delicti pompa depingitur. Et siquidem esset pecca- B tum meũ atramento conscriptum, forsitan delerem illud; nunc autẽ scriptum est in stylo ferreo, & in vngue adamantino sculptũ est super pectus cordis mei, vt mecum ad tribunal veniat, & compleatur illud quod a Christo prophetatum est: [a] *Nihil absconsum quòd non manifestabitur, & nihil occultum quod non palàm fiet.* Nudabitur pectoris mei conscientia, & aperto corde videbuntur literæ peccatorum, quæ in stylo ferreo in vngue adamantino sculptæ sunt. Atque ita vniuersa spectantium multitudo leget in pectore meo signatas imagines peccatorum.

De Iuda proditoris peccato incongruè hæc accipi.

Peccatum nostrũ quomodo scriptum in pectore, &c.

Peccatũ nostrũ catenus indelebiliter scriptum in pectore cuiusque quia in die iudicij nobiscum erit.

a Matth. 10. 26.

In die iudicij nudato cuiusque pectore legent vniuersi quæ ibi scripta erunt peccata.

3 Ambros.

C Ambrosius lib. 3. de Spiritu sancto c. 2. Scripta est & fides tua, scripta est, & culpa tua, sicut Ieremias dixit: *Scripta est Iuda culpa tua graphio ferreo, & vngue adamantino.* Et *scripta est*, inquit, *in pectore, & in corde tuo.* Ibi igitur culpa est, vbi gratia: sed culpa graphio scribitur, gratia spiritu designatur.

Fides nostra scripta in corde nostro Spiritu Sancto. Peccatum in corde graphio scriptum, vbi scripta est fides Spiritu sancto.

Hieron.

Hieronymus allatâ ratione cur hæc à Sept. fuerint omissa, quòd forsan pepercerint, ne æterna in populum suum permaneret sententia, prout aliàs sæpe fecisse comperiuntur. Gentium inquit peccata deleta sunt: quia conuersæ ad Dominum ab extremis terræ audierunt illud: [b] *Laudate Dominum omnes gentes, Laudate eum omnes populi. Quia confirmata est super nos misericordia eius, & veritas Domini manet in æternum.* Et de quibus dixerat ad Moysen: [c] *Dimitte me, vt interficiam populum istum: & faciam te in gentem magnam.* Peccatum autem Iudæ indelebile, & (vt ita dicam) nullâ ratione abolendum, scriptum est stylo ferreo in vngue adamantino qui Hebraicè dicitur שמיר non quo vllus vnguis sit qui appelletur שמיר, sed quo lapis adamantinus, ex eo quòd indomitus sit, & infringibilis, hoc nomen accepit: qui tantum nitorem habeat, & leuitatem, vt absque vllo impedimento in eo scribi possit stilo ferreo: vt E dura ferri materies scribat in duriori tabula adamantina, & duret quod scriptum est, in perpetuum. Ipsi enim dixerunt: [d] *Sanguis eius super nos, & super filios nostros.* Vnde exaratum siue insculptum est in cornibus altarium, siue ararum eorum: vt opera sacrilega in æternam memoriam perseuerent.

Sept. multa in sua versione omiserunt parcentes populo suo. Gentium peccata per eorũ conuersionem deleta, Iudæ verò peccatũ indelebile.

b Psal. 116. 1.

c Exo. 32. 10.

c Deut 9. 14.

Adamãtinus vnguis quid, & ad quid eius hic fiat cõmemoratio.

d Matth. 27. 25.

4

(*Cùm recordati fuerint filij eorum ararum suarum, & Lucorum,*&c.) Et hæc in Sept. nõ habentur: eadem (vt reor) causa, quam supra diximus: ne scilicet æterna in eos sententia permaneret.

F *Relinquêris, ait, sola ab hæreditate tua, quam dedi tibi: & seruire te faciam inimicis tuis, in terra quam ignoras:* vel sub Babylonijs, vel vt est veriùs, sub Romanis. Ipsi enim succenderunt ignem, & clementissimum Dominum in furorem prouocarunt: qui ignis furoris eius ardebit in æternum.

Possunt autem excelsa quæ Hebraicè dicuntur במות *bamoth* & contra hæreticos accipi, *qui posuerunt in excelsum os suum & lingua eorum transiuit super terram.* Qui in tantam vesaniam prorupe

Hæreticorum peruersitas & pœna.

e Psal. 72. 9.

proruperunt, vt ſoli abſque Spiritus ſancti gratia remanſerint: & perdiderint hæreditatem Domini, priorem videlicet fidei veritatem. Vnde & æternum eis paratur incendium: & ſeruitus dæmonum, qui ſunt inimici, & vltores.

Theodoret. *Conſcientia nil potentius.*

Theodoretus. Vaticinatus Propheta conuerſionem Gentium rurſum accuſat impietatem Iudæorum. *Peccatum Iuda inſcriptum eſt in ſcriptura, in vngue adamantino, in pectore cordis eorum, & in cornibus altarium eorum.* Nihil potentius conſcientiâ, in qua ſcil. confixæ literæ ſunt ſolidæ. Quamuis enim omnes homines ſuæ ipſorum conſcientiæ de bona vita teſtificari conentur, conſcientia ferre nequit: ſed percutitur ac perforatur, incorruptamque; profert ſententiam. Quod & hîc dicit, *facinora tua*, videlicet te arguunt, & conſcientia tua teſtimonium præbet. Reuocat autem illis in memoriam Lucos & aras; & in eis commiſſum errorem. Et minatur omnia bona eorum cum idolis ſe traditurum hoſtibus. Prædicit etiam deſolationem vrbis.

Peccatorem negãtem, vel excuſantem peccatũ ſemper ipſa eius arguit conſcientia.

5 Greg. PP. *ſtyli ferrei metaphorâ deſignata dura Dei ſententia.*

Gregorius Papa lib. 14. Moral. cap. 26. Per Ieremiam dicitur, *Peccatum Iudæ ſcriptum eſt ſtylo ferreo in vngue adamantino.* In vngue finis eſt corporis: Ita verò durus eſt lapis Adamas, vt ferro non valeat ſecari. Per ſtylum cùm ferreum fortis ſententia: per vnguem autem adamantinum, finis ſignatur æternus: Culpa quippe Iudæorum per fortem Dei ſententiam in fine ſeruatur infinito.

Adamantini vnguis metaphorâ deſignata finalis ſententia æternæ damnationis.

Iſidorus Hiſpalenſis lib. de Paſſione Domini cap. 22. *Peccatum Iudæ ſcriptum eſt ſtylo ferreo in vngue adamantino.* Hoc ſiue ad Iudam proditorem, ſiue ad Iudæos non incongruè conuenit, qui ſic peccauerunt in Chriſtum, vt non ſit peccatum eorum atramento conſcriptum, quod deleri forſitan poteſt, ſed ſtylo ferreo, &c. quia deleri non poſſit præ duritia cordis eorum, niſi crediderint.

Peccato per pænitentiam non deleto ſententia parata æterna. Iſid Hiſpal. *Iudæorũ peccatum necis Chriſti indelebile præ eorum obſtinationis duritiâ.*

D. Thomas. Hîc ponitur explicitè Iudaici populi obſtinatio quæ eſt reprobationis cauſa. (*Peccatum Iuda*) duarum tribuum (*ſcriptum eſt,*) id eſt, affectui eorum: ita profunditùs impreſſum: præcipuè idololatriæ: ſicut ſcriptura quæ fit ferreo ſtylo (in vngue,) id eſt, in adamante: qui eſt lapis politus ad modum vnguis. Zach. 7. [a] *Cor ſuum poſuerunt vt Adamantem vt non audirent legem & verba quæ miſit Dominus exercituũ in ſpiritu ſuo ſancto per manum Prophetarum priorum.* Vel peccatum id eſt ſententia pro peccato. Et exponit peccati affectum (*exaratum*) id eſt profundatum (*ſuper latitudinem,*) id eſt, ſuper cor dilatatum in affectione peccati. Vnde cor ſic dilatatum eſt loco Adamãtis (*& cornua*) ararum, i. idolorum ſunt loco ſtyli ferrei. Præceperat enim Deus, [b] vt ex altari procederent quatuor cornua in quibus pẽderet craticula. Exod. 27. Et ſimile fecerant in aris idolorum. Oſeæ. [c] *Multiplicauit ſibi Ephraim altaria ad peccandum: factæ ſunt ei aræ in delictum.* Ponit etiam affectus ſignum in ſucceſſione prolis.

D. Thomas. Idololatriæ vitiũ duriſſimè impreſſũ affectui Iudæorum. a Zach. 7. 12. *Adamãtinus vnguis dictus Adamas politus inſtar vnguis. Peccatum ex malitia eſt dilatatum in affectione.* b Exo. 27. 2. c Oſeæ. 8. 11

6 *Impij peccatũ continuatum in ſucceſſione prolis.*

(*Cùm recordati*) in affectu retinentes: in diuerſitate loci (*ararum:*) quę in ciuitatibus conſtruebantur, ſupra 2. [d] *Sub omni ligno frondoſo tu proſternebaris meretrix.* Et adiungens pœnam, ſc. bonorum direptionem, quæ pertinent ad neceſſitatem vitæ (*Fortitudinem,*) i. bona in quibus putabas te fortẽ eſſe ſicut arena & caſtra ſupr. 15. [e] *Diuitias tuas & theſauros in direptionem dabo gratis in omnibus peccatis tuis, & in omnibus terminis tuis,* i. cùm malitia tua ita cõſummata fuerit, vt filij patres imitentur in omnibus locis idola colentes, tũc (*fortitudinem*) & honorum quæ pertinent ad cultum idololatriæ, (*excelſa tua*) in quibus idola colebant. Ezech. 6. [f] *Ecce ego inducam ſuper vos gladium: & diſperdã excelſa veſtra: & demoliar aras veſtras: & confringentur ſimulachra veſtra: & deiiciam interfectos veſtros ante idola veſtra.* Cõminatur etiam captiuitatem (*relinqueris*) ô Ieruſalẽ (*ab hæreditate*) à populo tibi ſubiecto. Vel, ô gens, ô terra, dum in captiuitatẽ ibis. Thre. 1. [g] *Quomodo ſedet ſola ciuitas plena populo: facta eſt quaſi vidua, domina gentiũ: princeps prouinciarum facta eſt ſub tributo.* Cõminatur & ſeruitutem. (*Et ſeruire.*) Deut. 28. [h] *Seruies inimico tuo quem immittet tibi Dominus in fame & ſiti, & nuditate & omni penuria: & ponet iugum ferreum ſuper ceruicem tuam donec te conterat.* Et tangens proximam pœnæ cauſam, ſcilic. diuinam iram quæ eſt voluntas puniendi, (*quoniam ignem.*) Deut. 32. [i] *Ignis ſuccenſus eſt in furore meo: & ardebit vſque ad inferni nouiſſima.*

d Iere. 2. 20. e Iere. 15. 13. f Ezech. 6. 3. g Thr. 1. 1. h Deut. 28. 48. i Deut. 32. 22.

Caput 17. verſ. 5. & 6. Sectio Secunda.

TEXTVS VVLGATÆ.

5 HÆc dicit Dominus: Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium ſuum, & à Domino recedit cor eius.

6 Erit enim quaſi Myricæ in deſerto, & nõ videbit cùm venerit bonũ: ſed habitabit in ſiccitate in deſerto, in terra ſalſuginis, & inhabitabili.

TEXTVS SEPTVAGINTA.

5 *MAledictus homo, qui ſpem habet in homine, & firmabit carnem brachij ſui ſuper ſe: & à Domino diſcedet cor eius.*

6 *Et erit ſicut Myrica ſylueſtris, quæ in deſerto eſt: non videbit cùm venient bona: & inhabitabit in ſalſis, & in deſerto, in terra ſalſa, quæ non habitatur.*

PARAPHRASIS CHALDAICA.

5 *HÆc dicit Dominus: Maledictus vir qui confidit in homine, & ponit carnem fiduciam ſuam, & à verbo Domini aufert cor ſuum.*

6 *Et erit ſicut Myrica in ſolitudine, & non videbit cùm venerit bonum: & morabitur abſque generatione in deſerto, ſicut in terra Sodomæ quæ non habitatur.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impreſſis.

7 *Confidentia praua in homine poteſt eſſe triplex.*

MAledictam in hac ſententia confidentiam in homine, ſeu maledictum qui ea cõfidit, tripliciter apud Veteres Patres intellectum reperio, tripliciter hominem hic poſitum arbitrantes: quibuſdam id ſumentibus vt deſignet Chriſtum purum hominem: aliis accipientibus pro quocumque homine extraneo: ſed & in primis pro ipſomet qui reciprocè confidat in ſe ipſo. In tres igitur ordines Patrũm diſtribuam dicta circa peruulgatum locum iſtum.

Homo in quo confidimus tripliciter accipi poteſt.

Ignat. Mart. *In Chriſto nõ fidendum vt nudo homine.*

In primo igitur ordine obuius primus Ignatius Martyr qui epiſtola. 12. ad Antiochenos ait. Qui Chriſtum dicit nudum hominem maledictus eſt, iuxta Prophetam, cùm non in Deo confidat, ſed in homine; quare & infructuoſus eſt, ſicut agreſtes Myricæ.

Origenes.

Origen. Homiliâ ſeptimâ. Cod. Vatican. Græcè, & quartâ ex iis quæ nunc primò prodeunt: vt habes in fine Catenæ Græcæ iſtius Sectionis.

Ambroſ.

Ambroſ. Serm. 12. in Pſal. 118. circa principium:

Thesaurus noster Christus qualiter æstimandus.

Thesaurus tuus Christus est. Noli eum æstimare de terris, hoc est de creaturis, quia Dominus totius creaturæ est, *Maledictus*, inquit, *homo qui spem habet in homine*. Sed mihi salus per hominẽ venit. Vide tamen quid Scriptura vetus dixerit, [a] *Et homo est, Et quis cognoscet eum?* Ille ergo homo non humanâ mihi, sed diuinâ potestate omnia peccata donauit, Deus in corpore Dominus Iesus, mũdum reconcilians sibi, quem redimebat à culpa.

a Iere. 17.9. *Christus non in humana, sed in diuina potestate peccata donauit.*

8

Hieronym. *Hæretici negantes Christi diuinitatẽ sunt maledicti confidentes in homine.* *Quomodo verè dicere possumus confidere in Christo non in homine.*

Hieronymus. Comment. super hunc locum. *Si maledictus est omnis homo qui confidit in homine.* Paulus autem Samosatenus, & Fotinus, quãuis sanctum, & cunctis excelsum virtutibus prædicent Saluatorem, tamen hominem confitentur: Ergo maledicti erunt spem habentes in homine. Quòd si nobis oppositum fuerit, quod & nos credamus in eo qui dicit: [b] *Nunc autẽ quæritis me interficere, hominem qui veritatem vobis locutus sum, quam audiui à Deo: hoc Abrahã non fecit: vos facitis opera patris vestri.* Respondebimus illud Apostolicum: [c] *Et si Christum secundùm carnem aliquãdo cognouimus, sed nunc iam non nouimus.* Denique idem Apostolus in principio epistolæ suæ scribit ad Galatas: [d] *Paulus Apostolus, non ab hominibus; neque per hominem, sed per Iesum Christum, & Deum patrem, qui suscitauit eum à mortuis: & qui mecum sunt omnes fratres.* Si enim [e] *mors absorpta est in victoria:* quare non carnis humilitas, quæ propter humanã salutem assumpta est, in diuinitatis transierit maiestatem: vt fecerit vtrumque vnum: & non adoremus creaturam, sed creatorem: qui est benedictus in sæcula? Maledictus est igitur, non solùm qui spem habet in homine, sed qui ponit carnem brachium suum, id est, fortitudinem suam: & quidquid egerit, non Domini clementiæ, sed suæ putauerit esse virtutis. Qui enim hoc agit, à Domino recedit cor eius, asserens se posse quod non potest.

b Ioan. 8. 40. *c 2. Cor. 5. 16.* *d Galat. 1. 1.* *e 1. Cor. 15. 14.* *Confidẽtes in Christo confidimus non vt in creatura, sed vt in creatore.* *Confidens in virtute propria maledictus asseritur.*

9

Epiphanius. *Passio Christi non in diuinitate, sed in humana natura facta est.* *Passio Christi vt mundi salus reputata est etiam ad diuinitatẽ illi vnitam.*

Epiphanius lib. de hæresibus, hæresi 77. Sicut si ex sanguinis aspersione tinctura est in vestimẽto, corpus quidem gestantis non tingitur: verùm tinctura vestimenti non ad vestem refertur, sed ad hominem gestantem. Sic etiam Christi passio in deitatem quidem non incidit, sed in humana natura facta est. Non relata est autem ad humanam naturam solam, vt ne impleretur in salutis dispensatione illud dictum Maledictus homo, qui spem habet in homine; sed reputata est etiam ad deitatem, cùm deitas non sit passa, quo in deitate reputetur sanctæ Dei Ecclesiæ passionis salus.

Confidens in Christi carne vt sic maledictus, & quomodo in ea sit confidendum.

Idem lib. Ancoratus pag. 380. Neque per carnem nobis spes, *Maledictus* enim, ait, *qui sperat in hominem, & erit velut syluestris myrica in deserto.* Quid igitur dicemus? Non est homo Christus? Omnibus manifestum est, Dominum Deum Verbum hominem factum esse non apparentiã, sed veritate: Sed nõ est in homine spes nostræ salutis, sed in Deum viuentem, & hominem factum.

August. *Christus haud confendus homo sicut magni quidam fuerunt homines.*

Augustinus lib. 13. contra Faustum Tom. 6. c. 8. Ne hominem sicut magni quidam fuerunt homines, Christum putarent (aliqui) Ieremias hoc illi de cogitatione excuteret, dicit, *Maledictus homo qui spem habet in homine, & firmat carnem brachij sui*, &c. Vide ibi plura.

10

Tertull.

In secundo ordine quo de extraneo homine indefinitè hæc sumuntur, primus est Tertullianus, qui in libro quarto contra Marcionem tribus modis sententiam istam iuxta hunc sensum, & refert, & interpretatur fiduciam diuersã ratione accipiens. Primò enim in cap. 15. de confidentia in laude hominis, Prohibet, inquit & aliàs fidere omnino in hominẽ, sic & in laudem hominis, vt per Ieremiã. *Maledictus homo, qui spem habet in homine.* In cap. verò 27. genericè. In totum, ait, miserrimum hominem hic pronunciatum qui spem habet in homine. Denique in cap. 33. de fiducia in mercede hominis: si autem & iustificantes se coram hominibus Pharisæi spem mercedis in homine ponebant, illo eos sensu increpabat, quo & Prophetas Ieremias: *Miser homo, qui spem habet in homine.*

Fiducia in laudẽ hominis maledictũ exponit. *Fiducia in mercedem hominis miserũ reddit.*

Cyprian. *Peccatorũ remissionem ab alio quàm à Deo sperans maledictus.*

Cyprianus lib. de lapsis, paulò ante medium. Homo Deo esse non potest maior: nec remittere, aut donare indulgentiã suã seruus potest quod in Dominum delicto grauiore commissum est; ne adhuc lapso & hoc accedat ad crimen, si nesciat esse prædictum. *Maledictus homo qui spem habet in homine.* Dominus orandus, Dominus nostra satisfactione placandus.

Hieronym. *Fiducia in potenti vel Regum potẽtia maledictioni exponit.* *Fiducia principalis etiam in sanctis viris reprobata.*

Hieron. lib. 10. in Isaiam cap. 31. in Iudæos hæc refert fidentibus in Ægypto. Sicut & lib. 3. in c. 4. Threnorum, si Hieronymi is liber est.

Libro autem 4. in cap. 14. Ezechielis reprobatam ait & fiduciam in viris sanctis. Quòd si in aliquo, inquiens, fiducia est, in solo Domino confidamus. *Maledictus* enim *homo qui spem habet in homine*, quamuis Sancti sint, quamuis Prophetæ.

11

Io. Chrysost. *Quanti sit mali fidere in alio quàm in Deo.* *Fiducia in homine plena vicissitudinis.*

Ioannes Chrysost homil. 56. in cap. 30. Genes. ponderans vim vocis Maledictus ait, *Maledictus homo, qui spem ponit in homine.* Vides, quòd talis nõ solùm insipiens, sed etiam maledictus, vt pote, qui relicto Domino omnium ad conseruum currit, qui semetipsum iuuare nequit. Fugiamus igitur maledictionem hanc Oro, & omnem spem in Deum transferamus. Ista enim solida est, & nescia vicissitudinis, cuius plena est illa, quam in hominibus habemus.

Theodorit. *Fiducia in potentia humana quàm misera, ac vilis.*

Theodoretus in Comment. Miserum, imò ter miserum quippiam ait, & maledictionibus subijcit eum qui recedit à Deo, & humanæ potentiæ fidit, eumque confert cum plantis quibusdam vilibus, & infructuosis, quæ nascuntur in desertis, & nullâ diligentia excoluntur.

Ioan. Damas.

Ioannes quoque Damascenus lib. 2. Parallelorum cap. 13. ad idipsum probandum hæc refert.

12

D. Thom. *Maledictum quid sibi velit.* *In carnis fragilitate sperare quàm irrationabile.* *Confidere in homine quomodo liceat.*

D. Thom. ponitur maledictio eorum qui confidunt in auxilio humano: vbi ponit maledictionem, (*Maledictus*) quasi malè addictus, (*Et ponit carnem brachium*,) i. fortitudinem: in quo ponitur spei irrationabilitas: quæ per carnem significatur humana fragilitas. (*Et à Domino recedit*) in quo ostenditur ratio maledictionis. Licet enim confidere in homine sub Deo: non tamen vt relinquatur Deus. Et hoc dicitur propter Iudæos: qui Deo contempto in Ægyptiis spem ponebant. Isai. 31. [f] *Væ qui descendunt in Ægyptum ad auxilium in equis sperantes: & habentes fiduciam super quadrigis: quia multæ sunt: & super equitibus quia præualidi sunt: & non sunt confisi super sanctum Israel: & Dominum non requisierunt:* Psalm. [g] *Nolite confidere in principibus: in filiis hominum in quibus non est salus.*

f Isai. 31. 1. *g Psa. 145. 3.*

Greg. PP. *Hominis vocabulo designata humana infirmitas.* *Fiducia in humana infirmitate quã detestanda.*

Gregorius Papa lib. 4. Moral. cap. 17. Fiduciam in humana infirmitate hîc argui censens. Homo, ait, per infirmitatem dicitur, sicut scriptum. *Maledictus homo qui spem suam ponit in homine*, ac si apertè diceret in infirmitate.

Cassiod. *Salutis indigus salutem præstare nequit.* *Homo viribus propriis infirmus.*

Cassiodorus Exposit. in Psalmum 59. Salutem præstare non potest indigus salutis: Ideòque sperare in homine non debet, qui propriis viribus probatur esse infirmus. Hinc est quod Ieremias

Prophe

Propheta dicit, *Maledictus homo, qui ſpem ſuam ponit in homine, & à Domino recedit cor eius.*

13 Auguſt. *Fiducia in ſemetipſo maledicto exponit.*

In tertio demum ordine eſt Auguſtinus, qui epiſt. 52. ad Macedonium. *Maledictus*, ait, *qui ſpem ſuam ponit in homine*, ergo nec in ſeipſo quiſquam debet, quia & ipſe homo eſt.

Idemque in Enchiridio ad Laurentium Tom. 3. cap. 115. *Maledictus eſt omnis*, ſicut diuina teſtantur eloquia, *qui ſpem ponit in homine*, ac per hoc in ſemetipſo qui ſpem ponit, huius maledicti vinculo innectitur. Idipſum habet & lib. de Continentia cap. 4. Tom. 4.

Ierem. 17.

Idemque lib. de Gratia & lib. arb. cap. 4. Tom. 7. Intelligite fratres hoc propheticum teſtimonium, quia enim non dixit Propheta, *Maledictus homo qui ſpem habet in ſe ipſo*, poſſet alicui videri, ideo dictum eſſe. *Maledictus homo qui ſpem habet in homine:* vt nemo habeat ſpẽ in altero homine, ſed in ſe. Vt ergo oſtenderet ſic ſe admonuiſſe hominem, vt nec in ſeipſo haberet ſpem: propterea cùm dixiſſet, *Maledictus homo qui ſpem habet in homine:* mox addidit, *& firmat carnem brachij ſui.* Brachium pro potentia poſuit operandi. In homine autem carnis intelligenda eſt humana fragilitas: ac per hoc firmat carnem brachij ſui, qui potentiam fragilem atque inualidam, id eſt, humanam ſibi ſufficere ad benè operandum putat, nec adiutorium ſperat à Domino. Propter hoc enim ſubiecit, *Et à Domino diſcedit cor eius.* Talis eſt hæreſis Pelagiana.

Brachij nomine deſignata potentia operandi. Hominis vocabulo ſignificata propria fragilitas noſtra.

14 Baſil. Magn. *Complacẽtia ſui ipſius maledictioni exponit. Ob vanam gloriam, & ſui complacentiam quid agens alienus eum à Deo.*

Baſilius Magnus Regul. breuior Interrogat. 298. Qui ſibi ipſi placet, homini placet. Homo enim etiam ipſe eſt vnuſquiſque. Sicut igitur *maledictus eſt homo, qui ſpem ſuam ponit in homine, & fulcit carnem brachij ſui*, quod nihil indicat aliud quàm fiduciam ſui ipſius: quibus mox ſubiicit, *Et à Deo receſſerit anima eius*: Item quoque qui vt alij placeat, vel ex eo quòd ipſe ſibi placet aliquid facit, is alienus eſt à cultu Dei.

Baſil. Magn. *Laborandum manibus cuique ad perfectionem tendenti. Pro ſubſidio neceſſariorum ad victum nõ ſiſtendum in fiducia in hominibus, vel in nobiſmet, ſed laborandum.*

Idem verò Baſilius lib. Regularum fuſiùs diſputat. Interrogat. 42. de Fiducia & in aliis, & in ſemetipſo totam accipiens ſententiam iſtam, ait, eius qui ad perfectionem contendit, eſt diem noctemque aſſiduè laborare, vt habeat vnde tribuat neceſſitatem patienti: quando qui in ſeipſo, aut in eo etiam, ad quem cura pertinet diſtribuendarum rerum cuique neceſſariarum, poſitam ſpem habet, & laboris ſuſceptionem, ſiue ſuam, ſiue eius qui cum eſt, ſatis magnum ſibi ad degendam vitam ſubſidium æſtimat: huic quatenus in homine ſpem ponit magnopere eſt metuendum, ne in execrationem illam incidat: *Maledictus homo, qui confidit in homine, & fulcit carnem brachij ſui, & defecit à Domino anima eius.* Quæ verba cùm dicunt, *Qui confidit in homine*, illud præcipiunt, nequaquam ſpem in altero poni debere: Cùm autem, *Et fulcit carnem brachij ſui*, in ſe ſui habendam fiduciam vetat: horum autem vtrumque defectio à Deo nominatur. Similitérque etiam exitus adiungitur vtriuſque: *Quia erit tamquam Myrica ſylueſtris in deſerto, neque videbit, quando venient bona.* Quibus verbis illud oſtenditur, quod ſpem ſuam, ſiue in ſeipſo ponere, ſiue in alio quouis, nihil eſt aliud, quàm deficere à Deo.

Fiducia in hominibus, vel in ſemet eſt defectio à Deo.

15 Verſ. 6. Ambroſius. *Callidi homines deſignati per Myricas, iidẽque vbique reperiuntur.*

Quoad ea quæ hoc verſ. 6. habentur de Myricis Ambroſius lib. 3. Hexamerôn ad finem cap. 16. In Myricis, ait, id eſt, humilibus virgultis figuram improbæ calliditatis expreſſit. Sicut enim duplici corde viti vbique præſtò ſunt, & gratiam ſimplicitatémque apud bonos prætendunt, & vitioſiſſimis glutinantur: ita etiam in aquoſis, & in deſertis contrario quodam vſu hæc virgulta naſcuntur. Vnde & Ieremias dubia morum, atque inſincera Myricis comparauit.

Myrica ancipitis natura virgultum, & aquatile & terreni aridi. Inconſtantes, & infidi deſignati per Myricas.

Quæ deſumpſit Ambroſius ex Baſilio Magno ad finem homil. 5. item in Hexaem. vbi is clariùs hæc habet. Deinde & illud aduerte, Myricas quaſi vitam ancipitem degere, vt & inter aquatiles enumerentur, & copioſæ ſint in deſerto. Quapropter & improbiores mores, & inconſtantis, nec ſolidæ fidei talibus diuus ille Ieremias haud iniuria ſtirpibus ſimiles eſſe dicit.

16 Hieronym. *Myrica lignũ infructuoſũ. Iudaicus populus poſt Gentium cõuerſionem quantis deſtitutus.*

Hieronymus. *Et erit quaſi Myrica*, quæ Hebraicè dicitur ערער ngarngar, ſiue, vt interpretatus eſt Symmachus, *lignum infructuoſum, in ſolitudine. Et non videbit cùm venerint bona*, quæ viſura eſt gentium multitudo: *ſed habitabit in ſiccitate in deſerto.* Hoc dicitur de populo Iudæorum, qui habitant in deſerto, fructuſque non faciunt: & ſunt in terra ſalſuginis, quæ nullos fructus faciat: & inhabitabili, quæ hoſpitem non habet Deum, nec Angelorum præſidia, nec ſpiritus ſancti gratiam, nec ſcientiam magiſtrorum.

Auguſtin. *Pro Myrice legit Ramarix Auguſtinus.*

Auguſtinus lib. 13. contra Fauſtum cap. 8. ita hæc legit. *Et erit ſicut Ramarix, quæ in deſerto eſt, non videbit, cùm venient bona: & habitabit inter iniquos in terra deſerta, in terra ſalſa, quæ non inhabitabitur.*

Cyrill. Alex. *Myrica quàm aptè comparatus Iudaicus populus non credens in Chriſtum.*

Cyrillus Alexandrinus, ad initium Comment. in cap. 2. Abacuc. Nouiſſimis diebus ſæculi huius vnigenitus effulſit, & qui ſe retraxit, ac fidem in ipſum inconſultiſſimè reiecit, Deum offendit, cæleſtiumque bonorum expers manſit, & à ſanctorum ſacro cœtu excluſus eſt, iuxta prophetiam. *Vt Myrica ſylueſtris, quæ in deſerto, quæ non videbit cùm venerint bona.*

Theodorit. *Confidens in homine ferus dicendus.*

Theodoretus. Eſt enim velut agreſtis Myrica in deſerto, &c. Porrò hanc dictionem ἐν ἁλίμοις, id eſt, *in ſalſis*, Syrus interpretatus eſt ἐν φωλεοῖς, hoc eſt, *in latebris*, & ſpeluncis ferarum.

17 Beda Presb. *Myrica qualitates. Impius quàm aptè comparatus Myricæ.*

Beda Preſbyter homil. in Dedicat. Altaris. *Maledictus homo, &c. Erit enim quaſi Myrica in deſerto.* Mirica eſt infructuoſa arbor, & humilis guſtu nimis amara, omnique culturâ prorſus indigna, ac propterea fructificans in deſerto. Cui meritò comparatur is, qui à diuino timore, & amore recedens ab hominibus regnum, aut diuitias ſperat. Qui quantum à decore domus Dei ſit extorris iudicandus, Propheta ſubdendo manifeſtat. *Et non videbit cùm venerit bonum, ſed habitabit in deſerto, in ſiccitate, in terra ſalſuginis, & inhabitabili.*

Rup. Abb. *Myrica dicta ab amaritudine. Impius carẽs dulcedine Dei eiicitur ab omnibus.*

Rupertus Abbas lib. 1. in cap. 5. Ioannis. *Maledictus homo qui confidit in homine, erit enim quaſi Myrica in deſerto*, videlicet quibus nomen eſt ab amaritudine & quæ naſcuntur in ſolitudine. i. Carebit diuinæ bonitatis dulcedine procul foras eiectus à Sanctorum hominum conuerſatione, *& non videbit cùm venerit bonum*, &c.

D. Thomas.

D. Thomas. Ponit maledictionis ſimilitudinem. (*Et erit enim quaſi Myrica*) quæ viles habentur. Symmachus *quaſi lignum infructuoſum in ſolitudine* (*Non videbit*) quia ante liberationem de captiuitate: ferè omnes mortui ſunt. (*Sed habitabit*) in quo oſtenditur horror loci captiuitatis: nõ quòd in ſe malus eſſet: ſcilicet eis qui in ſeruitute opprimebantur (*in ſiccitate, in deſerto*) quod non colitur: ſed eſt ſicci aëris, qui facit arbores infructuoſas (*ſalſuginis*) quantùm ad ſiccitatem terræ ex aduſtione humoris à ſole, Pſalmus. [a] *Poſuit flumina in deſertum: & exitus aquarum in ſitim.*

a Pſal. 106. 33.

CATENA GRÆCA EX VETERIBVS PATRIBVS GRÆCIS.

ἘΠΙΚΑΤΆΡΑΤΟΣ.]

Βίκτωρος.] ἐλπίζει δὲ ἐπ᾽ ἄνθρωπον, ὁ λέγων ψιλὸν ἄνθρωπον εἶναι τὸν Χριστὸν, δι᾽ οὗ τὰ πάντα ἐκτίσθη, τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ τὰ ἐπὶ γῆς, εἴτε ὁρατὰ, εἴτε ἀόρατα. διὸ || οὐκέτι ἄνθρωπος ὁ τοῖς αὐτοῦ λόγοις ἀκολουθῶν.

|| For. οὐκ ἐπὶ ἄνθρωπον ὁ τοῖς.

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐφ᾽ ἑαυτὸν, ἢ καὶ ἕτερόν τινα. ἢ καὶ ὁ νομίζων ψιλὸν ἄνθρωπον εἶναι τὸν σωτῆρα Χριστὸν, καὶ μὴ Θεὸν ἐνανθρωπίσαντα.

Ἀνεπιγράφου.] ἐπικατάρατος ὁ οὕτως ἐλπίζων ἐπ᾽ ἄνθρωπον, ὡς ἀποστῆναι θεοῦ. εἰ γὰρ καὶ προσλαμβάνει τις ἀνθρωπίνην συμμαχίαν, οὐκ ἐν αὐτῇ θετέον τὸ δυνατόν. ἵππος γὰρ ἑτοιμάζεται εἰς ἡμέραν πολέμου, παρὰ δὲ κυρίου ἡ βοήθεια.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τοῦτο ἡ εἰς ἀνθρώπους ἐλπὶς ποιεῖ, ἀπάγει τοῦ Θεοῦ. ἢ οὐ τοῦτό φησιν, ἀλλ᾽ οὕτως ἐλπίζων εἰς ἄνθρωπον, ὡς ἀποστῆναι τοῦ Θεοῦ. οὐδὲν γὰρ οὕτως ὁ Θεὸς βούλεται, ὡς ἀεὶ ἡμᾶς ἐκκρέμασθαι αὐτοῦ. καὶ διὰ τοῦτο πάντα ποιεῖ, οὐχ ἵνα τι καρπώσηται παρ᾽ ἡμῶν, ἀλλ᾽ ἵνα εὐεργετήσῃ ἡμᾶς. διὰ τοῦτο καὶ οὕτως ἡμᾶς ἐνδεεῖς ἐν ἅπασιν ἐποίησεν. εἰπὲ, τί τὸ τέλος; καὶ ἔσται ὡς ἡ ἀγριομυρίκη καὶ τὰ ἑξῆς.

[καὶ στηρίσει.]

Ὠριγένους.] στηρίζει δὲ τὴν σάρκα βραχίονος αὐτοῦ, ὁ κατὰ σάρκα στρατευόμενος, καὶ ἐν σαρκὶ πεποιθώς. ὁ γὰρ ἅγιος πάντοτε τὴν νέκρωσιν τοῦ Ἰησοῦ ἐν τῷ σώματι αὐτοῦ ἔχει, νεκρῶν τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς.

Ὀλυμπιοδώρου.] καὶ πεποιθὼς ἢ ἐπὶ τῇ δυνάμει αὐτοῦ.

[καὶ ἔσται ὡς ἡ ἀγριο.]

Τοῦ αὐτοῦ Χρυσοστόμου.] αἰνίττεται δὲ ἐνταῦθα τὸν Σεδεκ. προσφυγόντα τῷ Φαραὼ κατὰ τοῦ Βαβυλωνίου. ἄκαρπον τοῦτο τὸ δένδρον, καὶ ἐν ἐρήμοις ἀεὶ διαιτώμενον, οὐκ ἀγόμενον εἰς ἐργασίαν τινὰ, οὐ δὲ κομῶν τοῖς καρποῖς.

Βίκτωρος.] ἡ μυρίκη ἀμφίβιόν ἐστι δένδρον, καὶ τοῖς φιλύδροις συναριθμούμενον, καὶ κατὰ τὰς ἐρήμους πληθῦον. ὥστε εἰκότως ἀπεικάσθαι τὰ πονηρὰ, καὶ ἐπαμφοτερίζοντα ἔθνη. ἔστι δὲ καὶ ἄκαρπον, καὶ ἄχρηστον εἰς ἐργασίαν. ὁ δὲ εἰς Θεὸν ἐλπίζων, εἰς γόνιμον ἀγαθὸν ἔθετο τὴν ἐλπίδα, τῆς αὐτοῦ ἐν ἐρήμῳ καὶ ἁλμυρᾷ φυομένη ἀγαθότητος ἐν μεθέξει γινόμενος. οὐδὲ γὰρ ἡ γῆ ἀφ᾽ ἑαυτῆς ἔχει τὸ φέρειν καρπόν. ἡ ἁλμυρὰ γὰρ || οὐ φέρει ἅλα ὑπὸ τῆς ἐν αὐτῇ πικρότητος. καὶ ἡ ἁλμυρὰ στερηθεῖσα πιότητος διὰ κακίαν οἰκητόρων εἰς ἅλμην μεθίσταται. ἢ τις οὐ κατοικεῖται, καὶ μάλιστα ὑπὸ Θεοῦ. οὐ γὰρ ἐλεύσεται μετὰ τοῦ πατρὸς ὁ Χριστὸς, καὶ μονὴν ἐν ταύτῃ ποιήσει. οὐδὲ ἄνθρωπος τοίνυν οἴκοθεν, ἀλλ᾽ ἐκ θεοῦ ἔχει τὸ ἀγαθὸν, ἐφ᾽ ᾧ δεῖ πεποιθέναι μόνῳ. μὴ πεποίθετε γάρ φησιν ἐπ᾽ ἄρχοντας, ἐπὶ υἱοὺς ἀνθρώπων, οἷς οὐκ ἔστι σωτηρία.

|| οὐδὲν φέρει ὅλως ὑπὸ.

|| Ολυμ

A Verſ. 5. *Maledictus homo, qui ſpem habet in homine.)*

Victoris.] *Spem autem habet in homine, qui ait nudum hominem eſſe Christum per quem creata ſunt omnia, & quæ in cælis, & quæ ſuper terram, ſiue ea viſibilia ſint, ſiue inuiſibilia. Quapropter non in homine confidit qui ſermonibus eius adhæret.*

18 Victor. *In Christo confidens quomodo maledictus, vt confidens in homine, & quomodo non.*

Olympiodori.] *In ſeipſo vel alio quopiam, vel qui nudum hominem opinatur Christum Sal-* B *uatorem, & non Deum incarnatum.*

Olympiod. *Confidens in homine is maledictus, qui in ſemet, aut in Christo vt puro homine confidit.*

Incerti.] *Maledictus qui ita ſpem ſuam figit in homine, vt à Deo diſcedat, non & ſi quis humanum adhibet auxilium, non in eo collocanda eſt potentia.* [a] Equus quippe præparatur in die pugnæ, auxilium verò à Domino.

Incertus. *Confidens in humana potentia, adeoque Dei non habita ratione maledictus.*

a Prou. 21. 31.

Chryſoſtomi.] *Hoc efficit ſpes quæ habetur in homine, ſeparat à Deo. Vel non hoc dicit: ſed ſperans in hominem, ita vt diſcedat à Deo; Nihil enim vult æquè Deus, quàm vt nos ſemper ab ipſo pendeamus. Idcirco tentat omnia, non vt aliquod* C *à nobis conſequatur, ſed vt in nos beneficia conferat, ideoque nos omnium indigos fecit. Cedo, quē ad finem?* & erit ſicut Myrica ſylueſtris.

Chryſoſt. *Spes in homine ſeparat nos à Deo.* *Vt pendeamus toti ab ipſo omnia tentat Deus.*

(*Et firmabit carnem brachij ſui ſuper ſe.*)

Origenis.] *Firmabit verò carnem brachij ſui, qui ſecundum carnem militat & carni fidit. Sanctus enim ſemper Ieſu mortificationem in corpore ſuo portat, membra mortificans quæ ſunt ſuper terram.*

Origenes. *Carnales firmant carnem brachij ſui ſuper ſe.* *Mortificantes corpus ſuum non firmant carnē brachij ſui ſuper ſe.*

|| Olympiodori.] *Et fidit in poteſtate ſua.*

19 Olympiod. *Confidens in poteſtate ſua firmat carnē brachij ſui.*

D Verſ. 16 (*Et erit ſicut Myrica ſylueſtris quæ,* &c.)

Chryſoſtomi.] *Hic Sedeciam innuit, qui contra Babylonium ad Pharaonem confugerat.*

Chryſoſt. *Sedecia Rex comparatus Myricæ Sylueſtri.*

Eiuſdem.] *Infructuoſa eſt arbor hæc, & locis deſertis, incultiſque gaudens, ad nullum opus vtilis, nec fructibus intumeſcens.*

Eiuſdem. *Myrica arbor infructuoſa, & inutilis.*

Victoris.] *Myrica terreſtris, & aquatica eſt arbor, adnumeratur inter eas quæ gaudent aquis, & in deſerto abundat, ita vt non incongruè illi aſſimilentur praua gentes, & in vtrumque pronæ: eſt item & infructuoſa, & ad vſum inutilis.* E *Qui verò ſpem ſuam in Deo fixit, in bono fœcundo ſpem collocauit, bonitatis eius particeps facta. Terra enim ex ſeipſa fructum ferre apta non eſt: ſalſa quippe nihil omnino producit ob ſuam ſalſedinem, & ſalſa, pinguedine deſtituta propter malitiam inhabitantium conuertitur in ſalſedinem, quæ non habitatur, & maximè à Deo.* [b] *Non enim veniet Christus cum patre, nec manſionem apud eum faciet. Nec homo igitur ex ſeipſo, ſed à Deo bonum habet in quo ſolum ſperandum.* [c] Nolite enim, ait, confidere in principibus in filiis hominum, in quibus non eſt ſalus.

Victor. *Myrica plāta terreſtri, & aquatica ſimiles improbi proni ad terram, & ad aquas mundi.* *Mundus ac mundanus eſt terra ſalſa nil boni è ſe proferre apta, & inepta ad Dei inhabitationem.*

b Ioa. 14. 23.

Sperādum in Deo ſolo non in homine vel mundo.

c Pſal. 145. 3.

|| Olym

Ὀλυμπιοδώρου.] ὥσπερ τὸ φυτὸν καὶ ἐν τῷ ζῆν ἡμιθανές ἐστι καὶ κεκαυμένον. λέγεται δὲ ἀποθνήσκειν, ὅταν ὑετὸς ἔλθῃ ἐπ' αὐτῷ. ὁ μὴ πιστεύων ὅτι Θεός ἐστιν ἐνανθρωπήσας ὁ Χριστὸς, τῶν τῆς παρουσίας αὐτοῦ ἀγαθῶν οὐκ ἀπολαύσει.

[καὶ κατασκηνώσει.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἅλιμα βοτάνη ἐστὶν, εἶδος πολλῶν.

A || Olympiodori.] *Planta hæc viuens semimortua est, adusta: mori verò dicitur cùm imber superuenerit. Qui non credit Christum esse Deum incarnatum bonorum aduentus eius expers fiet.*

(*Et habitabit in salsis.*)

Olympiodori.] *Halima herba est in deserta, salsaque terra adnascens.*

Olympiod. *Myrica vt viuenti planta, est semimortua similis qui nō credit Deum Incarnatum. Myrica dicitur mori ad imbrem superuenientem.*

Homiliæ Quintæ decimæ in Ieremiam Codicis Græci Vaticani, & Quintæ ex octo quæ nunc primùm in Lucem prodeunt.

Διελθόντων λόγων, εἰ μὲν καὶ περὶ ἑκάστου τῶν εἰρημένων εἰπεῖν, ἀλλ' οὐκ ἐγχωρεῖ τοῦ χρόνου ἐπείγοντος. εἴπωμεν οὖν εἰς τὸ ἑξῆς ἀναγνωσθὲν, τὸ ἐπικατάρατος ἄνθρωπος, ὃς τὴν ἐλπίδα ἔχει ἐπ' ἄνθρωπον οὐκ || τοὺς οὐ νομίζοντας, ὅτι ἄνθρωπος μετὰ τοῦ Θεοῦ ὁ υἱὸς ἦν ὁ σωτήρ. ἐτόλμησαν γὰρ μετὰ τῶν πολλῶν τῶν ἀνθρωπίνων κακῶν καὶ τοῦτο εἰπεῖν, ὅτι οὐκ ἔστι Θεὸς ὁ μονογενὴς, ὁ πρωτότοκος πάσης κτίσεως. ἐπικατάρατος γὰρ, ὃς τὴν ἐλπίδα ἔχει ἐπ' ἄνθρωπον. δηλονότι ἐπικατάρατοί εἰσιν οἱ ἐπ' ἄνθρωπον ἔχοντες τὴν ἐλπίδα. ἐγὼ εἴποιμι, ὅτι οὐκ ἐπ' ἄνθρωπον ἔχω τὴν ἐλπίδα, ἐλπίζων ἐπὶ Χριστὸν Ἰησοῦν. ἐγὼ ἄνθρωπον οὐκ οἶδα, οὐ μόνον ἄνθρωπον οὐκ οἶδα, ἀλλὰ σοφίαν οἶδα τὴν αὐτοδικαιοσύνην, ἄνθρωπον, δι' οὗ ἐκτίσθη τὰ πάντα ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, εἴτε ὁρατὰ, εἴτε ἀόρατα, εἴτε ἀρχαὶ, εἴτε ἐξουσίαι. ἐπικατάρατος ἄνθρωπος, ὃς τὴν ἐλπίδα ἔχει ἐπ' ἄνθρωπον. κἂν γὰρ τηρῇ ὁ σωτὴρ, ὅτι ὃν ἐφόρεσεν, ἄνθρωπος ἦν ἀλλ' εἰ καὶ ἦν ἄνθρωπος, ἀλλὰ νῦν οὐδαμῶς ἐστιν ἄνθρωπος. εἰ γὰρ καὶ ἐγνώκαμεν Χριστὸν κατὰ σάρκα, ἀλλὰ νῦν οὐκέτι γινώσκομεν, φησὶν ὁ Ἀπόστολος. ἐγὼ δι' αὐτὸν οὐκέτι εἰμὶ ἄνθρωπος, ἐὰν ἀκολουθῶ αὐτοῦ τοῖς λόγοις. ἀλλὰ λέγει, ἐγὼ εἶπα θεοί ἐστε, καὶ υἱοὶ ὑψίστου πάντες. οὕτως ὡς πρωτότοκός ἐστιν ἐκ τῶν νεκρῶν οὕτω γέγονε πρωτότοκος πάντων ἀνθρώπων, εἰς Θεὸν μεταβαλών. ἐπικατάρατος τίνυν ἄνθρωπος, ὃς τὴν ἐλπίδα ἔχει ἐπ' ἄνθρωπον, καὶ στηρίσει σάρκα βραχίονος αὐτοῦ ὅστις αὖ κυρώσῃ τὰ σάρκινα, ὅστις τὴν ἰσχὺν τὴν σωματικὴν ἐὰν κτήσηται, καὶ μὴ σαρκὸς στρατεύηται. ἀλλ' ὁ ἅγιος οὐχ οὕτως ἐστὶν, οὐ γὰρ στηρίζει σάρκα βραχίονος αὐτοῦ πάντοτε γὰρ τὴν νέκρωσιν τοῦ Ἰησοῦ ἐν τῷ σώματι αὐτοῦ ἔχει, καὶ νεκροῖ τὰ μέλη ἐπὶ τῆς γῆς, πορνείαν, ἀκαθαρσίαν νεκρώσας ταῦτα, οὐ στηρίζει σάρκα βραχίονος αὐτοῦ. ἐπικατάρατος, ὃς τὴν ἐλπίδα ἔχει ἐπ' ἄνθρωπον. ἅμα δὲ πρὸς τοὺς ἐλπίζοντας ἐπὶ ἀξιώμασιν. ὁ δεῖνα μου φίλος ἐστὶν ἐπίτροπος. ἐπίτροπός ἐστιν ὁ δεῖνα μου φίλος, καὶ πλούσιός ἐστι, καὶ παρέχεται μοι. ἐπὶ τὰ καὶ πρὸς τὸν τοιοῦτον λέγεται τοῦτο ἐπικατάρατος, ὃς τὴν ἐλπίδα ἔχει ἐπ' ἄνθρωπον. πρὸς οὐδένα ἄνθρωπον ἐλπίζωμεν, κἂν δοκῶσιν ἡμῶν εἶναι φίλοι. οὐ γὰρ

|| ἰσ. ἦν μὴ. || ἰσ. πρωτότοκος. || μαρτυρεῖ.

B *Vers.* 10. Origenis.] Post hac multi sunt interiecti sermones, & possemus quidem de vnoquoque verba facere, sed non permittit angustia temporis, disseramus itaque de eo, quod continuatà serie lectum est. [a] *Maledictus homo, qui spem habet in homine*, iuxta eos nempe qui hominem Saluatorem Dei filium fuisse opinantur. Pluribus namque humanis malis, & hoc ausi sunt adiungere; Deū scilicet vnigenitum C non esse, qui [b] primogenitus est omnis creaturæ:(*Maledictus* enim *qui spem habet in homine*,) quasi diceret, Maledicti sunt qui spem in homine habent. Ego dicerem, me non habere spem in homine, cùm spem in Iesum Christum fixerim. Ego hominem non noui; non tantùm hominem non noui, sed sapientiam ipsam iustitiam noui hominem. [c] *per quem condita sunt omnia, in cælis & in terra, visibilia, & inuisibilia, siue dominationes, siue principatus*, (*Maledictus homo*, D *qui spem habet in homine.*) Et si enim testatur Saluator, quem portauit hominem fuisse; Sed si homo erat, modo nequaquam est homo; nam *etsi* [d] *Christum secundum carnem cognouimus, sed nunc nondum cognoscimus*, ait Apostolus. Ego propter ipsum nō ampliùs homo sum, dummodo eius sermonibus paream, cùm dicat, [e] *Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes.* Igitur sicut est, [f] *primogenitus mortuorum*, sic omnium hominum primo-E genitus factus est, in Deum commutans. (*Maledictus* itaque *homo qui spem habet in homine, & firmabit carnem brachij sui*,) quicumque ea quæ carnis sunt, rata firmaque habet; quicumque carnis robore pollens cū carne & secundùm carnem militat: Sed sanctus non talis est, neque enim firmat carnem brachij sui; [g] *semper* namque *mortem Iesu in corpore suo portat*, Et [h] *membra quæ super terram sunt, fornicationem scilicet, & im-* F *puritatem mortificat*, quibus emortuis non firmat carnem brachij sui. (*Maledictus qui spem habet in homine.*) Hoc item in eos quadrat, qui sperant in potentibus, & in dignitate constitutis: ille meus amicus Procurator est, & affluit diuitiis, mihique subministrat: ad hunc item refertur hoc (*Maledictus homo qui spem habet in homine*) in nullo homine spem ponamus & si nos amore prosequi videantur, non enim in illos sed

Olympiod. *Reliqua istius homiliæ habes supra in cap. 15. ad 6. nem Catena Græca in ver. 10. eius cap.*

20 Origenes. a Iere. 17. 5. *Contra illos hæreticos qui diuinam naturam Christo denegabant.* b Coloss. 1. 15.

Credo in Græco superfluum οὐκ *non adeoque legendum. Non tātum hominē noui.* c Coloss. 1. 16. *Cautè iuxta allatum Apostolica sententia intellectū.* d 2. Cor. 5. 16. *Obediens sermonibus Dei ex homine fit suo modo Deus.* e Psal. 81. 6. f Colo. 1. 18.

21 *Carnem brachy sui firmāt qui carnales sunt.*

g 2. Cor. 4. 10. *Mortificationi carnis intendentes, nō firmant carnem brachy sui.* h Coloss. 3. 5. *Carnem brachy sui firmat qui sperat in hominibus potentibus, & in dignitate constitutis.*

οὐ γὰρ ἐπ' αὐτοῦ, ἀλλ' ἐπὶ κύριον ἡμῶν ἐλπίζομεν, ὅς ἐστι χριστὸς Ἰησοῦς. ᾧ ἐστιν ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A sed in Dominum nostrum speramus, qui est Christus Iesus, cui est gloria, & potestas in sæcula sæculorum. Amen.

Capitis 17. vers. 7. & 8. Sectio Tertia.

TEXTVS VVLGATÆ.

7 Benedictus vir, qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius.

8 Et erit quasi lignum quod transplantatur super aquas, quod ad humorem mittit radices B suas: & non timebit cùm venerit æstus. Et erit folium eius viride, & in tēpore siccitatis non erit sollicitum, nec aliquādo desinet facere fructum.

TEXTVS SEPTVAGINTA.

7 *Et benedictus homo, qui fidit in Domino, & erit Dominus spes eius.*

8 *Et erit tanquam lignum fructiferum secus aquas, & ad humorem mittet radicem suam: non timebit cùm venerit æstus: & erunt in eo propagines nemorosæ: in anno siccitatis non timebit: & non deficiet faciens fructum.*

PARAPHRASIS CHALDAICA.

7 *Benedictus vir, qui confidit in Verbo Domini, & erit verbum Domini fiducia eius.*

8 *Et erit sicut arbor quæ plantata est iuxta fontes aquarum; & iuxta fluenta mittet radices suas, & non videbit cùm venerit æstus, & erunt folia eius viridia, & in anno siccitatis non deficient, & non cessabit facere fructum.* C

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

22 Hieronym. Confidentis in Domino eximia, & prærogatiua expressissimè expressa in arboris similitudine.

Hieronymus Vir Ecclesiasticus qui confidit in Domino illi ligno comparabitur, de quo & in primo Psalmo cantatur.[a] *Et erit tamquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum: quod fructum suum dabit in tempore suo: & folium eius non defluet.* Super aquas autem, Spiritus Sancti gratiam, diuersas donationes. Quod ad humorem mittit radices suas: vt à Domino accipiat vbertatem. Sed & aliter possumus dicere: quod de siccitate Iudaica translati simus in Baptismatis gratiam sempiternam. *Et non*, inquit, *timebit cùm venerit æstus*, vel tempus persecutionis, vel dies iudicij, *Et erit folium eius viride*: siue erunt in eo ramusculi frondentes: vt numquam timeat siccitatem, sed cunctarum virtutum germinet gratiam. Cúmque tempus siue annus venerit siccitatis, non metuet, quando Dominus iratus, [b] *mandauerit nubibus ne pluant super Israel imbrem*. Quodque sequitur: *Nec desinet facere fructum*: illum locum qui in Marco scriptus est, quod [c] venerit Dominus ad ficum, & non inuenerit in ea fructum, quia nondum erat tempus: & maledixerit ei, vt fructus non faciat in æternum, exponere poterit; Qui enim confidit in Domino, & Dominus est fiducia eius, etiam in tempore Iudaicæ siccitatis non metuet, sed semper afferet fructum; credens in eum qui [d] *semel pro nobis mortuus est*, & [e] *vltra non moritur*, & dicit, [f] *Ego sum vita.*

a Psal. 1. 3. Christiani multò præstantiora dona à Domino consecuti sunt, quàm Iudæi.
b Isai. 5. 6.
c Marc. 11. 13.
d 1. Petr. 3. 18. Rom. 6. 9.
e Ioan. 11. 25.

Theodoret. Auxiliū Dei conciliandū nobis per vitæ emendationē.

Theodoretus Confidentem Deo similem esse dicit plantæ, quæ continenter irrigatur, & ab ardore nimio non læditur, sed semper fructum fert opportunum. Quæ quidem non dixit frustra, sed vt admoneat, ne fidant suppetijs Ægyptiorum: Verùm per vitæ conuersionem sibi concilient auxilium diuinum.

25 D. Thomas. Iustus quacumque in re confidas rationem confidendi habet Deum.

D. Thomas. Ponitur benedictio eorum qui confidunt in diuino auxilio. Et primò ponit benedictionem, (*Benedictus vir, fiducia*) vt scilicet in quocumque confidit confidendi ratio sit Deus. Psalmus 2. [g] *Cùm exarserit in breui ira eius. Beati omnes qui confidunt in eo.* Isai. 30. [h] *Beati omnes qui expectant eum.* Secundò ponit similitudinem sumptam ex arbore, primò quantùm ad radicum firmitatem. (*Et erit quasi lignum*) in quo figuratur firmitas diuinæ protectionis. Psalmus 1.[i] *Et erit tamquam lignum quod plantatum est secùs decursus aquarum: quod fructum suum dabit in tempore suo.* Secundò quantùm ad filiorum viriditatem. (Et erit folium) in quo significatur prosperitas temporalis & virorum spiritualis. Prouerb. 11. [k] *Iusti quasi virens folium germinabunt.* Tertiò quantùm ad fructuum vbertatem: in quo significatur copia bonorum operum (*nec aliquando desinet.*) Apocal. 21. [l] *Per menses singulos reddens fructum suum.*

f Psal. 2. 13. g Isai. 30. 18. Confidenti in Deo quàm firma sit diuina protectio. h Psal. 1. 3. i Prou. 11. 28. k Apoc 22. 2. Fructificant Sancti multipliciter. l Eccl. 6. 19.

Nota quòd sancti fructificant per sapientiæ contemplationem. Eccles. 6. [m] *Quasi is qui arat, & qui seminat: accede ad eam & sustine bonos fructus* D *illius*, per charitatis feruorem. Cant. 5. [n] *Veniat dilectus meus in hortum suum, vt comedat fructum pomorū suorum*, per laudis confessionem. Hebr. 13. [o] *Per ipsum offeramus hostiam laudis semper Deo, id est, fructum labiorum confitentium nomini eius.* Per meritoriam operationem. Psalmus. [p] *Etenim Dominus dabit benignitatem & terra nostra dabit fructum suum.* Per proximorum conuersionem. Ioan. 15. [q] *Vt eatis & fructum afferatis: & fructus vester maneat.*

m Cant. 5. 1. n Hebr. 13. 15. o Psal. 84. 13. p Ioā. 15. 16.

24 Ferran. Diac. Glorians in Domino fiduciam suā in eo habet, ideoque sicut lignum.

Ferrandus Diaconus Thom. 5. Bibliot. Vet. Patrum. Paranetico ad Regimen Regula 1. Super E eum, qui in Domino gloriatur, Prophetica sententia completur. *Benedictus homo, qui confidit in Domino, & erit Dominus spes eius; Eritque sicut lignum fructiferum secùs aquam, & in humorem mittit radices suas, & non timebit, cùm venerit æstus: & erunt in eo frutices nemorosi, & in anno siccitatis non timebit, & non deficiet à faciendo fructum.*

S. Orien. Mo. Memoria versanda nobis tria, Deus, Ierusalem cælestis, ac vir iustus.

Sanctus Oriensis Monachus Tom. 5. Bibliot. Vet. Patrum. In regulis de Institut. Monast. paulò pòst initium Recordemur Domini, & Ierusalem ascendat super cor nostrum, ne obliuiscamur il- F lius hominis, de quo scriptum est. *Benedictus homo, qui confidit in Domino, cuius est spes in eo, erit quasi lignum fructiferum iuxta aquas, & ad humorem mittit radices suas, non timebit, cum æstus aduenerit, habebitque frondentes ramos, & in tempore siccitatis virebit, poma sollicita germinans.*

Primasius. Fiduciam in Domino collocare est mittere radices suas ad humorem.

Primasius lib. 5. in cap. 22. Apocal. lignum ad humorem mittere radices suas ait, cùm spem, & fiduciam in Domino collocat.

CATENA

CATENA GRÆCA EX VETERIBVS PATRIBVS GRÆCIS.

KAI εὐλογημένος.]

Τοῦ Χρυσοςόμου.] οὕτω καὶ ὁ Δαβὶδ φησὶν ἔσται ὡς τὸ ξύλον τὸ πεφυτευμένον παρὰ τὰς διεξόδους τῶν ὑδάτων. οὐ φοβηθήσεται. πάσης ἀνωμαλίας ἐκτὸς ἐστι, τοῦτο ὁ Χριστὸς διὰ τῆς προφητείας || ἐμφανῶς πεποίηκε. τίς ἤλπισεν ἐπὶ κύριον, καὶ κατῃσχύνθη; εἰ δὲ ἐλπὶς τοσαύτην ἰσχύει, καὶ ταῦτα μὴ ἔχουσα κάματον, τίνος ἕνεκεν οὐκ ἀεὶ πρὸς αὐτὸν τὴν σωτηρίαν ἐπιρρίπτομεν, οὗ τῇ ἐλπίδι ἐσώθημεν.

|| Fortè ἐμφανῶς.

Τοῦ Κυρίλλου.] οὐ γὰρ ἐπὶ πλούτῳ μέγα φρονεῖ, οὔτε μὴν διακενῶν δοξαρίων ἐκτὸς γεγονὼς τὴν ὀφρὺν ὑψηλήν. εὐκαταφρόνητος γὰρ ταῦτα, καὶ ἕτερον οὐδέν.

|| Κυρίλλου.] καὶ γὰρ ἐστιν ἀσφαλὲς ἐνέχυρον εἰς σωτηρίαν, τὸ ἐπὶ Θεῷ πεποιθέναι τῷ πάντα ἰσχύοντι. τὸ δὲ ἐφ' ἑτέροις ποιεῖσθαι τὴν ἐλπίδα, μάταιον καὶ ἀνωφελές.

Βίκτορος.] πιστὸς ὁ παρὰ τῷ Δαβὶδ, ὡς τὸ ξύλον πεφυτευμένος παρὰ τὰς διεξόδους τῶν ὑδάτων, πέποιθε γὰρ ἐπὶ κύριον καὶ ῥύσεται αὐτὸν, καὶ σώσει αὐτὸν, ὅτι ἤλπισεν ἐπ' αὐτόν. οὐ φοβηθήσεται γὰρ ἐν καιρῷ ἀβροχίας. ἐπειδὰν πλεονάσῃ φησὶν ἡ ἀνομία, καὶ ἀποστροφὴ γένηται Θεοῦ. οὐ γὰρ μὴ λιμοκτονήσῃ κύριος ψυχὴν δικαίου, οὐδ' οὐ μὴ συγκαύσῃ αὐτὸν ἡμέρας ὁ ἥλιος, οὐδὲ ἡ σελήνη τὴν νύκτα. ἐπ' ἀγαθῷ δὲ τὸ ἄλσος εἰρημένον σημειωτέον. ||

[καὶ οὐ φοβηθήσεται.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐν καιρῷ πειρασμοῦ φησιν.

[καὶ ἔσται,]

Ὀλυμπιοδώρου.] εὐθαλεῖς καρποὶ τῆς ἀρετῆς, περισκέποντες αὐτὸν ἐν τοῖς πειρασμοῖς.

[ἐν ἐνιαυτῷ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ὁ ἐνιαυτὸς κύκλος ἐστίν. ἐν καιρῷ οὖν φησι καθολικοῦ πειρασμοῦ οὐ φοβηθήσεται.

A Verſ. 7. *ET benedictus homo, qui fidit in Domino.)* 25

Verſ. 8. *(Et erit tamquam lignum, &c.)*

Chryſoſtomi.] *Ita ait & Dauid.* [a] Et erit ſicut lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum. *Non timebit, ab omni liber temporum varietate, hoc Chriſtus per Prophetiam dilucidum fecit,* [b] Quis in Deo ſperauit, & confuſus eſt? *Quod ſi tanta eſt ſpei vis, idque abſque vllo labore, quare non ſemper in eo ſalutem reponimus, cuius ſpe ſalui facti ſumus?*

Chryſoſt. *Spei in Deo vis magna ad ſalutem.*
a Pſal. 1. 3.
b Eccl. 2. 11.

B Cyrilli.] *Non enim ſuperbit in diuitiis, neque inanium quarundam gloriolarum compos factus attollit ſupercilium; plena ſunt enim hæc futilitatis, & nihil aliud.*

Cyrillus. *Confidentia iuſti non eſt in rebus creatis mundanis in primis.*

|| Cyrilli.] *Etenim tutum pignus ad ſalutem eſt in Deo, qui omnia poteſt, confidere, & in aliis quibuſdam ſpem ponere futile & inutile.*

Cyrillus. *Spes in Deo pignus ſalutis.*

Victoris.] *Eiuſmodi eſt apud Dauid* [c] quaſi lignum plantatum ſecus decurſus aquarum; [d] confidit enim in Domino, & liberabit eum, & ſaluum faciet eũ quòd ſperauit in eum, *quoniam* tempore ſiccitatis non timebit. *Poſtquam inquit,* [e] multiplicata fuerit iniquitas, *& auerſus fiet Deus. Non enim Deus* [f] *fame necabit animam iuſti,* [g] *neque comburet eum die Sol, nec noctu Luna. Lucum autem hic in bonam accipi partem notandum.* 26

C

Victor.
c Pſal. 1. 3.
d Pſal. 21. 9.
Siccitatis tẽpus eſt cùm multiplicata ſit iniquitas.
e Matth. 24. 12.
f Iſai. 49. 10.
g Pſal. 120. 6.

Ex Verſ. 8. *(Et non timebit cùm venerit æſtus.)*

Olympiodori.] *Tempore ait afflictionis.*

Olympiod. *Auerſa non timet iuſtus.*

D *(Et erunt in eo propagines nemoroſæ.)*

Olympiodori.] *Vberes virtutis fructus circumtegentes eum in tribulationibus.*

Olympiod. *In tribulationibus iuſtus virtutum vmbra operitur.*

(In anno ſiccitatis non timebit.)

Olympiodori.] *Annus circulus eſt, tempore igitur, ait, generalis afflictionis non timebit.*

Olympiod. *Calamitatis generalis tẽpore non timet iuſtus.*

Caput 17. verſ. 9. & 10. Sectio Quarta.

TEXTVS VVLGATÆ.

9 PRauum eſt cor omnium, & inſcrutabile: quis cognoſcet illud?

10 Ego Dominus ſcrutans cor, & probans renes: qui do vnicuique ſecundùm viam ſuam, & iuxta fructum adinuentionum ſuarum.

TEXTVS SEPTVAGINTA.

E

9 *PRofundum eſt cor ſuper omnia: & homo eſt, & quis cognoſcet eum?*

10 *Ego Dominus ſcrutans corda, & probans renes, ad dandum vnicuique iuxta vias eius, & ſecundùm fructus adinuentionũ eius.*

PARAPHRASIS CHALDAICA.

9 *DOloſum eſt cor præ hominibus, & inualidum eſt: quis cognoſcet illud?*

10 *Ego Dominus ſcrutans cor, & probans renes, vt dem vnicuique iuxta viam ſuam, & iuxta fructum operum ſuorum.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impreſſis.

QVia locus iſte celeberrimus eſt apud Veteres Patres iuxta verſionem Sept. intelligentes illum de Chriſto, qui vt hominis habitu apparens à pleriſque minimè ſit cognitus, referam quæ ab iis reperi dicta. 27

Verſ. 9.

Tertullianus in hoc quidem ſenſu ſimpliciter tantùm

Tertullian.

Christus in secundò aduentu manifestus erit iis qui illum in primò non cognouerunt.

tantùm hæc profert lib. de carne Christi cap. 15. Idem tamen lib. 3. contra Marcionem ca. 6. Tunc (in secundo scil. Christi aduentu) & cognoscent, inquit, eum qui compugerunt, & cædent pectora sua tribus ad tribum, vtique quòd retro non agnouerunt eum in humilitate conditionis humanæ constitutum. *Et homo est*, inquit Ieremias, *& quis cognoscet illum?* quia & [a] *natiuitatem eius*, inquit Isaias, *quis enarrabit?* Ad idipsum refert hæc & Cyprianus lib. 2. Testimon. num. 10.

a Isai. 53. 8.

Cyprian.

Augustin.

Christum non agnoscendum ab obstinatis Iudæis.

Augustinus quoque breuiter vt prophetiam quòd Iudæi eumdem non essent agnituri quem occiderunt, hæc refert lib. 18. de Ciuitate Dei cap. 33. Libro autem 13. contra Faustum cap. 8. *Graue* Prophetam dicere inquit, *cor per omnia, & homo est, & quis agnoscet eum?* Ideo Christus homo, vt graues corde per formam serui ex fide sanarentur: & cum agnoscerent Deum, qui propter eos factus est homo, ne in homine spes eorum esset, sed in homine Deo: & tamen graue cor pet omnia, & homo est, formam serui accipiens, & quis agnoscit eum?

Christus factus est homo ad sananda corda nostra.

Cor humanũ graue ad percipienda diuina.

Idem lib. 22. cap. 40. *Et homo est, & quis cognoscet eum?* Et homo est Christus quia proditur, quòd frater est; *Et quis agnoscit eum?* quia occultatur quòd sponsus est.

Christum factũ fratrem, sponsumque nostrum vix agnitum.

Ioan. Chrys.

Aduentus Christi in carnem vehemens Ecclesiæ desiderium.

Ioannes Chrysostomus homil. 8. quæ est de Turture, & habetur Tomo 5. Ecclesiam proferentem sententiam istam hoc ipso sensu ita inducit. Audio Ieremiam dicentem de ipso (Christo) *Graue cor eius præ omnibus, & quis cognoscet eum?* Ipsum desidero veniat, & [b] *osculetur me ab osculo oris sui.*

b Cant. 1. 2.

28

Paulin. Nol.

Frater noster quomodo dici à nobis queat Christus.

Paulinus Nolanus epistolâ 4. ad Seuerum. Non ergo erat iste (scil. Christus) frater, qui & conditione Dominus à seruis, & naturâ Deus à mortalibus discrepabat. Sed tamen & homo erat ille, de quo scriptum est. *Et homo est, & quis cognoscet eum?* Neque ideo frater noster; quamquam & hoc diuina pietas pro humilitate cordis sui famulis nomen indulserit, dicens, [c] *Narrabo nomen tuum fratribus meis.*

c Psal. 21. 33.

Epiphanius.

Christus Deus & homo, visibilis, & inuisibilis.

Epiphanius egregiè hunc tractat locum & lib. de hæresibus hæresi 29. pag. 44. & hæresi 54. pag. 142. & lib. Ancoratus, pag. 361. Eadem tamen ferè vbique dicit. Sed breuius lib. Ancoratus hæc habet. *Et homo est, & quis cognoscet ipsum?* In eodem duo ostendit Diuina Scriptura, visibile, & inuisibile. Et propter visibile quidem, meritò Deus meus dictum esse, propter inuisibile verò, Pater meus dictum esse, ita vt neutra locutio aduersetur Verbo. Quomodo enim, si erat homo, non cognoscebatur? Si verò non erat homo, quomodo homo dicitur? Quisquis enim ex hominibus nascitur, omnino ab hominibus cognoscitur, à genitrice, à cognatis, à familiaribus, à vicinis, à contubernalibus, aut conciuibus: & impossibile est hoc impleri in nudo homine. Impletur autem in Deo verbo, ac filio Dei, in eo quòd dicit, *Homo est*, in veritate. *Quis verò cognoscet, ipsum*, quoniam Deus est, eò quòd participat, & homo, & Deus est, ignotus hominibus propter incompræhensibilitatem? Homo verò ex Maria in veritate, citra semen viri genitus.

Christus homo secundũ carnẽ & vltra hominem secundùm operationem.

Leo Papa epistolâ 97. ad Leonem Augustum cap. 3. *Et homo est*, ait Propheta, *& quis cognoscet eum?* Homo secundùm carnem, sed vltra hominem diuinâ operatione.

29

Cæsarius.

Ierem. 17. 9. secundùm Sept.

Cæsarius ad finem operum Gregorij Nazianzeni Dialogo 1. pag. 1097. Dicit multa perpessus Ieremias; *Homo est, & quis cognoscet ipsum?* quo innuit, ipsum Deum esse, qui tamen ignoretur ab iis, qui crassiore sunt intellectu, neque possunt per incredulitatem capere cognitionem eius, veluti qui oculis ægri sunt, per imbecillitatem adspectum solis tolerare nequeunt. Si verò homo erat, quomodo non cognoscebatur, quemadmodum nos? Omnis enim homo planè cognoscitur aut ex parentibus, aut ex cognatis, & consanguineis, aut denique ex contubernalibus & domesticis. Ex nullo igitur eorum; quæ in nobis sunt, vates ipsum exprimens inquit: *Homo est, & quis cognoscet eum?* Quoniam quum Deus esset, hoc tamen fieri voluit, famem & sitim aquæ admittit, quæ sunt corporis affectiones expertes vitij ac repræhensionis, Manichæorum hoc ipso vanitatem refutans, qui opinionem & rem imaginariam esse statuunt ipsius in carne administrationem.

Ieremias cognominatus. Multa perpessus.

Christus homo quòd & Deus sit non capitur ab his qui crassioris sunt intellectus propter incredulitatem.

Affectiones eas hominis accepit Christus quæ sunt vitij & reprehensionis expertes.

Cæsariens.

30

Christus decipere voluit diabolum humanis à se assumptis miseriis, & affectibus.

Idemque Dialogo 3. ad medium, pag. 1132. Christum ipsum inducit hæc habentem: Præ me fero metum, & humilitatem, per assimilationem carnis captare volens Draconem, & à me quidem illusum, mortalibus autem illudentem diabolum. Piscator enim cùm sim, etiam hamum, nempe me ipsum demisi in profundum huius vitæ, circumdatus veluti verme assumptâ mortalium carne, ipse per me ipsum consimilis ipsis, citra mutationem tamen factus Adamus. Et velut piscator, nunc quidem blandè demitto, & subtraho in profundo datum hamum, nunc verò quietum teneo, appropinquante pisce homicidâ quem obseruo, ne qua territus resiliat. Quapropter & per seruum meum Dauidem inquam, [d] *Ego verò sum vermis & non homo.* Quemadmodum enim ille ex terra absque aliqua coniunctione carnem accipit, & in vitam producitur: consimiliter & ego ex ea quæ semper est Virgo absque aliqua commistione, & coniunctione viri incarnatus, naturaliter factus sum homo, manens Deus. Quapropter ait multa pericula perpessus ille Vates Ieremias, videns Propheticâ visione decipiẽdum deceptorem, & quasi deridens ipsius fremitum, & arrogantiam ante annos quingentos, & longiùs etiam de me: *Homo est, & quis cognoscet eum?* quasi dicat, quòd qui Deus est, per dispensationem propter nos homo factus sit, sapienter deludere in malitia sapientem volens, implens Prophetiam generoso Iobo dicentis: [e] *Duces Draconem hamo.*

Simile.

Piscatoris instar hamo infirma carnis Diabolum vt piscem capere studuit.

d Psal. 21. 17.

Vermis appellatio quomodo congruens Christo.

Ierem. 17. 9. secundùm Sept.

e Iob. 40. 20.

31

Vigilius Martyr lib. 1. contra Eutychen de Eutychianis negantibus duas in Christo naturas eosque impugnantes, qui eas Catholicè asserunt hæc habet. Illud etiam solita temeritatis audaciâ repræhendere solent, cùm audiunt Catholicos dicere, *Deus & homo*, arbitrantes huius syllabæ, *Et* interpositione duas posse significare personas, sed quàm ineptè id opinentur, ausculta. Quid enim est, *Deus & homo*, factus est quoque non amittendo quod suum erat, sed suscipiendo quod nostrum erat: cùm enim præmittimus in confessione, *Deus*, & subsequimur dicentes, *& homo*, non solùm Deum manentem, sed & hominem asserimus subsistentem, vt nec deitas à se se discedat, nec humanitas in deitatem dispereat. Videamus tamen ne forsitan authoritate diuinâ hæc syllaba fuerit interposita, nam ita legimus. *Et homo est, & quis cognoscet illum?* Et iterum Dauid, [f] *Mater Sion, dicet homo, & homo factus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus.* [g] Cur igitur non simpliciter sine prælatione huius syllabæ dixit, *Homo factus est in ea*, Sed præposuit dicens, *Et*

f Psal. 86. 5.

g Iere. 17. 9. iuxt. Sept.

homo

homo factus est in ea? Vel alia prophetia. Et cur præposuit? Debuit enim secundùm istos dicere. *Homo est & quis cognoscet eum*: nisi quia sensus talis est, vt qui Deum confiteris, & hominem quoque factum simili confessione non deneges.

31

Quamuis autem adeo celeber præallatus sententiæ istius apud tot Patres sit sensus; improbat nihilominus illum Hieronymus, qui in textu ita hæc legit iuxta versionem Sept. *Profundum est cor super omnia, & homo est, quis cognoscet eum*: In Comment. autem hæc habet Verbum Hebraic. אנוש *enosc* quatuor literis scribitur ש *scin* & אנו *eno*. Si igitur legatur אנוש *enosc* homo dicitur: si autem אנוש *anusc*, inscrutabile siue desperabile: eò quòd nullus cor hominū valeat inuenire. Symmachus verò hunc locum ita interpretatus est: *Inscrutabile cor omnium: vir autem quis est qui inueniat illud?* Solent quidam nostri, bono quidem voto, sed non secundùm scientiam vti hoc loco contra Iudæos: quòd homo sit Dominus atque Saluator, secundū dispensationem carnis assumptæ: nullusq; possit natiuitatis eius scire mysterium, secundùm illud quod scriptum est: [a] *Generationē eius quis enarrabit?* nisi solus Deus qui arcana rimatur, & reddit vnicuique secundùm opera sua. Meliùs autem est vt simpliciter accipiamus, quòd nullus cogitationū secreta cognoscat, nisi solus Deus: dixerat enim supra: *Maledictus homo, qui spem habet in homine*. Et è contrario: *Benedictus vir qui confidit in Domino*. Vnde ne hominum putaremus certum esse iudicium, intulit omnium propemodum corda esse peruersa dicente Psalmista: [b] *Ab occultis meis munda me Domine: & ab alienis parce seruo tuo*: Haud dubium quin cogitationibus. Et in Genesi. [c] *Videns autem Deus, quòd multa malitia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore*. Et iterum: [d] *Sensus enim & cogitatio humani cordis ab adolescentia sua prona sunt in malum*. Per quæ discimus, solum Deum nosse cogitationes eorum. Si autem de Saluatore dicitur: [e] *Videns autem cogitationes eorum Iesus*: nullusque potest videre cogitationes eorum, nisi solus Deus: ergo Christus Deus est qui [f] *scrutatur corda, & probat renes*: & reddit vnicuique iuxta opera sua.

Hominē quomodo verterint Sept. vocem Hebraicam, quæ significat inscrutabile.
Christi hominis generatio à Deo solo cognita.
a Isai. 53. 8.
Cognitiones hominū vni Deo perspicuæ.
Corda ferè omnium hominum peruersa.
b Psa. 18. 13.
c Genes. 6. 5.
d Ibid. 8. 21.
Christus ex cogitationum cognitione probatus est Deus.
e Luc. 11. 17.
f Psal. 7. 10.

Ioannes Chrysost. homil. 30. in Matthæum in hunc Hieronymi sensum ita hæc refert. Iesus autem motus animorum non ignorans: [g] *Cur inquit mala cogitatis in cordibus vestris?* Quòd verò Dei solius sit secreta cordium nosse, audi Prophetam dicentem, *Graue cor super omnia, & homo est, & quis noscet eum?*

Ioan. Chrys. *Cordium secreta nosse solius est Dei.*
g Luc. 5. 22.

32 Theodorit.

Theodoritus quoque ab hominibus, dicere inquit Dominum, compræhendi nequeunt consilia proximi, quia sunt occulti motus cordis: mihi verò conditori, etiam ipsi patent. Non enim factis solùm, sed etiam cogitationibus ius reddo, & æquam iustamque fero sententiam.

Cogitationes, ne dum facta hominum iudicat Deus.

S. Oriensis Monachus in Regulis de Institut. Monasticis, paulò ante finem, in Tomo 5. Bibliot. Vet. Patrum in eumdem sensum hæc citat, *Graue cor in omnibus, & homo est, & quis cognoscet eum? Ego Dominus scrutans*, &c.

S. Oriensis Monachus. *Cor in omnibus graue, & inscrutabile.*

Richardus de S. Victore lib. 3. de Contemplat. cap. 8. [h] *Spiritus omnia scrutatur, etiam profunda Dei*. Si ergo & tu scrutari paras profunda Dei, scrutare priùs profunda spiritus tui. *Profundum* siquidem, imò & *prauum est cor hominis*, & inscrutabile. Inscrutabile sanè, nisi ei qui spiritalis est. [i] *Spiritualis enim diiudicat omnia, & ipse à nemine iudicatur*, eò quòd soli spiritales digni inuenti sunt, qui videant opera Dei, & mirabilia eius in profundo.

Richard de S. Victor. *Profunda Dei scrutaturus scrutetur prius profunda propry cordis, & spiritus.*
h 1. Co. 2. 10.
Cordis sui profunda scrutari aptus is solus qui est spiritalis.
i 1. Cor. 2. 15.

33 D. Thom.

D. Thomas. Et quia Iudæi possent dicere, non posse fieri discretionem præmiorum pro diuersitate cogitationum: ideo consequenter inducit huius discretionis auctorē. Et primò ponit quæstionem. (*Prauum est*) i. multis malitiis inuolutum. Prouerb. 20. [k] *Sicut aqua profunda sic consilium in corde viri: sed homo sapiens exhauriet illud*: secundò ponit responsionem. Et ponit duo quæ sufficientem faciunt discretionem iudicij, scil. scientiam. (*Ego Dominus corda*,) quantùm ad cogitationes (*renes*) quantùm ad affectiones. Rom. 8. [l] *Qui scrutatur corda scit quid desideret spiritus: quæ secundùm Deum postulat pro sanctis*: Et iustitiam. (*Qui do vnicuique viam*) quantùm ad cordis dispositionem (*fructum*) quantùm ad opus exterius. Isai. 3. [m] *Dicitè iusto, quoniam bene: quoniam fructum adinuentionum suarum comedet*.

Cogitationū quomodo Deus sit discretor.
k Prou. 20. 5.
Quā ratione Deus iudicet homines.
l Rom. 8. 27.
m Isai. 3. 10.

Non prætermittēda hoc loco quæ Epiphanius lib. Ancoratus pag. 356. his habet, De omnipotēte Deo sic scriptum est. *Deus examinans renes, & perscrutans promptuaria ventris*. Si examinat renes, ergo non nouit (ait Epiphanius arguens contra hæreticos Spiritum Sanctū impugnantes) quoniam examinat, aut totam cognitionē in examinando pronunciauit? Perscrutans autem promptuaria ventris, rursus non additum est, cōprehendens, ergo nisi additum fuerit dictio comprahendit: mortem mihi procurabo, adnectens ad dictū, non comprehendit, iuxta tuum ô stolide sermonem. Sic igitur & de Spiritu Sancto dictum est, ab Apostolo, [n] *quòd perscrutatur profunditates Dei*, & nō opus erat dicere, quòd etiā comprehendit.

Epiphan. *Deus perscrutans corda & illa comprehendit.*
Spiritus perscrutans profunda Dei, illa quoque cōprehendit.
n 1. Cor. 2. 10.

CATENA GRÆCA EX VETERIBVS PATRIBVS GRÆCIS.

Βαθεῖα ἡ καρδία.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] περὶ τῶν βουλευμάτων αὐτῶν λέγει, ὅτι καὶ λανθάνοντα οἶδεν ὁ Θεός. οὐδὲν οὕτως ἄδηλον, ὡς ἀνθρώπου καρδία. διὰ τοῦτο ἕτερός φησι. καρδία βαθεῖα κεκρυμμένη ἄνθρωπος ἐστι, καὶ τίς γνώσεται αὐτόν; ἴσως νομίζετε λανθάνειν φησίν. οὐκ ἔστι τοῦτο. οἶδα τὰ καθ' ὑμᾶς ἅπαντα.

Ὀλυμπιοδώρου.] τὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ μονογενοῦς μυστήριον βαθύ ἐστι, καὶ ἀκατάληπτον.

Vers. 9. Profundum est cor super omnia.)

Chrysostomi.] *De cogitationibus ipsis loquitur, quòd & latentes Deo pateant. Nil tam absconditum, vt cor hominis. Idcirco alius legit*; Profundum cor, & latens homo est; & quis cognoscet eum? *Fortasse latitare putatis, ait. Non ita est: omnia quæ agitis noui.*

(Et homo est, quis cognoscet eum.)

Olympiodori.] *Incarnationis vnigeniti Sacramentū profundum est, nec comprehendi potest.*

34 Chrysost. *Cogitationes vel occultissimæ Deo notæ.*
Corde nil magis abscōditum.
Deo nil hominis occultum.
Olympiod. *Incarnationis mysteriū profundissimum, & absque fide incomprehensibile.*

καὶ τὸ Manens

καὶ γὰρ μετὰ τοῦ εἶναι Θεὸς, ἄνθρωπος γέγονε. τίς οὖν γνώσεται φησὶν, ἢ τὴν ἐκ πατρὸς αὐτοῦ γέννησιν, ἢ τὴν μετὰ σαρκὸς ἄφραστον οἰκονομίαν.

[ἐγὼ Κύριος.]

Βίκτωρ.] ἐμβατεύων γὰρ ταῖς καρδίαις, ἐξετάζει πάντως νεφροὺς καὶ καρδίας. καὶ πάντα αὐτῷ γυμνὰ, καὶ τετραχηλισμένα, ὡς ἂν δικαιοκρίτῃ καὶ ἀποδιδόντι ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. κατὰ δὲ τὴν θείαν γραφὴν, καρδία μὲν τὸ ἡγεμονικόν. νεφροὶ δὲ τὸ ἐπιθυμητικὸν, ἐτασμὸς δὲ κυρίως ἡ μετὰ βασάνων τοῦ κρινομένου δοκιμασία. Θεὸς δὲ καὶ πρὸ βασάνων ἐπίσταται· καὶ ὡς προμαθὼν, ἀλλ᾽ οὐχ᾽ ἵνα μάθῃ ταύτας προσάγει. μηδεὶς οὖν αὐτὸν προλαμβανέτω, μηδὲ πρὸ καιροῦ τις κρινέτω, ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ κύριος. ὃς καὶ φωτίσει τὰ κρυπτὰ τοῦ σκότους, καὶ φανερώσει τὰς βουλὰς τῶν καρδιῶν. ἠτάσθη μὲν οὖν ἡ καρδία τοῦ Ἀβραάμ, ἵνα φανῇ ὅτι οὐκ ἀγαπᾷ τὸν υἱὸν ὑπὲρ τὸν Θεόν. ἠτάσθησαν δὲ τοῦ ἰωσὴφ οἱ νεφροὶ, τῆς Αἰγυπτίας διὰ σωφροσύνης νικήσαντος. τοὺς δὲ τοιούτους ἐτάζει ὁ Θεὸς, καὶ πρὸς ζῆλον τῶν ἄλλων, καὶ ὅπως γνῶσιν οἱ θεαταὶ τῆς κρίσεως τοῦ Θεοῦ, καθάπερ ἐν δικαστηρίῳ, τὸ δίκαιον τῆς ἑκάστου τιμῆς.

A *Manens quippe Deus homo factus est. Quis igitur cognoscet, ait, vel à Patre ipsius generationem, vel cum carne ineffabilem dispensationem?*

Vers. 10. (*Ego Dominus scrutans corda, & probans renes, ad dandum, &c.)* 35

Victoris.] *Corda enim penetrans scrutatur planè renes & corda, & omnia ipsi nuda sunt, & exposita tamquam iusto iudici, & reddenti vnicuique secundum opera eius. Sed iuxta Sacram Scripturam. Cor quidē suprema pars animi, renes verò concupiscibilis. Scrutari verò propriè est, tormentis reum probare.* B *At Deus & ante quæstiones nouit; & illas vti præscius adhibet, non vt addiscat. Nullus igitur eum anticipet, nec ante tempus iudicet* [a] donec venerit Dominus qui & abscondita tenebrarum illuminabit, cogitationesque cordium propalabit. *Probatū itaque est cor* [b] *Abraham, vt palàm fieret, quòd non plus amaret filium, quàm Deum:* [c] *Probati sunt renes Ioseph, quando mulierem Aegyptiam castitate vicit. Huiusmodi autē homines probat Deus & ad excitandos alios,* C *& vt iudiciorum Dei spectatores, veluti in iudicio, cognoscant vniuscuiusque meriti ius.*

Victor. Vt iudici Deo iusto omnia cuiusque hominis explorata. Corde significata suprema pars animi. Renibus significata pars concupiscibilis. Scrutari Deus dicitur quasi in quæstionē adducēdo quæ hominis sunt, non vt quid discat, sed vt probet manifestamque & aliis ea faciat. Iudiciū Dei in aliorū operibus nō præueniendum cuiquam.

a 1. Cor. 4. 5.
b Gen. 22. 1.
c Gen. 39. 7.

Capitis 17. vers. 11. Sectio Quinta.

TEXTVS VVLGATÆ.

11 PErdix fouit quæ non peperit: fecit diuitias, & non in iudicio: in dimidio dierum suorum derelinquet eas, & in nouissimo suo erit insipiens.

TEXTVS SEPTVAGINTA.

1 C*Lamauit Perdix, congregauit, quæ non peperit: faciens diuitias suas non cum iudicio: in dimidio dierum eius relinquent eum, & in nouissimis suis erit insipiens.*

PARAPHRASIS CHALDAICA.

36 *Diues impius comparatus Perdici.*

11 E*Cce sicut Perdix quæ congregat oua quæ non sunt sua, & fouet pullos qui eam non secuturi sint; sic omnis vir impius qui possidet diuitias præter ius, in dimidio dierum suorum relinquit eas, & in fine vocatur impius.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

ET locus iste frequens est apud Patres, in tres autem ordines eorum expositiones distinguere est, iuxta triplicem Perdicis spiritualis acceptionem vel pro Diabolo, vel pro hæreticis, vel pro præpotenti, & diuite mundi.

Origenes. In Primo ordine primus est Origenes, qui ad finem homiliæ primæ in Exodum, quæ inter eius opera reperiūtur ait Pharaone diaboli personam gerente, déque filiis Israel dicente, [d] *Ne fortè accidat nobis bellum, & consentiant & hi cum aduersariis nostris;* ex propheticis vocibus præuidit vēturum sibi bellum & derelinquendum se à filiis Israel, & quia cōsentient aduersario eius, & adiicientur ad Dominū. Hoc est enim quod de eo Ieremias Propheta prædixerat. [e] *Clamauit Perdix, cōgregauit quæ non peperit, fecit diuitias suas non cum iudicio, in dimidio dierum eius derelinquent eum, & in nouissimis suis erit stultus.* Intelligit ergo, Perdicem se dictum, quæ non peperit cōgregasse, & quòd hi quos non cum iudicio cōgregauit in dimidio dierum suorum derelinquent eum, & sequentur Dominum & creatorē suum Christum Iesum, qui nos genuit. Ille autem congregauit, quos non genuit. Et ideo remanebit stultus in nouissimis suis, cùm ad factorem & ad parētem suum vniuersa, [f] quæ nunc D pro huius tyrannide congemiscit, creatura confugerit. Et hoc indignatur, & dicit, ne expugnantes, inquit, nos, exeant de terra nostra. Non vult nos exire de terra sua, sed vult vt semper portemus imaginem terreni.

d Exo. 1. 10.
e Ierem. 17. *Diabolus Perdicis metaphorā designatus intelligens per cōuersionē multis destituendum indignatur.*
f Rom. 8. 22.

37 Idem tamen fusiùs ad initiū homil. 4. in Ierem. primò describit Perdicis naturā. Tum singula quæ hīc à Propheta dicūtur de Diabolo explicat. Cæterùm quia ea habes infra in Catena Græca, non est, quòd hīc eadē repetamus. Satius erit ferè ipsamet eloquentissimè accipiamus ex Ambrosio. Is quippe epist. 48. ad Irenæum hunc locum pertractans ait, *Clamauit Perdix, congregauit quæ nō peperit.* E Licet enim mihi de superioris fine epistolæ, sequentis mutuari exordiū. Celeberrima quęstio, & ideo vt possimus eam absoluere, quid de natura auis istius habeat historia consideremus. Nā & hoc considerare non mediocris prudentiæ est, siquidem & [g] *Salomon cognouit naturas animalium, & locutus est de pecoribus, & volatilibus, & de reptilibus, & de piscibus.* Dicitur itaque auis ista plena esse doli, fraudis, fallaciæ, quæ decipiendi venatoris vias calleat, atq; artes nouerit, vt eū à pullis auertat suis, omniaq; tentamenta versutiæ nō prætermittere, F quò possit venantē abducere à nido & cubilibus suis. Certè si insistere aduerterit, tamdiu illudit, quamdiu soboli fugiendi signum tribuat, & potestatē. Quam vbi euasisse senserit, tunc se & ipsa subtrahit, & lubricā arte deceptum insidiantem relinquit. Fertur etiā promiscuæ esse permixtionis, vt in fœminas cū summo certamine mares irruant, & vagā calescāt libidine. Vnde impurum & maleuolum & fraudulentum animal aduersario

Ambros.
Animalium naturas considerare magna est prudentia.
g 3. Reg. 4. 33.
Perdicis natura & proprietates.
Perdix promiscua natura esse fertur. Perdici cuā rectè assimilatus Diabolus.

sario & circumscriptori generis humani, fallacissimóque & impuritatis authori cõferendum putatur. *Clamauit ergo Perdix*, qui à perdẽdo nomen accepit, Sathanas ille, qui Latinè contrarius dicitur. Clamauit in [a] Eua primùm, clamauit in Cain, [b] clamauit in [c] Pharaone, [d] Datan, Abiron, Chore; clamauit in Iudæis, [e] quando petierunt sibi fieri Deos, cùm Moyses legem acciperet. Clamauit iterum, quãdo de Saluatore dixerunt: [f] *Crucifigatur, Crucifigatur:* [g] *Sanguis eius super nos, & super filios nostros.* Clamauit quando [h] sibi Regem fieri postulauerunt, vt recederent à Domino Deo Rege. Clamauit in omni vano & perfido. His vocibus *cõgregauit* sibi populos quos nõ creauerat. [i] Deus enim hominem ad imaginem suã fecit, & diabolus sibi hominem vocis suæ fraude sociauerat. *Congregauit* sibi nationum populos, *faciens diuitias non cum iudicio.* Vnde in prouerbio est de diuite auaro. *Quia Perdix iste congregat diuitias non cum iudicio.*

a Gen. 3. 1.
b Gen. 4. 5.
c Exod. 5. 4.
d Num. 16. 1.
e Exod. 32. 1.
Diabolus suggestione malorũ clamauit ab initio mundi in omnibus improbis.
f Matth. 27. 22.
g Matth. 27. 25.
h 1. Reg. 8. 5.
i Gen. 1. 27.

38

At verò meus Iesus quasi Iudex bonus cum iudicio omnia agit qui venit: sicut scriptum est, dicens: [k] *Ego loquor iustitiam, & iudicium salutis.* Eã igitur gratiã deprædatus est Perdicem illum diabolum, abstulit ei malè cõgregatas diuitias multitudinis, reuocauit ab errore animas gentium, mentésque nationum deuiantium. Et quia diaboli voce deceptos sciebat, & ipse vt vincula nexusque veteris erroris solueret, clamauit primùm in Abel, [l] cuius clamauit vox sanguinis. Clamauit in Moyse, cui dixit: [m] *Quid clamas ad me?* Clamauit in Iesu Naue, clamauit in Dauid, qui ait: [n] *Clamaui ad te, salua me,* clamauit in omnibus Prophetis. Vnde & ad Isaiam dicit: [o] *Clama*, & ille ait: *Quid clamabo?* Clamauit in Salomone conuocans cum altissima prædicatione ad sapientiam: [p] *Venite, edite de meis panibus, & bibite vinum quod miscui vobis.* Clamauit etiam in corpore suo, [q] sicut Scarabæus in ligno. Clamauit vt insidiatorem falleret, & circumueniret, dicens: [r] *Deus Deus meus, quare me dereliquisti?* Clamauit vt despoliaret, respondens Latroni: [s] *Amen, amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso.*

Christus cum iudicio deprædatus est à Diabolo animas, & gẽtes quas ille congregarat sibi sine iudicio.
k Isai. 45. 19.
Clamauit Christus ab initio mundi clamasque ad emulationem Diaboli.
l Gen 4. 10.
m Ex. 14. 15.
n Psal. 118. 145.
o Isai. 40. 6.
p Prou. 9. 5.
q Abac. 2. 11. iuxta Sept.
r Matth. 27. 46.
s Luc. 23. 43.

39

Itaque vbi clamauit Iesus, continuò Perdix ille à congregatis in dimidio dierum suorum derelictus est. Vnde & quidam naturæ Perdicis etiã istud aptandum putarunt, eò quòd aliena diripiat oua, & foueat suo corpore, atque hac suã fraude partus alienos studeat acquirere. Sed (quod aiunt, Cornicis oculum, habent enim & volatilia suas artes) vbi istud aduerterit cuius aut singula oua direpta, aut cubile fuerit innasũ sollicitata soboles errore similitudinis, speciei simulatione decepta, & si infirmior viribus, induit se atque armat versutiã, & cùm labor omnis impensus nutrimentorum educantem exhauserit, atque adolescere pulli cæperint, tunc vocem emittit, & quadam pietatis tuba prolem aduocat. Quæ naturali quodam auditu excitata agnoscit parentem; & simulantem deserit. Ita cùm vult congregare quæ non peperit, amittit quos nutriendos putauit. Non superflua igitur & Iesus clamauit, vt quia totius mundi populus voce Perdicis, blãditiis, arte, specie deceptus ab authore proprio deuiauerat, lubricas artes secutus, veri parentis voce reuocatus fallacem relinqueret, atque in dimidio dierum eius fraudulentum desereret, id est ante huius finem sæculi, cui nos eripuit Dominus Iesus, & ad vitam æternam vocauit. Itaque nunc mortui mundo, viuimus Deo. Cùm igitur Perdix iste penitus à falsis filiis derelictus fuerit, tũc erit stultus ille quem elegit Deus, & sapientem con-

Ad clamorem Christi derelictus est Diabolus ab iis quos malè sibi suis cõgregarat suggestionum clamoribus.
Perdicis deprædatio ouorum alienorũ, eiusque rei successus.
Diaboli dierũ vniuersitas vsque ad iudicium, quod verò ante illud est dicitur dimidiũ dierum eius.

A fudit, saluus: [t] quoniam *quæ stulta sunt mundi, elegit Deus.* [u] Ideoque *si quis videtur sapiens esse in hoc sæculo, stultus fiat vt sit sapiens.*

t 1. Cor. 1. 27.
u Ibid. 2. 18.

40

Refert eumdem Origenis, & Ambrosij sensum & Hieronymus ad finem Comment.

Hieronym.
August.

Vide similia apud Augustin. lib. de Pastoribus Tomo 9. c. 12. In quo tria sunt quæ notes diuersitatis aliquid habentia. Primum, quòd Diabolus alienas animas congregare dicitur sine iudicio: quia non curat, quis illo, aut illo modo erret sed indiscretè omnes errãtes quomodolibet vult erroribus. Secundum, quòd à conuersis ad fidem & B pœnitentiã derelictus is dicitur in medio dierum ipsius, quia id illi contingit priusquã putaret. Tertium, quòd nouissimum eius futurum dicitur insipiens, quia postea ei non credetur qui iam sapientissimus, & callidus erat ad decipiendũ, apertis illius fraudibus. Vide ibi Augustinum vbi Perdici illi, & diabolo pascenti quæ nõ peperit egregio parallello Christũ opponit pastorem bonum.

Diabolus sine iudicio quibuslibet pascit erroribus.
Diabolus in medio dierum suorum derelinquitur quando conuertimur ad Christum antequam is id cogitet.
Diaboli nouissimũ est insipiens, quãdo conuersis ad Deum aperta sunt illius fraudes.

Ioan. Chrysost. siue Auctor operis imperfecti super Matthæũ homil. 20. Tom. 2. operum Chrysost. & de Diabolo vt stulto citat sententiã istam.

C Rupert. Abbas lib. 1. in Deut. cap. 14. *Perdix fouit quæ non peperit*, inquit Ieremias, Solet enim dicta auis furari, & fouere oua comparis sui. Nati autem pulli audiunt clamorem eius, quæ oua peperit, & continuo relicta illa, quæ oua furtiua fouit, vt diuitias faceret, & nidum suum ditaret, & non in iudicio, i. de rapina, recurrunt ad eam quæ mater est. Propterea dicit. *In dimidio dierum suorũ derelinquet eas, & in nouissimo suo erit insipiens.* Insipienter enim dum deludere cupit, delusa est, & ars eius à natura victa est. Perdix iste Diabolus est, qui astutiã suã massam generis humani in primis parentibus creatori subripuit, & ex tunc *fo-* D *uit quæ non peperit*, i. in vitiis huius mundi malè blãditus est eis, & in peccato nasci fecit eos, quos non creauit, iuxta illud Isai. 10. [x] *Et detraxi quasi potens in sublimi residentes, & inuenit quasi nidũ manus mea fortitudinem populorum. Fecitque diuitias, & non in iudicio:* quia videlicet princeps huius mundi factus est, & ab hominibus in templis Idolorum pro Deo cultus est ordine peruerso. *Sed in dimidio dierum suorum derelinquet eas*; quod iam factum est: *& in nouissimo suo erit insipiens:* quod futurum est. Vniuersitas namque dierum eius vsque ad vltimum iudicium protenditur. Verùm ante E illud iudicium, qui iudicaturus est, venit iudicandus, est sine iudicio raptas, cum iudicio raptori per passionem suam sustulit diuitias. Tandem *in nouissimo suo erit insipiens*, id est, insipientiæ coarguetur, tunc scil. quando videntibus cunctis præcipitabitur.

41
Ioan. Chrys.
Rup. Abb.
Perdicis natura furari, & fouere aliena oua.
Diabolus verè stultus.
Diabolus ab initio mundi Perdix subripiens à Deo humanũ genus, illudque fouens.
x Isai. 10. 14.
Diaboli dierũ vniuersitas vsque ad iudicium, quod verò ante illud est dicitur dimidiũ dierum eius.
Diabolus in nouissimo iudicio insipiẽtia arguetur.

Petrus quoque Damiani lib. 6. Epistolarum epistolã 15. de Diabolo hæc interpretatur, In quo tamen nihil est quod hîc notetur diuersi à præallatis.

Petr. Damiã.

In secundo ordine hæreticum pro Perdice accipientium. Ambrosius ad finem epistolæ 47. ad Sabinum lib. 7. de hæretico loquens quo- F dam Apollinarista, His, ait, auditis *derelictus est in dimidio dierum suorum Perdix, qui clamauit, vt congregaret quæ non peperit*, & oppressus voce Domini Iesu. Denique adornat fugam.

42
Ambrosius.
Apollinarista hæreticus oppressus Christi voce.

Augustinus lib. 13. contra Faustum cap. 12. Tom. 6. *Clamauit Perdix, congregauit quæ non peperit faciens diuitias suas non cum iudicio.* Perdix nimis contentiosum animal, notum est quantã auiditate ipsius contentionis currat in laqueum. Non enim disputare amant hæretici, sed quoquo

Augustin.
Perdix animal nimis cõtentiosum.

Hæretici sũmâ obstinatione pertinaces. modo superare impudentissimâ peruicaciâ: vt congregent,sicut hic dixit, quæ non pepererunt. Christianos enim quos maximè Christi nomine *Hæretici inconsideratâ temeritate Christi fideles in suas colligunt opes.* seducunt, iam per ipsius Christi Euangelium natos inueniunt, & faciunt illos diuitias suas: non sanè cum iudicio, sed cum temeritate inconsiderata. Non enim intelligunt ibi esse veram & salubrem,& quodammodo germanam atque radicalem Christianam societatem, vnde istas separauerunt, quos ad suas diuitias congregarunt. Et *Hæretici, apertâ tandem eorũ dementiâ, derelinquuntur ab iis ipsis, quos collegerint.* quia de talibus dicit Apostolus, [a] *Sicut enim Iamnes & Mambres restiterunt Moysi, sic & isti resistunt veritati: homines mente corrupti, reprobi circa fidem, sed vltra non proficient, dementia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit.* Sequitur & hic Propheta,& dicit,de Perdice, *quia congregauit, quæ non peperit: In dimidio dierum eius derelinquent eum, & in nouissimis suis erit insipiens*, i. qui primò tanquam per pollicitationem, & ostentationem excellentis sapientiæ seducebat, erit insipiens: id est,apparebit insipiens. Eis quippe, quibus primò sapiens erat, tunc erit insipiens, cùm apparebit, quia dementia eius nota erit omnibus.

a 2. Tit. 3. 8.

Similia habet idem Augustinus & lib. de Pastoribus, post explicationem primam præsentis loci de Diabolo.

Hieronym. *Hæretici dãt voces sub Perdicis persona, eamque imitantur.* In eumdem sensum citat hanc sententiam, Hieronymus Comment. super primum caput Ieremiæ, Illi, inquit, (hæretici) verè dant vocem suam, & in hoc eodem Propheta sub Perdicis persona clamant: *Congregant quæ non pepererunt, faciuntque diuitias non cum iudicio.*

43 In tertio ordine variæ referendæ sunt Perdicis acceptiones aliæ.

Hieronym. *Perdicis natura furandi, & fouendi oua aliena.* Hieronymus in Comment. *Perdix fouit*, &c. Aiunt Scriptores naturalis historiæ, tam bestiarum,& volucrum, quàm arborum, herbarumque, quorum principes sunt apud Græcos, Aristoteles, & Theophrastus, apud nos Plinius secundus, hanc Perdicis esse naturam, vt oua alterius Perdicis, id est, aliena furetur, & eis incubet, foueatque: cùmque fœtus adoleuerit, auolare ab eo, & alienum parentem relinquere. Huiuscemodi di- *Diuites similes Perdici fouenti quæ non peperit, &c.* uites sunt, qui aliena diripiunt, & absque cogitatione iudicij Dei, faciunt diuitias non cum iudicio, quas in medio tempore relinquunt, subitâ morte subtracti, quando dicitur eis: [b] *Stulte hac nocte repetent animam tuam à te:* quæ autem præparasti, cuius erunt? Nihilque insipientius, quàm non prouidere nouissima, & breuia putare perpetua.

b Luc. 12. 20. *Nouissimorũ incõsideratio, summa insipientia.*

44 D. Thomas. D. Thomas hunc ipsum prosequitur Hieronymi sensum.

Isid. Pelusio. *Dux exercitus temerarius, atque scelestus dictus Perdix Ieremiæ, clamans, & congregans, &c.* Isidorus Pelusiota lib. 1. epistolarum epistolâ 298. *Clamauit Perdix, congregauit quæ non peperit, ditescens non cum iudicio*, inquit Ieremias, sceleratum belli ducem describens, aduersùs veritatem in extremis temporibus arma induentem; atque omnes item eos, qui temerario animo, ac non ad commodum, & vtilitatem ducis militaris munere funguntur. Cùm igitur hæc ita se habeant, Ecquid tu (loquitur ad Cœnobiarcham) non mona- *Monachorum Prælatus quãdo similis temerario duci exercitus, & Perdici Ieremiæ.* chorum, sed pugnatorum globos, & phalanges paras? Æquum enim fuerat, te illud perspicere, inconditæ turbæ inertiam in cogitationum perturbationem prolabi. Quamobrem aut eos operari doce, aut multitudinem hanc minue, ne alio- *Otium à subditis fuget Religiosorum Prælatus.* qui tibi deprecationis labor subeundus sit, armisque indigeas, cùm eos crapula cum ocio coniuncta ad rerum nouarum studium incitarit.

Theodorit. *Perdicis metaphorâ designatus Nabuchodonosor Rex Babylon. Perdices aucupãdi ratio.* Theodoritus. Rursùm transfert sermonem ad Regem Babylonis. *Vocem emisit Perdix: congregauit, quæ non peperit, comparans diuitias suas sine discrimine.* Venatores Perdicum mansuefaciunt Perdices, & harum voce alias eiusdem generis conuocant: quæ concurrentes, decidunt in casses. Huius Perdicis similem esse dicit Regem Babylonis, qui dominari quidem nititur in omnes homines: at opes congregat iniquas. Prædicit autem, quæ contingent illi aduersa. *In dimidio dierum suorum derelinquent eum: & in extremo suo erit insipiens.* Ista quoque diuino numine afflatus [c] Daniel nos docuit. Nam incidit in maniam, & beluinus effectus expulsus est regno.

c Dan. 4. 11.

Cyril. Alex. Cyrillus Alexand. Comment. in caput secundum Abacuc super ea verba vers. 6. *Væ ei qui multiplicat non sua.* Hoc rursum ait, sapiens Ieremias nobis, ita de ipso (Nabuchodonosor) loquens testatur. *Clamauit Perdix, congregauit quæ non peperit*, &c. Quod secundùm historiam verè accidit. Cæpit enim Iudæam Babylonius, & Samariam insuper, & alia item loca deuastans prædam inde in sedes suas auexit. Ast vbi Cyrus Babyloniam cum Persis & Medis est aggressus, aggregati rursus abierunt, domumque suam auolarunt, quos captiuitatis vincula detinuerunt. Abscesserunt præterea ab idolorum cultu propter magistrum suum quidem ex gentibus, & eo qui olim clamarat, & ad se vocarat, deserto, ad Christum accurrerunt. Congregauit enim ille quæ non erant eius. Suscepit autem Christus quæ erant eius. Nam quia Deus, ideo Dominus est omnium.

45 Basil. Magn. *Perdicis proprietates pranæ.* Basilius Magnus homil. 8. in Hexaemeron Callida, inquit, volucris, astuta, ac Zelotypa Perdix est, malitioseque cum venatoribus in præda agit.

Diabolus quibus artibus nos decipiat, vt pœnitentiam procrastinemus. Idem verò in homilia exhortationis ad Baptismum post medium istas eiusdem Perdicis exponit malitias, cum malitia, & deceptionibus comparans Diaboli: post multa enim hæc habet: Verum artibus insidiosis aggreditur. Serpens est, & ad decipiendũ argutus. Intelligit enim quemadmodum nos homines, præsens libenter recipimus tempus: omnisque actio humana in præsens contendit, atque spectat. Quamobrem hodiernum tempus nobis furatur astutè, & spem facit crastini. Postquam crastinum venerit, rursus malus diuisor sibi hodiernum, crastinum verò Domino dari petit. Sic continuò diem de die trahens, voluptate præsenti, & spe frugis, nostram subducit latenter vitam. Vidi ego iam auis astutæ *Perdicis malitia in decipiendo aucupe, similis deceptioni Diabolicæ in eos qui pœnitentiam agere vellent.* miram artem, cùm pullos suos videat adhuc ob debilitatem prædæ periculo expositos, se se aucupi ante illos vt prædæ paratam offerre, ita se se verrentem ac gestus dispensantem, vt nec periculo penitus, aut manibus se præbeat, neque item insidianti spem omnino eripiat. Sic itaque illum inter vtrumque versando, occupando, in se retinendo, spatium dat natis ociosè fugiendi. Ipsa ad extremum euolat. Caue igitur, ne tu aucupi similia patiaris, certa pro incertis relinquens, spem firmam vanâ commutans.

CATE

CATENA GRÆCA EX VETERIBVS PATRIBVS GRÆCIS.

ΕΦΩΝΗΣΕ πέρδιξ.]

Τοῦ ἁγίου Ἱππολύτου.] οὐ μάτην ὁ προφήτης ἀπεφήνατο τὸ ῥητὸν, τῇ τοῦ ζώου παραβολῇ χρώμενος. τοῦ γὰρ πέρδικος κενοδόξου ζώου ὑπάρχοντος, ἐπὰν πλησίον ἴδῃ ἑτέρου πέρδικος καλιὰν νεοττοὺς ἔχουσαν, ἀποπταντος τοῦ πατρὸς αὐτῶν ἐπὶ τὴν νομὴν, μιμούμενος τὴν τοῦ ἀλλοτρίου φωνὴν προσκαλεῖται πρὸς ἑαυτὸν τοὺς νεοττούς. οἱ δὲ νεοσσοὶ νομίσαντες τὸν ἴδιον αὐτῶν ὑπάρχειν πατέρα, προστρέχουσιν αὐτῷ. ὁ δὲ ἐγκαυρᾶ ἐν ἀλλοτρίοις τέκνοις ὡς ἰδίοις. ἐλθόντος δὲ τοῦ ἰδίου πατρὸς, καὶ βοήσαντος, τὴν ἰδίαν φωνὴν ἐπιγνόντες οἱ νεοσσοὶ, καταλιπόντες τὸν νόθον, πρὸς τὸν ἴδιον πατέρα προσδέονται.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] περὶ τοῦ αἰγυπτίου φησὶν, ἅμα καὶ τὸ ἀσυνείδητον αὐτοῦ λέγων. καὶ τὸ, ἐγκαταλείψουσι, τουτέστιν, αἰχμάλωτοι ἀπαχθήσονται. ὤδινεν αὐτοὺς ὁ θεός, ἐκεῖνος καλέσας ἠκούσθη μόνον ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν αὐτοῦ ἔσται ἄφρων. τουτέστιν ἐλεγχθήσεται οὐχὶ τὰ οἰκεῖα συλλέγων, ἀλλὰ τὰ ἀλλότρια. τί γὰρ ἂν γένοιτο ἀνοητότερον τοῦ μέγα φρονοῦντος ἐπὶ τοῖς οὐχ ἑαυτοῦ;

Ὠριγένους.] ἐν τῇ περὶ ζώων ἱστορίᾳ, λέγεται κακοηθέστατος εἶναι ὁ πέρδιξ. περὶ τοὺς πόδας γὰρ στρεφόμενος τοῦ θηρεύοντος, καὶ τοῦ ἁλῶναι ἐλπίδα διδοὺς, ἀποσπᾷ τῆς καλιᾶς ἑαυτόν. καὶ ὅταν || στοχάζεται πεφευγότας τοὺς νεοττοὺς, καὶ αὐτὸς αἰφνιδίως ἀφίπταται. ἔστι δὲ καὶ ἀκάθαρτον, ὥστε τοὺς || θηρεύοντας, μονομαχεῖν ἀλλήλοις περὶ τῆς μίξεως, καὶ ἄρρενα μετὰ νίκην ἐπιβαίνειν τοῦ ἄρρενος. ἀσεβὲς ἄρα τὸ τοιοῦτον ζῶον ἐπὶ τοῦ σωτῆρος μεταλαβεῖν καὶ μάλιστα διὰ τὴν εἰρημένην ἐγκατάλειψίν τε καὶ ἀφροσύνην. περὶ τοῦ διαβόλου τοίνυν ὁ λόγος, οὐ τὰ ἴδια συνάγοντος κτίσματα, ἴδια δὲ ποιουμένου τὰ τοῦ θεοῦ. φωνεῖ δὲ διὰ τῶν ἑτεροδόξων, ὧν οὐδεὶς ἠδύνατο λέγειν. τὰ ἐμὰ πρόβατα τῆς ἐμῆς φωνῆς ἀκούει. ἀλλ' ἦν ἡ φωνὴ τοῦ ἰησοῦ ἐν πέτρῳ καὶ Παύλῳ. διὸ καί φησιν, εἰ δοκιμὴν ζητεῖτε τοῦ ἐν ἐμοὶ λαλοῦντος χριστοῦ. ἐπλούτησε δὲ ὁ πέρδιξ, καί πολλαὶ τῶν ἀδιακρίτων αὐτῷ ἀνθρώπων μυριάδες ἐγένοντο. ἃς δὴ συνήγαγεν οὐ κρίσεως. μεμνημένων, οὐδὲ κρίσιν ἔχων, ἀκρίτως δὲ πράττων. ὁ δὲ τοῦ χριστοῦ πλοῦτος κεκριμένος ἐξήλεγκται. οἱ καὶ ἐν ἡμίσει τῶν ἡμερῶν τοῦ πέρδικος ἐγκατέλιπον αὐτὸν, ὅτε ἐξείλετο ἡμᾶς ἐκ τοῦ ἐνεστῶτος πονηροῦ αἰῶνος χριστὸς ἰησοῦς. ἐν ᾧ αἰῶνι μόνῳ τοῦ πέρδικος εἰσὶν αἱ ἡμέραι. ἃς δὴ πρὶν πληρωθῆναι, τοῦτον ἐγκατελίπωμεν. διό φησιν, ἐν ἡμίσει τῶν ἡμερῶν αὐτοῦ, αἵτινες εἰσὶν αἱ τοῦ παρόντος αἰῶνος ἡμέραι. καὶ μὴ ὢν καθ' ἑαυτὸν φρόνιμος, ἀλλ' ἡμῖν τοῖς ἠπατημένοις δοκῶν. διὸ καὶ φρονιμώτατος εἴρηται τῶν θηρίων ὁ ὄφις.

|| στοχάζεται.

Fort. χερσεύοντας.

Vers. 11. CLamauit Perdix, &c.)

Sancti Hyppoliti.] *Non temerè Propheta dictum vsurpauit, animantis similitudine vtens. Perdix enim gloriæ auida cùm sit, viso prope alterius nido Perdicis habentis pullos, dum eorum parens ad pascua paranda auolat, vocem illius imitata pullos ad se conuocat. At pulli suum esse patrem putantes ad ipsum accurrunt, ille verò vt filiis alienis tamquam propriis superbit; sed adueniente patre, & clamorem edente, pulli voce parentis agnitâ, relicto spurio, ad suum confugiunt parentem.*

46 S. Hippolit. *Perdix animal gloriæ auidissimum ideóque alienos pullos deceptos ad inanem sibi congregat superbiæ gloriam.*

Chrysostomi.] *De Ægyptio loquitur, iniquam eius simul conscientiam exponens: & illud,* (derelinquent) *hoc est captiui ducentur: parturiebat eos Deus, & ille voce solâ auditus est,* (In nouissimis diebus suis erit insipiens, *id est deprehendetur non propria colligens sed aliena. Quid enim fuerit insulsius homine non de suis inflato?*

Chrysost. *Perdicis metaphorâ quàm aptè significatus Ægyptius. Superbire de alieno quàm stultum.*

Origenis.] *Ex historia animalium accepimus, Perdicem pessimis esse moribus, etenim ad venatoris pedes se volutans spem dans fore, vt capiatur, se de nido subducit, & cùm pullos iam aufugisse coniectauerit, ipsa etiam repentè auolat. Est etiam impurum, ita vt qui cælibes sunt, pugnam inter se conserant vt incubent, & mas qui victus in pugna fuerit victoris Venerem patiatur. Impium itaque est tale animal ad signandum Saluatorem intelligi, eoque magis præsertim propter dictam derelictionem, & insipientiam. De Diabolo igitur sermo est, creaturas adunante non suas, ea quæ sunt Dei sibi vindicante. Aduocat verò per eos qui non rectè sentiunt, quorum nullus dicere poterat.* [a] Meæ oues vocem meam audiunt. *At vox Iesu in Petro & Paulo erat: quare & ait,* [b] Si experimentum quæritis illius qui in me loquitur Christi.

47 Origenes. *Perdicis astutia in deceptione venatorum. Perdix animal salacissimum. Perdicis metaphorâ non Christus, vt impiè aliqui, sed Diabolus designatur. Diabolus instar Perdicis cõgregat sibi alienos Deique filios, sed insipienter.*

a Isai. 10.27. b 1.Cor. 13. 3.

Diues verò facta est Perdix, & multæ ipsi hominum myriades sine iudicio adhæserunt, quas planè colligit, nihil de iudicio cogitans, nec iudicio vtens, sed non in iudicio agens. Diuitiæ verò Christi cum iudicio collectæ apparuerunt: qui & in dimidio dierum Perdicis dereliquerunt eam, cùm nos Christus Iesus ex præsenti prauo sæculo eruit, in quo tamen dies suos habet Perdix; quibus nondum expletis eam dereliquimus; ideo inquit; in dimidio dierum eius; *quæ sunt præsentis sæculi dies: & cùm ipse prudens per se non sit, sed nobis videatur delusis. Quapropter ferarum* [c] *prudentissimus dictus est prudentiâ serpens.*

48 *Diabolū derelinquamus, auditâ Christi voce, dum in hac sumus vita.*

ὄφις. ὅτε δὲ τὸν ἐγκατελίπομεν εἰκότως ἄφρων ἠλέγχετο.

Ἀπολιναρίου.] ἁρμόττει τοῖς ἐξ ἀλλοτρίων πλοῦτον περιβαλλομένοις, ὃς ἐν ἡμίσει ἡμερῶν ἐγκαταλείψει αὐτὸν, ὡς ἀκύλας ἐξέδωκεν. οὐ γὰρ ἐν τῷ ἀποθνήσκειν αὐτὸν λήψεται τὰ πάντα. ὁ μέγας ἔφη Δαβίδ. ὅθεν εἴρηται τὸ ῥητὸν καὶ ἐν παραβολῇ τοῦ εὐαγγελίου ἄφρων ταύτῃ τῇ νυκτὶ ἀπαιτοῦσι τὴν ψυχήν σου ἀπὸ σοῦ. ἃ δὲ ἡτοίμασας τίνι ἔσται; εἰκότως δὲ ἐπενήνεκται ταῦτα τῷ μὴ ἐλπίζοντι εἰς Θεόν.

|| Θεοδωρήτου.] λέγοιτο δ' ἂν πέρδιξ θηρατικὸς καὶ ὁ Βαβυλώνιος. τοιούτους γὰρ οἱ τῶν περδίκων περιφέρουσι θηρευταὶ, ὧν πρὸς τὴν φωνὴν οἱ ὁμογενεῖς συντρέχοντες πέρδικες, τοῖς θηράτροις ἐμπίπτουσιν. ὁ τοιοῦτος ὁ Βαβυλώνιος, ὡς δεσπόζειν μὲν πάντων ἀνθρώπων πειρώμενος, πλοῦτον δὲ ἄδικον συναθροίζων. ὅτι δὲ καὶ ἐν ἡμίσει ἡμερῶν αὐτοῦ, καθὼς προλέγει, κατέλιπον αὐτὸν καὶ γέγονεν ἄφρων, ἐδίδαξε Δανιὴλ, τὴν αὐτοῦ μανίαν εἰπὼν, καὶ ὡς θηριώδης γενόμενος ἐξηλάθη τῆς βασιλείας. ἐπάγεται δὲ καὶ, θρόνος δόξης ὑψωμένος. ἐπειδὴ τῶν ὑψηλῶν αὐτοῦ ἀπεστερήται θρόνων, λέγοι δ' ἂν ἐν τούτοις καὶ τοῦ αἰγυπτίου τὸ ἀζυμώδητον. ὃν καὶ ἐγκατέλιπον, εἰς ἀσσυρίους ἀπαχθέντες αἰχμάλωτοι: ὤδινε μὲν γὰρ αὐτοὺς ὁ Θεός. ἐκεῖνος δὲ μόνον καλέσας μόνος ἠκούσθη. ἀλλ' ἐλεγχθήσεται οὐχὶ τὰ οἰκεῖα συλλέξας, καὶ ἀφρόνως ἐπὶ τοῖς οὐκ αὐτοῦ μέγα φρονῶν.

Ὀλυμπιοδώρου.] ὁ πέρδιξ ὥς φασιν ὑπερήφανος ὢν, διὰ τῆς φωνῆς τοὺς ἀλλοτρίους προσκαλεῖται νεοττούς. οἵτινες γνόντες ὕστερον ὅτι οὐκ εἰσὶν αὐτοῦ, καταλιμπάνουσιν αὐτόν. οὕτω καὶ οἱ ἄνθρωποι οἱ ἀπατηθέντες ὑπὸ τοῦ διαβόλου, ὅταν γνῶσι τὸν ἑαυτῶν δημιουργὸν καὶ δεσπότην Θεὸν. ἀφίστανται ἀπ' αὐτοῦ. ||

[καὶ οὐκ ἐπ' ἐσχάτου.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐπειδὴ ἀκρίτως τῶν ἀλλοτρίων ἐπεθύμησεν, ὕστερον ἐλεγχόμενος δειχθήσεται ἄφρων.

A *serpens. Quum verò ipsum dereliquimus, iurè insipiens deprahensus est.*

Apolinarij.] *Congruit illis, qui alienis ex rebus sibi diuitias compararant.* Quæ in dimidio dierum derelinquent eum, *vt vertit Aquilas.* [a] Non enim in morte ipsius omnia arripiet, magnus cecinit Dauid. *Vnde similiter & Euangelicâ parabolâ dictum est.* [b] Insipiens nocte hac requirent animam tuam ex te, quæ verò præparasti cui tribuentur? *Meritò autem hæc irrogata sunt non confidenti in Domino.*

49 Apollinar. *Diuites ex aliena substantia improbi metaphorâ expressi Perdicis congregantis, &c.* a Ps. 48. 18. b Luc 12. 10.

B || Theodoreti.] *Dici verò potest Perdix Venatica & Babylonius; tales enim sunt, quos Perdicum venatores circumferunt; quorum ad vocem accurrentes aliæ Perdices, cadunt in laqueos: qualis Babylonius, vt qui omnibus hominibus imperare studebat, iniustasque opes congerebat. Quòd verò* in dimidio dierum eius, *vti prædicit,* dereliquerunt eum, *& factus sit insipiens,* [c] *Daniel narrat scribens eius insaniam, vtque ferinus effectus expulsus regno fuerit, & subiungitur,* *solium gloriæ exaltatum: quoniam excelso suo solio priuatus est. Per hæc etiam Ægypti Regis iniqua mens describitur, quem etiam dereliquerunt ducti ad Assyrios captiui; parturiuit enim eos Deus, ille verò solum aduocans auditus est: verùm redarguetur, quòd non sua congregarit, & stultè inflatus de alienis fuerit.*

Theodorit. *Perdicis metaphorâ significatur Nabuchodonosor Rex Babylonis.* c Dan. 14. 22.

C *Perdicis metaphorâ significatus Rex Ægypti.*

D Olympiodori.] *Perdix, vt aiunt, cùm insolens sit, voce alienos conuocat pullos. Qui postea se illius non esse agnoscentes derelinquunt eum: sic & homines à Diabolo decepti cùm suum opificem Dominúmque Deum agnouerint recedunt ab eo.*

50 Olympiod. *Perdici voce suâ decipienti alienos pullos, quàm rectè comparatus Diabolus.*

(Et in nouissimo erit insipiens.)

Olympiodori.] *Quoniam inconsultè aliena concupiuit, tandem redargutus insipiens demonstrabitur.*

Olympiod. *Diabolus, ac Diues inconsultè aliena colligentes tandem insipientia redarguendi.*

Capitis 17. vers. 12. 13. & 14. Sectio Sexta.

TEXTVS VVLGATÆ. E *TEXTVS SEPTVAGINTA.*

12 Solium gloriæ altitudinis à principio, locus sanctificationis nostræ.

13 Expectatio Israel Domine: omnes, qui te derelinquunt, confundentur: recedentes à te in terra scribentur: quoniam dereliquerunt venam aquarum viuentium Dominum.

14 Sana me Domine & sanabor: saluum me fac, & saluus ero: quoniam laus mea tu es.

12 *Solium gloriæ eleuatum, sanctificatio nostra.*

13 *Expectatio Israel Domine, omnes qui te dereliquerint, confundantur; qui recesserint, in terra scribantur; quoniam dereliquerunt fontem vitæ Dominum.*

14 *Sana me Domine, & sanabor: quoniam gloriatio mea tu es.*

PARAPHRASIS CHALDAICA.

12 *Vltio fiet de eo à facie eius, cuius maiestas habitat in solio gloriæ suæ, in cælis excelsis à principio, è regione domus sanctuarij nostri.*

13 *Expectatio Israel Domine: Omnes qui derelinquunt cultum tuum confundentur. Et impij, qui transgrediuntur verbum tuum, futurum est, vt cadant in gehennam, quia dereliquerunt cultum tuum Domine, propter quem tu adducebas super eos gloriam, sicut fontem aquarum, cuius aquæ non deficiunt.*

14 *Sana me Domine, & sanabor: salua me, & saluus ero: quia laus mea tu es.*

Catena

Catena ex Veterum Patrum operibus impreſſis.

51 Origenes homilia quarta in Ieremiam. Dixit Iſaias Beatus Propheta videns Dominum & regnum eius. [a] *Vidi Dominum Sabaoth ſedentem ſuper ſedem excelſam, & eleuatam.* Vidit & Ieremias quomodo Deus regnat, propter quod glorificans eum ait: (*Thronus gloriæ exaltatus ab initio locus, ſanctificatio noſtra.*) Siue de Christo volueris iſta intelligere non peccabis: ſiue de Patre, non impiè ſenties. Eſt enim thronus gloriæ excelſus, & à principio Saluator eſt. Thronus gloriæ eſt, propter quod regnum eius & ſanctificatio noſtra Chriſtus eſt. Quia [b] & ille *ſanctificans, & nos ſanctificati ex vno omnes ſumus.* (*Suſtentatio Iſrael.*) Sicut ipſe iuſtitia Chriſtus, ipſe veritas, ipſe ſanctificatio, ſimiliter eſt ipſe etiam ſuſtentatio. Et non aliquid iuſtum ſine eo, neque patiens quod in ſe non habet Chriſtum.

a Iſai. 6. 1.
Chriſtus excelſus gloriæ thronus.
b Heb. 2. 11.
Patientia, ſicut & omnis noſtra virtus Chriſtus eſt.

52 Ipſe eſt enim ſuſtentatio Iſrael. Si autem ad patrem & hoc retuleris, non impiè intelligis. (*Domine omnes qui te derelinquunt confundantur, diſcedentes.*) Vnuſquiſque noſtrûm quando peccat, per ea quæ peccat Chriſtum relinquit. Relinquens autem filium, relinquit & Patrem. Iniuſtus à iuſtitia longè eſt, pollutus à ſanctimonia, bellator à pace: & ſub poteſtate inimici eſſe incipit, à redemptione fit alienus: & qui extra ſapientiam Dei eſt, ſapientiã Dei derelinquit. Docens itaque nos Propheta quid de omnibus qui Dominũ deſerunt ſit futurum, ait: (*Vniuerſi qui te derelinquunt confundãtur diſcedentes,*) hoc eſt quantùm te deſerunt, tantùm confundantur diſcedentes. *Super terram ſcribantur.* Omnes homines deſcribuntur, ſancti in cælo, peccatores ſuper terram. Dicit ad diſcipulos Ieſus: [c] *Gaudete autem, quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cælis.* Igitur oportet lætari, ſi talis quis fuerit, vt nomen eius ſcribatur in cælis. Et quomodo iuſtorum nomina in ſuperioribus conſcribuntur, ſic è contrario eorum qui conuerſantur terrenè, qui non pertranſeunt terram Edom, ſed agros terræ Edom, & vineas poſſident, ſcribuntur, nomina quaſi relinquentium Deum ſuper terram. (*Confundantur diſcedentes, ſuper terram ſcribantur.*) [d] *Quo enim metro menſi ſunt, remetietur eis ipſis.* Sibi vnuſquiſque cauſa eſt vt ſcribatur ſuper terram, ſi non cæleſtia requirat in terra, ſi ſemper anima eius de iſtius mundi negotiis æſtuet, quæ videntur ſæculo bona. Si verò audiens Ieſum loquentem: [e] *Nolite vobis theſaurizare theſauros ſuper terram, vbi tinea, & vermes exterminant, & vbi fures effodiunt, & furantur, ſed theſaurizate vobis theſauros in cælo:* qui theſaurizauerit ſibi in cælo, ipſe ſibi cauſa eſt, vt ſcribatur in cælis. Hæc propter id quod ſcriptum eſt. (*Super terram ſcribantur,*) cauſámque commemorat. (*Quia dereliquerunt fontem vitæ Dominum.*) Et in principio ipſe Propheta ex perſona Domini dicit: [f] *Me dereliquerunt fontem vitæ Dominum.*

Peccator quantùm deſerit Deum, tantùm confunditur diſcedens.
Scribimur vniuerſi vel in cælo, vel in terra.
c Luc. 10. 20.
d Matt. 7. 2.
Vt ſcribamur in terra nos ſumus in cauſa, cùm adhæremus terrenis.
e Matt. 6. 12.
f Iere. 2. 13.

53 Soli qui propter malè habentes venit medico dicent: [g] *Non indigent ſani medico, ſed malè habentes,* dicendum eſt confidenter ab eo qui ægrotantem ſuam animam vult ſaluari, *Sana me Domine, & ſanabor.* Etenim illa in Euangelio mulier ſanguinem [h] fluens omnem ſubſtantiam ſuam expendit in medicis, nec potuit à quoquam eorum ſanari. Ad nullum quippe ex eis dignum erat dici: *Sana me Domine & ſanabor,* niſi ad ſolum, cui ſufficit veſtimenti tantùm fimbriam tangere, cui ego vni dicam. *Sana me Domine, & ſanabor.* Tunc ſiquidem Medicinam ſanitas ſequitur, ſi Chriſtus curare dignetur. (*Saluum me fac, & ſaluus ero.*) [i] *Falſus equus in ſalutem.* Propterea ei dicam: *Saluum me fac, & ſaluus ero.* Et hoc ita gaudebo loqui, ſi omni renuncians gloriæ ſæculari potero & reliqua dicere. (*Quoniam gloria mea tu es.*

Sanitas vera ab vno Deo Chriſtóque Dei filio petenda, & expetenda.
g Matt. 9. 12.
h Matt. 9. 20.
i Pſal. 32. 17.

54 Refert Clemens Papa lib. 6. Conſtitut. Apoſtolicarum cap. 5. in hunc modum quod in verſ. 13. dicitur, *Thronus gloriæ in ſublimi poſitus ſanctuarium noſtrum;* in probatione quòd Deus Iudaico populo reprobato in Gentibus ſuum erexerit ſolium. Quod eo confirmat Iſaiæ vaticinio. *Erit* [k] *in nouiſſimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, & eleuabitur ſuper colles, & fluent ad eum omnes gentes.*

Clem. PP.
In Gentibus erexit Deus ſolium gloriæ ſuæ, quum Iudæos reprobauit.
k Iſai. 2. 2.

Athanaſius autem totum hunc locum affert Oratione ſecundâ contra Arianos ad probandum, Deum appellatum fontem ſapientiæ, ac vitæ, à quo Verbum, ſapientiaque æterna & ab æterno fuerit; Chriſtianorum, inquit, fides confitetur, & certò illi perſuaſum eſt, Filium ſemper extitiſſe. Eſt enim æternus, vt & ipſe Pater, cuius etiam Verbum æternum eſt. Nam & id quoque rurſum videamus, An Deus fons ſapientiæ, & vitæ appelletur, quemadmodum per Ieremiam loquitur. *Thronus gloriæ excelſus, ſanctificatio noſtra, expectatio Iſraelis Domine, omnes derelinquentes te confundentur: & qui defecerint, in terra ſcribantur, & quod dereliquerunt Dominum fontem vitæ:* & iterum, [l] *Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ.*

Athanaſius.
Verbum diuinum, Filiuſque Dei vt æternus Deus ab æterno fuit à Patre vt à fonte perenni.
Deus appellatus fons ſapientiæ.
l Iere. 2. 19.

55 Baſilius quoque Magnus Comment. in cap. 4. Iſaiæ, ſuper ea verba, [m] *Sancti vocabuntur omnes ad vitam in Ieruſalem,* ad intellectum eius quod dicitur in verſ. 13. *Recedentes à te in terra ſcribentur,* hæc habet, Omnes equidem tales ſcribentur ad vitam in Ieruſalem. Beatus planè, quiſquis comperietur dignus eâ conſcriptione in Ieruſalem. In ſuperna enim Ieruſalem credibile eſt eſſe librum viuentium, in quo conſcripti ſunt Chriſti diſcipuli. [n] *Gaudete* enim, ait, *quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cælis.* Quum autem particulæ huic. [o] *Qui ſcripti ſunt in Ieruſalem,* illa præponitur, *ad vitam:* neceſſarium ſit ſcire, vtrumne ſint quidam qui ſcribantur quidem, non item ad vitam, ſed iuxta ſententiam Ieremiæ dicentis: *Recedentes à te, ſiue deſertores in terra ſcribentur.* Iuxta igitur ſenſum hunc duæ intelligi debent deſcriptiones. Vna quidem eorum eſt, qui ad vitam: altera autem eorum, qui ſcribuntur ad perditionem. Plerúmque tamen contingit permutationem ſcripturæ fieri, vt quum à virtute delapſi ad malitiam exciderimus. Namque dictum hoc: [p] *Deleantur de libro viuentium, & cum iuſtis non ſcribantur.* Illud item, [q] *Dele & me de libro,* de his dicitur qui dignos ſe exhibuerint priùs, vt in libro Dei conſcriberentur.

Baſil. Magn.
m Iſa. 4. 3.
Librum eſſe in ſuperna Ieruſalem, in quo ſcribuntur Sancti.
n Luc. 10. 20.
o Iſai. 4. 3.
Libri duo apud Deum, alter in quo deſcribuntur Sancti, alter in quo impij, eorumque geſta.
Scriptura Dei in libris permutatur, prout nos vitam mutamus.
p Pſal. 68. 29
q Exod. 32. 32.

56 Hieronymus in Comment. *Solium gloriæ,* &c. *Expectatio Iſrael,* &c.) Perdice propter ſuam ſtultitiam derelicto: expectatio Iſrael, id eſt populi Dei, & credentis in Domino, ipſe eſt qui fecit omnia: Cuius ſolium glorioſum eſt, & excelſum à principio, locuſque ſanctificationis omnium credentium, vt non in loco ſit Dominus, ſed vt vbi ille fuerit, locus ſanctificatus ſit. E contrario qui derelinquunt Dominum confundentur confuſione perpetuâ, & recedentes, ſiue declinantes ab eo, ſcribentur in terra, deleti de libro viuentium. Sicut enim qui poteſt cùm

Hieronym.
Relinquens Diabolum eſt locus ſanctificationis eius ſolium glorioſum.
Non in loco eſt Dominus, ſed vbi is eſt, locus eſt ſanctificatus.
Scribi in terra eſt adſcribi cum his qui terrena ſapiunt.

a Phil.3.20.

Apostolo dicere; [a] *Noster autem municipatus in cælo est*, in cælestibus scribitur: Sic qui derelinquit Dominum, vel declinat ab eo, scribetur in terra cum his qui terrena sapiunt. Causaque manifesta, cur scribantur in terra: *quia dereliquerunt fontem vitæ Dominum, siue fontem aquarum viuentium Dominum*, qui loquitur in Euangelio.[b] *Si quis sitit, veniat ad me & bibat: qui credit in me, sicut dicit scriptura flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem dixit de spiritu quem accepturi erant credentes in eum.*

Scriptura peccatoris in terra exinde quòd Spiritus Sancti gratiā abiecerit.

b Ioan.7.38.

Medicorum inane studiū, nisi curationis gratia sit à Deo.

c Matt 9.20.

d Mala.4.2.

Medicina vera cuiuscúmque mali est Laus Dei.

(*Sana me Domine, & sanabor*, &c.) Multi medici in [c] Euangelio hæmorruosam curauerant, quæ omnem substantiam suam perdiderat in eis, & tamen à nullo curari potuit, nisi ab eo qui verus est medicus: & [d] *cuius sanitas in pennis eius*. Vnde & nunc Propheta à populo passus opprobria, & crebro insidiis circumuentus, ab eo curari & saluus fieri cupit: cuius vera laus, veraque medicina est.

57 Ambrof.

Ambrosius quod de sanatione dicitur de confessione peccatorum intelligit lib. 3. de Virginibus post dimidium.

Augustin.

Ecclesia prædicta futura solium excelsum gloriæ Dei, & sanctificatio nostra.

e 1.Cor 3.17.

Ecclesia est templum Dei, & ciuitas supra montem.

f Matt.5.14.

Augustinus lib. 13. contra Faustum, quoad vers. 12. primo in cap. 13. Sequitur, ait, idem Propheta, & tamquam motus animi eius ordinatissimè excipient, docet eum, Ecclesiam Christi ipsam esse prædictam, quæ omnibus eminet & apparet. Ipsa est enim sedes gloriæ, de qua dicit Apostolus.[e] *Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos.* Vnde iste dicit, *Sedes autem gloriæ exaltata est, sanctificatio nostra.* Propter hos enim motus paruulorum, qui possunt seduci ab hominibus à manifestatione claritatis Ecclesiæ, Dominus quoque prouidens, ait, [f] *Non potest ciuitas abscondi supra montem constituta*: quia vtique Sedes gloriæ exaltata est sanctificatio nostra, vt non audiantur illi, qui ad religionum scissuras traducunt, dicentes, [g] *Ecce hic est Christus, ecce illic*: Cùm illa ciuitas super montem sit.

g Matth.24.23.

Patientia Israel dictus Deus, qui efficit vt patienter tolerentur mali in Ecclesia.

h Matth.13.30.

Idem postmodum in cap. 16. eiusdem libri Deinde ait, quasi veniret in mentem, quid ergo facimus de tam multis malis, qui tantò ampliùs vbique permixti sunt, quantò excellentior est Christi gloria in vnitate omnium gentium, subiecit statim, *Patientia Israel Domine*, Patienter enim ferendum est quod ait, [h] *Sinite vtraque crescere vsque ad messem*, ne impatientia tolerandi malos, relinquantur boni, qui propriè sunt corpus Christi: & ideo cum ipsi relinquuntur, ille relinquitur. Vnde subiecit, atque addidit, [i] *Vniuersi qui te derelinquunt, terreantur: confundantur qui recesserunt in terram.* Terra est enim homo de se præsumens, atque alios vt de seipso præsumant inducens, & ideo sequitur, *Euertentur, quoniam dereliquerunt fontem vitæ Dominum.* Quid enim aliud clamat perdix, nisi apud se esse, & à se dari fontem vitæ, ad quem congregati recedant à Christo, Christi promissione decepti, cuius nomine iam tenebantur imbuti? [k] Non enim quos peperit, congregat: sed vt congreget quos non peperit, dicit, Salus quam Christus promisit, apud me est, ego dabo. Sed vide quid iste dicat, *Sana me Domine, & sanabor: saluum me fac, & saluus ero.* Vnde Apostolus dicit, [l] *Nemo glorietur in homine*: & iste subiungit, *Quoniam gloriatio mea tu es.*

i Ieremi.17.

Relinquens Deum recedit in terram in suimet præsumptione.

Hæretici prædicant apud ipsos esse fontem vitæ, & salutem.

k Iet.17.11.

l 1.Cor.1.31.

58 Theodor.

Theodoritus, qui præcedentia de Perdice, ad Nabuchodonosor retulit, & primâ quoque parte vers. 12. de eodem accipiens ita hæc legit, distinguit, & interpretatur. *Solium gloriæ exaltatum.* Priuatus est (is scil. rex) etiam solio. *Sublimis sanctificatio nostra ab initio, locus sanctificationis nostræ, expectatio Israel.* Tu autem, inquit Domine sanctificatio nostra, splendor loci nostri, sempiternum habes imperium. Te igitur expectamus. Tu etiam præbebis nobis liberationem ab aduersis. *Nam qui te derelinquunt omni pudore replebuntur. Sana me Domine*, &c. Ego prouidentiæ tuæ me ipsum admoneo, & vt à te salutem consequar, supplex peto.

Nabuchodonosor priuandum regni solio prædictū à Ieremia.

Expectatio omnis nostra Deus sit.

Prouidentiæ diuinæ nos committamus.

Petr.Dam.

Docēt in Ecclesia hominem Deus dicitur expectatio Israel, qui & solium gloriæ, &c. & locus sanctificationis nostræ.

Petrus Damiani lib.6. Epistolarum epistola 15. *Solium gloriæ altitudinis à principio, locus sanctificationis nostræ expectatio Israel.* Deus, qui est principium gloriæ, ipse est expectatio Israel, quoniam à quo genus humanum prodiit, per conditionis reuertitur Sacramentum. Qui ergo sedebat in solio gloriæ altitudinis à principio, & hominem, & hominem edocebat, ipse est expectatio Israel, vt in loco sanctificationis nostræ, id est, in sancta Ecclesia eumdem hominem iterum doceat.

59 D. Thomas.

Spes iustorum in diuino cultu.

Arca & Propitiatorium, ac templum dicta solium, &c.

m Ier.14.21.

Scribuntur impij in terra quasi ciues terræ.

n Psal.48.12

o Iere.2.13.

Laus nostra Deus, & quia illum laudamus, & quia laudamur in illo.

p Psal.40.5.

D. Thomas. Ponit spem iustorum quæ est in cultu diuino (*solium gloriæ*) id est, expectatio & fiducia populi Israel est templum, & arca, & propitiatorium, in quibus intelligitur cultus diuinus: quod dicitur (*solium gloriæ altitudinis*) ibi enim gloria Domini in reuelationibus apparebat à principio legis datæ (*locus sanctificationis*,) id est, in quo sanctificamur: vel quem sanctificasti coram nobis, & pro nobis, supra 14. [m] *Solij gloriæ recordare ne irritum facias fœdus tuum nobiscum.* Et adiungit pœnam discedentium ab hac fiducia: ponens pœnam. (*Domine omnes, in terra*) captiuitatis (*scribentur*) quasi ciues perpetuò ibi manentes: vel cum illis qui terrena sapiunt: vel in terrenam corruptionem descenderunt: de quibus, Psalmus, [n] *Vocauerunt nomina sua in terris suis.* Et assignat causam (*quia dereliquerunt*) supra 2. [o] *Me dereliquerunt.* Tertiò porrigit petitionem suam ad eum qui est sua expectatio (*sana me*) à languoribus peccati, & angustiæ, quibus inuoluor (*saluum me fac*) conseruando in bonis (*laus mea*) quem laudo: vel in quo laudor, Psalmus. [p] *Ego dixi Domine miserere mei, sana animam meam, quia peccaui tibi.*

Hincmarus.

Scribimur vel in cælo, vel in terra operibus nostris quasi literis in contractu iustitiæ inuiolabili.

q Luc.10.20.

In Baptismo vsus antiquus dandi nominis.

Hincmarus Episcopus Remensis Opusculo de diuortio Lotharij Regis, & Tedbergæ. De electis Dominus in Euangelio dicit Luc. 10. [q] *Gaudete, quoniam nomina vestra scripta sunt in cælo*; de reprobis autem Ieremias dicit: *Recedentes à te Domine, in terra scribentur.* Non autem pueriliter sapiendum est, quasi Deus ad remedium obliuionis, bonos in cœlis, malos scribat in terris; sed salubriter intelligendum, quòd siue cælestia, seu terrestria quis opera gesserit, per hæc quasi literis adnotatus apud Dei memoriam sit naturaliter affixus. In hoc iure demonstrans, vt quod quisque iustè, & rationabiliter manu firmauerit, inuiolabiliter, ac perseueranti conseruet iustitia. Nec inaniter suum nomen, qui ad Baptizandum venit, si habet ætatem, aut patrinus pro puero: sed & publicè pœnitens ad reconciliationem accedens scriptum nomen proprium ex traditione Ecclesiastica donat, quod super sacrum altare inter Sacramentorum cælestium celebrationem ponitur, & recitanda ad locum per Sacerdotem à Domino commendantur.

CATENA

CATENA GRÆCA EX VETERIBVS PATRIBVS GRÆCIS.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] περὶ τῆς τοῦ θεοῦ λέγει βασιλείας, ὅτι ἀνάλωτός ἐστι καὶ ἀχείρωτος, καὶ μένει ἐφ' ἑαυτῆς, κἂν μηδεὶς ᾖ.

Βίκτωρος.] θρόνος δόξης ὑψωμένος, ὡς ὑπεραίρειν πᾶσαν τὴν κτίσιν, τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ ἡ δόξα. ὅστις καὶ ἁγίασμα ἡμῶν ἐστι καὶ ὑπομονή.

[Θρόνος.]

Ὀλυμπιοδώρου.] σὺ εἶ φησι κύριος, ὁ τὸν θρόνον τῆς δόξης ἔχων τὸν ὑψηλὸν, καὶ τὸ εἶναι ἡμῖν, καὶ τὸ διαμένειν παρέχων.

[Ἁγίασμα.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐχὶ ναὸς, οὐδὲ ἄλλο τοιοῦτον οὐδὲν, ἀλλὰ Θεὸς μόνος.

Ὠριγένους.] ὅτε || γὰρ ἁγιάζων, καὶ οἱ ἁγιαζόμενοι ἐξ ἑνὸς πάντες. οὐδὲ γὰρ ἅγιον εἶναι χωρὶς αὐτοῦ, οὔτε ὑπομένειν || μὴ ἔχοντα τὸν Χριστὸν ὡς γὰρ ἐστὶν αὐτοδικαιοσύνη καὶ αὐτοαλήθεια, οὕτως αὐτοαγιασμὸς, καὶ αὐτοϋπομονὴ, διὸ καὶ εἴρηται, ἁγίασμα ἡμῶν καὶ ὑπομονὴ Ἰσραὴλ, κύριε.

|| ἐν ἄλλ. || ὑπομένειν ἔστι μή.

[Πάντες.]

Ὠριγένους.] ἕκαστος γὰρ ἡμῶν δι' ὧν ἁμαρτάνει, καταλιμπάνει τὸν Χριστὸν, καὶ δι' αὐτοῦ τὸν πατέρα. ἀδικῶν γὰρ δικαιοσύνην καταλείπει, καὶ βεβηλωθεὶς ἁγιασμὸν, καὶ πολεμῶν εἰρήνην, καὶ ὑπὸ πολεμίων γινόμενος ἀπολύτρωσιν. καὶ τὴν σοφίαν ὁ μὴ ὢν κατὰ θεὸν, καὶ θέλων εἶναι σοφός. τοῖς οὖν καταλιποῦσι τὸν θεὸν ἀρᾶται ὁ προφήτης, αἰσχύνην τὸ ἐσόμενον αὐτοῖς λέγει ἐν σχήματι τῆς ἀρᾶς. καὶ ἐπὶ γῆς γραφήτωσαν φησί. πάντες γὰρ ἄνθρωποι γράφονται, οἱ μὲν ἅγιοι ἐν οὐρανοῖς, οἱ δὲ ἁμαρτωλοὶ ἐπὶ γῆς.

[Καταισχυνθήτωσαν.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐ γὰρ ἔχουσιν ἀσφάλειαν.

Ὀλυμπιοδώρου.] οἱ θεοῦ ἀφεστηκότες φησὶ μὴ ἐν οὐρανῷ, ἀλλ' ἐν γῇ γραφήτωσαν. κατὰ τὸ γῆ εἶ καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] συνεχῶς οὕτω αὐτὸ καλεῖ τὸν θεὸν ὁ προφήτης οὗτος. τίνος ἕνεκεν; ὅτι πάντα παρ' αὐτοῦ τὰ ζωὴν ποιοῦντα, ἣν καὶ οὐδὲν ἐνέλιπεν.

|| Fort. ἐξ ἧς ἐ-δω.

[Ἀφεστηκότες.]

Τοῦ Χρυσοστόμου τοῦτο ἐπ' ἀνθρώπου εἰπεῖν οὐκ ἔνι πολλάκις θεραπεύει, ἀλλ' οὐκ ἰᾶται ὁ κάμνων. οὐκέτι διαπεσεῖν τὴν ἐλπίδα τὴν εἰς σέ. καὶ τί ἔκαμνεν φησὶν, ὦ οὗτος; ἴασαι ψυχὴν ἀρρωστοῦσαν. εἰκὸς γὰρ ἀπὸ τῶν ὀνειδισμῶν θορυβεῖσθαι αὐτόν.

[ὅτι ἐγκατέλιπον.]

Ὠριγένους.] οὐκ ἄν τις εἴποι τοῦτο σὺν ἀληθείᾳ ἢ τῷ εἰπόντι, οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ὑγιαίνοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες. τῷ καὶ διὰ τούτους ἐληλυθότι. τοῦτο γὰρ εἶπε δικαίως ἡ αἱμορροοῦσα, τὸ ἴασαί με κύριε, καὶ ἰαθήσομαι. ἀλλ'

A Verſ. 12. *Solium gloriæ eleuatum, &c.)*

Chryſoſtomi.] *De regno Dei intelligit, quod deſtrui ſubiicique non poteſt, manetque per ſeipſum, licet nemo ſubſit.*

Victoris.] *Solium gloriæ quod eleuatum vt ſit ſupra omnem creaturam, Vnigeniti filij eſt gloria; qui nobis & ſanctificatio eſt, & expectatio.*

(Solium.)

Olympiodori.] *Tu es, ait Dominus, qui ſolium gloriæ poſſides excelſum, nobiſque quod* B *ſimus & conſeruemur præſtas.*

(Sanctificatio.)

Chryſoſtomi.] *Non templum, vel aliud quid ſimile, ſed Deus ſolus.*

Origenis.] [a] Nam & qui ſanctificat, & qui ſanctificatur ex vno omnes. *Neque enim abſque eo ſanctus eſſe neque expectare poteſt qui Chriſtum non habet; ſicuti enim eſt ipſa iuſtitia, ipſaque veritas, ſic & ipſa eſt ſanctificatio, ipſaque expectatio, quapropter & dictum eſt,* Sanctificatio noſtra & expectatio Iſrael Domine.

C Verſ. 13. *(Omnes qui te derelinquunt confundantur.)*

Origenis.] *Vnuſquiſque enim noſtrûm per quæ delinquit Chriſtum deſerit, & proinde & Patrem. Qui enim iniuſtè agit iuſtitiam deſerit, & polluens ſe ſanctificationem, & bellum gerens pacem, & ſub ditione hoſtium factus redemptionem. Sapientiam quoque deſerit, & qui Deum non habet, & ecce vult ſapiens. His itaque qui à Deo defecerunt, imprecatur Propheta, conflictionem illis futuram aſſeuerans in imprecationis formula.* D Et in terra ſcribātur, *ait. Omnes enim homines ſcribuntur, Sancti quidem in cælis, peccatores in terra. (Confundantur.)*

Chryſoſtomi.] *Nullum enim habent firmum præſidium.*

Olympiodori.] *Qui receſſerunt, inquit, à Deo, non in cælo, ſed in terra ſcribantur, iuxta illud,*[b] Terra es, & in terram conuerteris.

(Quoniam dereliquerunt fontem vitæ, &c.)

Chryſoſtomi.] *Sæpe hoc nomine Deum ap-* E *pellat hîc Propheta, quamobrem? Quòd omnia ex ipſo per quem viuitur, & quia nihil ei deficit.*

Verſ. 14. *(Sana me Domine, & ſanabor.)*

Chryſoſtomi.] *Hoc de homine affirmare non poſſumus, ſæpe medetur, non tamen infirmus ſanitati reſtituitur. Spes in te quæ ponitur fruſtrari non poteſt. Sed heus tu, quo inquit morbo laborabas? ſana animam malè ſe habentem; veriſimile enim eſt contumelias illum turbaſſe.*

Origenis.] *Nemo cum veritate hoc dixerit, niſi ei qui illud protulit.* [c] Non opus habent ſani medico, ſed qui malè ſe habent, qui etiam

60 Chryſoſt. *Regnum Dei per ſemet firmiſſimum.* Victor. *Solium Dei eleuatum eſt Chriſti gloria.* Olympiod.

Chryſoſt. *Sanctificatio noſtra Chriſtus ſolus.* Origenes. *Chriſtus ſanctificatio, & expectatio noſtra.* a Heb. 2. 1.

61 Origenes. *Peccans per ea ipſa quibus peccat, & Deum derelinquit, & ſanctificationem, & pacē & redemptionem, & ſapientiam. Deum derelinquens confuſionem reuehit. Scribimur omnes, ſed diuerſimodè.* Olympiod. *Terreni ſcribuntur in terra.* b Gen. 3. 19 Chryſoſt. *Fontis vitæ nomen quàm congruēs Deo.*

62 Chryſoſt. *Sanitas completa ab vno Deo expetenda, & quærēda. Ieremias ſanari à Deo petiit anima turbationis ſuæ morbum.* Origenes. *Sana me & ſanabor dicere non poſſumus homini, ſed vni Chriſto Deoque.* c Matt. 9. 12.

ἀλλ' οὐ τοῖς ἰατροῖς, εἰς οὓς κατηνάλωσε τὴν οὐσίαν. οὐδ' εἴτις ἄλλος ἐπαγγέλλεται τὴν τῶν ψυχῶν ἰατρικὴν, ἀλλ' ἢ ἐκείνῳ μόνῳ, οὗ ἀρκεῖ ἅψασθαι τοῦ κρασπέδου τοῦ ἱματίου αὐτοῦ. οὗτος γὰρ ἐὰν ἰασηται, τὸ τέλος ἀκολουθεῖ τῇ ἀπ' αὐτοῦ ἰάσει, τουτέστιν ἡ θεραπεία. μόνη δὲ καὶ ἀληθὴς σωτηρία, ἐὰν σώσῃ Χριστός· ψευδὴς γὰρ ἵππος εἰς σωτηρίαν, καὶ τὰ ἄλλα δὲ πάντα. διὸ καὶ μόνῳ. Σῶσόν με, καὶ σωθήσομαι. ἐρεῖ δὲ τοῦτο ὁ τοῦ ἀποτετάχθαι παντὶ καυχήματι, δυνάμενος λέγειν, ὅτι καύχημά μου εἶ σύ. ὁ κατὰ τὴν ἐντολὴν μὴ ἐπὶ σοφίᾳ, μὴ ἐπὶ ἰσχύι, μὴ ἐπὶ πλούτῳ, ἀλλ' ἢ ἐν τούτῳ καυχώμενος τοῦ συνιεῖν καὶ γινώσκειν, ὅτι ἐγώ εἰμι κύριος. ὁ δὲ τοιοῦτος ἐρεῖ τὸ, οὐκ ἐκοπίασα κατακολουθῶν ὀπίσω σου. πρὸς ὃν, ὁ Ἰησοῦς ἐρεῖ ἆρον τὸν κράββατόν σου καὶ περιπάτει καὶ ἄφες πάντα, καὶ ἀκολούθει μοι. καὶ ὅς τις οὐ καταλείπει τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα, καὶ ἀκολουθεῖ ὀπίσω μου, οὐκ ἔστι μου ἄξιος. οὐ κοπιᾷ δὲ οὕτως ἀκολουθῶν. καὶ οὐκ ἔσται γὰρ μόχθος ἐν Ἰακώβ. οὐ δὲ ὀφθήσεται πόνος ἐν Ἰσραήλ.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] Θεῷ μόνῳ τοῦτο ἐστὶν εἰπεῖν.

[Σῶσον με.]

|| In al. Τοῦ Χρυσοστόμου.

Ὠριγένους.] τί δήποτε τοῦτ' ἐστίν; ἐπειδὴ συνεχῶς ἀπειλεῖ τὰ δεινὰ, αὐτοὶ δὲ διηπίστουν τοῖς λεγομένοις σκώπτοντες εἰς αὐτὸν ἀεὶ ἔλεγον. ἐλθέτω. ἀλλ' ἐγώ φησιν οὐκ ἀπέκαμον καὶ ὀνειδιζόμενος.

A *etiam propter eos aduenit; hoc quippe iurè dixit Aemorroissa,*[a] Sana me Domine, & sanabor; *at non medicis, quibus dando substantiam consumpserat: nec si quis alius medicinam animarum profitetur; sed illi soli, cuius fimbriam vestimenti attingere sufficit. Hic enim si sanitati restituerit, finis curationis sequetur, hoc est sanatio. Vna autem veraque salus, si Christus saluet,* [b] vanus enim equus ad salutem, *cæteraque omnia, quare & soli dicendum,* salua me B & saluus ero. *Is autem hoc dicet, qui, abiectâ omni re, de qua glorietur, dicere poterit,* Quoniam gloriatio mea tu es, *qui iuxta mandatum,*[c] non in sapientia non in robore, non in opibus, sed in hoc solo gloriatur, quòd intelligat & cognoscat, quoniam ego sum Dominus: *Hic verò dicet,* Ego non laboraui sequens post te) *ad quem Iesus inquiet.* [d] Tolle grabbatum tuum, & ambula; [e] & Relinque omnia, & sequere me. *Et* [f] Quicumque non deseret patrem & C matrem, & sequetur post me, non est me dignus. *Qui verò sic sequitur non laborat.* [g] Et non erit labor in Iacob, neque videbitur dolor in Israel.

(Salua me & saluabor.)

Chrysostomi.] *Hoc soli Deo dicere fas est.*

Origenis.] *Quid tandem hoc est? Quoniam sæpius mala minabatur, hi verò dictis non credentes per contumeliam illi dicebat.* Veniat. D Sed ego *ait*, nec probris oneratus defeci.

Æmorroissa Euangelij dixisse visa est Christo, Sana me Domine, & Sanabor.
a Matth. 19. 20.
Salus vera ab vno Christo.
b Psal. 32. 17.
Glorians in vno Deo, dicere potest tutò Salua me, & saluus ero.
c Iere. 9. 23.
Sequēs Christum non defatigatur.
d Ioan. 5. 8.
e Matth. 19. 21.
f Matth. 10. 30.
g Ierem. 23. 21. iuxt. Sept.
Chrysost.
Origenes.

Capitis 17. à vers. 15. vsque ad 19. Sectio Septima.

TEXTVS VVLGATÆ.

15 Ecce ipsi dicunt ad me: Vbi est verbum Domini? veniat.

16 Et ego non sum turbatus, te pastorem sequens: & diem hominis non desideraui, tu scis. Quod egressum est de labiis meis, rectum in conspectu tuo fuit.

17 Non sis tu mihi formidini, spes mea tu in die afflictionis.

18 Confundantur qui me persequuntur, & non confundar ego: paueant illi & non paueam ego: induc super eos diem afflictionis, & duplici contritione contere eos.

TEXTVS SEPTVAGINTA.

15 Ecce ipsi dicunt ad me: vbi est verbum Domini? veniat.

16 Ego autem non laboraui sequens post te: & diem hominis non desideraui, tu scis. Quæ egrediuntur per labia mea, ante faciem tuam sunt.

17 Non fias mihi in alienationem, parcens mihi in die malo.

18 Confundantur, qui persequuntur me; & non E *confundar ego: paueant illi; & non paueam ego: induc super eos diem pessimum: duplici contritione contere eos.*

PARAPHRASIS CHALDAICA.

15 Ecce ipsi dicunt mihi: Vbi est quod Prophetasti in nomine Domini? confirmetur nunc.

16 Ego autem non sum cunctatus super verbum tuum, vt non Prophetarem eis; vt conuertam eos ad timorem tui: & diem malam, quam tu adduces super eos, non desideraui. Manifestum est enim coram te; quod egressum est de labiis, notum coram te fuit.

17 Non sit Verbum tuum mihi in interitum: fiducia mea es tu in tempore tribulationis.

18 Pudefiant persequentes me, & non pudefiam: confundantur & non confundar ego: adduc super eos diem mali, & duplici contritione contere eos.

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

Origenes ad finem homiliæ 4. in Ieremiam. Duo pertractat eorum quæ in his habentur. Primùm quod in vers. 16. dicitur. *Ego autem non laboraui sub-* F *sequens te:* Secundùm, quod eodem vers. 16. *Et diem hominis non desideraui.* Ait quippe. Iesus tibi dicit, [h] *Tolle crucem tuam, & veni, sequere me.* Et [i] *qui non reliquerit patrem aut matrem, & secutus fuerit me, non est dignus meus esse discipulus.* Si igitur talis fueris, vt semper Christum sequaris, quantò plus sequutus fueris, tantò minus laborabis. Non enim lassitudo erit in Iacob, neque apparebit dolor in Israel. Propterea dixi, vt non laboremus

63
Origenes.
h Matth. 16. 24.
Sequēs Christum cū certe labore non fatigatur.
i Matth. 10. 30.

remus vlterius laborantes antequam inceperimus eum sequi. [a] *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos*: Si laborantes venerimus ad Iesum, & eum fuerimus secuti, tunc dicere poterimus: (*Ego autem non laboraui subsequens post te, & diem hominis non concupiui.* Est quædam dies hominis, est quædam dies Domini, id est dies resurrectionis, quam omnis Sanctus desiderat, non illam de qua scriptum est: [b] *Væ eis qui desiderant diem hominis.* Nam dies ista est tenebra, & non lux. Quis est qui possit dicere, *& diem hominis non concupiui?* Explanatio verbi conuincit nos, quia diem concupiscamus hominis. Frequenter quippe ægrotantes cùm in phantasmate esse febrium cœperimus, & mortis limine vrgeri, ad eos qui nos visitant fratres lassas manus attollimus orantes eos, vt pro nobis Dominum deprecentur, atque dicentes: Roga mihi aliquod vitæ spatium, roga vt aliquantisper in hac luce permaneam. Ista memorantes non diem sanctum Domini, sed diem hominis desideramus.

a Matth. 11. 28.

Dies quædam est hominis, quædam Dei, & resurrectionis.

b Amos. 5. 18.

Diem hominis desiderat qui optat, & precatur hæc sibi prorogari vitam in carne.

64 Hieronym.

Hieronymus. (*Ecce ipsi dicunt ad me, vbi est verbum Domini: veniat, &c.*) Qui non putant ventura quæ dicta sunt, loquuntur ad Prophetam: *Vbi est verbū Domini? veniat*: dissimulationem sententiæ dilationem arbitrantes. Illis autem, inquit, ista dicentibus: *Ego non sum turbatus, nec laboraui te pastorem sequens*, siue post tua ingrediens vestigia. Nec hoc fui fine contentus, sed diem hominis non desideraui: vel vitam longiorem, vel prospera quæque huius sæculi: Ipsumque vocat testem, quem & iudicem: *Tu nosti.* Sequitur: *Quod egressum est de labiis meis, rectum fuit in conspectu tuo*: vt numquam mentitus sit, & Domini voluntati aduersa non dixerit. *Non sis mihi*, inquit, *tu formidini spes mea in die afflictionis.* Quod perspicuum est iuxta Hebraicum. Iuxta id verò quod Sept. transtulerunt dicentes: *Ne fias mihi alienus, parcens in die malo*: est sensus: Ne parcas mihi in præsenti sæculo, quod malum est: sed redde mihi iuxta peccata mea, vt requiem habeam sempiternam. Scio enim scriptum, [c] *Quem diligit Dominus, corripit: flagellat autem omnem filium quem recipit.* Dies autem malus, vel omne sæculum est, vel dies iudicij, his qui propter peccata cruciantur.

Diem hominis desiderare est prospera, vitamque longiorem huius sæculi optare.

Tribulationibus & flagellis in hac vita conteri se optant iusti, vt requiē habeant in alia.

c Heb. 12. 6.

Dies malus vel hoc est sæculum, vel dies iudicij his qui cruciantur propter peccata.

Confundantur qui persequuntur, &c.) Imprecatur aduersùm eos Propheta qui exprobrant ei verbum Domini, & dicunt: *Vbi est verbum Domini? veniat*: vt confundantur qui persequuntur eum: erubescant, & redeant ad salutem: vt illi paueant mentientes, & non iste qui vera prædicit. Cumque dies vltionis aduenerit, duplici contritione conterat eos, fame, & gladio, &c.

Duplex contritio quā cōterendi dicuntur Ieremiæ persecutores fames, & gladius.

65 Ambros.

Ambrosius lib. 3. de Virginibus post medium, Si quis tibi dicat, (quia sic plerumque tentantur fideles,) *Vbi est verbum Domini? veniat*: Dictum est enim de Domino: [d] *Descendat nunc de cruce, & credemus ei: confidit in Deo, liberet nunc eum, si vult*: si quis ergo tibi insultando hoc dixerit, & te in fabulas voluerit euocare, noli respondere ei. Noluit enim talibus respondere Christus. Solum Christum interroga. Illis enim si dixeris, non credent: si interrogaueris, non respondebunt tibi. Dic soli verbo, [e] *Non laboraui, sequens post te, & diem hominis non concupiui.* Hoc dixit [f] illa mulier, & stetit sanguis. Quamuis fatigata, quamuis ægra, quæ diu quæsierat Christum, dixit tamen: Non laboraui, sequens post te. Neque enim laborat quæ Christum sequitur, cùm laborantes ad se vt requiescant euocet. [g] Ergo ipsum sequamur. Quamdiu ipsum sequimur, non laboramus: quia *non est labor in Iacob.* Et in Isaia. [h] *Qui expectāt Dominum current, & non laborabunt.* Deinde cùm quæreret Christus, quis tetigisset eum, nonne tibi videtur illa dixisse, quid interrogas? *Domine tu scis: quæ prodeunt per labia mea, ante faciem tuam sunt.* [i] *Et ideo non confundor*, peccata propria confiteri. *Confundantur qui persequuntur me, & non confundar ego.*

Virgo non respondeat inanibus hominū interrogationibus.

d Matth. 27. 42.

e Ierem. 17.

Virgo id vnū studeat, vt Deo dicere queat, Laborē se non percipere in eo sequendo.

f Matt. 9. 21.

g Num. 23. 21. iuxt Sept.

h Isai. 40.

i Ierem. 17.

66 Theodorit.

Theodoritus. *Ecce ipsi dicunt mihi, Vbi est Verbum Domini? Veniat sanè. Ego verò sanè multa captus sum lassitudine sequens te*, (Nota hanc lectionem) *& diem hominis non cupiui. Tu scis, quæ procedunt de labiis meis in conspectu tuo sunt.* Conqueruntur de tarditate vindictæ: & dum differs supplicium, mendacem existimant prophetiam. Ego verò, & si mihi perspectum erat, quod dolere nesciret, eos in calamitates labi nolui. Hoc enim innuit, *diem hominis non concupiui. Ne sis mihi in abalienationem. Miserere mei tu, in die afflictionis.* Vocat diem afflictionis, insultationem in ipsum factam: & obsecrat, vt ad sollicitudinem diuinam pertinere mereatur: vt illi quidem conatibus suis excidant, & pudore perfundantur, ipse verò insidiarum victor emergat.

Vindicta diuina dilatione superbiunt impij, falsasque asserunt eius minas.

Diem hominis desiderare, est mala alicui precari.

67 D.Thom.

D. Thomas. Ponitur primò incredulorum insultatio. (*Vbi est verbum*) q.d. non veniet. Isai. 5. [k] *Qui dicitis festinet, cito veniat opus eius, vt videamus, & appropriet, & veniet consilium sancti Israel: & sciemus illud.* Amos. 5. [l] *Vah desiderantibus diem Domini. Ad quid enim vobis?* secundò ponitur Prophetæ excusatio quantùm ad constantiam mentis. (*Ego non sum turbatus*) propter eorum contradictionem (*sequens*) implens quod mihi præcepisti (*diem*) præsentem vitam: quin esse paratus mori: vel prosperitatem & gloriam præsentem. 2. Cor. 4. [m] *Mihi autem pro minimo est vt à vobis iudicer, vt ab humano die.* Et quantùm ad veritatem prædicationis. (*Tu scis, in conspectu tuo*) quamuis non eorum. Iob. 16. [n] *In cælo est testis meus.* Tertiò ponitur ipsius petitio. Et primò petit salutem. (*Non sis tu mihi.*) q.d. solùm indignationem tuam timeo. Iob. 9. [o] *Auferat a me virgam suam, & pauor eius non me terreat.* Matth. 10. [p] *Nolite timere eos qui occidunt corpus: animam autem non possunt occidere. Sed potiùs timete eum qui potest animam, & corpus perdere in gehennam.* Secundò petit incredulis afflictionem in corde confusionem de culpa. (*Confundatur*) Psalmus, [q] *Confundantur, & reuereantur qui quærunt animam meam vt auferant eam.* Et timorem pœnæ (*paueant*) Prouerb. 4. [r] *Pauor his qui operantur malum.* Sap. 17. [f] *Cùm enim sit timida nequitia: data est in omnium condemnationem.* Et in corpore (*induc super eos afflictionem*) in vita (*contere*) per mortem (*duplici*) gladio & fame, vel anima & corpore.

Prædicator nō turbetur implens mandatum sibi munus, vel si insultent impij sermonibus eius.

k Isai. 5. 19.

l Amos. 5. 18.

Prædicator & mori paratus sit pro Dei verbo, & prosperitate omni destitui.

m 1. Cor. 4. 3.

n Iob. 16. 19.

o Iob 9. 34.

Timenda nobis sola Dei indignatio.

p Matth. 10. 28.

q Psal. 39. 15.

r Prou. 10. 29.

f Sap. 17. 11.

Duplex contritio scil. animæ & corporis.

Item notandum quòd sequitur aliquis Christum per carnis integritatem. Apoc. 18. [t] *Virgines enim sunt: & sequuntur agnum quocumque ierit.* Per cordis intentionem Philip. 3. [u] *Sequor si quo modo comprehendam*: per tribulationis passionem. 1. Petri 2. [x] *Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum: vt sequamini vestigia eius.* Per mandatorum obseruationem, Iob. 23. [y] *Vestigia eius secutus est pes meus: viam eius custodiui, & non declinaui ex ea.* Per gloriæ receptionem. Eccl. vigesimo tertio. [z] *Magna gloria est sequi Dominum: longitudo enim dierum assumetur ab eo.*

t Apoc. 14. 4.

Sequitur quis Christū multipliciter.

u Phil. 3. 12.

x 1. Petr. 2. 21.

y Iob. 23. 11.

z Eccl. 23. 38.

68

Circa primam partem vers. 16. *Et ego non sum turbatus te pastorem sequens.*

D. Bonauentura Expositione in Psalmum 118. cap.

D. Bonauen. 1.

Turbari non debet affectus noster circa Dei sapientiã quâ pascit simplicium corda.

cap.4. verf.12.art.2. Notat, irascibilem animum non debere esse turbatum circa Dei sapientiam, quod enim hîc ait Propheta, *Et ego non sum turbatus*,&c.æquè esse ait,ac si dixerit,Non sum turbatus de tua sublimi sapientia,quâ pascis simplicium corda.

Io.Chrysost. *Charitas facit vt nõ sentiamus laborem in Dei obsequio.*

Ioannes Chrysostomus homiliâ de Turture. Tom.5.& hanc primam iunctâ cum secunda parte ex vulnere sagittæ charitatis prolatam asserit, Istâ sagittâ,inquiens, vulneratus Ieremias dicebat ad Deum, *Ego autem non laboraui sequens post te,& diem humanum non concupiui,*

69

Circa hoc quod dicitur, *Et diem hominis non desideraui*, sunt plura quæ hîc notentur ex Patribus, præter ea quæ allata fuêre in totius præsentis loci explicatione.

Greg.Naz. *Renum immutatio in Baptismo qualis. Desideria nostra spiritalia sint, & in Deum.*

Gregorius Nazianzenus Oratione 40. in Sanctum Baptisma post dimidium, breuissimè more suo ita ait. Renes laudabilem immutationem sentiant, vim totam cupiditatis ad Deum transferentes, vt dicere queamus, *Domine coram te omne desiderium meum, & diem hominis non concupiui.* Viros etenim spiritualium desideriorum nos esse conuenit. Diei autem hominis appellatione intellectam humanam, & corpoream fœlicitatem dicit ibi in suo Commento Niceta.

Hilarius. *Dies hominis pro ætate, & tempore hominis.*

Hilarius Enarratione in Psalm.51.ad primum versum, Diem pro ætate, vel tempore hominis nuncupati solere meminimus,cùm dicitur,*Diem hominis non concupiui.*

Greg.PP. *Dies hominis mundi prosperitas & gaudia. Appetitus externorum restringẽdus.*

Gregorius Papa lib.4. Moral.cap.17. de appetitu mundanæ prosperitatis hæc intelligit, Nec admodum diuersum ab hoc illud est, quod idem lib.22.item Moral.cap. 3. ait, Solerter quique ne corporeis sensibus nimis ad exteriora dilabantur, continuo studio intra mentem suam occultâ custodiæ disciplinâ se colligunt, vt tantò maius inueniantur interius integri, quantò minus sunt exterius fusi. Hoc enim vigore disciplinæ intra mentis suæ se arcana constrinxerat, qui exterioris vitæ appetitum fugiens, dicebat: *Diem hominis non concupiui,tu scis.*

Ierem.17.

Theophil. *Dies hominis celsitudo, homoque excelsus,& celeber.*

Theophilactus in cap.4.1.epistolæ ad Corint. *Diem hominis non desideraui*,Diem hominis scriptura celsitudinem consueuit nominare, atque adeo ait Apostolus,[a] *Mihi pro minimo est,vt à vobis iudicer, aut ab humano die*,id est, ab alio quopiam homine excelso,& celebri,atque præclaro.

a 1.Cor.4.3.

70

Ioan.Cassia. *Diem hominis non desiderare est humana fugere consortia.*

Ioannes Cassianus collatione 19.cap.4.Si quis alius secretis eremi delectatus obliuioni tradere potuit humana consortia, ad secundum Ieremiam dicere,*& diem hominis non desideraui,Tu scis*: Ego quoque id Domino suâ gratiâ largiente, vel assecutum, vel certè assequi adnisum fuisse me fateor.

Diem hominis non desiderare est renunciare præsentibus, ea q; contemnere.

Idem verò Cassianus collatione 22. cap.2.Parum enim renunciasse Monachum semel, id est, in primordio conuersionis suæ contempsisse præsentia, nisi eis quotidie renunciare perstiterit. Vsque ad finem namque huius vitæ illud nobis dicendum est cum Propheta. *Et diem hominis non desideraui, tu scis.*

Bernardus. *Diem hominis non desiderat, qui gloriam ab hominibus contemnit.*

Bernardus quoque cùm his consentit Cassiani, Sermone enim 17. in Psalmum, *Qui habitat*, restringens hæc ad humanæ gloriæ renunciationem, & contemptum.Fallax inquit,gloria,& vana est claritas, dies hominum breuis. Sapiens eiusmodi non optabit, magis loquetur ex corde ei qui intuetur cor. *Et diem hominis non desideraui, tu scis*, Ego tamen plus aliquid quàm non desiderat desidero,vt non recipiã quidem.Scio enim cuius vox sit,[b] *Ego claritatem ab homine non accipio.*

b Ioan.5.41. *Diem hominis non desiderare est iudicia mundi, ac hominum non æstimare.*

Idem verò vniuersaliùs de iudicio intelligens hominum, Sermone de subiectione nostræ voluntatis. Tom.1. Alius,inquit, ambulat in lumine vultus humani in eo semper intentus quid hominibus placeat,quid mundus iudicet,de quo dicit Propheta, *Diem hominis non concupiui, Domine tu scis.*

Anselmus. *Dies hominis iudicium humanum lux que humana rationis.*

Quem sensum de die humani iudicij explicat melius Anselmus in suis Commenr.super id cap. 4.1. ad Corinth.[c] *Mihi autem pro minimo est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die.* Aut ab humano inquiens die, id est, ab humana luce & ratione: hoc est, à legibus humanis iudicari pro minimo deputabat. Supergressus enim humanam iustitiam,cælesti iustitiæ studebat. Vel *ab humano die*, id est, ab humano intellectu, qui non videt occultã, & potest falli. Siue *ab humano die*,id est,ab hominibus, dum sunt in suo die, & non est dies Domini. Humanus enim dies dicitur in quo iudicant homines, quia erit & dies Domini,in quo iudicabit & Dominus.

c 1. Cor.4.3.

71

Quoad ea quæ habentur in Verf.18.præter ea quæ ex Hieronymo,Theodorito,& D.Thoma in Commentariis relata fuêre hæc insuper sunt quæ addamus aliorum Patrum.

Ioan. Cass. *Dæmones cũ obtinere nequeunt quod magnis conatibus in nos tentando nixi sunt, confunduntur.*

Ioannes Cassianus Collatione septima cap. 21.de Dæmonibus aduersùm hominem pugnantibus cum labore agens Abbas Serenus,ait, Qui (dæmones) rursùm cunctis expensis conatibus, cùm deceptionem nostram non potuerint obtinere, super casso labore suo necesse est, [d] *vt confundantur & erubescant, qui quærunt animas nostras, vt auferant eas;*[e] *induantur confusione & pudore, qui cogitant nobis mala.*Ieremias quoque:[f] *Confundantur,inquit,illi, & non confundar ego: paueant illi,& non paueam ego: induc super eos iram furoris tui, & duplici contritione contere eos:* Nulli etenim dubium est, cùm à nobis fuerint superati contritione eos duplici conterendos. Primùm quòd hominibus expetentibus sanctitatem, illi eam possidentes amiserint,causaque extiterint perditionis humanæ. Deinde quòd spiritales substantiæ fuerint à carnalibus terrenisque deuictæ.

d Psal.39.15. e Psal.34.26. f Iere 17.18. *Dæmones superati ab hominibus duplici conteruntur contritione quæ ne ea sit.*

Greg. PP. *Quomodo Deus dicatur non iudicare bis in idipsũ, & tamen impœnitentes duplici conterat contritione.*

Gregorius Papa lib.18.Moral.cap. 12. De impiis qui per flagella in hac vita non corriguntur dicitur. *Et duplici contritione conteres eos*; cùm tamen Nahum.1.scriptum sit. [g] Non iudicat Deus bis in idipsum. Vtrumque autem verum est. Re verâ enim in talibus dici potest haud bis feriri culpâ: quia eorum percussio hic cæpta, in alia vita perficitur: vt vnum flagellum sit, quod temporaliter incipit, sed in æternis suppliciis consummatur.

g Nahum.1.9.

Impij damnatio, est consũmatio pœnæ cæpta in hac Beda. *Flagella vitæ præsentis impiis sunt ad inchoationem damnationis æternæ.*

Beda quoque homil. in Dominica 19. post Trinit.eamdem assignans rationem,Impiis ait,vt Antiocho,& Herodi flagella vitæ præsentis sunt ad inchoationem damnationis æternæ, iisdemque congruit illud Prophetæ. Et duplici contritione contere eos.

Rup. Abb. *Timor indebitus duplicẽ Iudæis causauit pœnam, & eius quod timuêre, & damnationis animarum.*

Rupertus Abbas lib.8. in Genesim cap. 27. In Propheta dicente. *Paueant illi, & non paueam ego, induc super eos diem afflictionis, & duplici contritione contere eos Domine Deus meus*, iuxta merces iniquitati Iudæorum concessa est. Nam quia pauentes, imò pauorem simulantes dixerunt. [h] *Et venient Romani, & tollent locum nostrum*, non solùm hac simplici contritione contriti sunt: Sed & duplicata est contritio illorum, scilicet vt & locum perderent, & æternam animæ mortem incurrerent,

h Ioã.10.48.

Hugo

Hugo de S. Victor. *Damnati in inferno duplici cõtritione, pœnâ, scil. corporis, & animæ conteruntur.*

Hugo de Sancto Victore lib. Annotat. elucidat. Quæſt. 63. in Epiſtolam Pauli ad Rom. Duplicem contritionem interpretatur de duplici A pœna quâ damnati conterentur in inferno, alterâ in corpore alterâ in anima, qui in hoc ſæculo & corpore peccarunt, & anima.

CATENA GRÆCA EX VETERIBVS PATRIBVS GRÆCIS.

ΙΔΟΥ αὐτοί.]

Ἀπολιναρίου.] οἱ ἰουδαῖοι τὴν ὑπέρθεσιν τῆς δίκης ἐπ' ἀναιρέσει τῆς ἠπειλημένης κρίσεως προβάλλουσιν, ὡς οὐκ ἐσομένης: ἐγὼ B δέ φησιν ἀνέμεινά σε, τῷ κριτῇ κατακολουθῶν μακροθυμοῦντι. καὶ μηδὲ οὕτως αὐτοὺς ἐπιθυμῶν ἰδεῖν ἐν ἡμέρα κακώσεως.

[ἐγὼ δὲ οὐκ ἐκοπίασα.]

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] τῇ τῶν μελλόντων ἐλπίδι τρεφόμενος. ἡ δὲ ἐλπὶς οὐ καταισχύνει.

[καὶ ἡμέραν.]

Ὀλυμπιοδώρου.] αἰτὶ τοῦ, οὐδενὸς τῶν ἀνθρωπίνων.

|| Θεοδωρήτου.] ἡμέραν καλεῖ πονηρὰν ἐν C τοῖς ἑξῆς τὴν κατ' αὐτοῦ γινομένην ἐπανάστασιν. οὐκ ἐπεθύμησα οὖν ἰδεῖν αὐτῶν τὴν ἡμέραν, ὡς ἀνεντῶν, ἀναισθήτων μακροθυμίας Θεοῦ. ||

[μὴ γενηθῆς μοι.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐν τῇ ἐπιπόνῳ καὶ ἐξεταστικῇ τῆς κρίσεως ἡμέρα μὴ ὡς ἀλλότριος καὶ ἀντίδικος ἀντικαταστῇς μοι ὦ Κύριε, ἀλλὰ φειδόμενός μου συγχώρησόν μοι τὰ ἁμαρτήματα.

D [καὶ καταισχυνθήτωσαν.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐχὶ τὸ αὐτοῦ ζητῶν ἐνταῦθα ταῦτα φησίν. ἀλλ' ἐπειδὴ ἐκοινώνει αὐτοῦ τῇ αἰσχύνῃ ἡ προφητεία. διὰ τοῦτό φησιν εἰ γὰρ ἐπιμένοντες τοῖς δεινοῖς ἔμελλον μὴ δώσειν δίκην, κατῃσχύνθη ἂν ὁ προφήτης.

Ὀλυμπιοδώρου.] τοὺς δαίμονας καταρᾶται. οὐ γὰρ βούλεται ὁ ἅγιος ἀνθρώπους τῇ διηνεκεῖ παραδοῦναι κολάσει.

|| Βίκτωρος.] ὁ μὲν ἠσαίας φησίν. ἀκούσατε E τὸ ῥῆμα κυρίου οἱ τρέμοντες τὸν λόγον αὐτοῦ εἴπατε, ἀδελφοὶ ἡμῶν τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς, καὶ τοῖς βδελυσσομένοις. καὶ ὁ κύριος φησίν. ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν, καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις. ὁ δὲ ἱερεμίας, οὐχ ὡς ἀγνοῶν τὴν ἐντολὴν τὰ προκείμενα λέγει, ὅς γε προσηύχετο ὑπὲρ αὐτῶν καὶ ὡς ἐπιτιμώμενος. ἀλλ' ἐπεὶ καταφρονοῦντες τῆς τοῦ Θεοῦ μακροθυμίας ἔφασκον. ποῦ ἐστιν ὁ λόγος κυρίου ἂν μὴ ψεύδης ὁ Θεὸς κρίνοιτο δι' αὐτοῦ, ἀληθεῖς δὲ οἱ δαίμονες οἱ διὰ τῶν ψευδοπροφητῶν τἀναντία διὰ παντὸς F φθεγγόμενοι || κινεῖν τὴν τοῦ Θεοῦ δίκην καθ' ἑαυτῶν ἐπισπῶνται διὰ τῆς ἀμετανοήτου καρδίας αὐτῶν. ἐγὼ γὰρ πιστεύω τοῖς σοῖς λόγοις. οὐ γὰρ ἐκοπίασα κατακολουθῶν ὀπίσω σου. πειραθήτωσαν δὲ διὰ τάχους οἱ τὸ βραδὺ μεμφόμενοι, ὡς ἂν μὴ καταισχυνθῶ, οὐχ ὡς ἄνθρωπος ἁπλῶς τοῦτο γὰρ ἐμπαθοῦς, καὶ ἀδο

|| *For.* κινεῖ τὴν τοῦ Θεοῦ δίκην ἣν καθ' ἑαυ.

Verſ. 15. **E**Cce ipſi dicunt ad me: Vbi eſt verbum Domini? veniat. 72

Apolinarij.] *Iudæi ſententiæ dilationem ad negandum iudicium vſurpant, quaſi minæ non ſint re ipsâ præſtandæ. Ego verò ait ſuſtinui te, iudicem ſequens longanimitate vtentem, ne tunc quidem eos deſiderans videre in die malorum.*

Apolinarius. *Longanimitate Dei quâ diuerſimodè vtũtur boni, ac improbi.*

Verſ. 16. *(Ego autem non laboraui ſequens poſt te.)*

Incerti.] *Futurorum ſpe enutritus, ſpes verò non confundit.*

Incertus. *Spes futurorũ alleuiat laborem omnem vitæ ſpiritualis*

(Et diem hominis non deſideraui, tu ſcis.)

Olympiod.] *Pro humanarum rerum nihil.*

Olympiod. *Dies hominis dicta humana quæque.*

|| Theodoreti.] *Diem autem malam in ſequentibus vocat factam in eum coitionẽ. Non deſideraui igitur videre diem eorum vt mente captorum longanimitatem Dei non ſentientium.*

Theodoret. *Dies hominis appellatum tempus afflictionis, ac malum.*

Verſ. 17. *(Non ſias mihi in alienationem, parcens mihi in die malo.)*

Olympiodori.] *In ærumnoſa, & examinatrice die iudicij non vt alienus & aduerſarius oppugnes me Domine, Sed parcens mihi delicta mea mihi remitte.* 73

Olympiod. *In iudicij die propitiũ Christum habere ſtudeamus.*

Verſ. 18. *(Confundantur qui me perſequuntur, & non confundar ego.)*

Chryſoſtomi.] *Non ſua quærens hîc talia dicit; ſed quia Prophetia particeps ſiebat confuſionis eius, ideo ſic loquitur; ſi enim perſeuerantes in malis pœnas non eſſent laturi vtique Propheta confuſus fuiſſet.*

Chryſoſt. *Officij, quod à Deo datũ, ſit honor illibatus ſeruandus pro viribus.*

Olympiodori.] *Dæmonibus imprecatur. Non enim vult Sanctus vir homines perpetuis addicere ſupplicijs.*

Olympiod.

|| Victoris.] *Iſaias quidẽ ait,* [a] Audite Verbum Domini qui timetis ſermonẽ ipſius. Dicite fratres noſtri his qui oderunt vos, & abominantur. *Et Dominus ait.* [b] Diligite inimicos veſtros, *& quæ ſequuntur. At Ieremias non vt præcepti inſcius hæc profert, qui pro illis orabat, licet obiurgaretur; ſed quia longanimitatem Dei paruipendentes dicebant.* Vbi eſt verbum Domini? *Ne Deus per ipſum mendax haberetur, veraces autem Dæmones, qui per Pſeudoprophetas ſemper contraria loquebantur, excitat diuinam contra eos iuſtitiam, quam in ſe per impænitens cor eorum prouocant. Ego enim tuis credo ſermonibus,* Non enim laſſatus ſum ſequens poſt te. *Experimentum verò capiant quàm citiſſimè qui tarditatem accuſant, ne confundar, non vt homo ſimpliciter: hoc enim eſſet animi paſſionibus obnoxij, & cauen*

Victor. *Honor Dei vt illibatus & apud homines ſeruatur, imprecari diuinam fas eſt iuſtitiam cõtra eius hoſtes aduerſus miniſtros ipſius.*

a Iſai 66. 5.
b Matt. 5. 44.

ἀδοξίαν φυλαττομένου. ἀλλ' ὡς προφήτης. ὅπερ ἦν ἐπὶ διαβολῇ τοῦ Θείου λόγου κινεῖσθαι. οὐ γὰρ δι' αὐτὸν, ἀλλὰ τὸν δι' αὐτοῦ λελαληκότα Θεόν. ὡς ἂν καὶ πάντες ἀπαλλαγῶσι τῆς ἀσεβείας, ὡς ψευδῆ τὸν θεὸν διαβάλλοντες, καὶ τοιοῦτον οἰόμενοι. ὑπὲρ θεοῦ τοίνυν δεδιὼς, αἰτεῖ τοῦ δέους ἀπαλλαγῆναι ὡς φιλόθεος. ||

[καὶ μὴ καταισχυνθείην.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τί ποτε τοῦτο ἐστίν; ἐπειδὴ οὐδαμοῦ εἶπε. διπλᾶ ἀνταποδώσω τὰ ἁμαρτήματα ταύτης. οὗτος σωφρονιστικὸς ὁ λόγος ἐστίν.

[διπλοῦν.]

Βίκτορος.] συντριμμὸν ἐπὶ συντριμμῷ νῦν αἰτεῖ κατ' αὐτῶν. προεώρα γὰρ ὡς οὐκ ἐπὶ μιᾷ σωφρονισθήσονται συντριβῇ. μᾶλλον δὲ ὑφ' ἓν αὐτοῖς συντριβῆναι συμπαθῶς οὐκ ἀνέχεται. ὅπερ ἂν ᾔτησεν, εἰ κατὰ πάθος ἀνθρώπινον ηὔξατο. προτέραν λέγων ἴσως συντριβὴν, τὴν ἐκ τοῦ καταισχυνθῆναι καὶ πτοηθῆναι. δευτέραν δὲ, τὴν δι' ἔργων, εἰ καὶ ταύτης ἄξιοι γένωνται.

Ὀλυμπιοδώρου.] ὅτι καὶ τῆς κακίας εἰσὶν ἐφευρεταὶ, καὶ ἐπαναγκασταὶ τοῖς ἀνθρώποις καὶ διδάσκαλοι.

A *cauetis ne gloriam nō assequatur: sed vt Propheta, quod erat ob calumnias in diuinū sermonem turbari; non enim propter ipsum sed propter Deum, qui per ipsum loquutus erat; vt etiam omnes ab impietate liberarentur, Deum vti mendacem calumniantes, talémque existimantes. Pro Deo itaque timens, petit tanquam Dei amans hunc à se timorem eorum depelli.*

Ex Verſ. 18. (*Duplici contritione, &c.*)

Chryſoſtomi.] *Quid hoc tandem est? Quia nusquam dixit; Duplicia retribuam peccata illius,* B *sermo hic facit ad faciendum cautiores.*

Victoris.] *Contritionem super contritionem in eos nunc petit; præuidebat enim fore vt vnâ non resipiscerent contritione, imò verò vnâ eos conteri præ animi pio affectu non patitur; quod petiisset si paßione ductus humanâ oraſſet. Primam fortaſſe inquiens contritionem quæ ex confusione, & pauore orirettur, secundum verò, quæ re ipsâ sequeretur si & illâ digni fierent.*

Olympiodori.] *Quoniam & iniquitatis sunt inuentores, & auctores hominibus & magistri.*

74 Chryſoſt. *Duplex contritio propoſita vt cautiores ſimus.* Victor. *Duplex contritio impiis quando ex vna calamitate non proficiunt. Duplicē contritionem imprecās ex pio id facit affectu vir ſanctus.* Olympiod. *Impietatis magiſtri, & inuētores duplici pœnā conterendi.*

Capitis 17. à verſ. 19. vſque ad finem Capitis. Sectio Octaua.

TEXTVS VVLGATÆ. C

19 HÆc dicit Dominus ad me: Vade, & ſta in porta filiorum populi, per quam ingrediuntur Reges Iuda, & egrediuntur, & in cunctis portis Ieruſalem.

20 Et dices ad eos: Audite verbum Domini Reges Iuda, & omnis Iuda, cunctique habitatores Ierusalem, qui ingredimini per portas iſtas.

21 Hæc dicit Dominus: Cuſtodite animas veſtras & nolite portare pondera in die Sabbathi, nec inferatis per portas Ieruſalem.

22 Et nolite eiicere onera de domibus veſtris in die Sabbathi, & omne opus non facieris: ſanctificate diem Sabbathi, ſicut præcepi patribus veſtris.

23 Er non audierunt, nec inclinauerunt aurem ſuam: ſed indurauerunt ceruicem ſuam ne audirent me, & ne acciperent diſciplinam.

24 Et erit ſi audieritis me, dicit Dominus, vt non inferatis onera per portas ciuitatis huius in die Sabbathi: & ſi ſanctificaueritis diem Sabbathi, ne faciatis in eo omne opus.

25 Ingredietur per portas ciuitatis huius Reges & Principes, ſedentes ſuper ſolium Dauid, & aſcendentes in curribus, & equis, ipſi & principes eorum, viri Iuda, & habitatores Ieruſalem: & habitabitur ciuitas hæc in ſempiternum.

26 Et venient de ciuitatibus Iuda, & de circuitu Ieruſalem, & de terra Benjamin, & de campeſtribus, & de montuoſis, & ab Auſtro, portantes holocauſtum, & victimam, & ſacrificium, & thus, & inferent oblationem in domum Domini.

27 Si autem non audieritis me, vt ſanctificetis diem Sabbathi, & ne portetis onus, & ne inferatis per portas Ieruſalem in die Sabbathi: ſuccendam ignem in portis eius, & deuorabit domos Ieruſalem, & non extinguetur.

TEXTVS SEPTVAGINTA.

19 *HÆc dicit Dominus: Vade, & ſta in portis filiorum populi tui, in quibus ingrediuntur in eis Reges Iuda, & in quibus egrediuntur in eis, & in omnibus portis Ieruſalem.*

20 *Et dices eis: Audite verbum Domini Reges Iuda, & omnis Iudaa, & omnis Ieruſalem, qui ingredimini in portis his.*

21 *Hac dicit Dominus: Cuſtodite animas veſtras, & nolite portare pondera in die Sabbathorum, neque egrediamini portis Ieruſalem.*

D 22 *Neque efferatis pondera è domibus veſtris in die Sabbathorum: & omne opus non facietis: ſanctificate diem Sabbathorum, ſicut præcepi patribus veſtris.*

23 *Et non audierunt, nec inclinauerunt aurem ſuam, & indurauerunt ceruicem ſuam ſuper patres ſuos; ne audirent me, & ne acciperent diſciplinam.*

24 *Et erit, ſi exaudieritis me, dicit Dominus, vt non inferatis onera per portas ciuitatis huius in die Sabbathorum, & ſanctificetis diem Sabbathorum, non faciendo omne opus.*

25 *Et introibunt per portas ciuitatis huius Reges, & Principes ſedentes ſuper ſolium Dauid, &* E *aſcendentes in curribus, & equis ſuis, ipſi & principes eorū, viri Iuda, & habitatores Ieruſalem: & habitabitur ciuitas hæc in ſempiternum.*

26 *Et venient de ciuitatibus Iuda, & de circuitu Ieruſalem, & de terra Benjamin, & de terra campeſtri, & de monte, & de ea, quæ ad Auſtrum portantes holocauſtomata, & ſacrificia, & thymiamata, & manna, & thus, afferentes laudem in domum Domini.*

27 *Et erit, ſi non audieritis me, vt ſanctificetis diem Sabbathorum, non portando onera, & non ingrediendo portas Ieruſalem in die Sabbathorum; & accendam ignem in portis eius: & deuorabit biuia Ieruſalem: & non extinguetur.*

PARAPHRASIS CHALDAICA.

19 Hæc dixit Dominus mihi: *Vade & ſta in porta filiorum populi, per quam ingrediuntur Reges domus Iuda, & per quam egrediuntur, & in omnibus portis Ieruſalem.*

20 *Et dicetis eis: Suſcipite verbum Domini Reges domus Iuda, & omnis domus Iuda, & omnes habitatores Ieruſalem qui ingrediuntur per portas iſtas.*

21 *Hæc dicit Dominus: Cuſtodite animas veſtras, & non portetis onus in die Sabbathi, nec inferatis per portas Ieruſalem.*

22 *Neque efferatis onus ex domibus veſtris in die Sabbathi, & nullum opus faciatis: & ſanctificetis diem Sabbathi, ſicut præcepi patribus veſtris.*

23 *Nec obedierunt, nec inclinauerunt aures ſuas, ſed indurauerunt ceruicem ſuam vt non audirent, & vt non reciperent diſciplinam.*

24 *Et erit ſi obediendo obedieritis verbo meo, dicit Dominus, vt non inferatis onus per portas ciuitatis huius in die Sabbathi, & vt ſanctificetis diem Sabbathi, vt non fiat in eo omne opus.*

25 *Et ingredientur per portas ciuitatis huius Reges & principes, ſedentes ſuper ſolium Dauid, aſcendentes in quadrigis, & in equis, ipſi & principes eorum, viri Iuda, & habitatores Ieruſalem; & habitabitur ciuitas hæc in æternum.*

26 *Et venient de ciuitatibus domus Iuda, & de circuitu Ieruſalem, & de terra tribus Benjamin, & de campeſtribus, & de montanis, & ab Auſtro, adducentes holocauſta & victimas ſanctificatas, & oblationes, & thus, & offerentes ſacrificium confeſſionis in domo ſanctuarij Domini.*

27 *Quòd ſi non obedieritis verbo meo, vt ſanctificetis diem Sabbathi, & vt non portetis onus, & inferatis onus per portas Ieruſalem in die Sabbathi; ſuccendam ignem in portis eius, & conſumet palatia Ieruſalem, & non extinguetur.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impreſſis.

75 Hieron. *Prædicator bonus non relinquat peccatoribus excuſationem quòd non fecerint quia nō audierint.*

Hieronymus. (*Hæc dicit Dominus ad me: Vade & ſta in porta filiorum,* &c.) Quoniā inquit, verba tua audire contemnunt: nec ad te veniunt vt requirant quæ ſit ſententia Dei: tu perge ad locum celeberrimum, vel portarū templi, vel vrbis: per quas Reges, & omne vulgus ingreditur & egreditur, vt neceſſitate cogātur audire: & importunè opportunè prædices verbum Domini: nec vlla apud eos remaneat excuſatio, quòd ideo non fecerint, quia non audierunt.

Cuſtodit animam ſuam qui benè Sabbatizat. Sabbathi præceptū quomodo rectè impleatur negatiuè & non faciēdo quid.

(*Hæc dicit Dominus: Cuſtodite animas veſtras, & nolite portare pondera in die Sabbathi: nec* &c.) Ne præceptum Sabbathi inſtauratum per Ieremiā in fruſtra diſcerperem, totum ponere placuit: vt ſimul omnia cognoſcamus. Cuſtodit animā ſuam, qui non portat pondera peccatorum in die quietis & Sabbathi: Nec infert ea per portas Ieruſalē, quas virtutes debemus accipere. *Et nolite*, inquit, *eiicere onera de domibus veſtris:* Non enim portanda ſunt, ſed penitus abiicienda. *Et omne opus ne faciatis:* vel ſeruile, vel illud de quo ſcriptum eſt:[a] *Eſca ventri, & venter eſcis: Deus autem & hunc & illā deſtruet:* ſed illud opus operandum, de quo Saluator loquitur. [b] *Operamini opus quod non perit. Sanctificate*, inquit, *diem Sabbathi*, vt omne tempus vitæ noſtræ in ſanctificatione ducamus: ſicut fecerunt patres noſtri Abraham, Iſaac, & Iacob. Cumque iſta præceperit Deus, *non inclinauerunt aurem ſuam,*

a 1. Cor. 6. 13. *Sabbathi præceptū quomodo rectè impleatur poſitiuè faciendo quid.* b Ioan. 6. 27.

A *mentis vtique non carnis: ſed indurauerunt ceruicem ſuam:* reiicientes iugum legis, & per metaphoram, indomitorum animalium habentes ſimilitudinem. Videamus quod ſit præmium eorum qui non portant onera in die Sabbathi, & ſanctificāt illum. *Ingredientur*, inquit, *per portas ciuitatis huius Reges*, quorum [c] *cor in manu Dei eſt*, [d] & qui regnāt corporibus ſuis: *& principes ſedentes ſuper ſolium Dauid*, vt Chriſti imitentur exemplum: *& aſcendentes in curribus & equis*, de quibus ſcriptum eſt: [e] *Currus Dei decem millibus, multiplex millia lætantium; Dominus in eis in Sinai in ſancto.* Et alibi, [f] *Equitatio tua ſalus.* B Omnis vir qui confitetur Deum, & qui habitat in Ieruſalem, de qua dictum. [g] *Factus eſt in Salem*, id eſt, *in pace, locus eius, & habitatio eius in Sion*; Et habitabitur Eccleſia Dei in æternum. *Venientque de ciuitatibus Iuda, & de circuitu Ieruſalem*, de quibus iam diximus, *& de terra Benjamin*, qui filius eſt virtutis & dexteræ, *& de campeſtribus*, quod Hebraicè dicitur שפלה *ſciephelah* & planam hiſtoriæ ſignificat intelligentiam: *& de montoſis*, excelſis videlicet dogmatibus, *& ab Auſtro*, de quo ſcriptum eſt: [h] *Deus ab Auſtro veniet.* Vnde calor, & plena lux, & vbi omne frigus C expellitur: *Portantes ait holocauſta*, ſe ipſos conſecrantes Deo, *& victimam ſiue thymiama*: vt dicant: [i] *Sacrificium Domino ſpiritus contribulatus.* Et, [k] *Chriſti bonus odor ſumus in omni loco.* Et alibi. [l] *Dirigatur oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo. Et ſacrificium*, pro quo Sept. ipſum Hebraicum verbum poſuêre מנחה *minhah* quod peſſimā conſuetudine, imò ſcriptorum negligentiā, manna in noſtris libris legitur. Et Thus, de quo ſcriptum eſt. [m] *Vt quid mihi Thus affertis de Saba? Et inferent oblationem*, quæ Hebraicè dicitur תודה *thodah* & in gratiarum actionem verti poteſt: & D quam *laudem*. Sept. tranſtulerunt. *In domum Dauid*, haud dubium quin in Eccleſiam. Hæc ſunt præmia eorum qui ſanctificant Sabbathum; & nullo pondere prægrauantur. *Sin autem*, inquit, *non audieritis præcepta mea & feceritis, quæ non facienda mandaui. Succendam ignem in portis eius*, id eſt, Ieruſalem, illud de quo dicitur: [n] *Omnes adulterantes quaſi clibanus corda eorum: qui deuorat domos*, ſiue vicos *Ieruſalem*, quos Sept. Aquila, & Symmachus βάρεις id eſt, *turritas domos* interpretati ſunt: appellanturque Hebraicè ארמנות *armenoth*. Et numquam hoc extinguetur dicente E Apoſtolo: [o] *vniuſcuiuſque opus quale ſit ignis probabit.* Et iterum: [p] *Si cuius opus arſerit detrimentum patietur: ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem.*

Sabbathum ſanctificantiū præmia. c Prou. 21. 1. d Rom. 6. 12. e Pſal 67. 18. f Abac. 3. 8. g Pſal. 75. 3. h Abac. 3. 3. i Pſ. 50. 19. k 2. Cor. 2. 15. l Pſal 140. 2. m Iere. 6. 20. *Sabbathum non ſanctificantiū pœna grauiſſima.* n Oſe. 7. 4. o 1. Cor. 3. 13. p 1. Cor. 3. 14.

A myſtica Hieronymi hac interpretatione vix quicquam diſcrepant quæ in iſtiuſmet loci intellectum aſſerit & Cyrillus Alexandrinus lib. 7. de Adoratione ante medium quæ ad verbum relata habes in Catena Græca.

76 Cyril Alex.

Theodoritus. Præcipitur Prophetæ, vt Regiis portis occupatis, denūtiet omnibus, tam Regibus quàm priuatis, ne trāſgrediantur legē de Sabbatho latam, ſed diem illū otio & quiete exornent: F & ne æmulentur patrum inobedientiā. Hoc enim ſi fiat, inquit, emolumentis pacis fruemini: & concurrent vndique, qui Deo in pace ſacrificia offerant. Quòd ſi violaueritis legem quietis, & die Sabbathi portaueritis onera, tradam igni non ſolùm portas, ſed & vrbem totam.

Theodorit. *Prædicator ibi prædicet, vbi audiri ab omnibus poſſit. Feſtorum obſeruatio ciuitatibus quàm proficua, quàm eorū violatio ſit damnoſa.*

D. Tho. pariter ad literam. Hîc reuocat eos ad cultū priſtinæ religionis quantùm ad mandatum de obſeruatione Sabbathi quod leuiſſimum eſt: vt magis eorū obſtinatio oſtendatur. Et circa hoc duo

duo facit, primò determinat prædicationis locũ (*in porta*) vt quasi inuiti cogantur audire 2. Tim. vlt.[a] *Insta opportunè, importunè, argue, obsecra, increpa:* (*filiorum*) ipsi enim sunt populus meus: sed filij populorum sunt (*per quam ingrediuntur*) ipsa enim specialis porta erat iuxta domum regiã: per quam Reges vrbem ingrediebantur, supra 7.[b] *Sta in porta domus Domini: & prædica ibi verbum istud*, &c. secundò proponit prædicationis verbum. (*Et dices ad eos*,) Et circa hoc tria facit: primò ponit præceptum: petens auditum, (*Audite*). Psalmus,[c] *Et nunc Reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram.* Promulgans præceptum. (*Hæc dicit Dominus, custodite*) à peccato (*portate*) extra ciuitatem *pondera*) mercium, (*Et opus*) seruile pertinens vel ad seruitutem culpæ: vel ad seruitutem pœnæ: quia etiam ab illis quæ præcepta non erãt, tenebantur abstinere à quibus omnibus nos non tenemur abstinere: sed secundùm præceptum Ecclesiæ ordinantis de hoc (*sanctificate*) vt bonis operibus vacetis. Exod. 20.[d] *Memento vt diem Sabbathi sanctifices.* Neemiæ vlt.[e] *Vidit in Iuda calcantes in Sabbatho: portantes aceruos: & onerantes super asinos vinum, & vuas, & ficus, & omne onus: & inferentes in Ierusalem die Sabbathi. Et cõtestatus sum*, &c. Et ponit præcepti contemptũ. (*Et non audierunt*) supra 7.[f] *Non audierunt nec inclinauerunt aurem suam: sed abierunt in voluptatibus & prauitate cordis sui mali*, &c. secundò promittit obedientibus præmium. (*Et erit si audieritis*,) quãtùm ad tria in quibus ciuitatis gloria erat, sc. in dignitate regni. Et quantùm ad hoc (*ingredientur*.) Isai. 1.[g] *Restituam iudices tuos vt fuerunt priùs: & consiliarios tuos sicut antiquitùs.* In multitudine populi. Et quantùm ad hoc (*& habitabitur*.) Isai. 62.[h] *Non vocaberis vltra derelicta, & terra tua non vocabitur ampliùs desolata.* Et quantùm ad religionẽ templi. (*Et venient de ciuitatibus ab Austro*) etiam ab Ægypto Isai. 60.[i] *Offeretur super placabili altari meo: & domum maiestatis meæ glorificabo:* tertiò comminatur contemnentibus incendium. (*Si autem non audieritis, in portis*) quia portas intrantes Chaldæi ignẽ miserunt in ciuitatẽ Isai. 1.[k] *Succendetur vtrũque simul & non erit qui extinguat.*

a 2. Tim. 4. 2. b Iere. 7. 2. c Psal. 2. 10. *Festorum obseruatio qualiter exhibenda.* d Exo. 20. 8. e Nehem. 13. 15. f Iere. 7. 26. *Festa vt sanctificentur quàm studere debeant principes in suis dominiis.* g Isai. 1. 26. h Isai. 62. 4. i Isai. 60. 7. k Isai. 1. 31.

77 Basilius Magnus Comment. in Isaiam super ea primi capitis verba.[l] *Sabbatha vestra non feram*, plura habet quæ ad hunc faciunt locum: cæterùm quia in Catena Græca ea ferè habentur, non est quod hîc ea referamus.

Basil. Magn. l Isai. 1. 13.

Peregregiè autem idem Basilius libro de Vera Virginitate, post dimidium, explicans quomodo hoc veræ Sabbathizationis præceptum rectè in primis à Christi Virgine implendũ sit. Sabbathũ, inquit, nõ in opere, sed in cessatione intelligitur. Vult itaque; Sabbathizare Virginem, vti ne virginitatẽ operando custodiat, sed absq; motu operis integritatem inuiolabilẽ seruet. Quasi Dei simulacrũ, inquit, ex anima & corpore virgo in terra formata est. Mysticè ergo sabbathizet, non pedẽ, non manũ, non oculum, non aliud quodlibet mẽbrorum, sed ne animũ quidem ad corrumpẽdam naturalem pulchritudinẽ moueat, sed persistat vt præclara diuinæ maiestatis effigies solida, atque immobilis ad omnẽ imaginem, ad omnẽ tactum, semper hac iugiter in petra stans, ne quis siue per oculos, siue per aures, siue per alium quemlibet sensum subrepens, aut animæ inditas moueat figuras Dei, aut cõfusis primitiuis formis, suas ipsi pessimè ac licenter insculpat: sicque corruptã, & obliteratã animæ specie, corpus iam luteum ac materiale per illicitos tactus vbique probris, & maculis repleat. Stet igitur immobile, stet fixum ac solidum simulacrum Domini, perpetuò Sabbatizans, vt neque sui ipsius vitio motum vspiam nutet, aut in ipso motu, dum fortè turbatur, aliquid naturalium lineamentorum collidat, ac violet, neque ad externa manu agitatum furto florem naturalis decoris amittat.

Sabbathum non in opere, sed in cessatione ab opere. Virgo Christi quo pacto rectè sabbatizet.

78 Cyrillus Alexandrinus homil. 6. Paschalium. Allatã hac Ieremiæ sententiã post aliqua hæc habet, quæ ad illius faciunt intellectum. Cùm certo aliquo ex ipsis rebus petito indicio opus esset, quo fateri quodammodo vel inuiti cogerentur, & cælum à suo conditore factũ, & eiusdem opera Solem, Lunam, astra, tellurem aliasque res omnes vt essent accepisse, eos opificem suum imitari iubet, vultque per Sabbathum quiescentes festiuitatis causam cognoscere:[m] *Requieuit* enim, inquit, *Deus ab omnibus operibus suis die septimo.* Qui verò student vt rerum opifice quiescente conquiescant & ipsi, an non illi res omnes haud ab alio conditas atque effectas fuisse, vnumque vniuersorum molitorem & artificem esse, & quidem apertissimè confitentur. Factum est igitur dum Sabbatho cessant, vt ex eo diuinitatis quoque rationem Israelitæ intelligerent, atque vnam à qua omnia condita & procreata sunt, agnoscerent naturam. Atque vna quidem hæc ratio est, Sabbatho indictæ requietis. Altera verò præterea est, & quidem plena grauitatis, atque hominibus, quorum magis absoluta virtutis perfectio est, longè accommodatissima.[n] *Non enim adhuc infantibus & solidiores disciplinarum cibi apponendi sunt, sed qui consuetudine exercitatos habent sensus*, vt Paulus ait. Indicat ergo cessatio hæc per Sabbathum agi consueta, atque ab omni opere feriatio indicta, futuram extremo tempore Sanctorum requiem cùm à laboribus immunes, ac sudore quem in stadiis contraxerant deterso, atque ad supernam ciuitatem reuocati, in cælesti Ierusalem quieti, ac deliciis affluentes æuum omne traducent, nullis ampliùs operibus, aut laborum muniis occupati, sed præclaris anteactæ vitæ facinoribus, tanquam viatico ad salutem instructi, suos ipsorum animos ad immortalem vitam enutrient. Id nãmque ex eo, quòd cibi antè præparati Sabbatho adhibendi forent, arbitror significari. Quòd autem ponderibus seu oneribus degrauare se se cuiquam Sabbatho non licuerit, illud indicari videtur, vt ego quidem existimo, futurũ vt post mortuorum resurrectionẽ, Sabbatho quod in superna ciuitate agetur, nullum ampliùs peccati onus nos degrauet, neq; rursum suis illecebris impulsos ad prauitatem hostis discruciet; sustinebit is nempe apud inferos ignis æterni pœnas; nos verò ab eo quod in nobis operatur peccato, omnino soluti erimus. Ex eo verò quòd intra portas Ierusalem Sabbatho permanerent, eadem planè res iisdẽ ex argumentis videtur designari. Nam qui semel in Sanctorum stationes fuerint aduocati, ac sedem in conuentu primogenitorum obtinuerint, securitatem æterno tempore voluptatibus perfruendi, nunquam requirent, nec concessa ipsa munera vnquam amittent, sed illa per Spiritus sancti gratiã corroboratã mente perpetuò obtinebunt. Ita enim scriptum est;[o] *Lætitia sempiterna super caput ipsorum:* super caput namque ipsorum laus & gloriatio: fugit mœstitia, & dolor, & gemitus.

Cyril. Alex. Sabbathi obseruatio mãdata, vt ea die quiescētes memoriã vsurparent, & faterentur vniuersa condita fuisse à Deo, qui die Sabbathi quieuit ab omni opere quod patrarat. m Gen. 2. 2. *Sabbathi præceptũ à Deo datũ, vt per illius diei quietem, & cessatione ab omni opere, labore, futura designaretur cælestis Patria quies, & cessatio ab omni labore.* n Hebr. 5. 14. *Opera bona vitæ præsentis pro viatico nobis inseruient ad Patriam. Cælesti in Patria nullum erit aggrauãs peccati aut tentantis ad peccatum onus.* *In cælesti Patria perpetua beatis erit securaque felicitas.* o Isai. 35. 10.

Isidorus Hispal. lib. de Vocatione Gentium c. 14. Pondera portat in Sabbatho, quem dies iudicij inuenerit cum suo delicto. Pondera portat in Sabbatho, qui credens in Christo non desinet à pecca-

Isid. Hispal. In Sabbatho pondera portat non desinens à peccato, quique vsque ad iudicium id defert.

peccato, ipſe eſt enim requies animarum, ſicut idem ait. [a] *Diſcite à me quia mitis ſum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus veſtris.* Ideo

a Matth. 11. 29.

A Ieremiæ dicitur. *Cuſtodite animas veſtras, Nolite portare pondera in die Sabbathi*, &c.

CATENA GRÆCA EX VETERIBVS PATRIBVS GRÆCIS.

Τάδε λέγει Κύριος.]

Βίκτορος.] πόλις Θεοῦ ἡ ἐκκλησία. καὶ πύλαι αὐτῆς αἱ τῆς θεοσεβείας ἀρχαὶ καὶ εἴσοδοι, δι' ὧν τοὺς εἰσιόντας βούλεται ἀπὸ πάσης σαββατίζειν κακίας. καὶ μὴ ἁπλῶς λέγειν στόματι τὸ, ἀποτάσσομαί σοι σατανᾶ. βούλεται τοίνυν ἡμᾶς ἀπ' αὐτῆς τῆς εἰς τὴν θεοσέβειαν εἰσόδου ἁγιάζειν τοῦ ἀληθῶς σαββατισμοῦ τὴν εἰκόνα, τουτ' ἔστι τῆς ἀναστάσεως. τὸ γὰρ σάββατον σημεῖον ἐστὶ τοῦ μὴ βαρύνειν τὴν ψυχὴν μεριμναις βιωτικαῖς, μὴ οὖσα γὰρ κούφη, Θεῷ λατρεύειν οὐ δύναται. τοῖς οὖν κουφίσασι τὴν ψυχὴν οὐκ ἐπιτάσσεται τὸ σημεῖον, ἀλλὰ τὸ ἔργον. ἀρχεῖ, || καθ' ἑαυτὸ γὰρ τὸ βάσταγμα μὴ αἴρειν. ὅπερ ἔδειξεν ὁ χριστὸς, ἆραι τὴν κλίνην προστάξας τῷ ἰαθέντι. οὐκ ἄρα πᾶσαν ἀργίαν νομοθετεῖ. τὴν γὰρ πνευματικὴν ἐργασίαν πολλαπλάσιον εὐποίησεν, εὐχαῖς καὶ ὕμνοις προσεδρεύειν κελεύσας, καὶ διπλᾶς Θεῷ προσάγειν θυσίας. ἐπεὶ οὖν καὶ μέλλων βίος τῶν τοιούτων φροντίδων ἐλεύθερος, εἰκότως κατάπαυσις προσηγορεύεται, κατὰ τὸν λέγοντα Παῦλον σπουδάσωμεν εἰσελθεῖν εἰς τὴν κατάπαυσιν αὐτοῦ. καὶ πάλιν· ἄρα ἀπολείπεται σαββατισμὸς τῷ λαῷ τοῦ Θεοῦ. [καὶ μὴ αἴρετε.]

|| ἴσ. καθ' ἑαυτὸ ἀργεῖ τὸ βάσταγμα, etc.

Τοῦ ἁγίου Βασιλείου.] ταῦτα τὸ δύνατον εἰς τήρησιν καὶ ἀκριβῆ φυλακὴν αὐτόθεν ἐμφαίνοντα, ὑπόδικον ποιεῖ τῇ κατάρᾳ τὸν σωματικῶς ἀκούοντα. μὴ κινεῖσθαι γὰρ ἀπὸ τοῦ τόπου, ἀμήχανον. καὶ πᾶν τὸ ἐπαιρόμενον κἂν ἐλαφρότατον ᾖ, βάσταγμα λέγεται, οἷον ἱμάτιον, ἢ ἄρτος, ἤ τι τῶν ἀναγκαίων. ἀλλὰ καὶ πῦρ καίειν οὐ κελεύει, τουτ' ἔστιν, ὑπὸ τῶν παθῶν τῆς σαρκὸς μὴ ἀναφλέγεσθαι. μὴ ἐπαίρειν δὲ βαστάγματα, τουτ' ἔστι, μὴ τῷ βάρει τῆς ἁμαρτίας καταφορτίζεσθαι. καὶ τῆς ἐν Θεῷ διαμονῆς μὴ μεθίστασθαι, ἑδραίους μένοντας καὶ ἀκινήτους ἐν τῇ πίστει. οὕτω δὲ τελοῦντας, τὰ σάββατα οὐκ ἐν τῇ κακῶν ἀργίᾳ, ἀλλ' ἐν τῇ ἀποχῇ τῶν καθηκόντων, εἰκότως ἀποστρέφεται, καὶ οὐκ ἀνέχεται αὐτῶν ὡς ψευδῶν. ταῦτα γάρ ἐστι τὰ παρὰ τῷ προφήτῃ ἠσαΐᾳ ταλανιζόμενα σάββατα.

Τοῦ αὐτοῦ.] βαστάγματα οὐκ ἀρεῖ, ὁ μὴ ἔχων τὸ βαρὺ φορτίον τῆς ἀνομίας αὐτῷ ἐπικείμενον, ἀλλ' ὄντως σάββατα τρυφερὰ ἀναπαύεται.

Τοῦ ἁγίου Κυρίλλου, ἐκ τοῦ ἐν πνεύματι λατρείας.] ἔργου μὲν γὰρ τοῦ πρὸς φαυλότητα τεταγμένου, καὶ βλέποντος εἰς || καταλήξιν ἰέναι κελεύει τοὺς ἐν χριστῷ σαββατίζοντας. βάσταγμά γε μὴν ἐπωμάδιον μὴ ποιεῖσθαι μηδέν. τοὺς γὰρ ἅπαξ διὰ τῆς πίστεως τὸ δύσοιστον ἀληθῶς τῆς ἁμαρτίας ἄχθος ἀποβεβληκότας, πῶς οὐκ ἀπόπληκτον παντελῶς τὸ καὶ εἰσαῦθις αὐτὸ καταφορτίζεσθαι θέλειν, καὶ ὑποπίπτειν ἑλέσθαι πάλιν ζυγοῖς εἰς φαυλότητα ζυγοῖς; πυλῶν δὲ εἴσω καθίζει τῶν τῆς ἱερουσα

|| καταλύσιν, ἰέναι.

Verſ. 21. **H**Aec dicit Dominus Cuſtodite, &c.) (Et nolite portare pondera, &c.)

Victoris.] *Ciuitas Dei Eccleſia eſt, & portæ* B *ipſius pietatis inſtitutiones, & auditus, per quos ingredientes vult ab omni ſabbatiZare iniquitate; nec nudè ore proferre,* abrenuncio tibi Satana. *Vult igitur nos ab ipſo pietatis ingreſſu ſanctificare veri Sabbatiſmi imaginē, reſurrectionis nēpe. Sabbatū enim indicat, mundanis cogitationibus animum grauandū non eſſe. Qui ſi leuis non ſit, Deo inſeruire non poteſt. His itaque qui leuē reddidere animum, ſignum non imperatur, ſed opus: ſecundùm ſe autem, ceſſat onus tollendum non eſſe, quòd* C *Chriſtus oſtendit,* [a] *iuſſo tollere lectum ſanato homini: non ergo omnē præcipit ab opere ceſſationem: ſpiritalem quippe operationem multiplicauit præcipiens vacare orationibus & hymnis, dupliciáque offerre Deo ſacrificia. Quoniā igitur & futura vita huiuſmodi curarū immunis eſt, meritò requies appellata eſt, iuxta Paulū dicentem,* [b] properemus ingredi in requiem ipſius: & *iterum:* [c] non deficit Sabbatiſmus populo Dei.

79 Victor. *Porta Eccleſia ciuitatis Dei ſunt pia illius inſtitutiones. Abrenunciatione Sathanæ verbo factam in Baptiſmo ſeruari re ipſa vult Deus. Baptiſmus imago veri Sabbatiſmi, & reſurrectionis. Sabbati præceptum ſignificat mūdanis animum non grauandum. Sabbatum vt ceſſationē cōtinet operis, abrogatum à Chriſto, & à quibus operibus antiquitus tunc eſſet ceſſandum.*

a Ioan. 5. 8.
b Heb 4. 11.
c Hebr. 4. 9.

Verſ. 22. (*Neque efferatis pondera è domibus veſtris in die Sabbatorum.*)

D Sancti Baſilij.] *Hæc cum obſeruatu impoſſibilia, quòd impleri exactè non poteſt per ſe ipſa ſe ſe oſtendant, maledicti reum faciunt eum qui corporaliter excipit: loco enim non moueri fieri non poteſt; omneque quod tollitur etſi leuiſſimum ſit, pondus dicitur; vti veſtimentum, aut panis, aut aliud neceſſarium, & ignem non aſcendere præcipit; id eſt paſſionibus carnis non vti. Non tollere verò pondera, hoc eſt iniquitatum grauitate non opprimi & ab aſſidua in Deo perſeuerantia* E *non diſcedere, ſtabili & inconcuſſa in fidei conſtantia. Illo verò modo obſeruantes Sabbata, non in malorum ceſſatione, ſed eorum quæ in vſum veniunt abſtinentia iure à ſe abiicit, nec fert eos vti mendaces. Hæc enim ſunt quæ Propheta Iſaias miſerabilia vocat Sabbatha.*

80 S. Baſil. *Sabbati præceptum iuxta rigorem verborum ſeruari non poteſt. Sabbato ſpiritaliter à quibus abſtinendum, quæue agenda, & quomodo quieſcendum. Sabbata miſerabilia dicta quæ iuxta literalem verborū rigorem ſeruantur.*

Eiuſdem.] *Pondera non tollet qui graue iniquitatis pondus non ſuſtinet, ſed verè in* [d] *delicatis Sabbathis requieſcet.*

Eiuſdem. *In Sabbatis delicatis requieſcit, qui iniquitatis pondere non grauatur.*
d Iſai. 58. 13.

Sancti Cyrilli ex lib. de Adoratione in F ſpiritu.] *Ab opere quidem quoad nequitiam vergit, & ad conſumptionē tendit, abſtinere iubet eos qui in Chriſto Sabbatha ſeruant: pondusque nullū ſuper humeris geſtare. Eos enim, qui ſemel per fidē pondus iniquitatis portatu verè difficillimum depoſuerunt, quomodo ſtolidiſſimum non ſit, velle iterum eidem ponderi ſe ſubmittere, & ſponte rurſus nequitiæ iugum ſubire? Intra verò portas* Ieruſa

81 S. Cyrill. *Sabbata in Chriſto ſeruat qui à prauis abſtinet operibus, pondusque nō portat iniquitatis. Recidiuare in peccata dimiſſa, quàm ſit ſtolidum.*

ἱερουσαλὴμ, τὸ μὴ χρῆναι πόλεως τῆς ἁγίας ἡμᾶς ἀπονοσφίζεσθαι τυπῶν, μήτε μὴν ἔξω φέρεσθαι καὶ ἀπολισθεῖν ἐφιεὶς διὰ τῆς εἰς ἕτερόν τι παρατροπῆς. ἁγίαν δὲ νοήσεις πόλιν τὴν ἱερουσαλὴμ, ἤτοι τὴν ἐκκλησίαν. ἤδη γάρ που τινὲς διὰ τῆς εἰς χριστὸν πίστεως ἐκλελαμπρυσμένοι, ἀποφορτισάμενοί τε τὴν βέβηλον ἁμαρτίαν, εἴσω τε πυλῶν γεγονότες ἁγίων τοῦ οἴκου τοῦ θεοῦ, παρεκομισθησαν εἰς ἀπόστασιν, εἰ καὶ μὴ πρὸς ἐμφανῆ τυχὸν, ἀλλ' οὖν ἐξήλοντο τῆς ἁγίας πύλης, ἔθη τιμήσαντες εἰδωλοπρεπῆ. εἴσω δὴ οὖν καθῆσθαι πυλῶν τοὺς νοητῶς σαββατίζοντας κεχρησμῴδηκε, || καθ' ὃ τὸ ἀσφαλές τε καὶ ἀνεξίτητον, καὶ τὸ μηδαμῇ χρῆναι παρολισθεῖν τῆς εἰς αὐτὸν γνησιότητος τοῦ τύπου σημαίνοντος. ὅτι δὲ θεοῦ πόλις ἡ ἐκκλησία, μάλιστα μὲν ἀναπείσει καὶ Δαβὶδ λέγων δὲ δοξασμένα ἐλαλήθη περὶ σοῦ ἡ πόλις τοῦ θεοῦ. πληροφορήσει δὲ καὶ αὐτὸς ὁ σωτὴρ περὶ αὐτῆς λέγων ὧδε κατοικήσω, ὅτι ᾑρετισάμην αὐτήν.

|| ἴσ. καθαρῶς τι.

[τοῦ μὴ εἰσφέρειν.]

Ὀλυμπιοδώρου.] μέτρον φανερὸν ἐβάδιζον. τὸ γὰρ εἰς μῆκος ὁδεύειν, ἔργον εἶναι ἐδόκει. καὶ τοῦτό ἐστι τὸ ἐν ταῖς πράξεσι σαββάτου ἔχων ὁδόν.

[καὶ ἀνάψω.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἀσβέστου πυρὸς μνημονεύσας ὁ λόγος, εἰς θεωρίας ἡμᾶς παραπέμπει. ὅτι τὴν μὴ ἀποτιθεμένην τὰ φορτία τῆς ἁμαρτίας ψυχὴν, πῦρ αἰώνιον δέχεται.

Ierusalem sedere vult significans, non debere nos à sancta ciuitate excludi, neque permittens extra vagari & aliò abductos deferri. Sanctam verò intelliges ciuitatem Ierusalem, hoc est Ecclesiam. Tam enim quidam in Christum fide illustrati, & prophanæ iniquitatis pondere liberi ingreßique portas sanctas Domus Dei delati sunt ad rebellionem, etsi fortè non manifestam: exilierunt nihilominus è sancta ciuitate, mores amplexi idolorum cultui congruentes; intra igitur portas sedere eos qui mente sabbatizant vaticinatus est, apertè tutam & habilem moram, quódque omnino à Dei coniunctione resiliendum non sit, Typo significante. Ciuitatem verò Dei esse Ecclesiam, præcipuè quidem persuadebit Dauid dicens.[a] Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei: *planeque comprobat & ipse saluator de ea dicens.* [b] Hic habitabo, quoniam elegi eam.

Sabbatizantibus in Christo curandum ne extra Ecclesiæ portas prodeant prauis assumptis moribus.

Ecclesia ciuitas Dei.

a Psal. 86.3.

b Ps. 131.14.

82

Vers. 24. (*Et erit, &c. vt non inferatis onera, &c.*)

Olympiod.] *Mensura certa itineris erat: opus enim videbatur esse longiùs ire, & hoc est quod in actibus Apostolorũ legitur,* [c] Sabbati habẽs iter.

Olympiod. *Sabbato antiquitus statuta erat itineris mensura.* c Act. 1.12.

Vers. 27. (*Et accendam ignem in portis eius, deuorabit, &c.*)

Olympiodori.] *Facta inextinguibilis ignis mentione meditandi nobis ansam præbet, quòd iniquitatis pondera non deponentem animam manet ignis æternus.*

Olympiod. *In Peccatis persistẽti paratus ignis inextinguibilis.*

Capitis 18. à vers. 1. vsque ad 11. Sectio Prima.

TEXTVS VVLGATÆ.

1 VErbum quod factum est ad Ieremiam à Domino dicens.

2 Surge & descende in domum figuli, & ibi audies verba mea.

3 Et descendi in domum figuli, & ecce ipse faciebat opus super rotam.

4 Et dissipatum est vas, quod ipse faciebat è luto manibus suis: conuersusque fecit illud vas alterum, sicut placuerat in oculis eius vt faceret.

5 Et factum est verbum Domini ad me dicens.

6 Numquid sicut figulus iste, non potero vobis facere, domus Israel, ait Dominus? ecce sicut lutum in manu figuli, sic vos in manu mea, domus Israel.

7 Repentè loquar aduersùm gentem, & aduersùs regnum, vt eradicem, & destruam, & disperdam illud.

8 Si pœnitentiam egerit gens illa à malo suo, quod locutus sum aduersùs eam: agam & ego pœnitẽtiam super malo, quod cogitaui vt facerẽ.

9 Et subitò loquar de gente & de regno, vt ædificem & plantem illud.

10 Si fecerit malum in oculis meis, vt non audiat vocem meam: pœnitentiam agam super bono, quod locutus sum vt facerem ei.

TEXTVS SEPTVAGINTA.

1 *VErbum quod factum est à Domino ad Ieremiam, dicens.*

2 *Surge, & descende in domum figuli: & ibi audies verba mea.*

3 *Et descendi in domum figuli: & ecce ipse faciebat opus super lapides.*

4 *Et cecidit vas, quod ipse faciebat in manibus suis: & rursus ipse fecit illud vas alterum, sicut placuerat in conspectu suo facere.*

5 *Et factum est verbum Domini ad me, dicens.*

6 *Si quomodo figulus iste, non potero facere vos, domus Israel? Ecce, sicut lutum figuli, vos estis in manibus meis.*

7 *Ad summam loquar super gentem, aut super regnum, vt auferam illos, & disperdam, & conuertetur gens illa ab omnibus malis suis.*

8 *Et agam pœnitentiam de malis, quæ cogitaueram facere eis.*

9 *Et ad summam loquar super gentem, & regnum, ad reædificandum, & plantandum.*

10 *Et faciens mala coram me non audiendo vocem meam; & pœnitentiam agam de bonis, quæ loquutus eram facere eis.*

PARAPHRASIS CHALDAICA.

1 *VErbum prophetiæ quod factum est ad Ieremiam à facie Domini, dicentis.*

2 *Surge & descende in domum figuli, & ibi audire te faciam verba mea.*

3 *Et descendi in domum figuli, & ecce ipse faciebat opus super rotam.*

4 *Et dissipatum est vas quod fiebat ex luto in manu figuli: & reuersus est, & fecit vas aliud, sicut placuit in oculis figuli vt faceret.*

5 *Et factum est verbum prophetiæ à facie Domini ad me, dicens.*

6 *Numquid sicut figulus iste, non possum vobis facere*

domus Israel, dicit Dominus? Ecce sicut lutum in manu figuli, sic vos habetis in manu coram me domus Israel.

7 Tempore quodam loquar super populum & super regnum, vt euellam, & confringam, & disperdam.

8 Si autem conuersus fuerit populus ille à malo suo, quod decreui contra eum: & auertar ego à malo quod cogitaui vt facerem ei.

9 Alio tempore loquar super populum, & super regnum vt ædificem, & vt sustentem.

10 Et si fecerit quod malum est in conspectu meo, vt non obediat verbo meo; & auertar ego à bono quod dixi vt benefacerem ei.

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

1 Hieronym. *Sensuum omnium oculus videns efficacissimus ad menti imprimendum. Rotam figuli, & lapidem vnamet significat Heb. vox.*

HIeronymus in Comment. (*Verbum quod factum est*, &c.) Per omnes quidem sensus ad iudicium & intelligentiam animi peruenitur, auditu, odoratu, gustu, tactu, sed magis mente retinetur, quod oculis cernitur. Vnde iubetur Propheta ad domum figuli ire, & ibi Domini audire præcepta. *Cúmque ait, perrexissem, & descendissem in domum figuli, faciebat ipse opus super rotam*: quam Sept. verbi ambiguitate seducti, lapides transtulerunt: אבנים *obnaim*, enim pro qualitate loci, & diuersitate pronunciationis, & organum, id est, rota figuli vocatur, & lapides. Cúmque, inquit, cernerem vas è luto fieri, subitò dissipatum est: hoc Dei agente prouidentiâ, vt manus artificis, dum nesciret, errore suo parabolam figuraret. Rursúmque ille figulus, qui vas è luto rotâ currente perdiderat, fecit aliud sibi, vt ei visum est. Statimque Dominus ad Prophetam: Si figulus, ait, hanc habet potestatem, vt ex eodem luto rursum faciat quod fuerit dissipatum: ego in vobis qui quantùm in vobis est periisse videmini, hoc facere non potero? Et vt liberum significaret arbitrium, dicit se & mala annunciare genti, & regno illi, vel illi, & rursum bona: nec tamen hoc euenire, quod ipse prædixerit, sed è contrario fieri, vt & bona malis eueniant, si egerint pœnitentiam, & bonis mala, si post repromissiones fuerint ad peccata conuersi: Et hoc dicimus non quòd ignoret Dominus hoc vel illud, gentem, aut regnum esse facturum, sed quòd dimittat hominem voluntati suæ, vt vel præmia, vel pœnas suâ voluntate, & suo merito recipiat. Nec statim totum erit hominis quod eueniet, sed eius gratiæ qui cuncta largitus est, ita enim libertas arbitrij reseruanda est, vt in omnibus excellat gratia largitoris: iuxta illud propheticum: [a] *Nisi Dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt qui ædificant eam. Nisi Dominus custodierit ciuitatem in vanum vigilauit qui custodit eam.* [b] *Non enim volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei.*

Liberum arbitrium hominis apertè à Domino Ieremiæ significatum. Præscientia Dei non est causa nostri boni, vel mali, sed libera, id est nostra voluntatis. Liberum arbitrium est causa nostri boni operis gratiâ adiutum.

a Psal. 126. 1.
b Rom. 9. 16.

Hieronym. *Figuli appellatio Deo sæpius tributa vt factori nostro.*

Refert idem Hieronymus Comment. in cap. 45. Ieremiæ ad confirmandum quòd figulus, hoc est Creator noster, & factor appellatur Deus, prout in principio capitis illius asserit Isaias, & Paulus ad Rom. 9. refert inquam totum hunc locum vsque ad vers. 7.

Prophetandi ratio per res, & actiones.
c Isai. 20. 2.

Idémque Comment. in cap. 11. Zachariæ ait, Et quomodo Isaias, vt captiuitatem populi demonstraret, [c] nudus ingreditur, & Ieremias vadit ad domum figuli, vt ex dissipatione vasis, quod currebat in rota, & manu fingebatur artificis, & interitum Israel, & Dei potentiam ostenderet.

2 Hilarius.
d Psal. 2. 9.

Hilarius enarratione in Psalmum secundum, super ea verba, [d] *Tanquam vas figuli confringes eos*, totum locum istum in probationem affert, & explicationem, qualis à Deo secundum vas figuli nostra confractio sit. Verba autem eius, post recitatum præsentis loci textum hæc sunt. Sic petitas, atque obtentas hæreditatis suæ gentes Deus confringet & conteret, vt reformet: confringit enim Deus in omnibus omnes inexplebiles cupiditates, & illecebrosas lasciuias, & feruentes iras, & inanes superstitiones, & tumentes fastus, & impias opiniones. Reformet autem nos ad rationabilem vitæ vsum, contemptu pecuniæ, luxus pudore, iræ moderatione, veri scientiâ, communione viuendi, religionis officiis: cùm per doctrinæ regimen terroremque iudicij in has virtutes post vitia illa reuiuiscimus: Non enim ait: *Tanquam vas confringes eos*, ne per testæ fragmentum irreformabile vas posset intelligi: sed ait, *vas figuli*, quod in ipsa artificis molitione vas fieret, vt secundùm prælatum exemplum prompta esset confracti eiusdem vasis ex artificis voluntate reparatio. Sed hoc irrationabilis materiæ vas etiam sub alia intelligentia ad rationem humanæ voluntatis aptum est, homines quidem per hæc vitia sua cadere: Sed si in his pœniterent, id est, si ab his desinerent, se quoque Deus in his quæ ad pœnam causam huius constituerit pœnitere. Non quòd hic motus mentis secundùm humanam naturam in Deum caderet: sed quia hominis gestorum pœnitentia modus est gerendorum. Pœnitentiam quoque suam Deus memorat ad pœnam: quia puniri desinerent qui esse impij destitissent. Vt ergo figulo promptum est, amissum vas ad eamdem, vel quam volet speciem reformare: ita Deo facile est, post vitiorum casus volentes se erigi, per doctrinæ suæ institutionem ad pietatem ex impietate reparare. Sed & illa tanquam vas figuli non ignoranda confractio est: tum cùm his corporibus dissolutis, & casu mortis confractis pro voluntate artificis restauratio affertur. Quod verùmque propheticus sermo significasse eodem dicto videtur. Nam cùm pœnitentiam vtilem in his quæ ante agebantur ostendit: præsentis huius vitæ & corporalis ex vitiis in virtutem nouam quasi instaurationem docet esse oportere, ira in eos Dei sicuti criminum voluntate cessante. Et quanquam id ex figuli comparatione protulerit, tamen cùm de eodem figulo ait: *Et ipse fecit vas aliud secundùm quod placuit in conspectu eius*: significari etiam intelligitur illa, quæ secundùm Dei voluntatem resurgentium corporum instauratio est futura. Prout enim ei placet, & conspectu eius dignum est, confracta reparabit, non ex alia aliqua, sed ex veteri atque ipsa originis suæ materie speciem illis complaciti sibi decoris impartiens: vt corruptibilium corporum in incorruptionis gloriam resurrectio, non interitu naturam perimat, sed qualitatem conditione demutet. Non enim aliud corpus, quamuis in aliud resurget, Apostolo dicente: [e] *Seminatur in corruptelam, resurget in incorruptionem: seminatur in ignominiam, resurget in gloriam: seminatur in infirmitatem, resurget in virtutem: seminatur corpus animale, resurget spiritale.* Fit ergo demutatio, sed non affertur abolitio. Et cùm id quod fuit, in id quod non fuit surgit. non amisit originem, sed profecit ad honorem.

Quomodo Deus confringere nos dicatur vt vas figuli. Vitia in nobis destruens Deus dicitur confringere vt vas figuli. Reformat nos Deus vt confractum figuli vas à vitiis ad virtutes eleuans. Vasis figuli metaphora aptissima ad explicandum hominis casum in peccata, eiusdemque reparationem. Pœnitentia quomodo in Deo esse dicatur. Vasis figulis confractione, & restauratione significata hominis more, & resurrectio carnis per Christum. Resurrectio in eodem futura corpore.

e 1. Cor. 15. 42.

3 Ruffinus.

Sensum istum de resurrectione corporis significata per vasis confracti restaurationem aliter sic explicat Ruffinus Presbyter lib. de Symbolo inter opera Cypriani, dicens. Hic scil. Christus

erat figulus, qui, vt Ieremias docet, vas de manu sua collapsum, & confractum rursum eleuauit manibus suis, & reformauit, sicut placuit ei. Placuit autem, vt corpus, quod mortale, & corruptibile susceperat, de sepulchri petra leuatum, & immortale, & incorruptibile effectum, iam non in terrenis, sed in cælestibus, & Patris dextera collocaret.

** Resuscitans Christus vas corporis sui confractum in morte reformauit in cælestibus collatum.*

Epiphanius. *Homo decorum quàm maximè Dei opificium.*

Epiphanius autem lib. 2. contra hæreses hæresi 64. cap. Ex Proclo relato à Methodio ad resuscitationem quorumcumque iustorum hæc referens, ait, Hominem decentissimum suum opificium Deus insidiis, & inuidia malè afflictum conspicatus, non sustinuit relinquere talem, cùm benignus erga homines sit, vt ne in æternum esset vituperatum, immortale in se habens vituperium. Sed dissoluit rursus in materiam, quò per reformationem colliquescant, ac dissipentur omnia in ipso vituperabilia. Quemadmodum & Propheta Ieremias dicit, nam & ipse de his sic admonet: *Et descendi, inquit, in domum figuli, & ecce ipse faciebat opus inter lapides, & excidit vas quod faciebat in manibus suis, & rursus fecit ipsum vas alterum, velut placuerat ipsi facere. Et factum est verbum Domini ad me dicens: Num quemadmodum figulus hic, non potero hoc vobis facere domus Israel? Ecce sicut lutum figuli vos estis in manibus meis*: Attende enim quomodo, velut dixi, postquã transgressus esset homo, magna illa manus non probauit in contentionem relinquere suum opus velut adulterinum, cùm diabolus illud iniustè ex inuidia læsisset: sed liquefactum emolliuit ipsum rursus in lutum velut figulus, reformans ipsum, quò per reformationem omnes in ipso turpitudines ac confusiones deleantur, & ipsum totum complacens denuò irreprehensibiliter fiat. Aut non habet potestatem luti figulus, facere ex eadem massa vas aliud ad honorem, aliud ad ignominiam? hoc est (Sic enim Apostolus [a] mihi declarare videtur.) Numquid potestatem non habet Deus, qui ex materia vnaquaque eandem effinxit ac efformauit vnam quamque speciem, aut in honorem ad gloriam nos exsuscitare, aut in ignominiam ac condemnationem? in ignominiam quidem, eos qui in peccatis prauè vixerunt: in honorem verò, eos qui in iustitia. Quemadmodum ostensum est hoc etiam à Daniele, qui dicit: [b] *Multi ex dormientibus in aggere terræ excitabuntur, partim in vitam æternam, partim in opprobrium ac confusionem æternam, & prudentes splendebunt velut splendor firmamenti.*

Mortẽ quàm prudẽter Deus intulit homini per peccatũ deformato.

Resuscitantur iusti vt vas ad decus, & gloriam reformatum.

a Rom. 9. 21.

b Dan. 12. 3.

4 Theodorit.

Theodoritus totum hunc locum literaliter ad Iudaici populi causam referens, Mandatur, inquit, Prophetæ, vt ingrediatur domum figuli, quod mandatum executus, videt figulum fingentem vas quoddam: deinde illud, cùm excidisset, & contritum esset, iterum de nouo condentem. *Cecidit* enim, ait, *vas quod ipse fingebat ex luto, in manibus eius, & iterum fecit illud, vas alterum, quemadmodum placebat in oculis eius facere.* Vbi hoc modo demonstrasset, figulum habere facultatem in lutum, & illud pro nutu transformare posse, dixit Propheta, *Dic illis, Numquid sicut figulus, sic non possum facere vobis, domus Israel, dicit Dominus? Ecce sicut lutum in manu figuli: sic vos estis in manibus meis, domus Israel,* Quemadmodum enim ille potest pinsere lutum, & illud pro arbitrio formare, ita facilè possum tradere supplicio, & largiri salutem: & prosperè agentibus: calamitates immittere: & contrà, viuentibus in molestia prosperitatem gratuitam præbere. Hoc enim sequentia indicant. *Denique loquar aduersus gentem & regnum, & exterminem, auferam, & dissipem eas. Et si conuersa fuerit gens illa à malis suis, & ego pœnitentiam agam à malis, quæ cogitaueram facere eis.* Ne desperetis, inquit, de salute. Etenim si decreuero condemnare gentem: & comminatus fuero supplicium extremum, videro autem pœnitentiam eorum, non inferam supplicium: sed misericordiam desidero. Sin è diuerso bonorum copiam promisero, illi verò contemnentes, amplexentur nequitiam, promissionem bonorum non præstabo.

Deo ita facile supplicia inferre, & salutem, sicut figulo vas cõfringere & reficere.

Nulli de salute desperãdum, quam quisque per pœnitentiam obtinere à Deo potest.

5 Isid. Hispal. *Iudaici populi defectus, populique Gentilis successio significata per vas confractum, & restauratum.*

Isidorus quoque Hispalensis lib. Allegoriarum in Sacram Scripturam. Descendit, ait, Ieremias in domum figuli, & vidit diminutionem vasis prioris, & noui instaurationem, ad designandum defectum prioris populi, & successionem futuri.

Rupertus Abbas libro in Ieremiam cap. 10. explicans locum istum, manifestat, quomodo per id, quod faciebat figulus opus suum super rotam, & dissipatum est vas, quod faciebat è luto manibus suis, conuersusque fecit vas alterum, sicut placuit in oculis eius, vt faceret significatam dissipationem rebellium Iudæorum, collectionem Gentium, & in omnibus irreprehensibile esse Dei iudicium.

Rup. Abb. *Iudicium Dei in omnibus irreprehensibile.*

Quod in vers. 6. de manu sua ait Dominus, de illius intelligit potestate, Eucherius lib. de spirital. formulis cap. 1. Num. 22. Et Augustinus ante Eucherium lib. de Essentia diuinitatis in Tom. 4. vbi ait, Aliter verò manus Dei potestas eius intelligitur. De qua potestate in libro Ieremiæ scriptum est, *Sicut lutum in manu figuli, ita vos in manu mea, domus Israel.*

Eucherius. *Manus Dei vocabulo significata Dei potestas.* August.

6

Circa ea quæ specialiter dicuntur in vers. 6. 7. 8. 9. & 10. de comminatione Dei, deque hominum, eiusdemque pœnitentia, cum locus iste sit apud Patres celeberrimus æquum est, vt & quæ ab illis repeti in eum prolata hic referam.

Basilius Magnus Comment. in cap. 5. Isaiæ super iis Domini verbis. *Nunc autem annunciabo vobis quid faciam vineæ meæ.* Clementiæ inquit, Dei erga homines peculiare, hoc est, non clam, aut silenter ingerit supplicia: sed intendens comminationes ea prædicit affore, per hoc peccatores inuitans ad pœnitententiam, id quod fecit Niniuitis,[c] Iona præcone. Israeli item quum deliquisset, neutiquam tacitè extremam inuexit perniciem: sed famulo suo excitato ad supplicandum pro populi delictis, pœnas prænunciabat, dicens: [d] *Et nunc dimitte me, & delebo populum hunc.* Simile quiddam ex Euangelio edocti sumus à ficu sumptâ parabolâ, dicente Domino agricolæ: [e] *Ecce triennium est, ex quo venio ad hanc ficum quærens fructum in ea, nec inueniens. Succide eam. Vt quid etiam terram occupat?* Sanè hoc dicebat, agricolam quidem excitans, vt eam diligentiùs excoleret, sterilem verò animam promouens ad proferendos fructus se dignos. Quod autem dicimus, licuerit manifestiùs deprehendere apud Ieremiam: *Ecce (ait) sicut lutum figuli, sic estis vos in manibus meis, domus Israel, dicit Dominus. Ad summam loquar aduersus regnum, vt auferam eos & disperdam. Et si se conuerterit gens illa à malis suis: & agam ego pœnitentiam super malis quæ cogitaui vt facerem eis. Et ad summam loquar aduersus gentem & regnum, vt readificetur & plantetur, & facient mala in conspectu meo, ne audiant vocem meam, & agam ego pœnitentiam super bonis quæ loquutus sum, vt facerem eis.*

Basil. Magn. *Clementia Dei tanta vt & supplicia immissurus comminationes præmittat, prouocans per illas ad pœnitentiam.*

c Ionæ. 3. 4.

Supplicia immissurus in peccatores ea prius comminatur, vt & sanctos viros excitet ad interpellandum pro eis.

d Exod. 32. 10.

Supplicia immittẽda prænũciat Deus, vt maiorem sollicitudinẽ ingerat Prælatis circa studium conuersionis peccatorum.

e Luc. 13. 7. Ierem. 18.

Ad hunc ipsum sensum affert locum istum & Hiero

Hieronymus in cap. 2. Sophoniæ.

7 Origenes. *Deus pro bonitate sua incomprahensibili multa dicit quæ non facit, loquitur, & non permanet.*

Ad hunc & Origenes homil. 16. in lib. Num. ante medium, vbi ait, In his Ieremiæ habitis à Deo verbis euidenter ostendi, pro multis miserationibus, & incompræhensibili bonitate sua Deum dicere, & non facere, loqui & non permanere. *In finem*, inquit, *loquar*, hoc est, ex definito loquar *super gentem*, &c. Dicta autem ista omnia affertit Origenes negligentioribus, & contemptoribus confirmanda.

Clem. Alex. *Ad pœnitentiam ducit nos Deus causâ Salutis.*

Eò quoque tendunt quæ ait Clemens Alexandrinus lib. 1. Pædagog. cap. 10. in principio. Ducit autem ad pœnitentiam causa salutis. Propterea dicit, Si te pœnituerit, expurgabit Dominus cor tuum, & cor seminis tui.

Conc Tolet. *Pœnitere Dei est cùm vult ordinata immutare.*

In Concilio octauo Toletano cap. 1. dicitur, Pœnitere Dei est, cùm is ordinata voluerit immutare, Sic enim per Ieremiam dicit. *Repentè loquar aduersùm gentem*, &c. si &c. *agam & ego pœnitentiam.*

8 Io. Chrysost. *Impœnitentibus pro sua bonitate abbreuiat Deus tempus ad pœnitentiam promissum. Pœnitentibus dimittit Deus comminatas pœnas. Improbis rescindit Deus bonorum promissiones.*

Quâ verò ratione id Deus faciat, vt immutet ordináta, explicat eloquenter Io. Chrysostomus homiliâ 25. in caput 7. Gen. dicens. Vt & ij qui peccata coaceruantes maioribus se pœnis obnoxios non facerent, Dominus misericors, & benignus miseriam eorum videns, tempus quo se longanimem futurum promisit, abbreuiauit. Nam sicut eis, qui admonitionibus suis promptè parent, ob bonitatem sibi peculiarem sententias suas reuocat, & conuersis appropiat, ab imminentibus pœnis eos liberans, ita quoque cùm promittit, vel bona aliqua se præbiturum, vel pœnitentiæ tempus, videt autem fieri indignos, etiam tunc quoque suas promissiones rescindit. Quocirca, & per Prophetam dicebat: *Finem loquar super gentes, & super regna, vt perdam, & effodiam: & si pœnitentiam egerint, agam & ego pœnitentiam super his, quæ loquutus sum, vt facerem.* Et iterum, *finem loquar super gentes, & regna, vt readificem: & si peccauerint, pœnitentiam & ego agam super his, quæ loquutus sum, vt facerem eis,* Vidisti quomodo, & à nobis occasiones accipit, tam misericordiæ, quam erga nos declarat, quàm indignationis?

9 Ioan. Chrys. a Matth. 19. 28. *Sessuros duodecim Apostolos quod promisit Iesus quomodo impletum sit Iuda excidente.*

Idemque Chrysostomus homil. 66. in cap. 19. Matthæi. Ea perpendens Christi verba, [a] *Sedebitis & vos super sedes duodecim.* An igitur, inquit & Iudas sedebit? Minimè. Quomodo igitur in duodecim sedibus sedebunt? Quomodo pollicitatio hæc adimplebitur? Attende quomodo, & quâ ratione: lex est à Deo per Ieremiam promulgata, in qua hæc continentur. *Terminum loquar super gentem, & super regnum, vt auferam, & perdam: & si conuertetur gens illa à malis suis, me quoque pœnitebit à malis, quæ cogitaui eis facere. Et terminum loquar super gentem, & regnum, vt restaurem, & plantem: & si nequitiam fecerint in conspectu meo, & non audient vocem meam: me quoque pœnitebit eorum bonorum, quæ facturum esse ipsis locutus sum.* Pariter enim, inquit, tàm in bonis, quàm in malis id facere soleo. Si enim restauratum me dixero, non faciam scil. si quis indignum se hac pollicitatione præbuerit: quod primo confestim homini accidit. [b] *Tremor* enim *vester, & timor,* ait, *erit super feras:* quod è contrariò fieri videmus, quia videlicet indignum se homo tali præbuit principatu: sic etiam Iudas. Nam ne punitionum terrore in desperationem nonnulli compulsi duriores ad virtutem fiant, aut bonorũ pollicitationibus in desidiam delabantur, vtraque ista per Ieremiam corrigit, dicens. Et si minatus fuero, non diffidas: potes enim pœnitentiam agere, & sententiam meam sicut Niniuitæ conuertere: & si aliquod bonum promittam, propter promissionem non decidas. Non enim proderit tibi pollicitatio mea, si vitio te indignum feceris, imò verò maioris causa erit supplicij: nam ego dignis, & in eo quòd digni sunt perseuerantibus polliceor: propterea discipulos alloquens non simpliciter pollicetur. Non enim *sedebitis, & vos,* solummodo dixit: sed adiecit, *Qui me secuti estis:* vt & Iudam eiiciat, & posteriores attrahat. Non enim ad illos dictum est solos, neque ad Iudam qui se indignum effecit.

Indigno se reddito rescindit Deus pollicitationes bonorum. b Gen. 9. 2. *Mutabilem quoad sententias suas se exhibet, affirmatque frequenter Deus ad tollendam hominũ præsumptionem, & desperationem.*

10 Chrysost. *Legem sibi posuit Deus vt comminatas pœnas pœnitentibus dimitteret, impœnitentibus inferret.*

In eumdem sensum Idem Chrysostomus homil. quintâ ad pop. Antiochenum, de Iuramentis fugiendis in his Deum inquit posuisse legem ab initio cunctis hominibus per Prophetam dicendo, Exitium loquar ad Gentem, &c. & erit si pœnitentiam egerint, &c. & iuxta hanc legem pœnitentes saluare, & à vitio discedentes liberare ab ira.

Hieronym. *Iudicat Deus vnumquemque sicut inuenerit.*

Affert & Hieronymus epistolâ 46. ad Rusticum, totam sententiam istam ad probandum quòd Deus vnumquemque iudicat sicut inuenerit, iuxta constitutam sibi legem, quâ ipsius iudicij exitus è nobis dependens est.

D. Thomas. *Deus immutabilis, & mentiri nequit.* c Num. 23. 19.

D. Thomas magis Scholasticè hunc ipsum pertractans locum primum in suis postyllis super Ieremiam ait, Hîc sumit rationem ex prædicta similitudine (figuli scil. cum luto.) Sed obiicitur contra id quod dicitur hîc: illud quod habetur Num. 23. [c] *Non est Deus vt homo vt mentiatur: neque vt filius hominis vt mutetur.* Sed hoc non potest esse sine mendacio, quòd aliquis dicat futurum quod non eueniat: neque sine mutatione: *si pœnitentiam agat,* ergo, &c. Ad quod dicendum quòd est duplex prophetia secundùm Hieronymum in glos. super Matthæum cap. primo, scil. prædestinationis: in his quæ non dependent ex libero arbitrio: sed tantùm ex Dei dispositione qui immutabilis est: & ideo hanc necesse est omnibus modis euenire. Alia est præscientiæ de his etiam quæ libero arbitrio non subiacent, sed procedunt à Deo secundùm quod Deus præscit finaliter euentum vniuscuiusque rei. Et sic etiam sententia diuina mutatur factâ mutatione in homine: sed non in Deo. Et ideo pœnitentia accipitur non secundùm mutationem diuinæ dispositionis: sed diuinæ sententiæ prælatæ secundùm causas inferiores. Et ideo dicit (*repentè*) & subitò loquens de Deo ad similitudinem hominis. Dicitur enim aliquis repentè loqui quando sine præmeditatione loquitur. Hoc autem conuenit quando tantùm ad præsens, omissâ futuri consideratione respicit. Circa hoc ergo duo facit: primò ponit diuinæ sententiæ reuocabilitatem in malis: ponens sententiæ pronunciationem (*vt eradicem*) auferendo omnem firmitatem supra 1. [d] *Constitui te hodie super gentes & super regna: vt euellas & destruas, & disperdas, & dissipes, & adifices, & plantes.* Et sententiæ reuocationem (*si pœnitentiam*) Osee. 11. [e] *Conuersum est in me cor meum pariter conturbata est pœnitudo mea.* Et in bonis ponens sententiæ promulgationem. (*Et subitò*) Iob. 22. [f] *Si reuersus fueris ad omnipotentem: adificaberis: & longè facies iniquitatem à tabernaculo tuo.* Et reuocationem si fecerit malum. Ezech. 18. [g] *Si auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem iuxta omnes abominationes quas operari solet impius. Numquid viuet? omnes iustitiæ eius quas fecerat, non recordabuntur: in prauaricatione quâ prauaricatus.*

Prophetia duplex altera prædestinationis, altera præscientiæ.

Repentè loqui est loqui sine præmeditatione.

d Iere. 1. 10. e Osee. 11. 8. f Iob. 22. 23. g Ezech. 18. 24.

catus est: & in peccato suo quod peccauit: in ipsis morietur.

11 Vide eumdem D. Thomam lect. 4. in cap. 6. epistolæ ad Hebræos, super ea Apostoli verba.[a] *In quo abundantius volens Deus ostendere pollicitationes hæredibus immobilitatem consilij sui*, cuius doctrinam magis explicatam habes apud eumdem 2. 2. de quæst. 71. attic. 6. ad 2. quibus ambobus locis asserit Prophetiam istam Ieremiæ ex iis esse, quibus diuina exprimitur præscientia, vt cognoscit ordinem causarum ad effectus. Dicitur autem Deus pœnitêre metaphoricè, ad finem ait præcitatæ responsionis, in quantum ad modum pœnitentis se habet, prout scil. mutat sententiam, etsi non mutet consilium.

[a] Heb. 6. 17.

Pœnitere quomodo dicatur de Deo.

Augustinus Serm. 109. de Tem. Tom. 10. ad medium Cogitet vnusquisque peccata sua; & modò illa emendet cùm tempus est. Sit fructuosus dolor, non sit sterilis pœnitudo. Tanquam hoc dicit Deus, Ecce indicaui sententiam, sed nondum protuli. Prædixi, non fixi. Quid times quia dixi? Si mutaueris, mutatur. Nam scriptum est quod pœniteat Deum. Nunquid quomodo hominem sic pœnitet Deum. Nam dictum est, *Si pœnituerit vos de peccatis vestris, pœnitebit me de omnibus malis, quæ facturus eram vobis.* Nunquid quasi errantem pœnitet Deum? Sed pœnitentia dicitur in Deo mutatio sententiæ. Non est iniqua, sed iusta. Quare iusta? Mutatus est reus, mutauit iudex sententiam. Noli terreri. Sententia mutata est, non iustitia. Iustitia integra manet, quia mutato debet parcere, quia iustus est. Quomodo pertinaci non parcit, sic mutato parcit.

Augustin.

Pœnitentia Dei est mutatio sententia ad mutationem nostram.

CATENA GRÆCA EX VETERIBVS PATRIBVS GRÆCIS.

Ἀνάστηθι.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τίνος ἕνεκεν αὐτὸν εἰς τὸ κεραμεῖον κατάγει; ἐπειδὴ ἔλεγον, ποῦ ἐστιν ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ; ἐλθέτω. καὶ ἐνόμιζον αὐτὸν μὴ δύνασθαι, κατάγει αὐτὸν ἐκεῖ. τίνος οὖν ἕνεκεν καὶ τῆς θεωρίας ἐδέησεν; οὐ γὰρ ἐνῆν εἰπεῖν καθὼς ὁ κεραμεὺς, οὐ δυνήσομαι; ἀλλὰ πιστικώτερον καὶ ἐναργέστερον ἐποίει τὸν λόγον ἡ ὄψις.

[καὶ κατέβη.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τί βούλεται ἡ || ἀνάπαυσις; ὅτι καὶ πεσόντας ὑμᾶς ἀνανεῶσαι δυνήσομαι. οὕτως εὔκολον ἐμοὶ πάντα ποιεῖν.

|| For. ἀνάπλασις.

[καὶ πάλιν.]

Ὀλυμπιοδώρου.] τὴν διὰ τοῦ βαπτίσματος ἀνάπλασιν αἰνίττεται.

[καθὼς ἤρεσεν.]

Ὀλυμπιοδώρου.] οὐ καλὸν τὴν γνώμην, ἢ κακόν. τοῦτο γὰρ τῆς προαιρέσεως, καὶ τοῦ αὐτεξουσίου, ἀμέλει καὶ ἁμαρτάνοντες μετανοεῖν κελεύονται. ἀλλὰ τοιόνδε ἢ τοιόνδε τὴν πλάσιν. διδασκόμεθα οὖν μὴ πολυπραγμονεῖν τοὺς ἀνεφίκτους τῆς δημιουργίας τρόπους.

[ἰδοὺ ὡς ὁ πηλός.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] διεπέσατε καὶ ὑμᾶς, δυνήσομαι διορθώσασθαι ὑμᾶς.

Τοῦ ἁγίου Κυρίλλου.] μεταπλάττει γὰρ εὐκόλως ἐφ' ᾧ περ ἂν ἕλοιτο, τὸ παρ' αὐτοῦ γεγονός.

[πέρας λαλήσω.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] μὴ γὰρ ἐπειδὴ εἶπον ἅπαξ, ἐκβῆναι δεῖ; ἔστιν ὑμῖν σωτηρίας ἐλπὶς, ἐὰν προσέχητε ἑαυτοῖς καὶ μεταβάλησθε. μήτε γοῦν ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς πρὸς τοὺς πατέρας θαῤῥήσητε, μήτε ἐπὶ τοῖς κακοῖς τοῖς περὶ ὑμῶν λεγομένοις ἀπογνῶτε.

Ὠριγένους.] τὸ οὖν μεταμέλλημαι διὰ τὸν Σαοὺλ τουτέστιν, οὕτως ἀνάξιον αὐτὸν τῆς βασιλείας ἐποίησεν, ὥστε εἴγε φύσιν εἶχον μετανοῆσαι, μετέγνων ἂν ἐπ' αὐτῷ. διατί οὖν ἐχρίσθη; ὅτι τότε ἄξιος.

Vers. 2. *Vrge, & descende in domum figuli, &c.)*

Chrysostomi.] *Quorsum ipsum ad domum figuli descendere facit? Quia dicebant.* Vbi nam verbum Dei est? Veniat: *& putabant eum non posse, deducit ipsum eò. Sed cur & aspectu ipso indiguit? An non dicere poterat, vti figulus, non potero? Sed aspectus sermonem reddebat credibiliorem, & efficaciorem.*

Vers. 3. *(Et descendi in domum figuli, &c.)*

Vers. 4. *(Et cecidit vas, &c. & rursus ipse fecit illud vas, &c.)*

Chrysostomi.] *Quid nobis hæc secunda formatio? Quia vos etiam lapsos in pristinam formam restituere potero. Adeo mihi facile est omnia facere. (Et rursum ipse fecit illud vas)*

Olympiodori.] *Eam quæ ex Baptismo habetur nouam formationem indicat.*

(Sicut placuerat.)

Olympiodori.] *Non bonum voluntate aut malum, Hoc enim electionis est & liberi arbitrij. Vnde & delinquentes pœnitentiam agere præcipiuntur, sed tale, aut tale per formationem. Docemur igitur non curiosè examinare inexplicabiles creationis modos.*

Vers. 6. *(Ecce sicut lutum figuli vos estis in manibus meis, &c.)*

Chrysostomi.] *Cecidistis & vos, in integrum restituere vos potero.*

Sancti Cyrilli.] *Transformat enim absque vlla difficultate in quodcumque sibi collubitum fuerit rem à se factam.*

Vers. 7. *(Ad summam (seu finem loquar super gentem.)*

Chrysostomi.] *Num quia semel loquutus sum, id fieri oportet? vobis salutis spes, si vobis ipsis attendatis, & conuertamini; neque igitur bonis patrum vestrorum confidite, neque ob mala quæ de vobis dicuntur, animum despondete.*

Origenis.] *Illud itaque pœnitentiam ago propter Saul, hoc est, ita ille semetipsum regno indignum constituit*

12 Chrysost. *Visus auditis verbis vim addit efficacissimam.*

Chrysost. *Restaurari hominũ lapsum Deo est facillimum.*

Olympiod. *Baptismi reformatio significata in reformatione vasis figuli.*

Olympiod. *Voluntatis Dei varij, & inexplicabiles modi circa opera eius, & circa inditam cuique naturam haud curiosè indagãdi.*

Chrysost. *Reparare hominem post peccati lapsũ Deo facile.*

Cyrillus. *Creaturam suam transformare facilè Deus potest iuxta voluntatem suam.*

13 Chrysost. *Minæ denunciata à Deo minaciaque eius significata decreta spẽ salutis minimè tollunt, si conuertamur.*

Origenes. 1. Reg. 15. 11. *Pœnitêre dicitur Deus quando significatur quid contigisse, vt pœnituisse, si pœnitêre potuisset.*

ἄξιος ἦν. τραπεὶς δὲ πάλιν ἡμετέροις ἀνάξιος γέγονε. καὶ Θεὸς τοῖς κινήμασι συγκινεῖσθαι δοκεῖ.

[καὶ πέρας λαλήσω.]

Ολυμπιοδώρου.] ἐαν ἀποφαίνομαι.

[ἰδοὺ ἐγὼ πλάσσω.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τίνος ἕνεκεν ἔτι πλάσσω; ἔτι λογίζομαι; διδοὺς ὑμῖν αὐτοῖς προθεσμίαν μετανοίας,

Ὀλυμπιοδώρου.] κατὰ τὰς κακώσεις τὰς τιμωρητικάς φησὶν, καὶ ἐπειδήπερ οἱ ἄνθρωποι οὐ πάντων τῶν ἁμαρτημάτων αὐτῶν μέμνηνται, πλάττω φησίν. αὐτὰ ἐπ' ὄψεσιν ὑμῶν ἄγω. ἵνα διὰ τῶν τιμωριῶν ἀναμνησθῆτε, ὧν ἡμαρτήκατε.

conſtituit vt, ſi ego natura eſſem capacis pœnitentiæ, de illo me pœniteret. Quare vnctus eſt? quia tunc dignus erat, deinde verò mutatus indignus effectus eſt, & Deus noſtris motibus commoueri videtur.

Motu, & mutatione noſtrâ moueri, & mutari videtur Deus.

Verſ. 9. (*Et ad finem loquar.*)

Olympiodori.] *Si ſententiam protulero.*

Olympiod.

(*Ecce ego fingo.*)

Chryſoſtomi.] *Cuius rei gratiâ adhuc fingo? adhuc cogito? vobis tempus pœnitentiæ donans.*

Chryſoſt. *Longanimitas Dei in prorogãdo nobis pœnitentiæ tempore.*

Olympiodori.] *Pœnalia mala intelligit, & quoniam homines non omnium ſuorum peccatorum memoriam habent.* Fingo, ait: *illa ante oculos veſtros pono, vt patiendo ea reminiſcamini quæ peccaſtis.*

Olympiod. *Ad Pœnitentiam promouet nos Deus proponens quæ pro peccatis immiſſurus ſit mala.*

Origenis Homilia Decima octaua Codicis Græci Vaticani, & ſexta ex octo quæ nunc primùm in Lucem prodeunt.

Δύο εἰσὶν ἑξῆς ὁράσεις αἱ ἀνεγνωσμέναι Ἱερεμίου. ὧν ἡ μὲν προτέρα περιέχει τὰ περὶ τοῦ ἐν τῇ χειρὶ τοῦ κεραμέως πηλίνου σκεύους. ὅπερ ἐπιδέχεται μετὰ τὴν συντριβὴν ἐπανόρθωσιν. ἀναπλάσασθαι γὰρ αὐτὸ δυνατόν ἐστιν. ἡ δὲ ἑτέρα ὅρασις περιέχει τὰ περὶ τοῦ ὀστρακίνου, οὗ || καταχυθέντος οὐκ ἔστι θεραπεία. ὅτε μὲν γὰρ πήλινον ἦν, εἰ κατεάγη, κἂν ἤδη μεμορφωμένον ἦν ἐπεὶ πήλινον ἦν, ἐνεδέχετο πάλιν εἶναι φύραμα δεύτερον, καὶ κτισθῆναι δεύτερον. ὅτε δὲ μετὰ τὸ πήλινον, γέγονεν ἤδη ὀστράκινον, καὶ ὑπὸ τοῦ πυρὸς ἐστόμωται, τότε οὐχ οἷόν τε ἦν μετὰ τὴν συντριβὴν τοῦ ὀστρακίνου θεραπείαν γενέσθαι αὐτῷ. τί οὖν βούλεται ταῦτα, πρότερον ἐν περινοίᾳ κατανοήσωμεν. εἶτα ἐὰν δοθῇ, κατὰ λέξιν ἐξετάσωμεν. ὅσων ἐσμὲν ἐν τῷ βίῳ τούτῳ, μορφούμεθα, ἵν' οὕτως ὀνομάσω, διὰ τὸ πήλινον ἡμῶν σκεῦος κεραμευτικῶς, καὶ μορφούμεθα ἤτοι κατὰ κακίαν ἀρετήν. πλὴν οὕτω μορφούμεθα, ὡς ἐπιδέχεσθαι καὶ τὴν κακίαν ἡμῶν συντριβῆναι, ἵνα γένηται καινὸν κτίσμα βέλτιον, καὶ τὴν προκοπὴν ἡμῶν ἀναλυθῆναι μετὰ τὴν μόρφωσιν αὐτῆς εἰς σκεῦος πήλινον. ἐπὰν δὲ μετὰ τὸν ἐνεστῶτα αἰῶνα ἥκωμεν πρὸς τῷ τέλει γενόμενοι τῆς ζωῆς ἔπειτα πυρωθέντες, ἤτοι ὑπὸ τοῦ πυρὸς τῶν πεπυρωμένων τοῦ πονηροῦ βελῶν γενέσθαι, ὅτι ποτοιοῦν, γινόμεθα; ἢ ὑπὸ τοῦ θείου πυρὸς, ἐπεὶ καὶ ὁ Θεὸς ἡμῶν πῦρ καταναλίσκον ἐστίν. ἐὰν γινώμεθα φημὶ ὑπὸ τοιοῦδε ἢ τοιοῦδε πυρὸς, ὅτι ποτ' ἂν γενώμεθα. ἐὰν συντριβῶμεν, εἴτε ἀπὸ τοῦ καλὰ σκεύη γεγονέναι τρίβημεν, καὶ ἀπολώλαμεν εἴτε ἀπὸ τοῦ μοχθηρὰ σκεύη γεγονέναι οὐκ || ἀναγκαζόμεθα, οὐ δὲ ἐπιδέχεται ἡμῶν ἡ κατασκεύη βελτίωσιν. διὰ τοῦτο ὅσον ἐσμὲν ἐνθάδε, οἱονεὶ ἐν χειρὶ τοῦ κεραμέως ὄντες, κἂν διαπέσῃ τὸ σκεῦος ἀπὸ τῶν χειρῶν αὐτοῦ, ἐπιδέχεται θεραπείαν, καὶ τὸ ἀνακτισθῆναι. ταῦτα μὲν (ὁ λόγος) προχειρότερον, πρὶν τὸ κατὰ τὸ λεῖπον ἐξετάσωμεν τῷ λόγῳ, εἰς τὰ δύο ἤδη τῶν ἀγγείων, τότε πήλινον. καὶ οὐδέπω ἀπωστρακισμένον, καὶ τὸ δεύτερον τὸ ἤδη ὄστρακον γεγενημένον λελέχθω. ἴδωμεν δὲ ἀπ' αὐτῆς τῆς λέξεως

|| ἴσ. κατεαγέντος.

|| ἴσ. οὐκ ἀνακαλιζόμεθα.

|| *Videtur ſuperflua vox.*

Duæ ſunt deinceps, quæ lectæ ſunt. Ieremiæ viſiones: quarũ prior de vaſe eſt luteo, quod erat in manu figuli quod quidẽ cõfractũ refici poteſt: nouã quippe admittit formationẽ, altera verò de teſteo continet, cui cõfracto nulla poreſt afferri medicina; quando enim luteum erat, ſi fractum fuiſſet, quamuis iam formatum fuiſſet, quoniam luteum erat, poterat rurſus maſſa eſſe ſecunda, rurſuſque efformari: Dum verò ex luteo tranſiit in teſteum, ignéque obduratum eſt, tunc confractâ teſtâ nullum poteſt adhiberi remedium. Quid ſibi velint hæc, priùs mente apprehendamus, tum, ſi Deus conceſſerit literam explanemus. Quamdiu hanc ducimus vitam, effingimur (vt ita appellem) propter luteum vas figulorum more, effingimurque vel ad malitiam, vel ad virtutem. Verùm ſic effingimur, vt fieri poſſit & malitiam cõteri noſtram, vt fiat nouũ figmentum melius; & progeſſus noſtros poſt ſuã formationem reſolui in luteũ vas. Quando verò tranſacto hoc ſæculo ad finem vitæ peruenimus; tunc igniti efficimur vt quidlibet fiamus, vel concepto igne telorum inimici ignitorum, vel à diuino igne, cùm & [a] *Deus noſter ignis conſumens ſit*, Si ab hoc inquam, vel alio igne formemur, quidquid fiamus; ſi frangamur, ſiue ex eo quod bona fuerimus vaſa, fracti ſumus, & periimus, ſiue ex eo quod praua, non renouamur, neque noſtra ſtructura ad meliorem ſtatum reduci poteſt. Quapropter donec in hac vita commoramur, quaſi in manu figuli, licet vas è manibus illius ceciderit, curationem admittit, refectionemque. Hæc quidem obuiã expoſitione, antequam reliqua declarando proſequamur, pro duplici vaſorum genere, luteo nempe, & nõdum in teſtæ modum indurato; & altero iam teſteo dicta ſint. Con

14 *Vaſorum lutei, ac teſtei diuerſa ratio quando franguntur.*

Vaſis lutei inſtar mutari in hac vita poſſumus à vitio ad virtutem & à virtute ad vitium.

Mortis articuli ſtatus animæ cuiuſque immutabilis, ſicut irreparabilis fractura teſtei vaſis igne excocti.

a Deut. 4. 24.

In vita curandum vt pœnitentiam agamus.

ξεως τὰ λεγόμενα περὶ τοῦ πηλίνου ἀγγείου τοῦ ἐν τῇ χειρὶ τοῦ κεραμέως. καὶ πῶς αὐτὸς ὁ ἐν τῷ προφήτῃ λόγος, ὁ κύριος, ὁ προφητεύων ἐν αὐτῷ ἀφορμὰς δίδωσι καὶ ἄλλας οὐ βραχείας τῆς ἑρμηνείας τῶν κατὰ τὸ πλάσμα τὸ ἐν τῇ χειρὶ τοῦ κεραμέως. ὁ λόγος ὁ γενόμενος πρὸς Ἱερεμίαν παρὰ κυρίου λέγων. ἀνάστηθι, καὶ κατάβηθι εἰς οἶκον τοῦ κεραμέως. ἄνω ἐστὶν ὁ Ἱερεμίας, ὑπεραναβέβηκε τὰ πήλινα σκεύη. κάτω ἐστὶ τὰ πήλινα σκεύη. καὶ ἡ διοικοῦσα φύσις τὰ πήλινα σκεύη συγκαταβαίνουσα τοῖς διοικουμένοις κάτω ἐστί. διὰ τοῦτο ὁ λεγόμενος λόγος πρὸς Ἱερεμίαν παρὰ κυρίου φησὶν αὐτῷ ἀνάστηθι, καὶ κατάβηθι εἰς οἶκον τοῦ κεραμέως, καὶ ἐκεῖ ἀκούσῃ τοὺς λόγους μου. Μωσεῖ λέγεται ἀνάβηθι εἰς τὸ ὄρος, καὶ ἄκουσον. Ἱερεμίᾳ λέγεται κατάβηθι εἰς τὸν οἶκον τοῦ κεραμέως· ἕκαστος γὰρ τῶν ἀκουόντων λόγον ἤτοι περὶ τῶν ἀνωτέρων διδάσκεται, ἢ μανθάνει περὶ τῶν κατωτέρων. διδάσκων μὲν καταβαίνω τῷ λόγῳ, ἵνα ἴδω τὰ κατώτερα. εἰ δὲ τὰ ἀνώτερα μανθάνω, ἀναβαίνω τῷ λόγῳ ἐπὶ τὰ ἀνωτέρα, ἵνα θεάσωμαι τὰ ἐκεῖ. ἵνα δὲ πάντες κατὰ τὸ δυνατὸν ἑαυτοῖς παρακολουθήσωσι τῷ λεγομένῳ, χρήσομαι παραδείγματι καὶ ἀπὸ τῆς γραφῆς, καὶ πρὸς τῷ παραδείγματι καὶ σαφήνειαν || προσάγουσαν τῇ δεομένῃ ἑρμηνείᾳ παραστήτω. ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ πᾶν γόνυ κάμψει, ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται, ὅτι κύριος Ἰησοῦς χριστὸς εἰς δόξαν Θεοῦ Πατρὸς ἀμήν. ἔστι δέ τις σοφία περὶ ἑκάστου τούτων. σοφία περὶ τῶν οὐρανίων, πῶς διατέτακται τὰ οὐράνια. σοφία περὶ τῶν καταχθονίων, ἐπεὶ σοφία Θεοῦ ἐστι καὶ περὶ τῆς διατάξεως τῶν καταχθονίων. ὁμοίως καὶ περὶ τῶν ἐπιγείων. ἐὰν μέλλω χωρεῖν τὴν σοφίαν τὴν περὶ τῶν ἐπουρανίων, ἀναβαίνω ἐπὶ τὰ οὐράνια, ὡς Μωσῆς ἀναβέβηκεν ἐπὶ τὴν κορυφὴν τοῦ ὄρους, ἵνα ἀκουσθῇ γένηται αὐτῷ ἡ φωνὴ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κατὰ τὸ γεγραμμένον. ἔμελλε γὰρ διδάσκεσθαι λατρείας ἐπουρανίους· σκιὰν γὰρ καὶ ὑπόδειγμα ἐπουρανίων μυστηρίων ἐν τοῖς νόμοις τοῖς ἀναγεγραμμένοις ἐδίδασκεν ὁ Ἀπόστολος εἰπὼν οἵτινες ὑποδείγματι καὶ σκιᾷ λατρεύουσι τῶν ἐπουρανίων. ὥσπερ οὖν μέλλων διδάσκεσθαι περὶ τῶν ἐπουρανίων, ἀναβαίνω οὕτως ἐὰν χρεία μοι ᾖ μανθάνειν περὶ τῶν καταχθονίων, κἂν προφήτης γένωμαι, καταβαίνω. καὶ τάχα διὰ τοῦτο Σαμουήλ, ἡνίκα ἐδιδάχθη τὰ καταχθόνια, καταβέβηκε κάτω, καὶ γέγονεν ἐν ᾅδου οὐ δικαζόμενος ἵνα ἐν ᾅδου γένηται, ἀλλ' ἵνα γένηται κατάσκοπος, καὶ θεωρητὴς τῶν μυστηρίων τῶν καταχθονίων. δύναται τοιαῦτα εἶναι καὶ τὰ παρὰ τῷ Ἀποστόλῳ περὶ τῆς σοφίας λεγόμενα, διαστελλόμενα τῷ γνῶναι, τί τὸ πλάτος, καὶ μῆκος, καὶ βάθος, καὶ ὕψος. καὶ || μέλλεις γινώσκειν ὕψος, ἀναβαίνεις τῷ λόγῳ ἐπὶ τὸ ὕψος μέλλεις γινώσκειν τὰ μεταξὺ τοῦ ὕψους καὶ τοῦ βάθους, γινώσκεις τὸ πλάτος, καὶ τὸ μῆκος. πανταχοῦ φθάνει ἀπὸ τοῦ λόγου ὁ || διηγούμενος τοῦ διδάσκοντος περὶ πάντων ὁ δυνά-

A Consideremus porrò ex ipso textu, quæ de luteo vase dicuntur quod erat in manu figuli; vtque is qui in Propheta loquebatur, Verbũ Dominus, qui Prophetabat in illo alias quoque non modicas occasiones præbeat, interpretandi figmentũ, quod in manu figuli erat. *Vers. Verbum quod factum est ad Ieremiã dicens. Surge, & descende in domũ figuli.* In superioribus stat Ieremias, lutea vasa trãscẽdit: infra sunt vasa lutea, & natura B gubernãs lutea vasa, adea quæ administrat se accommodans, in inferioribus est. Ideo verbum quod fit ad Ieremiam à Domino, dicit illi, *Surge, & descende in domum figuli, & ibi audies verba mea.* Moysi dicitur,[a] *Ascende in montem, & audi.* Ieremiæ dicitur. *Descende in domum figuli.* eorum enim quisque qui verbũ audiunt, vel docetur de his quæ supra nos sunt, vel ea quæ infra sunt. Docens sanè sermone descendo, vt inferior cer- C nam: si verò superiora addisco, ratione ad superiora ascendo, vt quæ ibi sunt inspiciam. Vt verò, omnes, pro suo quisque captu assequantur id quod dicitur, exemplo à diuinis literis desumpto vtar, cui & declarationem expositæ interpretationi congruentẽ adnectam.[b] *In nominẽ Iesu omne genuflectetur, cælestiũ, terrestrium, & infernorũ, & omnis lingua confitebitur, quòd Dominus Iesus Christus in gloriã Dei Patris, Amen.* Est verò de D singulis hisce quædam sapientia de rebus cælestibus, quo sint ordine disposita: scientia de subterraneis, nam scientia Dei est & de infernarum rerũ dispositione, similiter quoque de terrenis. Si scientiam, quæ de rebus cælestibus traditur, consequuturus sum, ascendo ad cælestia; quemadmodum [c] Moyses in cacumen montis ascendit, vt vocem audiret è cælo, sicuti scriptum est. Docendus quippe erat cultus cælestes; [d] *vmbra namque exemplarque cælestium* E *arcanorum in descriptis legibus continebantur,* vt Apostolus docebat inquiens, [e] *Qui in exemplo & vmbra cælestium seruiunt.* Quemadmodum igitur cælestia edocendus ascendo; sic si opus sit inferna me addiscere, sim licet Propheta, descendo, Et Fortassis hac ratione Samuel, [f] dum subterranea erudiebatur, infra descendit, & factus est in inferno; non in iudiciũ vocatus, vt in in- F ferno maneret, Verùm vt arcanorũ fieret infernorũ speculator & cõtẽplator. Huc etiam possunt spectare quæ Sapientiæ tribuit Apostolus [g] distincta per cognitionẽ latitudinis, longitudinis, profunditatis, & altitudinis, & si vis cognitionẽ altitudinis, ratione altitudinẽ ascendis, si nosse vis quę inter sublimitatem, ac profunditatem, latitudinem, longitudinẽque cognoscis. Quò quò versus peruenit mens, quæ docentis omnia

|| ἴσ. προσάγουσαν τῇ δεομένῃ.

|| ἴσ. εἰ μέλλεις.

|| ἴσ. ὁδηγούμενος.

15

Verbum diuinum locutum in Ieremia ea quæ de vase in manu figuli.

In disciplina Sacra ascenditur vbi est de diuinis, atque cælestibus, & descẽditur vbi est de iis quæ infra nos sunt.

a Exod. 24. 12.

b Phil. 2. 10.

Disciplina Sacra de triplici rerum genere, de cælestibus, de Infernalibus, atque de terrenis.

c Exod 24. 12.

d Hebr. 10. 1.

e Hebr. 8. 5.

f 1. Reg. 28. 14.

Cautè. Inferni enim nomẽ & loca hic confundit Origenes: In Limbũ quippe Sanctorum Patrum receptaculum, non in pœnarum infernũ descendit Samuel

g Ephe. 3. 18.

Disciplinam sacram rei cuiusque assequi potest qui eiusmo gestans se iuatur Christũ.

ὁ δυνάμενος ἀκολουθεῖν τῷ υἱῷ τοῦ Θεοῦ, ἀκολουθεῖ δὲ ἀποταξάμενος τῷ κόσμῳ, καὶ αἴρων τὸν σταυρόν. οὕτως γὰρ δύναται ἀκολουθεῖν τῷ Ἰησοῦ ὁ δυνάμενος εἰπεῖν. ἐμοὶ κόσμος ἐσταύρωται, κἀγὼ τῷ κόσμῳ. ἔδει παραμυθήσασθαι τὸ κατάβηθι εἰς οἶκον τοῦ κεραμέως, κἀκεῖ ἀκούσῃς τοὺς λόγους μου. ἔδει γὰρ αὐτὸ συγκρῖναι τῷ. ἀνάβηθι, καὶ ἀκούσῃς τοὺς λόγους μου. τῶν γὰρ ἀκουόντων οἱ μὲν ἀναβαίνουσιν, ἵνα διδαχθῶσιν. ἀναβαίνουσιν || οὐ πάντως σωματικῶς, καταβαίνουσι, καὶ τὴν ψυχὴν ἔχουσι ἄνω ὑπὲρ τοῦ ἰδεῖν τὸν λόγον τὸν ἀνωτάτω περὶ τῶν κατωτάτω. αὐτὸς ὁ κύριος μου Ἰησοῦς Χριστὸς ἀναβέβηκε, καὶ καταβέβηκεν· ὁ γὰρ ἀναβάς, αὐτός ἐστι καὶ ὁ καταβάς. αὐτός ἐστιν ὑπεράνω πάντων τῶν οὐρανῶν. ἐὰν τοίνυν καὶ σὺ μέλλῃς τὸν ἀναβαίνοντα ἀνωτάτω νοεῖν, τὸν λόγον τὸν περὶ τῶν ἀνωτάτω, τὸν καταβαίνοντα εἰς τὰ κατώτατα συνιέναι, τὸν περὶ τῶν κατωτάτων διδάσκοντα, μὴ εἴπῃς. τίς ἀναβήσεται εἰς τὸν οὐρανόν, τοῦτ' ἔστι, Χριστὸν καταγαγεῖν. ἢ τίς καταβήσεται εἰς τὴν ἄβυσσον; τοῦτ' ἔστι Χριστὸν ἀναγαγεῖν. ἢ τίς καταβήσεται εἰς τὴν ἄβυσσον; τοῦτ' ἔστι Χριστὸν ἐκ νεκρῶν ἀναγαγεῖν. ἀλλὰ τί λέγει ἡ γραφή; ἐγγύς σου τὸ ῥῆμα ἐν τῷ στόματί σου, καὶ ἐν τῇ καρδίᾳ σου, δι' οὗ ἀναβαίνεις εἰς τὸν οὐρανόν. καὶ περὶ τῆς ἀνόδου, ἐγγύς σου ἐστὶ τὸ ῥῆμα. καὶ περὶ τῶν κατωτάτω, ἐγγύς σου ἐστὶ τὸ ῥῆμα. καὶ τί γάρ, ἀλλ' ἢ τὸν λόγον τὸν πανταχοῦ ὁ ἅγιος δύναται ἔχειν ἐν ἑαυτῷ, ἡ γὰρ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἐντὸς ἡμῶν ἐστίν. καταβαίνει οὖν ὁ προφήτης εἰς τὸν τοῦ κεραμέως οἶκον, καὶ διηγεῖται ἃ ἐθεάσατο λέγων. καὶ ἰδοὺ αὐτὸς ἐποίει ἔργον ἐπὶ τῶν χειρῶν αὐτοῦ. καὶ διέπεσε τὸ ἀγγεῖον, ὃ αὐτὸς ἐποίει ἐν τῷ πηλῷ, ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ. καὶ πάλιν ἐποίησεν αὐτὸ ἕτερον ἀγγεῖον, καθὼς ἤρεσεν ἐναντίον αὐτοῦ ποιῆσαι. ἀλλ' οὐκ οἶδα, τί ἑώρακεν ὁ προφήτης, παρὰ τῷ κεραμεῖ γενόμενος, εἶδε γὰρ ἐργαζόμενον τὸν κεραμέα. πήλινον ἦν τὸ σκεῦος τὸ γεγενημένον, διέπεσε τὸ σκεῦος. τί ἀκριβῶς οὐκ εἶπεν, ἀφῆκε τὸ σκεῦος ἐκ τῆς χειρὸς αὐτοῦ; οὐ δὲ τῷ κεραμεῖ ἀνέθηκεν τὴν αἰτίαν; ἀλλ' ἐπεὶ ὁ λόγος ἐστὶ περὶ ἐμψύχων σκευῶν, ἅ τινα παρ' ἑαυτὰ διαπίπτει, διὰ τοῦτο εἴρηται. διέπεσε τὸ σκεῦος ἀπὸ τῶν χειρῶν αὐτοῦ. πρόσεχε οὖν καὶ σὺ σαυτῷ, μήποτε ἐν ταῖς χερσὶν ὢν τοῦ κεραμέως, καὶ ἐπιπλαττόμενος, παρὰ σαυτὸν διαπέσῃς ἐκ τῶν χειρῶν αὐτοῦ, κατὰ τὰ εἰρημένα ἐν τῷ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγελίῳ. οὐ μὴν γέγραπται, || ὅτι ὡς οὐδεὶς ἁρπάζει, οὕτως οὐδεὶς διαπίπτει ἐκ τῶν χειρῶν αὐτοῦ. τὸ γὰρ αὐτεξούσιον ἐλεύθερόν ἐστι. καὶ φημί. οὐδεὶς || μὲν ἁρπάσει ἐκ τῆς χειρὸς τοῦ ποιμένος. ἐκ τῆς χειρὸς τοῦ θεοῦ οὐδεὶς δύναται ἡμᾶς λαβεῖν. δυνάμεθα ἡμεῖς ἀμελήσαντες διαπεσεῖν ἐκ τῶν χειρῶν αὐτοῦ. Καὶ ἐγένετο λόγος κυρίου πρός με, λέγων. εἰ καθὼς ὁ κεραμεύς, οὕτως οὐ δυνήσομαι ποιῆσαι ὑμᾶς οἶκος Ἰσραήλ; φησὶ κύριος. ἕκαστος κατὰ δύναμιν νοεῖ τὰ γεγραμμένα, ὁ μὲν ἐπιπολαιότερον, || οἷον ὡσεὶ ἐπιπέδου πηγῆς λαμβάνων τὸν νοῦν ἀπ' αὐτῶν. ὁ δὲ βαθύτερον, ὡς ἀπὸ φρέατος ἀνιμῶν, καὶ δύνανται ἀμφότεροι ὠφελεῖσθαι. ἐπεὶ τὸ αὐτὸ τῷ μὲν ἐστι

|| ἴσ. ἐξ ἁπάντ.

|| ἴσ. λείπει. οὐδεὶς ἁρπάζει ἐκ τῶν χειρῶν αὐτοῦ.

|| ἴσ. ἡμᾶς.

|| οἱονεὶ ἐξ ἐπιπ.

omnia sermone ducitur, si sequi posset filiũ Dei.[a] Sequitur autem, si mundo renuncians tollat crucẽ: is enim Iesum sequi potest, qui effari poterit.[b] *Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.* Temperandum erat illud, *Descende & audies verba mea*: quasi asperiùs dictum, oportebat enim illi comparare vocem, *Ascende & audies verba mea.* Namque audientium hi quidem ascendunt vt doceantur: Ascendunt autem non omnino corpore: Descendunt, animumque in superioribus habent ad cõpræhendendam animo summã de infirmis rationẽ. Ipse Dominus meus Iesus Christus ascẽdit & descẽdit.[c] *Qui enim ascẽdit ipse est qui & descẽdit; ipse est super omnes cælos.* Si igitur tu quoq; vis intelligere eũ qui ad suprema ascẽdit, rerũ altissimarũ rationẽ; percipere eũ qui ad infima descẽdit, deq; infimis docet, caue dicas,[d] *quis ascendet in cælum, i. Christũ deducere, vel quis descendet in Abyssum? hoc est Christum è mortuis reuocare? Sed quid ait Scriptura? Prope te verbũ in ore tuo, & in corde tuo,* per quod ascẽdis in cælũ. Et de ascẽsu, *Prope te est verbum,* & de infimis. *Prope te est verbũ.* Siquidẽ sanctus in se ipso potest habere Verbum vniuersa ambiens[e] *regnũ enim cælorum intra nos est. Descendit* itaque Propheta *in domũ figuli,* quæque viderat narratione prosequitur, dicens. *Et ecce ipse faciebat opus super manus suas, & cecidit vas, quod ipse faciebat in luto in manibus suis, & rursus ipse fecit illud aliud vas, sicut placuerat in conspectu suo facere.* At nescio, quid Propheta viderit ad figulum profectus. Vidit nempe figulum operi incumbentem: luteũ erat vas factum: cecidit vas. Quare apertè non dixit, *dimisit vas è manu sua?* neque causam figulo assignauit? Sed quia sermo est de vasibus animatis, quæ sponte cadunt, ideo dictum est. (*Cecidit vas è manibus suis.* Attende igitur & tu tibimet ipsi, nequando dum in manibus figuli es, & effingeris sponte tuâ è manibus illius excidas secundũ illa quæ in Ioannis Euangelio leguntur.[f] *Nemo rapit è manibus eius,* at non scriptum est; sicuti nemo rapit, ita nemo cadit è manibus illius. Arbitrium enim liberum est: & dico, nullum nos è manibus pastoris rapturum è manu Dei, neminem nos arripere posse. Possumus nos socordiæ nos dantes è manibus eius labi. *Et factum est verbum Domini ad me dicens: si quomodo figulus iste, non potero facere vos domus Israel? dicit Dominus.* Pro viribus quisque intelligit quæ scripta sunt; hic quidem superficie tenus, tamquam è fonte in plano posito sensu è scriptis capiens: ille verò profundius, velut à puteo hauriens, & vtrisque id emolumento est; quum vnum & idem huic qui

a Matth. 16. 24.

b Gal. 6. 14.

16 *Disciplinam sacram percipiens etiam si ea de infimis sit descendit simul, & ascendit.*

Docens nos Christus in disciplina altissimorum & infimorũ ascendit, & descendit nobiscum.

c Ephe. 4. 9.

d Rom. 10. 6.

e Luc. 17. 21

17 Vers. 3.

Vers. 4.

Peccati lapsus, à nostro est libero arbitrio, adeoque voluntarium sit peccatum quodque necesse est.

f Ioan. 10. 29 *Liberi arbitrij nostri vis maxima quoad malum.*

Vers. 5. 18

Vers. 6. *Scripturæ Sacræ sensus aliqui planos, tamquam è fonte in plano fluente, alij verò profundiore veluti è puteo hauriunt profundissimo.*

ἐστὶ πηγή, τῷ δὲ φρέαρ. μαρτυρεῖ τὸ εὐαγγέλιον, ἡνίκα διηγεῖται τὰ περὶ τῆς σαμαρείτιδος, ἐκεῖ γὰρ ὀνομάζεται τὸ αὐτὸ πηγή, καὶ φρέαρ. καὶ ἀνὰ μέρος ποτὲ λέγεται πηγή, καὶ ποτὲ φρέαρ. κατανοείτω δὲ δυνάμενος, ἵνα εἰδῇ, ὅτι τὸ αὐτὸ τῇ ὑποστάσει τῷ μὲν ἐπιπολαίῳ πηγή ἐστι, τῷ δὲ βαθυτέρῳ φρέαρ ἐστί. προοίμιον μοι τοῦτο ἐστὶ τῆς μελλούσης διηγήσεως διὰ τὸ ἀγγεῖον τὸ πήλινον, τὸ διαπεσὸν ἀπὸ τῆς χειρὸς τοῦ κεραμέως, καὶ αὖθις πλασθέν. τινὲς ἐθεώρησαν ταῦτα ἁπλούστερον, καὶ ἐνόησαν παραθήσομαι ὑμῖν τὸν ἐκείνων λόγον, καὶ τὴν διήγησιν. μετὰ ταῦτα ἐάν τι ἔχωμεν βαθύτερον, καὶ τοῦτο διηγησόμεθα. δύναται φασὶν ἐνταῦθα δηλοῦσθαι τὰ περὶ τῆς ἀναστάσεως, εἰ γὰρ τὸ πήλινον ἀγγεῖον διέπεσεν ἀπὸ τῶν χειρῶν τοῦ κεραμέως, καὶ ἀπὸ τῆς αὐτῆς ὕλης τοῦ πηλοῦ τοῦ αὐτοῦ ποιεῖ αὐτὸ ἀγγεῖον ἕτερον, καθὼς ἤρεσεν ἐνώπιον αὐτοῦ. δύναται ὁ κεραμεὺς θεὸς τῶν σωμάτων ἡμῶν, ὁ δημιουργὸς τῆς κατασκευῆς ἡμῶν, ἐπὰν διαπέσῃ τοῦτο, καὶ συντριβῇ καθ' οἵαν δήποτε αἰτίαν, ἀναλαβεῖν αὐτὸ, καὶ ἀνακαινῶσαι, καὶ ποιῆσαι αὐτὸ ὡραιότερον, καὶ βέλτιον ἀγγεῖον ἕτερον, καθὼς ἤρεσεν ἐνώπιον αὐτοῦ ποιῆσαι. ἐχέτω καὶ αὕτη ἡ διήγησις χάριν. αὐτοῦ δὲ ἀκούσωμεν τοῦ κυρίου διηγουμένου, καὶ λέγοντος. εἰ καθὼς ὁ κεραμεὺς οὗτος, οὐ δυνήσομαι τοῦ ποιῆσαι ὑμᾶς οἶκος Ἰσραήλ; φησὶ κύριος. ἰδοὺ ὡς ὁ πηλὸς τοῦ κεραμέως, οὕτως ὑμεῖς ἐστὲ ἐν χερσί μου. πέρας λαλήσω ἐπ' ἔθνος, καὶ βασιλείαν τοῦ ἐξᾶραι αὐτοὺς, καὶ τοῦ ἀπολλύειν. καὶ ἐπιστρέψῃ τὸ ἔθνος ἐκεῖνο ἀπὸ τῶν κακῶν αὐτῶν, ὧν ἐλάλησα πρὸς αὐτό. καὶ μετανοήσω ἀπὸ τῶν κακῶν. ὧν ἐλογισάμην τοῦ ποιῆσαι αὐτοῖς. καὶ πέρας λαλήσω ἐπὶ ἔθνος καὶ βασιλείαν, τοῦ ἀνοικοδομεῖσθαι, καὶ καταφυτεύειν. καὶ ποιήσουσι τὰ πονηρὰ ἐναντίον μου, τοῦ μὴ ἀκοῦσαι τῆς φωνῆς μου. καὶ μετανοήσω περὶ τῶν ἀγαθῶν, ὧν ἐλάλησα τοῦ ποιῆσαι αὐτοῖς. φησὶ κύριος. τοῦτο τὸ κατὰ τὸν οἶκον τοῦ κεραμέως ὁρῶμεν ἀναφέρεσθαι οὐκ ἐπί τινι τῶν καθ' ἕνα, ἀλλ' ἐπὶ δύο ἔθνη. λέγει γὰρ ἀρξάμενος. ‖ μέλλει λέγειν περὶ ἐθνῶν. ἵνα τι ὑποβάλῃ τοῖς δυναμένοις ἀκούειν ἀπορρήτων μυστηρίων. πέρας λαλήσω ἐπὶ ἔθνος. ζήτει καὶ τὸ ‖ πέρας, καὶ τὸ πρότερον ἔθνος τὰ τῆς ἀπολείας διὰ τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν. καὶ λαλήσας τὰ τῆς ἀπολείας διὰ τὰς ἁμαρτίας, οὐδὲν ἧττον ἐπαγγέλλεται, ὅτι ἐὰν μετανοήσωσι, μετανοήσει περὶ τῶν κακῶν, ὧν ἐλάλησε τοῦ ποιῆσαι αὐτοῖς. καὶ πάλιν λαλεῖ ἐπ' ἄλλο ἔθνος δεύτερον, τοῦ ἀνοικοδομεῖσθαι, καὶ τοῦ καταφυτεύεσθαι ὅλον ἔθνος. καὶ ἐπεὶ τοῦτο ἀνοικοδομούμενον, καὶ καταφυτευόμενον ἔθνος ἐπαγγελίαν ἔχει καλὴν, δύναται δὲ ἁμαρτάνειν, φησὶ μετὰ τὸ λαλῆσαι ταῦτα. ἐὰν ἀποστῶσι τῶν ἔργων τῶν ἀγαθῶν, μετανοήσω περὶ τῶν ἀγαθῶν ὧν ἐλάλησα τοῦ ποιῆσαι αὐτοῖς. τίνα οὖν τὰ δύο ἔθνη; τὸ πρότερον ὀνομασθὲν, ᾧ ἀπειλεῖ ὁ λόγος. καὶ τὸ δεύτερον, ᾧ ἐπαγγέλλεται, ἀπειλεῖ μέν τοιγε; ὥστε εἰ μετανοήσαι, μὴ ποιῆσαι τὰ τῆς ἀπειλῆς ἐπαγγέλλεται. ὥστε εἰ μεταπέσοι, καὶ ἄξιον μὲ γένοιτο τὸ δεύτερον ἔθνος τῶν ἐπαγγελιῶν, μὴ τεύξεσθαι αὐτῶν

‖ ἴσ. μέλλω.

‖ For. πέρας τὸ πρότερον ἔθνος καὶ τὰ τῆς ἀπ.

quidē fons, illi puteus fit. Testatur Euāgeliū vbi de [a] Samaritana narrat: ibi enim idē fons, puteusq; appellantur; & modò fons, modò puteus vocatur: intelligat porrò qui potest, vt sciat eandē natura rem nō penetranti intimè fontē esse, profundiori verò esse puteum. Hoc mihi proœmiū est futuræ narrationis ob vas luteū, quod è manu figuli ceciderat, rursusque renouatum est.

a Ioan. 4. 6. & 11.

19

Quidā hæc sensu obuio speculati intellexerunt Afferā vobis rationē, & narrationē illorū. Postea, si quid habemus profundius, & hoc narrabimus Posset hîc, aiūt, Resurrectio significari. Namque si luteum vas è manibus figuli cecidit, & ex eadē materia luti eiusdē facit ipsum vas aliud, sicuti placuerat in conspectu suo, potest Deus corporum nostrorū figulus structuræque nostræ opifex, vbi hoc ceciderit, fractumque fuerit, quacumq; de causa resumere illud, & renouare cōficereque pulchrius, & melius vas alterū, sicuti placuerat in cōspectu suo. Habeat & narratio hæc suam gratiam.

Resurrectio corporum nostrorū significata similitudine lutei vasis in manu figuli fracti, & renouati.

20

Sed audiamus Dominum narrātem, & dicentem. *Si quomodo figulus iste non potero facere vos Domus Israel, ait Dominus? Ecce sicut lutum figuli, sic vos estis in manibus meis: ad summam loquar super gentem, & regnum, vt auferam illos, & disperdam, & conuertetur gens illa ab omnibus malis suis, quæ loquutus sum ad eam, & agam pœnitentiam de malis, quæ cogitaueram facere eis. Et ad summam loquar super gentem, & regnum ad readificandum, & plantandum. Et faciens mala coram me, non audiendo vocē meam, & pœnitentiam agam de bonis, quæ locutus eram facere eis, dicit Dominus.*

Vers 6.

Vers. 7.

Vers. 8.

Vers 9.

Vers 10.

Hoc quod in domo figuli actum est, non ad vnum quempiam, sed ad duas nationes referri videmus: ait quippe, exorsus sum de gentibus verba facturus, vt subiiciat aliquid valētibus audire arcana ineffabilia. Petit prior gēs finem exterminium propter suas iniquitates. Itaque de exterminio locutus propter peccata, nihilominus promittit de malis quæ locutus est eis, dūmodo illos pœniteat, pœnitentiam se acturum. Et rursus ad aliam gentem conuertit orationem, ad reædificandum, & plantandum integram gentem: & quia gens hæc, quæ reædificatur, & plantatur, promissa habet bona, Potest autem peccare; Postquam locutus est hæc, ait, *si auertentur ab operibus bonis, pœnitentiam agam de bonis, quæ locutus sum facere illis.*

Vasorum figlinorū exhibitione duplicis populi impiorum, atque iustorū euentuum continet Vaticiniū. Impiis atque peruersis ni conuertantur paratum exterminium.

Iustis promissa & exhibita maxima bona, quibus nihilominus destituendos ait Deus, si à recta viuendi ratione recesserint.

21

Quæ itaque sunt hæ duæ gentes? prior vocata, cui minatur sermo; & altera, cui promittitur, sed etiam minatur; Nam si pœnitentiam agat, se minas non exequuturum spondeat: altera si ceciderit, & secunda gens promissionum digna non euaserit, eas minimè assequetur: circa duas

Vasorū figlinorum metaphorā ostēdit Deus Ieremiæ quæ duobus populis euentura essent, Iudæis ac Christianis.

αὐτῶν. περὶ δύο μάλιστα ἐθνῶν πρόκειται πᾶσα ἡ οἰκονομία τοῦ Θεοῦ τῆς ἐν τῷ κόσμῳ ἀνθρώποις. γέγονε πρῶτον ἔθνος ἐκεῖνος ἰσραήλ. δεύτερον ἀπὸ τῆς χριστοῦ ἐπιδημίας τοῦτο τὸ ἔθνος. τῷ προτέρῳ ἠπείλησεν ὁ θεὸς, ἃ ἠπείλησεν. καὶ βλέπομεν τὰ τῆς ἀπειλῆς τοῦ προτέρου ἔθνους. ἐν αἰχμαλωσίᾳ γεγένηται, κατεσκάφη αὐτῶν ἡ πόλις, καθῃρέθη τὸ ἁγίασμα, τὸ θυσιαστήριον καταβέβληται, οὐδὲν ἔτι σώζεται τῶν πάλαι σεμνῶν παρ' αὐτοῖς. ἔλεγε γὰρ ἐκείνῳ τῷ ἔθνει ὁ θεός. μετανοήσατε, καὶ οὐ μετενόησαν. μετὰ τὸ ἐκείνοις εἰρῆσθαι ταῦτα, λέγει τούτῳ τῷ δευτέρῳ ἔθνει ὁ θεὸς τὰ περὶ τοῦ ἀνοικοδομεῖσθαι αὐτό. ὅρα δὲ, ὅτι καὶ τοῦτο. τὸ ἔθνος ἄνθρωποί εἰσι δυνάμενοι πάλιν παραπεσεῖν. διὰ τοῦτο καὶ τούτῳ ἀπειλεῖ, καὶ φησίν. εἰ καὶ προεῖπον τὰ περὶ τῆς οἰκοδομῆς, καὶ τὰ περὶ τῆς καταφυτεύσεως, καὶ τῆς γεωργίας. μέλλει δὲ ἁμαρτάνειν καὶ τοῦτο τὸ ἔθνος, καὶ τούτῳ ἐξαμαρτήσαντι συμβήσεται ταῦτα, ἅπερ εἴρηται ἐκείνοις διὰ τὰ ἁμαρτήματα. καὶ πείσονται, ἐὰν μὴ μετανοήσωσι, πᾶσαν ἐρεύνησον τὴν γραφὴν, καὶ εὑρήσεις τὰ πλεῖστα περὶ τῶν δύο τούτων τῶν ἐθνῶν λεγόμενα. ἐξελέξατο ὁ θεὸς τοὺς πατέρας, ἐπαγγελίαν δέδωκεν αὐτοῖς, ἐξήγαγε λαὸν ἀπὸ τοῦ γένους τῶν πατέρων ἀπὸ αἰγύπτου, ἐμακροθύμησεν ἐν αὐτοῖς ἁμαρτάνουσιν, ἐπαίδευσεν αὐτοὺς ὡς πατὴρ, εἰσήγαγεν αὐτοὺς, ἔδωκεν αὐτοῖς γῆν ἐπαγγελίας, ἔπεμψεν αὐτοῖς προφήτας κατὰ καιροὺς, ἐπαίδευσε, καὶ ἐπέστρεψεν αὐτοὺς ἀπὸ τῶν ἁμαρτημάτων, ἐμακροθύμησεν ἀεὶ πέμπων τοὺς θεραπεύοντας, μέχρις οὗ ἔλθῃ ὁ ἀρχιατρὸς, ὁ διαφέρων προφητῶν προφήτης, ὁ διαφέρων ἰατρῶν ἰατρός. ἐληλυθότα τοῦτον προδέδωκαν, καὶ ἀπέκτειναν, αἶρε, αἶρε λέγοντες ἀπὸ τῆς γῆς τὸν τοιοῦτον σταύρωσον, σταύρωσον αὐτόν. εὐθέως ἦλθεν ἐπισκοπὴ ἐπὶ τὸ ἔθνος, ἠρημώθη ὁ τόπος ἔνθα ἐσταύρωταί μου ὁ ἰησοῦς. ἐξελέξατο ὁ θεὸς ἄλλο ἔθνος. ὁ θερισμὸς ὁρᾶτε πῶς πολύς ἐστιν, εἰ καὶ οἱ ἐργάται ὀλίγοι εἰσί. καὶ ἄλλως δὲ οἰκονομεῖ ὁ θεὸς τὴν σαγήνην ἀεὶ βάλλεσθαι ἐπὶ τὴν θάλασσαν τοῦ βίου τούτου, καὶ συνάγονται ἰχθύες παντοδαποί. ἀποστέλλει τοὺς ἁλιεῖς τοὺς πολλοὺς, θηρεύουσιν ἀπὸ παντὸς ὄρους. θηρεύουσιν ἀπὸ παντὸς βουνοῦ. ὅρα πόση οἰκονομία περὶ τῆς τῶν ἐθνῶν σωτηρίας ἐστίν. ἴδε οὖν χρηστότητα, καὶ ἀποτομίαν θεοῦ. ἐπὶ μὲν τὸ πρότερον ἔθνος καὶ πεσὸν ἀποτομία, ἐπὶ δὲ τὸ δεύτερον ἔθνος ἐπαγγελίαι καὶ χρηστότης, ἐὰν ἐπιμείνῃς τῇ χρηστότητι. ἐπεὶ καὶ σὺ ἐκκοπήσῃ. οὐ γὰρ ἡ ἀξίνη τότε μὲν πρὸ τὴν ῥίζαν τῶν δένδρων ἔκειτο. ἑτοίμη πάλιν ἐστὶν ἐλθεῖν ἡ ἀξίνη. ἡ δὲ ἀξίνη πρὸς τὴν ῥίζαν τῶν δένδρων κεῖται, ἔλεγε μου ὁ ἰησοῦς τότε προφητεύων περὶ τοῦ Ισραὴλ παρ' ὃν ἡ ἀξίνη ἦν. αὐτὸς ἦν ἡ ἀξίνη τοῦ ἀκάρπου δένδρου, καὶ ἔλεγεν. ἤδη ἡ ἀξίνη πρὸς τὴν ῥίζαν τῶν δένδρων κεῖται. ὅσα ἦν ἐκεῖ δένδρα μὴ ποιοῦντα καρπὸν, ἐξεκόπη, καὶ εἰς τὸ πῦρ ἐβλήθη, καὶ κεκόλασται. νῦν δὲ ἄλλο γεώργιον γεγένηται, ἀνάλογον τῷ προτέρῳ. περὶ οὗ εἴρηται. εἰσαγαγὼν καταφύτευσον αὐτοὺς εἰς ὄρος κληρο-

[margin: || ἰσ.μόνον.]

A duas præcipuè gentes tota Dei prouidẽtia est cũctis hominibus. Prima quidem gens Israelitica fuit, secunda post Christi aduentum hæc gens: primæ quidem minatus, quæ illi minatus est; & impletas videmus minas in primam gentem. In captiuitatem adducta est, vrbs eorum euersa, sanctuarium dirutum, altare solo æquatum, nihil est apud eos antiquæ maiestatis. Di- B cebat quippe populo illi Deus, Pœnitentiam agite, & non egerunt. Postquam illi dicta hæc sunt, huic alteri genti Deus, inquit, quòd reædificanda esset. Sed vide, hãc quoque gentẽ homines esse qui iterũ labi possint. Quapropter & in hanc minas iactat, aitque: Et si prædixi quæ ad reædificationem faciunt, & cultum sed futurum est, vt gens etiam hæc peccet, huic quoque peccanti euenient quæ dicta illi sunt propter peccata, easdemque pœnas subibit, ni C pœnitentiam egerit. Totam scrutare scripturam, & inuenies de duabus hisce gentibus plurimum esse sermonẽ. Elegit Deus patres; promissa illis dedit; populum qui à patribus ortum ducebat, eduxit ex Ægypto; eos peccãtes tolerauit, veluti pater erudiit, introduxit; terrã illis promissionis tradidit; per tẽpora Prophetas misit; edocuit, à peccatisque auertebat; semper longanimitate mittebat qui illos curarent, donec D medicorũ adueniit princeps, Propheta super Prophetas, & medicus supra medicos. Hunc profectum prodiderũt, vitaque priuarunt; Tolle, Tolle è terra hunc clamantes [a] *Crucifige, Crucifige eum*: illico visitatio in gẽtem aduenit, desolatus est locus, in quo Iesus meus in crucẽ actus est, Gentem aliã Deus elegit. [b] *Messis vt plurima* sit videtis, licet *operarij pauci* sint. Quamquã Dei prouidẽtia quouis modo efficit, vt sagena in vi- E tæ huius mare semper mittatur, congregẽturque pisces cuiuscũque generis. [c] Mittit piscatores multos; ab omni mõte, ab omni colle venãtur. Perspice quanta in saluandis gentibus prouidentia sit. Vide itaque Dei bonitatem, ac seueritatem. In primam quidem gentem lapsam seueritas, in secũdam promissa, & bonitas, si in bonitate perseueraueris; nam & tu abscinderis. Neque enim tunc solum [d] *ad radicem arborum securis erat*: F rursus securis prompta est. Securis verò ad radicem arborũ iacet, Iesus meus tunc de Israële, prope quem erat securis, vaticinãs dicebat is ipse erat securis infructuosæ arboris: quare aiebat, [e] *Iam securis ad radicem arborum iacet.* Quæcunque ibi arbores fructus non ferebant, excisæ, & in ignẽ missæ & suppliciis addictæ sunt: nunc autem alia orta est seges priori respondens, de qua dictum est, [f] *Introducens planta eos in montem*

[margin: *Iudaica genti persistenti in sua peruersitate exhibita quæ Deus illi, ni pœnituisset, minatus fuerat acerrima.*]

[margin: 22 *Christianis quoque quibus summa bona exhibita sũt, si peccauerint, impœnitentibus acerrima comminatur Deus.*]

[margin: *Prouidentia Dei affectuosissima erga Iudaicum populum.*]

[margin: *Iudæi quàm malè responderunt benignissimæ Dei in ipsos prouidentiæ.*]

[margin: a. Isai. 19.6.]

[margin: 23 *Christianam gentẽ in Iudæorũ locum sibi elegit Deus, post illorum exterminium.*]

[margin: b Matt. 9.37.]

[margin: *Gentilis populi conuersionem, Christianorumque augmentum quãta prouidentia procurauit Deus.*]

[margin: c Ier. 16.16.]

[margin: d Matt. 3.10.]

[margin: *Securis ad radicẽ arboris infructuosæ iã Christus paratus ad excidẽdos quoscumque peccatores impœnitentes.*]

[margin: e Luc. 3.9.]

[margin: f Exo. 15.17.]

νομίας σου, εἰς ἕτοιμον κατοικητήριόν σου. εἰσήγαγε δὲ αὐτοῦ τὸ ἔθνος ὁ θεὸς εἰς ὄρος κληρονομίας αὐτοῦ. τὸ ὄρος ἐγὼ ζητῶ, οὐχ ὡς ἰουδαῖοι, οὕτως ἐν ἀψύχοις ὕλαις τὸ ὄρος χριστός ἐστιν. ἐν τούτῳ κατεφυτεύθημεν, ἐπ' αὐτοῦ ἐτηρήθημεν. ὁρᾶτε οὖν, ἐὰν μακροθυμήσῃ, μήποτε ἐλθὼν ὁ οἰκοδεσπότης εἴπῃ, ἤδη τρία ἔτη ἔρχομαι ἐπὶ τὴν συκῆν ταύτην, καὶ καρπὸν οὐκ ἐνήνοχεν, ἔκκοψον αὐτήν. ἵνα τί καὶ τὴν γῆν καταργεῖ; καταργεῖ γὰρ τὴν καλὴν γῆν τὸν χριστὸν, τὸ μυστήριον τῆς ἐκκλησίας, ὁ ἐρχόμενος ἐπὶ συναγωγὴν, καὶ μὴ καρποφορῶν. πέρας λαλήσω ἐπὶ ἔθνος, ἢ καὶ βασιλείαν. δοκεῖ ἁπλῶς τὸ πέρας. εἴρηται δὲ τοῦτον ἐν τῷ λαλήσω ἐπ' ἔθνος ἢ βασιλείαν. [τὸ πέρας τοῦτόν ἐστι.] κατασκάψω λέγεται τῷ προτέρῳ ἔθνει, τὸ πέρας, τὸ δευτέρῳ ἔθνει ἀνοικοδομήσω, καὶ πάλιν, ἐκριζώσω, τοῖς προτέροις λέγεται. καὶ καταφυτεύσω τοῖς δευτέροις, ἄρ' οὖν ἐπεὶ εἴρηται τὸ πέρας, δεῖ γενέσθαι τὸ πέρας; ὁ θεὸς μὴ μετανοῶν μετανοεῖν λέγεται κατὰ τὴν γραφήν. καὶ προσχῶμεν τῇ λέξει, ἵνα ἐὰν δυνηθῶμεν, ἀπολογήσασθαι || πῶς ταῦτα λέγεται, εἰ παραδεξάμεθα τὸν λόγον. πέρας λαλήσω φησὶν ἐπὶ ἔθνος, ἢ ἐπὶ βασιλείαν τοῦ ἐξᾶραι αὐτοὺς, καὶ ἀπολλύειν. καὶ ἐὰν ἐπιστρέψῃ τὸ ἔθνος ἐκεῖνο ἀπὸ τῶν κακῶν αὐτῶν, ὧν ἐλάλησα ἐπ' αὐτὸ, καὶ μετανοήσω περὶ τῶν κακῶν, ὧν ἐλογισάμην τοῦ ποιῆσαι αὐτοῖς, καὶ πέρας λαλήσω ἐπὶ ἔθνος, ἢ ἐπὶ βασιλείαν τοῦ ἀνοικοδομεῖσθαι, καὶ τοῦ καταφυτεύεσθαι, καὶ ποιήσουσι τὰ πονηρὰ ἐναντίον μου τοῦ μὴ ἀκοῦσαι τῆς φωνῆς μου, καὶ μετανοήσω περὶ τῶν ἀγαθῶν ὧν ἐλάλησα τοῦ ποιῆσαι αὐτοῖς. περὶ τῆς μετανοίας τοῦ θεοῦ ἀπαιτούμεθα ἀπολογήσασθαι, δοκεῖ γὰρ ἐπίληπτον εἶναι, καὶ ἀνάξιον οὐ μόνον τοῦ θεοῦ, ἀλλὰ τοῦ σοφοῦ τὸ μετανοεῖν. οὐκ ἐπαινῶ γὰρ σοφὸν μετανοοῦντα, ἀλλ' ὁ μετανοῶν, ὅσον ἐπὶ τῇ συνηθείᾳ τῆς χρήσεως, τῆς λέξεως, ἐπὶ τὸ μὴ καλῶς βεβουλεῦσθαι μετανοεῖ. ὁ θεὸς δὲ προγνώστης ὢν τῶν μελλόντων, οὐ δύναται μὴ καλῶς βεβουλεῦσθαι, καὶ παρὰ τοῦτο μετανοεῖν. πῶς οὖν ἡ γραφὴ αὐτὸν εἰσήγαγε λέγοντα, μετανοήσω; οὔπω λέγω. καὶ ἐν ταῖς βασιλείαις εἴρηται ἐν τῷ, μεταμεμέλημαι, ὅτι ἔχρισα τὸν Σαοὺλ εἰς βασιλέα. καὶ καθολικῶς περὶ αὐτοῦ λέλεκται. καὶ μετανοῶν ἐπὶ κακίαις ἀνθρώπων. ἀλλ' ὅρα τί περὶ θεοῦ διδασκόμεθα καθολικά. || ὅπου μὲν οὐχ ὡς ἄνθρωπος ὁ θεὸς διαμαρτύρεται, οὐδὲ ὡς υἱὸς ἀνθρώπου ἀπειληθῆναι. καὶ μανθάνομεν διὰ ταύτης τῆς λέξεως, ὅτι ὁ θεὸς οὐχ ὡς ἄνθρωπος, διὰ δὲ ἄλλης, ὅτι ὁ θεὸς ὡς ἄνθρωπος, φασκούσης. ὅτι ἐπαίδευσέ σε κύριος ὁ θεός σου, ὡς εἴ τις παιδεύσαι ἄνθρωπος τὸν υἱὸν αὐτοῦ. καὶ πάλιν. ἐτροποφόρησεν ὡς ἄνθρωπος τὸν υἱὸν αὐτοῦ. ὅταν μὲν αἱ γραφαὶ θεολογῶσι τὸν θεὸν κατ' αὐτὸν, καὶ μὴ ἐπιπλέκωσιν αὐτοῦ τὴν οἰκονομίαν || τοῖς ἀνθρωπίνοις πράγμασι. λέγουσιν αὐτὸν εἶναι, οὐχ ὡς ἄνθρωπος. τῆς γὰρ μεγαλωσύνης αὐτοῦ οὐκ ἔστι πέρας. καὶ φοβερός ἐστιν ἐπὶ πάντας τοὺς θεούς. καὶ αἰνεῖτε αὐτὸν πάντες ἄγγελοι θεοῦ, αἰνεῖτε αὐτὸν πᾶσαι αἱ δυνάμεις αὐτοῦ. αἰνεῖτε αὐτὸν ἥλιος καὶ σελήνη. αἰνεῖτε αὐτὸν πάντα τὰ ἄστρα καὶ τὸ φῶς.

Hæc videtur redundare.

|| fort. ἀπολογήσασθαι, πῶς ταῦτα λέγεται, εἴ τις ἀπαιτοίη παρ' ἡμῶν τὸν λόγον.

|| fort. οὐκ ἐπαινῶ.

|| καθολικῶς.

|| τὴν ἐν τοῖς ἀν. legis Author Catenæ Græcæ.

A *hæreditatis tuæ, in promptā habitationē tuam.* introduxit gentē suam Deus in mōtem hæreditatis suæ. Montē ego quæro, non vt Iudæi, in materia sensus experte. Mons Christus est: in hoc plātati sumus, in hoc & seruati. Videte igitur, si longanimitate vti velit, ne Pater familiās veniēs dicat,[a] *Iam tres annos ad ficulneam hanc accedo, nec fructus tulit, excide eam, vt quid & terrā otiosam reddit?* otiosam quippe reddit bonā terrā, Christum, B Mysterium Ecclesiæ, quicúmq; ad cōuentum accedit & nullum fructum facit. (*Ad summā loquar super gētem, aut super regnū.*) Exterminium videbitur simpliciter dictum. (*Demoliar,*) dicitur primæ genti, finis & exterminiū. Secundæ. (*Reædificabo vos*) rursus. (*Radicitùs euellam,*) primis, & (*Plantabo*) secundis. Num igitur quia finis præsignificatus est, finis omnino venturus est? Deus cùm illum nō pœniteat, pœnitentiā tamen agere dicitur iuxta scripturam: & ponderemus C textum, vt si per nos fieri poterit rationem reddamus, cur hæc dicantur, si quis eam à nobis quærat. Vers. 7. *Ad summam loquar, ait, super gentem, aut super regnum, vt auferā illos, & disperdam, & si conuertetur gens illa à malis suis, quæ locutus sum super eam, & agā pœnitētiam de malis, quæ cogitaueram facere eis. Et ad summam loquar super gentem, aut super regnū ad reædificandum, & plantandum, & facient mala coram me non audiendo vocem meam, & pœnitentiam agam de bonis, quæ loquutus sum facere* D *eis.*) De Pœnitentia Dei rationem reddere exigimur; repræhensione enim non carere videtur, & indignū est non modò Deo, sed & sapiente pœnitentiā duci, non enim laudo sapientem pœnitētem: Nam qui pœnitētiā ducitur, quod attinet ad vsum vocis, de non bona deliberatione pœnitentiam agit. Deus verò cùm futurorum præcognitor sit, non potest de rebus non bene delibe- E rasse, ac proinde pœnitentiā agere. Quo pacto igitur Scriptura illum induxit dicētem, (*Pœnitentiā agam:*) mitto, quòd in libris Regum scriptū est.[b] *Pœnitet me vnxisse Saul in Regem,* & vniuersim de illo asseritur.[c] *Super hominum malitia præstabilis.* Verùm considera quid generatim de Deo edoceamur. Alicubi quidem (*[d] non vt hominem Deum effinctum, neque vt filiū hominis minis insectatū:* discimusq; per hæc verba, Deum non esse F vt hominē; per alia verò Deum esse vt hominē.[e] *Correxit te Dominus Deus tuus, veluti si quispiā homo filium suum corrigeret:* & rursus,[f] *Gestauit vt homo filium suum.* Itaque cum diuinæ literæ de Deo quā Deus est sermonem habent, neque eius circa res humanas prouidentiam tangunt, de illo dicunt non esse vt homo,[g] *Magnitudinis enim illius non erit terminus,* &[h] *Terribilis est super omnes Deos,* &[i] *Laudate eum omnes Angeli Dei, Laudate eum omnes virtutes eius,*[k] *Laudate eum Sol, & Luna, Laudate eum omnes stellæ & lumen.* Sexcentaque alia

Exod 15.17.

Christus mons in quo plantati, & seruati sumus.

Dei longanimitas quāta.

a Luc. 13.7.

Christū terrā bonā reddunt otiosā, quicunque fructus non ferunt in Ecclesia.

24

Pœnitentia duci vt sit indignum non dum Deo, sed & quolibet Sapiente.

b 1. Reg. 15. 11.

c Ioel. 2.13.

25

Deus in Scriptura aliquādo dicitur vt homo, aliquādo non vt homo, & quomodo vtrumque verum.

d 1. Reg. 15. 20.

e Prou. 3.12.

f Deut. 1.31.

Vt homo esse negatur Deus, quando de eo agitur vt Deus est, abstractā humanorū prouidentiā.

g Ps. 144.3.

h Psal. 95.4.

i Psal. 148.2.

k Ps. 148.3.

φῶς. καὶ ἄλλα μυρία διαλεγόμενος ἀπὸ τῶν ἱερῶν γραφῶν εὕροις ἄν, οἷς ἐφαρμόσῃς τό, οὐχ ὡς ἄνθρωπος ὁ θεός. ὅταν δὲ ἐπιπλέκηται ἀνθρωπίνοις, πράγμασιν ἡ θεία οἰκονομία, φέρει τὸν ἀνθρώπινον νοῦν, καὶ τρόπον, καὶ λέξιν. καὶ ὥσπερ ἡμεῖς ἐὰν διετεῖ παιδίῳ διαλεγώμεθα, ψελλιζόμεθα διὰ τὸ παιδίον. οὐ γὰρ οἷόν τε ἐστὶ τηροῦντας ἡμᾶς τὸ ἀξίωμα τῆς τελείου ἀνδρὸς ἡλικίας, καὶ λαλοῦντας τοῖς παιδίοις, μὴ συγκαταβαίνοντας αὐτῶν τῇ διαλέκτῳ νοῆται τὰ παιδία. τοιοῦτόν τι νόμιζε καὶ περὶ τὸν θεόν, ὅταν τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, καὶ μάλιστα τῶν ἔτι νηπίων οἰκονομῇ. ὅρα πῶς καὶ μεταποιοῦμεν τὰ ὀνόματα οἱ τέλειοι ἄνδρες πρὸς τὰ βρέφη. καὶ τὸν μὲν ἄρτον ἰδίως ὀνομάζομεν αὐτοῖς, τὸ δὲ πιεῖν ἄλλῃ λέξει ὀνομάζομεν, τελείων οὐ χρώμενοι διαλέκτῳ, ᾗ χρώμεθα πρὸς τοὺς τελείους ὁμήλικας, ἀλλὰ λέξει τινὶ παιδικῇ καὶ βρεφώδει. καὶ τὰ ἐνδύματα ἐὰν ὀνομάζομεν τοῖς παιδίοις, ἄλλα ὀνόματα ἐπιτιθέαμεν αὐτοῖς, οἱονεὶ ὄνομα παιδικὸν πλάσσοντες. ἆρ' οὖν τότε ἀτελεῖς ἐσμέν, καὶ εἴ τις ἡμῶν ἀκούσει παιδίοις διαλεγομένων, ἐρεῖ, ὅτι ἀνόητος γέγονεν ὁ γέρων οὗτος; ὁ ἀνὴρ οὗτος ἐπιλέλησται τοῦ γενείου αὐτοῦ, τῆς ἡλικίας τοῦ ἀνδρός, || ἢ δέδοται κατὰ συμπεριφορὰς παιδίῳ ὁμολογοῦντα μὴ λαλῆσαι διαλέκτῳ πρεσβυτικῇ, μηδὲ ἐντελεῖ, ἀλλὰ παιδικῇ; καὶ ὁ θεὸς δὴ λαλεῖ παιδίοις. ἰδού φησι καὶ ὁ σωτήρ, ἐγὼ καὶ τὰ παιδία, ἅ μοι ἔδωκεν ὁ θεός. λέγοιτο ἂν τῷ γέροντι τῷ λαλοῦντι πρὸς τὸ παιδίον παιδικῶς, ἢ ἵνα ἐμφαντικώτερον εἴπω, βρεφωδῶς, ὅτι ἐτροποφόρησας τὸν υἱόν σου. καὶ τρόπον ἐφόρησας τοῦ βρέφους. καὶ τὴν κατάστασιν αὐτοῦ ἀνείληφας. οὕτως οὖν νόησόν μοι καὶ τὴν γραφὴν λέγουσαν. ἐτροποφόρησέ σε κύριος ὁ θεός σου, ὡς εἴ τις τροποφορήσει ἄνθρωπος τὸν υἱὸν αὐτοῦ. καὶ ἐοίκασιν οἱ ἀπὸ ἑβραϊσμοῦ ἑρμηνεύσαντες, μὴ εὑρόντες τὴν λέξιν κειμένην παρ' ἕλλησιν, ἀναπεπλακέναι ὡς ἐπ' ἄλλων πολλῶν καὶ ταύτην, καὶ πεποιηκέναι τήν. ἐτροποφόρησέ σε κύριος ὁ θεός σου. τουτ' ἐστι τοὺς τρόπους σου ἐφόρεσεν. ὡς εἴ τις τροποφορήσει ἄνθρωπος κατὰ τὸ παράδειγμα τοῦτο, εἴρηκα, τὸν υἱὸν αὐτοῦ. ἐπεὶ τοίνυν ἡμεῖς μετανοοῦμεν, ὅταν ἡμῖν διαλέγηται μετανοοῦσιν ὁ θεός, λέγει μετανοῶ. καὶ ἀπειλῶν ἡμῖν οὐ προσποιεῖται προγνώστης εἶναι, ἀλλ' ὡς βρέφεσι λαλῶν ἀπειλεῖ. οὐ προσποιεῖται ὅτι προέγνω τὰ πάντα πρὶν γενέσεως αὐτῶν. ἀλλ' ὡς ἵν' οὕτως ὀνομάσω, ὑποκρινόμενος τὸ βρέφος, προσποιεῖται μηδὲ εἰδέναι τὰ μέλλοντα. καὶ ἀπειλεῖ γοῦν ἔθνει διὰ τὰς ἁμαρτίας αὐτοῦ, καὶ λέγει ἐὰν μετανοήσῃ τὸ ἔθνος, κἀγὼ μετανοήσω. ὦ θεέ, ἄρα ὅτε ἠπείλεις, οὐκ ᾔδεις πότερον μετανοήσει τὸ ἔθνος, ἢ οὐ μετανοήσει; τί δέ, ὅτε ἐπηγγέλλου, οὐκ ᾔδεις πότερον μενεῖ ἄξιος τῶν ἐπαγγελιῶν ὁ ἄνθρωπος, ἢ τὸ ἔθνος πρὸς ὃν ὁ λόγος, ἢ οὐ μενεῖ; ἀλλὰ προσποιεῖται. καὶ τοιαῦτα πολλὰ εὕροις ἀνθρωπικὰ ἐν τῇ γραφῇ, ὡς καὶ τὸ λάλησον τοῖς υἱοῖς ἰσραήλ, ἴσως ἀκούσονται, καὶ μετανοήσουσι. τοῦτο οὐχ ὁ θεὸς εἴρηκε τό. ἴσως ἀκούσονται, καὶ μετανοήσουσιν. ἀλλ' ἵνα ἐπὶ πολὺ ἐμφανῇ σου τὸ αὐτεξούσιον. καὶ μὴ εἴπῃς. εἰ προέγνω με-

|| ἴσ. εἰ δέδοται κατὰ συμπ. παιδίῳ ὁμιλῶν.

A alia colliges è diuinis Scripturis, quibus illud Deo aptabis, nõ vt homo. Quãdo verò diuina. Prouidentia rebus implicatur humanis humanã mẽte, & modo, & verbis ſe ſe induit. Et quemadmodũ nos ſi puerũ bimulũ alloquimur, propter puerũ balbutimus: fieri námq; minimè poteſt, vt viri perfectæ ætatis decore ſeruato, cùm puerũ alloquimur ni eorũ dialecto vtamur, puerũ intelligamus. Tale quippiã de Deo velim B intelligas, cùm genus hominũ & præcipuè adhuc infantũ adminiſtrat. Cõſidera, vt voces quoq; viri perfecti ad infantes cõmutemus, & panẽ peculiari quopiam nomine illis exprimimus, & potũ aliã dictione, Perfectorũ linguã nõ vtẽtes, quã ad perfectos coætaneos adhibemus; ſed dictione quadã puerili & infantili, Et indumenta ſi pueris nominemus noua eis nomina imponimus quaſi puerile nomẽ fingentes. Num igitur tũc imperfecti ſumus, & ſi quis nos vnà cũ C pueris differentes audiet, dicet; Senex hic malè ſanus eſt? Vir hic ſuæ barbæ oblitus eſt, viriliſq; ætatis, ſi cõceſſum eſt per accõmodationem alloqui puerũ, nec vti linguâ ſenili & perfecta, ſed puerili? Et Deus ſanè pueros alloquitur, *Ecce*, ait & Saluator,[a] *Ego & pueri, quos mihi dedit Deus.* Dici poteſt ſeni vnà cum puero pueriliter, vel vt expreſſiùs dicam infantium more colloquenti mores tuliſti filij tui, & modum infantis induiſti, & ſtatum illius aſſumpſiſti. Ita D quoque ſcripturã accipe dicentẽ,[b] *Geſtauit te Dominus Deus tuus, veluti ſi quis homo filium ſuũ geſtet*, & videntur, qui ex Hebr. Græcam fecerũt non habẽtes è Græcis finxiſſe ipſi vt pleraſq; alias, & vocem hanc ἐτροποφόρησε [c] *etropophoriſe, te Dominus Deus tuus*, i. mores tuos ſuſtinuit, ſeu, moribus tuis ſe accommodauit. Veluti ſi quis homo moribus ſe accõmodaret ad exemplũ à nobis allatum filii ſui. Quoniam igitur nos pœnitet cùm E nos pœnitentes Deus alloquitur: pœnitet me, inquit, & minitãs nobis nõ ſibi vendicat rerũ præſcientiã, ſed velut infantes alloquẽs minatur: nõ ſibi adſcribit omnium ante quã fiant prœuiam notitiam, ſed (vt ita dicam) puerũ indutus facit ſe futura non præſcientẽ. Minas ergo iactat in gẽtẽ propter illius peccata, & ait. *Si pœnitentiam egerit gens, & ego pœnitentiã agam.* Bone Deus, num cũ minareris, neſciebas vtrũ gens illa pœ- F nitentiam eſſet actura nec ne? Quid porrò cùm promiſſa facere neſciebas an homo, aut gẽs illa ad quã ſermo dirigebatur, perſeueraturus eſſet in bono nec ne: ſed aliũ ſe facit, hiſque affinia mulra humano more prolata in ſcriptura inuenies quale eſt & illud.[d] *Loquere filiis Iſrael, fortaßis audiẽt, & pœnitentiã agent.* Illud *Fortaßis audient, & pœnitentiam agent*: nõ quâ Deus illud dixit; ſed vt apprimè palamq; tuum liberũ innoteſcat arbitrium

Vt Homo eſſe. Deus dicitur quando cõſideratur vt ſpecialem hominum curã, & prouidentiam habens. Simile Deus cum homine agit vt Pater cum infantulo, qui infantuli cũ alloquitur dialecto, infantilibuſque vtitur geſtibus.

a Iſai. 8. 18.

26 *Deus humanis moribus benignè ſe accommodat cũ hominibus agens.*

b Deut. 1. 31

c Act. 13. 18.

Pœnitere ſe ait Deus loquens cũ hominibus, quos pœnitere vellet, veluti infantili hominum vtens loquendi formula.

Dubitandi formulis nos alloquẽs Deus accommodat ſe nobis, quaſi infantibus pater noſtra vtẽs loquela, ac ſi futurorũ non eſſet præſcius.

Dubitanter loquitur Deus cũ de noſtra, agit pœnitetia, ad libertatẽ arbitrij noſtri conteſtandam

d Iere. 26. 3.

με ἀπολλύμενον, ἀπολέσθαι με δεῖ. εἰ προέγνω με σωθησόμενον, σωθήσεσθαι πάντως με χρή. οὐ προσποιεῖται οὖν τὸ περὶ τοῦ ἐπὶ σοὶ μέλλοντος εἰδέναι, ἵνα τηρήσῃ σου τὸ αὐτεξούσιον, τὸ μὴ προειληφέναι, μηδὲ προεγνωκέναι πότερον μετανοήσεις ἢ μή. καὶ λέγει πρὸς τὸν προφήτην λάλησον, ἴσως μετανοήσωσι. τοιαῦτα γὰρ ἄλλα μυρία εὑρήσεις λεγόμενα περὶ τοῦ Θεοῦ τροποφοροῦντος τὸν ἄνθρωπον. ἐὰν ἀκούσῃς θυμὸν Θεοῦ, καὶ ὀργὴν, μὴ νόμιζε τὴν ὀργὴν, καὶ τὸν θυμὸν πάθη εἶναι θεοῦ. οἰκονομία. χρήσεως λέξεων εἰσὶ || πρὸς τὸ βρέφος ἐπιστρέψαι, καὶ βελτιωθῆναι. ἐπεὶ καὶ ἡμεῖς τοῖς παιδίοις πρόσωπον ποιοῦμεν οὐκ ἀπὸ διαθέσεως, ἀλλὰ κατ' οἰκονομίαν φοβερόν. ἐὰν τηρήσωμεν τὸ ἵλεον τῆς ψυχῆς πρὸς τὸ βρέφος ἐν τῷ προσώπῳ ἡμῶν, καὶ τὴν φιλοστοργίαν ἣν ἔχομεν πρὸς αὐτὸ ἐμφήνωμεν, μὴ διαστρέψαντες ἑαυτοὺς, μὴ δὲ οἱονεὶ μεταβαλόντος πρὸς τὴν ἐκείνου ἐπιστροφὴν, ἀπολλύομεν αὐτὸ, καὶ χεῖρον ποιοῦμεν, οὕτως οὖν ὁ θεὸς καὶ ὀργίζεσθαι λέγεται, καὶ θυμοῦσθαι φησὶν, ἵνα ἐπιστρέψῃς, καὶ βελτιωθῇς. καὶ ἀληθῶς οὐκ ὀργίζεται μὲν οὐδὲ θυμοῦται, σὺ δὲ πείσῃ τὰ τῆς ὀργῆς καὶ τὰ τοῦ θυμοῦ, γινόμενος ἐν δυσυπομονήτοις διὰ τὴν κακίαν πόνοις, ἐπὰν παιδεύῃ τῇ λεγομένῃ ὀργῇ τοῦ θεοῦ. ἑξῆς μετὰ τὴν περὶ τῶν δύο ἐθνῶν λόγον, τοῦ προτέρου ᾧ ἀπειλὴ δίδοται, καὶ τοῦ δευτέρου ᾧ ἡ ἐπαγγελία δίδοται, φησίν.

|| πρὸς τὸ τὸ βρι.

A triũ:& ne dicas; si me peritur prǽscit, omnino periturus sum; Si præscit me saluandum, omnino saluandus sum. Non ergo facit se præscientẽ quid de te futurum sit, vt tuã liberam voluntatẽ integram seruet, Non positã prænotione & præuisione, an tu sis pœnitẽtiã acturus nec ne, & ait ad Prophetã, *Loquere, fortaßis pœnitentiam agent.* Similia enim inuenies sexcẽta alia de Deo dicta mores humanos subeunte. B Si irã Dei, si furorẽ audieris, ne putes iram furoremque esse Dei affectiones. Dispẽsatiuè vsurpantur hæ dictiones vt conuertatur infans & bonus euadat. Nam & nos pueris iratã ostẽdimus faciem, nõ ex animi affectu, sed prudenti ratione, Si animi beneuolentiam erga infantẽ in vultu nostro prætulerimus, & naturalem amorẽ quorum amplectimur ostenderimus, nõ immutantes nos, & quodammodo transformantes ad reducẽdum illum, perdimus, deterioréque eum effecimus. C Ita igitur Deus, & irasci, & accẽdi dicitur, vt tu conuertaris, probusque euadas; & ille quidem verè non irascitur, nec accenditur: sed tu patiêris ea quæ sunt iræ & furoris, intolerabiles ob nequitiam dolores sustinendo, cùm puniêris ab illa, quæ ira Dei vocatur. Deinceps post sermonem de duabus gentibus; prima, cui minæ; altera cui promissa dantur. Dic ait, &c.

27 *Passiones affectusque humanos cùm Deus sibi assumit in sermonibus, dispensatiuè, & per accommodationem, siue ad hominis loqui censendus.*

Vide quæ sequuntur in ista homilia post Catenam Græcam sequentis sectionis.

Capitis 18. à vers. 11. vsque ad 18. Sectio Secunda.

TEXTVS VVLGATÆ.

11 NVnc ergo dic viro Iuda, & habitatoribus Ierusalẽ, dicens: Hæc dicit Dominus: Ecce ego fingo contra vos malum, & cogito contra vos cogitationem: reuertatur vnusquisque à via sua mala, & dirigite vias vestras, & studia vestra.

12 Qui dixerunt: Desperauimus: post cogitationes enim nostras ibimus, & vnusquisque prauitatem cordis sui mali faciemus.

13 Ideo hæc dicit Dominus: Interrogate Gentes: Quis audiuit talia horribilia, quæ fecit nimis Virgo Israel?

14 Numquid deficiet de petra agri nix Libani? aut euelli possunt aquæ erumpentes frigidæ, & defluentes?

15 Quia oblitus est mei populus meus, frustra libantes, & impingẽtes in viis suis, in semitis sæculi, vt ambularent per eas in itinere nõ trito.

16 Vt fieret terra eorum in desolationem, & in sibilum sempiternum: omnis qui præterierit per eam obstupescet, & mouebit caput suum.

17 Sicut ventus vrens dispergam eos coram inimico: dorsum, & non faciem ostendam eis in die perditionis eorum.

TEXTVS SEPTVAGINTA.

D 11 E*T nunc dic ad viros Iuda, & ad habitatores Ierusalem: ecce ego fingo super vos mala; & cogito super vos cogitationem. Auertatur nunc vnusquisque à via sua mala, & meliora facite studia vestra.*

12 Et dixerunt: Confortabimur; quia post auersiones nostras ibimus, & vnusquisque placita cordis sui mali faciemus.

13 Ideo hæc dicit Dominus: Interrogate nunc in gentibus; quis audiuit talia horribilia, quæ fecit nimis Virgo Israel?

14 Numquid deficiẽt de petra vbera, aut nix de Libano? numquid declinabit aqua violenter sublata vento?

E *15 Quia obliti sunt mei populus meus: in vacuum adoleuerunt, & infirmabuntur in viis suis, funiculos sempiternos, ad conscendendum semitas non habentes viam ad iter.*

16 Ad ponendum terram suam in desolationem, & sibilum sempiternum. Omnes transeuntes per eam obstupescent, & mouebunt caput suum.

17 Sicut ventum vrentem, dispergam eos ad faciem inimicorum suorum ostendam eis die perditionis eorum.

PARAPHRASIS CHALDAICA.

F 11 N*Vnc ergo age, dic viro Iuda & habitatoribus Ierusalem, dicendo: Hæc dicit Dominus: Ecce ego creo super vos malum, & cogito contra vos cogitationem: conuertimini nunc vnusquisque à via sua mala, & dirigite vias vestras, & opera vestra.*

12 Et dixerunt: Auersi sumus à cultu tuo; quia post cogitationes nostras ibimus, & quisque cogitationem cordis sui prauam faciemus.

13 Propterea hæc dicit Dominus: Interrogate nunc in populis, quis audiuit talia? Rem alienam admodum fecit cœtus Israel.

14 Ecce sicut fieri non potest, vt deficiat nix quæ descendit super agros Libani; sic non deficient pluuiæ descendentes, & aquæ fontis manantes.

15 Quia dereliquerunt cultum meum populus meus, in nullum vsum accenderunt aromata, & errare eos fecerunt in viis suis pessimis à semitis rectis quæ à sæ-

culo

culo ſunt, vt ambularent in viis non rectis, in ſemitis non ſtratis.

16 *Vt poneretur terra eorum in vaſtitatem & deſolationem perpetuam: omnis qui tranſierit per eam, clamabit, & mouebit caput ſuum.*

17 *Iuxta diſperſionem venti Orientalis diſpergam eos ante inimicos ſuos: dorſum & non faciem oſtendam eis in die interitus eorum.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impreſſis.

Hieronym. *Malum quaſi lutum inſtar figuli fingere ſe dicit Dominus.* a Iſai. 45. 7. *Malum quod facit Dominus ſic dictũ, quia patientibus malum eſſe videtur. Impœnitens quàm malè Dei reſpõdeat benignitati.*

HIeronymus. (*Nunc ergo dic viro Iuda & habitatoribus Ieruſalem*, &c. Implet Dominus parabolam, quam, & ſermonibus, & aſpectu docuerat, & dicit: Ecce ego fingo contra vos malum, quaſi figulus lutum: malum autem iuxta Iſaiam, qui dicit: [a] *Faciens pacem, & creans malum*: Non quòd per ſe malum ſit, ſed quod patientibus malũ eſſe videatur. Et cogito contra vos cogitationem, id eſt pro merito inferre ſententiam. Mutate opera, & dirigite vias veſtras, vt & proſperis pœna mutetur. *Qui* (inquit) *dixerunt* contrario: *Confortabimur* in malis, videlicet operibus: ſiue iuxta Aquilam, *deſperauimus*, & iuxta Symmachum *defecimus*: quod vtrumque offendit Deum, vt aut nequaquam ſe putet poſſe ſaluari, aut ad placandum Deum animo defeciſſe. *Et poſt cogitationes*, inquit, *noſtras ibimus*. Vbi eſt ergo abſque Dei gratia liberi arbitrij poteſtas, & propriæ iudicium voluntatis: cùm grandis offenſa ſit Dei, ſequi cogitationes ſuas, & praui cordis facere voluntatem? Propterea infert, dicens: *Interrogate gentes*, & omnes in circuitu nationes, quis fecerit, quis audierit Idolis ſeruiens, quæ fecit nimis virgo Iſrael. Virginem autem vocat, eò quòd vni Deo ſeruierit, dicente Propheta: [b] *Notus in Iudæa Deus, in Iſrael magnum nomen eius.*

Liberum arbitrium ſine Dei gratia quàm inualidum ad bonum.

Virginis nomẽ Iſraeli inditũ quòd vni Deo ſeruierit. b Pſal. 75. 1.

(*Numquid deficiet de petra agri nix*, &c.) Tale quid & illud Virgilianum ſonat. *Ante leues ergo paſcentur in æthere Cerui: Et freta deſtituent nudos in littore piſces: Quàm noſtro illius labatur pectore vultus*: Et in alio loco: *In freta dum fluuij current, dum montibus vmbræ luſtrabunt, conuexa polus dum ſidera paſcet: Semper honos, nomenque tuum, laudeſque manebunt.* Quo modo, inquit, nix de Libani ſummitatibus deficere non poteſt, nec vllo, vt omnis liqueſcat, ſolis ardore ſuperatur: fluenteſque de montibus riui, nequaquam ſiccantur in fontibus. Sic meum nomen, quod per ſe ſtabile eſt, atque perpetuum, non poterit immutari; & tamen cùm cætera naturæ ordinem ſeruent, populus meus oblitus eſt mei. Sequitur enim.

Creatis omnibus Deo obtemperantibus, ſolus peccator illi obſiſtit.

29 *Viam antiquam Sanctorum relinquit obliuiſcens Dei.* c Ioan. 14. 6.

(*Quia oblitus eſt mei*, &c.) Qui obliuiſcitur Dei & relinquit illum, qui dicit; [c] *Ego ſum via*: labatque alienis, impingit in viis ſuis, nequaquam Dei, ſed ſuis, & antiquas ſempiternaſque ſemitas derelinquit, quæ omnium ſanctorum ſunt tritæ veſtigiis colentium Deum. Iſti verò ambulauerunt in itinere non trito, & relicto cultu Dei, idola venerati ſunt, propter quæ infertur pœna quæ ſequitur.

(*Vt fieret terra eorum in*, &c.) Et quia dereliquerunt, ait, cultum Dei, & prauas idololatriæ ſemitas ſunt ſecuti, propterea terra eorum redacta eſt in ſolitudinem, & in miraculum omnium, ſibilumque: ita vt qui terram quondam, & Vrbem florentiſſimam viderint in deſertum, & cineres eſſe collapſam, admirentur, & ſtupeant, & animæ confuſionem, geſtu corporis indicent: hoc eſt enim mouere caput, & ſtuporem mentis ſibilo demonſtrare. Quod pleniùs, & rectiùs poſt aduentum Domini intelligimus eſſe completum: quando nullus Iudæorum terram quondam & vrbem ſanctam ingredi lege permittitur: ſed cùm ad planctum venerint, mirantur, & deflent vaticinia Prophetarum opere completa.

Iudæi poſt Chriſti necem à terra ſua penitus extorres.

De præſenti Iudæorũ diſperſione per vniuerſum mundum coram Diabolo.

(*Sicut ventus*, &c.) Vſque hodie ſententia Dei permanet in Iudæos. In toto Orbe diſperſi ſunt coram inimico Diabolo, vel inimicis Dæmonibus, & cùm diebus ac noctibus in Synagogis Satanæ inuocent nomen Dei, dorſum & non faciem ſuam oſtendit eis Deus: vt intelligant eum ſemper recedentem, & numquam ad ſe venientem. Dies autem perditionis Iudaicæ, omne tempus eſt poſt paſſionem Saluatoris, vſque ad finem ſæculi, vt [d] *poſtquam ſubintrauerit plenitudo gentium, tunc omnis Iſrael ſaluus fiat.*

d Rom. 11. 25.

30 Theodorit. *Pœnitentiæ remedia quãtá benignitate peccatori Deus proponat. Via deterior appellata auerſiones.*

Theodoritus. Ne ergo deſperetis meliora, verùm offeratis pœnitentiam, & ſalutem capeſſite, *Ecce enim*, inquit, *fingo aduerſùm vos mala, & cogito contra vos cogitationem. Auertatur quiſque à via mala; & dirigite ſtudia veſtra, & vias veſtras.* At verò, cùm benignus ſit, offert huiuſmodi remedia. Illi verò: quæ ſuggerebat medicus, reſpuerunt: *ſed dixerunt*, (*obfirmati ſumus: quia poſt auerſiones noſtras ibimus: & vnuſquiſque quæ placent cordi ſuo, faciemus.*) Auerſiones vocat viam deteriorem. Propterea hæc dicit Dominus, *Interrogate gentes. Quis audiuit talia horribilia valde, quæ fecit Virgo filia Ieruſalem?* Virginem illam appellat, non quòd non ſit intemperans: ſed quòd formæ det operam, & de pulchritudine glorietur. (*Numquid deficient à rupe mammæ ſtillantes, aut nix à Libano? Non fluent aquæ violenter ſurſum verſus?*) Fontes, inquit, ſine intermiſſione ſcaturiunt: Libanus ſemper habet niuem: aqua quæ fertur impetu, tritâ viâ fluit: iſti verò viam legis deſeruerunt, & mandatorum meorum apud eos nulla eſt mẽtio. Hoc enim ſignificant, quæ ſequuntur. *Quia oblitus eſt mei populus meus, fruſtra libauerunt, & infirmi ſunt in viis ſuis aliàs ſemitis funiculis æternis: vt incedant ſemitâ, quæ non habet viam ad proficiſcendum.* Excogitauerunt, ait, diuerticula initio minimè trita: & hæc declarauerunt vias perpetuas. Quaſi dicat, iis vti perſeuerant, quapropter tradam deſolationi terram eorum, quod ſubiunxit. (*Vt ponam terram in vaſtationem & exſibilationem perpetuam.*) Exſibilatio deſolationem vrbis innuit. Qui enim ciuitatem aliquam florentem viderunt, ſi poſtea deſolatam conſpexerint: exſibilare conſueuerunt, & hoc modo calamitatem deſignare. Tanquam ventum vrentem diſſipabo eos, in conſpectu hoſtium ſuorum. Nullam, inquit, miſericordiam conſequentur ab inimicis: ſed odio proſequentur eos, non aliter quàm auerſatur quis ardorem. *Dorſum & non faciem, oſtendam eis, in die interitus ipſorum.* Quia captiuorum & ſeruorum proprium eſt, inclinari in terram, vt dorſum magis appareat, quàm facies. Poteſt & aliter intelligi. Auerſorum enim faciem non videmus, ſed dorſum. Sermo igitur ſignificat, Auerſionem Dei. Quare, quæ comminatus eſt Deus illis per Prophetam, ſunt eiuſmodi. Vtinam verò medicinæ loco nobis ſint afflictiones illorum: vt aliorum pœnis eruditi, & vitam legibus diuinis conſonam agentes, legiſlatorem propitium habeamus in ſæcula, Amen.

Virginis nomine appellata anima peccatrix quæ de pulchritudine glorietur.

Peccator diuerticulá à ſe excogitá perpetuas declarat vias obſtinatione animi.

Sibilus ſignũ deſolationis ciuitatis.

Impiũ auerſemur ſicut auerſantur vniuerſi vrẽtem ventum. Seruitutis pœna ſignificata per dorſi oſtenſionem.

31 D. Thom. *In Libano iuges niues propter ſpeluncas petrarum.*

D. Thomas circa verſ. 11. 12. & 13. nil diuerſi aſſerit à Hieronymo. Circa verſ. 14. *Numquid de*

petra. Notandum, inquit, quod Libanus est mons magnus: & habet in summitate magnam latitudinem: in qua sunt agri & speluncæ petrarum: in quas quia radius Solis non peruenit: conseruantur niues perpetuò (*euelli*) vt non fluant de Libano: & aliis altis montibus, q. d. non Eccl. 3. *Didici* [a] *quòd omnia opera quæ fecit Deus perseuerent in perpetuum. Non possumus eis quicquam addere nec auferre, quæ fecit Dominus vt timeatur.* Ex conditione operum: quia inutilia (*frustra libantes*) scil. idolis. Rom. sexto. [b] *Quem ergo fructum habuistis tunc in illis in quibus nunc erubescitis?* quia nociua, (*Et impingentes*) id est, offendentes Isai. 60. [c] *Impegimus in meridie quasi in tenebris, in caliginosis quasi mortui:* quia turpia (*in semitis sæculi*) scil. idololatriæ post quos sæculum totum vadit. Iob. 22. [d] *Numquid semitam sæculorum custodire cupis quam calcauerunt viri iniqui: qui sublati sunt ante tempus suum: & fluuius subuertit fundamentum eorum: qui dicebant Deo recede à nobis,* &c. Et difficilia (*vt ambularent non trito*) à Sanctis patribus. Vel quia vana peccata excogitabant. Sap. 5. [e] *Ambulauimus vias difficiles: viam autem Domini ignorauimus.* Numeri. 20. [f] *Viâ tritâ gradiemur.* Secundò comminatur stupendam pœnam, primò quantùm ad terræ desolationem (*vt fieret*) vt consecutiuè. Threnorum primo, *ò vos* [g] *omnes qui transitis per viam: attendite, & videte si est dolor sicut dolor meus,* Secundò quantùm ad gentis destructionem (*sicut ventus*) qui omnes fruges desiccat (*inimico*) Babylonico, supra quarto. [h] *Ventus vrens in viis quæ sunt in deserto via filiæ populi mei: non ad ventilandum & ad purgandum.* Tertiò diuini auxilij cessionem (*dorsum*) ad modum hominis irati. Deut. 32. [i] *Abscondam faciem meam ab eis, & considerabo nouissima eorum.* Psalmo, [k] *Vt quid Domine repulisti in finem: iratus est furor tuus super oues pascuæ tuæ?*

a Eccl 3. 14.
b Prou. 6. 21.
c Isai. 59. 10.
d Iob. 22. 15.
Via sæculi appellata peccati studia per quæ totum sæculum vadit.
e Sap. 5. 7.
f Num. 20. 19.
g Thren. 1. 12.
h Iere. 4. 11.
Irati instar Deus dorsum ostendit impœnitenti peccatori.
i Deu 32. 20.
k Psal. 73. 1.

Notandum quòd est quidam sibilus bonus diuinæ inspirationis. Zach. 10. [l] *Sibilabo eis, & congregabo illos: quia redemi eos:* humilis confirmationis, tertij. Reg. 19. [m] *Post ignem sibilus auræ tenuis:* compassionis infra 49. [n] *Omnis qui transibit per eam stupebit: & sibilabit super omnes plagas eius.* Item est sibilus malus iniquæ persuasionis Sap. 17. [o] *Serpentum sibilatione commoti tremebundi peribant.* Insultationis. Thren. 2. [p] *Omnes transeuntes per viam sibilauerunt, & mouerunt capita sua super filiam Ierusalem. Haccine est vrbs dicentes perfecti decoris: gaudium vniuersæ terræ.* Et stuporis infra 25. [q] *Ponam eos in stuporem & in sibilium & in solitudines sempiternas.*

Sibilus quidã bonus, quidã malus.
l Zach. 10. 8.
m 3. Reg. 19. 12.
n Iere. 49. 17.
o Sap. 17. 9.
p Thren. 2. 15.
q Iere. 25. 9.

32

Circa vers. 11. Notanda est singularis lectio, & interpretatio Tertulliani lib. 2. contra Marcionem cap. 24. vbi hæc habet, Dicimus denique malitiam nunc significari, non quæ ad naturam redigatur creatoris quasi mali, sed quæ ad potestatem quasi iudicis, secundùm quam enunciarit: [r] *Ego sum qui condo mala.* Et *ecce ego emitto in vos mala,* non peccatoria, sed vltoria, quorum satis diluimus infamiam, vt congruentium iudici.

Tertullian.
Malum Deo tribuitur quod quasi iudicis est potestatis.
r Isai. 47. 7.
Malum quod à Deo fit non est peccatoriũ sed vltorium.

Quoad vers. 13. & 14. Nota in Ambrosio & lectionem pariter & interpretationem singularem, In libro enim primo de Virginibus aliquantò post initium, statuere volens primum virginitatis domicilium cælestem esse patriam, vbi Christus Dei filius ipsius auctor virginitatis, subtiliter habet. Ego licet laudationem non susceperim virginitatis, sed expressionem, ad rem tamen pertinere arbitror, vt quæ sit ei patria, quis author appareat. Ac priùs vbi sit patria definiamus. Si enim ibi est patria, vbi genitale domicilium: in cælo profectò est patria castitatis. Itaque hîc aduena, ibi incola est. Quid autem est castitas virginalis, nisi expers contagionis integritas? Atque eius auctorem quem possumus existimare, nisi immaculatum Dei filium, cuius caro non vidit corruptionem, diuinitas non est experta contagionem? Videte igitur quanta virginitatis merita sint. Christus ante virginem, Christus ex virgine: à patre quidem natus ante sæcula, sed ex virgine natus ob sęcula. Illud naturæ suæ, hoc nostræ vtilitatis est. Illud erat sẽper, hoc esse voluit. Spectate aliud virginitatis meritum. Christus virgo virginis sponsus, & si dici potest, Christus virgineæ castitatis: Virginitas enim Christi, non virginitatis est Christus. Virgo est ergo quæ nupsit, virgo quæ nos suo vtero portauit, virgo quæ genuit, virgo quæ proprio lacte nutriuit, de qua legimus: [f] *Quanta fecit Virgo Ierusalem? Non deficient de petra vbera, neque nix à Libano, aut declinauit aqua valida vento quæ portatur.* Qualis est hæc virgo quæ trinitatis fontibus irrigatur: cui de petra fluunt aquæ, non deficiunt vbera, mella funduntur? [t] Petra autem est, iuxta Apostolum, Christus. Ergo à Christo non deficiunt vbera, claritas à Deo, flumen à spiritu. Hæc est Trinitas quæ Ecclesiam suam irrigat, Pater, Christus, & Spiritus. In quibus postremis verbis indicat, & Ecclesiam sanctam vtpote Ierusalem nuncupatam virginitatis esse domicilium, & Virginis Christi sponsi sui virginem & ipsam sponsam esse.

Ambros.
Cælestis patria primum domicilium virginitatis.
Virginitatis auctor Christus Dei filius.
Christus virgo virginis sponsus.
Ecclesia Virgo Virginis Christi sponsa.
f Ierem. 18.
Ecclesia vt Virginis sponsi virgo sponsa quibus insignita.
t 1. Cor. 10. 4.

Pro intellectu versionis Sept. quâ initium vers. 14. sic legitur. *Nunquid deficient de petra vbera?* Nota quæ apud Philonem Hebræum libro de Opificio mundi, supra ea Genesis verba. [u] *Fons autem ascendebat de terra, & irrigabat,* &c. hisce habentur. Cuilibet matri, tamquam partem summè necessariam natura scaturientes mammas addidit, præparans alimenta nascituris infantibus. Mater autem etiam terra esse videtur, quapropter & priscis illis placuit, vt vocaretur δημήτηρ, composito è matre & terra nomine: non enim terra mulierem (vt dixit Plato) sed mulier terram imitatur: quam verè poëtica gens omniparentem, frugiferam, Pandoramque nominare solita est: quippe causam generationis, & perpetuitatis, tam stirpium quàm animalium. Meritò igitur terræ quoque antiquissimæ matrum, ac fœcundissimæ natura tanquam mammas dedit, amnium fluenta fontiumque, vt stirpes rigentur, & omnia animalia potum copiosum habeant.

33
Philo. Hebr.
u Gen. 2. 6.
Terra dicta mater omniũ que parens, Pandora.
Mulier in matris munere terrã imitatur matrẽ primam.
Flumina, ac fontes sunt tanquã terræ matris vbera.

Quoad vers. 15. Hæc primùm adde, quæ apud Io. Cassianum Collatione 24. cap. 24. Abraham Abbas sic loquutus est. Quod ergo iugi dominici mirifica suauitas amara sentitur, quid est, nisi quia eam auersionis nostræ amaritudo corrumpit? Quod diuini oneris tam iucunda leuitas ingrauescit, quid est, nisi quia eum, à quo sustinebatur contumaci præsumptione contemnimus, quippe cùm euidenter idipsum Scriptura testetur, dicens: [x] *Nam si ambularent semitas rectas, inuenissent vtique semitas iustitiæ leues?* Nos, inquam, nos esse manifestum est, qui semitas Domini rectas ac leues, prauis, durisque desideriorum cautibus asperamus, quia viam regiã Apostolicis, ac Propheticis silicibus communitam, sanctorumque omnium, atque ipsius Domini vestigiis complanatam, amentissimè deserentes, deuia quæque, ac dumosa sectamur, & præsentium oblectationum illecebris obcæcati, per obscuros, impeditosque vitiorum sensibus calles, laceratis cruribus,

34
Ioan. Cassia.
Iugi eorũ, que Christi amaritudo, & grauitas à nobis.
x Prou. 2. 7. Sec. Sept.
Via Christi viaque peccatoris, propter quàm illa relinquitur, quales sint.

bus, & dirupta illa nuptiali veſte reptamus, non modò acutiſſimis veprium aculeis confingendi, ſed etiam virulentorum ſerpentum, vel ſcorpionum illic latitantium ictibus proſternendi. [a] *Tribuli, enim, & laquei in viis prauis, qui autem timet Dominum abſtinebit ab eis.* De talibus & alibi Dominus per Prophetam: *Oblitus eſt mei, inquit, populus meus, fruſtrà libantes, & impingentes in viis ſuis, in ſemitis ſæculi, vt ambularent per eas in itinere non trito.* [b] Viæ enim, ſecundùm ſententiam Salomonis, nihil operantium, *ſtratæ ſunt ſpinis, fortium verò tritæ ſunt:* & ita ab itinere regio deuiantes, ad illam metropolim, vbi noſter curſus indeclinabiliter ſemper debet eſſe directus, non poterunt peruenire. Quod etiam Eccleſiaſtes ſatis ſignificanter expreſſit: [c] *Labor, inquiens, ſtultorum affliget eos, qui non nouerunt ire in ciuitatem;* illam ſcilicet [d] Ieruſalem cæleſtem, quæ eſt mater omnium noſtrûm.

a Prou. 22. 5. Sec. Sep.

Ierem. 18. *A via Dei deuiare quid ſit.*

b Prou. 15. 19. Sec Sept.

c Ecc. 10. 15. Sec. Sept.

d Gal. 4. 26.

Bachiarius epiſtolâ ad Ianuarium. Tom. 3. Bibliot. Vet. Patrum Memento frater, quòd caro ſumus. Mare illud, id eſt, forma Baptiſmi, quod B. Ioannes Apoc. [e] vidiſſe ſe dicit, vitreum fuiſſe deſcripſit; & ideo in nobis citò periclitatur, aut frangitur. Lubrica via eſt ſæculi hujus glaciali iniquitate conſtricta, quam cum immodicæ concupiſcentiæ calor ſoluerit, facilis eſt ad lapſum, ruinamque miſerorum.

S. Bachiarius *Baptiſmus mare vitreū, quia eius gratia citò in nobis periclitatur.*

e Apoc. 4. 6. *Via ſæculi quomodo lubrica.*

Iſidorus Hiſpalenſis lib. de Gentium vocatione cap. 12. affert locum iſtum in comprobationem, quòd Iudæi iuxta ſpem ſuam numquam reparabuntur.

Iſid. Hiſpal. *Iudæorum excidium irreparabile.*

CATENA GRÆCA EX VETERIBVS PATRIBVS GRÆCIS.

Καὶ εἶπαν.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἀναιδῶς ἐφθέγξαντο λέγοντες ἰσχυρῶς ἐπιμένωμεν, οἷς πράττομεν.

Ὀλυμπιοδώρου.] σὺ λέγεις φησὶν, ὅτι ἀποστραφέντες ἀπὸ τῶν καλῶν ἔργων, ἠκολουθήσαμεν τοῖς φαύλοις. ὀπίσω αὐτῶν τῶν φαύλων ἀκολουθήσωμεν.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τί τούτου γένοιτ' ἂν χεῖρον.

[παρθένος.]

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] τὴν ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησίαν πρὸς τὸν θεὸν ἐπιστρέφουσαν, παρθένον καλεῖ τοῦ Ἰσραήλ.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὥσπερ ἐκεῖνα ἀνάγκη εἶναι, οὕτω καὶ ὑμᾶς ἀνάγκη. καὶ πολλῷ μᾶλλον τῶν φυσικῶν, τοῦτο ἀναγκαιότερον ἦν, καὶ οὐκ ἐνῆν τε διαπεσεῖν.

[Μὴ ἐκλείψωσιν.]

Σεβήρου ἐκ τῆς πρὸς σέργιον ἐπίσκοπον ἐπιστολῆς.

Πέτρα, ὁ Χριστὸς, μαστοὶ δὲ, οἱ ἐκεῖθεν ἕλκοντες τὸ πότιμον νᾶμα διδάσκαλοι, καὶ εἰς ἡμᾶς παραπέμποντες, καὶ τὰς τῶν αἱρετικῶν δυσώδεις αἱρεσιλογίας καταklύζοντες, καὶ ἐξωθοῦντες εἰς τὴν θάλασσαν τὴν ἐσχάτην. ἔνθα φησὶν Ἰωὴλ ὁ προφήτης, τοῦ ἀπὸ Βορρᾶ φυσῶντος διαβόλου τὴν σαπρίαν ἐξώθησε χριστὸς διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, καὶ || φανερὰν πᾶσι κατέστησε τοῖς ἔθνεσι, τοῖς ὑπ' αὐτοῦ πλανηθεῖσι, καὶ εἰς εἰδωλολατρείαν μετατεθεῖσι τὸ σέβας τῆς τοῦ Θεοῦ προσκυνήσεως.

|| φανερὸν.

Θεοδωρήτου.] αἱ πηγαὶ ἀπαύστως ἀναβλύζουσιν. ὁ λίβανος ἔχει τὴν χιόνα διηνεκῶς. τὸ ῥύμη φερόμενον. ὕδωρ τετριμμένην ὁδὸν ὁδεύει. οὗτοι δὲ τοῦ νόμου κατέλιπον τὴν ὁδόν. καὶ τὰς ἐμὰς ἐντολὰς. ὡς ἑξῆς ἐπενήνοχεν.

Ὀλυμπιοδώρου.] Πέτρα, ὁ χριστὸς, μαστοὶ δὲ ὁ τρόφιμος λόγος. χιὼν δὲ, ἡ τῶν ἁμαρτημάτων κάθαρσις. νοοῦνται δὲ μαστοὶ καὶ ἡ νέα, καὶ ἡ παλαιὰ διαθήκη. μή τι οὖν ἐνέλειψα εὖ ποιῶν αὐτοῖς, καὶ διατρέφων αὐτῶν τὰς ψυχάς.

[Μὴ ἐκκλινεῖ.]

Ὀλυμ

Verſ. 12. Et dixerunt Confortabimur, quia poſt auerſiones, &c.)

35

Olympiodori.] *Petulanter loquuti ſunt, enixè perſiſtemus in his quæ agimus.*

Olympiodori.] *Tu, inquit, nos à bonis operibus auerſos praua ſectatos eſſe ais, & nos mala ipſa ſequemur.*

Olympiod. *Impœnitentia peccatoris imprudentia, & peruicia.*

Chryſoſtomi.] *Quid hoc fuerit deterius?*

Verſ. 13. (*Quæ fecit nimis Virgo Iſrael.*)

Incerti.] *Illa quæ eſt ex Gentibus Eccleſia quæ ad Deum conuertitur, Virginem Iſrael vocat.*

Incertus. *Eccleſia Gentium dicta Virgo Iſrael.*

Chryſoſtomi.] *Sicuti illa neceſſe eſt eſſe, ſic & vos; imò rebus naturalibus hoc magis neceſſarium erat, nec fieri poteſt vt aliter eſſet.*

Chryſoſt. *Obſtinati peccatoris malitia comparata rebus naturalibus indeficientibus.*

Verſ. 14. (*Numquid deficient.*)

Seueri ex ea quam ad Sergium Epiſcopum miſit epiſtola.

36

Petra Chriſtus eſt; vbera verò Doctores, qui aquam inde hauriunt potu aptam, & ad nos tranſmittunt, & fœtidas Hæreticorum excogitationes aquis demergunt, & in extremum proiciunt mare. Vnde ſicut ait [f] Ioel Propheta, ab Aquilone ſufflantis Diaboli putredinem expulit Chriſtus per ſacrum Baptiſma, omnibuſque gentibus palàm fecit quâ ab eo in errorem abductæ fuerant, & in idololatriam lapſæ, cultum adorationis Dei.

Seuerus. *Doctores Sancti ſunt vbera Chriſti vt petræ.*

f Ioel. 2. 20. *Per Baptiſmū quæ nam Gentibus collata.*

(*Nunquid deficient de petra, &c.*)

Theodoreti.] *Fontes perennem aquam effundunt. Libanus perpetuâ operitur niue, quæ vi feruntur aquæ, tritâ viâ defluunt: hi verò legis iter reliquerunt & præcepta mea, vt in ſequentibus addidit, deſeruerunt.*

Theodorit. *Fontes perennes appellati vbera petra indeficientia.* *Peccator es quā deterioris conditionis ſint quàm vel inanimata.*

Olympiodori.] *Petra Chriſtus eſt; vbera ſermo nutriens; nix peccatorum purgatio. Intelligi etiam poſſunt per Vbera & nouum, & vetus teſtamentum. An igitur in quoquam defeci ad benefaciendum illis, & nutriendas eorum animas?*

Olympiod. *Vbera Chriſti petra ſermo aptus ad nutriendum; Et duo teſtamēta.*

(*Numquid declinabit aqua violenter ſublata vento.*)

37

Olym

Ὀλυμπιοδώρου.] τί δέ φησιν, οὐκ εἰσὶν ἐν τῷ δὲ τῷ βίῳ κλυδωνιζόμενοι, ὥσπερ ὕδωρ ὑπὸ βιαίου ἀνέμου φερόμενον; καὶ ὅμως οὔτε τὰς ἐμὰς εὐεργεσίας ἐλογίσαντο, οὔτε τοῦ παρόντος βίου τὸ ἄστατον. ἀλλ' οὕτως εἰσὶ ἐν τούτῳ τῷ βίῳ πορευόμενοι, καὶ τὴν ἀνώμαλον τοῦ βίου βαδίζοντες πορείαν ὡς νομίζοντες, ὅτι τὸν αἰῶνα ἐνταῦθα μένουσι. διὸ καὶ ἀσθενήσουσιν, ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν, εἰς μάτην θυμιῶντες Θεῷ μετὰ φαύλης γνώμης. τρίβους δὲ καὶ σχοίνους, τὸ αὐτό φησιν, ἀντὶ τοῦ, τὰς ὁδούς.

[ὅτι ἐπελάθοντό μου.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐχ ὡς ἐκεῖνα θαυμαστὰ εἰ παρέβη ὡς ταῦτα. ὅταν γὰρ μηδὲν κέρδος ᾖ ἀπὸ τῆς ἀποστάσεως, πῶς οὐ θαυμαστόν.

|| ἴσ. ὑπόσιν ἐκ.

[σχοίνους.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] διὰ τοῦτο καὶ σωματικῶς αὐτοῖς συνέβη τοιαύτην ὁδεύσαι ὁδὸν ἄβατον, καὶ τραχεῖαν, ὡς πάντας κινεῖν κεφαλὰς αὐτῶν. ὅταν γὰρ μεγάλα ᾖ τὰ δεινά, οὐδὲ λόγῳ παριστῶμεν αὐτά, ἀλλὰ συριγμῷ καὶ κινήσει κεφαλῆς.

Ὠριγένους.] ἡ σχοῖνος ὁδοῦ μέτρον ἐστὶ παρ' Αἰγυπτίοις καὶ Πέρσαις. εἴρηται καὶ ἐν ψαλμοῖς, τὴν τρίβον μου καὶ τὴν σχοῖνόν μου σὺ ἐξιχνίασας. τῶν δὲ σχοίνων νόει τὰς μὲν αἰωνίους, τὰς πρὸς καιρόν. Ὁ μὲν γὰρ κοσμικὸς πρόσκαιρον σχοῖνον ὁδεύει, περὶ δοξάρια καὶ πλούτους, καὶ τὰ κάτω πράγματα. ὁ δὲ ὁδεύων τὸν εἰπόντα, ἐγώ εἰμι ἡ ὁδός, σχοίνους αἰωνίους ὁδεύει. καὶ ἔστιν αἰώνιος, μὴ σκοπῶν τὰ πρόσκαιρα, ἀλλὰ τὰ αἰώνια. ὁδεύει δέ, ἕως οὗ ἔλθῃ ἐπὶ τὸ τέλος τούτων τῶν σχοινίων. τὸν λιμένα τὸν παρὰ τῷ Θεῷ.

[Τοῦ τάξαι τὴν γῆν.]

Βίκτωρος.] τῶν ἐκπιπτόντων τῆς θεοσεβείας ἡ γῆ ἀφανισθήσεται τοσοῦτον, ὥστε τοὺς δι' αὐτῆς πορευομένους ὑπὸ δέους τε καὶ ἐκ πλήξεως ἀφώνους μὲν γίνεσθαι, ἄσημον δὲ ἦχον ἐκπέμπειν σὺν ἀνατάσει καὶ κινήσει δακτύλου τὴν ἐρημίαν, ἐκπληττομένους, καὶ τὰς ἑαυτῶν κινοῦντας κεφαλὰς λογιζομένους τῆς τε πρώην εὐημερίας τὸ πλάτος, καὶ τῆς νῦν κρατούσης ἀπωλείας τὸ μέγεθος.

[καὶ σύριγμα.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ὅτι θαυμάζοντες ἢ χλευάζοντες οἱ ἄνθρωποι, συρίζειν πεφύκασιν.

[ὡς ἄνεμον.]

Ὀλυμπιοδώρου.] πάντας ὁμοίως θλίψω· ὁ γὰρ καύσων ἄνεμος ἐπίσης ἅπαντας καταφλέγει.

Βίκτορος.] ἀνέμῳ καύσωνι ἀπείκασε πολλάκις τὸν Βαβυλώνιον· ἢ καὶ τόν, οὗ τύπος ἐστί, διάβολον. αὐτὸς γὰρ ἐστι καὶ ὁ σκορπίζων κατὰ τό, ὁ μὴ συνάγων μετ' ἐμοῦ σκορπίζει. διό φησιν ἡ παροιμία, διεσώθη ἀπὸ καύματος υἱὸς νοήμων. ἀνεμόφθορος δὲ γίνεται ἐν ἀμητῷ υἱὸς παράνομος. λέγει δὲ διὰ Μωυσέως, εἶπα διασπερῶ αὐτούς· οὐκ αὐτὸς ἐνεργῶν, ἀλλὰ τῆς ἑαυτοῦ ποιῶν σκέπης ἐρήμους. ἐξ οὗ γίνεται τὸ ὑπὸ τοῦ διαβόλου καὶ τῶν ἐχθρῶν αἰσθητῶν διασπείρεσθαι. οἱ δὲ μακρύνοντες ἑαυτοὺς θεοῦ αἴτιοι γίνονται, τοῦ μὴ σκιαζομένοις ὑπ' αὐτοῦ ὑπὸ τοῦ καύσωνος βλάπτεσθαι.

Ὀλυμπιο

A Olympiodori.] *Quid hoc ait? nomen sunt in hac vita qui velut aqua ventorum vi sæuiens æstu agitentur? & tamen neque mea beneficia cogitarunt, neque vitæ huius instabilitatem, sed vitam hanc ita degunt, & inæquale iter faciunt, quasi putantes, toto sæculo se hic victuros. Quapropter* & infirmabuntur in viis ipsorũ frustra Deo iniquâ mente sufficientes, *Semitas verò funiculosque pro eodẽ ponit, ac si diceret vias.*

Olympiod. *Peccatores Deo ingrati iuxta fluxum mundanorum suum perficiunt iter Dei viâ relictâ. Funiculorum voce designata via.*

38

Vers. 15. (*Quia obliti sunt mei.*)

B Chrysostomi.] *Non sic illa admiranda sunt, si aliter fiant, vt ista. Quando enim ex rebellione nullum oritur lucrum, quis non miretur.*

Chrysost. *Rebellari quæ à Deo ad fluxa ista mundana maximè admirandum.*

Vers. 15. (*Infirmabuntur in viis suis, &c.*)

Vers. 16. (*Ad ponendum terram suam in desolationem, & sibilum sempiternum.*)

Chrysostomi.] *Propter hoc illis & corporaliter euenit: tale iter fecerunt inaccessum, & asperum, vt omnes mouerent caput suum. Cùm enim mala sunt grauia, non sermone illa exprimimus,* C *sed sibilo, motuq́; capitis.*

Chrysost. *Mundani iter asperum, & inaccessum, relictâ Dei Viâ, peragẽtes in ea deueniunt mala, quibus omnes commoueantur ad stuporem.*

Vers. 15. (*Et infirmabuntur, &c.*)

Origenis.] *Funiculus apud Aegyptios, Persasque, mensura itineris est, dictum est & in Psalmis,* [a] Semitam meam & funiculum meum tu inuestigasti *funiculorum verò, hos quidem perpetuos, hos verò temporaneos intellige. Nam mundo deditus momentaneum iter peragit, gloriolas diuitiasque, & terrena quærens, qui verò perambulat cum qui dixit;* [b] ego sum via, *per* D *funiculos sempiternos iter habet, & est sempiternus, non intuens ad momentanea, sed ad sempiterna: tenet verò iter, quo vsque perueniat ad finẽ horũ funiculorum, portũ, nempe qui Deo coniungit.*

Origenes. *Funiculis mensurabantur antiquitus via.*
a Psal. 138. 3
Via mundi momentanea, si mundana ea sunt, ad quæ tenditur. Via Spiritus dicta funiculus sempiternus, quia sempiternus est & Christus via ipsa.
b Ioan. 14. 6.

39

Vers. 16. (*Ad ponendum terram suam in desolationem, &c.*)

Victoris.] *Eorum qui à pietate excidunt terra desolabitur, ita vt qui per eam transeunt præ timore & stupore, vocem amittant, & inconcinnum sonum edant, erectione motus digiti desolationem stupentes, suaq́; capita mouentes recogitantes prioris fælicitatis amplitudinem, & præsentis excidij* E *magnitudinem.* (Et sibilum sempiternum.)

Victor. *Religione pietateq́; vel deficientium quàm magna esse soleat ruina.*

Olympiodori.] *Quoniam vel admirantes, vel illudentes homines sibilum edere solent.*

Olympiod. *Sibilus vel ad admirationẽ, vel ad improperium fieri solitus.*

40

Vers. 17. (*Sicut ventum vrentem, &c.*)

Olympiodori.] *Omnes æquè affligam. Ventus enim vrens æquè omnes exurit.*

Olympiod. *Impiis omnibus pœnam infert Deus.*

Victoris.] *Vento vrenti sæpe Babylonium assimilauit, vel etiam diabolum, cuius ille Typus est, ipse enim est & qui disperdit; quò spectat illud,* [c] F Qui non colligit mecum, disperdit, *quare & prouerbio dicitur,* [d] Saluatus est ab æstu filius prudens, corrũpitur verò à vento tempore messis filius impius. *Dicit verò per Moysem,* [e] Dixi disperdam eos; *non ipse efficiens, sed suâ illos protectione non contegens ex quo fit, vt à Diabolo & corporeis aduersariis dispergantur. Qui verò se à Deo elongant causa sunt, vt vmbra illius destituti æstu lædantur.*

Victor. *Venti vrentis metaphorâ designatus diabolus & quomodo hoc vento Deus disperdat peccatores: Vt deserat nos Deus ex nobis est.*
c Luc. 11. 23.
d Prou. 10. 5. Sec. Sept.
e Gen. 6. 13.
Deseri à Deo quid sit.

Vers,

Ὀλυμπιοδώρου. ἴδιον τῶν αἰχμαλώτων τὸ κύπτειν εἰς γῆν, ὡς αὐχένα δείκνυσθαι μᾶλλον ἢ πρόσωπον. ἢ ὅτι τῶν ἀπεστραμμένων οὐ τὸ πρόσωπον, ἀλλὰ τὸν αὐχένα ὁρῶμεν. ὅπερ τοῦ Θεοῦ δηλοῖ τὴν ἀποστροφήν.

A

Verſ. 18. (*Dorſum, & non faciē oſtendam, &c.*)

Olympiodori.] *Proprium eſt captiuorum, humi vultum demittere, vt potiùs ceruicem, quàm faciem oſtendant. Vel quòd eorum qui ſunt auerſi, non faciem, ſed ceruicem videmus, quod indicat auerſionem à Deo.*

Olympiod. *Dorſi oſtenſio ſignum ſeruitutis, vel animi indignati.*

Primã iſtius Homiliæ partē habes ſupra in fine Catenæ Græcæ præcedentis ſectionis capitis iſtius 18.

Origenis Homiliæ Decimæ octauæ Codicis Græci Vaticani, & ſextæ ex octo quæ nunc primùm in Lucem prodeunt.

Εἰπὲ, δηλονότι τοῖς προτέροις. καὶ νῦν εἶπον πρὸς ἄνδρα Ἰούδα, καὶ πρὸς τοὺς κατοικοῦντας Ἱερουσαλὴμ οὕτω λέγει κύριος, ἰδοὺ ἐγὼ πλάσσω ἐφ' ὑμᾶς κακά. ὅτι ἐν τῇ χειρί μου ταῦτά ἐστιν, ἃ πλάσσω ἐφ' ὑμᾶς, δύναται διαπεσεῖν· ποιήσατε ταῦτα διαπεσεῖν ἀπὸ τῆς χειρός μου, ἵνα ἃ πλάσσω ἐφ' ὑμᾶς κακὰ μεταβάλλω καὶ ποιήσω ἀγαθά. οὐκ ἂν εὕροις, ἰδοὺ πλάσσω ἐφ' ὑμᾶς ἀγαθά, καὶ τὰ ἀνὰ λόγον αὐτῶν || λεγομένοις ἑξῆς, ἵνα μηκέτι ἐμφήνῃ, ὅτι ἃ πλάσσει ἀγαθὰ ἀπολύει ἀπὸ τῶν χειρῶν, ἵνα ποιήσῃ αὐτὰ κακά. ἀλλὰ πλάσσει κακά, κατὰ εἰρημένον παράδειγμα, καὶ πλάσσων κακὰ οἰκονομεῖ. χωρὶς τῆς ἑρμηνείας τῆς ἀποδεδομένης εἰς τὸ ἔπεσεν ἀπὸ τῶν χειρῶν μου. || ἵνα ἐὰν πέσῃ, καὶ τὸ τέλος τῶν πλασσομένων κακῶν οὐκ οἶδα ποταπὸν γίνηται. ἀποστραφήτω δὴ ἕκαστος ἀπὸ τῆς ὁδοῦ αὐτοῦ τῆς πονηρᾶς. καὶ καλλίονα ποιήσατε τὰ ἐπιτηδεύματα ὑμῶν. ἔσθ' ὅτε οἱ ἀκεραιότεροι λέγουσι μακάριοι οἱ παλαιότεροι ἄνθρωποι, ὅτι ἤκουσαν τοῦ κυρίου διὰ τοῦ προφήτου λέγοντος; καὶ ἐλάλησεν αὐτοῖς κύριος. καὶ ὡς || λέγει νῦν κύριος διὰ τῶν γεγραμμένων τὸ ἀποστραφήτωσαν ἕκαστος ἀπὸ τῆς ὁδοῦ αὐτοῦ τῆς πονηρᾶς, αὐτὸς ὁ κύριος διαλέγεταί σοι φάσκων, καὶ καλλίονα ποιήσατε τὰ ἐπιτηδεύματα ὑμῶν. ἀλλ' ἀπεκρίναντο οὗτοι, πρὸς οὓς οἱ προτρεπτικοὶ περὶ μετανοίας εἴρηνται λόγοι. καὶ ἴδωμεν τί ἀπεκρίναντο, ἵνα μὴ καὶ ἡμεῖς τοιαῦτα ἀποκρινώμεθα. τί οὖν ἀποκρινόμενοι λέγουσιν; ἀνδριούμεθα, ὅτι ὀπίσω τῶν ἀποστροφῶν ἡμῶν πορευσόμεθα. καὶ ἕκαστος τὰ ἀρεστὰ τῆς καρδίας αὐτοῦ τῆς πονηρᾶς ποιήσωμεν. κἂν μὴ ταῖς λέξεσιν εἴπητε, ὁ δὲ βίος ὑμῶν τοιοῦτος ᾖ ὡς ἁμαρτάνειν, δυνάμει || λέγεται καὶ ὑμεῖς διὰ τῶν πονηρῶν πράξεων μετὰ τοὺς προτρεπτικοὺς λόγους τὸ ἀνδριούμεθα, ὅτι ὀπίσω τῶν ἀποστροφῶν ἡμῶν πορευσόμεθα, καὶ ἕκαστος τὰ ἀρεστὰ τῆς καρδίας αὐτοῦ τῆς πονηρᾶς ποιήσομεν. τί δέ ἐστιν, ὀπίσω τῶν ἀποστροφῶν ἡμῶν πορευσόμεθα; οἱ ἀρξάμενοι βάλλειν ἐπ' ἄροτρον τὴν χεῖρα, καὶ τοῖς ἔμπροσθεν ἐπεκτεινόμενοι ἐν τῇ γεωργίᾳ, τῶν δὲ ὄπισθεν ἐπιλανθανόμενοι, ἀπεστράφησαν τὰ φαῦλα. ἐπὰν οὖν τις βαλὼν ἐπ' ἄροτρον τὴν χεῖρα στραφῇ εἰς τὰ ὀπίσω, ὀπίσω τῶν ἀποστροφῶν αὐτοῦ πορεύεται· ὀπίσω γὰρ πορεύεται ἐκείνων, ἃ ἀπεστράφη, καὶ παλινδρομεῖ ἐπ' ἐκεῖνα ἃ καταλέλοιπεν ἁμαρτήματα. καὶ τῶν ἀκουόντων οὖν ταῦτα, εἴτε κατηχουμένων καταλιπόντων τὸν ἐθνικὸν

|| λεγόμενα.

|| ἦτα.

|| ἴσ. ὁμοίως λέγων.

|| ἴσ. λέγετε.

B

41

Verſ. 11.

Dic, inquit, videlicet primatibus: *Et nunc dic ad viros Iuda & ad habitatores Ieruſalem, ſic dicit Dominus. Ecce ego fingo ſuper vos mala.* Quoniam in manu mea hæc ſunt, quæ fingo contra vos poſſunt cadere; curate, vt cadant è manu mea, vt quæ fingo contra vos mala mutem, & faciam bona. Haud inuenies dictum. (*Ecce fingo contra vos bona,*) & quæ proportione dicēda ſequuntur; vt poſtea oſtenderet, ea quæ fingit bona, dimittere ſe è manibus, vt ea faceret mala. Verùm fingit mala, iuxta exemplum traditum; fingenſque mala diſpenſatione vtitur præter eam, quam in illud. *Cecidit è manibus meis,* tradidimus interpretationem.

C

Mala quæ Deus fingere contra nos aſſerit, cadere è manibus illius dicūtur, cùm mutatur eorum ſententia, iiſque irritis, exhibentur bona. Mala in nos cùm infert Deus, dimittit quæ in manibus ſuis habebat pro nobis bona.

42

Deinde ſi ceciderit finis malorum, quæ effinguntur, qualis futurus ſit ignoro, norim. (*Auertatur nunc vnuſquiſque à via ſua mala, & meliora facite ſtudia veſtra.*) Interdum ſimpliciores dicunt, Beati qui olim fuēre; Quod audierint Dominum per Prophetam dicentem, & loquutus eſt eis Dominus, & nunc ſimiliter per ſcripta loquitur Dominus. (*Auertatur vnuſquiſque à via ſua mala,*) idem ipſe Dominus te compellat, inquiēs, (*Et meliora facite ſtudia veſtra.*) At reſponderunt hi, ad quos cohortationes ad pœnitentiam habitæ ſunt: & videamus quid reſponderunt, ne eadem & nos reſpondeamus. Quid igitur reſpondentes dicunt? (*Confortabimur, quia poſt auerſiones noſtras ibimus, & vnuſquiſque placita ſui cordis mali faciemus.*) Quòd ſi verbis id non expreſſeritis, vita verò veſtra eiuſmodi ſit, vt peccetis, perinde & vos per praua opera poſt cohortationis ſermones dicitis. (*Confortabimur, quia poſt auerſiones noſtras ibimus, & vnuſquiſque placita cordis ſui praui faciemus.*) Quid porrò illud eſt. (*poſt auerſiones noſtras ibimus?*) Qui [a] manum ad aratrum ponere cœperunt, & in arando ad ea quæ præ oculis habent cōtendunt, quæ autem retro ſunt obliuiſcuntur, auerſati ſunt mala. Quum verò quis ad aratrum manum poſuerit, ſi retro cōuerſus fuerit, poſt auerſiones ſuas graditur; Etenim poſt ea vadit, à quibus iam ſe auertit, retroceditque ad ea quæ iam deſeruerat peccata. Ergo hæc etiam audientium, ſiue illi inter Catechumenos enumerentur, relicto viuendi Gentilium inſtituto; ſiue fideles ſint, qui iam ad vlteriora contendentes fecerunt progreſſus,

D

E

F

Verſ. 11.

Prophetarum verbis & nos alloquitur Deus.

Impœnitentes quid & nunc Dei reſpondeant monitis.

Verſ. 12.

Recidiuans in peccata dicitur ire poſt auerſiones ſuas.

Poſt auerſiones ſuas aliquem ire quid ſit.

a Luc. 9. 62.

κὸν βίον, εἴτε πισῶν ἤδη πεπεκεκοφότων ἐν τῷ A τῆς ἔμπροσθεν ἐπεκλείνετο, εἰ ὁ βίος γίνεται μοχθηρὸς, οὐδὲν ἄλλο λέγουσιν. ἢ ὀπίσω τῶν ἀποστροφῶν ἡμῶν πορευσόμεθα, καὶ ἕκαστος τὰ ἀρεστὰ τῆς καρδίας αὐτοῦ, οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ τῆς πονηρᾶς, ποιήσομεν. ἔστι γὰρ καρδία πονηρὰ, καὶ ἔστι καρδία ἀγαθή. μηδεὶς οὖν ὀπίσω τῶν ἀποστροφῶν ἑαυτοῦ πορευέσθω, μηδὲ τὰ ἀρεστὰ τῆς καρδίας αὐτοῦ τῆς πονηρᾶς ποιείτω. διὰ τοῦτο πρὸς τὸν ταῦτα ἀποκρινομένους λέγει κύριος· ἐρωτήσατε δὴ ἐν ἔθνεσι τίς ἤκουσε τοιαῦτα φρικτὰ, ἃ B ἐποίησε σφόδρα παρθένος Ἰσραήλ. δόξει δὲ καὶ ταῦτα ἁπλῶς εἰρῆσθαι. ἀλλ' ἐὰν ἡ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ἐκκλησία ὃν δὴ τρόπον ἐπιστραφεῖσα πρὸς τὸν θεὸν, || λεχθήσεται [ἐρωτήσατε δὴ ἐν ἔθνεσιν,] ἀκούσατε || ἃ ἐποίησε φρικτὰ σφόδρα παρθένος Ἰσραήλ. βίον γὰρ συγκρίνωμεν ἐκείνων τῶν ἡμαρτηκότων τῷ βίῳ τῶν ἐπιστρεψάντων καὶ πιστευσάντων, καὶ εἰσόμεθα, ὅτι ἐκεῖνοι μὲν φρικτὰ πεποιήκασι, τὸν κύριον τῆς δόξης ἀποκτείναντες, οὗτοι δὲ ἐκείνων φρικτὰ ποιησάντων ἐπιστρεψαν πρὸς αὐτὸν, ὑπὲρ τῶν ἁμαρτημάτων τοῦ κόσμου C ὑπ' ἐκείνων ἀναιρεθέντα, καὶ ἀποθανόντα. ἐρωτήσατε οὖν ἐν ἔθνεσι, τίς ἤκουσε τοιαῦτα φρικτὰ, ἃ ἐποίησε σφόδρα παρθένος Ἰσραήλ; μὴ ἐκλείψουσιν ἀπὸ πέτρας μαστοί; ἢ χιὼν ἀπὸ τοῦ Λιβάνου; ἢ ἐκκλινεῖ ὕδωρ βιαίως ἀνέμῳ φερόμενον, ὅτι ἐπελάθετό μου. εἰς κενὸν ἐθυμίασαν, καὶ ἀσθενήσουσιν ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν σχοίνους αἰωνίους τοῦ ἐπιβῆναι τρίβους οὐκ ἔχοντας ὁδὸν εἰς πορείαν. τοῦ τάξαι τὴν γῆν αὐτῶν εἰς ἀφανισμὸν, καὶ σύριγμα αἰώνιον. διαφορὰς ὑδάτων ἐνταῦθα εἴρηκε, D πρῶτον μὲν ἐν τῷ μὴ ἐκλείψουσιν ἀπὸ πέτρας μαστοί; δεύτερον δὲ, ἢ χιὼν ἀπὸ Λιβάνου; τρίτον δὲ ἐν τῷ, μὴ ἐκκλινεῖ ὕδωρ βιαίως ἀεὶ φερόμενον; ταῦτα τὰ τρία εἴδη τῶν ὑδάτων, αἱ πηγαί εἰσι τῶν ὑδάτων, ἃς ἐπιποθεῖ ἡ ὡμοιωμένη τῇ ἐλάφῳ ψυχὴ τῶν δικαίων. ὡς ἂν ἕκαστον εἰπεῖν ὃν τρόπον ἐπιποθεῖ ἡ ἔλαφος ἐπὶ τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων, οὕτως ἐπιποθεῖ ἡ ψυχή μου πρὸς σὲ ὁ θεός. τίς οὖν ἔλαφος γεγένηται πολέμιος τῷ τῶν ὄφεων γένει, μηδὲν πάσχων ὑπὸ τοῦ ἰοῦ αὐτῶν, ὡς ἱστορεῖται περὶ E τῆς ἐλάφου, τίς οὕτως ἐδίψησε θεὸν, ὥστ' ἂν εἰπεῖν ἐδίψησεν ἡ ψυχή μου πρὸς τὸν θεὸν τὸν ζῶντα; τίς οὕτως ἐδίψησεν τοὺς μαστοὺς τῆς πέτρας, ἡ δὲ πέτρα ἦν ὁ χριστός; τίς οὕτως ἐδίψησεν ἁγίου πνεύματος, ὥστ' ἂν εἰπεῖν ὃν τρόπον ἐπιποθεῖ ἡ ἔλαφος ἐπὶ τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων, οὕτως ἐπιποθεῖ ἡ ψυχή μου πρὸς σὲ ὁ θεός; ἐὰν μὴ τὰς τρεῖς πηγὰς τῶν ὑδάτων εὑρήσωμεν, οὐδεμίαν πηγὴν τῶν ὑδάτων εὑρήσωμεν. ἔδοξαν δεδιψηκέναι μιᾶς πηγῆς τῶν ὑδάτων τοῦ θεοῦ Ἰουδαῖοι· ἐπεὶ δὲ οὐκ ἐδίψησαν τὸν F χριστὸν καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα, οὐκ ἔχουσι πιεῖν οὐδὲ ἀπὸ τοῦ θεοῦ. ἔδοξαν δεδιψηκέναι οἱ ἀπὸ τῶν αἱρέσεων χριστὸν Ἰησοῦν, ἀλλ' ἐπεὶ οὐκ ἐδίψησαν τὸν πατέρα, ὄντα νόμου καὶ προφητῶν θεὸν, διὰ τοῦτο οὐ πίνουσιν οὐδὲ ἀπὸ Ἰησοῦ χριστοῦ. οἱ δὲ ἕνα μὲν τηροῦντες θεὸν, ἐξουθενοῦντες δὲ τὰς προφητείας, οὐκ ἐδίψησαν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ ἐν τοῖς προφήταις. διὰ τοῦτο οὐ πίονται οὐδὲ ἀπὸ τῆς πηγῆς τῆς πατρικῆς,

|| *in* λεχθῆ. || *in* ἀκούσατε.

progressus, si vita praua sit, nihil aliud dicũt, quàm (*Et post auersiones nostras ibimus, & vnusquisque placita cordis sui.*) nõ simpliciter, sed praui *faciemus*. Est etenim cor prauũ, & cor probum. Nemo igitur post auersiones suas eat, neq; placita cordis sui praui operetur. Propterea ad similia respondẽtes Dominus inquit (*Interrogate nunc in gentibus. Quis audiuit talia horribilia, quæ fecit nimis Virgo Israel?*) Hæc item simpliciter fuisse prolata videbuntur; Verùm si dicatur modus, quo Gentium Ecclesia ad Deum conuersa est, audietis quæ fecit horribilia nimis virgo Israel: Conferamus enim vitam eorum qui peccarunt cum vita eorum, qui conuersi sunt, & sciemus, illos quidem horribilia patrasse, Dominum gloriæ interimendo; hos verò, cùm illi horribilia fecissent, ad eum conuersos fuisse, pro peccatis mundi ab illis neci rraditum, & vita functum. (*Interrogate itaque in Gentibus, Quis audiuit talia horribilia, quæ fecit nimis Virgo Israel?*)

43 Vers. 13.

Iudaici populi collatio cũ populo Gentili conuerso ad Christi fidem.

Christi in nece Iudæi fecerunt horribilia.

Nunquid deficient de Petra vbera? aut nix de Libano? Nunquid declinabit aqua violenter sursum lata? quia obliti sunt mei populus meus. In vacuum adoleuerunt, & infirmabuntur in viis suis, funiculos sempiternos, ad conscendendum semitas, non habentes viam ad iter, ad ponendam terram suam in desolationem, & sibilum sempiternum.) Differentias aquarum hîc posuit, vnam quidem in illo, (*Nunquid deficient de petra vbera*) alteram ibi, (aut nix de Libano.) Tertiam vbi dicit, (*Nunquid declinabit aqua violenter sursum lata?*) Tres hæ aquarum species, fontes aquarum sunt, quos iustorum anima Ceruo assimilata desiderat: vt quisque possit dicere. [a] *Quemadmodum desiderat Ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus.* Quis igitur Ceruus effectus est, Serpentum generi infensissimus, quique ex eorum veneno, vt historia tradit, detrimentum non capiat? Quis ita Deum sitiuit vt diceret. [b] *Sitiuit anima mea ad Deum viuentem?* Quis ita sitiuit vbera petræ, [c] *Petra autem erat Christus?* Quis adeo sitiuit spiritum Sanctum vt diceret, *Quemadmodum desiderat Ceruus ad fontes aquarum ita desiderat anima mea ad te Deus?* Ni tres hosce aquarũ fontes inuenerimus, nullum fontem aquarum inueniemus

44 Vers. 14. Vers. 15.

Vers. 16.

Aquarũ tres differentiæ.

Aquarũ spiritalium fontes desiderãt iusti.

a Psal. 41. 2.

Iustus Ceruo similis.

b Psal. 41. 3.

c 1. Cor. 10. 4.

Visi sunt vnum fontem aquarum Dei Iudæi sitire, sed qui Christum, & Spiritum Sanctũ non sitierant, neque ex Deo bibere possunt. Hæretici item Christum Iesum sitiisse visi sunt; sed cùm Patrem, qui legis Prophetarũque Deus est, nõ sitierint, ideo neque ex Iesu Christo bibunt. Qui tãdem vnum venerãtur Deum, Prophetarũ verò vaticinia contemnũt, Spiritum sanctũ qui in Prophetis est, non sitierunt: quapropter neque

45

Fontem viuũ Deum sitientes Iudæi, bibere ex eo nequeunt cùm Christum negant, & Spiritũ Sanctũ.

Hæretici non bibũt è Christo fonte vitæ, cùm Patrẽ nõ sitiunt qui legis, & Prophetarum est Deus.

E Fontibus Patre, ac filio non bibunt, fontem non sitientes Spiritum Sanctũ qui in Prophetis est.

κῆς, ὅτι ἀπὸ τοῦ κεκραγότος ἐν τῷ ἱερῷ καὶ εἰρηκότος. ἐάν τις διψῇ, ἐρχέσθω πρός με, καὶ πινέτω. οὐκ ἐκλείψουσιν οὖν ἀπὸ πέτρας μαστοί, ἀλλ᾽ ἐκεῖνοι ἐγκατέλιπον πηγὴν ὕδατος ζωῆς. οὐ πηγὴ ὕδατος ζωῆς ἐγκαταλέλοιπεν αὐτούς. καὶ γὰρ ἀπ᾽ οὐδενὸς Θεὸς μακρυνεῖ ἑαυτόν. ἀλλ᾽ οἱ μακρύνοντες ἑαυτοὺς ἀπ᾽ αὐτοῦ, ἀπολοῦνται. ἐγγίζει μᾶλλον ὁ θεὸς τισιν, καὶ ἀπαντᾷ τῷ ἐρχομένῳ πρὸς αὐτὸν ἡνίκα γοῦν ὁ υἱὸς ὁ καταφαγὼν τὴν οὐσίαν ἐπανῆλθεν, ἀπήντησεν αὐτῷ ὁ πατήρ. καὶ ἐπαγγέλλεται διὰ τῶν προφητῶν λέγων. ἐγγιῶ αὐτοῖς, ἢ ὁ χιτὼν τοῦ χρωτὸς ‖ αὐτοῦ. Θεὸς γάρ φησιν ἐγγίζων ἐγώ εἰμι, καὶ οὐχὶ θεὸς πόῤῥωθεν, λέγει κύριος. οὐκ ἐκλείψουσιν οὖν ἀπὸ πέτρας μαστοί, τὰ ὕδατα τοῦ ἰησοῦ. ἢ χιὼν ἀπὸ τοῦ λιβάνου, τὰ ὕδατα τὰ πατρικά. καὶ λίβανος γὰρ τὸ θυμίαμα ἱερὸν ἐστι κατὰ τὸν νόμον τοῦ θεοῦ, καὶ προσφέρεται ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον. λίβανος διαφανής, ἴσος ἴσῳ. καὶ ὁμώνυμον τὸ ὄρος τοῦτο τῷ λιβάνῳ. καὶ ἔστι χιὼν ἀπὸ τοῦ λιβάνου κατερχομένη, ὃν τρόπον τὸ ὕδωρ τοῦ ἁγίου πνεύματος. περὶ οὗ λέγεται. μὴ ἐκκλινεῖ ὕδωρ βιαίως φερόμενον, καὶ γὰρ ἄνω φέρεται. οὐκ ἐκκλινεῖ, οὐ φεύγει τὸ ὕδωρ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἀλλὰ ἕκαστος ἡμῶν ἁμαρτάνων αὐτὸς φυγὰς γίνεται τοῦ πιεῖν ἀπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος. ὅτι ἐπελάθετό μου ὁ λαός μου. εἰς κενὸν ἐθυμίασαν. πᾶς μὲν οὖν ὁ ἁμαρτάνων ἐπιλέλησται τοῦ θεοῦ. ὁ δὲ δίκαιος λέγει. ταῦτα πάντα ἦλθεν ἐφ᾽ ἡμᾶς, καὶ οὐκ ἐπελαθόμεθά σου, οὐ δὲ ἠδικήσαμεν ἐν τῇ διαθήκῃ σου. κἀκεῖνος δὲ ὁ λαὸς ὄντως ἐπελάθετο τοῦ θεοῦ, καὶ εἰς κενὸν ἐθυμίασε. τί δὲ τό, εἰς κενὸν ἐθυμίασαν, καταλογητέον. τὰ πρώην εἰρημένα εἰς τὸν ψαλμόν, ἐὰν ἀναλάβωμεν, νοήσομεν τί ἐστι τό, εἰς κενὸν ἐθυμίασαν. ἦν δὲ ἐν τῷ ψαλμῷ τοιοῦτον τι εἰρημένον. γενηθήτω ἡ προσευχή μου ὡς θυμίαμα ἐνώπιόν σου. οὐκοῦν ἡ προσευχή μου σύνθετος λεπτῆς καρδίας. ὅτε μὴ ‖ παχύνεται ἡ καρδία ἡμῶν, ἀναπεμπομένη γίνεται ὡς θυμίαμα ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, εἰ οὖν ἡ τοῦ δικαίου προσευχὴ θυμίαμά ἐστιν ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, ἡ τοῦ ἀδίκου προσευχὴ θυμίαμα μέν, τοιοῦτον δὲ θυμίαμα, ὥστ᾽ ἂν λεχθῆναι περὶ αὐτοῦ, καὶ τοῦ εὐχομένου ἀδίκου. εἰς κενὸν ἐθυμίασαν. οἷον περὶ ἰούδα γέγραπται. γενηθήτω ἡ προσευχὴ αὐτοῦ εἰς ἁμαρτίαν, ἐκεῖνος κατὰ τὸ προσεύχεσθαι εἰς κενὸν ἐθυμίασε. τίς δὲ ὁ εἰς κενὸν θυμιῶν, ἔτι μᾶλλον οὕτως κατανοήσωμεν. τρὶς τοῦ ἐνιαυτοῦ φησιν ὀφθήσεται πᾶν ἀρσενικόν σου ἐνώπιον κυρίου τοῦ θεοῦ σου. ᾧ εὐθέως ἐπιφέρεται. οὐκ ὀφθήσῃ ἐνώπιόν μου κενός. οὐκοῦν ‖ τῶν ἐρχομένων ὤφθη τὸ νοῦ τῆς γραφῆς, ὅσῳ ἐπιγίνεται ὀφθαλμῷ χωροῦντι τὴν σαφήνειαν τῶν ἱερῶν γραμμάτων ταῦτά μοι ἐν προοιμίῳ εἴρηται διεγείροντι, καὶ ἐγείροντί τι καὶ ἐμαυτὸν καὶ τοὺς ἀκούοντας ἐπὶ τὸ προσέχειν τοῖς ἀναγνωσθεῖσιν, ἵν᾽ αἰτήσωμεν ἐλθεῖν ἰησοῦν, καὶ ἐπιφανῆναι ἡμῖν καὶ διδάσκοντα νῦν ἡμᾶς τὰ ἐνταῦθα γεγραμμένα.

|| αὐτῶν.

|| ἴσ. τραχύνεται.

|| ἴσ. ἀπὸ τῶν ἐρχομ. ὤφθη ὁ νοῦς τῆς.

Reſiduum præſentis homiliæ habes infra poſt Catenã Græcam ſectionum 1. & 2. capitis 20.

A neque à paterno fonte bibent, neque ab eo, qui clamabat in templo dicebatque, [a] *Si quis ſitit veniat ad me, & bibat. Non deficiũt itaque è Petra vbera:* ſed illi fontem aquæ vitæ dereliquerunt. Non fons aquæ vitæ deſeruit eos: A nullo quippe Deus ſe ipſum elongat; ſed qui ſemet ipſos elongant ab eo, peribunt: appropinquat potiùs Deus quibuſdam; & ad ipſum tendenti occurrit. Quando itaque filius,[b] qui bona ſua abligurierat, rediit, occurrit illi pater, & per B Prophetas ſpondet dicens, [c] *Approximabo eis quaſi veſtimentũ corpori eorum.*[d] *Deus* quippe ait, *appropinquãs ego ſum, & non Deus à longe, ait Dominus. Non deficient* itaque *è petra vbera,* aquæ Ieſu, *(aut nix è Libano)* aquæ Paternæ. Etenim & thus incenſum ex lege Dei ſanctum eſt; & ad altare offertur thus luciduſſimum æqualis ponderis omnia & thus, λίβανος vno cum monte nomen habet: eſt præterea nix è Libano delabens, quemadmodum aqua Spiritus ſancti, de qua dicitur *(nunquid declinabit aqua violenter* C *ſublata, namque ſurſum fertur.)* Non declinabit, nõ fugit Spiritus ſancti aqua; ſed vnuſquiſque noſtrûm peccans ipſe fugitiuus fit, ne de Spiritu Sancto bibat; *(Quia obliti ſunt mei populus meus.) Fruſtra obtulerunt thus*: quicúmque peccat Dei ipſius obliuiſcitur: at iuſtus inquit, [e] *Hæc omnia venerunt ſuper nos, & non obliti ſumus tui, neque iniuſtitiam fecimus in teſtamento tuo:* at populus ille reuerâ; *Dei oblitus eſt, & in vacuum adoleuit.)* Illud porrò, *(In vacuum adoleuerunt:)* quid ſibi velit conſideremus. Si mente recolamus quę pridem in Pſalmum dicta ſunt, intellige- D mus quid ſit (in Vacuũ adoleuerunt.) Erat porrò verſiculus Pſalmi talis, [f] *Fiat oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo.* Itaque oratio mea compoſita eſt è ſimplici corde. Cum noſtrũ cor non induratur, fit vt aſcẽdens incenſum in conſpectu Dei. Igitur ſi iuſti oratio incẽſum eſt in conſpectu Dei, iniuſti oratio incenſum quidem, ſed tale erit, vt de eo, deque iniuſto preces effundente dici poſſit, *(In vacuum adoleuerunt:)* ſicuti de Iuda ſcriptum eſt, [g] *Fiat oratio eius* E *in peccatum,* ille in orando *in vacuum adoleuit.* Quis etiam ſit, qui in vanũ adolet, adhuc ſic magis intelligamus.[h] *Ter in anno,* ait, *apparebit omne maſculum ante faciem Domini Dei tui:* quibus ſtatim additur, *Neque apparebis in conſpectu meo vacuus.* Itaque ſenſum ſcripturæ capimus ab iis qui templum adibant; quem videt oculus expoſitionis ſacrarum literarum capax. Hæc præmij loco dicta ſunt mihi, memet excitanti & auditores vt lectionem attendamus; Vt Ieſum aduenire rogemus, qui nobis appareat, nunc quoque docens quæ ſcripta hîc ſunt.

a Ioan. 7. 37. Fõtis cæleſtis aquæ nulli deficiunt, ſed homines ſunt qui ab illis ſe elongãt, eaſque relinquunt.

Deus à nemine ſe elongat, quin potiùs ad ſe accedẽti obuius fit, & approximat.

b Luc. 15. 20.

c Ier. 13. 11.

d Ier. 23. 23. Sec. Sept.

Aqua Chriſti deſignata per vbera petræ.

Aqua Spiritus Sancti deſignata per niuem è Libano.

Libani appellatio communis & thuri, & monti.

Aquæ Spiritus Sancti nõ fugiunt, aut declinant à quoquam, ſed homines ab illis declinãt.

46

Obliuiſcitur Dei quiſquis peccatum admittit.

e Pſal. 43. 18.

Incenſũ adolere in vacuũ quid ſit.

f Pſal. 140. 2.

Oratio noſtra ſicut incẽſum in conſpectu Dei quando cor durũ non ſit, è quo compoſita ipſa eſt.

Oratio impij ſicut incẽſum quod in vacuũ adoletur.

g Pſ. 108. 7.

Oratio illa dicenda ſicut incenſũ quod in vacuum, adoletur, quæ eſt ab apparẽte in cõſpectu Dei vacuo.

h Deut 16. 16.

Capitis 18. à verſ. 18. vſque ad finem capitis. Sectio Tertia.

TEXTVS VVLGATÆ. A

18 ET dixerunt: Venite & cogitemus contra Ieremiam cogitationes: non enim peribit lex à Sacerdote, neque conſilium à ſapiente, nec ſermo à Propheta: venite, & percutiamus eum linguâ, & non attendamus ad omnes ſermones eius.

19 Attende Domine ad me, & audi vocem aduerſariorum meorum.

20 Numquid redditur pro bono malum, quia foderunt foueam animæ meæ? Recordare quod ſteterim in conſpectu tuo, vt loquerer pro eis bonum, & auerterem indignationem tuam ab eis. B

21 Propterea da filios eorum in famem, & deduc eos in manus gladij: fiant vxores eorum abſque liberis, & viduæ: & viri earum interficiantur morte: iuuenes eorum confodiantur gladio in prælio.

22 Audiatur clamor de domibus eorum: adduces enim ſuper eos latronem repentè: quia foderunt foueam vt caperent me, & laqueos abſconderunt pedibus meis.

23 Tu autem Domine ſcis omne conſilium eorum aduersùm me in mortem: ne propitiêris iniquitati eorum, & peccatum eorum à facie tua non deleatur: fiant corruentes in conſpectu tuo, in tempore furoris tui abutere eis. C

TEXTVS SEPTVAGINTA.

18 ET dixerunt: venite, & cogitemus ſuper Ieremiam cogitationem: non enim peribit lex à Sacerdote, neque conſilium à ſapiente, nec ſermo à Propheta. Venite, & percutiamus eum in lingua: & audiemus vniuerſos ſermones eius.

19 Exaudi me Domine, & exaudi vocem iuſtificationis meæ.

20 Si redduntur pro bonis mala; quia colloquuti ſunt verba contra animam meam, & punitionem ſuam occultarunt mihi? Recordare, quod ſteterim ego ad faciem tuam, vt loquerer pro eis bona, vt auerterem indignationem tuam ab eis.

21 Propterea da filios eorum in famem: & congrega eos in manus gladij. Fiant vxores eorum abſque liberis, & viduæ: & viri earum ſint ſublati morte & iuuenes eorum iacentes gladio in prælio.

22 Fiat clamor in domibus eorum. Adduces ſuper eos repentè latrones, quia aggreſſi ſunt verbum in captionem mei, & laqueos abſconderunt ſuper me.

23 Et tu Domine ſcis omne conſilium eorum ſuper me in mortem: ne mundes iniquitates eorum: & peccata eorum à facie tua ne deleas. Fiat infirmitas eorum coram te: in tempore furoris tui fac in eis.

PARAPHRASIS CHALDAICA.

18 ET dixerunt: Venite & cogitemus contra Ieremiam cogitationes. Non enim deficiet lex à Sacerdote, & conſilium à ſapiente, nec doctrina à Scriba. Venite & teſtificemur contra eum falſa teſtimonia, & non auſcultemus omnia verba eius.

19 Notum eſt coram te Domine iudicium meum, & audita eſt coram te iniuria mea.

20 Nunquid reddi poteſt pro bono malum? Quia foderunt foueam vt occidant me.: recordare quomodo ſteterim coram te ad loquendum pro eis verba recta, vt auerterem iram tuam ab eis. D

21 Propterea da filios eorum in famem, & trade eos in manus occidentium gladio, & ſint vxores eorum orbatæ & viduæ; & viri earum ſint interfecti morte: iuuenes eorum ſint percuſſi gladio in prælio.

22 Audietur clamor de domibus eorum, cùm adduxeris contra eos exercitus repentè; quia foderunt foueam vt interficerent me, & laqueos extenderunt plantis pedum meorum.

23 Tu autem Domine ſcis, & manifeſta ſunt coram te omnia conſilia eorum contra me, ad interficiendum me: ne propitieris iniquitatibus eorum, & peccata eorum à facie tua ne deleantur: & ſint corruentes & proiecti coram te; in tempore vltionis furoris tui vindictam ſume ex eis.

Catena ex Veterum Patrum operibus impreſſis.

47 Hieronym. *Hæreticorum ſicut & Iudæorũ, & improborũ omnium ſtudiũ eſt vt contra Dei ſeruos ſtruant mendacium.*

HIeronymus. (*Et dixerunt: venite & cogitemus, &c.*) Iſta & tunc Iudæorum contra Ieremiam ſiue Dominũ Saluatorem, & hodie hæreticorum contra ſeruos eius cogitatio eſt, vt calumnias ſtruãt, & ſanctos viros accuſatione præueniant: nec cogitent quid illi veritatis loquantur, ſed quid ipſi ſtruant mendacij: iactant enim, in Sacerdotibus, & in ſapientibus, & in Pſeudoprophetis ſuis, legem, & conſilium Dei, & eloquium permanêre: dicente Scripturâ: [a] *In peruerſam animam non intrabit ſapientia.*

a Sap. 1. 4.

(*Attende Domine ad me, & audi vocem aduerſariorum, &c.*) In typum quidem Saluatoris hæc à populo Iudæorum Ieremias vniuerſa perpetitur, qui poſtea Babylonio veniente vaſtantur. Sed pleniùs atque perfectiùs complentur in Chriſto, cùm vrbe ſubuerſa, Romano gladio trucidati ſũt, non ob idololatriam, quæ eo tempore non erat, ſed ob interfectionem filij Dei, quando cunctus ſimul populus conclamauit: [b] *Tolle, tolle talem: Regem non habemus, niſi Cæſarem.* Et imprecatio eorum æternâ damnatione completa eſt: [c] *Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios.* Foderunt enim Chriſto foueam, & dixerunt: [d] Auferamus eum de terra viuentium. Qui tantæ erga eos miſericordiæ fuit, vt ſtans in conſpectu patris, loqueretur pro eis bonum, vt auerteret indignationem ſuam ab eis: vt in cruce quoque diceret: *Pater, ignoſce eis, quod enim faciunt neſciunt.* Manifeſta tranſcurrimus, vt in obſcurioribus immoremur: nequaquam deliramenta quorundam, & captiuitatem cæleſtis Ieruſalem interpretantes, ſed perſpicuam hiſtoriam, & manifeſtam prophetiam, omni verborum, & ſenſuum confidentiâ perſequentes. E

Iudæorũ euerſio per Romanos iuxta ipſorũmet imprecationem factam ad Chriſti necẽ.

b Ioan. 19. 15.

c Matth. 27. 25.

d Iſai. 53. 8.

Pro crucifixoribus ſuis orauit Chriſtus eorum miſertus.

e Luc. 23. 34.

48 (*Adduces enim, &c.*) Si de Ieremia intelligimus, repentinum latronem referamus ad Nabuchodonoſor: ſi de Saluatore, quod & verius, & melius eſt, ad Romanum exercitum. Et ne iniuſta videatur ſententia Dei, exponit quid fecerint contra filium Dei Chriſtum, & quid paſſi ſint. Quod autem infert, ne propitiêris iniquitati eorum, & peccatum eorum à facie tua non deleatur: nequaquam priori ſententiæ contrarium eſt, in qua pro populo deprecatur patrem: ſed poſtquam datum tempus pœnitentiæ præteriit, & illi in ſuo ſcelere perſeuerant, populi ac ſeniores, non tam pro ſe puniuntur quàm pro aliis: ne inul

Chriſti oratio & pro Iudæis ipſum necantibus, & contra eoſdem quomodo non ſit ſibimet contraria.

ne inultum peccatum cæteris noceat exemplo. Quodque infert: *Fiant impingentes siue corruentes in conspectu tuo:* a illius Isaiæ & Petri Apostoli b simile est: *Et non impingentis sicut in lapidem offensionis, & petram scandali.* Cuius & in Psalmis Propheta meminit: c *Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. A Domino factum est istud.*

Iudæi corruerunt impingentes in Christum quem occiderunt.
a Isa. 8. 14. Sec. Sept.
b 1. Pet. 2. 8.
c Ps. 117. 22.

Theodoretus. *Et dixerunt, Agite, excogitemus etiam aduersus Ieremiam cogitationem. Non enim peribit lex à Sacerdote, neque consilium à sapiente, neque sermo à Propheta.* Tria testificantur de eo maxima, Sacerdotium, prophetiam, & sapientiam: & charismatis cuiusque vim sciunt, & certitudinem: & cùm obsequi deberent iis quæ dicuntur, non solùm ipsi contradicunt, sed mortem etiam moliuntur. *Agite enim,* ait, *percutiamus eum linguâ, & non audiamus cunctos sermones eius.* Adeo vel ipsa Dei verba reddebant eos pigros. Istud verò, *percutiamus eum linguâ*, ponitur, pro texamus in eum calumniam.

Theodorit.
In Ieremia tria præcipua, Sacerdotium, Prophetia, & sapientia cognita vel ab eius hostibus.
Verba Dei pigros reddunt eos qui improbi persistunt.

Hæc sentit Propheta, supplicat Deo, vt velit esse Iudex: eique reducit in memoriam preces, quas eorum nomine sæpius obtulit. Tum optatiuo sermone formato, prædicit orturam è fame mortem, cædes ab hostibus committendas, & reliqua in bellis accidentia.

49

D. Thomas. Hic ostenditur eorum obstinatio ex eo quòd persequebantur prædicatores eorum in figuram persecutionis Christi. Et primò ponitur aduersariorum persecutio ponens persequendi consilium, (*Venite*) d Sap. 2. *Dixerunt impij cogitantes apud se non rectè.* Et infra. e *Circumueniamus iustum: quoniam inutilis est nobis: & contrarius est operibus nostris,* &c. Persequutiones argumentum. (*Non enim peribit lex*) legis dispositio (*sermo*) diuinæ reuelationis, quod falsò hoc futurum prædixit: è contra Ezech. 7. f *Peribit lex à Sacerdote: & consilium à senioribus.* Et persequendi modum (*linguâ*) detrahendo, & accusando (*non attendamus*) quod timentes comminationes ipsius. Psalmus. g *Exacuerunt vt gladium linguas suas: firmauerunt sibi sermonem nequam.* Eccl. 28. h *Flagelli plaga liuorem facit: plaga autem linguæ comminuet ossa.* Secundò ponitur Prophetæ oratio. Et primò petit audientiam (*attende ad me,*) id est, ad mea merita. Thren. 3. i *Audisti opprobrium eorum Domine: omnes cogitationes aduersùm me:* secundò proponit ingratitudinis culpam: ponens ingratitudinem, (*nunquid redditur,*) quasi dicat, non est consuetum, non est iustum (*foueam*) deceptionem vt tollerent vitam meam. Psalmus. k *Posuerunt aduersùm me mala pro bonis: & odium pro dilectione mea.* Et ingratitudinis probationem, (*Recordare*) 2. Machab. vltimo. l *Hic est fratrum amator & populi Israel. Hic est qui multùm orat pro populo & vniuersa sancta ciuitate, Ieremias Propheta Dei:* tertio imprecatur pœnam. Et primò pœnæ inflictionem quantùm ad pueros (*propterea da filios*) supra 15. m *qui ad gladium ad gladium: & qui ad famem ad famem, & qui ad captiuitatem ad captiuitatem:* quantùm ad matrimonio vtentes (*fiant vxores*) n Osee. *Da eis vuluam sine liberis, & vbera arentia:* Et quantùm ad viros bellicosos (*iuuenes, clamor*) planctus Isai. 15. o *Clamorem contritionis leuabunt:* secundò pœnæ occultationem vt præcauêre non possint. (*Adducens latronem,*) Nabuchodonosor: qui subitò super eos veniat. Abdias. p *Si fures intrassent ad te: si latrones per noctem: quomodo conticuisses?* Et assignat rationem (*quia foderunt*) quasi dicat, iustum est, vt decipiantur qui me decipere voluerunt. Psalmus. q *Laqueum parauerunt pedibus meis: incuruauerunt animam meam.* Et inducit probationem. (*Tu autem.*) Thren. 3. r *Vidisti Domine iniquitatem illorum aduersùm me: iudica iudicium meum:* secundò excludit sententiæ reuocationem: excludens misericordiam. (*Ne propitiêris*) mundando à culpa, (*Non deleatur*) liberando à pœna Psalmus. s *In memoriam redeat iniquitas patrum eius in conspectu Domini: & peccatum matris eius non deleatur.* Et imprecatur pœnam (*fiant corruentes abutere,*) id est in malum vtere: vel contra consuetudinem clementiæ tuæ. Isai. 3. t *Ruit Ierusalem, & Iudas concidit: quia lingua eorum: & adinuentiones eorum contra Dominum: vt prouocarent oculos maiestatis eius.*

D. Thom.
d Sap. 2. 1.
e Sap. 2. 12.
Prædicatores sanctos quàm falsò prætextu veritatis Sacræ Scripturæ persequantur impij.
f Ezec. 7. 26.
g Psal. 63. 4.
Prædicatores sanctos linguâ persequuntur improbi.
h Eccl. 28. 21.
i Thre. 3. 61.
k Psa. 108. 5.
l 2. Mach. vlt. 14.
m Iere. 15. 2.
n Ose. 9. 14.
o Isai. 15. 5.
p Abdi. 1. 5.
q Psal. 56. 7.
r Thre. 3. 59.
s Ps. 108. 14.
t Isai. 3. 8.

Item super illud verbum (*vt loquerer pro eis bonum*) nota quòd Christus loquitur pro nobis bonum ad impetrandum veniam. Luc. 23. u *Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt.* Ad excusandum culpam, prima Ioannis 2. x *Aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris.* Ad Hebr. 12. y *Accessistis ad testamenti noui mediatorem Iesum, & sanguinis aspersionem meliùs loquentem quàm Abel.* Et ad impetrandam gloriam Ioan. 17. z *Volo vt vbi ego sum & illi sint mecum: & videant claritatem meam quam dedisti mihi.*

Christus loquitur pro nobis bonum ad impetrandam veniam, ad excusandam culpam, & ad impetrandam gloriam.
u Luc. 23. 34.
x 1. Ioan. 2. 1.
y Heb. 12. 24.
z Ioan. 17. 24.

50

Circa vers. 20. Nota quæ Anastasius Synaita. Tom. 2. suarum quæstionum quæstione 62. his habet. Si est sanctus, qui immisit supplicium in domum concitantis se, & perspicuum quòd Dei voluntate hoc fit, & ligatus est homo ille, non solùm in terra, sed etiam in cælo, conuenienter ei, quod dicit Dominus. Ieremias maledicto appetitus à populo Israelitico, execratur, ac maledicit, dicens. *Exaudi Domine vocem iustificationis meæ.* (Neque enim loquitur enunciatiuè,) *Si redduntur pro bonis mala? quoniam simul locuti sunt verba aduersùs animam meam: Memento mei, quoniam steti aduersùs faciem tuam, vt loquerer pro eis bona: & vt auerteres iram tuam ab eis. Propterea da eos in famem, & gladium, & ne relinquas inultas eorum iniquitates, & peccata eorum à facie tua ne deleas, quoniam inierunt rationem ad me comprehendendum, & laqueum absconderunt aduersùm me. Et tunc dixit Dominus ad me: Ecce induco super ipsos mala, vt quolibet audiente ea, tinniant ambæ aures eius.*

Anastasius Synaita.
Imprecantur & viri sancti impiis cõformantes se diuinæ voluntati, quã norunt illos puniendos.

Antiochus Monachus, homil. 52. Tom. 3. Biblioth. Veterum Patrum Ieremias Deum interpellans aduersùs Israel dicit. *Si redduntur pro bonis mala, recordare, quanta locutus sim pro eis bona.* Adeo iustus hic perdius, & pernox istis sic ingratis exorabilem Dei clementiam studebat conciliare, & flectere iram: vnde & semel, & secundò diuinâ voce accepit responsum: *Noli orare pro eis, non enim exaudiam te.*

Antiochus Monachus.
Ingratis Ieremias omni studio Deum placare studuit.

CATENA GRÆCA EX VETERIBVS PATRIBVS GRÆCIS.

KAI εἶπαν δεῦτε.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὅρα, πῶς ἐπίστευον τοῖς λεγομένοις. ὢ τῆς ἀνοίας ὁ τοσαύτην δοὺς ἰσχὺν τῷ προφήτῃ, καὶ ἱερεῖ ὄντι, οὐ πολλῷ μᾶλλον αὐτοῦ φείσεται; συγκόπτεις τὸν ἰατρὸν, τὸν διδάσκαλον, τὸν ὁδηγόν. σβεννύεις τὸ φῶς, ἵνα μὴ βλέπῃς. πῶς λοιδορεῖ; καὶ ἀκουσόμεθα τῶν λόγων ἐκ στόματος αὐτοῦ.

Βίκτορος.] οὐ παύσεται φησὶν ἐλέγχων καὶ κακὰ προλέγων ἡμῖν, εἰ μὴ διὰ κατηγορίας αὐτὸν παύσωμεν, καθ' ἑαυτὸν γὰρ ἡμῶν περιγίγνεται, καὶ ὡς ἱερεὺς ὢν ἐπιστήμων τοῦ νόμου, καὶ ὡς συνετὸς βουλευτικὸς, καὶ ὡς προφήτης λόγους ἐξαγγέλλειν δυνάμενος τὰ ἐν τῇ σοφίᾳ λέγοντες Σολομῶντος. ἐνεδρεύσωμεν τὸν δίκαιον, ὅτι δύσχρηστος ἡμῖν ἐστιν.

[ὅτι οὐκ ἀπολεῖται.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐβουλεύσαντο λέγοντες. ὁ ἱερεμίας ἱερεύς ἐστι, καὶ ἀναγκαίως οἶδε τὸν νόμον καὶ προφήτης ὢν οἶδε τὸ ἐσόμενον. καὶ συνετὸς ὢν οἶδε τὸ δέον. δεῦτε οὖν φησὶν, ἐρεθίσωμεν αὐτὸν λόγοις, καὶ πάντως ἐρεῖ ἡμῖν τὰ ἐκβησόμενα.

[δεῦτε καὶ πατάξωμεν.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὗτος φησὶν, ἐκκόψωμεν αὐτοῦ τὴν φωνὴν, καὶ ἐξέλωμεν τὴν γλῶτταν τὸν ἔλεγχον στήσωμεν. παύσωμεν τὸν κατήγορον. τί γὰρ ἱερεμίας γλώσσῃ βοᾷ; οὐχὶ τὰ πράγματα βούλεσθε μὴ ἀκούειν παύσασθε τὰ τοιαῦτα ποιοῦντες, ἐφ' οἷς ὑμῶν κατηγορεῖ ὁ προφήτης. νῦν δὲ ταῦτα ποιοῦσιν. ὥσπερ ἂν εἴ τις κάμνων. πρὸς ἑαυτὸν μὲν μὴ ὀργίζοιτο, ὅτι πυρέττοι διὰ ῥαθυμίας τοὺς δὲ ἐλέγχοντας καὶ λέγοντας, ὅπως στήσεται τὸ κακὸν, διώκοι καὶ ἀποστρέφοιτο.

||Θεοδωρήτου.] τὸ δὲ πατάξαι γλώσσῃ ἴσως ἐκκοπὴν ἀπειλεῖ τοῦ ὀργάνου, δι' οὗ περ ἤλεγχον. ||

[εἰσάκουσόν μου κύριε.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] πολλὴ ἡ κακία, καὶ ἡ θηριωδία ὑπερβάλλουσα, καὶ ἔσχατος πονηρίας ὅρος. εἰ γὰρ τὸ μὴ ἀνταποδιδόναι κακὰ ἀντὶ κακῶν προστετάγμεθα, ἀλλὰ καὶ ἀγαθὰ ἀντὶ κακῶν. εἰ ὁ μηδὲν παθὼν ἀγαθὸν, ἀδικῶν ἄδικος. ὁ μετ' εὐεργεσίας τοιοῦτος ὢν, ποῦ τετάξεται; οὐκ ἔχει φύσιν ἡ κακία φησὶν ἡ τούτων, πάντα λόγον ὑπερβαίνει τὰ τῆς πονηρίας αὐτῶν. [καὶ τὴν κόλασιν.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἄλλα διὰ γλώττης προφέροντες, τὴν κατ' ἐμοῦ ἀπώλειαν κρυπτῶς ἐμηχανῶντο.

[μνήσθητι κύριε.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] καίτοι ταύτης μεῖζον τί γένοιτ' ἂν τῆς εὐεργεσίας, ἢ τὸν Θεὸν ἐκπεπολεμωμένον ἠθέλησε καταλλάξαι αὐτοῖς; ἀλλ' οὐκ ἠθέλησαν.

|| Ἀπολιναρίου.] ἐν τύπῳ χριστοῦ πάσχει ὁ προφήτης, καὶ ἐν τύπῳ χριστοῦ φθέγγεται, τὰς ἀφύκτους τιμωρίας αἰτῶν ἐπ' αὐτούς. αἵπερ ἐγένοντο ἐκ μέρους ἐπὶ Ναβουχοδονόσορ. οὕσπερ μετὰ τὴν ἀναχώρησιν ἐπανελθόντες ἰδουμαῖοι, καὶ οἱ περίοικοι τὰ λοιπὰ λῃστρικῶς ἐληΐσαντο τῆς ἰουδαίας τελείως δὲ γεγόνασι διὰ χριστόν. || [διὰ τοῦτο δός.] Τοῦ

A Verſ. 18. ET dixerunt Venite & cogitemus contra Ieremiam cogitationem, &c.

Chryſoſt.] *Vide quã fidem dictis præſtarent, ô dementiam, qui tantum Prophetæ & Sacerdoti dederat robur, nonne multò magis illum tuebitur? concidis Medicum, Doctorem, Ducem extinguis lucem ne videas, quomodo illuditur*, & audiemus ſermones ex ore eius.

Chryſoſt. Doctores ſanctos perſequi quãta ſit dementia, & impietatis.

Victoris.] *Nullum inquit finem faciet reprehendẽdi, nobiſque mala prædicendi, ni accuſatione impactã illi ſilentiũ imponamus: nam ipſe vincit* B *vtique nos, & vt Sacerdos peritus legis, & vt prudens conſiliator, vtque Propheta potens verba denunciare, quæ in Sapientia Salomonis leguntur vſurpantes.* [a] Struamus iuſto inſidias quoniam nobis inutilis eſt.

Victor. Monentium rectè vel virtutibus ipſi improbi excitantur ad iuſtos doctoreſque perſequendos. a Sap. 2. 12.

Verſ. 18. (*Nõ enim peribit lex à Sacerdote, &c.*)

52

Olympiod.] *Conſilium inierunt dicentes Ieremias Sacerdos eſt, & neceſſariò nouit legẽ, & Propheta cùm ſit, futura cognouit; & ſcit vt prudens quid agendum ſit; venite igitur aiunt*, Verbis ipſum ſtimulemus, & quæ ſunt euentura propalabit omnino.

Olympiod. Iuſtorum vel virtutes ſumunt impij pro armis contra illos.

(*Venite & percutiamus eum linguâ.*)

C Chryſoſt.] *Hoc ait; vocem ipſius præcidamus, linguã detrahamus, redarguentẽ cohibeamus, auctorẽ compeſcamus. Quid enim Ieremias linguâ clamat? nõne res ipſas audire nolletis? Deſinite ea agere, de quibus vos accuſat Propheta; nũc verò hæc faciunt; veluti ſi quis morbo affectus ſibi quidẽ ipſi non iraſcatur, quod ſuã ſocordiâ ardore æſtuet febrili, illos verò qui reprehendunt docentq; quomodoque febris ceſſare poſſit repellat, & auertatur.*

Chryſoſt. In Doctoribus ſanctis perſequẽdis, quàm malè agant qui illis obſiſtunt.

(*Et percutiamus eum linguâ.*)

Theodoreti.] *Linguâ, verbo percutere, fortaſſe minatur præciſionem membri quo redarguebãtur.*

Theodorit. Monentium linguã excindere vellent improbi.

D Verſ. 20. (*Si redduntur pro bonis mala.*)

53

Chryſoſt.] *Sũma hæc iniquitas, & feritas atrociſſima, extremaque malitiæ meta. Nam ſi præceptũ nobis eſt, ne mala pro malis retribuamus, ſed & bona pro malis; ſi qui beneficij nihil accepit iniuriã inferens iniuſtus eſt; qui poſt acceptum beneficium talis eſt quo loco collocabitur? horum inquit malitia, ait modum non habet, nequitiæ illorum omnem loquendi facultatem ſuperant.*

Chryſoſt. Ingratitudo, ſceluſque maximum eſt cũ beneficiis reſpõdeatur per illata mala.

(*Et punitionem ſuam occultarunt mihi.*)

Olympiodori.] *Aliud ore proferentes meam* E *perniciem clam machinabantur.*

Olympiod. Occultè prius quã ore moliuntur impij contra iuſtos.

(*Recordare Domine quòd ſteterim, &c.*)

Chryſoſt.] *Quod maius beneficiũ fuerit, quàm offenſum Deum velle illis cõciliare? ſed noluerunt.*

Chryſoſt. Pro ingratis quàm laborẽt iuſti vt Deũ illis placabilem reddant.

Verſ. 21. (*Propterea da filios eorum, &c.*)

54

Apolinarij.] *Propheta patiens typus eſt Chriſti, & in figura Chriſti loquitur, inuitabiles punitiones illis depoſcens, quæ ex parte complet æ ſunt tempore Nabuchodonoſoris: poſt eius quoq; receſſum irruentes Idumæi, & vicinæ gentes hoſtiliter cætera Iudææ deprædati ſunt: tandem propter Chriſtum abſolutæ ſunt.*

Apolinarius. Ieremias patiẽs vt Chriſti typus imprecatur Iudais mala, quæ norat futũ illis euentura propter eum ſcelera.

Chry

Τοῦ Χρυσοστόμου.] εἶτα καταδέχεται αὐτῶν ἀρὰς τινὰς χαλεπάς. εἰ γὰρ καὶ ἔδει τούτους καὶ ἀναιρεθῆναι ἐχρῆν, πολλάκις ἐπιβουλευθεὶς οὐκ ἀπέστη, καὶ οὐδὲν πλέον ἐγένετο.||

Ἀπολιναρίου.] δικαία ἡ ἀρὰ, καὶ τοῦ συμφέροντος οὐκ ἀφεστηκυῖα. ὅτι τοῖς εἰς ἔσχατον ἥκουσιν ἀνεπιστρέπτου κακίας, ὅπερ ἐστὶ καὶ ἐν τῷ αἰτεῖ ἀγαθῶν ἀποδιδόναι κακὰ, κολάσεις ἁρμόττουσιν ἔσχαται, τοὺς ἄλλους ἤδη παιδεύουσαι. λιμὸν δὲ ἀρᾶται, καὶ πόλεμον, καὶ φθοράν. ἅπερ ἐν τῷ ῥωμαϊκῷ πολέμῳ διαφερόντως ἐγένετο καὶ σαφῶς διὰ χριστόν. εἰδωλολατρεία γὰρ οὐκ ἦν τότε. κατὰ δὲ τὸ, μὴ ἀθωώσῃς τὰς ἀδικίας αὐτῶν, γέγονε πτῶσις. ἡνίκα καὶ κατὰ τὸν ἠσαΐαν, προσέκοψαν τῷ λίθῳ τοῦ προσκόμματος.||

[γενηθῶσαν αἱ γυναῖκες.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] παντελῆ ἀναίρεσιν ἐνίων καταδέχεται. ἵνα μὴ ἐπιμένοντες, τοὺς λοιποὺς βλάπτωσι. καὶ κραυγὴν ἀξιοῖ γενέσθαι, ὥστε διάδηλον εἶναι τὴν συμφοράν.

A

Chrysostomi.] *Deinde illis pessima quædam imprecatur, etsi enim tales interimi oportebat, sæpe insidiis petitus non destitit; sed nihil profeci.*

Vers. 21. 22. & 23.

Apolinarij.] *Iusta imprecatio, minimeque ab vtili aliena. Nam his qui ad extremum obstinatæ malitiæ deuenerũt, in quo etiam est, pro bonis reddere mala, extremæ quoque pœnæ infligendæ sunt, quæ alios erudiant. Famem verò illis imprecatur, & bellum, & cadẽ. Quæ in bello Romano præcipuè euenerunt, & manifestè propter Christũ, nulla enim tunc erat Idololatria iuxta verò illud,* Ne propitieris iniquitati eorum, *secuta est pernicies, quando & secundùm Isaiam.*[a] impegerunt lapidi offendiculi.

B

(Fiant vxores, &c.) (Fiat clamor.)

Chrysostomi.] *Internecionem quorumdã imprecatur, ne superstites reliquis nocerent, clamorémque tolli postulat, vt palàm fieret calamitas.*

Chrysost.

Apollinar. *Imprecatio Ieremiæ, seu Christi, & iusta, & nõ expers vtilitatis.*

In malitiam Iudæorũ maximam & acerrima cõgruens extitit imprecatio ad aliorũ eruditionem.

Ieremiæ imprecationes impleta per Romanos post Christi necẽ.

a Isai. 8. 14.

Chrysost. *Occisionẽ improborum imprecantur sãcti ne aliis obsint.*

Caput Decimum Nonum à vers. 1. vsque ad 10. Sectio Prima.

TEXTVS VVLGATÆ.

1 HÆc dicit Dominus: Vade, & accipe lagunculam figuli testeam à senioribus populi, & à senioribus Sacerdotum.

C

2 Et egredere ad vallem filij Ennom, quæ est iuxta introitum portæ fictilis: & prædicabis ibi verba, quæ ego loquar ad te.

3 Et dices: Audite verbum Domini Reges Iuda, & habitatores Ierusalem: hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel: Ecce ego inducam afflictionem super locum istum, ita vt omnis, qui audierit illam, tinniant aures eius.

4 Eò quòd dereliquerint me, & alienum fecerint locum istum: & libauerunt in eo diis alienis, quos nescierunt ipsi, & patres eorum, & Reges Iuda: & repleuerunt locum istum sanguine innocentum.

D

5 Et ædificauerunt excelsa Baalim ad comburendos filios suos igni in holocaustum Baalim, quæ non præcepi, nec locutus sum, nec ascenderunt in cor meum.

6 Propterea ecce dies veniunt, dicit Dominus: & nõ vocabitur ampliùs locus iste, Topheth, & Vallis filij Ennom: sed Vallis occisionis.

7 Et dissipabo consilium Iuda & Ierusalem in loco isto: & subuertam eos gladio in conspectu inimicorum suorum, & in manu quærentiũ animas eorum: & dabo cadauera eorum escam volatilibus cæli, & bestiis terræ.

E

8 Et ponam ciuitatem hanc in stuporem, & in sibilum: omnis qui præterierit per eam, obstupescet, & sibilabit super vniuersa plaga eius.

9 Et cibabo eos carnibus filiorum, & carnibus filiarum suarum: & vnusquisque carnem amici sui comedet in obsidione, & in angustia, in qua concludent eos inimici eorum, & qui quærunt animas eorum.

TEXTVS SEPTVAGINTA.

1 *TVnc dixit Dominus ad me: Vade & posside doliolum fictum testeum: & adduces de senioribus populi, & de Sacerdotibus.*

2 *Et exibis in polyandrion filiorum eorum quod est super vestibula portæ Charsith: & lege ibi omnia verba hæc, quæcumque loquutus fuero ad te.*

3 *Dices eis: Audite verbum Domini Reges Iuda, & habitatores Ierusalem, & qui ingredimini in portis his. Hæc dicit Dominus Deus Israel: Ecce ego induco super locum istum mala, vt omnis, qui audit illa, tinniant aures eius.*

4 *Pro eo, quòd dereliquerunt me, & alienum fecerunt locum istum: & adoleuerunt in eo Diis alienis, quos nescierunt ipsi & patres eorum, & Reges Iuda repleuerunt locum istum sanguinibus innocentibus.*

5 *Et ædificauerunt excelsa Baal, ad comburendos filios suos in igne: quæ non præcepi, neque cogitaui in corde meo.*

6 *Idcirco ecce dies veniunt, dicit Dominus: & non vocabitur locus iste ampliùs ruina, & polyandrion filij Ennom, sed polyandrion occisionis.*

7 *Et iugulabo consilium Iuda, & consilium Ierusalem in loco isto: & subuertam eos in gladio in conspectu inimicorum suorum, & in manibus quærentium animam eorum: & dabo mortuos eorum in escam volatilibus cæli, & bestiis terræ.*

8 *Et detraham ciuitatem hanc in desolationem, & in sibilum. Omnis qui præterit per eam, tristabitur, & sibilabit super vniuersa plaga eius.*

9 *Et edent carnes filiorum suorum, & carnes filiarum suarum: & vnusquisque carnes proximi sui comedent in angustia, & in obsidione, quã obsidebunt eos inimici eorum.*

PARAPHRASIS CHALDAICA.

1 *HÆc dicit Dominus: Vade & eme tibi lagunculam testaceam figuli, & tolles tecum de senioribus populi, & de senioribus Sacerdotum.*

2 *Et egredere ad vallem filij Ennom quæ est ante Portam sterquilinij: & prophetabis ibi verba quæ loquar tecum.*

3 *Et dices: Suscipite verbum Domini Reges domus Iuda & habitatores Ierusalem: Hac dicit Dominus exercituum Deus Israel; Ecce ego adducam malum super locum istum, ita vt omnis qui illud audierit, tinniant aures eius.*

4 *Pro eo quòd dereliquerunt cultum meũ, & coinqui-*

nauerunt locum istum, & adoleuerunt in eo aromata idolis populorum, quæ non cognouerunt ipsi & patres eorum,& Reges domus Iuda, & impleuerunt locum istum sanguine innocentûm.

5 *Et ædificauerunt excelsa Baal, ad comburendos filios suos & filias suas igne in holocausta Baal: quod non præcepi in lege mea,nec misi per manum seruorum meorum Prophetarum; nec est voluntas coram me.*

6 *Propterea ecce dies venient, dicit Dominus, & non vocabitur locus iste vltra Thopheth, & vallis filij Ennon: sed vallis occisorum.*

7 *Et dissipabo consilium virorum Iuda,& habitatorum Ierusalem in loco isto; & cadere faciam eos in gladio coram inimicis suis,& in manu eorum qui quærunt occidere eos: & dabo cadauera eorum proiecta in cibum volatilibus cæli & bestiis terræ.*

8 *Et ponam ciuitatem hanc in solitudinem & desolationem: omnis qui transierit per eam, clamabit, & mouebit caput suum super omnes plagas eius.*

9 *Et cibabo eos carne filiorum suorum,& carne filiarum suarum, & vnusquisque substantiam proximi sui diripient in obsidione & tribulatione quâ arctabunt eos inimici sui,& qui quærunt occidere eos.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

1 Hieronym. Hieronymus, (*Hæc,&c.*) Pro *laguncula figuli*, quæ Hebraicè dicitur בקבק *bacbuc*, Sept. *doliolum* transtulerunt, & pro *porta fictili* Aquila, Symmachus, & Theodotio ipsum verbum posuerunt Hebraicum verbum חרסית *harsith* pro quo Sept. iuxta morem suum pro aspiratione ח literæ addiderunt χ Græcum vt dicerent Charsit pro Harsith: sicut illud est pro Hebron, Chebron,& pro Hiericho, Hiericho. Vult autẽ Scriptura diuina, non solùm auribus doceri populum, sed & oculis: Magis enim (vt iam diximus) mente retinetur quod visu, quàm quod auditu ad animum peruenit: *tolle* inquit, *laguncula siue doliolum testeum,& de senioribus populi ac Sacerdotum, & egredere ad vallem filij Ennom*, de qua supra diximus, in qua erat delubrum Baal, & nemus ac lucus, Siloe fontibus irrigatus. Ipsa autem, inquit, vallis iuxta portam est quam Hebraicè חרסיה *harsith* hoc, est fictilis appellant. Et prædicabis, vel leges ibi verba quæ ego loquar tecum: vt ibi audiantur quæ dicturus sum. Ideo autem (vt iam diximus) *& prædicabis, & clamabis, & leges*, ponitur, quia verbum Hebraicum קראת *caratha* tria significat. Vultque quæ dicturus est, & reges Iuda audire, & habitatores Ierusalem, id est & stirpem regiam,& omnem populum, vt inexcusabiles sint qui audire noluerint.

Scriptura Sacra doceri vult nedum auditu, sed & oculis.

Prædicator nedũ populũ, sed & Principes moneat.

2 (*Hæc, &c.*) Et hunc locum stultè quidam ad cælestem referunt Ierusalem. Quod ne semper admoneamus, hoc tantùm dixisse sufficiat: vitandam istiusmodi explanationem esse, imò hæresim, quæ manifesta subuertit, & præstigias quasdam Ecclesiis Christi conatur inducere. Nulli autem dubium quin in templo Dei, Baal idolum posuerint: siue in delubro quod erat in Valle filij Ennom, vbi & lucus Baal,& ara eius fuit: super quam immolauerunt & incenderunt filios suos. Quæ Dominus nec cogitauit, nec locutus est, nec ascenderunt in cor eius. Non quòd Deus futura nescierit, sed quod indigna suâ notitiâ ignorare se dicat iuxta illud Euangelicum: [a] *discedite à me operarij iniquitatis, nescio vos.* [b] *Nouit enim Dominus eos qui sui sunt.* Et, [c] *Qui ignorat, ignorabitur.* Vel certè ἀνθρωποπαθῶς, & hæc de Deo accipienda sunt, sicut & alia. Omnis autem hæreticus derelinquit Deum, & alienum facit locum habitatione Dei, quem suâ fraude polluerit, & libat diis alienis, quos nec ipse nouerat, nec patres eius Apostoli videlicet & Apostolici viri: Reges autem Iuda, hoc est, hæreticorum patriarchæ, implent locum quondam Dei, sanguine deceptorum & innocentium. Nisi enim stultus & simplex fuerit, non citò subuertitur. Et ædificant excelsa Baalim, dum de sublimibus disputare se dicunt. Et comburunt filios suos idolo, quos in hæresi genuerunt. Quæ omnia ignorare se dicit Dominus, nec vnquam ascendisse in cogitationem suam.

Origenem tacito eius nomine arguit. Nescire se dicit Deus quos indignos suâ reputat notitiâ.

a Luc.13.27. b 2.Tim.2.19. c 1.Cor.14 38.

Hæretici Deũ relinquentes quanta mala patrent in Ecclesia.

3 (*Propterea ecce dies,&c.*) Quæ sit vallis filij Ennom, quæ Hebraicè dicitur גיא הנ[illegible] *ge hinnom* vnde & gehennam appellatam putant, supra diximus. Miror autem quid sibi voluerint Sept. Pro תיפרו διζαλωσιν. hoc est, ruinam ponere, & pro valle πολυανδρειον, quod significat virorum multitudinem: nisi fortè ex eo quòd ibi populus corruerit,& cæsa sit hominum multitudo, vel spiritualiter in errore idololatriæ, vel iuxta literam, à Babylonio exercitu: quod in consequentibus manifestiùs legitur.

Polyandrium cur Sep. posuerint pro valle.

(*Et dissipabo consilium Iuda, & Ierusalem, &c.*) Quamquã hæc & in Babylonia captiuitate accidisse populo nouerimus, tamen pleniùs referuntur ad tempora saluatoris, quando obsessi sunt à Vespasiano, & Tito, & ciuitas eorum Hadriani temporibus, in æternos cineres collapsa est: vt qui obtulerant filios suos idolis, ipsi eos postea famis necessitate compulsi, in ciborum vsum verterent: carnésque omnium darentur volatilibus cœli, & bestiis terræ: vt qui domini muneribus abusi fuerant in impietatem, & propria viscera idolis immolarant, ventres suos sepulchra facerent liberorum.

Iudæorũ excidium per Romanos accuratè descriptum.

In Theodoreto nihil quod notetur, refert enim breuiter solummodo ipsam literam.

4 D. Thomas. Hìc comminatur consuetam pœnam. Et primò designat prædicationis locum (*ad vallem portæ fictilis*) vbi figuli habitabant. (*Et prædicabis ibi verba.*) Ezech.3. [d] *Audies de ore meo verbum & annuntiabis eis ex me.* Secundò ponit prædicationis verbum. Et primò in loco à Deo præfinito: secundò in templo ibi (venit autem) &c. Circa primum duo, primò prædicit eam verbo: secundò præsignificat eam facto, ibi (*Et conteres,&c.*) Circa primum primò comminatur pœnam in generali petens audientiam (*Dices, audite*) Psalmus. [e] *Et nunc Reges intelligite: erudimini qui iudicatis terram*: prædicens pœnam, (*Hæc dicit Dominus, tinnient*) quod ex commotione cordis præ stupore: sicut ex commotione magni soni, primi Reg.3. [f] *Ecce ego faciam verbum in Israel: quod quicumque audierint tinnient ambæ aures eius*: quarti Reg.21. [g] *Ecce ego inducam mala super Ierusalem & Iudam: vt quicumque audierit tinnient ambæ aures eius.* Et assignans causam: culpam populi, (*eò quòd dereliquerunt.*) Isai.1. [h] *Dereliquerunt Dominum, blasphemauerunt sanctum Israel: abalienati sunt retrorsum.* Et culpam Regis quãtùm ad simplex homicidium (*& Reges Iuda.*) 4 Reg.21. [i] *Sanguinẽ innoxiũ fudit Manasses multũ nimis: donec impleretur Ierusalem vsque ad os.* Et quãtùm ad homicidiũ iunctũ sacrilegio, (*Et ædificauerunt*) Psal. [k] *Effuderunt sanguinẽ innocentẽ: sanguinem filiorũ suorũ & filiarum suarũ quas sacrificauerunt sculptilibus Chanaã*: secundò ponit pœnã in speciali. Et primò quantùm ad mala quæ passi sunt in vrbis captione: ponẽs interse

D. Thomas. Porta fictilis, vbi figuli habitabant.

d Ezec.3.17. e Psal.2.10. *Aurium tinnitus ex commotione cordis præ stupore, sicut ex commotione magni soni.* f 1.Reg.3.11. g 4 Reg.21.12. h Isai.1.4. i 4.Reg.21.16. k Psal.105.38

fectionē hominum (*Propterea ecce dies venient*) vbi designat occiſorū multitudinem (*& non vocabitur*) ſupra ſeptimo. Itē. Cōſilij diſſipationē (*Et diſſipabo*) quo debellare Nabuchodonoſor cogitauerat in loco iſto: quia ibi occiſi ſunt Iob. 5.[a] *Apprehendit ſapientes in ſua aſtutia & conſilium prauorum diſſipat.* Et occiſionis ſpeciem. (*Et ſubuertā*,) Ezec. 21.[b] *Hic eſt gladius occiſionis magnæ: qui obſtupeſcere eos fecit: & corde tabeſcere: & multiplicat ruinas.* Et ponens abiectionem cadauerum (*Et dabo cadauera* Pſalmus,[c] *Poſuerunt mortalia ſeruorum tuorum eſcas volatilibus cæli: carnes ſanctorum tuorum beſtiis terræ:* Et ponens deſtructionem vrbium (*Et ponam*) ſupra 18. Idem ſecundo pœnam quam paſſi ſunt in obſidione (*Et cibabo eos*) Deut. 28.[d] *Comedes fructum vteri tui: & carnes filiorum tuorum, & filiarum tuarum quas dederit tibi Dominus Deus tuus in anguſtia & vaſtitate, quā opprimet te hoſtis tuus.* Thren. 4.[e] *Manus mulierum miſericordium coxerunt filios ſuos: facti ſunt cibus earum in contritione filiæ populi mei.*

Conſilia diſſipat impiorum mirabili ratione Deus.
a Iob. 13.
b Ezech. 21. 14.
c Pſal. 78. 2.
d Deut. 28. 53.
e Thren. 4. 10.

Quoad verſ. 2. & 6. Eucherius lib. 4. in Geneſ. pag. 308. Vallis Ennom eſt iuxta murum Ieruſalem contra Orientem, in qua nemus pulcherrimum Siloe fontibus irrigatur. Tophet autem erat locus in eadem conualle iuxta piſcinam fullonis, cuius meminit Scriptura, & iuxta agrum Achel-demach, qui vſque hodie monſtratur ad Auſtralem plagam montis Sion. Solebant autem in Topheth, quia locus erat amœniſſimus, vnde hodieque hortorum præbet delicias, ara poſita ſacrificare Dæmonibus, nefandóque rogo ſuos conſecrare liberos, ſiue holocauſtum offerte, ſicut in libro Verborum dierum de Achaz ſcriptum eſt.[f] *Ipſe eſt, qui adoleuit incenſum in valle Benenom, & luſtrauit filios ſuos in igne,* Ben-enom, ſiquidem filium Ennom ſignificat, Vallis autem Ennom Hebraicè dicitur Gehennom, cuius nomine in nouo teſtamento pœna inferorum gehenna cognominatur: quia nimirum ſicut in conualle Ennom qui Idolis ſeruierunt, in ea Prophetis atteſtantibus perierunt, ita peccatores ex his, quæ peccauerunt, æternâ damnatione puniuntur. Denique Ieremias cùm referret, ſibi præcepiſſe Dominum, ac dixiſſe *ad vallem filij Ennom, quæ eſt iuxta introitum portæ fictilis*, paulò poſt dicit: *Et non vocabitur locus iſte ampliùs Topheth, & Vallis filij Ennom, ſed vallis occiſionis: & diſſipabo conſilium Iudæ, & Ieruſalem in loco iſto, & ſubuertam eos gladio.*

5 Eucherius. *Vallis Ennom quæ, & vbi fuerit. Topheth quis locus eſſet, & vbi.*
f 2. Paralip. 28. 3. *Gehenna nomine cur nūcupatus infernus.*

CATENA GRÆCA VETERVM

PATRVM GRÆCORVM.

Καὶ ἐξελεύσῃ εἰς τὸ πολυάνδριον.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] καλῶς αὐτὸν εἰς τὸν τόπον παραπέμπει τῶν ἁμαρτημάτων, ἔνθα ἐθυμίων φησὶ τῇ Βάαλ, καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτῶν κατέκαιον πυρί.

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] οἱ λοιποὶ ἀντὶ τοῦ πολυανδρίου ἐξέδωκαν, φάραγγα. ἵνα ἐν τῷ τόπῳ ἔνθα εἰδωλολάτρουν, καὶ τῆς καθ' ἑαυτῶν ἀκούσωσιν ἀποφάσεως, πρὸ τῆς ὄψεως ἔχοντες τὴν τῶν ἐκβησομένων αἰτίαν, πρὸς πίστιν. συνίστησι δὲ καὶ ἀπὸ τύπου τοῦ κεραμέως τὸ μέλλον, ὡς ἂν ὄψει καὶ ἀκοῇ τοῦτο παιδεύοιντο, κατὰ τὸν μέγαν εἰπόντα Δαβίδ ὡς σκεῦος κεραμέως συντρίψεις αὐτούς.

[ὥστε παντὸς ἀκούοντος.]

Βίκτορος.] ἡ γὰρ ἐκπληκτικὴ τῶν κακῶν ἀκοὴ οὐκ εὐχερὴς εἰς ἀπόθεσιν. καὶ τοῦ εἰπόντος γὰρ σιωπήσαντος δοκοῦσι τῆς αὐτῆς ἐπὶ πλεῖστον ἀκούειν φωνῆς, πληττόμενοι τὴν διάνοιαν τῇ τοῦ λόγου κατανοήσει, καὶ ὡς νῦν ἀκούσαντες, ἀεὶ τὸ πάθος ἔναυλον || ἔχουσι οἷά τις χαλκὸς καὶ μετὰ τὴν πλῆξιν ἠχῶν, ἀπολοῦνται δὲ ὡς μακρύνοντες ἑαυτοὺς τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸν τόπον αὐτοῦ δι' ὧν ἐφιέρωσαν εἰδώλοις ἀλλοτριώσαντες. οἷς καὶ τοὺς ἑαυτῶν ἐμιαιφόνησαν παῖδας παρὰ Θεοῦ βούλησιν. οὐ γὰρ χαίρει ἐπ' ἀπωλείᾳ ζώντων ὁ ποιητής. τοῦτο καὶ ἐν τῇ πρώτῃ τῶν Βασιλειῶν.

|| *in.* ἠχοῦντες.

Ὀλυμπιοδώρου.] τουτέστι θορυβηθήσεται. ἦχος γὰρ ἐμπίπτων ἀκοαῖς θόρυβον ἐμποιεῖ.

[καὶ οὐ κληθήσεται.]

Ὀλυμπιοδώρου.] πολυάνδρειον, ὁ τάφος. καὶ ἐπει

Verſ. 2. *Et exibis in polyandrium, &c.*)

Chryſoſtomi.] *Rectè eum mittit in locum delictorum, in quo, ait, Baal adolebant, & filios ſuos igni comburebant.*

6 Chryſoſt. *Prædicatores eò mittendi vbi maiora admittuntur peccata.*

Verſ. 2. (*Et lege ibi verba hæc, quæ.*)

Incerti.] *Cæteri pro Polyandrio vallem ediderunt, vt vbi idolis cultum offerebant, & ſententiam contra ſe latam audirent, præ oculis habentes cauſam euenturorum ad fidei certitudinem, vt crederent, futurum quoque probat ex typo figuli, vt videndo, & audiendo diſcerent quod dictum eſt à magno Dauide.*[g] Tamquam vas figuli conteres eos.

Incertus. *Prænunciatio calamitatum quàm efficax eo in loco in quo admittūtur peccata.*
g Pſal. 2. 9.

7

Verſ. 3. (*Et dices ad eos, &c. Vt omnis qui audit illa, tinnient aures eius.* Verſ. 4. *pro eo, &c.* Verſ. 5. *Et ædificauerunt, &c.*

Victoris.] *Auditus enim malorum ſtuporem iniiciens non facilè deponitur. Nam tacente etiam eo qui loquebatur, adhuc eadem vos auribus inſonare diutiùs videtur, perculſam mentem habentes conſideratione dictorum, & quaſi modo audiuerint, ſemper habent aures plenas, veluti quoddam æs ſonans, etiam poſt percuſſionem. Peribunt verò qui ſe elongant à Deo, locúmque eius abalienarunt, dicantes idolis, quibus etiam contra Dei voluntatem ſuos filios mactauerunt. Neque enim gaudet viuentium morte Creator. Hoc & in* 1. *Reg.*[h] *legitur.*

Victor. *Auditarum prænunciatarum calamitatum remanet conſideratio metum incutiens, ſicut are perdurat aliquantùm ſonus.*
h 1. Reg. 3. 11.

Verſ. 3. (*Et tinnient aures eius.*)

Olympiodori.] *Hoc eſt, turbabitur: ſonus enim in aures illabens turbationem ingerit.*

Olympiod. *Tinnitus aurium terrorem deſignat.*

Verſ. 6. (*Idcirco ecce, &c.*) Olympiodori.] *Polyandrium, monumentum eſt, & quia fortaſſe collapſus*

ἐπειδὴ ἴσως κατερρυηκὼς ἦν, οὕτως ἐκαλεῖτο ἡ διάπτωσις, ὁ τάφος υἱοῦ Ἐννόμ.

[καὶ σφάξω τὴν]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἀντὶ τοῦ, τῶν βουλευσαμένων τὴν κακὴν βουλήν.

Ἀνεπιγράφου.] οἱ μὴ ἀποτιθέμενοι τὴν πονηρὰν βουλήν, ἧς τέλος ἀπώλεια, συναπόλλυνται ταύτῃ. [καὶ μετ' ὀλίγα] οἱ γὰρ τῆς ὄντως ζωῆς ἀφιστάμενοι, θανάτῳ καὶ ᾅδῃ προσομιλοῦσι. τέκνα δὲ προσενεγκόντες δαίμοσι, ἅπερ ἐδίδου Θεός, τέκνα ἐσθίουσιν. ἐν οἷς γὰρ καλῶς εὐεργετήθημεν, μὴ καλῶς αὐτοῖς χρησάμενοι, παιδευόμεθα. τὴν δὲ προφητείαν αὐταῖς δείκνυσιν ὄψεσι, τὸ ἀδιόρθωτον δηλῶν τῆς ἁλώσεως, ὅπερ αὐτοῖς κατὰ Χριστοῦ μανεῖσιν ἀπήντηκε. καὶ οἶκοι δέ τισιν ἐγένοντο τάφοι κατὰ μίμησιν τοῦ τῆς ἀσεβείας αὐτῶν τόπου.

[ἐν τῇ περιοχῇ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐν τῷ περιέχειν τοὺς πολεμίους τὴν πόλιν: τουτέστι, πολιορκῆσαι.

A *collapsus erat sic vocabatur ruina, sepultura filij Ennom.*

Polyandrium destructum appellandum. Ruina sepultura filij Ennom.

Verſ.7.*(Et iugulabo conſilium,&c.)*

Olympiodori.] *Ac ſi diceret, illos qui malum conſilium inierunt.*

Verſ.8.*(Et edent carnes filiorum,&c.)*

8 *Conſilia impiorum inguꝛlata per illorū mortem.*

Incerti.] *Qui malum conſilium non deponunt, cuius finis perditio eſt, vnà cū illo pereunt.* [*Et paucis interiectis.*] *Qui enim à vera vita ſe auertunt, mortis inferniq; conſortes fiunt, filios verò datos à Deo cum Dæmonibus obtuliſſent, filios comedunt; per ea enim quibus bene acceptis malè abutimur, caſtigamur. Vaticinium porrò ipſis oculis ſubiicit, omnino futurum oſtendens Hieroſolymæ excidium, quod illis quòd in Chriſtum inſaniſſent, euenit: & Domus quibuſdam ſepulchra facta ſunt ad ſimilitudinem loci impietatis eorum.*

Incertus. *Caſtigamur per ea ipſa quæ à Deo accepimus, quando illis abutimur.*

Ieroſolymitanum excidiū propter Chriſti necem, tū to futurum prænunciatum.

B

Verſ.9.*(In obſidione.)*

Olympiodori.] *Dum hoſtes circundabunt*

C *ciuitatem, id eſt, obſidebunt.*

Capitis 19. à verſ. 10. vſque ad finem. Sectio Secunda.

TEXTVS VVLGATÆ.

10 ET conteres laguneulam in oculis virorum, qui ibunt tecum.

11 Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus exercituum: Sic conteram populum iſtum & ciuitatem iſtam, ſicut conteritur vas figuli, quod non poteſt vltra inſtaurari: & in Topheth ſepelientur, eò quòd non ſit alius locus ad ſepeliendum. D

12 Sic faciam loco huic, ait Dominus,& habitatoribus eius: & ponam ciuitatem iſtam ſicut Topheth.

13 Et erunt domus Iſrael, & domus regum Iuda ſicut locus Topheth, immundæ omnes domus, in quarum domatibus ſacrificauerunt omni militiæ cæli, & libauerunt libamina diis alienis.

14 Venit autem Ieremias de Topheth, quò miſerat eum Dominus ad prophetandum, & ſtetit in atrio domus Domini, & dixit ad omnem populum. E

15 Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael: Ecce ego inducam ſuper ciuitatem hanc, & ſuper omnes vrbes eius vniuerſa mala, quæ locutus ſum aduersùm eam: quoniam indurauerunt ceruicem ſuam, vt non audirent ſermones meos.

TEXTVS SEPTVAGINTA.

10 *ET conteres doliolum ad oculos virorum egredientium tecum:*

11 *Et dices: Hæc dicit Dominus: Sic conteram populum iſtum, & ciuitatem iſtam, ſicut conteritur vas teſtaceum, quod non poterit vltra ſanari.*

12 *Sic faciam, ait Dominus, loco huic, & habitantibus in eo; vt detur ciuitas iſta, ſicut quæ corruit.*

13 *Et domus Ieruſalem, & domus Regum Iuda erunt, ſicut locus corruens, ab immunditiis eorum in omnibus domibus, in quibus ſacrificauerunt ſuper tecta eorum omni militiæ cæli, & libauerunt libamina Diis alienis.*

14 *Et venit Ieremias de ruina, quò miſerat eum Dominus illuc ad prophetandum: & ſtetit in atrio domus Domini: & dixit ad omnem populum.*

15 *Hæc dicit Dominus: Ecce ego induco ſuper ciuitatem hanc, & ſuper omnes vrbes eius, & ſuper pagos eius vniuerſa mala, quæ loquutus ſum ſuper eam: quoniam indurauerunt ceruicem ſuam, vt non exaudirent mandata mea.*

PARAPHRASIS CHALDAICA.

10 *ET confringens laguneulam ante oculos virorum qui gradiuntur tecum.*

11 *Et dices eis: Hæc dicit Dominus exercituum; Sic conteram populum iſtum & ciuitatem hanc, ſicut conteritur vas figuli, quod non poteſt vltra inſtaurari; & in Tophet ſepelient, eò quòd non erit locus ad ſepeliendum.* F

12 *Sic faciam loco iſti, dicit Dominus, & habitatoribus eius, vt ponam ciuitatem iſtam ſicut Topheth.*

13 *Et erunt domus Ieruſalem, & domus Regum domus Iuda ſicut locus Topheth, qui immundus eſt, propter omnes domus in quarum tectis adoleuerunt aromata omni militiæ cæli, & libauerunt libamina idolis populorum.*

14 *Et venit Ieremias de Topheth; miſerat enim illuc Dominus vt prophetaret; & ſtetit in atrio domus ſanctuarij Domini,& dixit omni populo.*

15 *Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael: Ecce ego inducam ſuper ciuitatem hanc, & ſuper omnes vrbes eius vniuerſa mala quæ decreui contra eam. Quia obdurarunt ceruicem ſuam, vt non obedirent verbis meis.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impreſſis.

HIeronymus (*Et conteres,&c.*) Perſpicuè non de Babylonia, ſed de Romana dicitur capti

9 Hieronym.

Ieruſalem Iudæis haud reſtauranda poſt excidium factum per Romanos.

captiuitate. Poſt Babylonios quippe, & vrbs inſtaurata, & populus reductus in Iudæam, & abundantiæ priſtinæ reſtitutus eſt. Poſt captiuitatem autem quæ ſub Veſpaſiano, & Tito, & poſtea accidit ſub Hadriano, vſque ad conſummationem ſæculi ruinæ Ieruſalem permanſuræ ſunt: quamquam ſibi Iudæi auream atque gemmatam Ieruſalem reſtituendam putent: ruſumque victimas, & ſacrificia & coniugia ſanctorum, & regnum in terris Domini Saluatoris: quem licet non ſequamur, tamen damnare non poſſumus, quia multi Eccleſiaſticorum virorum, & martyres iſta dixerunt: Et vnuſquiſque in ſuo ſenſu abundet, & Domini cuncta iudicio reſeruentur. Quomodo autem vas fictile & teſteum ſi fractum fuerit, in antiquam ſpeciem non poteſt reformari: ſic & populus Iudæorum, & Ieruſalem ſubuerſa, ſtatum priſtinum non habebunt. Denique caſſum eſt hodie nomen ipſius ciuitatis, & ab Ælio Hadriano, Ælia dicitur, & cum habitatione priſtina, priſtinum quoque nomen amiſit, ad decutiendam ſuperbiam habitatorum eius. Sanctæ autem crucis, & reſurrectionis vocabula, non vrbem ſignificant, ſed locum: nec diuitiarum quondam magnitudinem, per quam periit populus Iudæorum, ſed gloriam ſanctitatis, quam noſtra paupercula poſſidet Bethlehem: non habens aurum & gemmas, ſed panem qui in ea natus eſt.

Ieruſalem dicta Aelia, ab Aelio Hadriano.

Ieruſalem locus ſignificatus per ſancta crucis, & reſurrectionis Chriſti vocabula.

10 (*Et in Thopheth ſepelientur*, &c. *& erunt domus Ieruſalem.*) Quod autem in Sept. infertur: *Omnes domus Regum Iuda, ſicut locus Thopheth*: in Hebraico non habetur & ſequitur.

(*Immundæ omnes domus*, &c.) Quod ſupra dixerat: *Non vocabitur locus iſte ampliùs Thopheth, & vallis filij Ennom, ſed vallis occiſionis*: nunc ponit manifeſtiùs, quòd tanta in ipſo loco futura ſit cædes, vt ibi aceruatim populus ſepeliatur, & lucus quondam religionis fiat tumulus mortuorum: Ipſa quoque ciuitas quæ huic imminet loco, fiat ſicut Thopheth: pro quo Sept. ruinam tranſtulerunt: Domus quoque Ieruſalem regumque palatia in ruinas ſimiles conuertantur: Cauſaque redditur, eò quòd immundæ fuerint, & idololatriæ pollutæ ſcelere: pro eo quòd in domatibus & tectis earum, Soli & Lunæ, & ſtellis cæli immolauerint, & thura incenderint: nec hoc fuerint errore contenti: ſed immolauerint dæmonibus, & libamina fuderint diis alienis.

Loca in quibus Deus offenditur quã iuſto Dei in pœnam deducantur delinquentium in iis.

(*Venit autem*, &c.) Poſtquam in Thopheth præſentibus populi ſenioribus, quos duxerat ſecum Ieremias, confregit lagunculam, ſiue doliolum, & prophetauit verbis Domini ad conterendum populum & ciuitatem Ieruſalem, reuertitur, & ſtat in atrio domus Domini, & vniuerſæ loquitur multitudini, quæ ad locum Thopheth ire noluerat: quod inducturus ſit Dominus ſuper ciuitatem Ieruſalem, & ſuper omnes vrbes eius vniuerſa mala, quæ locutus eſt aduersùm eam. Et ne putemus crudelem eſſe ſententiam, reddit cauſas cur inducturus ſit mala: *Quoniam*, inquit, *indurauerunt ceruicem ſuam, vt non audirent ſermones meos*: ne poſt multas quidem impietates volentes agere pœnitentiam.

Deum in caſtigandis ſceleſtis crudelẽ non eſſe ipſa illorum teſtatur obſirmata peruicacia.

In Theodorito & hîc pariter eſt ſimplex narrationis relatio.

11 D. Thomas. Hîc deſignat prædictam pœnam facto. Et primò ponit factum. (*Conteres lagunculam*) Iſai. 10.[a] *Ecce dominator Dominus exercituum confringet lagunculam in terrore, & excelſi ſtatura ſuccidentur: & ſublimes humiliabuntur.* Secundò facti ſignificatum (*Et dices ad eos*) primò quantùm ad populi occiſionem (*Sic conteram*) Iſai. 30.[b] *Comminuetur ſicut conteritur lagena figuli contritione prævalidâ.* Secundò quantùm ad ſepulturæ locum (*& in Topheth*) vel occiſionis multitudinem ſupra 7. Idem tertiò quantùm ad vrbis deſtructionem (*ſic faciam*) ſicut Thopheth immũdam, & ſine domibus (*in quarum domatibus*) id eſt in ſummitatibus domorum quæ planæ erant: & in eis idola colebant. Iſai. 22.[c] *Aſcendiſti & tu omnis in tecta: clamoris plena: vrbs frequens ciuitas exultans.*

D.Thom. a Iſai 10.33. b Iſai.30.14.

Domata dicta ſummitates domorum quæ plana erant.

c Iſai.22.21.

Venit autem Ieremias. Poſtquam dixerat prædicta in Valle Topheth ad populum, reuertitur ad templum: vt annunciaret ea populo: qui ipſum ſequi noluit. Et planum eſt. Act. 7.[d] *Durâ ceruice & incircuncisi cordibus, & auribus, vos ſemper ſpiritui ſancto reſiſtitis: ſicut & patres veſtri: ita & vos.*

d Act.7.51.

CATENA GRÆCA EX VETERIBVS PATRIBVS GRÆCIS.

ΤΑ'ΔΕ λέγει κύριος.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὥστε ἀνίατον εἶναι τὴν πληγὴν αὐτῆς. ἔδωκα ὑμῖν σωτηρίας ἐλπίδα, εἶπον, ἀποστρέψω τὸ ἔθνος, καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν, καὶ τὴν βασιλείαν. οὐ προσέσχετε. ἀναιρῶ καὶ ταύτην τὴν παραμυθίαν, ἐκκόπτω καὶ ταύτας τὰς ἐλπίδας.

[καθὼς ὁ τόπος.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐν τοῖς διαπεπτωκόσι τόποις τὰς ἀκαθαρσίας ῥίπτειν πεφύκασιν. οὕτως οὖν φησι παρασκευάσω γενέσθαι τὴν πόλιν, καὶ τὰς οἰκίας, ἐν αἷς εἰδωλολάτρουν.

[ταφέθ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] τὸ ταφὲθ διάπτωσις ἑρμηνεύεται. ὅθεν ἐλθὼν ὁ προφήτης τὰ αὐτὰ προλέγει κακά. ἐσκλήρυναν δὲ τὸν τράχηλον, καθάπερ τὰ ὑποζύγια ἀνανεύοντα πρὸς ζυγόν.

12 Verſ. 11. HAec dicit Dominus ſic conteram populum iſtum, &c.)

Chryſoſtomi.] *Vt plaga illis ſit inſanabilis dedi vobis ſpem ſalutis. Dixi conuertam gentem, & captiuitatem & regnum non attendiſtis, aufero & hoc ſolatium, præcido, & ſpes iſtas.*

Chryſoſt. Spem omnem reddimus nobis irritam neglectu diuinorum.

Verſ. 13. (*Et faciam, &c. Sicut locus corruens, ab immunditiis, &c.*)

Olympiodori.] *In loca ruinoſa ſolent projicere ſordes. Sic igitur, ait, per me ciuitati & domibus fiet, in quibus idola colebant.*

Olympiod. Loca in quibus Deus offenſus ſit ad immunditias deſtinantur.

Verſ. 14. (*Et venit Ieremias, &c.*)

Verſ. 15. (*Quoniam indurauerunt, &c.*)

Olympiodori.] *Tapheth ruina interpretatur, vnde Propheta veniens eadem mala prædicit; indurauerunt verò ceruicem, ſicuti iumenta iugum detrectantia.*

Olympiod. Topheth interpretatum ruina.

Caput

Caput Vigesimum à vers. 1. vsque ad 7. Sectio Prima.

TEXTVS VVLGATÆ.

1 ET audiuit Phassur filius Emmer Sacerdos, qui constiturus erat princeps in domo Domini, Ieremiam Prophetãtem sermones istos.

2 Et percussit Phassur Ieremiam Prophetam, & misit eum in neruum, quod erat in porta Beniamin superiori, in domo Domini.

3 Cúmque illuxisset in crastinum, eduxit Phassur Ieremiam de neruo, & dixit ad eum Ieremias: non Phassur vocauit Dominus nomen tuum, sed pauorem vndique.

4 Quia hæc dicit Dominus. Ecce ego dabo te in pauorem, te & omnes amicos tuos: & corruẽt gladio inimicorum suorum, & oculi tui videbunt: & omnem Iudam dabo in manum Regis Babylonis: & traducet eos in Babylonem, & percutiet eos gladio.

5 Et dabo vniuersam substantiam ciuitatis huius, & omnem laborem eius, omnéque pretium, & cunctos thesauros Regum Iuda dabo in manu inimicorum eorum: & diripient eos: & tollent, & ducent in Babylonem.

6 Tu autem Phassur, & omnes habitatores domus tuæ ibitis in captiuitatem: & in Babylonem venies, & ibi morieris, ibique sepelieris tu, & omnes amici tui, quibus prophetasti mendacium.

TEXTVS SEPTVAGINTA.

1 ET audiuit Paschor filius Emmer Sacerdos (Et hic constitutus erat præfectus domus Domini) Ieremiam prophetantem sermones istos.

2 Et percussit eum, & misit eum in cataractam, quæ erat in porta domus assignatæ superioris, quæ erat in domo Domini.

3 Et eduxit Paschor Ieremiam de cataracta. Et dixit ei Ieremias: Non Paschor vocauit Dominus nomen tuum, sed migrantem.

4 Quia hæc dicit Dominus: Ecce ego do te in migrationem cum omnibus amicis tuis: & cadent in gladio inimicorum suorum: & oculi videbunt: & te, & omnem Iudam dabo in manus Regis Babylonis: & migrare facient eos, & trucidabunt in gladiis.

5 Et dabo omnem fortitudinem ciuitatis huius, & omnes labores eius, & omnes thesauros Regis Iudæ in manus inimicorum eius: & ducent eos in Babylonem.

6 Et tu, & omnes habitantes in domo tua ibitis in captiuitatem: & in Babylone morieris: & ibi sepelieris tu, & omnes amici tui, quibus prophetasti eis falsa.

PARAPHRASIS CHALDAICA.

1 ET audiuit Phassur filius Emmer Sacerdos; & ipse erat constitutus princeps Sacerdotum in domo sanctuarij Domini, quando Ieremias prophetabat verba hæc.

2 Et percussit Phassur Ieremiam Prophetam, & coniecit eum in carcerem, qui erat in porta superiori tribus Beniamin in domo sanctuarij Domini.

3 Factúmque est subsequenti die, eduxit Phassur Ieremiam ex cippo. Et dixit ei Ieremias: Non Phassur vocauit Dominus nomen tuum; sed congregabuntur contra te qui occident gladio per circuitum.

4 Quia hæc dicit Dominus. Ecce ego tradam te in interitum, te & omnes inimicos tuos, & occidentur gladio inimicorum suorum, & oculi tui videbunt: & omnes viros domus Iuda tradam in manum Regis Babylonis, & abducet eos in Babylonem, & occidet eos gladio.

5 Et dabo omnes diuitias terræ huius, & omnem laborem eius, & omnia in quibus laborauerunt, & omnes thesauros Regum domus Iuda tradam in manum inimicorum suorum, & diripient ea, & in captiuitatem ducent, & asportabunt ea in Babylonem.

6 Tu autem Phassur, & omnes habitatores domus tuæ ibitis in captiuitatem, & in Babylonem duceris, & ibi morieris, ibique sepelieris tu & omnes amici tui, quibus prophetasti in mendacium.

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

1 Hieron. *Neruus quoddam tormenti genus.*

HIeronymus. (*Et audiuit Phashur filius Emmer, &c.*) Pro Phashur Sept. transtulerunt Phaschor: qui interpretatur oris nigredo, & pro neruo, quem nos diximus, Sept. ex Theodotio vèrtêre, cataracten, Symmachus βασανιστήριον, siue στρεβλωτήριον quod vtrumque tormenta significat. Nos autem neruum diximus more vulgari: quod tormenti genus etiam in actibus Apostolorum [a] legimus, quando Apostoli Paulus, & Silas in custodiam carceris dati sunt. Iste autem erat Pontifex templi, & datã sibi Sacerdotij dignitate, in peruersum abutitur: non vt doceat, & sermone corripiat, sed vt cruciatibus terreat: Vnde & Saluator, [b] & Apostolus Paulus iussione [c] Pontificis verberantur. Nec mirum si hodie serui Dei cædantur à Phaschor, mittanturque in carcerem, & horribili custodiã seruentur. Datur enim hæc potestas à Deo, vt Prophetarum ostendatur fides. Nec tamen maior est ille qui cædit, sed fortior iste qui cæditur. Et patienter Propheta suscipit iudicium Dei: nec reclamat ad verbera, sed considerat imperantem. *Emmer* verbum sonat, de quo sæpe nigredo generatur, non parentis vitio, sed scelere degenerantis. Tormentum autem quo cruciatur Propheta, videtur in parte dextera: quod interpretatur Beniamin: & in porta sublimi quæ non veritatem indicat, sed iniustam Pontificis potestatem.

a Act. 16.24. *Sacerdotes, & Prælati plures dignitate abutentes viros bonos insectantur, & cruciant, & cur id Deus permittat.* b Ioan. 18.22. c Act. 16.22.

(*Cúmque illuxisset in crastinum, &c.*) Et hîc tam nomen Pontificis quàm tormenti genus similiter omnes vt supra interpretati sunt. Mutatur autem nomen Pontificis, vt ex nomine futurum supplicium demonstretur. Nequaquam, inquit, habebis nomen oris nigredinem, & iniquæ imperium potestatis, sed captiuus duceris in Babylonem: hoc enim significat pauor vndique, sine per circuitum: vt tremens & propriæ salutis incertus, huc illucque circumspicias, & venientes contra te aduersarios reformides. Pro *pauore*, quod in Hebraico scriptum est מגור *magor*, Sept. & Theodotio μέτοικον, id est, *migrantem*: Aquilæ secunda editio, *peregrinum*: prima, *circumspicientem*: Symmachus, *ablatum*, siue congregatum, & coactum, interpretati sunt.

2 *Nominum mutationes significare solitum quod futurũ esset vel bonum, vel malum.*

(*Quia hæc dicit Dominus, &c.*) Iuxta superiorem interpretationem, qua Phashur nomen fuerat immutatum, vt appellaretur מגור *magor*, omnes similiter transtulerunt, vt significarent vel

pauorem,

pauorem, vel peregrinationem, vel ſublationem, & tranſlationem, & congregationem. Comminaturque, eum cum amicis ſuis iam iámque capiendum, tradendumque hoſtium manibus, & cunctum populum tribus Iudæ Babyloni Regis manibus obtinendum, alioſque interficiendos gladio, & alios ducendos in captiuitatem, & vniuerſas diuitias, tam vrbis, quàm theſaurorum regiorum ab inimicis eſſe capiendas: ipſúmque Phashur cum omni cognatione ſua & familia ducendum in captiuitatem, & in Babylone eſſe moriturum: eò quòd populum ſuum mendacio deceperit, nequaquam illi vera & triſtia, ſed per mendacium proſpera pollicendo. Simulque animaduertenda Prophetæ patientia atque prudentia, quòd miſſus in carcerem tacet, & ſilentio vincit iniuriam: nec tamen diſſimulat quod ſcit eſſe venturum, vt ſaltem ſic Pſeudopropheta Pontifex peccare deſiſtat, & Dei clementiam deprecetur.

Iuſti cùm à quoquã cruciantur ſilentio vincunt iniuriã; opportuno tamen tempore dicũt quæ pro cruciantis ſalute ſint dicenda.

3 Theodorit.

Theodoritus. Cùm audiſſet hunc ſermonem Phaſſur princeps Sacerdotum, non ſolùm percuſſit Prophetam, ſed etiam incluſit. Percuſſit enim, inquit, Phaſſur Ieremiam Prophetam, & coniecit eum in neruum. Locum autem quendam dicit ſubterraneum: cuiuſmodi multa habebat templum à Salomone ædificatum. Posterâ verò die, cùm eduxiſſet eum, iterum dicentem audiuit, *Nequaquam Dominus vocauit Phaſſur nomen tuum, ſed Aduentitium vndique.* Nec eum duntaxat, ſed etiam familiares eius dicit in captiuitatem redigendos eſſe, & poſt captiuitatem interficiendos. Quin etiam comminatur ſe traditurum Regi Nabuchodonoſor vniuerſum populum.

Subterranea plura loca in templo Salomonis, in quorum vnum Pontifex coniecit Ieremiam.

4 D. Thomas.

D. Thomas. Primò ponitur comminationis occaſio ex Prophetæ perſecutione: vbi ponitur perſecutionis ratio (*Prophetantem ſermones iſtos*) contra ciuitatem; hoc enim erat officium ſummi Sacerdotis, vt ſcil. falsò Prophetantes corriperet, infra 29. Dedit te Dominus Sacerdotem pro Ioiade Sacerdote, vt ſis dux in domo Domini ſuper omnem virum arreptitium, & Prophetantem, vt mittas eum in neruum, & in carcerem, &c. Prophetæ perſecutio (*& percuſſit, in neruum*) in carcerem: genus tormenti ad detinendum captiuos (Beniamin) quæ ducebat in tribum Beniamin: erat enim ciuitas ſita in confinio duarum tribuum (*ſuperiori*) quia fortè plures erant portæ ducentes in terram illam (in domo Domini) vnde in illa porta exercebatur iudicium de Prophetis, & de miniſtris templi. Et ibi claudebantur in carcere Thren. 3.[a] *Circum ædificauit aduerſùm me vt non egrediar: aggrauauit compedem meum.* Et Prophetæ liberatio (*cùmque*) ſimile Actuum 4.[b] *Factum eſt autem in craſtinum*, &c. Pſalmus.[c] *Qui eduxit vinctos in fortitudine.* Secũdò ponitur comminatio. Et primò ponitur pœnæ deſignatio ex immutatione nominis. (*Et dixit ad eum*) loquitur ad modum hominis timidi, qui vndique circunſpicit. Prouerb. 10.[d] *Pauor his qui operantur malum*: Secundò ponitur pœnæ comminatio. (*Quia hæc dicit Dominus.*) Et primò quantùm ad ipſius amicos (*te & omnes amicos*) Pſalmus.[e] *Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt*, Secundò quantùm ad ſubditos, ponens captiuitatem hominum. (*Et omnem Iudam*) Threnorum. 1.[f] *Migrauit Iudas propter afflictionem & multitudinem ſeruitutis: habitauit inter gentes: nec inuenit requiem.* Et direptionem bonorum. (*Et dabo vniuerſam*) Iſai. 39.[g] *Auferentur omnia quæ in domo tua ſunt: & quæ theſaurizauerunt patres tui vſque ad diem hanc in Babylonem. Non relinquetur quicquam dicit Dominus.* Tertiò quantùm ad ipſius domeſticos. (*Tu autem Phaſſur mendacium*) promittens proſpera. Iſai. 22.[h] *Quaſi pilam mittet te Dominus in terram latam & ſpatioſam. Ibi morieris*, &c. Amos. 7.[i] *Filij tui, & filiæ tuæ in gladio cadent: & humus tua funiculo metietur: & tu in terra polluta morieris, & Iſrael captiuus migrabit de terra tua.*

Prælati officium vt falſis, prauoſque doctores corripiat, & caſtigari curet.

Neruus tormenti genus ad detinendum captiuos.

Carceres pro Eccleſiaſticis diſtincti ſint à carceribus ſæcularium.

a Thren. 3. 7.
b Act. 4. 5.
c Pſal. 67. 7.
d Prou. 10. 29.
e Pſ. 77. 64.
f Thren. 1. 3.
g Iſai. 39. 6.
h Iſai. 22. 18.
i Amos. 7. 17.

CATENA GRÆCA EX VETERIBVS PATRIBVS GRÆCIS.

κεφάλ. 20.

Καὶ ἤκουσε Πασχώρ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὅρα πόσον ἔγκλημα. καὶ ἱερεὺς ἦν, καὶ ἱερέα, καὶ προφήτην, καὶ τοιαῦτα λέγοντα ὃν ἐχρῆν πενθεῖν, || διεμάνθανε διά τε λόγων καὶ ἔργων τὴν πονηρίαν αὐτῶν, ἵνα μὴ θαυμάζῃ ἐπὶ τῇ αἰχμαλωσίᾳ.

|| Ισ. ὅτι ἐμάνθανε.

Ὀλυμπιοδώρου.] Πασχώρ, ἱερεὺς ἦν οὗτος, καὶ πρῶτος τῶν ψευδοπροφητῶν.

[καὶ ἐπάταξεν.]

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] οὐκ ἂν ἐγένετο ταῦτα, μὴ τοῦ εὐσεβοῦς βασιλέως Ἰωσίου μεθεστηκότος τοῦ βίου. τοιγαροῦν μετὰ βραχὺ Σεδεκίου μέμνηται, ὑπερβὰς τοὺς ἐν μέσῳ. συγχωρεῖ δὲ ὁ Θεὸς τὸν προφήτην παθεῖν ὑπὸ ἀνδρὸς προεστηκότος τοῦ ἰουδαϊκοῦ ναοῦ. οὐ γὰρ τοῦ βίου τοῦ παρόντος ἡ κρίσις, εἰ καὶ μερικῶς ἐνίοτε γίγνεται, καθὰ νῦν τῷ Πασχὼρ ἡ δίκη παρηκολούθησεν. οὔτε ἄρα ταῖς ἐξουσίαις τῶν πονηρευομένων καταπλήττεσθαι δεῖ, οὔτε τοῖς πάθεσι τῶν ἀγαθῶν θορυβεῖσθαι. ἱερεὺς δὲ τὸν ἱερέα καὶ προφήτην σέβεσθαι δέον, καὶ πενθεῖν τὸν

Verſ. 1. *Et audiuit Paſchor, &c.)*

5 Chryſoſt.

Chryſoſtomi.] *Vide quantum crimen, & Sacerdos erat, & Sacerdotem & Prophetam, & talia dicentem. Quem lugere oportebat, quod addiſceret & verbis & factis nequitiam eorum, ne de captiuitate admiraretur.*

Sacerdotem Sacerdotes malè habere quàm grauis error Paſchor.

Olympiodori.] *Paſchor, Sacerdos hic erat, Pſeudoprophetarumque caput.*

Olympiod. *Sacerdos prauus caput eſſe ſolet praua docentium.*

Verſ. 2. *(Et percuſſit eum, &c.)*

Incerti.] *Hæc ſanè nunquam patrata fuiſſent, niſi priùs Rex Ioſias è vita exceſſiſſet. Itaque paucis additis Sedeciæ mentionẽ facit, medios prætereiens. Permittit porrò Deus Prophetã malè haberi ab homine qui Iudaico templo præerat, quia iudicium non eſt præſentis vitæ, etſi quandoque ex parte fit, ſicut nunc Paſchor iuſtitia ſubſequuta eſt. Neque igitur ſtupere oportet, quòd poteſtates in prauis hominibus ſint, neque bonorum perturbari calamitatibus. Sacerdos verò cùm venerari deberet Sacerdotem, & Prophetam, Templumque deplora*

Incertus. *Sedecia tempore Ieremiã miſſum in carcerem à Paſchor.*

Impios cruciare iuſtos permittit Deus, quorũ tamen & in hac vita aliquando vltionem ſumit.

τὸν ναὸν δι᾽ ἅπερ ἐμάνθανε συμβησόμενα, τοῦτον εἰς καταῤῥάκτην ἐνέβαλεν. τὸ γὰρ παλαιὸν, ἐν καταγείοις ὑπῆρχε τὸ δεσμωτήριον. τοσοῦτον δὲ ἀπῆχεν ὁ προφήτης ἐκκοπῆναι τῆς παῤῥησίας ὅτι θρασέως χωρὶς καὶ τῷ ἐμβεβληκότι προφητεύει μετοικισμὸν ἐξ ἁλώσεως.

[εἰς τὸν καταῤῥάκ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐν ἰδιάζοντι τόπῳ τοῦ ναοῦ.

[καὶ εἶπεν αὐτῷ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] πῶς οὐκ ἐφοβήθη ταῦτα εἰπεῖν οὗτος; πῶς δὲ ἐκεῖνος ἐξέβαλεν; εἰ γὰρ καὶ ἐμίσουν τοῦτον ἄνδρας, || ἀλλ᾽ οὐκ ἠδύναντο περαιτέρω τὴν κακίαν ἐνδείκνυσθαι, τοῦ συνειδότος ἐλέγχοντος αὐτοὺς, οὕτω καὶ Ἡρώδης τὸν Ἰωάννην. ἠγάπα γὰρ, τοσοῦτον μόνον, μὴ ἀκούειν τὰ λεγόμενα.

Θεοδωρήτου.] κατὰ τὴν ἱστορίαν ὅρα τί γίνεται. οἱ μὲν φίλοι αὐτοῦ ἀποθνήσκουσιν. αὐτὸς δὲ ὁ τὰ ψευδῆ προφητεύσας; αἰχμάλωτος ἀπάγεται. θάπτεται κἀκεῖ, ἐκ τῆς τῶν πραγμάτων ἐκβάσεως ἐλεγχθησόμενος; καὶ τὸν τῆς ἀπάτης ὑπομένων ὀνειδισμοῦ.

[σὺν πᾶσι τοῖς φίλοις.]

Ὀλυμπιοδώρου.] τοῖς συμπεράναισί σοι ἐν τῷ ψευδοπροφητεύειν.

|| ἐν τῷ ἀν-δρας. *(margin)*

A deplorare propter ea quæ audiebant euentura illum misit in Cataractam, olim quippe subterraneus erat carcer. Tantùm autem aberat vt Propheta, aliquid suæ libertatis in dicendo remitteret, vt citra imprudentiam illi etiam qui eum in carcerem coniecerat per vrbis excidium migrationem vaticinetur.

Verbi Dei præconi nullam ob persecutionem suâ in dicendo dimittant libertatem.

6

Ex Vers. 2. *(In Cataractam.)*

Olympiodori.] *In peculiari templi loco.*

Olympiod. Carcer Ecclesiasticus locus diuersus ab aliis.

Vers. 3. *(Et dixit ei Ieremias, &c.)*

B Chrysostomi.] *Quomodo hæc effari hîc non timuit? Quomodo verò ille eduxit? etsi enim virum odio prosequebantur, non tamen suam malitiam vlterius exercere poterant, conscientiâ illos redarguente. Sic & Herodes Ioannem; amabat quippe illum; tantùm ne audiret quæ dicebantur.*

Chrysost. Iustos insectantes impij vel ab ipsa sua conscientia redarguti sæpe nequeunt cuncta in eos facere quæ vellent.

Vers. 4. *(Ecce ego do te in migrationem.)*

Theodoreti.] *Secundùm historiam vide quid fit; amici quidem eius vitâ priuantur, ipse verò qui falsa Prophetauerat captiuus abducitur, ibique humatur, euentu rerum redarguendus, &* C *eò quòd deceperit proba sustinens.*

(Cùm omnibus amicis.)

Olympiodori.] *Qui tibi socij erant, dum falsa prædiceres.*

Olympiod. Amici impiorum qui socij illius sunt in sceleribus.

Reliqua præcedêta illius Homiliæ habes supra ad finem Catenæ Græcæ in duabus primis sectionibus capitis 18.

Origenis Homiliæ Decimæ octauæ Codicis Græci Vaticani, & sextæ ex octo quæ nunc primùm in Lucem prodeunt.

Προεφήτευσεν Ἱερεμίας, καὶ ἤκουσε πασχὼρ υἱὸς ἐμμὴρ ὁ ἱερεὺς τῶν λόγων τῆς προφητείας. καὶ || τοσοῦτον κατὰ τὸ εἰκὸς, ὅσον ἐπὶ ψιλῇ τῇ ἀκολουθίᾳ τῆς προφητείας, ἀκηκοόντων ἱερεμίου, D οὐ ταχέως ἀναγέγραπται ἄλλος ἀκούσας, εἰ μὴ πασχὼρ, ἐμέλησε δὲ τῇ γραφῇ εἰπεῖν, καὶ τίνος υἱὸς ἦν, ὅτι ἐμμὴρ, καὶ ὅτι ἐχρημάτιζεν ἱερεὺς; καὶ ποίαν τάξιν εἶχεν ἐν τῷ λαῷ, ὅτι ἦν καθεσταμένος ἡγούμενος οἴκου κυρίου κατὰ τὸν χρόνον ἱερεμίου προφητεύοντος τοὺς λόγους τούτους, καὶ ἀναγέγραπται, ὅτι ἀκούσας τῶν λόγων τῆς προφητείας ταύτης πασχὼρ ἐπάταξε τὸν ἱερεμίαν, καὶ οὐκ ἠρκέσθη τῷ αὐτὸν πεπαταχέναι, ἀλλὰ καὶ ἔβαλλεν αὐτὸν εἰς τινα καταῤῥάκτην, ἐμέλησε E τῇ γραφῇ εἰπεῖν, καὶ ποῦ ἦν οὗτος ὁ καταῤῥάκτης, ἐν τῇ πόλῃ τοῦ βενιαμεὶν, καὶ ὅτι ὁ καταῤῥάκτης ἦν ἐν τόπῳ, ἔνθα ὑπερῷον ἦν. ὑπερῷον δὲ οὐκ ἄλλου τινὸς, ἢ τοῦ οἴκου κυρίου. ταῦτα ἀνέγραψεν ἐπὶ τῇ προφητείᾳ γεγονέναι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τῷ ἱερεμίᾳ, γεγονέναι δὲ ἀπὸ τοῦ πασχώρ. εἶτα φησὶ τῇ ἐπαύριον ὁ πασχὼρ ἐξήγαγε τὸν ἱερεμίαν ἐκ τοῦ καταῤῥάκτου. καὶ εἶπεν ἐξαχθεὶς ὁ ἱερεμίας τῷ πασχὼρ, ὅτι οὐ κύριος τοῦτο τὸ ὄνομα ἐκάλεσέ σε τὸ πασχὼρ, ἀλλὰ ὄνομά σοι τέθειται ὡς τῷ Ἰακὼβ, Ἰσραὴλ, ὡς τῷ Ἄβραμ Ἀβραάμ, F ὡς τῇ Σάῤῥα, Σάῤῥα, οὕτω σοι ὄνομα τέθεικε, μέτοικον. καὶ διὰ τοῦτο ἐκάλεσέ σε μέτοικον, ἐπειδὴ τάδε λέγει ὁ κύριος, ἰδοὺ ἐγὼ δίδωμί σε εἰς μετοικίαν σὺν πᾶσι, τίσιν; οὐχὶ γυναικί σου, καὶ υἱοῖς σου, ἀλλὰ σὺν τοῖς φίλοις σου. καὶ ἐπὰν δοθῇς εἰς

|| ἐν τούτ. *(margin)*

Prophetauit Ieremias, & audiuit Paschor filius Emmer Sacerdos Sermones Prophetiæ. Et cùm plerique, vt par est, ex nuda narratione prophetiæ Ieremiam audiuissent de nullo alio scriptum est tam citò audisse quàm de Paschor, expressum porrò voluit esse Scriptura, cuiusnam esset filius, nempe Emmer quódque Sacerdos esset, & cuius dignitatis in Populo, quòd scil. erat constitutus Præfectus Domus Domini, quo tempore Ieremias sermones hos vaticinabatur. Et scriptum est, cum sermonibus hisce Prophetiæ auditis Ieremiam percussisse, Nec fuit illi satis percussisse, sed etiam misit eum in Cataractam, Annetauit Scriptura locum, in quo Cataracta illa erat. In porta Benjamin; Quodque Cataracta erat in loco vbi superior pars domus; quæ nullius esset alterius, quàm Domus Dei pars superior. Hæc Ieremiæ contigisse Spiritus Sanctus in oraculis exscripsit, & auctore Paschore, quibus addit. *Cumque illuxisset in crastinum Paschor eduxit Ieremiam de Cataracta, & dixit eductus Ieremias Paschori, Non Paschor vocauit Dominus nomen tuum*; Sed nomen tibi impositum fuit veluti Iacobo Israel, veluti Abræ Abraham; veluti Sarræ Sarha; sic & nomen tibi posuit. *Migrantem*, *Quia hæc dicit Dominus, Ecce ego do te in migrationem cum omnibus*, quibus? non vxore tuâ, & filiis tuis, *sed amicis tuis*, & quum datus fueris in migrationem *cadent amici tui gladio*. Deinde qui

7

Historiæ enarratio eorũ quæ inter Ieremiam & Paschor Sacerdotem contigère.

Vers. 2.

Vers. 3.

Vers. 4.

εἰς μετοικίαν, πεσοῦνται οἱ φίλοι σου μαχαίρᾳ. εἶτα ὡς διαφορᾶς οὔσης τοῖς πίπτουσιν ἀπὸ μαχαίρας, ἐὰν πέσωσιν ἀπὸ μαχαίρας ἐχθρῶν, ἢ ἀπὸ μαχαίρας ἄλλων, φησί. πεσεῖσθαι τοὺς φίλους τοῦ βαλόντος τὸν ἱερεμίαν εἰς τὸν καταῤῥάκτην εἰς μάχαιραν ἐχθρῶν αὐτοῦ. καὶ οἱ ὀφθαλμοί σου φησὶν ὄψονται ταῦτα τὰ προφητευόμενα. σὲ δὲ καὶ πάντα τὸν ἰούδα δώσω εἰς χεῖρας βασιλέως Βαβυλῶνος, μετὰ τὸ παθεῖν ταῦτα τοὺς φίλους σου. καὶ μετοικιοῦσιν αὐτοὺς εἰς Βαβυλῶνα, καὶ κατακόψουσιν αὐτούς. τὸν γὰρ βασιλέα ἰούδα, καὶ τοὺς ἀπὸ ἰούδα κατακόψουσιν ἐν μαχαίρᾳ. καὶ οὐκέτι πρόσκειται τὸ, ἐχθρῶν αὐτῶν, ὡς ἐπὶ τῶν προτέρων, οἱ εἴρηνται φίλοι εἶναι τοῦ πασχώρ. εἶτα φησί. καὶ δώσω πᾶσαν τὴν ἰσχὺν τῆς πόλεως ταύτης, καὶ πάντας τοὺς θησαυροὺς τοῦ βασιλέως ἰούδα, καὶ πάντας τοὺς πόνους τῆς πόλεως ταύτης εἰς χεῖρας ἐχθρῶν αὐτῶν. ἵνα οἱ ἐχθροὶ διαρπάσωσι τοὺς θησαυρούς, καὶ λάβωσι τὰ προειρημένα, καὶ ἀγάγωσι τὸν ἰούδαν, καὶ τὸν βασιλέα αὐτῆς εἰς Βαβυλῶνα. σὺ δὲ ὦ πασχὼρ καὶ πάντες οἱ κατοικοῦντες ἐν τῷ οἴκῳ σου, πορεύσεσθε ἐν αἰχμαλωσίᾳ εἰς Βαβυλῶνα. καὶ ἐκεῖ ἀποθανῇ. καὶ ἐκεῖ ταφήσῃ σὺ καὶ πάντες οἱ φίλοι σου, οἷς προεφήτευσας αὐτοῖς ψευδῆ. ἔδει ἐπιτέμνεσθαι τὴν περικοπὴν ὅλην, καὶ σαφηνίσαι οὐδέπω τὸ νόημα αὐτῆς. τὸ βαθύ, εἴγε χωροῦμεν αὐτό, ἀλλ' ἢ τὴν λέξιν, καὶ τὸ ῥητὸν αὐτοῦ. ὃ καὶ ὁ τυχὼν ἐπιστήσας ἐπιμελῶς τοῖς γράμμασι καὶ μὴ ἐκ παρέργου, δύναται κἂν οὕτως νοῆσαι. τί οὖν βούλεται ταῦτα; ἐνθάδε ὁ ἀγών ἐστι, παραστῆσαι τὸ βούλημα τούτων τῶν γραμμάτων. καὶ δὴ ὁμολογῶ, κατ' ἐμαυτὸν μὴ δύνασθαι αὐτὰ διηγήσασθαι, ἀλλὰ δεῖσθαι, ὡς προεῖπον ἐπιφανείας τῆς δυνάμεως ἰησοῦ, καθὸ σοφία ἐστί, καθὸ λόγος, καθὸ ἀλήθεια. ἵνα ἡ ἐπιφάνεια αὐτοῦ ποιήσῃ φῶς ἐπὶ τοῦ προσώπου τῆς ψυχῆς μου εἶχον καὶ οἱ ἐπαοιδοὶ τῶν αἰγυπτίων ῥάβδους, τὰς βουλομένας τὴν Μωυσέως διαβάλλειν καὶ Ἀαρών, ὡς οὐκ οὔσας ἀπὸ Θεοῦ. ἀλλὰ ἀνατρέπουσι τὰς τῶν σοφιστῶν καὶ ἐπαοιδῶν αἱ ἀπὸ θεοῦ. κατέπιεν αὐτὰς ἡ τοῦ Ἀαρών. ἤρκει γὰρ πρὸς τοῦτο αὐτὴ καὶ χωρὶς τῆς Μωυσέως ῥάβδου. ἐπάταξε τοίνυν ἱερεμίαν τὸν προφήτην ὁ πασχώρ, || καὶ μετὰ ἤθους. καὶ ἐπάταξεν ἱερεμίαν τὸν προφήτην. πρόσκειται καὶ τὸ, τὸν προφήτην. ἐνθάδε μὲν οὖν ὁ πατάξας, τὸν ἱερεμίαν τὸν προφήτην ἐπάταξεν. ἀναγέγραπται δὲ, ὅτι ἐν ταῖς πράξεσιν ἐπάταξέ τις τὸν παῦλον ὑπὸ ἀνανίου τοῦ ἀρχιερέως κελευσθείς. διὸ εἴρηκεν ὁ παῦλος. τύπτειν σε μέλλει ὁ θεός, τοῖχε κεκονιαμένε. καὶ μέχρι νῦν ὑπὸ ἀρχιερέως παρανόμου λόγου προϊστασσόμενοι ἐβιωναῖοι τύπτουσι τὸν ἀπόστολον ἰησοῦ χριστοῦ λόγοις δυσφήμοις, καὶ παῦλος φησὶ πρὸς τὸν τοιοῦτον λόγον ἀρχιερέα τό. τύπτειν σε μέλλει ὁ θεός. καὶ ἔστιν ὁ τοιοῦτος ἀρχιερεὺς ἐξ ἐπιπολῆς ὡραῖος, καὶ τοῖχος κεκονιαμένος, ἔσωθεν γέμων ὀστέων νεκρῶν, καὶ πάσης ἀκαθαρσίας. τί δὲ λέγω περὶ παύλου, καὶ ἱερεμίου; αὐτός μου ὁ κύριος ἰησοῦς χριστὸς φησί. τὸν νῶτον μου δέδωκα εἰς

[|| ἰν. μετὰ ἤθους.]

A qui differt inter cadentes gladio, ſi cadant è gladio inimicorum, ſiue gladio aliorum ait, amicos illius, qui Ieremiam in Cataractam miſerat, caſuros *gladio inimicorum eius, & oculi tui,* ait, *videbunt hæc quæ prædico. Te verò & omnem Iudam dabo in manus Regis Babylonis,* poſtquam amici tui paſſi hæc fuerint, *& traducēt eos in Babylonem, & trucidabunt eos.* Regem quippe Iudæ, omneſque qui à Iuda genus ducunt *trucidabunt gladio.* Neque hîc B appoſitum eſt; *Inimicorum ſuorum,* ſicuti de prioribus additum, qui Paſchoris amici dicebantur, & addit. *Et dabo omnem fortitudinem Ciuitatis huius, & omnes theſauros Regis Iudæ,* & omnes labores ciuitatis huius, in manus inimicorum eorum: vt hoſtes Theſauros diripiant, & quæ dicta ſunt capiāt, Iudámque & Regem illius in Babylonem abducant. *Tu verò ô Paſchor, & omnes habitantes in domo tua ibitis in captiuitatem in Babylonem, ibique morièris, & ibi ſepelièris tu, & omnes* C *amici tui, quibus prophetaſti eis falſa.* Hæc pars textus tota erat ſeorſim proponēda, & declarandus non profundus eius ſenſus, ſi id aſſequi poterimus, ſed ipſam literā, & voces, quam quiuis etiam accuratè animum aduertens, neque obiter percurrens, certè intelligere poterit. Quid ergo hæc ſignificant? Hic labor eſt, huius literæ ſenſū aperire: fateórque ad illorum expoſitionem meas vires impares eſſe. Sed neceſſariā mi- D hi eſſe, vt dixi, apparitionem virtutis Ieſu, quandoquidem ſapientia ipſe eſt, & Verbum, & veritas: vt eius apparitio lumen creet in faciem animæ meæ. Habebāt virgas & Ægyptiorum incantatores, quæ Moyſis Aaroniſque virgas improbare volebant quaſi ex Deo non eſſent. Sed quæ Dei ſunt euertunt illas quæ Sophiſtarum & incantatorum erant. [a] *Deglutiuit eas virga Aaron;* ſatis enim ad hoc illa, & abſque vir- E ga Moyſis. *(Percuſſit igitur Ieremiam Prophetam Paſchor:)* idque grauiter. *(Et percuſſit Ieremiam Prophetam.)* Et additum eſt. *(Prophetā.)* Certè hic percutiēs Ieremiam Prophetam percuſſit: ſcriptum quoque eſt, in actibus Apoſtolorum iuſſu Ananiæ Sacerdotum Principis Paulum fuiſſe à quodam percuſſum: Quocirca Paulus dixit. [b] *Percutiet te Deus, paries dealbate.* Et adhuc ab iniquo F Principe Sacerdotum, nempe impiā mente iuſſi Ebronæi, Apoſtolum Ieſu Chriſti maledictis verberant; & Paulus ad huiuſmodi Sacerdotum Principem iniquam mentem ait, *Percutiet te Deus* Eſtque Princeps hic Sacerdotum in ſuperficie pulcher, & paries dealbatus, [c] intus verò mortuorum oſſibus, omnique impuritate plenus eſt. Quid de Paulo, & Ieremia loquor? Ipſe Dominus meus Ieſus Chriſtus ait,

[Verſ. 5.]

8

Virga Aaronica abſque Virga Moſis deuorauit virgas maleficorū Ægyptiorum.

a Exod. 7. 12.

Verſ. 2.

b Act. 23. 3.

Apoſtolica Eccleſia ab iniqua mētis hæreticis maledictis verberatur.

Prælatus improbus paries dealbatus, & ſepulchrū intus omni immunditie plenum.

c Matth. 23. 17.

9

εἰς μάστιγας, τὰς δὲ σιαγόνας μου εἰς ῥαπίσματα, τὸ δὲ πρόσωπόν μου οὐκ ἀπέστρεψα ἀπὸ αἰσχύνης ἐμπτυσμάτων. ταῦτα οἱ ἀκέραιοι ἴσασιν ἐπὶ τὸν τότε μόνον καιρὸν, ὅτε ἐμαστίγωσεν αὐτὸν ὁ πιλάτος, ὅτε ἐβουλεύσαντο κατ' αὐτοῦ ἰουδαῖοι. ἐγὼ δὲ βλέπω τὸν ἰησοῦν καθ' ἡμέραν διδόντα τὸν νῶτον αὐτοῦ εἰς μάστιγας. εἴσελθε εἰς τὰς τῶν ἰουδαίων συναγωγὰς, καὶ ἴδε τὸν ἰησοῦν ὑπ' αὐτῶν τῇ γλώσσῃ τῆς βλασφημίας μαστιγούμενον. ἴδε σὺν ἀπὸ τῶν ἐθνῶν συναγομένους, βουλευομένους κατὰ χριστιανῶν, τίνα τρόπον λαμβάνουσι τὸν ἰησοῦν, κἀκεῖνος τὸν ἑαυτοῦ νῶτον δίδωσιν εἰς μάστιγας. κατανόει ὑβριζόμενον τὸν τοῦ θεοῦ λόγον, κακολογούμενον, μισούμενον ὑπὸ τῶν ἀπίστων. ὅρα ὅτι τὰς σιαγόνας ἔδωκεν εἰς ῥαπίσματα. καὶ διδάξας, ὅτι ἐάν τύπτῃ τίς σε εἰς τὴν σιαγόνα, στρέψον, καὶ τὴν ἄλλην. αὐτὸς αὐτὸ ποιεῖ. τοσοῦτοι αὐτὸν ῥαπίζουσι, καὶ μαστιγοῦσι, καὶ σιωπᾷ, καὶ οὐ λαλεῖ. ἀναγέγραπται γὰρ μὴ λαλῶν ἐν τῷ μαστιγοῦσθαι. καὶ τὸ πρόσωπον μέχρι τοῦ δεῦρο ἰησοῦς οὐκ ἀπέστρεψεν ἀπὸ αἰσχύνης ἐμπτυσμάτων. τίς τῶν ἐξουτελιζόντων τὴν διδασκαλίαν οὐχὶ οἱονεὶ ἐμπτύει μέχρι τοῦ δεῦρο τῷ ἰησοῦ ἀνεχομένῳ. || ἢ ἀκολουθεῖ τῷ πεπαλάχθαι τὸν προφήτην διηγήσασθαι σὺν παταχθέντας, ὡς φέρ' εἰπεῖν τὸν ἀπόστολον, καὶ εἴ τις ἄλλος πεπάτακται, || παραστῆσαι καὶ τὰ περὶ αὐτὸν τὸν ἰησοῦν. ἐπάταξεν οὖν πασχὼρ τὸν ἱερεμίαν τὸν προφήτην, καὶ ἔβαλεν αὐτὸν εἰς τὸν καταῤῥάκτην ὃς ἦν ἐν τῇ πύλῃ βενιαμὶν τοῦ ὑπερῴου τοῦ βενιαμὶν κληροδοσία ἐστὶν ἱερουσαλὴμ, ἐν ᾗ ὁ ναὸς τοῦ θεοῦ, τῶν θείων ἀναγνωσμάτων εὑρήσεις ἐκ τῆς ἀναγεγραμμένης κληροδοσίας ἐν τῇ τοῦ ναυῆ. ἐπεὶ οὖν ναὸς ἦν ἐν τῇ κληροδοσίᾳ τοῦ βενιαμὶν, ὃς ἑρμηνεύεται υἱὸς δεξιᾶς. οὐδὲν γάρ ἐστιν ἀριστερὸν περὶ τὸν ναὸν τοῦ θεοῦ. διὰ τοῦτο οὗτος βάλλει εἰς τὸν καταῤῥάκτην, ὃς ἦν ἐν πύλῃ βενιαμὶν τοῦ ὑπερῴου οἴκου κυρίου παρόντος ὑπερῴου ἐν οἴκῳ κυρίου, ἔβαλε τὸν προφήτην εἰς τὸν καταῤῥάκτην. καὶ ἡμεῖς παρακαλῶμεν, ἵνα λαβόντες νῦν τὸν ἱερεμίαν εἰς τὸ ὑπερῷον ἀναβιβάσωμεν ἐν οἴκῳ κυρίου. ὑπερῷον δὲ τὸν νοῦν τὸν ὑψηλὸν καὶ ἐπηρμένον δείξω || τῆς γραφῆς, ὅτε μαρτυρεῖ τοῖς ἁγίοις, ὅτι τὰ ὑπερῷα σὺν προφήτας ὑπεδέξαντο. ἐν τῇ τρίτῃ τῶν βασιλειῶν ἀναγέγραπται χήρα ὑποδεξαμένη τὸν ἠλίαν τὸν προφήτην ἐν σαρεφθοῖς τῆς σιδονίας, ἥτις εἰς τὸ ὑπερῷον αὐτῆς ἐξένισε τὸν προφήτην. καὶ ἐν τῇ τετάρτῃ, ἡ τὸν ἐλισσαῖον ὑποδεξαμένη εὐπρέπισεν αὐτῷ οἶκον εἰς τὸ ὑπερῷον. ὁ δὲ ἁμαρτωλὸς ὀχοζίας ἔπεσεν ἀπὸ τοῦ ὑπερῴου. καὶ σοὶ δὲ ἰησοῦς ἐντέλλεται μὴ καταβαίνειν ἐκ τοῦ δώματος. ὅταν γάρ φησι, ταῦτα δὲ καὶ τάδε γένηται, τότε ὁ ἐπὶ τοῦ δώματος μὴ καταβάτω ἆραι τὰ ἐκ τῆς οἰκίας αὐτοῦ. ὁ ἐν τοῖς διωγμοῖς φεύγων, οὐχὶ εἰς δῶμα μὴ ἀναβαινέτω, ἀλλ' ἐκ τοῦ δώματος μὴ καταβαινέτω ἆραι τὰ ἐκ τῆς οἰκίας αὐτοῦ. καλὸν οὖν ὑπερῴοις εἶναι. καλὸν ἐν δώμασιν εἶναι, καὶ ἄνω που τυγχάνειν. καὶ οἱ θαυμάσιοι δὲ ἀπόστολοι, ὡς ἐν ταῖς πράξεσιν ἀναγέγραπται αὐτῶν, ἡνίκα ἐπὶ τὸ αὐτὸ ὄντων αὐτῶν, ἐσχόλα

|| ἴσ. ὁ ἀκολουθεῖ.

|| παραστῆσαι.

|| ἴσ. ἐκ τῆς γραφῆς.

A ait,[a] *Dorsum meũ dedi in percussiones, & maxillas meas in alapas, & faciem meam non auerti ab opprobriis sputorũ.* Hæc simpliciores illo tantùm tẽpore gesta fuisse opinãtur, Cùm flagellauit eũ Pilatus, cùm Iudæi in eũ consiliũ inierunt. At ego Iesum video dorsum suũ per singulos dies ad flagella dantẽ. Intra in Iudæorũ Synagogas, & vide Iesũ ab ipsis ore maledico dilaniari. Vide Gentiles conuenientes & consiliũ capientes contra
B Christianos, quomodo Iesũ tractẽt, & ille dorsũ ad flagella præbeat. Intuere Dei verbũ ignominiã notarũ, dedecore affectũ, ab infidelibus odio habitum considera quòd ad alapas maxillas exhibuit, & quod docuit.[b] *Si quis te percusserit in maxilla, cõuerte & aliam*, id per se ipse præstitit: tot eũ alapis, tot flagellis diuerberãt, & silet, & nõ loquitur: scriptũ quippe est, eũ in flagellis silere, & faciẽ hucusque Iesus non auertit à con-
C tumelia sputorũ. Quis eorũ qui doctrinam Christi paruipendũt, non perinde cõspuit hucusq; Iesum hæc tolerantẽ? Si sequitur ex narratione percussi Prophetæ narrare, vt excẽpli gratiã Apostolũ, Et si quis alius percussus est; & illis inserere quæ passus est ipse Iesus. *Percussit itaque Paschor Ieremiã Prophetã, & misit eum in Cataractã, quæ erat in Porta Benjamin domus superioris.* Ad Benjamin hæreditatẽ pertinet Ierusalem, in qua templũ
D Dei; vt manifestũ fiet, si percurras ea quæ in lib. Naue de sortitione terræ scripta sũt. Quum itaque templũ in hæreditate Benjamin esset, qui filius dextrę interpretatur: nil enim sinistrũ circa Dei tẽplũ est; ideo hic mittit *in Cataractã, quæ erat in porta Benjamin domus superioris, quæ erat in domo Domini.* Cùm esset pars superior domus in domo Domini, *misit Prophetã in Cataractã.* Precemur & nos vt assumptũ Ieremiã euehamus in partẽ superiorẽ domus, in domo Domini.
E Partẽ porrò superiorẽ domus, sensum esse sublimẽ eleuatúmq; è Scriptura mõstrabo dũ de sãctis testatur esse ab eis Prophetas in superiores partes domus exceptos. In 3. lib. Reg. scriptũ est,[c] Viduã in Sarepthis Sidoniæ Eliã Prophetã tecto receptum in parte domus superiori excepisse,[d] & in 4. Elisęi hospes legitur habitationem illi in parte superiori præparasse: peccator verò[e]
F Ochozias è parte superiori delapsus est. Et tibi Iesus præcipit, ex tecto nõ discedere. Etenim, ait, cũ hæc & illa eueniẽt,[f] *tũc qui in tecto est, ne discedat tollere ea, quæ in domo sua sũt.* Qui persecutionum tẽpore fugit, Non, In tectum non ascẽdat, sed ex tecto ne descẽdant tollere ea quæ in domo sua sunt. Bonum itaque est in parte domus superiori esse, bonum in tectis este, & celsiora incolere.[g] Quin & admirandi Apostoli, vt in actibus eorum legimus, quum in vnum locum congregati orationibus, verboque diuino

Christus adhuc dorsum, maxillasque suas dat percutientibus Iudæis, aliisq; Infidelibus, & hæreticis.

a Isai. 50. 6.

Alapis percussus & silẽs Iesus adhuc Euangelicum suum excẽplo confirmat cõsilium.

b Luc. 6. 29.

Doctrinam Christi contẽnentes conspuere eumdẽ Iesum dicuntur.

10

Ierusalẽ sita in sorte tribus Beniamin.

Templũ Dei constructũ in hæreditate tribus Beniamin, quòd in Dei domo nil debet esse sinistri.

In Parte superiori, in sẽsu nimirum sublimi ponẽdi Prophetæ, & sancti quique.

Sancti quique excepti in parte superiori domus quòd eorũ sit sublimis sensus.

c 3. Reg. 17. 23.

d 4. Reg. 4. 9.

e 4. Reg. 1. 2.

E parte superiori domus & è sublimi sensu descẽdẽs inter peccatores cẽsituendus.

f Matth. 24. 17.

In Alto mentis manere optimum.

g Act 2. 1.

In Alta habitatione Sãcti: eximia præstita.

ἐσχόλαζον ταῖς εὐχαῖς καὶ τῷ λόγῳ τοῦ θεοῦ, ἐν ὑπερῴῳ ἦσαν. καὶ ἐπεὶ ἦσαν ἐν ὑπερῴῳ, οὐκ ἦσαν κάτω. διὰ τοῦτο ὤφθησαν αὐτοῖς διαμεριζόμεναι γλῶσσαι ὡσεὶ πυρός. ἀλλὰ καὶ πέτρος ἡνίκα ἀνέπεμπε τὴν εὐχὴν τῷ θεῷ, ἀνέβη εἰς τὸ δῶμα. καὶ εἰ μὴ ἀναβεβήκει εἰς τὸ δῶμα, οὐκ ἂν οἶδεν ἐξ οὐρανοῦ καταβαῖνον σκεῦος ὡς ὀθόνην, τέσσαρσιν ἀρχαῖς καθιέμενον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. ἀλλὰ καὶ ἡ τὰς ἐλεημοσύνας ποιήσασα ταβιθά, ἥτις ἑρμηνευομένη λέγεται δορκάς, κάτω οὐκ ἦν, ἀλλ' ἐν τῷ ὑπερῴῳ. ὅπου ἀναβὰς πέτρος, ἀνέστησεν αὐτὴν ἀπὸ τῶν νεκρῶν. ἀλλὰ καὶ ἰησοῦς ταύτην τὴν ἑορτὴν, ἧς τὸ σύμβολον ποιοῦμεν, τὸ πάσχα μέλλων ἑορτάζειν μετὰ τῶν μαθητῶν, πυνθανομένων αὐτῶν. ποῦ θέλεις ἑτοιμάσωμέν σοι τὸ πάσχα. εἶπε. || πορευομένων ἀπαντήσει ὑμῖν ἄνθρωπος κεράμιον ὕδατος βαστάζων. ἐκείνῳ ἀκολουθήσατε. ἐκεῖνος ὑμῖν δείξει ἀνώγεον μέγα ἐστρωμένον, σεσαρωμένον, ἕτοιμον. ἐκεῖ ἑτοιμάσατε τὸ πάσχα. οὐδεὶς οὖν πάσχα ποιῶν, ὡς ἰησοῦς βούλεται, κάτω ἐστὶ τοῦ ἀνωγέου ἀλλ' εἴ τις ἑορτάζει μετὰ τοῦ ἰησοῦ ἄνω ἐστὶν ἐν ἀνωγέῳ μεγάλῳ, ἐν ἀνωγέῳ σεσαρωμένῳ, ἐν ἀνωγέῳ κεκοσμημένῳ, καὶ ἑτοίμῳ. ἐὰν δὲ ἀναβῇς μετ' αὐτοῦ ἵνα ἑορτάσῃς τὸ πάσχα, δίδωσί σοι τὸ ποτήριον τῆς διαθήκης τῆς καινῆς, δίδωσί σοι καὶ τὸν ἄρτον τῆς εὐλογίας, τὸ σῶμα ἑαυτοῦ καὶ τὸ αἷμα ἑαυτοῦ χαρίζεται. διὰ τοῦτο παρακαλοῦμεν ὑμᾶς, ἀναβαίνετε εἰς ὕψος, αἴρετε εἰς ὕψος τοὺς ὀφθαλμοὺς ἡμῶν. κἀμοὶ δὲ, ἐὰν διδάσκω τὸν θεῖον λόγον, φησὶν ὁ λόγος. ἐπ' ὄρος ὑψηλὸν ἀνάβηθι ὁ εὐαγγελιζόμενος σιών. ὕψωσον ἐν ἰσχύι τὴν φωνήν σου ὁ εὐαγγελιζόμενος ἱερουσαλήμ. ὑψώσατε, μὴ φοβεῖσθε. ταῦτα διὰ τὸν πασχὼρ, ὅτι παρακειμένου ὑπερῴου ἐν τῷ οἴκῳ κυρίου ἐν πύλῃ Βενιαμὶν, οὐκ εἰς τὸ ὑπερῷον ἀναβίβασε τὸν προφήτην, ἀλλ' ἔβαλεν αὐτὸν εἰς τὸν καταρράκτην κάτω. καὶ ἐγένετο τῇ ἐπαύριον, καὶ ἐξήγαγε πασχὼρ τὸν ἱερεμίαν ἐκ τοῦ καταρράκτου. ὦ κύριε ἰησοῦ πάλιν ἧκε, σαφήνισέ μοι καὶ ταῦτα, καὶ τοῖς ἐληλυθόσιν ἐπὶ τὴν πνευματικὴν τροφήν. πῶς τῇ ἐπαύριον ἐξάγει αὐτὸς τὸν ἱερεμίαν ἐκ τοῦ καταρράκτου. ὅσον μὲν γὰρ ἐνέστηκεν ἡ σήμερον ἡμέρα. σήμερον γάρ ἐστι πᾶς οὗτος ὁ αἰών. ἐὰν || εἰς τὸν καταρράκτην κάτω βάλῃ τὸν προφήτην ὁ ἁμαρτωλός. ἐὰν δὲ || πέσῃ ἡ ἐνεστῶσα ἡμέρα, καὶ ἡ αὔριον ἔλθῃ, τότε αὐτὸν ἐξάγει μετανοήσας ἀπὸ τοῦ καταρράκτου. εἶτα λέγει αὐτῷ ὁ ἱερεμίας ἃ πείσεται ὁ πασχώρ. τί λέγει αὐτῷ; οὐ πασχὼρ ἐκάλεσε τὸ ὄνομά σου, ἀλλ' ἢ μετοικον. διότι τάδε λέγει κύριος. μέλλει μετοικίζεσθαι κατὰ τὴν ἀξίαν τῶν ἁμαρτημάτων ὁ πασχὼρ οὗτος εἰς Βαβυλῶνα, οὐ μόνος ἀλλὰ καὶ μετὰ τῶν φίλων αὐτοῦ. παραδίδοται γὰρ τῷ Ναβουχοδονόσωρ, καὶ εἰς τὴν σύγχυσιν ἄπεισι, καὶ κολάζεται ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασιν αὐτοῦ, ἐπεὶ ἔβαλε τὸν προφήτην εἰς τὸν καταρράκτην. τίνες οὖν οἱ φίλοι τοῦ πασχὼρ, τοῦ ἐπωνύμου τῆς μελανίας τοῦ στόματος πάντες οἱ τοὺς λόγους αὐτοῦ παραδεξάμενοι συμμελανωθέντες τῷ στόματι αὐτοῦ τῷ

|| πορευο-μένων.

|| Videtur legendum αἰὼν εἰς τὸν καταρράκτην κάτω βαλεῖ:

|| παύσηται.

A diuino vacabant, in parte domus superiori erant: in qua cùm essent, infra non erant: ideóque *apparuerunt illis dispartitæ linguæ tamquam ignis.* [a] Et Petrus dum Deo preces funderet, tectum ascenderat quo ni ascendisset, nunquã vidisset è cœlo descendens vas, quasi sindonem, è cœlo quatuor principiis demissum. [b] Nec non quæ eleemosynas faciebat Tabitha; quod nomẽ interpretatum, capream sonat, infra non erat, sed in B parte superiori; ad quam Petrus ascendens mortuã viuis restituit. Quinimò ipse Iesus solemnitatẽ hanc, cuius symbolũ agimus, Pascha vnà cũ discipulis celebraturus, interrogatus ab illis, [c] *Vbi vis paremus tibi Pascha, respõdit, Ambulantibus vobis occurret homo aquæ lagenã portans, sequimini eũ. Ille vobis ostẽdet cœnaculum grande, stratum, scopis mundatum paratũ, ibi parate Pascha.* Nemo itaque Pascha celebrans vt Iesus vult, infrà cœnaculum C est. Sed si quis cum Iesu celebrat, supra est in cœnaculo grandi, in cœnaculo mundato, in cœnaculo exornato, & parato; si cum illo ascenderis diem festum acturus, porrigit tibi noui testamẽti calicem, & dat panem benedictionis, corpus suum, & sanguinem elargitur. Quapropter hortamur vos, Ascendite ad sublimia, tollite in altũ oculos vestros. Et mihi dũ diuinum doceo verbũ, dicitur. [d] *In montẽ excelsum ascende qui Euangelizas Sion extolle in robore vocẽ tuam, qui* D *Euangelizas Ierusalem*; Attollite, ne timete. Et hæc quidem de Paschore, qui, cùm pars superior esset in domo Domini in porta Benjamin, non ad eam partem Prophetam detulit, sed misit eum in inferiori parte in cataracta. (*Et factum est cùm illuxisset in crastinum, & eduxit Paschor Ieremiam de Cataracta.* Domine Iesu rursus adsis, Hæc etiam mihi edissere, & his qui ad spirituale alimẽtum venerunt: quo pacto cùm illuxisset in cra- E stinum, educit ipse Ieremiam de cataracta: donec enim hodierna dies perdurat, hodie quippe pro toto hoc quó accipitur; in cataractam infra Prophetam demittit peccator: si præsens dies desinat, & crastina illuxerit, tunc ipsum educit pœnitentiã ductus de cataracta. Post hæc ad eum Ieremias dicit quę Paschor passurus esset. Quę nam hæc sunt? (*Non Paschor vocauit Dominus nomen tuum, sed migrantem. Quia hæc dicit* F *Dominus.* Paschor hîc pro peccatorum merito migraturus est in Babylonẽ, non solus, sed cum amicis suis: Traditur namque Nabuchodonosor, & in cõfusionem migrati, & pro peccatis suis, punitur, quia Prophetam detrusit in Cataractam. Qui igitur sunt Paschoris amici, qui nomen ab oris nigrore traxit? Omnes, qui illius sermones amplexati sunt, ore illius nigrescente

a Act. 20. 9.

b Act. 9. 39.

Eucharistiæ sacramenti prorsus fit particeps qui sursum cor habeat.

c Luc. 22. 10.

d Isai 40. 9.

11 Vers. 3

Hodie acceptum pro toto hoc æuo.

Christũ educit de Cataracta qui pœnitentiã agit peccati quò eumdem detruserat.

Haret ici diabolo traditur vnà cum omnibus ipsorum amicis praua infectis doctrina.

μεμελανωμένῳ, οἱ δόγματα μελανότητος παραδεξάμενοι. καὶ πεσοῦνται μαχαίρᾳ ἐχθρῶν αὐτῶν. οἱ ἐπὶ τῶν κολάσεων τεταγμένοι, οὗτοι εἰσὶν οἱ τὰς μαχαίρας ἔχοντες, καὶ ποιοῦντες πίπτειν αὐτοὺς. περὶ ὧν λόγος προφητικός καὶ φησί. καὶ οἱ ὀφθαλμοί σου ὄψονται. ταῦτά φησι τὰ προφητευόμενα ὄψονταί σου οἱ ὀφθαλμοί. καὶ σὲ, καὶ πάντα ἰούδα δώσω εἰς χεῖρας βασιλέως βαβυλῶνος. ὃς ἐὰν καταληφθῇ τοῦ ἰούδα οὕτως ἁμαρτωλὸς, ὡς ἄξιος εἶναι τοῦ βασιλέως βαβυλῶνος, τῆς συγχύσεως, παραδοθήσεται αὐτῷ. καὶ ὁ βασιλεὺς βαβυλῶνος παραλαμβάνει τοὺς ἁμαρτάνοντας. βασιλεὺς δὲ βαβυλῶνος κατὰ μὲν τὴν ἱστορίαν Ναβουχοδονόσωρ, κατὰ δὲ τὴν ἀναγωγὴν ὁ πονηρός. τούτῳ δὲ παραδίδοται ὁ ἁμαρτωλὸς, ἐπεὶ ἐστὶν ἀμφότερα, καὶ ἐχθρὸς, καὶ ἐκδικητής. ὅτι δὲ αὐτῷ παραδίδοται ὁ ἁμαρτωλὸς, παῦλος σε διδαξάτω, ὅπου μὲν λέγων περὶ φυγέλλου, καὶ ἑρμογένους, οὓς παρέδωκα τῷ σατανᾷ, ἵνα παιδευθῶσι μὴ βλασφημεῖν. ὅπου δὲ περὶ τοῦ πεπορνευκότος. συναχθέντων ὑμῶν καὶ τοῦ ἐμοῦ πνεύματος σὺν τῇ δυνάμει τοῦ κυρίου ἰησοῦ χριστοῦ, κέκρικα παραδοῦναι τὸν τοιοῦτον τῷ σατανᾷ εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκὸς, ἵνα πνεῦμα σωθῇ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ. οὐκοῦν παραδίδοται. ὁ πασχὼρ οὗτος τῇ τοῦ στόματος μελανίᾳ εἰς χεῖρας τοῦ βασιλέως τῆς βαβυλῶνος. καὶ μετοικίζουσιν αὐτὸν εἰς βαβυλῶνα. καὶ κατακόψουσιν αὐτοὺς ἐν μαχαίρᾳ. Καὶ δώσω τὴν ἰσχὺν πᾶσαν τῆς πόλεως ταύτης. || εὐχερῶς εἰπεῖν, ὅτι προφητεύεται περὶ τῆς ἱερουσαλὴμ ταῦτα. παραδέδοται γὰρ πᾶσα ἡ ἰσχὺς αὐτῆς καὶ τὰ ἐπιφερόμενα τότε τῷ τῶν βαβυλωνίων βασιλεῖ, εὐχερὲς εἰπεῖν, ὅτι προφητεύεται ταῦτα περὶ τῆς πόλεως ταύτης ἐν τοῖς κατὰ τὸν σωτῆρα χρόνοις, παραδοθείσης τοῖς πολεμίοις. καὶ εἰς αἰχμαλωσίαν ἀπεληλύθασιν οἱ υἱοὶ τῆς ἱερουσαλὴμ, καὶ κατεσκάφη ἡ πόλις. ἐὰν δὲ ἐξετάσῃς τὰ πράγματα, καὶ πάλιν βλέπῃς μὴ τοὺς λίθους, ἀλλὰ τοὺς ἀνθρώπους, ὄψει ὅτι κἀκείνη ἡ ἱερουσαλὴμ, οἱ ἄνθρωποι, παρεδόθησαν εἰς χεῖρας βασιλέως βαβυλῶνος διὰ τὴν ἐπὶ τῷ χριστῷ ἀσέβειαν καὶ ἁμαρτίαν. καὶ σὺ ἱερουσαλὴμ εἶ νῦν. ἐὰν οὖν ἀπειλῇ τῇ ἱερουσαλὴμ νῦν ὁ λόγος, φοβήθητι, μήποτε σὺ ἐὰν ἁμαρτάνῃς ἱερουσαλὴμ || ἡ ἁμαρτωλός. καὶ παραδίδοσαι, ἵνα μηκέτι ᾖς ἱερουσαλὴμ, ἀλλὰ βαβυλὼν γένῃ, καὶ σύγχυσις, παραλαβόντος σε Ναβουχοδονόσορ τοῦ βαβυλώνων βασιλέως. καὶ πάντας τοὺς πόνους ἱερουσαλὴμ παραδίδωσι, πῶς πάντας τοὺς πόνους παραδίδωσιν, ἐὰν μετὰ τὸ ἀθλῆσαι καὶ ἀγωνίσασθαι παραπέσῃς καὶ ἁμάρτῃς, πάντες οἱ πόνοι σου ἐληλύθασιν εἰς τὰς χεῖρας Ναβουχοδονόσορ, πῶς πάντες οἱ πόνοι σου, λεχθήσεταί σοι. ἐὰν πέσῃς, μετὰ τὸ πολλὰ καμεῖν ὑπὲρ ἀληθείας. τοσαῦτα ἐπάθετε εἰκῆ. μάλιστα οἱ συνειδότες ἑαυτοῖς πολλοὺς πόνους ἀνηντληκέναι ὑπὲρ ἀρετῆς, ὀφείλουσι φοβεῖσθαι μήποτε τοὺς πόνους || αὐτῶν ἡ γενομένη ἱερουσαλὴμ παραλάβῃ ἁμαρτίας τινὸς γενομένης Ναβουχοδονόσορ ὁ τοῦ βαβυλῶνος βασιλεύς. ἵνα δὲ σαφέστερον εἰδῇς,

|| ἀχερῶς. || ἴσ. ἧς ἁμαρτ. || ἴσ αὐτῶν γινομένους ἐν ἱερουσαλήμ.

nigrefacti. Qui nigroris dogmata receperunt. *Et cadent in gladio inimicorum suorum;* Qui tormentis inferendis destinati sunt, hi gladios gerunt, efficiúntque vt illi corruant; de quibus Prophetia ait, *(Et oculi tui videbunt)* hæc ait quæ prophetantur, oculi tui videbunt, *(Et te & omnem Iudam dabo in manus Regis Babylonis)* Quicúmque ex Iuda deprehensus fuerit ita peccatis inuolutus, vt dignus sit Rege Babylonis, peccatores accipit. Porrò Rex Babylonis, ad historiam quidem Nabuchodonosor est, Anagogicè diabolus: huic peccator traditur; quoniam ille simul & inimicus est & vltor. Illi autem peccatorem tradi habes à Paulo; tum vbi de [a] Phygello & Hermogene inquit, [b] *Quos tradidi Satanæ, vt erudiantur non blasphemare;* tum vbi de eo qui fornicatus fuerat, [c] *Congregatis ait, nobis, & meo spiritu, cum virtute Domini Iesu Christi, iudicaui tradere hunc Satanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus fiat in die Domini nostri Iesu Christi.* Igitur Paschor hic otis nigrore in manus Regis Babylonis traditur, & migrare faciunt illum in Babylonem, & trucidabunt eos in gladio.

(Et dabo omnem fortitudinem ciuitatis huius) Opportunè dici potest; hæc ad Ierusalem spectare, vniuersa enim illius fortitudo, & quæ adiiciunt tradita sunt Regi Babyloniorum. Non incóngruè dici potest, hæc de ciuitate illa dici temporibus Saluatoris nostri, quod hostibus tradita sit: quòd vrbe solo æquata filij Ierusalem in captiuitatem ducti sint. Quòd si rem perspexeris, & consideraueris non lapides sed homines, videbis illam quoque Ierusalem homines nempe, pro patrata in Christum impietate ac peccato, traditos esse Regi Babylonis & tu Ierusalem nunc es: si igitur verba hæc in Ierusalem minæ sunt, time ne tu peccando sis peccatrix Ierusalem, & tradaris, vt ne posthac Ierusalem, sed Babylon & confusio Nabuchodonosoris Regis Babylonis seruituti addicta. *(Et omnes labores Ierusalem tradit.)* Quomodo labores omnes tradit? Si post certamina agonésque peractos, lapsus fueris, & deliqueris, omnes labores tui in manus Nabuchodonosoris deuenêre. Quomodo omnes labores tui? Audi: si post plurimos pro veritate labores susceptos, cecideris, tot mala frustra passi estis: qui pro virtute multos sibi labores exantlatos cognoscunt, timere maximè debent, ne quando labores eorum in Ierusalem factos arripiat, si peccatum intercesserit, Rex Babylonis Nabuchodonosor. Vt verò id clariùs comprehendas, quà

Vers. 4.

Peccatores quique diabolo traditi.

Diabolus inimicus, & vltor.

a 2. Tim. 1. 15.

b 1. Tim. 1. 20.

c 1. Cor. 5. 4.

13 Vers. 5.

Ob Christi cædem omne robur Ierusalem atque Iudæa traditum à Deo hostibus.

Anima quæ Ierusalē spiritualiter est, per peccatum sit Babylon & confusio.

Opera nostra bona per aduenientes peccatum arripiuntur à diabolo cū mortificata sint.

ἴδῃς, πῶς τὸν πόνον ἱερουσαλὴμ ἁμαρτούσης παραλαμβάνει Ναβουχοδονόσωρ, συγχρήσομαι τοῖς ἐν τῷ ἰεζεκιὴλ γεγραμμένοις, οὕτως ἔχουσιν. ὁ δίκαιος ἐὰν ἀποστρέψῃ ἀπὸ τῆς δικαιοσυνῶν αὐτοῦ, καὶ ποιήσῃ παράπτωμα, οὐ μὴ μνησθήσομαι τῆς δικαιοσυνῶν αὐτοῦ ὧν ἐποίησε. διὰ τί; τὰς γὰρ δικαιοσύνας τὰς μετὰ πόνου γενομένας παραλαμβάνει Ναβουχοδονόσωρ, καὶ ἀφανίζει Ναβουχοδονόσωρ ὁ βασιλεὺς Βαβυλῶνος, καὶ πᾶσαν τιμὴν τῆς ἱερουσαλὴμ παραλαμβάνει. ὅτι ἄνθρωπος γενόμενος ἐν τιμῇ ὑπὸ θεοῦ, καὶ ἐν τιμῇ ὢν οὐ συνῆκε, καὶ ἥμαρτεν. ἐὰν οὖν ἴδῃς ἐν τιμῇ ὤν. καὶ βληθεὶς εἰς τὴν τιμὴν, πάλιν σεαυτὸν διὰ τῶν ἁμαρτημάτων ὑβρίσῃς, τὴν τιμὴν τῆς ἱερουσαλὴμ παραλαμβάνει ὁ Βαβυλώνιος βασιλεὺς, καὶ πάντας τοὺς θησαυροὺς βασιλέως ἰούδα. πλουτεῖ ἱερουσαλὴμ, ἀλλ' ἐὰν ἁμάρτῃ, τοὺς θησαυροὺς αὐτῆς λαμβάνει ὁ Βαβυλώνιος. καὶ || διαρπῶνται αὐτοὺς, καὶ λήψονται αὐτοὺς, καὶ ἄξουσιν αὐτοὺς εἰς Βαβυλῶνα. καὶ σὺ πασχὼρ, καὶ πάντες οἱ κατοικοῦντες ἐν τῷ οἴκῳ σου πορεύεσθε ἐν αἰχμαλωσίᾳ εἰς Βαβυλῶνα, κἀκεῖ ἀποθανῇ, κἀκεῖ ταφήσῃ. ὁ ἐν συγχύσει καταλαμβανόμενος, ἐν Βαβυλῶνι ἀποθνήσκει. καὶ ὁ ἐναντίως διακείμενος τῷ συνθάπτεσθαι τῷ χριστῷ, || οὕτως ἐν Βαβυλῶνι θάπτεται. ἔστι γὰρ καὶ ταφῆναι μετὰ χριστοῦ καλῶς διὰ τοῦ βαπτίσματος, κατὰ τὸ συνετάφημεν τῷ χριστῷ, καὶ συνανέστημεν αὐτῷ. ὡς μυστήριόν ἐστι συνταφῆναι τῷ χριστῷ, οὕτω μυστήριόν ἐστι, κατὰ ἀνομίαν γενόμενον ἐπὶ τῷ ἁμαρτωλὸν ὄντα ταφῆναι εἰς Βαβυλῶνα. καὶ πάντες φησὶν οἱ φίλοι σου ἐκεῖ ἀπελεύσεσθε, οἷς ἐπροφήτευσας αὐτοῖς ψευδῆ. ὁ διηγούμενος κακῶς τὰ λόγια τοῦ θεοῦ, καὶ τοὺς προφητικοὺς λόγους βάλλων εἰς καταῤῥάκτην, προφητεύει μὲν οὗτος, προφητεύει δὲ ψευδῆ. διηγούμενος γάρ τις τοὺς προφητικοὺς λόγους, ἐὰν μὲν ἀληθεύῃ, καὶ αὐτὸς προφητεύει, καὶ προφητεύει ἀληθῆ. εἰ δὲ ψεύδεται, ψευδοπροφήτης ἐστὶ, καταψευδόμενος τῶν λόγων τῶν προφητικῶν.

|| διαρπάσουσι.

|| οὕτως ἐν ἑαυτῷ.

Reſiduum præſentis homiliæ habes infra poſt Catenã Græcam ſectionis 2. iſtius capitis 20.

A quanam ratione labores Ieruſalem peccantis Nabuchodonoſor arripiat, afferam quæ in Ezechiele ita habentur. [a] *Iuſtus ſi conuerſus fuerit à iuſtitiis ſuis, & ceciderit, non recordabor ampliùs iuſtitiarum illius quas fecit.* Cur ita? iuſtitias namque cũ labore factas Nabuchodonoſor arripit, & exterminat Rex Babylonis, decoremque omnẽ in Ieruſalem ſibi capit, [b] *Quoniam homo in honore collocatus à Deo, cùm in honore eſſet, non intellexit*, B & peccauit. Si igitur te in dignitate videris & in honore conſtitutus, peccando rurſus te dedecore affeceris, honorem Ieruſalem Rex Babylonius accipit, *(Et omnes theſauros Regis Iuda.)* Ieruſalem opibus affluit, quòd ſi deliquerit, Theſauros illius capit Babylonius, *& arripient eos, & capient eos, & ducent eos in Babylonem.*

a Ezec. 18. 14.

b Pſa. 48. 13.

Et tu Paſchor, & omnes habitantes in domo tua ibitis in captiuitatem in Babylonem, & ibi morieris, ibique ſepelieris. Qui in confuſione C deprehenditur, in Babylone moritur, & qui contra affectus eſt, quia cum Chriſto ſepelitur, nequaquam in Babylone ſepelitur: eſt enim & per Baptiſma benè cum Chriſto ſepeliri, iuxta illud. [c] *Cum Chriſto ſepulti ſumus, & cum illo reſurreximus.* Sicut myſterium eſt cum Chriſto ſepeliri, ita myſterium eſt, peccato inquinatum aliquo in Babylone ſepeliri. *(Et omnes,* ait, *amici tui abibitis, quibus prophetaſti eis falſa.)* Qui Dei D effata malè narrat, Propheticoſque ſermones mittit in Cataractam. Prophetat quidem ille, ſed falſa. Etenim qui Propheticos ſermones enarrat ſi ad veritatem dicat, & ipſe prophetat, veraque vaticinatur; ſi verò mentitur, Pſeudopropheta eſt, ſermones Propheticos falsò enarrans.

14 Verſ. 6.

Sepeliuntur in Babylone & confuſione impij ſicut è contra iuſti ſepeliũtur per Baptiſma in Chriſto.

c Coloſſ. 2. 12.

Scripturam ſacram prauè enarrãs mittere dicitur Prophetas in Cataractam. Interpres Sacræ Scripturæ Propheta dicitur.

Capitis 20. à verſ. 7. vſque ad 14. Sectio Secunda.

TEXTVS VVLGATÆ. E

7 Seduxiſti me Domine, & ſeductus ſum: fortior me fuiſti, & inualuiſti: factus ſum in deriſum totâ die, omnes ſubſannant me.

8 Quia iam olim loquor, vociferans iniquitatem, & vaſtitatẽ clamito: & factus eſt mihi ſermo Domini in opprobrium, & in deriſum totâ die.

9 Et dixi: Non recordabor eius, neque loquar vltra in nomine illius: & factus eſt in corde meo quaſi ignis exæſtuans, clauſuſque in oſſibus meis: & defeci ferre non ſuſtinens.

10 Audiui enim contumelias multorum, & terrorem in circuitu: Perſequimini & perſequamur eum: ab omnibus viris, qui erant pacifici mei, & cuſtodientes latus meum: ſi quo modo decipiatur, & præualeamus aduersùm eum, & conſequamur vltionem ex eo.

11 Dominus autem mecum eſt quaſi bellator fortis: idcirco qui perſequuntur me, cadent, & infirmi erunt: confundentur vehementer, quia non intellexerunt opprobrium ſempiternum, quod numquam delebitur.

TEXTVS SEPTVAGINTA.

7 *Decepiſti me Domine, & deceptus ſum: obtinuiſti, & potuiſti: factus ſum in deriſum, totâ die perſeuerani ſubſannatus.*

8 *Quia amaro verbo meo ridebo prauaricationem, & miſeriam inuocabo: quia factus eſt ſermo Domini in opprobrium mihi, & in deriſum totâ die mea.*

9 *Et dixi: Non nominabo nomen Domini, nec loquar vltra in nomine ipſius. Et factus eſt, quaſi ignis ardens vrens in oſſibus meis: & diſſolutus ſum vndique, & non poſſum ferre.*

F 10 *Quia eius: obſeruate mentem eius, ſi decipietur: & praualebimus ei, & ſumemus vindictam noſtram ex eo.*

11 *Dominus autem mecum, quaſi bellator fortis. Idcirco perſequuti ſunt, & intelligere non potuerunt: confortati ſunt valde; quia non intellexerunt ignominias ſuas, quæ per ſæculum non tradentur obliuioni.*

12 Et tu Domine exercituum probator iusti, qui vides renes & cor: videam quæso vltionem tuam ex eis: tibi enim reuelaui causam meam.

13 Cantate Domino, Laudate Dominum: quia liberauit animam pauperis de manu malorum.

12 Domine probans iusta, intelligens renes, & corda, videam vltionem, quæ à te, in eis: quia ad te reuelaui defensiones meas.

13 Cantate Domino, laudate eum: quia liberauit animam pauperis de manu malignantium.

PARAPHRASIS CHALDAICA.

7 *Seduxisti me Domine, & seductus sum: robustior me fuisti, & inualuisti contra me: fui subsannationi quotidie, omnes me rident.*

8 *Quia in tempore quo ego prophetizo, ego tollo vocem meam plorans, & exclamans: & contra raptores & direptores ego prophetizo: factum est enim mihi verbum Domini in opprobrium, & in derisum totâ die.*

9 *Et dixi: Non recordabor eius, nec loquar vltrà in nomine eius: & facti sunt sermones eius in corde meo quasi ignis ardens, inundantes ossa mea: & laboraui sustinens, & non potui.*

10 *Quia audiui verba multorum qui congregantur in circuitu: Annunciate & denunciabimus illud, dicunt omnes viri pacis meæ, qui insidiantur vt malefaciant mihi, Fortè errabit, & præualebimus aduersus eum, & vltionem nostram sumemus ex eo.*

11 *Verbum autem Domini est in adiutorium meum, sicut heros robustus. Propterea qui me persequuntur corruent, & non poterunt surgere: confundentur vehementer; quia non prosperabuntur, & operiet eos verecundia æterna, quæ numquam cessabit.*

12 *Dominus autem exercituum eligens veritatem, reuelati sunt coram eo renes & cor; videbo vltionem iudicij tui ex eis; quia coram te dixi iniuriam meam.*

13 *Cantate coram Domino, quia liberauit animam pauperis de manu malignorum.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

15 Hieronym. *Deceptum se conqueritur Ieremias cum Deo, quòd prophetãdum esse censuit non cõtra populum suum, sed contra Gentes.*

Hieronymus. (*Seduxisti me Domine, &c.*) Dicit se Propheta à Domino esse deceptum, quia in principio audiens: [a] *Prophetam in gentibus dedi te*: & iterum: [b] *Ecce constitui te hodie super gentes, & super regna, vt euellas, & destruas, & disperdas, & dissipes, & ædifices, & plantes*: arbitratus sit, nihil se contra populum Iudæorum, sed contra diuersas in circuitu nationes esse dicturum. Vnde & prophetiam libenter assumpserit, & euenisse contrario: vt captiuitatem Ierusalem prædicans persecutiones & angustias sustineret. Quodque intulit: *Factus sum in derisum totâ die: omnes subsannant me*: eò quòd æstiment illum vniuersa mentitum, & cuncta quæ prædixerit esse ventura, mendacia fuerint. Et Propheta etiam statim putauerat futurum quod Dominus minabatur, & populus æstimabat nequaquam vltra venturum, quod statim non venerat: Atque vociferor vastitatem Babyloniam, & iniquitatem hostium, per quam opprimendus sit populus meus. Sin autem sequimur Sept. in eo quod dixêre: *quia amaro verbo meo ridebo præuaricationem, & miseriam inuocabo*: hic sensus est: Scio præsentem tristitiam futuro gaudio commutandam, iuxta illud quod scriptum est: [c] *Beati flentes, quoniam ipsi ridebunt*, & idcirco miseriam, & iniquitatem, afflictionemque libenter sustineo: ita vt cupiam & inuocem eas, & breuitatem iniuriæ, felicitatis æternitate compensem.

a Iere. 1. 5. b Iere. 1. 10. *Propheta deridebantur eũ nõ illico euenirent quæ prænunciabãt, & mendacij opprobrio impetebantur.*

Tribulationes & miserias optant iusti, scientes compensandas fœlicitate æterna. c Matth. 5. 5.

16 (*Quia factus est mihi, &c.*) Clamante me atque dicente, quòd iam Babylonius veniret exercitus, & omnia hostilis gladius prædaretur: versus est mihi sermo Domini in opprobrium atque derisum, dum tarditatem prophetiæ putant esse mendacium. Quamobrem in mea mente decreui, vt vltra ad populum Dei verbis non loquerer, nec nomen illius nominarem. Quod cum pudore superatus, verecundè quidem, sed stultè constituissem: *Factus est*, inquit, *in corde meo quasi ignis exæstuans, claususque in ossibus meis*, siue, *vndique dissolutus sum, ita vt ferre non possem.* Conceptus enim animo sermo diuinus, nec ore prolatus, ardet in pectore. Vnde & Paulus loquitur: [d] *Si Euangelizauero non est mihi gloria: Necessitas enim mihi incũbit. Væ enim mihi est nisi Euangelizauero: si enim volens hoc ago, mercedem habeo: si autem inuitus, dispensatio mihi credita est.* Et in [e] *Athenis videns idololatriæ deditam ciuitatem, incitabatur spiritu*, & totâ mente feruebat. Et post modicum in eodem volumine legimus: [f] *Cùm venissent autem de Macedonia Silas, & Timotheus, instabat verbo Paulus, testificans Iudæis esse Christum Iesum.* Sed & plerique doctorum in Ecclesia vsque hodie similia sustinent: audientes vituperationem multorum congregatorum aduersùm se in circuitu, atque dicentium: *Persequimini & persequamur eos.*

Verbum Dei animo cõceptum, nec ore prolatum ardet in pectore. d 1. Cor. 9. 16. e Act. 17. 16. f Act. 18. 5. *Doctores sancti ea ipsa plerũque patiuntur in Ecclesia quæ à Iudæis sustinuere Propheta.*

(*Omnes viri qui erant pacifici mei & custodientes latus meum: si quomodo decipiatur præ, &c.*) Cùm aduersarij surrexerint, & amici quondam atque pacifici fuerint ad bella conuersi, voluerintque nobis insidias tendere, non magnopere curemus, sed optemus hoc dicere quod Propheta loquitur: *Dominus autem mecum est quasi bellator fortis.*

In Persecutionibus quomodo nos gerere debeamus.

(*Ideirco qui me persequuntur, cadent & infirmi erũt, siue, ideo persecuti, scilicet & int. &c.*) Quia persecuti sunt, ideo propheticum non potuerunt intelligere sermonem, & ignorantiam confusio vehemens consecuta est: nec intellexerunt ignominiam sempiternam, quæ obtinebit eos, & nullâ obliuione delebitur. Dicant igitur quod volunt viri quondam pacifici, & qui custodiebant latus meum, & decipere cupiebant: dummodo iustum virum atque doctorem Ecclesiæ, post persecutionem tanta vindicta, tantaque præmia consequantur.

Doctores sacros persequũtes & remanent in confusione ignorantia, & grauiter à Deo puniuntur.

17 (*Et tu Domine exercituum probator iusti, siue, qui probas iu. qui &c.*) Solus est Dominus qui nouerit probare iustitiam; quo modo solus est qui cordis interna conspiciat. Vnde & Iesus [g] sciens cogitationes hominum, non ex profectu, vt quidam putant, sed naturâ Deus est. Tale quid & in Psalmis sonat. [h] *Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.* Si viuens virtutibus non iustificatur, quanto magis qui pro peccatis mortuus est? Cúmque se sciat iustus propugnatorem habere Deum: tamen impatientia fragilitatis humanæ quod nouit esse venturum, iam nunc videre desiderat. Cui & reuelauit causam suam, qui dicit in alio loco. [i] [k] *Mihi vindictam, & ego retribuam dicit Dominus*: Fœlix autem conscientia cuius causa Domino reuelatur, dicente Apostolo: [l] *Omne quod manifestatur lux est*,

Iustitiam cuiusque solus Deus probare nouit, cui soli patent cogitationes. g Luc 6. 8. h Psal. 142. 2. i Deut. 32. 35. k Hebr. 10. 30. l Ephe. 5. 13.

(Cantate

Pauperes spiritu à Deo de impiorũ manu eruti Dominum laudantes ei gratias agant.
a Galat. 2. 10.

(Cantate Domino, laudate Dominum: quia, &c.) Qui pauper est Spiritu, nec habet diuitias; quæ receperunt in isto sæculo consolationem suam, de quibus & Paulus loquitur: [a] *Tantum vt pauperum memores essemus*: cùm fuerit vindictam à Domino consecutus, Dominum laudat in spiritu, & se de manu pessimorum erutum gloriatur. Hoc autem totum fit, non nostro merito, sed eius gratiâ qui pauperem liberauit: nec habet diuitias superbiæ corruentis, sed humilitatem pauperis liberati.

18
Theodorit.
Iustus puritati suæ fidẽs conscientiæ in tribulationibus libertate Deum alloquitur.

Theodoritus, Superiora cùm pluribus dixisset Propheta, molestè fert insultus, qui iugiter in se fiunt: & puritati conscientiæ fidens, libertate vtitur erga Dominum, inquiens, *Decepisti me, Domine, & deceptus sum: vicisti me: & inualuisti*, Fugiebam, inquit, Prophetandi munus, dicebam, me iuniorem esse, & huic administrationi imparem esse: & pollicitus es, te effecturum: vt impugnantibus me fortior essem, ostensurumque; me muro æneo & columnæ ferreæ similem: nunc autem ridiculus effectus sum; Hoc enim dicit, (*Factus sum in risum totâ die*: perpetuæ subsanationi obnoxius fui; *quia amaro verbo meo ridebor, vastitatem & miseriam clamito. Profectò, sermo Domini factus est mihi in opprobrium & derisum totâ die.*)

Doctores Sanctos malè ab auditoribus habitos angit magis contemptus verbi Dei, quàm proprij cruciatus.
Spiritu se impelli ad prædicandũ verbum Dei vel nolentes sentiunt frequẽter Prædicatores Sancti.
b Act. 17. 16.

Angitur Propheta, non quòd calamitate & verberibus affligitur, sed quòd eloquia diuinà sugillantur, *Et dixi. Nequaquam nominabo nomen Domini, nec loquar in nomine ipsius.* Quasi dicat, minimè prophetabo: nec enuntiabo minimè credentibus, quæ Deus prædicenda mandauit. *Et factus est in corde meo velut ignis ardens, & flammas emittens, inclusus in ossibus meis: & ardeo ex omni parte, nec ferre possum.* Hoc ipsum etiam accidit diuino Paulo Athenis, dum tacitus expectaret. [b] *Incitabatur*, inquit, *Spiritus Pauli, videntes idololatriæ deditam ciuitatem.* Idem accidit Prophetæ. Gratiam namque prophetica incitabat eum nolentem, vt loqueretur. Deinde narrat, quo pacto non solùm affligebant, & pulsabant eum, sed & alias adsuebant insidias, vt circumuenirent illum, & niterentur seducere à Deo, (*Dixerunt enim*, ait, *Insultemus ei nos omnes viri amici eius: & obseruate animum eius, an fallatur. Et inualescemus in eum, & vltionem nostram de eo sumemus.*) Quis dignè deplorare possit malignæ mentis commendationes? Non tamen sibi ipsi fidit Propheta, sed laudat opem diuinam, & ait. *Mecum est quasi pugnator fortis.* Docet quoque victoriam, diuino auxilio partã. *Propterea persecuti sunt, & vincere non potuerunt. Obruti sunt pudore non modico, quia non potuerunt intelligere ignominias suas: quæ per sæculum non tradentur obliuioni.* Mox denuò postulat, vt Deus sit iudex, ac de illis sumat pœnas machinationibus dignas.

In tribulationibus non in semet fidunt iusti, sed Dei laudãt opem.

19
D. Thom.
Seductum se à Deo asserit Ieremias, quia ex illius verbis occasionem accepit deceptionis.
c Ierem. 1. 5.
d Isai. 49. 4.

D. Thomas. Primò quasi conquerendo notificat iniunctionis modum (*Seduxisti*) id est occasionem deceptionis ex verbis tuis accepi: credebam enim me prophetaturum contra gentes: & non contra Iudæos, à quibus persecutionem patior. Non autem vult imponere crimen deceptionis in Deum: quia blasphemaret (*inualuisti*) imponens officium mihi renitenti: vt supra primo. [c] Et hoc præcipue quia fructum prædicationis suæ non vidit. Isai. 49. [d] *In vacuum laboraui sine causa, & vanè fortitudinem meam consumpsi.* Secundò proponit prædicationis euentum: ponens irrisionem (*Factus sum in derisum: subsannabant*) rugatione nasi irrisionem propalantes. Threnorum 3. [e] *Factus sum in derisum omni populo meo: canticum eorum totâ die.* Et assignat rationem: ponens prædicationis verbum, quo arguebat apertè culpas, & comminabatur pœnas (*quia iam olim vastitatem*,) quæ tamen nondum venit. Isai. 16. [f] *His qui lætantur super murum cocti lateris: loquimini plagas suas.* Et consequens opprobrium. (*Et factus est in opprobrium*) id est opprobrij causa. Actuum 26. [g] *Festus Paulo dixit, multæ literæ te ad insaniam deduxerunt.* Tertiò resignat iniunctum officium. (*Et dixi*) & primò abiicit officium. (*Non recordabor*) id est, non cogitabo vlterius loqui ad populum. Nolebat enim Margaritas ante porcos spargere, Matth. 7. [h] *Nolite sanctum dare canibus.* Secundò officium abiectum resumit. (*Et factus est q. ignis.*) Quantò enim magis quis exterius à verbis abstinet: magis intus feruorem amoris sentit. Psalmus. [i] *Concaluit cor meum intra me: & in meditatione mea exardescet ignis* (*in ossibus*) in intimis mentis (*defeci*) à proposito (*ferre non sustinens*) interius incendium.

e Thren. 3. 14.
f Isai. 16. 7.
g Act. 26. 24.
h Matt. 7. 6.
A verbis quantò magis exterius abstinet, magis intus amoris sentit feruorem.
i Psal. 38. 4.

Hic conqueritur de officio assumpto ex eo quòd persecutiones sustinebat. Et primò ponitur aduersariorum persecutio. Et primò ponit persequentium similitudinem (*multorum*) quibus resisti non potest (*persequimini*) in quorum notatur ipsorum coniuratio. Ponit etiam familiaritatem (*ab omnibus pacifici*) in quo notatur imminens periculum. Abdias. [k] *Omnes viri fœderis tui, &c. Illuserunt tibi: inualuerunt contra te viri pacis tuæ.* Secundò ponitur Prophetæ confortatio ponens diuinum auxilium. (*Dominus autem mecum*) ad defendendum. Isai. 50. [l] *Dominus Deus auxiliator meus: & ideo non sum confusus.* Et ipsius officium, Et idcirco cadent quia persequuntur. Isai. 40. [m] *Deficient pueri & laborabunt: & iuuenes in infirmitate cadent*: (*Confundentur*) quia opprobria dixerunt (*quia non intellexerunt*,) id est, intelligere noluerunt (*opprobrium*) æternæ damnationis, vel futuræ captiuitatis. Psalmus. [n] *Confundantur, & reuereantur qui quærunt animam meam, vt auferant eam*; Tertiò ponitur petitio, vbi captat beneuolentiam commendans iustitiam (*probator*) id est, approbator: vel inquisitor & discussor: scientiam (*qui vides renes*) quantùm ad affectiones: (*& corda*) quantùm ad cogitationes, supra 17. [o] *Ego Dominus scrutans cor, probans renes: qui do vnicuique iuxta viam suam*, &c. Petit vindictam (*videam quæso*) assignat causam (*tibi enim reuelaui*,) nõ hoc ignoranti: sed totam causam meã in te ponens, supra 11. [p] *Tibi enim reuelaui causam meam.* Quartò ponitur gratiarum actio (*Cantate*) Psalmus, [q] *Quia liberauit pauperem à potente: pauperem cui non erat adiutor.*

k Abdi. 1. 7.
l Isai. 50. 7.
m Isai. 40. 30.
n Psal. 39. 15.
o Ioan. 17.
Vindictam à Deo petunt viri Sancti contra persecutores, eà tãtùm ratione, quòd totam causam suam in eo ponunt.
p Ierem. 11. 10.
q Psal. 71. 12.

Præter hæc multa habeo quæ à Veteribus Patribus circa ea quæ in his à Ieremia dicuntur, collegi.

21
Origenes.
Iusti adnumerant se inter delinquentes.
r Isai. 63. 17.
Ierem. 20.
Seducere, indurare, & esse peccati causa morali tropo Deus dicitur quando nimis parcens non castigat delinquentes.

Ac Primo circa vers. 7. Origenes lib. 3. Peri Archôn, seu de principiis cap. 1. Videamus, inquit, quid etiam Prophetæ pronuncient de his qui primò quidem rectè viuentes, benignitatis Dei habere quàm plurima experimenta meruerunt, postea verò homines deliquerunt: cùm quibus se quoque vnum faciens Propheta ait, [r] *Vt quid Domine errare nos fecisti à via tua? & quare indurasti cor nostrum, vti non timeremus nomen tuum? Conuertere propter seruos tuos, propter tribus hereditatis capiamus de monte sancto tuo.* Sed & Ieremias similiter dicit: *Seduxisti nos Domine, & seducti sumus: tenuisti, & posuisti.* Quod ergo ait, *Ad quid Domine indurasti cor nostrum vti ne timeamus nomen tuum*, dictum ab his qui misericordiam precabantur, morali vtique tropo accipiendum est:

30 *Prophetæ haud omnes voluntariè ad id accessêre muneris Prophetandi.* a Ierem. 1. 6. iuxta Sept. *Ieremias bis impulsus à Deo ad propheticũ munus exercendum.*

Totam autem hanc sententiam idem sermone 14. item in Psalmum 118. ita pertractat. Multi Prophetæ, sed non omnibus voluntaria placent. Excusabit Ieremias dicens: a *Quis es Dominator Domine? Ecce, nescio loqui, quia iunenior sum ego. Et dixit ei Dominus: Noli dicere, quia iuuenior sum ego: quia ad omnes ad quoscumque misero te, adibis: & secundùm omnia quæcumque mandauero tibi, loquêris.* Verecundè Propheta ætatem corporis prætendebar, ne exequendis cælestibus imperatis impar esse adolescentia deprehenderetur. Sed Deus qui morum magis quàm annorum iudicaret ætatem considerandam, & iuuenili corpore maturitatem robustæ sapientiæ in suo seruulo præuideret, ait: *Nolite dicere, iuuenior sum ego,* hoc est, prohibuit eum iuuenilis ætatis contemplatione vires suas perpendere, cui fides caniciem sapientiæ ministraret. Et iterum in posterioribus cùm dixisset idem Propheta, *Seduxisti me Domine, & seductus sum. Et dixi: Non nominabo nomen eius, & non loquar in nomine eius vltra:* addidit: *Et factus est in corde meo vt ignis ardens, flammatus in ossibus meis: & dissolutus sum vndique, & ferre non possum.* Aduertimus igitur quòd iis etiam qui aut excusandum, aut officium suum certâ aliquâ causâ negandum putauerint, Dominus tamen noster aut ratione persuadeat, aut cupiditate Propheticæ reuelationis inspiret, vt ad subeundum officium voluntate concurrant, non necessitate concedant, quò merces ad eos integræ deuotionis possit plenior peruenire.

Prophetarum voluntatem ad Prophetãdi munus exercendum cum mercedis meritò, diuersimodè cõuertere consueuit Deus.

31 Cassiod. *Verbum Dei quas congruẽtias cum igne habet ardente.*

Cassiodorus in Psalmum pariter 118. super litera Tsadi Ignitum inquit, est eloquium Dei, quia purgat corda mortalium mundanâ fæce sordentia. Et vt fornacis ardor exæstuans metalla decoquit, eorúmque vitia necessariâ, purificatione consumit: ita eloquium Domini peccatorum maculis detersis, humilium sensus emundat. Hoc igne succensus Ieremias enunciat. *Et erat ignis flammigerans in ossibus meis.*

Greg. PP. *Doctores sacri aliquando proponant abstinere à prædicatione, impelli tamen se sentiunt ad illam à spiritu.*

Denique Gregorius Papa aliter totam hanc expendens sententiam lib. 23. Moralium cap. 10. Sæpe, ait, contingit, vt sapientes viri cùm se non audiri considerant, ori suo silentium indicant, sed dum plerúmque conspiciunt, quòd iniquorum facinora ipsis tacentibus, & non corripientibus crescunt, vim quamdam spiritus sustinent, vt in locutionem apertæ correptionis erumpant. Vnde Propheta Ieremias cùm prædicationis sibi silentium indixisset, dicens: *Non recordabor eius, neque loquar vltra in nomine illius,* illico adiunxit: *Et factus est in corde meo quasi ignis exæstuans: clausúsque in ossibus meis, & defeci, ferre non sustinens. Audiui enim contumelias multorum.* Pro eo enim quòd se minimè audiri conspexit, silentium appetiit: sed cùm crescentia mala cerneret, in eodem silentio non permansit. Quia enim foris tacuit: ex tædio locutionis intus ignem pertulit de Zelo charitatis. Inflammantur quippe corda iustorum, cùm non correpta crescere conspiciunt acta malorum, eorumque culpæ se participes credunt, quòd iniquitate crescere silendo permittunt. Dauid Propheta postquam sibi silentium indixerat, dicens: b *Posui ori meo custodiam, dum consisteret peccator aduersùm me: obmutui & humiliatus sum, & silui à bonis:* in ipso suo silentio, iusto zelo charitatis exarsit, qui illico subdidit: *Et dolor meus renouatus est. Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis.* Intus ergo cor concaluit, quia dilectionis ardor per admonitionem locutionis exteriùs emanare recusauit. Ignis in meditatione cordis exarsit: quia increpatio delinquentium à correptione oris refrixit. Charitas enim zelus consolatione admirabili augendo se temperat, quando contra iniquorum opera per vocem correptionis emanat; vt & corrigere valet, increpare non desinat: ne se participem delinquentiũ, ex consensu taciturnitatis addicat.

Ierem. 20. *Doctores sacri participes se putant pro charitatis zelo criminum eorum quos non corripuerint.* b Psal. 38. 2.

Charitatis æstus temperatur in sacrorum Doctorum pectore cùm per correctionem peccantibus foras emittitur.

Ioan. Damasc. *Auxilio Dei facilè omnes aduersariorũ superamus impetus.*

Ioan. Damascenus lib. 1. Parallellorum cap. 54. ad probandum Dei erga nos auxilium, & quod Dei fauore aspirante imbecilles sint hominum insidiæ. Ita partem vers. 11. refert, & vers. 13. *Dominus mecum est tamquam bellator fortis. Dominus dat vitam contritis corde. Cantate Domino, & laudate eum quia eripiet animam pauperis de manu maligni.*

CATENA GRÆCA EX VETERIBVS PATRIBVS GRÆCIS.

Ἠπάτησάς με.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] Τάχα πολλοῖς δοκεῖ ὁ προφήτης οὗτος τολμηρῶς φθέγγεσθαι. νυνὶ δὲ τὸν θεὸν ἀπατᾷν φησὶ, καὶ παίζειν εἰς ἡμᾶς. ἀλλὰ μὴ ἰδωμεν ὅτι ταῦτα φησί. τῆς γὰρ ὀδύνης ἐστὶ τὰ ῥήματα, εἰ γὰρ καὶ προφήτης ἦν, ἄνθρωπος ἦν. τίνος ἕνεκεν ἠπάτησάς με; εἰπὼν, ὡς τεῖχος χαλκοῦν ὀχυρὸν θήσω σε, καὶ πολεμήσουσι πρὸς σὲ, καὶ οὐ μὴ δυνῶνται σοι ἐπεὶ, ἐὰν || αὐτὸν οὕτω συνέκλεισε, ταῦτα φησί. καὶ μὴν οὐ περιεγένοντο. εἰ γὰρ ἀνεῖλον, ἔσβεσαν ἂν τὴν παῤῥησίαν. ὅρα μοι τὰ Ἀποστολικὰ ἐνταῦθα, ἀλλ' || ἐκείνων οὐδεὶς οὐδέποτε τοῦτο εἶπεν, οὐδὲ ἀπωδύρατο. ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον φησὶ, νῦν χαίρω ἐν τοῖς παθήμασί μου. μὴ γὰρ τοῦτο ὁ θεὸς ἐπηγγείλατο, μηδέν σε παθεῖν δεινόν; ἀλλὰ τὸ || μὴ πάσχοντα ἁλῶναι.

|| αὐτὸν οὕτω συνέκλεισεν. || ἀλλὰ τυπούμενα. || ἴσ. ἵνα τί με.

Θεοδω-

32 Vers. 7. *Decepisti me Domine & deceptus sum.)*

Chrysostomi.] *Fortasse multis videbitur nimis audacter loqui Propheta, & nunc Deum decipere ait, & deludere nos, sed quæ dicit ne videamus. Doloris quippe verba sunt, nam & si Propheta erat, homo erat. Quare igitur* decepisti me: *dixerat,* tamquam murum æneum munitum ponam te, & bellum inferent tibi, nec vincent te, *Cùm itaque eum sic conclusissent hæc ait, &* tamen nõ præualuerunt; *nam si interfecissent, sustulissent vtique libertatem in ducendo. Considera mihi per hæc Apostolicos mores præfiguratos. Sed eorum nemo vnquam hoc dixit, nec conquestus est; imò contrarium dicit,* c Nunc gaudeo in infirmitatibus meis. *Num verò Deus hoc promisit, vt nihil mali perferas? sed vt patiendo non succumbas.*

Chrysost. *Doloris verba vt homo, non impatientia, & blasphemia protulit Ieremias dicens,* Seduxisti me.

c 2. Cor. 12. 10.

Theodo-

Θεοδωρήτου.] ἔ[...] φησὶ τὴν προφητείαν, εἰπὼν εἶναι νεώτερ[...] καὶ μὴ ἀρκεῖν εἰς τήνδε τὴν ὑπουργίαν. καὶ ὑπο[...] κρείττονά με ποιῆσαι τῶν πολεμούντων, [...] τείχει χαλκῷ παραπλήσιον. καὶ νῦν γέγονα καταγέλαστος.

Ἀπολιναρίου.] τῆς ὀδύνης ὁ λόγος. εἰ γὰρ καὶ προφήτης, ἀλλ' ἄνθρωπος ἦν. καὶ οὕτω δὲ νοηθήσεται. ἀπάτην φαίνεται λέγων τὴν ἀποσιώπησιν τοῦ χρόνου. δι' ἣν πολλάκις τὰ παρὰ θεοῦ ταχέως νομίζομεν ἀπαντήσεσθαι. ὅπερ ὑπολαβὼν Ἱερεμίας ἐκήρυσσεν, οὐκ ἐλπίζων ὀνειδισμοὺς ὡς ἐπὶ ψευδεῖ τῷ λόγῳ. διὸ καὶ ἀνιᾶται, ὡς οὐ προσδοκήσαντος αὐτοῦ || παρ' ἐλπίδα.

|| Fo. τὸ παρ'.

Ὀλυμπιοδώρου.] ἔστι μὲν || ἀπάτην καλεῖ ἡ ἀπὸ τοῦ χείρονος ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβολή, ὁ δὲ Ἀκύλας. ἐθέλξας με, καὶ ἐθέλχθην ἐξέδωκεν. ὁ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν. ὑπέσχου μοι κύριε ὑπερασπίζειν μου, καὶ ἐᾷς με ἐν ταῖς τοιαύταις περιστάσεσιν. φησὶ δὲ τοῦτο, οὐ θεὸν αἰτιώμενος, ἀλλ' ὅπερ καὶ Παῦλος φησὶν, ὑπὲρ τούτου τρὶς τὸν κύριον παρεκάλεσα. ἢ καὶ οὕτως, ἠπατήθην, νομίζων αὐτοὺς βελτίους γενέσθαι διὰ τῶν προρρήσεων τῶν σῶν, καὶ οὐ γεγόνασι.

|| ἀπάτη κα-λεῖ.

[ἐκράτησας.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἴσχυσας ὡς δυνατὸς καὶ ἄκοντά με χειροτονῆσαι.

Τοῦ αὐτοῦ.] οὐ κίνδυνοι μόνον, οὐδὲ ἐπιβουλαὶ καὶ θάνατοι, ἀλλὰ καὶ σκώμματα, καὶ ὀνείδη, καὶ γέλως, καὶ ταῦτα οὐχ ἧττον ἐκείνων λυπεῖ.

Ὀλυμπιοδώρου.] ἔστι γὰρ γέλως πικρὸς, ὑπὸ συνοχῆς ψυχῆς ἐκφερόμενος.

[ἀθεσίαν καὶ τα.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τουτέστι γελασθήσομαι. οὐκ ἤρκεσέ μοι φησὶν ἡ πικρία, ἀλλὰ καὶ γέλως. οὐκ ἤρκεσεν ἡ ὀδύνη τῆς ψυχῆς, ἀλλὰ καὶ χλευασία.

Ὀλυμπιοδώρου.] καὶ διὰ τοῦ γέλωτος τούτου φησὶν ὑποδείκνυμι, ὅτι ταλαιπωρῶ ὑπ' αὐτῶν.

[ὅτι ἐγενήθη.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] διατί οὐκ ἐκβαινόντων τῶν προλεγομένων ἁπάντων, ἐχλεύαζον καὶ ἐγέλων.

[καὶ εἶπα οὐ μὴ ὀνομάσω.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὅρα φιλοσοφίαν, πῶς ἐλάττωμα τηλικοῦτον οὐκ ἀπέκρυψε. πῶς τὴν ἀσθένειαν οὐ συνεκάλυψε τὴν ἑαυτοῦ. ἀλλ' ἐξεπόμπευσε καθάπερ ἔν τινι στήλῃ τὴν τῶν λογισμῶν ἀρρωστίαν.

Ὀλυμπιοδώρου.] διὰ τὸ μηδένα εἶναι τὸν πειθόμενον.

[καὶ ἐγένετο ὡς πῦρ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] περὶ τοῦ πνεύματος φησὶ τοῦτο λέγει. ἐκράτησας, καὶ ἄκοντά με ἐνέβαλες, ἀλλ' ἴσως εἴποι τις ἂν, ὅτι καὶ ποῖον κέρδος εἰπέ με, κατὰ ἀνάγκην προφητεύειν; ποία δὲ ἀρετὴ, [καὶ μετ' ὀλίγα.] ὁρᾷς: ὅταν δέῃ τι γίνεσθαι τῶν χρησίμων, καὶ ἀνάγκην ἐπιτίθησιν ὁ Θεός. οὐ γὰρ δεῖ δι' ἀτονίαν τὴν τούτου, τοὺς μέλλοντας ἀπολλύσθαι κερδαίνειν.

|| For. leg. μὴ κερδαίνειν.

Ὀλυμπιοδώρου.] ὁ ὑπὲρ τοῦ Θεοῦ ζῆλος.

[ὅτι

Theodoreti.] *Respuebam ait prophetiam, dicens me iuniorem, & tanto ministerio imparem, & pollicitus es me hostibus superiorem futurum, & muro æneo similem, & nunc derisui sum.*

(Factus sum in derisum, &c.

Apolynarij.] *Doloris sunt verba; nam etsi Propheta, sed homo erat. Potest autem & hoc modo intelligi: videtur per seductionem intelligere tempus non expressum, propter quod sæpe res Deo citò futuras credimus, Quod opinatus Ieremias prædicabat nulla sperans probra, quasi de sermone mendaci. Quare & ægre fert, quòd non expectaret quæ fuère præter spem. (Decepisti me.)*

Olympiodori.] *Est præterea bona seductio de malo in bonum mutatio. Aquila verò reddidit.* Allexisti me, & allectus sum, *quasi dicat. Promisisti Domine defendere me, & deseris in his necessitatibus, dicit verò hoc, non Deum accusans; sed quod & Paulus ait.* [a] De hoc ter Deum rogaui. *Vel sic deceptus sum, arbitratus eos probiores euasuros tuis prædictionibus, & non euaserunt. (Obstinuisti & potuisti.)*

Chrysostomi.] *Valuisti tamquam potens, & nolentem me promouère.*

(Totâ die perseueraui subsannatus.)

Chrysostomi.] *Non pericula tantùm, insidiæ, ac mortes; sed & dicteria & opprobria, & risus, & hæc non minùs quàm illa torquent.*

Verſ.8 *(Quia amaro verbo ridebo.)*

Olympiodori.] *Est enim risus amarus, qui ex turbato animo prouenit.*

(Præuaricationem, & miseriam inuocabo.)

Chrysostomi.] *Hoc est, deridebor. Non sat, fuit inquit amaritudo, sed & risus aduenit: non sat fuit animi angor, sed & subsannatio.*

Olympiodori.] *Et per derisionem hanc, ait, ostendo me ab eis miserè agere.*

(Quia factus est sermo Domini in opprobrium mihi.)

Chrysost.] *Quare quod omnibus quæ prædicabantur non euenientibus, probo & risui habebãt.*

ỷ.9. *(Et dixi nõ nominabo nomen Domini &c.*

Chrysost.] *Considera studium animi, Quomodo tantum defectum non occultarit; Quomodo suam infirmitatem non texerit, sed cogitationum ægritudinem tamquam in columna quadam inscriptam publicarit. (Nec loquar vltra, &c.)*

Olympiodori.] *Eò quòd nullus esset qui dictis pareret.*

(Et factus est quasi ignis.)

Chrysostomi.] *De spiritu aiunt hæc profert. Vicisti, & nolentem iniecisti, sed dixerit quispiam quid nam lucri est coactum Prophetare? Quanam virtus? [Et post pauca.] Vides cùm aliquid agendum est vtilium, & necessitatem Deus imponit. Nec enim decet ob huius segnitiem operire eos qui saluandi sunt.*

Olympiodori.] *Zelus qui pro Deo habetur.*

Verſ.

Theodoret. *Humano more cõqueritur cùm Deo Ieremias quod derisui habetur in prophetandi munere.*

Apollinar. *Et sanctissimus quisque cùm homo sit, humanis concutitur affectibus.*

Prophetis haud reuelata particularia omnia, circa ea quæ diuinitus pronuncianda acceperant.

Olympiod. *Seductio bona de malo in bonum.*

Et Sancti aliquãdo in tribulationibus humano affectu Deum rogant.

a 2.Cor.12 8.

Deceptum se ait, à Domino Ieremias spe suâ frustratus conuersionis Iudæorum.

Chrysost. *Ieremias ordinatum se à Domino ait, vel repugnãtem in Prophetam.*

Chrysost. *Subsannationes, & irrisiones virum ingenuum maximè angũt.*

34

Olympiod. *Risus quando amarus.*

Chrysost. *Irrisionis & contemptus egregia descriptio.*

Olympiod. *Irrisio maxima ingenuo viro miseria.*

Chrysost. *Propheta deridebãtur, & opprobriis afficiebantur, cùm non statim euenirent quæ vaticinabantur.*

35

Chrysost. *Humilitas Ieremiæ eximia Imperfectiones suas vel intimas sancti omnibus volunt esse patentes.*

Chryso. *Spiritus quasi ignis ardens in verbi Dei præconibus. Impellit aliquãdo Deus, & necessitatẽ infert cuipiam vt quid boni agat.*

Olympiod. *Zelus Dei quasi ignis æstuans in corde iustorum.*

ἐπειδὴ ἴσως καλερρυηκὼς ἦν, οὕτως ἐκαλεῖτο ἡ διάπτωσις, ὁ τάφος υἱοῦ ἐννόμ.

[καὶ σφάξω τὴν]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἀντὶ τοῦ, σὺν βουλευσαμένους τὴν κακὴν βουλήν.

Ἀνεπιγράφου.] οἱ μὴ ἀποτιθέμενοι τὴν πονηρὰν βουλὴν, ἧς τέλος ἀπώλεια, συναπόλλυνται ταύτῃ. [καὶ μετ᾽ ὀλίγα] οἱ γὰρ τῆς ὄντως ζωῆς ἀφιστάμενοι, θανάτῳ, καὶ ᾅδῃ προσομιλοῦσι. τέκνα δὲ προσενεγκόντες δαίμοσι, ἅπερ ἐδίδου Θεὸς, τέκνα ἐσθίουσιν. ἐν οἷς γὰρ καλῶς εὐεργετήθημεν, μὴ καλῶς αὐτοῖς χρησάμενοι, παιδευόμεθα. τὴν δὲ προφητείαν αὐταῖς δείκνυσιν ὄψεσι, τὸ ἀδιόρθωτον δηλῶν τῆς ἁλώσεως, ὅπερ αὐτοῖς κατὰ χριστοῦ μανεῖσιν ἀπήντηκε. καὶ οἶκοι δέ τισιν ἐγένοντο τάφοι κατὰ μίμησιν τοῦ τῆς ἀσεβείας αὐτῶν τόπου.

[ἐν τῇ περιοχῇ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐν τῷ περιέχειν τοὺς πολεμίους τὴν πόλιν: τουτέστι, πολιορκῆσαι.

collapsus erat sic vocabatur ruina, sepultura filij Ennom.

Polyandrium destructum appellandum. Ruina sepulturæ filij Ennom.

Verſ.7.*(Et iugulabo consilium,&c.)*

Olympiodori.] *Ac si diceret,illos qui malum consilium inierunt.*

Verſ.8.*(Et edent carnes filiorum,&c.)*

8 Consilia impiorum inquinata per illorũ mortem.

Incerti.] *Qui malum consilium non deponunt, cuius finis perditio est, vnà cũ illo pereunt.* [*Et paucis interiectis.*] *Qui enim à vera vita se auertunt, mortis infernique consortes fiunt, filios verò datos à Deo cum Dæmonibus obtulissent, filios comedunt; per ea enim quibus bene acceptis malè abutimur, castigamur. Vaticinium porrò ipsis oculis subiicit, omnino futurum ostendens Hierosolymæ excidium, quod illis quòd in Christum insanissent, euenit: & Domus quibusdam sepulchra facta sunt ad similitudinem loci impietatis eorum.*

Incertus. Castigamur per ea ipsa quæ à Deo accepimus, quando illis abutimur.

Ierosolymitanum excidiũ propter Christi necem,futurum prænunciatum.

Verſ.9. *(In obsidione.)*

Olympiodori.] *Dum hostes circundabunt ciuitatem,id est, obsidebunt.*

Capitis 19. à verſ. 10. vſque ad finem. Sectio Secunda.

TEXTVS VVLGATÆ.

10 ET conteres laguncul am in oculis virorum, qui ibunt tecum.

11 Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus exercituum: Sic conteram populum iſtum & ciuitatem iſtam, ſicut conteritur vas figuli, quod non poteſt vltra inſtaurari: & in Topheth ſepelientur, eò quòd non ſit alius locus ad ſepeliendum.

12 Sic faciam loco huic, ait Dominus,& habitatoribus eius: & ponam ciuitatem iſtam ſicut Topheth.

13 Et erunt domus Iſrael, & domus regum Iuda ſicut locus Topheth, immundæ omnes domus, in quarum domatibus ſacrificauerunt omni militiæ cæli, & libauerunt libamina diis alienis.

14 Venit autem Ieremias de Topheth, quò miſerat eum Dominus ad prophetandum, & ſtetit in atrio domus Domini, & dixit ad omnem populum.

15 Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael: Ecce ego inducam ſuper ciuitatem hanc, & ſuper omnes vrbes eius vniuerſa mala, quæ locutus ſum aduerſùm eam: quoniam indurauerunt ceruicem ſuam, vt non audirent ſermones meos.

TEXTVS SEPTVAGINTA.

10 *ET conteres doliolum ad oculos virorum egredientium tecum:*

11 *Et dices: Hæc dicit Dominus: Sic conteram populum iſtum, & ciuitatem iſtam, ſicut conteritur vas teſtaceum, quod non poterit vltra ſanari.*

12 *Sic faciam, ait Dominus, loco huic, & habitantibus in eo; vt detur ciuitas iſta, ſicut quæ corruit.*

13 *Et domus Ieruſalem, & domus Regum Iuda erunt, ſicut locus corruens, ab immunditiis eorum in omnibus domibus, in quibus ſacrificauerunt ſuper tecta eorum omni militiæ cæli, & libauerunt libamina Diis alienis.*

14 *Et venit Ieremias de ruina, quò miſerat eum Dominus illuc ad prophetandum: & ſtetit in atrio domus Domini: & dixit ad omnem populum.*

15 *Hæc dicit Dominus: Ecce ego induco ſuper ciuitatem hanc, & ſuper omnes vrbes eius, & ſuper pagos eius vniuerſa mala, quæ loquutus ſum ſuper eam: quoniam indurauerunt ceruicem ſuam; vt non exaudirent mandata mea.*

PARAPHRASIS CHALDAICA.

10 *ET confringens laguncul am ante oculos virorum qui gradiuntur tecum.*

11 *Et dices eis: Hæc dicit Dominus exercituum; Sic conteram populum iſtum & ciuitatem hanc, ſicut conteritur vas figuli, quod non poteſt vltra inſtaurari; & in Tophet ſepelient, eò quòd non erit locus ad ſepeliendum.*

12 *Sic faciam loco iſti, dicit Dominus, & habitatoribus eius, vt ponam ciuitatem iſtam ſicut Topheth.*

13 *Et erunt domus Ieruſalem, & domus Regum domus Iuda ſicut locus Topheth, qui immundus eſt, propter omnes domus in quarum tectis adoleuerunt aromata omni militiæ cæli, & libauerunt libamina idolis populorum.*

14 *Et venit Ieremias de Topheth; miſerat enim illuc Dominus vt prophetaret; & ſtetit in atrio domus ſanctuarij Domini,& dixit omni populo.*

15 *Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael: Ecce ego inducam ſuper ciuitatem hanc, & ſuper omnes vrbes eius vniuerſa mala quæ decreui contra eam. Quia obdurarunt ceruicem ſuam, vt non obedirent verbis meis.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impreſſis.

HIeronymus (*Et conteres*,&c.) Perſpicuè non de Babylonia, ſed de Romana dicitur capti

9 Hieronym.

Ierusalem Iudæis haud restauranda post excidium factum per Romanos.

captiuitate. Post Babylonios quippe, & vrbs instaurata, & populus reductus in Iudæam, & abundantiæ pristinæ restitutus est. Post captiuitatem autem quæ sub Vespasiano, & Tito, & postea accidit sub Hadriano, vsque ad consummationem sæculi ruinæ Ierusalem permansuræ sunt: quamquam sibi Iudæi auream atque gemmatam Ierusalem restituendam putent: rursumque victimas, & sacrificia & coniugia sanctorum, & regnum in terris Domini Saluatoris: quem licet non sequamur, tamen damnare non possumus, quia multi Ecclesiasticorum virorum, & martyres ista dixerunt: Et vnusquisque in suo sensu abundet, & Domini cuncta iudicio reseruentur. Quomodo autem vas fictile & testeum si fractum fuerit, in antiquam speciem non potest reformari: sic & populus Iudæorum, & Ierusalem subuersa, statum pristinum non habebunt. Denique cassum est hodie nomen ipsius ciuitatis, & ab Ælio Hadriano, Ælia dicitur, & cum habitatione pristina, pristinum quoque nomen amisit, ad decutiendam superbiam habitatorum eius. Sanctæ autem crucis, & resurrectionis vocabula, non vrbem significant, sed locum: nec diuitiarum quondam magnitudinem, per quam periit populus Iudæorum, sed gloriam sanctitatis, quam nostra paupercula possidet Bethlehem: non habens aurum & gemmas, sed panem qui in ea natus est.

Ierusalem dicta Aelia, ab Aelio Hadriano.

Ierusalem locus significatus per sancta crucis, & resurrectionis Christi vocabula.

10 (*Et in Thopheth sepelientur*, &c. *& erunt domus Ierusalem.*) Quod autem in Sept. infertur: *Omnes domus Regum Iuda, sicut locus Thopheth*: in Hebraico non habetur & sequitur.

Loca in quibus Deus offenditur quã iusto Dei in pœnam deducantur delinquentium in eis.

(*Immundæ omnes domus*, &c.) Quod supra dixerat: *Non vocabitur locus iste amplius Thopheth, & vallis filij Ennom, sed vallis occisionis*: nunc ponit manifestius, quòd tanta in ipso loco futura sit cædes, vt ibi aceruatim populus sepeliatur, & luens quondam religionis fiat tumulus mortuorum: Ipsa quoque ciuitas quæ huic imminet loco, fiat sicut Thopheth: pro quo Sept. ruinam transtulerunt: Domus quoque Ierusalem regumque palatia in ruinas similes conuertantur: Causaque redditur, eò quòd immundæ fuerint, & idololatriæ pollutæ scelere: pro eo quòd in domatibus & tectis earum, Soli & Lunæ, & stellis cæli immolauerint, & thura incenderint: nec hoc fuerint errore contenti: sed immolauerint dæmonibus, & libamina fuderint diis alienis.

(*Venit autem*, &c.) Postquam in Thopheth præsentibus populi senioribus, quos duxerat secum Ieremias, confregit lagunculam, siue doliolum, & prophetauit verbis Domini ad conterendum populum & ciuitatem Ierusalem, reuertitur, & stat in atrio domus Domini, & vniuersæ loquitur multitudini, quæ ad locum Thopheth ire noluerat: quod inducturus sit Dominus super ciuitatem Ierusalem, & super omnes vrbes eius vniuersa mala, quæ locutus est aduersùm eam. Et ne putemus crudelem esse sententiam, reddit causas cur inducturus sit mala: *Quoniam*, inquit, *indurauerunt ceruicem suam, vt non audirent sermones meos*: ne post multas quidem impietates volentes agere pœnitentiam.

Deum in castigandis scelestis crudelē non esse ipsa illorum testatur obfirmata peruicacia.

In Theodorito & hîc pariter est simplex narrationis relatio.

11 D. Thomas. Hîc designat prædictam pœnam facto. Et primò ponit factum. (*Conteres lagunculam*) Isai. 10.[a] *Ecce dominator Dominus exercituum confringet lagunculam in terrore, & excelsi statura succidentur: & sublimes humiliabuntur.* Secundò facti significatum (*Et dices ad eos*) primò quantùm ad populi occisionem (*Sic conteram*) Isai. 30.[b] *Comminuetur sicut conteritur lagena figuli contritione prævalidâ.* Secundò quantùm ad sepulturæ locum (*& in Topheth*) vel occisionis multitudinem supra 7. Idem tertiò quantùm ad vrbis destructionem (*sic faciam*) sicut Thopheth immūdam, & sine domibus (*in quarum domatibus*) id est in summitatibus domorum quæ planæ erant: & in eis idola colebant. Isai. 22.[c] *Ascendisti & tu omnis in tecta: clamoris plena: vrbs frequens ciuitas exultans.*

D. Thom. a Isai. 10. 33. b Isai. 30. 14.

Domata dicta summitates domorum quæ plana erant.

c Isai. 22. 1.

Venit autem Ieremias. Postquam dixerat prædicta in Valle Topheth ad populum, reuertitur ad templum: vt annunciaret ea populo: qui ipsum sequi noluit. Et planum est. Act. 7.[d] *Durâ ceruice & incircuncisi cordibus, & auribus, vos semper spiritui sancto resistitis: sicut & patres vestri: ita & vos.*

d Act. 7. 51.

CATENA GRÆCA EX VETERIBVS PATRIBVS GRÆCIS.

ΤΑΔΕ λέγει κύριος.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὥστε ἀνίατον εἶναι τὴν πληγὴν αὐτῆς ἔδωκα ὑμῖν σωτηρίας ἐλπίδα, εἶπον, ἀποστρέψω τὸ ἔθνος, καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν, καὶ τὴν βασιλείαν. οὐ προσέσχετε. ἀναιρῶ καὶ ταύτην τὴν παραμυθίαν, ἐκκόπτω καὶ ταύτας τὰς ἐλπίδας.

[καθὼς ὁ τόπος.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐν τοῖς διαπίπτουσι τόποις τὰς ἀκαθαρσίας ῥίπτειν πεφύκασιν. οὕτως οὖν φησι παρασκευάσω γενέσθαι τὴν πόλιν, καὶ τὰς οἰκίας, ἐν αἷς εἰδωλολάτρουν.

[ταφέθ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] τὸ ταφὲθ διάπτωσις ἑρμηνεύεται. ὅθεν ἐλθὼν ὁ προφήτης τὰ αὐτὰ προλέγει κακά. ἐσκλήρυναν δὲ τὸν τράχηλον, καθάπερ τὰ ὑποζύγια ἀνανεύοντα πρὸς ζυγόν.

12 Vers. 11. *HAec dicit Dominus sic conteram populum istum, &c.*)

Chrysostomi.] *Vt plaga illis sit insanabilis dedi vobis spem salutis. Dixi conuertam gentem, & captiuitatem & regnum non attendistis, aufero & hoc solatium, præcido, & spes istas.*

Chrysost. Spem omnem reddimus nobis irritam neglectu diuinorum.

Vers. 13. (*Et faciam, &c. Sicut locus corruens, ab immunditiis, &c.*)

Olympiodori.] *In loca ruinosa solent proiicere sordes. Sic igitur, ait, per me ciuitati & domibus fiet, in quibus idola colebant.*

Olympiod. Loca in quibus Deus offensus fit ad immunditias destinantur.

Vers. 14. (*Et venit Ieremias, &c.*)

Vers. 15. (*Quoniam indurauerunt, &c.*)

Olympiodori.] *Topheth ruina interpretatur, vnde Propheta veniens eadem mala prædicit; indurauerunt verò ceruicem, sicuti iumenta iugum detrectantia.*

Olympiod. Topheth interpretatur, ruina.

Caput

Caput Vigesimum à verſ. 1. vſque ad 7. Sectio Prima.

TEXTVS VVLGATÆ. A

1 ET audiuit Phaſſur filius Emmer Sacerdos, qui conſtitutus erat princeps in domo Domini, Ieremiam Prophetâtem ſermones iſtos.

2 Et percuſſit Phaſſur Ieremiam Prophetam, & miſit eum in neruum, quod erat in porta Beniamin ſuperiori, in domo Domini.

3 Cúmque illuxiſſet in craſtinum, eduxit Phaſſur Ieremiam de neruo, & dixit ad eum Ieremias: non Phaſſur vocauit Dominus nomen tuum, ſed pauorem vndique.

4 Quia hæc dicit Dominus. Ecce ego dabo te in pauorem, te & omnes amicos tuos: & corruēt gladio inimicorum ſuorum, & oculi tui videbunt: & omnem Iudam dabo in manum Regis Babylonis: & traducet eos in Babylonem, & percutiet eos gladio.

5 Et dabo vniuerſam ſubſtantiam ciuitatis huius, & omnem laborem eius, omnéque pretium, & cunctos theſauros Regum Iuda dabo in manu inimicorum eorum: & diripient eos: & tollent, & ducent in Babylonem.

6 Tu autem Phaſſur, & omnes habitatores domus tuæ ibitis in captiuitatem: & in Babylonem venies, & ibi morièris, ibique ſepelièris tu, & omnes amici tui, quibus prophetaſti mendacium.

TEXTVS SEPTVAGINTA.

1 *ET audiuit Paſchor filius Emmer Sacerdos (Et hic conſtitutus erat præfectus domus Domini) Ieremiam prophetantem ſermones iſtos.*

2 *Et percuſſit eum, & miſit eum in cataractam, quæ erat in porta domus aſſignatæ ſuperioris, quæ erat in domo Domini.*

3 *Et eduxit Paſchor Ieremiam de cataracta. Et dixit ei Ieremias: Non Paſchor vocauit Dominus nomen tuum, ſed migrantem.*

B

4 *Quia hæc dicit Dominus: Ecce ego do te in migrationem cum omnibus amicis tuis: & cadent in gladio inimicorum ſuorum: & oculi videbunt: & te, & omnem Iudam dabo in manus Regis Babylonis: & migrare facient eos, & trucidabunt in gladiis.*

5 *Et dabo omnem fortitudinem ciuitatis huius, & omnes labores eius, & omnes theſauros Regis Iuda in manus inimicorum eius: & ducent eos in Babylonem.*

6 *Et tu, & omnes habitantes in domo tua ibitis in captiuitatem: & in Babylone morièris: & ibi ſepelièris tu, & omnes amici tui, quibus prophetaſti eis falſa.*

C

PARAPHRASIS CHALDAICA.

1 *ET audiuit Phaſſur filius Emmer Sacerdos; & ipſe erat conſtitutus princeps Sacerdotum in domo ſanctuariȷ Domini, quando Ieremias prophetabat verba hæc.*

2 *Et percuſſit Phaſſur Ieremiam Prophetam, & coniecit eum in carcerem, qui erat in porta ſuperiori tribus Beniamin in domo ſanctuariȷ Domini.*

D

3 *Factúmque eſt ſubſequenti die, eduxit Phaſſur Ieremiam ex cippo. Et dixit ei Ieremias: Non Phaſſur vocauit Dominus nomen tuum; ſed congregabuntur contra te qui occident gladio per circuitum.*

4 *Quia hæc dicit Dominus. Ecce ego tradam te in interitum, te & omnes inimicos tuos, & occidentur gladio inimicorum ſuorum, & oculi tui videbunt: & omnes viros domus Iuda tradam in manum Regis Babylonis, & abducet eos in Babylonem, & occidet eos gladio.*

E

5 *Et dabo omnes diuitias terræ huius, & omnem laborem eius, & omnia in quibus laborauerunt, & omnes theſauros Regum domus Iuda tradam in manum inimicorum ſuorum, & diripient ea, & in captiuitatem ducent, & aſportabunt ea in Babylonem.*

6 *Tu autem Phaſſur, & omnes habitatores domus tuæ ibitis in captiuitatem, & in Babylonem ducêris, & ibi morièris, ibique ſepelièris tu & omnes amici tui, quibus prophetaſti in mendacium.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impreſſis.

1 Hieron. *Neruus quoddam tormenti genus.*

HIeronymus. (*Et audiuit Phashur filius Emmer,* &c.) Pro Phashur Sept. tranſtulerunt Phaſchor: qui interpretatur oris nigredo, & pro neruo, quem nos diximus, Sept. ex Theodotio vertêre, cataracten, Symmachus βασανιστήριον, ſiue στρεβλωτήριον quod vtrunque tormenta ſignificat: Nos autem neruum diximus more vulgari: quod tormenti genus etiam in actibus Apoſtolorum [a] legimus, quando Apoſtoli Paulus, & Silas in cuſtodiam carceris dati ſunt. Iſte autem erat Pontifex templi, & datâ ſibi Sacerdotiȷ dignitate, in peruerſum abutitur: non vt doceat, & ſermone corripiat, ſed vt cruciatibus terreat: Vnde & Saluator, [b] & Apoſtolus Paulus iuſſione [c] Pontificis verberantur. Nec mirum ſi hodie ſerui Dei cædantur à Phaſchor, mittanturque in carcerem, & horribili cuſtodiâ reſeruentur. Datur enim hæc poteſtas à Deo, vt Prophetarum oſtendatur fides. Nec tamen maior eſt ille qui cædit, ſed fortior iſte qui cæditur. Et patienter Propheta ſuſcipit iudicium Dei: nec reclamat ad verbeta, ſed conſiderat imperantem. *Emmer* verbum ſonat, de quo ſæpe nigredo generatur, non parentis vitio, ſed ſcelere degenerantis. Tormentum autem quo cruciatur Propheta, videtur in parte dextera: quod interpretatur Beniamin: & in porta ſublimi quæ non veritatem indicat, ſed iniuſtam Pontificis poteſtatem.

a Act. 16. 24. *Sacerdotes, & Prælati plures dignitate abutentes viros bonos inſectantur, & cruciant, & cur id Deus permittat.*
b Ioan. 18. 22.
c Act. 16. 22.

2 *Nominis mutatione ſignificari ſolitum quod futurū eſſet vel bonum, vel malum.*

(*Cúmque illuxiſſet in craſtinum,* &c.) Et hîc tam nomen Pontificis quàm tormenti genus ſimiliter omnes vt ſupra interpretati ſunt. Mutatur autem nomen Pontificis, vt ex nomine futurum ſupplicium demonſtretur. Nequaquam, inquit, habebis nomen oris nigredinem, & iniquæ imperium poteſtatis, ſed captiuus ducêris in Babylonem: hoc enim ſignificat pauor vndique, ſiue per circuitum: vt tremens & propriæ ſalutis incertus, huc illucque circunſpicias, & venientes contra te aduerſarios reformides. Pro *pauore,* quod in Hebraico ſcriptum eſt מגור *magor,* Sept.

F

& Theodotio μέτοικον, id eſt, *migrantem:* Aquilæ ſecunda editio, *peregrinum:* prima, *circunſpicientem:* Symmachus, *ablatum,* ſiue congregatum, & coactum, interpretati ſunt.

(*Quia hæc dicit Dominus,* &c.) Iuxta ſuperiorem interpretationem, qua Phashur nomen fuerat immutatum, vt appellaretur מגור *magor,* omnes ſimiliter tranſtulerunt, vt ſignificarent vel pauorem,

pauorem, vel peregrinationem, vel ſublationem, & tranſlationem, & congregationem. Comminaturque, eum cum amicis ſuis iam iámque capiendum, tradendum que hoſtium manibus, & cunctum populum tribus Iudæ Babyloni Regis manibus obtinendum, alioſque interficiendos gladio, & alios ducendos in captiuitatem, & vniuerſas diuitias, tam vrbis, quàm theſaurorum regiorum ab inimicis eſſe capiendas: ipſúmque Phashur cum omni cognatione ſua & familia ducendum in captiuitatem, & in Babylone eſſe moriturum: eò quòd populum ſuum mendacio deceperit, nequaquam illi vera & triſtia, ſed per mendacium proſpera pollicendo. Simulque animaduertenda Prophetæ patientia atque prudentia, quòd miſſus in carcerem tacet, & ſilentio vincit iniuriam: nec tamen diſſimulat quod ſcit eſſe venturum, vt ſaltem ſic Pſeudopropheta Pontifex peccare deſiſtat, & Dei clementiam deprecetur.

Iuſti cùm à quoquã cruciantur ſilentio vincunt iniuriãs, oportuno tamen tempore dicũt quæ pro cruciantis ſalute ſint dicenda.

3 Theodorit.

Theodoritus. Cùm audiſſet hunc ſermonem Phaſſur princeps Sacerdotum, non ſolùm percuſſit Prophetam, ſed etiam incluſit. Percuſſit enim, inquit, Phaſſur Ieremiam Prophetam, & coniecit eum in neruum. Locum autem quendam dicit ſubterraneum: cuiuſmodi multa habebat templum à Salomone ædificatum. Posterâ verò die, cùm eduxiſſet eum, iterum dicentem audiuit, *Nequaquam Dominus vocauit Phaſſur nomen tuum, ſed Aduentitium vndique.* Nec eum duntaxat, ſed etiam familiares eius dicit in captiuitatem redigendos eſſe, & poſt captiuitatem interficiendos. Quin etiam comminatur ſe traditurum Regi Nabuchodonoſor vniuerſum populum.

Subterranea plura loca in templo Salomonis, in quorum vnum Pontifex coniecit Ieremiam.

4 D. Thomas.

D. Thomas. Primò ponitur comminationis occaſio ex Prophetæ perſecutione: vbi ponitur perſecutionis ratio (*Prophetantem ſermones iſtos*) contra ciuitatem; hoc enim erat officium ſummi Sacerdotis, vt ſcil. falsò Prophetantes corriperet, infra 29. Dedit te Dominus Sacerdotem pro Ioiade Sacerdote, vt ſis dux in domo Domini ſuper omnem virum arreptitium, & Prophetantem, vt mittas eum in neruum, & in carcerem, &c. Prophetæ perſecutio (*& percuſſit, in neruum*) in carcerem: genus tormenti ad detinendum captiuos (Beniamin) quæ ducebat in tribum Beniamin: erat enim ciuitas ſita in confinio duarum tribuum (*ſuperiori*) quia fortè plures erant portæ ducentes in terram illam (in domo Domini) vnde in illa porta exercebatur iudicium de Prophetis, & de miniſtris templi. Et ibi claudebantur in carcere Thren. 3.[a] *Circum ædificauit aduersùm me vt non egrediar: aggrauauit compedem meum.* Et Prophetæ liberatio (*cùmque*) ſimile Actuum 4.[b] *Factum eſt autem in craſtinum*, &c. Pſalmus.[c] *Qui eduxit vinctos in fortitudine.* Secũdò ponitur comminatio. Et primò ponitur pœnæ deſignatio ex immutatione nominis. (*Et dixit ad eum*) loquitur ad modum hominis timidi, qui vndique circumſpicit. Prouerb. 10.[d] *Pauor his qui operantur malum:* Secundò ponitur pœnæ comminatio. (*Quia hæc dicit Dominus.*) Et primò quantùm ad ipſius amicos (*te & omnes amicos*) Pſalmus.[e] *Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt*, Secundò quantùm ad ſubditos, ponens captiuitatem hominum. (*Et omnem Iudam*) Threnorum. 1.[f] *Migrauit Iudas propter afflictionem & multitudinem ſeruitutis: habitauit inter gentes: nec inuenit requiem.* Et direptionem bonorum. (*Et dabo vniuerſam*) Iſai. 39.[g] *Auferentur omnia quæ in domo tua ſunt: & quæ theſaurizauerunt patres tui vſque ad diem hanc in Babylonem. Non relinquetur quicquam dicit Dominus.* Tertiò quantùm ad ipſius domeſticos. (*Tu autem Phaſſur mendacium*) promittens proſpera. Iſai. 22.[h] *Quaſi pilam mittet te Dominus in terram latam & ſpatioſam. Ibi morièris*, &c. Amos. 7.[i] *Filij tui, & filiæ tuæ in gladio cadent: & humus tua funiculo metietur: & tu in terra polluta morièris, & Iſrael captiuus migrabit de terra tua.*

Prælati officium vt falſos, prauoſque doctores corripiat, & caſtigari curet.

Neruus tormenti genus ad detinendum captiuos.

Carceres pro Eccleſiaſticis diſtincti ſint à carceribus ſæcularium.

a Thren. 3. 7.
b Act. 4. 5.
c Pſal. 67. 7.
d Prou. 10. 29.
e Pſ. 77. 64.
f Thren. 1. 3.
g Iſai. 39. 6.
h Iſai. 22. 18.
i Amos. 7. 17.

CATENA GRÆCA EX VETERIBVS PATRIBVS GRÆCIS.

κεφάλ. 20.

Καὶ ἤκουσε Πασχώρ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὅρα πόσον ἔγκλημα. καὶ ἱερεὺς ἦν, καὶ ἱερέα, καὶ προφήτην, καὶ τοιαῦτα λέγοντα· ὃν ἐχρῆν πενθεῖν, || διεμάνθανε διά τε λόγων καὶ ἔργων τὴν πονηρίαν αὐτῶν, ἵνα μὴ θαυμάζῃ ἐπὶ τῇ αἰχμαλωσίᾳ.

|| ἴσ. ὅτι ἐμάνθανε.

Ὀλυμπιοδώρου.] Πασχώρ, ἱερεὺς ἦν οὗτος, καὶ πρῶτος τῶν ψευδοπροφητῶν.

[καὶ ἐπάταξεν.]

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] οὐκ ἂν ἐγένετο ταῦτα, μὴ τοῦ εὐσεβοῦς βασιλέως Ἰωσίου μετεστηκότος τοῦ βίου. τοιγαροῦν μετὰ βραχὺ Σεδεκίου μέμνηται, ὑπερβὰς τοὺς ἐν μέσῳ. συγχωρεῖ δὲ ὁ Θεὸς τὸν προφήτην παθεῖν ὑπὸ ἀνδρὸς προεστηκότος τοῦ ἰουδαικοῦ ναοῦ. οὐ γὰρ τοῦ βίου τοῦ παρόντος ἡ κρίσις, εἰ καὶ μερικῶς ἐνίοτε γίγνεται, καθὰ νῦν τῷ Πασχὼρ ἡ δίκη παρηκολούθησεν. οὔτε ἄρα ταῖς ἐξουσίαις τῶν πονηρευομένων καταπλήττεσθαι δεῖ, οὔτε τοῖς πάθεσι τῶν ἀγαθῶν θορυβεῖσθαι. ἱερεὺς δὲ τὸν ἱερέα καὶ προφήτην σέβεσθαι δέον, καὶ πενθεῖν τὸν

Verſ. 1. *Et audiuit Paſchor, &c.)*

Chryſoſtomi.] *Vide quantum crimen, & Sacerdos erat, & Sacerdotem & Prophetam, & talia dicentem. Quem lugere oportebat, quòd addiſceret & verbis & factis nequitiam eorum, ne de captiuitate admiraretur.*

5 Chryſoſt.

Sacerdotem Sacerdotes malè habere quàm grauis error Paſchor.

Olympiodori.] *Paſchor, Sacerdos hic erat, Pſeudoprophetarumque caput.*

Olympiod.

Sacerdos prauus caput eſſe ſolet praua docentium.

Verſ. 2. *(Et percuſſit eum, &c.)*

Incerti.] *Hæc ſanè nunquam patrata fuiſſent, niſi prius Rex Ioſias è vita exceſſiſſet. Itaque paucis additis Sedeciæ mentionẽ facit, medios prætcriens. Permittit porrò Deus Prophetã malè haberi ab homine qui Iudaico templo præerat, quia iudicium non eſt præſentis vitæ, etſi quandoque ex parte fit, ſicut nunc Paſchor iuſtitia ſubſequuta eſt. Neque igitur ſtupere oportet, quòd poteſtates in prauis hominibus ſint, neque bonorum perturbari calamitatibus. Sacerdos verò cùm venerari deberet Sacerdotem, & Prophetam, Templumque deplora*

Incertus.

Sedecia tempore Ieremiã miſſum in carcerem à Paſchor.

Impios cruciare iuſtos permittit Deus, quorũ tamen & in hac vita aliquando vltionem ſumit.

τὸν ναὸν δι' ἅπερ ἐμάνθανε συμβησόμενα, τοῦτον εἰς καταῤῥάκτην ἐνέβαλεν. τὸ γὰρ παλαιὸν, ἐν καταγείοις ὑπῆρχε τὸ δεσμωτήριον. τοσοῦτον δὲ ἀπήχεν ὁ προφήτης ἐκκοπῆναι τῆς παῤῥησίας ὅτι θράσους χωρὶς καὶ τῷ ἐμβεβληκότι προφητεύει μετοικισμὸν ἐξ ἁλώσεως.

[εἰς τὸν καταῤῥάκ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐν ἰδιάζοντι τόπῳ τοῦ ναοῦ.

[καὶ εἶπεν αὐτῷ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] πῶς οὐκ ἐφοβήθη ταῦτα εἰπεῖν οὗτος; πῶς δὲ ἐκεῖνος ἐξέβαλεν; εἰ γὰρ καὶ ἐμίσουν τὸν ἄνδρας, || ἀλλ' οὐκ ἠδύναντο περαιτέρω τὴν κακίαν ἐνδείκνυσθαι, τοῦ συνειδότος ἐλέγχοντος αὐτοὺς, οὕτω καὶ Ἡρώδης τὸν Ἰωάννην. ἠγάπα γὰρ, τοσοῦτον μόνον, μὴ ἀκούειν τὰ λεγόμενα.

Θεοδωρήτου.] κατὰ τὴν ἱστορίαν ὅρα τί γίγνεται. οἱ μὲν φίλοι αὐτοῦ ἀποθνήσκουσιν. αὐτὸς δὲ ὁ τὰ ψευδῆ προφητεύσας; αἰχμάλωτος ἀπάγεται. θάπτεται κἀκεῖ, ἐκ τῆς τῶν πραγμάτων ἐκβάσεως ἐλεγχθησόμενος; καὶ τὸν τῆς ἀπάτης ὑπομένων ὀνειδισμοῦ.

[σὺν πᾶσι τοῖς φίλοις.]

Ὀλυμπιοδώρου.] τοῖς συμπράττουσί σοι ἐν τῷ ψευδοπροφητεύειν.

|| ἴσως ἄν-δρα.

A deplorare propter ea quæ audiebant euentura illum misit in Cataractam, olim quippe subterraneus erat carcer. Tantùm autem aberat vt Propheta, aliquid suæ libertatis in dicendo remitteret, vt citra imprudentiam illi etiam qui eum in carcerem coniecerat per vrbis excidium migrationem vaticinetur.

Verbi Dei praecones nullam ob persecutionem suâ in dicendo dimittant libertatem.

Ex Verf.2.(*In Cataractam.*)

6

Olympiodori.] *In peculiari templi loco.*

Olympiod.

Verf.3.(*Et dixit ei Ieremias,&c.*)

Carcer Ecclesiasticorū locus diuersus ab aliis.

B Chrysostomi.] *Quomodo hæc effari hîc non timuit? Quomodo verò ille eduxit? etsi enim virum odio prosequebantur, non tamen suam malitiam vlterius exercere poterant, conscientiâ illos redarguente. Sic & Herodes Ioannem; amabat quippe illum; tantùm ne audiret quæ dicebantur.*

Chrysost.

Iustos infestantes impij vel ab ipsa sua conscientia redarguti sæpe nequeunt cuncta in eos facere quæ volent.

Verf.4.(*Ecce ego do te in migrationem.*)

Theodoreti.] *Secundùm historiam vide quid fit; amici quidem eius vitâ priuantur, ipse verò qui falsa Prophetauerat captiuus abducitur, ibique humatur, euentu rerum redarguendus, &* C *eò quòd deceperit proba sustinens.*

(*Cùm omnibus amicis.*)

Olympiodori.] *Qui tibi socij erant, dum falsa prædiceres.*

Olympiod.

Amici impiorum qui socij illius sunt in sceleribus.

Reliqua præcedẽtis istius Homiliæ habes supra ad finem Catenæ Græcæ in duabus primis sectionibus capitis 18.

Origenis Homiliæ Decimæ octauæ Codicis Græci Vaticani, & sextæ ex octo quæ nunc primùm in Lucem prodeunt.

Προεφήτευσεν Ἱερεμίας, καὶ ἤκουσε πασχὼρ υἱὸς ἐμμὴρ ὁ ἱερεὺς τῶν λόγων τῆς προφητείας. καὶ || τοσοῦτον κατὰ τὸ εἰκὸς, ὅσον ἐπὶ ψιλῇ τῇ ἀκολουθίᾳ τῆς προφητείας, ἀκηκόοντων ἱερεμίου, D οὐ ταχέως ἀναγέγραπται ἄλλος ἀκούσας, εἰ μὴ πασχὼρ, ἐμέλησε δὲ τῇ γραφῇ εἰπεῖν, καὶ τίνος υἱὸς ἦν, ὅτι ἐμμὴρ, καὶ ὅτι ἐχρημάτιζεν ἱερεὺς; καὶ ποίαν τάξιν εἶχεν ἐν τῷ λαῷ, ὅτι ἦν καθεσταμένος ἡγούμενος οἴκου κυρίου κατὰ τὸν χρόνον ἱερεμίου προφητεύοντος τοὺς λόγους τούτους, καὶ ἀναγέγραπται, ὅτι ἀκούσας τῶν λόγων τῆς προφητείας ταύτης πασχὼρ ἐπάταξε τὸν ἱερεμίαν, καὶ οὐκ ἠρκέσθη τῷ αὐτὸν πεπαταχέναι, ἀλλὰ καὶ ἔβαλλεν αὐτὸν εἰς τινα καταῤῥάκτην, ἐμέλησε E τῇ γραφῇ εἰπεῖν, καὶ ποῦ ἦν οὗτος ὁ καταῤῥάκτης, ἐν τῇ πύλῃ τοῦ βενιαμεὶν, καὶ ὅτι ὁ καταῤῥάκτης ἦν ἐν τόπῳ, ἔνθα ὑπερῷον ἦν. ὑπερῷον δὲ οὐκ ἄλλου τινὸς, ἢ τοῦ οἴκου κυρίου. ταῦτα ἀνέγραψεν ἐπὶ τῇ προφητείᾳ γεγονέναι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τῷ ἱερεμίᾳ, γεγονέναι δὲ ἀπὸ τοῦ πασχώρ. εἶτα φησὶ τῇ ἐπαύριον ὁ πασχὼρ ἐξήγαγε τὸν ἱερεμίαν ἐκ τοῦ καταῤῥάκτου. καὶ εἶπεν ἐξαχθεὶς ὁ ἱερεμίας τῷ πασχὼρ, ὅτι οὐ κύριος τοῦτο τὸ ὄνομα ἐκάλεσέ σε τὸ πασχὼρ, ἀλλὰ ὄνομά σοι τέθειται ὡς τῷ Ἰακὼβ, Ἰσραὴλ, ὡς τῷ Ἄβραμ Ἀβραάμ, F ὡς τῇ Σάῤῥα, Σάρα, οὕτω σοι ὄνομα τέθεικε, μέτοικον. καὶ διὰ τοῦτο ἐκάλεσέ σε μέτοικον, ἐπειδήπερ λέγει ὁ κύριος, ἰδοὺ ἐγὼ δίδωμί σε εἰς μετοικίαν σὺν πᾶσι, τίσιν; οὐχὶ γυναικί σου, καὶ υἱοῖς σου, ἀλλὰ σὺν τοῖς φίλοις σου. καὶ ἐὰν δοθῇς εἰς

|| ἴσως τοσοῦτον.

Prophetauit Ieremias, & audiuit Paschor filius Emmer Sacerdos Sermones Prophetiæ. Et cùm plerique, vt par est,ex nuda narratione prophetiæ Ieremiam audiuissent de nullo alio scriptum est tam citò audisse quàm de Paschor, expressum porrò voluit esse Scriptura, cuiusnam esset filius, nempe Emmer quódque Sacerdos esset, & cuius dignitatis in Populo, quòd scil. erat constitutus Præfectus Domus Domini, quo tempore Ieremias sermones hos vaticinabatur. Et scriptum est, cum sermonibus hisce Prophetiæ auditis Ieremiam percussisse, Nec fuit illi satis percussisse, sed etiam misit eum in Cataractam, Annetauit Scriptura locum, in quo Cataracta illa erat.In porta Benjamin; Quodque Cataracta erat in loco vbi superior pars domus; quæ nullius esset alterius, quàm Domus Dei pars superior. Hæc Ieremiæ contigisse Spiritus Sanctus in oraculis exscripsit,& auctore Paschore, quibus addit. *Cumque illuxisset in crastinum Paschor eduxit Ieremiam de Cataracta, & dixit eductus Ieremias Paschori, Non Paschor vocauit Dominus nomen tuum*; Sed nomen tibi impositum fuit veluti Iacobo Israel, veluti Abræ Abraham;veluti Sarræ Sarha; sic & nomen tibi posuit. *Migrantem, Quia hæc dicit Dominus, Ecce ego do te in migrationem cum omnibus*,quibus?non vxore tuâ,& filiis tuis, *sed amicis tuis*, & quum datus fueris in migrationem *cadent amici tui gladio.* Deinde qui

7

Historiæ narratio eorũ quæ inter Ieremiam & Paschor Sacerdotem contigére.

Verf.1.

Verf. 3.

Verf. 4.

εἰς μετοικίαν, πεσοῦνται οἱ φίλοι σου μαχαίρᾳ. εἶτα ὡς διαφορᾶς οὔσης τοῖς πίπτουσιν ἀπὸ μαχαίρας, ἐὰν πέσωσιν ἀπὸ μαχαίρας ἐχθρῶν, ἢ ἀπὸ μαχαίρας ἄλλων, φησί. πεσεῖσθαι τοὺς φίλους τοῦ βαλόντος τὸν ἱερεμίαν εἰς τὸν καταῤῥάκτην εἰς μάχαιραν ἐχθρῶν αὐτοῦ. καὶ οἱ ὀφθαλμοί σου φησὶν ὄψονται ταῦτα τὰ προφητευόμενα. σὲ δὲ καὶ πάντα τὸν ἰούδα δώσω εἰς χεῖρας βασιλέως Βαβυλῶνος, μετὰ τὸ παθεῖν ταῦτα τοὺς φίλους σου. καὶ μετοικιοῦσιν αὐτοὺς εἰς Βαβυλῶνα, καὶ κατακόψουσιν αὐτούς. τὸν γὰρ βασιλέα ἰούδα, καὶ τοὺς ἀπὸ ἰούδα κατακόψουσιν ἐν μαχαίρᾳ. καὶ οὐκέτι πρόσκειται τὸ, ἐχθρῶν αὐτῶν, ὡς ἐπὶ τῶν προτέρων, οἱ εἴρηνται φίλοι εἶναι τοῦ πασχώρ. εἶτα φησί. καὶ δώσω πᾶσαν τὴν ἰσχὺν τῆς πόλεως ταύτης, καὶ πάντας τοὺς θησαυροὺς τοῦ βασιλέως ἰούδα, καὶ πάντας τοὺς πόνους τῆς πόλεως ταύτης εἰς χεῖρας ἐχθρῶν αὐτῶν. ἵνα οἱ ἐχθροὶ διαρπάσωσι τοὺς θησαυροὺς, καὶ λάβωσι τὰ προειρημένα, καὶ ἀγάγωσι τὸν ἰούδαν, καὶ τὸν βασιλέα αὐτῆς εἰς Βαβυλῶνα. σὺ δὲ ὦ πασχὼρ καὶ πάντες οἱ κατοικοῦντες ἐν τῷ οἴκῳ σου, πορεύσεσθε ἐν αἰχμαλωσίᾳ εἰς Βαβυλῶνα. καὶ ἐκεῖ ἀποθανῇ. καὶ ἐκεῖ ταφήσῃ σὺ καὶ πάντες οἱ φίλοι σου, οἷς προεφήτευσας αὐτοῖς ψευδῆ. ἔδει ἐπιτέμνεσθαι τὴν περικοπὴν ὅλην, καὶ σαφηνίσαι οὐδέπω τὸ νόημα αὐτῆς. τὸ βαθὺ, εἴγε χωροῦμεν αὐτὸ, ἀλλ' ἢ τὴν λέξιν, καὶ τὸ ῥητὸν αὐτοῦ. ὃ καὶ ὁ τυχὼν ἐπιστήσας ἐπιμελῶς τοῖς γράμμασι καὶ μὴ ἐκ παρέργου, δύναται κἂν οὕτως νοῆσαι. τί οὖν βούλεται ταῦτα; ἐνθάδε ὁ ἀγών ἐστι, παραστῆσαι τὸ βούλημα τούτων τῶν γραμμάτων. καὶ δὴ ὁμολογῶ, κατ' ἐμαυτὸν μὴ δύνασθαι αὐτὰ διηγήσασθαι, ἀλλὰ δεῖσθαι, ὡς προεῖπον ἐπιφανείας τῆς δυνάμεως ἰησοῦ, καθὸ σοφία ἐστὶ, καθὸ λόγος, καθὸ ἀλήθεια. ἵνα ἡ ἐπιφάνεια αὐτοῦ ποιήσῃ φῶς ἐπὶ τοῦ προσώπου τῆς ψυχῆς μου. εἶχον καὶ οἱ ἐπαοιδοὶ τῶν αἰγυπτίων ῥάβδους, τὰς βουλομένας τὴν Μωυσέως διαβάλλειν καὶ Ἀαρὼν, ὡς οὐκ οὔσας ἀπὸ Θεοῦ. ἀλλὰ ἀνατρέπουσι τὰς τῶν σοφιστῶν καὶ ἐπαοιδῶν αἱ ἀπὸ θεοῦ. κατέπιεν αὐτὰς ἡ τοῦ Ἀαρὼν. ἤρκει γὰρ πρὸς τοῦτο αὐτὴ καὶ χωρὶς τῆς Μωυσέως ῥάβδου. ἐπάταξε τοίνυν ἱερεμίαν τὸν προφήτην ὁ πασχωρ, || καὶ μετὰ ἤθους. καὶ ἐπάταξεν ἱερεμίαν τὸν προφήτην. πρόσκειται καὶ τὸ, τὸν προφήτην. ἐνθάδε μὲν οὖν ὁ πατάξας, τὸν ἱερεμίαν τὸν προφήτην ἐπάταξεν. ἀναγέγραπται δὲ, ὅτι ἐν ταῖς πράξεσιν ἐπάταξέ τις τὸν παῦλον ὑπὸ ἀνανίου τοῦ ἀρχιερέως κελευσθείς. διὸ εἴρηκεν ὁ παῦλος. τύπτειν σε μέλλει ὁ θεὸς, τοῖχε κεκονιαμένε. καὶ μέχρι νῦν ὑπὸ ἀρχιερέως παρανόμου λόγου προστασσόμενοι ἐβιωναῖοι τύπτουσι τὸν ἀπόστολον ἰησοῦ χριστοῦ λόγοις δυσφήμοις, καὶ παῦλος φησὶ πρὸς τὸν τοιοῦτον λόγον ἀρχιερέα τό. τύπτειν σε μέλλει ὁ θεός. καὶ ἔστιν ὁ τοιοῦτος ἀρχιερεὺς ἐξ ἐπιπολῆς ὡραῖος, καὶ τοῖχος κεκονιαμένος, ἔσωθεν γέμων ὀστέων νεκρῶν, καὶ πάσης ἀκαθαρσίας. τί δὲ λέγω περὶ παύλου, καὶ ἱερεμίου; αὐτός μου ὁ κύριος ἰησοῦς χριστὸς φησί. τὸν νῶτόν μου δέδωκα εἰς

|| ἰσ. μετὰ ὀργῆς.

A qui differt inter cadentes gladio, ſi cadant è gladio inimicorum, ſiue gladio aliorum ait, amicos illius, qui Ieremiam in Cataractam miſerat, caſuros *gladio inimicorum eius, & oculi tui*, ait, *videbunt hæc quæ prædico. Te verò & omnem Iudam dabo in manus Regis Babylonis*, poſtquam amici tui paſſi hæc fuerint, *& traducet eos in Babylonem, & trucidabunt eos.* Regem quippe Iudæ, omneſque qui à Iuda genus ducunt *trucidabunt gladio*. Neque hîc B appoſitum eſt; *Inimicorum ſuorum*, ſicuti de prioribus additum, qui Paſchoris amici dicebantur, & addit. *Et dabo omnem fortitudinem Ciuitatis huius, & omnes theſauros Regis Iudæ*, & omnes labores ciuitatis huius, in manus inimicorum eorum: vt hoſtes Theſauros diripiant, & quæ dicta ſunt capiãt, Iudámque & Regem illius in Babylonem abducant. *Tu verò ò Paſchor, & omnes habitantes in domo tua ibitis in captiuitatem in Babylonem, ibique morièris, & ibi ſepelièris tu, & omnes* C *amici tui, quibus prophetaſti eis falſa.* Hæc pars textus tota erat ſeorſim proponẽda, & declarandus non profundus eius ſenſus, ſi id aſſequi poterimus, ſed ipſam literã, & voces, quam quiuis etiam accuratè animum aduertens, neque obiter percurrens, certè intelligere poterit. Quid ergo hæc ſignificant? Hic labor eſt, huius literæ ſenſũ aperire: fateórque ad illorum expoſitionem meas vires impares eſſe. Sed neceſſariã mi- D hi eſſe, vt dixi, apparitionem virtutis Ieſu, quandoquidem ſapientia ipſe eſt, & Verbum, & veritas: vt eius apparitio lumen creet in faciem animæ meæ. Habebãt virgas & Ægyptiorum incantatores, quæ Moyſis Aaroniſque virgas improbare volebant quaſi ex Deo non eſſent. Sed quæ Dei ſunt euertunt illas quæ Sophiſtarum & incantatorum erant. [a] *Deglutiuit eas virga Aaron*; ſatis enim ad hoc illa, & abſque vir- E ga Moyſis. *(Percuſſit igitur Ieremiam Prophetam Paſchor:)* idque grauiter. *(Et percuſſit Ieremiam Prophetam.)* Et additum eſt. *(Prophetã.)* Certè hic percutiẽs Ieremiam Prophetam percuſſit: ſcriptum quoque eſt, in actibus Apoſtolorum iuſſu Ananiæ Sacerdotum Principis Paulum fuiſſe à quodam percuſſum: Quocirca Paulus dixit. [b] *Percutiet te Deus, paries dealbate.* Et adhuc ab iniquo F Principe Sacerdotum, nempe impiã mente iuſſi Ebronæi, Apoſtolum Ieſu Chriſti maledictis verberant; & Paulus ad huiuſmodi Sacerdotum Principem iniquam mentem ait, *Percutiet te Deus* Eſtque Princeps hic Sacerdotum in ſuperficie pulcher, & paries dealbatus, [c] intus verò mortuorum oſſibus, omnique impuritate plenus eſt. Quid de Paulo, & Ieremia loquor? Ipſe Dominus meus Ieſus Chriſtus ait,

Verſ. 5.

8

Virga Aaronica abſque Virga Moſis deuorauit virgas maleficorũ Ægyptiorum.

a Exod. 7. 12.

Verſ. 2.

b Act. 23. 3.

Apoſtolica Eccleſia ab iniqua mẽtis hæreticis maledictis verberatur.

Prælatus improbus paries dealbatus, & ſepulchrũ intus omni immunditie plenum.

c Matth. 23. 17.

9

εἰς μάστιγας, τὰς δὲ σιαγόνας μου εἰς ῥαπίσματα, τὸ δὲ πρόσωπον μου οὐκ ἀπέστρεψα ἀπὸ αἰσχύνης ἐμπτυσμάτων. ταῦτα οἱ ἀκέραιοι ἴσασιν ἐπὶ τὸν τότε μόνον καιρὸν, ὅτε ἐμαστίγωσεν αὐτὸν ὁ πιλάτος, ὅτε ἐβουλεύσαντο κατ' αὐτοῦ ἰουδαῖοι. ἐγὼ δὲ βλέπω τὸν ἰησοῦν καθ' ἡμέραν διδόντα τὸν νῶτον αὐτοῦ εἰς μάστιγας. εἴσελθε εἰς τὰς τῶν ἰουδαίων συναγωγὰς, καὶ ἴδε τὸν ἰησοῦν ὑπ' αὐτῶν τῇ γλώσσῃ τῆς βλασφημίας μαστιγούμενον. ἴδε τοὺς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν συναγομένους; βουλευομένους κατὰ χριστιανῶν, τίνα τρόπον λαμβάνουσι τὸν ἰησοῦν, κἀκεῖνος τὸν ἑαυτοῦ νῶτον δίδωσιν εἰς μάστιγας. κατανόει ὑβριζόμενον τὸν τοῦ θεοῦ λόγον, κακολογούμενον, μισούμενον ὑπὸ τῶν ἀπίστων. ὅρα ὅτι τὰς σιαγόνας ἔδωκεν εἰς ῥαπίσματα. καὶ διδάξας, ὅτι ἐάν τύπτῃ τίς σε εἰς τὴν σιαγόνα, στρέψον, καὶ τὴν ἄλλην. αὐτὸς αὐτὸ ποιεῖ. τοσοῦτοι αὐτὸν ῥαπίζουσι, καὶ μαστιγοῦσι, καὶ σιωπᾷ, καὶ οὐ λαλεῖ. ἀναγέγραπται γὰρ μὴ λαλῶν ἐν τῷ μαστιγοῦσθαι. καὶ τὸ πρόσωπον μέχρι τοῦ δεῦρο ἰησοῦς οὐκ ἀπέστρεψεν ἀπὸ αἰσχύνης ἐμπτυσμάτων. τίς τῶν ἐξουτελιζόντων τὴν διδασκαλίαν οὐχὶ οἱονεὶ ἐμπτύει μέχρι τοῦ δεῦρο τῷ ἰησοῦ ἀνεχομένῳ, || ἢ ἀκολουθεῖ τῷ πεπατάχθαι τὸν προφήτην διηγήσασθαι τοὺς παταχθέντας, ὡς φέρ' εἰπεῖν τὸν ἀπόστολον, καὶ εἴ τις ἄλλος πεπάτακται, || παραστῆσαι καὶ τὰ περὶ αὐτὸν τὸν ἰησοῦν. ἐπάταξεν οὖν πασχὼρ τὸν ἱερεμίαν τὸν προφήτην, καὶ ἔβαλεν αὐτὸν εἰς τὸν καταῤῥάκτην ὃς ἦν ἐν τῇ πύλῃ βενιαμὶν τοῦ ὑπερῴου τοῦ βενιαμὶν κληροδοσία ἐστὶν ἱερουσαλὴμ, ἐν ᾗ ὁ ναὸς τοῦ θεοῦ, τῶν θείων ἀναγνωσμάτων εὑρήσεις ἐκ τῆς ἀναγεγραμμένης κληροδοσίας ἐν τῇ τοῦ ναυῆ. ἐπεὶ οὖν ναὸς ἦν ἐν τῇ κληροδοσίᾳ τοῦ βενιαμὶν, ὃς ἑρμηνεύεται υἱὸς δεξιᾶς. οὐδὲν γάρ ἐστιν ἀριστερὸν περὶ τὸν ναὸν τοῦ θεοῦ. διὰ τοῦτο οὗτος βάλλει εἰς τὸν καταῤῥάκτην, ὃς ἦν ἐν πύλῃ βενιαμὶν τοῦ ὑπερῴου οἴκου κυρίου παρόντος ὑπερῴου ἐν οἴκῳ κυρίου, ἔβαλε τὸν προφήτην εἰς τὸν καταῤῥάκτην. καὶ ἡμεῖς παρακαλῶμεν, ἵνα λαβόντες νῦν τὸν ἱερεμίαν εἰς τὸ ὑπερῷον ἀναβιβάσωμεν ἐν οἴκῳ κυρίου. ὑπερῷον δὲ τὸν νοῦν τὸν ὑψηλὸν καὶ ἐπηρμένον δείξω || τῆς γραφῆς, ὅτε μαρτυρεῖ τοῖς ἁγίοις, ὅτι τὰ ὑπερῷα τοὺς προφήτας ὑπεδέξαντο. ἐν τῇ τρίτῃ τῶν βασιλειῶν ἀναγέγραπται χήρα ὑποδεξαμένη τὸν ἠλίαν τὸν προφήτην ἐν σαρεφθοῖς τῆς σιδωνίας, ἥτις εἰς τὸ ὑπερῷον αὐτῆς ἐξένισε τὸν προφήτην. καὶ ἐν τῇ τετάρτῃ, ἡ τὸν ἐλισσαῖον ὑποδεξαμένη εὐτρέπισεν αὐτῷ οἶκον εἰς τὸ ὑπερῷον. ὁ δὲ ἁμαρτωλὸς ὀχοζίας ἔπεσεν ἀπὸ τοῦ ὑπερῴου. καὶ σοὶ δὲ ἰησοῦς ἐντέλλεται μὴ καταβαίνειν ἐκ τοῦ δώματος. ὅταν γάρ φησι, τάδε καὶ τάδε γένηται, τότε ὁ ἐπὶ τοῦ δώματος μὴ καταβάτω ἆραι τὰ ἐκ τῆς οἰκίας αὐτοῦ. ὁ ἐν τοῖς διωγμοῖς φεύγων, οὐχὶ εἰς δῶμα μὴ ἀναβαινέτω, ἀλλ' ἐκ τοῦ δώματος μὴ καταβαινέτω ἆραι τὰ ἐκ τῆς οἰκίας αὐτοῦ. καλὸν οὖν ὑπερῴοις εἶναι. καλὸν ἐν δώμασιν εἶναι, καὶ ἄνω που τυγχάνειν. καὶ οἱ θαυμάσιοι δὲ ἀπόστολοι, ὡς ἐν ταῖς πράξεσιν ἀναγέγραπται αὐτῶν, ἡνίκα ἐπὶ τὸ αὐτὸ ὄντων αὐτῶν, ἐσχόλα

||ἴν. ἡ ἀκολουθεῖ.

|| παραστῆσαι.

||ἴσ. ἐκ τῆς γραφῆς.

A ait,[a] *Dorsum meũ dedi in percussiones, & maxillas meas in alapas, & faciem meam non auerti ab opprobriis sputorũ.* Hæc simpliciores illo tantùm tẽpore gesta fuisse opinãtur, Cùm flagellauit eũ Pilatus, cùm Iudæi in eũ consiliũ inierunt. At ego Iesum video dorsum suũ per singulos dies ad flagella dantẽ. Intra in Iudæorũ Synagogas, & vide Iesũ ab ipsis ore maledico dilaniari. Vide Gentiles

Christus adhuc dorsum, maxillasque suas dat percutientibus Iudæis, aliisque Infidelibus, & hæreticis.

a Isai. 50.6.

B conuenientes & consiliũ capientes contra Christianos, quomodo Iesũ tractẽt, & ille dorsũ ad flagella præbeat. Intuere Dei verbũ ignominiã notatũ, dedecore affectũ, ab infidelibus odio habitum considera quòd ad alapas maxillas exhibuit, & quod docuit.[b] *Si quis te percusserit in maxilla, conuerte & aliam*, id per se ipse præstitit: tot cũ alapis, tot flagellis diuerberẽt, & silet, & nõ loquitur: scriptũ quippe est, cũ in flagellis silere, & faciẽ hucusque Iesus non auertit à con-

Alapis percussus & silēs Iesus adhuc Euangelicum suum exẽplo confirmat cõsilium.

b Luc. 6. 29.

C tumelia sputorũ. Quis eorũ qui doctrinam Christi paruipendũt, non perinde cõspuit hucusq; Iesum hæc tolerantẽ? Si sequitur ex narratione percussi Prophetæ narrare, vt exẽpli gratiã Apostolũ, Et si quis alius percussus est; & illis inserere quæ passus est ipse Iesus. *Percussit itaque Paschor Ieremiã Prophetã, & misit eum in Cataractã, quæ erat in Porta Benjamin domus superioris.* Ad Benjamin hæreditatẽ pertinet Ierusalem, in qua templũ

Doctrinam Christi contẽnentes conspuere eumdẽ Iesum dicuntur.

10

Ierusalẽ sita in sorte tribus Beniamin.

D Dei; vt manifestũ fiet, si percurras ea quæ in lib. Naue de sortitiõe terræ scripta sũt. Quum itaque templũ in hæreditate Benjamin esset, qui filius dextrę interpretatur: nil enim sinistrũ circa Dei tẽplũ est; ideo hic mittit *in Cataractã, quæ erat in porta Benjamin domus superioris, quæ erat in domo Domini.* Cùm esset pars superior domus in domo Domini, *misit Prophetã in Cataractã.* Precemur & nos vt assumptũ Ieremiã eueharnus in partẽ superiorẽ domus, in domo Domini.

Templũ Dei constructũ in hæreditate tribus Beniamin, quod in Dei domo nil debet esse sinistri.

In Parte superiori, in sẽsu nimirum sublimi ponẽdi Prophetæ, & sancti quique.

E Partẽ porrò superiorẽ domus, sensum esse sublimẽ eleuatúmq; è Scriptura mõstrabo dũ de sãctis testatur esse ab eis Prophetas in superiores partes domus exceptos. In 3. lib. Reg. scriptũ est,[c] Viduã in Sarepthis Sidoniæ Eliã Prophetã tecto receptum in parte domus superiori excepisse,[d] & in 4. Elisęi hospes legitur habitationem illi in parte superiori præparasse: peccator verò[e] Ochozias è parte superiori delapsus est. Et

Sancti quique excepti in parte superiori domus quòd eorũ sit sublimis sensus.

c 3. Reg. 17. 23.

d 4. Reg. 4. 9.

e 4. Reg. 1. 2.

E parte superiori domus & è sublimi sensu descendẽs inter peccatores cõstituendus.

F tibi Iesus præcipit, ex tecto nõ discedere. Etenim, ait, cũ hæc & illa euenĩẽt,[f] *tũc qui in tecto est, ne discedat tollere ea, quæ in domo sua sũt.* Qui persecutionum tẽpore fugit, Non, In tectum non ascẽdat, sed ex tecto ne descẽdant tollere ea quæ in domo sua sunt. Bonum itaque est in parte domus superiori esse, bonum in tectis esse, & celsiora incolere.[g] Quin & admirandi Apostoli, vt in actibus eorum legimus, quum in vnum locum congregati orationibus, verboque diuino

f Matth. 24. 17.

In Alto mentis manere optimum.

g Act. 2. 1.

In Alta habitatione Sãctis eximia præstita.

ἐσχόλαζον τῷ εὐχῇ καὶ τῷ λόγῳ τοῦ Θεοῦ, ἐν ὑπερῴῳ ἦσαν. καὶ ἐπεὶ ἦσαν ἐν ὑπερῴῳ, οὐκ ἦσαν κάτω. διὰ τοῦτο ὤφθησαν αὐτοῖς διαμεριζόμεναι γλῶσσαι ὡσεὶ πυρός. ἀλλὰ καὶ πέτρος ἡνίκα ἀνέπεμπε τὴν εὐχὴν τῷ θεῷ, ἀνέβη εἰς τὸ δῶμα. καὶ εἰ μὴ ἀναβεβήκει εἰς τὸ δῶμα, οὐκ ἂν οἶδεν ἐξ οὐρανοῦ καταβαῖνον σκεῦος ὡς ὀθόνην, τέσσαρσιν ἀρχαῖς καθιέμενον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. ἀλλὰ καὶ ἡ τὰς ἐλεημοσύνας ποιήσασα ταβιθά, ἥτις ἑρμηνευομένη λέγεται δορκάς, κάτω οὐκ ἦν, ἀλλ᾽ ἐν τῷ ὑπερῴῳ. ὅπου ἀναβὰς πέτρος, ἀνέστησεν αὐτὴν ἀπὸ τῶν νεκρῶν. ἀλλὰ καὶ ἰησοῦς ταύτην τὴν ἑορτήν, ἧς τὸ σύμβολον ποιούμεθα, τὸ πάσχα μέλλων ἑορτάζειν μετὰ τῶν μαθητῶν, πυνθανομένων αὐτῶν. ποῦ θέλεις ἑτοιμάσωμέν σοι τὸ πάσχα. εἶπε.|| πορευομένων ἀπαντήσει ὑμῖν ἄνθρωπος κεράμιον ὕδατος βαστάζων. ἐκείνῳ ἀκολουθήσατε. ἐκεῖνος ὑμῖν δείξει ἀνώγεον μέγα ἐστρωμένον, σεσαρωμένον, ἕτοιμον. ἐκεῖ ἑτοιμάσατε τὸ πάσχα. οὐδεὶς οὖν πάσχα ποιῶν, ὡς ἰησοῦς βούλεται, κάτω ἐστὶ τοῦ ἀνωγέου ἀλλὰ εἴ τις ἑορτάζει μετὰ τοῦ ἰησοῦ ἄνω ἐστὶν ἐν ἀνωγέῳ μεγάλῳ, ἐν ἀνωγέῳ σεσαρωμένῳ, ἐν ἀνωγέῳ κεκοσμημένῳ, καὶ ἑτοίμῳ. ἐὰν δὲ ἀναβῇς μετ᾽ αὐτοῦ ἵνα ἑορτάσῃς τὸ πάσχα, δίδωσί σοι τὸ ποτήριον τῆς διαθήκης τῆς καινῆς, δίδωσί σοι καὶ τὸν ἄρτον τῆς εὐλογίας, τὸ σῶμα ἑαυτοῦ καὶ τὸ αἷμα ἑαυτοῦ χαρίζεται. διὰ τοῦτο παρακαλοῦμεν ὑμᾶς, ἀναβαίνετε εἰς ὕψος, αἴρετε εἰς ὕψος τοὺς ὀφθαλμοὺς ἡμῶν. κἀμοὶ δέ, ἐὰν διδάσκω τὸν θεῖον λόγον, φησὶν ὁ λόγος. ἐπ᾽ ὄρος ὑψηλὸν ἀνάβηθι ὁ εὐαγγελιζόμενος σιών. ὕψωσον ἐν ἰσχύϊ τὴν φωνήν σου ὁ εὐαγγελιζόμενος ἱερουσαλήμ. ὑψώσατε, μὴ φοβεῖσθε. ταῦτα διὰ τὸν πασχώρ, ὅτι παρακείμενος ὑπερῴου ἐν τῷ οἴκῳ κυρίου ἐν πύλῃ βενιαμίν, οὐκ εἰς τὸ ὑπερῷον ἀναβιβάσαι τὸν προφήτην, ἀλλ᾽ ἔβαλεν αὐτὸν εἰς τὸν καταρράκτην κάτω. καὶ ἐγένετο τῇ ἐπαύριον, καὶ ἐξήγαγε πασχὼρ τὸν ἱερεμίαν ἐκ τοῦ καταρράκτου. ὦ κύριε ἰησοῦ πάλιν ἧκε, σαφήνισέ μοι καὶ ταῦτα, καὶ τοῖς ἐληλυθόσιν ἐπὶ τὴν πνευματικὴν τροφήν. πῶς τῇ ἐπαύριον ἐξάγει αὐτὸς τὸν ἱερεμίαν ἐκ τοῦ καταρράκτου. ὅσον μὲν γὰρ ἐνέστηκεν ἡ σήμερον ἡμέρα. σήμερον γάρ ἐστι πᾶς οὗτος ὁ αἰών. ἐὰν|| εἰς τὸν καταρράκτην κάτω βάλῃ τὸν προφήτην ὁ ἁμαρτωλός. ἐὰν δὲ|| πέσῃ ἡ ἐνεστῶσα ἡμέρα, καὶ ἡ αὔριον ἔλθῃ, τότε αὐτὸν ἐξάγει μετανοήσας ἀπὸ τοῦ καταρράκτου. εἶτα λέγει αὐτῷ ὁ ἱερεμίας ἃ πείσεται ὁ πασχώρ. τί λέγει αὐτῷ; οὐ πασχὼρ ἐκάλεσε τὸ ὄνομά σου, ἀλλ᾽ ἢ μέτοικον. διότι τάδε λέγει κύριος. μέλλει μετοικίζεσθαι κατὰ τὴν ἀξίαν τῶν ἁμαρτημάτων ὁ πασχὼρ οὗτος εἰς βαβυλῶνα, οὐ μόνος ἀλλὰ καὶ μετὰ τῶν φίλων αὐτοῦ. παραδίδοται γὰρ τῷ ναβουχοδονόσωρ, καὶ εἰς τὴν σύγχυσιν ἄπεισι, καὶ κολάζεται ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασιν αὐτοῦ, ἐπεὶ ἔβαλε τὸν προφήτην εἰς τὸν καταρράκτην. τίνες οὖν οἱ φίλοι τοῦ πασχώρ, τοῦ ἐπωνύμου τῆς μελανίας τοῦ στόματος πάντες οἱ τοὺς λόγους αὐτοῦ παραδεξάμενοι συμμελανωθέντες τῷ στόματι αὐτοῦ τῷ

|| πνευόντων.

||Videtur legendum αἰὼν εἰς τὸν καταρράκτην κάτω βαλεῖ.

|| παύσηται.

A diuino vacabant, in parte domus superiori erant: in qua cùm essent, infra non erant: ideóque *apparuerunt illis dispartitæ linguæ tamquam ignis.* [a] Et Petrus dum Deo preces funderet, tectum ascenderat quo ni ascendisset, nunquã vidisset è cœlo descendens vas, quasi sindonem, è cœlo quatuor principiis demissum. [b] Nec non quæ eleemosynas faciebat Tabitha; quod nomẽ interpretatum, capream sonat, infra non erat, sed in B parte superiori; ad quam Petrus ascendens mortuã viuis restituit. Quinimò ipse Iesus solemnitatẽ hanc, cuius symbolũ agimus, Pascha vnà cũ discipulis celebraturus, interrogatus ab illis, [c] *Vbi vis paremus tibi Pascha, respõdit, Ambulantibus vobis occurret homo aquæ lagenã portans, sequimini eũ. Ille vobis ostẽdet cœnaculum grande, stratum, scopis mundatum paratũ, ibi parate Pascha.* Nemo itaque Pascha celebrans vt Iesus vult, infrà cœnaculum C est. Sed si quis cum Iesu celebrat, supra est in cœnaculo grandi, in cœnaculo mundato, in cœnaculo exornato, & parato; si cum illo ascenderis diem festum acturus, porrigit tibi noui testamẽti calicem, & dat panem benedictionis, corpus suum, & sanguinem clargitur. Quapropter hortamur vos, Ascendite ad sublimia, tollite in altũ oculos vestros. Et mihi dũ diuinum doceo verbũ, dicitur. [d] *In montẽ excelsum ascende qui Euangelizas Sion extolle in robore vocẽ tuam, qui* D *Euangelizas Ierusalem*; Attollite, ne timete. Et hæc quidem de Paschore, qui, cùm pars superior esset in domo Domini in porta Benjamin, non ad eam partem Prophetam detulit, sed misit eum in inferiori parte in cataracta. (*Et factum est cùm illuxisset in crastinum, & eduxit Paschor Ieremiam de Cataracta.* Domine Iesu rursus adsis, Hæc etiam mihi edissere, & his qui ad spirituale alimẽtum venerunt: quo pacto cùm illuxisset in cra- E stinum, educit ipse Ieremiam de cataracta: donec enim hodierna dies perdurat, hodie quippe pro toto hoc quò accipitur; in cataractam infra Prophetam demittit peccator: si præsens dies desinat, & crastina illuxerit, tunc ipsum educit pœnitentiã ductus de cataracta. Post hæc ad eum Ieremias dicit quæ Paschor passurus esset. Quænam hæc sunt? (*Non Paschor vocauit Dominus nomen tuum, sed migrantem. Quia hæc dicit* F *Dominus.* Paschor hîc pro peccatorum merito migraturus est in Babylonẽ, non solus, sed cum amicis suis: Traditur namque Nabuchodonosor, & in cõfusionem migrati, & pro peccatis suis, punitur, quia Prophetam detrusit in Cataractam. Qui igitur sunt Paschoris amici, qui nomen ab oris nigrore traxit? Omnes, qui illius sermones amplexati sunt, ore illius nigrescente

a Act. 20. 9.

b Act. 9. 39.

Eucharistia sacramenti proficuè fit particeps qui sursum cor habeat.

c Luc. 22. 10.

d Isai 40. 9.

Vers. 3

Hodie acceptum pro toto hoc æuo.

Christũ educit de Cataracta qui pœnitentiã agit peccati quò eumdem detruserat.

Haret ici diabolo traditur vnà cum omnibus ipsorum amicis praui infectis doctrina.

μεμελανωμένῳ, οἱ δόγματα μελανότητος παραδεξάμενοι. καὶ πεσοῦνται μαχαίρᾳ ἐχθρῶν αὐτῶν. οἱ ἐπὶ τῶν κολάσεων τεταγμένοι, οὗτοι εἰσὶν οἱ τὰς μαχαίρας ἔχοντες, καὶ ποιοῦντες πίπτειν αὐτούς. περὶ ὧν λόγος προφητεύει καὶ φησί. καὶ οἱ ὀφθαλμοί σου ὄψονται. ταῦτα φησι τὰ προφητευόμενα ὄψονταί σου οἱ ὀφθαλμοί. καὶ σὲ, καὶ πάντα ἰούδα δώσω εἰς χεῖρας βασιλέως Βαβυλῶνος. ὃς ἐὰν καταληφθῇ τοῦ ἰούδα οὕτως ἁμαρτωλὸς, ὡς ἄξιος εἶναι τοῦ βασιλέως Βαβυλῶνος, τῆς συγχύσεως, παραδοθήσεται αὐτῷ. καὶ ὁ βασιλεὺς Βαβυλῶνος παραλαμβάνει τοὺς ἁμαρτάνοντας. βασιλεὺς δὲ Βαβυλῶνος κατὰ μὲν τὴν ἱστορίαν Ναβουχοδονόσωρ, κατὰ δὲ τὴν ἀναγωγὴν ὁ πονηρός. τούτῳ δὲ παραδίδοται ὁ ἁμαρτωλὸς, ἐπεὶ ἐστὶν ἀμφότερα, καὶ ἐχθρὸς, καὶ ἐκδικητής. ὅτι δὲ αὐτῷ παραδίδοται ὁ ἁμαρτωλὸς, παῦλος σε διδαξάτω, ὅπου μὲν λέγων περὶ φυγέλλου, καὶ ἑρμογένους, οὓς παρέδωκα τῷ σατανᾷ, ἵνα παιδευθῶσι μὴ βλασφημεῖν. ὅπου δὲ περὶ τοῦ πεπορνευκότος. συναχθέντων ὑμῶν καὶ τοῦ ἐμοῦ πνεύματος σὺν τῇ δυνάμει τοῦ κυρίου ἰησοῦ χριστοῦ, κέκρικα παραδοῦναι τὸν τοιοῦτον τῷ σατανᾷ εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκὸς, ἵνα πνεῦμα σωθῇ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ. οὐκοῦν παραδίδοται. ὁ πασχὼρ οὗτος τῇ τοῦ στόματος μελανίᾳ εἰς χεῖρας τοῦ βασιλέως τῆς Βαβυλῶνος. καὶ μετοικιοῦσιν αὐτὸν εἰς Βαβυλῶνα. καὶ κατακόψουσιν αὐτοὺς ἐν μαχαίρᾳ. Καὶ δώσω τὴν ἰσχὺν πᾶσαν τῆς πόλεως ταύτης. || εὐχερῶς εἰπεῖν, ὅτι προφητεύεται περὶ τῆς ἱερουσαλὴμ ταῦτα. παραδέδοται γὰρ πᾶσα ἡ ἰσχὺς αὐτῆς καὶ τὰ ἐπιφερόμενα τότε τῷ τῶν Βαβυλωνίων βασιλεῖ, εὐχερὲς εἰπεῖν, ὅτι προφητεύεται ταῦτα περὶ τῆς πόλεως ταύτης ἐν τοῖς κατὰ τὸν σωτῆρα χρόνοις, παραδοθείσης τοῖς πολεμίοις. καὶ εἰς αἰχμαλωσίαν ἀπεληλύθασιν οἱ υἱοὶ τῆς ἱερουσαλὴμ, καὶ κατεσκάφη ἡ πόλις. ἐὰν δὲ ἐξετάσῃς τὰ πράγματα, καὶ πάλιν βλέπῃς μὴ τοὺς λίθους, ἀλλὰ τοὺς ἀνθρώπους, ὄψει ὅτι κἀκείνη ἡ ἱερουσαλὴμ, οἱ ἄνθρωποι, παρεδόθησαν εἰς χεῖρας βασιλέως Βαβυλῶνος διὰ τὴν ἐπὶ τῷ χριστῷ ἀσέβειαν καὶ ἁμαρτίαν. καὶ σὺ ἱερουσαλὴμ εἶ νῦν. ἐὰν οὖν ἀπειλῇ τῇ ἱερουσαλὴμ νῦν ὁ λόγος, φοβήθητι, μήποτε σὺ ἐὰν ἁμαρτάνῃς ἱερουσαλὴμ || ἡ ἁμαρτωλός. καὶ παραδίδοσαι, ἵνα μηκέτι ᾖς ἱερουσαλὴμ, ἀλλὰ Βαβυλὼν γένῃ, καὶ σύγχυσις, παραλαβόντος σε Ναβουχοδονόσορ τοῦ Βαβυλώνων βασιλέως. καὶ πάντας τοὺς πόνους ἱερουσαλὴμ παραδίδωσι, πῶς πάντας τοὺς πόνους παραδίδωσιν, ἐὰν μετὰ τὸ ἀθλῆσαι καὶ ἀγωνίσασθαι παραπέσῃς καὶ ἁμάρτῃς, πάντες οἱ πόνοι σου ἐληλύθασιν εἰς τὰς χεῖρας Ναβουχοδονόσορ, πῶς πάντες οἱ πόνοι σου, λεχθήσεταί σοι. ἐὰν πέσῃς, μετὰ τὸ πολλὰ καμεῖν ὑπὲρ ἀληθείας. τοσαῦτα ἐπάθετε εἰκῇ. μάλιστα οἱ συνειδότες ἑαυτοῖς πολλοὺς πόνους ἀνηντληκέναι ὑπὲρ ἀρετῆς, ὀφείλουσι φοβεῖσθαι μήποτε τοὺς πόνους || αὐτῶν ἡ γενομένων ἱερουσαλὴμ παραλάβῃ ἁμαρτίας τινὸς γινομένης Ναβουχοδονόσορ ὁ τοῦ Βαβυλῶνος βασιλεύς. ἵνα δὲ σαφέστερον εἰδῇς,

|| ἀρχεῖν.

|| ἴσ. ἧς ἁμαρτ.

|| ἴσ. αὐτῶν γινομένων ἐν ἱερουσαλήμ.

A nigrefacti. Qui nigroris dogmata receperunt. *Et cadent in gladio inimicorum suorum:* Qui tormentis inferendis destinati sunt, hi gladios gerunt, efficiúntque vt illi corruant; de quibus Prophetia ait, *(Et oculi tui videbunt)* hæc ait quæ prophetantur, oculi tui videbunt, *(Et te & omnem Iudam dabo in manus Regis Babylonis)* Quicúnque ex Iuda deprehensus fuerit ita peccatis inuolutus, vt dignus sit Rege Babylonis, B peccatores accipit. Porrò Rex Babylonis, ad historiam quidem Nabuchodonosor est, Anagogicè diabolus: huic peccator traditur; quoniam ille simul & inimicus est & vltor. Illi autem peccatorem tradi habes à Paulo; tum vbi de [a] Phygello & Hermogene inquit, [b] *Quos tradidi Satanæ, vt erudiantur non blasphemare*; tum vbi de eo qui fornicatus fuerat, [c] *Congregatis ait, nobis, & meo spiritu, cum virtute Domini Iesu Christi, iudicaui tradere hunc Satanæ in interi-* C *tum carnis, vt spiritus saluus fiat in die Domini nostri Iesu Christi.* Igitur Paschor hic oris nigrore in manus Regis Babylonis traditur, & migrare faciunt illum in Babylonem, & trucidabunt eos in gladio.

(Et dabo omnem fortitudinem ciuitatis huius) Opportunè dici potest; hæc ad Ierusalem spectare, vniuersa enim illius fortitudo, & quæ adiiciunt tradita sunt Regi Babyloniorum. Non incōgruè dici potest, hæc de D ciuitate illa dici temporibus Saluatoris nostri, quod hostibus tradita sit: quòd vrbe solo æquata filij Ierusalem in captiuitatem ducti sint. Quòd si rem perspexeris, & consideraueris non lapides sed homines, videbis illam quoque Ierusalem homines nempe, pro patrata in Christum impietate ac peccato, traditos esse Regi Babylonis & tu Ierusalem nunc es: si igitur verba hæc in Ierusalem minæ sunt, E time ne tu peccando sis peccatrix Ierusalem, & tradaris, vt ne posthac Ierusalem, sed Babylon & confusio Nabuchodonosoris Regis Babylonis seruituti addicta. *(Et omnes labores Ierusalem tradit.)* Quomodo labores omnes tradit? Si post certamina agonésque peractos, lapsus fueris, & deliqueris, omnes labores tui in manus Nabuchodonosoris deuenêre. Quomodo omnes labo- F res tui? Audi: si post plurimos pro veritate labores susceptos, cecideris, tot mala frustra passi estis: qui pro virtute multos sibi labores exantlatos cognoscunt, timere maximè debent, ne quando labores eorum in Ierusalem factos arripiat, si peccatum intercesserit, Rex Babylonis Nabuchodonosor. Vt verò id clariùs comprehendas, quâ

Vers. 4

Peccatores quique dæmoni Diabolo traditi.

Diabolus inimicus, & vltor.

a 2. Tim. 1. 15.

b 1. Tim. 1. 20.

c 1. Cor. 5. 4.

13 Vers. 5.

Ob Christi cædem omne robur Ierusalem atque Iudæ traditum à Deo hostibus.

Anima quæ Ierusalē spiritaliter est, per peccatum fit Babylon & confusio.

Opera nostra bona per adueniens peccatum arripiuntur à diabolo cū mortificata sint.

εἴδης, πῶς τὴν τιμὴν Ἱερουσαλὴμ ἁμαρτούσης παραλαμβάνει Ναβουχοδονόσορ, συγχρήσομαι τοῖς ἐν τῷ Ἰεζεκιὴλ γεγραμμένοις, οὕτως ἔχουσιν. ὁ δίκαιος ἐὰν ἀποστρέψῃ ἀπὸ τῶν δικαιοσυνῶν αὐτοῦ, καὶ ποιήσῃ παράπτωμα, οὐ μὴ μνησθήσομαι τῶν δικαιοσυνῶν αὐτοῦ ὧν ἐποίησε. διὰ τί; τὰς γὰρ δικαιοσύνας τὰς μετὰ πόνου γενομένας παραλαμβάνει Ναβουχοδονόσωρ, καὶ ἀφανίζει Ναβουχοδονόσωρ ὁ βασιλεὺς Βαβυλῶνος, καὶ πᾶσαν τιμὴν τῆς Ἱερουσαλὴμ παραλαμβάνει. ὅτι ἄνθρωπος γενόμενος ἐν τιμῇ ὑπὸ θεοῦ, καὶ ἐν τιμῇ ὢν οὐ συνῆκε, καὶ ἥμαρτεν. ἐὰν οὖν ἴδῃς ἐν τιμῇ ὢν, καὶ βληθεὶς εἰς τὴν τιμὴν, πάλιν σεαυτὸν διὰ τῶν ἁμαρτημάτων ὑβρίσῃς, τὴν τιμὴν τῆς Ἱερουσαλὴμ παραλαμβάνει ὁ Βαβυλώνιος βασιλεὺς, καὶ πάντας τοὺς θησαυροὺς βασιλέως Ἰούδα. πλουτεῖ Ἱερουσαλὴμ, ἀλλ' ἐὰν ἁμάρτῃ, τοὺς θησαυροὺς αὐτῆς λαμβάνει ὁ Βαβυλώνιος. καὶ || διαρπῶνται αὐτοὺς, καὶ λήψονται αὐτοὺς, καὶ ἄξουσιν αὐτοὺς εἰς Βαβυλῶνα. καὶ σὺ Πασχὼρ, καὶ πάντες οἱ κατοικοῦντες ἐν τῷ οἴκῳ σου πορεύεσθε ἐν αἰχμαλωσίᾳ εἰς Βαβυλῶνα, κἀκεῖ ἀποθανῇ, κἀκεῖ ταφήσῃ. ὁ ἐν συγχύσει καταλαμβανόμενος, ἐν Βαβυλῶνι ἀποθνήσκει. καὶ ὁ ἐναντίως διακείμενος τῷ συνθάπτεσθαι τῷ χριστῷ, || οὕτως ἐν Βαβυλῶνι θάπτεται. ἔστι γὰρ καὶ ταφῆναι μετὰ χριστοῦ καλῶς διὰ τοῦ βαπτίσματος, κατὰ τὸ συνετάφημεν τῷ χριστῷ, καὶ συνανέστημεν αὐτῷ. ὡς μυστήριόν ἐστι συνταφῆναι τῷ χριστῷ, οὕτω μυστήριόν ἐστι, κατὰ ἀνομίαν γενόμενον ἐπὶ τῷ ἁμαρτωλὸν ὄντα ταφῆναι εἰς Βαβυλῶνα. καὶ πάντες φησὶν οἱ φίλοι σου ἐκεῖ ἀπελεύσεσθε, οἷς ἐπροφήτευσας αὐτοῖς ψευδῆ. ὁ διηγούμενος κακῶς τὰ λόγια τοῦ θεοῦ, καὶ τοὺς προφητικοὺς λόγους βάλλων εἰς καταῤῥάκτην, προφητεύει μὲν οὗτος, προφητεύει δὲ ψευδῆ. διηγούμενος γάρ τις τοὺς προφητικοὺς λόγους, ἐὰν μὲν ἀληθεύῃ, καὶ αὐτὸς προφητεύει, καὶ προφητεύει ἀληθῆ. εἰ δὲ ψεύδεται, ψευδοπροφήτης ἐστὶ, καταψευδόμενος τῶν λόγων τῶν προφητικῶν.

||διαρπάσουσι.

||[illegible]

Residuum præsẽtis homiliæ habes infra post Catenā Græcam sectionis 2. istius capitis 20.

A quanam ratione labores Ierusalem peccantis Nabuchodonosor arripiat, afferam quæ in Ezechiele ita habentur. [a] *Iustus si conuersus fuerit à iustitiis suis, & ceciderit, non recordabor amplius iustitiarum illius quas fecit.* Cur ita? iustitias namque cũ labore factas Nabuchodonosor arripit, & exterminat Rex Babylonis, decoremque omnẽ in Ierusalem sibi capit, [b] *Quoniam homo in honore collocatus à Deo, cùm in honore esset, non intellexit*, & peccauit. B Si igitur te in dignitate videris & in honore constitutus, peccando rursus te dedecore affeceris, honorem Ierusalem Rex Babylonius accipit, (*Et omnes thesauros Regis Iuda.*) Ierusalem opibus affluit, quòd si deliquerit, Thesauros illius capit Babylonius, *& arripient eos, & capient eos, & ducent eos in Babylonem.*

Et tu Paschor, & omnes habitantes in domo tua ibitis in captiuitatem in Babylonem, & ibi morietis, ibique sepelieris. C Qui in confusione deprehenditur, in Babylone moritur, & qui contra affectus est, quia cum Christo sepelitur, nequaquam in Babylone sepelitur: est enim & per Baptisma benè cum Christo sepeliri, iuxta illud. [c] *Cum Christo sepulti sumus, & cum illo resurreximus.* Sicut mysterium est cum Christo sepeliri, ita mysterium est, peccato inquinatum aliquo in Babylone sepeliri. (*Et omnes*, ait, *amici tui abibitis, quibus prophetasti eis falsa.*) Qui Dei D essata malè narrat, Propheticosque sermones mittit in Cataractam. Prophetat quidem ille, sed falsa. Etenim qui Propheticos sermones enarrat si ad veritatem dicat, & ipse prophetat, veraque vaticinatur; si verò mentitur, Pseudopropheta est, sermones Propheticos falsò enarrans.

a Ezec. 18. 24.

b Psa. 48. 13.

14 Vers. 6.

Sepeliuntur in Babylone & confusione impij sicut à contra iusti sepeliūtur per Baptisma in Christo.

c Coloss. 2. 12.

Scripturam sacram praue enarrās mittere dicitur Prophetas in Cataractam. Interpres Sacræ Scripturæ Propheta dicitur.

Capitis 20. à vers. 7. vsque ad 14. Sectio Secunda.

TEXTVS VVLGATÆ. E

7 Seduxisti me Domine, & seductus sum: fortior me fuisti, & inualuisti: factus sum in derisum totâ die, omnes subsannant me.

8 Quia iam olim loquor, vociferans iniquitatem, & vastitatẽ clamito: & factus est mihi sermo Domini in opprobrium, & in derisum totâ die.

9 Et dixi: Non recordabor eius, neque loquar vltra in nomine illius: & factus est in corde meo quasi ignis exæstuans, claususque in ossibus meis: & defeci ferre non sustinens.

10 Audiui enim contumelias multorum, & terrorem in circuitu: Persequimini & persequamur eum: ab omnibus viris, qui erant pacifici mei, & custodientes latus meum: si quo modo decipiatur, & præualeamus aduersùm eum, & consequamur vltionem ex eo.

F

11 Dominus autem mecum est quasi bellator fortis: idcirco qui persequuntur me, cadent, & infirmi erunt: confundentur vehementer, quia non intellexerunt opprobrium sempiternum, quod numquam delebitur,

TEXTVS SEPTVAGINTA.

7 Decepisti me Domine, & deceptus sum: obtinuisti, & potuisti: factus sum in derisum, totâ die perseueraui subsannatus.

8 Quia amaro verbo meo ridebo prauaricationem, & miseriam inuocabo: quia factus est sermo Domini in opprobrium mihi, & in derisum totâ die mea.

9 Et dixi: Non nominabo nomen Domini, nec loquar vltra in nomine ipsius. Et factus est, quasi ignis ardens vrens in ossibus meis: & dissolutus sum vndique, & non possum ferre.

10 Quia eius: obseruate mentem eius, si decipietur: & praualebimus ei, & sumemus vindictam nostram ex eo.

11 Dominus autem mecum, quasi bellator fortis. Idcirco persequuti sunt, & intelligere non potuerunt: confortati sunt valde; quia non intellexerunt ignominias suas, quæ per sæculum non tradentur obliuioni.

12 Et

12 Do

12 Et tu Domine exercituum probator iusti, qui vides renes & cor: videam quæso vltionem tuam ex eis: tibi enim reuelaui causam meam.

13 Cantate Domino, Laudate Dominum: quia liberauit animam pauperis de manu malorum.

A 12 *Domine probans iusta, intelligens renes, & corda, videam vltionem, quæ à te, in eis: quia ad te reuelaui defensiones meas.*

13 *Cantate Domino, laudate eum: quia liberauit animam pauperis de manu malignantium.*

PARAPHRASIS CHALDAICA.

7 *Seduxisti me Domine, & seductus sum: robustior me fuisti, & inualuisti contra me: fui subsannationi quotidie, omnes me rident.*

8 *Quia in tempore quo ego prophetizo, ego tollo vocem meam plorans, & exclamans: & contra raptores & direptores ego prophetizo: factum est enim mihi verbum Domini in opprobrium, & in derisum totâ die.*

B

9 *Et dixi: Non recordabor eius, nec loquar vltrà in nomine eius: & facti sunt sermones eius in corde meo quasi ignis ardens, inundantes ossa mea: & laboraui sustinens, & non potui.*

10 *Quia audiui verba multorum qui congregantur in circuitu: Annunciate & denunciabimus illud, dicunt omnes viri pacis meæ, qui insidiantur vt malefaciant mihi, Fortè errabit, & præualebimus aduersus eum, & vltionem nostram sumemus ex eo.*

C

11 *Verbum autem Domini est in adiutorium meum, sicut heros robustus. Propterea qui me persequuntur corruent, & non poterunt surgere: confundentur vehementer; quia non prosperabuntur, & operiet eos verecundia æterna, quæ numquam cessabit.*

12 *Dominus autem exercituum eligens veritatem, reuelati sunt coram eo renes & cor; videbo vltionem iudicij tui ex eis; quia coram te dixi iniuriam meam.*

13 *Cantate coram Domino, quia liberauit animam pauperis de manu malignorum.*

D

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

15 Hieronym. *Deceptum se conqueritur Ieremias cum Deo, quòd prophetandum esse censuit non cõtra populum suum, sed contra Gentes.*

Hieronymus. (*Seduxisti me Domine*, &c.) Dicit se Propheta à Domino esse deceptum, quia in principio audiens: [a] *Prophetam in gentibus dedi te*: & iterum: [b] *Ecce constitui te hodie super gentes, & super regna, vt euellas, & destruas, & disperdas, & dissipes, & ædifices, & plantes*: arbitratus sit, nihil se contra populum Iudæorum, sed contra diuersas in circuitu nationes esse dicturum. Vnde & prophetiam libenter assumpserit, & euenisse contrario: vt captiuitatem Ierusalem prædicans persecutiones & angustias sustineret. Quodque intulit; *Factus sum in derisum totâ die: omnes subsannant me*: eò quòd æstiment illum vniuersa mentitum, & cuncta quæ prædixerit esse ventura, mendacia fuerint. Et Propheta etiam statim putauerat futurum quod Dominus minabatur, & populus æstimabat nequaquam vltra venturum, quod statim non venerat: Atque vociferor vastitatem Babyloniam, & iniquitatem hostium, per quam opprimendus sit populus meus. Sit autem sequimur Sept. in eo quod dixêre: *quia amaro verbo meo ridebo præuaricationem, & miseriam inuocabo*: hic sensus est: Scio præsentem tristitiam futuro gaudio commutandam, iuxta illud quod scriptum est: [c] *Beati flentes, quoniam ipsi ridebunt*, & idcirco miseriam, & iniquitatem, afflictionemque libenter sustineo: ita vt cupiam & inuocem eas, & breuitatem iniuriæ, felicitatis æternitate compensem.

a Iere. 1. 5. b Iere. 1. 10. *Propheta deridebantur cũ nõ illico euenirent quæ pronunciabãt, & mendacij opprobrie impetebantur.*

Tribulationes & miserias optant iusti, scientes compensandas fœlicitate æterna. c Matth. 5. 5.

16 (*Quia factus est mihi*, &c.) Clamante me atque dicente, quòd iam Babylonius veniret exercitus, & omnia hostilis gladius prædaretur: versus est mihi sermo Domini in opprobrium atque derisum, dum tarditatem prophetiæ putant esse mendacium. Quamobrem in mea mente decreui, vt vltra ad populum Dei verbis non loquerer, nec nomen illius nominarem. Quod cum pudore superatus, verecundè quidem, sed stultè constituissem: *Factus est*, inquit, *in corde meo quasi ignis exæstuans, claususque in ossibus meis*, siue, *vndique dissolutus sum, ita vt ferre non possem*. Conceptus enim animo sermo diuinus, nec ore prolatus, ardet in pectore. Vnde & Paulus loquitur: [d] *Si Euangelizauero non est mihi gloria: Necessitas enim mihi incũbit. Væ enim mihi est nisi Euangelizauero: si enim volens hoc ago, mercedem habeo: si autem inuitus, dispensatio mihi credita est*. Et in [e] *Athenis videns idololatriæ deditam ciuitatem, incitabatur spiritu*, & totâ mente feruebat. Et post modicum in eodem volumine legimus: [f] *Cùm venissent autem de Macedonia Silas, & Timotheus, instabat verbo Paulus, testificans Iudæis esse Christum Iesum*. Sed & plerique doctorum in Ecclesia vsque hodie similia sustinent: audientes vituperationem multorum congregatorum aduersùm se in circuitu, atque dicentium: *Persequimini & persequamur eos*.

Verbum Dei animo cõceptum, nec ore prolatum ardet in pectore. d 1. Cor. 9. 16. e Act. 17. 16. f Act. 18. 5. *Doctores sancti ea ipsa plerũque patiuntur in Ecclesia quæ à Iudæis sustinuit Propheta.*

(*Omnes viri qui erant pacifici mei & custodientes latus meum: si quomodo decipiatur præ*, &c.) Cùm aduersarij surrexerint, & amici quondam atque pacifici fuerint ad bella conuersi, voluerintque nobis insidias tendere, non magnopere curemus, sed optemus hoc dicere quod Propheta loquitur: *Dominus autem mecum est quasi bellator fortis*.

In persecutionibus quomodo nos gerere debeamus.

E

(*Idcirco qui me persequuntur, cadent & infirmi erũt*, siue, *ideo persecuti, scilicet & int.* &c.) Quia persecuti sunt, ideo propheticum non potuerunt intelligere sermonem, & ignorantiam confusio vehemens consecuta est: nec intellexerunt ignominiam sempiternam, quæ obtinebit eos, & nullâ obliuione delebitur. Dicant igitur quod volunt viri quondam pacifici, & qui custodiebant latus meum, & decipere cupiebant: dummodo iustum virum atque doctorem Ecclesiæ, post persecutionem tanta vindicta, tantaque præmia consequantur.

Doctores sacros persequẽtes & remanent in confusione ignorantiæ, & grauiter à Deo puniuntur.

F

17 (*Et tu Domine exercituum probator iusti*, siue, *qui probas iu. qui* &c.) Solus est Dominus qui nouerit probare iustitiam; quo modo solus est qui cordis interna conspiciat. Vnde & Iesus [g] sciens cogitationes hominum, non ex profectu, vt quidam putant, sed naturâ Deus est. Tale quid & in Psalmis sonat. [h] *Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens*. Si viuens virtutibus non iustificatur, quanto magis qui pro peccatis mortuus est? Cùmque se sciat iustus propugnatorem habere Deum: tamen impatientia fragilitatis humanæ quod nouit esse venturum, iam nunc videre desiderat. Cui & reuelauit causam suam, qui dicit in alio loco: [i] *Mihi vindictam, & ego retribuam dicit Dominus*: Fœlix autem conscientia cuius causa Domino reuelatur, dicente Apostolo: [l] *Omne quod manifestatur lux est*.

Iustitiam cuiusque solus Deus probare nouit, cui soli patent cogitationes. g Luc 6. 8. h Ps. 142. 2. i Deut. 32. 35. k Hebr. 10. 30. l Ephe. 5. 13.

(Cantate

Pauperes spiritu à Deo de impiorū manu eruti Dominum laudantes ei gratias agant.

a Galat. 2. 10.

(Cantate Domino, laudate *Dominum: quia, &c.*) Qui pauper est Spiritu, nec habet diuitias; quæ receperunt in isto sæculo consolationem suam, de quibus & Paulus loquitur: [a] *Tantum vt pauperum memores essemus*: cùm fuerit vindictam à Domino consecutus, Dominum laudat in spiritu, & se de manu pessimorum erutum gloriatur. Hoc autem totum fit, non nostro merito, sed eius gratiâ qui pauperem liberauit: nec habet diuitias superbiæ corruentis, sed humilitatem pauperis liberati.

18

Theodorit.

Iustus puritati suæ fidēs conscientiæ in tribulationibus libertate Deum alloquitur.

Theodoritus, Superiora cùm pluribus dixisset Propheta, molestè fert insultus, qui iugiter in se fiunt: & puritati conscientiæ fidens, libertate vtitur erga Dominum, inquiens, *Decepisti me, Domine, & deceptus sum: vicisti me: & inualuisti*, Fugiebam, inquit, Prophetandi munus, dicebam, me iuniorem esse, & huic administrationi imparem esse: & pollicitus es, te effecturum: vt impugnantibus me fortior essem, ostensurumque; me muro æneo & columnæ ferreæ similem: nunc autem ridiculus effectus sum; Hoc enim dicit, (*Factus sum in risum totâ die*: perpetuæ subsanationi obnoxius fui; *quia amaro verbo meo ridebor, vastitatem & miseriam clamito. Profectò, sermo Domini factus est mihi in opprobrium & derisum totâ die.*) Angitur Propheta, non quòd calamitate & verberibus affligitur, sed quòd eloquia diuinâ sugillantur, *Et dixi. Nequaquam nominabo nomen Domini, nec loquar in nomine ipsius.* Quasi dicat, minimè prophetabo: nec enuntiabo minimè credentibus, quæ Deus prædicenda mandauit. *Et factus est in corde meo velut ignis ardens, & flammas emittens, inclusus in ossibus meis: & ardeo ex omni parte, nec ferre possum.* Hoc ipsum etiam accidit diuino Paulo Athenis, dum tacitus expectaret. [b] *Incitabatur*, inquit, *Spiritus Pauli, videntes idololatriæ deditam ciuitatem.* Idem accidit Prophetæ. Gratiam namque prophetica incitabat eum nolentem, vt loqueretur. Deinde narrat, quo pacto non solùm affligebant, & pulsabant eum, sed & alias adsuebant insidias, vt circumuenirent illum, & niterentur seducere à Deo, (*Dixerunt enim*, ait, *Insultemus ei nos omnes viri amici eius: & obseruate animum eius, an fallatur. Et inualescemus in eum, & vltionem nostram de eo sumemus.*) Quis dignè deplorare possit malignæ mentis commendationes? Non tamen sibi ipsi fidit Propheta, sed laudat opem diuinam, & ait. *Mecum est quasi pugnator fortis.* Docet quoque victoriam, diuino auxilio partā. *Propterea persecuti sunt, & vincere non potuerunt. Obruti sunt pudore non modico, quia non potuerunt intelligere ignominias suas: quæ per sæculum non tradentur obliuioni.* Mox denuò postulat, vt Deus sit iudex, ac de illis sumat pœnas machinationibus dignas.

Desseres Sanctos male ab auditoribus habitos angit magis contemptus verbi Dei, quàm proprij cruciatus.

Spiritu se impelli ad prædicandū verbum Dei vel nolentes sentiunt frequēter Prædicatores Sancti.

b Act. 17. 16.

In tribulationibus non in semet fidunt iusti, sed Dei laudāt opem.

19

D. Thom.

Seductum se à Deo asserit Ieremias, quia ex illius verbis occasionem acceperit deceptionis.

c Ierem. 1. 5.

d Isai. 49. 4.

e Thren. 3. 14.

D. Thomas. Primò quasi conquerendo notificat iniunctionis modum (*Seduxisti*) id est occasionem deceptionis ex verbis tuis accepi: credebam enim mè propheturum contra gentes: & non contra Iudæos, à quibus persecutionem patior. Non autem vult imponere crimen deceptionis in Deum: quia blasphemaret (*inualuisti*) imponens officium mihi renitenti: vt supra primo. [c] Et hoc præcipuè quia fructum prædicationis suæ non vidit. Isai. 49. [d] *In vacuum laboraui sine causa, & vanè fortitudinem meam consumpsi.* Secundò proponit prædicationis euentum: ponens irrisionem (*Factus sum in derisum: subsannabant*) cugationem quasi irrisionem propalantes. Threnorum 3. [e] *Factus sum in derisum omni populo meo: canticum eorum totâ die.* Et assignat rationem: ponens prædicationis verbum, quo arguebat apertè culpas, & comminabatur pœnas (*quia iam olim vastitatem*,) quæ tamen nondum venit. Isai. 16. [f] *His qui lætantur super murum cocti lateris: loquimini plagas suas.* Et consequens opprobrium. (*Et factus est in opprobrium*) id est opprobrij causa. Actuum 26. [g] *Festus Paulo dixit, multæ literæ te ad insaniam deduxerunt.* Tertiò resignat iniunctum officium. (*Et dixi*) & primò abiicit officium. (*Non recordabor*) id est, non cogitabo vlterius loqui ad populum. Nolebat enim Margaritas ante porcos spargere, Matth. 7. [h] *Nolite sanctum dare canibus.* Secundò officium abiectum resumit. (*Et factus est quasi ignis.*) Quantò enim magis quis exteriùs à verbis abstinet: magis intus feruorem amoris sentit. Psalmus. [i] *Concaluit cor meum intra me: & in meditatione mea exardescet ignis (in ossibus)* in intimis mentis (*defeci*) à proposito (*ferre non sustinens*) interius incendium.

f Isai. 16. 7.

g Act. 26. 24.

h Matt. 7. 6.

A verbis quantò magis exterius abstinet, magis intus amoris sentit feruorem.

i Psal. 38. 4.

Hic conqueritur de officio assumpto ex eo quòd persecutiones sustinebat. Et primò ponitur aduersariorum persecutio. Et primò ponit persequentium similitudinem (*multorum*) quibus resisti non potest (*persequimini*) in quorum notatur ipsorum coniuratio. Ponit etiam familiaritatem (*ab omnibus pacifici*) in quo notatur imminens periculum. Abdias. [k] *Omnes viri fœderis tui, &c. Illuserunt tibi: inualuerunt contra te viri pacis tuæ.* Secundò ponitur Prophetæ confortatio ponens diuinum auxilium. (*Dominus autem mecum*) ad defendendum. Isai. 50. [l] *Dominus Deus auxiliator meus: & ideo non sum confusus.* Et ipsius officium, Et idcirco cadent quia persequuntur. Isai. 40. [m] *Deficient pueri & laborabunt: & iuuenes in infirmitate cadent:* (*Confundentur*) quia opprobria dixerunt (*quia non intellexerunt*,) id est, intelligere noluerunt (*opprobrium*) æternæ damnationis, vel futuræ captiuitatis. Psalmus. [n] *Confundantur, & reuereantur qui quærunt animam meam, vt auferant eam*; Tertiò ponitur petitio, vbi captat beneuolentiam commendans iustitiam (*probator*) id est, approbator: vel inquisitor & discussor: scientiam (*qui vides renes*) quantùm ad affectiones: (*& corda*) quantùm ad cogitationes, supra 17. [o] *Ego Dominus scrutans cor, probans renes: qui do vnicuique iuxta viam suam, &c.* Petit vindictam (*videam quæso*) assignat causam (*tibi enim reuelaui*) nō hoc ignoranti: sed totam causam meā in te ponens, supra 11. [p] *Tibi enim reuelaui causam meam.* Quartò ponitur gratiarum actio (*Cantate*) Psalmus. [q] *Quia liberauit pauperem à potente: pauperem cui non erat adiutor.*

k Abdi. 1. 7.

l Isai. 50. 7.

m Isai. 40. 30.

n Psal. 39. 15.

o Ioan. 17.

Vindictam à Deo petunt viri Sancti contra persecutores, eā tantum ratione, quòd totam causam suam in eo ponunt.

p Ierem. 11. 20.

q Psal. 71. 12.

Præter hæc multa habeo quæ à Veteribus Patribus circa ea quæ in his à Ieremia dicuntur, collegi.

21

Origenes.

Iusti adnumerant se inter delinquentes.

r Isai. 63. 17.

Ierem. 20.

Seducere, indurare, & esse peccati causa morali tropo Deus dicitur quando nimis parcens non castigat delinquentes.

Ac Primo circa vers. 7. Origenes lib. 3. Peri Archôn, seu de principiis cap. 1. Videamus, inquit, quid etiam Prophetæ pronuncient de his qui primò quidem rectè viuentes, benignitatis Dei habere quàm plurima experimenta meruerunt, postea verò homines deliquerunt: cùm quibus se quoque vnum faciens Propheta ait, [r] *Vt quid Domine errare nos fecisti à via tua? & quare indurasti cor nostrum vti non timeremus nomen tuum? Conuertere propter seruos tuos, propter tribus hæreditatis capiamus de monte sancto tuo.* Sed & Ieremias similiter dicit: *Seduxisti nos Domine, & seducti sumus: tenuisti, & posuisti.* Quod ergo ait, *Ad quid Domine indurasti cor nostrum vti ne timeamus nomen tuum*, dictum ab his qui misericordiam precabantur, morali vtique tropo accipiendum est: velut

velut quis dicat, vt quid in tantùm pepercisti nobis, nec requisisti nos cùm peccaremus, sed reliquisti nos vt per hoc increscceret malum, & propagaretur peccandi licentia animaduersione cessante? Sic equus si non assidui sessoris patitur calcem, & frænis ora ferratis obteritur, induresscit. Sic puerilitas si nullâ plagæ assiduitate curuetur insolentem simul & ad vitia præcipitem iuuenem reddet.

22 Hieronym.

Seducere nos dicitur Deus, & errare facere quum nobiscum se habet vt medicus clemẽs. Ierem. 20. a Oseæ. 2. 14. *Seducẽs animam Deus facit illam esse desertam & sine aqua, vt virtutum patiatur sitim.* b Psal. 62. 2.

Hieronymus ad finem Comment. in cap. 63. Isaiæ præallatum Origenis sensum prosequens, hac Ieremiæ sententiâ id explicat Isaiæ quod & Origenes retulit. Siquidem hæc ibi habet. De eo autem quod supra positum est: *Quare errare nos fecisti?* quo sensu accipiendum sit, plenissimè docet Ieremias: *Seduxisti me Domine, & seductus sum: tenuisti & potuisti.* Dum enim mihi clementiam polliceris, & quasi misericors pater dissimulas duritiam, & artifex medicus abscondis ferrum acutissimum, ne ægrotantem terreas, errare fecisti me negligentem: propter quod & de Ierusalem dicit Deus: [a] *Ecce ego seducam eam, & ponam eam quasi desertum* (idest statuam eam sicut terram absque aquis) *& loquar ad cor eius, & dabo ei possessiones eius inde, & vallem Achor ad aperiendam intelligentiam.* Consideremus ordinem singulorum; seducit eam & facit esse desertã, & absque aqua: vt virtutum patiatur sitim. Quæ postquam dixerit: [b] *Sitiuit in te anima mea, quàm multipliciter tibi caro mea: tunc* loquetur ad cor eius, & lugentem consolabitur. Et dabit ei possessionem inde: hoc est: de pœnitentia & de mœrore, qui operatur salutem. Et humilitas conturbati cordis eius (hoc enim interpretatur vallis Achor) aperit intelligentiam, ne ignoret creatorem suum.

Chrysost. c Coloss. 2. 8. *Deceptio aliqua est mala, & aliqua bona, quæ tamẽ cùm Deo tribuitur est potius dispensatio.*

Ioannes Chrysostomus homil. 6. in id cap. 2. epistolæ ad Coloss. [c] *Per Philosophiam, & inanem deceptionem:* est enim inquit, & bona quædam deceptio, quâ decepti sunt multi, quæ neque deceptio vocanda est, de qua Ieremias dicit, *Decepisti me Domine, & deceptus sum; & ego verò non credebam.* Nam istud non debet vocari deceptio. Alioqui & Iacob patrem suum decepisset: verùm non erat deceptio, sed dispensatio.

Theophil.

Similia omnino habet & Theophilactus super eumdem Apostoli locum.

23 Rup. Abb. *Seductio & deceptio bona, quâ quis nesciens diuinis consiliis obsequiũ præstat.*

Clarius tamen eamdem bonam deceptionem seu seductionem explicans Rupertus Abbas lib. 4. & in Amos lib cap. 9. Est seductio, ait, bona, quâ non solùm reprobus, verùm etiam probus aliquis nesciens diuinis consiliis obsequium præstat, in tantùm, vt Ieremias dicat, *Seduxisti me Domine, & seductus sum fortior me fuisti, & inualuisti.* Idem enim est, ac si dicat. Proposueram ego tacere de huiusmodi: Tu autem vt tacere non possem, motum quasi impatientis animi, id est Zelum bonum, & fortem impegisti. Sequitur námque, & dicit, *Non recordabor eius, neque loquar,* &c.

Anast. Nic. *Decepti tunc dicimur à Domino quãdo culpâ nostrâ Dei abutimur dono liberi arbitrij.*

Anastasius Nicenus lib. Quæstionum in Sacr. Scripturam, Quæstione 20. *Decepisti nos Domine, & decepti sumus.* In verbis hisce, sicut & in similibus, quæ in Sacris literis reperiuntur, Exactus, verusque sensus non ostendit, quòd à Deo aliquid absurdi ingeneretur humanæ naturæ; sed reprehendit liberum arbitrium, quòd Dei quidem dono datum hominum naturæ, per consilij autem inopiam effectum est nobis facultas propensionis ad contrarium.

D. Thom.

D. Thomas ad finem postyllæ in hoc cap. 20. Nota super illud verbum, *Seduxisti me Domine,* &c. *& inualuisti,* &c. Quòd Dominus seduxit trahendo persuasionibus. 1. Cor. vlt. [d] *Cùm essem astutus dolo vos cepi.* Alliciendo consolationibus. Apo. 10. [e] *Cum deuorassem eum: amaricatus est venter meus.* Confortando promissionibus 8. 4. [f] *Ergo ne decepisti populum istum & Ierusalem dicens pax erit vobis & ecce peruenit gladius vsque ad animam.* Inualescit autem Dominus corrigendo. Isai. 8. [g] *In forti manu sua erudiuit me: ne irem in via populi huius.* A noxiis retrahendo. Oseæ. 2. [h] *Sepiam viam tuam spinis: & sepiam eam maceriâ.* Amore alligando. Oseæ 11. [i] *In funiculis Adam traham eos: in vinculis charitatis.*

Seducit Deus variis rationibus. d 1. Cor. 11. 16. e Apoc. 10. 10. f Iere. 4. 10. g Isai. 8. 11. *Inualescit Deus tripliciter.* h Oseæ 2. 6. i Oseæ. 11. 4.

24 Io. Chrysost.

Circa ea quæ habentur in vers. 8. & 9. Peregregiè primùm obuia mihi sunt quæ prosequitur Ioannes Chrysostomus ad initium concionis primæ de Lazaro, quem reperire est circa finem Tomi 2. Vtinam, inquit, oratio nostra profectus aliquid afferat. Quòd si post nostram etiam admonitionem in iisdem vitiis perseuerauerint, ne sic quidem nos desistemus apud vos quod rectum est consulere; quandoquidem, & aquarum venæ, etiamsi nullus veniat aquarum, manant tamen; & fontes quando hauriat nemo, tamen scatebras emittunt: & amnes etiam si nemo bibat, nihilo seciùs fluunt. Sic oportet, & illum, qui concionatur, quamuis nullus auscultet, tamen præstare quicquid in ipso situm est. Siquidem hæc lex nobis, qui sacri sermonis administrationem suscepimus, à benigno præscripta est Deo, ne vnquam quod quidem in nobis fuerit facere, defatigemur: nec vllo tempore sileamus, siue sit qui auscultet, siue sit qui prætercurrat negligens quod dicitur. Nam & Ieremias quum Iudæis multa minitans, malaque imminentia prædicens, ab audientibus subsannaretur, totoque die rideretur, cogitabat ab illa prophetia desistere, nimirum humano quodam affectu victus, sannas illas, & conuicia perpeti non valens, aitque: *Factus sum ridiculus toto die, dixi: Non loquar, neque nominabo nomen Domini, & factus est in me velut ignis ardens, atque æstuans, in ossibus meis, ac dissoluor, nec possum ferre.* Quod autem dicit, hunc habet sensum: Volebam, inquit, à prædictione desistere, propterea quod non auscultabant Iudæi: & simul atque hoc cogitassem, irruit in animam meam spiritus vis, velut ignis, omniaque intima mea succendit, consumens insuper, & exedens ossa mea, adeo, vt incendium illud ferre non possem. Quòd si Propheta qui quotidie ludibrio habebatur, quotidie conuiciis incessabatur, sic discruciatus est, eò quòd statuerat silere: quâ tandem nos veniâ digni censebimus, si qui nondum tale quicquam perpessi sumus, tamen ob quorumdam negligentiam deiiciamus animum, & ab exhibenda illis doctrina cessemus, maximè verò cùm tam multi sint, qui se præbent attentos?

Prædicator verbi Dei numquam cessare à suo debet munere, tametsi fructus non faciat.

Prædicator nec ob ludibria verbi Dei, vel ob sui persecutiones desistat à suo munere.

Prædicator quàm malè agat cùm ob aliquorum negligentiam auditorum cessat à prædicatione.

25 Origenes. k Matth. 13. 57.

Origenes super cap. 13. Matth. in illa Domini verba, [k] *Non est Propheta inhonorus nisi in patria sua.* Dehonestantur inquit, Prophetæ primùm quidem iuxta historiam persequente illos populo: deinde dum illorum prophetiæ non habetur fides à populo: [l] Nam si credidissent Moysi & Prophetis, crederent vtique & Christo: qui docuit cohærere, vt qui credunt Moysi ac Prophetis, credant & Christo: & qui non credunt Christo, non credant Mosi. Ad hæc autem quemadmodũ per transgressionem legis peccator Deum ignominiâ afficere dicitur: ita dum non creditur prophetiæ, ignominiâ afficitur Propheta ab eo qui non credit prophetiis. Operæ precium autem

Propheta & Prædicatores Sancti duobus modis inhonorantur, & actuali persecutione & cùm non creditur eorum dictis. l Ioan. 5. 46. *Doctores ignominiâ afficiuntur cùm eis non creditur.*

tem

tem fuerit tetentus iuxta historiam quæ passus est Ieremias in populo, de quibus dixit, *Et dixi, Non loquar, neque nominabo nomen Domini.* Et rursus alibi, *Iugiter subsannabar.* Quæcunque verò passus est à Rege Israelitico, in eiusdem prophetia scripta sunt.

Idemque Origenes lib. 3. in Iob post dimidium *Non nominabo nomen eius amplius: & non loquar vlli hominum in nomine eius.* Ob quam rem Beate Ieremia? Propter inobedientiam eorum, & contumaciam eorum, *quia factus est illis sermo Domini in derisionem*, nolunt illum, *& ego totâ die peregi subsannatus ab illis.* Idcirco enim animi dolore repletus, & diem natiuitatis maledixit, & cætera alia locutus est.

Doctores sancti præ doloris magnitudine ob contemptū verbi Dei, asserunt se nolle ampliùs docere illud.

Idem denique Origenes in Euangelium Ioannis aliquantò ante finem Tomi decimi, vbi de Esu, & coctione agit agni. Quòd si inquit, ad hanc rem opus erit nos quærere vt assemus agni carnes igne, in medium afferenda erit confessio, vbi in sermonibus de passione Dei, Ieremias dicit, *Et factus est vt ignis comburens & ardens in ossibus meis, & resoluar, & sustinere non possum.*

Christus vt agnus quomodo à nobis assatus comedendus.

26

Basilius Magnus homil. 14. ex variis ad populum, quæ est in ebrietatem, & luxum, in initio: Mouent me quidem ait, fratres, ad hunc sermonem vespertina spectacula: illud verò meum retardat animum, meamque in dicendo alacritatem hebetat atque abrumpit, quòd ex iis quæ apud vos tentaui, nullum prouenientem conspiciam fructum. Nam & agricola seminum primò iactorum germinibus nullis exurgentibus, desperatione quadam pigritiaque ad alias rursus sementes faciendas capitur. Si enim in tot admonitionibus, quas & superiore tempore, vos adhortando non prætermisimus, & deinceps septem istis ieiunij Hebdomadis nocte ac die per Euangelicam vos doctrinam sine intermissione obtestati, nihil penitus profecimus: quâ vos spe hodiernâ die alloquemur ampliùs, aut adhortabimur? O miseri, quot noctibus frustra vigilastis, quot diebus frustra conuenistis, si tamen & frustra. Nam qui in bonarum actionum profectu semel fuerit, deinde ad antiquam viuendi redeat consuetudinem, non solùm eorum quos est passus laborum præmium non sumet, sed longè grauioribus dignus est pœnis: quòd cùm Dei verbum degustauerit, & mysteriorum notitiâ dignatus fuerit, breui admodum delinitus voluptate cuncta prodiderit. Nam paruus quidem & infirmus veniâ dignus est:[a] potens verò (vt dicitur) potenter examinabitur ac punietur. Vesper vnus, impetus inimici vnus, omnem præteritum laborem prodidit, atque diruit. Quæ igitur alacritas, quæ industria dicendi reliqua mihi? Itaque scitote me omnino taciturum fuisse, nisi Ieremiæ metuerem exemplum: qui ad populum contumacem atque incredulum loqui minimè volens, illa passus est quæ ipse narrauit. Quomodo videlicet verbum Domini sit illi factum velut ignis in interioribus, qui & vbique illi adfuerit, & quem ferre nequiuerit.

Basil. Magn. Doctores sacri sicut agricolæ vbi non sit fructus retardantur à satione verbi Dei. Simile.

In eos qui post ieiunia, & pœnitentiæ tempus ad luxus resoluuntur.

a Sap. 6. 7. Quadragesima, longique alterius temporis mortificationes aliarumque virtutum opera vnâ in malis expensa horâ amittimus.

27

Idem Basilius in cap. 2. Isaiæ ad initium. Quæres proinde, quòd ad intelligentiam visionis scilicet ac verbi attinet, num examinatione vllâ sit opus? Alicubi quidem *verbo* adiicitur illud, *Domini*, alibi verò citra vllam eius appendicem, scilicet, seu est, [b] *Verbum Domini, quod factum est ad Osee filium Beeri*, Hic item, [c] *Verbum quod factum est ad Isaiam.* De visione quidem, apud Ezechielem, [d] *Aperti sunt cæli: & vidit visionem Dei.* Rursus apud Isaiam. [e] *Visio quam vidit Isaias.* Et apud Ieremiam. [f] *Verbum quod factum est ad Ieremiam.* Nam quando erant concionem habituri ad populum impersuasibilem, contradicentem, & qui prorsus à Dei desciuerat cultu, silentio premebant nomen Domini, suum sermonem hac temperie moderantes, vt commodius ab eis exciperetur. Quapropter ex persona Domini concionabantur apud eos, sicuti Ieremias indicat, dicens: *Totâ die perseueraui subsannatus.*

Verbis suis cur aliquando Prophetæ addiderint nomen Domini, aliquando verò non.
b Osee. 1. 1. c Isai. 2. 1. d Ezech. 1. 1.
e Isai. 1. 1. f Ierem. 1. 1.

28

Ambrosius quod de igne hîc dicitur de Sancto accipit Spiritu, sic lib. 3. officiorum cap. 14. Ille ignis [g] inquit, quo consumebatur Sacrificium, typus Spiritus Sancti fuit, qui descensurus erat post Domini ascensionem, & remissurus peccata omnium, qui quasi ignis inflammat animam, ac mentem fidelium. Vnde ait Ieremias accepto spiritu: *Et factum est in corde meo vt ignis ardens, flammigerans in ossibus meis, & dissolutus sum vndique, & ferre non possum.*

Ambros. Spiritus Sancti typus ignis quo consumebatur sacrificium. g Num. 11. 1. Spiritū Sanctum accepit Ieremias in igne.

Idem lib. 6. epistolarum epistolâ 38. ad Horantianum, circa medium. Nunc quibus dignatur ex parte demonstrat (faciem scil. vnigeniti) atque in ænigmate, simulque de spiritu, & cultu suo splendorem luminis more torrentis fundit, vt eo illuminatus dicat. *Et erat ignis flammigerans in ossibus meis*, &c.

Spiritus Sancti flamma lumen magnū habent Sancti ad diuina contemplanda.

29

Idem lib. de Isaac, & anima ignem hunc formaliter charitatem intelligens. Est inquit, & illa [h] mors Sanctorum Martyrum valida, quæ culpam abolet superiorem, & ideo valida, cuius non impar est charitas, quæ adæquatur martyrum passioni, vt auferat meritum delictorum. Zelus quoque vt inferi, quoniam qui zelum Dei habet, pro Christo nec suis parcit. Itaque & mortem habet charitas, & zelum habet charitas, & alas ignis habet charitas. Denique Christus diligēs [i] Moysem in igne ei apparuit. Et Ieremias habens in se donum diuinæ charitatis, dicebat: [k] *Et erat ignis inflammans in ossibus meis: & dissolutus sum vndique, & ferre non possum.* Bona igitur charitas [l] habens alas ignis ardentes, quæ volitat per pectora & corda sanctorum, & exurit quicquid materiale, atque terrenum est, quicquid verò syncerum est probat, & quod contigerit suo igne, meliorat. [m] Hunc ignem in terras misit Dominus Iesus, & refulsit fides, accensa deuotio, illuminata est charitas, iustitia resplenduit. Hoc igne inflammauit corda Apostolorum suorum, sicut testatur Cleophas dicens: [n] *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis cùm aperiret Scripturas?*

Charitas adæquata Martyrio. h Cant. 8. 6. Charitas & mortem habet, & zelum vt inferi. i Exod. 3. 2. Charitas exhibita in igne. k Ierem. 20. l Cant. 8. 6. m Luc. 12. 49. n Luc. 24. 32.

Idem Sermone 11. in Psalmum 118. ardens accipiens desiderium ait, Denique quomodo deficiat anima in salutare Dei Ieremias docet. [o] *Et factum est, inquit, in corde meo vt ignis ardens, flammans in ossibus meis, & dissolutus sum vndique, & ferre non possum.* Hoc igitur inflammatus desiderio, ait Dauid: [p] *Defecit in salutare tuum anima mea, & in verbum tuum speraui.* Rectè speraui dixit in verbum. Ante enim spes præcedit, & ideo sequitur defectio. Sperauit autem in verbum, quod prædicatum est esse venturum, quod potest intelligi de Dei verbo, aut certè in verbum sperauit, qui verbo cælesti credidit, quo Domini nostri Iesu Christi annunciatur aduentus, vel quo eius gloria declaratur. Ergo Propheta considerans quæ legerat, & cernens quòd cùm adesset corpori velut quibusdam ligatus vinculis huius vitæ, aberrat à salutari Dei, concupiscebat, desiderabat, deficiebat, & toto dissoluebatur affectu, vt totus illius fieret quod desiderabat.

Desiderium ardens diuinorū est ignis quo nobismet deficimus, & dissoluimur. o Ierem. 20. p Psal. 118. 81.

Totam

30 *Prophetæ haud omnes voluntariè ad id accessêre muneris Prophetandi.* a Ierem. 1.6. iuxta Sept. *Ieremias bis impulsus à Deo ad propheticū munus exercendum.*

Totam autem hanc sententiam idem sermone A 14. item in Psalmum 118. ita pertractat. Multi Prophetæ, sed non omnibus voluntaria placent. Excusabit Ieremias dicens: [a] *Quis es Dominator Domine? Ecce, nescio loqui, quia iuuenior sum ego. Et dixit ei Dominus: Noli dicere, quia iuuenior sum ego: quia ad omnes ad quoscumque misero te, adibis: & secundùm omnia quæcumque mandauero tibi, loqueris.* Verecundè Propheta ætatem corporis prætendebat, ne exequendis cælestibus imperatis impar esse adolescentia deprehenderetur. Sed Deus qui morum magis quàm annorum iudicaret ætatem considerandam, & iuuenili corpore maturitatem robustæ sapientiæ in suo sermulo præuideret, ait: *Nolite dicere, iuuenior sum ego,* hoc est, prohibuit eum iuuenilis ætatis contemplatione vires suas perpendere, cui fides canitiem sapientiæ ministraret. Et iterum in posterioribus cùm dixisset idem Propheta, *Seduxisti me Domine, & seductus sum. Et dixi: Non nominabo nomen eius, & non loquar in nomine eius vltra:* addidit: *Et factus est in corde meo vt ignis ardens, flammans in ossibus meis: & dissolutus sum vndique, & ferre non possum.* Aduertimus igitur quòd iis etiam qui aut excusandum, aut officium suum certâ aliquâ causâ negandum putauerint, Dominus tamen noster aut ratione persuadeat, aut cupiditate Propheticæ renelationis inspiret, vt ad subeundum officium voluntate concurrant, non necessitate concedant, quò merces ad eos integræ deuotionis possit plenior peruenire.

Prophetarum voluntatem ad Prophetandi munus exercendum cum mercedis meritò, diuersimodè conuertere consueuit Deus.

31 Cassiod. *Verbum Dei quas congruētias cum igne habet ardente.*

Cassiodorus in Psalmum pariter 118. super litera Tsadi Ignitum inquit, est eloquium Dei, quia purgat corda mortalium mundanâ fæce sordentia. Et vt fornacis ardor exæstuans metalla decoquit, eorúmque vitia necessariâ, purificatione consumit: ita eloquium Domini peccatorum maculis detersis, humilium sensus emundat. Hoc igne succensus Ieremias enunciat. *Et erat ignis flammigerans in ossibus meis.*

Greg. PP. *Doctores sacri aliquando proponant abstinere à prædicatione, impelli tamen se sentiunt ad illam à spiritu.*

Denique Gregorius Papa aliter totam hanc expendens sententiam lib. 23. Moralium cap. 10. Sæpe, ait, contingit, vt sapientes viri cùm se non audiri considerant, ori suo silentium indicant, sed dum plerúmque conspiciunt, quòd iniquorum facinora ipsis tacentibus, & non corripientibus crescunt, vim quamdam spiritus sustinent, vt in locutionem apertæ correptionis erumpant. Vnde Propheta Ieremias cùm prædicationis sibi silentium indixisset, dicens: *Non recordabor eius, neque loquar vltra in nomine illius,* illico adiunxit: *Et factus est in corde meo quasi ignis exæstuans: clausúsque in ossibus meis, & defeci, ferre non sustinens. Audiui enim contumelias multorum.* Pro eo enim quòd se minimè audiri conspexit, silentium appetiit: sed B cùm crescentia mala cerneret, in eodem silentio non permansit. Quia enim foris tacuit: ex tædio locutionis intus ignem pertulit de Zelo charitatis. Inflammantur quippe corda iustorum, cùm non correpta crescere conspiciunt acta malorum, eorumque culpæ se participes credunt, quòd iniquitate crescere silendo permittunt. Dauid Propheta postquam sibi silentium indixerat, dicens: [b] *Posui ori meo custodiam, dum consisteret peccator aduersum me: obmutui & humiliatus sum, & silui à bonis:* in ipso suo silentio, iusto zelo charitatis exarsit, qui illico subdidit: *Et dolor meus renouatus est. Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis.* Intus ergo cor conca- C luit, quia dilectionis ardor per admonitionem locutionis exteriùs emanare recusauit. Ignis in meditatione cordis exarsit: quia increpatio delinquentium à correptione oris refrixit. Charitas enim zelus consolatione admirabili augendo se temperat, quando contra iniquorum opera per vocem correptionis emanat; vt & corrigere valet, increpare non desinat: ne se participem delinquentiū, ex consensu taciturnitatis addicat.

Ierem. 20.

Doctores sacri participes se putant præ charitatis zelo criminum eorum quos non corripuerint. b Psal. 38. 2.

Charitatis æstus temperatur in sacrorum Doctorum pectore cùm per correptionem peccantibus foras emittitur.

Ioan. Damascenus lib. 1. Parallelorum cap. D 54. ad probandum Dei erga nos auxilium, & quod Dei fauore aspirante imbecilles sint hominum insidiæ. Ita partem vers. 11. refert, & vers. 13. *Dominus mecum est tamquam bellator fortis. Dominus dat vitam contritis corde. Cantate Domino, & laudate eum quia eripiet animam pauperis de manu maligni.*

Ioan. Damasc. *Auxilio Dei facilè omnes aduersariorū superamus impetus.*

CATENA GRÆCA EX VETERIBVS PATRIBVS GRÆCIS.

Ἠπάτησάς με.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] Τάχα πολλοῖς δοκεῖ ὁ προφήτης οὗτος τολμηρῶς φθέγγεσθαι. νυνὶ δὲ τὸν θεὸν ἀπατᾶν φησί, καὶ παίζειν εἰς ἡμᾶς. ἀλλὰ μὴ ἴδωμεν ὅτι ταῦτα φησί. τῆς γὰρ ὀδύνης ἐστὶ τὰ ῥήματα, εἰ γὰρ καὶ προφήτης ἦν, ἄνθρωπος ἦν. τίνος ἕνεκεν ἠπάτησάς με; εἰπών, ὡς τεῖχος χαλκοῦν ὀχυρὸν θήσω σε, καὶ πολεμήσουσι πρὸς σέ, καὶ οὐ μὴ δυνῶνται σοι· ἐπεὶ, ἐπειδὴ || αὐτὸν οὕτω συνέκλεισε, ταῦτα φησί. καὶ μὴν οὐ περιεγένοντο. εἰ γὰρ ἀνεῖλον, ἔσβεσαν ἂν τὴν παρρησίαν. ὅρα μοι τὰ Ἀποστολικὰ ἐνταῦθα, ἀλλ' || ἐκείνων οὐδεὶς οὐδέποτε τοῦτο εἶπεν, οὐδὲ ἀπωδύρατο. ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον φησί, νῦν χαίρω ἐν τοῖς παθήμασί μου. μὴ γὰρ τοῦτο ὁ θεὸς ἐπηγγείλατο, μηδέν σε παθεῖν δεινόν; τῷ || μὴ πάσχοντα ἁλῶναι. E F

|| αὐτὸν οὕτω συνέκλεισεν. || ἀλλὰ τυπούμενα. || ἵν. ἀλλὰ τῷ μή.

Θεοδω

Vers. 7. Decepisti me Domine & deceptus sum.)

32 Chrysost. *Doloris verba, vt homo, non impatientis, & blasphemiæ protulit Ieremias dicens; Seduxisti me.*

Chrysostomi.] *Fortasse multis videbitur nimis audacter loqui Propheta, & nunc Deum decipere ait, & deludere nos, sed quæ dicit ne videamus. Doloris quippe verba sunt, nam & si Propheta erat, homo erat. Quare igitur* decepisti me? dixerat, tamquam murum æneum munitum ponam te, & bellum inferent tibi, nec vincent te, *Cùm itaque eum sic conclusissent, hæc ait,* & tamen nō præualuerunt; *nam si interfecissent, sustulissent vtique libertatem in ducendo. Considera mihi per hæc Apostolicos mores præfiguratos. Sed eorum nemo vnquam hoc dixit, nec conquestus est; imò contrarium dicit,* [c] Nunc gaudeo in infirmitatibus meis. *Num verò Deus hoc promisit, vt nihil mali perferas? sed vt patiendo non succumbas.*

c 2. Cor. 12. 10.

Theodo

Θεοδωρήτου.] ἔφυγον φησὶ τὴν προφητείαν, εἰπὼν εἶναι νεώτερος, καὶ μὴ ἀρκεῖν εἰς τήνδε τὴν ὑπουργίαν. καὶ ὑπέσχου κρείττονά με ποιῆσαι τῶν πολεμούντων, καὶ τείχει χαλκῷ παραπλήσιον. καὶ νῦν γέγονα καταγέλαστος.

Ἀπολιναρίου.] τῆς ὀδύνης ὁ λόγος. εἰ γὰρ καὶ προφήτης, ἀλλ' ἄνθρωπος ἦν. καὶ οὕτω δὲ νοηθήσεται. ἀπάτην φαίνεται λέγων τὴν ἀποσιώπησιν τοῦ χρόνου. δι' ἣν πολλάκις τὰ παρὰ θεοῦ ταχέως νομιζόμεθα ἀπαντήσεσθαι. ὅπερ ὑπολαβὼν Ἱερεμίας ἐκήρυσσεν, οὐκ ἐλπίζων ὀνειδισμοὺς ὡς ἐπὶ ψευδεῖ τῷ λόγῳ. διὸ καὶ ἀνιᾶται, ὡς οὐ προσδοκήσαντος αὐτοῦ || παρ' ἐλπίδα.

|| Fo. τὸ παρ'.

Ὀλυμπιοδώρου.] ἔστι μὲν || ἀπάτην καλεῖ ἡ ἀπὸ τοῦ χείρονος ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβολή, ὃ δὲ Ἀκύλας. ἔθελξάς με, καὶ ἐθέλχθην ἐξέδωκεν. ὁ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν. ὑπέσχου μοι κύριε ὑπερασπίζειν μου, καὶ ἐᾷς με ἐν ταῖς τοιαύταις περιστάσεσιν. φησὶ δὲ τοῦτο, οὐ θεὸν αἰτιώμενος, ἀλλ' ὅπερ καὶ Παῦλος φησίν, ὑπὲρ τούτου τρὶς τὸν κύριον παρεκάλεσα. ἢ καὶ οὕτως, ἠπατήθην, νομίζων αὐτοὺς βελτίους γενέσθαι διὰ τῶν προρρήσεων τῶν σῶν, καὶ οὐ γεγόνασι.

|| ἀπάτη καλεῖ.

[ἐκράτησας.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἴσχυσας ὡς δυνατὸς καὶ ἄκοντά με χειροτονῆσαι.

Τοῦ αὐτοῦ.] οὐ κίνδυνοι μόνον, οὐδὲ ἐπιβουλαὶ καὶ θάνατοι, ἀλλὰ καὶ σκώμματα, καὶ ὀνείδη, καὶ γέλως, καὶ ταῦτα οὐχ ἧττον ἐκείνων λυπεῖ.

Ὀλυμπιοδώρου.] ἔστι γὰρ γέλως πικρὸς, ὑπὸ συνοχῆς ψυχῆς ἐκφερόμενος.

[ἀθεσίαν καὶ τα.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τουτέστι γελασθήσομαι. οὐκ ἤρκεσέ μοι φησὶν ἡ πικρία, ἀλλὰ καὶ γέλως. οὐκ ἤρκεσεν ἡ ὀδύνη τῆς ψυχῆς, ἀλλὰ καὶ χλευασία.

Ὀλυμπιοδώρου.] καὶ διὰ τοῦ γέλωτος τούτου φησὶν ὑποδείκνυμι, ὅτι ταλαιπωρῶ ὑπ' αὐτῶν.

[ὅτι ἐγενήθη.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] διατί οὐκ ἐκβαινόντων τῶν προλεγομένων ἁπάντων, ἐχλεύαζον καὶ ἐγέλων.

[καὶ εἶπα οὐ μὴ ὀνομάσω.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὅρα φιλοσοφίαν, πῶς ἐλάττωμα τηλικοῦτον οὐκ ἀπέκρυψε. πῶς τὴν ἀσθένειαν οὐ συνεκάλυψε τὴν ἑαυτοῦ. ἀλλ' ἐξεπόμπευσε καθάπερ ἔν τινι στήλῃ τὴν τῶν λογισμῶν ἀρρωστίαν.

Ὀλυμπιοδώρου.] διὰ τὸ μηδένα εἶναι τὸν πειθόμενον.

[καὶ ἐγένετο ὡς πῦρ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] περὶ τοῦ πνεύματος φησὶ τοῦτο λέγει. ἐκράτησας, καὶ ἄκοντά με ἐνέβαλες, ἀλλ' ἴσως εἴποι τις ἄν, ὅτι καὶ ποῖον κέρδος εἰπέ με, κατὰ ἀνάγκην προφητεύειν; ποία δὲ ἀρετή, [καὶ μετ' ὀλίγα.] ὁρᾷς· ὅταν δέῃ τι γίνεσθαι τῶν χρησίμων, καὶ ἀνάγκην ἐπιτίθησιν ὁ Θεός. οὐ γὰρ δεῖ δι' ἀργίαν τὴν τούτου, τοὺς μέλλοντας ἀπολλύσθαι κερδαίνειν.

|| For. leg. πε κερδαίνειν.

Ὀλυμπιοδώρου.] ὁ ὑπὲρ τοῦ Θεοῦ ζῆλος.

[ὅτι

A Theodoreti.] *Respuebam ait prophetiam, dicens me iuniorem, & tanto ministerio imparem, & pollicitus es me hostibus superiorem futurum, & muro æneo similem, & nunc derisui sum.*

(Factus sum in derisum, &c.

Apolynarij.] |*Doloris sunt verba; nam etsi Propheta, sed homo erat. Potest autem & hoc modo intelligi: videtur per seductionem intelligere tempus non expressum, propter quod sæpe res Deo citò futuras credimus,* B *Quod opinatus Ieremias prædicabat nulla sperans probra, quasi de sermone mendaci. Quare & ægrè fert, quòd non expectaret quæ fuêre præter spem.* (*Decepisti me.*)

Olympiodori.] *Est præterea bona seductio de malo in bonum mutatio. Aquila verò reddidit.* Allexisti me, & allectus sum, *quasi dicat. Promisisti Domine defendere me, & deseris in his necessitatibus, dicit verò hoc, non Deum accusans; sed quod & Paulus ait.* [a] De hoc ter Deum rogaui. *Vel sic deceptus sum, arbitratus eos pro-* C *biores euasuros tuis prædictionibus, & non euaserunt.* (*Obstinuisti & potuisti.*)

Chrysostomi.] *Valuisti tamquam potens, & nolentem me promouêre.*

(Totâ die perseueraui subsannatus.)

Chrysostomi.] *Non pericula tantùm, insidiæ, ac mortes; sed & dicteria & opprobria, & risus, & hæc non minùs quàm illa torquent.*

Vers. 8 (*Quia amaro verbo ridebo.*)

Olympiodori.] *Est enim risus amarus, qui* D *ex turbato animo prouenit.*

(Præuaricationem, & miseriam inuocabo.)

Chrysostomi.] *Hoc est, deridebor. Non sat, fuit inquit amaritudo, sed & risus aduenit: non sat fuit animi angor, sed & subsannatio.*

Olympiodori.] *Et per derisionem hanc, ait, ostendo me ab eis miserè agere.*

(Quia factus est sermo Domini in opprobrium mihi.)

Chrysost.] *Quare quod omnibus quæ prædi-* E *cabantur non euenientibus, probo & risui habebãt.*

℣. 9. (*Et dixi nõ nominabo nomen Domini &c.*

Chrysost.] *Considera studium animi, Quomodo tantum defectum non occultarit; Quomodo suam infirmitatem non texerit, sed cogitationum ægritudinem tamquam in columna quadam inscriptam publicarit.* (*Nec loquar vltra, &c.*)

Olympiodori.] *Eò quòd nullus esset qui dictis pareret.*

(Et factus est quasi ignis.)

Chrysostomi.] *De spiritu aiunt hæc profert.* F *Vicisti, & nolentem iniecisti, sed dixerit quispiam quid nam lucri est coactum Prophetare? Quænam virtus?* [*Et post pauca.*] *Vides cùm aliquid agendum est vtilium, & necessitatem Deus imponit. Nec enim decet ob huius segnitiem operire eos qui saluandi sunt.*

Olympiodori.] *Zelus qui pro Deo habetur.*

Vers.

Chryso. Spiritus quasi ignis ardens in verbi Dei præconibus. Zelus Dei quasi ignis æstuans in corde iustorum.

Theodorit. *Humano more cõqueritur cùm Deo Ieremias quod derisui habetur in prophetandi munere.*

Apollinar. *Et sanctissimus quisque cùm homo sit, humanis concutitur affectibus.*

Prophetis haud reuelata particularia omnia, circa ea quæ diuinitus pronuncianda acceperant.

Olympiod. *Seductio bona de malo in bonum.*

Et Sancti aliquãdo in tribulationibus humano affectu Deum rogant.

a 2. Cor. 12. 8.

Deceptum se ait, à Domino Ieremias spe suâ frustratus conuersionis Iudæorum.

Chrysost. *Ieremias ordinatum se à Domino ait, vel repugnãtem in Prophetam.*

Chrysost. *Subsannationes, & irrisiones virum ingenuum maximè augũt.*

34

Olympiod. *Risus quando amarus.*

Chrysost. *Irrisionis & contemptus egregia descriptio.*

Olympiod. *Irrisio maxima ingenuo viro miseria.*

Chrysost. *Propheta deridebãtur, & opprobriis afficiebantur, cùm non statim euenirent quæ vaticinabantur.*

35

Chrysost. *Humilitas Ieremiæ eximia. Imperfectiones suas vel intimas sancti omnibus volunt esse patentes. Impellit aliquãdo Deus, & necessitatẽ infert cuipiam vt quid beni agat.*

Olympiod.

[ὅτι ἤκουσα.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τί γένοιτ' ἂν ἴσον τῆς ἀνδρίας ταύτης; ἐντεῦθεν ἐχλευάζοντο, ἐκεῖθεν ἔπασχον δεινῶς.

[ἐπισυστῆτε.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ταῦτα ἔλεγον οἱ ἐπιβουλεύοντες τῷ προφήτῃ, ὅτι, τηρήσατε αὐτοῦ πάντας τοὺς λόγους, εἰ σύμφωνοί εἰσιν. ἵνα ἐὰν εὑρεθῇ κατά τι αὐτῷ ἐναντιούμενος, ἀνέλωσι αὐτὸν ὡς ψευδόμενον.

[ὁ δὲ κύριος μετ' ἐμοῦ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] πῶς οὖν ἔλεγες, ὅτι ἠπάτησάς με, ὅτε ταῦτα ἔπασχες; ἐδίωξαν, καὶ οὐκ ἠδυνήθησαν νοῆσαι. οὐχὶ καὶ ταῦτα προεῖπεν ὁ Θεός; οὐχὶ τὰ μέλλοντα ἐδήλωσεν; ἄπειρος ἦν ἐν τοῖς προοιμίοις ὁ προφήτης. τὰς τιμὰς αὐτῶν οὐκ ἐνόησαν αἰσχύνης γὰρ ὄντως ἁμάρτημα γέμον, μὴ μεταβάλλεσθαι, ἀλλὰ τὸν ἐλέγχοντα ἀναιρεῖν, ἵνα ἐν πλείονι σκότῳ τὰ κακὰ γένηται.

[διὰ τοῦτο ἐδίωξαν.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ὅτι Θεὸς μετ' ἐμοῦ ἐστι. καὶ ὅτι ἀτιμίας ἄξια πράττουσιν.

[Κύριε δοκιμάζων.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ταῦτα λέγω, ἵν' ὅταν ἀκούσῃς τοῦ θεοῦ λέγοντος, μὴ προσεύχου, καὶ τὸν προφήτην ἴδῃς προσευχόμενον, μὴ τὸν ἄνθρωπον τοῦ θεοῦ φιλανθρωπότερον εἶναι νομίσῃς, ἀλλὰ μηδὲ κατὰ μικρὸν ἐγγύς. ὅρα οὖν καὶ ἀπὸ μικρᾶς ὕβρεως θορυβούμενον, σκανδαλιζόμενον. καίτοιγε εἰδότα, ὅτι ἐν ἀσφαλείᾳ ἔσται καὶ εἰρήνῃ, τὸν δὲ Θεὸν καθ' ἑκάστην ὑβριζόμενον, καὶ ὕβρεις χαλεπὰς, καὶ ἀφορήτους ἐμπαροινούμενον.

Vers. 10. (*Quia audiui vituperationem.*) 36

Chrysostomi.] *Quid huic fortitudini par esse poterit? hic subsannabantur inde malis impetebantur.*

Chrysost. In Prædicatione verbi Dei quanta passi sint sancti.

(*Insultate, &c. Obseruate, &c.*)

Olympiodori.] *Hæc dicebant, qui Prophetæ struebant insidias. Obseruate nempe omnes illius sermones, si concordes sunt, vt si in aliquo sibi ipsi pugnantia dicere depræhenderetur, tamquam mendacem interimerent.*

Olympiod. Doctores sacros obseruāt impij vt illos impugnent.

Vers. 11. (*Dominus autem mecum est, &c.*) 37

Chrysostomi.] *Quomodo igitur dicebas, decepisti me, cùm hæc patereris? persecuti sunt, & non potuerunt intelligere. Nonne & hæc Deus prædixerat? nonne futura patefecit? inexpertus erat initiò Propheta; suos honores non intellexerunt: Sanè enim peccatum est dedecoris plenum, non conuerti, sed repræhensorem necare vt maioribus in tenebris mala fiant.*

Chrysost. Monitores suos persequi quàm malum sit.

(*Idcirco persecuti sunt.*)

Olympiodori.] *Quoniam Deus mecum est; quódque res dedecore dignas agunt.*

Olympiod.

Vers. 12. (*Domine probans iusta intelligens, &c.*)

Chrysostomi.] *Hæc dico, vt cùm Deum præcipientem audieris, noli orare; viderisque Prophetam orantem, Ne hominem humaniorem Deo putes; sed ne tantillùm quidem. Vides illum certè & contumeliâ paruâ turbatum, scandalum patientem, etsi sciebat, se in tuto, pacéque futurum, Deum verò quotidie iniuriis affici, grauibusque contumeliis & intolerandis onerari.*

Chrysost. Ieremia, Sanctique cuiusque benignitas quantò sit benignitate Dei inferior. Affectuum omnis turbationis expers Solus Deus.

Origenis Homiliæ Decimæ octauæ Codicis Græci Vaticani, & sextæ ex octo quæ nunc primùm in Lucem prodeunt.

Alias duas istius Homiliæ partes habes supra in duabus primis sectionibus capitis 18. aliamque partem tertiam habes post Catenā Græcam præcedentis sectionis capitis istius 20.

Καὶ δὴ τετέλεσται ἡ μία περικοπή. ἤδη δὲ καὶ τῆς δευτέρας ἀρξώμεθα. καὶ γὰρ ἔχει πράγματα εὐθέως ἀπὸ τῆς πρώτης λέξεως οὐ τὰ τυγχάνοντα. καὶ προσέχοντες τῇ λέξει πάλιν αἰτήσωμεν ἥκειν τὸν Ἰησοῦν, καὶ ἐπιφανέστερόν τε καὶ λαμπρότερον ἥκειν αὐτὸν παρακαλῶμεν. ἵνα ἐλθὼν διδάξῃ πάντας ἡμᾶς, πότερον ἀληθεύων ἔλεγεν ὁ προφήτης, ὡς πρέπει νοεῖν περὶ προφήτου τὰ ἑξῆς, ἢ ψευδόμενος, ὃ οὐ θεμιτὸν λέγειν περὶ προφήτου ἁγίου λέγει δὲ πρὸς τὸν θεόν; ἠπάτησάς με κύριε, καὶ ἠπατήθην. ἐκράτησας, καὶ ἠδυνάσθης. ἐγενόμην εἰς γέλωτα, πᾶσαν τὴν ἡμέραν διετέλεσα μυκτηριζόμενος, ὅτι πικρῷ λόγῳ μου γελάσομαι. ἀθεσίαν καὶ ταλαιπωρίαν ἐπικαλέσομαι. ὅτι ἐγενήθη ὁ λόγος κυρίου εἰς ὀνειδισμὸν ἐμοί, καὶ χλευασμὸν πᾶσαν ἡμέραν. καὶ εἶπα, οὐ μὴ ὀνομάσω τὸ ὄνομα κυρίου, καὶ οὐ μὴ λαλήσω ἔτι ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ. καὶ ἐγένετο ἐν τῇ καρδίᾳ μου ὡς πῦρ φλεγόμενον, καιόμενον ἐν τοῖς ὀστέοις μου, καὶ παρεῖμαι πάντοθεν, καὶ οὐ δύναμαι φέρειν, ὅτι ἤκουσα ψόγον πολλῶν συναθροιζομένων κυκλόθεν, καὶ λεγόντων δηλονότι ἐπισύστητε, καὶ ἐπισυστῶμεν αὐτῷ ἄνδρες φίλοι αὐτοῦ. τηρήσατε τὴν ἐπίνοιαν αὐτοῦ, εἰ ἀπατηθήσεται, καὶ δυνησόμεθα αὐτῷ; καὶ ληψόμεθα τὴν ἐκδίκησιν ἡμῶν ἐξ αὐτοῦ. ἀλλὰ ταῦτα

38 Sed iam pars vna textus absoluta est; ad secundam accedamus. Namque ipso statim initio res non contemnendas continet, & literæ mentem animumque applicantes rursus Iesum adesse, clariúsque atque dilucidius opem vt ferat obsecremus; suáque præsentiâ nos omnes edoceat, Vtrumne veritatis studiò Propheta dixerit quæ sequuntur, vt æquum est de Propheta opinari; an verò falsa scripserit, quod de Propheta Sancto nefas est asserere. Ait ergo ad Deum, *Decepisti me Domine, & deceptus sum: obtinuisti, & potuisti, factus sum in derisum, totâ die perseuerasti subsannatus, quia amaro verbo meo ridebo præuaricationem, & miseriam inuocabo. Quia factus est Sermo Domini in opprobrium mihi, & in derisum totâ die, Et dixi. Non nominabo nomē Domini, nec loquar vltra in nomine ipsius, & Factus est quasi ignis ardens vrens in ossibus meis & dissolutus sum vndiq., & non possum ferre: quia audiui vituperationem multorum congregatorum in circuitu & dicentium scilicet. Insultate, & insultemus in eum omnes viri amici eius; obseruate mentem eius, si decipietur, & præualebimus ei, & sumemus vindictam*

Vers. 7. Vers. 8. Vers. 10.

ταῦτα ἐκείνων λεγόντων φησὶν ὁ προφήτης. καὶ, κύριος μετ' ἐμοῦ καθὼς μαχητὴς ἰσχύων. διὰ τοῦτο ἐδίωξαν, καὶ νοῆσαι οὐκ ἠδύναντο. ᾐσχύνθησαν σφόδρα, ὅτι οὐκ ἐνόησαν ἀτιμίας αὐτῶν, αἳ δι' αἰῶνος οὐκ ἐπιλησθήσονται. αὕτη ἡ περικοπὴ ἡ δευτέρα τοῦ ἀναγνώσματος. πῶς οὖν λέγει ὁ προφήτης. ἠπάτησάς με κύριε, καὶ ἠπατήθην; θεὸς ἀπατᾷ; πῶς || οἰκονομῆσαι τὸν λόγον, ἀπορῶ. ἐὰν γὰρ διὰ τὸν θεόν, καὶ τὸν λόγον αὐτοῦ βλέπω τι εἰς αὐτόν, οἰκονομίας δεῖται γενναίας τὰ λεχθησόμενα. παυσάμενος τοῦ ἀπατᾶσθαι λέγει ὁ προφήτης. ἠπάτησάς με κύριε καὶ ἠπατήθην. ὡς τῆς στοιχειώσεως καὶ εἰσαγωγῆς γεγενημένης αὐτῷ ἐν ἀπάτῃ, καὶ μὴ δυναμένῳ αὐτῷ στοιχειωθῆναι καὶ εἰσαχθῆναι εἰς θεοσέβειαν, ἵνα ἥκῃ ὕστερον ἐπὶ τὸ συνηθῆναι τῆς ἀπάτης, ἐὰν μὴ πρότερον ἀπατηθῇ. ἀρκεῖ δὲ μόνον παράδειγμά τι εἰπεῖν χρήσιμον εἰς τὰ προκείμενα. παιδίοις λαλοῦμεν ἄγοντες τὰ παιδία, καὶ οὐχ ὡς τελείοις λαλοῦμεν, ἀλλ' ὡς παιδίοις δεομένοις διὰ τῆς παιδεύσεως. λαλοῦμεν αὐτοῖς. καὶ ἀπατῶμεν τὰ παιδία φοβοῦντες τὰ παιδία, ἵνα παύσηται τῆς ἐν παισὶν ἀπαιδευσίας. καὶ φοβοῦμεν τὰ παιδία ἀπάτης λόγους λέγοντες διὰ τὸ ὑποκείμενον τῇ νηπιότητι αὐτῶν. ἵνα διὰ τῆς ἀπάτης ποιήσωμεν αὐτὰ φοβηθῆναι, καὶ διδασκάλοις φοιτῆσαι, καὶ ἀπαγγεῖλαι, καὶ ποιῆσαι τὰ ἐπιβάλλοντα προκοπῇ παιδίων: πάντες ἐσμὲν παιδία τῷ θεῷ, καὶ δεόμεθα ἀγωγῆς παιδίων. διὰ τοῦτο ὁ Θεὸς φειδόμενος ἡμῶν ἀπατᾷ ἡμᾶς, καὶ εἰ μὴ αἰσθανώμεθα τῆς ἀπάτης πρὸ καιροῦ, ἵνα μὴ ὡς ὑπερβεβηκότες τὸ || νήπιον μηκέτι δι' ἀπάτης παιδευώμεθα, ἀλλὰ διὰ τῶν πραγμάτων. ἄλλως τὸ παιδίον εἰς φόβον ἄγεται, ἄλλως τὸ προκόψαν τῇ ἡλικίᾳ, καὶ διαβεβηκὸς τὴν παιδικὴν ἡλικίαν. εἰ γὰρ δύναμαι, δι' ἀπάτης αὐτὸ παιδαγωγῶ. ἵνα εἴπῃ ὁ ἀπατῶν θεός. παιδεύσω αὐτοὺς ἐν τῇ ἀκοῇ τῆς θλίψεως αὐτῶν. ἱστορίας παραθήσομαι, πῶς ὁ θεὸς ἐπὶ σωτηρίᾳ ἀπατᾷ, καὶ λέγει τινά, ἵνα παύσηται ὁ ἁμαρτωλὸς τοῦ ποιεῖν ἃ ἐποίησεν ἄν, εἰ μὴ ἠκηκόει τῶν δεινῶν τῶν λόγων. ὁ λέγων. ἔτι τρεῖς ἡμέραι, καὶ νινευὶ καταστραφήσεται. ἀληθεύων ἔλεγεν, ἢ οὐκ ἀληθεύων; ἢ ἀπατῶν ἀπάτην ἐπιστρέφουσαν; ἢ τις ἐπιστροφὴ εἰ μὴ ἐγὼ γόνει, οὐκέτι ἀπάτη ἦν, ἀλλ' ἤδη ἀλήθεια τὸ λεγόμενον. καὶ ἦν ἂν ἀκολουθήσασα καταστροφὴ τῇ νινευί. ἦν ἐπὶ τοῖς ἀκούουσιν, ἢ τοῖς ἀπατηθεῖσιν, καὶ πιστεύσασι τοῖς λεγομένοις ὡς ἀληθέσιν, εὐεργετηθῆναι, καὶ μὴ καταστραφῆναι. ἢ μὴ γινομένου ἀληθοῦς τοῦ εἰρημένου, καὶ μὴ ἀπατηθεῖσιν, ἀλλὰ καταλαβοῦσιν ὅτι τὰ εἰρημένα οὐκ ἔστι, καταφρονῆσαι τῶν εἰρημένων ὡς ἀπάτης, || παθεῖν οὐχὶ τό, ἔτι τρεῖς ἡμέραι, καὶ νινευὶ καταστραφήσεται, ἀλλ' τολμῶ, καὶ λέγω πολλῷ χαλεπώτερα τοῦ. ἔτι τρεῖς ἡμέραι, καὶ νινευὶ καταστραφήσεται. τῇ γὰρ ὑποθέσει ἡμαρτηκότες, εἰ μὴ μετανενοήκεσαν νινευῖται, εἰ μὴ μετανενοήκεσαν, τάχα μὲν ἔτι τρεῖς ἡμέραι, καὶ νινευὴ καταστραφήσεται; ἐγίνετο. ἀλλ' ἔστω ὅτι οὐκ ἐγίνετο τόδε, τούτου χεῖρον ἐγίνετο, πυρὶ

|| οἰκονομήσαιμι. οἰκονομῶν.

|| νεάμα.

|| ἴσ. παθεῖν τι.

A *dictam nostram ex eo.* Quæ cùm illi dicerent, addit Propheta, *Et Dominus mecum, quasi bellator fortis, Idcirco percussi sunt, & intelligere non potuerunt, Confusi sunt valde, quia non intellexerunt ignominias suas, quæ per sæculum non tradetur obliuioni.* Hęc est altera lectionis pars. Quomodo itaque Propheta ait, (*Decepisti me Domine, & deceptus sum.*) Deus seducit? huic sermoni quam expositionē congruētem tribuā ignoro. Nam si propter Deum, B & sermonem eius aliquid in hoc textu video, quæ dicentur indigent valida, & accommoda explanatione. Cùm iam decipi desiisset Propheta dicit, (*Decepisti me Domine, & deceptus sum,*) quasi ipsis primis rudimentis initiatus, introductusque fuerit cū deceptione; neque potuerit initiari, ad pietatémque instituì, vt deinde seductum se agnosceret, ni priùs deciperetur. Satis erit exemplū afferre propositæ materiæ conueniēs. Pueros alloquimur, & agimus pueros; C neque vt perfectis cum illis sermonē habemus, sed veluti pueris castigatione indigētibus loquimur, eosq; decipimus, terriculisque vtimur, vt à puerili abstineāt licētia: timorē quem pueris incutimus decipientibus vtentes verbis: ad infantilem ætatē accommodatis, vt deceptione metū illis excitemus, & magistris operā nauent, & recitent, & agant quæ ad puerorum perfectum spectant. Omnes pueri sumus Deo, educa- D tioneque puerorū indigemus. Quapropter Deus parcere nobis volēs decipit nos; licet ante tēpus deceptos nos nō sentiamus; ne quasi è pueris excessetimus, haud deceptione, sed rebus ipsis erudiamur. Aliter metus puero iniicitur, aliter illi qui grandior est, & supra puerilem ætatē; etenim si possum, per deceptionē illum instruo vt dicat decipiens Deus; *Erudiā eos in auditu tribulationis eorū.* Probabo per historias, Quomo- E do Deus ad salutem decipiat, quædamque proferat, vt desinat peccator agere, quæ ageret, ni talem sermonem audisset, Qui dicebat,[a] *Adhuc tres dies, & Niniue subuertetur,* verè ne, an fictè id pronunciabat? an verò deceptione vtebatur ad cōuersionem ducente. Quæ cōuersio si subsecuta nō fuisset, iā nulla erat deceptio, Sed veritas quod dicebatur, euersioq; Niniue secuta fuisset. Erat in potestate audientiū, seu deceptorū, F & credentiū vera esse quæ dicebantur, beneficio affici, & nō subuerti: vel si putasset verum non esse quod dicebatur, nec essent decepti, sed cognoscerēt non verè dici, poterant contēnere quæ dicebantur, vt pote decipientia, & deinde pati non quod erat dictum, *adhuc tres dies, & Niniue subuertetur.* Sed audeo dicere, multò grauiora, quàm illud, *adhuc tres dies & Niniue subuertetur* Etenim posito quòd deliquissent, si Niniuitas non pœnituisset, fortassis euenisset illud. *Adhuc dies tres, & Niniue subuertetur.* Sed demus illud futurum non fuissepeius aliud euenisset; igni

Vers. 11.

39 Vers. 7.

Simile decipiens nos dictis Deus instar patris deceptione, ac terriculis infantem filiū à malo cōercentis, & ad bonum traducentis.

Pueri sumus omnes, quibus cum necesse sit vt Deus tamquam bonus pater deceptione metū iniiciens ad bonum alliciat.

40 *Decipit sæpe Deus peccatores ad salutem, minans mala, quę iis exhibiturus non est.*

a Ionæ. 3. 4.

semper

πυρὶ αἰωνίῳ παρεδίδοντο. διὰ τοῦτο ἄλλη κόλασις κατὰ τὸν νόμον εἴρηται τοῖς ὡς παιδίοις, παιδαγωγουμένοις. οἷς δὲ ἦλθε τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου, || οὐκ ἄλλαι κολάσεις ἀναγεγραμμέναι εἰσί. σύγκρινον τὰς κατὰ τὸν νόμον κολάσεις ἁμαρτωλῶν ταῖς κατὰ τὸ εὐαγγέλιον κολάσεσιν ἁμαρτωλῶν, καὶ ὄψει, ὅτι ἐκεῖνοι μὲν ὡς νήπιοι ἤκουσαν κολάσεων, ἐκείνοις νηπίοις ἁρμοζουσῶν. ἡμεῖς δὲ ὡς τέλειοι τὴν ἡλικίαν ἀκούομεν κολάσεων χαλεπωτέρων. μοιχὸς εἰ τότε γεγένηται, ἢ μοιχαλίς, ἡ ἀπειλὴ οὐ γέεννα, οὐ πῦρ αἰώνιον, ἀλλὰ λίθοις λιθοβοληθήσεται. λιθοβολείτω αὐτὸν πᾶσα ἡ συναγωγή. ἐρεῖ ἀπελθὼν ὁ ἐν τούτοις εὑρεθεὶς μοιχός, ἢ ἐν τούτοις εὑρεθεῖσα μοιχαλίς, εἴθε καὶ ἐπ' ἐμοῦ ὁ λόγος ἐρεῖ, ὁ λαὸς λίθοις με ἔβαλε, καὶ μὴ τετηρημένος ἤμην εἰς τὸ αἰώνιον πῦρ. ἔνοχος γὰρ εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρὸς οὐ μόνον ὁ μοιχός, ἀλλὰ καὶ ὁ εἰπὼν τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ, μωρέ, ἔνοχος ἔσται εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός. ὁ μοιχὸς τίνι ἔνοχος ἔσται; μεῖζόν τι ζητῶ κολαστήριον τῆς γεέννης τοῦ πυρός. καὶ τάχα εἴποιμ' ἄν, ὅτι ἡ γέεννα τῶν ἀκουσίων, τῶν δυναμένων καθαρθῆναι ἐστίν. ὥσπερ δὲ ἐπὶ τῶν ἀγαθῶν τῶν δικαίων, ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν, οὕτως ἡτοίμασε τοῖς ἁμαρτωλοῖς τῷ πορνεύειν, τῷ μοιχεύειν || ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη. εἰ γὰρ [ἀνέβη || ἐπὶ τὴν καρδίαν] ἔνοχος γίνεται ὁ εἰπὼν τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ μωρέ, δηλονότι μεῖζόν ἐστι τοῦ ἀναβαίνοντος ἐπὶ καρδίαν τὸ ἡμαρτημένον τοῖς τὰ χείρονα ἡμαρτηκόσιν. οὐ δύναμαι δὲ νοῆσαι μεῖζόν τι γεέννης ἀλλὰ μόνον πιστεύω, ὅτι μεῖζόν ἐστι γεέννης τὸ ἡτοιμασμένον τοῖς μοιχεύουσιν. οὕτως ἔρχομαι καὶ ἐπὶ τὰς λοιπὰς τὰς κατὰ τὸν νόμον κολάσεις, καὶ λαμβάνω λέξιν ἀποστολικὴν συνᾴδουσαν τούτοις, καὶ σιωπήσασαν μὲν τὴν κόλασιν ἐὰν ἁμάρτω. ἐπειδὴ οὐ θέλω τό. ἠπάτησάς με κύριε καὶ ἠπατήθην. προσδεξάμενος ἀπατηθῆναι καλῶς. τί δὲ λέγει ὁ ἀπόστολος; ἀθετήσας τις νόμον Μωυσέως, χωρὶς οἰκτιρμῶν ἐπὶ δυσὶ καὶ τρισὶ μάρτυσιν ἀποθνήσκει. πόσῳ δοκεῖτε χείρονος ἀξιωθήσεται τιμωρίας ὁ τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ καταπατήσας; ὀνόμασον ὦ Παῦλε τὴν τιμωρίαν. εἶπον αὐτήν. ἀλλ' οὐ λέγω αὐτήν φησί μεῖζόν ἐστι τῶν λεγομένων τὸ τῆς κολάσεως τῶν ἐν εὐαγγελίῳ ἁμαρτανόντων, μεῖζον τῶν ἀκουομένων. διὰ τοῦτο εἰσήχθη ὡς παιδίον ὁ προφήτης ἀκούσας, καὶ φοβηθείς, καὶ παιδευθείς, καὶ μετὰ τοῦτο τελειωθείς, λέγων. ἠπάτησάς με κύριε, καὶ ἠπατήθην. καὶ σὺ ὅσον εἶ παιδίον, φοβήθητι τὰς ἀπειλάς, ἵνα μὴ πάθῃς τὰ ὑπὲρ τὰς ἀπειλάς, τὰς κολάσεις τὰς αἰωνίους, τὸ ἄσβεστον πῦρ, ἢ τάχα τι τούτου μεῖζον, τὸ ἀποκείμενον τοῖς παρὰ τὸν ὀρθὸν λόγον ἐπὶ πλεῖον βεβιωκόσιν. ὧν πάντων μηδαμῶς πειραθείημεν, ἀλλὰ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τελειούμενοι δικαιωθείημεν ἀξίως τῶν ἑορτῶν τῶν ἐπουρανίων, καὶ πάσχα τοῦ ἐκεῖ ἐπὶ τὴν ἀναγωγὴν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. ᾧ ἐστιν ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

|| οὐ videtur abundare.

Error Origenis damnatus in quinta Synodo Anathemate nono.

|| ἐπὶ ἐπὶ.

|| hæc videtur redundare.

A sempiterno dati fuissent. Quapropter alia secundùm legem pœna constituta erat illis qui vt pueri instituebantur: quibus verò plenitudo tēporis aduenit, aliæ pœnæ cōparatæ sunt Confer pœnas delinquentium secundùm legem cum pœnis delinquentium per Euangelium cōstitutis; & videbis illos tamquā infantes habuisse, pœnarum genus infantibus accommodatū, nos autē vt ætate perfectos multò durioribus subiacere. B [a] Si quis tunc adulter fuisset, vel adultera, minæ erant, non Gehenna, non ignis sempiternus, sed Lapidibus obruetur; *Lapidibus eū petat omnis Synagoga.* Sanè diceret qui nūc mœchus, vel adultera depræhenditur, vtinam & de me diceretur, populus lapidibus me obruit, & igni sempiterno non asseruarer. Etenim nō tantùm mœchus Gehennæ ignis reus est, Sed & [b] *qui dixerit fratri suo. Fatue.* Mœchus quas pœnas persoluet? Gehēna ignis aliud grauius quæro tormentum, & fortasse dixe- C rim, Gehennam esse non sponte gestorum, eorum quæ purgari possunt. Sicuti porrò de bonis iustorum, [c] *in Cor hominis non ascēderunt, quæ Deus præparauit diligentibus eum,* ita & peccatoribus præparauit ob fornicationem, ob adulteriū, quę in cor hominis non ascenderunt. Etenim si reus est qui dixerit fratri suo Fatue; maius profectò erit eo quod ascendit in cor, peccatū maiora peccantiū. Ego verò aliud Gehēna maius ap- D præhēdere nequeo; sed tantū credo maius esse gehennā quod præparatū est mœchātibus. Pari ratione de reliquis aio legalibus pœnis, hisque affine dictū Apostolicū assumo; quòd mihi pœnā non aperit si lapsus fuero, si noluero aptare mihi illud. (*Decepisti me Domine, & deceptus sum,*) volens bene decipi. Quid verò ait Apostolus: [d] *Si quis legē Moysis prænaricatus fuerit, nulla misericordia,* E *apud duos vel tres testes moritur: quantū atrocioribus pœnis multabitur, qui filium Dei pessum dederit.* Nomina pœnā ô Paule, exprime eam, at non eā dico, ait, Maior est iis quæ dicuntur pœna eorum qui in Euāgelio peccant, maior iis quæ audiuntur. Propterea inductus est vt puer Propheta audiēs, & timens, & eruditus deinde perfectionis gradum adeptus; (*Decepisti, inquiens, me Domine, & deceptus sum:*) tu quoque dum puer es, minas pertimesce, ne ea quę supra minas sūt subeas, pœnas æternas, ignē inextinguibilem, vel fortasse aliud maius, quod reseruatum est illis, qui præter rectam rationē diutius vixerunt: quæ omnia nequaquam experiamur, sed in Christo Iesu perfectionem acquirentes iustificemur, vt fiamus digni celebritatibus cælestibus & Paschate illo, quod ibi agitur secundùm anagogem in Christo Iesu; cui est gloria & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

41 *Pœnæ datæ secundū veterem legem delictis, & datæ per Euangelium quàm diuersæ.*

a Deut. 22. 22.

b Matt. 5. 22. *Origenis error dānatus negans tamen inferni æternitatem.*

c 1. Cor. 2. 9.

d Hebr. 10. 28.

Origenis

Origenis Homilia Decima nona Codicis Græci Vaticani. Et ſeptima ex octo illis, quæ nunc primùm in Lucem prodeunt.

Πάντα τὰ ἀναγεγραμμένα περὶ τοῦ Θεοῦ, κἂν A ἀπεμφαίνοντα αὐτόθεν, ἡ χρὴ ἀξίως νομίζειν οἶμαι θεοῦ ἀγαθοῦ. τίς γὰρ οὐκ ἐρεῖ ἀπεμφαίνοντα εἶναι ἀναφερόμενον ἐπὶ θεὸν τὸ ἔχειν αὐτὸν ὀργήν; τὸ χρῆσθαι αὐτὸν θυμῷ; τὸ μεταμελεῖσθαι αὐτόν; ἤδη δὲ, καὶ τὸ ὑπνοῦν αὐτόν; ἀλλ᾽ ἕκαστον τούτων παρὰ τῷ εἰδότι ἀκούειν σκολιῶν λόγων διερμηνευθήσεται ἄξιον θεοῦ. ἡ μὲν γὰρ ὀργὴ αὐτοῦ οὐκ ἄκαρπός ἐστιν, ἀλλ᾽ ὡς ὁ λόγος αὐτοῦ παιδεύει, οὕτω καὶ ἡ ὀργὴ αὐτοῦ παιδεύει. τοὺς γὰρ μὴ παιδευθέντας λόγῳ, παιδεύει ὀργή, ὡς χρῆται τῷ ὀνομαζομένῳ. B λόγῳ. οὔτε γὰρ ὁ λόγος αὐτοῦ τοιοῦτός ἐστιν, ὁ ποῖος ὁ πάντων λόγος. οὐδενὸς γὰρ ὁ λόγος || ζῶον, οὐδενὸς ὁ λόγος θεός. οὐδενὸς γὰρ ὁ λόγος ἐν ἀρχῇ πρὸς ἐκεῖνον ἦν, οὗ λόγος ἦν, κἂν || εἰ μόνος ἀπό τινος ἢ ἀρχῆς. οὕτω δὲ καὶ ἡ ὀργὴ τοῦ θεοῦ ὀργή.

|| ζῶν.

|| For. οὐ μόνος.

.... οὐδενοσοῦν τινος ὀργή. καὶ ὥσπερ τι ξένον ἔχει ὁ λόγος τοῦ θεοῦ παρὰ πάντα τὸν ὁποσονοῦν λόγον, καὶ ἔχει ξένον τὸ εἶναι θεός, καὶ τὸ εἶναι λόγος, || ὢν ζῶον τὸ ὑφεστηκέναι καθ᾽ ἑαυτόν, τὸ ὑπηρετεῖν τῷ πατρί. οὕτως ἐπεὶ ἅπαξ C ὠνομάσθη θεοῦ ἡ καλουμένη, αὐτοῦ ὀργή, ξένον τι ἔχει καὶ ἀλλότριον πάσης τῆς τοῦ ὀργιζομένου ὀργῆς. οὕτω καὶ ὁ θυμὸς αὐτοῦ ἴδιόν τι ἔχει. || εἰ γὰρ ὁ θυμὸς τῆς προθέσεως. τῆς τῷ θυμῷ ἐλέγχοντος, βουλομένης τὸν ἐλεγχόμενον διὰ τοῦ ἐλέγχου || ἐπιστρέφει. ἐλέγχει καὶ λόγος ὡς παιδεύει || λόγος. ἀλλ᾽ οὐχ οὕτως ἐλέγχει λόγος, ὡς ἐλέγχει θυμός. οἱ γὰρ τῷ ἀπὸ τοῦ λόγου ἐλέγχῳ μὴ ὠφεληθέντες, δέονται ἐλέγχου τοῦ ἀπὸ τοῦ θυμοῦ. || ἔλεγχον μέν τινα εἶναι καὶ μεταμέλειαν θεοῦ αὐτόθεν ἀπεμφαίνουσαν, ἐπεὶ γέγραπται. μεταμεμέ- D λημαι, ὅτι ἔχρισα τὸν σαοὺλ εἰς βασιλέα. ἀξίως δὲ ζητήσεις καὶ τὴν || ἐπιμέλειαν. καὶ μὴ νομίσῃς συγγένειάν τινα ἔχειν τὴν μεταμέλειαν αὐτοῦ τῇ μεταμελείᾳ τῶν μεταμελομένων. ὡς γὰρ ἐξαίρετόν τι εἶχεν ὁ λόγος αὐτοῦ, ἐξαίρετον ἡ ὀργὴ αὐτοῦ, ὑπερέχον τι ὁ θυμὸς αὐτοῦ. καὶ οὐδὲν τούτοις συγγενὲς ἦν τοῖς ὁμωνύμοις. τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἡ μεταμέλεια αὐτοῦ ὁμώνυμόν ἐστι τῇ ἡμετέρᾳ μεταμελείᾳ. ὁμώνυμα δέ ἐστιν, ὧν ὄνομα μόνον κοινόν, ὁ δὲ κατὰ τοὔνομα τῆς οὐσίας λόγος ἕτερος. μόνον οὖν E ὄνομα κοινὸν θυμοῦ θεοῦ, καὶ θυμοῦ ὁποσουοῦν. καὶ μόνον ὄνομα κοινὸν ὀργῆς ὁποσουοῦν, καὶ ὀργῆς θεοῦ. οὕτως καὶ ἐπὶ μεταμελείας νοητέον. καὶ ζητήσει ὁ δυνάμενος, τί μεταμέλεια ἐργάζεται θεοῦ, τί εἰργάσατο. τὸν σαοὺλ καθεῖλε βασιλεύοντα παρανόμως, ἀνέστησε βασιλέα τῷ λαῷ τὸν κατὰ τὴν καρδίαν τοῦ θεοῦ. εἶπε γὰρ διὰ τὴν ἀγαθὴν ἐκείνην μεταμέλειαν. εὗρον ἄνδρα κατὰ τὴν καρδίαν μου, δαβὶδ υἱὸν ἰεσσαί. ἀλλὰ ταῦτα μοι προοίμια || παντί ἐστι διά τι τὴν ἀρχὴν τῆς ἀπὸ τοῦ ἱερεμίου ἀναγνώσεως, || οὐχ ὡς ἔχει. ἠπάτησας

|| ἴσ. ζωὴ ὢν ὑφεστ. καθ᾽ ἑαυ. τῷ ὑπ.

Origenis error.

|| ἴσ. ἴσι γὰρ.

|| ἴσ. ἐπιστρέφουσ.

|| ἴσ. θυμός.

|| ἴσ. ἔλεγον.

|| μεταμέλειαν.

|| ἴσ. πάντως ἐστὶ διὰ τὴν ἀρχήν.

|| ἴσ. ἥτις ἔχει.

Omnia, quæ de Deo ſcripta ſunt, etſi per ſe ipſa videatur abſona, tamen vt oportet: digna arbitror quæ de Deo bono dicantur. Quis enim eſſe neget abſonum, ſi Deo tribuatur, cum iraſci, inflammari irâ, pœnitentiâ duci? imò & ſomno ſe dare? Sed horum vnumquodque perito ſermonis obſcuri auditori, Deo non indignum iudicabitur. Etenim ira eius infructuoſa non eſt ſed ſicut verbum illius erudit, ita & ira illius: quos enim verbum nõ erudit, ira erudit, vt eo quòd Verbum nominatur, vti contingit. Neque enim Verbum illius, tale eſt quale omnium verbum; nullius quippe verbum viuens; nullius verbum Deus eſt; nullius verbum in principio erat apud eum, cuius verbum erat, & ſi non ſolum à quodam principio ſit, & ira pariter Dei ira .... qualis alterius nullius ira, & ſicut Dei verbum, præ omni cuiuſcũque verbo peculiare quid in ſe habet, peculiareq; illi eſt eſſe Deũ, & eſſe verbum, cum vita ſit, per ſe ſubſiſtens, & miniſtrare patri: ita quãdo ſemel ira Dei dicta eſt quę vocatur ira illius, peculiare quid, & diuerſum habet à quauis irati ira: Eadẽ ratione & de furore illius philoſophandũ eſt. Eſt enim furor propoſiti cũ furore arguentis, cum qui arguitur volẽtis cõuertere per opus arguendi. Arguit & verbũ, ſicut corripit ira, Sed nõ ita arguit verbũ, vt arguit ira. Qui enim dum à verbo arguuntur nihil vtilitatis perceperunt, opus erit, vt per iram arguantur. Dicebam quoque eſſe & quamdã Dei pœnitentiam, quod primâ facie abſonũ eſt. Quum ſcriptum ſit.[a] *Pœnitet me vnxiſſe Saul in Regem.* Non incõgruè verò & de pœnitẽtia illius hæſitabis, Nec putes pœnitentiã illius habere vllã cognationem cum pœnitentia eorũ quos pœnitet. Vt enim in verbo illius peculiare quid elucebat, & in ira quid ſingulare, & in furore quiddã excellens, & nihil illis cũ reliquis eiuſdẽ nominis cõmune erat; eadẽ ratione & pœnitentia illius cum noſtra pœnitẽtia æquiuocè cõuenit; Æquiuoca porrò ſunt, quorum nomen tantùm cõmune eſt, ratio verò ſubſtantiæ ſecũdùm illud nomen diuerſa. Nomen itaq; ſolum cõmune habet furor Dei, & furor cuiuſq; alterius; & ſolũ nomen cõmune eſt iræ Dei, & iræ cuiuſcũque. Sic & de pœnitẽtia ſentiendũ: & quæret qui poterit, quid operatur pœnitentia Dei, quid operata eſt? Saul impiè dominantem priuauit imperio; præfecit Regem Populo, qui ſecundùm cor Dei erat. Dixit enim propter illam bonam pœnitentiam,[b] *Inueni hominem ſecundùm cor meum David filium Ieſſe.* Sed hæc mihi loco præmij ſunt ob initium lectionis de Ieremia quod in ſe habet.

42

De Deo quicquid dicitur in Scriptura & ſi abſonum videatur cõgruo ſenſu dici cenſendum eſt.

Ira Dei fructuoſa quia per illam non minùs quàm per verba eiuſdem Dei erudimur.

Verbi Dei differentia à cæterorũm verbis.

Caue tamen iſtiuſmodi locutiones confundentes duplicẽ acceptionẽ verbi Dei, quod ab intra, & quod ad extra.

Ira Dei differentia à reliquorum iris.

Caue Arianiſmum.

Furor Dei quid ſit.

Ira Dei efficacior, quàm eiuſdem verbum ad arguendum.

43

a 1.Reg. 15. 11.

Pœnitentia Dei diuerſa ab hominum pœnitentia.

Pœnitentia Dei cum pœnitẽtia noſtra cõuenit æquiuocè.

Pœnitentia Dei quid operetur.

b Act. 13. 22.

ἠπάτησάς με κύριε, καὶ ἠπατήθην, ζητοῦμεν γάρ, μήποτε ὡς ὁ πάντων θυμὸς κακὸν, ὁ δὲ τοῦ Θεοῦ ἐλεγκτικός. καὶ πάντων μὲν ἡ ὀργὴ χαλεπὴ, ἡ δὲ καλουμένη τοῦ Θεοῦ παιδευτική. καὶ πάντων μὲν ἡμῶν μεταμέλεια κατηγορεῖ ἀσθενείας τοῦ λογισμοῦ τοῦ πρὸ τῆς μεταμελείας, ἐπὶ δὲ τοῦ Θεοῦ οὐ τοῦ θεοῦ κατηγορεῖ ἡ μεταμέλεια αὐτοῦ, ἀλλὰ τῶν ἔξω πραγμάτων, ἐφ᾽ οἷς ἡ μεταμέλεια λαμβάνεται. οὕτω δεῖ νοῆσαι καὶ τὴν ἀπάτην τοῦ θεοῦ ἑτερογενῆ τυγχάνουσαν παρὰ τὴν ἡμετέραν ἀπάτην, ἣν ἀπατώμεθα. τίς οὖν || ἡ παρὰ τὴν τοῦ θεοῦ ἀπάτην, ἥν τινα νοήσας ὁ προφήτης, ὅτε ἐπαύσατο ἀπατώμενος φησί, γνοὺς τὴν ὠφέλειαν τὴν ἀπὸ τοῦ ἠπατῆσθαι, τό, ἠπάτησάς με κύριε, καὶ ἠπατήθην; καὶ πρῶτον χρήσομαι παραδόσει ἑβραϊκῇ, ἐληλυθείᾳ εἰς ἡμᾶς διά τινος φυγόντος διὰ τὴν χριστοῦ πίστιν, καὶ διὰ τὸ || ἐπαναβεβηκέναι ἀπὸ τοῦ λόγου, καὶ ἐληλυθότος ἔνθα διατρίβομεν. ἔλεγε δή τινα, εἴτε μῦθον φαινόμενον, εἴτε λόγον δυνάμενον προσάγειν τοὺς ἀκούοντας || τῷ, ἠπάτησάς με κύριε, καὶ ἠπατήθην. ἔλεγε δή τινα τοιαῦτα. ὁ θεὸς οὐ τυραννεῖ, ἀλλὰ βασιλεύει. καὶ βασιλεύων, οὐ βιάζεται, ἀλλὰ πείθει, καὶ βούλεται ἑκουσίως παρέχειν ἑαυτοὺς τοὺς ὑπ᾽ αὐτῷ τῇ οἰκονομίᾳ αὐτοῦ. ἵνα μὴ κατὰ ἀνάγκην τὸ ἀγαθόν τινος ᾖ, ἀλλὰ κατὰ τὸ ἑκούσιον αὐτοῦ ὅπερ καὶ ὁ παῦλος ἐπιστάμενος ἔλεγεν ἐν τῇ πρὸς Φιλήμονα ἐπιστολῇ τῷ Φιλήμονι περὶ τοῦ ὀνησίμου. ἵνα μὴ κατὰ ἀνάγκην τὸ ἀγαθόν σου ᾖ, ἀλλὰ κατὰ ἑκούσιον. ἠδύνατο τοίνυν ὁ τῶν ὅλων θεὸς ποιῆσαι νομιζόμενον ἀγαθὸν ἐν ἡμῖν, ἵνα ἐξ ἀνάγκης ἐλεημοσύνας διδῶμεν, καὶ ἐξ ἀνάγκης σωφρονῶμεν, ἀλλ᾽ οὐ βεβούληται. διὸ μὴ ἐκλύπης, ἢ ἐξ ἀνάγκης προστάσσει ἡμῖν ποιεῖν ἃ ποιοῦμεν, ἵνα ἑκούσιον ᾖ τὸ γινόμενον. ὁδὸν οὖν, ἵν᾽ οὕτως εἴπω, ζητεῖ, πῶς ἂν ἑκουσίως τις ποιήσαι, ἃ ὁ θεὸς βούλεται. ἔλεγεν οὖν μοι ἡ παράδοσις, καὶ τοιοῦτόν τι ἐβούλετο. τὸν ἱερεμίαν πέμψαι προφητεύσοντα πᾶσι τοῖς ἔθνεσι, καὶ πρὸ πάντων τῶν ἐθνῶν τῷ λαῷ ἐπεὶ δὲ αἱ προφητεῖαι σκυθρωπότερόν τι εἶχον. ἀπήγγελλον γὰρ κολάσεις, ἃς ἕκαστος κατὰ τὴν ἀξίαν κολασθήσεται. καὶ ᾔδει τὴν προαίρεσιν τοῦ προφήτου μὴ βουλόμενον τὰ χείρονα προφητεῦσαι τῷ λαῷ ἰσραὴλ, διὰ τοῦτο ᾠκονόμησεν εἰπεῖν. λάβε τὸ ποτήριον τοῦτο. καὶ ποτιεῖς πάντα τὰ ἔθνη, πρὸς ἃ ἐγὼ ἐξαποστελῶ σε πρὸς αὐτούς. προσέταξεν οὖν ὁ θεὸς τῷ ἱερεμίᾳ λαβεῖν ποτήριον. προτρεπόμενος δὲ αὐτὸν ἐπὶ τὸ λαβεῖν τὸ ποτήριον τοῦ οἴνου τοῦ ἀκράτου φησί. καὶ ἐξαποστελῶ σε πρὸς πάντα τὰ ἔθνη, ἔχοντα τοῦτο τὸ ποτήριον τοῦ οἴνου τοῦ ἀκράτου, ἀκούσας δὲ ὁ ἱερεμίας, ὅτι ἀποστέλλεται πρὸς πάντα τὰ ἔθνη, ὅτι διακονήσων || αὐτῆς ποτήριον ὀργῆς, ποτήριον κολάσεως, μὴ || οἰκονομήσας ὅτι καὶ ἰσραὴλ μέλλει πίνειν ἀπὸ τοῦ τῆς κολάσεως ποτηρίου, ἀπατηθεὶς ἔλαβε τὸ ποτήριον τοῦ ποτίσαι πάντα τὰ ἔθνη. λαβὼν τὸ ποτήριον ἤκουσε. καὶ ποτιεῖς πρῶτον τὴν ἱερουσαλήμ. ἐπεὶ δὲ ἄλλο

|| ἴσ. ἡ παρὰ τοῦ Θεοῦ ἀπάτη.
|| ἴσ. ἐπιτετονκέναι τὰ τοῦ λόγου.
|| τῷ.
|| ἴσ. νομίσας.
|| αὐτοῖς.

(*Decepisti me Domine, & deceptus sum.*) Quærimus enim, num ficuti cæterorum furor malum quid eft, ita diuinus fit arguens, & omnium quidem noftrûm ira molefta; ira autem quam Dei vocamus, corripit: & in omnibus quidē vobis pœnitentia indicat imbecillitatem mentis ante pœnitentiam: Sed in Deo, non imperfectū arguit Deum pœnitentia, fed res quæ extra illum funt, ob quas affumitur pœnitētia. Eodem modo intelligendum eft quòd Deus feducat alio planè modo quàm nos feducimus. Quæ igitur erat à Deo deceptio, quâ cognita Propheta vt decipi deftitit fentiens ex deceptione vtilitatem, dixit, (*Decepisti me Domine & deceptus fum?*) Et primum quidem traditione vtar Hebraicâ quæ ad nos peruenit per quendam qui fuos reliquit ob fidem Chrifti, & agnitionem Verbi, venitque vbi nos commoramur. Narrabat ille quidem fiue fabulam quādam aliorum iudicio, fiue rationem quæ poffit inftruere auditores ad intelligendum, quid fit. *Decepisti me Domine, & deceptus fum.* Dicebat ergo ille in hunc modum, Deus non tyrannico dominatu præeft, fed regnat, regnāfque nulli vim infert, fed fuadet, vultque fubditos fponte fe fe dedere prouidentiæ eius; ne violentum fit cuiufquam bonum, fed fponte fiat. Quod fciens & Paulus aiebat in epiftola ad Philemonem Philemoni de Onefimo, [a] *Ne velut ex neceßitate bonum tuum fit, fed voluntarium.* Poterat ergo vniuerforum Deus facere in nobis quod putaretur vt neceffariò eleemofynas daremus, & neceffariò pudicitiā coleremus; fed noluit. Quam ob rem nō cum triftitia, non ex neceffitate agenda præcipit quæ agimus, & fpontaneum fit quod fit. Viam igitur, vt ita dicā, quærit, quâ fponte aliquis faciat, quę Deus vult. Dicebat ergo traditio, & tale quid fibi volebat; cogitaffe Deum mittere Ieremiam, vt omnibus gentibus, & ante omnes populos prophetaret. At quū vaticinia trifte quiddā in fe haberent: nūtiabant quippe fupplicia quæ quifque pro merito fuftinebit: fciretq; Prophetæ confiliū nolentis mala nuntiare Ifraelitico populo: idcirco placuit illi his verbis vti. [b] *Accipe calicem hunc, & dabis bibere omnibus gentibus ad quas ego mittam te ad eos.* Præcepit itaque Deus Ieremiæ, vt calicem fumeret: cúmq; hortaretur eum vt calicem vini puri fumeret, dixit; Et mittam te ad omnes gentes, habentem hunc calicem vini puri. Quo audito Ieremias, intelligens fe mitti ad omnes gentes, vt porrigat illis calicem iræ, calicem pœnarū, nec putans fore, vt & Ifrael ex illo pœnarū calice biberet; deceptus accepit calicem, quem potarent vniuerfæ gentes: accepto calice audiuit, *Et dabis primùm bibere Ierufalem.* Quoniam igitur

44 Cap. 10. Verf. 7.

Pœnitentia in Deo non arguit in illo præcedentem mentis imbecillitatē ficut pœnitentia hominis.

Seducere, & decipere Dei eft diuerfißimū à ratione noftra feducēdi, ac decipiendi.

Hebraica Traditio.

Regnandi ratio fuauißima Deo, & leniſſima.

Spontanea opera bona noftra ſe voluit Deus, qui poterat ad illa nos cogere.

a Philem. 1. 14.

Deceptionis infignis modus quo Deus Ieremiā pertraxit fuauiter ad vaticinanda imminentia à populo ipſius mala ex traditione Hebræorum.

b Ier. 25. 15.

ἄλλο μὲν προσεδόκησεν, ἄλλο δὲ αὐτῷ ἠπάντησεν, ἐπὶ τούτῳ δή φησιν, ἠπάτησάς με κύριε, καὶ ἠπατήθην. παραπλήσιον ταύτῃ τῇ διηγήσει ἀπεδίδου καὶ ἐν τῷ Ἠσαΐᾳ. κἀκεῖνος γὰρ οὐκ εἰδὼς τί μέλλει προστάσσεσθαι λέγειν τῷ λαῷ, ἤκουε τοῦ θεοῦ κατὰ τὰ γεγραμμένα, λέγοντος· τίνα ἀποστείλω, καὶ τίς πορεύσεται πρὸς τὸν λαὸν τοῦτον; ὁ δέ φησιν ἀπεκρίνατο. ἰδοὺ εἰμί, ἀπόστειλόν με. ἀκούει. πορεύθητι, καὶ εἰπὸν τῷ λαῷ τούτῳ. ἀκοῇ ἀκούσετε, καὶ οὐ μὴ συνῆτε. καὶ βλέποντες βλέψετε, καὶ οὐ μὴ ἴδητε. ἐπαχύνθη γὰρ ἡ καρδία τοῦ λαοῦ τούτου. καὶ τὰ ἑξῆς. ἐπεὶ οὖν μὴ εἰδὼς ὃ μέλλει προφητεύειν, καὶ ὅτι μέλλει ἀπειλεῖν τῷ λαῷ τοιάδε, εἶπεν. ἰδοὺ ἐγώ εἰμι, ἀπόστειλόν με. διὰ τοῦτό φησιν ἐν τοῖς ἑξῆς φωνὴ λέγοντος. βόησον. ὁ δὲ οὐκ ἀπεκρίνατο, ὡς πρόθυμος ποιῆσαι τὸ προστεττόμενον, ἀλλ' εἶπε. τί βοήσω; εὐλαβεῖτο γάρ, μήποτε πάλιν ἀκούσῃ, ὡς ἐπὶ τῆς προτέρας προφητείας. πορεύθητι, καὶ εἰπὸν τῷ λαῷ τούτῳ. ἀκοῇ ἀκούσετε, καὶ οὐ μὴ συνῆτε. τί οὖν βοήσω; πᾶσα σὰρξ χόρτος, καὶ πᾶσα δόξα αὐτῆς ὡς ἄνθος χόρτου. καὶ τὰ ἑξῆς. οὐδὲν ἤκουσεν ἐν τούτοις κατὰ τοῦ Ἰσραήλ. ταῦτα ἔλεγεν ἡμεῖς ἐκείνους παραδοὺς τὸ ἠπάτησάς με κύριε καὶ ἠπατήθην. ἐγὼ δὲ εὔχομαι, ἃ λαμβάνω ἀπὸ τῶν διδόντων μὴ τηρῆσαι μόνα, μὴ δὲ κατορύξαι τὸ τάλαντον τῶν λεγόντων μοι εἰς τὴν γῆν, μηδὲ τὴν μνᾶν τῶν διδασκόντων τι χρήσιμον ἀποθῆσαι ἐν σουδαρίῳ, ἀλλὰ πλεονασμὸν ποιῆσαι τῶν μαθημάτων, ὧν λαμβάνω ἀπὸ τοῦ παραδόντος, καὶ δυναμένου παραδοῦναι χρήσιμα. εὔχομαι τὴν μνᾶν εἴτε εὐαγγελίου, εἴτε ἀποστόλου, εἴτε προφήτου, εἴτε νόμου, ποιῆσαι πολλαπλασίονα. ταῦτ' οὖν ἀκούσας ἐσκόπουν κατ' ἐμαυτὸν περὶ τοῦ, ἠπάτησάς με κύριε, καὶ ἠπατήθην. καὶ σκοπῶν εὔχομαι εὑρίσκειν τι εἰς τὸν τόπον ἀληθές. μήποτε οὖν ὡς πατὴρ υἱὸν ἔτι νήπιον ὄντα ἀπατᾶν ἐπὶ συμφέροντι βούλεται, οὐκ ἄλλως δυνάμενον ὠφεληθῆναι, ἐὰν μὴ ὁ παῖς ἀπατηθῇ. ὡς ἰατρὸς ἀπατᾶν τὸν κάμνοντα πραγματεύεται, μὴ δυνάμενον θεραπευθῆναι, ἐὰν μὴ ἀπάτης παραδέξηται λόγους. οὕτω καὶ ὁ τῶν ὅλων θεὸς ἐπεὶ προκείμενον ἔχει ὠφελῆσαι τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος; λεγέτω ὁ ἰατρὸς τῷ κάμνοντι. τμηθῆναί σε δεῖ; καυτηριασθῆναί σε δεῖ, ἄλλα χαλεπώτερα παθεῖν σε δεῖ. οὐκ ἂν παράσχοιεν ἑαυτὸν ἐκεῖνος. ἀλλ' ἐνίοτε ἄλλο λέγει, καὶ ἔκρυψεν ὑπὸ τὸν σπόγγον ἐκεῖνο τὸ τέμνον, τὸ διαιροῦν σιδήριον. καὶ πάλιν κρύπτει, ἵν' οὕτως ὀνομάσω, ὑπὸ τὸ μέλι τὴν τοῦ πικροῦ φύσιν, καὶ τὸ ἀηδὲς φάρμακον, βουλόμενος οὐ βλάψαι, ἀλλ' ἰάσασθαι τὸν θεραπευόμενον. τοιούτων φαρμάκων πεπλήρωται ὅλη ἡ θεία γραφή. καὶ τινὰ μέν ἐστι χρηστὰ κρυπτόμενα, τινὰ δέ ἐστι πικρὰ κρυπτόμενα. ἐὰν ἴδῃς πατέρα ἀπειλοῦντα, ὡς μισοῦντα τὸν υἱόν, καὶ λέγοντα τῷ υἱῷ φοβερά, καὶ μὴ ἐπιδεικνύμενον τὴν φιλοστοργίαν, ἀλλὰ κρύπτοντα τὴν ἀγάπην τὴν πρὸς τὸν υἱόν, ὄψει ὅτι ἀπατᾶν βούλεται τὸ νήπιον. οὐ γὰρ συμφέρει τῷ υἱῷ τὸ ἐπίστασθαι τὴν ἀγάπην τοῦ πατρός, τὴν προαίρεσιν τὴν

A igitur aliud expectauit, & aliud euenit propterea inquit. (*Decepiſti me Domine & deceptus ſum.*) Narrationi huic non abſimile quid in Iſaiæ quoque verbis aſſignabat. Nam & ille neſciens quid ſibi præcipiendum eſſet, vt ad populum referret, audiebat Deum, vt ſcriptum eſt, dicentem. [a] *Quem mittam? & quis proficiſcetur ad populum hunc?* ille verò reſpondit, inquit, *Ecce me, mitte me*, & audit. *Ambula, & dic populo huic,* B *Auditu audietis, & non intelligetis, & videntes videbitis, & non perſpicietis incraſſatum eſt enim cor populi huius*, & quæ ſequuntur. Quoniam igitur ignorabat quid eſſet vaticinaturus, & quod minaturus eſſet populo; dixit. *Ecce ego ſum, mitte me*: ideo inquit in his quæ ſequuntur dicente [b] *clama*, ille non reſpondit, tamquam paratus iuſſa exequi; Sed dixit, *quid clamabo?* Etenim timebat ne rurſus audiret ſicut & in priori vaticinio. *Vade, & dic populo huic, auditu audietis, & non* C *intelligetis. Quid* itaque *clamabo? Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius veluti flos fœni*, & quæ ſequuntur, nihil hîc audiuit contra Iſraelem. Hæc nobis ille dicebat tamquã tradita in illud (*Decepiſti me Domine, & deceptus ſum.*) Ego verò opto, quæ ab aliis tradita recipio minimè ſola conſeruare, neque talentum [c] eorum, qui mihi aliquid verbis conſignant, in terram defodere: neque [d] minam futile quid docentium in D ſudario colligare, ſed multiplicare quæ didici, quæ à tradente, & vtilia tradere potente accipio, opto minæ, ſiue ſit Euangelij, ſiue Apoſtoli, ſiue Prophetæ, ſiue legis, additamenta facere. Hæc itaque cùm audiſſem, mecum ipſe cogitabam de eo. (*Decepiſti me Domine, & deceptus ſum,*) & vtinam cogitanti reperire aliquid veri contingat in iſtum locum. Numquid ergo tamquam pater filium adhuc infantem decipere vtiliter vult, quia ille aliter vtilitatem capere E non poteſt, ni decipiatur: tamquã medicus decipere ſtudet infirmum, qui aliâ ratione curari non poteſt, ni deceptionis ſermones admittat; ita facit & omnium Deus, cùm illi propoſitum ſit genus humanum adiuuare? Dicat medicus ægroto, Secandus es, vrẽdus es, alia tibi atrociora ſubeunda sũt: nonne ſe ille medico dabit curandum. Sed interdum alia dicens ſubtus ſpongiã illud ſecans diuidenſque ferrũ celauit, & rurſus celat, vt ita nominem, ſub melle amari naturam, & iniucundũ, pharmacumque volens non afferre nocumentũ, ſed curare infirmum. Talibus remediis vniuerſæ Sacræ literæ ſcatent, & quædam ſanè ſunt bona latentia, quædam verò amara latentia. Si videris patrem minas iactantem, quaſi proſequentem odio filium, horribileſque voces mittentem, neque inſitum amorem erga eum præferẽtem, ſed paterna viſcera obtegentem, videbis hoc illum velle, vt filiũ decipiat. Non enim conducit filio paternũ ſcire amorem,

45 *Deceptũ inſigni ſuauique ratione à Deo Iſaiã ad denuncianda mala Iudaico populo: iuxta traditionem Hebraicam.*

a Iſai. 6. 8.

b Iſai. 40. 6.

46 *Scripturæ ex perceptis ab aliis ſenſibus, eruendi ſenſus alij.*

c Matth. 25. 25.

d Luc. 19. 20.

Decipit nos Deus ad ſalutem, vt pater filio paruulo minitãs: atque vt medicus ægroto occultãs quod amari porrigere vult medicaminis, aut ferrum inciſioni neceſſarium.

47 *Decipit ſalubriter nos Deus ob[illegible] bona, & aliquando occultans mala.*

τὴν φιλικήν. ἐκλυθήσεται γάρ, καὶ οὐ παιδευθήσεται. διὰ τοῦτο κρύπτει μὲν τὸ γλυκὺ τῆς φιλοστοργίας, δείκνυσι δὲ τὸ πικρὸν τῆς ἀπειλῆς. τοιοῦτόν τι ποιεῖ ἐκ τοῦ ἀνάλογον πατρὶ καὶ ἰατρῷ ὁ Θεός. ἔστι πικρά τινα, ἃ καὶ τὸν δικαιότατον μέν ἐστι, καὶ τὸν σοφώτατον. πάντα γὰρ τὸν ἁμαρτήσαντα ἐπὶ ταῖς ἁμαρτίαις κολασθῆναι δεῖ. μὴ πλανᾶσθε θεὸς οὐ μυκτηρίζεται. εἴτε πόρνος, εἴτε μοιχός, εἴτε μαλακός, εἴτε ἀρσενοκοίτης, εἴτε κλέπτης, εἴτε μέθυσος, εἴτε λοίδορος, εἴτε ἅρπαξ, βασιλείαν θεοῦ οὐ κληρονομήσουσι. τοῦτο ἐὰν νοηθῇ, καὶ ἀκριβωθῇ ὑπὸ τῶν μὴ δυναμένων ἰδεῖν τὸ ἰατρικὸν σίδηρον ὑπὸ τὸν σπόγγον, ὑπὸ τῶν μὴ δυναμένων τὸ πικρὸν φάρμακον ὑπὸ τὸ μέλι, ἐκκακήσει τις. τίς γὰρ ἡμῶν οὐ σύνοιδεν ἑαυτῷ πίνοντι οὐ μετὰ βουλῆς καὶ μεθυσθέντι, τίς ἡμῶν καθαρεύει ἀπὸ κλοπῆς, καὶ ἀπὸ τοῦ μὴ πεπορικέναι τὰ ἐπιτήδεια δεόντως; ἀλλ' ὅρα, τί λέγει ὁ λόγος. μὴ πλανᾶσθε, ὅτι οὔτι βασιλείαν θεοῦ οὐ κληρονομήσουσι, τὸ κατὰ τὸν τόπον μυστήριον κεκρύφθαι δεῖ, ἵνα μὴ ἐκκακήσῃ ὁ πολύς. ἵνα μὴ μαθὼν τὰ πράγματα, προσδοκήσῃ τὴν ἔξοδον, οὐχ ὡς ἀνάπαυσιν, ἀλλ' ὡς κόλασιν, ἢ τίς εὑρεθήσεται Παῦλος, ὁ δυνάμενος λέγειν. κάλλιον γὰρ ἀναλῦσαι, καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι; ἐγὼ δὲ οὐ δύναμαι τοῦτο λέγειν. οἶδα γὰρ ὅτι ἐὰν ἐξέλθω, τὰ ἐμὰ ξύλα καυθῆναι ἐν ἐμοὶ δεῖ. ξύλα δὲ ἔχω τὰς λοιδορίας, ξύλα ἔχω τὰς μέθας, ξύλα τὰς κλοπάς, καὶ ἄλλα μυρία ξύλα ἐπῳκοδομησάμην τῇ οἰκοδομῇ. ὁρᾷς, ὅτι ταῦτα πάντα λανθάνει τοὺς πολλοὺς τῶν πεπιστευκότων; καὶ καλῶς λανθάνει. καὶ ἕκαστος ἡμῶν οἴεται, ὅτι μὴ εἰδωλολάτρησεν, ἐπεὶ μὴ πεπόρνευκεν. εἴθε κἂν ἐπὶ τῶν τοιούτων καθαρεύωμεν ὅτι ἀπαλλαγεὶς τοῦ βίου σωθήσεται. οὐ βλέπομεν, ὅτι τοὺς πάντας ἡμᾶς παραστῆναι δεῖ ἔμπροσθεν τοῦ βήματος τοῦ Χριστοῦ, ἵνα κομίσηται ἕκαστος τὰ διὰ τοῦ σώματος πρὸς ἃ ἔπραξεν, εἴτε ἀγαθόν, εἴτε φαῦλον. οὐ βλέπομεν τὸν εἰρηκότα. πλὴν ὑμᾶς ἔγνων ἐκ πάντων τῶν φυλῶν τῆς γῆς διὰ τοῦτο ἐκδικήσω ἐφ' ὑμᾶς ἐπὶ πάντα τὰ ἐπιτηδεύματα ὑμῶν. οὐχὶ τινὰ μέν, τινὰ δὲ οὔ. ἐπεὶ τοίνυν ὁ ἰατρὸς ἐνίοτε ἀποκρύπτει τὸν ἰατρικὸν σίδηρον ὑπὸ τὸν ἀπατηλὸν καὶ τρυφερὸν σπόγγον, κρύπτει δὲ καὶ ὁ πατὴρ τὴν φιλοστοργίαν διὰ τῆς ἐκφράσεως τῆς ἀπειλῆς. καὶ αἱ ἀπάται αἱ μὲν ἀφαιροῦσι τὰ στεατώματα, καὶ τοὺς κιρσούς, καὶ εἴ τι ἄλλο βλάπτει τῆς τοῦ σώματος κατασκευῆς. ἡ δὲ περιαιρεῖ τὴν ἀπαιδευσίαν, καὶ τὴν χαύνωσιν. τοιοῦτον δέ τι νενόηκε ποιεῖν τὸν θεὸν ὁ προφήτης μυστικῶς, καὶ λέγει ἰδὼν ἃ ἠπάτηται ὑπὸ τοῦ θεοῦ ἐπὶ καλῷ. καὶ λέγει. ἠπάτησάς με κύριε, καὶ ἠπατήθην. ἤγαγεν αὐτὸν ἐπὶ || τὴν τηλικαύτην. ἔστιν οὖν ἐξαιτῆσαι, καὶ εἰπεῖν τῷ θεῷ. ἀπάτησόν με, εἰ τοῦτο συμφέρει. ἄλλη γὰρ ἡ ἀπάτη ἡ ἀπὸ τοῦ θεοῦ, ἄλλη ἡ ἀπάτη ἡ ἀπὸ τοῦ ὄφεως. ὅρα τί λέγει ἡ γυνὴ τῷ θεῷ. ὁ ὄφις ἠπάτησέ με, καὶ ἔφαγον. καὶ ἡ μὲν ἀπάτη ἡ ἀπὸ τοῦ ὄφεως ἐξέβαλε τὸν Ἀδὰμ καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ παραδείσου τοῦ θεοῦ, ἡ δὲ

|| ἴσ. ἀπάτη τηλικαύτη.

A voluntatis affectum; ita enim dissoluetur non erudietur. Propterea tegit quidē suauitatem amoris paterni, minarū verò pandit amaritudinem: hisce patris & medici motibus proportione respondēt quæ Deus agit: sunt quædam amara, quæ & iustissimum, atque sapientissimum sanitati restituūt: omnis enim, qui peccauerit supplicij reus est. [a] *Nolite errare, Deus non irridetur;* [b] *siue scortator, siue adulter, siue effeminatus, siue masculorum* B *amori studens, siue fur, siue vinolentus, siue detractor, siue rapax regnum Dei non hæreditabunt.* Hoc si intellectum, diligenterque cōsideratum fuerit ab his qui medici ferrum sub spongia conditū conspicere nequeūt, aut sub melle pharmacum amarū, respuet quispiam & non feret. Quis enim nostrûm sibi non est conscius inconsultæ potationis, & ebrietatis? quis nostrûm purus est à furto, aut necessaria sibi iustè comparauit? Sed perpende, quid sermo dicat, [c] *Nolite errare,* C *hi regnum Dei non hæreditabunt.* Arcanum huius loci clam esse oportet, ne vulgus desperet: ne cognitā re, mortem expectet nō vti requiem, sed vt pœnam. Nam quis alter Paulus erit qui dicere queat. [d] *Melius enim dissolui & esse cum Christo?* Ego quidem id effati nequeo: scio enim si ex hac vita migrē, mea ligna in memet comburenda fore: ligna verò habeo obtrectationes, ligna ebrietates, ligna furta, sexcētaque alia ligna D quæ super ædificium construxi. Vides hæc omnia multos fideles latêre? Et benè latēt, & vnusquisque nostrûm putat quòd idolis cultum non exhibuerit, quòd fornicatus non fuerit, (Vtinam in his saltem puri simus) se, vt ex hac vita excessit, saluū fore. Neque consideramus, nobis [e] *omnibus standum esse ante tribunal Christi, vt vnusquisque ferat iuxta actiones quas corpore præstitit, siue bonum siue malum:* neque attendimus dicenti. E [f] *Verumtamen vos cognoui ex omnibus tribubus terræ, ideo vlciscar super vos, super omnia studia vestra.* Non hæc quidem, illa verò non. Quoniam igitur medicus quandoque ferrum occultat sub fraudulēta illa mollique spongia, occultat & Pater beneuolentiam minarum iactationem; Deceptionúmque, hæ quidem tumores, & varices, & si quid aliud corporis structuræ noxium est; illæ verò ignorantiam & mollitiem animi tollunt, & tale quippiam Propheta Deum agere mysticè intellexit, videns vt fuerit à Deo vtiliter deceptus, ait, (*Decepisti me Domine, & deceptus sum.*) Duxit illum tali deceptione. Licet precari, Deoque dicere. Decipe me, si id conducit. Alia quippe deceptio est quæ à Deo, & alia quæ à Serpente fit. Vide quid Deo mulier dicat. [g] *Serpens decepit me, & manducaui,* Et deceptio. quidem à Serpente eiecit Adam, & vxorem eius è Paradiso Dei, at de

a Gal. 6. 7.
b 1. Cor. 6. 9.

c 1. Cor. 6. 9.
Cautè hæc accipe pro prudenti ac leni agendi ratione cum pusillanimi, & facili vt decidat in desperationē.

d Phil. 1. 23.
Ligna varia quæ super ædificiū in hac vita cōstruimus, sūt peccata quæ admittimus diuersæ speciei.

e 2. Cor. 5. 10.

f Amos. 3. 2.

Deceptio Dei salubris optanda.

48

Deceptionis quæ à Deo, & eius quæ à Diabolo discrimen.

g Gen. 3. 13.
Deceptio diaboli eiecit hominem è Paradiso Dei.

ἡ δὲ ἀπάτη ἡ γενομένη τῷ προφήτῃ εἰπόντι· ἠπάτησάς με κύριε, καὶ ἠπατήθην· ἤγαγεν αὐτὸν ἐπὶ τὴν τηλικαύτην τῆς προφητείας χάριν, ἐπὶ τὸ αὐξῆσαι ἐν αὐτῷ τὴν δύναμιν, ἐπὶ τὸ τελειωθῆναι αὐτόν, καὶ δυνηθῆναι ὑπηρετήσασθαι, μετὰ τοῦ μὴ φοβεῖσθαι ἄνθρωπον, τῷ βουλήματι τοῦ λόγου τοῦ θεοῦ. ταῦτα μὲν οὖν καὶ ἡμεῖς νοοῦντες, καὶ ἐπὶ τοῦ παρόντος, || καὶ εὐξώμεθα ἀπατᾶσθαι ὑπὸ τοῦ θεοῦ, μόνον μὴ ὁ ὄφις ἀπατησάτω ἡμᾶς. καὶ ἀλλαχοῦ τούτῳ συγγενὲς γέγραπται, ὅτι εἴρηται ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ· κύριος γὰρ ἐκέρασεν αὐτοῖς πνεῦμα πλανήσεως. ἐπιζητήσεις κἀκεῖ, τί ποιεῖ τὸ πνεῦμα τῆς πλανήσεως κιρνάμενον ἀπὸ τοῦ θεοῦ. καλῶς δέ, ὅτι οὐκ ἄκρατον δέδωκεν ὁ Θεὸς τὸ πνεῦμα τῆς πλανήσεως, ἀλλ' ὡς ὠνόμασεν ὁ προφήτης, ἐκέρασεν αὐτοῖς. παρακινδυνεῦσαι θέλω, καὶ παράδειγμα δεῖξαι ὠφελημένων ἠπατημένων. εἰσί τινες οἱ διὰ τοῦτο ἀσκοῦντες ἁγνείαν καὶ τὴν καθαρότητα. καὶ ἄλλοι, οἱ διὰ τοῦτο ἀσκοῦσι τὴν μονογαμίαν, ἐπεὶ προσεδόκησαν ἀπόλλυσθαι τὸν συνουσιάσαντα γαμικῶς, || ἀπόλλυσθαι τὸν διγαμήσαντα. συγκρινόμενοι καθ' ἑαυτούς, ὅτι λυσιτελεῖ τῷ μονογάμῳ ἠπατῆσθαι, καὶ οἴεσθαι κολάζεσθαι, καὶ αἰωνίῳ κολάσει παραδίδοσθαι τὸν δίγαμον, ἵνα μείνῃ μονόγαμος καὶ καθαρά, ἢ γνῶναι τὸ ἀληθὲς καὶ διγαμῆσαι. νομίζω, οὑτινοσοῦν βλέποντος τὸ ἀκόλουθόν ἐστιν εἰπεῖν, ὅτι μακαριώτερον μὲν ἦν τὸ καθαρεύειν, καὶ μὴ διγαμεῖν μὴ ἠπατημένην· καὶ ὁρᾶν, ὅτι μετέχει μὲν σωτηρίας τινὸς καὶ ἡ δίγαμος, οὐ μὴν τοσαύτης μακαριότητος, ὅσης παρὸν διγαμεῖν καθαρεύσασα. εἰ δὲ μὴ δύναται τοῦτο, βέλτιον τὸ ἠπατῆσθαι ὡς ἀπολλυμένων διγάμων, καὶ διὰ τὴν ἀπάτην καθαρεύειν, ἢ τὸ ἀληθὲς ἐγνωκέναι, καὶ ἐν ἐλάττονι γεγονέναι τῷ τῶν διγάμων τάγματι. τοιοῦτον τι εὑρήσεις καὶ ἐπί τινων ἀσκούντων τὴν ἁγνείαν, καὶ τὴν καθαρότητα τὴν παντελῆ. πολλὰ δ' ἂν καὶ ἄλλα εὑρεθείη κατὰ ἀπάτην ὑφ' ἡμῶν γινόμενα, καὶ ὠφελοῦντα ἡμᾶς. πόσοι δὲ νομιζόμενοι σοφοί, εὑρόντες τὸ περὶ κολάσεως ἀληθές, καὶ διελθόντες δῆθεν τὰ τῆς ἀπάτης, ἐν χείρονι γεγόνασι βίῳ· ἐλυσιτέλει αὐτοῖς φρονεῖν ὡς ἐφρόνουν πρότερον περὶ τοῦ, ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτήσει· καὶ ὅτι τὸ πῦρ αὐτῶν οὐ σβεσθήσεται, καί, ὅτι ἔσονται εἰς ὅρασιν πάσῃ σαρκί· καί, ὅτι τὸ ἄχυρον κατακαυθήσεται πυρὶ ἀσβέστῳ. ἐὰν δὲ ἄλλο τι φαντασθέντες παρὰ τὴν πρώτην αὐτῶν, ἐν οἷς μέλλουσι τοῦ πλούτου τῆς χρηστότητος τοῦ Θεοῦ· καὶ τῆς ἀνοχῆς, καὶ τῆς μακροθυμίας καταφρονεῖν, ὅρα εἰ μὴ ἀληθῶς διὰ τοῦτο, ἐπεὶ μὴ ἔδοξαν ἠπατῆσθαι, ἐθησαύρισαν αὐτοῖς ὀργὴν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς, καὶ ἀποκαλύψεως, καὶ δικαιοκρισίας τοῦ θεοῦ, οὐκ ἂν θησαυρίσαντες, εἰ ἠπατήθησαν. ταῦτα διὰ τὴν ἀπὸ τοῦ θεοῦ ἀπάτην ἐπεὶ εἶπεν ὁ προφήτης, ἠπάτησάς με κύριε, καὶ ἠπατήθην. παρέλθωμεν δὲ ἰδίᾳ καὶ τό, ἠπατήθην. διατί οὐκ εἶπε μόνον τό, ἠπάτησάς με κύριε, ἀλλὰ προσέθηκε καὶ τό, ἠπα-

|| Videtur deesse aliquid (καὶ ἐπὶ τὰ τα φόνης, καὶ εἰς τὸ μέλλον,) vel aliquid ſimile.

|| ἐν τῷ ἀπόλλυσθαι.
|| τῷ.

A at deceptio quam Propheta paſſus eſt dicens (*Decepiſti me Domine & deceptus ſum,*) duxit illum in tantam Prophetiæ gratiam, in ſui roboris incrementum, ad perfectionem, & vt miniſterium præſtare poſſet voluntati verbi Dei, nullo retrahente hominis timore. Hæc igitur & nos intelligentes optemus à Deo decipi & nunc & in poſterum. Tantùm ſerpens nos non decipiat, Et quod in Iſaia legitur Simile huic eſt. [a] *Dominus enim miſcuit illis ſpiritum erroris.* B Quæres & ibi, Quid ſpiritus erroris agat, qui à Deo miſcetur, & bene quòd non meraculum dedit Deus Spiritum erroris, ſed vt appellauit Propheta, *miſcuit illum.*

Deceptio Dei euexit Ieremiam ad perfectionis, & roboris ſpiritualis culmẽ.

a Iſai. 19. 14.

49 Afferam, etſi audacter, exemplum eorum, quibus deceptio vtilitati fuit. Sunt qui per ſe caſtitatem puritatémque ſeruant, & alij qui propterea monogami ſunt, quia ſecundas nuptias exiſtimant damnabiles: comparamus inter ſe illos; quoniam monogamæ conducit decipi, dum putat C bigamam damnandam, & pœnis æternis afficiendam, vt maneat monogama, & pura; quàm rei veritatem agnoſcere, & bigamam fieri, Arbitror cuiuſcúmque iudicio quod ſequitur videntis dici poſſe; Beatius quidem eſſe puritatem ſeruare, nec iterato matrimonio vti non deceptam; & cognoſcere aliquam etiam ſalutem eſſe bigamę, non tamen tantam beatitudinem, quanta eſt potentis, ſed puram ſe à bigamia ſeruantis. Quòd ſi non poteſt hoc, ſatius eſt decipi; proinde, quaſi bigami pereant, & deceptam puritati opera nauare D quàm veritate agnitâ in inferiorem deſcendere bigamorũ locum. Tale quippiam reperies, & inter aliquos qui caſtitatem colunt, & perfectam puritatem; multa item alia reperies, quæ à nobis fiunt, deceptis quidem, ſed ad vtilitatem. Quot porrò viri inter ſapientes habiti cognitâ veritate de pœnis inferni, & deceptione reiectâ, vitiorum vitam amplexati ſunt, vtilius erat illis ſentire, vt priùs ſentiebant de illo; [b] *Vermis eorum non morietur;* E *& ignis eorum non extinguetur, & erunt in aſpectu omni carni,* & [c] *Palea comburetur igne inextinguibili.* Sed aliud quiddam cogitantes, quàm antea cogitarent, & proinde contemnentes diuitias bonitatis Dei, & patientiæ, & longanimitatis, vide an non verè propter hoc, quia viſi ſunt non decipi,[d] theſaurizent ſibi iram in die iræ, & reuelationis, & recti Dei iudicij, nequaquam theſauriſaturi. Si decepti eſſent. Et hæc de ſeductione à Deo; quoniam Propheta dixit, (*Decepiſti me Domine, & deceptus ſum.*) Agamus quoque peculiariter de illo (*Deceptus ſum.*) Quare non ſolùm dixit. (*Decepiſti me,*) ſed adiunxit, (*Et deceptus ſum*) Cogitare poſſumus

Cautè hæc accipe, vt dicta tantum in exaggerationem contra bigamiam. In rigore enim haud vera eſt iſta Origenis aſſertio; Non negãdum tamen ex conſcientia erronea boni aliquid cauſari poſſe, tuncque quoad bonum illud, errorem, & deceptionem illam dici ſalubrem.

Error Origenis infernalium pœnarũ æternitatem negantis, dãnatus in Quinta Synodo Anathemate nono.

b Marc. 9. 45. Iſai. 66. 24.
c Matt 3. 12.
d Rom. 2. 5.

ἠπατήθην; ἔστιν ἐνίοτε ἐπινοῆσαί τι ἐνεργοῦντα || τὴν ἀπάτην, ἄλλον δὲ φυλασσόμενον ἀπατηθῆναι, καὶ οὐκ ἀπατώμενον. ὅταν δὲ ὁ μὲν ἐνεργήσῃ τὸ ἀπατᾶν, ὁ δὲ μὴ φυλάξηται τὸ ἀπατηθῆναι, ἀλλ' ἐμπέσῃ εἰς τὴν ἀπάτην, εἴποι ἄν, ἠπάτησάς με κύριε, καὶ ἠπατήθην. ἐγὼ δὲ γενόμενος κατὰ τὸν τόπον, καὶ τοιαῦτά τινα εἴποιμι; ὃ ἐὰν λέγῃ μοι ὁ ὄφις, κἂν ἀληθῆ μοι λέγῃ, κἂν ἀπατᾶν με θέλῃ, ὑφορῶμαι αὐτοῦ τοὺς λόγους, πειθόμενος, ὅτι εἴτε ἀπατᾷ με, εἴτε ἀληθεύει, βλάπτει με. καὶ ἡ ἀλήθεια γὰρ αὐτοῦ βλάπτει. οὐδὲν ὠφέλιμον ἀπὸ τοῦ ὄφεως γίνεται. ἐπεὶ μὴ δύναται δένδρον πονηρὸν καρποὺς ἀγαθοὺς ἐνεγκεῖν. ὃ ἐὰν δὲ λέγῃ μοι ὁ θεὸς, καὶ πείθωμαι ὅτι Θεὸς ἐστὶν ὁ λέγων, ἕτοιμός εἰμι παρέχειν ἐμαυτόν. ἀληθεύει; δέχομαι. ἀπατᾶν με βούλεται; ἑκὼν ἀπατῶμαι θεός με μόνος ἀπατάτω. καὶ ἐπεὶ παρέχω ἐμαυτὸν, πειθόμενος θεὸν εἶναι τὸν λέγοντα, καὶ ἀπατᾶσθαι, καὶ οὐ περιεργάζομαι, θέλω ἀπατώμενος μὴ ὑπ' ἄλλου ὑπὸ τοῦ θεοῦ ἀπατηθῆναι. διὰ τοῦτο λέγω, οὐ μόνον σὺ ἐνήργησας τὸ ἀπατᾶν, ἀλλ' ὅτι κἀγὼ πέπονθα τὸ ὑπὸ σοῦ ἀπατᾶσθαι. καὶ κατὰ τοῦτο λέγω, ἠπάτησάς με κύριε, καὶ ἠπατήθην. τί δὲ ἀκολουθεῖν τοῦ τὸ θεὸν εἶναι ἀπατῶντα, καὶ ἄνθρωπον εἶναι τὸν ἀπατώμενον; ἐκράτησας, καὶ ἠδυνάσθης. τότε με κρατεῖ, ἐάν με κατ' ἀρχὰς ἔτι νήπιον ἐν χριστῷ ἀπατήσῃ; καὶ κρατῆσαι δύναται. ἐὰν δὲ μὴ κρατήσῃς, τότε μοι χρεία πόνων. ἐκράτησας, καὶ ἠδυνάσθης. ἑξῆς τούτοις λέγει. ἐγενόμην εἰς γέλωτα, πᾶσαν ἡμέραν διετέλεσα μυκτηριζόμενος. Καὶ εἰς τοῦτον τὸν τόπον ταῦτα ἤκουον, ὅτι Ἱερεμίας γέγονεν κατὰ χρόνους ἁμαρτωλοτάτων. ἐπ' αὐτοῦ οὖν γέγονεν ἡ αἰχμαλωσία. καὶ οὕτως ἦσαν ἁμαρτωλοὶ, ὥστε μυκτηρίζειν, καὶ γελᾶν, καὶ χλευάζειν, εἴποτε ὁ προφήτης τὸ προοίμιον ἔλεγε τὸ προφητικὸν, τὸ, τάδε λέγει κύριος. ἐγέλων οἱ ἀκούοντες, καὶ ἐμυκτήριζον τὰ λεγόμενα. ἐφυλάξατο εἰπεῖν τὸ, τάδε λέγει κύριος, ὁ ἀπατηθεὶς, καὶ ὠφεληθεὶς ἐκ τοῦ ἀπατᾶσθαι. διὸ καὶ αὐτὸς βουλόμενος ἀπατᾶν ἐπὶ τῷ ὠφελεῖσθαι, ἐκ τοῦ ἀπατᾶν ἔλεγεν, ὅτι ἐμοὺς ὑμῖν λαλῶ, ἐπεὶ οὐκ ἀκούετε τοὺς τοῦ κυρίου λόγους. εἶτα ἐκεῖνοι παρεῖχον τὰς ἀκοὰς, ὡς λόγοις Ἱερεμίου, καὶ ἤκουον λόγων θεοῦ, ταῦτα δὲ μοι ἔλεγεν ὁ παραδιδούς μοι τὸν τόπον, ἐξετάζων τὰ προοίμια καὶ τὰς ἀρχὰς τῶν προφητειῶν. ἔστι τοίνυν καὶ ἀρχὴ τῆς προφητείας Ἱερεμίου παρὰ μὲν ἡμῖν, ὡς οἱ ἑβδομήκοντα παραδεδώκασιν, οὐκ οἶδ' ὅτι σκοπήσαντες, τὸ ῥῆμα τοῦ θεοῦ ὃ ἐγένετο ἐπὶ Ἱερεμίαν τὸν τοῦ χελκίου ἐκ τῶν ἱερέων. ἐν δὲ τῷ ἑβραϊκῷ καὶ ταῖς λοιπαῖς ἐκδόσεσι, λόγοι Ἱερεμίου υἱοῦ χελκίου. καὶ πάντες συνεφώνησαν τῷ εἰπεῖν, λόγοι Ἱερεμίου υἱοῦ χελκίου. διὰ τί οὖν, λόγοι Ἱερεμίου; ἐπειδὴ πρὸς τὸ προοίμιον αὐτῷ ἐν τῷ λέγειν, πρὸς τοὺς μὴ βουλομένους ἀκοῦσαι λόγων, ἀκούσατέ μου τοὺς λόγους. Καὶ

mus aliquem aliquid agentem ad decipiendum, sed alium cautè se gerentem, ne decipiatur, qui etiā non decipitur. Quando autem ille quidem deceptionem parauerit alter verò sibi non cauerit, sed in deceptionē inciderit, dicere potest, (*Decepisti me Domine, & deceptus sum.*) Ego porrò quū locum hunc attigerim, hæc quoque addiderim. Quicquid mihi serpens dicat, siue is vera dicat, siue decipere velit, suspectos habeo sermones eius: cùm persuasum habeam, illum siue veritati, siue deceptioni studeat, mihi nociturum: Nam & Veritas eius noxia est. Nulla prouenit à Serpente vtilitas [a] *cùm arbor mala bonos fructus ferre non possit.* Quicquid verò Deus mihi dicat, certúmque sit Deum esse qui dicit, paratus sum me ipsum dedere. Vera dicit? suscipio. Decipere me vult? sponte decipior; Deus me tantùm decipiat: & quia me ipsum trado, persuasum habens Deum esse loquentem, & decipi volo, nec curiosiùs exquiro. Volo cùm decipior, à nullo alio, sed à Deo decipi. Idcirco dico; non solùm tunc deceptionem operatus es, sed ego etiam admisi deceptionem. Et hoc sensu dico. (*Decepisti me Domine, & deceptus sum.*) Quid porrò sequitur ex eo quòd Deus decipiat, & homo decipiatur? (*obtinuisti, & potuisti.*) Tunc me fortior est si ab initio adhuc infantem in Christo deceperit; & inualescens potest. Quòd si non eris fortior, tunc laboribus mihi opus est (*obtinuisti, & inualuisti.*)

His Deinceps addit, (*Factus sum in derisum, totâ die perseueraui subsannatus.*) Et in hunc locum hæc audiui, Ieremiam fuisse temporibus iniquissimorū hominum, nam & sub ipso captiuitatem accidisse: & eò iniquitatis deuenisse, vt subsannarent, deriderentque, & haberent ludibrio, si quando Propheta Proœmiū adhibebat propheticum illud, Hæc *dicit Dominus*, ridebant Auditores, & quæ dicebantur subsannabant. Abstinuit nec dixit; *Hæc dicit Dominus*: ille qui deceptus fuerat, perque seductionem, vtilitate affectus. Quare & ipse decipere cupiens ad vtilitatem, decipiendo aiebat, meos sermones dico vobis quādo sermones Domini non attenditis. Illi verò præbebant aures tanquam sermonibus Ieremiæ, & verba Dei audiebant. Hæc mihi dicebat, qui locum enarrabat, examinans præmia & prophetiarum initia. Est itaque & initium prophetiæ Ieremiæ apud nos quidem, vt septuaginta tradiderunt, nescio ad quem finem, [b] *Verbum Dei quod factum est ad Ieremiam filium Chelciæ de Sacerdotibus*: at in textu Hebraico, cæterisque editionibus; *Verba Ieremiæ filij Chelciæ*: omnesque assenserunt, quod dictum esset, *Verba Ieremiæ filij Chelciæ*. Sed cur, *Verba Ieremiæ*? Quoniam ad eos qui sermonem audire nolebant, exordium illi fuit; *Audite sermones meos.* Et

Diabolus semper nobis despectus cautius ne ab illo decipiamur.

Diaboli & veritas noxia est.

a Matt. 7. 18.

Deceptio cùm à Deo esse dignoscitur, libenter decipi sinamus.

51

Ieremias Prophetauit infœlicissimis temporibus, quādo verba Dei subsannabantur.

Deceptus vtiliter à Deo Ieremias decipere & ipse vtiliter populum studuit, verba Dei, vt non Dei, sed sua proferens.

Ieremias prudētissimè odio habentibus Dei, verba sermonū suorum volumē, haudquaquā titulo insigniuit Verborum Dei, sed suorummet verborum.

b Ierem. 1. 1.

Prædicatori & Doctori sacro quantâ prudentiâ agendum cum infidelibus Christi & Christiani nomen, atque sermones abhorrentibus.

Καὶ ἡμεῖς ἔσθ' ὅτε παῦτα, ὅταν λυσιτελὲς ἡμῖν φαίνῃ ποιοῦμεν, ἐνίοτε λόγους ἀπὸ τῶν ἐθνῶν προσάγομεν, βουλόμενοι αὐτοὺς προσαγαγεῖν τῇ πίστει. καὶ ἐὰν ἴδωμεν, ὅτι διαβεβλημένοι εἰσὶ πρὸς χριστιανισμὸν, καὶ βδελύσσονται τὸ ὄνομα, καὶ μισοῦσι τὸ ἀκοῦσαι, ὅτι οὗτος ὁ λόγος χριστιανῶν ἐστιν, οὐ προσποιούμεθα χριστιανὸν λέγειν λόγον ὠφέλιμον. ἀλλ' ὅταν ὁ λόγος ἐκεῖνος κατασκευασθῇ κατὰ δύναμιν ὑφ' ἡμῶν, καὶ δοκοῦμεν || ἑρεῖν τὸν ἀκροατὴν, οὐχ ὡς ἔτυχε τοῦ λεγομένου ἀκούσαντα, τότε ὁμολογοῦμεν, ὅτι οὗτος ὁ ἐπαινετὸς λόγος χριστιανῶν ἦν. καὶ ποιοῦμεν τι παραπλήσιον τῷ εἰπόντι, οὐκέτι τάδε λέγει κύριος, ἀλλὰ ἀκούσατε λόγους ἐμοῦ τοῦ Ἱερεμίου. ταῦτα διὰ τὸ ἐγενόμην εἰς γέλωτα. Καὶ ἡμεῖς ἀγανακτοῦμεν, ἐάν ποτε λαλοῦντες γελασθῶμεν, ὅπου Ἱερεμίας ὁ τοιοῦτός φησιν, ἐγενόμην εἰς γέλωτα, πᾶσαν ἡμέραν διετέλεσα μυκτηριζόμενος. τί λέγω Ἱερεμίας; καὶ ὁ ἐμὸς Ἰησοῦς ἐμυκτηρίζετο· ἤκουον γάρ φησι ταῦτα πάντα οἱ Φαρισαῖοι φιλάργυροι ὑπάρχοντες, ἐμυκτήριζον αὐτόν. ἀλλ' ὁ κύριος ἐκμυκτηρίζει πάντας τοὺς ἐκμυκτηρίζοντας τοὺς λόγους τοῦ θεοῦ. ἐγενόμην εἰς γέλωτα. ὅρα, ποταποὺς βίους ἐβίωσαν οἱ προφῆται, πῇ μὲν καταγελώμενοι, πῇ δὲ κινδυνεύοντες, καὶ καταβαλλόμενοι, λιθοβολούμενοι ὑπὸ τοῦ λαοῦ, ἀναιρούμενοι, μισούμενοι, ἐκδιωκόμενοι, καὶ || πάνυ ἔπασχον, καὶ ὑπέμενον, ἵνα κατὰ τὸ βούλημα τοῦ θεοῦ, δόξαν τὴν || παρὰ τοῦ μόνου ζητοῦντες, κηρύσσοντες τὸν λόγον τύχωσι τοῦ τέλους τοῦ παρὰ τοῦ θεοῦ. πᾶσαν τὴν ἡμέραν διετέλεσα μυκτηριζόμενος. κατηγορία τῶν κατὰ τὴν γενεὰν ἐκείνην, ὅτι οὐ δὲ ἡμέρας ὀλίγας τινὰς ἐποίησεν ὁ προφήτης μυκτηριζόμενος, ἀλλὰ πᾶσαν ἡμέραν διετέλεσε μυκτηριζόμενος. ὅτι πικρῷ λόγῳ μου γελάσομαι. ἔστι τις ἐπαγγελία γέλως, ἧς ἐπαγγελίας ἐπώνυμός ἐστιν ὁ πατριάρχης Ἰσαάκ· ἑρμηνεύεται γὰρ γέλως. ὅτι δὲ ἐπαγγελία γέλως, || δηλονότι ἐκ τοῦ, μακάριοι οἱ κλαίοντες νῦν. ἡ δὲ ἐπαγγελία, ὅτι γελάσονται, ὥσπερ ἐπαγγελία, υἱοὶ θεοῦ κληθήσονται, καὶ, τὸν θεὸν ὄψονται, καὶ κληρονομήσουσι τὴν γῆν, καὶ, αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. οὕτως ἐστὶν ἐπαγγελία γέλως, ἧ ἐπαγγελία τὸ ἐναντίον ὁ μακαριζόμενος κλαυθμός. ζητήσεις δὲ, εἰ τούτῳ τῷ ἀγαθῷ γέλωτι καθ' ἑτέραν καὶ ἑτέραν ἐπίνοιαν συνάδει μὲν ὁ μακαριζόμενος κλαυθμὸς, ἐναντιοῦται δὲ ὁ τοῖς ἐναντίοις ταλανιζόμενος ἀποκείμενος κλαυθμὸς ἕτερος, οὐαὶ γὰρ οἱ γελῶντες νῦν, ὅτι πενθήσουσι, καὶ κλαύσονται. ἄλλος γὰρ κλαυθμὸς ὁ μακαριζόμενος, καὶ ἄλλος ὁ ἀποκείμενος τοῖς κακῶς βεβιωκόσιν. εἰ δέ τι κἀκεῖνος τέλος ἔχει ὠφέλιμον, οὐκ οἶδα, τί λέγω; ἄκουε Παύλου, ὅτε ἐδίδασκεν ἐπαγγελλόμενος λέγων, λυπῆσαι τοὺς ἀκούοντας, καὶ ὁμολογεῖ ὅτι τότε μάλιστα εὐφραίνετο, ὅτε ἐλυπεῖτό τις ἐξ αὐτοῦ. φησὶ γάρ, καὶ τίς ἐστιν ὁ εὐφραίνων με, εἰ μὴ ὁ λυπούμενος ἐξ ἐμοῦ; καὶ εἴ τις γε ἱκανός ἐστι νικῆσαι ψυχὴν ἀκρο

|| ἴσ. αἱρεῖν. || κάτω. || παρ' αὐτοῦ. || δῆλον ἐστι ἐκ.

A Et nos quandóque similiter facimus, cùm id vsui esse videtur, quandóque Gentilium verba proferimus, attrahere illos ad fidem volentes, & si viderimus Christianismum illis esse odiosum, nomenque abhorrere & detestari si audiant; Hoc dicere Christianos; affirmamus Christiani non esse sermonem vtilem. Sed cùm fuerit à nobis pro viribus benè probatus, videmurque captasse auditorem, dicta non vtcúmque excipientem, B tunc fatemur laudabilem illum sermonem Christianorum esse; simileque illi facimus qui dixit, non iam, Hæc dicit Dominus, sed audite sermones quos ego dico Ieremias. Hæc pro illo (*Factus sum in derisum.*) Et nos ægrè sustinemus, si quando locuti risu excipimur quando Vir tantus Ieremias ait. (*Factus sum in derisum totâ die perseueraui subsannatus.*) Quid de Ieremia dico? & Iesus meus subsannabatur:[a] C *audiebant*, enim, ait, *omnia hæc Pharisæi, qui pecuniis erant dediti, & subsannabant eum.* Sed Dominus subsannat omnes subsannantes verba Dei. (*Factus sum in derisum.*) Vide qualiter Prophetæ vixerint quâ derisi, quâ periculis expositi, proiecti, lapidibus à populo petiti, neci dati, odio habiti, in fugam missi, & omnia patiebantur, & sustinebant, vt secundùm Dei voluntatem ab eo solo gloriam quærentes, prædicando Verbum, finem consequerentur D à Deo propositum. (*Totâ die perseueraui subsannatus.*) Damnanda planè generatio illa, quòd non paucis diebus, Propheta fuerit subsannatus, sed *totâ die perseueraui subsannatus.*)

(*Quia amaro verbo meo ridebo.*) Est quædam promissio Risus, de qua promissione nomẽ accepit patriarcha Isaac; Risus quippe interpretatur. Risum porrò promissum esse liquet ex illo.[b] *Beati qui nunc lugent*; & Pro- E missio *quoniam ridebũt*: sicuti promissio est.[c] *Filij Dei vocabuntur*; &, *Deum videbunt*; & *Hæreditabunt terram*; & *Ipsorum est regnum cælorum.* Ita pariter promissio est Risus, cuius contrarium luctus, qui beatus dicitur. Sed quæres an huic bono Risui iuxta alium, & alium sensum congruat luctus qui beatus dicitur, contrarius verò sit luctus alius, qui contrarios manet, & miserabilis prædicatur,[d] *Væ etenim illis, qui nunc rident, quoniam* F *flebunt & lachrymabuntur.* Alius quippe fletus est qui beatus dicitur, & alius futurus est his qui pessimè vixerunt. An verò & ille finem habiturus vtilem sit, nescio. Paulum audi. Quum dicebat, curasse, ait, se vt auditores contristarentur. Et confitetur se tunc maximè lætatum esse, cùm quis illius causâ dolebat, ait enim,[e] *Et quis est qui consolatur me, nisi qui ex mœrore afficitur?* Et si quis potens est flectere animũ auditoris, optat

52 *Doctori sacro patienter sustinendum, si quando contemnantur, & derisui habeantur ipsius sermone.*

a Luc. 16. 14.

Prophetæ iugibus in ærumnis, irrisionibus, ac cruciatibus non destitêre à denunciatione verborũ Dei. Hosque & nostri imitari debent Prædicatores.

53 *Risus, gaudiique boni promissio exhibita viris sanctis à Deo.*

b Luc. 6. 21.

c Matth. 5.

Risus luctúsque boni simul inuicem congruunt.

Risui bono luctus ille contrarius qui impiis paratus est.

d Luc. 6. 25.

Caue: alludit enim & hic ad consuetum errorem suum Origenes, quo negatur infernaliũ pœnarum æternitas.

Prædicator Sanctus tunc maximè lætatur, quũ auditores in salubrem pellexerit luctum.

e 2. Cor. 7. 9.

ἀκροατοῦ, μάλιστα ἡμαρτηκότος, τοιούτους εὔχεται λόγους λέγειν, οἵτινες ἀπὸ δυνάμεως, καὶ παρατάξεως, καὶ θειότητος, καὶ νοημάτων ἀπαγγελλόμενοι ἱερῶν σείουσι τὴν ψυχὴν τοῦ ἀκούοντος, καὶ κινοῦσιν ἐπὶ πένθος, καὶ ἐπὶ κλαυθμόν, καὶ ἐπὶ δάκρυα; ὡς χαίρειν τὸν λέγοντα, ὅτε ἴδῃ τὸ ἀκροατήριον τερπόμενον, καὶ γελῶν ἐπὶ τοῖς λεγομένοις. ὅπου μὲν γὰρ εἰς ἐπαγγελίας ἄγει, ὡς διὰ στενῆς καὶ τεθλιμμένης τῆς ἐν τῷ λυπεῖσθαι ὁδοῦ ἐπὶ τὴν ζωήν, καὶ διὰ τοῦ κλαυθμοῦ ἄγει ἐπὶ τὸν μακαριζόμενον γέλωτα; ὅτε δὲ οὐ τοῦτο ἀνύει, οὐ φοβοῦμαι μὴ τοιαῦτα λέγῃ, οἷα οἱ γελῶντες νῦν, ὅτι πενθήσετε, καὶ κλαύσετε: πρὸς τί δέ μοι εἴρηται; ἢ βουλομένῳ ὑπαινίξασθαι, ὅτι λέγει πικρῷ λόγῳ μου γελάσομαι, καὶ παραστῆσαι γέλωτα κλαυθμοῦ, καὶ κλαυθμὸν ἐκεῖνον ὃν κλαύσονται οἱ ἐνταῦθα γελῶντες, τάχα τοῦ θεοῦ πραγματευομένου ἐμποιῆσαι αὐτοῖς κλαυθμόν. ἐκεῖ γὰρ ἔσται ὁ κλαυθμός, καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων. καὶ τοῦτο πραγματεύεται ὁ Θεός, ὁρῶν ὅτι ὁ κλαίων ἐπὶ τοῖς ἰδίοις παρανομήμασι, ἤδη εἰς συναίσθησιν ἐλήλυθεν τῶν ἰδίων κακῶν. ὡς εἴθε ἕκαστος ἡμῶν καθ' ἕκαστον ἁμάρτημα ἔλεγε, λούσω καθ' ἑκάστην νύκτα τὴν κλίνην μου, ἐν δάκρυσί μου τὴν στρωμνήν μου βρέξω. ὡς εἴθε ἕκαστος ἡμῶν ἔλεγεν ἐπὶ τοῖς ἰδίοις ἁμαρτήμασι κλαίων, ἐγενήθη μοι τὰ δάκρυα ἄρτος ἡμέρας καὶ νυκτός. ἐὰν μου ὁ λόγος πικρότερος ἐνταῦθα ᾖ, πικρότερος δὲ διὰ τὸ θλίβεσθαί με. δι' αὐτὸν ἀηδίζονται οἱ ἀκούοντες, οἱ ἐλεγχόμενοι, ὅταν βαρῶνται τὸν λέγοντα. οἶδα ὅτι ἐπὶ τῷ πικρῷ λόγῳ μου τὸ τέλος ἐστὶ γελᾶν, γελᾶν δὲ τὸν τῶν μακαριζομένων γέλωτα, καὶ τοῦτο τάχα εἰδὼς ὁ προφήτης ἔλεγεν, ὅτι πικρῷ λόγῳ μου γελάσομαι. ἤδη πικρῷ λόγῳ, ἀλλ' οὐκ ἤδη γελῶ, ἀλλὰ πικρῷ λόγῳ μου γελάσομαι. ἀθεσίαν, καὶ ταλαιπωρίαν ἐπικαλέσομαι. θεὸν ἐπικαλεῖται ὁ δίκαιος, τὴν σοφίαν ἐπικαλεῖται καὶ ὁ ἄδικος. ἔσται γάρ, φησιν, ὅτε ἐπικαλέσησθέ με, ἐγὼ δὲ οὐκ εἰσακούσομαι ὑμῶν. ἐκεῖ μὲν οἱ ἄδικοι; καὶ οἱ δίκαιοι δὲ δηλονότι ἐπικαλοῦνται ποτὲ τὴν σοφίαν. καὶ πᾶς ὃς ἂν ἐπικαλέσηται τὸ ὄνομα κυρίου σωθήσεται· ἐνθάδε δὲ ὁ προφήτης φησίν, ἀθεσίαν, καὶ ταλαιπωρίαν ἐπικαλέσομαι. ὡς τὸν θεόν, οὕτω τὴν ἀθεσίαν, ὡς τὸν κύριον, οὕτω τὴν ταλαιπωρίαν. ἆρα καλὸν πρᾶγμα ἐπικαλῇ Ἱερεμία, ὅτι ἐπαγγέλλῃ λέγων, ἀθεσίαν, καὶ ταλαιπωρίαν ἐπικαλέσομαι, ἀλλὰ δεῖ κατανοῆσαι συνθήκας, ἃς τιθέμεθα, καὶ τὰς ἀθεσίας αὐτῶν, ὅτι ἔστι ποτὲ συνθήκας θέσθαι κακῶς, καὶ μετὰ τὸ θέσθαι συνθήκας κακῶς, εἴθε ἐπικαλοίμεθα τὴν ἀθεσίαν. οὕτω δὲ καὶ ἐὰν κατανοήσω τὴν πλατεῖαν καὶ εὐρύχωρον, τὴν ἀπάγουσαν εἰς τὴν ἀπώλειαν, καὶ ὅτι ὁδεύων ἐν αὐτῇ οὐ ταλαιπωρῶ, μεταβαίνω ἀπὸ τῆς πλατείας καὶ εὐρυχώρου ὁδοῦ, καὶ ἔρχομαι ἐπὶ τὴν στενήν, καὶ τεθλιμμένην; καὶ ταλαιπωρῶν, λέγω, ταλαιπωρίαν ἐπικαλέσομαι. ἀθετεῖν μέλλω τὰς συνθήκας τὰς πρὸς τὸν κόσμον, καὶ τὰ κοσμικὰ πράγματα, ἵνα ἀναλάβω οὐρανίους συνθήκας, ἀθεσίαν ἐπικαλέσομαι. οὕτω δὲ καταλιπὼν τὸν βίον τὸν τῆς πλατείας καὶ εὐρυχώρου ὁδοῦ, καὶ ἐρχόμενος ἐπὶ

|| *Videtur* ὦ *superfluum.*

A optat à se talia proferri verba, quæ virtute,& vi, & diuino instinctu,sensuque prolata sacro quatiant animum audientis, & cieant fletum,& luctum, & lachrymas,ita vt orator gaudeat, cùm auditores viderit affici lætitiâ,& ad ea quæ dicuntur arridêre. Nam quando ad promissiones ducit, tanquam per angustam,& mœroribus plenam viam ad vitam; & per fletum ducit ad risum beatitudinis. Cùm verò hoc non B perficit, timeo ne talia dicat, qualia nunc ridentes, quoniam lugebitis & flebitis. Quorsum verò hæc? vt aliquo modo significem, quid sit. *Amaro verbo meo ridebo;* vt intelligatur risus ad fletum,& luctus ille, quem lugebunt qui hîc rident; Deo fortassis id operãte, vt illos ad fletum moueat,[a] *Ibi* enim, *erit fletus & stridor dentium.* Efficit verò hoc Deus, videns lugentem ob suas iniquitates venisse iam ad suorum C malorum agnitionem. Vtinam vnusquisque nostrûm pro singulis peccatis diceret.[b] *Lauabo singulis noctibus lectum meum,& lachrymis meis stratum meum rigabo.* Vtinam vnusquisque nostrûm ob sua peccata diceret plorans,[c] *Factæ sunt mihi lachrymæ panis die, & nocte.* Si hîc oratio mea acerbior sit, acerbior verò, quoniam angor, illam auditores ægrè ferunt, qui redarguuntur, quando dicentem fastidiunt; scio amaro D verbo meo finem fore Risum, risum beatorum. Quod fortasse sciens Propheta dicebat, (*quia amaro verbo meo ridebo,*) nunc amaro verbo,sed nondum rideo,sed enim amaro verbo meo ridebo. (*Præuaricationem, & miseriam inuocabo.*)Deum iustus inuocat, sapientiam inuocat etiam iniustus.[d] *Erit* enim ait,*cùm inuocabitis me, & ego non exaudiam vos*, ibi sanè iniusti, & iusti scilicet sapientiam aliquando inuocant.[e] *Et omnis qui inuocabit nomen Domini saluus erit.* Hic E Propheta ait, (*Præuaricationem, & miseriam inuocabo.*) Sicut Deum, ita *præuaricationem;* sicut Dominum,ita *miseriam*, num bonam inuocas rem Ieremia, dum promittis dicens. (*Præuaricationem & miseriam inuocabo?*) sed oportet pactiones nosse, quas faciamus,& quo modo frangantur. Pactiones enim quãdoque malè conficimus, quibus malè initis vtinam violationem inuocaremus. Ita si cognouero & amplã viam, quæ F ducit ad interitum, & quòd per eam iter faciens nihil molesti patior; de lata illa & spatiosa via transeo ad angustã, & laboribus plenã; & mala sustinens dico *miseriam inuocabo*, frãgere volo pactiones cum mundo habitas,& mundanis rebus, vt cælestes recipiam. *Præuaricationem inuocabo.* Ita verò deserens vitam latæ & spatiosæ viæ, veniensque ad angustam, & laboribus plenam,

a Matt.8 12.
Luctus bonus ad quem & Deus,& sancti quique Predicatores inducunt, is est, qui pro admissis fit peccatis.
b Psal.6.7.
c Psal. 41.4.
Sermonis acerbi & pellicientis ad luctum peccatorum,finis est Risus, & gaudium maximum.

54
Inuocatur Deus ac diuina sapientia & à iustis,& ab improbis.
d Prou.1.28.
e Act.2.21.
Præuaricatio pacti initi cum mundo quàm rectè & optetur,& inuocetur.

Pactionum malè initarũ inuocanda violatio.

Miseria quæ in vita spirituali subitur, via angusta, & laboribus plena & optanda,& inuocanda est.

ἐπὶ τὴν στενὴν καὶ τεθλιμμένην, ἵνα γένωμαι ταλαίπωρος ὡς Παῦλος λέγων, ταλαιπωρίαν ἐπικαλέσομαι. οὐ γὰρ πᾶς ἄνθρωπος ἐρεῖ τὸ ταλαίπωρος ἐγὼ ἄνθρωπος, τίς με ῥύσεται ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου; ἀλλ' ὁ νοήσας τὸ σῶμα τοῦ θανάτου, ὁ ῥυσθῆναι βουλόμενος ἀπὸ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου, ἐρεῖ τὸ, ταλαίπωρος ἐγὼ ἄνθρωπος. ὁ δὲ φιλοσωμάτων, ὁ πολὺς, ὁ ἀπιστῶν τῷ μέλλοντι αἰῶνι, οὐ λέγει, ταλαίπωρος ἐγὼ ἄνθρωπος; ἀλλὰ μακαρίζει ἑαυτὸν, ὅτι ἐστὶν ἄνθρωπος, καὶ ἐπὶ τῷ εἶναι ἐν τῷ τοῦ θανάτου σώματι. ἐὰν οὖν δυνηθῶ νοῆσαι, πῶς Παῦλος εἶπε, ταλαίπωρος ἐγὼ ἄνθρωπος, μηδέπω ἐπικαλεσάμενος τὴν ταλαιπωρίαν, ἐπικαλέσομαι αὐτὴν ἐκ τοῦ ἀθετῆσαι τὰς πρὸς τὴν κακίαν συνθήκας. καὶ λέγω ὡς ὁ Ἱερεμίας; ἀθεσίαν, καὶ ταλαιπωρίαν ἐπικαλέσομαι. οὐ γὰρ εἶπεν ἀθεσίαν Θεοῦ ἐπικαλέσομαι. θέλω παράδειγμα δοῦναι ἀπὸ τῆς γραφῆς δικαίου τοῦ συνθήκας ἀθετοῦντος, ἵνα παραστήσω, πῶς ἐκεῖνος τῷ ἔργῳ ἀθεσίαν ἐπεκαλέσατο. Ἰουδὴθ συνθήκας ἔθετο πρὸς τὸν Ὀλοφέρνην, ὥστε τοσῶνδε ἡμερῶν ἐξερχομένη εὔχεσθαι τῷ Θεῷ, καὶ μετὰ τοσάσδε ἡμέρας ἑαυτὴν παρέχειν τῇ κοίτῃ τοῦ Ὀλοφέρνου. ταύτας τὰς συνθήκας Ὀλοφέρνης προσδεξάμενος ἀπέλυσε τὴν Ἰουδὴθ ἐπὶ τὰς εὐχὰς ἔξω τῆς παρεμβολῆς. τί ἐχρῆν ποιῆσαι τὴν Ἰουδὴθ; τηρῆσαι τὰς συνθήκας, ἢ ἀθετῆσαι; τὰς γὰρ πρὸς Ὀλοφέρνην ἀθετῆσαι μακάριον ἦν ἐπὶ Θεοῦ. ἔμελλεν ἀθετεῖν τὰς πρὸς τὸν Ὀλοφέρνην συνθήκας ἡ Ἰουδὴθ, εἰπεῖν, ἀθεσίαν ἐπικαλέσομαι. καὶ ἐπεκαλέσατό γε τὴν ἀθεσίαν. ὤφελον κἀγὼ πιστὸς γένωμαι, ἵνα εἴπω, ἀθεσίαν ἐπικαλέσομαι, καὶ ἐπικαλέσομαι τὴν ἀθεσίαν τὴν πρὸς τὸν ὄφιν, τὴν πρὸς τὸν διάβολον. συνθήκας ποτὲ ὁ ὄφις πρὸς τὴν Εὔαν ἐποιήσατο, καὶ ἦν αὐτῷ φίλη, καὶ ὁ ὄφις τῇ γυναικί. ἀλλ' ὁ Θεὸς ἐπραγματεύσατο ὡς ἀγαθὸς τὰς συνθήκας ταύτας λυθῆναι, καὶ τὴν φιλίαν ταύτην τὴν κακὴν διασκεδάσαι. καὶ ὡς ἀγαθὸς Θεὸς λέγει, ἐχθρανθήσω ἀναμέσον σοῦ, καὶ ἀναμέσον τῆς γυναικός; καὶ ἀναμέσον τοῦ σπέρματός σου, καὶ ἀναμέσον τοῦ σπέρματος αὐτῆς. εὐγνωμόνως οὖν ἀκούσωμεν, πῶς ὁ Θεὸς ἔχθραν ποιεῖ τὴν πρὸς τὸν δὲ, ἵνα φιλίαν ποιήσῃ τὴν πρὸς τὸν Χριστόν. ἀδύνατον γὰρ ἅμα εἶναι φίλον τῶν ἐναντίων. καὶ ὥσπερ οὐδεὶς δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν, οὕτως οὐδεὶς δύναται εἶναι φίλος, καὶ Θεῷ καὶ μαμμωνᾷ, φίλος καὶ Χριστῷ καὶ ὄφει. ἀλλὰ ἀνάγκη καὶ τὴν φιλίαν τὴν πρὸς τὸν Χριστὸν ἔχθραν ποιῆσαι πρὸς τὸν ὄφιν, καὶ τὴν φιλίαν τὴν πρὸς τὸν ὄφιν ἔχθραν γεννῆσαι τὴν πρὸς τὸν Χριστὸν ἀθεσίαν, καὶ ταλαιπωρίαν ἐπικαλέσομαι. ἵνα δὲ μᾶλλον νοήσῃς τὸ ταλαιπωρίαν ἐπικαλέσομαι, διαγράψω || ὅτι γινόμενον τοῖς ἀσκηταῖς. πολλάκις γὰρ παρακειμένου τοῦ γῆμαι, καὶ μὴ ἔχειν πρᾶγμα, ἐπανισταμένης τῆς σαρκὸς τῷ πνεύματι, ἀρνεῖταί τις οὐ καταχρήσασθαι τῇ τοῦ γαμεῖν ἐξουσίᾳ, ἀλλὰ ταλαιπωρεῖν καὶ κάμνειν, ὑπωπιάζειν τὸ σῶμα νηστείαις, καὶ δουλαγωγεῖν αὐτὸ ἀποχαῖς τινῶν δὲ βρωμάτων, καὶ παντὶ τρόπῳ

|| ἴσ. τί. || πράγματα.

nam, vt fiam, miser quemadmodum Paulus, dicens (*miseriam inuocabo*) non enim quilibet homo illud pronunciabit. [a] *Miser ego homo, quis me liberabit, è corpore mortis huius?* Sed qui corpus mortis agnouit, qui liberari vult è corpore mortis huius, dicet, *miser ego homo.* Sed qui corporis est amans plebeius, qui futurum sæculum non credit, nequaquam dicet, *Miser ego homo.* Sed beatum se putat, quòd homo sit, & versetur in mortis corpore. Igitur si percipere potuero quomodo Paulus dixerit *Miser ego homo;* si nondum miseriam inuocaui, inuocabo ipsam, frangendo pactiones cum vitiis, & cum Ieremia dicam. (*Præuaricationem, & miseriam inuocabo.*) Neque enim dixit (*Præuaricationem Dei inuocabo.*)

55 Volo afferre de Scripturis exemplum iusti pacta violantis, vt explicem quomodo ille re ipsâ fractionem inuocauerit. Iudith [b] cum Holopherne pactum fecit, vt per tot dies egrediens preces funderet Deo; quibus elapsis semet Holophernis cubili traderet, pacta hæc Holophernes admisit, potestatem Iudithæ fecit, vt extra tentoria Deum oraret. Quid agendum erat Iudithæ, pacta ne seruanda, an frangenda? sanè pacta cum Holopherne sancita violare beatum erat apud Deum: violanda erant pacta illa cum Holopherne à Iudith, dicendúmque *præuaricationem inuocabo.* Et inuocauit: Vtinam is & ego fierem, qui dicerem (*Præuaricationem inuocabo,*) inuocarémque præuaricationem pacti cũ Serpente & Diabolo. Serpens aliquando, & Eua fœdus pepigerunt; & erat illi amica, & Serpens mulieri. Sed egit Deus, vt qui bonus est pacta hæc dissolui, & amicitiam hanc prauam deleri, & vti bonus Deus dicit. [c] *Inimicitiam ponam inter te, & mulierem, & inter semen tuum & semen illius.* Piè itaque accipiamus quomodo Deus inimicitiam cum tali excitet, vt amicitiam cum Christo conciliet, contrariis quippe simul amicum esse fieri non potest. Et sicut [d] *nemo potest duobus Dominis seruire*, ita nemo potest & Dei & Mammonæ amicus esse, amicus est Christi & Serpentis; Sed necesse est, amicitiam Christi inimicitias esse cũ Serpente, & amicitiam Serpentis parere inimicitias cum Christo. (*Præuaricationem, & miseriam inuocabo.*) Vt verò meliùs percipias quid sit, (*miseriam inuocabo*) describã, quod fieri videmus à continentiæ professoribus. Sæpe enim cùm sit nubendi potestas, nequé molestiâ affici, insurgente aduersùs spiritum carne, eliget quispiam non abuti potestate nubendi, affligi & tolerare; ieiuniis domare corpus, & in seruitutem redigere talium alimentorum abstinentiâ,

Miseriam rectè inuocat, qui cũ Paulo dicit, Miser ego homo qui me liberabit de corpore, &c.

a Rom. 7. 24.

Pacta cum vitiis inita studendum, & inuocandũ vt per nos frangantur.

Pacta praua enitendum, & inuocandũ vt minimè seruentur.

b Iudith 11. 14.

Iudith quàm benè inuocarit & fecerit præuaricationem prauæ pactionis cum impio.

Pacti prauè cum Diabolo initi præuaricatio inuocãda, & procuranda à fideli quoque.

c Gen. 3. 15.

Pactum à nobis initum cum Diabolo pro sua in nos dilectione irritum reddit Deus

Amicus Dei simul ac Diaboli esse nemo potest.

d Matt. 6. 24.

56 *Cælibem, & mortificationi carnis indulgentem vitam amplectens inuocare optimè miseriam dicendus est.*

τρόπῳ τῷ πνεύματι τὰς πράξεις τοῦ σώματος θανατοῦν. ἆρ' οὖν ὁ τοιοῦτος οὐ τὴν ταλαιπωρίαν ἐπεκαλέσατο, παρὸν ἐπιδοῦναι ἑαυτὸν τρυφῇ, καὶ ἡδονῇ, καὶ μὴ ἐπικαλέσασθαι τὴν ταλαιπωρίαν; εἴ τις οὖν δύναται μιμεῖσθαι τὸν προφήτην, καὶ ἀθεσίαν ὡς διηγησάμεθα ἐπικαλείσθω, καὶ ταλαιπωρίαν δὲ ἐν ταῖς ἀσκήσεσιν ἐπικαλείσθω. ἔτυχε δὲ ἡ ἱστορία εἶναι ἀληθὴς καὶ ἡ περὶ τοῦ ἱερεμίου, ὅτι καὶ ἐν ἀγνείᾳ ἔζησεν. εἶπε γὰρ αὐτῷ ὁ κύριος· οὐ μὴ λάβῃς γυναῖκα, οὐδ' οὐ μὴ ποιήσῃς τέκνα. καὶ ἐν ἀγνείᾳ ἔζησεν. ἀθεσίαν γὰρ καὶ ταλαιπωρίαν ἐπεκαλέσατο. Ὅτι ἐγενήθη λόγος κυρίου ἐμοὶ εἰς ὀνειδισμόν. ἤ τὸν || λόγον τοῦ κυρίου, ἡμεῖς δὲ οἱ τάλανες ἔχομεν ὀνειδισμοὺς οὐ διὰ τὸν λόγον τοῦ κυρίου, ἀλλὰ διὰ τὰ ἡμέτερα ἁμαρτήματα; καὶ ὀνειδιζόμεθα, ἐφ' οἷς πταίομεν, καὶ ἐπταίσαμεν, καὶ λοιδορούμεθα ἐπὶ ταῖς κακίαις ἡμῶν. ὁ δὲ κύριος οὐ τοιούτους ἡμᾶς ὀνειδισμοὺς θέλει ὀνειδίζεσθαι λέγων; μακάριοι ἐστὲ, ὅταν ὀνειδίσωσιν ἡμᾶς, καὶ διώξωσι, καὶ εἴπωσι πᾶν πονηρὸν ῥῆμα καθ' ὑμῶν ἕνεκεν ἐμοῦ. χάρητε ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, καὶ σκιρτήσατε. ὁ λόγος οὖν φησι τοῦ κυρίου ἐγενήθη μοι εἰς ὀνειδισμὸν, καὶ εἰς χλευασμὸν πᾶσαν ἡμέραν. εἶτα κατανόησον, ὡς εἰσιν οἱ προφῆται εὐγνώμονες ἄνθρωποι, καὶ οὐκ ἀποκρυπτόμενοι τὰ ἴδια ἁμαρτήματα ὡς καὶ ἡμεῖς, καὶ λέγοντες οὐκ ἐπὶ τῶν τότε μόνον, ἀλλ' ἐπὶ πασῶν τῶν γενεῶν, εἰ ἡμαρτήκασιν. κἀγὼ μὲν ὀκνῶ ἐξομολογήσασθαί μου τὰ ἁμαρτήματα ἐπὶ τῶν ὀλίγων ἐνταῦθα, ἐπεὶ μέλλουσί μου καταγινώσκειν οἱ ἀκούοντες, ὁ δὲ ἱερεμίας τι παθὼν ἁμαρτητικὸν οὐκ ᾐδέσθη, ἀλλὰ ἀνέγραψεν αὐτοῦ τὴν ἁμαρτίαν. ἁμαρτία γὰρ ἦν τὸ ἐπιφερόμενον ἐν τῷ, καὶ εἶπα, οὐ μὴ ὀνομάσω τὸ ὄνομα κυρίου, καὶ οὐ μὴ λαλήσω ἔτι ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ. ἐδιδάχθης πάντα ἐν ὀνόματι ποιεῖν κυρίου, ἐν ὀνόματι Θεοῦ πράττειν, σὺ δὲ λέγεις οὐ μὴ ὀνομάσω τὸ ὄνομα κυρίου; ἀλλὰ ποῖον ὄνομα μέλλεις ὀνομάζειν; ὄνομα Θεῶν ἑτέρων οὐκ ἀναμνήσεσθε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, καὶ λέγεις, οὐ μὴ ὀνομάσω τὸ ὄνομα κυρίου, καὶ οὐ μὴ λαλήσω ἔτι ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ; λέγει οὖν πεπονθώς τι ἀνθρώπινον, ὃ καὶ ἡμεῖς κινδυνεύομεν πολλάκις πεπονθέναι, καὶ μάλιστα εἴ τις συνοιδεν ἑαυτῷ διὰ τὴν διδασκαλίαν ποτὲ καὶ τὸν λόγον ταλαιπωρήσαντι, καὶ παθόντι, καὶ μισηθέντι, πολλάκις λέγει ἀναχωρῶ τί μοι καὶ πράγμασιν; εἰ ἐκ τούτου καὶ || πράγμασιν εἰμὶ, ἐκ τοῦ διδάσκειν, ἐκ τοῦ προϊέσθαι τὸν λόγον, διὰ τί οὐχὶ μᾶλλον ἀναχωρῶ ἐπὶ τὴν ἐρημίαν καὶ ἡσυχίαν; τοιοῦτόν τι πέπονθε καὶ ὁ προφήτης λόγον, καὶ εἶπα, οὐ μὴ ὀνομάσω τὸ ὄνομα κυρίου, καὶ οὐ μὴ λαλήσω ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ. ἀλλ' ἐπεὶ οὗτος ἀγαθὸς κύριος, ὁ κωλύων τὰς τοιαύτας ἁμαρτίας τῶν τηλικούτων οὐκ ἀφῆκε τὸν προφήτην ἀληθεῦσαι, εἰπόντα τὰ προκείμενα, ἀλλὰ καὶ ἐν τούτῳ ἀθεσίαν ἐπικαλέσασθαι, καὶ ἀθετῆσαι τὸ εἰρημένον πεποίηκεν ἱερεμίαν. εἶπε μὲν γὰρ, οὐ μὴ ὀνομάσω ἔτι

|| ἴσ. διὰ τὸν.

|| ἴσ. καὶ ἐν πράγμασιν εἰμί.

A tiâ, & omnino actiones corporis spiritu mortificare. Nonne hîc *miseriam inuocauit*, cùm posset deliciis voluptatibusque se dare, & miseriam non inuocare? Si quis ergo Prophetam æmulari potest, & præuaricationem vt exposuimus, & miseriam in piis exercitationibus inuocet. Contigit autem veram esse & in Ieremia historiam, cùm in cælibatu vixerit. Dixit enim illi Dominus,[a] *Ne accipias vxorem, neque procreabis filios*, & in castitate vitam duxit. *(Præuaricationem* namque *& miseriam inuocauit.)*

Ieremias fuit Virgo, & calibem vitam duxit.

a Iere. 16. 2.

B (*Quia factus est sermo Domini in opprobrium mihi,*) propter sermonem Domini. Nos verò miseri opprobriis petimur, non propter sermonem Domini, sed ob nostras iniquitates; & ob errata nostra patimur probra & lapsi sumus, & de vitiis nostris maledicta sustinemus. At Dominus nō hisce nos opprobriis vexari vult, cùm dicit, [b] *Beati estis cùm maledixerint vobis, & persecuti fuerint, dixerintque omne malum verbum aduersùm vos propter me, gaudete in die illa, & exultate. Sermo* itaque *Domini*, inquit, *factus est mihi in opprobrium, & in derisum totâ die.*

57 *Iustorum opprobria omnia propter sermonem Domini: Improborum verò propter ipsosmet.*

b Matt. 5. 11.

C Et considera quàm pij sint homines Prophetæ, nec peccata sua supprimentes, vt facimus nos, & palàm dicentes non tantū illius æui hominibus, sed cunctis generationibus, si quid peccarunt, & ego quidem non audeo fateri hîc meas iniquitates coram paucis, quoniam audientes condemnaturi me sunt. At Ieremias, cùm aliquid deliquisset, non erubuit sed suum errorem scriptis mandauit; delictum quippe erat, quod subditur, (*Et dixi non nominabo nomen Domini, nec loquar vltra in nomine ipsius.*) Edoctus es omnia in nomine Domini facere, in nomine Domini res agere. Tu verò dicis, (*Non nominabo nomē Domini.*) Sed quodnam nominaturus es? [c] *nomen Deorum aliorum non recordabimini in cordibus vestris:* aisque (*non nominabo nomen Domini, nec loquar vltra in nomine ipsius?*) Dicit ergo hæc humani aliquid passus; quod nobis etiam vsu venire ferè solet. Maximè verò si quis quia docuit & locutus est, se scit aliquando, mala perpessum, odioque habitum, sæpe dicit; Abeo, quid mihi & molestiis? si propterea negotium mihi facessitur, quia doceo, quia doctrinam trado; quare non potiùs in solitudinem, quietemque me cōfero? Tale quippiam & Propheta passus est, cùm diceret, (*Et dixi, Non nominabo nomen Domini, nec loquar vltra in nomine ipsius.*) Sed bonus in hoc Dominus, qui huiusmodi tantorum hominum peccata fieri vetat, non permisit Prophetam veracem esse, à quo verba illa dicta sunt. Sed & in hoc voluit Ieremiam præuaricationem inuocare, dictúmque re non præstare. Dixerat quippe. (*Non nominabo vltra nomen Domini,* nec

58 *Sancti palàm exponunt si quid mali aliquando egerint.*

Excusare, & obtegere peccata improborum est: iustorum verò illa confiteri, & palàm facere.

Vers. 9.

Ieremias aliquid humani se in eo passū asserit, quòd propter prophetādi exercitium malè à populo haberetur, & deliquisse, cū statuerit à munere illo desistere.

c Ose. 2. 17.

Ieremiæ peccanti in eò quòd statuit intra se à prædicandi munere desistere benignè prospicit illico Deus.

ἔτι τὸ ὄνομα κυρίου, καὶ οὐ μὴ λαλήσω ἔτι ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ. ἐγένετο γάρ φησιν ἐν τῇ καρδίᾳ μου ὡς πῦρ καιόμενον, φλεγόμενον ἐν τοῖς ὀστέοις μου, καὶ παρεῖμαι πάντοθεν, καὶ οὐ δύναμαι φέρειν. ὁ λόγος ὁ τοῦ κυρίου γέγονε καίων αὐτοῦ τὴν καρδίαν. καὶ ἐγένετο ἡ καρδία μου ὡς πῦρ φλεγόμενον, καιόμενον ἐν τοῖς ὀστέοις μου. || ὑπέβαλε τὴν ἁμαρτίαν, ἣν πεποίηκεν εἰπών. οὐ μὴ ὀνομάσω τὸ ὄνομα κυρίου, καὶ οὐ μὴ λαλήσω ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἔτι. καὶ || ἀπέλαβε τὴν ἁμαρτίαν Ἱερεμίας ἅμα τῷ εἰπεῖν. εἴθε κἀγὼ ἅμα τῷ ἁμαρτῆσαι, καὶ εἰπεῖν λόγον ἁμαρτητικὸν, ᾐσθανόμην ὅτι γέγονε πῦρ ἐν τῇ καρδίᾳ μου καιόμενον καὶ φλεγόμενον, ὥστε με μὴ δύνασθαι φέρειν. μέλλει τι ὁ λόγος τολμᾶν. οὐκ οἶδα δὲ εἰ συμφέρον τῷ τοιούτῳ ἀκροατηρίῳ εἴρηκε τι εἶναι εἶδος πυρὸς, πυρὸς οὐκ αἰσθητοῦ, κολάζοντος τὸν κολαζόμενον || τοῦ πόνου εἰς τὸ μὴ φέρειν αὐτὸν, εἶπε γάρ. ἐγένετο ἐν τῇ καρδίᾳ μου ὡς πῦρ φλεγόμενον, καὶ καιόμενον οὐκ ἐν τῇ καρδίᾳ μου μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ὀστέοις μου. καὶ παρεῖμαι, καὶ οὐ δύναμαι φέρειν. ἐγὼ φοβοῦμαι, μὴ τοιοῦτόν ἐστι τὸ ἀποκείμενον ἡμῖν πῦρ γινόμενον ὡς ἐν τῇ καρδίᾳ γέγονεν Ἱερεμίου. οὐ πεπονθαμεν δὲ αὐτό. εἰ ἐπεπόνθειμεν τοῦτο, καὶ προέκειτο τὰ δύο πυρὰ, τοῦτο τὸ πῦρ, καὶ τὸ ἔξωθεν πῦρ ὁ βλεπόμενον ἐπὶ τῶν καιομένων ὑπὸ τῶν ἡγουμένων τῶν ἐθνῶν, εἱλόμεθα ἂν ἐκεῖνο μᾶλλον τὸ πῦρ, ἢ τοῦτο. ἐκεῖνο μὲν γὰρ καίει τὴν ἐπιφάνειαν, τοῦτο δὲ καίει τὴν καρδίαν. καὶ ἀρξάμενον ἀπὸ τῆς καρδίας διικνεῖται ἐπὶ πάντα τὰ ὀστᾶ, ἔρχεται ἐπὶ ὅλον τὸν καιόμενον, καὶ οὕτως ἔρχεται ὡς μὴ δύνασθαι τὸν καιόμενον φέρειν. τίς ἐπὶ τῷ || τοιούτῳ πυρὶ δύναται λέγειν, καὶ οὐ δύναμαι φέρειν; οἶδα καὶ λῃστὰς τοῦτο τὸ πῦρ δυνηθέντας ὑπομεῖναι, τὸν πόνον ἀπὸ τούτου τοῦ πυρὸς ἄλλος ἐστὶν ὁ πόνος ὁ ἀπὸ τοῦ πυρὸς, ὃν διέγραψεν Ἱερεμίας λέγων. καὶ ἐγένετο ἐν τῇ καρδίᾳ μου ὡς πῦρ καιόμενον, φλεγόμενον ἐν τοῖς ὀστέοις μου, καὶ παρεῖμαι πάντοθεν, καὶ οὐ δύναμαι φέρειν. ἐκεῖνο τὸ πῦρ ἐκκαίει ὁ σωτὴρ ὁ εἰπών. πῦρ ἦλθον βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν. καὶ ἐπεὶ ἐκεῖνο τὸ πῦρ ἐκκαίει ὁ σωτὴρ, διὰ τοῦτο τοῖς ἀρχομένοις ἀκούειν αὐτοῦ ἄρχεται ἀπὸ τοῦ πυρός. καὶ πρῶτον πῦρ βάλλει αὐτῶν ἐπὶ τὴν καρδίαν, ὅπερ ὁμολογοῦσι, Σίμων καὶ Κλεώπας λέγοντες ἐπὶ τοῖς λόγοις αὐτοῦ. οὐχὶ ἡ καρδία ἡμῶν καιομένη ἦν ἐν τῇ ὁδῷ, ὡς διήνοιγεν ἡμῖν τὰς γραφάς; ἐνθάδε ἡ καρδία καίεται πυρὶ, καὶ Σίμωνος καὶ Κλεώπα ἄκουε λεγόντων. οὐχὶ ἡ καρδία ἡμῶν καιομένη ἦν; τίς ἄξιος ἤδη λαβεῖν ἐκεῖνο τὸ πῦρ ἐν τῇ καρδίᾳ, ἵνα μὴ ἐκεῖ αὐτὸ λάβῃ; θέλω διαγράψαι, τίς ἐστιν ὁ ἔχων τοῦτο τὸ πῦρ ἐν τῇ καρδίᾳ. διάγραψόν μοι δύο ἡμαρτηκότας τὴν αὐτὴν τῷ γένει ἁμαρτίαν τὴν μιαρὰν, τὴν ἀκάθαρτον πορνείαν. καὶ ἐν τούτοις τοῖς δύο τοῖς πεπορνευκόσι, τὸν μὲν ἕτερον μὴ λυπούμενον, μὴ δὲ ὀδυνώμενον, μὴ δὲ δακνόμενον, ἀλλὰ τὸ εἰρημένον ἐν παροιμίαις περὶ

|| ὑπέβαλε.

|| ἀπέβαλε.

|| πόνου πό-

|| πῦρ τῷ πυρί.

nec loquar vltra in nomine ipſius. Factus eſt enim inquit *in corde meo, quaſi ignis ardens, vrens in oſſibus meis, & diſſolutus ſum vndique, & non poſſum ferre.* Sermo Domini factus eſt vrẽs cor ipſius, & factũ eſt cor meũ quaſi ignis exæſtuans, ardens in oſſibus meis. Agnouit peccatum quod commiſit, quum diceret, *Non nominabo nomen Domini, nec loquar vltra in nomine ipſius;* Et abiecit, Ieremias peccatũ ſtatim protulit. Vtinã & ego ſtatim ac peccaui, ſermonemque peccati protuli, ſentirẽ. (*Quia factus eſt ignis in corde meo ardens, & vrens, ita vt ferre minimè poſſim.* Audacter quid enunciabo; quod an his auditoribus profuturum ſit, ignoro. Dixit eſſe quoddam genus ignis, ignis qui ſenſu non percipitur, pœnam infligentis patienti tanto dolore, vt is qui punitur ſuſtinere non poſſit: dixit enim. (*Factus eſt in corde meo, quaſi ignis ardens, & vrens non tantùm in corde meo, ſed & in oſſibus meis, & diſſolutus ſum, & ferre non poſſum.*) Ego dubito, ne huiuſmodi ſit qui reſeruatur nobis ignis qualis fuit in corde Ieremiæ: ſed non experti ſumus illum, ſi experti eſſemus propoſitique eſſent duo ignes, hic, & externus, quo videmus comburi illos qui à præfectis Gentium cruciatus ferunt, illum potiùs ignem eligeremus, quàm hunc: ille enim ſuperficiem comburit, hic autem vrit cor, & à corde incipiens permeat per omnia oſſa, per omnes corporis partes graſſatur; ſicque inuadit, vt qui ardet ſuſtinere nequeat. Quis de hoc igne dicere poteſt, *Et non poſſum ferre?* noui prædones qui ignem hunc, & vim doloris tolerare potuerunt: alius dolor eſt: qui fit ab illo igne, quem Ieremias deſcripſit, inquiens, (*Et factus eſt in corde meo, quaſi ignis ardens, vrens in oſſibus meis, & diſſolutus ſum vndique & non poſſum ferre.* Illum ignem ſaluator accendit qui dixit, [a] *Ignem veni mittere in terram*: & ſecundùm illum ignem Saluator accendit, ideo incipientibus illum audire ignem primò iniicit. Primùmque ignem in eorum corda immittit, quem fatentur Simon, & Cleophas, dicentes poſt auditos ſermones eius. [b] *Nonne cor noſtrum ardens erat in via, quando aperiebat nobis Scripturas?* hîc cor ardet igne, & audi Simonem, & Cleopham dicentes. *Nonne cor noſtrum ardens erat?* Quis dignus iam eſt ad recipiendum ignem illum in cor, ne ibi ipſum recipiat? Volo deſcribere Quiſnam ſit, qui in corde ignem hunc habeat. Conſidera mihi duos, qui in eiuſdem generis peccatum lapſi ſint, in fœdam impuramque fornicationem, & horum duorum fornicantium alterum quidem nullo mœrore, nullo dolore affici, nullo conſcientiæ morſu compungi, ſed quod in Prouerbiis de

59 *Ignis triplex. is quo puniũtur improbi in alia vita: externus quo cruciati fuère martyres: Et qui ex flammis eſt charitatis.*

Iuſti ex Dei gratia habẽt, vt poſt admiſſum peccatum aliquod, Infernalis ignis memoriâ acerrimè in corde ſuo vri ſe ſentiant.

Ignis contritione & dilectione cor vrẽs immiſſus à Chriſto in eos qui ipſum audiunt.

a Luc. 12. 49.

b Luc. 24. 32.

60 *Igne quis ex delinquẽtibus vri ſalubriter in corde dicatur.*

περὶ τῆς πόρνης γυναικὸς πάσχοντα. ἥτις ἐὰν πράξῃ, ἀπονιψαμένη, οὐδέν φησι πεπραχέναι ἄτοπον. ἴδε μοι τὸν ἕτερον μετὰ τὸ πτῶμα μὴ δυνάμενον στέγειν, ἀλλὰ κολαζόμενον τὴν συνείδησιν, βασανιζόμενον τὴν καρδίαν, φαγεῖν καὶ πιεῖν οὐ δυνάμενον, οὐ κρίσει νηστεύοντα, ἀλλὰ ἀλγηδόνι τῆς μετανοίας. διάγραψόν μοι τὸν τοιοῦτον ὅλην τὴν ἡμέραν σκυθρωπάζοντα, καὶ καταπονούμενον, καὶ πορευόμενον, ὠρυόμενον ἀπὸ στεναγμοῦ τῆς καρδίας αὐτοῦ, βλέποντα αὐτοῦ τὴν ἁμαρτίαν ἐνώπιον αὐτοῦ διὰ παντὸς ἔμπροσθεν ἐλέγχουσαν. καὶ ἴδε τὸν τοιοῦτον οὐκ ἐπὶ μίαν ἡμέραν, οὐ δὲ ἐπὶ μίαν νύκτα, ἀλλ' ἐπὶ χρόνον πολὺν κολαζόμενον. τίνα τῶν δύο προκρίνεις; τίνα λέγεις ἐλπίδας ἔχειν παρὰ θεῷ; ἆρα ἐκεῖνον τὸν πορνεύσαντα, καὶ μὴ φροντίσαντα, ἀλλὰ, ἀπαλγοῦντα, ὡς καὶ παραδόντα αὐτὸν τῇ ἀσελγείᾳ; ἢ τοῦτον τὸν μετὰ τὴν μίαν ἁμαρτίαν πενθοῦντα, θρηνοῦντα οὗτος || ἐλπίδων ἐστίν. ὅσον πλέον καίεται ὑπὸ τῆς λύπης τοῦ πυρὸς, τοσοῦτον μᾶλλον ἐλεεῖται. καὶ ἔστιν αὐτῷ χρόνος αὐτάρκης τῆς κολάσεως οὗτος, ὅσος ἐκείνῳ δίδοται χρόνος κολάσεως τῷ πορνεύσαντι, καὶ λυπηθέντι. καὶ ἐπεὶ χρόνος ἐστὶ τούτῳ τῆς ἐνταῦθα κολάσεως λυσιτελὴς, διὰ τοῦτο ἐπραγματεύσατο κολάσαι τὸν πεπορνευκότα. καὶ ἡνίκα ἐκόλασεν αὐτὸν ἡ λύπη, καὶ εἶδε τὴν λύπην αὐτάρκη, φησί, μήποτε τῇ περισσοτέρᾳ λύπῃ καταποθῇ ὁ τοιοῦτος, κυρώσατε εἰς αὐτὸν ἀγάπην. ἕκαστος ἡμῶν ἐξεταζέτω τὴν συνείδησιν ἑαυτοῦ, καὶ ἰδέτω τί ἥμαρτεν. ὅτι δεῖ αὐτὸν κολασθῆναι, εὐχέσθω τῷ θεῷ τοῦτο τὸ πῦρ τὸ ἐν τῷ ἱερεμίᾳ ἥκειν ἐπ' αὐτὸν εἶτα τὸ ἐπὶ σίμωνα καὶ κλεώπαν ἐληλυθὸς, ἵνα μὴ τηρηθῇ τῷ ἄλλῳ πυρί. εἰ γὰρ μὴ ἔλαβεν ἐνθάδε τὸ πῦρ, ἀλλὰ καὶ ἥμαρτε, καὶ οὐ πεφρόντικεν, τηρηθήσεται ἐκείνῳ τῷ πυρί. Καὶ ἐγένετο ἐν τῇ καρδίᾳ μου ὡς πῦρ καιόμενον, φλεγόμενον ἐν τοῖς ὀστέοις μου. καὶ παρεῖμαι πάντοθεν, καὶ οὐ δύναμαι φέρειν, ὅτι ἤκουσα ψόγον πολλῶν συναθροιζομένων κύκλωθεν. ὁ ἄμεμπτος, ὁ μακάριος ἱερεμίας. καθ' ὑπεξαίρεσιν λέγω τούτου τοῦ μικροῦ ἁμαρτήματος, καὶ εἴ τι ἄλλο βραχὺ πεποίηκεν. ἐψέγετο ὑπὸ πολλῶν. ἀλλ' ὁ ὑπὸ τῶν πολλῶν ψόγος αὐτῷ ἐγκώμιον παρὰ θεῷ ἦν. ἔλεγον γὰρ οἱ ψέγοντες. ἐπισυστῆτε, καὶ ἐπισυστῶμεν αὐτῷ πάντες ἄνδρες φίλοι αὐτοῦ. τηρήσατε, τὴν ἐπίνοιαν αὐτοῦ, καὶ ἀπατηθήσεται. ἄλλην ἀπάτην ἐβούλοντο αὐτὸν ἀπατῆσαι ὀλέθριον, ἐναντία τῇ ἀπάτῃ περὶ ἧς εἶπεν. ἠπάτησάς με κύριε, καὶ ἠπατήθην. λέγουσι δὲ οὗτοι οἱ ἐπισυνιστάμενοι αὐτῷ. καὶ δυνησόμεθα αὐτῷ, καὶ ληψόμεθα τὴν ἐκδίκησιν ἡμῶν ἐξ αὐτοῦ. οἴονται ἠδικῆσθαι οἱ ἐλεγχθέντες ἐπὶ ταῖς ἰδίαις ἁμαρτίαις. καὶ διὰ τοῦτο οἰηθέντες ἠδικῆσθαι λέγουσι. ληψόμεθα τὴν ἐκδίκησιν ἡμῶν ἐξ αὐτοῦ. τοιοῦτόν τι πεποιήκασιν, οἱ καὶ τὸν ἠσαΐαν πρίσαντες. ὡς ἀδικηθέντες γάρ. ἐπειδὴ

|| ἐλπίζων.

A de meretrice scriptum est præ se ferentem, [a] *qua cùm peregerit, tergens os suum; Non sum, inquit operata malum.* Alterum post lapsum perspice ferre non sustinentem, sed conscientiæ pœnis vexatum, cordis tormenta sentientem, cibo, potúque refici non valentem, non ex animi voluntate ieiunantem, sed pœnitentiæ dolore. Cogites animo hunc totâ die mœrentem, malè affectum, & incedentem cum rugitu præ suspiriis cordis sui B peccatum suum contra se præ oculis habentem, & coram semper redarguens, & considera hunc non vnâ die, non vnâ nocte, sed multo tempore pœnam ferentem. Vtrum horum præfers? Vtrum dicis in Deo spem habere? num illum, qui fornicatus non curat, sed desperatâ salute in libidinem effusus est, an hunc, qui post vnum peccatum luget & verè plorat? Hic est qui sperat; qui quo C ardentiùs à mœrore ignis exuritur, eò plus misericordiam consequitur, & est illi tempus ad puniendum satis tantum quantum datur illi, qui fornicatus est, & doluit. Et quoniam tempus punitionis quam hîc persoluit, vtile est illi; ideo fornicantem pœnis afficiendum curauit: & vbi eum dolor puniuit, viditque dolorem satis iam esse, inquit, [b] *Ne potiori pœnâ, mœroreque hic absorbeatur, D Confirmate in ipsum charitatem.* Vnusquisque nostrûm suam conueniat conscientiam, videatque quid peccarit, & quia pœnas luere necesse est, oret Deum vt hîc ignis Ieremiæ veniat in ipsum: deinde fiat in illo quod Simoni contigit & Cleophæ; ne ad alium ignem reseruetur; Si enim hîc ignem non habuit, sed & peccauit, & non curauit, reseruabitur ad illum ignem. *(Et factus est in corde meo quasi ignis ardens, vrens E in ossibus meis, & dissolutus sum vndique, & non possum ferre. Quia audiui vituperationem multorum congregatorum vndique.)* Irreprehensibilis & beatus Ieremias; hoc vno excepto paruo errore, & si quid aliud leue commisit, à multis repræhendebatur, Sed multorum repræhensio laus ipsi erat penes Deû; aiebant enim vituperatores. *Insultate, & insultemus in eum omnes viri amici eius: obseruate mentem eius, & decipietur:)* aliâ deceptione volebant illum circumuenire perniciosâ, illi contrariâ de qua dixerat, *(Decepisti F me Domine, & deceptus sum.)* Dicunt autem hi qui in illum conspirant. *(Et prævalebimus ei, & sumemus vindictam nostram ex eo.)* Putant iniuriam se passos. Qui de suis delictis accusati sunt & ideo ex hac iniurię opinione dicunt, *(Et sumemus vindictam nostram ex eo.)* Tale quid egerunt, & qui Isaiam serrâ dissecuerũt; quasi iniuriâ affecti. Quoniam

a Prou. 30. 20.

Contritio peccati est saluber ignis vrẽs peccatoris cor ita vt ferre nequeat.

Contritionis igne quò ardentius vrimur, eò maiorem Dei consequimur misericordiam.

b 2. Cor. 2. 7.

Igne cõtritionis, & dilectionis necesse est vt hic in corde vramur, ni reseruato peccatis in inferno cruciari velimus igne.

61

Vers. 10.

Iustis laudem apud Deum conciliãt improbi dũ illos reprehendũt.

Reprahensiones & monita virorũ bonorũ iniurias sibi improbi putãt illatas, adeoque & vindicare cõtra illos se satagunt.

ἐπειδήπερ αἱ προφητεῖαι ἐπέστρεφον αὐτοὺς, καὶ ἐκόλαζον αὐτοὺς ἤλεγχον, ἐπετίμων, ἐπεβούλευσαν αὐτὸν, καὶ κατεδίκασαν αὐτοῦ ψῆφον θανατικήν. ἀλλά φησιν ὁ ἱερεμίας ἐπὶ τούτοις τοῖς συστᾶσι. καὶ κύριος μετ' ἐμοῦ, καθὼς μαχητὴς ἰσχύων. ἐὰν γενώμεθα ὁποίους ἡμᾶς εἶναι χρὴ, καὶ τὸ πῦρ ἐκεῖνο παραδεξώμεθα ἐπὶ ταῖς ἡμετέραις ἁμαρτίαις ἐρχόμενον, ὡς τῷ ἱερεμίᾳ καὶ τοῖς ὁμοίοις, κύριος γίνεται μετὰ ταῦτα μεθ' ἡμῶν, καθὼς μαχητὴς ἰσχύων. καὶ διὰ τοῦτο ἐδίωξαν, καὶ νοῆσαι οὐκ ἠδύναντο οἱ διώκοντες αὐτὸν ἰουδαῖοι. ᾐσχύνθησαν σφόδρα, καὶ οὐκ ἐνόησαν ἀτιμίας αὐτῶν. ἐν τοσούτῳ χρόνῳ ἀτιμαζόμενοι οὐ λέγουσιν ἑαυτῶν τὰς ἁμαρτίας, ὅτι ὁ κύριος ἦν μετὰ τοῦ διωκομένου, καὶ οὐ δύναται ὑποχείριος αὐτοῖς γενέσθαι διωκόμενος. μήποτε οὖν, ὡς πολλὰ τοῦ ἱερεμίου ἀναφέρεται ἐπὶ τὸν σωτῆρα, καὶ τοῦτο δύναται τοιοῦτον εἶναι; ἐπισύστητε γὰρ, καὶ ἐπισυστῶμεν αὐτῷ, εἴρηται, καὶ ἐπὶ τοῦ σωτῆρος. καὶ κύριος ἦν μετ' αὐτοῦ, καθὼς μαχητὴς ἰσχύων. διὰ τοῦτο ἐδίωξαν, καὶ νοῆσαι οὐκ ἠδύναντο οἱ διώκοντες αὐτὸν ἰουδαῖοι. ᾐσχύνθησαν σφόδρα, καὶ οὐκ ἐνόησαν ἀτιμίας αὐτῶν. ἐν τοσούτῳ χρόνῳ ἀτιμαζόμενοι οὐ λέγουσιν ἑαυτῶν τὰς ἁμαρτίας, αἳ δι' αἰῶνος οὐκ ἐπιλησθήσονται. || ἀλλ' οἴονται, ὅτι ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ ἐπιλησθήσονται αὐτῶν αἱ ἀνομίαι. ἡμεῖς δὲ ὁρῶμεν, ὅτι δι' αἰῶνος αὐτῶν αἱ ἀνομίαι οὐκ ἐπιλησθήσονται. καὶ ὁρῶντες μεμνήμεθα τοῦ, μὴ ὑψηλοφρόνει, ἀλλὰ φοβοῦ. εἰ γὰρ ὁ θεὸς τῶν κατὰ φύσιν κλάδων οὐκ ἐφείσατο, πόσῳ μᾶλλον τῶν παρὰ φύσιν οὐ φείσεται; κύριος οὖν τῶν δυνάμεων μεθ' ἡμῶν, δοκιμάζων δίκαια, συνιῶν νεφροὺς, καὶ καρδίας. ὁ κύριος δοκιμάζει μὲν δίκαια, ἀποδοκιμάζει δὲ ἄδικα. καὶ ἔστιν, ἵν' οὕτως εἴπω τραπεζίτης δικαίων καὶ ἀδίκων. οὗτος δὲ ὁ κύριος καὶ συνιῶν ἐστι νεφροὺς, καὶ καρδίας. ζητῶ τί διαφέρει τὸ συνιέναι νεφροὺς, καὶ καρδίας. καὶ μήποτε ἄλλο ἐστὶ τὸ συνιέναι νεφροὺς, καὶ καρδίας, ἄλλο τὸ ἐτάζειν καρδίας, καὶ νεφρούς. οὐ πάντων ἐτάζει καρδίας καὶ νεφροὺς, ἀλλὰ τῶν ἡμαρτηκότων. ἐφίστημι γὰρ τῷ σημαινομένῳ τοῦ ἐτάζειν, ὅπερ λέγεται ἐν τῷ βίῳ τούτῳ ἐπὶ τῶν βασανιζομένων ἐπὶ τοῖς δικαστηρίοις ἐτάζουσιν. οἱ δὲ ἐτάζονται, οἱ δὲ εἰσὶ καὶ ἐν πόνοις βαρυτάτοις. οἱ μὲν οὖν κολασταὶ ἐτάζουσι πλευρὰς, ἐτάζουσι σώματα. κύριος δὲ μόνος καινὸν ἔχει τρόπον ἐτασμῶν. ἐτάζων γάρ ἐστι καρδίας. καὶ μόνῳ τῷ κυρίῳ ἔξεστιν ἐτάζειν καρδίας καὶ νεφρούς. λῃσταὶ ἐνταῦθα ἐτάζονται κατὰ πρόσταξιν ἡγεμόνος τὰ πλευρά. ἐκεῖ δὲ οὐκ ἐκ προστάξεως θεοῦ, ἀλλ' ὑπ' αὐτοῦ τοῦ κυρίου ἐτάζεταί τις νεφροὺς καὶ καρδίας. εἰ μὴ ἄρα ἐνταῦθα λέγω, τὸν μὲν προστασσόμενον εἶναι τὸν υἱὸν, τὸν δὲ προστάσσοντα εἶναι τὸν πατέρα. καὶ τὸν λόγον εἶναι τὸν ἐτάζοντα καρδίας καὶ νεφρούς. καὶ πασῶν γε νομίζω βασάνων, πάντων τῶν πόνων βαρύτερα τὰ ἀπὸ τοῦ λόγου, ὅταν ἐτάζῃ καρδίας καὶ νεφρούς. διὸ

Iudæi Ieremiam perſequutes, cùm igne cōtritionis combuſti nō ſint in corde, confuſi nec ipſam ſuam agnouêre ignominiam.

Chriſtũ perſecuti Iudæi in peccati ſui obſtinatione nec illā agnoſcentes adhuc confuſi perſiſtunt.

Damnatæ Origenis locutiones.

Trapezita iuſtorum & iniuſtorū eſt Deus.

Renes & corda aliter intelligere, aliterque ſcrutari Deus dicitur.

Scrutatur Deus forenſi quodammodo quæſtione renes & corda peccatorū vt iudex.

Scrutari pro torqueri in fori iudicio ad quæſtionē.

Caue, ſauent enim hoc Arianiſmo.

Iudicy Dei examē peccatoris ad tormentorū quæſtionem, omnium aliorū acerbius examinum.

Quoniam prophetiæ conuertebant eos, & puniebant, redarguebant, increpabant, ſecuerunt illum, mortiſque ſententiam in eum tulerunt. Sed in hos conſpiratores ſubdit Ieremias. (*Et Dominus mecum quaſi bellator fortis.*) Si euadamus quales nos oportet eſſe; ignemque illum ſuſcipiamus in peccata noſtra deuenientem, quemadmodum ſuſcepit Ieremias, & ſimiles illi, Dominus fit poſt hæc nobiſcum quaſi bellator fortis. *Idcirco perſecuti ſunt, & intelligere non potuerunt*, qui perſequebantur eum Iudæi. *Confuſi ſunt vehementer & non intellexerunt ignominias ſuas*: tanto tempore cùm inhonorentur, non confitentur peccata ſua; Quoniam Dominus erat cum eo, qui perſecutionem patiebatur; nec poteſt perſecutionem ferendo in eorũ poteſtatem venire. Numquid verò ſicut pleráque alia Ieremiæ referuntur ad ſaluatorem, poteſt hoc etiam tale quid eſſe? (*Inſultate enim & inſultemus in eũ*,) etiã de Saluatore dictũ, *Et Dominus erat cum eo quaſi bellator fortis: Idcirco perſecuti ſunt, & intelligere non potuerunt*, qui perſequebantur eum Iudæi: *confuſi ſunt vehementer, & non intellexerunt ignominias ſuas*, tanto tempore ignominiis affecti delicta ſua non confitentur, quæ per ſæculũ non tradentur obliuioni. Sed putant in hoc ſæculo fore, vt iniquitates eorum obliuioni tradantur. Nos porrò videmus, eorum iniquitates per ſæculum obliuioni non eſſe tradendas: & videntes in memoriam illud reuocamus,[a] *Ne alta cogites, ſed time. Etenim ſi Deus ramis ſecundùm naturam illi coniunctis non pepercit quantò magis non naturalibus non parcet?* Dominus itaque virtutum nobiſcũ. *Probans iuſta, intelligens renes, & corda.* Dominus probat iuſta, iniuſta reprobat, eſtque, vt ita dicã, iuſtorum, iniuſtorũque Trapezita: hic porrò Dominus & intelligens eſt renes & corda. Quæro quid differat intelligere renes & corda? An verò aliud eſt intelligere renes, & corda, aliud verò ſcrutari corda & renes? Non omnium, ſed peccatorum ſcrutatur corda, & renes: in ſignificato enim Verbi huius. *Scrutor*, inſiſto, quod in fori cauſis de iis dicitur qui ad quæſtionem tormenta iudicum patiuntur: qui verò illa patiuntur maximos perferunt dolores. Tortores itaque ſcrutantur latera, ſcrutantur corpora: Dominus verò ſolus nouo quodammodo ſcrutatur, ſcrutatur quippe corda, illiſque tãtùm licet corda & renes ſcrutari. Latronibus hîc iuſſu principis latera torquẽtur, ibi verò nõ iuſſu Dei, ſed ipſe Dominus eſt qui renes, & corda ſcrutatur: niſi verò hîc dicã filiũ eſſe cui præcipitur, Patrẽ verò qui præcipit: Verbumque eſſe, quod corda reneſque ſcrutatur, & tormentorũ omniũ, omniũque dolorũ grauiſſima puto quæ à verbo ſunt, dum ſcrutatur renes & corda. Quapropter ſumma ope nitamur, ne

62 Verſ. 11.

a Rom. 11. 20.

63 Verſ. 12.

διὸ πάντα πράττωμεν, ἵνα μὴ παραδοθῶμεν ἐκείνῳ τῷ ἐτασμῷ. οὗ ἐτασμοῦ οἴομαι ἔλαττον πάσχειν τοὺς παραδιδομένους τοῖς λεγομένοις ἐν τῷ εὐαγγελίῳ βασανισταῖς. πολλοῖς γὰρ παραδίδονται, τάχα πλείοσι βασανισταῖς κατὰ τὴν ἀρχὴν, οὐδέπω ἄξιοι γινόμενοι παραδιδόναι ἑνὶ λόγῳ τῷ ἐτάζοντι καρδίας καὶ νεφρούς. ὁ πλούσιος ἐκεῖνος οὐδέπω ἄξιος ἦν παραδοθῆναι τῷ ἐτάζοντι καρδίας καὶ νεφρούς, διὰ τοῦτο ὑπὸ πλειόνων ἐβασανίζετο. ὕστερον δὲ, εἰ καὶ ἐκεῖνος τοῦτο πάσχει ἢ μὴ, ὁ δυνάμενος ἐξεταζέτω. πλὴν τὰ περιμένοντα ἡμᾶς ἐστι, βασανισταὶ, καὶ ἐτάζων καρδίας καὶ νεφροὺς ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασιν ἡμῶν. ὧν ἁμαρτημάτων ἐὰν μὴ τάχιον ἀπαλλαγῶμεν, ἐν τούτοις ἐσόμεθα. διὸ ἀναστάντες τὴν ἀπὸ τοῦ θεοῦ βοήθειαν αἰτήσομεν, ἵνα ἐν χριστῷ ἰησοῦ μακαρισθῶμεν. ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

A ne illud examen subeamus. Quo quidem examine leuiora illos existimo pati, qui tortoribus Euangelicis traditi sunt, multis enim traduntur, fortasse pluribus in principio nondum digni qui tradantur vni Verbo corda & renes scrutanti. [a] Diues ille nondum dignus erat, qui scrutanti corda & renes traderetur, ideóque à pluribus torquebatur. Tandem verò si & ille hoc patitur nec ne, qui potest exquirat. Cæterùm quæ nos manent, tortores sunt, B & scrutator cordium & renum de peccatis nostris: quibus, ni citò absoluamur, in ipsis erimus. Quare excitati opem à Deo imploremus, vt in Christo Iesu beatitudinem consequamur: cui est gloria in sæcula. Amen.

a Luc. 16. 22.
Caue hanc Origenis damnatã sententiam inferni pœnas minuere, & quoad acerbitatem, & quoad æternitatis durationem.

Capitis 20. à vers. 14. vsque ad finem. Sectio Tertia.

TEXTVS VVLGATÆ. C

14 MAledicta dies, in qua natus sum: dies, in qua peperit me mater mea, non sit benedicta.

15 Maledictus vir, qui annunciauit patri meo, dicens: Natus est tibi puer masculus: & quasi gaudio lætificauit eum.

16 Sit homo ille vt sunt ciuitates, quas subuertit Dominus, & non pœnituit eum: audiat clamorem manè, & vlulatum in tempore meridiano.

17 Qui non me interfecit à vulua, vt fieret D mihi mater sepulchrum, & vulua eius conceptus æternus.

18 Quare de vulua egressus sum, vt viderem laborem & dolorem, & consumerentur in confusione dies mei?

TEXTVS SEPTVAGINTA.

14 *MAledicta dies, in qua natus sum in ea: di es, in qua peperit me mater mea, non sit benedicta.*

15 *Maledictus homo, qui Euangelizauit patri meo, dicens: natus est tibi masculus.*

16 *Lætans sit homo ille, sicut ciuitates, quas subuertit Dominus in furore, & non pœnituit eum. Audite clamorem manè, & vlulatum meridie.*

17 *Quia non interfecit me in vulua, & facta est mihi mater mea sepulchrum meum, & vulua conceptionis æterna.*

18 *Vt quid ita egressus sum è vulua, vt viderem labores, & dolores, & consummati sunt in confusione dies mei?*

PARAPHRASIS CHALDAICA.

14 *MAledicta dies in qua natus sum: dies in qua peperit me mater mea, non sit benedicta.*

15 *Maledictus vir qui annunciauit patri meo dicens: Natus est tibi filius masculus, lætitia lætificauit eum.*

16 *Sitque vir ille sicut ciuitates quas subuertit Dominus in furore suo, & non sunt habitatæ: & audiat clamorem manè, & vlulatum in tempore meridiano.*

17 *Vtinam non dictum fuisset de me: sed quòd mortuus essem ab vtero, vt esset mihi mater mea sepulchrum meum, & essem quasi non essem.*

18 *Quare de ventre egressus sum, vt viderem laborem & dolorem, & consumpti sunt in confusione dies mei?*

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

64 Hieronym. *Animas hominum prius fuisse in cælestibus, tum exinde translatas ad corpora, corporeasque miserias error Origenis.*

HIeronymus. (*Maledicta dies in qua natus sum, &c.*) Qui putant animas fuisse in cælestibus, & de meliori in peiorem statum præcipitatas, hoc & huiuscemodi vtuntur testimoniis: quòd scilicet melius fuerit in cælestibus, quàm in terrenis commorari, & corpus humilitatis assumere: noua quædam imò iam vetera hæreseôs suæ argumenta quærentes: Nos verò le- E gentes illud Beati Iob: [a] *Maledicta dies in qua natus sum: & nox illa in qua dixerunt, ecce masculus: & maledictus homo qui annunciauit patri meo dicens: natus est tibi puer:* huic testimonio coaptamus, quòd scilicet melius sit non esse, quàm viuere in suppliciis: iuxta illud quod scriptum est: *Mors viro requies, cui clausit Deus viam suam.* Et iterum. [b] *Quare data est misero lux, & vita his qui in amaritudine animæ sunt?* Et in Euangelio simpliciter dictum legimus: [c] *Melius ei fuerat si natus non fuisset:* non quòd sit qui natus non fuerit: sed quòd melius sit non esse quàm malè esse. Aliud est enim F omnino non esse: aliud, cùm sit, absque vlla intermissione cruciari: quo modo mortẽ quietam, vitæ miseræ præferimus. Vnde & [d] Amos diem appellat tenebrarum, & diem afflictionis. Et Iacob eò quòd vixerit in labore & angustia, [e] dies vitæ suæ, paruos & pessimos vocat. Et Paulus Apostolus dicit: [f] *Vt eriperet nos de præsenti sæculo nequam.* Et iterum, [g] *redimentes tempus, quoniam*

Non esse, melius asseritur, quàm viuere in continuis cruciatibus.

Hocque sibi vult maledictio natiuitatis habita à Iob, & à Ieremia.

a Iob. 3. 1. & 9.
b Iob. 3. 20.
c Matth. 26. 24.

Mors quieta præfertur vitæ miseræ.

d Amos 5. 18
e Gen. 47. 9.
f Gal. 1. 4.
g Ephe. 5. 16.

niam diei mali ſunt. Hebræi quintum menſem, quo capta Ieruſalem templumque ſubuerſum eſt, natiuitati Ieremiæ ſupputant, & inextricabilibus quibuſdam & incredibilibus argumentis. Quod ſi probare potuerint, quo modo teſtimonium Iob interpretari valeant,neſcio: niſi fortè & illum diem quadam præfiguratione, & vaticinio futurorum ſubuerſionis templi autument. Quodque imprecatur ſimilitudinem ſubuerſarum ciuitatum, de Sodoma & Gomorrha dici arbitror, & omne tempus in luctu, vt manè ſit clamor,& vlulatus meridie. Quod autem infert: *Qui me non interfecit in vulua:* Deum ſignificari putant.Vt eſſet, inquit, mihi conceptus æternus: quæ omnia dicuntur hyperbolicè. Denique exponit cauſas cur mortem præferat vitæ, & omnino non eſſe quàm malè eſſe, ſubiungens: *Quare de vulua egreſſus ſum, vt viderem laborem, & dolorem, & conſumerentur in confuſione dies mei?*

65 Theodorit. *A blaſphemiis alienum fuiſſe Ieremiã etiam maledicere diei prabal ita conteſtetur eiuſdẽ laudatio Dei. Doloris vehementiſſimi effectus & maledictionis natiuitatis, ſicut & corporeorum geſtorum mœrorẽ ſignificantiũ. Nuntius natiuitatis Ieremiæ fuiſſe virũ aliquẽ eximium.*

Theodoritus. Iungit hæc cum præhabita in verſ. 13. Dei laudatione. Fatigatus itaque & dolore nimio confectus, necnon vitam hanc ægrè ferens laudat in primis Deum vniuerſorum, túmque maledicit diei, quã mater parturientis patiebatur dolores. (*Cantate*,inquit, *Deo: Laudate eum, quia eripuit animam pauperis de manu malignantium.*) Præponit laudes vt omnem accuſationem blaſphemiæ tollat. Dehinc ait,(*Maledicta dies: in qua natus ſum: in qua die peperit me mater mea. Et maledictus homo, qui nuntiauit patri meo, dicens: Natus eſt tibi filius maſculus: ne lætetur.*) Qui vehementer anguntur, ſolent adſtantes repræhendere, & manibus reprimere: quandoque, premente dolore, manus collidere: quod accidit Prophetæ: qui præ nimio dolore, nullâ ſubſiſtente cauſâ, diem redarguebat: eum item, qui patri partum nuntiauerat: qui quidem non erat quiuis è plebe; veriſimile eſt enim,non quemlibet nuntiaſſe. Addit verò melius mihi erat, in vulua finire vitam, & mortuum egredi, quàm in has omnis generis delabi calamitates.

66 D. Thomas. a Rom. 5. 3.

D.Thomas. Hîc plangit natiuitatis ſuæ ortum. Sed obiicitur contra hoc quod hîc dicitur. Sanctorum enim eſt gloriari in tribulationibus: vt dicitur ad Rom. 5. Ergo videtur quod Ieremias non debuerit pro tribulationibus in maledictionem prorumpere.Præterea, dies creatura Dei eſt: maledicere autem creaturæ Dei eſt peccatum. Ergo &c.Præterea, dies tranſitorium quid eſt:& huic pænam maledictionis aptare ſtultum eſt. Ergo,&c. Præterea nullus dicitur innocenti maledicere: ſed ille homo in hoc quod Ieremiam non interfecit innocens fuit: ergo peccauit ipſi maledicendo. Ad primum dicendum: quòd tribulationes in ſe conſideratæ malæ ſunt: in quantum contrariantur naturæ bonæ:vt dicit Auguſt. Et ſic eas abhorreri naturali odio, peccatum non eſt; Si tamen propter eas ratio à ſua rectitudine deduceretur, hoc eſſet peccatum. Conſideratæ autem ſecundùm quod promouent in bonum: ſic ſancti in ipſis gloriantur: ſicut infirmus in ſectione per quam ſanatur. Ad ſecundum dicendum: & ad tertium: quòd diei in ſua natura conſideratæ non maledicit: quia hoc eſſet ſtultum, & peccatum: ſed in quantum mala eſt: pront, ſcilicet aliquid mali in ipſa accidit: ſicut è contra dies feſtus agitur propter aliquod bonum quod die illo accidit: & hoc ſignificat illa maledictio. Gregorius tamen reſpiciens ad naturam ipſius diei dicit: quod ad literam non poteſt intelligi. Et ſimiliter dicendum ad vltimum: quòd non maledicit illis hominibus,niſi in quantum relationem habent ad ſuum actum. Vnde per hoc dat intelligere horrorem ſuum: hiperbolicè loquens & tædium vitæ ſuæ propter anguſtias quas patiebatur. Circa hoc ergo duo facit. Primò ponit maledictionem contra natiuitatis tempus, (*Maledicta dies*) Iob. 3.[b] *Pereat dies in qua dictum.eſt: conceptus eſt homo:* contra natiuitatis nuntium. (*Maledictus vir: gaudium.*) Geneſ. 21.[c] *Gaudium fecit mihi Dominus: & quicúmque audierit: corridebit mihi.* Et explicat maledictionis modum: (*ſit homo ciuitates.*) Iſai. 25.[d] *Poſuiſti ciuitatem in tumulum: vrbem fortem in ruinam.* Et contra vitæ miniſtrum qui, ſcilicet vitam conſeruauit: (*audiat clamorem:* (ſcilic.mortis (*vt fieret ſepulchrum*) quaſi non computatus eſſet inter homines (*conceptus æternus*) qui ſcilicet numquam ad debitum partum perueniſſet. Iob. 3.[e] *Quare in vulua non mortuus ſum: egreſſus ex vtero non ſtatim perij?* ſecundò ponitur maledictionis ratio. (*Quare de vulua,*) ſupra 15.[f] *Vah mihi mater mea: quare genuiſti me virum rixæ: virum diſcordiæ in vniuerſa terra?* Machab. 2.[g] *Vah mihi vt quid natus ſum videre contritionem populi mei: & contritionem ciuitatis ſanctæ: & ſedere illic cum datur in manibus inimicorum.*

Tribulationes cõſideratæ vt mala ſecundũ naturã abhorreri ſine peccato queunt: ſecus ſi conſiderentur vt promouent ad bonum. Dies maledixit Sãcti vt quid mali in ipſa accidit.

Maledicens diei,&c. Ieremias hyperbolicè loquitur ex tædio vitæ ſuæ ærumnoſæ.

b Iob. 3. 3. c Gen. 21. 6. d Iſai. 25. 2. e Iob. 3. 11. f Iere. 15. 10. g Machab. 2. 7.

67 Clem. Alex. Ierem. 20. *Maledictio Ieremiæ ortus ſui, tendit in execrationem peccati, & inobedientiæ Iudæorum.*

Præter hos, iſta habeo quæ ex Patribus hîc referam. Clemens Alexandrinus lib. 3. Stromatúm cap. 8. *Execranda dies in qua natus ſum, & non ſit optanda*, inquit Ieremias, non abſolutè execrandam dicens generationem, ſed populi peccata ægrè ferens, & inobedientiam. Subiungit itaque. *Cur enim natus ſum, vt viderem labores, & dolores,& in perpetuo probro fuerunt dies mei?* Iam omnes qui prædicabant veritatem, propter eorum qui audiebant inobedientiam quærebantur ad pœnam,& veniebant in periculum.[h] *Cur enim non fuit vterus matris meæ ſepulchrum, ne viderem afflictionem Iacob, & laborem generis Iſrael?* ait Eſdras Propheta.

h 4. Eſdr. 5. 35.

Origen. *Maledicentes diei ortus & Iob, & Ieremias equè ſe habuêre, neutrumque malè egiſſe aſſerendum.* Ierem. 20.

Origenes lib. 3. in Iob, ſi Origenis ſunt libri illi, ſimilia à Sancto Iob in capit. 3. prolata expendens, primò hæc ait: Si ob hoc repræhenditur Iob, vel accuſatur quòd diem ſuum maledixerit, repræhendatur pariter cum illo vel accuſetur ſanctiſſimus Ieremias Propheta. Nam ſicut Iob maledixit diem natiuitatis ſuæ, ita & Ieremias denotauit diem natiuitatis ſuæ, & omnia conſequenter ſimiliter vt Iob locutus eſt de die natiuitatis, atque de cæteris omnibus. Si ergo repræhendit quis, vel accuſat, vtroſque repræhendere, vel accuſare debet, & Iob & Ieremiam: & ſi de blaſphemia accuſat, vtroſque debet accuſare & Iob, & Ieremiam. Vterque enim & Iob,& Ieremias, ſimilia dixerant,ſimilia locuti ſunt, eumdem diem natiuitatis ſuæ maledixerunt, atque denotauerunt. Sed & Iob beatus eſt in conſpectu Domini, & Ieremias glorioſus eſt cum ſanctis. Væ autem his qui ſanctos blaſphemauerint, qui amicos Dei accuſauerint, maximè quos etiam Deus poſt mortem memoria honorificauit, ſicut Iob de quo dicit:[i] *Si autem ſteterit Iob & Noe & Daniel in conſpectu meo:* aut ſicut Ieremiam, quem in vita plus omnibus magnificans, dicit.[k] *Antequam formarem te in vtero noui te, & antequam exires de vulua ſanctificaui te, & Prophetam in gentibus poſui te.*

i Ezec. 14. 14. k Iere. 1. 5.

68 *Diei maledi- ctio relata ad nihil, cum dies præterita nihil sit.*

Plura autem ibidem in istius maledictionis intellectum, & circa ea quæ & hîc à Ieremia dicuntur, asserit idem Origenes, quæ æquum est vt breuiter hîc adnotemus. Primùm autem postquam pluribus probauit diem præteritum nihil esse, cùm nec naturam habeat, neque substantiam, concludit. Maledicebat, inquit, Iob diem suum non maledicebat Deum, non repræhendebat, non blasphemabat, nõ accusabat, non murmurabat de Deo, non ingratus existebat Deo, sed diem maledicebat qui non erat. Nam Deo gratias agebat, confitebatur, inuocabat, benedicebat. Sit inquit, nomen Domini benedictum in sæcula. Sic itaque benedicendo, ac gratias agendo Deo, diem qui nec visionem, nec naturam, nec substantiam habet, maledicebat, vel potiùs eum qui non erat, sicut priùs ostensum est, & hoc vt tantùm loqueretur.

Maledictio diei ortus, relata ad miserias, & dolores atque delicta vitæ præsentis.

Secundò aliter. Non maledicitur, ait, dies mortis, neque dies finis, neque dies exitus de hoc sæculo. Est namque consummatio & requies, & dolorum omnium transitus, ac depositio. Dies natiuitatis omnium tribulationum & angustiarum, dolorum quoque & miseriarum, omnium nihilominus peccatorum atque impietarum initium est atque introitus, per quem pereunt impiæ atque irreligiosæ animæ, ergo omnium horum quæ memorata sunt initium atque introitus corruptibilis natiuitatis dies est. Meritò maledictus dies in quo natus sum, *quia melior est dies mortis, quàm natiuitatis*, sicut dicit Ecclesiastes, [a] & propterea maledictus dies in quo natus sum. Quare? quia per hunc, inquit, ad omnes hos nefandos perueni dolores, quia per hunc ad omnia hæc amarissima perueni supplicia, quia per hunc ad terrenum hoc veniens sæculum nequissimi aduersarij sustineo Zelum, ac malignissimi diaboli supporto supplicium. Pro his ergo omnibus maledictus in quo natus sum.

Mortis dies melior quàm dies natiuitatis.
a Eccl. 7. 2.

Christus in horto mortis cruciatus se trepidare significauit patri, vt vere carnis suæ ostenderet infirmitatem.

Tertiò dans rationem quòd in his verbis nil mali actum sit. Quid autem miramur, inquit, quòd Iob ita ingentes sustinens dolores conquestus fuerit, vel alij sancti, cùm terreni fuissent homines ex corpore & anima verè plasmati, cùm & ipse qui omnium sanctorum rector, & conditor cæli, ac terræ, & mediator Dei & hominum Iesus Christus filius Dei viui, cùm humano se indueret corpore, cùm corruptibilem sibi circundaret formam, cùm iret ad passionem, atque ad crucem, questus est dicens: [b] *Pater si fieri potest, transeat à me calix iste*, hoc est, hæc passio, *& cepit trepidare, & mæstus esse*? Non quia trepidauerit deitas, sed quia carnis infirmitatem ostendit. Sicut ergo ille Dominus vt ostenderet quia non erat phantasma, sed corpus verè corruptibile habens, se dolorem atque passionem crucis timere ostendit: sic etiam Iob, & Ieremias atque alij sancti, vt ostenderent, quia cùm essent carnales, cum dolore sustinuerunt ac supportauerunt supplicia atque pœnas quæ eis acciderunt.

b Matth. 26. 39.

Sancti vitæ istius maledicunt ærũnis, vt exploratũ esset & ipsos vt homines illas sentire.

69 Hilarius.

Hilarius Enarratione in Psalm. 119. super ea verba. *Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est*, ait, Iob sanctus & testimonio Dei dignus, non solùm corporis istius incolatu congemiscit, sed ipsam illam natiuitatis suæ diem maledicit dicens: [c] *Pereat dies ille in quo natus sum, & nox in qua dixerunt: Ecce masculus natus est*, & Ieremias similiter: [d] *Maledicta dies in qua genitus sum: maledicitur nuncians patri meo & dicens: Quia natus est tibi masculus.* Arqui idem à Domino audierat: [e] *Prius quàm te formarem in vtero noui te, & prius quàm exires de ventre sanctificaui te.* Quid ergo? maledicit ne cæpisse se qui ante quàm esset, & Deo cognitus est, & sanctificatus à Deo est? Absit istud. Non enim hoc in se quòd sanctificatus est odit: sed ea quæ sanctificationem consecuta sunt, maledicit, profectum scilicet per incrementa corporis in has molestias corporei incolatus. Formatus enim intra matris vuluam, & per virtutem creatoris sui in substantiam animæ ad Dei imaginem figuratus: non conceptus, nec figurationis suæ ortum, sed eum qui ex incremento accessit profectum ediri corporis congemiscit: in quo sibi in malis sæculi & infirmitatibus carnis vitiisque viuendum sit.

c Iob. 3. 3.
d Ierem. 20.
e Iere. 1. 5.

Maledictum diei ortus sui Ieremias non id execratus est quòd fuit sanctificatus, sed quòd ortus ad vitæ istius miserias progressus sit, atque ad vitia.

70 Greg. Nyss.

Gregorius Nyssenus eodem hæc sumens sensu in oratione consolatoria in funere Pulcheriæ ita habet quæ hîc referantur. Quo igitur, quæso te, bono priuata est, cùm hæc carnalem vitam exuit? Dicam tibi vitæ bona animi ægritudines & molestiæ, voluptates: iræ, metus, spes, cupiditates, & desideria. Hæc & eiusmodi sunt, quibus in præsenti vita implicari atque connexi sumus. Quid igitur mali accidit ei, quæ à tot tyrannis liberata sit? Vnusquisque enim affectus ac perturbatio, cùm præualet ac dominatur, rationibus sibi subiugatis, animi nostri tyrannus existit. An malè nos habet, quòd non doloribus pariendi confecta? quod non cura liberorum educandorum attrita est? quòd non similes dolores excepit, atque propter illam parentes sustinuerunt? At eiusmodi res fælicitatis nomine prædicandæ, non deplorandæ sunt. Nam in nullo versarum esse malo, melior res est, quàm humana capere possit natura: Ita sapiens etiam ille Salomon in suis scriptis [f] mortuum superstite beatiorem esse ducit: item magnus Dauid [g] vitam quæ in carne degitur, lamentatione & gemitu dignam esse ait: itaque cùm ambo splendidi atque magnifici, vtpote regiâ potestate præditi essent, omnium rerum, quæ per vitam suaues atque iucundæ habentur, ad arbitrium compotes atque participes nihil ad præsentium rerum vsum & oblectationem inclinati sunt; sed cùm arcanorum bonorum, quæ in corporea vita proposita sunt, desiderio tenerentur: calamitatis & infortunij loco habebant eam, quæ in carne transigitur, vitam. Audiui Dauidem in multis locis Sacrorum Psalmorum, cùm cuperet euadere ex eiusmodi necessitate, vbi aliàs quidem, [h] *Desiderat*, inquit, *ac desiderando deficit anima mea in atria Domini*: alias verò, [i] *Educ animam meam ex custodia.* Similiter autem Ieremias quoque maledictione & execratione dignum iudicat diem illum, qui princeps ei fuisset eiusmodi vitæ. Ac multas eiusmodi priscorum sanctorum voces, quæ feruntur & extant in diuina Scriptura, licet inuenire, cum desiderio veræ vitæ ea, quæ in carne degitur vita grauis eis esset & molesta.

Vita præsentis in carne bona sunt ærumnæ, &c.

Affectus quisque nobis præualens est tyrannus animi nostri.

E vita præsenti egressũ, quàm optarint, quãtiue fecerint Sancti.
f Eccl. 7. 2.
g Psal. 119. 5.
h Psal. 83. 3.
i Psal. 141. 8.
k Ier. 20. 14.

71 August.

Augustinus lib. 6. contra Iulianum cap. 12. Tom. 7. in Originale peccatum, & eam quæ illud consecuta est Dei iram, effectusque ipsius istam referens maledictionem. De hac ira, inquit, dicitur, [k] *Eramus, & nos naturâ filij iræ sicut & cæteri.* De hac ira dicit Ieremias, *Maledictus dies in quo natus sum.* Ioannes Chrysostomus homiliâ 4. de Patientia Iob ante medium Tom. 1. Prima

Maledictio diei, &c. Ieremiæ referẽda in ira consecuta ex peccato originali.
l Ephes. 2. 3.
Ioan. Chrys.

a Iob.3.3. *Maledicentes diei ortus sui Sancti non agentes, sed patientes id fecêre, in doloris vehementia acti.*

Prima ait, vox Iob, [a] *Pereat dies illa in qua natus sum, & nox in qua dictum est, natus est homo.* Non impiè agens hæc dicit, sed patiens. Et vide quid facit. Quemadmodū si quis apostematis morbo circumuentus ferro recidatur à medico: non habens quomodo recidenti aduersetur, circunstantia tangit, atque adstantes mordet, illis quidem inferre nihil habens, ad medicum autem extendere manum non volens; sic & Iob blasphemiæ magnitudinem timēs, facit inanimatis iniuriam, atque fiduciam passione adauget, non contra Deum audens, sed se denique accusans. Maledicit autem non creaturam, sed sui ipsius diem; potestatem, inquit, habeo diei mei; non maledico conditorem, mei ipsius diem maledico. *Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est, natus est homo.* Hæc dicit, & Ieremias. [b] *Heu mihi mater, vt quæ me talem peperisti virum iudicatum, & damnatum* [c] *maledicta dies in qua natus sum.* Hæc omnia quasi mœsta quædam, tragœdiisque simillima sancti exprimunt: vt tu postea discas, non in deliciis egisse vitam, sed mala innumera tolerantes, in agone certasse.

b Iere.15.10.
c Iere.20.14. *Sancti in ærumnis iugibus vitam egêre.*

72 Cyril. Alex. Origenes.

Cyrillus Alexādrinus, homil.8. in Leuiticum, siue is sit lib.8. item in Leuiticum Origenis, inter amborum enim opera reperiuntur. Ad peccatum pariter originale maledictionem istam referens ait. Sed & ille ipse qui nascitur, siue virilis, siue fœminei sexus sit, pronunciat de eo Scriptura quia [d] *non sit mundus à sorde, etiam si vnius diei sit vita eius.* Et vt scias esse in hoc grande nescio quid, & tale quod nulli sanctorum ex sententia venerit; nemo ex omnibus sanctis inuenitur diem festum, vel conuiuium magnum egisse in die natalis sui; nemo inuenitur habuisse lætitiam in die natalis filij, vel filiæ suæ. Soli peccatores super huiusmodi natiuitate lætantur. Inuenimus etenim in veteri quidem testamento Pharaonem [e] Regem Ægypti, diem natalis sui cum festiuitate celebrantem, in nouo verò testamento [f] Herodem. Vterque tamen eorum ipsam festiuitatem natalis sui profusione humani sanguinis cruentauit.[g] Ille enim præpositum pistorum, hîc sanctum Prophetam [h] Ioannem obtruncauit in carcere. Sancti verò non solùm non agunt festiuitatem in die natalis sui, sed & Spiritu Sancto repleti execrantur hunc diem. Neque enim tantus ac talis Propheta (Ieremiam dico, [i] qui in vtero matris sanctificatus est, & Propheta in gentibus consecratus) libris in æternum mansuris aliquid inaniter condidisset, nisi secretum quid contineret, & ingentibus mysteriis plenum, vbi dicit: *Maledictus dies in quo natus sum, & nox in qua dixerunt, ecce masculus: maledictus qui adnunciauit patri meo, dicens, natus est tibi masculus. Lateat homo ille sicut ciuitates quas Dominus destruxit in furore, & non pœnituit:* Videtur ne tibi hæc tam grauia, & tam onerosa imprecari Propheta potuisse, nisi sciret esse aliquid in ista natiuitate corporea, quod & huiusmodi dignum maledictionis videretur, & pro quo legislator tot immunditias accusaret, quibus congruas purificationes consequenter imponeret.

d Iob.14.4. *In Natiuitatis suæ, vel filiorum nemo festum, aut conuiuium celebrasse in Sac. literis reperitur Sanctorum. Natiuitatis suæ diem soli peccatores celebrasse reperiuntur in Scriptura Sacra.*
e Gen.40.20.
f Marc.6.21.
g Gen.40.22.
h Mat.6.27. *Natiuitatis suæ dies execratus sanctis ob originis, in quo tunc nati sunt, peccatum.*
i Ierem. 1.5.
Iere.20.14.

73 Greg. PP.
k Iob.3.3.

Gregorius lib. 4. Moralium cap. 6. explicat quidem iuxta literam Similia, quæ habet Iob. [k] *Pereat dies in qua natus sum.* Perspexit, inquit, quòd transitoriā afflictione percussum desperatè non flerent, nisi ipsi desperatam mentem ab spe incolumitatis internæ subtraherēt: & dum erumpit foras in vocem doloris vulneratis intus ostendit virtutem medicaminis, dicens: *Pereat dies in qua natus sum.* Quid enim debet per diem natiuitatis, nisi omne hoc tempus nostræ mortalitatis intelligi? quod quamdiu nos in hac nostræ mutabilitatis corruptione retinet, æternitatis nobis incommutabilitas non apparet. Qui igitur diem iam æternitatis videt, ægrè diem suæ mortalitatis sustinet. Et notandum, quia non ait, *pereat dies in qua conditus sum*, sed, *pereat dies in qua natus sum.* In die quippe iustitiæ homo est conditus, sed iam in tempore culpæ natus. Adam enim conditus, sed Cain primus est natus. Quid est ergo diei natiuitatis maledicere, nisi apertè dicere, dies mutabilitatis pereat, & lumen æternitatis erumpat?

Desperatione actis in vita huius ærumnis optimum medicamen execratio præsentium, æternorumq; desiderium. Maledictio diei natiuitatis est ægrè ferre mutabilitatu præsens tempus præ desiderio æternorum.

Cæterùm idem, propositis supra in cap.3. eiusdem libri hisce quæ hîc ait Ieremias in vers. 15. *Maledictus vir qui annunciauit patri meo, dicens, Natus est tibi puer masculus.* In cap.4. asserens, ea iuxta literam non posse intelligi, interpretansque illa mysticè. Sed quid est, ait, quod à Propheta maledictionis sententiam vir ille suscepit, qui natiuitatem illius patri nunciauit? hoc nimirum tanto intrinsecus maiori mysterio plenum est, quanto extrinsecus humanâ ratione vacuum: Nam si quid exterius rationabile fortasse sonuisset, nequaquam nos ad studium interioris intellectus accenderet. Eò ergo nobis plenius aliquid intus innuit, quo foris rationabile nihil ostendit. Si enim ex matris suæ vtero hoc in mundo Propheta affligendus prodiit, natiuitatis eius nuncius quid deliquit? Sed quid persona Prophetæ fluctuantis, nisi per pœnæ meritum veniens humani generis mutabilitas designatur? Et quid per patrem illius, nisi iste de quo nascimur mundus exprimitur? Et quis est ille vir qui natiuitatem nostram patri annunciat, nisi antiquus hostis? Qui cùm nos in cogitationibus fluctuare considerat, malorum mentes qui ex auctoritate huius mundi præeminent, ad persuasionem nostræ deceptionis instigat. Cúmque nos agere infirma conspexit, ea quasi fortia fauoribus extollit, & quòd sit natus masculus loquitur: cùm corruptores veritatis per mendacium nos extitisse gratulatur. Patri ergo masculum natum denunciat, quando huic mundo eum quem persuaserit factum innocentiæ corruptorem demonstrat. Nam cùm cuilibet peccanti atque superbienti dicitur: Fecisti sicut vir: quid aliud quàm natus masculus in mundo perhibetur? Iure igitur vir qui masculum natum nunciat maledicitur: quia ipso eius nuncio reprobum gaudium nostri corruptoris indicatur.

Mundus iste appellatus pater mutabilitatis humani generis Diabolus de nostro gratulās scelere aliquo perpetrato, dicitur nunciare mundo natum esse masculum.

Petrus Damiani lib. 1. epistolarum epistolâ 20. Non hîc dies illa, in qua natus est homo, maledicitur, sed prosperitas potiùs, quâ lenocinante in peccatum lapsus est, condemnatur. In qua videlicet die peccator quodammodo moritur in vulua, si ab ea quam cœperat, imò in qua malè nascebatur, desisteret culpa.

Petrus Dam. *Prosperitatis dies maledicitur in qua per peccatum malè nascimur.*

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Ἐπικατάρατος.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] πρὸ τούτου μὲν τὴν μητέρα ἐθρήνει, νῦν δὲ τὴν ἡμέραν· οὐ πρὸς τὸν θεὸν, ἀλλὰ πρὸς τὰ δεινὰ ἀποτεινόμενος. ὡς καὶ ἕτερος προφήτης. ἵνα τί μοι ἔδειξας κόπους καὶ πόνους; οὕτω καὶ Ἰώβ. ἵνα τί μοι συνήντησαν γόνατα; οὕτω καὶ οὗτος, οὕτω καὶ ἕτεροι τῶν προφητῶν.

|| Σευήρου ἀπὸ λόγου 108.] οὐχ ὡς εἷς τῶν πολλῶν τῶν μοχθηρῶς ὑπὸ τῆς κακίας διακειμένων, καὶ ὀλιγώρως φερομένων πρὸς τὰ περιστατικὰ καὶ ἐπώδυνα τοῦ βίου, βλασφήμως ταῦτα βεβόηκεν, ἀλλὰ μυστικῶς θρηνεῖν εἰδὼς, καὶ τὰ κοινὰ τῆς φύσεως ἡμῶν ἴδια λογίζεσθαι πάθη, πρὸς τὰ ἀδύνατα τῶν ἐννοιῶν χωρεῖ, καὶ κεκρυμμένων ἅπτεται λόγων.

[καὶ μετ' ὀλίγα.] ἄνεισι λοιπὸν ἐπὶ τὸν αἴτιον τῆς γενέσεως καὶ τῆς ῥεώδους μίξεως. καθ' ἣν ἔγνω Ἀδὰμ Εὔαν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, μετὰ τὸ ἐξελθεῖν τοῦ παραδείσου τῆς τρυφῆς. ἐξ ἧς καὶ συλλαβοῦσα ἔτεκε τὸν Κάιν· ἧς καὶ προηγήσατο τὸ τῆς ἀρᾶς ἐπιτίμιον ἐκεῖνο, πληθύνων πληθυνῶ τὰς λύπας σου, καὶ τὰ ἑξῆς. διὰ τοῦτο καὶ τῆς μητρὸς ἐμνημόνευσε πρώτης.

Ὀλυμπιοδώρου.] ὡς ὀλιγωρῶν ἐπὶ τὰ ἀνυπόστατα καὶ ἤδη παρῳχηκότα, τὰ μὴ δυνάμενα κατάραν δέξασθαι ἐκφέρει τοὺς λόγους. ἵνα δείξῃ μόνον τὴν συμβᾶσαν αὐτῷ περίστασιν.

[ἡ ἡμέρα, ἐν ᾗ ἔτεκέ με.]

Σευήρου, ἀπὸ λόγου 108.] καὶ γὰρ αὕτη πρώτη τὴν ἁμαρτίαν ἐνόσησε, τὴν ἀπάτην εἰσδεξαμένη τοῦ ὄφεως, καὶ παραβᾶσα τὴν ἐντολὴν, ᾗ τινι καὶ πάσης γυναικὸς τόκος κατηκολούθησεν, ἐξ ἐκείνης οὖν εἰμι φησὶ τῆς γενέσεως, ἐξ οὐ ἧς ἄν τις δυνηθεὶν τεχθεὶς τὴν ἁμαρτίαν πρόρριζον ἀνασπάσαι καὶ ἐκ βάθρων αὐτῶν. ἐπικατάρατος γένοιτο ἡ ἡμέρα, ἐν ᾗ ἐτέχθην ἐν αὐτῇ. ἡ ἡμέρα, ἐν ᾗ ἔτεκέ με ἡ μήτηρ μου. ταῦτα δὲ διενοεῖτο προφητικῶς, πρὸς ἐκεῖνον τὸν τόκον ἀποβλέπων τὸν ξένον, οὗ μόνον πρὸς θεραπείαν ἔχρῃζε τὰ ἀνθρώπινα. περὶ οὗ πρὸς τὴν θεοτόκον παρθένον εἴρηται καὶ μάλα δικαίως, εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶ, καὶ εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου. καὶ πάλιν, ἐτέχθη ἡμῖν Σωτὴρ σήμερον, ὅς ἐστι Χριστὸς Ἰησοῦς, ἐν πόλει Δαβίδ· ὅτι δὲ πρὸς ἐκεῖνο τὸ μυστήριον πόρρωθεν ὁρῶν ὁ Ἱερεμίας ἔλεγε ταῦτα, σαφέστερον παρίστησι τὰ ἐφεξῆς. τί γάρ φησιν; ἐπικατάρατος ὁ ἄνθρωπος ὁ εὐαγγελισάμενος τῷ πατρί μου λέγων, ἐτέχθη σοι υἱὸς ἄρσην; τί γὰρ οὐκ ἤρκει τὸ εἰπεῖν υἱὸς, ἀλλ' ἔδει προστεθῆναι, καὶ ἄρσην; πάνυ μὲν οὖν. ὅτι πρὸς μυστήριον ὅπερ εἶπον ἑώρα, καὶ οὐχ ἁπλῶς εἴρηται τὸ λεχθέν. ἐπειδὴ γὰρ ὁ Θεὸς προέταξεν ὡς ἰσχυρὸν καὶ ἡγεμονικὸν τὸ ἄρρεν τοῦ θήλεος· ἵν' ἐξ ἰσχύος δεχόμενον ἐρρωμένον

A Vers. 14. *M*aledicta dies in qua natus sum.)

Chrysostomi.] *Paulò supra matrem deplorabat; nunc diem, non ad Deum, sed ad mala respiciens: sicut & alius aiebat Propheta.*[a] Vt quid mihi ostendisti dolores, & labores? *Similiter & Iob.* [b] Vt quid mihi occurrerunt genua. *Hoc & iste, hoc & alij Prophetæ.*

74 Chrysost. *Maledicunt & Sancti tempus natiuitatis, non vt id est à Deo, sed vt propter vitæ huius miserias miserum, ac malum illud pronunciantes.*

a Abacuc. 1. 3.
b Iob. 3. 12.

|| Seueri ex sermone 108.] *Non tamquam vnus è vulgo qui vitiorum prauitate laborant, & negligenter se gerunt ad vitæ huius* B *perturbationes & afflictiones, blasphemo hæc ore pertulit, sed mysticè lugendi gnarus, & naturæ nostræ communia, vti propria sibi adsciscendi, ad ea quæ mentem exuperant fertur, & arcanas tangit rationes.*

Seuerus. *Maledictio Ieremiæ refertur ad diē quo Eua primò concepit, & peperit Cain, maledictionem tūc primùm experta partus in dolore.*

(Dies in qua peperit me mater mea.)

Eiusdem Seueri post pauca.] *Ascendit ergo ad eum qui natiuitatis auctor & fluidæ commixtionis fuit; secundùm quam*[c] *cognouit Euam vxorem suam, postquam è paradiso voluptatis* C *egressi sunt, ex qua illa concipiens peperit Cain; cui etiam præuia fuit illa maledictionis pœna*[d] multiplicās multiplicabo afflictiones tuas, &c. *Idcirco & matris mentionem primò fecit.*

c Gen. 3. 3.
d Gen. 2. 16.

Olympiodori.] *Maledicta dies, tamquam non valdè curans inuehitur in res non extantes & iam præteritas quæ maledictioni obnoxiæ esse non possunt, vt solùm quod sibi contigerat malum declararet, ostenderet.*

Olympiod. *Maledictio Ieremiæ in tēpus quod vt transactum nihil est, relata ad expressionem doloris dumtaxat emissa.*

(Dies in qua peperit me mater mea.)

D Seueri ex sermone 108.] *Hæc enim prima peccati morbo laborauit admissa seductione Serpentis & præcepto posthabito; quam & omnis fœminæ partus secutus est, ex illa itaque ait origine natus sum, ex qua natus nemo peccatum funditus & ab imis sedibus euellere poterit.* Maledicta *igitur* dies, in qua natus sum; dies in qua peperit me mater mea, *hæc verò Prophetarum more versabat in animo ad peregrinum illum partum respiciens, quo solo res humanæ egebant* E *ad eruditionem, de quo & iure quidem optimo ad Deiparam Virginem dictum erat.* [e] Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui, *& Iterum.*[f] Natus est nobis Saluator hodie qui est Christus Iesus in ciuitate Dauid. *Ieremiam verò Prophetam hæc dixisse longè perspicientem illud mysterium ex his quæ sequuntur, habetur manifestius. Quid enim ait?* Maledictus homo qui Euangelizauit patri meo, dicens, natus est tibi masculus, *An non satis erat dicere, filium, sed oportebat addere masculum? Sanè quidem ad mysterium quippe illud, quod dixeram respiciebat, nec inconsultè id dictum est. Nam quia Deus fœminæ præfecit masculum*

75 Seuerus. *Maledicit Ieremias diei natiuitatis, maledictam illam significans vt à matre sua in maledictione genitus peccati originalis.*

Maledicens Ieremias diei, quâ à matre sua, &c. tacitè suum subindicauit desiderium diei benedictæ quo Deipara Christum paritura erat.

e Luc. 1. 41.
f Luc. 2. 11.

Vers. 15. *Maledicit Ieremias diei quo nunciatū fuit natum masculum: cùm re vera vnus duntaxat Christus nasciturus esset masculus & fortis ad auertendū peccatum.*

μένον τὸ πᾶν γένος καταγάγῃ), ἄρσεν γὰρ καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτοὺς, φασὶ τὰ θεόπνευστα γράμματα. τὶ δὲ τῆς τάξεως ἀντεστράφη; καὶ ἡγήσατο τὸ θῆλυ πρὸς τὴν ἁμαρτίαν τοῦ ἄρρενος, ὥστε λέγειν. ἀθλίως πρὸς τὸν θεὸν, ἡ γυνὴ ἣν ἔδωκάς μοι, αὕτη μοι ἔδωκεν ἀπὸ τοῦ ξύλου, καὶ ἔφαγον, πάντα τὰ τικτόμενα λοιπὸν ἐκ τῆς ἐπικρατείας τοῦ χείρονος θήλεα πως ὑπῆρχον, καὶ ἄρρεν οὐδὲ ἓν, ἐπείπερ ἦν ἐκνενευρισμένα πάντα, καὶ ἐκτεθηλυμένα, καὶ παρειμένα τοῦ τόνου ἀνδρείου καὶ τοῦ φυσικοῦ. καὶ οὐδεὶς εἰς γένεσιν ἦλθεν ἄρρην τὴν ἁμαρτίαν ἀνατρέψαι δυνάμενος, καὶ τὸν ἐνταῦθα κρατήσαντα θάνατον κατὰ πάσης τῆς φύσεως, ἕως ἐτέχθη Χριστὸς, ὁ κυρίως ἄρρην, ὁ δεύτερος Ἀδὰμ, ὁ ἰσχυρὸς Θεὸς, ὁ τὴν τυραννίδα καταστείλας τῆς ἁμαρτίας [καὶ μετ' ὀλίγα.] εἰ μὴ γὰρ πρὸς τὸν νοῦν οὕτω τὸ ὑπὸ Ἱερεμίου λεχθὲν ἔτεινε, καὶ καταγέλαστον ἦν ἄγαν τὸ εἰπεῖν, ἐτέχθη σοι υἱὸς ἄρσην. τὶς γὰρ νοῦν ἔχων, κατὰ τὴν πρόχειρον ἔννοιαν θῆλυ νοήσαι καὶ οὐκ ἄρρενα τὸν υἱόν;

[ἐπικατάρατος.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τί λέγεις; τί καὶ τὸν ἄνδρα καταρᾶσαι; οὐχὶ πρὸ μικροῦ αὐτὸς ἔλεγες, εἰ ἀνταποδίδοτε κακὰ ἀντὶ ἀγαθῶν, καὶ σὺ ἀντὶ εὐαγγελίων οὕτω ἐποίησας, καὶ ἐγκαλεῖς ὅτι οὐκ ἀπέκτεινε; πῶς οὖν ἐγκαλεῖς, ὅτι ἀνελεῖν σε θέλουσιν οἱ Ἰουδαῖοι; εἰ γὰρ τότε ἀποθανεῖν καλὸν, πολλῷ μᾶλλον μετὰ τὴν πεῖραν. πῶς οὖν οὐ βούλει; ὁρᾷς οὐδαμοῦ λόγον ἔχοντα τὸν θρῆνον; θρῆνος γὰρ ἐστιν αὐτὸς, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τεθορυβημένης λελυμένος ψυχῆς, καὶ οὐδὲν διεσκεμμένης, ἀλλ' ἓν ζητούσης μόνον, ἀποθέσθαι τὸ βάρος.

[καὶ μετ' ὀλίγα.]

καὶ οὐχ' ἁπλῶς καταρᾶσθαι ἐκεῖνον, ἀλλ' ὡς τὰς πόλεις ἃς ἀνεῖλεν ὁ Θεὸς, καὶ οὐ μετεμελήθη. τοσαύτην ὑποστήτω τιμωρίαν ὁ εἷς, ὅσην αἱ πόλεις πᾶσαι. τί λέγεις, εἰπέ. ὅτι εἶπεν μὴ γὰρ τὸ εἰπεῖν αὐτὸν οὕτω, αἴτιον γέγονε τοῦ τεχθῆναί σε; τὸ τεχθῆναί σε αἴτιον τοῦ εἰπεῖν γέγονον. εἰ δὲ οὕτω, πολλῷ μᾶλλον τὴν μητέρα τὴν τεκοῦσαν, ἢ τὸν σπείραντα πατέρα. μᾶλλον δὲ οὐ δὲ οὕτω, οὐδὲ ἐκείνην. ποῖος ἂν ἀνὴρ μεθύων τοιαῦτα εἶπε, καὶ πολέμιος ἄδικος; ποῖος βάρβαρος; τὶς ὠμὸς ἄνθρωπος ἐν μήτρα ἀναιρεῖν; ἀλλ' ἀποδυσπετοῦντος ταῦτα ἐστὶ τὰ ῥήματα.

Σεβήρου ἀπὸ λόγου. 108. ἑαυτὸν ὑπὸ κατάραν ἐποίησεν. τὸ Χριστῷ μόνῳ προσῆκον ὄνομα τοῦ ἄρρενος ἐμοὶ προσθεὶς φησίν.

Ὀλυμπιοδώρου.] φασὶν τὸν Ἰοῦλον ἐν οἰκείαις συγγράμμασιν εἰρηκέναι, ὡς Ἀνανίας ὁ ψευδοπροφήτης αὐτὸς πρῶτος εἶπε τῷ Χελκίᾳ τῷ πατρὶ τοῦ Ἱερεμίου, ὅτι ἐτέχθη αὐτῷ παιδίον ἄρρεν. ἐνδίκως οὖν αὐτῷ καταρᾶται ὡς αἴτιον τῷ λαῷ γενόμενον ἀπωλείας. πρὸς διάνοιαν δὲ οὕτω νοήσης. ἄνθρωπον ἡ γραφὴ πολλαχοῦ τὸν διάβολον καλεῖ. ἐπικατάρατος οὖν φησιν ἔσω ὁ διάβολος, ὁ εἰρηκεν τῷ πατρὶ ἡμῶν τῷ Θεῷ ἰδοὺ ἄρσεν ἐστὶν ὁ ἄνθρωπος. τουτέστιν ἀνδρεῖος δὸς ἵνα πειράσω αὐτόν.

ἀκοῦ

A *maſculum vti robuſtum & dominio prædítum, ¬¬¬x robore ducto initio, robuſtum primumque genus omne deſcenderet.* [a] Maſculum enim, & fœminam fecit eos, *diuinitus inſpirata ait ſcriptura, & ordo aliqua ex parte immutatus eſt. fœminaque ad peccatum dux fuit maſculo, ita vt miſerè ad Deum diceret,* [b] Mulier quam dediſti mihi ipſa mihi dedit è ligno & comedi. *Exinde omnia quæ naſcuntur præualente deteriori, fœminæ quodammodo erant, & nullus maſculus; imbecilla enim omnia & ſine viribus,*

B *& virilitate, ſtatuque naturali; nulluſque generatus in lucem prodiit, qui poſſet omnino peccatum euertere, & mortis imperium in vniuerſam naturam, donec Chriſtus natus eſt, reapſe Maſculus, Secundus Adam, Deus fortis, qui peccati tyrannidem aboleuit. [Et poſt pauca] Niſi enim Ieremiæ dictum huc tenderet, planè ridiculum eſſet dicere,* Natus eſt tibi filius maſculus. *Quis enim mẽte præditus iuxta obuium cuique ſenſum intelligat filium non maſculum ſed fœminam?*

(Maledictus homo qui, &c.)

76

Chryſoſtomi.] *Quid ais? Quid & hominem*

C *execraris? Nonne paulò ſupra dicebas ipſe, ſi retribuatis* mala pro bonis, *& tu pro bono fauſtóque nuncio hæc dixiſti, criminaris quod non occiderit? Quanam igitur ratione Iudæos accuſas quod te necare vellent? Nam ſi tunc mori bonum erat, poſt malorum experientiam multò magis appetendum. Quare igitur non vis? Vides lamenta nullâ ratione inniti? luctus enim in cauſſa eſt, & ex perturbato animo tantùm proficiſcens, & non præmeditato, ſed illud vnum quærente pondus deponere.*

Verſ. 16. (*Lætans ſit homo ille ſicut, &c.*)

77

Eiuſdem Chryſoſtomi poſt pauca.] *Nec*

D *ſimpliciter illi maledicit,* ſed vt vrbes quas Deus ſubuerterat & non pœnituit eum, *tantâ vnus pœnâ mulctetur quantâ ciuitates omnes. Quod ais explica. Quoniam dixit. Num eo quòd ille dixerit, ideo tu natus es? Quia natus es; ideo natum te eſſe dictum eſt? Quod ſi id admittendum, multò magis maledicendum matri, vel qui te ſeminauerat patri, imò verò neutri. Quis vini plenus hæc diceret, hoſtiſque iniquus? Quis Barbarus? Quis homo crudelis in vulua necat? Sed faſtidientis animi verba hæc ſunt.* Na-

E tus eſt tibi maſculus.

Seueri ex oratione 108.] *Sibi ipſi maledixit, quòd nomen ſoli Chriſto conueniens ideſt maſculi, mihi inquit adaptauit.*

Maledictus homo qui, &c.

Olympiodori.] *Aiunt Iulium ſuis in Commentariis dixiſſe Ananiam Pſeudoprophetam nuntiaſſe primùm Chelciæ patri Ieremiæ natum illi filium maſculum: iure igitur illi maledicit, vt qui populi excidij cauſa fuerit. Myſticè verò ita intelliges. Hominem ſcriptura ſæpe vocat Diabolum. Maledictus itaque ait ſit Diabolus, qui Patri noſtro Deo dixerat Ecce maſculus eſt homo, ſcilicet fortis, permitte vt illum tentem.*

a Gen. 1. 7.

Poſt Euæ peccatum quotquot nati ſũt virilis expertes roboris, molles ac fœminæ quoad peccatum extitêre naturæ.

b Gen. 3. 12.

Chryſoſt.

Ieremiæ verba in maledicendo homine qui nuntiarat natiuitatem ipſius maſculi quã videantur pugnantia.

Maledictionis querulas Ieremiæ voces prodiiſſe ex maxima intrinſeci doloris vi.

Chryſoſt.

Doloris faſtidiique vehemens vis in ea impulit Ieremiã verba quæ irrationabilia videntur.

Ieremias & ſemet ſub maledictione re verâ poſuit cùm vnum Chriſtum oriundum cenſeret maſculei roboris.

Olympiod.

Ananiæ Pſeudopropheta maledixit Ieremias, cũ maledixit homini qui nunciauit, &c.

Diabolo hominis nomine nuncupato maledixit Ieremias, maledicens homini qui, &c.

[ἀκουσάτω κραυγῆς.]

Ὀλυμπιοδώρου.] πρὸς μὲν τὸ ῥητὸν, ταχύ. πρὸς δὲ διάνοιαν, πτοηθείη φησὶν ὁ διάβολος ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ, καὶ ἐν τῇ ἀνατολῇ τοῦ ἀληθινοῦ ἡλίου Ἰησοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν.

[καὶ ἀλαλαγμοῦ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] πρὸς μὲν τὸ ῥητὸν, ἔτι φησὶν εὐθυνούμενος ὁ ἀνανίας ἀκούσει τῆς φωνῆς τῶν πολεμίων. πρὸς δὲ διάνοιαν, ἐν μεσημβρίᾳ σταυροῦται ὁ κύριος. ὅτε καὶ τελείως ἡττήθη ὁ διάβολος, ἀλαλαγμὸς γὰρ, βοὴ κατὰ πεπτωκότων πολεμίων.

[ὅτι οὐκ ἀπέκτεινέ με.]

Ὀλυμπιοδώρου.] τοῦτο ποιεῖν ἀνανίας οὐκ ἠδύνατο· ὡς δικαιότερον εἰς θεωρίαν ἰδεῖν. φησὶν οὖν, ὅτι οὐκ ἀνέκοψε τὴν ὁρμὴν τῆς προαιρέσεως, πρὶν τὴν ἐπὶ τὸ φαῦλον δέξασθαι τροπὴν, φανερώσας μοι τὴν κακίαν τῆς ἁμαρτίας, καὶ μὴ μετὰ δικαιωμάτων καὶ ἐπικρύψεως ταύτην μοι ἐγκατασπείρας.

[καὶ ἐγένετό μοι.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἵνα τί φησὶν ἐν αὐτῇ προθέσει ἐναπέμεινε, καὶ διελύθη ὁ λογισμὸς, καὶ μὴ εἰς ἔργον ἤνεγκα τὸ βούλημα;

[ἵνα τί οὕτω.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐκέτι λοιπὸν εὔχεται, ἀλλὰ τῇ αἰσχύνῃ ἐπαρᾶται καὶ τῇ ἁμαρτίᾳ. ἔστι γὰρ ἐν δόξῃ, αἰσχύνη καὶ χάρις, καὶ ἔστιν αἰσχύνη ἐν ἁμαρτίᾳ. μεγάλα γὰρ καὶ κακὰ ἐργάζεται οὕτω τὸ πάθος. ὁρᾷς ὅτι οὐ φύσεως ἐστὶν ἡ κακία; οὐδεὶς γὰρ ἂν εἶχε ποτὲ ἀγαθόν. οὕτω δὲ ἐξ ἀρχῆς ἔγκειται τῇ αἰσχύνῃ.

Ὀλυμπιοδώρου.] ἡ ἁμαρτία τῶν πόνων καὶ τῶν μόχθων αἰτία γέγονε. ποιεῖ δὲ καὶ μεταμέλον τῷ ἁμαρτάνοντι. ὀδύρεται οὖν τὴν τροπὴν ὁ λόγος.

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] εἰ γὰρ τῇ ἁμαρτίᾳ γεγέννημαι, ἐξῆλθον βλέπειν οὐχ ἡδονὰς πνευματικάς, οὐκ εὐφροσύνας ἁγίας, οὐκ ἀνέσεις σωτηρίους, ἀλλὰ πόνους καὶ κόπους. ἐπικατάρατος ἡ γῆ ἐν τοῖς ἔργοις σου, καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις. καταλήγει δὲ ἡ προφητεία εἰς τὸ διετέλεσαν ἐν αἰσχύνῃ αἱ ἡμέραι μου. ὅσον γὰρ ἀναισθήτως εἶχον τῶν προειρημένων, οὐκ ἦν μὴν ἐν αἰσχύνῃ, αἰσθόμενος δὲ ᾐσχύνθην. ἐὰν γὰρ ἡ καρδία μὴ καταγινώσκῃ, παῤῥησίαν ἔχομεν πρὸς τὸν Θεόν· καὶ ὃ ἐὰν αἰτῶμεν, λαμβάνομεν παρ' αὐτοῦ.

A Verſ.16. (*Audiat clamorem.*)

Olympiodori.] *Secundùm literam cito: ſpiritaliter verò; Perterreſiat inquit Diabolus in apparitione & ortu veri ſolis Ieſu Domini noſtri.*

Olympiod. *Diaboli tremor in Christi apparitione.*

(*Et vlulatum.*)

Olympiodori.] *Ad literam quidem adhuc inquit, in fœlicitate poſitus Ananias vocem hoſtium audiet: ſpiritaliter verò meridie cruci affligitur Chriſtus. Cùm & Diabolus perfectè victus eſt. Vlulatus enim clamor eſt hoſtibus, deuictis.*

Olympiod. *Diabolus victus dũ Christus crucifixus in meridie.*

B Verſ.17.(*Quia non interfecit me.*) 78

Olympiodori.] *Hoc præſtare Ananias non poterat, itaque ſpiritaliter potiùs accipiendum: ait igitur; Voluntatis impetum non retardauit antequam ſe ad malum conuerteret, manifeſtans mihi prauitatem iniquitatis, & non inſeminans illam cum prætextibus & occultatione.*

Ex Verſ.17.(*Et facta eſt mihi mater mea.*)

Olympiodori.] *Cur ait in ipſo propoſito ſtetit, & ſoluta eſt cogitatio, nec ad opus perduxi quod volui.*

Olympiod.

C Verſ 18.(*Vt quid ita Egreſſus.*)

Chryſoſtomi.] *Non ergo ampliùs precatur bona, confuſionem execratur, & peccatum, eſt enim in gloria confuſio, & gratia: & eſt confuſio in peccato; magna enim & bona, & mala ſunt ex hoc affectu: vides non naturâ homines eſſe malos? nemo enim vnquam quicquam boni haberet: hoc autem ab initio confuſioni inſitum eſt.*

Chryſoſt. *Homo non naturâ malus, ſed ob peccati confuſionem.*

D Olympiodori.] *Peccatum dolorum, laborumque origo eſt: & peccanti pœnitêre affert. Sermo igitur hîc varium deflet ſtatum.*

Olympiod. *Peccatum eſt cauſa & origo laborum, & dolorum.*

(*Et conſummati ſunt in confuſione dies mei.*) 79

Incerti.] *Nam ſi peccato natus ſum, exiui, non vt viderem delicias ſpirituales, ſanctaque gaudia, relaxationeſque ſalutares, Sed labores, & dolores.* [a] Maledicta terra in operibus tuis, *& quæ ſequuntur: terminatur verò prophetia ibi.* Et conſummati ſunt in confuſione dies E mei. *Dum enim eorum quæ dicta ſunt ſenſum non habui, non confundetur: at vbi ſenſi, confuſus ſum: nam* [b] ſi cor non condemnet, libertatem habemus apud Deum; & quodcumque petierimus, accipimus ab eo.

Incertus. *In peccato nati, ad labores nati ſunt.* a Gen.3.17.

b 1.Ioan.3.20.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ.

Καὶ ἐπάταξε Πασχὼρ τὴν ἱερεμίαν τὸν προφήτην, καὶ ἐνέβαλεν αὐτὸν εἰς τὴν καταρράκτην, τουτέστιν, εἰς τὸ συγκλείσιμον. ὃς ἦν ἐν πύλῃ βενιαμὶν οἴκου ἀποτεταγμένου, τοῦ ὑπερῴου, ὃς ἦν ἐν οἴκῳ κυρίου. οἴκου ἀποτεταγμένου. τουτέστι, φυλακῆς. καταρράκτην δὲ, ἀπὸ τοῦ σχήματος ὠνόμασεν. ὑπερῴου δὲ, διὰ τὸ ἐν τῇ αὐλῇ εἶναι, ἵνα εἴπῃ ὑπαίθρου. τὸ δὲ, ὃς ἦν ἐν οἴκῳ κυρίου περὶ τοῦ Πασχὼρ λέγει, ἀντὶ τοῦ ὁ ἱερεὺς ὁ ἐν τῷ οἴκῳ σχολάζων, οὗτος αὐτὸν τῷ ἐγκλεισμῷ παρέδωκεν.

Καὶ

CAPVT XX.

Verſ. F 2. ET percuſſit Paſchor Ieremiam Prophetam, & immiſit eum in Cataractam. In carcerem ſcilicet. *Qui erat in porta Benjamin domus aſſignatæ ſuperioris, qui erat in domo Domini.* Domus aſſignatæ, carceris nempe, *Cataractam*: porrò ex figura nuncupauit. *Superioris*, quia erat in aula: quaſi diceret, ſub dio. *Qui erat in domo Domini*, de Paſchore intelligendum, quaſi diceret, Sacerdos qui in domo operam dabat, hîc in carcerem ipſum conieçit.

Chryſoſt. Verſ. 2.

Verſ.

Καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ ἱερεμίας· οὐχὶ Πασχὼρ ἐκάλεσε κύριος τὸ ὄνομά σου. ἀλλ' ἢ μέτοικον, κύκλωθεν. ὁ ἑβραῖος, παραβολὴν, ἔφη, ἀντὶ τοῦ μέτοικον. τὸ δὲ, κύκλωθεν, ἀντὶ τοῦ πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν. ἡ δὲ κατὰ τοῦτο προφητεία ἀπέβη ἐπὶ τοῦ ἰωακεὶμ, καὶ ἰεχονίου.

* Ἠπάτησάς με κύριε, καὶ ἠπατήθην. ἐκράτησάς με, καὶ ἠδυνήθης.] δυσφορεῖ ἐπὶ τοῖς παρὰ τοῦ λαοῦ ὀνείδεσιν ὁ προφήτης. ὡς γὰρ ψευδόμενον κατέδραμον ἐπεὶ μὴ παραχρῆμα τὴν τιμωρίαν ἐπήγαγεν, ὁ θεὸς ἐπάγει γοῦν.

Ἐγενόμην εἰς γέλωτα πᾶσαν ἡμέραν. διετέλεσα μυκτηριζόμενος. εἶτα ἐπὶ τίσιν ἐπάγει. ὅτι μικρῷ λόγῳ μου γελάσομαι.] τουτέστιν ἐφ' αἷς προλέγω συμφοραῖς γελῶμαι, ὡς ψευδόμενος, τὴν δὲ αἰτίαν μάλιστα τῆς λύπης, ἀπὸ τῶν ὑπὸ τοῦ Πασχὼρ εἰς αὐτὸν γενομένων ἔσχηκε. δῆλος γάρ ἐστιν οὗτος ὅτι, ὡς δύσφημον, καὶ ψευδόμενον ἐνέβαλεν εἰς τὸ δεσμωτήριον, δίκας ἀπαιτῶν τῆς λοιδορίας.

Ἀθεσίαν, καὶ ταλαιπωρίαν ἐπικαλέσομαι.] πολλὴ τοῦ δικαίου πρὸς τὸν θεὸν παῤῥησία. τοῦτο γὰρ βούλεται εἰπεῖν, ὅτι ἐπιβοῶμαί σε, ὡς βιαζόμενος παρὰ σοῦ· εἶπες γὰρ κηρύξαι αἰχμαλωσίαν. καὶ ἠθέτησάς με οὐκ ἐπάγων τὴν τιμωρίαν, καὶ τὴν συμφορὰν, ἣν ἐκήρυξα τῇ πόλει. τινὲς δὲ οὕτως ἡρμήνευσαν. ὅτι ἐπαγγειλάμενός μοι, ὡς τεῖχος ποιεῖν χαλκοῦν, καὶ ὡς στῦλον σιδηροῦν ἅπασι τοῖς βασιλεῦσι προέτρεψας, καὶ τούτοις κηρύξαι ἐλπίσας τοῖς λόγοις, καὶ τρόπον τινὰ ἀπατηθεὶς, οὐκ ἂν ἐδυσάμην || τὸ προφητεῦσαι καὶ τὰ πάνδεινα ὑπομένων διατελῶ.

|| ἀνεδυσάμην.

Καὶ εἶπον οὐ μὴ ὀνομάσω τὸ ὄνομα κυρίου, καὶ ἐγένετο ἐν τῇ καρδίᾳ μου, ὡς πῦρ καιόμενον φλογιζόμενον, καὶ συνεχόμενον ἐν τοῖς ὀστέοις μου, καὶ παρεῖμαι πανταχόθεν, καὶ οὐ δύναμαι φέρειν, ὅτι ἤκουσα ψόγον πολλῶν συναθροιζομένων ἐπ' ἐμέ. καὶ τὰ ἑξῆς.] τὸ, ὅτι ἤκουσα ψόγον πολλῶν συναθροιζομένων ἐπ' ἐμέ. καὶ τὰ ἑξῆς ἀποδίδοται τῷ, καὶ εἶπον οὐ μὴ ὀνομάσω τὸ ὄνομα κυρίου καὶ οὐ μὴ ὀνομάσω ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ. τὴν γὰρ αἰτίαν τῆς σιωπῆς τέθεικε. τὸ δὲ, ἐγένετο ἡ καρδία μου, ὡς πῦρ καιόμενον, καὶ τὰ ἑξῆς. ἐν μέσῳ κεῖται. ἡ δὲ ἔννοια ἐστὶν αὕτη. ὅτι ἐγὼ μὲν μόνον ἐβουλευσάμην σιωπῆσαι, εὐθὺς δὲ ὡς πῦρ μου διέδραμε τὴν διάνοιαν, καὶ ὡς παρειμένος γέγονα. τουτέστιν, ὥσπερ ἡμίξηρος, ἀφωνίαν καταδικασθεὶς τρόπον τινὰ, καὶ κινεῖν τὰ μέλη οὐ δυνάμενος. ἡ δὲ τῆς σιωπῆς αἰτία μοι γέγονεν οὐκ ἀπὸ τοῦ, τοῦ Θεοῦ καταφρονεῖν, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ πολλὴν τὴν πονηρίαν τῶν ὁμοφύλων ὁρᾶν.

Ἐπισύστητε, ἐπισυστῶμεν αὐτῷ πάντες ἄνδρες φίλοι αὐτοῦ.] τουτέστι, συμβούλιον ἐποιήσαντο κατ' ἐμοῦ, οὐχ οἱ τυχόντες, ἀλλ' οἱ δοκοῦντες εἶναι φίλοι.

Τηρήσατε τὴν ἐπίνοιαν αὐτοῦ, εἰ ἀπατηθήσεται καὶ

Verſ. 3. *Et dixit ei Ieremias: Non Paſchor vocauit Dominus nomen tuum ſed migrantem vndique.* Hebræus pro *Migrantem*, *Parabolam* habet, *pro Vndique* verò *omnibus gentibus.* Vaticinium autem contra eum temporibus Ioachim, & Iechoniæ completum eſt.

* Verſ. 7. *Decepiſti me Domine & deceptus ſum: obtinuiſti, & potuiſti.* Angitur Propheta pro Iurgiis, quibus lacerabatur à populo: Mendacij enim eum accuſabant, quòd non ſtatim pœnam intuliſſet Deus. Addit itaque. *Factus ſum in deriſum. Totâ die perſeueraui ſubſannatus.* Deinceps ſubdit.

Chryſoſt. Verſ. 7.

Verſ. 8. *Quia amaro verbo meo ridebor.* Hoc eſt, In calamitatibus, quas prænuncio, vti mendax derideor. Et mœroris cauſam, ex his, quæ à Paſchore perpeſſus eſt, præcipuè deſumpſerat: Manifeſtum quippe eſt, Ieremiam vt mali nominis hominem, & mendacem in carcerem conieciſſe, expoſcentem, vt iniuriæ pœnas daret.

Præuaricationem & miſeriam inuocabo. Magna iuſti apud Deum libertas. Hoc namque intendit dicere. Inuoco te, quaſi vim patiens à te; etenim, vt captiuitatem prædicerem præcepiſti, & aſpernatus es me, punitionem non inferens, & calamitates, quas Ciuitati vaticinatus ſum. Quidam etiam ſic expoſuerunt. Impuliſti, pollicitus, me reddere veluti murum æneum, & columnã ferream omnibus Regibus terræ; & iis prædicare fretus ſermonibus, & quodammodo deceptus non renui vaticinari: verùm mala, quæ ferri non poſſunt ſuſtineo.

Prædicatoris malè habiti ab auditoribus querelæ apud Deum.

Verſ. 9. *Et dixi: non nominabo nomen Domini. Et factum eſt quaſi ignis ardens in corde meo. vrens, & clauſus in oſſibus meis, & diſſolutus ſum vndique, & non poſſum ferre. Quia audiui vituperationem multorum congregatorum aduerſus me*, & quæ ſequuntur. Illud, *Quia audiui vituperationem multorum, qui congregantur aduerſus me*, & quæ ſequuntur, reſpondent illi. *Et dixi. Non nominabo nomen Domini, & non nominabo in nomine illius.* Cauſam quippe ſilentij poſuit. Ad illud, *Factum eſt cor meum tamquam ignis ardens*, & reliqua, poſitum eſt in medio: ſenſus verò hic eſt. Ego quidem tantùm ſilere propoſueram: verùm illicò, tamquam ignis meam cogitationem peruolauit, & vt diſſolutus factus ſum, quaſi ſemi-aridus, quodammodo in ſilentium condemnatus, artuſque mouere non valens: ſilentij autem mihi cauſa eſt, non quòd Deum ſpreuerim, ſed quòd cõtribulium meorum multam eſſe iniquitatem conſpiciam. *Inſultate, & inſultemus in eum omnes viri amici eius.* Hoc eſt, Conſilium contra me non quicumque, ſed qui mihi familiaritate coniuncti videbantur, inierunt.

Obſeruate mentem eius, ſi decipietur, & prævalebimus ei. Hoc eſt, inter nos obſeruemus,

καὶ δυνησόμεθα αὐτῷ.] τουτέστιν, ὑποκρινούμενοι αὐτὸν, ὥστε ἐν ταῖς πράξεσιν αὐτοῦ εὑρεῖν τι ἔγκλημα.

Καὶ κύριος μετ᾽ ἐμοῦ καθὼς μαχητὴς ἰσχύων, διὰ τοῦτο ἐδίωξαν, καὶ οὐκ ἠδύναντο γνωρίσαι.] τουτέστιν, οὐ συνεχώρουν τοῦ Θεοῦ τὴν εἰς ἐμὲ πρόνοιαν, καὶ μετεβάλλοντο τὴν γνώμην, ἀλλ᾽ ἐπέμενον τῇ κακίᾳ.

ᾐσχύνθησαν σφόδρα, ὅτι οὐκ ἔγνωσαν ἀτιμίας αὐτῶν, αἳ δι᾽ αἰῶνος οὐκ ἐπιλησθήσονται.] τουτέστι, διήμαρτον τοῦ σκοποῦ. καὶ οὐδὲ οὕτως ἐλογίσαντο, ὡς ἀφ᾽ ὧν πράττουσι μείζονως ὑπὸ δίκην ἑαυτοὺς ἄγουσι. τοῦ Θεοῦ οὐδεμίαν λήθην τῆς αὐτῶν κακίας ποιουμένου. ἀλλ᾽ ἀπαιτοῦντος τῆς τόλμης τὴν δίκην.

* Ἐπικατάρατος ἡ ἡμέρα ἐν ᾗ ἔτεκέ με ἡ μήτηρ μου μὴ ἔστω ἐπευκτή.] ἀποδυσπετεῖ ὁ προφήτης ἀναγκαζόμενος κατὰ τοῦ λαοῦ λέγειν καὶ ἐντυγχάνειν τῷ Θεῷ, καὶ ὁρῶν ἐκείνους μὴ μεταβαλλομένους, καὶ πάσχων μὲν δεινὰ ὑπὸ τῶν ἀκουόντων. ἀναγκαζόμενος δὲ πάλιν τὰ παραπλήσια λέγει.

mus, cogitantes si in eius actionibus errorem aliquem possimus inuenire.

Vers. 11. *Et Dominus mecum, quasi bellator fortis. Idcirco persecuti sunt, & intelligere non potuerunt.* Hoc est, Dei in me prouidentiam non capiebant, & sententiam commutabant: at in malitiâ permanebant.

Pudore affecti sunt vehementer, quoniam non intellexerunt ignominias suas, quæ in sæculum non tradentur obliuioni. Hoc est, A scopo aberrarunt, nec sic perceperunt, se propter ea quæ patrant; in maiorem incidêre pœnam. Cùm Deus nullâ eorum nequitiæ capiatur obliuione, quin pœnas tantæ temeritatis exposcat.

* Vers. 14. *Maledicta dies, in qua peperit me mater mea, non sit benedicta.* Pertæsus Propheta, coactus contra populum sermones habet, Deumque conuenit, & eos videns pertinaces, & atrocia subiens ab auditoribus vim sanè passus similia iterum profert.

Chrysost. Vers. 14.

Caput Vigesimum Primum à vers. 1. vsque ad 8. Sectio Prima.

TEXTVS VVLGATÆ.

1 VErbum quod factum est ad Ieremiam à Domino, quando misit ad eum Rex Sedecias Phassur filium Melchiæ, & Sophoniam filium Masiæ Sacerdotem, dicens.

2 Interroga pro nobis Dominum, quia Nabuchodonosor Rex Babylonis præliatur aduersùm nos: si fortè faciat Dominus nobiscum secundùm omnia mirabilia sua, & recedat à nobis.

3 Et dixit Ieremias ad eos: Sic dicetis Sedeciæ.

4 Hæc dicit Dominus Deus Israel: Ecce ego conuertam vasa belli, quæ in manibus vestris sunt, & quibus vos pugnatis aduersùm Regem Babylonis, & Chaldæos, qui obsident vos in circuitu murorum: & congregabo ea in medio ciuitatis huius.

5 Et debellabo ego vos in manu extenta, & in brachio forti, & in furore, & in indignatione, & in ira grandi.

6 Et percutiam habitatores ciuitatis huius, & homines & bestiæ pestilētiâ magnâ morientur.

7 Et post hæc ait Dominus: dabo Sedeciam Regem Iuda, & seruos eius, & populum eius, & qui derelicti sunt in ciuitate hac à peste & gladio, & fame, in manu Nabuchodonosor Regis Babylonis, & in manu inimicorum eorum, & in manu quærentium animam eorum, & percutiet eos in ore gladij, & non flectetur, neque parcet, nec miserebitur.

TEXTVS SEPTVAGINTA.

1 *VErbum, quod factum est à Domino ad Ieremiam, quando misit ad eum Sedecias Phaschor filium Melchia, & Sophoniam filium Basaia Sacerdotem, dicens.*

2 *Interroga pro nobis Dominum: quia Rex Babylonis insurrexit super nos: si faciet Dominus secundùm omnia mirabilia sua, & recedat à nobis?*

3 *Et dixit ad eos Ieremias: Sic dicetis ad Sedeciam Regem Iuda.*

4 *Hæc dicit Dominus: Ecce ego conuerto arma bellica, in quibus vos pugnatis in eis aduersùs Chaldæos, qui concluserunt vos extra murum. Et congregabo eos in medio ciuitatis huius.*

5 *Et debellabo ego vos in manu extenta, & in brachio forti cum furore, & ira magna.*

6 *Et percutiam omnes habitantes in ciuitate hac, homines, & iumenta in morte magna: & morientur.*

7 *Et post hæc si ait Dominus: Dabo Sedeciam Regem Iuda, & pueros eius, & populum derelictum in ciuitate hac à morte, & à fame, & à gladio, in manus inimicorum eorum, quærentium animas: & trucidabunt eos in ore gladij. Non parcam super eis, & non miserebor eorum.*

PARAPHRASIS CHALDAICA.

1 *VErbum Prophetiæ quod factum est ad Ieremiam à facie Domini, quando misit ad eum Rex Sedechias Phassur filium Melchia, & Sophoniam filium Maasia Sacerdotem dicens.*

2 *Ora nunc pro nobis coram Domino, quia Nabuchodonosor Rex Babylonis præliatur aduersùm nos; fortasse faciet Dominus nobiscum iuxta omnia mirabilia sua, & discedet à nobis.*

3 *Et dixit ad eos Ieremias: Hæc dicetis Sedechiæ;*

4 *Hæc dicit Dominus Deus Israel: Ecce ego conuertam instrumenta belli quæ sunt in manibus vestris, quibus vos pugnatis contra Regem Babylonis, & contra Chaldæos, qui obsident vos extra murum: & congregabo ea in medio ciuitatis huius.*

5 *Et pugnabo ego vobiscum in manu excelsa, & in brachio forti, & in furore, & in indignatione, & in ira grandi.*

6 *Et percutiam habitatores ciuitatis huius & homines*

homines & iumenta peste magnâ morientur.

7 *Et post hæc, dicit Dominus, tradam Sedechiam Regem tribus domus Iuda, & seruos eius, & populum & quicumque remanserit in ciuitate ista, à morte, & à gladio, & à fame, in manum Nabuchodonosor Regis Babylonis, & in manum inimicorum suorum, & in manum quærentium occidere eos in ore gladij: non parcet eis, nec ignoscet, nec miserebitur.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

1 Hieronym. *Phashur, seu Phascor duo diuersi in Ieremia.*

Hieronymus. (*Verbum quod factum est ad Ieremiam à Domino*, &c.) Supra Pontifex Phashur nunc Phaschor, qui percussit Ieremiam, patrem habuit Emmer. Hic autem Phashur filius est Melchiæ. Hoc idcirco, ne quis eumdem putet. Mittit autem Rex Sedecias ad Prophetam, nolens vel populum scire, vel principes: vt occulto per legatos nuncio recognoscat, quam Dominus super vrbem Ierusalem, & populum Iudæorum habeat sententiam. Quodque infert: *Quia Nabuchodonosor Rex Babylonis præliatur aduersùm nos:* ostendit, iam obsessâ Ierusalem, à Propheta hoc sciscitari Sedeciam. Et notandum quòd in Prophetis, maximéque in Ezechiele, & Ieremia, nequaquam Regum & temporum ordo seruetur: sed præposterè, quod iuxta historiam postea factum sit, prius referri, & quod prius gestum sit, postea. Aliud est enim historiam, aliud prophetiam scribere: vt in præsenti loco, Sedechias, qui cum vrbe Ierusalem captus est, mittens scribitur ad Ieremiam, eo tempore quo obsidebatur Ierusalem, & postea narratur historia Ioakim fratris eius, qui ante eum Rex fuit, & Ioachin, id est Iechoniæ, qui fuit filius Ioakim: super quibus dicetur in sequentibus.

In Prophetis præsertim Ezechiele, & Ieremia non seruatur ordo Regum, ac temporum.

2 (*Et dixit Ieremias ad eos: sic dicetis Sedeciæ*, &c.) Frustra inquit, repugnare vultis Chaldæis obsidentibus, & arma bellica præparatis: quorum in media tantum vrbe vsum habebitis, vt armati esse videamini. Cæterùm illis obsidentibus, ego vos debellabo in manu extétâ, & brachio forti, meoque furore & indignatione percutiam: vt & vos, & omne quod spirat, fame & pestilentiâ in media vrbe moriatur. Quod quidem & factum legimus. Absque vlla enim corona, strepituque pugnantium vrbs tantâ obsidione capta est, vt quos vincerent non haberent, sed quos tantùm caperent. Meliores, ait, fuerunt gladio vulnerati, quàm occisi fame.

Ierusalē absque pugnantium strepitu solâ obsidione capta à Chaldæis, & euersa.

(*Et post hoc, ait Dominus: dabo Sedechiam Regem Iuda*, &c.) Hoc quod nos transtulimus: *In manu Nabuchodonosor Regis Babylonis, & in manu inimicorum eorum:* in Sept. non habetur. Et pro eo quod nos diximus: *Non flectetur, neque parcet, nec miserebitur:* Sept. transtulerunt: *Non parcam, nec miserebor.* Meliusque iuxta Hebraicum, & crudelis sentētia & inflexibilis, magis Regis Babylonij quàm Domini esse videatur. Primùm autem de vniuersa vrbe prophetatum est: nunc propriè Sedeciæ prædicitur, & populo eius, qui residui fuerint post pestem, gladium, & famem, quod à Nabuchodonosor Rege Babylonio capiendus sit, interficiendusque cum amicis suis gladio: nec vllam eius misericordiam speret, cuius fœdus & necessitudinem periurio deseruit.

3 *Deus ducem hostiū se exhibet, vndiq; cum illis aduersùm peccatores pugnat.*

In Theodoriti Commentariis nil diuersi à prællatis ex Hieronymo, nisi hoc vnum, quòd Dominum dicere ait Inutilia vobis erunt arma, me ducem hostium agente, & cum illis contra vos in aciem prodeunte.

D.Thom.

D.Thomas. (*Verbum quod factum est.*) Hîc ponitur comminatio contra Reges qui obtinent summum gradum in potestate sæculari. Et primò secundùm quod Reges puniuntur per pœnam populi: secundò secundùm quod puniuntur in propria persona 22. cap. (*Hæc dicit Dominus*, &c.) Circa primum duo: Primò ponitur Regis interrogatio vel petitio. (*Interroga*) q.d. quæras diuinum responsum, (*& ora pro nobis.*) Hic Phassur non est idem qui supra: quia ex alio patre natus. Isai. 37.[a] *Dies tribulationis, & correctionis & blasphemiæ dies hæc, quia venerunt filij vsque ad partum: & virtus nō est pariendi:* & infra.[b] *Leua ergo orationem pro reliquiis quæ repertæ sunt:* secūdò ponitur Prophetę responsio. (*Et dixit Ieremias.*) Et primò comminatur pœnam quātùm ad tempus: ciuitatis captionem: contra tria in quibus confidebant: sc. in armorum munitione. (*Ecce conuertam*) q.d. arma quæ contra hostes assumpsistis, in vos ipsos cōuertentur: quia contra vos inuicem pugnabitis. Psal.[c] *Conuertetur dolor eius in caput eius: & in verticem ipsius iniquitas eius descendet.* Vel conuertentur quasi sine fructu. Confidebant etiam in murorū fortitudine, contra quod dicit (*& Chaldæos,*) q.d. non impedientibus muris. Thre. 4.[d] *Non crediderunt Reges terræ: & vniuersi habitatores Orbis, quoniam ingrederetur hostis & inimicus per portas Ierusalem.* Confidebāt etiam in diuina protectione: contra quod dicit. (*Et debellabo manu extentâ,*) i. potentiâ meâ ad viudictam paratâ. (*Forti*) cui resisti non potest. (*Furore*) quantùm ad pessimos (*indignatione*) quantùm ad minùs peccantes (*in ira grandi*) contra mediocres.

a Isai. 37. 3.
b Iere. 42. 2.
c Psal. 7. 17.
d Thr. 4. 12.

Homines & bestiæ pestilentiâ magnâ morientur. Et post hoc ait Dominus, &c. Hîc tāgit modum impugnationis Ezech. 20.[e] *In manu valida & in brachio extento & in furore effuso regnabo super vos: & adducam vos in desertum populorum, & iudicabor vobiscum ibi facie ad faciem.* Et quantùm ad tempus: post vrbis captionem. (*Et post hoc*) comminatis pœnam. (*dabo Sedeciā.*) Thr. 1.[f] Dedit me Dominus: (*in manu.*) Et excludit misericordiā. (*Et non flectetur*) precibus, vel muneribus (*neque parcet*) propter pristinā amicitiā (*neque miserebitur*) ex cōpassione miseriæ. Prou. 6.[g] *Zelus & furor viri nō parcet in die vindictæ: nec acquiescet cuiusquā precibus: nec suscipiet pro redēptione dona plurima.* Et hoc quia pactū nō seruauit. Ezech. 17.[h] *Qui dissoluit pactum: numquid effugiet?*

e Eze. 20. 33.
f Thre. 1. 14.
g Prou. 6. 34.
h Eze. 17. 15

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Ὁ λόγος ὁ γενόμενος.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὅρα τοῦ Θεοῦ τὴν φιλανθρωπίαν ἠπείλησε πολλὰ διὰ ῥημάτων, οὐκ ἔπεισεν ἐκάκωσε τὸν προφήτην. ἔδειξεν αὐτῷ

4 Chrysost. *Dei erga Iudæos delinquentes quāta extiterit humanitas.*

Vers. 1. *Verbum quod factum est.)* Chrys.] *Cōsidera diuinā humanitatē: multa verbis minatus est. Non persuasit: malis Prophetā affecit, futura illi per figuras ostēdit,*

τῷ baculo

τὰ μέλλοντα διὰ τύπου, διὰ ῥάβδου, διὰ λέβητος, διὰ περὶ ζώσματος, διὰ τοῦ βίκου. ὑπέσχετο μυρία ἀγαθά. ἐπήγαγε καὶ τὴν πληγὴν τῆς ἀβροχίας· ἐπὶ χείρους ἦσαν. ἐπάγει λοιπὸν αὐτοῖς τοὺς πολέμους αὐτοῖς. ἐπειδὴ γὰρ τῷ προσηνεῖ καὶ γλυκεῖ φαρμάκῳ εἶξαι οὐκ ἠθέλησαν, ἐπάγει τινὰ τομήν. ἀλλ' ὅρα καὶ ἐνταῦθα τὴν φιλανθρωπίαν. ἵνα γὰρ μήτις λέγῃ, ὅτι καὶ πλῆξαι ἐχρῆν. καὶ τοῦτο ποιεῖ. καὶ πανταχοῦ ἴδοι τις ἂν τοῦτο γινόμενον.

‖ Ὀλυμπιοδώρου.] ὁ Σεδεκίας αἰχμάλωτος γεγονὼς ὑπὸ τοῦ Βαβυλωνίου, πάλιν ὑπ' αὐτοῦ κατεστάθη βασιλεύειν τῆς Ἱερουσαλὴμ, ὅρκους αὐτῷ δεδωκὼς, μὴ ἀθετήσειν αὐτόν· παραβαίνοντος δὲ αὐτοῦ τὰς συνθήκας, πάλιν ἐπιστρατεύει ὁ Βαβυλώνιος.‖

[ἐπερώτησον.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τεταπεινωμένοι γὰρ ἦσαν ἐν ταῖς συμφοραῖς, καὶ πρὸς τὸν Θεὸν κατέφευγον τότε μόνον. καὶ οὐδὲ τότε ὡς ἐχρῆν. τίνος γὰρ ἕνεκεν ἐρωτᾷς; ‖ ὡς εἰδὼς, ὅτι πάντως ἀληθῆ τὰ λεγόμενα; πῶς οὖν οὐ πείθῃ; ἀλλ' ἂν μὲν κατὰ γνώμην ἀκούσῃς, ἐπαινεῖς τὸ λεχθέν; ἂν δὲ τὸ ἀληθὲς μάθῃς, δυσχεραίνεις καὶ ἀγανακτεῖς; ποῦ τοίνυν οἱ ψευδοπροφῆται οἱ λέγοντες, οὐκ ἔστι πόλεμος, οὐκ ἔστι μάχη, οὐδὲ λιμὸς, οὐδὲ μάχαιρα; [καὶ μετ' ὀλίγα] ἐπερώτησον περὶ ἡμῶν τὸν κύριον. πολλῆς ἀνοίας μηδεμίαν ἐπιδεξάμενοι μεταβολὴν, μεταβολὴν δεινῶν προσεδόκησαν. πόθεν; ναί φησι. κατὰ πάντα τὰ θαυμάσια αὐτοῦ. προσεδόκησαν τὸ θεῖον δόξης ἐφίεσθαι. νῦν μιμνήσκῃ τῶν θαυμασίων, νῦν οἶδας, ὅτι πάντα δύναται ὁ Θεὸς ὑπὸ τῆς θλίψεως; πιεσθεὶς φιλοσοφεῖς; τούτων οὐχὶ νῦν τῶν ῥημάτων καιρὸς ἦν, ἀλλ' ὅτε αὐτῶν κατεφρόνεις. ὅτε παροίνεις εἰς τοὺς ὅρκους τοὺς κατ' αὐτοῦ. ὅρα πόση φρίκη τῶν ὅρκων. ὤμοσεν ὑπακούειν οὐχ ὑπήκουσε, καὶ ἁλίσκεται. τοίνυν οὐχ ἵνα ὁ βάρβαρος ἐκδικηθῇ, ἀλλ' ἵνα ὁ Θεὸς μὴ ὑβρίζηται. ἵνα μηδεὶς ἕτερος παρανομῇ. [καὶ μετ' ὀλίγα.] ἐγὼ τὸν Ναβουχοδονόσορ οὐχ οὕτως ἡγοῦμαι τοῖς ὅπλοις θαῤῥεῖν, ὡς τῇ εὐνοίᾳ τῇ παρὰ Θεοῦ. τοῦτο γοῦν ὁ εὐνοῦχος αὐτοῦ ὀνειδίζει. διδάσκαλος ὁ Ναβουχοδονόσορ τοῖς Ἰουδαίοις παραγίνεται τοῦ μηδέποτε ἐπιορκεῖν.

[τάδε λέγει κύριος ἰδοὺ ἐγὼ μεταστρέψω.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] κἂν αὐτοί φησι βούλωνται ἀναχωρῆσαι, ἐγὼ πολεμήσω ὑμᾶς.

Ἀπολιναρίου.] πολεμεῖν γὰρ οὐκ εἶχον, λοιμῷ καὶ λιμῷ καθάφησι συνεχόμενοι. ὃ, καὶ δείκνυσι Θεοῦ τὸν πόλεμον, οὐ τῶν ἐπελθόντων τὴν νίκην.

Βίκτορος.] τοιαύτης ἔτεχον ἀποκρίσεως, ἅτε δὴ μὴ ἐξ ὅλης καρδίας ζητοῦντες τὸν κύριον, οὔτε γὰρ προφητείαις ἐπίστευσαν, οὔτε τὸν νόμον ἐτήρουν. ἀλλὰ καὶ τοῖς εἰδώλοις προσέκειντο, καὶ διὰ κολακείας προσῆλθον θεῷ, καθάπερ ἄνθρωπον ἐπαίνοις ἀρέσκειν οἰόμενοι. διὸ ἄπρακτά φησιν. αὐτοῖς ποιήσειν τὰ ὅπλα. ‖

[μετὰ

A *baculo, Lebete, subligaculo, Lagenâ. Sexcenta illis promisit bona: siccitatis plagam inflixit; illi tamen peiores extitêre. Bella ergo in illos infert. Nam quia dulci, & amabili pharmaco curari noluerunt, ad incisionem venit. Sed hic etiam humanitatem considera; ne quis enim diceret, plagis quoque opus fuisse, illas infert: & in omnibus hoc obseruari videre est.*

B ‖ Olympiodori.] *Sedecias in Babylonij potestatem redactus, rursus ab illo Rex creatur Ierusalem, iureiurando præstito se ab illo non dissessurum, sed fracto fœdere rursus à Babylonio bello vexatur.*

Olympiod. *Sedecias quã meritò à Nabuchodonosor punitus cæcitate, & captiuitate.*

Vers. 2. (*Interroga pro nobis Dominum, quia Rex, &c.*) 5

Chrysostomi.] *Fracti enim erant calamitatibus, & confugiebant ad Deum tunc tantùm; sed neque tunc vt oportebat. Cuius enim rei causâ interrogas? qui scis quæ dicuntur omnino vera esse?* C *quare igitur non credis? sed si ad voluntatem sit quod dicitur, laudas? si verum audieris, ægrè fers, & indignaris? Vbi nam igitur sunt Pseudopropheta qui dicebant; Non erit bellum, non pugna, non fames, non gladius? [& paucis interpositis.] Interroga pro nobis Dominum: summâ fatuitate nullam mutationem expectarunt: vnde nam? ita ait.* Secundùm omnia mirabilia sua. *Deum gloriæ auidum opinati sunt. Nunc mirabilium memoriam repetis:* D *nunc in afflictione positus nosti Deum omnia posse, oppressus philosophum agis? horum verborum non hoc tempus: sed quando illas contemnebas: quando iusiurandum, quod iurauera violabas. En quanta iurisiurandi religio: obtemperaturum se iureiurando promiserat, non obtemperauit, & in captiuitatem adducitur. Non igitur vt Barbaro per vltionem satisfiat, sed ne Deus contumelia afficiatur; ne quis alius agat impiè. [Et post pauca.] Ego Nabuchodonosor non tam armis fidere puto, quàm* E *Dei beneuolentiâ. Hoc itaque illius Eunuchus improperat. Ne iusiurandum frangatur, Nabuchodonosor Iudæis se magistrum præbet.*

Chrysost. *Humilitatem ca[...]ant calamitates. Veritatẽ nec interrogatam libenter audimus.*

Calamitates cognitionẽ ingerunt Dei, operumque ipsius.

Barbaris permittit Deus vt peccantes castigent ad aliorum eruditionem.

Vers. 4. (*Hæc dicit Dominus, Ecce conuerto arma bellica.*) 6

Chrysostomi.] *Et si ipsi ait retrocedere voluerint, ego vobis bellum inferam.*

Apolinarij.] *Bellum quippe gerere non poterant Peste, faméque, vt inquit, vexati, quod potiùs Dei bellum esse comprobat, non hostium Vi-* F *ctoriam.*

Chrysost. *Per Barbaros Deus est qui bellum nobis peccantibus suscitat.* Apolinarius.

‖ Victoris.] *Tale datum est illis responsum, quippe vt Dominum non ex toto corde quærentibus. Nam neque prophetiis fidem adhibuerunt neque legem seruarunt; quinimò Idolis addicti, adulatorum more Deum adierunt tamquam hominem captare laudibus putantes. Quapropter eorum arma facturum se ait nulli futura vsui.*

Vict. Presb. *Arma nobis minimè proficua quum Deus in nos peccantes belligerat.*

Vers.

[μετὰ θυμοῦ καὶ.]

Θεοδωρήτου.] Διὰ μὲν τοῦ θυμοῦ, τὸ ταχὺ δεδήλωκε. τοιοῦτος γὰρ ὁ θυμός. διὰ δὲ τῆς ὀργῆς τὸ ἐπίμονον. βραδεῖα γὰρ καὶ ἐπίμονος ἡ ὀργή. τὸ διὰ μωϋσέως δὲ πληροῖ. ἔξωθεν ἀτεκνώσει αὐτοὺς μάχαιρα, καὶ ἐκ τῶν ταμείων φόβος.

[καὶ μετὰ ταῦτα οὕτως.]

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] ἐκκόπτει τὴν κακίαν τῇ τιμωρίᾳ, καὶ τοὺς λοιποὺς παιδεύει. οὐ γὰρ τέρπεται ἐπ' ἀπωλείᾳ ζώντων ὁ πάντων δημιουργός. καὶ ἀπαθοῦς αὐτοῦ μένοντος τὰ τῆς ὀργῆς ὑπομένομεν.

Verſ. 5. (*Et debellabo ego, &c. cum furore & ira magna.*

Theodoriti.] *Per furorem indicauit celeritatem; ea enim eſt furoris natura, per iram verò durationem; tarda enim & diuturna eſt ira. Implet verò Moſaicum illud quoque per Moyſem,* [a] de foris ſteriles eos reddet enſis & ex horreis timor.

Theodorit. Furor, atque ira in quo differant.

a Deut. 32. 25.

Verſ. 7. (*Et poſt hæc ſic ait Dominus*)

Incerti.] *Excidit punitione malitiam cæteroſque inſtruit. Neque enim gaudet pernicie viuentium omnium conditor Deus: & manente ipſo paſſionis experte, nos iræ ipſius patimur mala.*

Incerti. Furorem Dei nos ſuſcitamus, cùm in illo nulla ſit paſſio.

Capitis 21. à verſ. 8. vſque ad finem Capitis. Sectio Secunda.

TEXTVS VVLGATÆ.

8 ET ad populum hunc dices: hæc dicit Dominus: Ecce ego do coram vobis viam vitæ, & viam mortis.

9 Qui habitauerit in vrbe hac, morietur gladio, & fame, & peſte: qui autem egreſſus fuerit, & transfugerit ad Chaldæos, qui obſident vos, viuet, & erit ei anima ſua, quaſi ſpolium.

10 Poſui enim faciem meam ſuper ciuitatem hanc in malum, & non in bonum, ait Dominus: in manu Regis Babylonis dabitur, & exuret eam igni.

11 Et domui Regis Iuda: Audite verbum Domini.

12 Domus Dauid, hæc dicit Dominus: Iudicate manè iudicium, & eruite vi oppreſſum de manu calumniantis: ne fortè egrediatur vt ignis indignatio mea, & ſuccendatur, & non ſit qui extinguat propter malitiam ſtudiorum veſtrorum.

13 Ecce ego ad te habitatricem vallis ſolidæ atque campeſtris, ait Dominus: qui dicitis: Quis percutiet nos? & quis ingredietur domos noſtras?

14 Et viſitabo ſuper vos iuxta fructum ſtudiorum veſtrorum, dicit Dominus: & ſuccendam ignem in ſaltu eius: & deuorabit omnia in circuitu eius.

TEXTVS SEPTVAGINTA.

8 *ET ad populum hunc dices: Hæc dicit Dominus: Ecce ego dedi ante faciem veſtram, viam vitæ, & viam mortis.*

9 *Sedens in vrbe hac, morietur in gladio, & in fame: & egrediens accedere ad Chaldæos, qui concluſerunt vos, viuet, & erit anima eius in ſpolia, & viuet.*

10 *Obfirmaui enim faciem meam ſuper ciuitatem hanc in mala, & non in bona. In manu Regis Babylonis tradetur: & comburet eam in igne.*

11 *Domus Regis Iuda, audite verbum Domini.*

12 *Domus Dauid: Hæc dicit Dominus: Iudicate mane iudicium, & dirigite, & liberate direptum de manu opprimentis eum; vt non accendatur, quaſi ignis ira mea, & ardebit, & non erit qui extinguat.*

13 *Ecce ego ad te inhabitantem vallem Sor, campeſtrem, qui dicitis, quis terrebit nos, aut quis ingredietur in habitaculum noſtrum?*

14 *Et ſuccendam ignem in ſaltu eius, & deuorabit omnia quæ in circuitu eius.*

PARAPHRASIS CHALDAICA.

8 *POpulo autem huic dices: Hæc dicit Dominus; Ecce ego dabo coram vobis viam vitæ, & viam mortis.*

9 *Qui habitauerit in vrbe hac, interficietur gladio, & fame, & peſte: & qui egreſſus fuerit, & qui obedierit Chaldæis qui obſident vos, viuet, & ei anima eius in euaſionem.*

10 *Quia reſidet furor meus contra ciuitatem iſtam in malum, & non in bonum, dicit Dominus. In manum Regis Babylonis tradetur, qui eam ſuccendet igni.*

11 *Et domui Regis tribus domus Iuda, Suſcipite verbum Domini.*

12 *Domus Dauid hæc dicit Dominus: Iudicate manè iudicium, & eruite vim patientem de manu violenti, ne fortè ſuccendatur vt ignis indignatio mea, & conſumat, & non ſit qui miſereatur propter malitiam operum veſtrorum.*

13 *Ecce ego mitto furorem meum contra te quæ habitas in fortitudine in ciuitatibus munitis, dicit Dominus: qui dicitis, Quis deſcendet contra nos, & quis ingredietur palatia noſtra?*

14 *Et viſitabo ſuper vos iuxta fructum operum veſtrorum, dicit Dominus, & ſuccendam ignem in vrbibus eius, & conſumet omnia quæ in circuitu eius ſunt.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impreſſis.

HIeronymus. (*Et ad populum hunc dices: Hæc dicit, &c.*) His qui à Rege miſſi ſunt, & ad Prophetam venerant deprecandum, vt interrogaret pro eis Dominũ, ſuperiora reſponderat, & quæ referrent Regi Sedeciæ: Nunc hortatur vt reſpondeant populo: datque conſilium vt transfugiant ad Chaldæos, contra Regiam voluntatem: quod periculoſum fuiſſe Prophetæ, nullus ignorat: Vnde & mortem ſibi imprecatur & dicit: [b] *Maledicta dies in qua natus ſum.* Et, [c] *Quare de vulua egreſſus ſum, vt viderem laborem & dolorem?* Non quòd leue ſit nec

7 Hieronym.

Conſilia bona quæ Deus præbenda ſignificet, danda vel etiam cum propria vitæ periculo.

b Ier. 20. 14.
c Iere. 20. 18.

dum captis dare consilium, se vltro tradere captiuitati: quasi si passuris naufragium imperetur, vt ante naufragium & dissipatam nauem, remos & tabulas corripiant. & se vndis tradant: Sed quod tolerabilius sit vtcumque captos viuere, quàm gladio, fame, & peste consumi. Sunt qui hunc locum secundùm tropologiam sic edisserunt: melius esse sæcularibus se tradere disciplinis, & maximè philosophiæ, quàm in illa permanere Ecclesia, in qua fames sit sermonis Dei, & cunctus populus hæreticorum gladio, doctrinæque penuriâ, & hæretica peste moriatur.

Disciplinis sæcularibus, & præsertim philosophiæ se dedere melius est quàm inter hæreticos permanere.

8 (*Et domui Regis Iuda: audite verbum Domini domus Dauid,&c. non sit qui extinguat.*) Quodque sequitur: *Propter malitiam studiorum vestrorum:* in Sept. non habetur. Quia supra dixerat, *& ad populum hunc dices,hæc dicit Dominus:* consequenter nunc infert, *& domui Regis Iuda:* vt subaudiatur, dices, hæc dicit Dominus: ἀπὸ κοινοῦ enim & superiora & inferiora iunguntur; vt sit sensus: Et ad populum hunc dices: hæc dicit Dominus. Propriè autem sermo fit ad domum Regiam, ob cuius maximè culpam ciuitas obsidetur: vt emendet errorem pœnitudine, & clementiam Domini consequatur. *Iudicate*, inquit, *manè iudicium:* non in tenebris iniquitatis, sed in luce iustitiæ. *Et eruite vi oppressum de manu calumniatoris:* vt non accipiatis personam in iudicio: sed diuitibus pauperes opprimentibus, magis apud vos Dei imperium valeat, quàm potentia persequentis. Et si, inquit, hoc feceritis, nequaquam succendetur in vobis ignis furoris mei, nec inueniet materiam quam consumat. Incredibilis in hoc loco Dei clementia demonstratur: vt de quibus supra dixerat: *Posui enim faciem meam super ciuitatem hanc in malum & non in bonum: in manu Regis Babylonis tradetur, & exuret eam igni:* iam Domini ingruente sententiâ, eos prouocet ad salutem. Non quod ignoret, vrbem Ierusalem esse capiendam: sed quòd liberum homini seruetur arbitrium: vt non ignorantiâ futuri, sed voluntate propriâ videantur perire. Quomodo & saluator sciebat Apostolum negaturum, & se esse crucifigendum, quippe qui hoc Apostolis sæpe prædixerat, [a] & nihilominus commonebat, volens eos corrigere ad pœnitentiam: vt quicquid postea sustinuerunt, suo vitio eis acciderit, non duritiâ comminantis.

Iudicia quâ ratione rectè exhibeantur.

Clementia Dei in Iudæos, & in peccatores quosque incredibilis.

Ex libero cuiusque arbitrio est vt vel pereat, vel saluetur, Deo numquam ei deficiente.

a Matth. 26. 34.

9 (*Ecce ego ad te habitatricem val.&c.*) Quodque sequitur: Iuxta fructum studiorum vestrorum, dicit Dominus: in Sept. non habetur. Pro habitatrice vallis solidæ atque campestris, Sept. transtulerunt: Ecce ego ad te, qui habitas in valle צור *tzor campestri*, pro quo Symmachus, *petram:* Theodotio, *obsessam*, interpretati sunt: Aquilæ prima editio, *solidam:* secunda, *Tyrum*, צור *tzor* enim siue צור *tzur*, linguâ Hebræâ, & Tyrum, & silicem, & coarctatam sonat. Loquitur autem contra Ierusalem, quæ obsidione vallata est: siue in similitudinem Tyri quasi mari grandi, ita Babylonio exercitu cingitur, & euadere non potest: aut certè quæ se instar petræ durissimæ inexpugnabilem putat atque robustam, pro soliditate murorum, & magnitudine, & dicit: *Quis terrere nos poterit? & quis ingredietur domos nostras?* cùm è contrario loquatur Deus: *Ego visitabo vos:* meum euadere oculum non poteritis. *Visitabo* autem vos in perniciem, *& reddam vobis fructum malitiæ vestræ: Et ego succendam* A *ignem in saltu vestro.* Non Babylonius, vt putatis, non Rex Chaldæorum, sed mea hæc omnia ira perficiet. Saltum autem vocat Ierusalem, & omnem circa regionem, quæ frugiferas arbores bonorum operum non habet, quod sit incendio præparatus. Pulchrèque vallem appellat campestrem, quòd peruia sit hostibus, & non montem excelsum, qui difficulter ascendi potest, iuxta quod & in Isaia dicitur: [b] *Visio Vallis Sion.* Quidquid ad domum Regiam, & ad vrbem Metropolim prophetatur, referamus ad Ecclesiasticum ordinem, & ad principes Ecclesiarum, B eos duntaxat qui se superbiæ & diuitiis lasciuiæque tradiderint. Nec statim quia domus Regia est, ab interitu liberabitur: quo modo & qui de stirpe fuêre Dauid, pauci admodum sunt inuenti; qui placuerint Domino, vt ipse Dauid, Ezechias, & Iosias: magnaque pars principum, & stirpis Regiæ in vniuersum populum iram Domini prouocauit.

In Tyri similitudinē quasi mari grādi obsidendam Ierusalem exercitu Babylonio, tametsi fortissima,

Ierusalē quomodo & cur dicta vallis campestris, & saltus.

b Isai. 22. 1.

Ecclesiastici ordinis, Prælatorumque prauorū damna in Ecclesias, eorūdemque punitio.

10 In Theodorito qui simpliciter seriem historiæ prosequitur eorum quæ hîc habentur: duo notanda sunt circa vers. 13. quem ita refert, exponitque, *Ecce ego ad te, qui habitas in conualle Sur* C *campestri, dicit Dominus.* Pro, mansione sita in loco concauo, in medio montium, sic enim interpretatus est Syrus. Vult autem dicere, Ierusalem, quæ hunc habet situm. Sur verò per interpretationem dicitur, viæ angustæ, atque item, petra. Concluditur itaque vrbs ista montibus. *Dicentes, Quis percutiet nos? aut quis ingredietur domum nostram?* Audaciam eorum declarat, & vanam arrogantiam. Deinceps minatur, se igne exusturum syluam eius: syluam autem vocat domorum & habitantium multitudinem.

Ierusalē sita in medio montium situ concauo.

Sylua nomine designata domus, & habitantium in Ierusalem multitudo.

D.Thomas. Secundò proponit eis (nunciis, scilicet à Sedecia sibi missis) salutis viam ad popu- D lum. *Et ad populum*, & primò dat eis eligendi libertatem. (*Ecce ego do,*) Eccl. 15. [c] *Ante hominem vita & mors: bonum & malum: quod placuerit ei dabitur illi.* Ponit disiunctionem, (*qui habitat.*) Isai. 51. [d] *Egredimini de medio eius populus meus: vt saluet vnusquisque animam suam ab ira furoris Domini.* Et assignat rationem (*posui enim*) supra 1. [e] *Ollam succensam ego video.* Et ad Regem. (*Et domui,*) id est, dices ponens consilium. (*Iudicate manè.*) Psalmus. [f] *Eripite pauperem: & egenum de manu peccatoris liberate.* Et ponit imminens periculum. (*Ne fortè.*) Deut. 32. [g] *Ignis succensus est in furore* E *meo: & ardebit vsque ad inferni nouissima:* tertiò excludit falsam fiduciam ponens confidentiæ causam. (*Ecce ego ad te,*) id est, arcem Ierusalem (*habitatricem, vallis solidæ atque campestris.*) Erat enim Ierusalem in latere montis versus vallem Arnon. Ergo pars erat in valle. Vel dicitur despectiuè: sicut Isai. 22. [h] *Onus vallis visionis*, &c. Et etiam ex monte habebat soliditatem, fortitudinem & firmitatem. Et ex fructiferis vallibus habebat fertilitatem. Et superbam audaciam. (*Qui dicitis*) Abdiæ. [i] *Qui dicis in corde tuo: quis detrahet me in ter-* F *ram?* Et comminatur pœnam. (*Et visitabo saltus*) infructuosum populum. Ioelis 1. [k] *Ignis comedit speciosa deserti: & flamma succendit omnia ligna regionis.* Ioannes Damascenus lib. 1. Parallelorum cap. 97. totum id quod in versiculo 12. habetur affert ad probandum, Iudices debere esse incorruptos, puras manus habentes, ac iustitiæ munere fungentes. Eodemque in libro 1. cap. 17. ex iis quæ hic legimus, eripite vi oppressum de manu eius, à quo iniuriâ afficitur, confirmat oportêre opem ferre oppressis.

D.Thom.

Liberos nos esse vult Deus quoad electionem boni & mali.

c Eccl. 15. 18

d Isai. 51. 11.

e Iere. 1. 13.

f Psal. 81. 4.

g Deut. 32. 22.

Ierusalē cur appellata vallis solidæ habitatrix.

h Isai. 22. 1.

i Abdias. 3.

k Ioel. 1. 19.

Saltus nomine designatus populus infructuosus.

Oppressis opē ferendam.

Ioan. Damasc.

Totum

11 Totam autem ferè caput iſtud admodum opportunè Cyrillus Alexandrin. lib. 1. de adoratione in ſpiritu, & verit. & refert, & expendit. Ait quippe. Superna cura, & prouidentia ſpoliati, cum de nimia noſtra inertia atque ad nequitiam præcipiti propenſione pœnæ à nobis ſumuntur, infirmi, tum & captu faciles, & quo non eius generis malo laborare depræhendimur? In promptu autem tibi eſt, id apertè perſpicere, legenti Ieremiæ verba. Efferata namque Iudæorum multitudo, quamuis admodum abundè luxuriaret, ac difflueret in ſumma Dei liberalitate cùm & hoſtibus omnibus dominaretur, & ad ſummum denique humanæ gloriæ verticem peruenisset, duriſſimam tamen atque peruicaciſſimam perfidiam eſt meditata. Itaque cùm Moyſi mandatis multam ſalutem dixiſſent, ac ſancitas leges prorſus pro minimo haberent, præcipiti impetu in mortem atque perniciem ferebantur. [a] Sub quercus namque & populi, & arboris frondentis vmbra iuxta Prophetæ vocem, aras extruxerant, & in nemoribus arborum multitudine conſitis, lucis ad dæmonia colenda conſtitutis, illa boum victimis & thure, & alio omni cultu venerabantur Deos & conſeruatores, & omnibus eius generis nominibus opera ſua appellare non erubeſcentes. Quinetiam in eam ſtultitiam peruenerunt aliquando, vt iam impias illas ſuorum liberorum cædes ſibi gloriæ eſſe putarent, tantoque ſcelere opimam ſe illis victimam offerre exiſtimarent. Neque verò intra hos fines impietas filiorum Iſrael ſtetit; ſed tantis facinoribus additamenti cuiuſdam vice in dies adiiciebant effrænatam ad abſurdiſſima quæque licentiam.

12 Itaque aduerſùm ſe benigni licet legiſlatoris iram haud leuiter prouocauerunt. Ergo quoniam eius ſeruitutem audaciſſimè illi repulerant, permiſit is, vt ab hoſtibus opprimerentur, & ad neceſſariam abducerentur ſeruitutem, quâ ſub ditione Chaldæorum, Babyloniorumque fuerunt, Qui, cum relictis quæ domi erant, veniſſent, vt illos captiuos ducerent, ac ſanctam illam nobiliſſimamque vrbem incenderent, tum vero iis, qui oppugnabantur, vix tandem animo inſedit, vt Ieremiam Prophetam conſulerent: quis finis illius mali eſſet futurus. [b] (*Et dixit* inquit, *Ieremias, Sic dicetis Sedeciæ, Hæc dicit Dominus, Ecce ego conuerto arma bellica*, &c.) Deinde poſt nonnulla, (*Et ad populum* inquit, *iſtum dices, Hæc dicit Dominus: Ecce ego dedi coram vobis viam vitæ, & viam mortis*, &c.) Intelligis igitur, ſi noſtris malefactis Deum offenderimus, fore vt hoſtium potentiæ miſeri obſiſtere non poſſimus, ſed opprimente nos, atque inuadente irâ diuinâ, ſerui ſimus ex liberis, ignobilemque vitam, atque miſerabilem ducamus. Etenim Dei lex facilem hominem, atque obtemperantem ad perfectam viuendi rationem perducit, ac lucernæ quodammodo vſum cuique præbet ad oſtendendum, quid expediat, quidue neceſſe ſit; quam qui reuerebitur, is opinor, non ignobilem vitam tranſiget, & veluti in ſancta ciuitate, nimirum in illa firmitate virtutis, ac ſtabilitate religionis habitabit. At verò ſi quis voluerit ſe in huius mundi voluptates tamquam in nemus quoddam, ac florentem, & arboribus denſam ſyluam libentiſſimè coniicere, & in huius vitæ oblectamentis verſari, ac multiformem voluptatem tamquam idolorum quoddam examen, in cor atque in animum admittere, & alacritatis ſuæ fructus dæmoniis incendere, is verò iure optimo à diuino præſidio excidet, & vt papulſus, nempe à priore illa morum, honeſtate denique tamquam neceſſario ſeruitutis iugo ad imperantium arbitrium deſcendet, & longè erit à Deo affectuum genere, transfereturque Babylonem, id eſt, vltra terminos terræ illius ſanctæ, in qua [c] (*notus eſt Deus, & magnum nomen eius.*)

Marginalia: Cyril. Alex. — *Prouidentia Dei culpa noſtrâ ſpoliati quàm malè noſtra ſe habent.* — [a] Iere. 3. 6. — *Seruitutem Dei renuentes ſerui meritò efficiuntur hoſtium ſuorũ.* — [b] Iere. 21. — *Peccatis Deum offendẽtes obſiſtere hoſtibus nequimus.* — *Lex Dei via facilis, & inſtar lucernæ, oſtendẽs quid facto opus ſit.* — *Mundus iſte inſtar nemorũ cuiuſdam.* — *Voluptatibus mundi addictus excidit à diuino præſidio, atque à vitæ probitate in hoſtium manus.* — [c] Pſal. 75. 2.

CATENA GRÆCA EX VETERIBVS PATRIBVS GRÆCIS.

ΚΑΙ πρὸς τὸν λαόν.

Τοῦ Χρυσοςόμου.] Ἰωακεὶμ αὐτομολήσας πρὸς τὸν βαβυλώνιον, καὶ λοιπὸν τὰ τῆς δουλείας καταδεξάμενος, ὅρκους ἐπιτελέσας, ὑπόφορος τούτῳ γίνεται. ὁ σεδεκίας δὲ παρέβη τοὺς ὅρκους, καὶ παρεσπόνδησεν. ἐπέρχεται λοιπὸν ὁ βαβυλώνιος, ἀφορμὴν δικαίαν ἔχων τοῦ ὅρκου. ἀλλ' οὐδὲ οὕτως αὐτοὺς προδίδωσιν ὁ Θεός. ἀλλ' εἰ βούλεσθέ φησιν ἐξελθεῖν, σωτηρίαν ἔσεσθε. τί ποιῆσαι πλέον ἐχρῆν; εἵλοντο κοινωνῆσαι τῆς ἐπιορκίας αὐτοῦ. μάλιστα δὲ οὐδὲ τὸν προφήτην ἐρέσθαι ἔδει, οἷον τὸ τοῦ ὅρκου τέλος ἐστι, καταπατηθέντων τῶν ὅρκων καὶ τῶν συνθηκῶν. πλὴν ἀλλ' ἵνα μηδὲ τὴν ἐκ τῆς ἀγνοίας ἀπολογίαν ἔχῃ, ἵνα μὴ τὴν ἀνάγκην ἔχωσι τοῦ ἄρχοντος οἱ ἀρχόμενοι, καὶ τούτους || ἐξαιρήσονται. ἐπὶ θύραις ἡ τιμωρία φησιν. ὑμεῖς κύριοι ταύτην φυγεῖν. τίνος οὖν ἂν εἶεν ἄξιοι οἱ παρόντα δυνάμενοι τὸν ὄλεθρον διαφυγεῖν, καὶ μήτε

|| *ἐξαιρεῦνται.*

Verſ. 8. **E**T *ad populum iſtum dices, &c.)*

13 Chryſoſtomi.] *Ioachim cum ſponte ad Babylonios acceſſiſſet, & conditionem propterea ſeruitutis ſubiiſſet, iureiurando præſtito illius tributarius factus eſt. Sedecias verò illo violato: pacta perturbauit: bellum ergo intulit, Babylonius iuſta de cauſa iuriſiurandi, ſed neque tunc eos Deus hoſtibus tradidit; ſed ſi vultis, ait, egredi, ſalui eritis. Quid vltra præſtandum erat? illius periurij participes eſſe voluerunt. Sed nec Propheta interrogandus omnino erat de iuriſiurandi fine, iuramento & pactionibus poſt habitis. Verum ne ſe de ignorantia poſſet excuſare, ne ſubditi principis obtenderent neceſſitatem, eos etiam eximit. Pro foribus ait punitio eſt, euitare hanc in veſtra ſitum eſt poteſtate. Quâ igitur pœnâ digni ſint qui cum imminentem ſibi mortem effugere poſſent, & non peierare, ſalu*

Marginalia: Chryſoſt. — *Periuriũ cauſa ſeu occaſio euerſionis Iudææ per Chaldæos.* — *Subditi non debent ſequi Principes in malo.* — *Peierare quã grande malum.*

καὶ μήτε ἐπιορκῆσαι καὶ σωθῆναι, ἑλόμενοι μετὰ τοῦ ἀποθανεῖν καὶ τὸ τῆς ἐπιορκίας ὑποστῆναι ἔγκλημα; [καὶ μετ' ὀλίγα] εἰδέναι δὲ ὀφείλομεν· ὅτι κἂν Ἕλλην ὁ ἠδικημένος ᾖ, ἐπεξέρχεται ὁ θεός, καὶ γὰρ ἐκείνος αὐτοῦ ἐστι. καὶ χωρὶς τούτου, τῶν ἰδίων μᾶλλον φείδεται. καὶ ὁ ἀδικῶν αὐτός ἐστιν ὁ βλαπτόμενος.

|| Ἀπολιναρίου.] αὐτομολεῖν αὐτοῖς ὑποτίθεται. ὅπερ εἰ καὶ φοβερὸν τῷ προφήτῃ διὰ τὸν βασιλέα, πλὴν ἀναγκαῖον διὰ τὸν κελεύσαντα κύριον ἀγαθὸν γὰρ πειθαρχεῖν θεῷ. ὃ δὴ κἀκείνοις ἂν συνήνεγκεν, αἱρουμένοις τιμωρίας μετριωτέραν, καὶ μὴ συμμαχομένοις θεῷ τοῖς πολεμίοις ἀμύνοντι.||

[καὶ ὁ ἐμπορευόμενος.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τίς οὐκ ἂν εἵλετο προσχωρῆσαι, θεηλατον οὕτω τὴν νόσον ὁρῶν; εἰ γὰρ καὶ τοὺς ἀπομένοντας τοιαῦτα ἔμενε δεινά, καὶ πάντως ἀπολέσθαι ἔχρην, τίνος ἕνεκεν οὐ προσεχώρουν; ἢ δῆλον ἐκ τοῦ μὴ πιστεύειν.

Ὀλυμπιοδώρου.] ὡς μὴ ἀντιταττόμενος τῷ θείῳ κρίματι, τῷ δικαιώσαντι παραδοθῆναι αὐτοὺς τοῖς Βαβυλωνίοις.

[καὶ ἔσται ἡ ψυχή.]

|| Ὀλυμπιοδώρου.] ἀντὶ τοῦ, κερδανεῖ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ.

|| Τοῦ χρυσοστόμου.] οὐκ ἁπλῶς αὐτοὺς ἀνέμνησε τοῦ Δαβίδ, ἀλλ' ἵνα τὴν ἀρετὴν τοῦ προγόνου αἰσχυνθῶσιν. εἰ καὶ μηδὲν ἕτερον, παύσωνται ὄντες πονηροί.

[ἀκούσατε λόγον.]

Τοῦ χρυσοστόμου.] οὐ διὰ τὸ ἰσχὺν ἔχειν μεγάλην. οὐ διὰ τὸ μηδένα εἶναι τὸν ἰσχυρότερον. οὐ διὰ τοῦτο, ἀλλὰ διὰ τὰ ὑμέτερα ἐπιτηδεύματα. τροφὴ γὰρ ἔσται τῷ πυρὶ τούτῳ τὰ ἁμαρτήματα τὰ ὑμέτερα.

[κρίνατε.]

Ὀλυμπιοδώρου.] τὸ πρωΐ, ἀντὶ τοῦ ταχέως μετανοήσατε.

Βίκτορος.] κρινεῖ δὲ πρωῒ κρίμα, ὁ μηδὲν σκότους ἄξιον ἐργαζόμενος, ἀλλ' ὡς ἐν ἡμέρᾳ εὐσχημόνως περιπατῶν, καὶ μετὰ Ἡσαΐου βοῶν. ἐκ νυκτὸς ὀρθρίζει τὸ πνεῦμα μου πρός σε, ὁ Θεός. καὶ μετὰ τοῦ Δαβὶδ. τὸ πρωῒ παραστήσομαί σοι, καὶ ἐπόψει με. ὃς καὶ κατευθύνει, μὴ προσκόπτων τοῖς ἔργοις τοῦ σκότους, μηδὲ σκολιῶς κατὰ τὸν ὄφιν βαδίζων ἐξελεῖται δὲ καὶ διηρπασμένον ἐκ χειρὸς ἀδικοῦντος αὐτὸν, ὁ πρὸς θεογνωσίαν ἀπὸ τῆς τοῦ διαβόλου καταδυναστείας ἄνδρα ῥυόμενος, καὶ κακίας ἀπειργον ὕλης γιγνομένης πυρός. διὸ οὐκ ἔσται ὁ σβέσων. τοιοῦτος ὢν ἰωσίας ἐπέσχε τοῦ Θεοῦ τὴν ὀργὴν, ἀνακωχὴν λαβὼν τοῖς βουλομένοις μετανοεῖν.

[ἰδοὺ ἐγώ.]

Τοῦ χρυσοστόμου.] προφητεύει τῇ τύρῳ δεινά. πολλὰ δὲ καὶ ἰεζεκιὴλ, καὶ ἠσαίας περὶ τῆς τύρου φησὶν, ὅτι ἐπήρτο. ὅτι ἔχουσα διδασκαλίας ὁδὸν τοὺς ἐκ γειτόνων ἰουδαίους, οὐδὲν ἐκαρπώσατο. διὰ

A *salutéque potiri, maluerunt vnà cum ipsa morte periurij quoque rei esse,* [*& post pauca.*] *Illud verò sciendum, & si qui afficitur iniuriâ gentilis sit, Deum vlcisci, ipsius enim & ille est, & citra hoc sui potiùs consultum vult: & qui iniuriam fert, ipse est qui læditur.*

Vers. 9. (*Sedens in vrbe hac, &c.*)

14

|| Apolinarij.] *Consilium illis dat vt ad hostes deficiant. Quod etsi vati periculosum propter Regem; tamen Domino præcipiente necessarium erat. Bonum quippe est Deo parère. Quod &* B *illis vtile fuisset, eligentibus moderatiorem pœnam, & non pugnantibus contra Deum, qui hostibus auxilium ferebat.*

> Apolinarius. *Obediendum Deo vel etiã in iis, quæ afflictiones suscitent.*

(*Et egrediens accedere, &c.*)

Chrysostomi.] *Quis non maluisset ad hostes accedere, cùm à Deo inflictum adeo cerneret morbum; nam si & eos qui remanebant talia manebant mala, omninoque interire oportebat, quare sponte abibunt? an liquet eò quòd non crederent.*

> Chrysost. *Iudæorum incredulitas causauit illis ruinam per Chaldæos.*

C Olympiodori.] *Tamquam se diuino non opponens iudicio; cui placuit eos in Babyloniorum potestatem venire.*

> Olympiod. *Non resistendum Deo.*

(*Et erit anima eius in spolia.*)

Olympiodori.] *Hoc est animam suam lucrabitur.*

> Olympiod.

Vers. 12 (*Domus Dauid.*)

15

|| Chrysostomi.] *Non sine causa ipsos ad memoriam Dauid reuocat, sed vt de Progenitoris virtute confunderentur: & si nihil aliud, certè vt* D *mali esse desinerent.*

> Chrysost. *Patrum bonorum virtus ob oculos posita maximè efficax.*

(*Audite verbum*)

Chrysostomi.] *Non quòd magnas habeant vires, quòd illo fortior nemo sit: non propter hoc, sed propter ea quæ agitis. Alimentum enim erunt huic igni vestra iniquitates.*

> Chrysost. *Audiendum Dei verbum propter nostrummet bonum.*

(*Iudicate.*)

Olympiodori.] *Mane, id est citò pœnitentiam agite.*

> Olympiod. *Pœnitentia non differenda.*

Victoris.] Iudicabit autem manè iudi- E cium, *qui nihil tenebris dignum operatur, sed*[a] *vt in die honestè ambulans, & cum Isaia clamans.*[b] E nocte diluculo assurgit spiritus meus: ad te Deus: *& cum Dauid.*[c] Manè adstabo tibi & videbis me, *qui & vias suas dirigit, non impingens operibus tenebrarum, neque obliquè Serpentis more gradiens.* (Liberabit quoque direptum de manu opprimentis eum,) *qui ad Dei cognitionem à Tyrannide Diaboli hominem li-* F *berat, & à vitio retrahit, quod sit igni fomes.* *Quapropter* non erit qui extinguat. *Talis cùm esset Iosias, diuinum cohibuit furorem, acceptis induciis pœnitère volentibus.*

> Victor. *Indicat in mane iudiciũ opera faciens lucis.*
> a Rom. 13. 13.
> b Isai. 26. 9.
> c Psal. 5. 4.
> *Conuertens aliquẽ à peccato eruit illum de manu opprimentis.*

(*Ecce ego.*)

16

Chrysostomi.] *Aduersùs Tyrum dira vaticinatur, multa verò de Tyro, & Ezechiel, & Isaias dicit, quòd superba esset; quod vicinos habens Iudæos ad capessendam doctrinam nihil*

> Chrysost. *In Tyrum vaticinium Ieremiæ. Infideles meritò magis castigãdi qui ex fidelium vicinitate nõ profecerunt.*

διὰ γάρ τι οὗτος πρῶτον ἀπειλεῖται τῶν ἐθνῶν τούτων, ὅτι τὰ ἱεροσόλυμα πλησίον αὐτῶν ἦν. ἀκούεις δὲ προϊών, πῶς καὶ Βαβυλὼν ἀπειλεῖται, καὶ τῶν λοιπῶν ἁπάντων. καὶ ὁρᾷς αὐτοῦ τὴν καθόλου πρόνοιαν.

Ὀλυμπιοδώρου.] τὴν τροφὴν φησιν, εἷλε γὰρ καὶ αὐτὴν ὁ Βαβυλώνιος.

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] τί δὴ ἡ κατὰ τύρου παρεμβέβληται προφητεία, δέον ἐν τῷ περὶ τῶν ἐθνῶν τόπῳ τετάχθαι; ἐπειδὴ ἀλαζὼν καὶ αὐτὴ, καὶ θαρροῦσα τῇ θέσει παιδεύων τοὺς ἰουδαίους, ὡς οὐ σώζεται βασιλεὺς διὰ πολλὴν δύναμιν, οὐ δὲ τεῖχος σώζει καὶ θέσις μὴ βουλομένου θεοῦ πρὸς ἣν καὶ διὰ ἠσαΐου φησὶν, οὐκ αὕτη ἦν ὑμῶν ἡ ὕβρις ἡ ἀπ᾽ ἀρχῆς, ἀποτρέπεται δὲ καὶ διὰ τύρου τοὺς αἰγυπτίους θαρρεῖν.

[Καὶ ἀνάψω πῦρ.]

Βίκτορος.] τὸ δὲ ἀνάψω πῦρ, Θεοῦ δείκνυσιν οὐ πολεμίων τὴν ἅλωσιν. δρυμὸν δὲ λέγει, διὰ τὸ ἄκαρπον καὶ ὑψηλὸν τοῦ φρονήματος, καὶ ὅτι ἐνεφώλευον αὐτοῖς τὰ πονηρὰ πνεύματα, ὡς ἐν δρυμῷ τὰ θηρία.

A nihil profeciſſet. Quapropter primùm quidem has gentes increpat, quia Ieroſolyma prope erat, audis quoque infra, quomodo & Babylonem, cæteroſque omnes increpat; & vides vniuerſalem eius prouidentiam.

Vicinitate bonorum arguuntur magis improbi.

Olympiodori.] *Alimentum ait, quod etiam Babylonius abſtulit.*

Ex Verſ.13. (*Et deuorabit, &c.*)

Verſ.14. (*Ecce ego ad te.*)

Incerti.] *Cur inſerta eſt prophetia aduersùs* B *Tyrum hic, cum ponenda eſſet vbi de Gentibus agitur? quoniam arrogans & hæc erat, nimiumque ſitu fidens. Inſtruit Iudæos, non ſaluari Regem magnis copiis, nec murum ſaluti eſſe, nec ſitum, Deo non volente, ad quam & per Iſaiam ait.* Nonne hoc erat veſtrum probrum ab initio? *Per Tyrum quoque monet Aegyptios ne ſibi fidant.*

Incertus. Tyri vaticinium quàm aptè hic adhibitum. Fiducia in ſitu, copiaque opum, & in robore quàm vana.

(*Et ſuccendam ignem.*)

Victoris.] *Succendam ignem, oſtendit à Deo non ab hoſtibus illatum excidium. Saltum verò* C *vocat, ob infructuoſum, elatúmque animum, quódque in illis latibula maligni ſpiritus haberent, vt feræ in ſaltu.*

Victor. Saltus appellata mens praua.

ΚΕΦΆΛΑΙΟΝ.

ΚΑΙ ὁ ἐκπορευόμενος προσχωρῆσαι πρὸς τοὺς χαλδαίους τοὺς συγκεκλεικότας ὑμᾶς ζήσεται, καὶ ἔσται αὐτῷ ἡ ψυχὴ αὐτοῦ εἰς ὠφέλειαν, καὶ ζήσεται.] ὁ ἑβραῖος τὸ, εἰς ὠφέλειαν, σαφέστερον τέθεικεν, ἔχει δὲ εἰς σκῦλα. ἡ δὲ ἔννοια αὕτη. ὁ μὴ προσφεύγων μὲν φησὶν ἀποθανεῖται. ὁ προσφεύγων δὲ ζήσεται, σκῦλα τῶν πολεμίων γινόμενος. τὸ οὖν εἰς ὠφέλειαν. τουτέστι, τοῦτο αὐτὸ κερδανεῖ τὸ ζῆν.

Ὁ οἶκος βασιλέως Ἰούδα. ἀκούσατε τὸν λόγον κυρίου. ὁ οἶκος Δαβὶδ, τάδε λέγει κύριος κρίνατε τὸ πρωῒ κρίμα, καὶ τὰ ἑξῆς.] ἀπειλήσας παραινεῖ μεταβάλλεσθαι τὴν γνώμην, δεικνὺς, ὡς διὰ τὸ ἀμεταμέλητα πταίειν. αὐτοὺς τιμωρεῖται ἐπάγει γοῦν.

Ἰδοὺ ἐγὼ πρὸς σε τὸν κατοικοῦντα τὴν κοιλάδα σὼρ τὴν πεδινὴν φησὶ κύριος. τοὺς λέγοντας τίς πτοήσει ἡμᾶς. ἢ τίς εἰσελεύσεται εἰς τὸ κατοικητήριον. καὶ τὰ ἑξῆς·] οὐ καλῶς σὼρ ἡρμήνευται παρὰ τῷ ἑλληνικῷ. παρὰ γὰρ τῷ ἑβραίῳ σοὺρ κεῖται. ἑρμηνεύεται δὲ πέτρα. μηνύει δὲ τὴν ἱερουσαλὴμ, ἥτις ἐν τῇ πέτρᾳ κοιλάδος τυγχάνει. πέτραν δὲ κοιλάδος ἐκάλεσε, διὰ τὴν τοῦ τόπου θέσιν. ὡς τῶν μὲν περὶ τὴν ἱερουσαλὴμ τόπων ὑπὸ πετρῶν συνεχομένων. οὔσης δὲ καὶ πεδιάδος ἐν κύκλῳ.

CAPVT XXI.

Verſ. 9. ET egrediens vt accedat ad Chaldæos, qui concluſerunt vos, viuet, & erit ipſi anima eius in vtilitatem, & viuet. Hebræus illud. *In vtilitatem*, dilucidiùs expoſuit, *In ſpolia.* Senſus autem eſt. Qui non D aufugerit, inquit, morietur, qui aufugerit viuet præda hoſtium factus. *In vtilitatem*, itaque hoc videlicet lucri faciet. Viuere.

Chryſoſt. Verſ. 9.

Verſ. 11. 12. *Domus Regis Iuda audite verbum Domini. Domus Dauid. Hæc dicit Dominus, Iudicate manè iudicium*, & quæ ſequuntur. Poſt minas hortatur vt ſententiam immutent oſtendens, ſe ideo pœnæ inferre, quia rerum geſtarum pœnitentiam non agunt. Subdit igitur.

E Verſ.13. *Ecce ego ad te inhabitantem vallem.* Sor ait, *Dominus, qui dicitis, quis terrebit nos, aut quis ingredietur, in habitaculum, & quæ ſequuntur.* Non rectè eſt interpretatum apud Græcos *Sor*, nam quæ in Hebræo eſt, *Sur*, quod ſignificat petram, Ieruſalem deſignat, quæ in petra vallis ſita eſt, vocauitque eam petram vallis propter eius ſitum: loca enim quæ circa Ieruſalem ſunt, petris ambiuntur, & eſt in circuitu eius F campus.

Caput Vigeſimum Secundum à verſ.1. vſque ad 13. Sectio Prima.

TEXTVS VVLGATÆ.

1 HÆc dicit Dominus: Deſcende in domum Regis Iuda, & loquêris ibi verbum hoc.

2 Et dices: Audi Verbum Domini Rex Iuda,

TEXTVS SEPTVAGINTA.

1 *HÆc dicit Dominus: Vade, & deſcende in domum Regis Iuda, & loquêris ibi verbũ hoc.*

2 *Et dices: Audi Verbum Domini Rex Iuda,*

da, qui sedes super solium Dauid: tu & serui tui, & populus tuus, qui ingredimini per portas istas.

3 Hæc dicit Dominus: Facite iudicium & iustitiam, & liberate vi oppressum de manu calumniatoris: & aduenam, & pupillum, & viduam nolite contristare, neque opprimatis iniquè: & sanguinem innocentem ne effundatis in loco isto.

4 Si enim facientes feceritis verbum istud: ingredientur per portas domus huius Reges sedentes de genere Dauid super thronum eius, & ascendentes currus & equos, ipsi & serui, & populus eorum.

5 Quòd si non audieritis verba hæc: in memetipso iuraui, dicit Dominus, quia in solitudinem erit domus hæc.

6 Quia hæc dicit Dominus super domum Regis Iuda: Galaad tu mihi caput Libani: si non posuero te solitudinem, vrbes inhabitabiles.

7 Et sanctificabo super te interficientem virum, & arma eius: & succident electas Cedros tuas, & præcipitabunt in ignem.

8 Et pertransibunt gentes multæ per ciuitatem hanc: & dicet vnusquisque proximo suo: Quare fecit Dominus sic ciuitati huic grandi?

9 Et respondebunt: Eò quòd dereliquerint pactum Domini Dei sui, & adorauerint Deos alienos, & seruierint eis.

10 Nolite flere mortuum, neque lugeatis super eum fletu: plangite eum, qui egreditur, quia non reuertetur vltra, nec videbit terram natiuitatis suæ.

11 Quia hæc dicit Dominus ad Sellum filium Iosiæ Regem Iuda, qui regnauit pro Iosia patre suo, qui egressus est de loco isto. Non reuertetur huc ampliùs:

12 Sed in loco, ad quem transtuli eum, ibi morietur, & terram istam non videbit ampliùs.

A *da, qui sedes super solium Dauid, tu, & domus tua, & populus tuus, & qui ingredimini per portas istas.*

3 Hæc dicit Dominus: Facite iudicium & iustitiam: & liberate direptum de manu iniuriantis eum: & aduenam, & pupillum, & viduam non opprimatis: neque impiè agatis: & sanguinem innocentem ne effundatis in loco isto.

4 Si enim facientes feceritis verbum istud; & ingredientur in portis domus huius Reges sedentes super thronum Dauid, & ascendentes super currus, & equos, ipsi & pueri eorum, & populus eorum.

5 Quod si non feceritis verba hæc; per me-ipsum iuraui, dicit Dominus, quia in solitudinem erit domus hæc. B

6 Quia hæc dicit Dominus super domum Regis Iuda: Galaad tu mihi principium Libani, si non posuero te in sollicitudinem; vrbes non habitandas.

7 Et inducam super te exterminantem virum, & securim eius: & succident electas Cedros tuas, & mittent in ignem.

8 Et pertransibunt Gentes per ciuitatem hanc: & dicet vnusquisque ad proximum: Quare fecit Dominus sic ciuitati huic magnæ.

9 Et dicent: pro eo quòd dereliquerunt testamentum Domini Dei sui, & adorauerunt Deos alienos. C

10 Nolite flere mortuum, neque lamentemini eum: plorate ploratione eum, qui egreditur, quia non reuertetur vltra, nec videbit terram patriæ suæ.

11 Quia hæc dicit Dominus ad Sellem filium Iosiæ regnantem pro Iosia patre eius, qui egressus est de loco isto: Non reuertetur huc ampliùs.

12 Sed in loco isto, quo transtuli eum, ibi morietur; & terram hanc non videbit ampliùs. D

PARAPHRASIS CHALDAICA.

1 HÆc dicit Dominus: Descende in domum Regis tribus domus Iuda, & prophetabis ibi verbum hoc.

2 Et dices: Suscipe verbum Domini Rex tribus domus Iuda, qui habitas super solium Dauid tu, & serui tui, & populi tui qui ingrediuntur per portas istas.

3 Hæc dicit Dominus: Facite iudicium & iustitiam, & liberate vim patientem de manu eius qui vim infert ei, & peregrinum, & pupillum, & viduam ne contristetis, nec vt opprimatis: & sanguinem innocentem ne effundatis in loco isto.

4 Quòd si faciendo feceritis verbum istud, ingredientur per portas domus huius Reges sedentes super solium Dauid, ascendentes in curribus & in equis ipsi & serui, & populus eius.

5 Et si non susceperitis verba hæc, per verbum meum iuraui, dicit Dominus, quia in solitudine erit domus hæc.

6 Quia sic dicit Dominus super domum Regis tribus domus Iuda: Quamuis tu sis dilectus coram me sicut domus sanctuarij, quæ excelsa est in cacumine montium; si non ponam te desertum, vrbes inhabitabiles.

7 Et præparabo contra te vastantes, virum, & arma eius. Et occident pulchritudinem fortium tuorum, sicut succiduntur ligna saltus, & proiiciuntur in ignem.

8 Et pertransibunt populi multi iuxta ciuitatem hanc, & dicet vnusquisque proximo suo: Quam ob rem fecit Dominus sic ciuitati huic grandi?

9 Et dicet: Pro eo quòd dereliquerunt pactum Domini Dei sui, & adorauerunt idola populorum, & seruierunt eis.

10 Ne ploretis super mortuum, ne contristemini super eum: plorando plorate eum qui in captiuitatem ducitur; quia non reuertetur vltra, nec videbit terram natiuitatis suæ.

11 Quia sic dicit Dominus super Sallum filium Iosiæ Regis tribus domus Iuda, qui regnauit pro Iosia patre suo, Qui migrauit de loco isto, non reuertetur huc ampliùs. E

12 Sed in loco ad quem transmigrare fecerunt, ibi morietur, & terram hanc non videbit ampliùs.

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

1 Hieronym. HIeronymus. (*Hæc dicit Dominus: descende in domum Regis Iuda*, &c.) Hæc visio, imò hic sermo Domini, vel ante fit ad Prophetam quàm Sedecias ad eum mitteret: vel certè postquam nunciis præcepit quid Regi referre deberent, præcipitur Ieremiæ, vt nequaquam per nuncios loquatur ad Regem, sed ipse vadat ad palatium, & ibi loquatur ei. Simulque animaduertamus diuinam sapientiam, quòd per nuncios iubet tristia nunciari, mixtis & prosperis, si agere voluerit Rex pœnitentiam. Hîc verò quia ipsi imperatur vt pergat: non tristia nunciat & captiuitatem iamiámque venturam; sed monet quid facere debeat, vt vitet impendentem sententiam Dei, F

Cùm Regibus, & Principibus monitionibus agat Verbi Dei præcones potius quàm minis.

Dei. Regum autem proprium est facere iudicium, & iustitiam, & liberare de manu calumniatorum vi oppressos: & peregrino, pupilloque, & viduæ, qui faciliùs opprimuntur à potentibus, præbere auxilium. Et vt curam eis præceptorum Dei maiorem iniiceret, intulit: *Nolite contristare*, vt non solùm non eripiatis, sed ne patiamini quidem per vestram conniuentiam ab aliis contristari. *Et sanguinem innocentem non effundatis in loco isto.* Homicidas enim & sacrilegos, & venenarios punite, non est effusio sanguinis, sed legum ministerium. Si, inquit, hæc feceritis ô Reges Iuda: tenebitis pristinam potestatem, & cum ambitione ingrediemini portas Ierusalem. Sin autem facere nolueritis, ô domus Regia: non tam Domini erit crudelitatis, quàm tuæ voluntatis, vt omnis ciuitas redigatur in solitudinem. Quicquid Regiæ domui dictum est: intelligant Episcopi, sociique eorum Presbyteri, atque Diaconi, & omnis ordo Ecclesiasticus, quòd si fecerint, quæ præcepta sunt, & inter cætera innocentem sanguinem non fuderint, scandalizantes minimos quosque, & percutientes conscientias singulorum, obtineant traditam sibi à Domino dignitatem. Sin autem facere noluerint atque contempserint, ipsi redigant Ecclesiam Dei in solitudinem. Ingrediuntur autem de genere Dauid per portas Ierusalem, & sedent super thronum eius, qui interpretatur fortis manu, & ascendunt currus & equos, quando refrænant & suas & populi perturbationes, & composito in Ecclesia ingrediuntur gradu, & multarum virtutum choro, sibique ex omni parte concinentium. Et vt hoc verum esse credamus, iurat per se: quia iuxta Apostolum,[a] maiorem alium, per quem iurare possit, non habet.

Regum, ac Principum quænam sint propria.

Regna quâ ratione stabiliantur, quâ-ue euertantur.

Ecclesiastici quâ ratione dignitatem seruent: ordinis sui: quâue ad solitudinē redigant Ecclesiam.

a Hebr. 6. 13.

2 (*Quia hæc dicit Dominus super domum Regis Iuda*, &c.) Galaad quam possedit dimidia tribus Manassé, trans Iordanem Scriptura commemorat. In quo monte Laban[b] fugientem consecutus est Iacob, & mons iuxta Genesim nomen accepit σωρὸς, id est tumulus testimonij, eò quòd ibi Iacob, Labanque iurauerint in aceruum lapidibus congregatis. Est autem caput siue principium Libani montis excelsi, qui, vniuersus Cedris consitus est, iuxta illud Dauid canentis: [c] *Et commouebit Dominus Cedros Libani.* Et alibi: [d] *Vidi impium superexaltatum, & eleuatum sicut Cedros Libani.* Et in Zacharia legimus: [e] *Aperi Libane portas tuas, & comedat ignis Cedros tuas.* Igitur præsenti loco, quia ad domum Regiam loquebatur, per metaphoram loquitur ad templum, siue ad domum stirpis Iuda, quòd ipsa sit in excelso, siue quòd de templo, atque sacrario, omnium peccatorum remedia poscebantur. Vnde & hîc idem Propheta commemorat: [f] *Numquid resina non est in Galaad: aut medicus non est ibi? Quare non ascendit curatio filiæ populi mei?* Comminatur igitur Regiæ domui, & vrbi Ierusalem, & templo, quod vocat caput Libani, quòd redigendum sit in solitudinem cum vniuersis vrbibus suis: non potentiâ Regis Babylonij, sed Domini iussione, qui dicit, *Sanctificabo super te interficientem.* Sanctus autem vocatur Nabuchodonosor, & omnis eius exercitus, quia exequitur sententiam Dei. *Et succident*, inquit, *electas Cedros tuas*: potentes quosque; & principes ciuitatis: *& mittent in ignem*, vt omnia deuorans, flamma consumat. Cúmque deleta fuerint vniuersa, *transibunt gentes multa per ciuitatem*, & templum, quod eis priùs ingredi non licebat, & vnusquisque loquetur proximo suo: quare fecerit Dominus ciuitati inclytæ & magnæ tam subitam, & tam grandem euersionem. Respondebuntque, inquit, qui interrogati fuerint, & exponent causas ruinarum, dicentes: *quia dereliquerunt pactum Domini Dei sui*, & pro Deo idola venerati sunt. Audiat hoc & nostræ vrbis domus Regia, & principes eius, & Cedri, quæ eleuant vsque ad nubes verticem suum, & per superbiam loquuntur, quis nos videbit? quòd citò flammâ Domini consumantur, si noluerint illius præceptis acquiescere. Alia autem est sanctificatio interfectoris, & armorum eius: alia Sacerdotum, & eorum qui ministrant Domino.

Galaad ciuitas trans Iordanem, quam possedit dimidia tribus Manasses.

b Gen. 31. 33.

c Psal. 28. 5.

d Psal. 36. 35.

e Zach. 11. 1.

Galaad parabolicè appellata & Ierusalem, & templum, domusque Regia.

f Iere. 8. 22.

Sanctus dictus quisquis exequitur Dei voluntatem: vel sententiam.

Cedrorum nomine designati potentes, & principes.

Prælatorum & Ecclesiasticorum superbia quò eos deducat.

3 (*Nolite flere mortuum, neque lug.* &c.) Iosias Rex iustus tres filios habuit: Ioachaz[g] & Ioakim, & Sedeciam, quorum primum Rex Ægypti Pharao Nechao captiuum duxit in Ægyptum, ibique mortuus est, & constituit pro eo Regem Eliachim fratrem eius. Quo mortuo regnauit filius[h] eius Iechonias, [i] qui à Nabuchodonosor Rege Babylonio cum matre & principibus ductus est in captiuitatem, pro quo patruus eius regnauit Sedecias: [k] qui captâ Ierusalem ductus est in Babylonem. Quæritur itaque quis sit iste qui fleri non debeat, ducendusque sit in captiuitatem, & vltra non reuersurus, cùm tres capti sint, atque traducti? Hebræi putant hoc omnibus conuenire, id est & Ioachaz, & Ieconiæ, & Sedeciæ: appellarique omnes filios Iosiæ Sellem siue Sellum, quod interpretatur consummatio, siue completio, eò quòd regnum Iuda in ipsis finitum sit. Mihi autem propriè hoc dici videtur de Sedecia, de quo & præsentis & præteriti capituli prophetia est: in quo verè regnum Iuda finitum est: sub quo & vrbs capta est, ductusque in Babylonem, ibi mortuus scribitur: Iste est Sellum, id est consummatio, atque completio, filius Iosiæ Rex Iuda: qui regnauit pro Iosia patre suo. Iechonias autem non fuit filius, sed nepos Iosiæ, filius Ioakim, vt à principio visionis, quando misit [l] ad Ieremiam Rex Sedecias Phashur filium Melchiæ, & Sophoniam filium Maasiæ Sacerdotem, vsque ad istud capitulum, omnia ad Regem & de Rege Sedecia dici intelligamus.

Iosiæ post mortem qui, & quomodo regnarint in Iuda.

g 4 Reg. 23. 34. 24. & 25.

h 4. Reg. 23. 34.

i 4. Reg. 24. 15.

k 2. Para. 36. 17.

Sellum de quo in hoc ca. 22. agitur quisnam fuerit secundùm Hebræos.

Sellum nomine significatus Rex Sedecias.

l Iere. 21. 1.

4 In Theodoriti Commentariis vsque ad vers. 6. Omnia consentientia cum præallatis ex Hieronymo.

Theodorit.

Circa vers. Sextum & sequentia ista habentur. Insuper adiungit ista comminationi. (*Hæc dicit Dominus contra domum Regis Iuda: Galaad tu mihi caput Libani.*) Ierusalem vocat Libanum: Galaad autem, palatia Regia, quæ in ea sunt. Est porrò locus in Libano, qui ita nominatur. Est & altera Galaad, quæ pertinet ad terram Israeliticam. Verùm existimo, nunc cum ea, quæ est in Libano, comparata esse palatia Regia, propter admissam in eis impietatem. (*Sanctificabo enim*, inquit, *super te interfectores.* Sanctificabo, pro, segregabo, quod etiam per Isaiam dicit, [m] *Sanctificati sunt, & ego adduco eos*, pro, segregati. Et huius dictionis rationem pluribus explicauimus in diuini Isaiæ interpretatione. (*Virum, & securim eius: & succident electas Cedros tuas, & proiicient in ignem.*) Quia meminit Libani, perseuerat in allegoria. Cedros autem dicit, superbos Imperatores Romanos. Inde prædicit vrbis vastationem: quam qui viderint admirabuntur: ac rogantes malorum causam, discent, esse nequitiam habitantium: & eorum causa, vrbem à Deo talem fusce

Libani nomine significata Ierusalem.

Galaad dua, & eâ quæ in Libano est, designata palatia Ierusalem.

Sanctificare pro segregare.

m Isai. 8. 13.

suscepisse sententiam. Admonet autem non lugendum mortuum, sed viuentem: vt qui migret, & tradatur in duram seruitutem. (*Hæc dicit Dominus super Sellum filium Iosiæ Regis Iuda, qui regnauit pro Iosia patre suo. Egressus est de loco isto, non reuertetur ampliùs, In loco in quem transtuli eum illic morietur: & terram hanc non videbit vltra.*) Sellum non, vt quidam arbitrati sunt, est Ioacim, sed est Ioachaz. Hic enim regnauit loco Iosiæ patris sui: hunc Pharao Nechao captiuum duxit in Ægyptum, Nam Ioacim occisus est in Ierusalem, quod & hîc idem Propheta nos docet, & Regnorum liber quartus, ac Paralipomenôn secundus.

Sellum non lugēdus mortuus, &c. fuit Ioachaz abductus in Ægyptum.

5

D. Thomas. Hîc ponitur comminatio contra Reges secundum quod in persona propria puniuntur & ad hoc tria facit. Primò enim ponitur annuntiandi præceptum: & designat prædicationis locum (*descende*) quia templum vbi Propheta stabat ad adorandum: in eminentiori situm erat. Act. 10.[a] *Descende, & vade cum eis nihil dubitans: quia ego misi illos.* Secundò dat salutis consilium: petens auditum. (*Audite*) Psalmus[b] *Et nunc Reges intelligite: erudimini qui iudicatis terram:* proponens consilium vt faciat bonum seruans iustitiam. (*Hæc dicit Dominus iudicium*) executionem iustitiæ, quod propriè Regis & iudicis est. Sap. 1.[c] *Diligite iustitiam qui iudicatis terram.* Et impediendo calumniam. (Et liberate) Psalmus.[d] *Eripite pauperem: & egenum de manu peccatoris liberate.* Et vt vitet malum quantùm ad iniustitiam: ablationem rerum. (*Et aduenam.* Exod. 22.[e] *Aduenam non contristabis: neque affliges eum.* Et quantùm ad occisionem innocentum. (*Et sanguinem innocentem.*) Exo. 23.[f] *Insontem & iustum non occides; quia aduersor impium.* Et ponit consilij fructum proponens præmium seruantibus. (*Si enim facientes*) supra 17. idem. Et pœnam contemnentibus. (*Quod si in memetipso.*) Quia maiorem non habeo. Hebr. 6.[g] *Abrahæ namque promittens Deus: quoniam neminem habuit per quem iuraret maiorem: iurauit per semetipsum (in solitudinem)* Isai. 1.[h] *Desolabitur sicut in vastitate hostili (domus)* Regia: vel templum: tertiò prædicit imminens periculum. Et primò in Regiam vrbem: tangens gloriam. (*Quia hæc dicit Dominus: super solium*) scil. Ierusalem. (*Tu mihi caput*) id est tu fuisti mihi caput in toto regno: sicut Galaad caput in planicie quæ est in summitate Libani: vbi Laban[i] inuenit Iacob. Gen. 31. Psal.[k] *Diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob.* Prædicit futuram pœnam: ponens pœnæ inflictionem: quantùm ad desolationem vrbium. (*Si non posuero*) q. d. non credatur mihi. (*vrbes*) tibi subditas Ioelis 2.[l] *Quasi hortus voluptatis terra coram eo: & post eum solitudo deserti.* Et quantùm ad occisionem hominum: ponens interficientem. (*Et sanctificabo*) q. d. ad meum præceptum implendum deputabo. Simile. Isai. 13.[m] *Ego mandaui sanctificatis meis: & vocabo fortes meos in ira mea,* &c. Et interfectionem: (*Et succident Cedros:*) id est maiores de populo: vt seruetur metaphora. Zach. 11.[n] *Aperi Libane portas: & comedet ignis Cedros tuos: vlula Abies: quia cecidit Cedrus, quoniam magnifici vastati sunt;* ponens etiam pœnæ inflictæ stuporem. (*Et pertransibunt gentes.*) vbi ponit interrogationem stupentium. (*Quare fecit?*) Et responsionem audientium. (Et respondebunt) Deut. 29.[o] *Et dicent omnes gentes: quare sic fecit Dominus terræ huic. Quæ est in ira furoris eius immensa? & respondebunt, quia dereliquerunt pactum Domini quod pepigit cum patribus eorum,* &c.

D. Thomas.
a Act. 10. 20.
b Psal. 2. 10.
Principibus quæ propriè conueniant erga subditos.
c Sap. 1. 1.
d Psal. 81. 4.
e Exo. 22. 21.
f Exod. 23. 7.
g Heb. 6. 13.
h Isai. 1. 7.
Galaad ciuitati assimilata Ierusalem.
i Gen. 31. 33.
k Psal. 86. 2.
l Ioel. 2. 3.
Sanctificare pro deputare ad aliquid.
m Isai. 13. 3.
n Zach. 11. 1.
o Deut. 29. 24.

6

Secundò ponitur comminatio contra Regiam stirpem. Et primò contra Ioachim filium Iosiæ. ibi, (*Quia hæc dicit*, &c.) Secundò contra Ioachaz filium Iosiæ. ibi (*Væ qui ædificat*, &c.) tertiò contra Ieconiam filium Ioachim. ibi (*Viuo ego*, &c.) Et de his habetur, 4. Regum 24. Circa primum duo. Primò ponitur comminatio: vbi interdicit luctum pro Iosia occiso (*mortuum*) scil. Iosiam Eccl. 22.[p] *Modicum plora super mortuum: quoniam requieuit.* Et indicit planctum pro Ioachaz à Pharaone captiuato (*plangite eum*) Iob. 20.[q] *Oculus qui eum viderat non videbit: neque vltra intuebitur eum locus suus.* Fletus autem dicitur cum emissione lachrymarum: luctus addit quandam solemnitatem: sed planctus adhuc addit conquestionem per verba. Secundò ponitur comminationis confirmatio per sententiam diuinam. (*Quia hæc dicit Dominus: Sellum*) Ioachim: quia omnes filij Iosiæ dicti sunt Sellum: id est consummatio: eò quòd in ipsis regnum finitum sit. Isai. 22.[r] *Quasi pilam mittet te Dominus in terram latam & spatiosam.* Et secundùm hoc tota prophetia istius capituli facta est temporibus Ioachim: & dicit captiuitatem Ioachaz quasi præteritam: & prædicit aliorum captiuitatem quasi futuram.

p Ecc. 22. 10.
q Iob. 20. 9.
Fletus, luctus, & planctus in quo differant.
Sellum nomen vt designat consummationem tributum filiis Iosiæ.
r Isai. 22. 18.

7

Circa id quod dicitur in vers. 10. *Nolite flere mortuum*, &c. Hieronymus tom. 1. epistolarum epistolâ 46. ad Rusticum circa medium. Plangit & Ieremias populum pœnitētiam non agentem, dicens:[s] *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo populum per diem, ac noctem?* Cur autem plangat, & defleat sequenti sermone demonstrat: *Nolite flere mortuum, neque plangatis eum.* Fletu, planctu, *qui egreditur, quia non reuertetur vltra.* Nequaquam igitur Gentilis plangendus est, atque Iudæus, qui in Ecclesia non fuerunt, & semel mortui sunt, de quibus Saluator dicit:[t] *Dimitte mortuos sepelire mortuos suos:* Sed eos plange, qui per scelera, atque peccata egrediuntur de Ecclesia, & nolunt vltra reuerti ad eam damnationem vitiorum.

Hieronym.
Plangendi in Ecclesia sunt non tam infideles, quàm fideles impœnitentes.
s Ierem. 9. 1.
t Matt. 8. 22.

Basilius Seleucensis ad finem orationis 42. hæc habet, Lamentemur cum Nahum, & cum eo dicamus, *Væ illi qui euehit in altitudinem domum suam.* Aut potiùs eos lamentemur Christum secuti dicentem.[u] *Væ vobis diuitibus, qui habetis mercedem, & consolationem vestram.* Lamentemur sine intermissione. Plangamus dum sine ineptiis dicamus, quod Propheta: *Nolite flere mortuum:* Sed plorate raptorem auarum, pecuniæ sitientem, & inexplebilem auri cupidinem. Cur mortuos inutiliter ploramus? eos ploremus, qui in melius mutari possunt.

Basil. Seleuc.
Plorandi magis diuites quàm mortui.
u Luc. 6. 24.
Mortuos non deplorent fideles.

8

D. Thomas ad finem postyllæ super hoc cap. 22. Nota, ait, super illud, *Nolite flere super mortuum:* quia non multùm plorandum est super mortuum: propter planctus inutilitatem. Eccl. 38.[x] *Ne dederis in tristitia cor tuum: sed repelle eam à te:* propter mortis communitatem. 2. Reg. 14.[y] *Omnes morimur: & quasi aqua dilabimur in terram quæ non reuertuntur:* propter culpæ immunitatem. Sap. 4.[z] *Raptus est ne malitia mutaret intellectum illius: aut ne fictio deciperet animam illius:* propter laboris quietem, Apoc. 14.[a] *Amodò iam dicit spiritus: vt requiescant à laboribus suis:* propter gloriæ consecutionem. 2. Cor. 5.[b] *Scimus enim quòd si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur quòd ædificationem ex Deo habemus domum non manu factam: sed æternam in cælis.*

D. Thom.
Mortuorum ob causam haud multùm plorandum.
x Ecc. 38. 21.
y 2. Reg. 14. 14.
z Sap. 4. 11.
a Apo. 14. 13.
b 2. Cor. 5. 5.

Vide in hoc argumentum pluribus eloquentissimè agentem Basilium Magnum Homil. 4. de gratiarum actione, post dimidium.

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

κεφάλ. 22.

Γαλαάδ.

Ἀπολιναρίου.] ἡ Γαλαὰδ ἐστὶ χώρα πρὸς τῷ λιβάνῳ κειμένη, φυλῆς Συμεὼν· ἐν ᾗ καὶ πόλις ὁμώνυμος. κατὰ δὲ τῆς βασιλείας ἡ τῆς χώρας ἐρήμωσις καὶ τῶν ὑπηκόντων, ἐν γὰρ ἐκλείψει λαοῦ φησι, συντριβὴ δυνάστου.

Βίκτορος.] ἀρχὴ δὲ ἡ γαλαὰδ ἀπ' ἀρχῆς τῆς χώρας, ἀπὸ τῶν περάτων ἰορδάνου τῶν πρὸς τῷ λιβάνῳ. δύναται δὲ καὶ λίβανον λέγειν τὴν ἱερουσαλὴμ, ὡς ἐν Ιεζεκιὴλ.· ὁ ἀετὸς ὁ μέγας ὁ μεγαλοπτέρυγος, ὁ μακρὸς τῇ ἐκτάσει, πλήρης ὀνύχων, ὃς ἔχει ἥγημα εἰσελθεῖν εἰς τὸν λίβανον, καὶ ἔλαβε τὰ ἐπίλεκτα τῆς κέδρου, τὰ ἄκρα τῆς ἁπαλότητος ἀπέκνισεν εἰς γῆν χαναάν. εἰς πόλιν τετειχισμένην ἔθετο αὐτὰ καὶ ἔλαβεν ἀπὸ τοῦ σπέρματος τῆς γῆς, καὶ ἔδωκεν αὐτὰ εἰς τὸ πεδίον. καὶ τὰ ἑξῆς. παραβολικῶς ἀετὸν προσαγορεύων τὸν Ναβουχοδονόσορ, λίβανον δὲ τὴν ἱερουσαλήμ.

Ἀπολιναρίου.] ταύτην πρώτην πέραν ὄντων ἰορδάνου κατεκληροδοτήθησαν αἱ δύο ἡμισυφυλαί. σὲ τοιγαροῦν φησι. λήψεται πρώτην ὁ πολέμιος, ὥσπερ καὶ πρώτην ἔλαβον οἱ υἱοὶ Ισραήλ.

[καὶ ἐπάξω ἐπὶ σέ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] Ἐπειδὴ κέδρων ἑξῆς μνημονεύει, σημαίνων τοὺς ἐν ὑπεροχῇ, ἀναγκαίως καὶ πέλεκυν εἶπεν.

[μὴ κλαίετε.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] μήποτε διὰ τὸν Ιωσίαν φησιν· οὐδὲν γὰρ δεινὸν πέπονθεν βίον μὲν ἐσχηκὼς ἀγαθὸν, προανηρπασμένος δὲ τῶν μελλόντων ἐν ἀλλοτρίᾳ γῇ δουλεύειν καὶ τελευτᾶν.

Ἀπολιναρίου.] χαλεπώτερον καὶ ὁ Θεὸς ἀποφαίνει τὸ ζῆν ὀνοδυνῶς, ἢ τὸ τεθνάναι.

[Διότι τάδε λέγει.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] περὶ τοῦ εἰς αἴγυπτον ἀπελθόντος φησίν. ἐσχάτης δυστυχίας, τὸ μηδὲ ἀποθανόντα δυνηθῆναι τῆς πατρίδος ἐπιτυχεῖν, ἀλλὰ καὶ ἄταφον ῥιφῆναι. οὐδὲν χεῖρον τούτου γένοιτ' ἄν.

Ἀπολιναρίου.] Ιωάχας ἐστὶν ὁ τὸν πατέρα Ιωσίαν διαδεξάμενος. ὑπὸ δὲ Νεχαὼ τοῦ αἰγυπτίου καταλυθεὶς, κρατήσαντος αὐτοῦ, καὶ οἷα εἰκὸς καὶ αἰχμάλωτον λαβόντος, καὶ τῇ ἣ φόρον ἐπιβαλόντος χρημάτων. τὴν δὲ βασιλείαν Ἐλιακεὶμ ἐγχειρίσαντος τῷ ἑτέρῳ παιδὶ τοῦ Ιωσίου, ὃν καὶ Ιωακεὶμ ἐπωνόμασε. προλέγεται οὖν τὰ κακὰ τῷ Ιωάχας ἐπονομαζομένῳ καὶ σελλὴμ. ὃς καὶ ἐν αἰγύπτῳ τέθνηκεν, ὡς ἐν ταῖς βασιλείαις ἐγνωρίσαμεν.

A Verſ. 6. Galaad tu mihi principium Libani.) [9]

Apolinarij.] *Galaad eſt Regio ad Libanum ſita, tribus Symeon, in qua & ciuitas eiuſdem nominis eſt. Cæterùm Deſtructio Regni eſt Terræ ſubditorumque deſolatio,* [a] In defectu enim populi, *ait,* contritio potentis.

Apollinar. Galaad & Regio & ciuitas contigua monti Libano.

a Prou. 14. 28.

Victoris.] *Principium Religionis Galaad eſt, à finibus Iordanis, qui reſpiciunt Libanum. Poteſt autem & per Libanum Ieruſalem ipſam innuere vt in Ezechiele.* [b] Magna Aquila, B magnis alis, longo ductu, plena vnguium quæ ducatum habet vt ingrediatur Libanum, ſumpſitque ſelecta Cedri, ſummitateſque teneritudinis auulſit in terram Chanaam, in ciuitatem mœnibus cinctam poſuit illas, ſumpſitque è ſemine terræ & dedit illud in campo, *& cætera. Parabolicè Aquilam nuncupans Nabuchodonoſor, Libanum verò Ieruſalem.*

Victor. Libani nomine ſignificari ſolita & Ieruſalem.

b Ezech. 17. 3.

Aquila nomine ſignificatus Nabuchodonoſor.

Apolinarij.] *Hanc primam trans Iordanem poſitam duæ & dimidia tribus ſortitæ ſunt.* C *Te itaque ait primam capiet hoſtis ſicuti primam filij Iſrael adepti ſunt.*

Apolinarij. Galaad prima ciuitas trans Iordanē duarum tribuum & dimidia.

Verſ. 7. (*Et inducam ſuper te.*) [10]

Olympiodori.] *Quoniam Cedrorum in ſequentibus meminit, ſignificans eos qui ſunt in dignitate poſiti, neceſſariò & ſecurim adiunxit.*

Olympiod. Cedrorum nomine ſignificati qui in dignitate conſtituti.

Verſ. 10. (*Nolite flere mortuum.*)

Chryſoſtomi.] *Fortaſſe Ioſiam ait, nihil enim mali paſſus eſt; nam & bene vixit, &* D *raptus eſt antequam fierent captiui qui in aliena terra ſeruituri, mortémque obituri erant.*

Chryſoſt.

Apolinarij.] *Durius eſſe morte ipsâ & Deus ipſe docet, in doloribus vitam agere.*

Apolinarius. Vita miſera durior morte.

Verſ. 11. (*Quia hæc dicit Dominus.*) [11]

Chryſoſtomi.] *De eo hæc dicit qui in Ægyptum profectus erat: ſumma miſeria eſt; neque mortuum patriâ potiri poſſe; ſed inſepultum proiici nihil hoc calamitoſius.*

Chryſoſt. Sellum Ioſiæ filius fuit Ioachaz, qui in Ægyptum abductus ibi periit.

Apolinarij.] *Ioachaz eſt, qui patri Ioſiæ* E *ſucceſſit qui à Nechao Aegytio, regno depoſitus, vtpote ab illo victus, adeoque in captiuitatem abductus eſt; terram ſibi ſtatuente tributariam, regnumque Eliachim alteri Ioſiæ filio, cui & Ioachim nomen indidit, tradente: prædicuntur ergo mala Ioachaz, cui & Sellum nomen erat, qui in Aegypto diem ſuum obiit, vt ex libris Regum habemus.*

Apolinarius.

Capitis 22. à verſ. 13. vſque ad 20. Sectio Secunda.

TEXTVS VVLGATÆ.

13 VÆ qui ædificat domum ſuam in iniuſtitia, & cænacula ſua non in iudicio: amicum

TEXTVS SEPTVAGINTA.

13 *QVi ædificat domum ſuam, non cum iuſtitia, & cænacula ſua nō in iudicio: apud proximum ſuum*

cum suum opprimet frustra, & mercedem eius non reddet ei.

14 Qui dicit: Ædificabo mihi domum latam, & cœnacula spatiosa: qui aperit sibi fenestras, & facit laquearia cedrina, pingitque sinopide.

15 Numquid regnabis, quoniam confers te Cedro? pater tuus numquid non comedit & bibit, & fecit iudicium, & iustitiam tunc cùm bene erat ei?

16 Iudicauit causam pauperis & egeni in bonum suum: numquid non ideo quia cognouit me, dicit Dominus.

17 Tui verò oculi & cor ad auaritiam, & ad sanguinem innocentem fundendum, & ad calumniam, & ad cursum mali operis.

18 Propterea hæc dicit Dominus ad Ioakim filium Iosiæ Regem Iuda: Non plangent eum: Væ frater, & væ soror: non concrepabunt ei: Væ Domine, & væ inclyte.

19 Sepulturâ asini sepelietur, putrefactus, & proiectus extra portas Ierusalem.

A *suum operatur gratis; & mercedem eius non reddet ei.*

14 Ædificasti tibi domum commensuratam, cœnacula perflatilia distincta fenestris, & contignata in Cedro, & linita in sinopide.

15 Numquid regnabis, quia tu contendis in Achaz patre tuo? non comedent, & non bibent. Melius tibi erat facere iudicium & iustitiam.

16 Non cognouerunt, non iudicauerunt iudicium humilis, neque iudicium pauperis. Nonne hoc est, te ignorare me, dicit Dominus?

17 Ecce non sunt oculi tui, neque cor tuum bonum, B *sed ad auaritiam tuam, & ad sanguinem innocentem, vt effundas illum, & ad iniquitates, & homicidium, vt facias ea:*

18 Propterea hæc dicit Dominus ad Ioacim filium Iosiæ Regem Iuda; & super virum istum: non plangent eum, ô frater, neque plorabunt eum, heu mihi Domine:

19 Sepulchro asini sepelietur: raptatus proiicietur vltra portam Ierusalem.

PARAPHRASIS CHALDAICA.

13 *VÆ qui ædificat domum suam absque veritate, & cœnacula sua iniustâ ratione: in seruitutem redigit amicum suum frustra, & mercedem non dat ei.* C

14 Qui dicit: Ædificabo mihi domos mensurarum, & cœnacula spatiosa; & aperit sibi fenestras, & contegit trabibus Cedrinis, pingitque sinopide.

15 Num censes te esse Regem primum? pater tuus nonne comedit & bibit, & fecit iudicium verum & iustitiam, & tunc bene erat ei?

16 Iudicabat iudicium pauperis & egeni; tunc enim bonum erat ei. Nonne ista est scientia quam volo, dicit Dominus?

17 Quia non sunt oculi tui & cor tuum, nisi ad auferendam pecuniam, & ad effundendum sanguinem innocentem, & ad faciendam calumniam & voluntatem animi tui. D

18 Propterea hæc dicit Dominus de Ioachim filio Iosiæ Rege tribus domus Iuda: Non plangent eum; Væ ob fratrem meum, væ ob sororem, non plangent eum: væ ob Regem, væ ob regnum eius.

19 Sicut proiiciunt cadauer asini, sic proiicient cadauer eius; Lacerabitur, & proiicietur vltra portas Ierusalem.

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

12 Hieronym. HIeronymus. (*Væ qui ædificat domum suam in iniustitia*, &c.) Vtramque editionem ex integro posui, vt & Hebraica veritas, & difficultas vulgatæ editionis faciliùs cognoscatur. Est autem sermo contra Ioachim filium Iosiæ Regis Iudæ, de quo supra diximus, quem constituit Nechao Pharao Rex Ægypti pro Ioachaz fratre suo, quem vinctum duxit in Ægyptum. Legimus autem,[a] vt tam Regum, quàm Paralipomenôn narrat historia, vndecim annis regnasse in Ierusalem Ioakim filium Iosiæ, & regnasse crudeliter, & extitisse impium, & postea mortuũ, nec tamen eius sepultura narratur: Hanc habente Scripturâ sacrâ consuetudinem, vt omnes Reges & mortuos referat, & sepultos. Hunc autem propriè narrat mortuum & non sepultum, de quo dicemus in posterioribus. Plangit itaque supradictum Regem, quòd confidat in iniustitia, & putet esse perpetuam regiam dignitatem, faciatque sibi cœnacula, & amicos opprimat, operantibusque nõ reddat mercedem suam, & æternam palatij sui ædificationem arbitretur. *Numquid*, ait sermo diuinus, *regnare poteris in perpetuum: quoniam conferre te cupis Cedro excelsæ*: patri tuo Iosiæ, videlicet Regi iusto? *Pater*, inquit, *tuus & comedit, & bibit*, & fruitus est opibus Regiis: nec tamen in eo offendit Deum, quòd habuit diuitias, sed in eo placuit, quòd fecit iudicium atque iustitiam. Et idcirco tam in præsenti sæculo, quàm in futuro bene ei fuit & erit. *Iudicauit*, inquit, *causam pauperis, & egeni*, & in eorum refrigerium, quos audiuit & propriè in bonum suum. Hæc autem omnia euenerunt ei prospera, *quia me cognouit, dicit Dominus. Tui verò*, ô Ioakim, *oculi declinant ad auaritiam, & vt innocentem sanguinem fundas, ad calumniam, & ad cursum mali operis.* Iuxta Sept. verò quem sensum habeant intelligere non possum. Cùm enim cætera sibi aliqua ex parte consentiant, illud quod infertur; Numquid regnabis, quoniam tu contendis in Achaz patre tuo, pro quo in Hebræo scriptum est ארז, & hic sermo Cedrum significet: manifestum est, quòd nullum sensum habeat. Illud quoque quod sequitur. *Non comedent, & non bibent*: &c. quæ ita inter se dissipata sunt, E atque confusa, vt absque veritate Hebraicæ lectionis nullam intelligentiam habeant. Possumus autem hunc locum iuxta Anagogen contra hæreticos accipere qui ædificant sibi domum non magnam, nec Ecclesiæ vbertate latissimam, sed paruulam. Ædificant autem non cum iustitia, atque iudicio, aliena diripere cupientes. Vnde dicitur, *Ædificasti tibi domum paruulam, cœnacula perflatilia*, quæ[b] circumferuntur omni vento doctrinæ, & distincta fenestris. Non enim habent F perpetuum ædificium, nec solidam firmitatem. *Et contignata*, inquit, *Cedro*: Videntur quidem contignationem habere pulcherrimam: sed ad imbres, & persecutionum tempestatem citò putrescunt & corruunt. itaque sinopide. Et ipsi quidem passionem Domini, & sanguinem pollicentur: sed in perpetuum non regnant, quia contendunt, & ad iracundiam prouocant Arez, id est, Cedrum patrem suum. Omnis enim hæreticus nascitur in Ecclesia, sed de Ecclesia proiicitur, & contendit, & pugnat contra parentem. Quod

In Principes ædificiis totos deditos impensis alienis, operariisque mercedem nõ soluentes.

Principes haud Deum offendunt regiis fruentes opibus, dum tamen faciãt iudicium, & iustitiam.

Hæretici ædificant & ipsi Ecclesiam, sed in iniustitia, aliena rapientes, & qualis sit eorum ædificium.

[a] 4. Reg. 23. & 24. 2. Paral. 36.

[b] Ephe. 4. 14.

Hæreticorum nostri temporis descriptio. Quodque infert: *Non comedent & non bibent*, subauditur corpus & sanguinem Saluatoris, cæteraque his similia: errorémque omnem dicit inde descendere quòd ignorauerint Deum: nec habeât rectos oculos, sed cor eorum primum sit ad auaritiam, vt aliena diripiant, & deceptorum sanguinem fundant. Hoc est enim facere homicidium. Obscura latiùs differenda sunt.

13 (*Propterea hæc dicit Dominus ad Ioakim filium Iosiæ, &c.*) Hoc quod nos de Hebraico posuimus, *Non plangent eum, væ frater, & væ soror:* in Sept. non habetur: Propriéque dicitur contra Ioakim Regẽ Iuda, & aperitur ænigma, quod priùs videbatur occultũ, & inter tres partes ambiguum soluitur, vt nõ sit sermo de Ioachaz, neque de Sedecia, sed propriè de Ioakim, quem interfectũ à Latrunculis Chaldæorum Syriæ, Ammonitarum, & Moabitarum Hebræa narrat historia. Vnde & in Malachim [a] mortuus scribitur, & sepultus tacetur. In libro dierum [b] legimus, vinctum catenis, & ductum in Babylonem, nec vltra quid refertur de eo. Pulchréque sepulturâ asini dicit eum sepeliendum, vt aliis verbis significet insepultum, hoc est à bestiis auibusque lacerandum. Hæc est enim asini sepultura.

Ioakim Rex Iuda interfectus à latrunculis Chaldæorum.

a 4. Reg. 24. 6.
b 2. Par. 36. 6

Sepultura asini est à bestiis auibusque lacerari.

14 Theodoritus. *Tanquam ædificans domum suam, sine iustitia: & palatia sua non in iudicio.*) Non quòd damnet ædificationem, sed ædificationẽ quæ fit iniustè: quod declaratur ex sequẽtibus. (*Apud eum proximus illius operatur gratis, & mercedem eius non reddet ei. Ædificasti tibi domum moderatam.*) Moderationem non collocauit in exiguitate, sed in eo quod habeat proportionem longitudinis, latitudinis, ac profunditatis. Quòd autem magnitudinem domus haberet testimonio sunt, quæ subiiciuntur. (*Palatia spaciosa, distincta fenestris, contignatione cedrinâ compacta, tinctâ minio.*

Theodorit.
Ædificandi studium quâ ratione damnetur.
Domus moderata ædificiii, id est, quod maximâ habet proportionem.

(*Numquid regnabis.*) Repræhendit autẽ Sellum, qui & Ioachaz nominatur, eò quòd Cedri quidẽ altitudinem imitabatur: at non æmulabatur incorruptionem ipsius: sed de regno fastuosè gloriabatur. Docens itaque Deum non damnare ædificationem, sed impietatem subdit. (*Pater tuus numquid edebat, bibebat, & faciebat iudicium & iustitiam: tumque bonum erat illi: Iudicabat causam humilis & pauperis: & tunc ei benè erat. Nonne hoc est nosse me, dicit Dominus?* Istud persimile est Euangelico sermoni, [c] *Non omnis qui dicit mihi Domine Domine intrabit in regnum cælorum: sed qui facit voluntatem patris mei, qui in cælis est.* Hoc enim & iam hîc dixit, nempe, odio prosequi iniustitiam: læsorum iniuriam vlcisci, argumentum est, eum qui hæc facit, nosse me. *Ecce enim oculi tui non sunt recti, neque cor tuum rectum.* Post hæc arguit auaritiam illius, & homicidium; calumniam præterea, quâ cædes perpetrabat.

Principes praui, fastuique addicti imitãtur Cedrum quoad celsitudinem, sed nõ quoad incorruptionem.

Cognoscit is verè Deũ, qui bene ex eius dilectione operatur.
c Matt. 7. 21.

Idcirco hæc dicit Dominus in Ioacim filium Iosiæ Regis Iuda. Hoc loco ex ordine sita est prophetia. Post Ioachaz siquidem regnauit Ioacim, qui & ipse filius erat Iosiæ Regis. Prædicit autem huius etiam interitum. *Non plangent eum, Væ mihi Domine: væ mihi frater.* Neque lugebunt eum: ô frater, væ mihi frater. Nec faciet sepulchrum is, qui vnà damnatus fuerit. Stercoris instar proiicietur vltra portas Ierusalem. Patet etiam hinc Sellum non esse Ioacim. Dixit enim de illo, Terram hanc non videbit: sed in transmigratione morietur, De hoc verò proiicietur extra portam instar mortuarum auium, quæ clarius docent historiæ.

15 D. Thomas. Hîc ponitur comminatio contra Ioachim. Et primò arguit culpam iniustæ ædificationis ponens iniustum ædificium, (*Væ*) ei (*qui ædificat*,) scilicet Ioachim filio Iosiæ (*cænacula*) cameras: & propriè illas ad quas ascenditur scalis vel gradibus à cænando dictas. Eccles. 21. [d] *Qui ædificat domum suam impensis alienis: quasi qui colligit lapides suos in hyeme.* (*Amicum suum*) petens, scilicet auxilium ad ædificandum. Leuit. 19. [e] *Non remaneat merces mercenarij tui apud te vsque manè*: ponens etiam ædificij ornatum. (*Qui dicit ædificabo laquearia*) quæ cameris eleuatis in solarium obseruatione succedunt (*sinopide*) colore rubeo dicto à Sinope ciuitate Persarum: secundò excludit falsam fiduciam quâ promittebat sibi prosperitatem, quam pater suus Iosias habuerat: ponens stultam comparationem. (*Numquid regnabis: Cedro*) patri tuo. Psalmus, [f] *Vidi impium superexaltatum & eleuatum sicut Cedros Libani.* Et ostendens eorum discretionem: proponens patris iustitiam (*pater tuus comedit.*) Et tamen propter abundantiam non deseruit iustitiã: & ideo prosperè sibi successit. Iob. 29. *Cúmque sederem quasi ex circumstante exercitu. Eram tamen mœrentium consolator.* Et proponens filij iniustitiam (*tui verò oculi*) quantùm ad cogitationem (*& cor*) quantùm ad affectionem cordis (*ad auaritiam*) quantùm ad iniustam rerum ablationem, (*calumniam*) falsam criminis impositionem: vt tali occasione opprimeret (ad cursum mali) quasi dicat, quod corde conceperas opere explebas. Gen. 6. [g] *Cuncta cogitatio humani cordis intenta est ad malum omni tempore.*

D. Thom.
Cænacula ea sunt cameræ ad quas ascẽditur per scalas.
d Eccl. 21. 9.
e Leu. 19. 13.
f Psal. 36. 38.
g Gen. 6. 5.

Tertiò comminatur pœnam, (*propter hoc dicit Dominus.*) Et primò quantùm ad ipsum Regem: priuatione planctus (*non plangent*) consanguinei (*non concrepabunt*) simul concordantes subditi supra 16. [h] *Non plangentur: & non sepelientur: in sterquilinium super faciem terræ eorum.* Et priuatione sepulturæ, (*sepulturâ asini*) quia proiectus bestiis deuorandus. Isai. 1. 14. *Omnes Reges gentium vniuersi dormierunt in gloria: vir in domo sua. Tu autem proiectus es de sepulchro tuo quasi stirps inutilis, pollutus, & obuolutus cum his qui interfecti sunt gladio, & descenderunt ad fundamenta Laci.* De illo autem Ioachim: diuersa in diuersis inueniuntur: quarti enim Regum 24. dicitur quia [i] *immisit Dominus latrunculos vicinarum gentium contra ipsum, qui interfecerunt ipsum & dormiuit cum patribus suis:* secundi verò Paralipom. 36. dicitur quia ascendit contra eum Rex Babyloniæ: & duxit eum in Babyloniam quasi captiuum. Iosephus autém dicit, quòd cùm ingressus esset ciuitatem Nabuchodonosor vel Nabuzardam fregit pactum: & interfecit multos iuuenes: cum quibus & Ioachim. Hic autem dicitur quia fuit insepultus. Et ideo ad concordiam omnium horum sciendum est, quòd iste Ioachim substitutus fuit à Pharaone Ioachaz fratri suo: & regnauit post eum Rege Ægypti. Tandem octauo anno regni eius: venit Nabuchodonosor contra eum: & tradidit se sibi. Et factus est ei tributarius duobus annis: in decimo autem anno rebellauit. Vnde Nabuchodonosor venit contra eum: & captiuum ducebat in Babyloniam: cui in via confœderatus est: & reuersus est in Ierusalem. Sed Nabuzardam congregatis latrunculis vicinarum gentium intrauit Ierusalem: & frangens pactum, interfecit eum. Quo sepulto in sepulchris Regiis à populo terræ: Nabuzardam indi

h Ier. 16. 4.
i 4. Reg. 24. 6
Ioachim filij Iosiæ Regis Iuda series historiæ & mortis.
k 2. Par. 36. 6.

indignatus fecit eum effodi: & proiici bestiis deuorandum.

16 Id quod in vers. 13. asseritur. Ioan. Damascenus lib. 1. Parallellorum cap. 39. vt contra Angariam dictum affert. Libro verò 2. cap. 96. idipsum affert vt faciens contra illos qui mercenarios defraudant.

Ioan. Damasc. *Angaria in populos quàm Deo displiceat. Mercenarios defraudantes.*

Ioann. Chrysostomus homiliâ 44. ad pop. Antioch. de Liuore, & inuidia, eloquenter hunc ipsum pertractans locum ad lugendos auaros alienis impensis ædificationi addictos. Luctus inquit, iam tempus est, & lachrymarum, & gemitus. Et tunc opportunum est dicere: [a] *Vocate lugentes, & ad peritos mittite, & loquantur.* Ita fortasse poterimus eiicere morbum, domos erigentium splendidas, agros ex rapina comparantium. Lugere nunc opportunum. Sed vos quoque mihi coniungimini, iniuriam passi, spoliati. Adhærete mihi, lugete, & deducite lachrymas meas: sed lugentes, non nosipsos, sed illos lugeamus: Non iniuriâ vos affecerunt, sed se ipsos perdiderunt. Nam vos quidem habetis regnum cælorum pro iniuria: illi verò gehennam pro lucro: propterea melius est iniuriam pati, & non inferre. Defleamus eos fletu non vulgari, sed de Sacris Scripturis, quem Prophetæ defleuerunt. Defleamus cum Isaia, ita dicentes: [b] *Væ qui coniungitis domum ad domum, & agrum ad agrum propinquatis, vt aliquid proximo auferatis. Numquid habitabitis Soli super terram? Domus speciosa & magna, & non erunt qui inhabitent in eis.* Defleamus cum Ieremia, & cum eo dicamus: [c] *Væ qui ædificat in altitudinem domum suam.* Imò verò defleamus eos, Christum sequentes dicentem: [d] *Væ qui diuites estis, quoniam recepistis mercedem & consolationem.* Defleamus, & ne cessemus: quin & nisi turpe sit, plangamus, dicamus quod Propheta: [e] *Nolite flere mortuum*, sed deflete raptorê, alienorum vsurpatorem, auarum insatiabilem. Quare mortuos deflemus, in quibus iam nihil expediri potest? Lugeamus hos, in quibus est & mutatio. Sed nobis lugentibus illi fortè rident: & hoc luctibus dignû, quod rident, vbi lugendû erat. Nam si quid ex deplorationibus nostris passi fuissent, deploratores requiescere decebat, tamquam se correcturos: sed postquam insensibiliter se gerunt, permaneamus nos flentes: non simpliciter locupletes, sed auaros, vsurpatores, raptores.

Ioan. Chrys.

a Iere. 9. 17. *Ædificia struentes, agrosque dilatantes ex rapinis quàm deflendi.*

b Isai. 5. 8.

c Ier. 22. 13. *Diuites auari quàm deflendi.*

d Luc. 6. 24. *Flendum non tam pro mortuis quã pro auaris, & similibus, tametsi ab iis irrideantur.*

e Iere. 22. 10.

17 Magis tamen ad rem inuehens Ambrosius in eos qui subterraneas sibi ædificant domus lib. 3. Epistolarum, Epistolâ 12. ad Irenæum, & præsentem sententiam quæ in hoc vers. 13. & eam quæ hac ipsa in sectione habetur infra vers. 18. peregregiè mystico explicat sensu, sumptâ occasione ex verbis Aggæi Prophetæ c. 1. [f] *Si tempus vobis est, vt habitetis in domibus cælatis?* ait. Quid ergo istud est, nisi in superioribus habitandum, non in vallestribus, & subterraneis habitaculis? Qui enim infra terram habitant, non possunt ædificare templum Dei, & dicunt: *Non venit tempus vt ædificetur domus Domini:* simul quia luxuriosorum est hypogea quærere, captantium frigus æstiuum, eò quòd resoluti deliciis æstus aliter ferre ac tolerare nequeant, & ideo requirant vmbrosa penetralia: vel quòd desidiosi ignaua sub terris agant ocia: deinde quòd tenebrosa illos & opaca delectent magis, quibus operiri flagitia sua credant, secundùm illud: [g] *Tenebræ circundant me, & parietes, quem vereor?* Sed frustra hoc sperant, cùm profunda abyssi & abscondita Deus cernat, & omnia deprehendat ante quàm fiant. At non Helias [h] in hypogæis, non Helisæus [i] habitabant.

Ambros.

f Aggæi. 1. 4. *Ædificantes sibi subterranea cubicula ad delicias acriter arguuntur.*

g Eccl. 23. 26.

h 3. Reg. 17. 23.

i 4. Reg. 4. 9.

Denique alter mortuum viduæ filium tulit ad superiora, in quibus consueuerat sedere; & ibi eum resuscitauit. Alteri quoque Sunamitis illa magna mulier (vt Scripturâ) in superioribus hospitium parauit, & ibi concipiendæ sobolis, quia non habebat, meruit prærogatiuam, eiusdemque resuscitati pignoris vidit miracula. Quid de Petro dicam, [k] qui ad horam sextam ascendens in superiora, baptizandarum gentium cognouit mysteria? At verò parricida [l] Abessalon in valle sibi Regis titulum statuit, & in fossam proiectus est, cùm esset peremptus. Ergo sancti ascendunt ad Dominum: flagitiosi ad vitia descendunt. Sancti in montibus, criminosi in vallibus, Deus enim montium est, & non Deus vallium. Qui ergo illic, id est in domibus habitabant vallestribus, in quibus non habitat Deus, domum Dei in se habere non poterant.

Habitatio Sanctorum in superioribus: impiorũ verò in subterraneis, & in vallibus.

k Act. 10. 9.

l 2. Reg. 18. 18.

18 Hanc enim Dominus quærebat ab illis domum, vt semetipsos ædificarêt, atque intra se Dei templum viuis fidei lapidibus attollerent. Neque enim terrenorum parietum cõstructiones, & syluestrium ligna culminum desiderabat, quæ cùm fuissent, manus diruerat hostilis: sed illud têplum quærebat, quod in hominum conderetur mentibus, quibus dicêdum foret: [m] *Vos estis templum Dei*, in quo habitaret Dominus Iesus, & vnde ad redemptionem vniuersorum procederet, vt in vtero Virginis Sacra reperiretur aula, in qua Rex habitaret cælestium, & corpus humanû Dei templû fieret, quod, etiam [n] cùm solutum esset, in triduo resuscitaretur. Sed hanc domû non luxuriosi ædificant, qui cælatas inhabitant domos, & cælato argento delectantur. Sordet enim illis purum argentum, ita & istis sordet simplicis habitationis locus. Sinuant spatia domorum, & adiiciendo adiiciunt, coniungentes domum ad domum, & villam ad villam, effodiunt terram, vt elementû quoque eorum cedat habitaculis, & quasi terræ filij intra eius recondantur vterum, & abscondantur aluo. Isti planè sunt, de quibus dicit Ieremias: [o] *Væ qui ædificat domum suam non cum iustitia.* Qui enim cum iustitia, non in terrenis ædificat, sed in cælestibus. *Ædificasti*, inquit, *domum, metire superiora eius, perflatilia distincta fenestris, & contignata Cedro, & illita minio.* Metitur autem superiora, qui contemplatus iudicium Dei, iudicat iudicium humilis, & iudicium pauperis. Qui autem in auaritiam intendit, & in sanguinem innocentis, non ædificat superiora cum iudicio: nec mensuram tenet, quia non habet Christum: nec aspirare sibi diuinæ flatus explorat gratiæ, nec pleni luminis splendorem requirit: nec illita minio habet cænacula, cui non potest dici: [p] *Sicut resticula coccinea labia tua. Non sepelietur*, inquit, huiusmodi. Qui enim viuum se sub terram infodit, & tanquam in sepulchro sepeliuit, eripuit sibi mortuo requiem sepulturæ. Depositus itaque in valle corporalium delectationum, non inuenit sepulchrum, de quo possit resurgere. Huiusmodi ergo vir nec templum Deo ædificat, quia non nouit tempus correctionis suæ. Quomodo enim possunt tales homines templum ædificare, qui quasi feræ ac bestiæ in spelæa fetarum & bestiarum latibula se se receptant, atque in foueas se Serpentium more demergunt, & consuetudine fraudulentæ vulpis infodiunt? Sed nec sepulchrum sibi condit qui ante tempus moritur. [q] Viuens enim mortuus est.

Ædificare nosmet quærit Dominus sibi in domũ ac templũ, in quo habitet.

m 1. Cor. 6. 19.

n Ioan. 2. 19. *Ædificiis deliciosis constructis addicti non ædificant Deo domum semet ei in templum.*

o Ier. 22. 13. *Ædificat cũ iustitia ædificans in cælestibus, secus verò qui ædificat in terrestribus.*

p Cant. 4. 3. *Ædificantes sibi subterranea ad delicias, viuens mortuum se reddit, & eripit sibi mortuo requiem sepulturæ.*

q 1. Tim. 5. 6

19 Cyril. quoque Alex. comment. in vers. 13. cap. 1. Sophoniæ citat locum istum in eumdê sensum.

Circa

Circa vers. 17. est in primis quod Irenæus lib. 4. aduersùs hæreses cap. 34. probans oblationem externam requirere internam munditiem, propter cuius defectum ingrata Deo sunt sacrificia quæque, de Iudæis loquens ait. Cùm à foris enim rectè offerre putarentur, similem zelum, [a] Cain habebant in semetipsis, propter quod & occiderunt iustum, prætermittentes consilium verbi, quemadmodum & Cain. Illi enim ait. [b] *Quiesce*, & non assensit. Quiescere autem quid est aliud, quàm desinere à proposito impetus? Et his similia dicens, [c] *Pharisæe* (inquit) *cæce, emunda quod est intus calicis, vt fiat & quod foris est, mundum.* Et non audierunt. [d] *Ecce enim* (ait Ieremias) *non sunt oculi tui, nec cor tuum bonum, sed in cupiditate tua, & ad sanguinem iustum vt effundas eum, & ad iniustitiam, & ad homicidium, vt facias.*

Irenæus. *Oblatio externa mũditiem exposcit internam.* a Gen. 4. 3. b Gen. 4. 6. *Quiescere quale Deus requirat à peccatore.* c Matth. 23. 25. d Iere. 22. 17.

20 Ioannes Chrysostomus homil. 74. in Matth. post medium, agens contra impudicè curiosos in templis, Quid, inquit, facis homo, mulierum speciem curiosiùs in Ecclesia perscrutaris, nec horrescis tantâ templum Dei afficiens contumeliâ: Prostibulũ ne tibi videtur Ecclesia, & foro ignobilior? Nam in foro erubescis, etiam times ne quis te videat mulierem sectari: in Ecclesia verò Dei cùm ipse Deus te alloquatur, & ab istis deterreat: eo ipso tempore maximè fornicatione, ac adulterio vteris, quo tibi magnâ voce imponatur, vt ab his fugias, nec horrescis, nec stupes: Verùm hæc ab impudicissimo theatro didicistis, hæc vos illa contagiosissima pestis docuit. Virus illud pestiferum, ineuitabilis negligentium laqueus, incontinentium voluptuosa perditio. Quocirca Propheta quoque id accusans dicebat. *Neque oculi tui, neque cor bonum est:* sanè multò magis esset cæcos, aut aliter ægrotos esse, quàm ita oculis turpiter abuti. Oportet quidem interiore pariete à mulieribus disseparari: verùm quoniam non vultis, necessarium esse patres nostri putauerunt, saltem his ligneis parietibus vos disseparare.

Ioan. Chrys. *Curiosè impudicè oculos in tẽplis versantes arguuntur.* Iere. 22. 17. *Oculis vel ægrotos, vel etiam cæcos esse satius esset, quàm impudicè illis abuti.* *Mulierũ separatio à viris intra tẽpla ligneis parietibus tẽpore Chrysostomi.*

Cyrillus Alexandrinus lib. 5. in cap. 33. Isaiæ. Qui versantur ait, in peccatis, & creaturam præ creatore colunt deforme habent cor quodammodo, & animum fœdissimum. Ad quemdam enim dictum est voce Ieremiæ, *Ecce non sunt oculi tui, nec cor tuum pulchrum.* Sed cùm fidem in Christum complectuntur, transformantur intelligibiliter ad diuinam eius, & excellentem pulchritudinem.

21 Cyril. Alex. *Cor animumque fœdissimum habet peccator.* *Conuersione trãsformatur peccator ad diuinam pulchritudinem.*

Idem Cyrillus lib. 12. de Adoratione in Spir. & Verit. haud longè à principio, Dictum est, inquir ad illam Iudæorum parentẽ non rectè aspicientem, *Ecce oculi non sunt tibi, neque cor tuum bonum, nisi ad auaritiam tuam, & ad iniquitates tuas, & ad cædem faciendam:* cùm mox hæc habuisset, Quod est oculus in terreno corpore, hoc idem in animo mens dici potest, cùm diuino lumine illustratur, & illam incorruptam pulchritudinem suspicit, ac leui celerique motu cogitationum ad summam illam gloriam optimè penetrat, atque à recto dogmatum sensu minimè aberrare nouit: idque, vt opinor, est illud, quod prouerbij figurâ dictum est, [e] *Oculi tui recta videant, & palpebræ tuæ recta considerent.*

Idem. *Synagoga non rectè aspiciẽs, ac cæca.* *Oculus animi mens diuino lumine illustrata.* e Prou. 4. 25.

Quem item sensum prosecutus ipsemet fuerat lib. 2. pariter de Adoratione circa medium, clariusque ibi hæc explicans dicebat.

Non esse autem admodum firmam ne aptam quidem satis ad Deum accuratè perspiciendum illam mandati legalis contemplationem atque disciplinam, vt quæ in vmbra sit & ænigmate, in illis quoque duabus Laban filiis videre licet. Scriptum est enim, [f] huic Laban duas fuisse filias; natu maiori Liæ, minori Rachelis fuisse nomen. Sed Liam oculos infirmiores habuisse, Rachelem præstanti formâ, ac specie sanè venustâ fuisse: itaque Iacob Patriarcham, quamuis deditum amori Rachelis, duxisse tamen Liam, antequam venustiori iungeretur. Igitur si figura ad veritatem transferatur, Christi mysterium perspicies. Duæ sunt enim vocatæ ad coniugium spirituale, illique iunctæ mulieres; ac prior illa natu maior per Moysen, quæ personam Synagogæ Iudæorum ferebat, cui dictum est à Deo per voces Prophetarum, *Ecce non sunt oculi tui, neque cor tuum pulchrum, nisi ad auaritiam, & ad iniquitates tuas, & ad cædem faciendam.* Secundo loco ducta est adolescens, ac venustior illa ex gentibus Ecclesia, cui Dauid dicebat, [g] *Audi, filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui; quia concupiuit Rex speciem tuam.* Dictum est ei quodam loco, etiam illud, [h] *Oculi tui sicut columbæ.*

22 Idem. *Legalis disciplina haud apta ad Deũ accuratè perspiciendum.* f Gen. 29. 16. *Oculis atque cognitionis perspicacitate quàm diuersimodè se habeat Ecclesia Gentium à Synagoga.* Iere. 22. 17. g Psal. 44. 11. h Cant. 1. 16. iuxta Sept.

Denique idem Cyrillus Expositione Symboli Niceni in principio ad aliud propositum hæc ipsa afferens ait. Sicut fides absque operibus mortua est, ita si vertas & dicas opera absque fide mortua, verum esse fatemur. Igitur simul fulgeat cum honestæ vitæ gloria, etiam immaculatæ fidei candor. Integri enim ita erimus ac perfecti, iuxta sapientissimi Mosæ legem: [i] *Perfectus enim*, inquit, *eris coram Domino Deo tuo.* At qui contempserint rectam habere fidem, discereque noluerint: quamuis honestâ vitâ se se ornent, comparantur nimirum viris, ingenuâ quidem faciei formâ, oculis verò distortis, & hinc inde errantibus: atque adeo competit in eos quod à Domino per Ieremiæ vocem ad Ierusalem Iudæorum matrem dictum est: *Ecce non sunt oculi tui, neque cor tuum rectum.* Oportet igitur vt ante alia sanam in vobis mentem possideatis, & Sanctæ Scripturæ memores sitis alloquentis & dicentis: [k] *Oculi tui rectè viderunt.* Visus autem rectus internorum & absconditorum oculorum est, posse sermones qualescumque de Deo fiant, pro suo virili videre limpidè & exactè.

23 Cyrill. *Fidei candor sit simul cum vitæ bonæ gloria.* i Deut. 18. 13. *Bene viuens sine recta fide similis pulchra faciei oculos habẽti distortos.* Ier. 22. 17. k Prou. 4. 25.

Circa vers. 19. Præter id quod ex Ambrosio notatum est supra num. 17. sunt & hæc quæ hîc addamus: primum ex Olympiodoro in cap. 6. Ecclesiastes. Tom. 1. Bibliot. Vet. Patrum, vbi air, De illo qui male vixit, scribit Ieremias, *Sepulturâ Asini sepelietur.* Hoc est, non habebitur dignus quiete hominum rationalium, cùm passiones carnis consectatus, instar peccatorum vitam finierit.

Carnalis homo in peccato moriens indignus sepulturâ, & quiete hominum rationalium.

D. Bonauentura Serm. 2. de Sancto Iacobo Tom. 3. De omni diuite qui ducitur ad infernum potest dici illud. *Sepulturâ asini sepelietur.* Nam sicut asino prius corium detrahitur, & postea canibus, & auibus deuorandus exponitur, sic omnis diues priùs diuitiis spoliatur, & sic perpetuò cruciandus dæmonibus datur. [l] Diues enim cùm dormierit, nihil secum auferet: aperiet oculos suos, & nihil inueniet. Ne timueris cùm diues factus, &c.

24 D. Bonau. *Diues impius quàm rectè cùm in infernum ducitur sepulturâ asini sepeliri asseratur.* Iere. 22. 19. l Psal. 48. 18

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Ως ὁ οἰκοδομῶν.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] καθάπτεται τοῦ Ἰωακεὶμ, ὡς ἐξ ἁρπαγῆς οἰκοδομοῦντος λαμπρὰ, καὶ καλλωπίζοντος οἰκίας, μὴ μισθοὺς ἀποστεροῦντος μισθωτοῦ. τί τὴν οἰκίαν οἰκοδομεῖς, καὶ σωτηρίαν τῆς σαυτοῦ ψυχῆς καθαιρεῖς; ὁ πλησίον ἐργάζεται· εἰ γὰρ ἀλλότριος ἦν, ἀποστερηθῆναι τῶν μισθῶν ἔδει. ||

Ωριγένους.] τὴν μετὰ δικαιοσύνης οἰκοδομουμένην οἰκίαν ἐδήλωσεν εἰπὼν ὁ ἀπόστολος. θεοῦ γεώργιον, θεοῦ οἰκοδομή ἐστε. λέγει δὲ, ὅτι θεμέλιον οὐδεὶς δύναται θεῖναι παρὰ τὸν κείμενον, ὅς ἐστι χριστὸς Ἰησοῦς. εἰ δέ τις οἰκοδομεῖ. καὶ τὰ ἑξῆς. οὐκοῦν διὰ τοῦ διδάξαντος ὁ πιστεύων θεμέλιον ἔχειν τὸν χριστὸν Ἰησοῦν ἐποικοδομεῖ δέ τις εἰ μὲν καλῶς, χρυσὸν, τῆς ἀληθείας τὰ δόγματα. ἀργύριον, λόγον σωτήριον. λίθους τιμίους, οἰκοδομίαν ἐξ ἀρετῶν. εἰ δὲ κακῶς ἐποικοδομῶν τῷ Ἰησοῦ, πονηρὰ λέγω ξύλα, χόρτον, καλάμην, πῶς οὐκ ἀσεβεῖ; ἐφ' ὃν ἔρχεται τὸ οὐαί. ὁ οἰκοδομῶν οἰκίαν αὐτοῦ οὐ μετὰ δικαιοσύνης. ὁ ποιῶν ὑψηλὸν οἰκοδόμημα, οὐ κατὰ λόγον δὲ θεοῦ καὶ ἀλήθειαν, οὐκ ἐν κρίματι ὑπερῷα ποιεῖ. ἀναλόγως νόει καὶ τοὺς διδάσκοντας ἢ ἀλήθειαν, ἢ ψευδώνυμον γνῶσιν. οἷον παῦλος μὲν οἰκίαν τὴν ἐκκλησίαν οἰκοδομεῖ μετὰ δικαιοσύνης. ὑπερῷα δὲ, τιμόθεον καὶ λουκᾶν, καὶ τοὺς τούτους ἐν κρίματι.

Βίκτορος.] καθάπτεται τοῦ Ἰωακεὶμ, ὡς ἐξ ἁρπαγῆς οἰκοδομοῦντος λαμπρῶς, καὶ καλλωπίζοντος οἰκίας, καὶ ἀποστεροῦντος μισθούς. τῷ οὕτως ἀδικοῦντι παρέπεται τὸ οὐαί. ἀλλ' ὁ φύσει τὰ τοῦ νόμου ποιῶν ἑτέρας χρήζει διδασκαλίας.||

[καὶ τὰ ὑπερῷα.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ὑπερῷα νόει, τὰ ὑψώματα, τὰ ἐπαιρόμενα κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ θεοῦ. ὁ ὑφαίνων οὖν φησιν, ἑαυτῷ ψευδοδοξίας δόγματα.

[ᾠκοδόμησας.]

Ωριγένους.] εἴποις δ' ἂν καὶ περὶ τῶν ψευδοδιδασκάλων ἀκολούθως τοῖς πρόσθεν εἰρημένοις. ὡς γάρ φησιν ὁ Σολομών. ὁ ἐνεργῶν θησαυρίσματα γλώσσῃ ψευδεῖ, μάταια διώκει. καὶ ἐλεύσεται εἰς παγίδα θανάτου. οἱ γὰρ τοιοῦτοι οἰκοδομοῦσιν ἑαυτοῖς οἰκίας, ὀνόματι ἐκκλησίαν, ἥ τις ἐστὶ πονηρευομένων. πρὸς οὓς λέγεται, μετὰ εἰρωνείας. ᾠκοδόμησας σεαυτῷ οἶκον σύμμετρον, ὑπερῷα ῥιπιστά. ἐν οἷς ᾠήθησαν ἀναψυχὴν ᾠκοδομηκέναι. διὰ δὲ τῶν θυρίδων οἴει πεφωτικέναι φωτὶ γνώσεως τὰ οἰκοδομήματά σου, καὶ ἀσήπτοις ξύλοις εἰς τὴν οἰκοδομὴν τῆς οἰκίας κεχρῆσθαι. καὶ χρίεις διὰ μίλτου, μιμούμενος τὸ αἷμα χριστοῦ ἀλλ' οὐ βασιλεύσεις, εἰ καὶ παροξύνθης ἐν κέδρῳ τοῦ πατρός σου. κέδρος ὁ πατὴρ τοῦ ἁμαρτωλοῦ, δένδρον

A Vers. 13. (*Qui ædificat domum suam in iniustitia,&c.*) 25

Chrysostomi.] *Ioachim coarguit, quippe qui è rapinis splendidè ædificabat, & mercedem mercenarius non soluebat. Quid domum ædificas, & salutem animæ tuæ demoliris? Proximus operatur: Nam si alienus esset, merces illi neganda erat.*

Chrysost. In Principes ædificiis struẽdis deditos sed rapto, & mercedibus pauperum.

Origenis.] *Domum cum iustitia ædificatam significauit Apostolus cùm diceret.* [a] Dei agricultura, Dei ædificatio estis: *ait verò,* [b] nullum præter iactum, quod est Christus Iesus, posse iacere. Si quis verò ædificat, *& quæ sequuntur. Igitur qui credit per eum qui docuit, fundamẽtum habuit Christum Iesum: superædificat verò quis, si probè, aurum dogmata veritatis; argentum, sermonem salutarem; lapides pretiosos, ædificium ex virtutibus: sin malè supra Iesum superædificat, praua inquam ligna, fœnum stipulam, quomodo impius non erit? in quem erit væ.* Qui ædificat domum suam non cum iustitia. *Qui excelsum ædificium erigit, sed non secundùm Dei verbum & veritatem non in iudicio cœnacula ædificat: pari ratione hoc applica docentibus seu veritatem, seu falsi nominis sciẽtiam. Sicuti Paulus quidem domum Ecclesiam cum iustitia ædificat; cœnacula verò Timotheum, & Lucam, cæterosque his similes in iudicio.*

Origen. Ædificatur in iustitia quisquis ædificatio est Dei.
a 1.Cor.3.9.
b 1.Cor.3.11.
Ædificat in iustitia qui super Christũ fundamentũ virtutũ eleuat studia.
Ædificat non in iustitia qui nõ erigit ædificiũ super Christum, secundum rectã fidem, ac virtutem.

Victoris.] *In Ioachim inuehitur vti rapinis splendidè ædificãtem, domosque formantem, mercedesque negantem. Sic iniquè eum agentem sequitur, væ: sed qui facit naturaliter ea quæ legis sunt, aliâ indiget instructione.*

Victor. Ædificia erigentes impẽsis alienis væ consequitur.

Vers. 14. (*Ædificasti tibi,&c. & cœnacula perflatilia distincta,&c.*) 26

Olympiodori.] *Cœnacula intellige altitudines, quæ contra diuinam cognitionem extolluntur. Itaque ait, qui sibi ipsi falsæ opinionis dogmata texit.*

Olympiod. Cœnacula sibi ædificant qui falsa struunt dogmata.

(*Ædificasti tibi domum,&c.*)

Origenis.] *Idem dixeris & de Pseudomagistris æquè ac de prioribus: vt enim ait Salomon.* [c] Qui operatur thesauros linguâ mendaci, inania sectatur, & perueniet in laqueum mortis. *Hi etenim ædificant sibi domos, nomine Ecclesiam, quæ est malignantium, ad quos cum ironia dicitur,* Ædificasti tibi domum commensuratam, cœnacula perflatilia, *in quibus refrigerationem struxisse opinati sunt; per fenestras verò tua ædificia lumine cognitionis illustrasse putas lignis imputribilibus ad structuram domus te vsurum, & pingis minio sanguinem Christi æmulatus.*

Heretici Doctoresque praui quam falsò insignia struere opinentur Ecclesiarum ædificia.
c Prou.21.6.

Vers. 15. (*Numquid regnabis quia tu contendis in Cedro patre tuo.*) 27

Eiusdem.] Sed non regnabis, & si contendes in Cedro patris tui, *Cedrus peccatoris pater, arbor*

Origen. Hæretici tametsi magnã arrogantiã eleuent suorũ dogmatum struẽ, nequiquam tamen regnaturi, sed perituri fatue, sitique diuinarum.

δένδρον, τὸ ὑψηλὸν, ὑπερήφανον, ἀντικείμενον, ὁ διάβολος, ἢ ὁ λόγων μοχθηρῶν ἄρχων. οἱ δὲ τοιαῦτα οἰκοδομήσαντες, λιμῷ ἀπολοῦνται. οὐ γὰρ φάγονται, οὐδὲ πίονται. ἀλλ᾽ οὐδὲ δικαιοσύνην ἔγνωσαν, μὴ ἐγνωκότες χριστόν. τὸ γὰρ δίκαια δὲ πράττειν, ἴδιον φησὶ τῶν γινωσκόντων τὸν θεόν. τῶν δὲ μὴ τοιούτων οὔτε οἱ ὀφθαλμοὶ καλοὶ, μὴ βλέποντες τὴν ἀλήθειαν, οὔτε ἡ καρδία ψευδῶν πεπληρωμένη δογμάτων. δι᾽ ὧν σφάλλοντες ἑτέρους, φονεύουσιν αὐτῶν τὰς ψυχὰς, αἷμα ἀθῷον ἐκχέοντες τῇ γλώττῃ ψευδεῖ καὶ δολίᾳ. τοῦτο δὲ τῆς διὰ ξίφους χεῖρον σφαγῆς.

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] τῆς πρὸς ἰωάχας ἢ τὸν σελλὴμ. ἀπειλῆς τὴν αἰτίαν εἰπὼν, οὐ γὰρ οἰκοδομεῖ τὴν αὐτοῦ βασιλείαν καλῶς, οὐδὲ ταύτης τὸ ὕψος. νῦν αἰτιᾶται πάλιν αὐτὸν ὡς ἀδίκως τρυφῶντα. ἀλλ᾽ οὐ βασιλεύσεις φησὶ, καὶ παραζηλοῖς σου τὸν πατέρα, ὑπεραίρειν αὐτὸν ἐν βασιλείαις δόξῃ νομίζων. ἀποίσῃ γὰρ μόλις ἐν αὐτῇ πληρώσας τριῶν ἀριθμῶν μηνῶν. οὐ γὰρ ἐν βρώμασιν ἢ πόμασι ζηλοῦν ἐχρῆν τὸν πατέρα, ἐν δὲ τῷ τὴν ἐκείνου δικαιοσύνην ἀσκεῖν. ὡς γὰρ ἀκύλας ἐξέδωκεν ὁ πατήρ σου οὐκ ἔφαγε καὶ ἔπιε, καὶ ἐποίησε κρίμα καὶ δικαιοσύνην; κατ᾽ ἐρώτησιν λέγων, ἢ καὶ ἀπόφασιν. ὅτι οὐκ ἐτρύφησε μετὰ, ἐποίησε δὲ δικαιοσύνην. τὰ μέντοι πολλὰ τῶν ἀντιγράφων ἔχει, ἐν ἄχαζ τῷ πατρί σου, ἔστι ψευδὲς, ὡς ἐκ τῶν ἄλλων ἑρμηνευτῶν δῆλον.

[μὴ βασιλεύσεις.]

Τοῦ χρυσοστόμου.] ἤτοι τὸν ἰωσίαν φησὶν, ἤτοι τὸν ἄχαζ. τὸ μὲν ἀπὸ τῆς φύσεως, τὸ δὲ ἀπὸ τοῦ τρόπου.

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐζήλωσας φησὶ τὸν πατέρα σου ἄχαζ. καὶ ἐσπούδασας νικῆσαι αὐτὸν ἐν ἀσεβείᾳ.

[ἰδοὺ οὐκ εἰσίν.]

Τοῦ χρυσοστόμου.] ὁρᾷς τὸ κάλλος ποῦ τίθεται; οὐκ ἐν τῷ τύπῳ τῶν μελῶν, ἀλλ᾽ ἐν τῇ καλῇ χρήσει.

Τοῦ ἁγίου κυρίλλου.] ἐπειδὰν δὲ οἱ ἐξ Ισραὴλ τὴν εἰς χριστὸν παραδέξωνται πίστιν, μεταπλάττονται νοητῶς πρὸς τὸ θεῖον αὐτοῦ καὶ ἐξαίρετον κάλλος.

[διὰ τοῦτο τάδε.]

Θεοδωρήτου.] ἐντεῦθεν δῆλον, ὅτι ὁ ἰωάχας ἦν ὁ σελλήμ. περὶ ἐκείνου γὰρ ἔφη, ὅτι ταύτην τὴν γῆν οὐκ ὄψεται, θνήσκων ἐν τῇ μετοικεσίᾳ. περὶ δὲ τούτου, ὅτι τῆς πόλεως ἔξω ῥιφήσεται. οὓς δὲ θάνατος οὐκ ἐφόβησε, σωφρονίζει τοῖς μετὰ θάνατον. ὃ δοκεῖ τοῖς πολλοῖς φρικτόν τε καὶ ἄτιμον.

[ταφὴν οὐ τα.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἀντὶ τοῦ, τάφος αὐτῷ γενήσονται αἱ τῶν σαρκοφάγων ὀρνίθων καὶ κυνῶν γαστέρες. ἵνα εἴποι, ὅτι ὁ τάφος παραῤῥιφήσεται. πρὸς δὲ διάνοιαν, ταφὴν ὄνου θάπτεται ὁ ἀλογίας συζῶν καὶ ταύτῃ συναποθνήσκων. [συμψηθείς.]

Τοῦ χρυσοστόμου.] τί ἐστι συμψηθείς. σύμμαχος φησὶ ὡς κόπριον συλληφθείς. ὁ γὰρ βαβυλώνιος αὐτὸν ἀνελὼν, οὕτως ἐῤῥι-

A *arbor quædã excelsa, superba, aduersaria, Diabolus est, vel prauorũ auctor sermonũ. Qui verò hæc ædificarũt, fame peribunt:* nã non comedẽt, & non bibent: *sed & iustitiam non cognouerunt, cùm Christum nõ cognouerint: iustè enim facere eorum, inquit, qui Deum cognoscunt, proprium est.*

Vers. 17. (*Ecce non sunt oculi tui, neque cor tuũ.*)

Eiusdem.] *Qui verò tales non sunt, neque oculos habẽt bonos, cùm nõ videant veritatem, neque* B *cor falsorum dogmatũ plenum; per quæ alios in errorem trahentes animas eorum necent, sanguinem insontem fundentes linguâ mendaci, & dolosâ. Quod peius est quàm gladio iugulare.*

Origenes.

Vers. 15. (*Numquid regnabis, &c.*)

Incerti.] *Expositâ causâ minarũ in Ioachaz vel Sellum, nam regnũ suum ritè non construebat, nec illius sublimitatem: iterum accusat eum vt iniustè delicias sectantẽ, sed non regnas ait: licet malè tuum æmularis patrem, regnandi gloriâ eum te superaturũ existimans; vix enim tribus expletis* C *mensibus abducẽris; nõ enim potu & in cibis æmulari Patrem debebas, sed exercendo te in illius iustitia. Vt enim Aquila exposuit,* Pater tuus non comedit, neque bibit, & fecit iudicium, & iustitiam? *interrogatione vtens, vel negatione: quia non delicatè vixit, & iustitiam operatus est? Sed plura exemplaria legunt,* In Achaz patre tuo: *& falsò, vt ex aliis interpretibus.* (*Non regnabis, quia tu contendis in Achaz patre tuo.*)

Regnum non firmatur vitá molli, & inani fastu.

Parentum æmulãda virtutes.

28 Chrysost. *Vitâ improbâ contendunt plerique cum antecessoribus suis.*

Chrysostomi.] *Vel Iosiam intelligit, vel* D *Achaz: illum quidem naturâ, hunc verò moribus.*

Olympiodori.] *Aemulatus es, ait, Achaz patrem tuum, eumque impietate superare studuisti.*

Olympiod.

(*Ecce non sunt.*)

Chrysostomi.] *Vides in quo sita sit pulchritudo? non in membrorum figura, sed in bono vsu.*

Chrysost. *Pulchritudo vera nõ tam in membrorũ structura, quã in bono eorum vsu.*

Sancti Cyrilli.] *Cùm verò gens Israel fidem Christi amplexa fuerit, transformantur spiritaliter ad illius diuinam, præstantissimámque pulchritudinem.* Vers. 18. (*Propterea hæc dicit Domi-* E *nus ad Ioacim filium, &c.*)

Cyrillus. *Pulchritudini diuinæ similes mente fiunt Iudæi Christi amplexantes fidem.*

Theodoreti.] *Hinc clarè habemus vnũ eumdemque esse Sellum cum Ioachaz. De illo enim dixerat, terram hanc nõ visurum, quòd esset in trãsmigratione moriturus. De hoc verò quòd esset extra portas ciuitatis proiiciẽdus. Quibus verò mors timorem non incusserat, eos cogit vt resipiscant per ea quæ mortem consequuntur: quod multis horrendum & inhonorum videtur.*

29 Theodorit. *Sellum nomine significatus Ioachaz. Mortis timore efficacior est timor eorũ quæ cõtingũt post mortem. Insepultus dicitur sepulturâ Asini sepultus.*

(*Sepulchro non sepelientur.*)

Olympiodori.] *Quasi dicat, Sepulchrũ ipsi* F *erunt carniuorũ volucrum & canum vẽtres; vt sit dictum quod sepulchrũ proiicietur: ad sensum verò mysticum sepulchro asini sepelitur, qui sine ratione viuit, & sine ratione moritur.*

Rationis vt expers viuẽs, moriẽsque dicitur sepulturâ Asini sepultus.

(*Raptus proiicietur vltra portas Ierusalem.*)

Chrysostomi.] *Quid sibi vult vox* συμψηθείς *Symmachus reddidit.* Tamquam stercus compræhensus collectus vt fumus. *Cùm enim Babylonius illum occidisset, sic pro-*

30 Chrysost. *Ioachim interfectus relictus insepultus ad ignominias.*

ἔῤῥιψε, καὶ οὐκ ἐτάφη: ἢ ἐτάφη καθάπερ ὄνος, συμφυρεὶς σποδῷ καὶ γῇ καὶ κονιορτῷ. ἐκ γὰρ τοῦ θορύβου οὔτε ἐκόπη, οὔτε ἀπεπλύνθη αὐτοῦ τὸ σῶμα. || τοῦτο γὰρ ἦν ὁ χαλεπώτατος πάντων. ὁρᾷς παῤῥησίαν προφήτου, οἷα αὐτὸς προλέγει, καὶ οὐχ ὑποστέλλεται;

|| τοῦτο γὰρ ἦν τὸ χαλεπώτατον.

A *proiecit, & sepultus non est. Vel sepultus est instar asini, cinere, terrâ, & puluere conspurcatus. Nam præ tumultu nec planxerunt eum, nec lotum illi corpus est: quod omnium acerbissimum videtur. Vides in Propheta dicendi libertatem, qualia prædicit, nec timore contrahatur.*

Prophetarum quãta in dicẽdo libertas.

Capitis 22. à vers. 20. vsque ad 24. Sectio Tertia.

TEXTVS VVLGATÆ.

20 Ascende Libanum, & clama: & in Basan da vocem tuam, & clama ad transeuntes, quia contriti sunt omnes amatores tui.

21 Locutus sum ad te in abundantiâ tua; & dixisti: Non audiam: hæc est via tua ab adolescētia tua, quia non audisti vocem meam.

22 Omnes pastores tuos pascet ventus, & amatores tui in captiuitatem ibunt: & ante confundêris, & erubesces ab omni malitia tua.

23 Quæ sedes in Libano, & nidificas in Cedris, quomodo congemuisti cùm venissent tibi dolores, quasi dolores parturientis.

TEXTVS SEPTVAGINTA.

B 20 *Ascende in Libanum, & clama, & in Basan da vocem tuam, & clama trans mare: quia contriti sunt omnes amatores tui.*

21 *Loquutus sum ad te in ruina tua: & dixisti, non audiam. Hæc est via tua ab adolescentia tua: non audisti vocem meam.*

22 *Omnes pastores tuos pascet ventus: & amatores tui in captiuitatem egredientur: Quia tunc confunderis, & inhonoraberis ab omnibus diligentibus te.*

23 *Quæ habitas in Libano, quæ nidificas in Cedris: ingemisces, cùm venerint tibi dolores, quasi parientis.*

PARAPHRASIS CHALDAICA.

C

20 *Ascende in domum sanctuarij, & clama, & in portis montis domus eleua vocem tuam, & clama ad vada, quia contriti sunt omnes amatores tui.*

21 *Misi ad te omnes seruos meos Prophetas, cùm sederes tranquilla. Dixisti. Non ego suscipiam indicium. Hæc est via tua ab adolescentia tua; quia non obedisti verbo meo.*

22 *Omnes gubernatores tui dispergentur in omnem ventum, & amatores tui in captiuitatem ibunt: tunc enim confundêris, & erubesces ab omni malitia tua.*

23 *Quæ habitas in domo sanctuarij, & in domo Regum nutriens filios tuos; quid facies cùm venerit tibi tribulatio, & commotio quasi dolores parturientis?*

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

31 Hieronym.

Ierusalẽ nominibus Libani, & Basã designata.

a 4. Reg. 23. 6.

Hieronymus. *Ascende Libanum & clama, & in Basan da vocem, &c.*) Per metaphoram Libani, & Basan, regionum, & montium trans Iordanem, ad Ierusalem sermo dirigitur, quòd frustra in Ægypto sit confisa: siue ad ipsum Ioakim,[a] qui eo tempore regnabat in Ierusalem, & ab Ægyptiis Rex fuerat constitutus, quòd frustra Ægyptiorum speret auxilium, & quòd ipsi quoque à Babylonio Rege superandi sint, & ducendi in captiuitatē. Quodque ait: *locutus sum ad te*, hoc est, ipse Deus per prophetas, siue, *locuti sunt ad te*: vt subaudiatur Prophetæ mei, *& tu in abundantia tua dixisti, non audiam.* Arguit eam superbiæ; & quòd diuitiarum magnitudine abusa sit in contemptum Dei. Et narrat, quòd non solùm hoc tēpore, sed ab initio quando educta sit de Ægypto, non audierit vocem Dei: vnde & omnes pastores eius & principes huc illucque dispersi sint, & captiuitati Babylonicæ colla submiserint. Quodque infert: Quæ sedes in Libano, & nidificas in Cedris: arrogantiam suggillat, quæ de omnium rerum creuerat abundantia; & quòd instar mulieris puerperæ, repentinus ei dolor, & subita veniat captiuitas. Quod autem nos diximus, *clama ad transeuntes*, & in Hebraico scriptum est מעברים *mengabarim*. Sept. Theodotioque verterunt, trans mare. Symmachus de contra; vt significent, quòd vox prophetæ de Ierusalem, vsque ad montem Libanum & Basan debeat peruenire.

Diuitiarum abundantia plerũque refractarios Deo reddit.

Ventos pascēdi metaphorā significata dispersio pastorum, ac Principum.

Arrogantia ex opum copia insignis periphrasis.

E

F

32 Theodorit.

Theodoritus. Deinde Vrbi denunciat, vt fugiat ad Libanum, ad Basan (sunt autem montes) itidem trans mare: & vociferetur, lugens proprias calamitates: quòd nullum ab idolis consecuta sit auxilium, illa enim vocat amatores. *Locutus sum tecũ in casu tuo, & dixisti, Non audiam.* Consulebam peccāti: vt recederes ab errore, & consilium non suscepisti. *Hæc est vita tua à iuuentute tua*: quia non audisti vocē meam. A septemis annis, & ab initio, inobediens fuisti, *Pascet ventus cunctos pastores tuos.* Reges improbos & Pseudoprophetas. *Amatores tui pergent in captiuitatem.* Ipsa idola, quæ, vt verisimile est, argentea erant, & aurea, hostes acceperunt. Tunc pudore & ignominiâ perfundêris, à facie eorum omnium qui te diligebant, Nihil enim ab illis adiuuabere. Postmodùm prosperitatis pristinæ memoriam eis refricat: *Quæ habitas in Libano & parturis in cubilibus cedrinis.* Quasi dicat, eminens, conspicua, & celebris apud omnes, congemisces, dum tibi obueniunt dolores vt parturientis.

D

Reges improbi, Doctoresque praui à vento pascũtur.

Ciuitatis celebris egregia periphrasis.

33 D. Thom.

D. Thomas nil ferè in his diuersum à Hieronymo; ait quippe Secundò cōtra principes ipsius (Ierusalem) ponens eorum contritionem. (*Ascende Libanum*) montem templi (*in Basan*) qui subiacet monti Ierusalem. Isai. 40. [b] *Super montem excelsum ascende tu qui Euangelizas Syon* (amatores) principes & defensores: ponens etiam huius rationem ex inobedietia. (*Locutus sum in abundantia,*) i. quãdo bonis à me traditis abundabas supra 6. [c] *Audite vocem tubæ. Et dixerunt: non audiemus.* Et ex antiqua consuetudine (*hæc est via,*) sc. inobedientia (*ab adolescentia*) scil. à tempore quo egressa es de Ægypto. Isai. 48. [d] *Transgressorem ex ventre vocaui te*, supra 2. [e] *A sæculo confregisti iugum meum: rupisti vincula mea: & dixisti non seruiam.* Et ponit contritionis modum, & ordinem (*omnes pastores,*) id est principes (*ventus*) dispersionis in captiuitatem, (*amatores*) Ægyptij Oseæ 12. [f] *Ephraim pascit ventum: & sequitur æstum:* tertiò comminatur contra ipsam ciuitatem regalem, confusionem. (*Et tu qui sedes*) in quo designatur superbia. Rom. 6. [g] *Quem ergo fructum habuistis tunc in illis, in quibus*

b Isai. 40. 9.

c Iere. 6. 17.

d Isai. 48. 8.

e Iere. 2. 20.

f Oseę. 12. 1.

g Rom. 6. 21.

nunc

nunc erubescitis? Et dolorem. (*Quomodo congemuisti*) præteritum pro futuro (*parturientis.*) Psalmus.[a] *Ibi dolores vt parturientis.*

a Psal. 47. 7.

34 Circa vers. 22. Adde quod idem D. Thomas ad finem postyllæ super hoc caput ita habet. Item super illud *Omnes pastores tuos pascet ventus*; nota quòd pastores Ecclesiæ quandoque pascit ventus elationis: Isai. 57.[b] *Omnes eos auferet ventus: tollet* A *aura*: Ventus nimiæ expectationis. Eccl. 34.[c] *Quia qui apprehendit umbram, & persequitur ventum, sic & qui attendit ad visa mendacia.* Ventus captiuitatis. Ezech. 5.[d] *Tertiam partem disperges in ventum: & gladium nudabis post eos.* Et futuræ damnationis, supra.[e] *Sicut ventus vrens dispergam eos coram inimico: dorsum & non faciem ostendam eis in die perditionis eorum.*

D. Thom. *Pastores Ecclesiæ diuersimodè à vento pasci dicuntur.*

b Isai. 57. 13. c Eccl. 34. 2. d Ezech. 5. 2. e Ierem. 18. 17.

CATENA GRÆCA EX VETERIBVS PATRIBVS GRÆCIS.

Ἀνάβηθι.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἆρα ἀνέβαινε; οὐκ ἔγωγε οἶμαι. ἀλλ' ὥς τε κατάδηλον γενέσθαι τὴν φωνήν,

Βίκτορος.] μετὰ τὴν Ἰωακεὶμ προφητείαν ὁ προφήτης ἐν ὅλῃ τῇ Ἰουδαίᾳ κηρύττειν παρακελεύεται διὰ τῶν αὐτῆς δεδηλωμένων μερῶν, συντετρίφθαι τοὺς ἐραστὰς αὐτῆς αἰγυπτίους, ὧν ἐθάρρει τῇ συμμαχίᾳ, τοὺς καὶ ποιήσαντας Ἰωακεὶμ βασιλέα. συνετρίβησαν γὰρ ὑπὸ Βαβυλωνίων. λέγει δὲ ἐραστὰς καὶ τὰ, οἷς ἐθάρρησαν εἴδωλα. ἀπηνέχθη γὰρ ὡς δηλοῖ σκύλα καὶ ταῦτα. τυχὸν δὲ καὶ παρὰ πολεμίων συνετρίβοντο. κηρύττειν δέ φησι τῇ ὡς ἐν Λιβάνῳ τῇ εἰδωλολατρείᾳ κατοικούσῃ, καὶ ἐν αἰσχύνῃ: οὕτω ἡ Βασὰν ἑρμηνεύεται καὶ τῇ πέραν τῆς θαλάσσης ὡς ἐν προκοπῇ χείρονι, πέραν τῆς ἁλμυρᾶς τοῦ βίου καταστάσεως.

[ὅτι συνετρίβησαν.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τοὺς συμμάχους αὐτῆς λέγει, οἷς ἐθάρρει.

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐραστὰς τῆς Ἱερουσαλὴμ, νοήσεις μὲν καὶ τοὺς δαίμονας; νοήσεις δὲ καὶ τοὺς ψευδοπροφήτας. οἵτινες δοκοῦντες αὐτῆς ἐρᾶν, ἠπάτων αὐτήν.

[ἐλάλησα πρός.]

Ὀλυμπιοδώρου.] οἱ ἀληθεῖς προφῆται, ὧν οὐκ ἤκουσας λεγόντων σοι τὰ σὰ παραπτώματα.

[καὶ εἶπας οὐκ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] καὶ ὃ πρότερον εἶχεν ἀρετῆς λόγον, καὶ τοῦτο ἀπώλεσε τὸ, ὅτε ἀπέκτονεν αὐτοὺς, τότε ἐξεζήτουν αὐτόν. καί τι τὶς ἐν θλίψει οὐκ ἂν ἀκούσειεν; καὶ οὐ νῦν, ἀλλ' ἀεὶ τοιαύτη γέγονας.

[πάντας τοὺς.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἐφ' οἷς προσεδόκας εἶναι ἐν ἀδείᾳ. ὅταν γὰρ εἰς τι θαῤῥῶμεν πρᾶγμα, ἀναιρεῖ αὐτὸ ὁ Θεὸς; ἵν' ἐπ' αὐτῷ λοιπὸν μὴ ἐλπίζωμεν, καὶ ἐπ' αὐτῷ προσδοκῶμεν.

Ὀλυμπιοδώρου.] ἀντὶ τοῦ εἰς διασκορπισμὸν ἔσονται.

[ὅτι τότε αἰσχ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐ φαινομένων φησὶν, ἀλλ' ἀναιρουμένων ἐκ τοῦ μέσου.

[κατοικοῦσα.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐν τῇ γῇ τῆς ἐπαγγελίας.

[ἐννοσσεύουσα.]

Ὀλυμπιοδώρου.] πιστεύουσα, καὶ καταφεύγουσα τοῖς παρὰ σοὶ δυνατοῖς.

B Vers. 20. Ascende in Libanum & clama.)

35 Chrysostomi.] *Nunquid ascendit? non puto, sed vt vox audiri posset.*

Chrysost. *Clamoris qui longius audiatur egregia periphrasis.*

(*Quia contriti sunt.*)

Victoris.] *Post Ioachim Prophetiam, vniuersæ Iudeæ per expressas eius partes præconem agere iubetur Propheta clamando amatores eius Aegyptios iam esse contritos, quorum auxiliis fidebat, quique Regem constituerant Ioachim. Contriti enim sunt à Babylonijs. Vocat autem Amatores* C *& idola in quibus spem posuerant: nam & illa, vt significat, prædæ instar loco ablata sunt. Fortasse etiam ab hostibus conterebantur. Præconem verò agere ait ei qui idololatriam, & confusionem habitabat vt Libanum: sic enim Basan interpretatur, & Trans mare, veluti ad pessima quæque progressui vltra salsum vitæ statum.*

Victor. *Amatores Iudeæ contriti fuêre Ægyptij, & Idola.*

(*Quia contriti sunt.*)

Chrysostomi.] *Confederatos eius ait quibus fidebat.*

Chrysost. *Amatorum nomine significati comilitones.*

Olympiodori.] *Amatores Ierusalem intelliges & Dæmones, & Pseudoprophetas. Qui eum* D *eam viderentur amare, decipiebant.*

Olympiod. *Amatores Iudeæ Dæmones & Pseudoprophetæ.*

Vers. 21. (*Loquutus sum ad te.*)

36 Olympiodori.] *Veraces Prophetæ quos non audisti nuntiantes tibi delicta.*

Olympiod. *Prophetas veros non audiebant Iudæi.*

(*Et dixisti non audiam.*)

Chrysostomi.] *Et quòd prius habebat virtutis, & illud amisit, & illud perdidit, scilicet cùm eos interficeret, tunc quærebant eum. Quamquam quis in calamitatibus positus non audiat; at non modò, sed talis semper fuisti.*

Chrysost. *Prophetas ita non audierût Iudæi vt & illos interfecerint.*

(*Omnes pastores tuos.*)

Chrysostomi.] *In quibus sperabas, vt tibi* E *securitatem parerent. Cùm enim aliquâ re fidimus, tollit illam Deus, ne de cætero in ea spem nostram ponamus, vel ab ea auxilium expectemus.*

Chrysost. *Fiducia malè obiecta tollit nobis Deus.*

Olympiodori.] *Hoc est dispergentur.*

Olympiod. *Dispersionis egregia descriptio pascêt ventus.*

(*Quia tunc confunderis.*)

Chrysostomi.] *Non apparentium ait, sed è medio tollendorum.*

Chrysost.

Vers. 23. (*Quæ habitas in Libano.*)

Olympiodori.] *In terra promissionis.*

Olympiod. *Libani nomine significata terra promissionis.*

(*Quæ ædificas in Cedris.*)

Olympiodori.] *Fidens, & ad eos confugiens, quos potentes arbitraris.*

Olympiod. *Confugiens ad potentium auxilia ædificat sibi in Cedris.*

Capitis 22. à verſ. 24. vſque ad finem. Sectio Tertia.

TEXTVS VVLGATÆ. A

24 Viuo ego, dicit Dominus: quia ſi fuerit Iechonias filius Ioakim Regis Iuda, annulus in dextera mea, inde euellam eum.

25 Et dabo te in manu quærentium animam tuam, & in manu, quorum tu formidas faciem, & in manu Nabuchodonoſor Regis Babylonis, & in manu Chaldæorum.

26 Et mittam te, & matrem tuam, quæ genuit te, in terram alienam, in qua nati non eſtis, ibique moriemini.

27 Et ad terram, ad quam ipſi leuant animam ſuam vt reuertantur illuc: non reuertentur. B

28 Numquid vas fictile, atque contritum vir iſte Iechonias? numquid vas abſque omni voluptate? quare abiecti ſunt ipſe, & ſemen eius, & proiecti in terram quam ignorauerunt.

29 Terra, terra, terra, audi ſermonem Domini.

30 Hæc dicit Dominus: Scribe virum iſtum ſterilem, virum, qui in diebus ſuis non proſperabitur: nec enim erit de ſemine eius vir, qui ſedeat ſuper ſolium Dauid, & poteſtatem habeat vltra in Iuda. C

TEXTVS SEPTVAGINTA.

24 *Viuo ego, dicit Dominus: ſi factus fuerit Iechonias filius Ioacim Rex Iuda ſigillum ſuper manum dexteram; inde euellam te.*

25 *Et tradam te in manus quærentium animam tuam, quorum tu formidas à facie eorum, in manus Chaldæorum.*

26 *Et proiiciam te, & matrem tuam, quæ peperit te, in terram, vbi non es natus illic: ibique moriemini.*

27 *In terram autem, quam ipſi optant animabus ſuis, non reuertentur.*

28 *Inhonoratus eſt Iechonias, quaſi vas, cuius non eſt vtilitas eius: quia abiectus eſt, & eiectus in terram, quam ignorauit.*

29 *Terra, terra, audi ſermonem Domini.*

Scribe virum iſtum, abdicatum hominem: quia non creſcet de ſemine eius, qui ſedeat ſuper thronum Dauid, princeps vltra in Iuda.

PARAPHRASIS CHALDAICA.

24 *Viuo ego, dicit Dominus; quia ſi fuerit Chonias filius Ioachim Rex tribus domus Iuda quaſi ſculptura annuli in manu dextera mea; quia inde per verbum meum transferam te.*

25 *Et dabo te in manum quærentium occidere te, & in manum eorum à quorum facie tu times, & in manum Nabuchodonoſor Regis Babylonis, & in manum Chaldæorum.*

26 *Et transmigrare te faciam, & matrem tuam, quæ genuit te, in terram aliam, in qua nati non eſtis, ibique moriemini.* D

27 *Et ad terram quò ipſi ſeducunt animas ſuas vt reuertantur, illuc non reuertentur.*

28 *Contemptus, infirmus, vagus eſt vir iſte Chonias, aut ſicut vas in quo non eſt vtilitas; quare tranſlati ſunt ipſe, & filij eius, & captiui ducti ſunt in terram quam ignorauerunt?*

29 *De terra ſua tranſmigrare eum fecerunt in terram aliam. Terra Iſrael ſuſcipe verbum Domini.*

30 *Hæc dicit Dominus: Scribite virum iſtum abſque liberis, virum qui in diebus ſuis non proſperabitur de ſemine eius vir ſedens ſuper ſolium Dauid, & habens poteſtatem ſuper domum Iuda.* E

Catena ex Veterum Patrum operibus impreſſis.

37 Hieronym. *Iechonias filius Ioakim, nepos Ioſiæ, alio nomine appellatus Ioachin.*

Hieronymus. (*Viuo ego dicit Dominus*, &c.) Supra dixerat, domui Regis Iuda hæc loqueris, & deinde, deſcende in domum Regis Iuda & iterum: hæc dicit Dominus ſuper domum Regis Iuda; & præpoſtero ordine, poſtquam locutus eſt de Sedechia, qui vltimus Regum fuit in Ieruſalem, reuertitur ad Ioakim fratrem eius, qui ante eum regnauit. Quâ vaticinatione completâ: nunc loquitur ad filium Ioakim, nepotem Ioſiæ, Regem Ieruſalem Iechoniam, qui & alio nomine appellatur Ioachin, qui [a] captus à Nabuchodonoſor cum matre ſua, principibus, & artificibus, & multis nobilibus, ductus eſt in Chaldæam, ibique mortuus. Hoc igitur dicitur, ſi quomodo annulus non recedit de manu portantis, & de digito difficulter elabitur, ſic ſit in manu mea Iechonias: tamen euellam eum, & tradam Regi Babylonio, ibique cum matre & omnibus ſociis ſuis morietur, & vltra Iudæam quam deſiderat non videbit.

[a] 4. Reg. 24. 12. 2. Par. 36. 6. 10.

(*Numquid vas fictile, atque*, &c.) Pro eo quòd nos diximus: *Numquid vas fictile, atque contritum*: Symmachus tranſtulit: *Numquid purgamentum, ſiue quiſquilia viles, atque proiecta?* Pro quo in Sept. nihil habetur: ſed hoc tantùm interpretati ſunt: *Inhonoratus eſt Iechonias, quaſi vas, in quo nulla eſt vtilitas.* Et cùm hoc de Iechonia dicatur filio Ioakim, audet quiſpiam ad typum referre Christi, & ex eo, quod Apoſtolus dicat, Dominum Saluatorem [b] imaginem eſſe Dei inuiſibilis, primogenitum omnis creaturæ, id eſt, ſapientiam, verbum, veritatem, atque vitam & iuſtitiam, eum appellari. annulum qui proiiciatur, vel auellatur de manu Domini, & Regi tradatur Nabuchodonoſor? *Abiecti ſunt*, inquit, *ipſe & ſemen eius, & proiecti in terram quam ignorabant.* Quod de Iechonia factum nemo dubitat. Iechonias interpretatur Domini præparatio: cui in præſenti loco prima ſyllaba, id eſt, Domini nomen aufertur, & dicitur Chonias, vt ſubaudiatur, perditioni, & interitui præparatus.

Iechonia vt ſigilli in manu Dei ſub typo Christi deſignatum reprobat Hieronymus.

[b] Coloſſ. 1. 18.

38 (*Terra, terra, terra, audi ſermonem Domini.*) Si voluero per loca notare ſingula quanta Sept. vel prætermiſerint, vel mutauerint, longum fiet: præſertim cùm poſſit diligens lector ex vtraque editione conſiderare, quid mutatum, quid additum, quid ſubtractum ſit. Pro *ſterili*, in Hebræo ſcriptum eſt עריריו ngariri, quod Aquilæ prima editio, *Sterilem*, Secunda ἀναυξητὸν, id eſt, *non creſcentem*. Symmachus, *vacuum*, Sept. & Theodotio *abominabilem, & abdicatum*, interpretati ſunt. Et oritur quæſtio, quomodo ſtare poſſit prophetia, de ſtirpe eius nullum eſſe generatum, qui ſederit ſuper thronum Dauid: nec princeps fuerit vltra in Iuda, cùm Dominus atque Saluator de huius natus ſit ſemine: ſuper cuius ortu loquitur Gabriel ad Mariam: [c] *Ecce concipies in vtero & paries filium,* F

Regnum Dauid quomodo obtinuiſſe dicatur Christus, dicente Domino non regnaturum vltra in throno Dauid quemquam de ſemine Iechonia, in quo fuit ſucceſſio Regum è ſtirpe Dauid.

[c] Luc. 1. 31.

filium, & vocabis nomen eius Ieſum: Ipſe erit magnus, & filius altiſſimi vocabitur. Et dabit ei Dominus Deus ſedem Dauid patris ſui, & regnabit ſuper domum Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Poſſumus ergo hoc dicere, quoniam illud, quod deeſt in Sept. videlicet, *In diebus eius non proſperabitur*, ſiue *non creſcet*, ignorantibus fecerit quæſtionem. Sept. enim tranſtulerunt: *Scribe virum iſtum abdicatum hominem, quia non creſcet de ſemine eius vir qui ſedeat ſuper thronum Dauid, princeps vltra in Iuda*, quod in Hebraico bis poſitum eſt, quod putantes qui ab initio ſcripſerunt, in Græcis libris additum ſubtraxerunt. Reſpondeamus igitur, quòd in diebus Iechoniæ nõ ſucceſſerit ei vir qui ſederit ſuper thronum eius, ſed multo pòſt tempore de ſemine eius natus ſit, qui ſolium eius obtinuerit. Poteſt autem & ſic ſolui: Non ſedebit quidem ſuper thronum Dauid vir & homo, ſed ſedebit Deus, regnumque eius non erit terrenum & breue, vt fuit Dauid, ſed perpetuum, atque cæleſte, dicente Scriptura:[a] *Regnabit ſuper domum Iacob in æternum, & regni eius non erit finis.* Natus eſt ergo de Ioakim Iechonias, de[b] Iechonia Salathiel, de Salathiel Zorobabel, & per ordinem venitur ad Chriſtum. Sed in diebus Ioachin non ſucceſſit ei Rex filius, ſicut ipſe patri ſucceſſerat, ſed fuit in captiuitate, & Salathiel & Zorobabel, & vſque ad Chriſtum nullus Regiam obtinuit poteſtatem. Hoc autem idcircò, quia in Hebraico ſcriptum eſt. *In diebus eius & in tempore ſuo*, quo ipſe fuit, *non erit vir qui ſedeat ſuper ſolium Dauid.* Omnes enim fuêre captiui, & nullus deinceps de ſtirpe Dauid in terra Iudæa tenuit principatum. Vnde & Ioſephus refert, de Sacerdotali genere ac tribu Leui fuiſſe principes, quibus ſucceſſerit Herodes Antipatri proſelyti filius, & poſtea ſub Veſpaſiano regnum huius generis, imò imaginem imperij, funditus fuiſſe deletam.

a Luc. 1. 32.
b Matt. 1. 12.
Antiq. lib. 14. c. 12. & 26.

39 Theodorit.

Theodoritus. Cùm ſuperiora aptaſſet prophetiæ de Ioacim compoſitæ, ſimilia prædicit de Iechonia, qui erat filius Ioacim, Ioſiæ verò nepos. Hic cùm tres duntaxat regnaſſet menſes, captiuus cum matre abductus eſt, & in Babylone vitam diſſoluit. (*Viuo ego dicit Dominus, Si Iechonias filius Ioacim Regis Iuda, factus fuit annulus in manu mea dextera, quia inde euellam te, & tradam te in manus quærentium animam tuam: in manus eorum, à quorum facie formidas: in manu Nabuchodonoſor Regis Babylonis, & in manu Chaldæorum.*) Quoniam non imitantes pietatem maiorum, de cognatione illorum gloriabantur, afferentes in medium Abraham, Iſaac, Iacob, Iſrael, Dauid, Ezechiam, Ioſiam, viros inſignes virtute: hac de cauſa Deus omnium repellit Iechoniæ arrogantiam, inquiés, *Etiamſi annulus digiti fiat, & ponatur in dextera manu mea, inde euellam illum, & tradam hoſtibus.* Ne igitur confidat de virtute maiorum, cùm eorum virtutem non æmulatur. *Et eiiciam te, & matrem tuam, quæ peperit te, in terram alienam, in terram in qua nati non eſtis: & illic moriemini.* Addidit, eos non reuerſuros in terram, in qua orti ſunt: & ſupplicij cauſam dicit: *Vir iſte eſt: Nota hanc Theodoriti lectionem os contemptum & abiectum.* Arguit lenitatem eius & facilitatem in habendis ſermonibus illegitimis. *Vilis habitus eſt Iechonias, tanquam vas inutile. Propterea proiectus eſt ipſe, & ſemen eius, & eiectus in terram, quam non nouit.*

Parentum pietate gloriari quàm vanum, ni illos imitemur.

Mox, quaſi non audiant ij qui participes ſunt ſermonum, alloquitur terram animâ carentem. (*Terra, terra, terra audi verbum Domini. Hæc dicit Dominus. Scribe hunc ipſum virum, virum eiectum,*

A *virum qui non proſperatur in diebus ſuis, quoniam ex eius ſemine non creſcet vir, qui ſedeat in ſolio Dauid, & imperet Iuda.*) Oſtendit finem regni Iudaici. Et eſt ſermo certiſſimus. Nec proferat quis in medium Zorobabelem. Non enim Rex fuit populi, ſed gubernator eius, & dux exercitus. Dominus porrò ex hoc deducens genus ſecundùm carnem ſedibus Dauidicis non ſedit: ſed[c] *ſupra omnem principatum, poteſtatem, & dominationem, & omne nomen quod nominatur*, non ſolùm in hoc ſæculo, ſed etiam in futuro. Caret ergo mendacio prophetia.

Regni Dauid finis quomodo verè prænunciatus futurus in Iechonia.
c Ephe. 1. 21.

40 D. Thom.

B D. Thomas. (*Viuo ego, &c.*) Hîc ponitur comminatio contra Iechoniam. Et primò comminatur captiuitatem, ſecundò ſterilitatem, ibi (*Terra, &c.*) Circa primum duo. Primò ponitur captiuitatis comminatio: quia comminatur dignitatis amiſſionem: & diuini auxilij deſtitutionem. (*Si fuerit*) quantumcumque in loco murato ſit: quamuis Rex populi mei (*euellam*) priuando ipſum dignitate ſuâ: & auxilio meo. Apoc. 2.[d] *Amouebo candelabrum tuum de loco ſuo, niſi pœnitentiam egeris.* Comminatur etiam hoſtium ſeruitutem (*Et dabo te*) Thren. 1.[e] *Dedit me Dominus in manu de qua non potero effugere.* Comminatur etiam capti- C uitatem (*& mittam*) Baruch. 3.[f] *Quid eſt Iſrael quia in terra inimicorum es? inueteraſti in terra aliena*, ſecundò ponitur comminationis admiratio (*numquid*) quaſi nullam ſoliditatem virtutis vel potentiæ habens (*voluntate*) quia Dominus in ipſo delectatur. Eccl. 21.[g] *Cor fatui quaſi vas confractum: & omnem ſapientiam non tenebit.*

Annuli inſtar eſſe in manu Dei, ſignificat eſſe in loco optimè murato.
d Apoc. 2. 5.
e Thren. 1. 14.
f Baruch. 3. 11.
g Ecc. 21. 17

(*Terra, terra, terra.*) Hîc comminatur ſterilitatem: quia nec tenebit fructum præſentis proſperitatis. (*Terra*) q. d. ex quo homines non audiunt ſaltem inſenſibilia obediant. Vel eſt metonimia, continens pro contento. Et dicit ad maiorem expreſſionem: Vel propter tres partes terræ. Deut. D 32.[h] *Audiat terra verba oris mei.* (*Scribe*) quaſi ſententiam quæ ſcripto traditur vt in memoria conſeruetur, ſupra 17.[i] *Peccatum Iuda ſcriptum eſt ſtilo ferreo in vngue adamantino.* (*ſterilem:*) quia mente non concipiet ea quæ ſibi forent vtilia. (*non proſperabitur*) in operibus ſuis, erit etiam ſterilis quãtùm ad fructum ſucceſſionis in dignitate regali: (*Nec enim erit vir*) qui ſit purus homo. Chriſtus enim de ſemine eius fuit: ſed fuit Deus & homo. Matt. 1.[k] Nec illo regnandi modo Rex fuit: ſed regnat æternaliter ad dexteram Dei patris (*poteſtatem habeat*) quaſi regiam. Quia Zorobabel ne- E pos eius Rex populi non fuit, infra 36. *Non erit ex eo qui ſedeat ſuper ſolium Dauid, &c.*

Terra ad audiendum ter compellata propter tres illius partes, vel ad Emphaſim, vt ſit continens pro contento.
h Deu. 32. 1.
i Iere. 17. 1.
k Matt. 1. 12.

41 Beda.

Circa id quod dicitur in verſ. 24. Beda lib. 6. in Cant. cap. 34. ſuper ea verba.[l] *Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum, vt ſignaculum ſuper brachium tuum.* Poſt aliqua, ait, Fit autem, vt ſi eius memoriam noſtro in pectore continuò ferimus, vt & ipſe, qui hanc nobis gratiam contulit, noſtri memor in æternum, nos in cæleſti regno ſuâ fœlices præſentiâ, vt ſignaculi vice conſeruet: iuxta F quod eximio plebis ſuæ duci promittit, dicens,[m] *Aſſumam te Zorobabel fili Salathiel, ſerue meus: & ponam te quaſi ſignaculum, quia te elegi, dicit Dominus.* Cui contra reprobans eum, qui poſt fidem, ad apoſtaſiam conuerſus eſt: & abiiciens dicit.[n] *Si fuerit Iechonias filius Ioachim, Regis Iuda, annulus in manu dextera mea, inde euellam eum.*

Vt Signaculũ ferens Deum in pectore, fertur & à Deo in pectore ſuo pariter vt ſignaculũ.
l Cant. 8. 6.
m Aggei. 2. 24.
Apoſtata à fide quãtumlibet aliàs Deo charus, abiicitur ab illo.
n Ier. 22. 24.

42 Origenes.

Circa verſ. 28. Origenes homil. 3. in Ieremiam poſt medium. Ait, inquit, Apoſtolus:[o] *In domo autem magna non ſunt tantùm vaſa aurea, & argentea, ſed & lignea, & fictilia, alia quidem in honorem, ali-*

Vaſa diuerſa in Eccleſia, in honorẽ iuſti, in contumeliam improbi.
o 2. Timot. 2. 20.

alia porrò in contumeliam. Si igitur quis mundauerit semetipsum ab his, erit vas in honorem & sanctificatum vtile Domino, ad omne bonum opus præparatum. Putasne magna domus in præsenti est, & in ea sunt vasa in honorem, & alia in contumeliam? An in illa quæ futura est domo, vasa quidem aurea, & argentea, quæ sunt in honorem, inuenientur vasa esse misericordiæ: reliqua autem, id est mediocres homines, qui extra thesaurum sunt, ne sint vasa iræ, seu misericordiæ, hi poterunt iuxta dispensationem quandam profundam Dei vasa esse in magna domo, quæ mundata non sunt, sed sunt vasa testea in contumeliam, attamen necessaria domui? Vide autem si voluero & hoc ipsum exemplum ex alio Scripturæ testimonio comprobare. *Inhonoratus est*, inquit, [a] *Iechonias quasi vas cuius nulla est vtilitas.* Non ait, est quidem eius vtilitas, in contumeliam autem eius est vtilitas: sed quia erat ex domo Dei & peccauit in totum non est eius vtilitas.

Vasa misericordiæ, id est iusti, & qui mūdati sunt, in honorem erunt in Ecclesia futura, improbi verò, & impœnitētes, vasa erūt in contumeliam, & inutilia.

a Ier. 22. 28.

Hieronymus super caput 8. Oseæ Tom. 5. in verba illa, [b] *Deuoratus est Israel nunc factus est in nationibus quasi vas immundum*, ait. Sept. pro immundo inutile transtulerunt. Immundum vas, siue inutile Hebræi matulam vocant: quo ad suscipienda, & proiicienda stercora vti solemus. Huic immunditiæ idololatras, & hæreticos comparat: qui miscentur gentibus, dum Dei non custodiunt veritatem, & facti vas in honorem, conuersi sunt in vasa contumeliæ. Quid enim immundius dæmonico spiritu, & hæreticorum dogmatibus, quæ eos ethnicis miscuerunt? Talis erat Iechonias idolis mancipatus, de quo per Ieremiam loquitur Deus: [c] *Inhonoratus est Iechonias, sicut vas cuius nulla est vtilitas.* E contrario Paulus qui dicere poterat: [d] *An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Christus?* appellatur [e] *vas electionis* aureum: & argenteum: quia habebat sapientiam, & eloquium, quo Christi euangelium prædicabat.

Hieronym. b Ose. 8. 8. *Vas immundum matula appellari Idololatra, & heretici.*

c Ier. 22. 28. *Vas electionis cur Paulus dictus sit.* d 2. Cor. 13. 3. e Act. 9. 15.

43 Basilius Magnus ad finem Comment. in caput tertium Isaiæ super illa verba, *Et humiliabuntur, &* [f] *lugebunt thecæ ornatus vestri.* Thecæ inquit, auri & argenti, splendidæ vestis & lapidum preciosorum promptuaria sunt. Sanè quamdiu habet quis thesauros, dignos quidem censet qui multo asseruentur studio, ac diligentiâ, quique in tutissima ædium parte seponantur, locis nimirum sublimioribus. Omnia insuper adhibet, quę excogitantur ad fidelem, tutelam & custodiam, ceu sunt vectes siue repagula, claues, signacula, denique custodes. Quum autem exinanitæ thesauris thecæ, fuerint: eas ne aspicere quidem dignatur Dominus, sed neglectim ac fastidienter transmittit. Atqui nobis etiam num hæc vsui esse possunt. Animæ enim excepto diuini verbi dono, apothecæ factæ sunt dignæ prorsum, in quibus recondantur quæque sunt in diuinis thesauris preciosissima. Si quando autem ostendi contigerit exhaustas esse diuinis ornamentis, humiliabuntur tunc abiectæ, nec vlli iam futuræ vsui, sed damnatæ. Ob hoc ait Scriptura *Iechoniam, tanquam vas fuisse, cuius nullus fuerit vsus.* Vt igitur perseueremus in regalibus apothecis, ne prodamus istis clanculariis furibus prænobile & tanti pretij margaritum, quod fidei nostræ concreditum est.

Basil. Magn. *Anima bona sunt thecæ diuinorū quorum si factæ sint expertes, proiiciuntur à Deo, vt fieri solet de thecis sine thesauris.* f Isai. 3. 26. iuxta Sept.

Iis quæ asserit Dominus in vers. 29. & 30. vtitur Ioannes Damascenus in probationem seueritatis diuinæ sententiæ lib. 1. Parallellorum c. 38.

Seueritas diuinæ sententiæ. Ioan. Dam.

Circa contestationem porrò terræ cùm tanta emphasi in prolatione sententiæ ipsius contra Iechoniam.

44 Clemens Alexandrinus lib. 4. Stromatûm cap. 8. Quod amentes, ait, & inobedientes terram vocet Scriptura planum facit Ieremias, de Ioachim, & eius fratribus, dicens, *Terra, terra audi verbum Domini, scribe virum hunc hominem abdicatum.*

Clem. Alex. *Terræ nomine scriptura nominare solet homines amētes, & inobedientes.*

Iunilius Episcopus Africanus lib. 1. de partibus diuinæ legis cap. 4. Tom. 1. Bibliot. Vet. Patrum Ieremias, cùm dicit, *Terra, terra audi verbum Domini*: Terram prouerbialiter habitantes in ea homines nuncupat.

Iunilius. *Terra nomine in Scriptura significati homines terram incolentes.*

Petrus Blesensis epistola 117. Mendax & transitoria est possessio huius mundi vbi non est nisi concupiscentia oculorum, concupiscentia carnis, & superbia vitæ. Verbum Prophetæ est. *O Terra, terra, terra audi sermones meos.* Terra est homo, quia de terra sumitur, in terra conuersatur, in terram reuertitur: Terram sapit, terram lingit, terram sitit. Conglutinatus est in terra venter eius, descendit in inferiora terræ: & cælestium oblitus pro terra litigat, pro terra pugnat: nec cessabit à talibus donec in terram qui de terra est, reuertatur. Tunc ei septem vel octo pedes terræ sufficient, cui modo non sufficit camporum latitudo, & vastitas regionum. Vide eumdem Petrum Blesensem in cap. 1. Iob. super verba corruens in terram adorauit.

D. Bonauentura in caput tertium Euangelij Ioannis super ea verba. [g] *Qui de terra est de terra loquitur.* Est, inquit, homo terra originaliter, & realiter à parte corporis, & finaliter scil. resolutione, *Terra, terra, terra, audi verbum Domini*, & talis loquitur de terra, quia terrena cogitat, affectat, memoriâ reuoluit.

D. Bonauent. g Ioan. 3. 31. *Homo quàm meritò appelletur terra eóque nomine terra ter nūcupetur.*

45 Circa id quod terræ hoc ipso vers. 28. mandatur vt scribat virum, &c. apud Epiphanium lib. 2. contra hæreses cap. 72. inter verba Acacij cōtra Marcellum hæresiarcham hæc habentur. Tu verò Marcelle hæc negans (superius scil. relata de fide) coram hominibus negaberis quidem ab illa ipsa, (viuâ scil. sapientiâ, & imagine Dei) coram Patre, qui in cælis est: negaberis autem, & coram Ecclesia, quæ sub cælo est, & scribit de te vbique terrarum, *Audi sermonem Domini: Scribe virum hunc excommunicatum hominem, quia non augescet ex semine ipsius princeps ampliùs in Iuda sedens super thronum Dauid.*

Epiphanius. *Hæreticus denunciatur vbique excōmunicatur, & à Deo abdicatus.*

Eloquentiùs autem Ambrosius lib. 7. epistolarum epistolâ 58. ad Studium. [h] Cùm adulteram ait, reperissent Iudæi, obtulerunt eam Saluatori: captantes, vt si absolueret eam videretur legem soluere, qui dixerat: [i] *Non veni legem soluere, sed adimplere*, si damnaret, videretur aduersùs finem venisse propositi sui. Hoc igitur præuidens Dominus Iesus, [k] inclinato capite scribebat in terra. Quid scribebat nisi illud propheticum? [l] *Terra, terra, scribe hos viros abdicatos*, quod de Iechonia scriptum est in Ieremia Propheta. Cùm Iudæi interpellant, in terra scribuntur nomina Iudæorum, cùm adeunt Christiani, non scribuntur in terra fidelium nomina, sed in cælo. In terra autem scribuntur abdicati à patre proprio, qui patrem tentant, & contumelias irrogant authori salutis. Cùm interpellant Iudæi, inclinat caput Iesus, [m] & quia non habet vbi reclinet caput suum, iterum erigit quasi dicturus sententiam, & ait: [n] Qui sine peccato est, prior lapidet eam. Et iterum inclinato capite scribebat in terra. Audientes illi, exire cœperunt singuli, incipientes à senio

Ambrof. h Ioan. 8. 3. i Matt. 5. 17. k Ioan. 8. 6. l Iere. 22. 28. *Scribens in terra Iesus coram ducentibus ad ipsū adulteram quid scripserit. Scribuntur in terra qui à Deo abdicati sunt.* m Matt. 8. 20. n Ioan. 8. 7.

senioribus: vel quod ipsi plura haberent crimina qui diu vixerant, vel quia priores vim intellexerunt sententiæ, quasi prudentiores: & cæperunt sua magis peccata deflere, qui alieni criminis venerant accusatores.

46 Irenæus. *Christum ex Ioseph semine ortum non esse.* a Matt. 1. 12. Ierem. 22.

Quoad totam sententiam in his illatam contra Iechoniam & præsertim de finienda sede regni Dauidis in ipso. Celebris est locus iste apud Patres. Et quidem Irenæus lib. 3. aduersùs hæreses cap. 30. ex ipso probans Christum Iesum nō fuisse oriundum ex Ioseph viro Mariæ hæc habet, Ioseph enim Ioachim & Iechoniæ filius ostenditur, quemadmodum & Matthæus [a] generationem eius exponit: Iechonias autem, & qui ab eo omnes abdicati sunt à regno, Ieremiâ dicente sic, *Viuo ego, dicit Dominus, si factus fuerit Iechonias filius Ioachim, Rex Iuda signaculum in manu dextera mea, inde abstraham eum, & tradam eum in manu quærentium animam eius.* Et iterum, *Inhonoratus est Iechonias, quemadmodum vas quod non est opus, quoniam proiectus est in terram, quam non sciebat. Terra audi sermonem Domini, Scribe virum hunc abdicatum hominem, quoniam non augebit de semine eius sedens super thronum Dauid, princeps in Iuda.* Et iterum, Deus ait super Ioachim patre eius, Propter hoc, sic dicit Dominus super Ioachim patrem eius Regem Iudææ. *Non enim erit ex eo sedens super thronum Dauid, & mortificatum eius erit proiectum in æstu diei, & in glacie noctis, & respiciam super eum, & super filios eius, & inferam super eos, & super inhabitantem Ierusalem, super terram Iuda, omnia mala quæ loquutus sum super eos.* Qui ergo eum dicūt ex Ioseph generatum, & in eo habere spem, abdicatos se faciunt à regno, sub maledictione & increpatione decidentes, quæ erga Iechoniam, & in semen eius est. Propter hoc enim dicta sunt hæc de Iechonia, Spiritu præsciente ea quæ à malis doctoribus dicuntur, vti discāt quoniam [b] ex semine eius, id est, ex Ioseph, non erit natus, sed secundùm repromissionem Dei, de ventre Dauid suscitatur Rex æternus, qui recapitulat omnia in se.

Christus ex semine Dauid suscitatus Rex æternus. b Psal. 131. 11.

47 Basil. Magn. *Iechonias quomodo terminus, & extremus Regū soly Dauid inuicem succedentium.* Ierem. 22.

Basilius Magnus epistolâ ad Amphilochium: De Iechonia autem inquit, quem abiectum esse de terra Iuda Propheta Ieremias asserit, dicens: *Deprædatus est Iechonias sicut vas confractum quod opus non est, & quia proiectus est ipse & semen eius, & non exurget vltra de semine eius, qui sedeat super thronum Dauid, princeps Iuda.* Planè euidens ratio est. Exterminatâ enim Ierusalem à Nabuchodonozore, regnum quidem dissolutum est. Nequaquam autem vlterius paternæ successiones regentium, sicut priùs erant. Nam ab initio quidem vsque ad captiuitatem regnabant qui ex genere Dauid fuerunt. Regressi autem, Salathiel & Zorobabel populariter præerant populo, principatu iam in Sacerdotium declinante, propter quod commixtæ erant Sacerdotalis, & Regalis tribus. Vnde & Dominus Rex est, & Sacerdos ad Deum: & non defecit quidem regalis tribus vsque ad Christi aduentum. Non tamen sedit super thronum Dauid de semine Iechoniæ. Thronus enim manifestè dicitur regalis dignitas omnis. Non autem historiam recolis, quia [c] subiecta erat Dauid omnis Iudæa & Idumæa regio, & Moabitarum, & Syriæ, & quæcumque, quæ iuxta vel porrò erant vsque ad Mesopotamiam, & ab alio latere vsque ad flumina Ægypti. Si ergo nemo apparuit postea in tanta dignitate, quomodo non verus Prophetæ sermo est, quia non vltra sedebit super thronum Dauid de semine Iechoniæ? Nullus ergo videtur ex ipso derelictus, qui huius fuerit dignitatis. Non tamen defecit [d] Iuda, vsque dum veniret cui repositum erat, qui nec ipse sedit super corporalem thronum, decedente iam Iudaico regno in filium Antipatri Ascalonitæ Herodem, & eius filios, qui in quatuor principatus sortiti sunt: Iudæam quidem regente Pilato: vniuersam autem principatus Romani potestatem habente Tyberio. Sed thronum dicit Dauid super quem Dominus sedit, regnum quòd auferri non poterit: ipse est [e] enim expectatio Gentium, non paruæ particulæ vniuersi orbis. [f] *Erit* enim, inquit, *in sæculum sæculi semen eius, & thronus eius sicut dies sæculi.* Iste igitur & Sacerdos permansit, & quamuis sceptrum Iudææ non acceperit, & Rex omnis terræ Deus, & benedictio Iacob confirmata est: [g] *Et benedicentur in semine tuo vniuersæ tribus terræ, & omnes gentes beatificabunt Dominum.*

Regia tribus Dauid non defecit vsque ad Christum, etsi defecerint Reges. *Christus quomodo Rex & Sacerdos ex progenitorum semine.* c 2. Reg. 8. 14. d Ge. 49. 10. *Christus quomodo sederit in throno Dauid, qui in Iechonia Rege finiit.* e Iere. 14. 8. Gen. 49. 10. f Psal. 88. 30. g Psal. 71. 17.

48 Ioan. Dam. *Christus dictus cui repositum est, & expectatio Gentium.* h Ge. 49. 10. *Christus sedit super thronū Dauid vt Rex, & expectatio Gentium.* i Iere. 22. 28. k Luc. 2. 26.

Ioannes Damascenus Oratione 2. in Natiuit. B. Mariæ post medium. Superest igitur, ait, vt per hæc verba. [h] *Donec veniat, cui repositum est, & ipse erit expectatio Gentium,* Christum Dei, imò ipsummet Deum ac Dominum intelligamus: quem nobis sanctissima hæc Virgo, Dauidicus surculus, virgineo modo in virgineo vtero peperit. Ex quo enim Iudæorum imperium euanuit, non iam in visibili Dauidis throno Rex alius iuxta carnem sedit, in extremam videlicet calamitatem, ac deiectionem redacto ipsius regno: quemadmodum ab Ieremia prædictum fuerat, ad hunc modum loquente, [i] *Ignominiâ affectus est Iechonias, vt vas quod iam nulli vsui est. Quare proiectus est ipse, & semen eius: & expulsus est in terram quam nesciebat? Terra, terra, audi verbum Domini. Hæc dicit Dominus: Scribe virum hunc abdicatum hominem, quia non exurget ex semine eius vir sedens in throno Dauid, imperans adhuc in Iuda.* Hæc cùm à Propheta dicta sint, quis iam Gentium expectatio intelligi queat, si Christum vnum exceperis, de quo Propheta & senex ille, Deique susceptor Symeon [k] responsum acceperat, non visurum se mortem antequàm eum carnali modo venientem conspexisset?

49 Ambrof. *Iechonia vt reo maximi criminis nomen propriū abstulit Propheta.* l Iere. 22. 28. *Regnum Iudæorum defecisse in Iechonia.*

Cæterùm Ambrosius præ cæteris hunc locum pertractans lib. 3. super caput 3. Lucæ vbi agit de Genealogia Saluatoris, post medium vltimi eius libri capitis, De Iechonia, inquit, de quo satis idoneus auctor est Ieremias maximi reum esse delicti: cui etiam quod habuit, nomen eripuit. Et ideo qui Ioachim in Regnorum libris dicitur, Iechonias ab Ieremia est nominatus, dicente eo: [l] *Abiectus est Iechonias vt vas, non est vsus in eo propter quod proiectus est ipse, & semen eius. Terra, terra audi verbum Domini, Scribe virum istum abdicatum, quia non exurget ex semine eius sedens in throno Dauid princeps adhuc in Iuda.* Eo enim regnante Iudæam Babylonij vastauerunt, neque postea vnquam de semine eius regnum quisquam in Iudæa potuit obtinere. Postea enim populus de captiuitate dimissus, sub Sacerdotibus & Tetrarchis fuit. Vnde etiam vsque ad Christi generationem mansêre Tetrarchæ, ne ipsi quidem, quantùm historia docet, regalis dignitatem generis seruantes.

50 Ambrof. *Christi regnū quod & quale fuerit.*

Et post multa de regno, & prosapia Regis Herodis Ascalonitæ, ibidem Ambrosius. Videamus, ait, qui veri regalisque generis dicimus Christum, & per veros nobilesque Reges actum Domini genus. Sed vbi adulterina regnum affectauit propago, successionem nobilitatis suæ, non poteu

potentiæ, sed generationis ordo seruauit. Tamen ipsum Regem secundùm honorem sæculi non accipimus Christum. Quomodo ergo [a] *ex fructu ventris tui ponam super sedem meam*? Quomodo & Angelus de eo dicit,[b] *quòd dabit illi Dominus Deus sedem Dauid patris sui, & regnabit in domo Iacob in æternum*? Quomodo ergo regnare promittitur, nec ostenditur? Aut quomodo ex semine Iechoniæ nullus regnaturus dicitur per Prophetam? Si enim Christus regnauit, ex semine autem Iechoniæ Christus est, Propheta mentitus est, mentita sunt & oracula. Sed illic futuros ex semine Iechoniæ posteros non negatur, & ideo de semine eius est Christus, & quòd regnauit Christus, non contra prophetiam est. Non enim sæculari honore regnauit, nec in Iechoniæ sedibus sedit, sed regnauit in sede Dauid. Verùm cùm ipse Iechonias Dauid sederit sedem, quemadmodum soluitur quod dictum est, quia Dauid sedem Iechoniæ posteri non sederunt, cùm eadem sedes fuisse videatur amborum? Itaque & nos sedem Dauid fuisse negare non possumus: non eamdem tamen Regis Dauid sedem Christus quam Iechonias sedit: imò nec quisquam alius ex genere Dauid sedem eius potuit sedere quàm Christus: quia nec in aliquo alio [c] semen eius æternum est, sed in Christo, sicut Deus ipse reserauit, dicens: *Semel iuraui in Christo meo, si Dauid mentiar, semen eius in æternum manebit, & sedes eius sicut Sol in conspectu meo.* Quem igitur dicit hîc? Non Salomonem vtique, non Roboam, non Natham, sed illum de quo solo potest dicere:[d] *Ponam in mari manum eius, & in fluminibus dexteram eius. Ipse inuocabit me, Pater meus es tu, & ponam in sæculum sæculi semen eius, & thronum eius sicut dies cæli.* Non vtique hunc thronum Salomon sedit, non Roboam, non Iechonias. Vis scire quis sederit? Is est, de quo dicit Angelus ad Mariam: [e] *Ecce concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur: & dabit illi Dominus Deus sedem Dauid patris sui, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis.* Si Angelo non credis, ipsi saltem Domino crede dicenti: [f] *Tu dicis, quia ego Rex sum.* Numquid ergo & ipse mentitus est, quia regnare se dixit, qui non regnauit in terris? Quomodo Scriptura soluitur, quæ regnare eum dicit, & regnare non astruitur? In abruptum disputationis venimus, hæremus in vado, & quodam veritatis naufragio fluctuamus. Excitemus igitur Christum ipsum, interrogemus, ipse respondeat, interrogemus scripturas; inuenimus quia regnum Domini non est de hoc mundo. Ipse enim dixit: [g] *Regnum meum non est de hoc mundo.* Qui dicit non esse de hoc mundo regnum suum, ostendit esse supra mundum. Ita & erat regnum eius, & non erat: in sæculo, supra sæculum erat. Erat enim regnum aliud veri Dauid, quod solus Christus accepit: & erat semen aliud Dauid, quod in æternum manet, de quo solus generatus est Christus, qui solus verus filius Dauid, cuius etiam solus nomen accepit, iuxta quod scriptum est. [h] *Inueni Dauid seruum meum, oleo sancto meo vnxi eum.* Quod vtique non de Propheta Dauid, sed de Domino dici præmissa declarant. Scriptum est enim: [i] *Posui adiutorium super potentem, & exaltaui electum de populo meo.* Solus enim potens, solus electus est Christus. Sanctorum enim maius in fide quàm in generatione semen est. Et ideo Apostolus: [k] *Si enim qui ex fide sunt, hi filij sunt Abrahæ.*

a Psal. 131. 11.
b Luc. 1. 32.
Christus quomodo & ex semine Iechoniæ, & Rex super throno Dauid.
Christus solus re verâ super sede Dauid Rex in æternum.
c Psal. 88. 36.
d Psal. 88. 26.
e Luc. 1. 31.
f Ioan. 18. 37.
Christi regnū & in sæculo, & supra sæculum.
g Ioā. 18. 36.
h Psal. 88. 21.
i Psal. 88. 20.
k Gal. 3. 7.

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Ζῶ ἐγώ λέγει κύριος.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] εἰ καθάπερ σφενδόνην τὶς συσφίγξει ἐπὶ τῆς χειρὸς περιφέρων, καὶ οὕτως αὐτὸν ἐγὼ ἔχοιμι, οὐδὲ οὕτως προστήσομαι αὐτοῦ, εἰ δὲ Θεὸς οὐ προστήσεται, τὶς αὐτὸν ἐξαιρήσεται;

Θεοδωρήτου.] ἐπειδὴ ἐσεμνύνοντο τῇ τῶν προγόνων εὐγενείᾳ, μὴ ζηλοῦντες αὐτὴν, ἐκβάλλων τοῦ Ἰεχονίου τὸ θράσος, τοῦτο φησίν.

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐὰν οὕτως ὑποκρινόμενος ἀπαρτήσῃ ἑαυτὸν εἰς θεοσέβειαν, καὶ ἀγαθὰς ἐργάσηται πράξεις. τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ἐπὶ τῆς χειρὸς τῆς δεξιᾶς μου. ἐγὼ ὁ θεὸς εἰδὼς, ὅτι πρὸς καιρὸν ὑποκρίνεται, οὐ φείσομαι αὐτοῦ. ἀποσφράγισμα δὲ, δακτύλιον φησί. δακτύλιον δὲ ἐν χειρὶ θεοῦ, πρᾶξις ἀγαθὴ κακῶν ἀμέτοχος. ἢ καὶ οὕτως. ἐὰν εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβῇ φεύγων; ὅπερ ἀμήχανον ἐκεῖθεν αὐτὸν ἐκσπάσας παραδώσω τοῖς πολεμίοις.

Ὠριγένους.] τὸν Ἰωακεὶμ τοῦτον, Ἰεχονίαν Ἱερεμίας καλεῖ. τὸν δὲ τούτου πατέρα, Ἐλιακεὶμ προσαγορευόμενον, Ἰωακεὶμ ἐκάλεσε, Νεχαὼ φαραὼ, ὃν ἀνελὼν ὁ Βαβυλώνιος πρὸ τῆς πύλης ἀπέρριψεν ὡς ὁ παρὼν προφήτης λέγει, καὶ Ἰώσηπος ἐν τῇ δεκάτῃ τῆς ἀρχαιολογίας. τὸ δὲ ἀποσφρα-

Vers. 24. VIuo ego, &c. Si factus fuerit Iechonias, &c.)

Chrysostomi.] *Si veluti palam quis constrinxerit in manu deferens & sic eum ego habebo, neque sic illum defendam, quòd si Deus non defendet, quis illum eruet?*

Theodoriti.] *Quoniam illi progenitorum nobilitate inflabantur non imitantes eam, Iechoniæ audaciam comprimens hæc ait.*

Olympiodori.] *Si ita dissimulans ad pietatem sese componet, & bonis operibus se exerceat, hoc namque est*, in manu dextera mea, *Ego Deus sciens, illum ad tempus dissimulare, non parcam illi: obsignaculum verò annulum vocat: annulus verò in manu Dei, actio bona à malo immunis. Vel sic, si in cælum fugiens ascenderit, quod fieri non potest, inde illum auellens hostibus tradam.*

Origenis.] *Ioachim hunc Iechoniam nuncupat Ieremias; Patrem verò eius nomine Eliacim Ioachim appellauit Nechao Pharao, quem cùm Babylonius interfecisset ante portam proiecit, vt Propheta hîc ait, & libro Antiquitatum Iudaicarum decimo Iosephus asserit. Signaculum verò*

51
Chrysost.
Peccantes abiicit Deus vel aliàs sibi charissimos.
Theodorit.
Nobilitatis ex progenitoribus audacia repressa.
Olympiod.
Fictè bene operantium nullam rationem habet Deus.
Annulus in manu Dei dicta actio nostra bona immunis à malo.
Peccātes impœnitentes quocumque confugerint dat Deus hostibus.
52
Origen.
Ioachim quomodo mortuus.

ἀποσφράγισμα, σφραγὶς, ἐξέδωκαν οἱ λοιποί. σφραγὶς δὲ ἤτοι σφενδόνη ἐν τῇ δεξιᾷ τοῦ θεοῦ γίνεταί πως, ὁ τὸ κατεικόνα διὰ μετανοίας ἀναλαμπρύνων. ἔργα γὰρ ἀγαθὰ νοεῖται τὰ δεξιὰ τοῦ θεοῦ, οὗ τὰ πρόβατα ἵσταται ἐκ δεξιῶν. ἣν δὴ σφραγῖδα τῷ ἀσώτῳ υἱῷ δέδωκεν ὁ πατὴρ ἐπιστρέψαντι. ὅπερ εἰ γέγονεν ἰεχονίας, τύπος τοῖς ὑπηκόοις εὐσεβείας ἐγένετο. ἀλλ' οὐ γέγονε. πλὴν ἔδοξε τῷ προφήτῃ πείθεσθαι φήσαντι. ὁ ἐκπορευόμενος πρὸς χωρῆσαι πρὸς τοὺς χαλδαίους τοὺς συγκεκλεικότας ὑμᾶς, ζήσεται. ἐξῆλθε γὰρ ἐπαγόμενος, καὶ τὴν μητέρα, καὶ τοὺς δυνατοὺς αὐτομολήσας πρὸς τοὺς βαβυλωνίους. εἰ δὲ καὶ τελείαν φησὶν ἐπεδείξατο τὴν μετάνοιαν, ὥστε καὶ σφραγῖδα γενέσθαι τῆς ἐν περιτομῇ δικαιοσύνης κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον, ὡς κατὰ τοῦτο δοκεῖν ἐν δεξιᾷ τοῦ θεοῦ, πάντως ἂν παρεδόθη δίκην ὑφέξων, τῶν πάλαι ἡμαρτημένων, εἰ καὶ μετριωτέραν. ἐν βαβυλῶνι γὰρ σωφρονισθεὶς ἐν εἱρκτῇ καὶ δεσμοῖς, πάλιν εὐιλὰδ μαρωδὰχ μετέστη πρὸς αὐτὸν, ὁμοδίαιτος γενόμενος τῷ βασιλεῖ. καὶ οὕτως ἐν ἀλλοτρίᾳ καταλύσας τὸν βίον.

[Καὶ ἀπορρίψω σε.]

Τοῦ χρυσοστόμου.] λέγουσι δὲ αἱ βασιλεῖαι, ὅτι καὶ τιμῆς ὕστερον ἀπήλαυσε, καὶ ὑψώθη ὕστερον ὁ θρόνος αὐτοῦ, ἴσως βελτίονος γενομένου. ὥστε καὶ ὅταν λέγῃ. οὐ μὴ καθίσῃ ἐπὶ τοῦ θρόνου ἀπὸ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ. εὔδηλον ὅτι τοιοῦτος μένοντος. πέρας γὰρ λαλήσω ἐπὶ βασιλείας καὶ ἐπὶ ἔθνος τοῦ κατασκάψαι. καὶ ἐὰν ἐπιστρέψωσιν, οὐδὲν ποιήσω.

[Ἠτιμώθη ἰεχονίας.]

Τοῦ χρυσοστόμου.] καὶ γὰρ ἦν ἀκάθαρτος. ἀλλὰ καὶ ἄλλως. ἀκάθαρτος γέγονεν εἰς ἀλλοτρίαν ἀπελθὼν γῆν.

[Γῆ γῆ ἄκουσον.]

Τοῦ χρυσοστόμου.] ἐπειδὴ οὐδεὶς οὐκ ἤκουε τῶν ἀνθρώπων, διὰ τοῦτο πρὸς τὴν ἄψυχον διαλέγεται. τί δέ ἐστιν ἐκκήρυκτον; ἄτιμον φησίν. ἀκύλας μὲν ἀναύξητον φησίν. ὁ δὲ σύμμαχος κενὸν, ἀπηλλοτριωμένον.

Ὀλυμπιοδώρου.] τὴν γῆν μαρτύρεται, ἐφ' ἣν τὰς ἀδικίας ἐποιεῖτο.

[Ὅτι οὐ μὴ αὐξ.]

Τοῦ ἁγίου βασιλείου.] τί δὲ τὸ μὴ αὐξηθῆναι ἐκ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ ἐπὶ θρόνου Δαβίδ; ἢ ὅτι διὰ τὴν αἰχμαλωσίαν αἱ πατρικαὶ διαδοχαὶ τῶν ἡγεμόνων ἐπαύσαντο, ἐξ ἧς ἐπανελθόντες οἱ περὶ τὸν ζοροβάβελ, δημοτικώτερον καθηγοῦντο, τῆς ἀρχῆς λοιπὸν εἰς ἱερωσύνην μεταπεσούσης κατὰ τὴν ἀνάμιξιν τῆς ἱερατικῆς φυλῆς καὶ βασιλικῆς. ὅθεν ὁ κύριος βασιλεύς ἐστι καὶ ἀρχιερεὺς τὰ πρὸς τὸν θεὸν ἐὰν διασκοπῶμεν, ὅτι καὶ Δαβὶδ ἦρξεν ἕως αἰγύπτου, καὶ τῆς μέσης τῶν ποταμῶν, εὑρήσεις μηδένα τὸν ἐξ ἰεχονίου ἐπὶ θρόνου καθίσαντα, τοσοῦτον ἔχοντα τὸ ἀξίωμα, οὐ μέντοι ἐξέλιπεν ἡ βασιλικὴ φυλὴ τοῦ ἰούδα, ἕως ἦλθεν ᾧ ἀπόκειται. ὃς οὐδὲ αὐτὸς ἐκάθισεν ἐπὶ τοῦ σωματικοῦ θρόνου,

A *verò cæteri sigillum interpretati sunt. Sigillum verò vel pala in manu Dei fit quodammodo qui Dei imaginem per pœnitentiam pristino restituit nitori, per bona enim opera intelligitur dextera Dei pars,* [a] *qui oues collocat ad dexteram. Quem annulum* [b] *filio prodigo reuertenti dedit Pater. Quod si factus esset Iechonias, vtique subditis pietatis exemplar fuisset. Sed non effectus est. Visum tamen est obedire Prophetæ dicenti;* [c] B Qui egredietur, vt ad Chaldæos transeat qui concluserunt vos, viuet. *Egressus enim est, matrem potentesque vnà secum adducens transfugam ad Babylonios. Quod si perfectam inquit pœnitentiam ostendisset, vt secundùm diuinum Apostolum* [d] *signaculum in circuncisione iustitiæ factus esset, vt in dextera Dei positus secundùm hoc videretur, Sanè traditus fuisset priorum iniquitatum suarum pœnas daturus etsi moderatiores. Nam cùm Babylone in carcere, ac vinculis punitus resipuisset, rursus Euilad Marodach rela-* C *xatus est, factus Regi contubernalis: ex quo in aliena terra diem obiit extremum.*

Signaculum in Dei dextera est qui per bona opera imaginem in se habet Dei.
a Matth. 25. 33.
b Luc. 15. 22.
c Ier. 21. 9.
Pœnis temporalibus peccatores sæpe etiam post cõuersionem à Deo castigãtur, sed cum moderatione.
d Rom. 4. 11.

Vers. 26. *(Et mittam te, & matrem tuam.)*

53

Chrysostomi.] *Narrant libri Regum eum tandẽ & honore auctum, Thronumque eius exaltatum, fortè quòd melior euaserit: ita vt cùm inquit,* Nõ sedebit in throno de semine eius, *clarum sit, id intelligi, si talis esse perseuerarit,* [e] ad finem enim loquar, in regna, & gentem, vt diruam, & si conuersi fuerint, nihil D faciam.

Chrysost. Mina Dei intelligenda ni peccatorũ facta sit emendatio.
e Ier. 18. 7.

Vers. 28. *(Inhonoratus est Iechonias, &c.)*

Chrysostomi.] *Impurus etenim erat: vel & sic alienam petens terram impurus effectus est.*

Vers. 29. *(Terra, terra audi sermonẽ Domini.)*

Vers. 30. *(Scribe virum istum.)*

Chrysostomi.] *Quoniam ex hominibus audiuit nemo: ideo alloquitur inanimata. Quid autem significat* Abdicatum? *inhonoratum ait. Aquila quidem* non crescentem *vertit, At Symmachus,* Vacuum, abalienatum.

Chrysost. Non audientibus hominibus ad inanimata sæpe Deus conuertit orationẽ. Abdicatus homo quid sit.

E Olympiodori.] *Terram inuocat testem, in qua scelera patrabat.*

Olympiod. Terra, in qua peccamus excitatur in testimoniũ contra nos.

Ex vers. 30. *(Quia non crescet de semine eius.)*

54

Sancti Basilij.] *Quid sibi vult illud (* non crescet de semine eius, qui sedeat super thronum Dauid? *) vel quia propter captiuitatẽ paternæ successiones principum desierunt, ex qua* F *reuersus Zorobabel populariter regnabat, principatu ad Sacerdotium delapso ob Sacerdotalis regiæque tribus coniunctionem. Vnde Dominus Rex est, & Princeps Sacerdotum in iis quæ sunt ad Deum. Sed si consideremus, Dauidem quoque regnasse vsque ad Aegyptum, & Mesopotamiam, inuenies nullum è Iechonia sedisse super thronum tanta cum dignitate. Non tamen Regia tribus Iudæ defecit,* donec venit ille cui reseruata erat: *qui nec ipse super* Thro

S. Basilius. Dauid regale imperiũ terrenũ defecit à captiuitate Babylonica. Principatus Iudæorũ post captiuitatem Babylonicam translatus est ad Sacerdotiũ mixtum cum regia tribu Dauid. Regia potestas non defecit à tribu Iuda quousq; non venit Christus.
f Gen. 49. 10.

θρόνε, τῆς Ἰεδαικῆς βασιλείας εἰς ἀλλόφυλον τὸν ἡρώδlω μετὰ πεσέσης. lὼ γὰρ ἀσκαλωνίτης ἀντίπατρος ὁ τέτε πατὴρ. θρόνος οὖν Δαβίδ, ἐφ' ὃν ἐκάθισεν ὁ κύριος, ἡ ἀκαθαίρετος αὐτε βασιλεία, ὅς ἐςι προσδοκία ἐθνῶν.

|| Θεοδωρήτε.] ἴσως δὲ, τὸ ἐ μlὼ καθίσαι ἐκ τε σπέρματος αὐτε. δηλαδὴ τοιέτε μένοντος. πέρας γὰρ λαλήσω ἐπὶ βασιλείαν, καὶ ἐπὶ ἔθνος τε κατασκάψαι. καὶ ἐὰν ἐπιςρέψωσιν ἐ μὴ ποιήσω. πρὸς τὸ μηδὲ εἰρῆσθαι, ἐ μὴ καθίσαι, ἀλλ' ἐ μὴ αὐξηθῇ. ταπεινωθέντες γὰρ καὶ τὸ μέγεθος ἀπώλεσαν τῆς ἀρχῆς. ||

A Thronum corporeum insedit, Iudaico iam regno in externum Herodem delapso; Ascalonita enim Antipater erat eius Pater. Thronus ergo Dauid, super quem sedit Dominus, indeficiens eius regnum, qui est expectatio Gentium.

|| Theodoreti.] *Fortasse verò illud*, Non sedebit ex semine eius, *videlicet si talis perseuerauerit intelligendum est*,[a] ad finem enim loquar in regnum, & gentem vt euertam, & si reuertentur non faciam : *præter* B *quam quod non dictum est* non sedebit, *sed* non crescet. *Depressi enim & imperij magnitudinem amiserunt.*

Theodoret.

a Ier. 18. 7.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ. 22.

CAPVT XXII.

Ὅτι τάδε λέγει κύριος κατὰ τε οἴκε βασιλέως ἰεδα, γαλαάδ, σύ μοι ἀρχὴ τε λιβάνε ἐὰν μὴ θήσω σε εἰς ἔρημον πόλεις μὴ κατοικισθησομένας.] τlὼ Γαλαάδ νῦν λέγει τlὼ Ἱερεσαλὴμ, ἵνα τὸ φαιδρὸν αὐτῆς παραςήσῃ. ἐπειδὴ ἐπίδοξος καὶ ἡ Γαλαάδ. ἀσαφῶς δὲ κεῖται τὸ νόημα. παραδείγματι δὲ ἐβελήθη τὰ περὶ αὐτῆς εἰπεῖν. τοῦτο ἐν βέλεται σημαίνειν, ὅτι ὥσπερ ἡ Γαλαάδ ἀρχή ἐςι τε λιβάνε. ἐπίδοξος γὰρ αὕτη παρὰ πάσας τὰς παρὰ τὸν λίβανον πόλεις κειμένας. ἔτω καὶ σὺ τῶν λοιπῶν πόλεων ἀρχῆς. ἀλλ' ὅμως φησὶν ἐπειδὴ ἀγνώμων ἐγένε περὶ ἐμὲ, τlὼ ψῆφον ἐκφέρω κατὰ σε.

Vers. 6. Quia hæc dicit Dominus super domum Iuda. Galaad tu mihi principium Libani; si non posuero te in solitudinem, vrbes non habitandas. Galaad nunc vocat Ierusalem, vt nobis illius subindicet nobi- C litatis insigne, cùm & Galaad celebritate famæ nota sit : obscurus est sensus: voluit autem quod dicitur, exemplo asserere. Idque illud est. Quemadmodum Galaad caput est Libani, gloriæ enim famâ superat omnes, quæ circa Libanum sunt Ciuitates : sic & tu cæterarum vrbium princeps es. Sed tamen inquit, cùm erga me ingrata extiteris, contra te sententiam fero.

Chrysost. Vers. 6.

Galaad nomine significata Ierusalem.

Μὴ κλαίετε τὸν τεθνηκότα, μηδὲ θρηνεῖτε αὐτόν. κλαύσατε κλαυθμῷ τὸν ἐκπορευόμενον, ὅτι οὐκ ἐπιςρέψει ἔτι, ἐδὲ ὄψεται τlὼ γlὼ πατρίδος αὐτε.] χαλεπὸν ὑπέςη τὸν θάνατον ὁ Ἰωακεὶμ ὁ τε Ἰεχονίε πατὴρ. ἁλὲς γὰρ ὑπὸ τε Βαβυλωνίε, πρῶτον μὲν ἐδέθη πέδαις χαλκαῖς, εἶτα ἀποσφαγὲς, ἐῤῥίφη πρὸ τῶν τειχῶν, ἐδὲ ταφῆς ἀξιωθεὶς ὑπὸ τε βαρβάρε. καὶ μετὰ ταῦτα μετὰ τὸ τῆς πόλεως ἀποςῆναι τὸν Βαβυλώνιον. συναγαγόντες αὐτε τὰ λείψανα, κατέθεντο ἐπὶ τῷ τόπῳ τε θανάτε. ὁ τοίνυν θεὸς διὰ τε προφήτε προλέγει χείρονα πείσεσθαι τὸν ζῶν τὰ διὰ τlὼ παρανομίαν. τὸ ἐν μὴ κλαίετε τὸν τεθνηκότα, μηδὲ θρηνεῖτε αὐτὸν, περὶ τε Ἰωακεὶμ λέγει. τὸ δὲ κλαύσατε κλαυθμῷ τὸν ἐκπορευόμενον, ὅτι οὐκ ἐπιςρέψει ἔτι, περὶ τε Ἰεχονίε λέγει. τρίμηνον γὰρ αὐτὸν βασιλεύσαντα μετῴκισεν εἰς τlὼ ἑαυτε γῆν ὁ Ναβεχοδονόσορ.

D Vers. 10. *Nolite flere mortuum, neque lamentemini eum : plorate ploratione eum, qui egreditur, quia non reuertetur vltra, nec videbit terram patriæ suæ.* Duram obiit mortem. Ioachim Iechoniæ pater; captus enim à Babylonio, primùm quidem catenis æneis vinctus est, deinde occisus ante muros eiectus est, neque sepulturâ à barbaro dignatus. Tandem postquam recessit ab Vrbe Babylonius, collectis illius reliquiis, eas in monumento deposuerunt. Deus itaque per E Prophetam prædicit, acerbiora perpessurum viuentem propter iniquitatem: Illud igitur, *Nolite flere mortuum, neque lamentemini eum*: de Ioachim intelligendum : & illud, *Plorate ploratione eum, qui egreditur, quia non reuertetur vltra*, de Iechonia : nam cùm regnasset tribus mensibus, à Nabuchodonosore abductus fuit in Babylonem.

Διότι τάδε λέγει κύριος ἐπὶ σελλὴμ ὑὸν Ἰωσίε τε βασιλέως ἰεδα, τὸν βασιλεύοντα, ἀντὶ ἰωσίε τε πατρὸς αὐτε.] σελλὴμ λέγει τὸν ἰεχονίαν. ἔτω γὰρ αὐτὸν ἐκάλεν. ἑρμηνεύεται δὲ εἰρηνικός. ἐπειδὴ γὰρ τὸν Ἰωακεὶμ τὸν τέτε πατέρα καταςάντα ὑπὸ τε αἰγυπτίε αἰχμάλωτον εἷλεν ὁ Βαβυλώνιος, καὶ ἐβασίλευσεν Ἰεχονίας, εἰρηνικὸν

Vers. 11. *Quia hæc dicit Dominus ad Sellem filium Iosiæ regnantem pro Iosia Patre eius.* Sellem nominat Iechoniam : hoc enim ipsum nomine nuncupabant. Interpretatur verò Pacificus. Quando enim Ioachim patrem eius, ab Ægyptio constitutum in Regem, Babylonius captiuum duxit Iechoniâ substituto in regnum

νικὸν αὐτὸν ὀνομάζει, ὡσανεὶ τῆς γῆς οὐκ ἔτι πορθησομένης ὑπὸ τοῦ Βαβυλωνίου, ἀλλὰ ὑπὸ σπονδὰς οὔσης, καὶ οὐχ αἱρουμένου, ὡς οἰκεῖον αἰχμάλωτον αὐτὸν λαβεῖν.

Οὐκ ἀναστρέψει εἰς αὐτὸν, οὐκ ἔτι, ἐν τῷ τόπῳ οὗ μετῴκισεν αὐτὸν, ἐκεῖ ἀποθανεῖται, καὶ τὴν γῆν ταύτην οὐκ ὄψεται ἔτι.] ὑπέλαβον γὰρ αὐτὸν αὖθις ὑποστρέψειν ὑποσχόμενον, φόρους τελέσειν, καθάπερ καὶ ὁ Μανασσῆς ὑπέστρεψεν. οὐ τοίνυν ταῦτα ἐλπίζειν αὐτοὺς παρεκελεύετο. ὥστε δῆλον ὅτι ἐν τῇ πόλει ληφθέντος αὐτοῦ αἰχμαλώτου. ταῦτα ἔφη ὁ Ιερεμίας. εἶχε δὲ ἀρχὴν ὁ Σεδεκίας τῆς βασιλείας. αὐτὸν γὰρ κατέστησε κρατεῖν τὸν τόπον ὁ Ναβουχοδονόσορ συνῆψεν. οὖν τὰ ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦ Σεδεκίου λεχθέντα, τῇ ἀποκρίσει τῇ γινομένῃ πρὸς τοὺς ἀγγέλους τοὺς ἀποσταλέντας ὑπ᾽ αὐτοῦ πρὸς τὸν προφήτην.

* Ὡς ὁ οἰκοδομῶν τὸν οἶκον αὐτοῦ οὐ μετὰ δικαιοσύνης. καὶ τὰ ἑξῆς.] περὶ τοῦ Σεδεκίου λέγει, μεμφόμενος αὐτῷ, ὡς περιττὴν τῶν οἴκων εὐπρέπειαν ἔχοντι. καὶ ἐγκαλῶν ὡς ἀδικοῦσι τοὺς ὑπηρετουμένους, καὶ καμνόντας.

Μὴ βασιλεύσῃς, ὅτι ἁμιλλᾶσαι περὶ τὴν κέδρον;] τουτέστι μὴ γὰρ ἐπιμενεῖς τῇ βασιλείᾳ, καὶ ἄγον εἰς ὕψος ἐγείρεις τὰς οἰκοδομάς;

Ὁ πατήρ σου μὴ οὐχὶ ἔφαγε, καὶ ἔπιε, καὶ ἐποίησε κρίμα, καὶ δικαιοσύνην, τότε ἀγαθὸν ἦν αὐτῷ.] ὁ πατήρ σου, τουτέστιν, ὁ Δαβὶδ ἐκεῖνος, οὐ περὶ ἀδικίαν ἔχων, καὶ οἴκων ἐπιμέλειαν, εὐδοκίμησεν, ἀλλὰ περὶ τὴν τοῦ θεοῦ θεραπείαν ἀσχολούμενος.

Διὰ τοῦτο τάδε λέγει κύριος ἐπὶ Ιωακεὶμ υἱὸν Ιωσίου βασιλέως Ἰούδα. οὐ μὴ κόψωνται οἴμοι κύριε καὶ οἴμοι ἀδελφοί. καὶ τὰ ἑξῆς.] τινὲς μὲν ἔφασαν ἀπότμημα εἶναι τοῦτο τῶν ἔμπροσθεν. οἶμαι δὲ κεῖσθαι ἀκολούθως. τὴν δὲ ἔννοιαν ταύτην εἶναι ἡγοῦμαι. ἐμνημόνευσε τῶν κατὰ τὸν Ιωακεὶμ, ὧν προεῖπεν, ὡς ἂν πείσῃ αὐτοὺς ἀληθῆ εἶναι παρ᾽ αὐτοῦ λεγόμενα.

* Ἀνάβηθι ἐπὶ τὸν Λίβανον, καὶ κράξον, καὶ εἰς τὴν Βασὰν δὸς τὴν φωνήν σου. καὶ βόησον εἰς τὸ πέραν τῆς θαλάσσης, ὅτι συνετρίβησαν πάντες οἱ ἐρασταί σου.] τουτέστι, ταῦτα λέγων οὐκ ἠκουόμην.

Ἐλάλησα ἐν τῇ παραπτώσει σου, καὶ εἶπας, οὐκ ἀκούσομαι.] τουτέστιν, ἐφεστώτων κακῶν, ἐκήρυξα, καὶ ἀπείπαντο τῶν λόγων τὴν παραίνεσιν.

* Ζῶ ἐγὼ λέγει κύριος, ἐὰν γινόμενος γένηται Ιεχονίας υἱὸς Ιωακεὶμ βασιλέως Ἰούδα ἀποσφράγισμα ἐπὶ τῆς χειρός μου τῆς δεξιᾶς. ὅτι ἐκεῖθεν ἐκσπάσω σε, καὶ παραδώσω σε εἰς χεῖρας τῶν ζητούντων τὴν ψυχήν σου.] καὶ ταῦτα κατὰ τὸν ὅμοιον

regnum, Pacificum ipsum vocat, quod terram non vltra Babylonius esset depopulaturus, tributa persoluentem: sicque eum, quòd tamquam proprium haberet mancipium, capere negligeret.

Vers. 12. *Non reuertetur ad eum amplius: sed in loco, quo transtulit eum, ibi morietur: & terram hanc non videbit amplius.* Arbitrabantur namque, eum denuò reuersurum, sponsione factâ pendêdi tributa, quemadmodum & Manasses fuerat reuersus. Hortatur igitur eos, ne hæc sperent. Ita vt manifestum sit, Ieremiam hæc in vrbe dixisse, eo iam in captiuitatem abducto: erat autem principium regni Sedeciæ, quem regioni præfecerat Nabuchodonosor. Coniunxit itaque ea quæ in principio regni Sedeciæ dixerat, cum responsione factâ ad nuncios, missos ab eo ad Prophetam.

* Vers. 13. *Sicut qui ædificat domum suam non cum iustitia*; & quæ sequuntur. De Sedecia sermonem habet, eum redarguens, quòd nimius esset in domibus ornandis, & accusans quòd malè & iniquè haberet ministros, & laborantes.

Chrysost. Vers. 13.

Vers. 15. *Numquid regnabis, quia tu contendis cum Cedro?* Id est. Numquid permanebis in regno, & in altum extolles ædificia. *Pater tuus nunquid non comedit, & bibit, & fecit iudicium, & iustitiam. Tunc bene erat ei?* Pater tuus, Dauid nempe ille, non ex iniustitia, & exornandarum domorum nimiâ sollicitudine splendorem assecutus est, sed ex eo, quòd Dei cultui sedulam dedit operam.

Gloriosum nomen Principibus est potissimum ex sedulo Dei cultu.

Vers. 18. *Propterea hæc dicit Dominus ad Ioachim Iosiæ filium Regis Iuda. Non plangent, heu mihi Domine, & heu mihi fratres,* & quæ sequuntur. Quidam dixerunt, hoc à præcedentibus esse distinctum, ego verò existimo continuari sententiam, sensumque hunc esse. Recensuit quæ contigêre tempore Ioachim, prout ipsemet prænunciarat, vt persuaderet illis, vera esse quæ ab ipsomet dicebantur.

Chrysost. Vers. 18.

* Vers. 20. *Ascende in Libanum, & clama, & in Basan da vocem tuam, & clama trans mare, quia contriti sunt omnes amatores tui.* Hoc est, cùm ista dicerem, non audiebar.

Chrysost. Vers. 20.

Vers. 21. *Loquutus sum in ruina tua, & dixisti, non audiam.* Hoc est, imminentibus malis vociferatus sum, & sermonum adhortationem respuerunt.

* Vers. 24. *Viuo ego dicit Dominus, Si factus fuerit Iechonias filius Ioachim Regis Iuda sigillum super manum meam dexteram, quia inde euellam te.*

Chrysost. Vers. 24.

Vers. 25. *Et tradam te in manus quærentium animam tuam.* Et hæc dicta esse pari ratione

ὅμοιον τρόπον εἰρῆσθαι νομίζω, ὅτι καὶ περὶ τοῦ ἰεχωνίου φησὶν ἔφασκον. καὶ ἐπειδὴ ἐνόμιζον εἶναι ἐν ἀσφαλείᾳ. τοῦτο μὲν, ὡς ἀπὸ τοῦ Βαβυλωνίου καταστάς. τοῦτο δὲ, ὡς ἐν τῷ ναῷ, καὶ τῇ ἱερουσαλὴμ τυγχάνων μηδὲν πείσεσθαι, προειπὼν αὐτῷ μὴ θαῤῥεῖν ἐπὶ τούτοις, καὶ τὸ ἔργον ἐξέβη. τὸ οὖν ἐπὶ τῆς χειρός μου τῆς δεξιᾶς, ἵνα εἴπῃ ἐν τῷ ναῷ, ἔνθα βοηθεῖν εἴωθα τοῖς ἐκεῖ οὖσιν.] τὸ σῶμα, τὸ ἐξουδενομένον, καὶ ἐκτετιναγμένον. ὁ ἀνὴρ αὐτὸς, τουτέστιν, ὁ ἰεχονίας. σῶμα δὲ ἐξουδενωμένον διὰ τὴν βλασφημίαν. ἐκτετιναγμένον δὲ, ὡς ἀπωσμένου; ἠτιμώθη ἰεχονίας, ὡς σκεῦος, οὗ οὐκ ἔστιν αὐτοῦ χρεία.] αἰχμάλωτος γὰρ ληφθεὶς ἐν ἀτιμίᾳ γέγονε τῆς βασιλείας ἐκπεσών.

Γῆ, γῆ, ἄκουε λόγον κυρίου. τάδε λέγει κύριος. γράψον σὺ τὸν ἄνθρωπον τοῦτον, ἐκκήρυκτον ἄνθρωπον ἀνευόδωτον ἄνθρωπον, ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ.] τουτέστι, τοῖς παροῦσι μαρτύρομαι, ὡς ἀλλότριον ἑαυτοῦ ὁ θεὸς τοῦτον ἐποιήσατο. καὶ σημειώσασθε τὸν λόγον τοῦτον. τοῦτο γὰρ βούλεται τὸ γράψον. τῷ γὰρ πλήθει γράψαι παρῄνεσεν. τὸ δὲ ἀνευόδωτον, σαφῶς ἡρμήνευσεν ἐπάγων. Ὅτι οὐ μὴ αὐξηθῇ ἐκ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ ἀνὴρ καθήμενος ἐπὶ τοῦ θρόνου Δαβίδ.] ἀντὶ γὰρ τούτου, οὐχ ὁ υἱὸς ἐβασίλευσεν, ἀλλ᾽ ὁ θεῖος ὁ τοῦ ἰωακεὶμ ἀδελφός.

A existimo. Quoniam & de Iechonia ait, dicebant, & quando se securos esse opinabantur: illud quidem, quòd is à Babylonio Rex constitutus fuisset: Hoc verò, quòd esset in templo, & Ierusalem, adeoque nihil esset passurus: prædixit, ne his fideret: quod & re ipsâ euenit. Itaque, *Super manum meam dexterã:* quasi diceret in tẽplo, in quo opem ferre ibi manentibus consueui. *Os abiectum, & concussum homo ipse*, Iechonias videlicet. *Os abiectum*, propter blasphemiam, *concussum*, vti proiectus.

Templum dictũ manus Dei.

B Vers. 28. *Inhonoratus est Iechonias, quasi vas, cuius non est vtilitas eius.* Nam captiuus ductus opprobrio habitus est, regno amisso.

Vers. 29. *Terra terra audi sermonem Domini: Hæc dicit Dominus: Scribe tu virum istum abdicatum: hominem, qui non prosperabitur in diebus suis.* Id est, præsentibus testificor, Deum à se expulisse hunc hominẽ, & notate verbum hoc, etenim illud *Scribe* hoc significat, nam C vt multitudini scriberet adhortatus est, illud item, *qui non prosperabitur*, perspicuè explicauit, subdens, *Quia non crescet de semine eius vir, qui sedeat super Thronum Dauid*: nam loco illius non regnauit filius, sed patruus frater Ioachin.

Caput Vigesimum tertium à vers. 1. vsque ad 5. Sectio Prima.

TEXTVS VVLGATÆ.

1 VÆ pastoribus, qui disperdunt & dilacerant gregem pascuæ meæ, dicit Dominus.

2 Ideo hæc dicit Dominus Deus Israel ad pastores, qui pascunt populum meum: Vos dispersistis gregem meum, & eiecistis eos, & non visitastis eos: ecce ego visitabo super vos malitiam studiorum vestrorum, ait Dominus.

3 Et ego congregabo reliquias gregis mei de omnibus terris, ad quas eiecero eos illuc: & conuertam eos ad rura sua: & crescent & multiplicabuntur.

4 Et suscitabo super eos pastores, & pascent eos: non formidabunt vltra, & non pauebunt: & nullus quæretur ex numero, dicit Dominus.

TEXTVS SEPTVAGINTA.

1 *O Pastores, qui disperditis, & dissipatis oues pascua eorum.*

2 *Ideo hæc dicit Dominus super pascentes populum meum: Vos dispersistis oues meas, & expulistis eas, & non visitastis eas: Ecce ego vlciscar super vos iuxta pessimas adinuentiones vestras.*

3 *Et ego suscipiam residuos populi mei super omnem terram, quò expuli eos illuc: & constituam illos in pascua ipsorum: & crescent & multiplicabuntur.*

4 *Et suscitabo eis pastores, qui pascent eos: & non formidabunt vltra, neque pauebunt, dicit Dominus.*

PARAPHRASIS CHALDAICA.

1 *VÆ gubernatoribus qui disperdunt, & dispergunt populum super quem inuocatum est nomen meum, dicit Dominus.*

2 *Propterea hæc dicit Dominus Deus Israel de gubernatoribus qui gubernant populum meum: Vos dispersistis oues meas, & vagari eas fecistis, & non quæsistis eas. Ecce ego visitabo super vos malitiam operum vestrorum, dicit Dominus.*

3 *Et ego congregabo reliquias populi mei ex omnibus prouinciis ad quas transmigrare eos feci, & reducam eos ad loca sua, & crescent & multiplicabuntur.*

4 *Et constituam super eos gubernatores, & guber-* E *nabunt eos, & non timebunt vltrà, nec conterentur, nec commouebuntur, dicit Dominus.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impreßis.

HIeronymus. (*Væ pastoribus qui disperdunt & lacerant gregem pascuæ.*) Ad pastores, siue de pastoribus propheticus sermo est. Et quia de Iechonia penultimo Rege Iudææ, qui fuit de stirpe Dauid legimus scriptum; *Terra, terra, terra, audi sermonem Domini: scribe virum istum abdicatum, siue sterilem, & non erit de semine eius vir, qui sedeat super solium Dauid,* omnis

1 Hieronym.

Apostoli pastores Ecclesiasticũ gregem pascentes sine metu.

omnisque spes regni Iudaici fuerat amputata, transit ad principes Ecclesiæ, & Synagoga cum suis pastoribus derelicta, atque damnata, ad Apostolos sermo fit, de quibus dicitur: *Et suscitabo super eos Pastores, & pascent eos: non formidabunt vltra: & non pauebunt, & nullus quæretur ex numero, dicit Dominus.* Apostoli enim cõfidenter, & absque vllo timore pascent Ecclesiasticum gregem, & reliquiæ populi Israel saluabũtur de omnibus terris, *& conuertentur ad rura, siue ad pascua sua, & crescent, & multiplicabuntur.* Super malos autem Pastores, Scribas, & Pharisæos, visitabit Dominus propter malitiam studiorum ipsorum. Possumus autem hoc iuxta tropologiam, & de Ecclesiæ principibus intelligere, qui tamen non dignè regũt oues Domini: quòd illis abiectis, atque damnatis, saluetur populus, aliis traditus qui digni extiterint, & reliquiæ saluæ fiant. Perdunt oues Pastores, qui docent hæresim. Lacerant, & dissipant, qui schismata faciunt. Eiiciunt eas, qui contra iustitiam de Ecclesia separant. Non visitant, qui pœnitentibus contrahunt manum. Quorum omnium miserebitur Dominus, reddens eis pristina pascua, & malos pastores auferens.

In Prælatos tyrannos: iis sublatis bonos in eorũ locum à Deo dãdos.

Prælatorum improborum quatuor quæ gregi inferũt damna.

2 Theodorit. Reges improbi dicti pastores dispergentes oues. E captiuitate Babylonica reductio prædicta. Pastores prænunciati futuri post restitutionem è captiuitate Babylonica nõ tam Zorobabel, & Iesus filius Iosedech, quàm Apostoli.

Theodoritus. Accusat pastores, Reges, scil. vt auctores dispersionis ouium. Et hic quidem comminatur interitum, ouibus autem reuocationem, *Suscipiam enim, ait, reliquos populi, ex omni terra, in quam expuleram eos, in pascuis suis: & crescent, atque multiplicabuntur.* Pollicetur etiam maiora bona. *Et suscitabo eis pastores, qui pascent illos. Et non formidabunt vltrà, neque obstupescent, nec illis quicquam deficiet, dicit Dominus.* Ista quidem temporibus Zorobabelis & Iesu filij Iosedec, typicè euenerunt: non tamen tota prophetia. Multi enim insurrexerunt in eos, non modò vicini, sed etiam Macedones posteriùs, & tandem Romani. Verùm prædictio sufficientem gratiam pollicetur. Quocirca certum est, illa quidem temporibus eorum contigisse: hæc verò temporibus sacrorum Apostolorum. Hi enim soli donum Spiritus Sancti habuerunt.

3 D. Thomas. Prælati mali quibus rationibus obsint subditis.

D. Thomas. Hic ponitur comminatio contra præeminentes in populo ex auctoritate regiminis. Et primò arguit culpam, secundò comminatur pœnam ibi, (*Ecce ego*, &c.) Circa primum duo. Primò ponitur populi dispersio (*dispergunt*) expellendo de terra sua (*dilacerant*) occidendo, vel spoliando: vel propter tyrãnidem, quam in eos exercebant: vel quia fuerunt occasio: vt populus hoc ab hostibus pateretur: dum in peccatis viuentes populum à peccatis non retrahebant, infra 50. [a] *Grex perditus factus est populus meus, pastores eorum seduxerunt eos: feceruntque vagari in montibus:* secundò ponitur pastorum increpatio, (*ideo hæc dicit Dominus: eiecistis*) occasionaliter: vel propter tyrannidem Ezech. 34. [b] *Cornibus vestris ventilabatis omnia infirma pecora donec dispergerentur foras.*

a Iere. 50. 6.

b Ezech. 34. 21.

4

(*Ecce ego visitabo.*) Hic comminatur pœnam, & primò ponitur contra pastores comminatio. (*Visitat*) supra 21. [c] *Visitabo super vos iuxta fructum studiorum vestrorum:* secundò ponitur consolatio dispersi gregis (*ego congregabo*) vbi primò ponit congregationem. Ezech. 34. [d] *Educam eas de populis: & congregabo eas de terris*, &c. Et status prosperitatem, (*& crescere.*) Gen. 1. [e] *Crescite & multiplicamini & replete terram.* Secundò promittit eis Prælatorum emendationem. Et primò promittit eis sollicitos principes, ponens pastorum sollicitudinem. (*Et suscitabo:*) quando iam in nihilum decideratis (*pastores.*) Esdram, & alios secundum quosdam. Sed meliùs Apostolos, supra 3. [f] *Dabo vobis pastores iuxta cor meum: & pascent vos scientiâ & doctrinâ.* Et sollicitudinis vtilitatem scilicet securitatem (*non formidabunt*) quantùm ad signa timoris exteriùs, (*& non pauebunt*) interiùs (*& nullus quæretur ex numero,*) quasi dicat, nullus de numero Ecclesiæ timebit: vel deficiet ex negligentia Apostolorum. Vel refertur ad numerum prædestinatorum Ioan. 17. [g] *Nemo ex iis periit, nisi filius perditionis.* Ista tamen securitas non perficitur in vita ista: sed perficitur, quoniam [h] *perfecta charitas foras mittit timorem.* 1. Ioan. 4. Consummabitur autem in futuro.

c Iere. 21. 14.

d Ezech. 34. 13.

e Gen. 1. 22.

Prælatorum bonorũ exhibitio maximũ Dei donum Ecclesiæ.

f Iere. 3. 15.

Prælatis maximè necessaria solicitudo.

g Ioan. 17.

h 1. Ioan. 4. 18.

5 Greg. Naz.

Comminationem factam in primo versiculo contra pastores refert Gregorius Nazianzenus in Præsules Eccles. Oratione Apologeticâ fugæ suæ circa medium, citatque locum istum vnà cum aliis Ieremiæ de pastoribus.

Isidor.

In Prælatos excõmunicãtes absque alia animarũ cura.

Isidorus lib. de summo bono cap. 46. relatus in Concilio Aquisgranensi, sub Ludouico Pio cap. 3. Nonnulli Præsules gregis quosdam pro peccato à communione eiiciunt, vt pœniteant: sed quali sorte viuere debeant ad melius exhortando non visitant. Quibus congruè increpans sermo diuinus comminatur: [i] *Pastores, qui pascunt populum meum, vos dispersistis gregem meum: eiecistis & non visitastis eum. Ecce ego visitabo super vos malitiam studiorum vestrorum.* Bonorum studia Sacerdotum multa diligentia etiam parua plebium facta perquirunt, vt dum in minimis subditorum peccatis se acerrimos præstant, maiori malo cautos sibi subditos, ac sollicitos faciant. Sicut medici morbos imminentes curandos suscipiunt, futuros verò, ne irrepant, medicinæ obiectu quadam præscientiâ antecedunt: ita & doctores boni sic ea, quæ malè acta sunt resecant, vt ea, quæ admitti possunt, ne perpetrentur, doctrinâ suâ succurrente præueniant.

i Iere. 23. 2.

Prælati boni indulgeant & minimis subditorum prospicere.

CATENA GRÆCA VETERUM PATRUM GRÆCORUM.

Ω Ποιμένες.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] καὶ ὁ Ἰεζεκιὴλ πολλὰ κατ' αὐτῶν φησί. καὶ αὐτὸς ὁ Ἱερεμίας καὶ ὅρα χαλεπωτέραν κατ' αὐτῶν τὴν τιμωρίαν. οὗτοι γὰρ ἀπόλλυνται ἐπ' ἀλλοτρίας. τοῖς δὲ ἀπατηθεῖσιν ἐπαγγέλλεται μετὰ ταῦτα, ἄνοδον, καὶ κακῶν ἀλλαγὴν, καὶ ἄρχοντας καθαρούς. ἰδὲ πανταχοῦ τὸ δίκαιον.

6

Vers. 1. O Pastores, qui disperdistis, & dissipatis, oues, &c.)

Chrysostomi.] *Et Ezechiel multa in eos effatur, ipseq́. Ieremias, & vide in eos pœnas acerbiores; hi enim in terra aliena pereunt, iis verò qui decepti sunt post hæc promittit regressum, malorumque liberationem & principes bonos considera vbicumque præsentem iustitiam.*

Chrysost. Æquitas Dei in malos Doctores, & in eos qui ab iis seducti sint.

Ἀπολιναρίου.] τοὺς ἄρχοντας αἰτιᾶται τῆς τῶν λαῶν ἀπωλείας, καὶ σκορπισμοῦ, καὶ ἀπωσμοῦ. ῥαθυμίας δὲ τὸ μὴ ἐπισκέπτεσθαι, ἀφ᾽ οὗ καὶ ἐπισκόπους ἐκάλεσαν.

[Καὶ ἐξώσατε.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐκ τῆς θεοσεβοῦς πολιτείας.

[Καὶ καταστήσω.]

Ὀλυμπιοδώρου.] εἰς τὸ πάλιν τὰ θεῖα δρέπεσθαι δόγματα.

[Καὶ ἀναστήσω.]

Τοῦ αὐτοῦ.] τοὺς τῶν ἐκκλησιῶν προέδρους.

[Οὐ δὲ πτοηθήσονται.]

Ὀλυμπιοδώρου.] Ἰουδαῖοι οὐδὲν ἔχουσι πρὸς τοῦτο λέγειν. μετὰ γὰρ τὴν ἐκ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον τελείως τῆς γῆς μετανάσται γεγόνασιν. || ἀμφίβολος οὖν αὕτη ἡ προφητεία περὶ χριστοῦ.

|| ἀναμφίβολος.

A

Apolynarij.] *Populorum ruina, dissipationis: ac reiectionis causam in ipsos reiicit principes, desidiæ verò est, visitandi munus non exercere, vnde nomen traxêre Episcopi.*

Apolinarius. Principū desidia malorū omniū populi est causa. Episcopi nomen vnde.

Verſ. 2. (*Vos expulistis eas, &c.*)

Olympiodori.] *Ex ea vita ratione, quâ Deus colitur.*

Olympiod. Pastores praui negligētiâ suâ expellunt oues suas à recto Dei cultu.

Verſ. 3. (*Et constituam illos in pascua.*)

Olympiodori.] *Vt iterum diuina decerpant dogmata.*

Olympiod. In Deceptos à prauis doctoribus à misericordia Dei.

B

Verſ. 4. (*Et suscitabo super eos pastores.*)

Olympiodori.] *Ecclesiarum Præsides.*

Olympiod. Prælati pastorum nomine vocati.

(*Et non formidabunt vltra.*)

Olympiodori.] *Nihil ad hæc respondere possunt Iudæi. Nam post regressum è Babylone omnino terrâ pulsi sunt. Certissimè igitur hoc vaticinium de Christo intelligi debet.*

Olympiod. Christo pastore sine vllo metu illius erunt oues.

Capitis 23. à verſ. 5. vſque ad 9. Sectio Secunda.

TEXTVS VVLGATÆ.

5 Ecce dies veniunt, dicit Dominus: & suscitabo Dauid germen iustum: & regnabit Rex, & sapiens erit: & faciet iudicium & iustitiam in terra.

C

6 In diebus illis saluabitur Iuda, & Israel habitabit confidenter: & hoc est nomen, quod vocabunt eum, Dominus iustus noster.

7 Propter hoc ecce dies veniunt, dicit Dominus, & non dicent vltra: Viuit Dominus, qui eduxit filios Israel de terra Ægypti.

8 Sed viuit Dominus, qui eduxit & adduxit semen domus Israel de terra Aquilonis, & de cunctis terris, ad quas eieceram eos illuc: & habitabunt in terra sua.

TEXTVS SEPTVAGINTA.

5 Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & suscitabo ipsi Dauid Orientem iustum: & regnabit Rex, & intelliget, & faciet iudicium, & iustitiam super terram.

6 In diebus eius: & saluabitur Iudas: & Israel habitabit confidenter. Et hoc est nomen eius, quod vocabit eum Dominus, Iosedec.

7 Idcirco ecce dies veniunt dicit Dominus, & non dicent vltra, viuit Dominus, qui eduxit domum Israel de terra Ægypti.

8 Sed viuit Dominus, qui congregauit omne semen Israel à terra Aquilonis, & ab omnibus regionibus quò expulerat eos illuc, & restituit eos in terram ipsorum.

PARAPHRASIS CHALDAICA.

5 Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & suscitabo Dauid Messiam iustum, & regnabit Rex, & prosperabitur, & faciet iudicium verum, & iustitiam in terra.

6 In diebus eius saluabuntur viri domus Iuda, & Israel habitabit confidenter; & hoc est nomen eius quo vocabunt eum: Fient nobis iustitiæ à facie Domini in diebus eius.

7 Propterea ecce dies veniunt, dicit Dominus, & non erunt narrantes vltra potentiam Domini qui ascendere fecit filios Israel de terra Ægypti.

8 Sed erunt narrantes potentiam Domini qui ascendere fecit & adduxit semen domus Israel de terra Aquilonis, & de cunctis prouinciis, ad quas transmigrare eos feci, & habitabunt in terra sua.

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

7 Hieronym.

Pastoris pastorū Christi insigne Vaticinium. Christi vt pastoris nomina ab effectibus.

Hieronymus. (*Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & suscitabo,*) Abiectis pastoribus Synagogæ, Scribis videlicet & Pharisæis, & saluatis reliquiis ex Israel, Apostolisque Euangelij in locum priorum principum constitutis: inducitur Pastor Pastorum, & Princeps Principum, & Rex regum, & Dominus dominantium, Christus videlicet Saluator noster: qui propriè est

D

germen iustum, siue oriens iustus, de quo legimus:[a] *Orietur in diebus eius iustitia.* Et in alio loco:[b] *Ecce vir oriens nomen eius: & subter eum orietur, & ædificabit templum Domino:* vt quomodo in Isaia [c] Emmanuel appellatur, hoc est, nobiscum Deus, sic in Ieremia nomen accipiat iustitia nostra. Vnde & Apostolus loquitur:[d] *Qui factus est sapientia nobis à Deo, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio.* Cui contrarius Antichristus, & eius habitator Diabolus, in Zacharia [e] *stultus pastor* dicitur: *Et faciet*, inquit, *iudicium & iustitiam in terra.* [f] *Non enim pater iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio.*

a Psal. 71. 7.
b Zach. 6. 12.
Iustitia nostra nomen quàm congruū Christo.
c Isai. 7. 14.
d 1. Cor. 1. 30.
e Zach. 11. 15.
f Ioan. 5. 22.

E

In diebus illis, & duæ, & decem tribus, Iuda, & Israel pariter saluabuntur. Et de duabus [g] virgis, iuxta Ezechielem vna virga fiet: Nomenque eius, si iuxta Sept. *vocauerit eum Dominus*, appellabitur *Iosedech*, id est Dominus iustus. Si secundùm Hebraicum, qui dixerunt, *nomen eius vocabunt*: dicetur *Dominus iustitia nostra.* Hoc enim significat יהוה צדקינו *Iehouah tsidkenu*, pro quo Symmachus vertit, *Domine iustifica nos.*

g Eze. 37. 19.

(*Propter hoc ecce dies veniunt, dicit Dominus, &c.*) Hoc omne capitulum (verſ. 7. & 8.) in Sept. non habetur; Cuius hic sensus est, quòd nequaquam per Moysen populus Dei de Ægypto liberetur, sed per Iesum Christum de omni Orbe terrarum, in quem dispersus fuerat. Quod ex parte & nunc completur in mundo: & ex toto complebitur, *quando de Oriente, & Occidente, Septentrione, & Meridie, venient & discumbent cum Abraham, Isaac,*

Redēptio facta per Christum quàm præstantior redemptione factâ à Moyse ex Ægypto.

h Matth. 8. 11.

a Rom. 11. 26.

Isaac, & Iacob. Vt [a] *postquam subintrauerit plenitudo gentium, tunc omnis Israel saluus fiat.* A

8 Theodorit.

Theodoritus. Præexpositæ sententiæ (quòd scil. præhabita intelligi debeant de Apostolis, à Christo in pastores, &c. suscitatis) adstipulantur hæc quæ subiiciuntur (*Ecce dies veniunt*, &c. *Et hoc est nomen quod vocabit eum Dominus, Iosedech ipse in Prophetis.*) id est, Iudæi attoniti conantur hæc impudenter trahere ad Zorobabelem: verùm illos etiam intelligere oportebat illum non esse Regem, sed ducem populi, nec nominari Iosedec. Atqui nec interpretatio denominationis quadrat illi. Significat enim nomen, *Dominus iustitia nostra*: vel iuxta Syri interpretationem. *Domine iustifica nos.* Neutrum autem conuenit Zorobabeli. Verùm quia typus erat Christi Domini, & captiuos è Babylone in Iudæam reduxit, quemadmodum Christus mancipatos à Diabolo traduxit ad veritatem: Si quis typicè volet ista illi adaptare, nihil alienum à verisimili faciet. Sciendum tamen est, quòd Dominus Iesus Christus, qui ex Dauide secundùm carnem descendit, Oriens iustus, Rex iustus, & Dominus iustitiæ prædicatur à Prophetis. B

Zorobabel significari non potuit in Vaticinio Ieremiæ de Oriente iusto, vocando Iosedech.

Zorobabel typicè significari in eodem Vaticinio non alienum à veritate.

Christi nomina tria, Oriës iustus, Rex iustus, & Dominus iustitia.

9 D.Thom.

Regnū Christi quale.

b 2. Cor. 6. 2.

c Ierem. 33. 15.

D.Thomas. Promittit optimum Regem, ostendens temporis congruitatem (*Ecce*) propter certitudinem (*dies*) gratiæ. 2. Cor. 6. [b] *Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies salutis.* Venienris Regis conditionem: quantùm ad nobilitatem generis. (*Et suscitabo*) infra 33. [c] *Germinare faciam Dauid germen iustitiæ: & faciet iudicium, & iustitiam in terra.* Quantùm ad auctoritatem dignitatis. (*Et regnabit Rex*) non solùm super Iudæos: sed etiam super omnes Reges. Luc. 1. [d] *Et regnabit in domo Iacob in æternum.* Dan. 7. [e] *Cuius regnum: regnum sempiternum est: & omnes Reges seruient ei, & obedient.* Et quantùm ad sapientiam cordis. (*Et sapiens erit*) imò ipsa sapientia 1. Cor. 1. [f] *Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam.* Et quantùm ad executionem iuris (*Et faciet iudicium*) in primo aduentu contra diabolum, qui dicebatur princeps mundi huius. Ioan. 12. [g] *Nunc iudicium est mundi nunc princeps mundi huius eiicietur in tenebras exteriores.* In secundo verò contra omnes puniendo per generalem sententiam. Ioan. 5. [h] *Pater non iudicat quemquam: sed omne iudicium dedit filio* (*& iustitiam*) quam docuit seruandam. Matth. 5. [i] *Nisi abundauerit iustitia vestra plusquàm Scribarum, & Pharisæorum: non intrabitis in regnum cælorum.* Et ad implendum auxilium gratiæ. Vnde ponit aduentus vtilitatem: quantùm ad salutem à pœnalitate. (*In diebus illis Saluabitur*) In primo aduentu particulariter: in secundo aduentu vniuersaliter: quando *omnis Israel saluus fiet.* [k] Rom. 11. Isai. 10. [l] *Si fuerit numerus filiorum Israel quasi arena maris, reliquiæ conuertentur ex eo.* Et quantùm ad securitatem (*& Israel*) & hoc exponendum est: vt supra. Isai. 32. [m] *Sedebit populus meus in pulchritudine pacis: in tabernaculis iustitiæ: & in requie opulenta.* Iuda dicit quantùm ad duas tribus: Istael quantùm ad decem: ad significandum quòd in fide Christi concordes erunt. Osee. 1. *Et ponent sibimet caput vnum.* C D E F

d Luc 1. 33.
e Dan. 7. 27.

f 1. Cor. 1. 24.

g Ioa. 12. 31.

h Ioan. 5. 22.

i Matt. 5. 20.

k Rom. 11. 26.
l Isai. 10. 22.

m Isai. 32. 18.

10

Beneficia maiora excludūt minorum memoriam.

n Isai. 43. 13.

(*Propter hoc ecce dies veniunt.*) Hîc ostendit beneficij magnitudinem: & hoc quod ob hoc beneficium obliuioni tradetur pristinum beneficium. Et potest referri ad liberationem factam per Titum. Vel meliùs ad liberationem factam per Christum. Isai. 43. [n] *Ne memineritis priorum: & antiqua ne intueamini*, &c.

Idemque ad finem postyllæ in hoc caput 23.

Nota inquit, super illud, *Ecce dies veniunt*, &c. quòd tempus gratiæ dicitur dies propter luminis apparitionem. Rom. 13. [o] *Nox præcessit dies autem appropinquauit: abiiciamus ergo opera tenebrarum & induamur arma lucis*: propter solis calorem. 2. Reg. 11. [p] *Cras erit vobis salus*: Propter itineris securitatem. Ioan. 11. [q] *Si quis ambulauerit in die non offendit: quia lucem huius mundi videt. Si autem ambulauerit in nocte offendit, quia lux non est in eo*: Propter vigilantiam, & sobrietatem. 1. Thessallon. 5. [r] *Qui enim dormiunt, nocte dormiunt: & qui ebrij sunt: nocte ebrij sunt.*

Dei nomine quàm aptè appelletur tēpus gratiæ.

o Ro. 13. 12.

p 1. Reg. 11. 9.

q Ioan. 11. 9.

r 1. Thessal. 5. 7.

Colligit ex hoc ipso loco idem D. Thomas. 2. 2. quæst. 50. art. 1. ad primum duas virtutes esse maximè proprias Regi scil. prudentiam, & iustitiam, cùm dicatur, *Regnabit Rex, & sapiens erit, & faciet iudicium, & iustitiam.*

D.Thom.

Regi maximè propria prudentia, & iustitia.

Vaticinium istud quod vers. 5. & 6. continetur celeberrimum est apud Patres in confirmationem Aduentus Christi ad illuminandum, & dirigendum terrarum Orbem, atque ad regnandum. Exactiùs autem in primis id pertractans Eusebius Cæsariensis lib. 7. Demonstrat. Euang. Demonstrat. 9. primò ita illud refert, (*Ecce dies veniunt*, &c. *Et hoc nomen, quo, vocabit ipsum Iehouah iustus noster. Dominus Iosedecim inter Prophetas.* Tum ipsum expendit. Præter illa autem quæ ex illo relata habes in Catena Græca. Nota & hæc quæ is ibi addit. Christus hoc loco est de quo prophetia loquitur, & sanè absque mendacio constitit vaticinium. Solus enim de semine Dauid, qui eodem nomine cùm prisco suo parente ad sensum sit dictus, quando ex interpretatione ille est manu potens, iudicium & iustitiam per suam ipsius doctrinam omnibus, qui essent in terra nunciauit: & solus omnium eorum qui vnquam fuerint, non in parte aliqua Orbis regnauit: sed in omni prorsus terra: & solus vt exoriretur iustitia autor fuit, quemadmodum de ipso in Psalmo dictum est. [s] *Orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis.* Iudas autem atque Israel, qui in diebus illius seruandi sunt, omnes sunt qui illius pietatem ad cultum ex Iudaico populo acceperint, Apostoli eiusdem & discipuli, & Euangelistæ, aut etiam omnes qui in occulto Iudæum, verùmque Israel conseruent, eum vtique qui secundùm spiritum Deum videat. [t] *Non enim qui in aperto Iudæus est*, inquit, Apostolus, *neque quæ in aperto in carne est circumcisio, sed qui in occulto Iudæus: & circumcisio cordis in spiritu, non in litera, cuius laus non ex hominibus, sed ex Deo est.* Hos igitur ex Christi vocatione Iudæum in occulto & verum Israel referentes alio nomine esse vocandos dicit, non vtique Iudæos, aut Israel, sed nouo quodam præter hæc. *Hoc enim*, inquit, *nomen, quo vocabit eos Dominus Iosedecim*, qui ex interpretatione est, *qui iusti sunt Dei.* Considera autem num forsitan à Iosue factum sit nomen, & Iosedecim discipuli Iesu appellentur apud Deum, qui apud homines quidem Græco quodam more à Christo denominentur: Hebraica autē lingua tam apud ipsos, quàm apud Prophetas, ab ipso Iesu tanquam per illum seruati *Iosedecim.* Ex quo illud dictum est, *Et hoc nomen, quo vocabit eos Dominus Iosedecim inter Prophetas.* Nam qui eius de quo prophetia loquitur, inquit, populus futurus est, quum ad sensum acceptus Iudas sit atque Israel, ab Iosue nominabitur Iosedecim. Atque hac, inquit appellatione vocabuntur non apud homines, sed apud Dominum, & apud Prophetas eius. Attende enim diligenter ipsum oraculum dum ait: *Et hoc nomen,*

11

De Aduentu Christi in mundum.

Euseb. Cæs.

Dauidis vocabulū quàm rectè & Christo tributum.

s Psal. 71. 7.

Iudæi & Israelitæ veri qui nam sint.

t Rom. 2. 29.

Iudæos ad Christi fidem conuersos nouo appellandos nomine.

Iosedecim fideles appellandos à Iesu apud Deum sicut à Christo dicuntur Christiani apud homines.

Ierem. 23. 6. & 33. 24.

Iosedecim nomen fidelium interpretatione significat iustos Dei.

quo vocabit eos Dominus Iosedecim inter Prophetas, A quod nomen, vt dixi, in nostram linguam conuersum, iustos Dei significat.

12 *Hilarius. Christus Dauidis appellatione insignitus.* Hilarius enarratione in Psalmum 131. ad initium in hunc modum hæc refert exponitque. *Suscitabo illis Dauid*(nota hanc lectionem) *Regem Orientem iustum, & regnabit Rex, & intelliget, & faciet iustitiam, & iudicium super terram. In diebus illis saluabitur Iuda, & Israel commorabitur fidens.* *Christi tria eximia, Regia gloria, iudiciaria potestas, & lumen quo illuminat Orbem.* Christus est iste Dauid ob æterni regni gloriam Rex, Ob iudicium Dei iustus, [a] *Pater enim non iudicat quempiam, sed omne iudicium dedit filio.* Ob lumen mundi oriens:[b] *Erat enim lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* B

a Ioan.5.22. b Ioan.1.9.

Cyril. Alex. Christus quâ ratione regnauerit super nos. Cyrillus Alexandrinus lib.1. Glaphyrorum in Genesim pag. 133. Audi etiam Ieremiam aperte dicentem. *Ecce dies venient dicit Dominus, & suscitabo,* &c. *Et hoc est nomen eius, quod vocabunt eum, Dominus Iosedech in Prophetis:* Regnauit enim super nos iustus Rex Christus, iustitiam fecit, & iudicium liberans à peccatis eos qui decepti erant, & condemnans hostem, Sathanæ tyrannidem in nos exercentis: *Iosedech nomen quomodo cõpetat Christo.* nomen verò ipsi Iosedech, hoc est iustitia Dei.[c] *Iustificati enim sumus in ipso,* [d] *non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundùm magnam misericordiam suam.* C

c Rom.3.24. d Tit.3 5.

Procopius. Procopius in cap.45. Isaiæ pag. 5. 19. in hunc modum citat quod vers.5. dicitur: *Ecce regnat iustitia Rex, & principes cùm iudicio imperabunt.* *Principes imperent cũ iudicio ad exẽplar Christi iustitiæ.*

Ildeph. Tol. Ildephonsus Toletanus lib. de Virginitate S. Mariæ cap.6. Tom.9. Biblio. Vet. Patrum, probans ex hoc loco Christum esse Deum simul ac hominem ait, Iuxta vocem Domini per Ieremiam, ipse est homo, (cui) dicitur. *Ecce venient dies, dicit Dominus, & suscitabo Dauid germen iustum, & regna-* D *bit,* &c. Qui est & Deus, cùm subiicitur. *In diebus illis saluabitur Iuda, & Israel habitabit confidenter, & hoc est nomen, quod vocabunt eum iustus Deus noster.* *Christus Deus simul & homo.*

13 Rupertus Abbas lib. 2. in Deuteronom. cap. 21. Tom.1, super ea verba. [e] *Habitabit Israel confidenter & solus.* Cùm ille ascensor cæli regnauerit, cùm habitaculum suum sursum posuerit, sedendo ad dexteram patris, & quæ prædicta sunt brachia sempiterna subter porrexerit, tunc Israel, verus Israel, qui amoto velamine, & reuelatâ facie, gloriam Domini speculabitur, habitabit confidenter, & solus, quemadmodum & alius Propheta testatur: [f] *Ecce*(inquit) *dies venient, dicit Dominus, & suscitabo Dauid germen iustum, & regnabit Rex, & sapiens erit, & faciet iudicium & iustitiam in terra. In diebus illis saluabitur Iuda, & Israel habitabit confidenter.* Quis Rex secundùm illum Prophetam regnabit, nisi qui secundùm istum ascensorem cæli, sursumque habitaculum sibi posuit? Et per quid faciet iudicium & iustitiam in terra, nisi per hæc brachia sempiterna, per sancti spiritus charismata [g] mundũ arguentis de iudicio? Igitur quemadmodum & hîc, & ille testatur, habitabit, imò iam ex tunc habitat verus Israel confidenter & solus: confidenter inquam, quia magnum habet [h] aduocatum apud patrem, magnum habet [i] Pontificem, qui penetrauit cælos, Iesum Christum, cuius tenet confessionem. Solus autem, quia non nisi vnam Catholicam recipit fidem, foris est & extra terminos huius Israelis, vbicunque sit, quisquis idipsum non sapit, quisquis idipsum non dicit. Interea solus vel solitarius iste nequaquam hîc suæ confidentiæ mercedem recipere intendit.

e Deu.33.28. Ob Ascensionem Christi maxima indita fidelibus confidentia. *f Iere.23.5. Ascendens in cælum Christus regnum obtinuit nostri. Spiritus Sancti Charismatibus Christus è cælo facit in nobis iudicium, & iustitiam.* g Ioan.16.8. h 1. Ioã.2.1. i Hebr.4. *Confidentia tuta in Christo Iesu est in sola Ecclesia Catholica.*

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Ἰδοὺ ἡμέραι.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] σύμμαχος φησὶν ἀντὶ τοῦ ἀνατολὴν δικαίαν, βλάστημα δίκαιον. περὶ χριστοῦ τοῦτο εἴρηται ὥς τινες, ἐγκεκρυμμένως. κατὰ δὲ ἱστορίαν περὶ Ἰωσεδέκ. καὶ εὐκαίρως δίδωσι τοὺς ἀγαθοὺς ἄρχοντας, ὅτε αὐτοὺς ἐκ τῆς τιμωρίας σωφρονεστέρους ἐποίησεν, ὥστε καὶ εὐπαράδεκτον γενέσθαι τὴν ὠφέλειαν τῆς ῥαθυμίας, καὶ ἀλαζονείας ἀνῃρημένης. E

Εὐσεβίου.] μετὰ πλεῖστον τοῦ Δαβὶδ καὶ Σολομῶνος χρόνον ταῦτα προλέγεται περὶ τοῦ μέλλοντος ἐκ σπέρματος Δαβὶδ ἀναστήσεσθαι βασιλέως, ὃν καὶ ἀνατολὴν δικαίαν καλεῖ, ὡς ἂν ἐξ ἡλίου δικαιοσύνης συνεστησομένην. τοῖς γὰρ φοβουμένοις με ἀνατελεῖ φησὶν ἥλιος δικαιοσύνης. καλεῖ δὲ τῷ παλαιῷ τοῦτον ὁμωνύμως Δαβίδ. καὶ Ζαχαρίας δὲ, ἰδοὺ ἀνατολὴ ὄνομα αὐτῷ φησι. καὶ ὑποκάτωθεν αὐτοῦ ἀνατελεῖ δικαιοσύνη καὶ πάλιν καλέσω τὸν δοῦλον μου ἀνατολήν. ἀλλ᾽ οὐδεὶς οὔτε μετὰ τὸν Ἱερεμίαν, οὔτε μετὰ Ζαχαρίαν γέγονε τοῖς ἐκ περιτομῆς ἀνατολὴ δικαία καλούμενος, καὶ συνιῶν βασιλεὺς, καὶ ποιῶν κρίμα καὶ δικαιοσύνην ἐπὶ τῆς γῆς. οὐδὲ γὰρ Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ἰωσεδὲκ ἐκ γένους ἦν Δαβίδ. οὔτε ὡς βασιλεὺς ἐβασίλευσε. F

14 Vers. 5. Ecce dies veniunt, &c. Et suscitabo ipsi Dauid Orientem, &c.)

Chrysost. Orientis iusti vaticinium & de Christo accipitur, & de Iesedec. Chrysostomi.] *Symmachus pro* Orientem iustum, Germen iustum *reddidit, hoc de Christo dictum est, vt quidam affirmant, latenter. Historicè verò de Iosedech. Et opportunè probos largitur principes, postquam eos per pœnas prudentiores reddidit, quando & vtilitas capi poterat ignauiâ fastuque sublatis.* *Principes bonos opportunè dat Deus populo per calamitates erudito.*

Euseb. Cæs. Oriens iustus appellatus promissus Rex Sanctus, vtpote ex iustitia sole. Eusebij.] *Post plurimum à Dauide & Salomone tempus prædicuntur hæc de eo qui de semine Dauid futurus Rex erat, quem &* Orientem iustum *vocat, vt fluentem ex sole iustitiæ.*[k] His enim qui timent me, orietur, *ait,* Sol iustitiæ *eodemque veteris illius Dauidis nomine hunc appellat & Zacharias.* [l] Ecce Oriens nomen illi, *ait,* & infra se oriri faciet iustitiam. *Et iterum.*[m] Vocabo seruum meum Orientem. *Attamen nullus neque post Ieremiam, neque post Zachariam inuentus est apud Hebræos, qui* Oriens iustus, *vocaretur,* & intelligens Rex, & faciens iudicium & iustitiam super terram. *Etenim, nec Iesus filius Iosedec de genere Dauidis erat, neque vti Rex regnauit. Tribus enim*

Orientis iusti vaticinium non potest intelligi de Iesu filio Iesedech, sed de Christo est. k Malac.4.2. l Zach.6.12. m Zach.3.8.

λεύσι. φυλῆς γὰρ τὴν Δαβίδ. καὶ τάξεως δὲ ἱερατικῆς. ὥστε δεῖ ὁμολογεῖν Ἰησοῦν εἶναι χριστὸν, τὸν καὶ ἐν ἑτέροις φῶς τοῦ κόσμου, καὶ φῶς ἐθνῶν ἀνηγορευμένον.

Σεβήρου, ἀπὸ λόγου ξγ.] Ταύτην δὲ τὴν προφητείαν εἰς χριστὸν ἀμάχως ὁρᾶν, πᾶς τις ἐρεῖ τῶν καὶ μετρίως ἐπισκεμμένων τὴν θείαν γραφήν. οὐδεὶς γὰρ ἐκ Δαβὶδ βασιλεὺς δίκαιος βεβασίλευκεν, ὠλισθηκότων πάντων τῶν ἐξ αὐτοῦ, πλὴν ἐζεκίου καὶ Ἰωσίου. μεθ' οὓς ἱερεμίας ἐπροφήτευσε ταῦτα. [καὶ μετ' ὀλίγα.] τὰ δὲ τῆς προφητείας εὔδηλον ὡς εἰς τὸν μετέπειτα, καὶ μέλλοντα χρόνον κατάγεται. πλὴν οὐδ' ἕτερόν τις αὖ τῶν βεβασιλευκότων ἀνατολὴν δικαίαν εἰκότως καλέσειεν, εἰ μὴ χριστὸν τὸν τῆς δικαιοσύνης ἥλιον τὸν τῆς θεογνωσίας τὰς ἀκτῖνας ἡμῖν ἐπιλάμψαντα. ὃς καὶ πεποίηκε κρίμα καὶ δικαιοσύνην ἐπὶ τῆς γῆς, τοὺς νόμους αὐτοῦ τοὺς δικαιοτάτους ἐφαπλώσας πάσῃ τῇ γῇ.

Ὀλυμπιοδώρου.] τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν χριστὸν, τὸν πρὸ αἰώνων ἐκ τοῦ πατρὸς, καὶ ἐκ Δαβὶδ κατὰ σάρκα.

[ἐν ταῖς ἡμέραις.]

Ὀλυμπιοδώρου.] Ἰούδας, ὁ κατὰ τὸ κρυπτὸν Ἰουδαῖος· ὁ τὴν ἐν πνεύματι λαμβάνων περιτομήν Ἰσραὴλ, ὁ πνευματικὸς· ὁ διὰ χριστὸν νοῦν κτησάμενος ὁρῶντα θεόν.

[Ἰωσεδέκ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] Ἰωσεδὲκ ἑρμηνεύεται, Ἰωὰ δίκαιος, τουτέστι δικαιοσύνη ἡμῶν ἢ Ἰαὼ, ὢν καὶ ἐσόμενος, Ἰωσεδέκ. καὶ διὰ τὴν ὁμωνυμίαν υἱοῦ τοῦ Ἰωσεδὲκ, τοῦ ἡγησαμένου τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας. πολλάκις γὰρ ἡ γραφὴ καὶ ἀπὸ ὀνομάτων τὰ πράγματα κρίνει. ὡς ἐπὶ τοῦ μελχισεδὲκ, ὃς ἑρμηνεύεται βασιλεὺς εἰρήνης. ἐν τοῖς προφήταις ἐπειδὴ καὶ προφήτης ἠξίωσε κληθῆναι, καθὸ γέγονεν ἄνθρωπος ὁ τοῦ Θεοῦ υἱὸς, ὁ τῶν προφητῶν δεσπότης, κατὰ τὸν διὰ Μωσέως χρησμὸν λέγοντα, προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει κύριος ὁ θεὸς ὑμῶν ὡς ἐμέ. κατὰ πάντα αὐτοῦ ἀκούσεσθε.

enim erat & ordinis Sacerdotalis, ita vt neceſſariò fatendum ſit, Ieſum Chriſtum eſſe, quem & in aliis mundi lux & lux Gentium appellatus eſt.

Seueri ex orat. 63.] *Hoc verò ad Chriſtum ſine vlla dubitatione ſpectare nemo negabit, qui vel mediocriter in diuinis Scripturis verſatus ſit. Nemo quippe ex Dauid Rex iuſtus regnauit, omnibus eius poſteris in mala lapſis, exceptis* [a] *Ioſiâ & Ezechiâ quorum poſt tempora Ieremias hæc prophetauit [& paucis interiectis] Liquet porrò prophetiam referri in tempus ſubſequens & futurum. Cæterùm neminem ex his qui regno potiti ſunt iure quiſpiam Orientem iuſtum vocauerit, niſi Chriſtum, qui eſt ſol iuſtitiæ, radioſque nobis diuinæ cognitionis diffudit; quique fecit etiam iudicium & iuſtitiam in terra, legibus ſuis iuſtiſſimis toto terrarum Orbe prauulgatis.*

(Seuerus. Rex nullus iuſtus apud Iudæos præter Dauid, Ezechiam, & Ioſiam. a Eccl. 49. 5. Orientis iuſti nomen vni Chriſto competens ob mūdo exhibitam diuinorum cognitionem.)

Olympiodori.] *Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui ex patre eſt ante ſæcula, & ex Dauid ſecundùm carnem natus eſt.*

(Olympiod. Chriſtus à Patre æternus ſecundùm carnem natus eſt Dauid.)

(In diebus eius & ſaluabitur.)

16

Olympiodori.] *Iudas,* [b] *qui in abſcondito Iudæus. Qui in ſpiritu recipit circunciſionem. Iſrael ſpiritualis, qui per Chriſtum mentem adeptus eſt, quâ Deus videtur.*

(Olympiod. Iudæus, & Iſraelita verus quis. b Rom. 2. 29.)

(Et hoc eſt nomen eius, quod vocabit eum Dominus, Ioſedec in Prophetis.)

Olympiodori.] *Ioſedec interpretatur, Ioa iuſtus, hoc eſt iuſtitia noſtra; Vel Iao, qui eſt, & futurus eſt, Ioſedec & propter eandem appellationem Ieſu filij Ioſedec, qui dux fuit filiorum Iſrael, è captiuitate redeuntium. Sæpe enim ſcriptura & ex nominibus indicat res, vt videre eſt in Melchiſedec, qui Rex pacis interpretatur.* Inter Prophetas, *quando & Prophetæ appellatione non dedignatus eſt factus homo filius Dei, Prophetarum Dominus, iuxta Moyſis vaticinium dicentis.* [c] Prophetam vobis ſuſcitabit Dominus Deus veſter ex fratribus veſtris ſicut me, in omnibus ipſum audietis.

(Ioſedec vocabulum qua ratione indicium Chriſto. E nominibus ſæpe res diiudicandas proponit ſcriptura Sacra. Propheta nomine appellatus & Chriſtus. c Deut. 18. 15.)

Capitis 23. à verſ. 9. vſque ad 11. Sectio Tertia.

TEXTVS VVLGATÆ.

9 AD Prophetas: Contritum eſt cor meum in medio mei, contremuerunt omnia oſſa mea: factus ſum quaſi vir ebrius, & quaſi homo madidus à vino à facie Domini, & à facie verborum ſanctorum eius.

10 Quia adulteris repleta eſt terra, quia à facie maledictionis luxit terra, areſacta ſunt arua deſerti: factus eſt curſus eorum malus, & fortitudo eorum diſſimilis.

TEXTVS SEPTVAGINTA.

9 *IN Prophetis. Contritum eſt cor meum in me: commota ſunt omnia oſſa mea; factus ſum quaſi vir contritus, & quaſi homo captus à vino à facie Domini, & à facie decoris gloriæ eius.*

10 *Quia à facie eorum luxit terra, areſacta ſunt paſcua deſerti: & factus eſt curſus eorum malus, & fortitudo eorum ſic,*

PARAPHRASIS CHALDAICA.

9 *PRopter Pſeudoprophetas contritum eſt cor meum in viſceribus meis, contremuerunt omnia oſſa mea: factus ſum quaſi vir ebrius; & ſicut vir qui factus eſt inſanus vino ſuo, à facie Domini, & à facie verborum ſanctitatis eius.*

10 *Quia fornicariis repleta eſt terra; quia propter iuramentum falſum deſerta eſt terra, areſacta ſunt habitacula deſerti: & eò quòd multiplicant voluntatem animæ ſuæ, malum veniet ſuper eos, & fortes eorum non proſperabuntur.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impreſſis.

17

HIeronymus. *(Ad Prophetas, ſiue in Prophetis, vel contra Prophetas.)* Hic titulus, vt ſupra diximus,

(Hieronym.)

diximus, in editione Sept. finis anterioris capituli positus est, vbi scriptum legimus: *Et hoc est nomen quo appellabit eum Dominus, Iosedech, in Prophetis.* Quod plerique ignorantes, varia explanationis deliramenta confingunt. Multóque meliùs fuerat simpliciter inscitiam confiteri, quàm impetitiæ suæ alios hæredes facere. Est autem sermo contra Prophetas, imò Pseudoprophetas Ierusalem & Samariæ, quos nunc communi & vulgato nomine Prophetas vocat, de quibus scriptum est in consequentibus: [a] *Et in Prophetis Samariæ vidi iniquitatem*, statimque, *Et in Prophetis Ierusalem vidi horribilia.* Quando autem ponit coniunctionem, *&*, ostendit superiora de Prophetis dicta Domini: qui & ipsi Pseudoprophetarum similes extiterunt.

a Ier. 23. 13.

18

Dei gloriæ consideratio quanta bona in nobis operetur.

(*Contritum est cor.*) Considerato vultu omnipotentis Dei, hoc est patris, & considerato vultu filij, qui iuxta Apostolum, [b] *splendor illius gloriæ* appellatur: *& forma substantiæ Dei.* Propheta, & animo, & corpore perhorrescit, & intelligit esse se nihili, secundùm quod & in alio loco dicitur. [c] *Vt iumentum factus sum apud te*; Siue victimam conscientiæ, & humilitatis suæ offert Deo, iuxta illud, quod in Psalmis legitur: [d] *Sacrificium Deo spiritus contribulatus: cor contritum, & humiliatum Deus non spernet.* Ossa autem quæ contremuerunt, siue commota sunt: illa intelligamus, de quibus idem Dauid canit. [e] *Omnia ossa mea dicent, Domine quis similis tui? Factus est quasi ebrius, & homo madidus*, siue *superatus vino*: nullam habens intelligentiam, nullamque sapientiam. [f] *Dominus enim nouit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt.* Si autem hoc ita est, vbi sunt, qui perfectam in homine iustitiam prædicant? Quod si responderint de sanctis hoc se dicere, non de se ipsis: certè nullum puto sanctiorem esse Ieremiâ, qui Virgo, Propheta, sanctificatusque in vtero, ipso nomine præfigurat Dominum Saluatorem. Ieremias enim interpretatur Domini excelsus.

b Hebr. 1. 3.
c Psal. 72. 19.
d Psal. 50. 19.
e Psal. 34. 10.

Humilitas conditionis humanæ optimè cognita ad considerationem gloriæ Dei.

f Psal. 93. 11.

Ieremiâ nullū sanctiorem, eumdemque Prophetam Virginem, & sanctificatum in vtero & Christū præfigurantem asserit Hieronymus.

(*Quia adulteris.*) Hoc quod nos Hebraico posuimus, *quia adulteris repleta est terra*: in Sept. non habetur: qui iuramentum dixêre pro maledictione. Redditque causas; quòd propter adulteria, & maledicta, siue superfluum iuramentum, imò periuria, frugum sterilitas consecuta sit. Quidquid de terra Iudæa iuxtà literam intelligis, refer ad congregationem credentium: quoniam propter adulteria, & mendacia, siue periuria, virtutum & donationum Dei sterilitas in Ecclesiis fit.

Agrorū sterilitas, & penuria frugū propter peccata præsertim adulterij, blasphemiæ, & periurij Gratiarū, & charismatū diuinorū sterilitas in Ecclesia propter adulteria, mendacia, & periuria.

In Theodotiti Commentariis nihil super his est præter modica verba quæ in sequenti lectione cum modicis ex eo referam.

Theodorit.

19

D. Th.

Ieremiæ compassio tanta erga populum suum, vt præ illa totus cōmotus, & extra se raptus sit.

D. Thomas. Ponitur Prophetæ compassio super futura contritione quam designat per contritionem cordis (*contritum*) per tremorem corporis (*contremuerunt*) sicut solet turbatis accidere: Per impedimentum cognitionis (*factus sum ebrius*) quia non habet vsum rationis: & hoc ex magnitudine stuporis (*Madidus à vino*,) qui habet quidē rationis vsum, sed impeditum propter multam potationem: (*à facie Domini*) à præsentia reuelationis ipsius, qui se mihi iratum contra Iudæos dicit (*verborum Sanctorum eius*) quibus mihi culpam, ipsorum notificauit, & pœnam prædixit. Psalmus [g] *Dispersa sunt omnia ossa mea, factum est cor meum tanquam cera liquescens in medio ventris mei.* [h] Isai. 29. Obstupescite & admiramini: fluctuate, & vacillate: inebriamini & non à vino: moueamini, & non ab ebrietate, &c. secundò ponitur populi dissipatio. Et primò quantùm ad culpæ magnitudinem (*adulteriis*) idololatria, scil. & aliis peccatis (*terra*) Iudæorum Isai. 2. [i] *Repleta est terra eius idolis*, &c. secundò quantùm ad pœnæ inflictionem: quia (*à facie maledictionis*,) scil. diuinæ (*luxit*) sterilis facta. Isai. 24. [k] *Luxit & defluxit terra: & infirmata est*, &c. tertiò quantùm ad obstinationem. (*Factus est:*) quia ad malum parati sunt pro peccatis. Prouerb. 1. [l] *Pedes eorum ad malum currunt.* (*dissimilis*) fortitudini sanctorum patrum, qui in seruitio Dei se ipsos exercebant. Prouerb. 15. [m] *Cor stultorum dissimile erit.*

g Psal. 21. 15.
h Isa. 9. 9.
i Isai. 2. 7.
k Isai. 24. 4.

Progressus impiorū quā diuersus à progressu iustorum.

l Prou. 1. 16.
m Pro. 15. 7.

Quoad vers. 9. Beda lib. 2. Expositionis in Iob cap. 6. super ea verba, [n] *Deus molliuit cor meum*, &c. Cor mollitum, ait, resolutum pauore nimio & timore hoc loco dictum nouerimus. Secundùm hunc sensum & Ieremias plangens Ierusalem, ait, *Mollitum est cor meum in me, & omnia interiora mea resoluta sunt*: id est, pro captiuitate populi mei totus sum liquefactus.

Beda.
n Iob. 23. 16.

Cor mollitum id dicitur quod præ nimio timore resolutum est.

Ieremias totus liquefactus pro captiuitate Iudæorum.

Philo Carpathius Tom. 1. Bibliot. Vet. Patrum, in cap. 1. Cant. Canticorum super verba, [o] *Meliora sunt vbera tua vino*, Ieremias in excessu mentis ob nimiam diuini eloquij lætitiam raptus ait: *Factus sum velut homo conturbatus, & qui occupatur à vino à facie Domini, & à facie decoris gloriæ eius.*

Philo Carp.
o Cant. 1. 2.

Ieremia raptus, seu extasis summumque gaudium in exhibita sibi prænuncianda gloria Christi.

CATENA GRÆCA VETERVM
PATRVM GRÆCORVM.

Συνετρίβη ἡ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] Τοῦτο φησίν· ὅτι ἐγὼ μὲν, ἰδὼν τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ ἐξέστην. οὗτοι δὲ οὐδὲ τὴν τιμωρίαν δεδοίκασιν.

Βίκτορος.] συνετρίβη γὰρ ἐπαινετῶς, τὰ περὶ τῆς Χριστοῦ παρουσίας προειρηκὼς, κατὰ τὸ θυσία τῷ Θεῷ πνεῦμα συντετριμμένον, καὶ τὰ ἑξῆς· ἐσαλεύθη δὲ πάντα τὰ ὀστᾶ αὐτοῦ, ἐκ τῆς ἐν νόμῳ σκιᾶς ἐπὶ τὴν ἀλήθειαν τὴν διὰ Χριστοῦ. διὸ ἐπάγει, σεσαλεῦσθαι ἀπὸ προσώπου κυρίου, καὶ ἀπὸ προσώπου εὐπρεπείας δόξης αὐτοῦ τοῦ εἰπόντος δι' ἑτέρου προφήτου, ἔτι ἅπαξ, ἐγὼ σείω οὐ μόνον τὴν

20

Vers. 9. *Contritum est cor meum, &c.*) Chrysostomi.] *Hoc ait, quoniam ego quidem conspectæ Dei stupore correptus sum gloria, hi verò supplicium quidem timent.*

Chrysost.

Ieremias raptus extra se ex visione gloriæ Dei.

Victoris.] *Contritus quippe laudatè, prænuntiato Christi aduentu iuxta illud*, [p] Sacrificium Deo Spiritus contritus, *& quæ sequuntur*, contremuerunt omnia ossa eius, *ex ea ob transitum ab vmbra legis ad veritatem, quæ per Christum habetur. Quapropter subnectit*; Commotum fuisse à facie Domini, & à facie decoris gloriæ eius, *qui per alium Prophetam*

Victor.

Contritio Ieremiæ laudabilis ex Vaticinio de aduētu Christi.

p Psal. 50. 19.

Cōmota sunt Ieremiæ ossa ad conspectum veritatis, & gloriæ Dei.

τὴν γῆν, ἀλλὰ καὶ τὸν οὐρανόν. τὸ δὲ ἅπαξ, φησὶν ὁ ἀπόστολος, δηλοῖ τῶν σαλευομένων τὴν μετάθεσιν, ὡς πεποιημένων, ἵνα μείνῃ τὰ μὴ σαλευόμενα.

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐποιήθη ὁ προφήτης ἐν αἰνίγματι, τὸ κατὰ χριστὸν θεωρήσας μυστήριον.

[ὅτι ἀπὸ προσώπου.]

Ὀλυμπιοδώρου.] τῶν ψευδοπροφητῶν καὶ ψευδοδιδασκάλων.

Βίκτορος.] ἀπὸ προσώπου τῶν μὴ παραδεξαμένων χριστοῦ τὴν παρουσίαν Ἰουδαίων. ἐπένθησε τῆς Ἰουδαίας ἡ γῆ, τῶν πνευματικῶν χαρισμάτων ἐρημωθεῖσα. τοιγαροῦν ἐπάγει. ἐξηράνθησαν αἱ νομαί. ἐνετείλατο γὰρ ταῖς νεφέλαις, προφήταις τε καὶ δικαίοις, μηκέτι αὐτὴν ἐκβρέχειν. διό περ οἱ πάλαι πλουτοῦντες ἐπτώχευσαν, οὐκέτι λίβανος, ἢ καρμηλος, ἤ τι εὐθαλὲς χρηματίζοντες, ἀλλ' ἄκαρπος γῆ. πονηρῶς γὰρ ἔδραμον, ἀλλ' οὐχ ὁδὸν ἐντολῶν αὐτοῦ. οὐδὲ κατὰ παῦλον ἔτρεχον ὡς οὐκ ἀδήλως. οἷος δὲ ὁ δρόμος, τοιαύτη καὶ ἡ τούτων ἰσχύς.

[ἐξηράνθησαν.]

Ὀλυμπιοδώρου.] αἱ διδασκαλίαι, δι' ὧν τὰ λογικὰ τρέφονται ποίμνια.

[καὶ ἐγένετο ὁ δρόμος.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τουτέστιν ἡ σπουδὴ ἐπ' οὐδενὶ καλῷ. ὥς τε ἐσπούδαζον, ἀλλ' οὐκ ἐπὶ χρηστοῖς πράγμασιν.

[καὶ ἡ ἰσχὺς αὐτῶν.]

Ὀλυμπιοδώρου.] οὐ τοσοῦτον φησὶν ἴσχυσαν, ὅσον καὶ ἐβουλεύσαντο. ἐβούλοντο γὰρ εἰ ἠδύναντο καὶ χείρονα ποιεῖν.

A phetam dixerat. [a] Adhuc ſemel ego concutio, non ſolùm terram, ſed etiam cælum. Illud [b] verò ſemel, ait Apoſtolus declarat mobilium tranſlationem tanquam factorum, vt maneant ea quæ ſunt immobilia.

Olympiodori.] *Expauit Propheta in ænigmate Chriſti myſterium contemplatus.*

Verſ. 10. *(Quia à facie horum luxit, &c.)*

Olympiodori.] *Pſeudoprophetarum, & Pſeudo-magiſtrorum.*

B Victoris.] *A facie eorum qui aduentum Chriſti non receperunt, Iudæorum luxit Iudæa terra ſpiritalibus priuata donis quapropter ſubdit.* Areſacta ſunt paſcua: [c] *præcepit enim nubibus, Prophetis nempe & iuſtis ne ampliùs eam irrigent. Quare qui olim diuites erant eguerunt, non ampliùs Libanus aut Carmelus, vel aliquid floridum exiſtentes. Sed infructuoſa terra; iniquè enim cucurrerunt,* [d] *ſed non in via mandatorum eius, neque vt Paulus* [e] *currebant,* non quaſi in incertum: *qualis autem curſus, talis* C *& eorum fortitudo.*

(Areſacta ſunt paſcua deſerti,)

Olympiodori.] *Inſtitutiones, quibus rationalia nutriuntur ouilia.*

(Et factus eſt curſus.)

Chryſoſtomi.] *Hoc eſt ſtudium eorum nullum ad bonum. Itaque ſtudebant, ſed non ad bonas res.*

(Et fortitudine eorum.)

Olympiodori.] *Non tantùm inquit valuerunt quantùm deliberarunt. Volebant enim, ſi po-* D *tuiſſent, & peiora facere.*

a Aggæi. 2. 7. Heb. 12. 26.
b Heb. 12. 27.

Olympiod. *Myſteriorum Chriſti intuitus quàm cõmouerit Ieremiam.*

21

Olympiod. *Doctores ob prauos quãta mala obueniant.*

Victor. *Iudæis Chriſto non credentibus areſacta Iudæa eſt, Spiritus Sancti donis priuata.*

Iudæa orbata Prophetis, & viris ſanctis cùm Chriſtũ abiecerunt.

c Iſai. 5. 6.

Iudæorũ curſus & robur in virtutis ſtudio quale cùm Chriſtũ abiecerunt.

d Pſal. 118. 32.

e 1. Cor. 9. 26.

Olympiod. *Doctrina paſcua hominũ.*

Chryſoſt. *Studia Iudæorum, & Improborũ qualia.*

Olympiod. *Impiorum ardor in malè agendo ſupra eorum vires.*

Capitis 23. à verſ. 11. vſque ad 16. Sectio Quarta.

TEXTVS VVLGATÆ.

11 PRopheta namque, & Sacerdos polluti ſunt: & in domo mea inueni malum eorum, ait Dominus.

12 Idcirco via eorum erit quaſi lubricum in tenebris: impellentur enim, & corruent in ea: afferam enim ſuper eos mala, annum viſitationis eorum, ait Dominus.

E

13 Et in Prophetis Samariæ vidi fatuitatem: prophetabant in Baal, & decipiebant populum meum Iſrael.

14 Et in Prophetis Ieruſalem vidi ſimilitudinem adulterantium, & iter mendacij: & confortauerunt manus peſſimorum, vt non conuerteretur vnuſquiſque à malitia ſua: facti ſunt mihi omnes vt Sodoma, & habitatores eius quaſi Gomorrha.

15 Propterea hæc dicit Dominus exercituum: ad Prophetas: Ecce ego cibabo eos Abſinthio, & potabo eos felle: à Prophetis enim Ieruſalem egreſſa eſt pollutio ſuper omnem terram.

F

TEXTVS SEPTVAGINTA.

11 *QVia Sacerdos, & Propheta polluti ſunt: & in domo mea vidi nequitias eorum.*

12 *Idcirco fiat via eorum ipſis in lubricum in caligine: & ſupplantabuntur, & cadent in ea: quia inferam ſuper eos mala in anno viſitationis eorum.*

13 *Et in Prophetis Samariæ vidi iniquitates. Prophetarunt per Baal, & ſeduxerunt populum meum Iſrael.*

14 *Et in Prophetis Ieruſalem vidi horribilia, adulterantes, & ambulantes in mendaciis, & ſuſcipientes manus multorum; vt non auerteretur vnuſquiſque à via ſua peſſima. Facti ſunt mihi omnes, quaſi Sodoma, & habitatores eius, quaſi Gomorrha.*

15 *Propterea hæc dicit Dominus. Ecce ego cibabo eos dolore, & potabo eos aquâ amarâ: quia à Prophetis Ieruſalem egreſſa eſt pollutio omni terræ.*

PARAPHRASIS CHALDAICA.

11 *QVoniam etiam Scriba, & Sacerdos ſuffurati ſunt vias ſuas; in domo quoque ſanctuarij mei reuelata ſunt coram me mala eorum, dicit Dominus.*

12 *Idcirco erit via eorum eis quaſi lubricitates in tenebris: impingent, & cadent in ea; quia adducam ſuper eos malum, annum viſitationum peccatorum eorum, dicit Dominus.*

13 *Et in Prophetis Samariæ vidi impietatem; prophe*

prophetant in nomine Idolorum, & seducunt populum meum Israel.

14 *Et in Prophetis Ierusalem vidi mutationem adulterantium & ambulantium in mendacio, & confortantium manus malignorum, vt nullus vir conuertatur à malitia sua; facti sunt omnes coram me quasi Sodoma, & habitatores eius quasi Gomorrha.*

15 *Propterea hæc dicit Dominus exercituum super Pseudoprophetas: Ecce ego adducam super eos angustiam amaram sicut Absinthium, & potabo eos calice maledictionis pessimæ, quasi capitibus draconum; quia à Prophetis Ierusalem egressa est adulatio in omnes habitatores terræ.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

22 *Prælatis malè viuentibus inueniuntur & in Ecclesia mala complura.* a 1. Timo. 3. 15.

Hieronymus. (*Propheta namque, & Sacerdos polluti sunt*, &c.) Quando in Ecclesia Dei, & maximè in principibus eius inueniuntur mala, sciamus esse completum: *Propheta, & Sacerdos polluti sunt: in domo mea inueni mala eorum, ait Dominus*: Domus autem Christi Ecclesia est, de qua & Apostolus scribit ad Timotheum: [a] *Vt scias quomodo te oporteat in domo Dei conuersari, quæ est Ecclesia Dei viui, columna & firmamentum veritatis.* In Propheta, doctorem accipe: in Sacerdote, ministerij dignitatem. Qui si prauâ mente consenserit, erit via eorum in lubricum, & in tenebris: nec habebunt Dominum loquentem: [b] *Ego lux in mundum veni: vt omnis qui credit in me, in tenebris non maneat.* Vnde Sanctus loquitur, omnes tenebras fugiens: [c] *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine, dedisti lætitiam in cor meum.* Cùm autem fuerint in tenebris, & in via lubrica, errore videlicet hæretico, ad omnem motum impellentur, & corruent. Et inferet super eos Dominus mala: non quo mala sint, vt Dominus mala inferat: sed mala his qui sustinent supplicia. Alioquin eadem & mala sunt, & bona. Mala, iuxta eos quos cruciant: bona iuxta eos quos emendant. Et hoc notandum, quòd annus visitationis Domini, correctio peccantium dicatur, atque cruciatus, iuxta illud, quod scriptum est: [d] *Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum: misericordiam autem meam non dispergam ab eo.*

Doctoribus, ac Sacerdotibus praua mente consentientibus in lubricum hæreseôs iter est. b Ioã. 12. 46. c Psal. 4. 7.

Supplicia quomodo, & quibus mala & bona.

Visitationis Dei annus dicitur correctio peccantium. d Psal. 88. 3.

23 *Hæretici Prophetæ Samariæ. Hæretici in dæmonibus loquuntur.*

(*Et in Prophetis Samariæ vidi.*) Ego Prophetas Samariæ, iuxta mysticos intellectus, propriè hæreticos dici puto, & omnes qui iactant falsi nominis scientiam. Quomodo autem Prophetæ Samariæ, quicquid loquebantur, prophetabant in Baal idolo videlicet dæmonibus consecrato. Sic hæretici quicquid loquuntur in Ecclesia, siue extra Ecclesiam, vt supplantent populum Israel, qui priùs cernebat Deum, loquuntur in dæmonibus. Vnde & significanter ait: *Et in Prophetis Samariæ vidi stultitiam*: non enim habent eum, de quo dicitur, [e] *Christus Dei virtus, & Dei sapientia.*

e 1. Cor. 1. 24.

(*Et in Prophetis Ierusalem.*) Non solùm, inquit, in hæreticorum conciliabulis hæc reperta sunt, sed in Prophetis quoque Ierusalem, id est, doctoribus Ecclesiæ vidi similia, siue horribilia, adulterantium verbum Dei, & ingredientium per viam mendacij: vt hæreticorum fallaciis acquiescerent, & confortarent manus pessimorum: eorumque mala suis sceleribus adiungerêt, & quos corrigere debuerant, ducerent in interitum. Qui hoc fecerint, non se æstiment impunitos. Erunt enim & ipsi, & hi quibus fauent, quasi Sodoma, omnesque qui habitant cum eis, nec recedent à ralibus, quasi Gomorrha. Exultet igitur quantum vult doctrina pessima, & glorientur Prophetæ Ierusalem, quòd obtinuerint per mendacium, & confortauerint manus pessimorum, finis eorum erit, quasi Sodoma & Gomorrha.

Doctores Ecclesiæ improbi tandem & hæreticis similia peragunt, vtinam non & peiora. Doctorũ prauorum, eorũq; quos seduxerint pœna similis pœnæ Sodomæ, & Gomorrhæ.

Scripta infamatoria, falsaque doctrina diuulgantes quàm acriter puniendi.

(*Propterea hæc dicit Dominus exercituum*, &c.) Vtamur hoc testimonio aduersùm eos, qui epistolas plenas mendaciorum, & fraudulentiæ, atque periurij in Orbem dirigunt, vt & aures polluant audientium, & existimationem simplicium lædant, quod impleatur in eis hoc, quod scriptum est: *A Prophetis Ierusalem est egressa pollutio in omnem terram.* Non enim in eis sufficit iniquitatem propriam deuorare, & proximos lædere: sed quos semel oderunt, per vniuersum Orbem infamare conantur, & vbique seminare blasphemias.

24 Theodorit. *Mendaciorũ præcones appellati adulteri.* *Doctoribus, Sacerdotibusque in praua vita ratione conuenienti bus pessima & populi redditur vita.*

Theodoritus. Conuertit sermonem aduersùs mendaciorũ præcones, eosque vocitat adulteros, vt qui adulterent, & corrumpant verbũ diuinum. (Ex his patet, Theodoritum in ver. 9. & 10. sequutum nostrã Vulgatæ lectionem.) Quos etiam clamitat esse auctores malitiæ populi: & impietatis eorum socios effectos dicit Sacerdotes. Prædicit autem mala eis obuentura: & comparat eos Prophetis Samariæ, qui Prophetæ Baal palàm vocabantur. Etenim hi, ait, dum pacem populo falsò promiserunt, in causa fuerunt, ne quisquam auerteretur à via sua mala: atque eorum consilio imitati sunt Sodomæ & Gomorrhæ nequitiam. (*Quapropter ecce ego pascam illos doloribus, & potabo eos aquâ amarâ. Quoniam egressa est à Prophetis Ierusalem pollutio in omnem terram.*) His autem verbis varias significauit omnibus calamitates.

25 D. Thomas. *Ecclesiasticorum malitia causa prauitatis populi.* f Ioã. 11. 15. g Psal. 34. 9. h Ier. 11. 23.

D. Thomas. Hîc ponitur malitia Prophetarum quasi causa malitiæ populi, & primò in generali ponens culpam. (*polluti*) diuersis criminibus (*in domo mea*) scil. templo, vel populo supra 11. [f] *Quid est quod dilectus meus in domo mea fecit scelera multa.* Et subiungens pœnam (*idcirco via: lubricum*) id est, corruent in peccatis suis sicut in tali via. Psalmus. [g] *Fient viæ illorum sicut tenebræ, & lubricum.* Et exponens ipsam (*quia afferam mala pœnæ*) supra 11. [h] *Inducam super viros Anathot annum visitationis eorum.* Secundò in speciali. Et primò ponit culpam quantùm ad Prophetas 10. tribuum. (*Et in Prophetis Samariæ: fatuitatem*) quia excelsa idola colebant: sicut illi quos occidit Helias. 4. Reg. 19. [i] Isai. 9. [k] *Propheta docens mendacium ipse est in cauda.* Et Prophetarum duarum tribuum. (*Et in Prophetis Ierusalem: similitudinem*) quia directè populum ad idololatriam prouocabant: cùm mendaciter prospera idololatris permittebant. Ezech. 13. [l] *Violabant me ad populum meum propter pugillum ordei, & fragmen panis: vt interficerent animas quæ non moriuntur: & viuificarent animas quæ non viuunt.* Secundò ponit iram diuinam (*facti sunt, vt Sodoma*) scil. Prophetæ: id est, tantâ abominatione eos habeo (*eius*) scilicet Ierusalem. Isai. 1. [m] *Audite verbum Domini principes Sodomorum percipite auribus legem Dei vestri populus Gomorrhæ*, tertiò comminatur pœnam. (*Propterea hæc dicit Dominus: ecce ego.*) supra 9. [n] *Ecce ego cibabo populum istum Absinthio: & potum dabo eis aquam fellis.* Et assignat causam: quare specialiter Prophetis comminatur (*à Prophetis enim Ierusalem.*) Dan. 13. *Egressa est iniquitas de Babylone à senioribus iudicibus qui videbantur regere populum.*

Doctorum prauorum alij directè, alij indirectè in praua deducunt. i 4. Reg. 18. 40. k Ioan. 9. 15. l Ezech. 13. 19. *Doctores praui quàm sint abominabiles.* m Isai. 1. 10. n Iere 9. 15.

26 Cassiodor.

Circa vers. 14. Cassiodorus expositione in Psalmum 34. *Et propter hoc, ait, facta est via eorum, latsino*

lapſinoſa in tenebris, & ſupplantabuntur, & cadent in ea. Hoc eſt, quod & Dauid peccatoribus imprecans prædixit.[a] *Fiant viæ illorum tenebræ, & lubricum:* Vt nimitum via propria, quæ illis videtur lucida, & fixa, cùm in eadem delectabiliter commorantur, fiat illis tenebroſa, quam horreant: & lubrica, vt in eadem diu ſtare non poſſint.

Via peccatorũ quæ primũ iucunda, fit poſtmodũ eis horrida, & in qua ſtare nequeunt.

a Pſal. 34.9.

Totum verò hunc locum afferens contra Antipapam Petrus Damiani lib. 1. Epiſtolarum Epiſtolâ 10. ait: Sæculares à liminibus Eccleſiæ coërcemus, qui dimiſſis vxoribus propriis, extraneis fœderantur; ſed quantò deterius adulterium ille committit, qui abſque ſynodali ſententia, relictâ ſuâ, alieni iuris Eccleſiam more prædonis inuadit? Hoc adulterium deplorat Propheta, cùm dicit:[b] *Contritum eſt cor meum in medio mei, & contremuerũt omnia oſſa mea: factus ſum quaſi vir ebrius, & quaſi homo madidus vino à facie Domini, & à facie verborum ſanctorum eius.* Cur autem tanto doloris tædio contabeſcat protinus aperit, cùm ſubiungit: *Quia adulteriis plena eſt terra, quia à facie maledictionis luxit terra, areſacta ſunt arua deſerti.* Quod autem genus hominum hoc perpetret adulterium, vnde & terra lugeat, & corda hominum velut arua deſerti ab inundatione prædicationis areſcant, aperit illico, cùm conſequenter adiungit: *Propheta namque, & Sacerdos polluti ſunt, & in domo mea inueni malum eorum, dicit Dominus.* Sed quid eiſdem adulteris Sacerdotibus, & Prophetis immineat, mox ſubſequendo declarat: *Idcirco via eorum erit quaſi lubricum in tenebris: impellentur enim, & corruent in ea; afferam enim ſuper eos mala, annum viſitationis eorum: Prophetabant in Baal, & decipiebant populum meum Iſrael, & in Prophetis Ieruſalem vidi ſimilitudinem adulterantium, & iter mendacij.* Audis ſimilitudinem adulterantium, audis iter mendacij? Alterum ſcilicet pendet ex altero. A tramite quippe veritatis oberrat, qui per luxuriantis concupiſcentiæ ambitum caſtitatis Eccleſiaſticæ munditiam fœdat.

Petr. Dam. *Prælati in alias ſe intrudentes Eccleſias quàm deplorandi, vt adulteri.*

b Ierem. 23.9.

Prælatũ intrudẽtibus ſe in alienas Eccleſias iter eſt mendacij ad ſpiritale adulterium.

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Ὅτι ἱερεὺς, καὶ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἐμοὶ δοκεῖ τὰς μοιχείας λέγειν ἐν αὐτῷ τῷ οἴκῳ. ἀπὸ τοῦ ἀξιώματος ἱερεύς. ἀπὸ τοῦ τόπου, ἐν τῷ οἴκῳ. ἀπὸ τοῦ πράγματος, πονηρίας μοιχείας. τί τούτου χαλεπώτερον; εἰ καὶ τοῖς ἄλλοις ἠπίστουν, τοῦτο ἱκανὸν ἐλέγξαι αὐτῶν τὴν πονηρίαν. ἀλλοτρίους διώρυττον γάμους. ἐπεμαίνοντο ταῖς γυναιξίν.

[Καὶ ἐν τῷ οἴκῳ μου.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐν γὰρ τῷ θείῳ ναῷ εἴδωλα ἀπέθεντο. ὡς καὶ Ἰεζεκιὴλ ἐθεώρησεν.

[Διὰ τοῦτο γενέσθω.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὅρα, πῶς πάλιν οὐ παραπόδας ἐπάγει τὴν κακίαν, ἀλλὰ δίδωσι προθεσμίας. εἶτα ἵνα μὴ ἀναβολὴ εἰς ἀπιστίαν αὐτοὺς καὶ κακίαν ἀγάγῃ, ἀναμιμνήσκει τοὺς τὰ αὐτὰ πλημμελοῦντας αὐτοῖς, καὶ χαλεπώτερα παθόντας.

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐπειδὴ τοῦ φωτὸς ἔξω ἑαυτοὺς κατέστησαν, ἐν σκοτίᾳ, καὶ γνόφῳ πορεύονται.

[Διότι ἐπάξω.]

Βίκτορος.] παιδεύσω γάρ φησιν αὐτοὺς ἐν τῇ ἀποστροφῇ αὐτῶν, ὅταν καὶ αὐτῶν πληρωθῶσιν αἱ ἁμαρτίαι, θησαυρισάντων αὐτοῖς τελείως ὀργὴν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς, μηδὲν ἐκ τῆς ἐμῆς ὠφεληθέντες ἀνοχῆς καὶ χρηστότητος.

[Καὶ ἐν τοῖς προφήταις.]

Τοῦ Χρυσοστόμου,] ἐκεῖνοι εἰ καὶ μηδὲν ἕτερον, τὸν Βάαλ προεβάλλοντο. οὗτοι δὲ ἐμέ.

Θεοδωρήτου.] ὡς ἂν μὴ πρὸς ἀπιστίαν κινῶνται τῆς τιμωρίας ἀναβολῇ, ἀναμιμνήσκει τῶν ἐπ' ἴσαις τιμωρηθέντων ἀσεβείαις, μᾶλλον δὲ βραχυτέραις. ἐκεῖνοι γὰρ εἰ καὶ μηδὲν ἕτερον, τὸν Βάαλ προεβάλλοντο. οὗτοι δὲ ἐμὲ, τῆς Ἱερουσαλὴμ οἱ προφῆται. τοὺς ψευδοπροφήτας οὕτω καλῶν.

[Καὶ ἐν τοῖς προφήταις Ἱερουσαλήμ.]

27

Verſ. 11. *Quia Sacerdos & Propheta polluti ſunt.*

Chryſoſtomi.] *Mihi videtur innuere adulteria in ipſo templo, ex dignitate Sacerdos: ex loco, in æde: à re ſcelus adulterij erant, hoc ſatis ad coarguendam eorum improbitatem, alienas effodiebant nuptias, maximo furore in mulieres ferebantur.*

Chryſoſt. *Eccleſiaſticorum libidines quàm deteſtandæ, & ſcandaloſæ.*

(Et in domo mea vidi nequitias eorum.)

Olympiodori.] *Nam in Dei templo Idola collocauerant, ſicuti & Iezechiel viderat.*

Olympiod. *In tẽplo Dei idola erexêre Iudæi.*

c Ezech. 8.16.

28

Verſ. 12. *(Idcirco via illorum fiat.)*

Chryſoſtomi.] *Vide rurſus vt non repentè inferat calamitatem, ſed moram temporis dat. Deinde ne procraſtinatio eos in infidelitatem nequitiamque induceret, de iis meminit, qui illis ſimilia deliquerant, & grauiora paſſi ſunt.*

Chryſoſt. *Doctor ſacer quantâ cautelâ gerere ſe debeat in peccatores.*

Olympiodori.] *Quando ſeſe extra lucem ſtatuerunt, in tenebris ibunt & caligine.*

Olympiod. *In Tenebris errorum ambulat qui extra lucem ſe conſtituit.*

(Quia inferam ſuper eos mala, &c.)

Victoris.] *Erudiam, ait, eos in auerſione eorum, quum & eorum completa fuerint peccata, quòd ſibi ipſis plenè theſaurizauerint iram in die iræ, nullo ex mea tolerantia bonitateque fructu percepto.*

Victor. *Caſtigat Deus tunc acriùs, quò diutiùs eius abuſi ſumus bonitate.*

29

Verſ. 13. *(Et in Prophetis Samariæ vidi iniquitates, &c.)*

Chryſoſtomi.] *Illi etſi nil aliud, Baal proponebant, hi verò me.*

Chryſoſt. *Propheta Samariæ, & Propheta Ieruſalẽ ambo improbi in quo diſcrepabant.*

Theodoreti.] *Ne minùs credere inciperent ob pœnarum dilationem, refert eorum memoriam impietatibus, quæ pro ſimilibus imò & minoribus affecti pœnâ ſunt; illi enim etſi nihil aliud Baal proponebant, hi verò me Prophetæ Ieruſalem, Pſeudoprophetas ita vocans.*

Theodorit. *Pſeudopropheta Ieruſalem acriùs puniti quàm Pſeudopropheta Samariæ.*

30

Verſ. 14. *(Et in Prophetis Ieruſalem.)*

Τοῦ Χρυσοςόμου.] οὐ γὰρ συνεχώρουν τὸν παρὰ τοῦ θεοῦ φόβον ἐγκαθίσαι τῇ διανοίᾳ τῶν ἀκουόντων. τὴν ὑπόθεσιν πᾶσαν τοῦ γενέσθαι βελτίους ἀνῄρουν, καὶ κατεῖχον ἐν τῇ πονηρίᾳ σὺν ἀνθρώπους ἅπαντας.

[Καὶ ἀντιλαμβανομένους.]

Τοῦ χρυσοςόμου.] οὐ μόνον φησὶν οὐκ ἐνουθέτουν ἀνθρώπους. ἀπὸ γὰρ τοῦ μέρους τὸ πᾶν ἐσήμανεν. ἀποστρέφειν ἀπὸ τῶν πονηριῶν, ἀλλὰ καὶ συνηγόρουν αὐτοῖς. ὡς ἐκ τούτου μᾶλλον ἐπιτρίβεσθαι αὐτοὺς εἰς κακίαν.

[Ἐγενήθησαν μοι.]

Τοῦ χρυσοςόμου.] τίνα οὐχ ἱκανὰ παιδεῦσαι ἐκεῖνα, οὕτως ἀτερπὴς, καὶ φοβερὰ ἡ ὄψις τῆς γῆς, καθάπερ σῶμα διὰ παντὸς ἐμπεπρησμένον.

[Διὰ τοῦτο τάδε.]

Τοῦ Χρυσοςόμου.] οὐχὶ τῇ φύσει, ἀλλὰ τῇ διαθέσει παρειμένον. ὅταν μὲν γὰρ αὐτῇ τῇ φύσει πικρὸν ᾖ, πολλὰς ἔνι παραμυθίας εὑρεῖν, καὶ τόπους ἀμείβομεν, καὶ παρὰ τῶν ἐχόντων ἀπολαβόντες, καὶ ἕτερόν τι προσάγομεν, ὅταν δὲ αὐτὸ τὸ αἰσθητήριον διεφθαρμένον ᾖ, οὐδεμία λοιπὸν ἴασίς ἐςι. βέλτιον οὖν τὰς αἰσθήσεις ὑγιαίνειν, ἢ τὰ ςοιχεῖα πικρὰ || ὅταν μεθ᾽ ἑαυτοῦ || περιφέρῃ.

|| ὄντα.
|| περιφέρειν.

Βίκτορος.] προτάξας τῶν τιμωριῶν τὰς αἰτίας, τῆς αὐτοῦ κρίσεως ἀποφαίνει τὸ δίκαιον. ὃ δὴ ποιεῖ πανταχοῦ. τῶν δὲ κακῶν τὴν πεῖραν, ὀδύνας ἔφη, καὶ ὕδωρ πικρόν. συμβουλεύει δὲ μὴ πείθεσθαι τοῖς ἀπὸ καρδίας ἢ καὶ δαιμόνων φθεγγομένοις. ψυχικὴν γὰρ καὶ δαιμονιώδη τὴν τοιαύτην καὶ Ἰάκωβος διδασκαλίαν καλεῖ, συμμιγὴς γὰρ πᾶσα κακία ἐξ ἀνθρωπίνου πάθους, καὶ δαιμονικῆς συμπνεύσεως.

[Ὅτι ἀπὸ τῶν προφητῶν.]

Τοῦ Χρυσοςόμου.] πάλιν τὴν αἰτίαν τίθησιν. οὐκ ἤρκησεν αὐτοῖς μέχρι τῆς πόλεως ςῆσαι τὰ δεινὰ, ἀλλὰ καὶ τῶν ἑτέροις συμβάντων αὐτοὶ γεγόνασιν αἴτιοι.

Chrysostomi.] *Nam non permittebant vt in animis audientium Dei timor ageret radices, occasiones omnes per quas illi probiores euaderent, ipsi tollebant, omnesque homines in improbitate detinebant.*

(Et suscipientes manus multorum.)

Chrysostomi.] *Non tantùm, ait, homines non instruebant. (Ex parte enim totum expressit) vt auerterent se à nequitiis; sed & illis opem ferebant, vt propterea illi magis in improbitate proficerent.*

(Facti sunt mihi omnes quasi Sodoma.)

Chrysostomi.] *Quem illa non erudirent? ita tristis iniucundusque terræ aspectus, tamquam corpus omni ex parte combustum.*

Vers. 15. *(Propterea hæc dicit Dominus, &c.)*

Chrysostomi.] *Non naturâ, sed ex affectu abiicientem: cùm enim suapte naturâ amara est, multa licet adhibere remedia; & loca mutamus, & ab habentibus accipimus, & aliud quidpiam assumimus. Quando verò sensoriū ipsum corruptum est, omne medicamentum inutile est: melius itaque est sensus habere sanos: quàm elementa amara secum deferre.*

Victoris.] *Allegatis pœnarum causis, sui iudicij æquitatem pronunciat: quod passim facere consueuit: malorum verò experimentum dolores appellauit, & aquam amaram: monet verò audiendos non esse eos, qui de corde, vel Dæmonum instinctu loquuntur,*[a] animalem *enim*, & Dæmoniacam *huiusmodi doctrinam vocat & Iacobus: omne etenim malum ex humano affectu Dæmonumque afflatu conflatum est.*

(Quia à Prophetis Ierusalem.)

Chrysostomi.] *Rursus causam proponit, non fuit illis satis mala in ciuitate diffundere, sed & eorum quæ alij passi sunt, ipsi fuêre auctores.*

Chrysost. *Pseudopropheta Ierusalē quàm grauiter delinquerent.*

Chrysost. *Doctores praui quàm obsint populo.*

Chrysost. *Doctorū prauorum impietatē is in terra honor vt omnia igne absumpta videantur.*

31

Chrysost. *Dolor in pœnam à Deo immissus quā acrior dolore quolibet naturali.*

Victor. *Supplicia Dei appellata dolores, & aqua amara.*

a Iac. 3. 15.

Chrysost. *Doctores praui non vmduntaxat ciuitati, sed toti obsunt regioni.*

Capitis 23. à vers. 16. vsque ad 23. Sectio Quinta.

TEXTVS VVLGATÆ.

16 HÆc dicit Dominus exercituum: Nolite audire verba Prophetarum, qui prophetant vobis, & decipiunt vos: visionem cordis sui loquuntur, non de ore Domini.

17 Dicunt his, qui blasphemant me: Locutus est Dominus: Pax erit vobis, & omni, qui ambulant in prauitate cordis sui, dixerunt: Non veniet super vos malum.

18 Quis enim affuit in consilio Domini, & vidit, & audiuit sermonem eius? quis considerauit verbum illius & audiuit?

19 Ecce turbo Dominicæ indignationis egredietur, & tempestas erumpens: super caput impiorum veniet.

20 Non reuertetur furor Domini vsque dum faciat, & vsque dum compleat cogitationem cordis sui: in nouissimis diebus intelligetis consilium eius.

21 Non mittebam Prophetas, & ipsi currebant: non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant.

22 Si stetissent in consilio meo, & nota fecissent verba mea populo meo, auertissē vtique eos à via sua mala, & à cogitationibus suis pessimis.

TEXTVS SEPTVAGINTA.

16 *SIc dicit Dominus omnipotens: Nolite audire verba Prophetarum; quia vanam faciunt vobis visionem, de corde suo loquuntur, & non ex ore Domini.*

17 *Dicunt iis, qui abiiciunt verbum Domini, pax erit vobis; & omnibus ambulantibus in voluntatibus suis, & omni ambulanti in errore cordis sui dixerunt, non venient super te mala.*

18 *Quoniam quis stetit in subsistentia Domini, & vidit sermonem eius? Quis auribus percepit, & audiuit?*

19 *Ecce commotio à Domino, & ira egreditur in commotionem: conferta super impios veniet.*

20 *Et non vltra auertetur furor Domini; donec fecerit illud, & donec statuerit illud ab aggressione cordis sui. In nouissimo dierum intelligent illud.*

21 *Non mittebam Prophetas; & ipsi currebant: neque loquutus eram ad eos; & ipsi prophetabant.*

22 *Quòd si stetissent in substantia mea, & si audissent verba mea; & populum meum auertissent à pessimis studiis eorum.*

PARA

PARAPHRASIS CHALDAICA.

16 *HÆc dicit Dominus exercituum: Ne recipiatis verba Pſeudoprophetarum qui prophetant vobis; decipiunt enim vos; impietatem cordis ſui loquuntur, non ex verbo Domini.*

17 *Dicunt in Prophetia mendacia ſua his qui irritant coram me: Locutus eſt Dominus: Pax erit vobis: & omnibus qui ambulant in cogitatione cordis ſui, dicunt: Non veniet ſuper vos malum.*

18 *Non enim ſteterunt vt reuelaretur ſibi ſecretum à facie Domini; nec viderunt, nec audierunt ſermones eius, nec auſcultauerunt verba eius, nec obedierunt.*

19 *Ecce increpatio à facie Domini egredietur in ira, & tempeſtas conturbans ſuper caput impiorum reſidebit.*

20 *Non auertetur ira Domini donec fecerit & impleuerit cogitationes voluntatis ſuæ. In fine dierum intelligetis hoc intelligendo.*

21 *Non miſi Pſeudoprophetas, & ipſi currebant ad male faciendum; nec locutus ſum cum eis, & ipſi prophetabant falſum.*

22 *Et ſi ſtetiſſent vt reuelaretur ſibi ſecretum à facie Domini, & audire feciſſent populum meum verba mea, auertiſſent vtique eos à via ſua mala, & à malitia operum ſuorum.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impreſſis.

32 Hieron. *Diſcipulis praui magiſtriſque improbis par erit pœna.*

HIeronymus. (*Hæc dicit Dominus exercituum.*) Ne putaret ſe populus alienum eſſe à culpa, ſi peruerſis acquieſceret doctoribus: *Nolite*, inquit, *audire verba Prophetarum, qui vobis prophetant mendacium, & decipiunt vos.* Par enim erat pœna, & magiſtro, & diſcipulo. *Non loquuntur ex ore Domini, ſed ea quæ in ſuo corde ſimularunt. Dicunt his qui blaſphemant me:* hæreticis videlicet, atque peruerſis, ſiue *qui abiiciunt ſermonem meum:* quid dicunt? *Locutus eſt Dominus: pax erit vobis:* Ne timeatis dura ſupplicia: nec vanis comminationibus terreamini: pax erit vobis, atque tranquillitas; & quicquid dicimus, & annunciamus vobis, locutus eſt Dominus: nec veniet ſuper vos malum, quod timetis pro mala conſcientia: ſed bonum quod vobis locutus eſt Dominus.

Hæreticorum verba libertatem conſcientiæ prædicantium.

(*Quis enim aſſuit in conſilio Domini, & vidit, & audiuit ſermonem eius?*) Vbi nos interpretati ſumus, in conſilio Domini, & in Hebraico ſcriptum eſt בסוד *beſod*, Aquila, *ſecretum*: Symmachus, *ſermonem*: Septuaginta & Theodotio, *ſubſtantiam*, ſiue *ſubſiſtentiam* interpretati ſunt. Et eſt ſenſus: Nolire credere ô vulgus indoctum Prophetis, vobis falſa annunciantibus: qui dicunt, hæc locutus eſt Dominus: pax erit vobis, non veniet ſuper vos malum. Vnde enim poſſunt Dei noſſe ſecreta, aut quo annunciante Dei didicere conſilium? quomodo ad eos diuinæ diſpoſitionis ſermo peruenit? Quidam noſtrorum in hoc loco reperiſſe ſe putant, vbi Dei deſcribatur ſubſtantia.

33 (*Ecce turbo, ſiue tempeſtas.*) Qui ſupra dixerant: locutus eſt nobis Dominus, pax erit vobis, & quos corripuerat quod non poſſent ventura cognoſcere, nec Dei noſſe ſententiam: nunc oſtendit per contraria, eos omnino neſcite. Pro pace enim & ſecuritate tempeſtatem venire Babyloniam, & venire non ſuper quoſlibet, ſed ſuper capita impiorum, vel vniuerſi populi, vel eorum qui falſa populo nunciabant. Nec ſicut in præteritis temporibus Dei iram furoremque placandum: ſed quod prædixit, & ſæpiſſimè comminatus eſt, opere complendum, & cogitationem illius, atque ſententiam, impiorum ſuppliciis comprobandam. Cùm, inquit, extremum captiuitatis tempus aduenerit, & obtinuerit vos victor exultans, & manus ſtridore vinxerit catenarum: tunc intelligetis conſilium eius, quod vos fruſtra nunc ſcire iactatis.

(*Non mittebam Prophetas.*) Hunc ſenſum & Apoſtolus explicat ad Romanos: [a] *Et ſicut non probauerunt Deum habere in notitia, tradidit eos Deus in reprobum ſenſum, vt faciant, quæ non conueniunt: repletos omni iniquitate, malitiâ, fornicatione, nequitiâ, auaritiâ*, &c. Cùm enim ſemel ſe tradiderint falſi doctores mendaciis, atque periuriis, & mortibus deceptorum: non pedetentim, nec conſiderato gradu, ſed præcipites currunt ad interitum, & ſuum, & eorum quos deceperint. Nec loquitur eis Dominus, ſed ipſi loquuntur, quaſi ex ore Domini, de quibus dicitur. *Si ſtetiſſent in conſilio meo:* hoc eſt, ſi meæ acquieſcere voluiſſent voluntati, *& nota feciſſent verba mea populo meo*, non blandientes eis, & adulatione perdentes: vt dicerent, non habetis peccata: perfectam iuſtitiam poſſidetis: ſanctitas & pudicitia, atque iuſtitia in vobis tantummodò reperiuntur: & ego non tradidiſſem eos in immunditiam, & ignominiam: vt facerent quæ non conueniunt, & ſequerentur cogitationes ſuas peſſimas. Contemplemur hæreticos, quo modo ſemel deſperantes ſalutem, gulæ ſe tradant, & deliciis, veſcantur carnibus: frequentes adeant balneas: muſco fragrent, vnguentis variis delibuti quærant corporum pulchritudinem. Semel enim futura non ſperant, neque credunt in reſurrectionem. Quod cùm ſermone non pandant, oſtendunt operibus. Si enim crederent, iſta non facerent. Et in hoc loco vbi ſcriptum: *ſi ſtetiſſent in conſilio meo*, Aquila & Symmachus, & Theodotio, & Sept. vt ſupra ſimiliter tranſtulerunt.

a Rom. 1. 28.

Doctores praui quàm præcipites ad ſuum, & eorũ quos deceperint currant interitum.

Doctorũ prauorũ malum omne ex eo quòd diuinæ nolunt acquieſcere voluntati.

34 Theodorit.

Theodoritus. Admonet populum ne excipiat ab illis, quos enuntiant ſermones. De corde enim ſuo, ait, loquuntur, non ex ore Domini. Pollicentur pacem, quam non promiſi ego. Dixerunt omnibus, qui ambulant iuxta voluntates ſuas, & cuilibet ambulanti in errore cordis ſui, Non veniet ſuper te mala. Nam quis ſtetit in Conſiſtorio Domini, & vidit, & audiuit verbum eius? Quis auribus hauſit, & audiuit verbum eius? Dum hæc, ait, dicunt, obfirmant perpetrantes mala, & pertinaces reddunt ad iniquitatem, ac prohibent, ne ſermonem propheticum intelligant. (*Ecce quaſſatio, & ira à Domino proficiſcitur, in quaſſationem, quæ non auertitur.*) Per hæc, ſignificat mala inuicem ſuccedentia: & quod hæc à Deo immittuntur. Ipſe enim vobis infligit ſupplicia.

Calamitatibus inuicem ſuccedentibus punit impios Deus.

Tum refert eos qui paſſuri ſunt. (*Super impios venient.*) Non auertetur furor Domini, donec peregerit quæ molitus eſt in corde ſuo. Quæ enim prædixit, ad finem perducentur. Extremis diebus intelligent. Cùm viderint res ipſas, verborum recordabuntur.

Damnati in pœnis cõminationum diuinarum recordabuntur.

Refert poſtea, falſos Prophetas ſuâ ſponte, non iuſſos, populo ſermones contrarios nuntiaſſe. (*Si enim,*

Doctrina praua omnis ex eo quòd non audiuntur sermones, nec statur in illius decretis.

enim,inquit,adfuissent concilio meo, audissentque sermonem meum,docuissent populum meum:& auertissent eos à via sua praua,& à studiis eorum peruersis.) Ego verò per legem apertè prohibui species omnes nequitiæ. Quare si secuti essent sermones meos, redarguissent vtrique iniquitates populi, & in rectam viam reduxissent.

35 D Thom. *Pseudoprophetarum varia decipiendi rationes.*

D.Thomas. Hic ponit diuersos modos deceptionis, & primò exponit ipsos. Secundò consummatim eos colligit, ibi, *Propterea ecce ego ad Prophetas.* Circa primum duo. Primò ponit modum decipiendi per verba ficta: quando scilicet nihil videbant: sed fingebant se visionem à Domino accepisse: secundò ponit modum decipiendi per somnia vana: dum somniis phantasticis quasi diuinis reuelationibus adhærebant, ibi, (*Putasne*,&c. Circa primum tria. Primò ponitur prohibitio ad populum, ne tales pseudo-Prophetas audiant eis obediédo,& credendo. (*Nolite audire.*) [a] Deut.13. *Si surrexerit in medio tui Propheta: aut qui somnium vidisse se dicat: & prædixerit signum atque portentum & euenerit quod locutus est,& dixerit tibi. Eamus & sequamur Deos alienos quos ignoras:& seruiamus eis:non audies verba Prophetæ illius, aut somniatoris*,&c. Secūdò inducitur pro causa Prophetarum deceptio quantùm ad præsumptam auctoritatem: quia se nuntios Dei mentiebantur: (*visionem cordis.*) Ezech.13. [b] *Væh Prophetis insipientibus qui sequuntur spiritū suum,& nihil vident*,&c. Quantùm ad falsam promissionem (*dicunt his qui blasphemant,*) supra 6. [c] *Curabant contritionem filiæ populi mei cum ignominia dicentes,pax,pax,& non erat pax.* Et quantùm ad erroneam probationem. (*Quis enim affuit*) quia enim Isai.40. dicitur. [d] *Quis consiliarius eius fuit:* volebant debilitare comminationes Prophetarum: ne eis crederetur, quasi diuina consilia ignorantibus peruersè intelligentes: quia per verbum illud non excluditur cognitio diuini consilij per reuelationem: sed per humani ingenij compræhensionem. (*Et vidit*) quasi præsens: (*considerauit*) quasi absens. Matth.22.[e] *Erratis nescientes Scripturas*: secundò ostendit eorum falsitatem. Et primò quantùm ad falsam promissionem ponens pœnam. (*Ecce turbo*) dispergens captiuatos tempore grauis afflictionis (*impiorum*) quibus pacem promittebant. Vnde constat eos non esse bonos Prophetas. Deut.18.[f] Quod in nomine Domini Propheta ille prædixerit; & non euenerit: hoc Dominus non est locutus. Psalmus.[g] *Ignis ante ipsum præcedet: & inflammabit in circuitu inimicos eius.* Et excludit misericordiam, (*non reuertentur.*) Isai. 55. [h] *Sic erit verbum quod egredietur de ore meo, Non reuertetur ad me vacuum: sed faciet quæcumque volui: & prosperabitur in his ad quæ misi illud.* Et inducit pœnæ effectum (*in nouissimis*) quando pœnas sustinueritis (*intellige*) per experimentum. Psalm.[i] *Cognoscetur Dominus iudicia faciens*: secundò quantùm ad præsumptam auctoritatem (*non mittebam*) supra 14.[k] *Non misi eos: & non præcepi eis; neque locutus sum ad eos:* tertiò quantùm ad falsam probationem. (*Si stetissent*) sicut veri Prophetæ (*auertissem*) populum vel ipsos Prophetas. supra 15.[l] *Si conuerteris conuertam te.*

Docentes praua non audiendi.
a Deut.13.1.
b Eze.13.3.
c Iere.6. 14.
Doctrinam sacram debilitare in primis satagunt praua docentes.
d Isai 40.13.
e Matth. 22. 29.
f Deut. 18. 22.
g Psal. 96 3.
h Isai.55.11.
i Psal.9.17.
k Ier. 14.14.
l Iere.15.19.

36 Cyprian. *Schismaticorū,& hæreticorum sermonibus,& promissis fides nō adhibenda.*

Cyprianus epistolâ 40. ad plebem Carthaginiensem à Schismaticis eam deterrens Presbyteris. Admoneo, inquit, fratres dilectissimi pariter consulo, ne perniciosis vocibus temerè credatis, ne fallacibus verbis consensum facilè commodetis, ne pro luce tenebras, pro die noctem, pro cibo famem, pro potu sitim, venenum pro remedio, mortem pro salute sumatis. Nec ætas vos eorum, nec auctoritas fallat; qui ad duorum Presbyterorum veterem nequitiam respondentes, sicut illi Susannam pudicam corrumpere & violare conati sunt, sic & hi adulterinis doctrinis Ecclesiæ pudicitiam corrumpere, & veritatem Euangelicam violare conantur. Clamat & dicit Dominus: [m] *Nolite audire sermones Pseudoprophetarum, quoniam visiones cordis eorum frustrantur. Loquuntur, sed non ab ore Domini. Dicunt eis qui abiiciunt verbum Domini: Pax erit vobis. Pacem nunc offerunt, qui ipsi non habent pacem.*

Docentis praua nec ætas, nec auctoritas nos commoueat. Dan. 13.
m Ier.23.16. *Hæretici offerunt pacem, cùm ipsi pacem non habeant.*

37

Idemque Cyprianus peregregiè totum hunc locum pertractans contra Pseudo-Episcopos, in libro de Vnitate Ecclesiæ circa medium: hæc habet quæ apprimè contra nostri temporis hæreticorum ministros congruunt. Hi sunt, qui se vltro apud conuenas sine dispositione præficiunt, qui se præpositos sine vlla ordinationis lege constituunt, qui nemine Episcopatum dante, Episcopi sibi nomen assumunt: quos designat in Psalmis Spiritus Sanctus, [n] sedentes in pestilentiæ Cathedra pestes & lues fidei, serpentis ore fallentes,& corrumpendæ veritatis artifices, venena lethalia linguis pestiferis euomentes: [o] quorum sermo vt cancer serpit: quorum tactus pectoribus & cordibus singulorum mortale virus infundit. Contra eiusmodi clamat Dominus, ab his refrænat & reuocat errantem plebem suam, dicens:[p] *Nolite audire sermones Pseudoprophetarum: quoniam visiones cordis eorum frustrantur eos. Loquuntur, sed non ab ore Domini. Dicunt eis qui abiiciunt verbum Dei: Pax erit vobis, & omnibus ambulantibus in voluntatibus suis: omnis qui ambulat in errore cordis sui, non venient super eum mala: non locutus sum ad eos, & ipsi prophetauerunt. Si stetissent in substantia mea, & audissent verba mea, & si docuissent populum meum, conuertissem eos à malis cogitationibus eorum.*

Ministri hæreticorū nostri temporis descripti.
n Psal.1.1.
o 2.Tim.2. 17.
A Ministris hæreticorum falsa, prauaque prædicātibus quàm cauendū eorumdemque prauitas descripta.
p Iere.23.16.

Idem lib. 1. Testimoniorum aduersùs Iudæos num.4. quod ad finem vers.20. dicitur iuxta Vulgatam. *In nouissimis diebus intelligetis consilium eius:* & iuxta Sept. *In nouissimo dierum intelligent illud:* affert ad probandum, quòd Iudæi Scripturas sanctas intellecturi non essent, intelligi autem haberent in nouissimis temporibus, posteaquam Christus venisset: sicque id legit. *In nouissimo dierum cognoscetis ea.*

Scripturas Sacras non intelligendas à Iudæis, nisi post Christi aduentum.

38 Greg. PP.

Gregorius Papa homiliâ 10. in Ezechielem, ante medium, super ea Domini.[q] *Fili hominis vade ad domum Israel:& loquêris verba mea ad eos.* In eo inquit, quod Dominus Prophetæ dicit: *loquêris verba mea ad eos:* quid aliud quàm eius ori frænum moderaminis imponit? ne quæ prius intus non audierit: foris dicere præsumat. Nam Prophetæ falsi sua & non Dei verba loquebantur, de quibus scriptum est:[r] *Nolite audire verba Prophetarum qui prophetant vobis, & decipiunt vos: visionem cordis sui loquuntur, non de ore Domini.* Et rursum: *Non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant.* Qua ex re quoque colligendum est: quia & quisquis expositor in explanatione sacri eloquij vt fortasse auditoribus placeat, aliquid mentiendo componit, sua, & non Domini verba loquitur; si tamen placendi vel seducendi studio mentiatur. Nam si in verbis Dominicis virtutem requirens, ipse aliter quàm is per quem prolata sunt, senserit, etiam si sub intellectu alio ædificationem charitatis requirat, Domini sunt verba quæ narrat: qui ad hoc solum Deus per totam nobis

Propheta Dei non debebant præsumere foris dicere quæ intus à Deo non acceperant.
q Ezech.3.3.
r Ier.23.
Sacræ Scripturæ explanator quando sua, & non Domini verba loquatur.
Sacram scripturā pro motu suo exponēs aliter quàm litera eius sit sensus nō propria, sed Dei loquitur verba.

nobis Sacram Scripturam loquitur, vt nos ad suum & proximi amorem trahat.

39 Ob ὑποςήματος, seu ὑποςάσεως vocabulum, quod in vers. 18. & 22. Sept. adhibuêre, vt notatū supra ex Hieronymo, plerique Sanctorum Veterumque Patrum ea de diuinæ essentiæ substantia interpretati sunt, quos & hîc referre debeo.

Greg. Naz. *Substantia Dei quid?*

Gregor. Nazianz. Orat. 49. Et in meo Codice tractatu 51. de Fide, post dimidium. Quæ est substantia Dei, nisi ipsum quod Deus simplex, singulare, purum, nulla concretione permixtum, limpidum, bonum, perfectū, beatum, integrum, sanctum, totum? An tu putas inane aliquid esse, & vacuum quod Deus est? hoc enim dici, blasphemia est, vt inane putetur, per quem cuncta consistunt, qui omnia verbo edidit, ratione composuit, virtute perfecit. Cuius nutu & imperio vniuersa geruntur, cuncta deseruiunt: & benè quod de Deo in lege scriptum est.[a] *Ego sum qui sum.* Et, *Qui est, misit me.* Et ipse Saluator & Dominus, [b] *Hæc est* (inquit) *vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum.* Est ergo in essentia sua Deus, cuius cognitio vita æterna est, qui est tantus, quantus dici non potest: qui tunc dignè æstimatur, cùm inæstimabilis dicitur. Est vtique, velis ac nolis. Ergo ipsū quod est, hoc erit substātia huius rei, quæ esse defenditur. Quod tamen (vt iam dictum est) quantus & qualis sit, nec mēte concipi, nec sensu æstimari, nec animo definiri potest, dūmodo cōstet esse quod creditur, vt de eo ipso ꝙ Deus est, inde sit filius, & verus sit filius, & verus sit Pater in filio, & filius in patre. Hoc erit ὁμόυσιον, hoc est, vnius essentiæ cum Patre: sicut vnius essentiæ cum Patre: sicut ipse Dominus ait,[c] *Ego in patre, & pater in me.* [d] *Ego & Pater vnum sumus.* Et,[e] *Ego de Deo patre exiui.* Et,[f] *Qui me videt, videt & patrem:* non immeritò, quia filius Dei de Deo Patre natus est, & ideò de vnitate substantiæ, & de maiestate diuinitatis vnum sunt; sicuti & Ieremias Propheta ait: [g] *Quis stabit in substātia Domini?* Et iterum apud eumdem. Et,[h] *Si stetissent in substantia mea, auertissem eos ab studiis eorum pessimis:* & apud Solomonem,[i] *Substantia mea, dulcedo mea est.* Cùm ergo hanc vnitatem substantiæ in Patre & filio, non solùm propheticâ, sed Euangelicâ auctoritate cognoscas, quomodo dicis in diuinis Scripturis ὁμόυσιον, non inueniri, quasi aliud sit homousion, quàm quod dicit,[k] *Ego de Deo Patre exiui.* Et,[l] *Ego & Pater vnum sumus:* vel quod Prophetæ ex aperto substantiam Dei intimarunt.

a Exo. 3. 14. b Ioan. 17. 3.

Deus est in essentia Deus.

Homousion quomodo de filio dicatur. *c Ioan. 14. 10. d Ioā. 10. 30. e Ioā. 16. 28. f Ioan. 14. 9.*

g Iere. 23. 18. h Ierem. 23. i Sap. 16. 21.

Homousion vt filij epithetū reperiri in Script. sacris.

k Ioā. 16. 28. l Ioan. 10. 30.

40 *Ambros. l Ier. 23. 18. m Ier. 23. 22.*

Ambrosius lib. 3. de Fide ad Gratianum Augustum c. 7. post multa de Christi substantia. Quid, ait ad Arrianum, illud quod habes:[l] *Quoniam quis stetit in substantia Domini?* Et alibi: [m] *Et si stetissent in substantia mea, & audissent verba mea, & si docuissent verba mea, & si docuissent plebem meam, auertissem eos à nequitiis & conuentionibus suis.* Quomodo negant Dei esse substantiam? quomodo verbum substantiæ, quod creberrimum in Scripturis est, putant esse vitandum, cum ipsi ex alia substantia, hoc est, ἑτερόυσιον dicendo filium, substantiam tamen in Deo esse non abnuant? Non igitur verbum, sed vim verbi fugiunt, quia nolunt verum esse Dei filium. Nam licet humano verbo non possit diuinæ generationis series compræhendi, tamen iudicarunt patres fidem suam tali propriè contra ἑτερόυσιον sermone signandam, authoritatem sequuti Prophetæ qui ait: *Quis stetit*

Substantiæ nomen Deo negare non poterant Arriani.

in substantia Dei, & vidit verbum eius? Secundùm impietatem igitur suam positum substantiæ verbum recipiunt Arriani, secundùm pietatem autem fidelium comprobatum repudiant & refutant. Nam quid est aliud, cur homousion patri nolint filium dici, nisi quia nolunt verum Dei filium confiteri? sicut author ipsorum Eusebius Nicomediensis epistolâ suâ prodidit, dicens: Si verum inquit, Dei filium & increatum dicimus, homousion cum Patre incipimus confiteri. Hæc cùm lecta esset epistola in Concilio Niceno, hoc verbum in tractatu fidei posuerunt patres, quòd id viderunt aduersariis esse formidini, vt tanquam euaginato ab ipsis gladio, ipsorum nefandæ caput hæresis amputarent.

Homousij vocem cur in Niceno symbolo posuerint Patres.

Phebadius Episcop. lib. contra Arrianos Tom. 4. Bibliot. Vet. Patr. pag. 279. Similia habet, sicut & Idacius Clarus lib. 3. aduersùs Varimundum eodem Tom. 4. Bibl. pag. 416.

41 Sed ante hos omnes Athanasius lib. 5. de Vnita Deitate Trinitatis. Audi, inquit, Spiritum Sanctum per Ieremiam Prophetam testantem, vel imò Hæreticos per hæc auctoritatis iura increpantem: [n] *Super montes accipite planctum, & super semitas deserti luctum, quia defecerunt, eò quòd non sint homines, non audierunt vocem substantiæ. A volatilibus cæli vsque ad pecora.* Et sic prosecutus est: *Quis homo sapiens & intelligit hæc?* Hic vt intelligi datur, montes, & colles in superbia elatas potestates huius mundi esse. Et semitæ deserti Iudæi sunt, qui semper errantes Christum Deum verum, de substantia Patris ante cuncta sæcula natum, non cognouerunt: Volatilia autem cæli, Hæretici sunt, qui omni vento doctrinæ huc atque illuc, sicut aues circumferuntur, & vnitam iussionis vocem, substantiæ patris, & filij, & Sancti Spiritus esse non confitentur: Pecora adæquè gentiles sunt, qui Deum factorem suum non cognouerunt. Verè nemo ex his arbitrandus est sapiens, qui non intelligunt hanc vnitam esse substātiam Trinitatis. Vel ad hæc intellige Prophetam clamantem:[o] *Quis stabit in substantia Domini, & videbit verbum eius?* Planè quis hominum potuit stare in substantia Domini, & videre verbum, id est, filium eius? sicut ipse dicit:[p] *Et nemo vidit Patrem nisi filius, & nemo scit filium, nisi Pater.* Vel tale dictum accipe:[q] *Qui me vidit, vidit & Patrem meum.* Nam de persona paracleti, idem ipse effatus est.[r] *Spiritus vbi vult adspirat, & vocem eius audis, & nescis vnde veniat, aut quò vadat, sic est omnis qui natus est ex aqua & Spiritu Sancto.* Considera vnam esse inuisibilem substantiam Trinitatis. Sed ad hæc adiecit: [s] *Si stetissent in substantia mea, & audissent verba mea, auertissem eos à studiis eorum pessimis.* Vel in hoc,[t] *substantia mea, dulcedo mea est:* Necnon: [u] *Qui est splendor gloriæ, & imago substantiæ eius.*

n Iere. 9. 10.

Montium vocabulo significatæ superbæ mundi potestates.

Iudæi designati per semitas deserti.

Hæretici designati per volatilia cæli.

Gentiles designati per pecora.

Trinitatis substantiam quinam non intelligant.

o Ier. 23. 18.

Substantiam Dei inuisibilē contestatā sacra litera.

p Luc 10. 22. q Ioan. 14. 9.

r Ioan. 3. 8.

s Iere. 23. 22.

t Sap. 16. 21. u Hebr. 1. 3.

42 Circa id quod item in Vers. 18. habetur, *Quis considerauit verbum illius, & audiuit?* Bonauentura exposit. in Psal. 118. cap. 2. vers. 2. art. 3. In hoc, ait, notare possumus, quantâ reuerentiâ, & reuerenti instantiâ debemus Dominum præuenire, vt valeamus reserare & erudire, quæ nec considerare sufficimus, nec audire, quia profectò in talibus plus proficit oratio, quàm meditatio: imò securè audeo dicere, quòd breuitas orationis nonnumquam impetrat, quod prolixitas meditationis non penetrat.

D. Bonau. *Scripturæ Sacræ studium quantâ reuerētiâ adeundum.* *In Scriptura Sacra studio plus proficit oratio, quàm speculatio.*

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Οὕτω λέγει κύριος.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ταῦτα ἀποφάσεις εἰσί. πόθεν εἰπέ μοι δῆλον, ὅτι ψευδῆ λέγουσιν; ὅτι κακὰ ἐπιτείνουσιν; ὅτι ῥαθυμίαν αὔξουσιν.

Θεοδωρήτου.] δῆλον δὲ αὐτῶν τὸ ψεῦδος, ἐξ ὧν ἐπιτείνουσι τὰ κακά, καὶ τὴν ῥαθυμίαν ἐπαύξουσιν. ἐξ ὧν οὐκ ἔχουσι τὸν χαρακτῆρα τοῦ θείου πνεύματος. καὶ λέγουσι. τάδε λέγει κύριος, καὶ οὐκ ἐλάλησεν.

|| Ὠριγένους.] ἀπαγορεύει οὐ προφήτην ἁπλῶς ἀκούειν, ἀλλὰ λόγους προφητῶν ἐν μιμήσει προφερομένους. ὁ γὰρ ἀκούων προφήτου, οἷον Μωυσέως, οὐκ αὐτοῦ, ἀλλὰ κυρίου ἀκούει διὰ τούτου λαλοῦντος. οἱ δὲ ψευδοπροφῆται ματαιοῦσιν. τῷ γὰρ μὴ ἐπιστρέφειν, ποιοῦσι τὸν ἀκούοντα μάταιον, ὅρασιν καρδίας λαλοῦντες. νοῦς γὰρ ἐπιβάλλων πράγμασι χωρὶς θεοῦ βοηθείας, ὅρασιν καρδίας, οὐκ ἀπὸ στόματος λαλεῖ τοῦ χορηγοῦντος εἰπεῖν καὶ φωτίζοντος: ἔστι δὲ ὅτε συντρέχει καρδίας ὅρασις, καὶ στόματος κυρίου λόγος. ὅθεν οὐχ ἁπλῶς ψέγει τὴν ὅρασιν τῆς καρδίας, ἀλλ᾽ ὅταν μὴ προσῇ τὸ ἕτερον. συντρέχει δὲ παρὰ τῷ λέγοντι. προσεύχομαι δὲ τῷ στόματι, προσεύχομαι δὲ καὶ τῷ νοΐ. ||

[Ὅτι ματαιοῦσιν.]

Ὀλυμπιοδώρου.] τὰς ματαίας καὶ δαιμονικὰς ὁράσεις ὡς ἀληθεῖς προσφέρουσι.

[Ὅτι τίς ἔστη]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τουτέστι, τίς δύναται τὸν θεὸν ἰδεῖν; σύμμαχος φησί. τίς γὰρ παρῆν ἐν ὁμιλίᾳ; καὶ τίς δὲ ἤκουσε; πῶς οὖν ὑμεῖς λέγετε ἀκηκοέναι;

Ὀλυμπιοδώρου] οὐ μόνον φησὶ ψευδῆ προεφήτευον, ἀλλὰ καὶ διαβάλλοντες τοὺς ἀληθεῖς προφήτας, ἔλεγον. ψεύδονται. τίς γὰρ ἐπλησίασε τῷ θεῷ, ἵνα καὶ ἀκούσῃ τῶν λόγων αὐτοῦ;

Βίκτωρος.] τίς ἐστιν ὃς λαλεῖ τὰ ἐν τῇ ὑποστάσει τοῦ κυρίου; || ἑστηκὼς ἐπὶ τὴν πέτραν, αὕτη γάρ ἐστιν ἡ ὑπόστασις τοῦ κυρίου, ὁ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως τοῦ θεοῦ.

|| ἑστηκώς.

[Ἰδοὺ σεισμός.]

Ὠριγένους.] προφητεύει περὶ συσσεισμοῦ καὶ ὀργῆς κυρίου, ἐκπορευομένης ἐπὶ τοὺς ἀσεβεῖς. ὁ θυμὸς οὐκ ἀπεστράφη, οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ᾽ ἕως ἂν ποιήσῃ αὐτό. ὡς ἀποστρέφοντος, ἐπὰν ποιήσῃ. ὃ δὲ μὴ πεποίηκε λόγος κυρίου, θυμὸς κυρίου ποιεῖ. τί δὲ θυμὸς κυρίου ποιεῖ, λέγει Δαβὶδ ἐν τῷ. κύριε μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με. οὐκοῦν ἐλέγχων οὐ παύσεται, ἕως οὗ ποιήσῃ δι᾽ ἐλέγχει, ὡς οὐδὲ ἡ ὀργὴ μέχρι τελείως παιδεύσῃ. οὐ μόνον δὲ ποιήσει, ἀλλὰ καὶ στήσει καὶ βεβαιώσει. τὸ δὲ ἀπὸ ἐγχειρήματος καρδίας αὐτοῦ. αἴνιγμα ὄν, ἐπ᾽ ἐσχάτου φησὶ νοηθήσεται. δηλαδὴ περὶ τῶν εἰρημένων περί τε θυμοῦ καὶ ὀργῆς. χάρις οὖν τῷ ἡμῖν ἀποκαλύψαντι τὰ μέχρι τοῦ παρόντος κεκρυμμένα.

[Καὶ ἕως ἂν στήσῃ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἕως ἄν φησιν, ὁ προεχειρίσατο βούλημα

Vers. 16. Sic dicit, &c. *Nolite audire,&c.)*

43

Chrysostomi.] *Hæ sententiæ sunt: vnde nam quæso liquet falsa illos dicere? mala fouere? quòd segnitiem augent.*

Chrysost. Doctores praui, segnitiem in populo augent.

Theodoreti.] *Palàm verò est eorum mendacium, quòd mala intensiora faciunt socordiamque augeant. Vnde Spiritus Sancti notas non habent, & dicunt,* hæc dicit Dominus, cùm ille non sit loquutus.

Theodoret. Doctores praui Spiritus Sancti expertes sunt, tametsi verba Dei se profiteantur tractare.

Origenes.] *Prohibet non simpliciter Prophetam audire, sed sermones Prophetarum ad imitationem confectos. Nam qui audit Prophetam, vt Moysem, non ipsum, sed Deum audit per eum loquentem. Pseudoprophetæ verò vana fingunt: cùm enim non conuertant, vanum efficiunt auditorem, visionem cordis loquẽtes, mens quippe absque Dei auxilio res considerans, visionem cordis non ex ore loquitur dantis verba & illuminãtis. Quandoque verò conueniunt visio cordis, orisque Domini verbum: quapropter non simpliciter visionem cordis reprehendit, sed quando alterum deficit: iuncta sunt autem apud eum qui dicit.* [a] Preces effundo ore, preces effundo & mente.

Origen. Vanæ prædicantes vanũ faciunt & auditorem.

Prædicatorũ quis non loquatur ex ore Domini.

Visio cordis bona est quãdo est Dei verbo cõsona.

[a] 1. Cor. 14. 15.

(Quia vanam faciunt vobis visionem.)

Olympiodori.] *Inanes & Dæmoniacas visiones tamquam veras proferunt.*

Olympiod. Visiones vanæ quæ.

Vers. 18. *(Quoniam quis stetit in substantia.)*

Chrysostomi.] *Hoc est, quis Deum videre potest? Symmachus ait.* Quis enim affuit in consilio, & quis audiuit. *Quonam igitur modo vos audisse asseueratis?*

Chrysost. Deũ videre, vel audire nemo hominũ ex se potest.

Olympiodori.] *Non tantùm ait falsa prophetabant, sed & veris Prophetis falsitatis notam inurentes dicebant; mentiuntur. Quis enim accessit ad Deum, vt sermones audiret?*

Olympiod. Doctorũ prauorum & id est, vt recta docentes calumnientur.

Victoris.] *Quis est qui loquitur ea quæ sunt in substantia Domini? stans supra petram. Hæc enim est substantia Domini figura substantiæ Dei.*

Victor. Christus petra solida est substãtia Dei, vt pote imago eius.

Vers. 19. *(Ecce commotio, & ira egreditur.)*

44

Origenis.] *De commotione prophetat & ira Domini egredientis in impios: furor non est reuersus, non simpliciter, sed donec fecerit illud; quasi reuertens postquam fecerit. Quod verò nõ fecit verbum Domini, furor Domini facit. Quod porrò furor Domini faciat ait Dauid in Psal.* [b] Domine ne in furore tuo arguas me. *Igitur arguet assiduè, Donec faciat id propter quod arguit; sic & furor vsque perfectè erudiet. Non tãtùm verò faciet: sed & statuet & confirmabit: illud verò,* ab aggressione cordis sui: *cùm sit ænigma, in nouissimo ait, intelligetur de iis scilicet quæ dixerat de furore, & ira, gratias igitur illi qui nobis ea reuelauit quæ erant hactenus abscondita.*

Origen. Furor Dei arguentis nõ desistit antequã expleatur.

[b] Psal. 6. 1.

(Et donec statuerit illud ab aggressione.)

Olympiodori.] *Donec ait, quod aggressus est*

Olympiod.

βούλευμα ὁ Θεός. τουτέστιν, ὃ ἠθέλησεν, εἰς ἔργον ἀγάγῃ.

[καὶ εἰ ἔστησαν.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐ μικρὸν τεκμήριον. οὐχ ὁ τυχὼν κανὼν ὅρος προφητείας καὶ ψευδοπροφητείας.

Ὀλυμπιοδώρου.] ἀντὶ τοῦ εἰ ἐπλησίασαν μοι, ἢ οὕτως, εἰ τὴν ὑπόστασιν τῆς προφητείας παρ' ἐμοῦ ἔσχον. τουτέστιν, εἰ παρ' ἐμοῦ ἦσαν σοφισθέντες, τὸν λαόν μου ἀπέστρεφον ἂν ἀπὸ τῶν πονηρῶν ἐπιτηδευμάτων αὐτῶν.

eſt conſilium Deus, hoc eſt, quod voluit re ipsâ præſtet.

Aggreſſio cordis Dei eſt illius conſiliũ, & voluntas executione capta.

Verſ.22.(*Quod ſi ſteti ſſent in ſubſtantia mea.*)

Chryſoſtomi.] *Non minimum indicium: non quæcumque regula Prophetam, & Pſeudoprophetam conſtituit.*

Chryſoſt. *Propheta, & Pſeudopropheta diſcrimen.*

Olympiodori.] *Pro eo quod eſt; Si propinquaſſent mihi. Vel ſic, Si rem prophetiæ à me accepiſſent, hoc eſt, ſi à me fuiſſent edocti, vtique populum meum auertiſſent à prauis eorum ſtudiis.*

Olympiod. *Stare in Dei ſubſtantia eſt illi adhærere, vel ab illo doceri.*

Capitis 23. à verſ.23. vſque ad 25. Sectio Sexta.

TEXTVS VVLGATÆ.

23 PVtaſne Deus è vicino ego ſum, dicit Dominus? & non Deus de longe?

24 Si occultabitur vir in abſconditis: & ego non videbo eum, dicit Dominus? numquid non cælum & terram ego impleo, dicit Dominus?

TEXTVS SEPTVAGINTA.

23 *DEus appropinquans ego ſum, dicit Dominus, & non Deus de longe.*

24 *Si abſcondetur quis in abſconditis, & ego non videbo eum? Numquid non cælum, & terram ego impleo, dicit Dominus?*

PARAPHRASIS CHALDAICA.

23 *EGo Deus creaui Orbem à principio, dicit Dominus. Ego Dominus renouaturus ſum mundum iuſtis.*

24 *Num putat homo ſe latitare eum in occulto eſt? an non coram me reuelatus eſt, dicit Dominus? Nonne cælum & terram implet gloria mea, dicit Dominus?*

Catena ex Veterum Patrum operibus impreſſis.

45 Hieronym.

HIeronymus.(*Numquid Deus è vicino ego ſum,* &c.) Aquila, & Symmachus ſimiliter interpretati ſunt: *Numquid Deus de propinquo, ſiue vicino ego ſum, & non Deus de longe?* Sept. verò, & Theodotio ſenſu vertêre contrario, vt dicerent: *Deus appropinquans ego, dicit Dominus, & non Deus de longe.* Quòd ſcilicet ſuperiores aſſerant, Deum non tantùm vicina, ſed & ea quæ longè ſunt cognoſcere: nec præſentia, ſed futura conſpicere. Iſti verò vbique Deum exiſtimant eſſe præſentem: nec aliquem eſſe locum vbi non adſit Deus. Omnibus enim, & præcipuè ſanctis appropinquat Deus, quomodo ſi veſtimentum adhæreat cuti: Peccatores autem longè recedentes ab eo peribunt. Hunc ſenſum & in Pſalmis legimus:[a] *Quò ibo à ſpiritu tuo, & à facie tua quò fugiam? Si aſcendero in cælum, tu illic es: ſi deſcendero ad infernum, tu ades. Si ſumpſero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris: Etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua.* Amos quoque in hæc verba conſentit, dicens:[b] *Si deſcenderint vſque ad infernum, inde manus mea educet eos, & ſi aſcenderint, vſque ad cælum, inde detraham eos. Et ſi abſconditi fuerint in vertice Carmeli, inde ſcrutans auferam eos: & ſi celauerint ſe ab oculis meis in profundo maris, ibi mandabo ſerpenti, & mordebit eos.* Rurſumque in ſuperiori Pſalmo:[c] *Quia tenebræ ait non obſcurabuntur à te, & nox ſicut dies illuminabitur: ſicut tenebræ eius, ita & lumen eius.* Quod autem in Prophetis crebrò dicitur: *Hæc dicit Dominus*: propterea ſemper infertur, ne contemnantur, quaſi verba prophetarum, ſed admoneantur iugiter Dei eſſe ſermones quos loquuntur.

Dei omniſcientia optimè expreſſa.

Dei immenſitas aſſerta. Deus adhæret Sanctis, vt veſtimentum cuti.

a Pſal.138.7.

b Amos.9.2.

c Pſal.138.12.

46 Theodorit. *Abſconditum Dei nihil eſt.*

Theodoretus, Ambabus his ſententiis omniſcientiam Dei probatam cenſens ait: Docet porrò eos, ex occultis nihil eſſe, quod ignoret. (*Deus enim propinquus ego ſum, & non Deus è longinquo. An abſcondetur homo, & non videbo eum, dicit Dominus?* Dehinc docet, Deum non circunſcribit, *Nonne cælum & terram ego impleo dicit Dominus?* Si igitur vbique præſens ſum, quo pacto arbitrantur homines, ignorare me quippiam eorum quæ geruntur.

Deus non circunſcribitur.

D. Thom. *Scientiam & remotorum, & occultorũ habet Deus.*

D. Thomas. Inducit probans diuinum teſtimonium: oſtendens teſtem idoneum: quia habet ſcientiam remotorum (*è vicino*) vt tantùm quæ in cælis ſunt cognoſcam, vbi ſedes mea dicitur: vel etiam bona & non mala, quæ à me longinqua ſunt. Sap.8.[d] *Attingit à fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter.* Et quia habet ſcientiam occultorum. (*Et ſi occultabitur vir in abſconditis*) cogitationum vel locorum. Eccleſ. 16.[e] *Non dicas: à Deo abſcondar, & ex ſummo quis mei memorabitur?* Et probat vtrumque: (*Numquid non cælum & terram,*) & ita non eſt à mea cognitione remotum (*impleo*) q. interius penetrans: & ita non eſt mihi occultum. Iſai.vlt.[f] *Cælum mihi ſedes eſt: terra autem ſcabellum pedum meorum.*

d Sap.8.1.

e Ecc.16.16.

f Iſai.66. 1.

Videatur idem 1.par.q.8.artic.2. arg. Sed contra, & in corpore.

47

Quia celeberrimæ ſunt duæ iſtæ apud Veteres Patres ſententiæ referre non pigebit, quæ in illis reperi.

Clem. Alex. *Scientia probitatem vitæ adiunctam habens erigit ad Deum.*

Clemens Alexandrinus lib.2. Stromatũm cap. 1. Diſciplina quæ cum recta vitæ inſtitutione fuerit exercitata, per omnia artificem ſapientiam, erigit ad eum qui eſt dux & princeps vniuerſitatis, qui eſt res apprehenſu & venatu difficilis, quæ ſemper recedit, & procul abeſt ab eo qui perſequitur. Ipſe autẽ cùm procul ſit, incedit vel propinquiſſimè; res certè ineffabilis.[g] *Deus appropinquans ego*, inquit Dominus, procul enim eſſentia. Quomodo enim quod eſt genitum, appropinquarit ingenito? Proximè autem eſt poteſtate, quâ ſinu ſuo omnia complectitur. *Si clanculum quis fecerit, inquit, & non videbo eum?* Atqui & vidente, & bene faciente, & docente, quæ nos tangit poteſtate, ſemper adeſt Dei potentia.

Deus & procul à nobis, & propinquiſſimus nobis.

g Ier.23.23.

Deus ſemper adeſt nobis potentia, vidẽs, benefaciens, & docens.

Euſeb. Cæſ. *Prouidentia Dei eximia in cuncta creata.*

Euſebius Cæſarienſ. vtitur hoc loco ad conteſtandam Dei prouidentiam; libro enim ſeptimo

Præparationis Euangelicæ cap.4.ait, Huiusmodi Hebræorum Theologia est, quæ de verbo creante vniuersa esse producta verissimè sola docuit, ad hæc non esse relictum mundum à Deo, gubernatione illius priuatum, sed prouidentiâ eius Regi asserit. Non enim solùm creauit cuncta, verùm etiam Saluator Rex, dux, omnibus præsidens, omnia disponens, dicitur: omnia cum videre, omnibus adesse, vniuersa inde gubernari docet. Similiter & qui post eum fuerunt Prophetæ, nonnumquam à persona ipsius Dei exclamant, *Deus appropinquans ego sum, dicit Dominus, & Deus de longe: Quid faciet occultè homo, quod non cognoscam? nonne cælum & terram ego impleo?*

48 Cyprian. *Confessio peccatorũ haud omittenda ob verecundiam, metũque apud homines.* a Psal.138. 16. b 1.Reg.17. 7. *Peccato infectus Dei intuitum effugere nequit.* c Iere.17.10. d Ier.23.23. *Confiteri ne trepidat peccata, qui à Deo cuncta conspici nouit vel cogitata sua.*

Cyprianus eumdem affert persuadens peccatorum confessionem, cùm in libro de Lapsis num.11. ait Viderit an minore vel dedecore, vel crimine apud homines publicauerit quod admisit. Deum tamen iudicem subterfugere & vitare non poterit, cùm dicat Spiritus Sanctus in Psalmis: [a] *Quod est imperfectum meum, viderunt oculi tui; & in libro tuo omnes scribentur.* Et iterum: [b] *Homo videt in facie, Deus autem in corde.* Ipse quoque Dominus præmoneat,[c] & præstruat dicens: Et scient omnes Ecclesiæ, quia ego sum scrutator renis & cordis. Perspicit ille abdita; & secreta, atque occulta considerat. Nec Dei oculos potest aliquis euadere dicentis: [d] *Ego Deus approximans, & non Deus de longinquo. Si absconditus fuerit homo in absconditis, ego ergo non videbo eum? Nonne cælum & terram ego impleo?* Videt ille corda & pectora singulorum, & iudicaturus est, non tantùm de factis, sed & de verbis, & de cogitationibus nostris omnium mentes voluntatesque conceptas in ipsis adhuc clausi pectoris latebris intuetur. Denique quantò & fide maiores, & timore meliores sunt, qui quamuis nullo sacrificij, aut libelli facinore constricti, quoniam tamen de hoc vel cogitauerunt, hoc ipsum apud Sacerdotes Dei dolenter & simpliciter confitentes, exomologesin conscientiæ faciunt, animi sui pondus exponunt, salutarem medelam paruis licet & modicis vulneribus exquirunt, scientes scriptum esse.[e] *Deus non deridetur.*

e Galat.6.7.

49 *Orandum secretò, cùm Deũ vbique habeamus præsentem.*

Idem lib. de Oratione Dominica, vt in secreto fiat oratio ita hisce probans ait, Denique magisterio suo Dominus secreto orare nos præcepit, in abditis & semotis locis, in cubiculis ipsis, quod magis conuenit fidei; vt sciamus Deum vbique esse præsentem, audire omnes & videre, & maiestatis suæ plenitudine in abdita quoque & occulta penetrare, sicut scriptum est: [f] *Ego Deus approximans, & non Deus de longinquo. Si absconditus fuerit homo in absconditis, ego ergo non videbo eum? Nonne cælum & terram ego impleo?*

f Iere.23.23.

Fulgentius.

Refert eadem & Fulgentius lib. 2. ad Trasimundum de Mysterio Incarnationis. pag. 51. Cæterùm.

Immensitas Dei vna cùm infinitate eiusdem.

Idem Fulgentius eodem libro pag. 47. aliter hæc ita prosequitur, Ille, inquiens, omnem potest creaturam attingere, quem omnis non potest creatura concludere. Nam sicut implens cælum perseuerat immensus, sic à fine vsque ad finem attingens permanet infinitus. *Ego Dominus proximans*, ait per Ieremiam, *& non Deus de longinquo. Si absconditus fuerit homo in occulto, ego ergo non videbo eum? Nonne cælum, & terram ego impleo?* Qui implet omnia, videt omnia. Et in eo demõstrauit, quid sit videbo eum quod adiunxit, *Cælum & terram ego impleo.* Neque enim more corporali videre credendus est Deus, tamquam alibi sit ipse, cùm videt, & alibi quod videt. Quicquid enim videt, non extra se videt, quia ipse implet vniuersa, quæ videt.

Deus quomodo videat omnia.

Hieronym.

Hieronymus iustis, ac sanctis propinquum Deum esse probans Ex hoc loco primum in cap. 2. Michææ super ea verba, [g] *Propinquate montibus æternis.* Appropinquat ait, æternis montibus, qui non in peccatis suis à beatorum contubernio separatur: quo modo Moyses [h] appropinquabat, Deo non loco, sed merito. Et ad eos qui appropinquabant æternis montibus, ipse Dominus loquebatur: [i] *Deus appropinquans ego, & non de longe.*

g Mich.2.10. iuxt. Sept. *Appropinquemus quemodo & Deo, & sanctis.* h Exo. 24.2. i Iere.23.23. *Appropinquat Deus appropinquãtibus ipsi.*

Idem in caput 2. epistolæ ad Ephes. Deus vbique est, inquit, & totus vbique est, à quo quis potest separari, cùm in eo sint omnia? & ipse per Prophetam loquatur: [k] *Ego Deus appropinquans, & non de longe.* Et Psalmista testatur: [l] *Si ascendero in cælum, tu illic es: si descendero in infernum, ades?* Cùm igitur in eo sint omnia, procul tamen esse ab impiis dicitur: iuxta illud: [m] *Longè est Dominus ab impiis.* Iste à quo impij longè sunt, vicinus est sanctis. Denique cùm & ab Ephesiis esset procul, in sanguine Iesu prope eis factus est. Et diligentius intuendum quòd absque cruore Domini Iesu nemo appropinquet Deo: quia ipse est pax nostra.

Prope, & longe quibus sit Deus. k Ier. 23.23. l Psal.138.8. m Prou.15. 29.

50 Circa illam præcipuè vers. 24. partem. *Cælum, & terram ego impleo.* Plura speciatim sunt quæ ex Patribus hic referam.

Athanas.

Athanasius lib. de communi essentia Patris, Filij & Spiritus Sancti, personæ Patris hæc tribuit. Idemque oratione contra Gregales Sabellij ad medium obiicientibus hæreticis contra filij coexistentiam, Si genitus est, extra genitorem existit, & ab eo diremptus est. Respondet, Minimè Gentium. Quinimò indireptum oportet esse verbum quod existit in Deo, & extra Deum non apparet. Quo enim in loco foris appatuerit, quum omnia Deus, vt in Scripturis est, adimpleat? *Cælum & terram ego repleo, dicit Dominus.* Istiusmodi præstigiis Filij generationem eiusque à Patre æternum progressum: & cum Patre coexistentiam subuertere conantur, quum integer per se & solidus sit pater, integer quoque & solidus sit filius. Discant igitur, se non intelligere, neque quæ dicunt, neque quæ affirmant, quum Deum in loco circumscribunt. Filiumque denuò alio in loco consistere imaginantur, eosque sedibus distinctos esse: illum quidem hic, alterum verò alibi: si quidem genitus sit, & seorsum à patre altrinsecus apparuerit. [n] *Quis locus quietis meæ dicit Dominus?* Cælúmne? [o] *Atqui cæli cælorum non sufficient tibi*, inquit, Salomon, ad Deum verba faciens, magno argumento mortales docens, nihil locorum Deitatis esse capax.

n Isai 66.1. o 2. Par.2.6.

51 Basil. Magn. *Spiritus Sanctus implet vniuersa.*

Basilius Magnus lib.5. contra Eunomium Capite Quod nisi spiritum ex Deo quis dicat, nec Verbum. Spiritui Sancto hæc tribuens ait, Spiritus est qui adimpleuit cuncta secundùm quod scriptum est: [p] *Spiritus* enim *Domini adimpleuit Orbem.* Salomon inquit, Quapropter cùm septem orationibus spiritus cognoscatur, quas [q] Isaias exposuit: Idcirco Zacharias [r] quoque spiritum Domini septem oculos appellauit, sic dicens: *Isti* [s] *sunt oculi Domini respicientes terram.* Et id quod dicitur: *Cælum & terram ego adimpleo, dicit Dominus*: Eam adimpletionem significat, quæ diuino spiritu efficitur, vt etiam per Zachariam Dominus dicit: *Ego in vobis, & spiritus meus stetit in medio vestri.* Prædicta sunt huiusmodi, etiam alia

p Sap.1.7. q Isai. 11.2. r Zach.3.9. s Zach.4.10.

alia plura, vt certum sit Spiritum esse qui creaturam implet. Quare quis non sentiat maiestatem Deitatis spiritus, cùm audiat: [a] *Quò ibo à spiritu tuo?* Et rursum: *Cælum & terram ego adimpleo, dicit Dominus.* Ad vnum ac idem concurrentem video Dei ac Spiritus dictam in omnibus vniuersalem præsentiam.

a Psal. 138. 7.

Spiritus Sancti vniuersalis in omnibus præsentia vt Dei.

Ambros.

Aliter Ambrosius lib. 1. de Spiritu Sancto cap. 7. de qua autem creatura dici potest, quia repleuerit vniuersa, quod scriptum est de Spiritu Sancto.[b] *Effundam de Spiritu meo super omnem carnem?* non de Angelo dici potest. Denique Gabriel ipse missus ad Mariam.[c] *Aue, inquit, gratiâ plena.* Spiritalem vtique in ea declarans gratiam, quòd in eam Spiritus Sanctus superuenisset, & plenum gratiæ vterum verbo esset habitura cælestis. Domini enim est omnia complere, qui dicit: [d] *Ego cælum & terram compleo.* Si ergo Dominus est qui cælum complet & terram, quis potest Spiritum Sanctum iudicare dominationis & diuinæ potestatis exortem, [e] qui repleuit Orbem, & quòd vltra totum Orbem est, repleuit Iesum mundi totius redemptorem? Scriptum est enim: [f] *Iesus autem plenus Spiritu Sancto regressus est ab Iordane.* Quis igitur alius, nisi qui eiusdem esset plenitudinis, complentem omnia posset implere?

b Ioel. 2. 28. *Spiritus Sancti diuinitas probata ex eius immensitate quâ implet omnia.* c Luc. 1. 28. d Ier. 23. 24. e Sap. 1. 7. f Luc. 4. 1.

Cyrillus Alexandrinus lib. 13. Thesauri cap. 2. Rursum, Deus ex parte cuiusdam Prophetiæ: [g] *Nonne ego cælum & terram impleo? dicit Dominus.* Implet autem, quia vbique per spiritum suum est. Quod ostendit, dicens: [h] *quò ibo à spiritu tuo? Si ascendero in cælum, tu ibi es*, &c. Si ergo Deus omnia replet, idque per Spiritum Sanctum, Deus certè Spiritus Sanctus est, & non creatura.

Cyril. Alex. g Ier. 23. 24. h Psal. 138. 7.

Similia & Paschasius Cardinalis Tom. 9. Bibliot. Vet. Patrum lib. de Spiritu Sancto cap. 7.

Paschasius.

52

Ephrem Syrus Tom. 3. tractatu de pœnitentia: Ait Propheta quòd *cælum & terram implet Dominus*, ergo vbique adest, & gloriam recipit, dum glorificatur. Quid ergo? Nonne & apud improbos præsens est? Imò verò adest, sed vt repræhendat quæ ab iis fiunt: non autem vt peccato assentiatur. Et quo pacto, dices, ait Propheta, [i] *longè abest Deus à peccatoribus.* Psal. 118. Docebunt id te cæci: nam Sol oritur, & ab ipsis non cernitur: sic & prope adest iis Deus, & longe: prope ad repræhensionem, longè ad beneplacitum.

Ephrem Syr. *Glorificatur vbique Deus. Peccatoribus quomodo adsit Deus.* i Psal. 118. 155.

Hilarius in Psalmum 118. Litera Coph, Super illud Psalmi [k] *Prope es Domine, & omnia mandata tua veritas.* Alio inquit, in loco legimus: *Deus appropians ego sum; & non Deus de longe, dicit Dominus.* Non corporalibus locis Deus continetur, neque finibus aut spaciis diuinæ virtutis immensitas coarctatur. Adest vbique, & totus vbique est: non pro parte vsquam est, sed in omnibus omnis est. Beatus Apostolus [l] Atheniensibus Philosophiæ inanitate ridiculis, pro concione respondens ait: *Non longè à nobis manentem quærimus Deum: in ipso enim viuimus, mouemur, & sumus.* Et [m] *Spiritus Dei* secundùm Prophetam *repleuit Orbem terrarum.* Et rursum: [n] *Nonne cælum & terram ego impleo, dicit Dominus?* Nihil à Deo vacat, nihil indiget. Vbique est, modo animæ incorporalis, quæ in membris omnibus diffusa, à singulis quibusque partibus non abest. Etiamsi priuata quædam ei Regia in toto corpore sedes est: tamen in medullis, digitis, artubus infunditur. Iam si corruptis aliquibus corporis membris recisione erit necesse, cùm vsum suum eadem membra vitiis emortua non habebunt: id quod putre caducumque carnis est, sine detrimento animæ reciditur. Ipsa enim corporis nostri anima sanis & integris admixta membris est: & cùm eadem fuerint putrida & recidenda non sequitur, &c.

Hilarius. k Psal. 118. 151. *Deus nullo loco, nullâque re coarctatur.* l Act. 17. 27. m Sap. 1. 7. n Ier. 23. 24. *Deus vbique in vniuerso est, sicut anima in toto corpore. Anima cum membris corpori coniunctis, Ita & Deus, &c.*

53

E contra Ambrosius epistolâ 38. quæ est ad Horontianum, post medium, Animam nostram, in primisque mentem hac in re similem asserens Deo. Sed quis ait similis Deo processit? Tamen postremus creaturarum omnium homo, specie gratus, mente sublimis, vt omni esset creaturæ miraculo. In quo ad similitudinem æterni Dei νοῦς esset inuisibilis, humanâ specie amictus. Hic est νοῦς animæ vigor, principatum animæ & corporis sibi quasi rector vindicans. Quem etiam si non vident animalia cætera, tamen reformidant, sicut nos Deum: quem quia non videmus, timemus, & eò plus metuimus, quia non videmus. Namque [o] vt ad imaginē eius, & similitudinem, sicut scriptum est, præsumamus dicere, cùm ille se fundat maiestatis suæ plenitudine, & videat omnia, cælum, aërem, terram, mare, complectens vniuersa, & penetrans per singula, vt cum nihil prætereat, & nihil sit quod non consistat in eo, atque ex ipso pendeat, & ipsius plenum sit, sicut ipse ait: [p] *Cælum, & terram ego compleo, dicit Dominus*: ait νοῦς hominis videt omnia, & non videtur, habens sui inuisibilem substantiam, disciplinis & consiliis ac sensibus compræhendit latentia, penetrat occulta maris, atque omnium diffusa terrarum latibula, vtriusque scrutator naturæ, ad similitudinem Dei summi, quem imitatur & sequitur, cuius imago pro exiguis portionibus in singulis figuratur, eleuans quoque se in aërem, & eius nubilosa prætergrediens, ad cæli alta se dirigit studio cognitionis, & ardore sapientiæ, vbi paulisper stupefactus admiratione stellarum cælestium, & luminum delectatus claritate, prospiciens desuper mundana ista, conferens quoque se ad Hesperum atque Arcturum & cæteros illos ἀπλανεῖς πλανήτας, & videns quòd infensus ille sit error, quem sine errore, quò magis omnia obeant, intexere atque oberrare videantur, maiore se cupiditate attollit ad ipsum gremium patris, in quo est vnigenitus Dei filius enarrans secreta Dei, & facie ad faciem postea reuelanda.

Homo similis Deo quoad mentem potissimum.

Mentis humanæ excellentia. o Gen. 1. 27.

p Ier. 23. 24. *Mens humana similis Deo.*

54

Augustinus lib. 22. de Ciuit. Dei cap. 29. ex hoc loco probat specialem diuinitùs beatis collatam vim intuitiuam. Vtrum, ait videbunt & per oculos corporis, cùm eos apertos habebunt, inde quæstio est. Si enim tantùm potuerunt in corpore spiritali eo modo vtique etiam ipsi oculi spiritales, quantùm possunt isti quales nunc habemus, proculdubio per eos Deus videri non poterit: longè itaque alterius erunt potentiæ, si per eos videbitur incorporea illa natura, quæ non continetur loco, sed vbique tota est. Non enim quia dicimus, Deum & in cælo esse, & in terra; ipse quippe ait per Prophetam: [q] *Cælum & terram ego impleo*, aliam partem dicturi sumus eum in cælo habere, & in terra aliam; sed totus in cælo est, totus in terra, non alternis temporibus, sed vtrumque simul, quod nulla natura corporalis potest. Vis itaque præpollentior oculorum erit illorum, non vt acutiùs videant, quàm quidem perhibentur videre serpentes vel aquilæ.

August. *Beati an videant Deum corporeis oculis? Visio Dei quomodo oculis fiat beatorū.* q Ier. 23. 24.

55

Idem lib. de Trinitate cap. 5. Quæro, inquit, vnde & quomodo missus sit filius? [r] *Ego, inquit, à patre exiui, & veni in hunc mundum*: ergo à patre exire & venire in hunc mundum, hoc est mitti.

Filius vnde & quo missus. r Ioā. 16. 28.

mitti. Quod igitur est quod de illo idem ipse Euangelista dixit, [a] *In hoc mundo erat, & mundus per eum factus est, & mundus eum non cognouit?* Deinde coniungit, [b] *In sua propria venit.* Illuc vtique missus est, quò venit. Ac si in hunc mundum missus est, quia exiit à Patre, & venit in hunc mundum & in hoc mundo erat, Illuc ergo missus est vbi erat. Nam & illud quod scriptum est in Propheta Deum dicere, *Cælum & terram ego impleo*: si de filio dictum est, ipsum enim nonnulli volunt intelligi, vel Prophetis, vel in Prophetis locutum: quò missus est, nisi illuc vbi erat? Vbique enim erat qui ait, *Cælum & terram ego impleo.* Si autem de patre dictum est, vbi esse potuit sine verbo suo, & sine sapientia sua, quæ [c] *protendit à fine vsque ad finem fortiter: & disponit omnia suauiter?* Sed neque sine Spiritu Sancto vsquam esse potuit. Itaque si vbique est Deus, vbique etiam & Spiritus eius. Illuc ergo & Spiritus Sanctus missus est vbi erat. Nam & ille qui non inuenit locum quò iret à facie Dei & dicit, [d] *Si ascendero in cælum tu ibi es, si descendero in infernum ades*, vbique volens intelligi præsentem Deum, priùs nominauit Spiritum eius. Nam sic ait, [e] *Quò abibo à spiritu tuo, & quò à facie tua fugiam?*

a Ioan. 1. 10. *Missio filij, & Spiritus Sancti illuc vbi erant.* b Ioan. 1. 11. c Sap. 8. 1. d Psal. 138. 8. e Psal. 138. 7. f Iere. 23. 24.

Idem Tractatu 36. in Ioannem. Vox, inquit, Dei est apud Prophetam, [f] *Cælum & terram ego impleo.* Vbique ergo est qui nullo clauditur loco: noli ab illo auerti, & tecum est. Si vis ad eum peruenire, noli piger esse amare: non enim pedibus, sed affectibus curris, vno loco manens venis, si credis & diligis: ergo vbique est. Si vbique est, quomodo cum filio non est? Ita cum filio non est, qui, si credis, & tecum est?

Affectibus peruenimus ad Deum qui vbique est.

56

Sed præ cæteris eiusdem Augustini locis videnda est illius epistola 57. quæ est ad Dardanum de Dei præsentia, seu, Quomodo Deus vbique sit. Ex qua ista sunt quæ hîc omittenda non censui: Allato enim hoc Ieremiæ loco, *Cælum, & terram ego impleo.* Sed sic, inquit Augustinus, est Deus per cuncta diffusus, vt non sit qualitas mundi: sed substantia creatrix mundi, sine labore regens, & sine onere continens mundum: Non tamen per spatia locorũ, quasi mole difusâ, ita vt in dimidio mũdi corpore sit dimidius, & in alio dimidio dimidius: atque ita per totũ totus, sed in solo cælo totus, & in sola terra totus, & in cælo, & in terra totus solus: & nullo cõtentus loco, sed in seipso vbique totus; Ita Pater, ita filius, ita Spiritus Sanctus, ita Trinitas vnus Deus. Neque enim mundum inter se in tres partes diuiserunt, quas singulas singuli implerent, quasi non haberet vbi esset filius, aut Spiritus Sanctus in mundo, si totum occupasset Pater. Non ita se habet vera, incorporea, immutabilisque diuinitas. Non enim corpora sunt quorum amplior sit in tribus quàm in singulis magnitudo: nec loca suis molibus tenent, vt distantibus spatiis simul esse non possint. Si enim anima in corpore constituta, non solùm nullas angustias, verùm etiam quandam latitudinem inuenit: non corporalium locorum, sed spiritalium gaudiorum, cùm fit quod ait Apostolus. [g] *Nescitis quoniam corpora vestra templum sunt Spiritus Sancti, qui in vobis est, quem habetis à Deo*: nec dici nisi stultissimè potest, non habere locum in nostro corpore Spiritum Sanctum, quòd totum nostra anima impleuerit: quantò stultiùs dicitur illis angustiis impediri alicubi Trinitatem, vt Pater & Filius & Spiritus Sanctus, vbique simul esse non possint? Verùm illud est multò mirabilius, quòd cùm Deus vbique sit totus, non tamen in omnibus habitat. Non enim omnibus dici potest, quòd ait Apostolus, vel quod iam dixi, vel etiam illud: *Nescitis quia tẽplum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in vobis?* Vnde è contrariò de quibusdam idem dicit: [h] *Quisquis autem Spiritum Christi non habet, hic non est eius.* Quis porrò audeat opinari, nisi quisquis inseparabilitatem, penitus Trinitatis ignorat, quòd in aliquo habitare possit Pater aut Filius, in quo non habitat Spiritus Sanctus: aut in aliquo Spiritus Sanctus, in quo non Pater & Filius? Vnde fatendum est vbique esse Deum per diuinitatis præsentiam, sed non vbique per habitationis gratiam. Propter hanc enim habitationem, vbi proculdubiò gratia dilectionis eius agnoscitur, non dicimus, Pater noster qui es vbique cùm & hoc verùm sit: sed, [i] *Pater noster qui es in cælis*: vt templum eius potiùs in oratione commemoremus, quod & nos ipsi esse debemus: & inquantùm sumus, in tantùm ad eius societatem & adoptionis familiam pertinemus.

Deus est in mundo vniuerso vt substantia creatrix, regens, & continens illum. Deus vbique totus in seipso. *Trinitatis personæ singulæ sunt vbique.* g 1. Cor. 19. *Deus vbique sit tus non tamen in omnibus habitat.* h Rom. 8. *Deus vbique per diuinitatis præsent. sed non vbique per inhabitationis gratiam.* i Matth. 6. 9.

57 August. *Longè quomodo quis fiat à Deo qui vbique est.*

Declarat autem ibidem Augustinus aliquantò post præallata, & quomodo à Deo, qui vbique est, elongari quis possit, dicens, Hique ab eo longè esse dicuntur, qui peccando dissimillimi facti sunt: & hi ei propinquare, qui eius similitudinem piè viuendo recipiunt. Sicut rectè dicuntur oculi tantò esse ab hac luce longiùs, quantò fuerint cæciores. Quid enim tam longè est à luce quàm cæcitas, etiam si lux præstò sit, atque oculos perfundat extinctos? Propinquare autem luci meritò perhibentur oculi, qui sanitatis accessu aciem recipiendo lucem recipiunt.

Saluia. Massil. *Implet nos Deus salutẽ nobis impertiens.*

Saluianus Massiliensis lib. 2. de vero iudicio, & Prouidentia Dei, Ait In Propheta Dominus: *Numquid non cælum, & terram ego impleo?* Cur autem cuncta impleat, ipse declarat. *Quia vobiscum sum*, inquit, *vt saluos vos faciam.* Ecce non modò regimen suum Dominus, & impletionem, sed etiam vim, ac beneficium ipsius adimpletionis ostendit. Hunc enim modum in se habet diuinitatis impletio, vt saluet ea, quæ adimplentur; & ideo Apostolus, [k] *In ipso*, inquit, *& viuimus, & mouemur, & sumus.*

k Act. 17. 28.

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

58 Chrysost. *Omniscientia Dei probata, ex eiusdem immensitate. Prophetis sæpe à Deo præstitũ vt nossent quæ vbi libet agerentur.*

ΘΕΟΣ ἐγγίζων.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὅτι εἰς πονηρίας αὐτοὺς ὤθησαν, οἶδα. πόθεν οἶδα; παρὼν ἐγώ εἰμι. πανταχοῦ πάρειμι. εἰ γὰρ τοῖς μὴ παροῦσι προφήταις δίδωσιν εἰδέναι τὰ πανταχοῦ πολλάκις, πολλῷ μᾶλλον αὐτὸς οἶδεν. ἀλλ' οὐ λέγει

Vers. 23 Deus appropinquans ego sum.)
Vers. 24. (Si abscondetur.)

Chrysostomi.] *Quòd eos ad prauitates compulerint scio. Vnde nam? Præsens ego sum, vbique adsum. Nam si Prophetis non præsentibus dat sæpe ipse, vt sciant quæ vbicunque aguntur,* multò

λέγει ὅτι, ἀλλὰ Θεὸς ἐγγίζων ἐγώ εἰμι. πανταχοῦ πάρειμι. ὅπερ ἀναμφισβήτητον τεκμήριον ἦν τοῦ πάντα εἰδέναι.

Ωριγένους.] Διὰ τοῦτο οὐκ ἔλαθόν με εἰς πονηρίαν τὸν λαόν μου ὠθήσαντες. ὁ γὰρ καὶ προφήτῃ διδοὺς εἰδέναι τὰ πανταχοῦ, πολλῷ μᾶλλον οἶδεν αὐτός. πνεῦμα γὰρ Κυρίου πεπλήρωκε τὴν οἰκουμένην. καὶ ἐν αὐτῷ ζῶμεν, καὶ κινούμεθα, καὶ ἐσμέν, ὥς ὁ Παῦλος πρὸς Ἀθηναίους ἔφη. τούτῳ καὶ τὸ, οὐχὶ τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν ἐγὼ πληρῶ, λέγει Κύριος, τῇ δυνάμει γὰρ αὐτοῦ πᾶσιν ἐγγίζει. καὶ εὐχαὶ ἄρα οὐχ ὡς πρὸς πόρρω ὄντα γίγνονται τὸν Θεόν. καὶ περὶ τοῦ υἱοῦ δὲ λέγεται, ἐν τῷ κόσμῳ ἦν, καὶ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο. αὐτὸς γὰρ ὁ καὶ λέγων, Θεὸς ἐγγίζων ἐγώ εἰμι. καὶ γὰρ ἔφησεν. ὅπου δύο καὶ τρεῖς συνηγμένοι εἰς τὸ ἐμὸν ὄνομα κἀγώ εἰμι ἐν μέσῳ αὐτῶν. ὁ καὶ λέγων· ἰδοὺ ἐγώ εἰμι μεθ' ὑμῶν πάσας τὰς ἡμέρας ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος.

|| Σεβήρου Ἐπισκόπου Ἀντιοχείας.] λάθοι γὰρ οὐδὲν τὸν πάντα εἰδότα νοῦν. ||

[Καὶ οὐχὶ Θεός.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὥσπερ γὰρ τὸ φῶς πανταχοῦ πάρεστιν, οὕτω καὶ ὁ Θεός.

[Μὴ οὐχὶ τὸν οὐρανόν.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οἶδα φησὶ πῶς συντιθέασι προφητείας. ὑποψίας τεκμήριον τὸ τοῖς πονηροῖς προφητεύειν τὰ πονηρά. εἶτα καὶ ἐὰν διηγήσηται. φανερὰ ἐστι.

Ωριγένους.] ὡς γὰρ τῆς ἡμετέρας ψυχῆς οὐδὲν τοῦ σώματος ἔρημον, ἀλλ' ὅπου αἴσθησις, ἐκεῖ καὶ ψυχή, καὶ ἐπὶ πᾶν φθάνει τὸ σῶμα. οὕτω καὶ οὐδὲν κενὸν τοῦ Θεοῦ. καὶ ὅμως καὶ πάντα πληρῶν, οὐ πληροῖ τὸν ἁμαρτωλόν. πνευμάτων γὰρ ἀκαθάρτων πεπλήρωται· καὶ τὸν τοιοῦτον, ἀδύνατον ὑπὸ Θεοῦ πληρωθῆναι, μὴ τῶν ἄλλων τῶν πληρούντων ἀπηλλαγμένον. τοὺς γὰρ ἀξίους πληροῖ ἐν οὐρανῷ τε καὶ γῇ, τοῦ γὰρ Κυρίου, οὐχὶ ἡ γῆ καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῇ, ἀλλ' ἡ γῆ καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς. ὡς ὄντων ἐν αὐτῇ τινῶν, οἳ οὐκ εἰσὶ πλήρωμα γῆς· πλήρωμα γὰρ τῆς γῆς οἱ πεπληρωμένοι ἀπὸ τοῦ εἰπόντος· οὐχὶ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ἐγὼ πληρῶ, λέγει Κύριος;

A *multò magis ipſe ſcit. At non dicit hoc; ſed,* Deus appropinquans ego ſum; *vbique præſens ſum; quod indubitatum eſt indicium, nihil illum neſcire.*

Origenis.] *Propter hoc non me latuerunt in iniquitatem populum meum compellentes. Qui enim Propheta dat, vt ſciat quæ vbique aguntur, multò magis ipſe nouit.*[a] Spiritus *enim* Domini repleuit Orbem terrarum; *&* [b] In ipſo viuimus, & mouemur, & ſumus, *vt Paulus ad Athenienſes dixit, ſimile & illud;* B Numquid cælum & terram ego non impleo, dicit Dominus? *potentia enim ſua omnibus appropinquat, & preces igitur ad Deum non vt abſentem fiunt, & de filio dicitur.* [c] In mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt, *vnus & idem; ipſe enim eſt, qui dicit* Deus appropinquans ego ſum. *Nam & dixit;* [c] Vbi duo vel tres congregati in nomine meo, & ego ſum in medio illorum, *qui item dicit.*[d] Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque C ad conſummationem ſæculi.

|| Seueri Epiſcopi Antiocheni.] *Nihil enim latère poteſt mentem omnia ſcientem.* ||

Ex Verſ.23. (*Et non Deus de longè.*)

Chryſoſtomi.] *Sicuti enim lux vbique præſens eſt, ita & Deus.*

Ex Verſ. 24. (*Numquid non cælum & terram ego impleo?*)

Chryſoſtomi.] *Noui, inquit, quomodo prophetias componant, ſuſpicionis indicium eſt, iniquis iniqua* D *vaticinari, deinde ſi narrauerit, ſuſpicio manifeſta erit.*

Origenis.] *Sicut enim nulla pars corporis expers eſt animæ, ſed vbicumque ſenſus ibi & anima; & totum animat corpus, ita nihil Deo vacuum, & cùm tamen omnia impleat, peccatorem non implet. Spiritus enim immundis plenus eſt, & huiuſmodi vt impleatur à Deo fieri non poteſt, ni ab omnibus aliis quæ eum implent, vacuus fiet. Nam dignos implet in cælo, & in terra,*[f] E Domini, *quippe ait,* non terra, & omnia quæ in ea ſunt, ſed terra, & plenitudo eius; *quaſi in ipſa ſint quidam, qui plenitudo terræ non ſunt; plenitudo etenim terræ ſunt, qui ſunt impleti ab eo qui dixit;* Numquid non cælum & terram ego impleo, dicit Dominus?

Marginalia: Origenes. — a Sap.1.7. — b Act.17.28. — c Ioan.1.10. — d Matth.18.20. — e Matth.28.20. — Seuerus. *Dei notitiam fugere nil poteſt.* — 59 Chryſoſt. *Præſentia Dei explicata per præſentiam lucis.* — Chryſoſt. *Prophetia de iniquis rebus facta iniquis ſuſpecta habenda.* — Origenes. *Immenſitas Dei in toto vniuerſo, explicata ſimilitudine animæ in toto corpore. Peccatorem non implet Deus, qui tamen omnia implet.* — f Pſal.23.1. *Plenitudo terræ quinam ſint.*

Capitis 23. à verſ. 25. vſque ad 33. Sectio Sexta.

TEXTVS VVLGATÆ.

25 AVdiui quæ dixerunt Prophetæ, prophetantes in nomine meo mendacium, atque dicentes: Somniaui, ſomniaui.

26 Vſquequò iſtud eſt in corde Prophetarum vaticinantium mendacium, & prophetantium ſeductiones cordis ſui?

27 Qui volunt facere vt obliuiſcatur populus meus nominis mei propter ſomnia eorum, quæ narrat vnuſquiſque ad proximum ſuum: ſicut obliti ſunt patres eorum nominis mei propter Baal.

28 Pro

TEXTVS SEPTVAGINTA.

25 *AVdiui, quæ loquuntur Prophetæ, quæ prophetant in nomine meo, mendacia dicentes,* F *Somniaui ſomnium.*

26 *Vſquequò erit in corde Prophetarum prophetantium falſa, dum ipſi prophetant voluntates cordis ſui.*

27 *Cogitantium, vt obliuio fiat legis meæ in ſomniis ipſorum, quæ narrat vnuſquiſque proximo ſuo, ſicut obliti ſunt patres eorum nominis mei in Baal.*

28 *Pro*

28 Propheta, qui habet somnium, narret somnium: & qui habet sermonem meum, loquatur sermonem meum verè; quid paleis ad triticum, dicit Dominus?

29 Numquid non verba mea sunt quasi ignis, dicit Dominus? & quasi malleus conterens petram?

30 Propterea ecce ego ad Prophetas, ait Dominus: qui furantur verba mea vnusquisque à proximo suo.

31 Ecce ego ad Prophetas, ait, Dominus: qui assumunt linguas suas, & aiunt: Dicit Dominus.

32 Ecce ego ad Prophetas somniantes mendacium, ait Dominus: qui narrauerunt ea, & seduxerunt populum meum in mendacio suo, & in miraculis suis: cùm ego non misissem eos, nec mandassem eis, qui nihil profuerunt populo huic, dicit Dominus.

A *28 Propheta, in quo somnium est, narret somnium suum: & in quo sermo meus ad eum; narret sermonem meum in veritate. Quid palea ad triticum? Sic verba mea, dicit Dominus.*

29 Nonne ecce verba mea, sicut ignis, dicit Dominus, & sicut securis cadens petram.

30 Ecce ego propterea ad Prophetas, dicit Dominus Deus, qui furantur verba mea, vnusquisque à proximo suo.

31 Ecce ego ad Prophetas, qui emittunt Prophetias lingua, & dormitant dormitationem suam.

B *32 Propterea ecce ego ad Prophetas, qui prophetant, somnia falsa, & non narrant ea, & seduxerunt populum meum in mendaciis suis, & in erroribus suis: & ego non miseram eos, & non mandaram eis: & adiumento non adiuuabunt populum hunc.*

PARAPHRASIS CHALDAICA.

25 *Auditum est à me quod dicunt Pseudoprophetæ, qui prophetant in nomine meo falsa, dicentes: Verbum Prophetiæ in somno annunciatum est mihi.*

26 Quousque est istud in corde Pseudoprophetarum, qui prophetant falsa, & prophetant impietatem cordis sui?

27 Qui cogitant efficere vt obliuiscatur populus meus nominis mei per somnia sua, quæ narrant vnusquisque socio suo, sicut reliquerunt patres eorum cultum nominis mei, iurantes per nomina idolorum.

28 Propheta apud quem est somnium, narret somnium; & apud quem est verbum meum; super loquatur verbum meum verè. Ecce sicut qui seperat paleam à tritico, sic separo impios à iustis, dicit Dominus.

29 Nonne omnia verba mea sunt fortia sicut ignis, dicit Dominus? & sicut malleus conterens petram?

30 Propterea ecce ego mitto furorem meum super Pseudoprophetas, dicit Dominus, qui suffurantur verba mea quisque à socio suo.

31 Ecce ego mitto furorem meum super Pseudoprophetas, dicit Dominus, qui prophetant iuxta voluntatem cordis sui, & dicunt. Sic dicit Dominus.

32 Ecce ego immitto furorem meum super Pseudoprophetas, qui prophetant somnia falsa, dicit Dominus: & narrant & seducunt populum meum mendaciis suis & temeritate suâ. Ego enim non misi eos, nec præcepi eis, qui nihil profuerunt populo huic, dicit Dominus.

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

60 Hieronym. Hieronymus. (*Audiui quæ dixerunt Proph.*) Quia superior titulus contra Prophetas est, siue ad Prophetas: quos perspicuè Pseudoprophetas intelligimus. Sunt autem multa genera prophetandi, quorum vnum est somniorum (quale fuit in Daniele)[a] idcirco & ad eos Prophetalis sermo dirigitur, qui credunt somniis, & omnia quæ cernunt, putant reuelationem esse diuinam, quæ propriè sanctis, & seruis Dei aperitur. Quòd si legerimus Pharao[b] & Nabuchodonosor impios Reges vidisse somnia quæ vera fuerint: non eorum fuit meriti, qui viderunt, sed vt per eorem occasionem sancti viri Ioseph, Danielque clarescerent, & dura corde, atque indomabilia tyrãnorum, propriâ conscientiâ sentirent Domini maiestatem. Sunt hodie quoque somniatores in Ecclesia, & maximè in nostro grege: qui errores suos Domini iactant prophetiam: & crebrò ingerũt, somniaui, somniaui, quos corripit Dominus dicẽs: *Vsquequò istud est in corde Prophetarum vaticinantium mendacium, & prophetãtium seductiones cordis sui?* Hoc autẽ faciunt, vt quo modo antiquus populus, qui de Ægypto egressus est, oblitus est nominis Dei, sic & posteri eorum obliuiscantur mei. Huiuscemodi autem prophetatio non est in nomine Domini, sed in nomine Baal, quod propriè idolum Sidoniorum est, siue Babyloniorum, & vicino nomine appellatur Bel.

Somniorum vnũ est Prophetandi genus.

a Dan.2.

Somniis simpliciter, & vt sic non credendum in Somniis reuelatio Dei propriè sanctis fit.

b Gen.41.

Somnia verã significantia cur est impiis aliquando exhibita.

Somniatores in Ecclesia hæretici.

Baal idolum Sidoniorum siue Babyloniorum Bel.

C

61 (*Propheta qui habet somnium, narret somnium.*) Eorum est exponere somnium, qui Dei merentur habere sermonem, & dicere, *hæc dicit Dominus*, quibus locutus est Dominus: in quibus veritas est, & non mendacium fraudolentum.

D Quid sibi volunt hæreticorum paleæ ad triticum Ecclesiæ? de quo Ioannes Baptista pleniùs loquitur: quod[c] purget Dominus aream suam, ventilabro, & paleas ventorum flatibus dispergendas; vrendasque ignibus derelinquat: triticum autem condat in horrea, vt fiat cælestis panis, & loquatur vnusquisque credentium:[d] *Gustate & videte quoniam suauis est Dominus.* Et pulchrè doctrina peruersa paleis comparatur: quæ medullam non habent, nec possunt nutrire credentium populos, sed de inanibus stipulis contentur: Et quia solent hæretici semper prospera polliceri, & cælorum regna peccatoribus pandere: vt dicant, parata sunt tibi regna cælorum: potes imitari maiestarem Dei, vt absque peccato sis. Accepisti enim liberi arbitrij potestatem, & legis scientiam, per quam consequaris quod volueris: decipiuntque blanditiis miseros, & maximè[e] *Mulierculas oneratas peccatis: quæ circumferuntur omni vento doctrinæ: semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes:* & omnes auditores suos adulatione decipiunt. Idcirco Dominus verba sua hæreticorum paleis comparans dicit: *Nunquid non verba mea sunt quasi ignis dicit Dominus: & quasi malleus conterens petram?* Meus enim inquit, sermo nunciat futura supplicia, vt deterreat homines à peccando, & paleis peccatorum comminatur incendium, vt hæreticorum corda dura, & instar silicis indomabilia, sermonis sui malleo conterantur; auferens cor lapideum, vt ponat pro eo cor carneum; molle videlicet, & quod possit Dei suscipere, & sentire præcepta.

Somnia exponere quorumnam propriè sit.

Paleis quàm rectè comparata hæreticorum doctrina.

c Matt.3.12.

d Psal. 33.9.

E

Hæreticorum mos est vt prospera nunciant, omnemque pœnarum tollant timorem.

e 2.Tim.3.6.

F

Verba Dei quàm rectè dicta ignis, malleus, atque securis, prout in hæreticos prolata.

a Eze. 13. 10.

præcepta. Tale quid & per Ezechielem [a] Dominus loquitur: quia Pseudoprophetæ blanditiis suis liniant parietem absque temperamento, qui postea imbre vehementi, & veritate iudicij subruatur. Et Pseudoprophetæ consuant ceruicalia sub omni cubito manus: vt faciant peccatores requiescere, & nequaquam iram Dei lachrymis mitigare. Pro *malleo* Sept. *securim* interpretati sunt: illam videlicet de qua Ioannes Baptista loquitur, [b] *Iam securis ad radices arborum posita est.* Hæc securis infructuosas succidit arbores, & hic malleus conterit durissimos lapides. Vnde & Nahum Propheta loquitur: [c] *Furor eius*, haud dubium quin Dei, *consumet principatus, & petræ conterentur ab eo.* Hoc contra Hæreticos. Cæterùm de Ecclesiasticis viris scriptum est, [d] quòd malleus & securis non sint audita in domo Domini.

b Matt. 3. 10. c Naum. 1. 6. d 3. Reg. 6. 7.

62 *Mendacium nunquã decipit nisi aliquam recti, ac veritatis similitudinẽ habeat. Hæretici Scriptura Sacra testimoniis vtentes similes sunt antiquis Pseudoprophetis.*

(*Propterea ecce ego.*) Semper imitatur mendacium veritatem, & nisi habuerit aliquam similitudinem recti, decipere non potest innocentes. Quomodo igitur in priori populo mentiebantur Prophetæ, atque dicebant. Hæc dicit Dominus: & vidi Dominum, & verbum Domini, quod factum est ad illum, siue illum? Sic hæretici assumunt testimonia Scripturarum de veteri, & nouo testamento: & furantur verba Saluatoris, vnusquisque à proximo suo, Prophetis, & Apostolis, & Euangelistis, & assumunt linguas suas, vt cordis venena ore pronunciẽt, & dormitant dormitationem, de quibus verè dictum est. [e] *Dormitauerunt somnum suum, & nihil inuenerunt.* Siue iuxta Hebraicum: *Et aiunt, dicit:* vt subaudiatur Dominus: aut certè sermo diuinus. Comminatur itaque Dominus, se ipsum contra huiuscemodi magistros esse venturum, qui seducunt populum eius in mendaciis suis, & in stuporibus, atque miraculis. Magna enim & incredibilia & ingentia repromittunt, vt seducant miseros, qui nihil profuerunt populo Dei. Et illud implent Apostolicum: [f] *docentes quæ non oportet turpis lucri gratiâ:* qui solent malis prospera, & bonis contraria nunciare.

e Psal. 75. 6. f Tit. 1. 11.

63 Theodoret. *Propheta Iudæorũ praui similes Prophetis Baal. Prophetarum & Pseudoprophetarum discrimen.*

Theodoritus. Intensiorem denuo mouet accusationem aduersùs Pseudoprophetas, tamquam somnia narrantes, & circumuenientes populum: qui talia committere audeant, qualia Prophetæ Baal.

Deinde iubet fieri comparationem inter Propheram, & Pseudoprophetam. (*Propheta inquit, in quo est somnium, narret somnium suum: & is cum quo factum est verbum meum, commemoret verè sermonem meum.*) Et figuratè docet, quale sit discrimen: *Quid palea ad triticum, dicit Dominus? Nonne ita se habent sermones mei, vt ignis, dicit Dominus & velut securis scindens petram?*) Vim diuini verbi parabolis demonstrauit. Mox docet, quàm diuersa sit Pseudoprophetarum ratio. Hi siquidem, inquit, quorundam furum more, surripiunt nonnullos sermones Propheticos, quos immutationibus corrumpunt. Alij fingunt falsam prophetiam. Tertij somnia, quæ non viderunt, recitant: sicque boum instar, ter miserum variè pascentes populum, in nequitia reddunt obstinatum.

64 D. Thom.

D. Thomas. (*Audiui.*) Eccl. 34. [g] *Vana spes & mendacium viro insensato: & somnia extollunt imprudentes.* Secundò increpat deceptionis vitium quantùm ad culpæ continuitatem (*vsquequò istud*) Psalmus. [h] *Filij hominum vsquequò graui corde: vt quid diligitis vanitatem & quæritis mendacium*: Et

g Eccl. 34. 1. h Psal. 4. 2.

quantùm ad intentionem operis quod operantur (*qui facere volunt.*) Ezech. 13. [i] (*Violabant me ad populum propter pugillum hordei & fragmen panis: vt interficerent animas quæ non moriuntur: & viuificarent animas quæ non viuunt, mentientes populo meo*, &c. tertiò inducit veræ doctrinæ præcepta. (*Propheta qui habet somnium narret*) quasi dicat, quicumque gradus prophetalis visionis. Rom. 12. [k] *Vnicuique sicut Deus diuisit mensuram fidei*, &c. Et ponit rationem (*quid paleis ad triticum*?) quasi dicat, verba mea sunt triticum ad reficiendum, supra 15. [l] *Inuenti sunt sermones tui & comedi eos: & factum est mihi verbum tuum in gaudium & lætitiam cordis mei:* [m] *eloquia tua super mel ori meo.* Et (ignis) ad accendendum: Psalmus, [n] *Ignitum eloquium tuum vehementer.* Et iterum. [o] *Eloquium Domini inflammauit eum.* (malleus) ad emolliendum dura corda. Oseæ 6. [p] *Propter hoc dolaui in Prophetis & occidi eos in verbis oris mei.* Et ideo non sunt miscenda spinis 2. Cor. 6. [q] *Quæ societas luci ad tenebras: quæ autem conuentio Christi ad Belial?*

i Eze. 13. 19. k Rom. 12. 3. *Verba Dei sunt triticum ignis, & malleus, & cur.* l Iere. 15. 16. m Psal. 118. 103. n Ps. 118. 40. o Ps. 104. 19. p Osæ. 6. 6. q 2. Cor. 6. 15.

(*Propterea ecce ego*, &c.) Hîc recolligit tres modos deceptionis. Et primus est ex Scripturæ deprauatione. (*Qui furantur*) quasi ad alium sensum quàm Prophetæ veri voluerint. Ioan. 10. [r] *Qui non intrat per ostiũ in ouile ouiũ: ille fur est & latro.* Secundus est ex verborũ fictione (*ad Prophetas*) i. contra eos (*assumunt*) fingentes verba, sup. 9. [s] *Docuerũt linguas suas loqui mendacium: vt iniquè agerent laborauerunt.* Tertius est ex somniorum adhæsione. (*Ecce ego: miraculis*,) ampullosis verbis. Isai. 69. [t] *Videntes vana: dormientes & amantes somnia.*

Doctorum prauorũ triplex decipiẽdi ratio. r Ioan. 10. 1. s Ierem. 9. 5. t Isai. 56. 10.

Circa id quod vers. 28. dicitur. *Quid paleis ad triticum?* &c.

65 Cyprian. *Traditiones Euangelica omnino seruanda.*

Cyprian. Epistolâ 63. ad Cæcilium, non longè à fine. Vbique lex Euangelica & traditio dominica sequetur; & ab eo quod Christus, & docuit, & fecit, non recedatur. Quæ vltra iam contemnere, & in errore pristino perseuerare, quid aliud est quàm incurrere in obiurgationẽ Domini increpantis in Psalmo & dicentis. [u] *Ad quid exponis iustificationes meas; & assumis testamentum meum per os tuum: Tu autem odisti disciplinam, & abiecisti sermones meos retro. Si videbas furẽ, concurrebas ei, & inter mœchos particulam tuam ponebas.* Exponere enim iustificationes & testamentum Domini, & non hoc idem facere quod fecerit Dominus; quid aliud est quàm sermones eius abiicere, & disciplinam dominicam contemnere: nec terrena sed spiritalia furta, & adulteria committere: dum quis de Euãgelica veritate furatur Domini nostri verba, & facta, corrumpit atque adulterat præcepta diuina? Sicut apud Ieremiam scriptum est: [x] *Quid est*, inquit, *paleis ad triticum: propter hoc ecce ego ad Prophetas, dicit Dominus, qui furantur verba mea vnusquisque à proximo suo, & seducunt populum meum in mendaciis suis, & in erroribus suis.*

u Psal. 49. 16. *Docẽs rectam doctrinã aliterque operãs cõtemnere, & furta ac adulteria spiritalia admittere dicitur.* x Ier. 23. 28.

66 Hieron. *Script. Sacra simplici rusticitati se dantes comedunt paleas.*

Hieronymus Comment. in cap. 65. Isaiæ. [y] *Leo quoque vt bos comedet paleas*, quando viri disertissimi, & quondam apud sæculum potentes Scripturarum se tradunt rusticitati: vt nequaquã sæculari pascantur eloquentiâ, [z] quæ instar mellis stillat de labiis meretricis, sed vilitatem & paleas sequantur historiæ: donec multo labore atque industriâ mereantur ad frumẽtum sensuum peruenire. De quibus paleis & frumento Ieremias loquitur: [a] *Quid paleis ad triticum, dicit Dominus?*

y Isai. 65. 25. z Prou. 5. 3. *Mystici sẽsus Sacra Scriptura respectu sensus historialis sũt instar tritici ad paleas.* a Ier. 23. 28.

67 August.

Augustinus libro contra Donatistas, post collationem cap. 10. Tom. 3. Hæreticis Donatistis hac abutentes sententiâ. *Quid paleis ad triticum?* Eam

Somnia hominum nullatenus comparanda cū visionibus Prophetarum.

Eam ideo protulisse ait Ieremiam, quia similia non sunt; non quia in area pariter non triturantur, quamquam Ieremias cùm hoc diceret non agebat de populo Dei, sed de somniis hominum, & visionibus Prophetarum, quia hæc duo nullâ similitudine comparanda sunt, sicut plenitudini tritici, inanitas paleæ non potest comparari.

Exactiùs autem eamdem pertractans eodem Tomo 7. libro 3. contra epistolam Parmeniani cap. 3. Iam ergo, ait, euigilent aliquando, (Donatistæ nimirum) & intelligant quemadmodū Propheta dixerit, *Quid paleis ad triticum*? Vbi enim dicatur considerent, si eis inest qualiscūque sensus humanus. Nunquid in agro dici potest, *quid paleis ad triticum?* quando eadem radice portantur? Nunquid in area, vbi pariter triturantur? Sed vtique in horreo, *quid paleis ad triticum?* Veniet ille pater familias ferens [a] ventilabrum in manu sua, & mundabit aream suam, frumenta recondet in horreum, paleam verò comburet igne inextinguibili. Nam per aliam similitudinem omne triticum ouium nomine, & omnis palea hædorum nomine significatur, quæ duorum pecorum genera interim permixta sub vno pastore pascuntur. [b] *Sed veniet*, inquit, *filius hominis cum Angelis suis, & congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos ab inuicem, sicut pastor separat oues ab hædis: & oues quidem ponet ad dexteram, hædos autem ad sinistram. Et dicet iis qui à dextris eius erunt, Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab initio mundi: Illis autem qui ad sinistram sunt, dicet, Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & Angelis eius.* Tunc ergo implebitur prophetia, *quid paleis ad triticum?* quando hædis, & ouibus non potest pascua esse communis.

Palearū, triticique metaphoris significati impij, & elati ab inuicē seiungendi in die iudicij.

a Matt. 3. 11.

b Matth. 25. 32.

68 Vinc. Lirinē.

Vincentius Lirinensis lib. 1. contra Hæreses cap. 25. Tritici palearúmque metaphoris Catholicos veros, hæreticosque designatos probans, eloquenter hæc habet digna quæ ad verbum hîc recitemus. Ille est verus, & germanus Catholicus, qui veritatem Dei, qui Ecclesiā, qui Christi corpus diligit, qui diuinæ religioni, qui Catholicæ fidei nihil præponit, non hominis, cuiuspiam authoritatem, non amorem, non ingeniū, non eloquentiam, non philosophiam: sed hæc cuncta despiciens, & in fide fixus, & stabilis permanēs quicquid vniuersaliter antiquitùs Ecclesiā Catholicā tenuisse cognouerit, id solum sibi tenendum, credēdúmq; decernit: quicquid verò ab aliquo deinceps vno, præter omnes, vel contra omnes Sanctos nouum & inauditum subindici senserit, id non ad religionem, sed ad tentationem potiùs intelligat pertinere. Tunc præcipuè Beati Apostoli Pauli eruditus eloquiis: hoc est enim quod in prima ad Corinth. scribit: [c] *Oportet*, inquit, *& hæreses esse, vt probati manifesti fiant in vobis.* Ac si diceret: Ob hoc hæreseōn nō statim diuinitus eradicantur authores, vt probati manifesti fiant, id est, vnusquisque quàm tenax, & fidelis, & fixus Catholicæ fidei sit amator, appareat. Et reuera cùm quæque nouitas ebullit, statim cernitur frumentorum grauitas, & leuitas palearum: tunc sine magno molimine excutitur ab area, quod nullo pondere intra aream tenebatur. Namque alij illicò prorsus auolant, alij verò tantummodo excussi, & perire metuunt, & redire erubescunt saucij semineces, semiuiui: quippe qui tantam veneni hauserint quantitatem, quæ nec occidat, nec digeratur: nec mori cogat, nec viuere sinat: Heu miseranda conditio, quantis illi curarum æstibus, quantis turbinibus exagitantur. Nunc etenim quà ventus impulerit, incitato errore rapiuntur: nunc in semetipsos reuersi, tanquam contrarij fluctus reliduntur: nunc temerariâ præsumptione ea quæ incerta videntur approbant, nunc irrationali metu etiam quæ certa sunt expauescunt: incerti quà eant, quà redeant: quid appetant, quid fugiant, quid teneant, quid dimittant: Quæ quidem dubij & malè penduli cordis afflictio, diuinæ erga se miserationis est medicina, si sapiant. Idcirco etenim extra tutissimum Catholicæ fidei portum diuersis cogitationum quatiuntur, verberantur, ac penè necantur procellis; vt excussa in altum elatæ mentis vela deponant, quæ malè nouitatem ventis expanderant, sesequé intra fidissimam stationem placidæ, ac bonæ matris reducant & teneant, atque amaros illos, turbulentosque errorum fluctus primitùs reuomant, vt possint deinceps viuæ & salientis aquæ fluenta potare. Dediscant bene, quod didicerunt non bene: Et ex toto Ecclesiæ dogmate, quod intellectu capi potest, capiant: quod non potest, credant.

Catholicus verus quis: eiusque egregia descriptio.

Nouitas in dogmatibus, fidei non ad religionē, sed ad tentationem pertinet.

c 1. Cor. 11. 19.

Palearū, triticique metaphoris quàm rectè designati hæretici, ac Catholici veri.

Ab Hæreticis seducti quàm turbulēter se habeant, ni illicò sibi prospiciant.

Dubius in fide ex hæreticorum audita doctrina est instar nauis fluctibus agitata.

69

Germanus Episcopus Constantinopolitanus ad Thomam Episcopum Claudiopoleos Tom. 3. Concil. Actione quartâ Synodi Nicenæ secundæ, quæ & sexta Synodus nuncupatur, de diuersitate agens cultus Idolorum à cultu veri Dei. Nos, ait, cognoscentes, & credentes filium Dei, quòd sit veritas, & dextra Patris, alieni à damnatione prophetica demonstramur. Et ob id valdè opportunè propheticā orationem vsurpauero: [d] *Quid paleis ad triticum*? quæ familiaritas sufflatæ à spiritibus nequitiæ, instabilis leuitatis colentium creaturarum, præterito creatore, ad veræ diuinitatis cognitionis nutriens verbum, quod in omni Christi populo inuenitur.

Palearū triticique metaphoris designati cultus Idolorum ac veri Dei.

Cultus Idolorum paleæ assimilatur: cultus autem veri Dei tritico nutrienti.

d Iere. 23. 28.

Cyril. Alex.

Cyrillus Alexandrin. lib. 6. de Adoratione in Spir. & Veritate iis quæ hoc vers. 28. dicuntur, discrimen assignatum censuit verarum, falsarúque prædictionum. Accusatione, inquit graui diuina leges contemnentium interiecta, quæ prædictiones ex Deo sint, quæuè non sint, tamquam cuidens indicium affert, ipsam nempe veritatem: ait enim iterum, (*Propheta in quo est somnium, narret somnium suum, & in quo est verbum meum in veritate,*) Nam, si quid visum fuerit à veritate discrepare, illud ipsum continuò suum parentem atque auctorem esse mendacem prodest, & à suo corde loquentem non ex ore Domini, sicut scriptum est.

Doctrinæ falsæ discrimen à vera.

70 Irenæus.

Circa vers. 29. Irenæus lib. 5. contra Hæreses cap. 17. Et hoc loco allato philosophatur ostendens, per crucis lignum nos recepisse verbi diuini, eiusque doctrinæ cognitionem, vimque præceptorū, ac diuinitatis illius peccata dimittentis. Si inquit, [e] *nemo potest remittere peccata, nisi solus Deus*: remittebat autem hæc Dominus, & curabat homines, manifestū est, quoniam ipse erat Verbū Dei, filius hominis factus, à Patre potestatem (remissionis peccatorum) accipiens, quomodo homo, & quomodo Deus: & quomodo homo compassus est nobis, tamquam Deus misereatur nostri, & remittat nobis debita nostra, quæ factori nostro debemus Deo. Et propter hoc Dauid prædixit; [f] *Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Beatus homo, cui non imputauit Dominus peccatum*, eam quæ per aduentum eius est, remissionem præmonstrans, per quam deleuit chirographum, [g] debita nostra, & affixit illud cruci:

e Marc. 2. 7.

Peccata remittere potest solus Deus.

Christus Deus, cùm peccata remiserit.

f Psal. 31. 1.

Ligno crucis recepimus remissionem debiti quod cū Deo aliàs per lignū contractum fuerat.

g Col. 2. 14.

crucis: vt quemadmodum per lignum facti sumus debitores Deo, per lignum accipiamus nostri debiti remissionem. Hoc & per alios quidem multos, iam autem & per Elisæum Prophetam significanter ostensum est. [a] Cùm enim qui cum illo erant, conciderent ligna ad fabricationem tabernaculi, & ferrum excussum de securi, cecidisset in Iordanem, & non inueniretur ab ipsis, veniens Elisæus ad ipsum locum, cùm didicisset quid esset factum, lignum in aquam misit: hoc autem cùm fecisset, supernatauit ferrum securis, & de superficie aquæ sumpserunt illud, qui ante amiserant: per operationem ostendente Prophetâ, quod firmum verbum Dei, quod per lignum negligenter amiseramus, nec inueniebamus, recepturi essemus iterum per ligni dispositionem.

a 4. Reg. 6. 5. *Verbi Dei cognitionem amissam per lignū, recuperauimus itē per lignum, crucis Christi.*

Quoniam autem securis similis est verbo Dei, Ioannes Baptista ait de eo, [b] *Iam autem securis ad radicem arborum posita est.* Et Ieremias (autem) similiter ait, [c] *Verbum Domini, quemadmodum bipennis cadens petram.*

b Matt. 3. 10.
c Ier. 23. 20.

Cyril. Alex. *Verbi Dei discrimen à verbis humanis.*

Cyrillus Alexandrin. Comment. in vers. 4. capitis 3. Sophoniæ. Nonne verba mea sicut ignis comburens, dixit Dominus, & sicut securis incidens petram? Penetrat enim animum sermo diuinus, & corda audientium tantum non dirumpit: frigidus autem, & inualidus, qui ex humana voluntate proficiscitur, qualis impiorum Prophetarum erat.

Idem Comment. in vers. 6. cap. 12. Zachariæ: est perquàm idoneus Dei sermo, vt possit & quod frigefactum est in peccato reaccendere, & quæ velut indurverunt, & coarctata sunt non difficile explicare.

Theophil. *Sermo Dei magnarū est virium.*

Theophilactus in cap. 1. Ionæ. Sermonem Dei magnarum esse virium ea contestantur, quibus ad Ieremiam à Domino dicitur: *Nonne sermones mei vt ignis ardens, & veluti securis cadens petram?*

Petrus Dam. *Verba Dei expellūt frigus, calorem ingerūt, molliuntque peruicacia duritiem.*

Petrus Damiani lib. 2. Epistolarum Epistolâ 2. *Numquid non verba mea sunt quasi ignis, dicit Dominus, & quasi malleus conterens petram?* Verba Domini quasi ignis sunt, quia frigus expellunt, calorem mentibus ingerunt: malleus autem sunt, quoniam obstinationis, & peruicaciæ duritiem molliunt.

71 August. *Prædicatores boni sumentes quæ prædicāt ab aliis non sunt dicendi fures, nec improbè faciūt.*

Quoad vers. 30. Augustinus lib. 4. de Doctrina Christ. cap. 29. Sunt quidam qui benè pronunciare possunt, quid autem pronuncient excogitare non possunt. Quòd si ab aliis sumant eloquenter sapienterque conscriptum, memoriæque commendent, atque ad populum proferant, si eam personam gerunt, non improbè faciunt. Sic enim quod profectò vtile est, multi prædicatores veritatis fiunt, [d] nec multi magistri, si vnius veri magistri idipsum dicant omnes, & non sint [e] in eis schismata. Nec deterrendi sunt isti voce Ieremiæ Prophetæ, per quem Deus arguit eos [f] qui furantur verba eius, vnusquisque à proximo suo. Qui enim furantur, alienum auferunt: verbum autem Dei non est ab eis alienum, qui obtemperant ei: potiúsque ille dicit aliena, qui cùm dicat benè, viuit malè. Quæcumque enim bona dicit, eius excogitari videntur ingenio, sed ab eius moribus aliena sunt. Eos itaque dixit Deus furari verba sua, quòd boni videri volunt, loquendo quæ Dei sunt, cùm mali sint faciendo quæ sua sunt. Nec sanè ipsi dicunt bona, quæ dicunt, si diligenter attendas. Quomodo enim dicunt verbis quòd negant factis? Non enim frustra de talibus ait Apostolus, [g] *Confitentur se nosse Deum, factis autem negant.* Modo ergo quodam ipsi dicunt, & rursus alio modo ipsi non dicunt; quoniam vtrumque verum est quod ait veritas. De talibus enim loquens, [h] *Quæ dicunt,* inquit, *facite: quæ autem faciunt, facere nolite:* hoc est quod ex ore illorum auditis: facite: quod in opere videtis, facere nolite. *Dicunt enim,* inquit, *& non faciunt.* Ergo quamuis non faciant, dicunt tamen. Sed alio loco tales arguens, [i] *Hypocritæ,* inquit, *quomodo potestis bona loqui, cùm sitis mali?* Ac per hoc & ea quæ dicunt, quando bona dicunt, non ipsi dicunt, voluntate, scilicet atque opere negando quod dicunt. Vnde contingit, vt homo disertus & malus sermonem quo veritas prædicetur, dicendo ab alio non diserto, sed bono ipse componat. Quod cùm fit, ipse à se ipso tradit alienum: ille ab alieno accepit suum. Cùm verò boni fideles bonis fidelibus hanc operam commodant, vtrique sua dicunt: quia & Deus ipsorum est, cuius sunt illa quæ dicunt: & ea sua faciunt, quæ non ipsi componere potuerunt, qui secundùm illa compositè viuunt.

d Matth. 23. 10.
e 1. Cor. 1. 10.
f Ier. 23. 30.
g Tit. 1. 16.
h Matt. 23. 3.
i Matt. 12. 35.

Greg. PP. *Docens, & nō faciēs furari dicitur verba Dei.*

Quem sensum affert & Gregorius Papa lib. 4. Exposit. in 1. lib. Regum ad finem cap. 7. vbi ait. De iisdem quoque Prædicatoribus dicit. *Ecce ego ad Prophetas, qui furantur verba mea vnusquisque à proximo suo.* Verba quippe furantur, qui bonum quod dicendo prædicant, operando non sequuntur: quia veluti clam de alieno tollunt, quod dato proprij laboris precio suum nequaquam faciunt.

Hieronym. *Furtū spirituale est cùm quis docet, & non facit.*

Et ante ambos præallatos Patres Hieronymus ad finem lib. 2. in cap. 4. Epistolæ ad Ephesios, illa exponens Apostoli verba. [k] *Qui furabatur, iam non furetur, magis autem laboret operando manibus suis quod bonum est,* vt &c. Potest inquit, & altius intelligi, *Qui furabatur, iam non furetur,* & reliqua, propter illud, quod scriptum est de Pseudoprophetis: *Qui furantur sermones, vnusquisque à proximo suo.* Et in Euangelio: [l] *Omnes qui venerunt ante me, fures fuerunt & latrones.* Et ad Romanos: [m] *Qui prædicas non furandum, furaris;* quòd furta prohibeamur facere spiritualia. Neque enim hoc quod sequitur, *magis autem laboret operando manibus suis quod bonum est,* ad vitæ huius necessaria dignè referri potest, vt bonum dicatur quodcumque periturum est, & ad mammonam iniquitatis pertinet. Quamuis enim iustus labor opes habeat absque tergiuersatione quæsitas, satis habebit si non dicantur malum: cæterùm bonum non valent appellari. Igitur bonum operatur, qui declinat à malo & facit bonum, & operatur in agro animæ suæ, vt spiritalibus panibus impleatur, & possit commodare esurienti, & necessitatem sustinenti, dans in tempore cibaria conseruis suis. Si autem talis est qui operatur bonum, ergo & is qui furatur, consequenter verba furatur & dogmata, de furto viuens, de furto sibi ceruicalia consuens, & scripturarum pannos hinc inde colligens, vt possit tunicam facere conscissam, quæ deorsum est, non desursum. Tunica enim Ecclesiæ, hoc est corpus Christi, desuper contexta est, & nulla ex parte consutilis, quæ ne ab inimicis quidem scindi potest.

k Ephe. 4. 28.
l Ioan. 10. 8.
m Ioā. 2. 21.

Diuitia etiā iustè acquisita nō merentur appellari bonū, tametsi mala nō sint. Operetur quis reuera bonū.

Hæretici quales fures. Fures spirituales, qui & quales.

n Ioā. 19. 23.

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Ὁ προφήτης.]

Ὠριγένους.] ἐπειδὴ καὶ οἱ ψευδοπροφῆται κατεχρῶντο τῷ, Τάδε λέγει κύριος, τοὺς ἀληθεῖς προφήτας ὑποκρινόμενοι. ἔδει δὴ σημείων διαστελλόντων ἑκατέρους. ἦν μὲν οὖν κατὰ τὸν Ἀπόστολον πνευμάτων διακρίσεως χάρισμα. καὶ ὁ τοῦτο ἔχων διέκρινε πνεύματα, τά τε θεῖα ὄντα καὶ τὰ πονηρά, καθάπερ ἀργυρομοιβὸς τὸ νόμισμα τὸ δόκιμόν τε καὶ κίβδηλον. χωρὶς δὲ τῆς καθολικῆς ἐπιστήμης καὶ τὸ νῦν εἰρημένον ἀρκεῖ πρὸς διάκρισιν. ὁ γὰρ λόγος μου φησὶν, οὐ διάκενος καὶ τρόφιμος ἀλόγων, ἀλλ' οἱονεὶ σῖτος, καὶ λογικῶν τροφή.

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐπειδὴ εἰσὶ καὶ ἐκ θεοῦ ἐνύπνια, δεῖγμα πάλιν ποιεῖται τῶν ψευδῶν καὶ ἀληθινῶν ἐνυπνίων τὰ ἀποτελέσματα. ὅτι τὰ μὲν ἐκ θεοῦ ἐνύπνια, πάντως ἀληθεύει. τὰ δὲ ἐκ δαιμόνων, οὐ πάντως. πρὸς ἑκατέρους οὖν τοὺς προφήτας ἁρμόζει ὁ λόγος, τούς τε ἀληθεῖς, καὶ ψευδεῖς.

[Τί τὸ ἄχυρον.]

Ὠριγένους.] τί δὲ τὸ ἄχυρον πρὸς τὸν σῖτον εἶπεν, ἀλλ' οὐ πρὸς κριθήν; παρέθηκε γὰρ ὁ κύριος ἄρτους. τοὺς μὲν κριθίνους τοῖς ἀλογωτέροις, τοὺς δὲ πυρίνους, τοῖς λογικοῖς. διὸ καὶ νῦν οὐκ ἔφη. τί τὸ ἄχυρον πρὸς τὴν κριθήν, ἀλλὰ πρὸς τὸν σῖτον, τὴν λογικὴν ἀκριβῶς παραστήσας τροφήν. ἔστι δὲ καὶ ἄλλο σημεῖον. ὅτι οἱ λόγοι κυρίου ὡς πέλυξ κόπτων πέτραν. ὅταν ὁ ἀκροατὴς ἐλεγχόμενος καίηται, ὥστε λέγειν. οὐχὶ ἡ καρδία μου καιομένη ἦν ἐν ἐμοί; πῦρ καὶ σῖτός ἐστιν ὁ λόγος. εἰ δὲ τέρπεται τῶν καθ' ἡδονὴν ἀκροώμενος, οὐκ ἄχυρα, ἀλλὰ πέλυξ ἐστὶν, οὐ ξύλα μόνον δυνατὸς, ἀλλὰ καὶ πέτραν διελεῖν. οὐ τὴν κατὰ χριστὸν νοουμένην, ἀλλὰ τὴν ἐναντίαν, ἣν δεῖ τέμνεσθαι κατὰ τὸ, συντριβήσονται πέτραι ἐνώπιον κυρίου.

|| Ὀλυμπιοδώρου.] Ἄχυρον τροφὴ πυρὸς, τῶν ψευδοπροφητῶν ὁ λόγος, σῖτος δὲ ἀνθρώπῳ ζωτικὴν χαρίζεται δύναμιν, ὁ λόγος τοῦ ἀληθοῦς προφήτου. ποία γὰρ κοινωνία τῷ ψεύδει πρὸς τὴν ἀλήθειαν; ||

[Οὐκ ἰδοὺ οἱ λόγοι.]

Τοῦ ἁγίου Κυρίλλου.] πῦρ ὀνομάζει τὸ εὐαγγελικὸν καὶ σωτήριον κήρυγμα, ἢ καὶ αὐτὴν τὴν διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος μέθεξιν, ὃ καὶ πυρὶ παρεικάζεται. καὶ γοῦν ὁ πάνσοφος Ἰωάννης ὁ Βαπτιστὴς πρὸς || αὐτοῦ τε καὶ τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Ἰησοῦ χριστοῦ οὕτω φησίν. ἐγὼ ὑμᾶς ὕδατι βαπτίζω εἰς μετάνοιαν; ἔρχεται δὲ ὀπίσω μου ὁ ἰσχυρότερός μου, οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς κύψας λῦσαι τὸν ἱμάντα τῶν ὑποδημάτων αὐτοῦ. ἐκεῖνος ὑμᾶς βαπτίσει ἐν πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί. ὀρθῶς οὖν ἔφη χριστὸς

Videtur abūdare (διά.)

|| περὶ αὐτοῦ γε.

Vers. 28. Propheta in quo somnium est.

72 Origenes. *Propheta boni à malis discernendi.*

Origenis.] *Quoniam & Pseudoprophetæ abutebantur verbis illis*, Hæc dicit Dominus; *veros Prophetas ementientes, opus erat signis quæ vtrosque discernerent. Et erat sanè secundùm Apostolum* [a] *spirituum discretionis donum, & qui illud habebat, diiudicabat spiritus, siue bonos, siue malos. Quemadmodum mensarius numisma siue probum, siue adulteratum: sed præter scientiam generalem satis est ad discernendum & hoc quod modò dicitur: Nam sermo meus ait, non vacuus est nutriens belluas, sed quasi triticum, cibusque rationalium.*

a 1.Cor.12.10.

Doctrina bona discernida à doctrina mala ratio optima.

Olympiod. *Somnia quæ à Deo sint, quæue non, ex eorū euentu asserere est.*

Olympiodori.] *Cùm & à Deo quandoque sint somnia, indicium assignat inanium, verorumque somniorum ipsos exitus. Nam quæ à Deo sunt insomnia, vera omnino sunt. Quæ verò à Dæmonibus, non planè, vtrisque igitur Prophetis congruit hic sermo, veris & falsis.*

73 Origenes. *Verbum Dei panis triticeus pro ratione vtentibus, cū sit & panis hordeaceus pro iis qui sint rationis expertes, vel eā nō vtantur.*

Ex Vers. 28. (*Quid palea ad triticum?*)

Origenis.] *Cur verò quid palea ad triticum dixit, & non ad hordeum? Apposuit enim Dominus panes hordeaceos quidem ratione non vtentibus, triticeos verò rationalibus. Quare & nunc non dixit*, quid palea ad hordeum? *sed*, ad triticum; *rationalem expressè designans cibum. Est & aliud signum: nam sermones Dei sicut securis cædens petram. Quando auditor redargutus vritur, ita vt dicat*, [b] nonne cor meum ardens erat in me? *Ignis & triticum sermo est: si verò lætatur, audiens quæ sibi voluptati sunt, non palea, sed securis est, apta non tantùm ad cædenda ligna, sed etiam ad petram scindendam; non eam quæ secundùm* [c] *Christum intelligitur, sed oppositam, quæ conterenda est, iuxta illud*, [d] Conterentur petræ ante faciem Domini.

Sermones Dei sunt ignis, & triticum, & securis.

b Luc 24.32. *Sermonis Dei bene auditi vis magna.*

c 1.Cor.10.4

d Nahū.1.6.

Olympiod. *Doctrina bona triticum, cùm doctrina praua sit palea alimentum ignis.*

|| Olympiodori.] *Palea ignis alimentum est Pseudoprophetarum sermo; triticum verò homini vitalem largitur vim, sermo veracis Prophetæ: quæ enim consociatio mendacij & veritatis?*

74 Cyrillus. *Prædicatio Euangelica appellata ignis.*

(*Nonne ecce verba.*)

Sancti Cyrilli.] *Ignem appellat Euangelicam, salutarémque prædicationem: vel & ipsam Spiritus Sancti participationem, qui & igni assimilatur: quare & sapientissimus Ioannes Baptista de se ipso & omnium nostrûm Saluatore Iesu Christo sic ait:* [e] Ego vos baptizo in aqua ad pœnitentiam, post me verò venit fortior me, cuius non sum dignus soluere incuruatus corrigiam calceamentorum: illc vos baptizabit in Spiritu Sancto & igne: *rectè igitur dixit Christus,*

e Marc. 1.7.

χριστός. πῦρ ἦλθον βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν. καὶ τί θέλω, εἰ ἤδη ἀνήφθη; A

Σευήρου.] καθάπτονται γὰρ καὶ λιθίνης ψυχῆς, καὶ τοὺς φρυγανώδεις τῶν αἰσχίστων παθῶν καταφλέγουσι λογισμούς.

Ὀλυμπιοδώρου.] τουτέστιν, ἐνεργεῖς καὶ δυνατοί.

[Ἰδοὺ ἐγὼ διά.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] πῶς ἐμοὶ δοκοῦσι τῶν προφητῶν ἀκούοντες μιμεῖσθαι αὐτοὺς ἔνιοι, ἢ ἑτέρων διηγουμένων ἀκούοντες, καθάπερ ὄφις. διὰ τοῦτο καὶ ὁ Ἰεζεκιὴλ φησί. ὅτι ἐὰν ἔλθῃ φησὶ προφήτης, ἐγὼ κύριος ἐπλάνησα αὐτόν. οὐ γὰρ συγχωρεῖ μαθεῖν λοιπόν. διὰ τοῦτο καὶ τὸ λῆμμα λέγει ἀνελεῖν. B

Ὠριγένους.] ὥσπερ ὁ πριάμενος ἱμάτιον εἰ τύχοι παρ' οὗ δεῖ, νομίμως ἔχει τοῦτο. ὁ δὲ κλέψας ἔχει μὲν, ἀλλ' οὐ δικαίως. οὕτω τῶν διδασκόντων ἀπὸ γραφῆς οἱ νόθῳ ψυχῇ, καὶ κεκηλιδωμένῃ τὰ ῥήματα φέροντες, κλέπτουσι. περὶ ὧν λέγοιτ' ἄν. πάντες ὅσοι ἦλθον πρὸ ἐμοῦ, κλέπται εἰσὶ καὶ λῃσταὶ, καὶ οὐκ ἤκουσαν αὐτῶν τὰ πρόβατα. τοιοῦτος ὁ λόγῳ χρώμενος εὐαγγελικῷ, μὴ πίστει διακείμενος πρὸς αὐτὸν, μηδὲ βιοὺς κατ' αὐτόν; ἀλλοτρίᾳ δὲ προαιρέσει χρώμενος τῇ τοῦ λόγου ἀπαγγελίᾳ, κλέπτης γάρ ἐστι. καὶ λεχθήσεται πρὸς αὐτόν. ὁ κηρύσσων μὴ κλέπτειν, κλέπτεις. C

[Ἰδοὺ ἐγὼ πρὸς τούς.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] προφητείας γλώττης, τὰς ψευδεῖς καλεῖ. οὐ γλώσσης δέ εἰσιν αἱ ἀληθεῖς προφητεῖαι.

[Καὶ νυστάζοντας.]

Ὀλυμπιοδώρου.] τουτέστι, νήψεως μὴ μετέχοντες. D

|| Τοῦ Χρυσοστόμου.] πολλοὶ γὰρ εἴδη ἐπετήδευον προφητείας διὰ ὕπνων, διὰ χρησμῶν.

Τοῦ αὐτοῦ] ἀλλὰ παραμυθήσονται πρὸς τὸ παρόν. ||

A *Chriſtus*; [a] Ignem veni mittere ſuper terram,*& quid volo,niſi vt accendatur?*

a Luc.12.49.

Seueri.] *Pertingunt enim & cor lapideum, cogitationeſque ſarmentitias peßimarum affectionum comburunt.*

Seuerus. *Verborũ Dei vis magna in ſcindendo, & in cõburendo.*

Olympiodori.] *Nempe ardentes & potentes.*

Olympiod.

Verſ. 30. (*Ecce ego propterea ad Prophetas,&c.*)

75

Chryſoſtomi] *Quomodo mihi quidam videntur Prophetas audientes eos æmulari, vel alios qui hæc narrant audientes, veluti ſerpens. Quapropter & Ezechiel ait,* [b] ſi venerit Propheta, Ego Dominus decepi illũ, *nec enim ampliùs dicere permittit, ideoque etiam ait ſe ablaturum.*

Chryſoſt. *Doctores praui ſerpẽti aſſimilati, dum bonos æmulãtes doctores, illorum furãtur verba.*

b Ezec.14.9.

Origenis.] *Sicut qui emit veſtimentum, ſiquidem à quo oportet, iuſtè illud poßidet; ſed qui furatus eſt habet quidem, iniuſtè tamen: eadem ratione inter eos qui de Scripturis docent,qui animo adulterino & polluto verba proferunt, fures ſunt,de quibus non incongruè dici poſſet.* [c] Omnes qui ante me venerunt fures ſunt & prædones,& non audierunt eos oues.*Talis eſt, qui ſermone vtitur Euangelico, nec fidem illi præſtat,nec ad illius normam vitam traducit, ſed alienâ voluntate, id eſt, ſermonis enunciatione vtitur: fur enim eſt: & dicetur ad ipſum,*[d] Qui prædicas non eſſe furandum furaris.

Origenes. *Fures verborũ Dei, qui adulterino animo, & polluto ore illa loquuntur.*

c Ioan.10.8.

Docens ea, quæ non credit,& quæ nõ facit, furari dicitur verba Dei.

d Rom.2.21

Verſ.31. (*Ecce ego ad Prophetas.*)

76

Chryſoſtomi.] *Prophetias linguæ, mendaces nuncupat; haud enim linguæ ſunt prophetiæ veraces.*

Chryſoſt. *Prophetiarũ ea dicuntur linguæ, quæ ſunt mendaces.*

(*Et dormitant dormitationem ſuam.*)

Olympiodori.] *Hoc eſt non vigilantes animo.*

Olympiod. *Vigilandum animo.*

|| Chryſoſtomi.] *Multi enim concinnabant prophetias per ſomnia,per oracula.*

Chryſoſt. *Prophetias concinnabant plerique per ſomnia,vt per oracula.*

Eiuſdem.] *Sed hoc tempore conſolabuntur.*

Chryſoſt.

Capitis 23. à verſ.33. vſque ad finem Capitis. Sectio Septima.

TEXTVS VVLGATÆ. E TEXTVS SEPTVAGINTA.

33 SI igitur interrogauerit te populus iſte, vel Propheta,aut Sacerdos, dicens: Quod eſt onus Domini?dices ad eos:Vos eſtis onus, proiiciam quippe vos,dicit Dominus.

34 Et Propheta,& Sacerdos, & populus qui dicit:Onus Domini: viſitabo ſuper virum illum, & ſuper domum eius.

35 Hæc dicetis vnuſquiſque ad proximum,& ad fratrem ſuum: Quid reſpondit Dominus? & quid locutus eſt Dominus?

36 Et onus Domini vltra non memorabitur: F quia onus erit vnicuique ſermo ſuus:& peruertiſtis verba Dei viuentis, Domini exercituum Dei noſtri.

37 Hæc dices ad Prophetam: Quid reſpondebit tibi Dominus? & quid locutus eſt Dominus?

38 Si autem onus Domini dixeritis: propter hoc hæc dicit Dominus:Quia dixiſtis ſermonem iſtum:Onus Domini:& miſi ad vos,dicens:Nolite dicere:onus Domini,

33 QVod ſi interrogauerint populus iſte, vel Sacerdos, vel Propheta quæ eſt aſſumptio Domini? & diceseis: Vos eſtis aſſumptio, & allidam vos, dicit Dominus.

34 Propheta, & Sacerdotes, & populus, quicumque dixerint, aſſumptio Domini; & vlciſcar hominem illum,& domum eius.

35 Sic dicetis vnuſquiſque ad proximum ſuum,& vnuſquiſque ad fratrem ſuum: quid reſpondit Dominus,& quid loquutus eſt Dominus?

36 Et aſſumptionem Domini nolite nominare vltra: quia aſſumptio hominis erit ſermo eius.

37 Et quare loquutus eſt Dominus Deus noſter?

38 Propter hoc hæc dicit Dominus Deus noſter: Pro eo quod dixiſtis ſermonem iſtum, aſſumptio Domini, & miſi ad vos dicens, non dicetis aſſumptio Domini.

39 Propterea ecce ego tollam vos portans, & derelinquam vos, & ciuitatem, quam dedi vobis,& patribus vestris à facie mea.

40 Et dabo vos in opprobrium sempiternum, & in ignominiam æternam, quæ numquam obliuione delebitur.

A 39 *Propterea ecce ego assumo, & allido vos, & ciuitatem,quam dedi vobis,& patribus vestris.*

40 *Et dabo super vos opprobrium sempiternum, & ignominiam sempiternam, quæ obliuioni non tradetur.*

PARAPHRASIS CHALDAICA.

33 *ET cùm interrogauerit te populus hic, aut Scriba,aut Sacerdos, dicens; Quæ est prophetia in nomine Domini? Et dices ei: Talis est propheta; Proiiciam vos,dicit Dominus.*

34 *Scriba enim,& Sacerdos, & populus qui dixerit,Prophetia in nomine Domini: & visitabo super virum illum,& super domum eius.*

35 *Sic dicetis vnusquisque proximo suo, & vnusquisque fratri suo: Quid respondit Dominus, & quid locutus est Dominus?*

36 *Et prophetia in nomine Domini non recordabimini ampliùs: quia prophetia erit viro qui stabilierit verba voluntatis eius. Vos autem putatis irrita facere verba Dei viuentis,Domini exercituum Dei nostri.*

37 *Sic dices Prophetæ: Quid respondit tibi Dominus,aut quid locutus est Dominus?*

38 *Et si, Prophetia in nomine Domini,dixeritis, propterea hæc dicit Dominus: Pro eo quòd dixistis sermonem istum.Prophetia in nomine Domini, cùm misissem ad vos,dicendo:Ne dicatis,Prophetia in nomine Domini.*

39 *Propterea ecce ego immitto furorem meum, & derelinquam vos derelinquendo, & proiiciam vos, & ciuitatem quam dedi vobis,& patribus vestris, à conspectu verbi mei.*

40 *Et adducam super vos opprobrium sempiternum,& cooperiet vos ignominia sempiterna, nunquam desitura.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

77 Hieron. λῆμμα. *Oneris titulus præfixi, Vaticiniis de rebus grauibus,& pœnarum comminatoriis.* λῆμμα, *Prophetiis de rebus prosperis, & bonis, præfigi solitus titulus, Visio, seu Verbum Domini.*

HIeronymus. (*Si igitur interrogauerint te, &c.*) Verbum Hebraicum משא *massa* Aquila ἆρμα,id est,onus,& pondus interpretatur: Symmachus, Sept. & Theodotio, assumptionem. Vbicumque ergo graue est, quod Dominus comminatur, & plenum ponderis: ac laboris, & importabile, in titulo quoque ἆρμα *arma* hoc est, *pondus dicitur.* Vbicumque autem E prospera Dominus pollicetur: siue post comminationem meliora promittit:ibi *visio* dicitur, vel certè *verbum Domini*: & perspicuum erat ex ipso titulo prophetiæ ponderis, siue visionis,& verbi Dei, qualis vaticinatio sequeretur. Quia igitur Prophetæ solebant populo peccatori tristia nunciare, & comminari supplicia, vt eos retraherent ad pœnitentiam: clemens autem & miserator Dominus diu sententiam differebat: putabat deceptus populus, & Pseudoprophetarum fraude seductus, non ventura quæ Dominus minabatur, & rem seueram, in ludum,& iocum verterant, prophetantibusque Prophetis quasi irridentes dicebant: Rursum hîc videt pondus & onus Domini. Atque ita fiebat, vt nequaquam vltra visio, sed per iocum atque derisum, onus & pondus appellaretur. Præcepit ergo Dominus,vt siue populus,siue Propheta, siue Sacerdos interrogauerint Ieremiam, quid sit pondus, vel quæ assumptio Domini: respondeat eis, & dicat: *Vos estis onus, & vos assumptio. Assumam enim vos,*

Verbi Dei contemptus, & iocus, quàm Deo displiceat.

proiiciam, allidamque & interire faciam. Si quis autem deinceps,vel Prophetarum, vel Sacerdotum,vel populi ausus fuerit onus & pondus Domini nominare, Visitabo, inquit, super virum illum, & super domum illius, & cum delebo in B perpetuum. Dicat itaque vnusquisque proximo & amico suo, nequaquam quod est onus Domini: sed quid respondit Dominus? & quid locutus est Dominus? Veteris obliuiscimini: onus & pondus, siue assumptio in ore vestro vltra non resonet: quia singulis hominibus sermo suus, & opus suum in onus, pondusque reputabitur, secundùm illud, quod scriptum est: [a] *ex ore tuo iustificaberis, & ex ore tuo condemnaberis.*

a Matth. 12. 37.

78 (*Et peruertistis verba Dei viuentis, &c.*) Hucusque in Sept.non habetur.Præcepit Dominus, vt nequaquam oneris, & ponderis, & assumptionis C sermo diceretur in populo: sed responsionis, & verbi Dei: quod quia populus, implere contempserat,ipsum verbum interpretatur super eis, & dicit: Quoniam dixistis, quod nolui, & hoc, cùm sæpe Prophetas mitterem, & iuberem ne diceretis: propterea sermonem vestrum assumptionis,oneris,& ponderis in vobis opere complebo. Assumam quippe vos,& tollam,atque portabo,& allidam,ac de sublimibus in terram corruere faciam.Non solùm autem vos, sed *& vrbem vestrã, quam dedi patribus vestris. Et dabo*, inquit, *vos in opprobrium, & ignominiam sempiternam: quæ num-* D *quam obliuione delebitur.* Hoc autem & tempore Babyloniæ captiuitatis factum esse nouimus:sed pleniùs, atque perfectiùs post saluatoris passionem resurrectionemque completur, quando locutus est Dominus: [b] *Relinquetur vobis domus vestra deserta*, & vsque ad finem eius sententia permanebit. Dicamus & aliter duntaxat iuxta Sept. λῆμμα, non solùm assumptionem, sed & donum, munusque significat. Quia igitur sibi populus semper prospera promittebat: dicit eos nequaquam vltra hoc debere dicere. Indignos enim esse donis Dei; atque muneribus quin potiùs abiiciendos. Ex verbis autem & interpretatione hominum, sæpe res ostenduntur, vt Abraham, Saræ,& Petri, & filiorum Zebedæi, vocabula commutata, significant rerum mutationem,& in hoc eodem Propheta,Phashur, dicitur pauor,siue translatio,& colonus,siue peregrinus. Notandum quòd verba *Dei viuentis,Domini exercituum,Dei nostri*,Latini,& Græci codices non habeant, & Hebræi in suis voluminibus contra se legant, quod propriè mysterium significat trinitatis.

Iudæorũ acerrima punitio perpetua post Christi necẽ.

b Luc.13 35.

Lemma Græcè,λῆμμα, significat & assumptionem & donum.

ex Nominum interpretatione sæpe res ostenduntur.

79 Theodoritus. Mandat Prophetæ. (*Si interroga-* F *uerit populus iste Sacerdos,aut Propheta,dicens, Quod est onus Domini? Dices eis. Vos estis onus Domini, & eiiciam vos,dicit Dominus.Et Propheta, & Sacerdos, & quicũque dixerint,Onus Domini,vlciscar de homine,& domo eius.*)Impij Prophetas appellabant,scelestos:& prophetiam, onus. Hortatur ergo Deus ne hac appellatione vtantur:ac non obtemperantibus minatur pœnam.Iubet autem,eos sic interrogare:(*Quid respondit Dominus? Quid locutus est Dominus? Et non vltrà nominetur onus, Domini*) iis

Theodorit. *Onus Domini prophetiã appellabant impy, sicut & Prophetas appellabant scelestos.* *Appellationes ludicras, & calumniosas sacrorũ acriter punit Deus.*

Iis verò qui mandata tranſgrediuntur, comminatur, dicens, (*Ecce ego aſſumo vos in onus, & proiiciam vos, & ciuitatem quam dedi vobis, & patribus veſtris, à facie mea. Et dabo vobis opprobrium ſempiternum, & ignominiam æternam: quæ nunquam obliuione delebitur.* Verùm iſtud præcepit Dominus Deus, tum vt amputaret mores ex malorum Dæmonum cultu contractos, tum vt doceret, Prophetas non inſanire, ſed eſſe diuinorum eloquiorum miniſtros.

80 D. Thom. *Irriſiones Sãctorum, atque ſacrorũ quam Deo diſplicedt.*

D. Thomas. Hîc comminatur contra prophetarum irriſiones. Sicut enim Iſaiæ temporibus irridebant. [a] *Manda, remãda, expecta reexſpecta*, &c. Iſai. 28. Ita modo verbum quod Iſaias adinuenerat quaſi ad deſignandam pœnæ grauitatem ſcil. Domini: irridebant. Vnde circa hoc tria facit. Primò increpat irridentem populum, comminãs pœnam, quam ad interrogantes (*interrogauerit*) irriſoriè (*vos eſtis onus.*) Vt [b] *per quæ quis peccat, per hæc & torqueatur.* Sap. 11. Iſai. 1. [c] *Facta ſunt mihi moleſta: laboraui ſuſtinens*, &c. Et quantùm ad colloquentes. (*Et Propheta*) Pſalmus. [d] *Viſitabo in virga iniquitates illorum: & in verberibus peccata eorum.* Secundò prohibet irriſiones verborum. Et primò ponitur præceptum: in quo oſtenditur modus loquendi. (*Hæc dicetis.*) Et prohibetur irriſio: (*quia onus Domini: onus erit*) id eſt pro verbis ſuis graui pœnæ obligatur. Matt. 12. [e] *Ex verbis tuis iuſtificaberis: & ex verbis tuis condemnaberis.* Et aſſignatur irriſionis ratio (*& peruertiſtis*) q. d. ideo prohibeo: quia in deriſum peruertiſtis: & concludit. (*Hæc dices.* Ezech. 33. [f] *Audiunt ſermones tuos & non faciunt eos: quia in canticum oris ſui vertunt illos*, tertiò comminatur pœnam. Et primò pœnam captiuitatis. (*Ecce ego*) loquitur ad ſimilitudinem eius qui graue pondus in altum tollit, vt fortius cadere faciat. Apoc. 18. [g] *Suſtulit vnus Angelus fortis lapidem quaſi molarem magnum: & miſit in mare dicens: hoc impetu mittetur Babylon ciuitas illa magna, & vltra non inuenietur.* Secundò pœnam confuſionis (*Et dabo vos.*) Et poteſt referri ad pœnam ſucceſſionis. Vel ad ignominiam quâ in captiuitate deleti ſunt. Et ignominia dicitur peccatum: vel opprobrium non dignum nominari ſupra 20. [h] *Confundentur vehementer: quia non intellexerunt opprobrium ſempiternum, quod numquam delebitur.*

a Iſai. 28. 13.
b Sap. 11. 17.
c Iſai. 1. 14.
Onus appellantes quæ Dei ſunt, dicuntur ipſimet Deo eſſe onus.
d Pſal. 88. 33.
e Matth. 12. 37.
f Ezech. 33. 32.
Irridentes Sacra aſſumuntur à Deo tãquam graue pondus in altum vt fortius cadant.
g Apoc. 18. 21.
Peccatum dictum ignominia, ſeu opprobrium vt indignum quod nominetur.
h Ier. 20. 11.

81 Theophil. *Lemma ſignificat Dei irã cum Zelo.*

Circa verſ. 33. Nota quòd Theophilactus in caput 1. Nahum Prophetæ ait, In Ieremiæ prophetia intelligi poteſt, quid ſignificet Lemma. Hoc enim nomine videtur ibi appellari ira Dei cum zelo, ex eo quòd fortior apprehendit imbecilliorem, vt dilaniet.

Iudæi nũquã iuxta Spem ſuam reparabuntur. Iſid. Hiſpal.

Quod dicitur in verſ. 39. *Et dereliquam vos, & ciuitatem veſtram, quam dedi vobis*, &c. *Et dabo vos in opprobrium ſempiternum*, &c. Iſidorus Hiſpalenſis lib. de Gentium vocatione cap. 12. affert ad probandum quod Iudæi iuxta ſpem ſuam numquam reparabuntur.

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

82 Apolinarius. *Donorum diuinorum indignis & Lēmatis, atque aſſumptionis vſurpare prohibetur vocabula, quibus doni ſubindicatur receptio.*

ΛΈΓΩΝ ΤΙ τό.] Ἀπολιναρίου.] ἀφαιρεῖται τὴν φωνὴν τὴν μηνυτικὴν τῆς δωρεᾶς, οὐκέτι λῆμμα τὸν λόγον ἐῶν ὀνομάζεσθαι, ἀλλ' || ἀπόκρισιν. ὅτι γὰρ λαμβάνειν τὰς αὐτοῦ δωρεὰς ἀνάξιοι, αὐτοὶ εἰς αἰχμαλωσίαν λαμβανόμενοι, καὶ αὐτοὶ ὄντες λῆμμα, οὐ λῆμμα λαμβάνοντες. ὀνόμασι δὲ πολλάκις δηλοῦνται τὰ πράγματα. διὸ καὶ μετονομάζεται τὰ μεταβαλλόμενα, ὡς Ἀβραάμ, ὡς Σάῤῥα, ὡς Πέτρος, ὡς Πασχὼρ || περιαθροισμὸς, οὕτω καὶ τὸ καλούμενον λῆμμα, λόγου ἀπόκρισις. εἶτα φησὶν, ἀνθ' ὧν οὐχ ὑπηκούσατε τῇ ὀνόματος μεταβολῇ, πείσεσθε τὸν διὰ τοῦ πράγματος ἔλεγχον, ἐλεγχόμενοι τῇ ἀποῤῥίψει, ὅτι λῆμμα Κυρίου οὐχ ἕξετε ἔτι παρὰ θεοῦ καὶ οὕτως αἰσθήσεσθε τῆς ἀτιμίας, τῷ πάσχειν ὃν || ὁμολογεῖν ἠνέσχεσθε. δεῖ τοίνυν τὴν ἐπαγομένην ἀτιμίαν || ἀναίνεσθαι, ὀργὴν γὰρ κυρίου ὑποίσω, ὅτι ἥμαρτον αὐτῷ. ἔοικεν ὁ λόγος αὐτοῖς προμηνύειν τὴν ἐσχάτην ἐρήμωσιν. τὸ γὰρ λέγειν μηκέτι λῆμμα Κυρίου, ἀφαιροῦν ἐστι πάντα, καὶ καταλιμπάνειν αὐτοὺς ἐρήμους τῶν ἐκ θεοῦ δωρεῶν. καὶ τὸ, δώσω δὲ ἐφ' ὑμᾶς ὀνειδισμὸν αἰώνιον, καὶ ἀτιμίαν αἰώνιον, τοῦτό ἐστι προμηνύοντος.

|| ἴσ. ὅλι ἀποκ. || ἴσ. περιαθροισμοῖς. || ἴσ. ὁ ὁμολ. οὐκ ἠνέσχ. || ἴσ. μὴ ἀναίν.

Verſ. 33. QVod ſi interrogauerint, &c.) Apolinarij.] *Tollit vocem, quæ largitionem indicat, nec permittit hac voce, lemma, propoſitionem ſignificari, aut reſponſum, quoniam indigni erant, qui muneribus eius afficerentur, cùm ipſi in captiuitatem abriperentur, ipſi facti captura, non capientes, ſæpe verò nominibus res manifeſtantur; quapropter quæ mutantur, noua accipiunt nomina: Veluti Abraham, Sarra, Petrus, Paſchor, pauor, ſic & quod lemma vocatur, interrogationi reſponſio. Deinde ſubdit. Pro eo quòd nominis commutationi non obediſtis, reipſâ redarguemini, cùm fueritis reiecti. Quoniam reſponſa, & dona Domini non habebitis vltra à Deo, ſicque ignominiæ ſenſum capietis, patiendo quod fateri nõ paſſi eſtis. Oportet igitur illatã ignominiam ferre;* [i] Iram quippe Domini tolerabo, quoniam peccaui in eum. *Videtur hic ſermo denunciare illis extremam deſolationem, illud enim*, non ampliùs aſſumptio Domini, *omnia tollere eſt, & relinquere illos Dei muneribus deſtitutos, & illud*, dabo ſuper vos opprobrium ſempiternum, & ignominiam æternam, *hoc ipſum eſt pronunciantis.*

Nominibus ſignificata res, mutataque legimus nomina in rerũ aliquarũ mutatione.
Ignominia, & calamitates à Deo illata patienter, & fructuosè ferenda.
i Mich. 7. 9.
Donorum diuinorum expers effectus in ſumma eſt deſolatione.
Donorum diuinorũ expers in opprobrium ſempiternum, & in ignominiam æternã à Deo datus dicitur.

83 Olympiod. *Lemma ſignificat & iram cum furore, & quaſtum.*

Ὀλυμπιοδώρου.] λῆμμα ὀργὴ μετὰ θυμοῦ, ἐκ τοῦ τὸν ἰσχυρότερον λαβόντα τὸν ἀσθενέστερον καταῤῥηγνύναι. καλεῖται δὲ λῆμμα, καὶ ὁ χρηματισμός.

Olympiodori.] *Lemma, ira eſt cum furore, cùm robuſtior captum imbecilliorem allidit: vocatur item Lemma & quæſtus.*

[καὶ

CCc 4 (Et

[καὶ ἐκδικήσωσι.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἀντὶ τοῦ, τιμωρήσομαι, κεῖται.

[καὶ λῆμμα κυρίου.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] καὶ ποία βλάβη; ἐπειδὴ ἐκεῖνοι προσεποιοῦντο λήψεσθαι, τὴν ὁμωνυμίαν ἀναιρεῖ. λαμβάνειν γὰρ καὶ οἱ δαίμονες ἠδύναντο, καὶ ἐνομίζοντο ὑπὸ θεοῦ λήψεσθαι. ἀλλ᾽ οὐκ ἔστι τοῦτο.

|| Ὀλυμπιοδώρου.] ἡ ὀργή φησι τῷ ἀνθρώπῳ ἐκ τοῦ αὐτῶν στόματος κατασκευάζεται. ὁ γὰρ θεὸς ἀόργητός ἐστιν, ἐπεὶ καὶ ἀπαθής. διὰ τοῦτο κελεύει, μὴ λέγεσθαι λῆμμα Κυρίου· οὐ γὰρ θεὸς ὀργίζεται, ἀλλ᾽ ἑαυτοῖς τὴν ὀργὴν κατασκευάζομεν. ||

(*Et vlciſcar hominem illum.*)

Olympiod.

Olympiodori.] *Pro puniam, poſitum eſt.*

(*Et aſſumptionem Domini nolite nominare.*)

Chryſoſt. Aſſumptionis vocabulum munerum diuinorum accipiendorum indignis iure prohibet Deus.

Chryſoſtomi.] *Et quod hinc damnum? cùm illi ſe accepturos ſimularent, æquiuocum tollit. Poterant enim & Dæmones accipere, & à Deo putabantur accipere, at non eſt hoc.*

Olympiod. Ira quam Deo tribuimus ex nobis ipſis eſt. Lemma, ſeu Ira Dei dici prohibetur, quia ira omnis illius noſtra potiùs eſt.

|| Olympiodori.] *Ira ait homini proprio ore paratur. Deus quippe non iraſcitur; quia non ſubiacet affectibus: idcirco præcepit non dici lemma Domini. Nam Deus non iraſcitur, at nos ipſi iram nobis comparamus.* ||

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ. κγ.

* Ὦ οἱ ποιμένες οἱ ἀπολλῦντες, καὶ διασκορπίζοντες τὰ πρόβατα τῆς νομῆς μου.] τὸν ὅμοιόν φησι τρόπον, καὶ σὺ ὦ Σεδεκία παρανομῶν διατελεῖς, καὶ αἴτιος ἀπωλείας τῷ πλήθει γίνῃ.

* Ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχονται λέγει κύριος, καὶ ἀναστήσω τῷ Δαβὶδ ἀνατολὴν δικαίαν, καὶ βασιλεύσει βασιλεὺς δίκαιος.] περὶ τοῦ Ζοροβαβὲλ λέγει, καὶ τοῦτο ὄνομα αὐτοῦ ὃ καλέσει αὐτὸν κύριος Ἰωσεδέκ.] ἐν τοῖς προφήταις τὸ, ἰωσεδὲκ, ἑρμηνεύεται ἄρχων δικαιοσύνης ἡμῶν, ἵνα εἴπῃ, ὅπως προφῆται κατὰ γνώμην τοῦ θεοῦ φθέγγονται, οὕτω καὶ αὐτὸς δίκαιος γενόμενος εἰς δικαιοσύνην ἄξει τὸν λαόν.

* Καὶ ἐν τοῖς ψευδοπροφήταις Ἱερουσαλὴμ ἑώρακα φρικτά.] ὁ ἑβραῖος, πεφυρμένα. ἵνα εἴπῃ, οὐδὲν ἀληθὲς λέγοντας, ἀλλὰ κατὰ φιλοτιμίαν τοὺς λόγους ποιουμένους. ταῦτα δὲ κατὰ σύγκρισιν τῶν ψευδοπροφητῶν, τῶν ἐν Σαμαρείᾳ λέγει, ὅτι ἐκεῖνοι, κἂν τάξει τινὶ ἐδόκουν λέγειν ἅπερ ἔλεγον, ὡς βωμὸν ἔχοντες, καὶ δαμάλεσι προσκυνοῦντες, καὶ τὴν λοιπὴν εὐταξίαν δοκοῦντες φυλάττειν. εἰ καὶ παρανόμως. οὗτοι δὲ τὴν ἐκείνων κακίαν ὑπερέβησαν τῇ παρανομίᾳ.

Ὅτι ἀπὸ τῶν προφητῶν Ἱερουσαλὴμ ἐξῆλθε μολυσμὸς πάσῃ τῇ γῇ. τ᾽ ἀντὶ τοῦ, ἀθεΐα, καὶ μῖσος κατὰ πάντων.

* Ὅτι τίς ἐστιν ἐν ὑποστήματι κυρίου, καὶ εἶδε, καὶ ἤκουσε τῶν λόγων αὐτοῦ.] τουτέστι, τίς τούτων τῶν ἐναντιουμένων τοῖς προφήταις ἀνέμεινε θείαν ἐνέργειαν, καὶ ἀξιωθεὶς πνεύματος ἐλάλησε ταῦτα; ἵνα εἴπῃ, ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμάτων δείκνυνται μαχόμενοι τῷ θείῳ βουλήματι, ὅτι τοῖς ἀληθέσι προφήταις μάχονται συμπράττοντες τῇ τῶν εἰδώλων θεραπείᾳ.

Καὶ εἰ ἔστησαν ἐν τῇ ὑποστάσει, καὶ ἤκουσαν τῶν λόγων μου. ἐδίδασκον ἂν τὸν λαόν μου, καὶ ἀπέστρεφον ἀπὸ τῆς ὁδοῦ αὐτῶν τῆς πονηρᾶς.] τουτέστιν, εἰ ἐνέμενον τοῖς ἐμοῖς νομίμοις, καὶ τὴν παρ᾽ ἐμοῦ χάριν ἀνέμενον, πάντως ἂν τὴν ἀσέβειαν τὸν λαὸν ἐδίδασκον.

* Θεὸς

CAPVT XXIII.

Chryſoſt. Verſ. 1.

*Verſ. 1. O *Paſtores qui diſſipatis, & diſperditis oues paſcuæ meæ.* Pari ratione, ait, & tu, ô Sedecia in iniquitate perſiſtis, & es in cauſa vt pereat multitudo.

Chryſoſt. Verſ. 5.

* Verſ. 5. *Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & ſtare faciam Dauid Orientem iuſtum, & regnabit Rex iuſtus.* De Zorobabel ſermo eſt.

Verſ. 6. *Et hoc nomen eius, quod vocabit eum Dominus Ioſedec.* Apud Prophetas Ioſedec interpretatur Princeps iuſtitiæ noſtræ: quaſi diceret, quemadmodum Prophetæ ad mentem Dei loquentur, ſic & ipſe iuſtus effectus, ad iuſtitiam populum adducet.

Chryſoſt. Verſ. 14.

* Verſ. 14. *Et in Pſeudoprophetis Ieruſalem vidi horribilia.* Hebræus habet, *confuſa*, quaſi diceret, nullam veritatem dicentes, ſed tantùm vt honores aſſequantur verba facientes, & hæc per comparationem Pſeudoprophetarum, qui erant in Samaria: quòd illi & ordine quodam viderentur pronunciare quæ dicebant, cùm & aram haberent, & vitulos adorarent, & reliqua congruo ordine, tametſi contra ius, faſque ſeruarent; hi autem eorum malitiam impietate ſuperarint.

Chryſoſt. Verſ. 18.

Verſ. 18. *Quoniam quis eſt in ſubſtantia Dei, & vidit, & audiuit ſermonem eius.* Hoc eſt, quis eorum, qui ſe anteponunt Prophetis, diuinam vim pertulit, & Spiritu Sancto dignatus hæc locutus eſt? quaſi diceret. Rebus ipſis diuinæ voluntati reſiſtentes oſtenduntur, cùm veris Prophetis ſe opponant, cooperantes Idolorum obſequiis.

Verſ. 22. *Quod ſi ſtetiſſent in ſubſtantia, & audiſſent verba mea, inſtruxiſſent vtique populum meum, & auertiſſent à via eorum praua.* Hoc eſt, ſi perduraſſent in legibus meis, & meam gratiam expectarent, vtique populum pietatem edocerent.

Verſ.

* Θεὸς ἐγγίζων ἐγώ εἰμι λέγει κύριος, καὶ οὐχὶ θεὸς πόρρωθεν. κρυβήσεται ἄνθρωπος ἐν κρυφίοις, καὶ ἐγὼ οὐκ ὄψομαι αὐτὸν φησὶ κύριος.] τουτέστιν καθ' ἡδονὴν τῷ πλήθει λαλοῦντες, ἀπατᾶν αὐτοὺς ἐνομίζετε. καὶ τοὺς οὐκ εἰδότας εἰς ὑποψίαν ἄγετε, ὡς παρ' ἐμοῦ ἀποστελλόμενοι, διότι μὴ λογίζεσθε τὴν ἐμὴν ἀξίαν, ὡς ἑκάστῳ πάρειμι. ὥστε καὶ τὰ βουλεύματα εἰδέναι, καὶ οὐχὶ κατὰ τοὺς ἀνθρώπους πόρρωθεν ὢν τῶν ἡμετέρων λογισμῶν, ἀγνοῶ ἃ πράττετε: τίς γάρ ἐστιν ἐξ ὑμῶν, ὃς κατὰ βουλὴν τι σκέπτεται, καὶ λανθάνει ἐμέ; τοῦτο γὰρ μηνύει, εἰ κρυβήσεται ἄνθρωπος ἐν κρυφίοις, καὶ ἐγὼ οὐκ ὄψομαι αὐτόν. τουτέστιν, ἢ ἐν ἀποκρύφῳ τις τῆς ἑαυτοῦ διανοίας κρύψαι βούλεται, καὶ λανθάνει μου τὴν γνῶσιν.

* Τί τὸ ἄχυρον πρὸς τὸν σῖτον φησὶ κύριος.] καλῶς τῇ συγκρίσει τῶν προφητῶν πρὸς τοὺς ψευδοπροφήτας ἐπήγαγε τοῦτο αὐτὸ, σύγκρισις οὐδεμία ἀχύρου πρὸς σῖτον. ὁ μὲν γὰρ τρόφιμός ἐστι, καὶ πρὸς ἀνθρώπους σύστασιν συντελεῖ. οὐδὲν δὲ χρήσιμον ἀνθρώποις ἄχυρον ἀλλ' ἢ ῥίπτεται ἢ ἀλόγων τροφὴ γίνεται. οὕτω φησὶ καὶ τῶν προφητῶν οἱ λόγοι τρέφουσι ψυχάς, οὐμὴν ὁ λόγος τῶν ψευδοπροφητῶν δύναταί τι συντελεῖν πρὸς κέρδος ἀνθρώπων πλὴν εἰ μή τι τοῖς ἐξ ἀλογίας πειθομένοις. παραμυθίαν τινα παρέχει οὐ κέρδος, καὶ ἐπάγει οὐχ οὕτως. τουτέστιν οὐδεμία σύγκρισις.

Οἱ λόγοι μου ὥσπερ πῦρ λέγει κύριος, καὶ ὡς πέλεκυς κόπτων πέτραν.] τουτέστιν οἱ διὰ τῶν προφητῶν λόγοι ἀληθεῖς καὶ ἐνέργειαν ἔχοντες.

Verſ. 23. Chryſoſt.

*Verſ. 23. *Deus appropinquãs ego ſum, dicit Dominus, & nõ Deus de longè. Si abſcõdetur homo in abſconditis, & ego non videbo eũ, dicit Dominus?* Hoc eſt, loquentes quæ iucunda ſunt, decipere, & à via traducere eos excogitant, & iis qui iſtorum ignari ſunt in ſuſpicionem agitis tamquam à me miſſi. Quare meam animo non dignitatem voluiſtis, quòd cuique adſim, ita vt videam, nec ſicut homines ignorem quæ operamini; tametſi longè à veſtris ſim cogitationibus. Quis eſt enim ex vobis, qui mente aliquid meditetur, quod & me fugiat? id quippe indicat, *Si abſcondetur homo in abſconditis & ego non videbo eum?* hoc eſt, ſi in abſcondito proprij aliquid occultare cupit cogitatus meamque lateant notitiam?

Dei omniſcientia, & vbiquitas.

Chryſoſt. *Prophetarum cum Pſeudoprophetis cõparatio, vt tritici ac paleæ.*

* Verſ. 28. *Quid palea ad triticum, ait Dominus?* Optimè ad comparationem Prophetarum cum Pſeudoprophetis hoc adiunxit, quaſi diceret, Nulla comparatio eſt paleæ cum tritico. Hoc namque aptum eſt nutritioni, Subſtantiæque hominum maximè proficuum. Verùm palea ad hominum vſum nihil confert, ſed vel reiicitur, vel animalibus quæ ratione carent deſtinatur in cibum. Sic ait, & Prophetarum ſermones animam enutriunt, cùm Pſeudoprophetarum Oratio nihil proficere queat ad hominum vtilitatem, niſi fortaſſe aliquid hominibus iis, quibus ſine ratione ſuadetur, ſolatij potiùs præbeat, quàm lucri & vtilis, & ſubdit, *Non ſic*: nulla videlicet comparatio.

Verſ. 29. *Verba mea ſicut ignis, dicit Dominus, & ſicut ſecuris cædens petram.* Quaſi diceret, Sermones Prophetarum veraces, & efficaciam habent.

Prophetarum ſermones veraces, & efficaces.

Caput Vigeſimum quartum à Principio vſque ad finem. Sectio Vnica.

TEXTVS VVLGATÆ.

1 OStendit mihi Dominus: & ecce duo calathi pleni ficis, poſiti ante templum Domini, poſtquam tranſtulit Nabuchodonoſor Rex Babylonis Iechoniam filium Ioakim Regem Iuda, & principes eius, & fabrum, & incluſorem de Ieruſalem, & adduxit eos in Babylonem.

2 Calathus vnus ficus bonas habebat nimis, vt ſolent ficus eſſe primi temporis: & calathus vnus ficus habebat malas nimis, quæ comedi non poterant, eò quòd eſſent malæ.

3 Et dixit Dominus ad me: Quid tu vides Ieremia? Et dixi: Ficus: ficus bonas, bonas valde: & malas, malas valde: quæ comedi non poſſunt, eò quòd ſint malæ.

4 Et factum eſt verbum Domini ad me dicens:

5 Hæc dicit Dominus Deus Iſrael: Sicut ficus hæ bonæ: ſic cognoſcam tranſmigrationem Iuda, quam emiſi de loco iſto in terram Chaldæorum, in bonum.

6 Et ponam oculos meos ſuper eos ad placandum, & reducam eos in terram hanc: & ædificabo eos, & non deſtruam: & plantabo eos, & non euellam.

7 Et

TEXTVS SEPTVAGINTA.

1 *OStendit mihi Dominus duos calathos ficuum poſitos ad faciem templi Domini; poſtquam tranſtulit Nabuchodonoſor Rex Babylonis Iechoniam filium Ioacim Regem Iuda, & principes, & artifices, & vinctos, & diuites ex Ieruſalem, & adduxit eos in Babylonem.*

2 *Calathus vnus ficuum bonarum valde, ſicut ficus primi temporis: & calathus alter ficuum malarum valde, quæ non comedentur præ malitia ſua.*

3 *Et dixit Dominus ad me: Quid tu vides Ieremia? Et dixi: Ficus: ficus bonas, bonas nimis; & malas, malas nimis, quæ non comedentur præ malitia ſua.*

4 *Et factum eſt ad me verbum Domini, dicens.*

5 *Hæc dicit Dominus Deus Iſrael: Sicut ficus hæ bonæ; ſic cognoſcam Iudæos, qui tranſmigrarunt, quos emiſi de loco iſto in terram Chaldæorum in bona.*

6 *Et firmabo oculos meos ſuper eos in bona: & reſtituam eos in terram hanc in bona; & readificabo eos, & non deſtruam eos: & plantabo eos, & non euellam.*

7 Et

7 Et dabo eis cor vt sciant me, quia ego sum Dominus: & erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum: quia reuertentur ad me in toto corde suo.

8 Et sicut ficus pessimæ, quæ comedi non possunt, eò quòd sint malæ: hæc dicit Dominus, sic dabo Sedeciam Regem Iuda, & principes eius, & reliquos de Ierusalem, qui remanserunt in vrbe hac, & qui habitant in terra Ægypti.

9 Et dabo eos in vexationem, afflictionémque omnibus regnis terræ: in opprobrium, & in parabolam, & in prouerbium, & in maledictionem in vniuersis locis ad quæ eieci eos.

10 Et mittam in eis gladium, & famem, & pestem: donec consumantur de terra, quam dedi eis, & patribus eorum.

A

7 Et dabo eis cor, vt sciant me; quia ego sum Dominus: & erunt mihi in populum: & ego ero eis in Deum: quia reuertentur ad me ex toto corde suo.

8 Et sicut ficus pessimæ, quæ non comedentur præ malitia sua, hæc dicit Dominus; Sic tradam Sedeciam Regem Iuda, & principes eius, & residuum Ierusalem, qui remanserunt in terra hac, & qui habitant in Ægypto.

9 Et dabo eos in dispersionem in omnia regna terræ: & erunt in opprobrium, & in parabolam, & in odium, & in maledictionem in omni loco, quo eieci eos illuc.

B

10 Et mittam in eos famem, & mortem, & gladium; donec deficiant de terra, quam dedi eis.

PARAPHRASIS CHALDAICA.

1 *Ostendit mihi Dominus; & ecce duo calathi pleni ficubus positi erant coram templo Domini, postquam transtulit Nabuchodonosor Rex Babylonis Iechoniam filium Ioachim, Regem tribus domus Iuda, & principes Iuda, & artifices, & Ianitores de Ierusalem, & adduxit eos in Babylonem.*

2 *Calathus vnus habebat ficus bonas valde, sicut ficus primitiarum: & calathus alter ficus malas habebat, quæ non possunt comedi præ malitia.*

3 *Et dixit Dominus ad me: Quid tu vides Ieremia? Et dixi: Ficus, ficus bonas, bonas valde; & malas, malas valde, quæ comedi non possunt præ malitia.*

4 *Et factum est verbum prophetiæ à facie Domini ad me, dicens.*

5 *Hæc dicit Dominus Deus Israel: Sicut ficus bonæ istæ, sic cognoscam transmigrationem Iuda, quam transmigrare feci à loco isto in terram Chaldæorum in bonum.*

6 *Et ponam super eos verbum meum in bonum, & reducam eos in terram hanc, & ædificabo eos & non destruam, & stabiliam eos, & non transferam eos.*

7 *Et dabo eis cor vt sciant timorem mei; quia ego Dominus. Et erunt coram me in populum, & ego ero eis in Deum, quia conuertentur ad cultum meum in toto corde suo.*

8 *Et sicut ficus malæ quæ comedi non possunt præ malitia; hæc enim dicit Dominus: Sic dabo Sedechiam Regem tribus domus Iuda, & principes eius, & reliquias Ierusalem, quæ remanserunt in terra hac, & quæ habitant in terra Ægypti.*

9 *Et dabo eos in commotionem, & in malum omnibus regnis terræ; in opprobria & in parabolam, in fabulam, & in maledictionem in omnibus locis, ad quæ transmigrare eos feci.*

10 *Et immittam in eos occidentes gladio, & famem, & pestem, donec consumantur de terra, quam dedi eis & patribus eorum.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

1

Hieronym. *Ficuum duo calathi, Lex, & Euangelium: seu, Synagoga & Ecclesia: seu, Infernus, & regnum cælorum.*

Hieronymus. (*Ostendit mihi Dominus, & ecce duo calathi*, &c.) Duos cophinos, siue calathos bonorum & malorum ficorum, quidam interpretantur in Lege & in Euangelio, Synagoga & Ecclesia: Iudæorum populo & Christianorum, gehenna & regno cælorum: quorum alterum ad supplicium pertinet peccatorum, alterum ad sanctorum habitaculum. Sed nos scientes iuxta Apostolum Paulum, [a] Legem bonam, & sanctam, & mandatum bonum, & sanctum, & vnum esse vtriusque testamenti Deum: vel ad eos magis referamus, qui in aduentu Domini Saluatoris crediderunt, & non crediderunt, vt qui à Scribis, & Sacerdotibus concitati clamauerunt dicentes: [b] *Crucifige, crucifige talem*, sint calathus ficorum malorum: Qui verò post ascensionem eius de populo crediderunt, ad bonas ficus, & ad calathum, cophinumque optimum referantur. Simplicem autem & veram sequamur historiam, quòd bonorum ficorum calathum dixerit Iechoniam, [c] qui se Ieremiæ consilio, & imperio Dei, tradiderat Regi Babylonio: cui & prospera Dominus pollicetur. Malarum autem Sedechiam; qui contradicens sententiæ Dei captus sit, cæcatusque oculis, ductus est in Babylonem: ibique mortuus est. In tantùm autem Deus posuit oculos suos in bonum, qui imperio eius acquieuerunt, & reduxit illos in terram suam, & ædificauit, & non destruxit, & plantauit, & non euulsit, deditque eis cor, vt scirent eum, quòd ipse esset Dominus, & fierent illi in populum, & ipse eis esset in Deum, vt etiã in captiuitate posuerit oculos super illos: & exercere terram, ædificare domus, plantare pomaria in Babylonia regione permiserit: [d] Daniel signorum miraculis, de captiuo subito princeps factus sit: Et tres pueri [e] gloriosè de fornacis incendio liberati sint. Et expletis annis septuaginta sub Zorobabel, & Iesu Sacerdote magno, & Ezdra, ac Nehemia, plurima pars reuersa sit Ierusalem: quorum numerus in eiusdem Ezdræ volumine continetur. [f] Notandum quoque, quòd hæc visio, Sedechiæ temporibus facta sit ad Prophetam, postquam Iechonias ductus est in transmigrationem. Non enim dixit captiuitatem: quia se vltrò tradiderat. Fabros autem & inclusores: vel legis interpretes, atque doctores debemus accipere: vel artifices inclusoresque auri, atque gemmarum, quæ ars apud Barbaras nationes preciosissima est. Pro inclusoribus. Sept. *vinctos* interpretati sunt, vt captiuitatis significarent malum, & de suo addidêre, *diuites*, quod in Hebraico non habetur. Comparat autem calathum, qui bonas ficus habebat, & bonas nimis, ficis primi temporis, quæ Græcè appellantur πρώϊμα, Abrahæ videlicet, Isaac, & Iacob, & Moysi, & Aaron, & Iob, & cæteris sanctis viris: de quibus vnus de duodecim loquitur Prophetarum. [g] *Sicut vuam in deserto inueni patres eorum*. Vnde & nos appellamur filij Abraham, & è contrario dicitur ad Iudæos: [h] *Si pater vester esset Abraham, faceretis opera eius.*

Hi autem calathi qui bonas habebant, & malas

2

C D E F

Ficuum duo calathi non credentes, & credentes in Christum.

Ficuum duo calathi Iechonias bonorũ, Sedechias malorum.

Ficuum calathorum visio & vaticiniũ facta post transmigrationem Iechoniæ, Sedechiæ tempore.

a Rom. 7. 12.

b Luc. 23. 21.

c 4. Reg. 24. 12.

d Dan. 5. 29.

e Ibid. 3. 49.

f 1. Ezdr. 2.

g Osee. 9. 10.

h Ioan. 8. 38.

Infidelium peiores sunt qui post fidei confessionem prauaricati à Deo sint, & à recta eius religione.
Fidelium boni quàm præstantiores bonis Gētilium Philosophorum.

las ficus, non erant foris, & extra Ecclesiam, sed ante templum Domini, eò quòd cuncta illius scientiæ pateant, nec tantam habent amaritudinem hæ ficus, quæ foris sunt, quantam illæ, quæ post confessionem fidei præuaricatione mutatæ sunt. Nec tantam suauitatem bonæ ficus, quæ non sunt in conspectu templi Dei, quales fuerunt mundi Philosophi, qui naturali bono & intelligentiâ creatoris, non tam visi sunt sequi, quàm laudare virtutes: quantam habent suauitatem ficus, quæ sunt in templo Dei: quarum fuerunt Prophetæ, & Apostoli, de quibus vna ficus loquebatur. [a] *Lac vobis dedi, non solidum cibum.* Et [b] *filioli mei, quos iterum parturio, donec Christus formetur in vobis.* Vnde dicitur, quod in conspectu templi Dei, ficus bonæ fuerint bonæ valde, & ficus malæ, fuerint malæ valde. Ac ne putemur nostrum sensum ponere, ipsa Scriptura se pandit. *Sicut*, inquit, *ficus hæ bonæ, sic cognoscam transmigrationem Iuda, quam emisi de loco isto in terram Chaldæorum in bonum*: Iechoniam, & principes, qui cum eo capti sunt, significans. Et è contrario de calatho, qui malas habebat ficus. *Et sicut ficus*, ait, *pessimæ, quæ comedi non possunt, eò quòd sint malæ: Sic dabo Sedechiam Regem Iuda & principes eius, & eos, qui in Ægyptū transfugerunt, & qui remanserunt in vrbe hac, in vexationem, afflictionemque omnibus regnis terræ*: quando in Ægypto quoque capti sunt, & Nabuchodonosor posuit in Taphnis solium suum, misitque super eos Dominus gladium famem, & pestem, donec consumerentur de terra, quam dedi patribus eorum. Quod autem dixit de ficis bonis: *Dabo eis cor, vt sciant me, quia ego sum Dominus*: illi simile est Apostolico: [c] *Deus est qui operatur in vobis, & velle, & perficere*, quòd non solùm opera, sed & voluntas nostra Dei nitatur auxilio. Delirat in hoc loco allegoricus semper interpres, & vim cupiens historicæ facere veritati, de cælesti Ierusalem captos refert, atque translatos in terram Chaldæorum: rursumque ad locum pristinum reuersuros: vt Ieremiam, & cæteros sanctos Prophetas, alios verò qui peccatores fuerint, in terra hac & in valle lachrymarum esse morituros. Totam visionis huius simul posui συνεχῶς, ne sensum in expositione diuiderem.

a 1. Cor. 3. 2.
b Gal. 4. 19.
c Phil. 2. 13.

Animas è cælo delabi, detrudique in corpora ob peccata in cælo commissa error Origenis.

Quoad opinionem errorémque Origenis à Hieronymo hîc relatum de Animabus è cælo delapsis. Vide Sixtum Senensem lib. 5. Bibliot. Sanctæ Annotatione 236. vbi hæc ipsa refert Hieronymi: fusiusque annotatione 185. vbi & sanctos citat Patres, qui in eum scripsêre errorem, in primisque Cyrillum Alexandrinum cuius & rationes affert illum confutantes.

3
Ficuum bonorum metaphorâ significati Iudæi qui cum Iechonia Babylone captiui erant.
Ficuum pessimorum metaphorâ significati Iudæi, qui vel in Iudæa, vel in Ægypto erant post transmigrationem Iechoniæ.

Ex Theodorito claram habes historialem totius capitis huius seriem, breui enim eam prosequitur paraphrasi. Rursum, &c. Tum subdit: Edocetur item quid per hæc significetur. Deus enim omnium ficubus maturis adsimilauit eos, qui iam fuêre captiui, quibus pollicetur inde reditum, suam etiam curam, & cùm pietate rerum prosperitatem. Ficubus autem deformibus & non aptis esui, comparat non solùm eos qui relicti fuerunt in Iudæa, sed etiam illos qui confugerunt in Ægyptum, & cum eis Regem Sedeciam, & principes, quibus minatur Babyloniorum exercitum, & quæ ex bello nascuntur molestias, famem, pestem, cædem, & captiuitatem.

4
D. Thom.
Principum malorum à bonis discrimen significatū in duobus ficuum calathis.

D. Thomas. Hîc ponitur distinctio malorum principum à bonis sub quadam similitudine. Et primò ponitur similitudinis ostensio: ponens visionem (*Ostendit*) imaginariâ visione: vel argumentali: vt de ficubus quæ ante templum videbantur prophetia sumeretur. Simile supra 18. [d] De argumento figuli. Numer. 12. [e] *Si quis fuerit inter vos Propheta: in visione apparebo ei: vel per somnium loquar ad illum.* (*Postquam transtulit: inclusorem*) argentarium: qui lapides argento vel auro includit. Et hoc habetur secundùm historiam 4. Reg. 23. [f] Isai. 3. [g] *Ecce dominator Dominus exercituum auferet à Ierusalem & ab Iuda validum & fortem, omne robur panis, & omne robur aquæ*, &c. Et visorum distinctionem: ponens bonas ficus. (*Et vnus calathus*) per quas boni significantur. Oseæ. 9. [h] *Quasi prima poma ficulneæ in cacumine eius vidi patres eorum.* Micheæ. 7. [i] *Ficus præcoquas desiderauit anima mea.* Et ponens malas. (*Et calathus*) per quas significantur mali de populo supra 2. [k] *Quomodo conuersa es mihi in prauum vinea aliena?* secundò ponitur visionis expositio: vbi ponitur Domini interrogatio, quæ est excitatio ad videndum. (*Et dixit*) Supra 1. idem. Et Prophetæ responsio. (*Et dixi: ficus*) sic Gen. 41. [l] De spicis & vaccis in somnio Pharaonis; tertiò ponitur visionis expositio. (*Et factum est verbum.*) Et primò quantùm ad bonos: adaptans similitudinem in promissione prosperitatis in generali (*Sicut ficus: cognoscam*) notitiâ approbationis primæ Timoth. 2. [m] *Nouit Dominus qui sunt eius.* Et prosequitur in spirituali quantùm ad bona corporis: vt reducat ad locum propriū: (*Et ponam oculos*) Ezech. 36. [n] *Tollam quippe vos de Gentibus & congregabo vos de vniuersis terris: & reducam vos in terram vestram.* Et vt restituat in prosperitatis statum. (*Et reducam: & ædificabo*) in altum eleuans: sicut fit in ædificio (*Et non destruam*) vbi peccauerint: sicut infra quadragesimo secundo: [o] *Ædificabo vos, & non destruam: plantabo, & non euellam.* (*Et plantabo*) in bonis confirmando infra trigesimo primo. [p] *Vigilabo super vos vt ædificem & plantem ait Dominus.* Et quantùm ad bona: promittens Dei cognitionem (*Et dabo eis*) Ezech. 36. [q] *Dabo vobis cor nouum & spiritum nouum ponam in medio vestri.* Et obedientiæ subiectionem. (*Et erunt mihi*) Apocalyps. 20. [r] *Ipsi populus eius erunt, & ipse Deus cùm eis erit eorum Deus.* Secundò quantùm ad ficus malas. (*Et sicut ficus*) Et primò comminatur eis afflictionem in terra sua. (*Sic dabo Sedechiam*) supra 15. [s] *Dabo eos in feruorem vniuersis regnis terræ propter Manassem filium Ezechiæ Regis Iuda super omnibus quæ fecit in Ierusalem.* secundò confusionem in terra captiuitatis (*in opprobrium*) quantùm ad peccatum culpæ (*in parabolam*) in similitudinariā locutionem vestra pœna in exemplum recitabitur (*in prouerbiū*) quia ex his quę vobis acciderint sumetur prouerbium ad instructionem aliorum (*in maledictionem*) quantùm ad imprecationem pœnæ pœnitentialiter. Vel quia dicet quilibet alteri maledicens, sic faciat tibi Deus sicut fecit illis: Psalmus. [t] *Facti sumus opprobrium vicinis nostris: subsannatio & illusio his qui in circuitu nostro sunt*, tertiò pœnam occisionis. (*Et mittam*) supra 15. [u] *Qui ad mortem ad mortem: & qui ad gladium ad gladium: & qui ad famem ad famem.*

Ficuum calathorum visio Ieremiæ imaginaria, vel argumentalis à ficubus quæ erant ante templum.
d Iere. 18. 2.
e Num. 12. 6.
f 4 Reg. 24. 14.
g Isai. 3. 1.
h Oseę 9. 10.
i Mich. 7. 1.
k Iere. 2. 21.
l Gen. 41. 1.
m 2. Pet. 2. 9.
n Ezech. 36. 24.
o Iere. 42. 10.
p Ioā. 31. 28.
q Ezech. 36. 26.
r Apoc. 21. 3.
s Iere. 15. 4.
t Psal. 78. 4.
u Iere. 15. 2.

5
Origen.
Ficus arbore designatus mundus iste.
Ficus perfectæ sunt iusti.

Origenes Tract. 30. in Matthæum, post medium, de Calatho seu cophino ficuum bonorum hæc habet. Ex quo Christus aduenit qui temperiem introduxit, & Hyemales spiritus fecit cessare, ficus, id est, mundus tenerum ramum, id est Ecclesiam fecit, nunc quidem folia proferentem, donec est in proximo æstas, nondum tamen aduenit: factâ autem æstate pleniùs perfectos, & maturos

maturos Christo ficus præstabit, quando secundum Ieremiam ficus bonæ, bonæ sunt valde, congregatæ in cophinis bonorum ficorum, ex quibus Christus accipere vult, & quasi edere dulcedinem eorum. (In quibus crediderim Origenem per bonorum ficuum cophinos vel iustos intelligere quorum bona opera vt ficus fructus comedere oprat Christus in Ecclesia: vel beatos, bonorum iterum operum fructibus plenos in gloriæ æstate, quorum dulcedine recreatur & Deus. Et quidem primùm de iustis in Ecclesia intellexisse videtur, cùm paucis interpositis, hæc addit.) Adhuc & ipsi qui saluantur habent in se veram vitem, eum qui dixit: [a] *Ego sum vitis vera,* & secundùm existimationem vitis, & ficum veram offerentem salutares fructus, vbi requiescit vnusquisque secundùm spiritalem promissionem Dei sub vite sua, & sub ficu sua. Et vitis quidem illa in his qui proficiunt floret, & dat suum odorem: Ficus autem & ipsa profert fructus suos, vt post dignum profectum, digni efficiantur cælestibus torcularibus fructus eorum, & cophinis ficorum valde bonorum eius ficus, quæ teneros fructus & bonos protulit ante æstum.

Ficuum bonorum cophini sunt iustorum in Ecclesia, seu beatorum in cælo bona opera.

a Ioan. 15. 1.

6

Hieronym.

Ficorum duobus calathis significata Christi Ecclesia, & congregatio malignantium.

Hieronymus ad finem Comment. in caput sextum Ezechielis. Duo inquit, calathi ficorum qui positi sunt in Ieremia contra faciem templi, vnus ficorum optimarum, & vnus pessimarum, alter ad Ecclesiam Christi refertur, alter ad congregationem malignantium.

A

Philo Carpathius tom. 1. Bibliot. Ver. Patrum, Ficus bonas valde intelligit Apostolorum Christi sermones, & Euangelicam prædicationem: in caput enim 2. Cantic.[b] super verba *Ficus protulit grossos suos.* Dulcis fructus arbor ficus est, atque suauis, per quam Ecclesia designatur, cui Apostoli grossorum instar suauissimos sermones, & Euangelium Iesu Christi protulerunt, de quibus & Ieremias vaticinatur, dicens, *Ficus vtilissimæ.*

Philo Carp.

b Cant. 2. 13.

Circa vers. sextum Hieronimus Tomo 2. epistolarum lib. 2. aduersùs Pelagianos aliquantò ante finem, vt sciamus, ait, Dei esse bonum omne, quod gerimus: *Ego* inquit, *plantabo eos, vt nequaquam eradicentur: & ego dabo eis cogitationem, & sensum, vt intelligant me.* (Nota hanc lectionem) Si cogitatio, & sensus dantur à Deo, & intellectus Domini ex illius, qui noscendus est, radice pullulat: vbi est liberi arbitrij tantùm superba iactatio.

Hieron.

B

Prosper Aquitanicus lib. 1. de vocatione Gentium, qui & Ambrosio adscriptus inter Ambrosij opera reperitur cap. 9. Quòd ad Deum, ait, conuersio cordis, ex Deo fit, per Ieremiam Dominus protestatur & dicit: *Restituam illos in terram istam, & readificabo, & non destruam, & plantabo, &c. & dabo illis cor vt sciant me, quia ego sum Dominus, & erunt mihi in populum, & ego ero illis in Deum, quia conuertentur ad me ex toto corde suo.*

Prosp. Aquit.

C

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Καὶ ἀπὸ πασῶν.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τί βούλεται ἡ εἰκὼν τῶν καλαθῶν τῶν σύκων, εὐτελὴς οὖσα σφόδρα; ἀλλὰ τῆς εὐτελείας ἡ ταπεινότης αἰτία τῶν τότε, καὶ γὰρ καὶ ἀλλαχοῦ τὸ φίλτρον τὸ περὶ αὐτοὺς δηλῶσαι βουλόμενος, οὐδὲν τῶν μεγάλων καὶ ὄντως ποθεινῶν τίθησιν, ἀλλὰ σῦκα καὶ σταφυλάς· ὡς σταφυλὴν εὗρον τὸν Ἰσραὴλ ἐν ἐρήμῳ, καὶ ὡς σκοπὸν ἐν συκῇ πρώϊμον. ἐνταῦθα οὖν τὸ κατ' αὐτῶν φίλτρον, ὃ μέλλει περὶ ἐκείνους ἐπιδείκνυσθαι, καὶ τὸ μῖσος, τὸ περὶ τούτους διὰ τῆς εἰκόνος παρίστησι. καὶ κατὰ πρόσωπον τοῦ ναοῦ Κυρίου ἵνα δείξῃ τὴν ἀπόφασιν ἐκεῖθεν ἐξενηνεγμένην.

|| Ὀλυμπιοδώρου.] οἰκειότερον ἐπὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ ἐλευθερίας || νοητέον τοῦτο. ||

||ἴσ. ἐλεύσεως.

[Ἔδειξέ μοι κύριος.]

Ὠριγένους.] Ὅτι ὁ κόσμος ὅλος, τοῦτο κατά τινα ἀναλογίαν ἐστὶ μόνος ὁ ἄνθρωπος. εὑρήσεις τινὰ μὲν οὐρανὸν λεγόμενον, ὅταν φορῇ τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου. ἄλλον δὲ γῆν, ἐὰν ἔχῃ τὴν εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ. τῷ γὰρ ἡμαρτηκότι λέλεκται, γῆ εἶ. ἄλλον ἔχοντα ποταμοὺς ἐν αὐτῷ ἀλλομένους εἰς ζωὴν αἰώνιον, ἐὰν ἔχῃ λόγους ποτιμωτάτους. ἄλλον ἔχοντα θάλατταν ἁλμυρὰν, κυμάτων πλήρη, ἔχουσαν δράκοντα, ὃν ἔπλασεν ὁ Θεὸς ἐμπαίζειν αὐτῷ. καὶ κατὰ μέρος εὑρήσεις τὸν μὲν ἥλιον, τὸν δὲ σελήνην λεγόμενον καὶ ἀστέρας, ἐπεὶ

D Vers. 1. Ostendit mihi Dominus duos calathos, &c.)

7

Chrysostomi.] *Quid sibi vult imago Calathorum ficuum, quæ admodum tenuis est? Sed caussa tenuitatis humilis est status rerum illius temporis. Nam & alibi amorem erga eos declarare volens, nihil magnum, nihil verè appetibile assumit, sed ficus, & vuas.* [c] Quasi vuam inueni Israel in deserto, & tamquam scopum in ficulnea, præcocem. *Hic igitur amorem erga eos quem ostensurus erat, odiumque erga eosdem per hanc imaginem notificat.* Et ante faciem templi Domini; *vt sententiam inde latam ostenderet.*

Chrysost.

Ficuum vili figurâ vsus Deus iuxta vilitatem status Iudaici populi.

c Osee 9. 10.

Ficuum figurâ significauit Deus amorem, odiumque suum in bonos, ac malos.

A Templo Dei diuina sententia.

E

Vers. 6. (*Et ponam oculos meos super eos, &c.*)

|| Olympiodori.] *Aptiùs hoc intelliges de Christi aduentu.*

Olympiod.

8

(*Ostendit, &c. positos ante faciem, &c.*)

Origenis.] *Quod mundus vniuersus, hoc proportione quadam est solus homo. Inuenies hunc quidem appellari cælum cùm* [d] *gerit imaginem cælestis: alium verò terram, si terreni præ se ferat imaginem. Nam ei qui peccauit dictum est,* [e] terra es. *Alium in se ipso habentem* [f] *flumina salientia in vitam æternam, si sermones habeat potui aptissimos, alium habentem mare salsum, mundis æstuosum, in quo est.* [g] Draco, quem Deus formauit ad illudendum ei. *& peculiariter comperies hunc Solem, illum verò dictum Lunam, ac sidera; Quandoquidem ita erit*

Origenes.

Homo solus proportione quadam est id quod est totus mundus.

d 1. Cor. 15. 49.

Homo quomodo cælum, terra, flumina, mare, Sol, Luna, ac sidera.

e Gen. 3. 19.

f Ioan. 4. 14.

g Psal. 103. 27.

F

mortuorum

ἐπεὶ οὕτως ἡ ἀνάστασις τῶν νεκρῶν. [καὶ μετ' ὀλίγα,] νῦν δέ φησιν αὐτὸν ἡ παραβολὴ σῦκον εἶναι πονηρὸν λίαν. γλυκάζει μὲν γὰρ αὐτὸν διὰ πεπαύσεως ἡ ἀρετή· ὡς εἶναι ψυχὴν ὅλην. καὶ πνεῦμα καὶ σῶμα γλυκὺ τῆς ἐξ ἀρετῶν ποιότητος ἐντιθεμένης αὐτῷ. ἡ δὲ πονηρία κακὸν αὐτὸν καὶ ἄβρωτον ἀπεργάζεται. ἀλλ' ἐὰν μὲν σῦκα ζητῇ τις μὴ λίαν χρηστὰ, ἔξω ζητεῖ ταῦτα τῶν τῆς θεοσεβείας μυστηρίων, καὶ τοῦ ναοῦ τοῦ θεοῦ. ὥσπερ οὖν καὶ τὰ μὴ λίαν πονηρά. ἐὰν γὰρ ἔλθῃ ἐπὶ τὴν μαθητείαν αὐτῆς πρὸ προσώπου τοῦ ναοῦ κυρίου, ἐστὶ σῦκα χρηστὰ λίαν, οἷα ποιεῖ οἶδε χριστὸς, ἢ πονηρά. οὐδὲ γὰρ τὸ ἔξω πονηρὸν σῦκον ἐξέβαλε τοὺς λόγους τοῦ θεοῦ εἰς τὰ ὀπίσω. περὶ τὸν ναὸν τοίνυν τοῦ θεοῦ. καὶ τὰ θεῖα δόγματα, δύο κάλαθοι κεῖνται. καὶ οἶδεν ὁ ἐκλεγόμενος, πῶς ἕκαστον κατατάσσει, μὴ ἀνεχόμενος πονηροῦ σύκου ποιότητα τοῖς λίαν ἐγκαταμίξαι χρηστοῖς. μικρὰ γὰρ ζύμη ὅλον τὸ φύραμα ζυμοῖ. εἰ δὲ μὴ, τοὐναντίον. καὶ τάχα ὁ κάλαθος τῶν σύκων τῶν πονηρῶν, ἡ γέεννα ἐστὶ τοῦ αἰωνίου πυρός. ὁ δὲ τῶν χρηστῶν, ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. [καὶ μετ' ὀλίγα.] ἀλλὰ πότε τοὺς καλάθους ὁ προφήτης ἑώρακε; μετὰ τὴν αἰχμαλωσίαν φησίν. ἐὰν γὰρ ἴδῃς τὴν ἐπιδημίαν τοῦ σωτῆρος, καὶ τοῦ λαοῦ τὴν αἰχμαλωσίαν. καὶ ὑμᾶς τοὺς ἀλλοτρίους φύσει, καὶ ἔξω τῆς ἱερουσαλὴμ, νῦν δὲ διὰ τὴν πίστιν τὴν εἰς θεὸν, καὶ γλυκύτητα τῆς ἀληθείας γενομένους σῦκα χρηστὰ, ὄψει τὸν κάλαθον τῶν χρηστῶν σύκων. ἐὰν δὲ τοὺς ἐκ περιτομῆς μετὰ τὴν αἰχμαλωσίαν ταύτην θεάσοιο, τῶν πονηρῶν ὄψει καὶ ἀβρώτων σύκων. τὸν κάλαθον. οὐκ ἀρκεῖ δὲ χρηστὰ λίαν εἶναι τὰ σῦκα, ἀλλὰ καὶ τοῖς πρωΐμοις ὡμοιῶσθαι προσήκει. ὄψιμον γὰρ σῦκον οὐκ ἔστιν, ᾧ παραβάλλεται ὁ σωζόμενος.

[Καὶ ὁ κάλαθος ὁ.]

Σευήρου ἀπὸ λόγου. 17.] τὰ χρηστὰ σῦκα εἶπε τοὺς αἰχμαλωτισθέντας καὶ μετανοήσαντας, καὶ ἐπαναλύσαντας ἐπὶ ἱερουσαλήμ. τὰ δὲ πονηρὰ, τοὺς περὶ σεδεκίαν, τοὺς ἐν τῇ πολιορκίᾳ διαφθαρέντας.

[Καὶ εἶπε κύριος.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τίνος ἕνεκεν αὐτὸν ἐρωτᾷ; ἵνα ἀξιόπιστον ποιήσῃ τὸν λόγον. καὶ ἀπὸ τῆς ἀποκρίσεως λάβῃ τὴν ἀπόφασιν ὁ λαός. [Καὶ ἐγένετο.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τί τούτου τοῦ τρόπου διορθωτικώτερον; ἔδειξε τὴν διαφοράν. τί γὰρ, εἰ τὴν πατρίδα ἔχετε ἔτι, ἀλλὰ διεφθαρμένοι ἐστέ; τί δὲ ἐν αἰχμαλωσίᾳ ἐκεῖνοι, ἀλλὰ πρὸς φιλεῖς μοι εἰσί; τοῦτο δὲ ποιεῖ, ἵνα μεταβάλλωνται, καὶ μὴ νομίσωσιν ἐξ οἰκείας ἀρετῆς ἀπομεμενηκέναι. [Καὶ στηριῶ τοὺς ὀφ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] σημείωσαι, ὅτι τὸ στηρίζειν τὸν θεὸν τοὺς ὀφθαλμοὺς, ἐπὶ ἀμφοτέρων κεῖται, ἀγαθοῦ καὶ κακοῦ, καὶ γὰρ ἐν τοῖς ἀνωτέρω εἶπε. στηριῶ τοὺς ὀφθαλμούς μου εἰς κακά.

[Καὶ ἀνοικοδομήσω.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὁρᾷς ὅτι τὸ, οὐ μὴ οὐκ εἰς διηνεκές ἐστι; καὶ γὰρ καθεῖλεν αὐτούς.

Ὠριγένους.] ὁ χριστὸς οἰκοδόμος καὶ ἀρχιτέκτων. περὶ

A mortuorũ resurrectio[*& paucis interclusis.*] *Nunc verò illum ait hæc similitudo ficum esse valde malam;dulcem quippe illum maturitate virtus efficit, ita vt totus animus, & Spiritus, & corpus dulce sit virtutum qualitate illi adueniente; prauitas autem ipsum reddit malum nec esui idoneum.Verùm si quis quærat ficus non valde bonas, quærit illas extra pietatis mysteria, templúmque Dei,sicut & non valde malas. Nam si instituendum se tradiderit ante faciem tẽpli Domini,sunt* B *ficus valde bonæ,quales nouit facere Christus, aut malæ:neque enim quæ foris est ficus mala,expulit sermones Dei ad posteriora. Circa igitur templum Dei, diuinaque dogmata duo calathi iacent. Scit verò qui eligit vbi singulos reponit,nõ ferens ficus valde malæ qualitatem valde bonis immiscère,* [a] modicum quippe fermentum totam fermentat mixturam: *Sin aliter, contrarium. Et fortasse Calathus ficuum malarũ,gehenna est ignis sempiterni,bonorum verò, regnum calorum,* [*& paulò inferius.*] *At quando Calathos Propheta vi-* C *dit?* post captiuitatem, *ait. Nam si respexeris Saluatoris aduentum,populique captiuitatem;nec non & nos natura alienos,& extra Ierusalẽ,nunc autem ob fidem in Deum, veritatisque dulcedinem redditos ficus bonas, videbis ficuum bonarũ calathum:si verò eos qui ex Circuncisione sunt post hanc captiuitatem perspexeris, videbis malarum & quæ comedi non possunt ficuum calathum.Nec satis est,ficus esse valde bonas,sed & ficubus primi temporis similes esse oportet; serotina quippe ficus non est,cui saluandus comparatur.*

D Verſ.2. (*Calathus vnus ficuum bonorum valde,*&c.)

Seueri ex oratione 17.] *Bonas ficus vocauit eos, qui in captiuitatem ducti egerunt pænitentiam & in Ierusalem reuersi sunt;malas verò, eos qui cum Sedecia in obsidione perierunt.*

Verſ.3. *(Et dixit Dominus ad me.)*

Chryſoſtomi.] *Cuius rei gratiã eum interrogat? vt fidem sermoni faceret,& populus ex ipsã responsione sententiam audiret.*

E Verſ.4. (*Et factum est ad me.*)

Verſ.5. (*Hæc dicit Dominus.*)

Chryſoſtomi.] *Quis alius modus esse queat aptior ad corrigendum? differentiã ostendit. Quid enim si adhuc in patria sitis, sed vitiorum pleni? quid verò si captiui illi,sed mei amantes?hoc verò illuc tendit,vt eos permitteret,neque putarent sua virtutis esse quòd remanerent.*

Verſ.6. (*Et firmabo super eos oculos meos.*)

Olympiodori.] *Notandum, Deum firmare oculos,accipi in bonam,& in malam partem,nam & supra dixerat firmabo oculos meos ad mala.*

Ex verſ. 6. (*Et readificabo & non destruam eos.*)

Chryſoſtomi.] *Vides illud* (& non)*perpetuum non esse? nam eos destruxit.*

12 (*Et readificabo*, &c.

Origenis.] *Christus ædificator, & Architectus est,*

Homo quomodo ficus pessima ob vitiorũ prauitatẽ:ita & ficus optima per virtutes maturata in dulcedinem summam.

9 *Infideles,& qui extra Ecclesiam sunt, ficus appellãdi non valde bonæ, si probi moraliter sint: sicut si improbi existant, ficus non valde maledicendi sunt:istorumque ratio.*

Ficuum & quæ valdè bonæ, & quæ valde malæ appellatio iis congruit qui intra Christi Ecclesiã sint sacra doctrinæ participes.

a 1.Cor.5.6.

Ficuũ bonorũ ac malorũ duo calathi, Regnum calorum, & gehenna.

10 *Ficuum duo calathi duo populi, qui post captiuitatem è terrena Ierusalẽ conspiciũtur, Christianus bonarum, & Iudaicus malarum.*

Saluandi non cuilibet ficui valde bonæ assimilantur, sed iis quæ primi sint temporis.

11 Seuerus. *Ficus bonæ eos designarunt qui post pœnitentiam in captiuitate actam, reuersi sunt in Ierusalẽ:ficus verò malæ eos qui in obsessa Ierusalẽ pertinaces periêre.*

Chryſoſt.

Chryſoſt.

Ficus bonæ qui in captiuitate facta Rege Ieachim, boni erant: Malæ verò illi qui cum Sedecia obstinati perstitère in Ierusalem. Olympiod. *Firmare Deum oculos sumitur & in bonum, & in malum.* Chryſoſt. Origenes. *Christus ædificator, & Architectus.*

περὶ ϰ ἐν προφήταις λέλεκ). ἔτος οἰκοδομήσῃ A τὴν πόλιν μȣ, ϗ τὴν αἰχμαλωσίαν τȣ͂ λαȣ͂ μȣ ἐπιστρέψει. Φησὶν οὖν ὁ κύριος. ϗ οἰκοδομήσω αὐτȣ̀ς, ϗ ȣ̓ μὴ καθελῶ. ἀγαθὸς γὰρ ὢν ὁ θεὸς οἰκοδομήματά τινα καταιρεῖ. δεῖ γὰρ τὴν ἐν ἡμῖν οἰκοδομὴν τῶν ἀκαθάρτων πνευμάτων καταλυθῆναι. ϗ ὅτω ναὸν οἰκοδομηθῆναι θεῷ ἐξ ἀρετῶν τε ϗ δογμάτων ὀρθῶν, ἵνα ὀφθῇ ἡ δόξα αὐτȣ͂ ἐν αὐτῷ. ἔστι δὲ ϗ γεωργὸς καταφυτεύων, ϗ ἐγκεντρίζων, ȣ̔̀ς ἄξιον. Φησὶ γὰρ ὁ σωτὴρ, ὡς ῥίζα τȣ̀ς κλάδȣς πάντας ἀνέχων. ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος ἡ B ἀληθινή, ὑμεῖς τὰ κλήματα, ὁ δὲ πατήρ μȣ ὁ γεωργός ἐστι. πᾶν κλῆμα ἐν ἐμοὶ μένον, ϗ ποιȣ͂ν καρπὸν καλὸν, ὁ πατήρ μȣ καθαίρει, ἵνα πλείονα καρπὸν φέρῃ. πᾶν δὲ κλῆμα ἐν ἐμοὶ μένον, μὴ φέρον δὲ καρπὸν, ὁ πατήρ μȣ ἐκκόπτει, ϗ εἰς πῦρ αὐτὸ βάλλει. ȣ̓κ ἐν ἐθνικοῖς, ἀλλ᾽ ἐν τοῖς πιστοῖς ἐστι τὸ, ἐν αὐτῷ μένον, ϗ μὴ φέρον καρπόν. οἷος ἐστιν, ὁ λέγων εἶναι πιστὸς, ϗ πλημμελῶν ἐπ᾽ ἀδείας. ὅς τις εἰκότως ἐκκόπτε). ϗ καθαίρει δὲ τὸν καρπὸν φέροντα. ἵνα κἄν τι παρορᾷ ὡς ἄνθρωπος, C διορθώσηται.

[Καὶ δώσω αὐτοῖς.]

Τȣ͂ Χρυσοσόμȣ.] εἰ τοίνυν σὺ δίδως τὴν καρδίαν τίνος ἕνεκεν ȣ̓κ ἔδωκας πρότερον; ȣ̓τε γὰρ ἦσαν τότε δεκτοὶ πρὸ τῶν τιμωριῶν ϗ τῆς διορθώσεως. ὅρα, τὸ μέγιστον τῶν ἀγαθῶν τȣ͂το. καὶ τὴν αἰτίαν λέγει, ὅτι ἐπιστραφήσον). ἀλλὰ ἡ εἰκὼν ȣ̓κ ἀφίησιν. ȣ̓ γάρ ἐστι τὰ ἅπαξ διαφθαρέντα ἐπανελθεῖν, ϗ γενέσθαι καλά. ἀλλὰ τὰ μὲν καλὰ φησὶ μένει. τὰ δὲ μὴ καλὰ, ȣ̓κέτι. ἀλλ᾽ ȣ̓κ ἐπὶ τῆς φύσεως, ἀλλ᾽ ἐπὶ τῆς προαιρέσεως εἴ- D ληπται. περὶ γὰρ τὴν ποιότητα ἡ διαφορά; ȣ̓ περὶ τὴν ȣ̓σίαν. εἰ δὲ λέγεις. τίνος οὖν ἕνεκεν ȣ̓χὶ ϗ τȣ́τοις δίδωσιν ἐπαγγελίας χρηστάς; ὅτι διὰ τȣ͂το τȣ́τοις ἐπιτείνει τὸν φόβον, ἵνα μηδὲ πεῖραν λάβωσιν.

[Καὶ τȣ̀ς κατοικȣ͂ντας.]

Τȣ͂ Χρυσοσόμȣ.] μὴ θαῤῥεῖτε φησὶν, ὡς συμμαχίαν ἔχοντες, ȣ̓ γὰρ δὴ ȣ̓ μὴ προςήσον) ὑμῶν, ἀλλὰ ϗ αὐτοὶ ληφθήσον). ϗ ȣ̓ τῇ αἰχμαλωσίᾳ μόνον, ἀλλὰ περαιτέρω προβήσε) τὰ κακά. E

[Καὶ ἔσονται εἰς ὀνείδη.]

Τȣ͂ Χρυσοσόμȣ.] ἀθάνατος ὑμῶν τῆς κολάσεως ἡ μνήμη, ϗ δήλη πᾶσιν ἀνθρώποις.

A *est, de quo in Prophetis dictum est*; [a] Hic ædificabit, ciuitatem meam, & captiuitatem populi mei conuertet: *ait itaque Dominus*, & ædificabo eos, & non destruam. *Bonus etenim cùm sit Deus, ædificia quædam destruit; oportet enim ædificium in nobis immundorum spirituum euerti, sicque templum Deo erigi ex virtutibus, rectisque dogmatibus, vt appareat in illo gloria eius. Est præterea & Agricola plantans, & inserens eos qui digni sunt; quoniam Saluator* B *ait, tamquam radix omnes ramos sustinens*; [b] ego sum vitis vera, vos autem palmites, Pater verò meus agricola est; omnem palmitem in me manentem, & bonum fructum afferentem, pater meus purgat, vt fructum plus afferat: omnem verò palmitem in me manentem, & fructum non ferentem, pater meus excidit, & in ignem mittit: *non in gentilibus, sed fidelibus verificatur illud, In eo manens & non ferens fructum, qualis est qui fidelem se dicit, & licenter delinquit, qui meritò* C *exciditur, purgat verò palmitem fructum ferentem, vt si in aliquo negligens fuerit tamquam homo, corrigat.*

Vers. 7. (*Et dabo eis cor*, &c.)

Chrysostomi.] *Si igitur tu es qui das cor, cur illud antea non præstitisti? neque enim tunc accepti erant ante pœnas, & correctionem. Vide omnium bonorum hoc caput: & causam subdit, quia reuertentur, sed similitudo non permittit. Quæ enim semel corrupta sunt, redire non possunt, & fieri bona:* D *Sed bona quidem ait permanent; quæ verò mala sunt, nequaquam. Verùm hæc non ad naturam, sed ad voluntatem spectant: qualitatis enim est differentia, non essentiæ. Quòd si dixeris, quare & his bona non pollicetur? Quoniam propter hoc his timorem auget, ne vel experimentum capiant.*

(*Et qui habitant.*)

Chrysostomi.] *Ne, inquit, confidite tamquam sociis fulti; tantum enim abest, vt vobis aliquam opem sint laturi, vt & ipsi capiendi sint: nec sola captiuitas erit, sed mala* E *progredientur vlterius.* (*Et erunt in opprobrium.*)

Chrysostomi.] *Immortalis erit vestræ punitionis memoria, omnibusque hominibus nota.*

a Isai. 45. 13.

Ædificia Dæmonū destruit in nobis Christus, vt nos in templum erigat gloriæ Dei.

Christus agricola.

b Ioan. 15. 1.

Fideliū tamquam palmitum in Christo vera vite manentium aliquos Pater excidit in æternam damnationē: aliquos verò purgat ad correctionem.

13 Chrysost.

Conuersio futura secundū Chrysostomū est causa finalis exhibitionis diuinæ gratiæ instificantis efficaciter.

Intelligit de ficubus in similitudinem à Deo supra Prophetæ ostensis.

Causarū naturalium, & moraliū insignis differentia.

Intelligit de iis qui peruicaciter cum Sedecia consilio Ieremiæ restitère, designatis per ficus valde malas.

Chrysost.

Non fidēdum in humanis auxiliis.

Chrysost.

ΚΕΦΑ΄ΛΑΙΟΝ. 24.

* ΚΑΙ ἔδειξέ μοι κύριος δύο καλάθȣς σύκων κείμενȣς κατὰ πρόσωπον ναȣ͂ κυρίȣ μετὰ τὸ ἀποικίσαι Ναβȣχοδονόσορ βασιλέα Βαβυλῶνος τὸν Ιεχωνίαν υἱὸν Ιωακείμ βασιλέα Ιȣ́δα. [εἶτα μετ᾽ ὀλίγα] ὁ κάλαθος ὁ εἷς, σύκων χρηστῶν σφόδρα, ὡς σῦκα πρώϊμα, ϗ ὁ κάλαθος ὁ ἕτερος σύκων πονηρῶν σφόδρα, τῶν μὴ βιβρωσκομένων ἀπὸ πονηρίας αὐτῶν. ϗ τὰ ἑξῆς.] ταύτην τὴν ἔννοιαν ἔχει ἡ ὀπτασία αὕτη τȣ͂ προφήτȣ. ὅτι μὲν ȣ̓ν ἐπὶ τȣ͂ Σεδεκίȣ γέγονε, δῆλον. ϗ δείκνυσι τὰ ῥήματα. αἰχμαλώτων δὲ γενομένων τῶν περὶ τὸν

CAPVT XXIV.

* Vers. 5. **E**T ostendit mihi Dominus duos calathos ficuū positos ad faciem templi Domini, postquam transtulit Nabuchodonosor Rex Babylonis Iechoniam filium Ioachim Regem F Iuda. Et paucis interpositis,

Vers. 2. *Calathus vnus ficuum bonarum valde, sicut ficus primi temporis, & calathus alter ficuum malarum valde, quæ non comedentur præ malitiâ suâ.* Et quæ sequuntur. Visionis huius sensus hic est, manifestum est autem eam tempore Sedeciæ contigisse. Idque & verbis ipsis patet. Captiuis adductis illis

Chrysost. Vers. 1.

Vers. 2.

Ficuum bonarum atque malorū metaphorâ designati boni, ac mali Iudæorum.

τὸν Ἰωακὶμ, ἔφασκον οἱ ἐπὶ τοῦ Σεδεκίου, ὡς οὐδὲν πεισόμεθα δεινὸν ὑμεῖς παρὰ Βαβυλωνίων, πράττοντες δίκαια, ἐπειδὴ καὶ κακοὶ γενόμενοι ἐκεῖνοι, καὶ ἀσεβεῖς, οἵτε πατέρες οἱ ἡμέτεροι αἰχμάλωτοι γεγόνασι. διὰ τοίνυν ταύτης τῆς ὀπτασίας δείκνυσιν ἐκείνους ἀμείνον τούτων ὁ θεός. καὶ ὥσπερ φησὶ τὰ σῦκα τὰ χρηστὰ περὶ πολλοῦ ἄν τις ποιήσαιτο, οὐδ' ἀπολύειν οὐδὲ ῥίπτειν ἐθέλων ἐξ αὐτῶν τι, οὕτως καὶ αὐτὸς περιεποιήσατο τοὺς ἀπελθόντας. φησὶ δὲ κάλαθον σύκων χρηστῶν, ἐκείνην τὴν ἀποικίαν. ἐπειδήπερ μετὰ τοῦ πλήθους, καὶ ὁ δίκαιος παρελήφθησαν, οἷος Δανιὴλ, καὶ οἱ τρεῖς παῖδες, καὶ Ἐζεκιὴλ, καὶ εἴ τις κατ' ἐκείνους ἐτύγχανε. καὶ ὥσπερ φησὶ τὰ πονηρὰ ῥίπτεται, οὐδαμῶς χρήσιμα τυγχάνοντα, οὕτως πάντας διαφθερῶ ἀχρήστους ὄντας, καὶ εἰς ἀσέβειαν ἐκκλίναντας, παντελῶς οὐδεμίαν μνήμην τοῦ ἑαυτῶν δεσπότου ποιουμένους. πονηρῶν δὲ σύκων κάλαθον τούτους ὠνόμασε διὰ τὸ μὴ εὑρεθῆναι αὐτοῖς δίκαιον.

illis qui vnà cum Ioachim erant ij, qui cum Sedecia adhuc viuebant, aſſerebant, ſe nulla mala perpeſſuros à Babyloniis, dummodo iuſta operarentur; quando eorum maiores ideo captiui abducti fuiſſent, quòd impij, maliqueeſſent. Igitur viſione hac Deus oſtendit, illos hiſce fuiſſe meliores, & quemadmodum ait, ficus bonas quis magni æſtimat, ita vt ex his nihil vel relinquat, vel reiiciat, ſic & ipſe magni duxit abductos: vocat autem. *Calathum ficuum bonarum*, tranſlationem illam: quando vnà cum multitudine & iuſti abducti ſunt, qualis Daniel, & tres pueri, & Ezechiel, & ſi quis alius eorum ſimilis. Et quemadmodum, ait, malæ reiiciuntur, cùm nullius ſint vtilitatis, ſic omnes conſumam: cùm eorum nullus ſit vſus, ſed omnino in impietatem conuerſi, nullâ proprium Dominum memoriâ complectantur. *Ficuum* verò *malarum calathum* eos nominauit, quòd nullus in eis reperiretur iuſtus.

Caput 25. à verſ. 1. vſque ad 15. Sectio Prima.

TEXTVS VVLGATÆ.

1 VErbum, quod factum eſt ad Ieremiam de omni populo Iuda in anno quarto Ioakim filij Ioſiæ Regis Iuda, ipſe eſt annus primus Nabuchodonoſor Regis Babylonis.

2 Quod locutus eſt Ieremias Propheta ad omnem populum Iuda, & ad vniuerſos habitatores Ieruſalem, dicens.

3 A tertio decimo anno Ioſiæ filij Ammon Regis Iuda vſque ad diem hanc: iſte tertius & vigeſimus annus, factum eſt verbum Domini ad me, & locutus ſum ad vos de nocte conſurgens & loquens: & non audiſtis.

4 Et miſit Dominus ad vos omnes ſeruos ſuos Prophetas, conſurgens diluculo, mittenſque & non audiſtis: neque inclinaſtis aures veſtras vt audiretis.

5 Cùm diceret: Reuertimini vnuſquiſque à via ſua mala, & à peſſimis cogitationibus veſtris: & habitabitis in terra, quã dedit Dominus vobis, & patribus veſtris à ſæculo, & vſque in ſæculum.

6 Et nolite ire poſt Deos alienos vt ſeruiatis eis, adoretiſque eos: neque me ad iracundiam prouocetis in operibus manuum veſtrarum, & non affligam vos.

7 Et non audiſtis me, dicit Dominus, vt me ad iracundiam prouocaretis in operibus manuum veſtrarum in malum veſtrum.

8 Propterea hæc dicit Dominus exercituum: Pro eo quòd non audiſtis verba mea.

9 Ecce ego mittam, & aſſumam vniuerſas cognationes Aquilonis, ait Dominus, & Nabuchodonoſor Regem Babylonis ſeruum meum: & adducam eos ſuper terrã iſtam, & ſuper omnes nationes, quæ in circuitu illius ſunt: & interficiam eos, & ponam eos in ſtuporem & in ſibilum, & in ſolitudines ſempiternas.

10 Perdamque ex eis vocem gaudij & vocem lætitiæ, vocem ſponſi, & vocem ſponſæ, vocem molæ, & lumen lucernæ.

TEXTVS SEPTVAGINTA.

1 VErbum, quod factum eſt ad Ieremiam ſuper omnem populum Iuda in anno quarto Ioacim filij Ioſiæ Regis Iuda.

2 Quod loquutus eſt ad omnem populum Iuda, & ad habitatores Ieruſalem, dicens.

3 In tertio decimo anno Ioſiæ filij Amos Regis Iuda, & vſque ad diem hanc, viginti & tres anni: & loquutus ſum ad vos ante lucem ſurgens, & dicens.

4 Et mittebam ad vos ſeruos meos Prophetas, diluculo mittens (& non exaudiſtis, & non attendebatis auribus veſtris) dicens.

5 Auertimini vnuſquiſque à via ſua peſſima, & à peſſimis ſtudiis veſtris: & habitabitis ſuper terram, quam dedi vobis, & patribus veſtris, à ſæculo, & vſque in ſæculum.

6 Nolite ire poſt Deos alienos, vt ſeruiatis eis, adoretiſque eos; ne me ad iracundiam prouocetis in operibus manuum veſtrarum ad affligendum vos.

7 Et non audiſtis me.

8 Propterea hæc dicit Dominus.

9 Quoniam non credidiſtis verbis meis; ecce ego mitto, & ſumam cognationem ab Aquilone: & adducam eos ſuper terram iſtam, & ſuper habitatores eius, & ſuper omnes nationes, quæ in circuitu illius ſunt: & deſolabo eos, & dabo eos in perditionem, & in ſibilum, & in opprobrium ſempiternum.

10 Et perdam ex eis vocem gaudij, & vocem lætitiæ, vocem ſponſi, & vocem ſponſæ, odorem vnguenti, & lumen lucernæ.

11 Et erit vniuersa terra hæc in solitudinem, & in stuporem: & seruient omnes gentes istæ Regi Babylonis septuaginta annis.

12 Cúmque impleti fuerint septuaginta anni, visitabo super Regem Babylonis; & super gentem illam, dicit Dominus, iniquitatem eorum, & super terram Chaldæorum: & ponam illam in solitudines sempiternas.

13 Et adducam super terrã illam, omnia verba mea, quæ locutus sum contra eam; omne quod scriptum est in libro isto, quæcúmque prophetauit Ieremias aduersùm omnes gentes.

14 Quia seruierunt eis cùm essent gẽtes multæ, & Reges magni: & reddam eis secundùm opera eorum, & secundùm facta manuũ suarum.

11 Et erit vniuersa terra in solitudinem: & seruient in gentibus annos septuaginta.

12 Cumque impleti fuerint septuaginta anni; vlciscar gentem illam, & ponam eos in perditionem sempiternam.

13 Et inducam super terram illam omnia verba mea, quæ loquutus sum contra eam, omnia quæ scripta sunt in libro isto.

PARAPHRASIS CHALDAICA.

1 *Verbum prophetiæ quod factum est ad Ieremiam super omnem populum domus Iuda in anno quarto Ioachim filij Iosiæ Regis tribus domus Iuda; ipse est annus primus Nabuchodonosor Regis Babylonis.*

2 *Quod prophetauit Ieremias Propheta super omnem populum domus Iuda, & super omnes habitatores Ierusalem, dicens.*

3 *A tertio decimo anno Iosiæ filij Amon Regis tribus domus Iuda, & vsque in diem hanc, iste est vigesimus & tertius annus, factum est verbum prophetiæ à facie Domini ad me, & locutus sum vobiscum manè consurgens & loquens, & non obedistis.*

4 *Et misit Dominus ad vos omnes seruos suos Prophetas, manè consurgens, & mittens, & non obedistis, nec inclinastis aures vestras vt obediretis.*

5 *Dicendo: Conuertimini nunc vnusquisque à via sua mala, & à malitia operum vestrorum, & habitate in terra, quam dedit Dominus vobis, & patribus vestris à sæculo & vsque in sæculum.*

6 *Et non ambuletis post idola populorum, vt seruiatis eis, & adoretis ea, nec irritetis me operibus manuum vestrarum, & non malefaciam vobis.*

7 *Et non obedistis verbo meo, dicit Dominus, vt irritaretis me operibus manuum vestrarum ad malefaciendum vobis.*

8 *Propterea hæc dicit Dominus exercituum: Pro eo quòd non suscepistis verba mea.*

9 *Ecce ego mittam, & accipiam omnia regna Aquilonis, dicit Dominus, & Nabuchodonosor Regem Babylonis seruum meum, & adducam eos super terram istam, & super habitatores eius, & super omnes populos istos per circuitum, & excidam eos, & ponam eos in vastitatem, & stuporem, & in desolationes perpetuas.*

10 *Et perdam ex eis vocem gaudij & vocem lætitiæ, vocem sponsorum, & vocem sponsarum, & vocem catuum cantantium ad lumen lucernarum.*

11 *Et erit omnis terra hæc in desolationem & in vastitatem. Et seruient populi isti Regi Babylonis septuaginta annis.*

12 *Et erit cùm impleti fuerint septuaginta anni, visitabo super Regem Babylonis, & super populum illum peccata eorum, & super terram Chaldæorum, dicit Dominus: & ponam illam in vastitates sempiternas.*

13 *Et adducam super terram illam omnia verba mea quæ decreui contra eam, omne quod scriptum est in libro isto, quod prophetauit Ieremias contra omnes populos.*

14 *Quia etiam ipsos ad seruitutem adigent populi multi, & Reges magni; & retribuam eis iuxta mercedem eorum, & iuxta opera manuum suarum.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

1 Hieron. Hieronymus. (*Verbum quod factum est*, &c.) Hæc priora sunt præterita visione: Illa enim sub Sedechia facta est, postquam Iechonias translatus est Babylonem, hæc autem sub Ioakim filio Iosiæ, & patre Iechoniæ. Non enim curæ erat (vt ante iam dixi) Prophetis tempora conseruare, quæ historiæ leges desiderant: sed scribere vtcúmque audientibus atque lectoribus vtile nouerant, Vnde & in Psalterio malè quidam iuxta textum historiæ Psalmorum requirunt ordinem, quod in lyrico carmine non obseruatur.

Prophetis in scribēdo haud cura erat ordo, sed auditorum vtil.

In Psalmis haud requirendus ordo historiæ.

(*Ipse est annus primus*, &c.) Quarto anno Regis Ioakim filij Iosiæ patris Iechoniæ, Nabuchodonosor in Babylone suscepit imperium: atque ita factum est, vt annus qui primus erat Nabuchodonosor in Babylone, quartus esset in Ierusalem Regis Ioakim. [a] Denique octauo anno regni sui, Iechoniam cum matre & principibus duxit in captiuitatem: [b] qui tribus tantùm post interfectionem patris Ioakim regnarat mensibus. [c] Interfectus est autem Ioakim vndecimo anno regni sui in Ierusalem.

a 4. Reg. 24. 12.
b 2. Par. 36. 9.
Ioakim pater Ioachim, seu Iechoniæ obiit interfectus.
c 4. Reg. 24. 6.

2 (*A tertio decimo anno Iosiæ filij Amon*, &c.) Tertio decimo anno Regis Iosiæ, [d] qui regnauit in Ierusalem annos triginta & vno, Ieremias Prophetare exorsus est, & prophetauit sub eo annis decem & nouem, cui successit in regnum filius eius Ioachaz: [e] Quo statim ducto in captiuitatem à Nechao Rege Ægyptiorum, regnum obtinuit Ioakim frater eius. In cuius regni quarto anno, iste ad Ieremiam fit sermo Domini, ac per hoc vigesimus tertius annus erat Ieremiæ Prophetæ, ex quo loqui ad populum cœpit, & numquam prædicare cessauit, sed singulis diebus diluculo, & de nocte consurgens loquebatur ad populum. *Et non*, inquit, *audistis*. Sin autem, vt noui ex veteribus hæretici volunt, lex semel in adiutorium data est, & constituta præcepta, quæ nostri arbitrij voluntate vel facimus, vel non facimus, quo modo Propheta se semper ingerit, & quotidie replicat mandata Dei, quæ vtique semel accepta, suffecerant eis quibus data fuerant: nisi vt hoc ostendat, Dei nos semper indigere auxilio: & numquam posse sufficere, quod semel datum est: nisi quotidie Domini admonitione renouetur?

d 4. Reg. 22. 1.
e 4. Reg. 23. 29.
Ieremias vaticinij istud ca. 25. habuit anno 23. à cœpto prophetādi munere.
In Pelagianos nimis tribuẽtes libero arbitrio.
Gratia Dei semper egemus auxilio nouo.

(*Et misit*, &c.) Non per vnum Prophetam, sed

Deus quaſi in excubiis ſurgit diluculo ad ſalutem noſtram.

ſed per omnes populum ſuum Deus ſemper admonuit,& quaſi ipſe in vigiliis,atque excubiis conſtitutus,ſurrexit diluculo, vt ſuum populum commoneret. *Et non*, inquit, *audiſtis*: vt quantò crebrior admonitio, tantò contemnentium fuerint peccata maiora.

3 Durities impiorum tāta, vt ne audiētis quidem habitum aſſumant. Clemētia Dei in peccatores infinita.

(*Neque inclinaſtis aures veſtras*, &c.) Tanta fuit duritia populi, vt ne habitum quidem audientis aſſumeret, & inclinaret aurem ſuam: præcipuè Domino commonente, vt reuerteretur vnuſquiſque à via ſua mala, & à peſſimis cogitationibus ſuis. Et ô infinita clementia! non ſupplicium inferre pro ſcelere, ſed ad pœnitentiam prouocare, tam malorum operum, quæ ſignificat via mala, quàm peſſimarum cogitationum, quæ & ipſæ abſque opere reputantur in peccatum. Et promittit præmium, ſi fecerint,quod præceptum eſt: vt habitent in terra; quæ data ſit patribus,& propter filiorum vitia ſublata.Quodque ait: *A ſæculo,& vſque in ſæculum*, ſiue ab æterno, & vſque in æternum, oſtendit Dei dona perpetua, ſi digni extiterint hi quibus data ſunt.

(*Et nolite ire poſt Deos*,&c.)Et hæc,inquit, monebam cum ſuperioribus, ne diis alienis ſeruiretis,& adoraretis eos, & ne iſta faciendo me prouocaretis ad iracundiam propter opera manuum veſtrarum,vt facerem,quod nolebam, & affligerem vos, *& non audiſtis me*: Quodque ſequitur: *Dicit Dominus,vt me ad iracundiam prouocaretis in operibus manuum veſtrarum in malum veſtrum*, in Sept.non habetur.

4 Mittere Dei ad hoſtes noſtros vel per Angelos eſt, vel mouendo eorum cogitationes.

(*Propterea hæc*, &c.) Quia me ad iracundiam prouocaſtis, & feciſtis malum in interitum veſtrum,& prouocantem ad pœnitentiam, ſuperbo calcaſtis pede: *mittam*, inquit,*ad vniuerſas cognationes ſiue nationes Aquilonis, & adducam principem earum Nabuchodonoſor Regem Babylonis ſeruum meum.* Mittit autem Dominus, vel Angelos, vt concitent gentes, vel certè huiuſmodi mouet cognationes, vt faciant Domini voluntatem.

Seruum ſuū Deus vocat Nabuchodonoſor,ſicut & diabolū, quòd eius ſeruierint volūtati puniendi impios.

Quódque vocat ſeruum ſuum Nabuchodonoſor, non ſic ſeruus vocatur, vt Prophetæ, & omnes ſancti, qui verè ſeruiunt Domino: ſed quòd in euerſione Ieruſalem, Domini ſeruiat voluntati, ſecundùm quod & Apoſtolus loquitur, [a] *Quos tradidi Sathanæ, vt diſcant non blaſphemare.* In Aquilonis autem parte eſſe Chaldæos iuxta ſitum Ieruſalem, nulli dubium eſt.

a 1.Tim. 1. 20.

Malū omne, quod ſuper nos adducit Deus noſtris factum peccatis.

(*Et adducam eos*, &c.) Iſta ſunt præmia contemptorum, & Dei verba audite nolentium. Quidquid igitur mali ſuper nos adducitur, noſtra peccata fecerunt. Omneſque gentes, vt tunc adductæ ſunt contra Ieruſalem, ſic hodie adducuntur contra Eccleſiam negligentem, *vt interficiat eos, & ponat in ſtuporem,& in ſibilum, & in ſolitudines ſempiternas*, vt in exemplo ſint omnium, atque miraculo.Sibilus autem, miraculi, & ſtuporis indicium eſt: & ſolitudo ſempiterna in his depræhenditur, qui præſidem non habent Deum.

Sibilus indicium miraculi,& ſtuporis.

Impiorum in collectione præſertim Hæreticorū, nec gaudium verum, nec vox Eccleſiaſticæ fidei, nec Saluatoris, nec mola cibos fidelibus coterens, nec lucerna doctrinæ ſacra.

(*Perdamque ex eis vocem gaudij.*) Hoc in Conciliabulo malignantium & hodie comprobatur, vt magiſtri eorum: non doceant verbum Dei,ſed inſtar Colubri ſibilent. Peritque in eis *vox gaudij,voxque lætitiæ*,vt numquam audiant illud Apoſtoli: [b] *Gaudete, iterum dico gaudete*, *Vox* quoque *ſponſæ*, Eccleſiaſticæ fidei, *& vox ſponſi.* Domini ſaluatoris.[c] *Qui enim habet ſponſam,ſponſus eſt.Vox molæ*, vt non conterantur in ea frumenta, & populis veſcenda tribuantur. *Et lumen lucernæ*: doctrina videlicet & ſcientia Prophetarum. Denique & de Ioanne Baptiſta dicitur: [d] *Ille erat lucerna lucens.*Et alius Propheta: [e] *Lucerna*, inquit,*pedibus meis verbum tuum Domine:& lux ſemitis meis.* *Vniuerſa*,inquit,*terra* hæreticorum erit *in ſolitudinem,& in ſtuporem*,cùm nouiſſimum eius inſipiens fuerit demonſtratum.

b Phil.4. 4.
c Ioan.3. 29.
d Ibid. 5. 35.
e Pſal.118. 104.

5 Obediētes ſibi Deus remunerat ſuperbos, rebelleſque punit.

(*Et ſeruient omnes*, &c.) Sicut Ieruſalem poſt Septuaginta annos recipit priſtinos habitatores, & expletis ſuppliciis, quia obediuit ſententiæ Dei,fælicitate priſtinâ perfruitur, ſic Rex Babylonis, qui elatus eſt in ſuperbiam, & ſuarum arbitratus eſt virium,quòd regnauit in gentibus,& non Domini voluntatis,Medis,Perſiſque venientibus deſtruetur. Denique vſque hodie vrbis Babylonis reliquiæ tantùm manent. Et poſuit illam Dominus in ſolitudinem ſempiternam:& impleuit omnia verba, quæ in iſtius ipſius Prophetæ volumine continentur. Nam in conſequentibus quæ mala paſſura ſit Babylon, Ieremiæ ſermo deſcribit.

Ieremias prophetauit contra omnes Gentes quæ fuerunt in exercitu Babylonico.

(*Quia ſeruierunt*, &c.) Hoc in Sept. non habetur. Significat autem quòd non ſolùm contra Babylonē prophetauerit Ieremias,ſed contra cæteras gentes,quæ in Babylonio fuerant exercitu, & contra Domini populum dimicarunt.Denique in ſequentibus dicitur contra Ægyptum, & Philiſthiim,& Moab,& Ammon,& Idumæam,& Damaſcum, & Cedar, & regna Aſor, & Elam, & ad extremum contra Babylonem, terramque Chaldæam.

6 Theodorit.

Theodoritus.*Sermo qui factus eſt ad Ieremiam de omni populo Iuda*,&c. Eo anno Nabuchodonoſor ducto aduersùs Ieruſalem exercitu, quoſdam in ſeruitutem redegit,aliis vbi tributum imperaſſet, reuerſus eſt. Dicit ergo nonnulla iam dicta. (*A decimo tertio anno Ioſiæ filij Amon Regis Iuda: vſque ad captiuitatem hanc iſte eſt tertius & vigeſimus annus,factum eſt verbum Domini ad me, & locutus ſum vobis manè conſurgens, & non audiſtis.*)

Lōganimitas Dei quāta in tolerandis peccatoribus.

Multitudinem annorum commemorauit, vt Dei longam patientiam demonſtraret: qui illos non obtemperantes, tamdiu pertulerit. *Miſi* enim, ait, *ad vos ſeruos meos Prophetas.* Denuntio vobis, vt relictâ perniciosâ viâ, pergatis ad alteram vitæ conciliatiuam. (*Et pollicebar vobis, ſi hoc faceretis, bona: & non audiſtis.*) Sed Idolorum cultum præoptaſtis. Et arguens intentionem incredulitatis & inobedientiæ illorum ſubiunxit, (*Vt me ad iracundiam prouocaretis, in operibus manuum veſtrarum, in damnum veſtrum.*) Me enim irritantes, iſta prophetabitis, atqui damnum etiam iam dudum decerpſiſtis. Propterea, ait, cum Nabuchodonoſor congregabo Reges qui ſub eo militant contra vos, & contra vicinos veſtros, à quibus idolis ſeruire didiciſtis: ac regionem veſtram, & illorum tradam penitus in ſolitudinem. Et priuabo eos cunctâ lætitia: huius enim ſunt propria, vox ſponſi, & vox ſponſæ:vox molæ, & lumen lucernæ. Quam deſolationem terminat ſeptuaginta annorum tempore. Nam poſt ſeptuaginta annos tam de Rege Babylonis, quàm de ſubditis eius, ait ſe pœnas impietatis & iniquitatis eſſe ſumpturum, ac totam Ieremiæ prophetiam impleturum.

Lætitiæ ſunt vox ſponſi, ac ſponſæ, vox molæ, & lumen lucernæ.

7 D.Thom.

D.Thom.Primò ponit prophetiæ titulum.*Verbum quod factum eſt.* Ex quo colligitur: quia prophetia præcedētem viſionem tempore præcedit: ſecundò ponitur comminationis prophetia, ibi.

(*A tertio decimo*,&c.)Et primò assignat comminationis causam: secundò comminatur pœnam ibi. (*Propterea hæc dicit*, &c.) Causam autem assignat ex inobedientia, propter quam ipsi aliis gentibus in pœna connumerati sunt: quam aggrauat ex tribus: primò ex parte ipsius Prophetæ prædicantis: quia in prædicatione continuus (*à tertio decimo anno Iosiæ*,) à quo vsque ad finem vitæ & regni sui: cùm regnauerit 31. anni sunt.18. anni quibus additis quatuor annis Ioachim & tribus mensibus quibus regnauit Ioatham inuenitur annus prædicationibus Ieremiæ quo hæc gesta sunt.23. (*de nocte consurgens*) ad modum eius qui sollicitus est ad explendum quodlibet opus. Prouerb.6. [a] *Discurre, festina, suscita amicum tuum*, &c. Secundò ex parte ipsius mittentis: qui ex multitudine nuntiorum inuenitur sollicitus. (*Et misit Dominus*) supra 7. [b] *Misi ad vos omnes seruos meos Prophetas per diem: consurgens diluculo & mittens: & non audierunt me*, &c. Ad designandam autem diuinam sollicitudinem: nominat diluculum. Nominat & noctem, quia Deus luxit in tenebris. Hæ sunt illæ tenebræ de quibus Ioan. 3. dicitur quòd [c] *Nicodemus venit ad Iesum nocte*,&c. Ex parte admonitionis; quæ honesta in se: vtilis quantùm ad promissam veniam. Vnde primò indicit pœnam de malis præteritis: ponens præceptum. (*Reuertimini*, &c.) Isai. 55.[d] *Derelinquat impius viam suam: & vir iniquus cogitationes suas: & reuertatur ad Dominum, & miserebitur eius: & ad Deum nostrum quoniam multus est ad ignoscendum.* Et promissum. (*Et habitabitis.*) Isai.1.[e] *Si volueritis, & audieritis me: bona terræ comedetis.* Secundò indicit cautelam malis futuris: ponens præceptum. (*Nolite ire*,) quantùm ad Idololatriam. (*Neque me ad iracundiam*) quantùm ad peccata moris.Exod.20.[f] *Non habebis Deos alienos coram me*, &c. Et præcepti contemptum. (*Et non audistis.*) Deut. 32.[g] *Ipsi me prouocauerunt in eo qui non erat Deus, & irritauerunt in vanitatibus suis*,&c.

Ieremia sedulum studiũ in munere suo materis damnationis causa Iudæis.

a Prou.6.3. b Iere. 7.25. c Ioan. 3. 2. d Isai. 55. 7. e Isai.1.19. f Exod.20.3. g Deut.32. 21.

8 (*Propterea hæc dicit Dominus. Pro eo quòd*, &c.) Hîc comminatur pœnam. Et primò quam Babylonij inflixerunt: describens hostem. (*Ecce ego mittam & assumam seruum*) in quantum ministerium diuinæ voluntatis exercebat: supra 6.[h] *Ecce populus venit de terra Aquilonis: gens magna consurgit à finibus terræ.* Et describens pœnam imminentem: quantùm ad interfectionem hominum (*& interficiam: in solitudines sempiternas.*) Et quod numquam reparentur: sed quasi ad similitudinem sempiternarum solitudinum redigantur, supra 19. [i] *Ponam vrbem hanc in stuporem & in sibilum. Omnis qui prætierit per eam obstupescet, & sibilabit super vniuersa plaga eius.* Et quantùm ad cessationem humanorum officiorum, in gaudiis (*perdamque*) & in vitæ commodis (*vocem molæ*) supra 16.[k] *Auferam de loco isto in oculis vestris, & in diebus vestris, vocem gaudij, & vocem lætitiæ, vocem sponsi, & vocem sponsæ.* Et describens etiam pœnam duriorem. (*Et seruient 70. annis.*) Tantum enim regnum Chaldæorum durauit.Isai.57.[l] *Non in perpetuum irascar, quia Spiritus à facie mea egredietur*, &c. Secundò ponit pœnam quam Chaldæi sustinuerunt.(*Cùmque impleti.*)Et primò, ponit comminationem.(*Visitabo*,) Apoc.[m] *Qui in captiuitatem duxerit, in captiuitatem ibit, & qui gladio occiderit, oportet eum gladio occidi.* Secundò comminationis certitudinem. (*Et adducam omnia quæ locutus sum contra eam*,) Isai, 13. 21. 46. & 47. (*Prophetauit Ieremias*,) infra 50. 51. (*quia seruierunt*) tamen ipsi in superbiam abusi sunt Dei beneficio. Tertiò, ostendit pœnæ æquitatem. (*Et reddam eis.*) Psalm. 27.[n] *Secundùm opera manuum eorum tribue illis, redde retributionem eorum ipsis, Quoniam non intellexerunt opera Domini, & in opera manuum eorum destrues illos, & non ædificabis eos.*

h Iere. 6.22. i Iere.19.8. k Iere. 16.9. l Isai.57.16. m Apoc. 13. 10. n Psal. 27.4.

9 Quod de sedulo Dei studio dicitur à vers. 4. vsque ad octauum ex occasione Euangelicæ parabolæ de nuptiis filij Regis, ad cuius inuitationem misit pater familiâs seruos suos,&c.Irenæus lib.4.aduersùs hæreses cap.70. ita affert: Ex omnibus viis, [o] id est ex vniuersis gentibus ad conuiuium nuptiarum filij sui conuocauit, quemadmodum & per Ieremiam ait. [p] *Et misi ad vos seruos meos Prophetas dicere, Auertimini vnusquisque à via nequissima & meliora facite opera vestra.* Et rursus per eumdem, [q] *Et misi* (inquit) *ad vos, omnes seruos meos Prophetas inter diem & ante lucem, & non obedierunt mihi, neque intenderunt aures ipsorum: &* (dices) *eis hunc sermonem, Hoc genus, quod non obediuit* (*voci*) *Domini, neque recipit disciplinam, defecit fides ex ore ipsorum.* Qui igitur nos per Apostolos vndique vocauit Dominus, hîc per Prophetas vocabat eos qui olim fuerunt, quemadmodum ex sermonibus Domini ostenditur: & non ab alio (quidem Prophetæ, ab alio) autem Apostoli, etiam si variis gentibus præconabant, sed ab vno & eodem, alij quidem Dominum annuntiabant, alij autem Patrem Euangelizabant: & alij quidem aduentum prænuntiabant filij Dei, alij verò præsentem eum iam his qui longè erant præconabant.

Irenæus. Vocatio Dei ad Euangeliũ generalis. o Matt.22.9. p Ier.25.18. q Ier.7.25. *Vocans ad Euangelium per Apostolos, vocabat antiquitùs per Prophetas.*

Cyprianus lib.1. Testim. adu. Iudæos num. 2. Quod Prophetis (Iudæi)non crediderint, & eos interfecerint apud Ieremiam Dominus. *Misi ad vos seruos meos Prophetas, ante lucem mittebam (& non audiebatis me, neque intendebatis auribus vestris) dicens: Conuertatur vnusquisque à via sua mala, & à nequissimis affectationibus vestris; & habitabitis in terra ista, quam dedi vobis & patribus vestris, à sæculo & vsque in sæcula.* Item illic: *Nolite ambulare post Deos alienos vt seruiatis eis, & ne adoraueritis eos, & ne incitetis me in operibus manuum vestrarum ad disperdendum vos; & non audistis me.*

Cyprian. Prophetis Iudæi nõ credidere, sed eos interfecere.

10 Circa id quod vers.9.Nabuchodonosor dicitur seruus Dei.Hieron.Tom. 1. Epistolarum Epistolâ 3.ad Heliodorum,parùm ante finem. Miseri, inquit, Israelitæ, ad quorum comparationem Nabuchodonosor seruus Dei dicitur.Infelices nos,qui tantum displicemus Deo,vt per rabiem barbarorum,illius in nos ira desæuiat.

Hieronym. Christianorũ scelera tãta, vt per Barbaros à Deo, puniantur, quasi per ipsius seruos.

Circa finem autem Comment. in caput 29. Ezech.Idem Hieronymus ex eo inquit,quòd Nabuchodonosor mercedem accepit boni operis, intelligimus etiam Ethnicos, si quid boni fecerint, non absque mercede Dei iudicio præteriri. Vnde & per Ieremiam, [r] Nabuchodonosor Columba Dei appellatur, eò quòd aduersùm populum peccatorem, Dei seruierit voluntati. *Et adducam*, inquit, *seruum meum Nabuchodonosor.* Ex quo perspicuum est, condemnari nos comparatione gentilium, si illi lege faciant naturali, quæ nos etiam scripta negligimus, De quo plenissimè ad Romanos Paulus Apostolus disputat.

Hieronym. Operibus bonis vel etiam Gentiliũ data à Deo merces. r Iere. 25. 9. *Gentiliũ cõparatione cõdemnabimur.*

11 Quod in vers. 10.legimus ita affert Athanasius lib.de communi essentia, Patris, Filij, & Spiritus San

Athanas.

Iudæi noctis filij, nos verò filij lucis. Sancti, vbi agit, Iudæos filios tenebrarum appellari, ait quippe Apoſtolus non veluti contra inimicos inſultans, ſed quia veritati ſuffragaretur, iſta ita ſcripſit,[a] *Non nos ſumus filij noctis, aut tenebrarum: ſed filij lucis & diei.* Lumen Iudæorum ab ipſis ablatum eſſe dictum eſt ab Ieremia Propheta, [b] *Verbum quod factum eſt ad Ieremiam Prophetam, in omnem populum Iuda:* vbi poſtea hæc verba ſubinfert, *Et auferam ab illis odorem vnguenti, & lumen candelæ.*

a 1. Theſſal. 5.5. *Lumen ablatum à Iudæis.* b Ierem. 25.

Circa id quod verſ. 12. dicitur de Septuaginta annis, Auguſtinus lib. 3. de doct. Chriſt. cap. 35. agens de quinta regula Ticonij. Legitimos ait numeros dicit, quos eminentiùs diuina Scriptura commendat, ſicut ſeptenarium, vel denarium, vel duodenarium, & quicumque alij ſint, quos legendo ſtudioſi libenter agnoſcunt: plerumque enim huiuſmodi numeri pro vniuerſo tempore ponuntur, ſicut,[c] *Septies in die laudem dixi tibi:* nihil eſt aliud, quàm, [d] *Semper laus eius in ore meo.* Tantumdem valent, & cùm multiplicantur ſiue per denarium, ſicut ſeptuaginta & ſeptingenti, vnde poſſunt & ſeptuaginta anni [e] Ieremiæ pro vniuerſo tempore ſpiritualiter accipi, quo eſt apud alienos Eccleſia.

Auguſt. *Numeri finiti pro infinitis, proque omni tempore.* c Pſal. 118. 104 d Pſal. 33. 2. *Sept. anni captiuitatis Babylonia ſpiritaliter vniuerſum tempus quo Eccleſia eſt apud alienos.* e Iere 25. 12.

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Ὁ λόγος ὁ γενόμενος.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] μέλλει λοιπὸν ὁρίζειν τῆς τιμωρίας τὸν χρόνον, καὶ τὴν ἀπόφασιν ἐκφέρειν.

|| Ἀπολιναρίου.] ταῦτα πάλιν πρότερα τοῖς χρόνοις τῶν προειρημένων. ἐκεῖνα γὰρ μετὰ Ἰεχονίαν· ταῦτα δὲ πρὸ αὐτοῦ. οὐ γὰρ ἀκολουθίαν χρόνων, ἀλλ' ἀναγραφὴν τῶν προφητῶν ἐποιοῦντο, ὡς ἑκάστη προσετύγχανον οἱ σημειούμενοι. ||

[Αὐτὸς ἐνιαυτός.]

Θεοδωρήτου.] ὁ γὰρ Ναβουχοδονόσορ ὀλίγῳ πρότερον βασιλεύσας, ὅτε ἦλθεν εἰς Ἱερουσαλήμ, καὶ πολλοὺς λαβὼν αἰχμαλώτους ὑπόφορον καὶ τὴν Ἰουδαίαν πεποίηκεν, ἔτος τέταρτον ὑπῆρχε τῆς βασιλείας Ἰωακείμ. ὅθεν καὶ πρῶτον ἔτος καλεῖ τῆς Ναβουχοδονόσορ ἡ γραφὴ βασιλείας τὸ τοῦ Ἰωακεὶμ τέταρτον ἔτος, ἀφ' οὗ καὶ οἱ τῆς αἰχμαλωσίας ἀριθμοῦνται χρόνοι, πρώτου ὄντος τῆς κατὰ Ἰουδαίων τοῦ Ναβουχοδονόσορ βασιλείας.

Βίκτορος.]. πρῶτον ἔτος τῆς βασιλείας τοῦ Ναβουχοδονόσορ φησὶν ὁ προφήτης οὐκ αὐτῆς τῆς βασιλείας, ἀλλὰ τῆς κατὰ Ἰουδαίων ἀρχῆς.

[Ἐν τρισκαιδεκάτῳ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] εἴκοσι καὶ τρία ἔτη φησὶ σπουδαίως διαμαρτύρομαι ὑμᾶς ἀπέχεσθαι τῆς εἰδωλολατρείας, καὶ οὐκ ἠκούσατε. διὸ παραδώσω ὑμᾶς τοῖς Χαλδαίοις ἑβδομήκοντα ἔτη.

[καὶ ἐλάλησα.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] δι' ἑνὸς προφήτου ταῦτα συνεχῶς, καὶ γὰρ καὶ διὰ τῶν ἄλλων ἐλάλησα, καὶ οὐ διέλιπον ἀεὶ λαλῶν. καὶ ἐλάλησα οὐδὲν φορτικόν. τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς ποιεῖ μέλλων τὴν πόλιν παραδιδόναι τοῖς πολεμίοις, μονονουχὶ ἀπολογεῖται πρὸς αὐτούς. ποσάκις ἠθέλησα ἐπισυναγαγεῖν τὰ τέκνα ὑμῶν, καὶ οὐκ ἠθελήσατε, καὶ τὰ ἑξῆς.

|| Ὀλυμπιοδώρου.] τὸ ὀρθρίζων, ἀντὶ τοῦ μετὰ σπουδῆς. ὡς ἤδη λοιπὸν τοῦ χρόνου τῆς ὀργῆς πλησιάζοντος. ||

[Διὰ τοῦτο τάδε.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] μὴ γὰρ διὰ τοῦτο ἔδωκα, ἵνα πάλιν ἀφέλωμαι; μὴ γὰρ μισθὸν ὑμᾶς ἀπήτησα; καὶ

Verſ. 1. **V**Erbum quod factum eſt, &c.)

12 Chryſoſt.

Chryſoſtomi.] *Tam igitur pœnarum tempus ſtatuturus eſt, ſententiamque prolaturus.*

(*In anno quarto Ioacim filij Ioſiæ.*)

|| Apolinarij.] *Hæc rurſus tempore antiquiora ſunt iis quæ priùs dicta fuêre; Illa quippe poſt Iechoniam, hæc verò ante illum ſunt. Non enim ſeriem temporum, ſed vaticinia inſcribebant, vt ea ſe offerebant ſingulis illis qui notabant.* ||

Apolinarius. *Propheta non ſeruarunt temporis ordinem.* Theodoret. *Septuaginta anni captiuitatis Babylonica capere à primo anno Regis Nabuchodonoſor.*

(*Ipſe eſt annus primus Nabuchodonoſor.*)

Theodoreti.] *Nabuchodonoſor enim qui paulò ante regnarat, cùm aduenit in vrbem Ieruſalem, multoſque duxit captiuos, Iudæam ſibi tributariam fecit, quartus annus erat regni Ioachim: quapropter & primum annum regni Nabuchodonoſor Scriptura vocat eum, qui erat quartus Ioachim, à quo & captiuitatis numerantur anni, cùm primus ſit regni Nabuchodonoſor in ipſos Iudæos.*

Victor. *Annus primus Regis Nabuchodonoſor intelligitur quoad illius principatum in Iudæos.*

Victoris.] *Primum annum regni Nabuchodonoſor vocat Propheta, non ipſius regni, ſed in Iudæos principatus.*

13 Olympiod. *Prædicandi iuge & continuatũ ſtudiũ Ieremia, Iudæorúmque à veſtigio peruicacia.*

Verſ. 3. (*In tertio decimo anno Ioſiæ.*)

Olympiodori.] *Tres & viginti, ait, anni ſunt, cùm magno ſtudio vos conteſtor, vt à cultu Idolorum abſtineatis; & non audiſtis; ideo tradam vos Chaldæis ſeptuaginta annos.*

Chryſoſt. *Conuerſionem Iudaici populi quàm ſedulo ſtudio procurarit ſemper Deus.* f Matth. 23. 37.

Ex Verſ. 3. (*Et locutus ſum ad vos, ante lucem, &c.*)

Chryſoſtomi.] *Per vnum Prophetam hæc aſſiduè, nam & per alios loquutus ſum, & ſemper loquendi nullum finem feci, & nihil graue loquutus ſum. Hoc & Chriſtus agit, & tantum non ſe excuſat hoſtibus vrbem traditurus, his verbis vtens ad illos;* [f] quoties volui congregare filios veſtros, & noluiſtis, *& quæ ſequuntur.*

Olympiod. *Conuerſionem peccatoris maiori ſtudio procurat Deus tunc, quum tempus inſtat illos puniendi.*

|| Olympiodori.] *de nocte conſurgens, id eſt, ſtudioſè vti iam tempore indignationis appropinquante.*

14 Chryſoſt. *Gratia donis nemo priuatur, niſi qui indignum ſe reddidit acceptorum.*

Verſ. 8. (*Propterea hæc dicit Dominus.*)

Chryſoſtomi.] *Num propter ho* [illegible] *rum auferrem? num mercedem à vobis exegi?*

καὶ γὰρ χάριτος ἦν ἔργον· οὐδεὶς τὰ δωρηθέντα ἀφαιρεῖται, ἂν μὴ σφόδρα ἀνάξιος ἦ ὁ λαβών.

Τοῦ αὐτοῦ.] ἄξω φησὶ Βαβυλωνίους ἐπειδὴ οὐκ ἐπιστεύσατε. ὁρᾷς, πόθεν αὐτοῖς ἡ ῥαθυμία γέγονεν; ἐκ τοῦ ἀπιστεῖν. τοῦτο καὶ νῦν γίνεται περὶ τῆς γεέννης. μὴ γὰρ οὐκ ἠδυνάμην κολάσαι εἴγε ἤθελον; τούτου δὲ αἴτιοι οἱ ψευδοπροφῆται. οὐκ ἐπιστεύσατε τοῖς ῥήμασι, πιστεύσατε τοῖς πράγμασιν.

Βίκτορος.] εἴποις δ' ἂν ἀποστέλλειν εἰρῆσθαι, καὶ τὸ μὴ κωλῦσαι τοὺς οἰκείᾳ πονηρίᾳ κατὰ τοῦτο ἐπιόντας. χρῆται γὰρ ὁ θεὸς ὀργάνῳ, καὶ ταῖς ἡμῶν πονηρίαις.

|| Ὀλυμπιοδώρου.] τοὺς Βαβυλωνίους.

[ἐπὶ πάντα τὰ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τίνος ἕνεκεν; ἵνα μάθῃς, ὅτι αὐτοῦ καθόλου τοῦ θεοῦ ἡ πρόνοια.

[Ὀσμὴν μύρου.]

Ὀλυμπιοδώρου.] τὸν τέλειον τῆς λαμπρότητος αὐτῶν, καὶ πάσης χαρᾶς καὶ εὐημερίας ἀφανισμὸν ἐδήλωσεν.

[καὶ δουλεύσουσιν.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τὰ ἑβδομήκοντα ἔτη φιλάνθρωπος ὤν, οὐχὶ μετὰ τὴν τοῦ ναοῦ καθαίρεσιν ἀριθμεῖ μόνον ἕως τῆς ἐπανόδου, ἀλλὰ καὶ μέχρι τῆς κατασκευῆς τοῦ ναοῦ. ὃ δὲ λέγω, τοιοῦτόν ἐστι. πρὸ τῶν ἑβδομήκοντα ἐτῶν ἀνήγαγεν αὐτούς, καὶ ἐλογίσατο, καὶ τὰ τῆς ἀνόδου εἰς τὴν αἰχμαλωσίαν. ὅπου γὰρ οὐκ ἦν ναός, οὐ δὲ ἱερεύς, οὐ δὲ θυσιαστήριον, οὐ δὲ θυσία, τί διενήνοχε τῶν ἐν αἰχμαλωσίᾳ ζώντων; καὶ τοῦτο δὲ τῆς φιλανθρωπίας αὐτοῦ. διὰ τοῦτο ἐπὶ Δαρείου φησὶ μετὰ τὴν ἄνοδον, τοσούτων παρελθόντων καιρῶν; λέγει ἕως πότε ὑπερεῖδες κύριε τὴν Ἱερουσαλήμ; τοῦτο ἑβδομηκοστὸν ἔτος, τότε πληροῦσθαι τὰ ἑβδομήκοντα. ποιεῖ δὲ αὐτὸ καὶ ἐν κολάσει, λέγων ἑκατὸν εἴκοσιν ἐτῶν ἔσται ἡ ζωὴ τῶν ἀνθρώπων, καὶ ἑκατὸν ἔτη ζῶσιν. ἐποίησε δὲ αὐτὸ καὶ ἐπὶ τῆς ἀναστάσεως, εἰπὼν γὰρ ὅτι τρεῖς ἡμέρας, καὶ τρεῖς νύκτας, τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀνίσταται. ἀλλ' ἐκεῖνο μὲν φιλανθρωπίας ἦν εἰκότως, τοῦτο δὲ ποίας φιλανθρωπίας; τίνος οὖν ἕνεκεν καὶ τὸ τριήμερον ἐποίησεν; ὥστε πιστευθῆναι, ὅτι τετελεύτηκεν. πολλὰ γὰρ γίνεται διὰ τοῦτο. τίνος οὖν ἕνεκεν οὐκ ἐπλήρωσεν αὐτό, εἰπών, ὅτι ἔσται ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς τρεῖς ἡμέρας, καὶ τρεῖς νύκτας; ἢ ὥστε τὸ σῶμα μὴ διαφθαρῆναι. τί γάρ, οὐκ ἠδύνατο συγκρατῆσαι αὐτό; ἠδύνατο, ἀλλ' ἐβούλετο πιστευθῆναι τὴν φύσιν ὡς οὐδενὸς ἀπήλαυσε ξένου. τινὲς φασὶ διὰ τοὺς μαθητάς, ὥστε διακρατῆσαι αὐτῶν τὴν ἀσθένειαν. διὰ γάρ τι τοῦτο οὐδὲ ἀνέμενεν αὐτὸς φανῆναι αὐτοῖς, ἀλλὰ τοῖς εὐαγγελίοις προδιάγει, καὶ ἀνίησιν αὐτῶν τὴν διάνοιαν. ἄπελθε φησίν, εἰπὲ τοῖς ἀδελφοῖς μου. καὶ μὴν ἠδύνατο εὐθέως φανεὶς μᾶλλον τὸ ῥητὸν πιστώσασθαι. ἀλλ' ὥστε προπαρασκευασθῆναι αὐτῶν τὴν ἀκοήν. οὐ γὰρ ᾔδεισαν, ὅτι δεῖ αὐτὸν ἐκ νεκρῶν ἀναστῆναι. ἢ τοῦτο ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι καὶ Ἰωνᾶς ἐποίησεν ἐν τῇ κοιλίᾳ τοῦ κήτους. ἡ γὰρ φθορὰ κατὰ μίαν ἡμέραν

A *Opus illud gratiæ erat, nemo muneribus priuatur, ni se qui recepit nimis indignum reddiderit.*

Vers. 9. (*Ecce ego mitto, & sumam cognationem.*

Eiusdem.] *Adducam, ait, Babylonios, quoniam non credidistis, unde eorum vecordia nata est? quia non credebant. Hoc etiam nunc fit de Gehenna, num si vellem pœnas non possem sumere? huius causa sunt Pseudoprophetæ. Non credidistis sermonibus, rebus ipsis credite.*

B Victoris.] *Dici etiam potest, mittere perinde esse, ac non impedire eos qui suâ prauitate ad hoc feruntur; vtitur enim Deus tamquam instrumentis & nostris iniquitatibus.*

(*Cognationem ab Aquilone.*)

|| Olympiodori.] *Babylonios.*

(*Et super omnes nationes quæ in circuitu eius sunt.*)

Chrysostomi.] *Propter quid? vt scias vniuersi prouidentiam ad ipsum Deum spectare.*

C Vers. 10. (*Et perdam ex eis, &c. odorem vnguenti.*)

Olympiodori.] *Absolutum excidium splendoris eorum, totiúsque gaudij & prosperitatis significauit.*

Vers. 11. (*Et erit vniuersa terra in solitudinem, & seruient.*)

Chrysostomi.] *Septuaginta annos, cùm pius sit, non post templi euersionem enumerat tantùm vsque ad reditum, sed vsque ad constructionem quoque templi: dicam planiùs: ante septuaginta* D *annos reduxit eos, connumerauitque ad ipsam captiuitatem tempus regressus, vbi enim non erat templum, Sacerdos, altare, sacrificium, quid differebat inter hoc, & viuere in captiuitate? & hoc ergo diuinæ pietatis erat. Quapropter tempore Darij post regressum ait, cùm tot elapsa essent tempora,* [a] Vsquequò Domine despexisti Ierusalem? Hîc iam septuagesimus annus; *vt tunc compleantur septuaginta. Hoc idem & puniendo facit dicens;* [b] Centum viginti E annorum erit vita hominum; *& centum annos viuunt. Hoc & in resurrectione fecit; nam cùm dixisset,* [c] Tribus diebus, & tribus noctibus, *die tertio resurgit. Sed illud sanè pietatis erat, hoc autem cuiusnam erat pietatis? & cur omnino Triduum expectauit? vt eum mortuum fuisse crederetur: nam propter hoc multa fiunt. Quare ergo illud non impleuit, cùm dixerit, se fore in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus? an, ne corpus corrumperetur: numquid illud conseruare non poterat? poterat vtique; sed vole-* F *bat credi, naturam suam nihil peregrini habuisse. Quidam putant id ob discipulos factum, vt eorum prospiceret imbecillitati: idcirco enim, & illis apparêre ipse non sustinuit, sed bonis nunciis exhilarat, eorúmque mentem relaxat,* [d] Vade, ait, dic fratribus meis, *& certè poterat statim apparens maiorem suo dicto fidem sperare: sed vt eorum auditus præpararetur;* [e] *neque enim sciebant illum à mortuis resurrecturum. Vel hoc dici potest, Ionam quoque in ventre Ceti extitisse; nam corruptio ipso*

Chrysost. *Fidei defectus causa omnis nostræ vecordiæ, omniumque malorum.*

Victor. *Mittit improbos hostes non impediens illos.*

Vtitur Deus nostris iniquitatibus tamquam instrumento ad vindictam.

Olympiod. *Babylonij dicti cognationes Aquilonis.*

Chrysost. *Prouidentia Orbis totius spectat ad Deum.*

Olympiod. *Excidij absoluti descriptio.*

15

Chrysost. *Septuaginta anni captiuitatis Babylonica enumerat Deus vsque ad templi readificationem.*

Pietatis Dei id esse solet, vt comminatarum calamitatum tempus abbreuiet.

a Zach. 1. 12.

b Gen. 6. 3.

Ad Resurgendũ cur Christus expectauit triduum.

c Matth. 12. 40.

Resurgens Christus cur non expectauit vt triduũ mortis & mortui corporis in sepulchro impleretur.

Resurgens Christus quã benignè Apostolorum prospexit imbecillitati.

d Ioã. 20. 17.

e Ioan. 20. 9.

Iona figura quàm apta ad Christi & mortem designandam, & resurrectionem.

ἐὰν ἄρχηται τοῦ σώματος. ὥστε ἀρκοῦσα μαρτυρία τοῦ τελευτηκέναι αὐτὸν αὕτη. καὶ ὅταν μὲν κακὰ ἀπειλῇ, συστέλλει τὸν χρόνον καὶ σοφίζεται. ὅταν δὲ ἀγαθά, ἐκτείνει αὐτόν. οὐ γὰρ ὡρισμένα ἔδωκεν ἀγαθά, μᾶλλον δὲ οὐδὲ δῆλα. οὐδαμοῦ τοῖς ἀγαθοῖς ὅρον τίθησιν, ἀλλ' ἢ τὴν ἑκάστου προαίρεσιν, τοῖς δὲ κακοῖς πανταχοῦ: ἔδωκα ὑμῖν τὴν γῆν ἀπὸ αἰῶνος ἕως αἰῶνος, φησίν. ὁρᾷς οὐδένα ὅρον; ὅταν δὲ πέμπῃ εἰς αἰχμαλωσίαν, ὥρισε, καὶ ὅρα ἡ μὲν πρώτη, CCCC. ἡ δὲ δευτέρα, XXX. ἡ δὲ τρίτη, τρία καὶ LXX. ἔτη. || αὕτη δὲ διηνεκὴς ἡ ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ: τούτων μέμνηται τῶν ἐτῶν ὁ Δανιήλ.

|| ἴτα.

[καὶ ἐν τῷ πληρῶ.]

Τοῦ χρυσοστόμου.] προλέγει τιμωρίαν τοῖς Βαβυλωνίοις. ἵνα μάθῃς ὅτι οὐ δὲ νῦν οἰκείᾳ ἰσχύϊ ταῦτα ἐποίησαν.

A *ipſo primo die corpus inficit: vt ſufficiens ſit hoc teſtimonium, illum vitâ functum fuiſſe. Et quidem quando minatur mala tempus contrahi, & arte vtitur; quando verò bona promittit, illud protrahit; bona enim quæ dat, numerata non dat, imò, nec manifeſta, nuſquam bonis finem præſcribit, ſed ad propoſitum cuiuſcumque, at malis vbique,* Dedi vobis terram ait, à ſæculo vſque in ſæculū. *Vides nullos eſſe terminos? cùm remittit in captiuitatem præfigit, & perſpice, primam quidem ad* CCCC & XXX. *ſecundam ad Septuaginta, Tertiam vſque ad tredecim annos, hanc verò poſt Chriſtum eſſe perpetuam. Horum annorum meminit Daniel.* B

Promiſſionum Dei diuerſitas, cùm quæ bonorū, abſque præſcriptione ſint termini, quæ verò ſunt malorum, & calamitatū, finem, terminumque aſſignent temporis.

Captiuitates Iudæorū quatuor, quarum vltima perpetua.

Verſ. 12. (*Cúmque impleti fuerint ſeptuaginta anni, &c.*

Chryſoſtomi.] *Punitionem Babylonis prædicit, vt nec modo eos hæc proprio robore patraſſe addiſcas.*

Capitis 25. à verſ. 15. vſque ad 30. Sectio Secunda.

TEXTVS VVLGATÆ.

15 QVia ſic dicit Dominus exercituum Deus Iſrael: Sume calicem vini furoris huius de manu mea: & propinabis de illo cunctis gentibus, ad quas ego mittam te.

16 Et bibent, & turbabuntur, & inſanient à facie gladij, quem ego mittam inter eos.

17 Et accepi calicē de manu Domini, & propinaui cūctis gentibus, ad quas miſit me Dominus.

18 Ieruſalem & ciuitatibus Iuda, & Regibus eius, & principibus eius: vt darem eos in ſolitudinem, & in ſtuporem, & in ſibilum, & in maledictionem, ſicut eſt dies iſta.

19 Pharaoni Regi Ægypti, & ſeruis eius, & principibus eius, & omni populo eius.

20 Et vniuerſis generaliter: cunctis Regibus terræ Auſitidis, & cunctis Regibus terræ Philiſthiim, & Aſcaloni, & Gazæ, & Accaron, & reliquiis Azoti.

21 Et Idumææ, & Moab, & filiis Ammon.

22 Et cunctis Regibus Tyri, & vniuerſis Regibus Sidonis: & Regibus terræ inſularum, qui ſunt trans mare.

23 Et Dedan, & Thema, & Bus, & vniuerſis qui attonſi ſunt in comam.

24 Et cunctis Regibus Arabiæ, & cunctis Regibus Occidentis, qui habitant in deſerto.

25 Et cunctis Regibus Zambri, & cunctis Regibus Elam, & cunctis Regibus Medorum.

26 Cunctis quoque Regibus Aquilonis de prope & de longe, vnicuique contra fratrem ſuum: & omnibus regnis terræ, quæ ſuper faciem eius ſunt: & Rex Seſach bibet poſt eos.

27 Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael: Bibite, & inebriamini, & vomite, & cadite, neque ſurgatis à facie gladij quem ego mittam inter vos.

28 Cúmque noluerint accipere calicem de manu tua vt bibant, dices ad eos: Hæc dicit Dominus exercituum: Bibentes bibetis.

29 Quia ecce in ciuitate, in qua inuocatum eſt nomen meum, ego incipiam affligere, & vos quaſi innocentes & immunes eritis, non eritis immunes: gladium enim ego voco ſuper omnes habitatores terræ, dicit Dominus exercituum.

C

TEXTVS SEPTVAGINTA.

15 *SIc dixit Dominus Deus Iſrael. Sume calicem vini meri huius de manu mea, & potare facies omnes gentes, ad quas ego mitto te ad eos.*

16 *Et bibent, & euoment, & inſanient à facie gladij, quem ego mitto inter eos.*

17 *Et accepi calicem de manu Domini, & propinaui gentibus, ad quas miſit me Dominus ad eas.*

18 *Ieruſalem & ciuitatibus Iuda, & Regibus Iuda, & principibus eius, ad ponendum eas in deſolationem, & in inuium, & in ſibilum.* D

19 *Et Pharaoni Regi Ægypti, & pueris eius, & principibus eius, & omni populo eius.*

20 *Et omnibus miſtitiis, & omnibus Regibus Allophylorum, & Aſcaloni, & Gazæ, & Accaron, & reliquiis Azoti.*

21 *Et Idumææ, & Moabitidi, & filiis Ammon.*

22 *Et Regibus Tyri, & Regibus Sidonis, & Regibus, qui trans mare.*

23 *Et Dedan, & Theman, & Rhos, & omni circuntonſo ſecundùm faciem ſuam, & omnibus miſtitiis habitantibus in deſerto.* E

24 *Et omnibus Regibus Ælam, & omnibus Regibus Perſarum.*

26 *Et omnibus Regibus à Subſolano, qui longè, & qui prope, vnicuique aduerſus proximum ſuum, & omnibus regnis, quæ ſuper faciem terræ.*

27 *Et dices eis: Sic dixit Dominus omnipotens. Bibite, inebriamini, & vometis, & cadetis: & non reſurgatis à facie gladij, quem ego mitto inter vos.*

28 *Et erit, cùm noluerint accipere calicem de manu tua, vt bibant, & dices: Sic dixit Dominus: Bibentes bibetis.* F

29 *Quia in ciuitate, in qua nominatum eſt nomen meum ſuper eam, ego incipio affligere: & vos munditiâ non mundabimini: Gladium enim ego voco ſuper omnes ſedentes ſuper terram.*

PARA

PARAPHRASIS CHALDAICA.

15 *Quia sic dixit mihi Dominus Deus Israel: Recipe calicem vini maledictionis huius à facie mea, & propinabis eum cunctis populis inter quos ego mitto te.*

16 *Et bibent, & insanient, & conturbabuntur à facie eorum qui occidunt gladio, quos ego mitto inter eos.*

17 *Et suscepi calicem à facie Domini, & potum dedi omnibus populis, ad quos misit me Dominus.*

18 *Ierusalem, & ciuitatibus domus Iuda, & Regibus eius, & principibus eius, ad redigendos eos in desolationem, & in vastitatem, & in stuporem, & in maledictionem, sicut hodie.*

19 *Pharaoni Regi Ægypti, & seruis eius, & principibus eius, & omni populo eius.*

20 *Et omnibus Regibus finitimis, & omnibus Regibus terræ Huts, & omnibus Regibus terræ Philisthinorum, & Ascaloni, Gazæ, & Acharoni, & reliquiis Azoti.*

21 *Idumæa, & Moab, & filiis Ammon.*

22 *Et omnibus Regibus Tyri, & omnibus Regibus Sidonis, & omnibus Regibus Insularum qui sunt trans mare.*

23 *Dedan, & Theman, & Buz, & omnibus circundantibus angulum.*

24 *Et cunctis Regibus Arabiæ, & omnibus Regibus Arabum qui habitant in tentoriis in deserto.*

25 *Et cunctis Regibus Zamri, & cunctis Regibus Elam, & cunctis Regibus Medorum.*

26 *Et cunctis Regibus Aquilonis, qui propinqui sunt, & qui remoti sunt, quisque à fratre suo; & cunctis Regibus populorum qui sunt super faciem terræ. Et Rex Babylonis bibet post eos.*

27 *Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel; Bibite & inebriamini, & conturbamini, & cadite, & non surgatis à facie eorum qui occidunt gladio, quos ego mitto inter vos.*

28 *Et erit, si noluerint accipere calicem de manu tua, ad bibendum: hæc dices eis; Hæc dicit Dominus exercituum: Bibendo bibetis.*

29 *Quia ecce in ciuitate super quam inuocatum est nomen meum, ego incipio affligere: & vos putatis prorsus esse immunes? Non eritis immunes: quia eos qui occidunt gladio ego voco super omnes habitatores terræ, dicit Dominus exercituum.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

16 Hieronym. *Calicis meri propinatio indicium furoris Domini.*

Hieronymus. (*Quia sic, &c.*) *Sume, &c.*) Propinatio calicis, & calicis meri, siue nō mixti, quæ Græcè dicitur ἀκράτου, dominici furoris indicium est, vt omnes gentes quæ contra Dei populum militarunt, bibant de calice furoris Domini, de quo scribit Isaias contra Ierusalem:[a] *Scyphum furoris, calicem ruinæ ebibisti, & euacuasti, propterea consurge.* Iste autem calix idcirco bibitur à cunctis gentibus, vt vomant & insaniant. Quod quidem prauus interpres in bonam partem accipit: vt instar catharticæ potionis quicquid choleræ, & pituitæ, & noxij humoris in pectore est, foras exire compellat, & restituat pristinam sanitatem. Pro Ieremia quoque Saluatorem accipit: quòd ipse cunctis gentibus propinatit, ad quas & missus sit: vt abiectâ idololatriâ, Dei se cultui dedicarent. Quod contrarium esse Scripturæ Sanctæ, monstrabunt sequentia. Non enim pro remedio, vt ille vult, sed pro

a Isai. 51.17. Sec. Sept.

Origenis interpretandi rationem arguit Hieronymus.

A pœna meraco calice propinatur.

(*Ierusalem, &c.*) Putabam, inquit, quòd solis gentibus propinarem, & ideo me huic ministerio lætus obtuleram, sed inter cæteras gentes, imò ante cæteras propinaui Ierusalem, & ciuitatibus Iuda, & Regibus eius, & principibus, vt darem eos in stuporem, & in solitudinem, & in sibilum, & in maledictionem, sicut & præsenti probatur exemplo. Vnde dicit & supra:[b] *Seduxisti me Domine, & seductus sum, inualuisti, & potuisti.*

Fidelibus prius propinatur Dei furor antequam infidelibus.

b Iere. 20.7.

B (*Pharaoni Regi Ægypti & seruis eius, &c.*) Post Ierusalem bibit Pharao Rex Ægypti & socij eius: biberunt principes & vniuersus populus, cunctusque qui non quidem est Ægyptius, sed in eius regionibus commoratur: quos Sept. vertêre συμμίκτους, id est misticios: vulgus non Ægyptiæ regionis, sed peregrinum & aduentitium.

(*Et cunctis Regibus, &c.*) Quæ Hebraicè appellatur עוץ de qua & Iob fuisse narrat historia: Homo quidam erat in regione Ausitidi, nomine Iob. Et tamen sciendum hunc versiculum in Sep. non haberi: Theodotionémque pro Hus interpretatum esse insulam.

C (*Et cunctis Regibus terræ Philisthiim, &c.*) Generaliter posuit Philisthiim, hoc est, terram Palæstinorum: & specialiter vrbes eorum, Ascalonem, Gazam, Acharon, Azotum, solam tacuit Geth, quæ continetur in reliquiis. Hoc est enim quod scriptum est: *Et reliquiis Azoti:* vicina enim atque confinis est Azoto, quæ Hebraicè dicitur אשדוד *asedom*, Regio vrbis Geth. Palæstinos autem à Babyloniis captos atque vastatos, scribit Isaias.

17

(*Idumæa & Moab, & filiis Ammon, & cunctis Regibus, &c.* Idumæa, in qua sunt montes Seir, &
D quæ Hebraicè appellatur אדום *edom*, Moab, & Ammon: ipsi sunt filij Lot, proximi maris mortui. Tyrus & Sidon in Phœnices littore principes ciuitates, quæ & ipsæ Babylonio veniente superatæ sunt, quarum Carthago Colonia. Vnde & Pœni sermone corrupto quasi Phœni appellantur: quorum lingua, Hebrææ linguæ magna ex parte confinis est.

Pœni quasi Phœni, quia Phœnicia populi.

(*Et Regibus insularum, &c.*) Trans Cyprum & Rhodum, & insulas, quæ appellantur κύκλαδες, & hæ enim à Babyloniis occupatæ sunt.

Cyclades insularum nomine significata.

(*Et Dedan, & Theman, &c.*) Hæ gentes in solitudine sunt, vicinæ & mixtæ regionibus Ismaeli-
E tarum, quos nunc Sarracenos vocant, & de quibus dicitur: *qui attonsi sunt in comam.*

(*Et cunctis Regibus Arabiæ.*) Hoc in Sept. non habetur. Post Dedan igitur & Theman; & Buz, & Ismaelitas, regionum ordinem sequitur.

(*Et cunctis Regibus.*) Hoc quoque in Sept. non habetur.

(*Et cunctis Regibus Elam, cunctisque Regibus Medorum, &c.*) Ex eo quòd Zamri sequitur Elam, Regesque Medorum: arbitramur & Zamri regionem esse Persidis, nisi fortè ex eo quòd præ-
F cessit Arabia, & hi Reges solitudinis accipiendi sunt. Ælam autem Regio Persidis trans Babylonem. Vnde & Elamitæ. Medi quoque, atque Persæ, à quibus capta & destructa est Babylon. Et ipsi enim meracum calicem Alexandro Rege Macedonum propinante potarunt.

Zambri Regio Persidis.

Ælam Regio Persidis trans Babylonem.

(*Et cunctis, &c.* Quia Persidis, & Babylonis, Ælam atque Medorum enumerauerat regiones: nunc generaliter ponit omnes Reges Aquilonis, qui prope sunt, & qui longè. Pro Aquilone, qui Hebraicè dicitur צפון *tzaphon*, Sept. vertêre

ἀπη

ἀφηλιώτην, quem nos Subsolanum possumus dicere.

(*Vnicuique contra*, &c.) Ne cunctas Orientalis prouinciæ regiones enumerare per partes longum fieret, generaliter posuit omnia regna terræ, quæ memorantur in terra. Quod autem dixit contra fratrem suum, subauditur: dedi meracam potionem: vt omnes furerent, vomerent, insanirent, & mutuis inter se præliis dimicarent. Quodque intulit,

18

Babylon quâ ratione appellata sit Sesach.

(*Et Rex Sesach*, &c. *Et*, in Sept. non habetur: hunc habet sensum: Omnes, inquit, in circuitu nationes Babylonio imperio subiacebunt, & cuncta suæ subiiciet potestati, ita vt vniuersæ, quas præteritus sermo narrauit, gentes, ipsi seruiant, & bibant de calice eius. Vnde & in visione contra Babylonem scribitur: [a] *Calix aureus Babylon, inebrians omnem terram.* Nouissimus autem Rex Babylonis bibet hanc potionem, propinante sibi ascensore bigæ, Cameli, & Asini Cyro Rege Medorum, atque Persarum. Quomodo autem Babylon quæ Hebraicè dicitur בבל *babel*, intelligitur ששך *sciesciak*, non magnopere laborabit, qui Hebrææ linguæ paruam saltem habuerit scientiam. Sicut apud nos Græcum Alphabetum vsque ad nouissimam literam per ordinem legitur hoc est α, β, & cætera vsque ad ω, rursumque propter memoriam paruulorum solemus lectionis ordinem vertere, & primis extrema miscere, vt dicamus α, ω, β, ψ: sic & apud Hebræos primum est א *aleph*, secundum ב *beth*, tertium ג *gimel*, vsque ad vigesimam secundam, & extremam literam ת *thau*, cui penultima est ש *sein*, legimus itaque אתבש .... Cúmque venerimus ad medium ל *lamed*, literæ occurrit כ *caph*, & vt si rectè legatur, legimus Babel, ita ordine commutato, legimus Sesach. Vocales autem literæ inter ב *beth*, & כ *caph*, & ל *lamed*, iuxta idioma linguæ Hebrææ in hoc nomine non ponuntur. Arbitrorque à sancto Propheta prudenter fuisse cælatum, ne apertè eorum contra se insaniam commoueret, qui obsidebant Ierusalem, & iam iamque eius potituri erant. Quod & Apostolum contra Imperium Romanum fecisse legimus, scribentem de Antichristo: [b] *Non meministis quòd cùm apud vos essem, adhuc hæc dicebam vobis? Et nunc quid detineat scitis: vt reueletur in suo tempore*, subauditur Antichristus. *Iam enim mysterium iniquitatis operatur: tantùm qui tenet modò, teneat, donec de medio fiat, & tunc reuelabitur ille iniquus: quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illuminatione aduentus sui.* Eum qui tenet, Romanum imperium ostendit. Nisi enim hoc destructum fuerit, sublatumque de medio, iuxta prophetiam Danielis, [c] Antichristus ante non veniet. Quod si apertè dicere voluisset, stultè persecutiones aduersùm Christianos, & tunc nascentem Ecclesiam, rabiem concitasset. Langius quàm commentariorum breuitas patitur, de hoc capitulo diximus: quod Græci forsitan, Latinique fastidient, quia in suis codicibus non habetur. Sed quid proderit, cùm in consequentibus hic ipse Propheta dicat: [d] *Quomodo capta est Sesach, & comprehensa est inclyta vniuersæ terræ? quomodo facta est in stuporem Babylon inter gentes?*

Calice peccatorum Diabolus inebriat omnes Gentes.

Allegorici interpretes istum omnem locum ad cunctas referunt nationes, quas inebriauerit diabolus calice peccatorum meracissimo. Et nouissimum etiam ipsum bibiturum supplicia, atque cruciatus: de quo scribit Apostolus: [e] *Quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui.* Et in alio loco dicit. [f] *Nouissimus autem inimicus destruetur mors.* Quod magnarum virium est, posse diuersarum vocabula nationum transferre sub etymologiis suis, & singula vitia, singulis nominibus coaptare.

a Iere. 51. 7. — b 2. Thessal. 2. 6. — c Dan. 7. 11. — d Ier. 51. 41. — e 2. Thess. 2. 8. — f 1. Cor. 15. 26.

19

(*Et dices*, &c.) Postquam, inquit, cunctis gentibus propinaueris, & impleueris præceptum Domini, rursum hæc verbis Domini imperabis, & dices: *Bibite, & inebriamini, & vomite, & cadite, & nolite consurgere.* Si bibere, & inebriari, vomere, & cadere salutis indicium est, vt instar cathartica potionis noxia quæque pellantur: quomodo sequitur, & nolite consurgere? Quæ sit autem potio quæ eos cadere faciat in æternum, ponit manifestiùs, id est, *à facie gladij, quem ego mittam inter vos.*

(*Cùmque noluerint accipere*, &c.) Latenter ostendit præceptum Dei, qui voluntate facere noluerint, suscepturos necessitate, & audituros, *Bibentes bibetis.* Velitis, inquit, nolitis, Dei sententia complenda est. Si enim ciuitas Ierusalem, in qua notum fuit nomen Dei, dicente Prophetâ, [g] *Notus in Iudæa Deus: in Israel nomen magnum eius:* bibit meracum calicem furoris: quantò magis vos non eritis mundi, qui pro Dei nomine idola colitis?

(*Gladium enim ego voco*, &c.) Ista est potio meracissima: iste calix furoris Domini, qui non super solam Ierusalem, sed super omnem vocatur terram, & cunctas in circuitu nationes. De quo supra dixerat: *Et mittam ad Nabuchodonosor Regem Babylonis, seruum meum, & adducam eum super terram istam, & super habitatores eius, & super omnes nationes quæ in circuitu illius sunt.*

20

Theodorit.

Theodoritus. Præcipitur Ieremiæ vt accipiat calicem vini meri de manu Domini, &c. Calicem vini meri vocat istam vltionem. Sic & diuinus Dauid dixit, [h] *Quia calix in manu Domini, vini meri plenus mixto.* Per hæc verba, *potabunt, & euoment*, satietatem significat: per hanc dictionem, *insanient*, acerbitatem vltionis sub-obscurè designat. Post hæc refert Propheta, quomodo potum præbuerit Ierusalem, & ciuitatibus illi subditis, cum Regibus & magistratibus, & docet, quæ significentur per calicem. (*Vt ponat eas in desertum & inuium, in exsibilationem, & in maledictionem, hodiernâ die.*) Hoc est, hoc tempore. Et appellans inuium, solitudinem innuit: per exsibilationem verò, declarat spectantium stuporem. Cùm enim res in deteriùs mutari videmus, sibilare solemus. His consequens est maledictio. Consueuerunt enim quidam dicere, Hæc patiaris, quæ passus est ille.

Pœnarum satietas significata per vomitum.

Vltionis diuinæ acerbitas insaniendi verbo significata.

21

Addit etiam, se propinasse Pharaoni Regi Ægyptiorum, principibus ac subditis eius: & vltra indigenas etiam aduenis, illos enim permixtos vocat. His, sub-obscurè dicit, etiam Iudæos qui aufugerint, in eadem mala delapsuros. Refert etiam se propinasse Regibus Chaldæorum, toti Arabiæ, cunctisque Regibus regionis Hus. Ita vocauit Idumæam, quod & ipse Propheta clariùs docet in sequentibus. Ait enim. (*Propinauit etiam Regibus alienigenarum, Moabitis, Ammonitis, Tyriis, Sidoniis, Dedan, & Theman.*) Quæ sunt ciuitates Arabiæ, vt ostendimus in interpretationibus aliorum Prophetarum. (*Buz item Persica genti, & omni populo, qui est circuntonso capite.*) Sarracenos dicit. (*Et omnibus Regibus Arabiæ, nec-non cunctis Regibus permixtis, habitantibus in eremo: ac vniuersis Regibus Zambri.*) Apud Hebræum & Syrum inuenimus Zamram, hic erat Cethuræ filius.

g Psal. 75. 1. — h Psal. 74. 9.

Et

Et hi quoque desertum incolebant. Omnibus Regibus Ælam. Et hi sunt gens Persica. (*Cunctis Regibus Medorum, ac Persarum. Regibus etiam omnibus Subsolani, tam propinquis, quam remotis. Et vnicuique contra fratrem suum.*) Id est, vt se mutuis pœnis impietatis afficiant. (*Cunctis regnis terræ, quæ sunt super faciem terræ. Et Rex Sesach bibet postremus eorum.*) Regem Babylonis ita appellatum arbitror. Huius enim opera & prædicti biberunt, & paulò post, hunc postremò bibere indicat, quia post pœnas per hunc aliis inflictas, ipse pœnas dedit. Post hæc minatur bibere nolentibus, vel inuitos potaturos. (*Incipiam enim à ciuitate, ait, in qua nominatum est nomen meum super illam:* ab ipsa incipio affligere. *Et vos purgatione purgabimini: & non eritis purgati.* Segregatam, inquit, dedi ciuitatem, & vos effugietis supplicium? Non potest hoc fieri.

22 D. Thomas.

D. Thomas. Hîc ponitur prædictæ comminationis reuelatio sub imaginaria visione. Et primò ponit visionem, secundò exponit ibi. (*Et tu prophetabis, &c.*) Circa primum duo, primùm mittit eum ad propinandum, secundò inuitantur illi quibus propinabatur ad bibendum, &c. (*Et dices ad eos, &c.*) Circa primum duo, primò Dominus porrigit poculum, secundùm quod sibi videbatur visione imaginariâ. (*Sume calicem vini.*) Videbatur sibi quod Dominus extensâ manu calicem sibi porrigeret: per vinum significatur diuina indignatio: per calicem potestas tyrannorum: per quos hæc indignatio in gentes diffundenda erat (*propinabis*) non quasi pœnam infligens: scilicet quasi denuntians. Psalmus. [a] *Calix in manu Domini vini meri plenus misto.* infra 51. [b] *Calix aureus Babylon in manu Domini inebrians omnem terram: de vino eius biberunt gentes: & ideo commota sunt*, secundò ponit potationis effectum. (*Et bibent*) sustinendo afflictionem, (*turbabuntur*) interiùs timore & dolore (*insanient*) exterius ad inuicem pugnando more ebrij. Isai. 24. [c] *Amara erit potio bibẽtibus illam*, tertiò Propheta exequitur iniunctum officium. (*Et accepi.*) Et primò propinat Iudæis (*Ierusalem*) Ezech. 9. [d] *A sanctuario meo incipite.* 1. Pet. 4. [e] *Tempus est vt iudicium incipiat à domo Dei*, secundò amicis aduenticiis, incipiens ab Ægyptiis, de quibus confidebant. (*Pharaoni Ausitidis*) qui alio nomine dicitur terra Hus in confinio Idumææ, & Arabiæ. (*Et reliquis*) Hoc dicit per Geth, quæ est quinta ciuitas Philisthinorum. (*Et omnibus regnis*) Isai. 14. [f] *Hoc est consilium quod cogitaui super omnem terram: & hæc est manus extenta super vniuersas gentes*, tertiò impiis Babyloniis (*Et Rex Sesach*) id est, Babyloniæ, quæ Hebraicè dicitur Babel.

Calicem porrigens Dominus visus Ieremiæ.

Calice significata potestas tyrannorum.

a Psal. 74. 9.
b Iere. 51. 7.
c Isai. 24. 9.
d Ezech. 9. 6.
e 1. Petr. 4. 17.
f Isai. 14. 26.

23 *Diuitias malè partas euomunt impij.*

(*Et dices ad eos, &c.*) Hîc inuitantur ad bibendum. Et circa hoc tria: primò ponitur inuitatio (*bibite*) sustinendo pœnas (*inebriamini*) præ abundantia quasi amittentes rationis vsum: vt nesciatis quid faciatis. (*Vomite,*) diuitias amittite, (*cadite*) in mortem & captiuitatem. Et loquitur ad similitudinem ebrij. Iob. 20. [g] *Diuitias quas deuorauit euomet: & de ventre illius extrahet eas Deus.* Isai. 29. [h] *Obstupescite & admiramini, fluctuate & vacillate: inebriamini, & non à vino, mouemini, & non in ebrietate*, &c. Secundò ponitur coactio (*cùmque noluerint, bibentes bibetis*) id est velitis nolitis. Apoc. 14. [i] *Si quis adorauerit bestiam, & imaginem eius, & acceperit characterem in fronte sua, aut in manu sua: hic bibet de vino iræ Dei: quod mistum est mero in calice iræ ipsius*, tertiò assignatur coactionis ratio, primò ex exemplo (*quia ecce in ciuitate*) scil. Ierusalem 1. Petr. 4. [k] *Si autem primum à nobis, quis finis eorum qui non credunt Dei Euangelio?* infra 49. [l] *Ecce quibus non erat iudicium vt biberent calicem bibentes bibent: & tu quasi innocens relinquêris? Non eris innocens: sed bibens bibes.* Secundò ex dominio dicto (*gladium*) qui est idem quod potio. Ezech. 21. [m] *Eiiciam gladium meum de vagina sua: & occidam in te iustum & impium.*

g Iob. 20. 15.
h Isai. 29. 9.
i Apoc. 14. 9.
k 1. Pet. 4. 17.
l Iere. 49. 12.
m Ezech. 21. 3.

24 Origenes. *Calice furoris sui curat sæpè Deus peccatores, instar medicorũ amarâ potione curantium ægrotos.*

Circa id quod dicitur de calice Domini Origenes eum affert sensum quem reprobasse vidimus Hieronymum; libro enim 2. περὶ ἀρχῶν cap. 11. hæc habet. Vt intelligamus, quia eâ ratione, quâ Medici adiutoria languentibus adhibent, vt per curas reparent sanitatem; etiam Deus agit circa eos, qui lapsi sunt, & deciderunt in iudicio, est & illud, quod per Ieremiam iubetur, *calix Dei propinari omnibus gentibus, vt bibant, & insaniant, & euomant.* In quo comminatur dicens, *Si quis noluerit bibere, non mundabitur.* Ex quo vtique intelligitur, quòd furor vindictæ Dei ad purgationem proficiet animarum.

Origenes. Ierem. 25.

Fusiúsque idem Origenes Tractat. 35. in Matthæum. De quo calice dicit Ieremias: Dixit Dominus Deus Israel ad me. *Accipe calicem vini meri huius de manu mea, & potabis omnes gentes ad quas ego mitto te, & bibent, & euoment, & insanire desistent à facie gladij quem ego mitto in medio eorum:* Qui ergo audiunt Dominum, & viuunt secundùm verbum eius, & sunt emundati per fidem ipsius, iam non opus habent illâ mundatione quæ fit per calicem illum iræ. Sicuti enim, [n] *qui loti sunt, non opus habent lauari, quia sunt mundi.* Quia Christi discipuli sunt: sic qui non sunt mundi, necessarium habent calicem illum, Domino eos hortante: *Bibite, & inebriamini, & euomite.* Audi enim quomodo loquitur Ieremias, magis autem Deus in Ieremia exhortans eos qui necessarium habent calicem illum, talem: quoniam voluntariè debent eum bibere, qui necessariam habent talem mundationem. Quoniam autem exhortans ad bibendum hæc dicit Deus, considera quod dicit inferiùs. *Et erit*, inquit, *cùm noluerint suscipere calicem de manu tua ad bibendum, dices eis: Hæc dicit Dominus virtutum: Bibentes bibetis, quoniam in ciuitate super quam inuocatum est nomen meum, super ipsam incipiam ego inducere mala, & vos mundatione mundabimini.*

Calicis iræ Dei purgatione non egent iusti.

n Ioan. 13. 10.

Peccatores indigent purgatione calicis iræ Dei.

Calix iræ Dei voluntariè sumendus peccatori, vt per illum purgetur.

Ibid.

25 Ambrof. *Iræ, ac misericordiæ Dei insignes differentia.*

Ambrosius in Psalmum 37. non longè à principio, Deus cùm irascitur in reum, differt: cùm miseretur, properat, vt absoluat: terret, vt corrigat: admonet, vt emendet: præuenit, vt ignoscat. [o] *Calix in manu eius vini meri plenus mixto: verumtamen fæx eius non est exinanita.* Ad terrendum plenus est calix, ad feriendum non est exinanitus. Vt scias autem quia calix pœna vel gladius est, audi dicentem: *Accipe calicem vini meri huius de manu, & potionabis omnes gentes, ad quas ego mittam te, & voment, & insanient à facie gladij.*

o Psal. 74. 9.

Calix iræ Dei plenus ad terrendum, idem tamen ad feriendum non exinanitus.

Calix in Scriptura vsurpatus pro pœna, & pro gladio.

Ambrof. *Ebrietatẽ comitatur inter alia cruditas, & vomitus.*

Idem verò Ambrosius lib. de Elia & Ieiunio cap. 16. post recensitas multas detestandas ebriorum proprietates, hæc addit. Hinc phrenesis periculosa, hinc calculi grauis pœna, hinc exitialis cruditas, hinc vomitus frequens semesas epulas cùm internorum viscerum cruore fundentium. Mentior nisi eadem Dominus per Ieremiam locutus est dicens: *Bibite & inebriamini, & vomite, & cadetis, & non consurgetis.* Hinc etiam vanæ imagines, incerti visus, instabilis gressus, vmbras sæpe transiliunt sicut foueas. Nutat his cùm facie terræ, subitò erigi & inclinari videtur, & quasi vertatur, timentes in faciem ruunt, & solùm

Ierem. 25.

Ebrietatem quanta sequatur vertigo.

solum manibus appræhendunt, aut concurrentibus montibus sibi videantur includi.

26 Hieronym. *Propheta libentius prospera, quàm aduersa populo suo nunciabant.* a Isai. 58. 2. b Iere. 25. c Iere. 20. 7.

Hieronymus in cap. 6. Isaiæ. Dicente inquit ad Isaiam voce Domini,[a] *Clama*, non statim clamauit, sed interrogat, *Quid clamabo?*[b] Et Ieremias, cui dictum fuerat: *Accipe calicem, & potionabis omnes gentes, ad quas ego mittam te*, libenter accipiens suppliciorum calicem, vt aduersariis gentibus propinaret, biberentque, & vomerent, & caderent: postquam audiuit,[c] *vade, & primum propinabis Ierusalem*: Respondit: *Decepisti me Domine, & deceptus sum.*

Hieron. d Isai. 51. 17. *Calice furoris Dei potato quomodo vni ipsi animæ dicitur vt surgat, & quòd non possit surgere.*

Idemque Hieronymus in cap. 51. item Isaiæ,[d] ea exponens verba, *eleuare, eleuare, consurge Ierusalem, quæ bibisti de manu Domini calicem iræ eius*, &c. Allato hoc Ieremiæ loco. Et notandum quòd calix iste furoris Domini gladius eius sit, qui in medio mittitur peccatorum. In quo quæstio nascitur, quo modo post potum, ebrietatem, vomitumque & ruinam, in Ieremia dicatur, Ierusalem non posse consurgere, & nunc per Isaiam loquatur ad eam, *Eleuare, eleuare, consurge Ierusalem.* Quæ ita soluitur: Quamdiu quis bibit calicem, & inebriatur, & insanit, vomitque & corruit, non eum posse consurgere, nec dum enim epotauit calicem Domini nec peruenit ad fæces, vt eum vsque ad fundum biberit. Nunc autem ad Ierusalem de præterito dicit tempore, *quæ bibisti de manu Domini calicem furoris eius*, & non quæ bibis.

A

Quod autem in Hieronymo miror, eodem loco super Isaiam & super c. 23. Ezech. illum ipsum istorum affert Origenis sensum, quem reprobasse vidimus in Comment. super Ierem. Ait quippe, Et ad Ieremiam loquitur Deus, Accipe calicem vini meri de manu mea: & potabis omnes gentes, ad quas ego mittam te: & bibent & voment & insanient. Sicut enim quædam dantur cathartica, vt noxius humor qui inest corporibus egeratur: sic & Dominus dat calicem tormentorum meracissimum: vt quidquid fellis amaritudinisque est, auferat à peccatoribus, & pristinæ eos restituat sanitati.

27 *Purgat sæpe Deus peccatores potione calice furoris sui, sanitati sic eum restituens.*

B

Isid. Pelusio. *Calix iudicij Dei ex se purus temperatur iuxta scelerum cuiusque qualitatem & quantitatē.* e Psal. 74. 9.

Isidorus Pelusiota lib. 2. Epistolarum epistolâ 172. Purum quidem, vt opinor, Dei iudicium est: temperatur autem iuxta scelerum qualitatem & quantitatem. Huc enim maximè spectat quòd à Psalmista dictum est,[e] *Calix in manu Domini vini meri plenus mixto: bibent ex eo omnes peccatores terræ.* Quòd autem hoc loco calix de pœna intelligendus sit, nemini dubium est: quemadmodum etiam apud Ieremiam dictum est, *Accipe calicem iræ, & pota omnes Gentes, ac primam Ierusalem:* Nam quòd quidam de mystico populo Psalmistam vaticinatum esse asserunt, eorum opinionem & Iudæi, & Gentiles, cœterique omnes, qui huius expertes sunt, refutant. Atque etiam eos maximè Psalmista ipsemet refellit: vt qui ante hæc verba dixerit, *Deus iudex est, hunc humiliat & hunc exaltat.*

C

CATENA GRÆCA VETERVM
PATRVM GRÆCORVM.

Οὕτως εἶπε κύριος.

Ὀλυμπιοδώρου.] τὸ ποτήριον ἐπὶ ἐκδικήσεως κεῖται.

[Οὕτως εἶπε.]

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] ὁ ἄκρατος οἶνος τοῦ ποτηρίου τὴν ἄκρατον δηλοῖ τιμωρίαν. οὐ γὰρ πλῆρες ὑπῆρχε κεράσματος. οὐδὲ ἔκλινεν ἐκ τούτου εἰς τοῦτο, ἐκ τοῦ ἀποτόμου πρὸς τὸ ἐνδόσιμον. δεινὰ γὰρ τῶν ἐθνῶν τούτων μετὰ ἀσεβείας τὰ πεπλημμελημένα. ἡ δὲ κρίσις ἀνίλεως τῷ μὴ ποιήσαντι ἔλεος. ἐξ ἐμοῦ δὲ τὸ ποτήριον τὴν σωτηρίαν μὴ προσιέμενοι, ἢ πιεῖν οὐκ ἐθέλοντες, ὀργὴν κυρίου || ὑποίσω, ὅτι ἥμαρτον αὐτῷ. τοιγαροῦν ἐκμανήσονται πρὸς τὴν ἔφοδον τοῦ Ἀσσυρίου, τοῦ πολέμου κρατήσειν οἰόμενοι, καὶ τὸν τῶν προφητῶν θεὸν ἀπελέγχειν ψευδόμενον.

|| ὑποίσουσι.

[Καὶ ποτιεῖς πάντα.]

Ποτίζει δὲ ὁ προφήτης τὰ ἔθνη, τὴν τελείαν αὐτοῖς προφητεύων ἀπώλειαν. ἀλλ᾽ ἀπιστήσαντες, ἐξήμεσαν τὰ λεγόμενα. ἄρχεται δὲ τοῦ καταλόγου τῶν ἐθνῶν ἀπὸ τῆς ἱερουσαλήμ. ὡς γὰρ ἔφησεν ἐν ἰεζεκιήλ. ἀπὸ τῶν ἁγίων μου ἄρξασθε. καὶ ὁ μέγας δὲ πέτρος φησίν. ὅτι ὁ καιρὸς τοῦ ἄρξασθαι τὸ κρίμα ἀπὸ τοῦ οἴκου τοῦ θεοῦ.

[Καὶ ἐπότισα.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἀντὶ τοῦ πληροφορίαν ἐδεξάμην, ὅτι πάντως ἔσται αὐτοῖς ἡ τιμωρία.

[Καὶ τὸν Φαραώ.]

Βίκτορος.] μετὰ δὲ τὴν κατὰ τῆς ἰουδαίας ἀπό-

D

SIC dixit Dominus, &c. *Sume calicem, &c.)*

28 Olympiod. *Calix pro vltione.* Incertus. *Vino mero designata punitio seuerissima.* *Vino mero mixto designata punitio rigida in remissam declinans.* f Psal. 74. 9. g Iaco. 2. 13. *Disciplinam salutarem renuentes sustinere coguntur Dei furorem. Fidelibus, & Religiosis præ uis prænunciatur Dei furor antequàm infidelibus, & sæcularibus improbis.* h Ezec. 9. 6. i 1. Pet. 4. 17.

Olympiodori.] *Calix pro Vltione accipitur. (Sume calicem vini meri, &c.)*

Incerti.] *Vinum merum calicis, seuerissimam notat punitionem;*[f] *Nam mixto plenum non erat, neque inclinauit ex hoc in hoc: scilicet è rigida ad remissam pœnam: grauia quippe erant harum gentium cum impietate delicta.*[g] Iudicium porrò absque misericordia non facienti misericordiam? *A me autem calicem, salutem nempe non recipientes, vel bibere renuentes furorem Domini sustinebunt, quoniam deliquerunt in illum. Igitur ad Assyrij inuasionem insanient putantes se victoriâ potituros, Prophetarumque Deum ostensuros mentientem.* (*Et potare facies.*)

E

Potare verò facit Propheta gentes, extremam illis ruinam vaticinando, sed nullam fidem adhibentes, quæ dicebantur euomuêre. Incipit autē enumerare gentes ab Ierusalē: nam sicut dixerat apud Ezechielem,[h] à sanctis meis incipite, *& Magnus Petrus ait,*[i] tempus adesse quo iudicium incipiatur à domo Dei.

F

29 Olympiod. *Calicem de manu Domini acceptum propinat qui comminatas à Deo calamitates certò credit euenturas.* Victor.

Vers. 17. (*Et accepi calicem de manu Domini, & propinaui, &c.*)

Olympiodori.] *Hoc est certâ persuasione credidi fore illos omnino puniendos.*

Vers. 19. (*Et Pharaoni.*)

Victoris.] *Post latam in Iudæam sententiam,*

φασιν, τὴν κατ' αἰγυπτίων ἔξοδον. συμμάχους γὰρ ἰουδαῖοι κατὰ τῶν ἀσσυρίων τούτους ἕξειν ἐνόμιζον. ὅπερ ἀνόνητον δείκνυσι, τὴν εἰς θεὸν μόνην ἀσφαλεστάτην δεικνύων ἐλπίδα.

[καὶ πάντας τούς.]

Βίκτορος Πρεσβυτέρου.] συμμίκτους δὲ εἰπών, τοὺς μετοίκους αἰνίττεται, τοὺς εἰς αἴγυπτον ἰουδαίους καταφυγόντας αἱ πλείους δὲ τῶν πόλεων καὶ καθ' ἱστορίαν ταῦτα πεπόνθασιν, ἤγουν ἅπασαι. πλὴν ἔοικε καὶ τῆς ἐν αὐτῆς εἰδωλολατρείας προμηνύειν ἀφανισμόν. [καὶ τὴν ἀκάρρον.]

Βίκτορος Πρεσβυτέρου.] ἀκκάρων, κώμη μεγίστη τῶν ἰουδαίων, ἀναμέσον ἀζώτου, καὶ ἰαμνίας, ἐν τοῖς ἀνατολικοῖς. λέγει δὲ καὶ τὸ ἐπίλοιπον ἀζώτου. ἐπειδὴ κατὰ τοὺς χρόνους Ησαίου τοῦ προφήτου ἥλω. ὑπὸ τῶν ἀσσυρίων, ὅτε ὀρνὰ ὁ τούτων βασιλεὺς ἀπέστειλε ταραθὰν, καὶ εἶχεν αὐτὴν, μεγίστη οὖσαν ὥς φησιν Ησαίας, καὶ πολλὰ τῶν παραλίων μερῶν. κατ' ἐκείνων γὰρ πρῶτον ἐχώρησεν. ἰδουμαῖοι δὲ ἐξ Ἐδὼμ, ἤγουν Ησαῦ τυγχάνοντες, ἄραβες, μωαβῖται, υἱοὶ ἀμμὼν, οἱ ἀρεοπολῖται, οἱ τὸ ἰορδάνου πέραν οἰκοῦντες, ἥτις καλεῖται νῦν φιλαδέλφεια. τὸ δὲ πέραν τῆς θαλάσσης οἱ λοιποὶ τῶν ἑρμηνευτῶν, τῆς νήσου, ἐξέδωκεν ἴσως κυπρίους σημαίνοντες. δαιδὰν δὲ ἐν τῇ ἰδουμαίᾳ ἐστὶ παρακειμένη τῇ φαινῷ, ὡς ἀπὸ σημείων τεσσάρων πρὸς βορρᾶν. καὶ ἡ θαιμὰν δὲ πόλις τῆς ἰδουμαίας, || ἀπὸ τῶν υἱῶν Ησαῦ ἐπονομασθεῖσα. ἡ δὲ βὸζ ἐν γῇ Κηδὰρ, τῶν σαρρακηνῶν πόλις. διὸ ἐπάγει. καὶ πάντα περικεκαρμένον πρόσωπον. ἕτεροι δὲ περσικὴν αὐτὴν λέγουσιν. αἰλὰμ δὲ, ἡ καλουμένη αἰλὰθ, πρὸς τῇ ἐρυθρᾷ κειμένη θαλάττῃ, ὁμώνυμος τῆς ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἔνθα ἦσαν πηγαὶ δώδεκα, καὶ ἑβδομήκοντα στελέχη φοινίκων. [καὶ πάντα πε.]

|| ἀπὸ.

Ὀλυμπιοδώρου.] τουτέστι, τοὺς μόρφωσιν εὐσεβείας ἔχοντας, τοῖς δὲ οἰκείοις θελήμασι πορευομένους. [καὶ πάντας.]

Ὀλυμπιοδώρου.] μετὰ τὴν ἱστορίαν, τοὺς μὴ οἰκείους τῆς πίστεως νόει.

[καὶ ἔσται ὅταν.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐπειδὴ εἰσί τινες μὴ εὐχαρίστως δεχόμενοι τὴν θείαν παιδείαν.

[ὅτι ἐν πόλει.]

Ὀλυμπιοδώρου.] τὴν πόλιν φησὶν, ἐφ' ἣν ὀνομάσθη τὸ ὄνομά μου, ἁμαρτάνουσαν τιμωροῦμαι: πόσω μᾶλλον τοὺς μὴ εἰδότας με;

latam in Aegyptios apposuit. Iudaei namque illos praesto sibi fore aduersus Assyrios opinabantur. Quod frustra futurum ostendit, solam quae in Deum figitur, spem esse tutissimam ostendens.

Fiducia in humanâ opē vana, tutissima ea sola quae in Deū.

Vers. 20. (*Et omnibus permixtis.*)

Victor.

Victoris.] *Permixtos dicēs, inquilinos innuit, Iudaeos videlicet, qui in Aegyptum confugerunt. Plurimae verò vrbes etiam, vt historia refert, haec passae sunt; omnes scilicet. Caeterùm videtur etiam Idololatriae, quae in illis erat euersionem praenuntiare.* (*Et Accaron.*)

Idololatria euersio in Aegypti ciuitatibus praenunciata.

Victor.

Victoris.] *Accaron vicus Iudaea nobilissimus est inter Azotum & Iamnian, ad Orientem: dicit verò*, & reliquiis Azoti, *quoniam tempore*[a] *Isaiae Prophetae capta est ab Assyriis, cum Orna eorum Rex Tarathā misit, eaque potitus est, cùm olim maxima esset, vt legitur in Isaia, multisque praeterea maritimis partibus; eas quippe primùm aggressus est. Idumaei autem sunt ab Edom, Esau scilicet, Arabes. Moabitae filij Ammon qui nunc Areopolitae dicuntur, trans Iordanem habitantes, quae nunc Philadelphia vocatur. Illud verò*(trans mare) *caeteri interpretes (*insulam*) reddiderunt; forsan Cyprios intelligentes. Dadan verò in Idumaea sita est Phaeno confinis, ferè ad signa quatuor ad Aquilonem & Thaemam Idumaea ciuitas à filiis Esau denominata. Boz autem in terra Cedar Saracenorū est ciuitas, ideo subiunxit*, & omne attonsâ facie. *Alij verò eam Persicam esse dicunt. Aelam vero, quae Ailath vocatur, ad mare rubrum iacens, eiusdem nominis cum ea*[b] *quae in deserto est, in qua erant fontes duodecim, & septuaginta Palmarum stipites.*

Azotus antiquitus vrbs nobilissima. a Isai. 20. 1.

Aelam dua. b Exo. 15. 27

Ex vers. 23. (*Et omni circuntonso secundùm faciem suam.*)

30

Olympiodori.] *Hoc est qui speciem prae se ferebant pietatis, sed propriis desideriis incedebant.*

Olympiod. Hypocrita appellati circumtonsi facie.

(*Et omnibus mistitiis habitantibus, &c.*)

Olympiodori.] *Post sensum historicum eos intellige, qui alieni sunt à fide.*

Olympiod.

Vers. 28. (*Et erit cùm noluerint accipere calicē.*)

Olympiodori.] *Non multi sunt, qui Dei correptionem non accipiunt cum gratiarum actione.*

Olympiod. Correptionem non recipiētes cum gratiarū actione, calicem de manu Domini sumere nolunt.

Vers. 29. (*Quia in ciuitate, in qua, &c.*)

Olympiodori.] *Ciuitatem, ait, in qua inuocatum est nomen meum, peccantem punio, quantò magis eos qui me non nouerunt?*

Olympiod. Infideles quā debēt timere Dei vindictam, dum illam intuētur fidelibus inflictam.

Capitis 25. à vers. 30. vsque ad finem Capitis.

TEXTVS VVLGATAE.

30 ET tu prophetabis ad eos omnia verba haec, & dices ad illos: Dominus de excelso rugiet, & de habitaculo sancto suo dabit vocem suam: rugiens rugiet super decorem suum: celeuma quasi calcantium concinetur aduersùs omnes habitatores terrae.

31 Peruenit sonitus vsque ad extrema terrae: quia iudicium Domino cum gentibus: iudicatur ipse cum omni carne, impios tradidi gladio, dicit Dominus.

32 Haec

TEXTVS SEPTVAGINTA.

30 *ET tu prophetabis ad eos verba haec, & dices Dominus de excelso responsum dabit: de sancto suo dabit vocem suam: verbum respondebit super locum suum, Illi autem, quasi vindemiantes respondebunt: & super habitatores terrae.*

31 *Venit interitus, Super partem terrae; quoniam iudicium Domino in gentibus: iudicatur ipse cum omni carne: impij autem dati sunt in gladium, dicit Dominus.*

32 Sic

32 Hæc dicit Dominus exercituum: Ecce afflictio egredietur de gente in gentem: & turbo magnus egredietur à summitatibus terræ.

33 Et erunt interfecti Domini in die illa à summo terræ vsque ad summum eius: non plangentur, & non colligentur, neque sepelientur: in sterquilinium super faciem terræ iacebunt.

34 Vlulate pastores, & clamate: & aspergite vos cinere optimates gregis: quia completi sunt dies vestri: vt interficiamini: & dissipationes vestræ, & cadetis quasi vasa pretiosa.

35 Et peribit fuga à pastoribus, & saluatio ab optimatibus gregis.

36 Vox clamoris pastorũ, & vlulatus optimatum gregis: quia vastauit Dominus pascua eorũ.

37 Et conticuerunt arua pacis à facie iræ furoris Domini.

38 Dereliquit quasi Leo vmbraculum suum, quia facta est terra eorum in desolationem à facie iræ columbæ, & à facie iræ furoris Domini.

A 32 *Sic dixit Dominus: Ecce mala veniunt de gente in gentem: & tempestas magna egreditur ab extremo terræ.*

33 *Et erunt vulnerati à Domino in die Domini, de parte terræ, & vsque ad partem terræ: non desodientur: in sterquilinia super faciem terræ erunt.*

34 *Vlulate pastores, & clamate, & plangite arietes ouium: quia completi sunt dies vestri ad interfectionem, & cadetis, quasi arietes electi.*

35 *Et peribit fuga à pastoribus, & salus ab arietibus ouium.*

B 36 *Vox clamoris pastorum, & vlulatus ouium, & arietum: quia vastauit Dominus pascua eorum.*

37 *Et cessabunt residua pacis à facie iræ furoris mei.*

38 *Dereliquit quasi Leo diuersorium suum, quia facta est terra eorum in inuium, à facie gladij magni.*

PARAPHRASIS CHALDAICA.

30 *TV autem prophetabis eis omnia verba hac, & dices eis: Dominus de excelso clamabit, & de habitaculo sancto suo attollet verbum suum: clamando clamabit vt veniant direptores super terram domus maiestatis suæ, sicut qui descendunt in torcular, qui tollunt vocem suam, sic veniet conturbatio omnibus habitatoribus terræ.*

31 *Peruenit tumultus vsque ad extrema terræ: quia iudicium coram Domino cum populis: retribuet ipse omni carni; impios qui in eis sunt; tradet morti, dicit Dominus.*

32 *Hæc dicit Dominus exercituum: Ecce malum egredietur de populo in populum, & populi multi venient apertè à finibus terræ.*

33 *Et erunt occisi à facie Domini in tempore illo à finibus terræ vsque ad extrema terræ: non plangentur, nec colligentur, nec sepelientur: in stercus dispersum super faciem terræ erunt.*

34 *Vlulate Reges, & clamate, & operite capita vestra cinere fortes in populo; quia impleti sunt dies vestri vt occidamini: & dispergemini, & cadetis qui satiati eratis delitiis quasi vasa desiderabilia.*

35 *Et peribit domus fugitiuorum à Regibus, & liberatio à fortibus populi.*

36 *Vox clamoris Regum, & vlulatio fortium populi: quia vastauit Dominus populos eorum.*

37 *Et desolabuntur habitacula pacifica eorum, à facie furoris iræ Domini.*

38 *Migrauit Rex ex arce sua; quia fuit terra eorum in desolationem à facie gladij inimici, qui inebriat sicut vinum, & à facie iræ furoris eius.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

31 Hieronym. *Furoris diuini indicium metaphorâ rugitus expressum.* a Amos. 3.8. *Templum Dei appellatũ nomine Decoris illius.*

HIeronymus. (*Et tu Prophetabis*, &c.) Primùm dicamus, vt se interpretationis veritas habet. Cunctis inquit, gentibus prophetabis, & dices: quòd Dominus de excelso rugiat, hoc est, det sui furoris indicium: iuxta illud quod scriptum est:[a] *Leo rugiet, & quis non timebit? Dominus loquutus est, & quis non prophetabit?* Et de habitaculo sancto suo dabit vocem suam, vt cunctos terreat audientes. Rugiet autem super decorem suum, hoc est, super templum. Cumque ille rugierit, instar calcantium in torcularibus celeuma cantabitur: & in effusione sanguinis mutui, carmen lugubre concinetur: quod Symmachus καταλαγμα, Aquila ἰαεμὸν, vocat. Cuius celeumatis, & carminis sonitus, vsque ad terræ extrema perueniet: quia iudicium Domini C cum gentibus. Si autem iudicium Domini cum gentibus est, sunt & gentium merita diuersa. Ad exponendum illum locum, vt quidam volunt:[b] *Qui non credit, iam iudicatus est.* Iudicatus quidem est in eo, quod non credidit, sed ipsi, qui non credunt inter se, diuersis afficientur suppliciis. Iudicatur ipse cum omni carne, vt nullus iniudicatus abeat. Impios autem, hoc est, qui Domino non credunt, tradit gladio sempiterno. Allegorici interpretes iuxta Sept. hunc locum sic edisserunt, vt ad bonam partem referant apertam Domini commi- D nationem Dominus, inquiunt, *de excelso responsum dabit*, his videlicet quos saluaturus est. *Et de loco sancto suo dabit vocem suam*, respondebitque sermonem in loco suo. Illi autem quasi vindemiantes pleni fructibus, illius sententiæ respondebunt: Super omnes habitatores terræ: *Veniet interitus* non super vniuersam terram, sed *super partem terræ*, eorum videlicet qui non credunt: *Iudicium enim erit in gentibus, & ipse iudicabitur cum omni carne. Impij autem tradentur gladio.*

Iudicandorũ diuersa supplicia iuxta diuersa merita. b Ioan 3.18.

(*Hæc dicit Dominus exercituum.*) Erubescant E qui vim Scripturæ Sanctæ facere conantur, in bonam partem ea, quæ comminationis plena sunt differentes. De hoc autem loco puto dixisse & Dominum:[c] *Consurget gens aduersus gentem, & regnum contra regnum*, &c. quæ in ipsius Euangelij sententia continentur. Intelligamus autem hæc facta iuxta historiam; quando à Rege Babylonio cunctæ nationes in circuitu subiugatæ sunt, & imperium eius sensêre crudele. Vel iuxta prophetiam longo pòst tempore in consummatione mundi futura. Dicunturque interfecti à Domino: non quòd Dominus ipse percutiat, sed F quòd in interitu pessimorum voluntas & imperium Domini compleatur.

32 *Scriptura Sacra vim inferentes arguũtur à Hieronymo.* c Luc 21.10.

(*Vlulate, siue, iubilate.*) Notandum quòd in hoc tantùm loco Sept. iubilum, in malam partem posuerunt: pro quo alij interpretes, vlularum (vt in Hebræo scriptũ est, transtulêre.) Inter pastores, & arietes, siue optimates gregis ista distantia est: quòd pastores rationalium sunt: arietes autem & optimates referuntur ad diuites, qui & ipsi pars gregis appellantur. Quodque infert: Com

Impij cùm puniuntur dicuntur interfecti à Domino, quòd in eorũ interitu voluntas, & imperiũ Domini compleatur. *Iubilum in malam partẽ vsurpatum à Sept.*

Pastorum, Principū, ac Diuitū scelestorum inevitabilis tandem pœna.

Completi sunt dies vestri, vt interficiamini. Tunc complebuntur dies eorum, quando fuerint peccata completa: *& dispergentur & cadent, sicut vasa pretiosa*: vt confracta non valeant instaurari: & quantò ante fuêre pretiosa, tantò maius eorum in confractione sit damnum: siue *quasi arietes electi*, vt pinguis hostia sit deuorare cupientium. *Peribit*, inquit, *fuga à pastoribus*, quando non egerint pœnitentiam. Denique dicitur ad Pharisæos,[a] *Genimina viperarum, quis ostendit vobis fugere à ventura ira?* Et in Psalmis legimus,[b] *Periit fuga à me. Et saluatio*, inquit, *ab optimatibus gregis*, siue *arietibus* [illegible], subauditur, *peribit*.

a Luc. 3. 7.
b Psal. 141. 5.

33 *Prælati, Principesque quomodo inter se discrepent.*

(*Vox clamoris*, &c.) Et hîc notandum, quòd apud Sept. iubilum pro vlulatu positum sit. Inter Pastores, autem & arietes, ista diuersitas est, quòd pastores putentur in Ecclesia, qui præsunt gregi cum sapientia & eruditione, atque doctrina. Arietes verò, qui principes quidem videntur in populo, sed nihil habent in se doctrinæ, atque sapientiæ, & per nimiam simplicitatem propemodum stultitiæ vicini sunt. Quando autem habuerimus pacem, & non intellexerimus, vel bona, vel speciosa pacis: sed luxuriæ nos & otio, & voluptatibus dederimus, tunc conquiescent, siue conticescent bona pacis, & auferentur à nobis propter iram furoris Domini, & implebitur illud quod scriptum est.[c] *Cùm dixerint, pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus*, quo veniente omnia conticescent.

Pace abutentes meritò illa ab eis auferetur.

c 1. Thes. 5. 3.

Leonis instar custodit Deus Ecclesiam, ne à bestiis & infidelibus vastetur.

(*Dereliquit*, &c.) Dominus, de quo supra dixerat: *de excelso rugiet, & de habitaculo sancto suo dabit vocem suam. Rugiens rugiet super decorem suum*: ipse derelinquet tabernaculum suum: de quo scriptum est:[d] *Factus est in pace*, siue *in Salem locus eius & habitatio eius in Sion.* Ipse relinquet sedem suam: & complebit quod per eumdem hunc Prophetam loquutus est:[e] *Dimisi domum meam, dereliqui hæreditatem meam.* Reliquit autem quasi Leo cubile suum, vt omnes bestiæ, vastandi terram eius habeant potestatem. Leone enim custode & præside, nullus ad eandem audet accedere. *Facta est*, inquit, *terra eorum* (haud dubium quin vel populi Iudæorum, vel certè vniuersarum gentium) *in desolationem, & in inuium à facie iræ columbæ.* Non mirabitur columbam Domini intelligi Nabuchodonosor, qui supra eum vocari seruum Domini legerit. Pro quo Sept. transtulerunt, *gladium magnum.* Licet columbam, & in persona Ierusalem possimus accipere: quòd irascatur, & tristis sit, se Leonis sui perdidisse custodiam, & terram suam venisse in desolationem.

d Psal. 75. 3.
e Iere. 12. 7.

Columba nomine significatus Nabuchodonosor, qui & gladius magnus.

34 Theodorit. *Deus è cælo ius cuique dicit.*

Theodoritus. (*Et prophetabis aduersùm eos omnes hos sermones: & dices eis, Dominus ab alto ius dicet, & de sancto suo dabit vocem suam.*) Vtrúmque declarauit, se & de cælo proferre sententiam, & in loco sancto manifestum reddere. (*Respondebit verbum de loco suo*, & nouit, quo pacto qui thus adolent, sperandi sint ab omnibus sedentibus super terram.) Responsionem dicit, effectum: quia verbum diuinum sequitur effectus. (*Venit interitus in partem terræ: quoniam Domino iudicium est in gentes: iudicatur cum omni carne. Impij verò traditi sunt in gladium, dicit Dominus.*) Demonstrat iterum suam indicibilem bonitatem. Non enim dixit κρινεῖ, id est, iudicabit omnem terram: sed κρίνεται id est, *iudicatur & disceptat cum omni carne.* Beneficia sua subiicit oculis, & eorum qui accipiunt, arguit ingratitudinem. In sequentibus bellorum incommoda narrat, & quòd interfecti iacebunt insepulti, & pro sterquilinio terræ habebuntur.

Responsū Dei dicitur effectus diuini verbi.

In Iudicio quomodo immensam suā Deus exhibeat bonitatem.

(*Vlulate pastores, clamate, plangite arietes ouium, quia completi sunt dies vestri in occisionem, & dispersiones vestræ, & cadetis velut arietes electi. Et peribit fuga à pastoribus, & salus ab arietibus ouium.*) Pastores vocauit Reges: oues autem, subditos: arietes verò ouium, principes quibus omnibus fugā minatur, & translationem. Prædicit porrò lamentationes Regum ac principum. *Quia cessarunt*, ait, *commoda pacis à facie iræ furoris Domini.* Sunt autem commoda pacis ista, agricultura, plantationes, negociationes, artium & contractuum exercitia, permutationes, nuptiæ, cætus, festa, delectationes animi, & quæcunque sunt his similia.

Pacis commoda, quænā sint?

35 D.Thom. *Iudicij sui altitudine Deus rugit in peccatores.*

D.Thomas. Hic ponitur expositio visionis. Et primò contra gentes: secundò contra gentium principes ibi. (*Vlulate.*) Circa primum duo: primò ponit comminationem ponens diuinam indignationem. (*Dominus de excelso,*) id est, de altitudine sui iudicij (*rugiet*) terribiliter quasi Leo iratus. Amos. 3.[f] *Leo rugiet. Quis non timebit?* Pœnæ vniuersalitatem (*super decorem,*) id est templum, quasi dicat, incipiet à templo: & procedet ira ipsius in omnem terram. (*Celeuma calcantium*) cantus vindemiatorum: per quem significatur gaudium victorum in depopulatione terrarum: qui significantur per calcatores: quia effundunt sanguinem humanum, sicut illi sanguinem vuæ, vnde Isai. 63.[g] *Torcular calcaui solus: & de gentibus non est vir mecum: calcaui eos in furore meo: & conculcaui eos in ira mea. Et aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea: & omnia indumenta mea inquinaui.* Infra 48.[h] *Nequaquam calcator vuæ solitum celeuma cantabit.* Et ponit pœnæ æquitatem: ponens iudicium, (*quia in Domino,*) Mich. 6.[i] *Iudicium Domini cum populo suo: & cum Israel diiudicabitur.* Et iudicij modum, (*impios tradidi.*) Isai. 1.[k] *Quod si me ad iracundiam prouocaueritis, gladius deuorabit vos: quia os Domini locutum est.* Secundò ponit pœnæ processum & ordinem. (*Hæc dicit Dominus.*) Et primò ponit pœnæ processum. (*Ecce egredietur*) quia vna gens aliam impugnabit: & ipsa ab alia impugnabitur: & sic deinceps (*à summitatibus*) à maximè potentibus: sicut Chaldæis, Græcis &c. Eccl. 10.[l] *Regnum à gente in gentem transfertur propter iniustitias, & iniurias, & contumelias, ac diuersos dolos.* Infra 30.[m] *Ecce turbo Domini: furor egrediens: procella ruens in capite impiorum conquiescet*: secundò ponit tribulationis effectum: quia priuabuntur vitâ. (*Et erunt interfecti Domini,*) id est, à Domino, supra 12.[n] *Gladius Domini deuorabit ab extremo terræ vsque ad extremum eius.* Et carebunt sepulturâ (non plangentur) supra 16. Idem.

Iudicium Dei incipit ab ipsius templo ad populum.
f Amos. 3. 8.
Celeuma est cātus vindemiatorum.
g Isai. 63. 3.
h Iere. 48. 33.
i Mich. 6. 2.
k Isai. 1. 20.
l Eccl. 10. 8.
m Iere. 30. 23.
n Iere. 12. 12.

36

(*Vlulate pastores*, &c.) Hic comminatur contra principes gentium. Et primò quantùm ad personas: præsignans pœnam, (*Vlulate*) quasi non valentes dolorem vrbis exprimere: scilicet eleuatione vocis: Isai. 34.[o] *Gladius Domini repletus est sanguine, incrassatus est adipe, de sanguine agnorū, & hircorum, & de sanguine medullatorū arietū*, &c. (*optimates*) qui sunt diuites & principes in populo. Et excludit salutis viam. (*Et peribit fuga.*) Thre. 1.[p] *Abierunt absque fortitudine ante faciem subsequentis*: secūdò quantùm ad subiectas terras (*vox clamans.*) Et primò proponit similitudinem deuastationum vrbium (*quia vastauit Dominus pascua eorum,*) id est, ciuitates, & villas: seruans metaphoram gregis (*conticuerunt,*) quasi dicat in nihilum redacti sunt, vt de eis sermo non fiat (*pacis*) quæ tempore pacis præclara

o Isai. 34. 6.
p Thre. 1. 6.

præclare erant, Ioel. 1. [a] *Ignis comedit speciosa deserti: & flamma succendit omnia ligna regionis.* Et quantùm ad destructionem templi (*dereliquit tabernaculum*) templum, scil. Deus (*quasi Leo*) quo custodiente nullus audebat accedere, supra 12. [b] *Reliqui domum meam*, secundò ponit expositionem (*quia facta est: ira columbæ*,) scil. Dei: quia sine commotione punit: vel Ierusalem, quæ pro amissione Dei irascitur. Vel Nabuchodonosor propter superbiæ stultitiam. Oseæ. 7. [c] *Ephraim quasi columba seducta non habens cor.* Vel quia habebat columbam in aruis. Vel quia sicut mansuetus præceptum Domini executus est. Vel per antiphrasim: quia crudelis erat.

a Ioel. 1. 19. *Templu assidet Deus vt Leo ad illa tuenda.*
b Iere. 12. 7. *Columbæ nomine significati & Deus, & Ierusalem, & impius Rex Babylonis.*
c Oseæ. 7. 11.

37 Basilius. *Indicans homines Dominus subiiciet se iudicio cuiusque. In Iudicij die proponet Deus peccatoribus quanta pro illorum salute peregerit.*

Circa vers. 31. Basil. Magnus homiliâ in Psalmum septimum super verbis, *Dominus iudicat populos.* Rursus dicit, *Iudicio contendet Dominus aduersùs omnem carnem*: hoc est, in exquirenda ratione eorum, quæ cuique dum viueret, acta sunt, vniuscuiusque iudicio se subiiciet, & sua præcepta peccatorum factis opponet, lucida vi demonstrationum velut excusans, & quòd in salutem iudicandorum quæ se decebant, cuncta fecerit: vt certò sibi persuadeant peccatores, quòd rei & obnoxij criminibus diuinum sustineant iudicium, meritam pœnam sponte subeant.

38 Greg. Naz.

Circa vers. 34. Gregorius Nazianzenus in suo Apologetico circa medium de prauis agẽs pastoribus, ita hæc refert. Quinetiam *pastores vlulare, atque arietes ouium plangere* iubet, *quoniam impleti sunt dies eorum, vt interficiantur.* Super quæ eruditè Elias Cretensis hæc habet. Est autem propriè ἀλαλάζειν triumphale carmen obscurâ & inconditâ voce canere, cùm scilicet cor clamans significationes excedit, ac verbis quidem destituitur, ob eorum autem inopiam arcana quædam & ineffabilia loquitur. Hanc porrò cantionem illi quidem etiam canunt, qui visibiles hostes prostrauerunt: at ij præcipuè, qui inuisibiles hostes deuicerunt, ac de peccato trophæum erexerunt, atque ad Deum, cuius beneficio victoriam consecuti sunt, triumphalem iubilationem transmittunt. Hîc autẽ per ἀλαλαγμὸν, non triumphalem iubilationem, verùm obscurum & inconditum gemitum qui propter fletum, ac lamenta editur, intelligit. Quod autem huiusmodi luctum dictio ista hoc loco significet, ex iis, quæ sequuntur, liquidò constat. *Clamate* enim, inquit, *& plangite arietes ouium, quoniam impleti sunt dies vestri in occisionem.* Bonum est pœnitentiæ causâ plangere ac lugere, quemadmodum contra ob desperationem, aut corporeæ alicuius voluptatis amissionem pestiferum, & exitiale. Arietes autem ouium, aut Sacerdotes rursum vocat (quibus etiam fletum & planctum indicit:) aut alios populi principes & præfectos: aut etiam eos, qui in subditorum numero clari sunt, & locupletes. Quàm porrò horrendæ comminationes eæ sunt, quæ in hos omnes intenduntur, vt quæ nullum omnino salutis perfugium habeant. *Impleti sunt* enim, inquit, *dies vestri ad occisionem*: ac diuinæ patientiæ & longanimitatis tempus conclusum est. Vt enim pecudes illæ ad cædem aptæ sunt, quæ pingues atque obesæ sunt: ita etiam homines ij, qui omni vitio se se exaturarunt, nec vllum spurcitiei genus prætermiserunt, omnesque pœnitentiæ ianuas sibi ipsis clauserunt, Dei gladium aduersùs se ipsos meritissimè prouocant.

Elias Cretẽ. *Iubilũ Græcè Alalagmon quid propriè significet, & quomodo per antiphrasim vsurpatum.*

Plãctus sicut optimus qui ad pœnitentiam, ita exitialis qui ob desperationem, vel ob temporalium amissionem. Arietum nomine significati Sacerdotes, & Principes, & diuites.

Impij quomodo instar pecudum pinguiũ ad mactationem.

39 Hieron. *Columba appellatio tributa & impio quatenus obsequitur Deo. Græcia significata per Hebr. nomen Iona, quod columba verti solet.*

Circa vers. 38. Hieronymus in cap. 13. Isaiæ. Nec mirum ait, si Medos ad subuersionem Babylonis sanctificatos vocet, cùm per Ieremiã ipsum Nabuchodonosor, quia eius imperio seruiebat destruens præuaricationem Ierusalem, seruum suum, & columbam dixerit.

Idem verò ad initium Comment. in cap. 3. Sophoniæ hac ipsâ allatâ Ieremiæ interpretatione addit. Sed sciendum quod alij è contrario asserant, pro columba ibi posse intelligi ἑλλάδα, id est, Græciam: vt sit sensus: *à facie gladij, Iona*, id est, à facie gladij, Græciæ: Iona, enim tam columbam, quàm Græciam significat. Vnde & vsque hodie Græci Iones, mare appellatur Ionium, & apud Hebræos permanet eorum vetus vocabulum. Sed & principes Romani apud Barbaras nationes antiquum vocabulum retinentes, Cæsares appellantur.

Greg. PP. *Deus imperturbabilis.*

Gregorius Papa lib. 32. Moral. Creator omnium eò summè immortalis est, quò creaturæ more mutabilis nõ est. Hinc de illo per Iacobum dicitur: [d] *Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio.* Hinc rursum scriptum est: [e] *Tu autem Domine cum tranquillitate iudicas.* Hinc propheta ait: [f] *Deserta facta est terra à facie iræ columbæ, à facie furoris Domini.* Quod iram columbæ prædixerat, hoc furorem Domini subiunxit. Columba namque valde simplex est animal, & quia in Deum nulla furoris inæqualitas serpit, furorem Domini iram columbæ nominauit. Vt enim diuinæ districtionis vim imperturbabilem demonstraret, & iram dixit, vt columbæ. Ac si apertiùs diceret: Districtum iudicium inconcussus exerit, qui permanens mansuetus iniustos punit. Vnde & in extremo iudicio in semetipso incommutabilis manens, nullâ vicissitudine ac mutabilitate variatur, sed tamen electis ac reprobis nequaquam sub specie eiusdem incommutabilitatis ostenditur: quia & tranquillus iustis, & iratus apparebit iniustis.

d Iac. 1. 17.
e Sap. 12. 18.
f Ier. 25. 38. *Furor Dei dictus ira colũbæ cùm sit absque vlla perturbatione.*

Petrus Blesensis Epistolâ 100. efficacior est in Episcopis, ad emendationem Principum lenitas columbina, quàm seueritas exterior, & indignatio vultuosa, sicut in Ieremia notatur. *Facta est* inquit, *terra iniquorum in desolationem à facie iræ columbæ.*

CATENA GRÆCA VETERVM
PATRVM GRÆCORVM.

Ἀπὸ τοῦ οἰκητη.

Ὀλυμπιοδώρου.] δῆλον ὅτι, ὅτι τοῦ οὐρανοῦ.

[ἐπὶ τοῦ τόπου.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐν τῷ τόπῳ ἑαυτοῦ, ᾧ χρηματίζει.

[καὶ οἱ δὲ ὡσπερ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] οἱ ἄξιοι φησὶ τοῦ σώζεσθαι, οἷς ἂν χρηματίσῃ θεὸς, ἀποκριθήσονται, παρακαλοῦντες ...

Vers. 30. *De habitaculo sancto suo.*) Olympiodori.] *Clarum est, quòd de cælo.*

(*In loco suo.*)

Olympiodori.] *Digni ait, qui saluentur, quos allocutus fuerit Deus, respondebunt tempus sibi concedi rogantes donec perfectè fructum* ...

Olympiod. *Cœlum habitaculũ Dei.*
Olympiod. *Saluandi petunt à Deo concedi sibi tẽpus ad fructus perfectè ferendos.*

ἐνδοθῆναι αὐτοῖς, ἕως ὅτε τελείως καρποφορήσωσι. τρυγῶντας γάρ φησι τοὺς καρποφοροῦντας. [Ἥκει ὄλεθρος.]

Ὀλυμπιοδώρου.] οὐ γὰρ συμπαραλαμβάνονται οἱ ἅγιοι τῇ πανωλεθρίᾳ. ταῦτα δὲ ἁρμόζει νοεῖν καὶ ἐπὶ τῆς καθολικῆς τοῦ θεοῦ κρίσεως.

[ἰδοὺ κακά.]

Ὀλυμπιοδώρου.] μετὰ τὰ ἐπὶ τοῦ Βαβυλωνίου γεγονότα, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς συντελείας φησίν. ἐγαρθήσεται γὰρ ἔθνος ἐπὶ ἔθνος.

|| Βίκτορος Πρεσβυτέρου.] ἰσοδυναμεῖ τῷ, ἀναστήσεται ἔθνος ἐπὶ ἔθνος.|| [Καὶ λαῖλαψ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] σύγχυσις μεγάλη καὶ ταραχὴ ἐπ' ἐσχάτοις τοῖς τοῦ αἰῶνος καιροῖς.

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] ἡ λαῖλαψ μεγάλην ἔθνους παρίστησι συμφοράν, δηλοῦσα τὸν Ναβουχοδονόσορ παρεσόμενον ἐξ ἐσχάτων τῆς γῆς. ἔφη γὰρ καὶ Ἡσαΐας. τοιγαροῦν ἀρεῖ σύσσημον ἐν τοῖς ἔθνεσι τοῖς μακράν. καὶ συριεῖ αὐτοῖς ἀπὸ ἄκρων τῆς γῆς. πλὴν εἰ καὶ δι' ἀνθρώπων, ἀλλ' οὖν ὑπὸ Κυρίου ἀναιροῦνται, καὶ ἄταφοι μένουσιν διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἀναιρουμένων, καὶ τῶν θαπτόντων τὴν ἐρημίαν. [Καὶ ἔσονται.]

Ὀλυμπιοδώρου.] μετὰ τὸ αἰσθητόν, καὶ τοὺς ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας τετραυματισμένους νόει.

[Ἀλαλάξατε.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἀλαλαγμὸν ἐνταῦθα οὐκ ἐπὶ νίκῃ τῶν πολεμίων, ἀλλ' ἐπὶ ταῖς οἰμωγαῖς φησιν. ποιμένες δὲ οἱ ἡγούμενοι τοῦ λαοῦ.

[Οἱ κριοὶ τῶν.]

Βίκτορος.] κριοὶ δὲ οἱ ἐν τοῖς ἀρχομένοις ἐπιφανεῖς τε καὶ πλούσιοι. τὰ δὲ τούτοις καὶ τοῖς ποιμέσιν ἠπειλημένα φοβερά, καὶ μηδεμίαν ἔχοντα πρὸς σωτηρίαν καταφυγήν. πεπλήρωντο γὰρ αὐτῶν αἱ ἁμαρτίαι, καὶ ὁ τῆς ἀνοχῆς τοῦ θεοῦ καιρὸς εἰς πέρας ἀφίκετο. προφητικῷ δὲ πνεύματι μετὰ τὴν ἀπειλὴν ὁρᾷ τὰ ἠπειλημένα, καὶ τὴν ||ἀπειλουμένην αὐτοῖς εἰρήνην δι' ὀργὴν κυρίου μηκέτι χορηγοῦσαν ἀσφάλειαν.

|| ἴσ. ἀπολουμένην.

Ὀλυμπιοδώρου.] οἱ κατ' ἐξοχὴν ἐν τῷ λαῷ.

[Καὶ πεσεῖσθε.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐπειδὴ ὁ σφάζων τὸ εὔτραφες σφάζει.

[Ὅτι ὠλόθρευσε.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐπὶ μὲν ἰουδαίων τὰς θυσίας, καὶ πάντα τὰ ἄλλα νόμιμα. ἐπὶ δὲ τοῦ καθόλου τὰς διαγωγὰς αὐτῶν.

[Ἐγκατέλιπεν.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐπὶ μὲν ἰουδαίων ὁ κύριος τὸν ἑαυτοῦ ναὸν καταλέλοιπεν. ἐπὶ δὲ τῆς συντελείας, ὡς λέων καταλελοιπὼς κατάλυμα, οὕτως συγχωρεῖται ὁ σατανᾶς ἐξελθεῖν κατὰ τῶν ἀνθρώπων.

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] λέοντι δὲ διὰ τὸ ἄγριον τε καὶ βασιλικὸν τὸν βασιλέα τῶν Ἀσσυρίων ἀπείκασεν.

[ὅτι ἐρημώθη.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐπειδὴ οἱ ἄνθρωποι κτηνώδεις γεγόνασιν, ὁ δὲ σατανᾶς ἐστι θηρίον, ὡς ἐν ἐρήμῳ συγχωροῦνται ἅμα νέμεσθαι, διὰ τὸ ψυγῆναι τὴν ἀγάπην.

KE

afferant; vindemiantes enim vocat eos qui fructum ferunt. (Venit interitus.)

Vindemiãtes appellati qui fructum afferunt.

Olympiodori.] *Sancti etenim in internecione non comprehenduntur. Hæc etiam intelligi possunt & de vniuersali Dei iudicio.*

Olympiod. *De Iudicio vniuersali.*

(Ecce mala.)

Olympiodori.] *Post ea quæ tempore Babylonij fuerant, ea quoque dicit, quæ in consummatione erunt.* [a] Insurget enim gens contra gentẽ.

a Matt. 24. 7.

Olympiod.

Victoris] *Aequiualet illi, exurgat gens contra gentem.*

Victor.

|| *(Et turbo magnus ab extremo terræ.)*

Olympiodori.] *Confusio magna, & perturbatio extremis sæculi temporibus.*

Olympiod. *Confusio magna ad finem mundi.*

Incerti.] *Turbo ingentem indicat gentis calamitatem, denotans affuturum Nabuchodonosorem ab extremis terræ. Dixerat enim & Isaias;* [b] extollet cõmune signum, in longinquis gentibus & sibilabit illis ab extremis terræ; *Caterùm & si per homines, à Domino tamen interimuntur, & insepulti iacebunt præ multitudine interfectorum, & sepelientium penuria.*

Incertus. *Turbine ingẽs designata calamitas.*

b Isai. 5. 26.

Vers. 33. *(Et erunt vulnerati, &c.)*

41

Olympiodori.] *Post exteriorem literæ sensum & eos qui ab iniquitatibus vulnerati sũt intellige.*

Olympiod. *Vulnerant peccata.*

(Vlulate pastores & exclamate.)

Olympiodori.] *Clamorem hinc non eum, qui deuictis hostibus, sed qui fit in eiulatibus intelligit. Pastores verò sunt populi duces.*

Olympiod.

(Et plangite arietes ouium.)

Victoris.] *Arietes verò sunt qui inter subditos illustres, & opulenti sunt. Quæ verò his, pastoribusque minatur Deus, terribilia sunt, neque vllum habentia salutis perfugium; nàm completæ erant eorum iniquitates, tolerãtiæque diuinæ tempus iam metam attigerat. Prophetico autem spiritu post minas videt quæ minis nunciata sunt; & pereuntem illis pacem, ob Dei iram non ampliùs profuturam ad securitatem.*

Victor. *Arietum nomine designati primates in populo.*

Olympiodori.] *Primates in populo.*

Olympiod.

(Et cadetis quasi arietes electi.)

Olympiod.

42

Olympiodori.] *Qui enim mactat, saginatum mactat.*

Olympiod. *Pascuorũ nomine designata sacrificia, seu Instituta vitæ.*

Ex Vers. 36. *(Quia vastauit Dominus pascua eorum.)*

Olympiodori.] *Si de Iudæis intelligatur, sacrificia, cæteraque legalia omnia: Si verò generaliter, vitæ eorum instituta.*

Olympiod. *Templum Iudæorum reliquit Deus.*

Vers. 38. *(Dereliquit quasi Leo diuersoriũ suũ.)*

Olympiod.] *Apud Iudæos quidem suum templũ dereliquit Dominus, In consummatione verò, quasi Leoni derelinquent diuersorium, Sic Dæmoni permittitur egredi contra homines.*

Dæmon quã rabie egredietur cõtra homines in fine mundi.

Incerti.] *Leoni verò propter feritatẽ, & dignitatem regiam Regem Assyriorum assimilauit.*

Incertus. *Leoni assimilatus Rex Assyriorum.*

(Quia facta est terra eorum in inuium.)

Olympiodori.] *Quoniam homines facti sunt iumentis similes, Sathanas verò fera est, tamquam in deserto simul pasci permittuntur, eò quòd charitas refrixit.*

Olympiod. *Charitate refrigescente pasci dicũtur simul & homines, & Sathanas tamquam in deserto.*

CA

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ. 25.

Καὶ ἐν τῷ πληρωθῆναι ἑβδομήκοντα ἔτη, καὶ ἐκδικήσω ἐπὶ τὸν βασιλέα Βαβυλῶνος, καὶ τὰ ἑξῆς.] τὰ ἑβδομήκοντα ἔτη τῆς αἰχμαλωσίας ἀριθμεῖται ἀπὸ τοῦ τρίτου ἔτους τῆς βασιλείας Ἰωακείμ. ὃς μετὰ τὸν Ἰωάχαζ τὸν ὑπὸ τοῦ αἰγυπτίου καταστάθεντα ἐβασίλευσε. τοῦτο γὰρ καὶ αὐτὸς ὁ προφήτης ἱερεμίας ἀριθμῆσαι βούλεται, καὶ φησί.

Οὗτος ὁ λόγος ὁ γενόμενος πρὸς ἱερεμίαν ἐπὶ πάντα τὸν λαὸν ἰούδα ἐν τῷ ἔτει τῷ τετάρτῳ τοῦ ἰωακεὶμ πρώτῳ Ναβουχοδονόσορ βασιλέως Βαβυλῶνος. ὁ λόγος ὃν ἐλάλησεν ἱερεμίας ὁ προφήτης πρὸς πάντα τὸν λαὸν ἰούδα, καὶ πρὸς τοὺς κατοικοῦντας ἱερουσαλὴμ λέγων, ἀπὸ τρισκαιδεκάτου ἔτους ἰωσίου υἱοῦ ἀμὼν βασιλέως ἰούδα, καὶ ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης. ταῦτα εἴκοσι τρία ἔτη.

Ἐγενήθη λόγος κυρίου πρός με, καὶ ἐλάλησα πρὸς ὑμᾶς ὀρθρίζων, καὶ οὐκ ἠκούσατε.] εἶτα ἐγκαλέσας αὐτοῖς, καὶ εἰρηκὼς κατὰ μέρος τὰς παρανομίας. καὶ ἀπειλήσας τοῦ Ναβουχοδονόσορ τὴν ἄνοδον φησί.

Καὶ ἐξερημώσω αὐτοὺς, καὶ δώσω αὐτοὺς εἰς ἀφανισμὸν, καὶ εἰς συριγμὸν, καὶ ὀνειδισμὸν αἰώνιον.[εἶτα μετ' ὀλίγον.]

Καὶ ἔσται πᾶσα ἡ γῆ αὐτῆς εἰς ἀφανισμὸν καὶ ἐρήμωσιν. καὶ δουλεύσουσι τοῖς ἔθνεσι τούτοις τῷ βασιλεῖ Βαβυλῶνος ἑβδομήκοντα ἔτη.] κατὰ δὲ τὸ τέταρτον ἔτος ἰωακεὶμ προεφήτευσεν, ἡνίκα ὁ Ναβουχοδονόσορ ἀνελθὼν εἷλε τὴν πόλιν, καὶ πολλὰ τῶν σκευῶν ἀφείλετο. εἰ γὰρ καὶ μερικὰς ἤδη πρότερον ὑπέστησαν αἰχμαλωσίας, ἀλλ' οὖν βάρβαρος τὸν ναὸν πρῶτος Ναβουχοδονόσορ ἐπὶ τοῦ ἰωακεὶμ ἐσύλησε κατεσχηκὼς τῆς πόλεως. διόπερ καὶ ἐπὶ τούτου βούλεται ἀριθμεῖσθαι τὰ ἑβδομήκοντα ἔτη. ὡς τέλεον καταψηφισθείσης ὑπὸ τοῦ θεοῦ τῆς πόλεως, αὐτίκα ἄρτι τοῦ Σεδεκίου εἰς τὴν ἀρχὴν καταστάντος, καὶ τῶν ψευδοπροφητῶν τὴν ἄνοδον αὐτοῖς ὑπισχνουμένων. αὖθις πρὸς τοὺς ἐν τῇ ἀποικίᾳ ὁ ἱερεμίας ἐπιστέλλων φησί.

Οἰκοδομήσατε οἰκίας, καὶ κατοικήσατε, καὶ φυτεύσατε παραδείσους, καὶ φάγετε τοὺς καρποὺς αὐτῶν. [εἶτα τινὰ τοιαῦτα παραινέσας ἐπάγει.]

Ὅτι τάδε λέγει κύριος ὁ θεὸς τῶν δυνάμεων, ὁ θεὸς Ἰσραήλ. μὴ ἀναπειθέτωσαν ὑμᾶς οἱ ψευδοπροφῆται ὑμῶν, οἱ ἐν ὑμῖν καὶ μὴ ἀναπειθέτωσαν οἱ μάντεις ὑμῶν, καὶ μὴ ἀκούετε τῶν ἐνυπνιάζωσθε. ὅτι ἀδικίαν αὐτοὶ προφητεύουσι ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου οὐκ ἀπέστειλα αὐτοὺς φησὶ κύριος.] τοῦ γὰρ προφήτου ἤδη εἰρηκότος πληροῦσθαι ἑβδομήκοντα ἔτη ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας τοῦ ἰωακεὶμ ἄχρι τῆς ἐπανόδου, οὗτοι τὴν ἄνοδον ὑπισχνοῦντο τοῖς ἤδη αἰχμαλωθεῖσιν ὑπὸ τοῦ Σεδεκίου. διὸ ἐπάγει ὁ προφήτης.

Ὅτι οὕτως εἶπε κύριος, ὅταν πληρώσητε τῇ Βαβυλῶνι ἑβδομήκοντα ἔτη ἐπισκέψομαι ὑμᾶς, καὶ

CAPVT XXV.

Verſ. 12. *Vmque impleti fuerint ſeptuaginta anni, & vlciſcar ſuper Regem Babylonis.* Et quæ ſequuntur. Septuaginta captiuitatis anni numerantur à tertio anno regni Ioachim, qui regnauit poſt Ioachaz conſtitutum in Regem ab Ægyptio. Hanc & ipſe Propheta Ieremias proſequi vult enumerationem, & ait.

Cap. 25. Chryſoſt. Verſ. 12. Captiuitatis Babylonicæ Septuaginta anni quando cœperint.

Verſ. 1. *Verbum quod factum eſt ad Ieremiam ſuper omnem populum Iuda in anno quarto Ioachim, & primo Nabuchodonoſor Regis Babylonis.*

Verſ. 2. *Verbum quod locutus eſt Ieremias Propheta ad omnem populum Iuda, & ad habitatores Ieruſalem, dicens.*

Verſ. 3. *A tertio decimo anno Ioſiæ filij Ammon Regis Iuda, vſque ad diem hanc, hi viginti & tres anni. Factum eſt verbum Domini ad me, & locutus ſum ad vos, antè lucem ſurgens, & non audiſtis.* Deinceps eos incuſans, eorum iniquitates ſigillatim enumerat, & Nabuchodonoſoris reditum minatus ſubdit.

Verſ. 9. *Et deſolabo eos, & dabo eos in perditionem, & in ſibilum, & in opprobrium ſempiternum.* Deinceps poſt pauca.

Verſ. 11. *Et erit vniuerſa terra illius in deſolationem, & in ſolitudinem & ſeruient gentibus his, Regi Babylonis Septuaginta annos.* [a] Quarto itaque anno Ioachim vaticinatus eſt; cùm Nabuchodonoſor ſuo aduentu, & ciuitatem cœpit, & multa deprædatus eſt vaſa. Nam & ſi antea particulares ſubierint captiuitates: Attamen Barbarus Nabuchodonoſor vrbe captâ tempore Ioachim primus templum expilàuit. Quapropter ab eo tempore Septuaginta annos vult recenſeri: quòd extremam ſententiam Deus in ciuitatem tulerit, quum primùm Sedecias regnum adiit, & cùm Pſeudoprophetæ reditum illis promitterent. Iterum ad eos qui in transmigratione erant Ieremias ſcribens ait. [b] *Aedificate domos, & habitate, & plantate pomaria, & comedite fructus eorum.* Deinde talibus cohortatus ſubdit. [c] *Sic enim dixit Dominus virtutum, Deus Iſrael, Ne ſeducant vos Pſeudoprophetæ, qui in vobis; vos diuini veſtri, & nolite audire ſomnia veſtra, quæ vos ſomniatis. Quoniam iniuſtitiam ipſi Prophetant in nomine meo: Non miſi eos dicit Dominus.* Etenim cùm iam illis Propheta prædixiſſet, Septuaginta annos impleri ab Ioachim, vſque ad reditum pollicebantur tempore Sedeciæ his, qui captiui erant abducti, quapropter ſubdit Propheta.

Verſ. 9. Verſ. 11. a 4. Reg. 24. 11. b Iere. 29. 5. c Iere. 29. 8. d Ier. 26. 10. Septuaginta anni captiuitatis Babylonica prædicti à Ieremia quando cœperint, & quando finierint.

Quia [d] *ſic dixit Dominus, Cùm impleueritis in Babylone Septuaginta annos, & ſuſcitabo ſuper*

καὶ ἐπιστήσω ἐφ' ὑμᾶς τοὺς λόγους μου τοὺς ἀγαθούς.] οὐκ εἶπεν ἐνταῦθα ὅτι ἑβδομήκοντα ἔτη δουλεύσετε, ἀλλ' ὅταν πληρώσητε, ὡς ἤδη προειρηκώς. ἵνα δείξῃ, ὅτι κατὰ τὰ παρ' αὐτοῦ προειρημένα ἀπὸ τῆς πρώτης αἰχμαλωσίας τοῦ Ἰωακεὶμ, ἥτις ἐγένετο ἐν τῷ τετάρτῳ ἔτει Ναβουχοδονόσορ ἐλθόντος εἰς τὴν ἰουδαίαν, βούλεται ἀριθμεῖσθαι τὰ ἑβδομήκοντα ἔτη. τῷ γὰρ πρώτῳ ἔτει τῆς τοῦ ἰωακεὶμ βασιλείας ὁ Ναβουχοδονόσορ ἄρξας φαίνεται, καὶ εὐθὺς τῷ αἰγυπτίῳ συμβαλὼν, καὶ μάχῃ κρατήσας ὑπόσπονδον ἐποίησε. καὶ μετὰ τοῦτο κατεξαναστῆναι βουληθέντος τοῦ ἰωακεὶμ, ὁ Ναβουχοδονόσορ ἐπελθὼν τὴν πόλιν ἐπολιόρκησε, καὶ εἰς τὸ ἐνδέκατον ἔτος τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἑλὼν αὐτὸν, τὸν ἰεχωνίαν καθίστησι, καὶ μηνύει τοῦτο αὐτὸ τῶν βασιλειῶν ἡ βίβλος. λέγει γὰρ οὕτως, ὅτι εἰκοσιπέντε ἐτῶν ἦν ἰωακεὶμ ἐν τῷ βασιλεύειν αὐτὸν, καὶ ἕνδεκα ἔτη ἐβασίλευσεν ἐν ἱερουσαλὴμ, καὶ ὄνομα τῇ μητρὶ αὐτοῦ ἰελδὰφ, θυγάτηρ φαδαὶλ ἐκ ῥουμά.

Καὶ ἐποίησεν ἰωακεὶμ τὸ πονηρὸν ἐνώπιον κυρίου κατὰ πάντα ὅσα ἐποίησαν οἱ πατέρες αὐτοῦ. ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις.] τουτέστιν, ἐν αἷς ἐβασίλευσεν ἰωακείμ. ἀνέβη Ναβουχοδονόσορ ἐπὶ τὴν γῆν Βαβυλῶνος, καὶ ἐγένετο αὐτῷ ἰωακεὶμ δοῦλος τρία ἔτη καὶ ὑπέστρεψε, καὶ ἠθέτησεν ἐν αὐτῷ, καὶ ἀπέστειλεν ἐπὶ τὸν ἰωακεὶμ κύριος μονοζώνους τῶν χαλδαίων, καὶ τὰ ἑξῆς. τούτοις συμφωνεῖ καὶ ὁ Δανιὴλ λέγων ἐν τῷ τρίτῳ ἔτει τῆς βασιλείας ἰωακεὶμ βασιλέως ἰούδα, ἦλθεν Ναβουχοδονόσορ βασιλεὺς Βαβυλῶνος, καὶ ἐπολιόρκει αὐτὸν, καὶ ἔδωκε κύριος ἐν χειρὶ αὐτοῦ τὸν ἰωακείμ. οὐκ οὖν δῆλον ὡς τὰ ὀκτὼ ἔτη ἐτρίβη εἰς τὴν παντελῆ ἅλωσιν τῆς πόλεως, καὶ τοῦ ἰωακείμ. ὃν μεταστήσας ὁ Ναβουχοδονόσορ καθίστησι τὸν ἰεχονίαν: εἶτα φησὶ πρὸς τῷ τέλει.

Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ τριακοστῷ ἑβδόμῳ ἔτει τῆς ἀποικίας ἰωακεὶμ βασιλέως Ἰούδα, ἐν τῷ δωδεκάτῳ μηνὶ ἑβδόμῃ καὶ εἰκάδι τοῦ μηνὸς, ὕψωσεν εὐιλὰκ Μαροδὸχ βασιλεὺς Βαβυλῶνος ἐν τῷ ἐνιαυτῷ τῆς βασιλείας αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν ἰωακεὶμ βασιλέως ἰούδα, καὶ ἐξήγαγεν αὐτὸν ἐξ οἴκου φυλακῆς. καὶ ἐλάλησε μετ' αὐτοῦ ἀγαθά. καὶ τὰ ἑξῆς: ἰωακεὶμ δὲ νῦν λέγει τὸν ἰεχονίαν τὸν τοῦ προειρημένου ἰωακεὶμ υἱόν. ἑκατέροις γὰρ τοῖς ὀνόμασι σημαίνεται ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ. αὐτὸς δὲ ὁ Μαροδὸχ διεδέξατο τοῦ Ναβουχοδονόσορ τὴν βασιλείαν. οὕτω γὰρ λέγει καὶ ἱερεμίας.

Καὶ δουλεύσει τῷ Ναβουχοδονόσορ τῷ υἱῷ αὐτοῦ, καὶ τῷ υἱῷ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ.] ὥστε καὶ εἰ ὁ Δανιὴλ μετὰ τοῦ Ναβουχοδονόσορ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ τοῦ Βαλτάσαρ μέμνηται, οὐ λυμαίνεται τῷ λόγῳ τοῦ ἱερεμίου. ἐπειδὴ οὐχ ἱστορίαν συντάξαι ἠβουλήθη ὁ Δανιὴλ, ἀλλά τὰ κατεπείγοντα τῇ προφητείᾳ εἰπεῖν. φαίνεται γὰρ μετὰ τὸν Βαλτάσαρ, εὐθὺς ἡ τῶν μήδων βασιλεία διαδεξαμένη. εἰ δὲ δεύτερος μετὰ τὸν Ναβουχοδονόσορ ἦν ὁ Βαλτάσαρ, διεψεύσατο ἂν ἡ τοῦ ἱερεμίου προφητεία. σώζεται γὰρ, τοῦ Μαροδὸχ νοουμένου βεβασιλευκέναι μετὰ τὸν Ναβουχοδονόσορ, εἰς ὃν ὁ ἱερεμίας προφητεύων κατέληξεν. ὃς ἠπίστη

super vos verba mea bona. Non dixit, ex nunc Septuaginta annos seruietis; sed cùm impleueritis, quasi iam prædixisset; vt ostenderet, prout ipse contestatus fuerat à prima Ioachim captiuitate, quæ contigit quarto anno Nabuchodonosoris, quæ in Iudæam venerat, hos Septuaginta annos numerandos esse. Primo etenim anno regni Ioachim Nabuchodonosor regnasse videtur, [a] & statim cum Ægyptio congressus bello deuictum cum suo imperio subiecit. [b] Postmodum Ioachim aduersùs ipsum insurgere tentante, Nabuchodonosor irruptione factâ vrbem obsidione pressit, & vndecimo anno illum regno spoliauit, & Iechoniam eius in locum constituit, quod ex libris Regum manifestum est: ibi enim sic habetur, [c] *Vigintiquinque annorum erat Ioachim cùm regnare cæpisset, & vndecim annos regnauit in Ierusalem, & nomen matris eius Ieldaph filia Phadel de Rhuma, & fecit Ioachim malum in conspectu Domini secundùm omnia quæ fecerunt patres eius in diebus illis.* Id est quibus regnauit Ioachim. [d] *Ascendit Nabuchodonosor super terram Babylonis, & factus est illi Ioachim seruus tribus annis: & reuersus est, & præuaricauit in ipso, & misit super Ioachim Dominus accinctos Chaldæorum.* His consona sunt quæ Daniel dicit. [e] *In tertio anno regni Ioachim Regis Iuda, venit Nabuchodonosor Rex Babylonis, & obsidebat eum. Et dedit Dominus in manu eius Ioachim.* Manifestum ergo consumptos octo annos in extremam perditionem ciuitatis, & Ioachim. Quo mutato Nabuchodonosor, in eius locum substituit Iechoniam. Post hęc dicit in fine. [f] *Et factum est in anno trigesimo septimo transmigrationis Ioachim Regis Iuda, in duodecimo mense decima septima mensis, eleuauit Euilac Marodoch Rex Babylonis in anno regni sui caput Ioachim Regis Iuda, & eduxit eum è domo custodiæ, & locutus est cum eo bona,* & quæ sequuntur. Nunc verò Ioachim nuncupat Iechoniam prędicti Ioachim filium, vtroque enim nuncupatur nomine in diuina Scriptura. Ipse autem Marodoch suscepit Nabuchodonosoris regnum: sic enim dicit & Ieremias, [g] *Et seruiet Nabuchodonosori, filio eius, & filio filij illius.* Itaque etsi Daniel [h] post Nabuchodonosor meminit filij illius Baltasaris, nil officit sermoni Ieremiæ. Quoniam Danielis haud ea fuit intentio, vt historiam scriberet; sed dicere quæ ad Prophetiam necessaria videbantur, etenim constat post Baltasaris, illico Medorum regnum subsecutum. Si autem secundus post Nabuchodonosorem ponatur Baltasar, Ieremias mendacij poterit accusari: à quo tamen seruatur, cùm asseritur, post Nabuchodonosorem regnasse

a 4. Reg. 24. 7.
b 4. Reg. 24. 10.
c 4. Reg. 23. 36.
d 4. Reg 24. 1.
e Daniel. 1. 1.
f 4. Reg. 25. 27.
g Iere. 27. 7
h Daniel 5. 2.

ἡ πιότητι τρόπου οὐδὲν φαίνεται πεποιηκὼς τραχύ. ὅθεν οὐδὲ μέμνηται αὐτοῦ ἡ γραφή. ὥσπερ γὰρ τοῦ Δαβὶδ βεβασιλευκότος εἰρηναίαν ἔσχε μετ' αὐτὸν τὴν βασιλείαν ὁ Σολομών. οὕτω καὶ τὴν ἀρχὴν καταστήσαντος τοῦ Ναβουχοδονόσορ διῆγεν ἐν εἰρήνῃ ὁ Μαροδὸχ, καὶ μάλιστα ἐπιεικείᾳ τὴν βασιλείαν ἰθύνας. ψηφιστέον τοίνυν τὰ τριάκοντα ἑπτὰ ἔτη τοῦ Ναβουχοδονόσορ, μεθ' ὃν ὁ Μαροδὸχ βασιλεύσας, δωδεκάτῳ γὰρ ἤδη μηνὶ πεπλήρωται τοῦ τριακοστοῦ καὶ ἑβδόμου ἔτους, ἡνίκα ἐβασίλευσεν ὁ Μαροδὸχ, ὡς αὐτὴ ἡ τῶν βασιλειῶν βίβλος μαρτυρεῖ, ἐξ ὧν ἀρτίως παρεθέμεθα ῥήσεων, τὸν Ἰεχονίαν τῶν δεσμῶν ἀφῆκε, καὶ τρία ἔτη τὰ τοῦ Βαλτάσαρ. τοσαῦτα γὰρ ἐβασίλευσεν οὕτω γὰρ λέγει ὁ Δανιήλ. φήσας γὰρ τὴν κατ' αὐτοῦ γεγενημένην ἀπόφασιν ὑπὸ τοῦ θεοῦ διὰ τῆς ἐπὶ τοῦ τοίχου γραφῆς. καὶ ὅτι παραχρῆμα Δαρεῖος ὁ Μῆδος παρέλαβεν αὐτοῦ τὴν βασιλείαν, τίθησι τὴν ὅρασιν, ἣν ἐν τῷ πρώτῳ ἔτει εἶδε τῆς αὐτοῦ βασιλείας. καὶ ἐν τῷ τρίτῳ φησὶν ἔτει τῆς βασιλείας Βαλτάσαρ. ὅρασις ὤφθη πρός με. ἡνίκα, εἶδε τὰ μετὰ τὴν βαβυλωνικὴν ἀρχὴν ἐν Ἀποκαλύψει, καὶ τὸ πρᾶγμα ἠκολούθησε, μεταστάσεως εἰς Μήδους τῆς ἀρχῆς Βαβυλωνίων. τοῦ δὲ Δαρείου τοῦ Μήδου διαδεξαμένου τὴν ἀρχήν. λέγει πάλιν αὐτὸς Δανιὴλ οὕτως.

Ἐν τῷ πρώτῳ ἔτει Δαρείου τοῦ Ξέρξου τοῦ υἱοῦ Ασσήρου ἀπὸ τοῦ σπέρματος Μήδων, ὃς ἐβασίλευσεν ἐπὶ τὴν βασιλείαν Χαλδαίων ἐν ἔτει πρώτῳ τῆς βασιλείας αὐτοῦ, ἐγὼ Δανιὴλ συνῆκα ἐν ταῖς βίβλοις τὸν ἀριθμὸν τῶν ἐτῶν. ὃς ἐγενήθη λόγος κυρίου πρὸς Ἰερεμίαν τὸν προφήτην. εἰς συμπλήρωσιν ἐρημώσεως Ἱερουσαλὴμ ἑβδομήκοντα ἔτη, καὶ τὰ ἑξῆς. ὡς δῆλον εἶναι, ὡς ἢ τὸ ἑβδομηκοστὸν ἔτος τῆς αἰχμαλωσίας ἦν τὸ πρῶτον ἔτος τῆς βασιλείας Δαρείου. ἢ ἐγγὺς ἦν τοῦ ἑβδομηκοστοῦ ἔτους. μᾶλλον δέ τις αὐτὸ νοήσαιεν αὐτὸ εἶναι τὸ ἑβδομηκοστὸν ἔτος. οὕτω γὰρ καὶ τὴν προσευχὴν ἐποιεῖτο ὁ προφήτης. καὶ δευτέρου ἔτους, ἢ τρίτου οὐδ' ὅλως μνείαν ποιεῖται ἡ γραφὴ τῆς ἀρχῆς τοῦ Δαρείου. ἀλλὰ μετὰ τὴν εὐχὴν εὐθὺς τὰ κατὰ τὸν Κῦρον τίθησιν ὁ Δανιήλ. τὸ δὲ πρῶτον ἔτος τῆς βασιλείας τοῦ Δαρείου εἰς τὰ ἑβδομήκοντα ἔτη ἀριθμεῖται, ἃ ἠπείλησεν ὁ θεὸς ἐν αἰχμαλωσίᾳ ποιήσειν τοὺς Ἰουδαίους. ταῦτα μὲν γὰρ τὰ ἑβδομήκοντα ἔτη πληροῦσθαι ἔφη ἐν τῇ βαβυλωνιακῇ ἀρχῇ. ὅθεν καὶ εἰρηναίαν τὴν βασιλείαν ἔσχον, ὅτε Ναβουχοδονόσορ, καὶ ὁ μετ' αὐτόν. φήσας γὰρ καὶ δουλεύσουσιν ἐν τοῖς ἔθνεσι τούτοις τῷ βασιλεῖ Βαβυλῶνος ἑβδομήκοντα ἔτη ἐπάγει.

Καὶ ἐν τῷ πληρωθῆναι ἑβδομήκοντα ἔτη ἐκδικήσω ἐπὶ τὸν βασιλέα Βαβυλῶνος, καὶ ἐπὶ τὸ ἔθνος ἐκεῖνο φησὶ κύριος. τοῦ δὴ Βαλτάσαρ εἰς ἐσχάτην ἀσέβειαν ἐξοκείλαντος, ἀφείλετο τοῦ γένους Ναβουχοδονόσορ τὴν ἀρχήν. διὰ τοῦτο καὶ ἐν τῇ τοῦ Δανιὴλ γραφῇ οὕτως φησὶ μανὴ θέκελ

A regnaſſe Merodach, cuius tempore Ieremias deſiit vaticinari, quem morum prædictum ſuauitate ac lenitate nihil crudelitatis operatum apparet. Ideóque nulla de illo fit mentio in Scriptura. Quemadmodum enim, cùm Dauid regnaſſet, pacatum Salomon poſt eum ſuſcepit regnum. Sic & regno firmiter conſtituto à Nabuchodonoſore, Marodoc tranſegit in pace placidiſſima, eóque magis, quòd imperium B morum gubernaret lenitate. Computādi itaque ſunt triginta ſeptem anni Nabuchodonoſoris, poſt quem regnum adiit Marodoc; duodecimo enim menſe annus trigeſimus ſeptimus completur, quando regnauit Marodoch, vt ipſe Regum [a] liber teſtatur, iis quæ dudum in medium protulimus verbis, ac Iechoniam è vinculis liberauit; & tres anni Baltaſſaris, tot enim regnauit, [b] vt Daniel aſſerit. Cùm enim narraſſet contra eũ à Deo per ſcripturam in pariete ſententiam, & Medum [c] Darium C nullâ morâ interpoſitâ eius ſuſcepiſſe imperium; ſcribens viſionem quam primo Darij anno, & tertio Baltaſſar viderat, inquit, [d] *In anno tertio regni Baltaſſar viſio apparuit mihi.* Quando in reuelatione vidit, quæ futura eſſent poſt regnum Babylonicum, reſque ſubſequuta eſt, tranſlato regno Babylonico in Medos. Cùm autem Darius Medus regno iam potiretur, D iterum inquit ipſe Daniel ſic. [e] *In primo anno Darij Xerxis filij Aſſueri, ex ſemine Medorum, qui regnauit ſuper regnum Chaldæorum, anno primo regni eius, Ego Daniel intellexi in libris numerum annorum, qui factus eſt ſermo Domini ad Ieremiam Prophetam in completionem deſolationis Ieruſalem Septuaginta anni,* & quæ ſequuntur. Quibus manifeſtè apparet, vel ſeptuageſimum annum Captiuitatis fuiſſe primum annum regni Darij, E vel eumdem proximè acceſſiſſe ad ſeptuageſimum annum. Meliùs autem quiſque cenſeat, eum fuiſſe annum ſeptuageſimum. [f] Sic enim orabat Propheta & anni ſecundi vel tertij regni Darij nulla apud ſcripturam mentio; ſed poſt orationem ſtatim res geſtas Cyri Daniel exponit. Primus autem annus Darij inter ſeptuaginta annos adnumeratur, quibus Iudæi in captiuitate manſerunt, vti Deus minatus fuerat. F Hoc enim dixerat Septuaginta annos complendos fore in Babylonico regno. Quapropter pacato imperio vſi ſunt & Nabuchodonoſor, & qui poſt eum regnauit. Cùm enim aſſeueraſſet, [g] *Et ſeruient gentibus his, Regi Babylonis ſeptuaginta annos,* ſubdit. *Cúmque impleti fuerint Septuaginta anni, & vlciſcar ſuper Regem Babylonis & in gentem illam ait Dominus.* Cùm enim Baltaſſar in extremam impietatem irruiſſet & ſcelera, à genere Nabuchodonoſoris regnum abſtulit, Quare

a 4 Reg. 25. 27.
b Dan. 5. 25.
c Dan. 5. 31.
d Dan. 8. 1.
e Dan. 9. 1.
f Dan. 9. 4.
g Ierem. 25. 11.

|| ἰσ. ἡμισῶν.

θέκελ, φαρὲς τὸ, μανὴ, τουτέστιν ἀριθμὸς || ἡμέτερον. τὸ μανὴ, γὰρ ἀριθμός ἐστιν, καὶ ἑρμηνεύεται κατὰ τὴν τῶν ἑβραίων φωνήν. τὸ δὲ, θέκελ, ἐστάθη ἐν ζυγῷ καὶ εὑρέθη ὑστεροῦσα. τουτέστιν, οὐκ ἐπληρώθη. ἔτι γὰρ τῆς βασιλείας ὑπολελειμμένης. ἀφείλετο αὐτὸν τῆς ἐξουσίας ὁ θεὸς ταύτης ἕνεκεν τῆς αἰτίας ὁ μῆδος παραλαβὼν τὴν ἀρχὴν ἐπλήρωσε τὰ ἑβδομήκοντα ἔτη, κατὰ τὸ πρῶτον ἑαυτοῦ ἔτος. δικαίως τοίνυν κατὰ τὴν θείαν γραφὴν τὸ πρῶτον ἔτος τῆς ἀρχῆς τοῦ Δαρείου λογίζεται εἰς τὰ ἑβδομήκοντα ἔτη τῆς αἰχμαλωσίας τοῦ λαοῦ. μεθ' ὃν ὁ Κῦρος τὴν ἀρχὴν διαδεξάμενος, τῶν περσῶν ὁ βασιλεὺς, ἀνῆκε τῆς αἰχμαλωσίας τὸν λαόν. συλλογιστέον τοίνυν τὰ ἑβδομήκοντα ἔτη οὕτως, τριάκοντα ἑπτὰ ἔτη τὰ τοῦ Ναβουχοδονόσορ, ἀνὰ πρὸς ἕτερον ἓν ἔτος τοῦ Δαρείου. τὸ γὰρ ἑβδομηκοστὸν ἔτος τῆς αἰχμαλωσίας φαίνεται. ὁ Δανιὴλ λέγων, καὶ τὰ μεταξὺ ἔτη ἀφ' ἐβασίλευσεν ὁ Μαρόδοχ, ἀπὸ ψηφιστέον ἔτη ἐννέα, καὶ εἴκοσιν. ἀλλὰ δοκεῖ πως τούτοις ἐναντίον εἶναι τὸ παρὰ τῷ ζαχαρίᾳ κείμενον. λέγει γάρ.

Καὶ ἀπεκρίθη ἄγγελος κυρίου, καὶ εἶπε, κύριος παντοκράτωρ, ἕως τίνος οὐ μὴ ἐλεήσης τὴν Ἱερουσαλὴμ, καὶ τὰς πόλεις ἰούδα, ἃς ὑπερεῖδες. τοῦτο ἑβδομηκοστὸν ἔτος. ἦν δὲ ὁ χρόνος οὗτος, καθ' ὃν ταῦτα ἔλεγε, τὸ δεύτερον ἔτος τῆς βασιλείας Δαρείου, οὐ τοῦ μήδου, ἀλλὰ τοῦ Πέρσου, τοῦ μετὰ κῦρόν τε, καὶ Καμβύσην βεβασιλευκότος. Κῦρος γὰρ Δαρείου τοῦ μήδου τὴν ἀρχὴν διαδεξάμενος ἀνῆκε τοὺς αἰχμαλώτους εἰς τὴν οἰκείαν γῆν. εἰ τοίνυν κατὰ τὸν Δανιὴλ τὸ ἑβδομηκοστὸν ἔτος συμπληροῦται εἰς τὸ πρῶτον ἔτος τῆς βασιλείας Δαρείου τοῦ μήδου, πῶς ὁ ζαχαρίας νῦν τὸ ἑβδομηκοστὸν ἔτος εἰς τὸ δεύτερον ἔτος τῆς βασιλείας Δαρείου τοῦ Πέρσου λέγει πληροῦσθαι, ὃς δὴ τριακοστὸν ἔτος εἶχεν, ἀφ' οὗ Κῦρος τὴν ἀρχὴν εἰς Πέρσας μετέστησεν ἀπὸ τῶν μήδων. λεκτέον τοίνυν, ὅτι οὐ τοῦτο φησὶ, ὅτι ἑβδομηκοστὸν ἔτος συμπληροῦται, καὶ γὰρ ὁ ζαχαρίας ταύτην τὴν ὀπτασίαν ἣν ἑωρακέναι λέγει, οὐκ ἐπὶ τῆς βαβυλωνίων ὁρᾷ. ἀλλ' ἐπὶ τῆς γῆς τῆς ἐπαγγελίας ἐπειδὴ τὸν ἄγγελον λέγει περιωδευκέναι τὴν γῆν, καὶ ἐληλυθέναι εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας εἶτα μηνύσαντα τῶν ἁπανταχοῦ ἐθνῶν τὴν εἰρήνην, δεδωκέναι ἀφορμὴν τῷ προφήτῃ ἱκετεῦσαι ὑπὲρ τοῦ λαοῦ. οὐκοῦν προσηκόντως ἔλεγεν ἕως τίνος οὐ μὴ ἐλεήσης τὴν ἱερουσαλὴμ, καὶ τὰς πόλεις ἰούδα, ἃς ὑπερεῖδες. τοῦτο ἑβδομηκοστὸν ἔτος. φαίνονται γὰρ κατὰ τὴν ὑπόσχεσιν ἀνεληλυθότες. ἀλλ' ὀλιγόρως περὶ τὴν εὐσέβειαν διακείμενοι οὐ κατηξίουν τὸν ναὸν οἰκοδομῆσαι. ὁ τοίνυν θεὸς φιλανθρωπίᾳ νικῶν τῶν ἁμαρτημάτων τὸ πλῆθος, ἀφορμὴν ἑαυτῷ δίδωσι πρὸς τὸ οἰκτεῖραι τὸν λαόν. διὰ τοῦτο, καὶ τὴν ὀπτασίαν δείκνυσι τῷ προφήτῃ, ὡς πᾶσα ἡ γῆ εἰρηνεύουσα διατελεῖ, ἵνα λάβῃ ἀφο

A Quare & apud Danielem scriptum legitur, [a] Manè; Thecel, Phares: hoc est numerus dierum: Mane namque numerus est,& secundùm Hebraicam vocem sic interpretatur. [b] *Thecel, appensum est in statera, & inuentum est minus habens*, hoc est, non est completum; cùm enim adhuc superesset regni eius aliquid temporis, priuauit eum Dominus potestate omni: Medoque excipiente regnum, primo ipsius anno B completi sunt anni Septuaginta. Non immeritò igitur iuxta diuinam Scripturam primus annus regni Darij computatur cũ Septuaginta annis captiuitatis populi,post quem Cyrus, regno Persarum suscepto populum è captiuitate liberauit. Numerandi itaque sunt Septuaginta anni hoc pacto. Triginta septem anni Nabuchodonosoris, quibus adde, & vnum Darij, Septuagesimi namque captiuitatis anni Daniel mentionem facit; Qui intercessêre C Medij,sunt ij quibus regnauit Marodoch, quorum numerus nouem & viginti statuendus est. Verùm his repugnare videtur quod est apud Zachariam cùm ait, [c] *Et respondit Angelus Domini, & dixit Dominus omnipotens, quousque non misereberis Ierusalem, & Ciuitatum Iuda, quas despexisti hic septuagesimus annus*, erat autem tempus hoc, quo hæc dicebat annus secundus regni Darij, non quidem Medi, sed Persæ, qui regna- D uit post Cyrum, & Cambysem. Cyrus etenim successor Darij Medi in Regno facultatem captiuis dedit vt in propriam reuerterentur terram. Si itaque vt Daniel refert septuagesimus annus expletus primo anno regni Darij Medi, quâ ratione nunc Zacharias asserit eum completum anno secundo regni Darij Persæ qui erat annus trigesimus, ex quo Cyrus Regnum ex Medis transtulit in Persas? Dicendum E ergo, eum id minimè asserere, quòd compleretur annus septuagesimus. Si quidem visionem istam quam se vidisse asserit Zacharias haud de rebus extitit Babylonicis, sed de terra promissionis; cùm dicat, Angelum vniuersam circuisse terram, & in terram promissionis deuenisse, & vbique gentium pacem nunciasse, & sic ansam præbuisse Prophetæ, vt pro populo oraret. Non igitur extra rem dicebat, [d] *Vsquequò Domine non misereberis Ierusalem, & ciui-* F *tatum Iuda, quas despexisti, hic septuagesimus annus*. Iam enim eos præteriisse constabat secundùm promissionem. Cæterùm circa Dei cultum negligentes cùm essent, ad templi ædificationem minimè se addicebant. Itaque Deus scelerum multitudinem suâ superans in homines beneuolentiâ, quò populi misereatur, præbet sibi occasionem. Quapropter & visionem exhibuit Prophetæ, quòd vniuersa terra placidissimâ pace frueretur, vt ansam arriperet orandi pro

[a] Dan.5.25.
[b] Dan.5.27.
[c] Zach.1.12.
[d] Zach.1.12.

ἀφορμὴν ἱκέτευσαι ὑπὲρ τοῦ λαοῦ, ἵνα δι᾽ ἀπροσώπως χαρίσηται αὐτοῖς τοῦ ναοῦ τὴν οἰκοδομήν. ὃ δή, καὶ ἐπὶ τοῦ Μωσέως. πεποίηκε τοῦ λαοῦ ἡμαρτηκότος. ὁ τοίνυν φησὶ τοῦτ᾽ ἔστιν. ὅτι ἑβδομήκοντα μὲν ἔτη ἠπείλησας αὐτοῖς τὴν εἰς αἰχμαλωσίας, ἐν οἷς καὶ ὑπερορᾶν. αὐτῶν ἔφης. τούτων δὲ ἐτῶν μετὰ τὴν ἑβδομήκοντα ἑτέρα δὲ παρεληλυθότων, ἔτι οὐδὲν κέρδος ἔχουσι, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς ὄντες τῆς ἐπαγγελίας, ἐρήμου τοῦ ναοῦ τυγχάνοντος, ἐφ᾽ οἷς ἱκετεύει τὸν θεὸν ἵλεω γενόμενον παρασχεῖν τῷ ναῷ τὴν προτέραν εὐκοσμίαν. οὕτω τοίνυν καὶ τὰ ἑβδομήκοντα ἔτη ψηφιστέον, καὶ τὴν δοκοῦσαν ἀντίθεσιν λυτέον. οὕτω γὰρ φανοῦνται καὶ οἱ προφῆται οὐχ ἑαυτοῖς μαχόμενοι, ἀλλὰ συνῳδὰ λέγοντες.

* Λάβε τὸ ποτήριον τοῦ ἀκράτου, τοῦ ἐκ χειρός μου, καὶ ποτιεῖς αὐτὸ πάντα τὰ ἔθνη. πρὸς ἃ ἐγώ σε ἐξαποστελῶ πρὸς αὐτά.] τοῦ ἀκράτου ὁ ἑβραῖος τῆς πικρίας, ἔχει. βλέπει δὲ τὴν ὀπτασίαν πρὸς παραμυθίαν τοῦ λαοῦ. ἐπειδὴ γὰρ εἰς λογισμοὺς ἐνέπιπτον κρείττονα ὁρῶντες τὸν Βαβυλώνιον, ὡς οὐδὲν ὄφελος αὐτοῖς τάχα τῆς εἰς θεὸν θεραπείας, δείκνυσι ὁ προφήτης μᾶλλον δὲ ὁ θεὸς διὰ τοῦ προφήτου, ὅτι δι᾽ ἁμαρτίαν ταῦτα ὑπομένουσι, τὴν κατὰ τῶν ἐθνῶν ποιεῖται προφητείαν, καὶ πάντας τοὺς βασιλεῖς τοὺς ἑβδομήκοντα ἑπτά. λέγει δὲ τὴν ἰδουμαίαν τὴν νῦν Βαταναίαν καλουμένην. ἣν εἶχον πρότερον οἱ περὶ τὸν Ῥουβὴμ, καὶ τὸ ἥμισυ φυλῆς Μανασσῆ προϊὼν δὲ λέγει. [καὶ τὸ ἐπίλοιπον Ἀζώτου.] καὶ τὴν ἰδουμαίαν, τὴν νῦν Βόστραν καλουμένην. λέγει καὶ τὴν Δεδάν, καὶ τὴν Θεμάν, καὶ τὴν Βοὺζ, καὶ πάντα περικειρόμενον τὰ κατὰ πρόσωπον: Σαρακηνικὰ ἔθνη μηνύει ἀπὸ τῆς Χετούρας γενόμενα.

Καὶ πάντας τοὺς βασιλεῖς τοὺς συμμίκτους, τοὺς καταλύοντας ἐν τῇ ἐρήμῳ.] ἵνα εἴπῃ τὸ πλῆθος αὐτῶν διάφορα γὰρ ἔθνη Σαρακηνῶν.

Καὶ πάντας τοὺς βασιλεῖς Ζαμβρῆ.] τουτέστι, Ζεμβράμ, εἷς δέ ἐστιν οὗτος τῶν ἀπογόνων τῆς Χετούρας. ἑρμηνεύεται δὲ ἀσαφῶς Ζαμβρῆ, ἀντὶ τοῦ Ζεμβράμ.

Καὶ βασιλεὺς Ἰσὸχ πίεται ἔσχατος αὐτῶν.] ὄνομα ἀνθρώπου. ἐστὶ δὲ βασιλεὺς τῆς Θηβαΐδος.

* Καὶ οἵδε ὥσπερ οἱ ληνοβατοῦντες ἀποκριθήσονται πρὸς πάντας τοὺς καθημένους ἐπὶ τῆς γῆς. τὸ, οἵδε, οὐ καλῶς κεῖται παρὰ τῷ ἑλληνικῷ ἢ Δαδ γὰρ ἔχρην κεῖσθαι. Δαδ δέ ἐστιν, ἐπίρρημα τῶν ληνοβατούντων ἀποκρινομένων πρὸς τοὺς καταλέγοντας. ὥσπερ τοίνυν φησὶ τὸ ἐπίρρημα τοῦτο λέγοντες προθύμως πατοῦσι τὴν σταφυλήν, οὕτως ὑμᾶς καταπατήσει, ὡς ληνοβάτης ὁ Βαβυλώνιος ἅπαντα τὰ ἔθνη.

Φωνὴ κραυγῆς ποιμένων.] τουτέστι, τῶν βασιλέων. καὶ ἀλαλαγμὸς τῶν κριῶν τῶν προβάτων.] ἵνα εἴπῃ τῶν μεγιστάνων.

pro populo, vt & illis templi conſtructionem bono largiretur nomine: quod & tempore Moyſis [a] fecerat, tecum populus peccaſſet. Itaque huius loci ſenſus eſt. Septuaginta annos minatus es illis captiuitatem quibus & eos habiturum te deſpectui affirmaſti, ſed cùm poſt ſeptuaginta annorum illorum ſpatium, & tot alij elapſi ſint, neque vllum adhuc eſſet horum iis ipſis qui in terra promiſſionis cõmorarentur, templo adhuc permanente deſolato: ſuper hiſce Deum orat, vt propitius factus priorem ornatum templo reſtitueret. Sic itaque Septuaginta anni computandi ſunt, ſicque ſoluenda, ſi qua eſt in contrarium oppoſitio. Nam & hac ratione fit exploratum, Prophetas concordes inter ſe eſſe, neque inuicem, ſibi ipſis aduerſantia proferre.

[a] Exod. 32. 7.

* Verſ. 15. *Sume calicem vini meri huius de manu mea, & potare facies de illo omnes gentes, ad quas ego mitto te ad eos. Vini meri*, Hebræus, *Amaritudinis*, habet, conſpicitque hanc viſionem, in populi ſolatium. Cùm enim curis conficerentur, potiorem intuentes Babylonicum, quaſi nulla ex Dei obſequio pararetur illis vtilitas; oſtendens Propheta, imò per Prophetam Deus, eos hæc propter peccata ſuſtinere, contra gentes vaticinatur & Reges omnes ſeptuaginta ſeptem, vocatque Idumæam, quæ nunc Batanæa dicitur, quam priùs poſſidebant qui erant ex tribu Ruben, & media pars tribus Manaſſes, progrediens verò inquit.

Chryſoſt. Verſ. 15.

Verſ. 21. *Et reliquiis Azoti & Idumeæ.* Quæ nunc Boſtra nuncupatur addit.

Verſ. 23. *Et Dedam, & Themam, & Buz, & omni circumtonſo ſecundum faciem.* Saracenicas nationes deſignat, quæ à Chetura originem ducunt.

Saraceni vnde, eorumque plures eſſe nationes.

Et cunctis Regibus, & omnibus miſtitiis habitantibus in deſerto, vt explicaret multitudinem illorum, variæ namque ſunt nationes Saracenorum.

Verſ. 25. *Et cunctis Regibus Zambri.* Zambram ſcilicet, eſtque vnus ex poſteris Cheturæ, & obſcurè interpretatur Zambri, pro Zambram.

Verſ. 26. *Et Rex Iſoch bibet poſt eos.* Nomen hominis, Thebaidiſque eſt Rex.

Verſ. 30. *Et hi, quaſi calcantes reſpondebunt ad omnes ſedentes ſuper terram.* οἵδε, id eſt, *illi autem*, non benè in Græco legitur: etenim ponendum erat Δαδ, Dad autem eſt calcantium aduerbium, dum reſpondent ad colligentes. Quemadmodum igitur, ait, aduerbium hoc dicentes alacri animo vuam calcant. Sic & vos calcabit Babylonius vtpote qui calcat gentes vniuerſas. Verſ. 36. *Vox clamoris Paſtorum.* Regum videlicet. *Et vlulatus arietum ouium*, quaſi diceret optimatum.

Chryſoſt. Verſ. 30.

Caput

Caput 26. à verſ. 1. vſque ad 11. Sectio Prima.

TEXTVS VVLGATÆ.

1 IN principio regni Ioakim filij Ioſiæ Regis Iuda, factum eſt verbum iſtud à Domino dicens.

2 Hæc dicit Dominus: Sta in atrio domus Domini,& loquêris ad omnes ciuitates Iuda, de quibus veniunt vt adorent in domo Domini, vniuerſos ſermones, quos ego mandaui tibi, vt loquaris ad eos: noli ſubtrahere verbum.

3 Si fortè audiant & conuertantur vnuſquiſque à via ſua mala; & pœniteat me mali quod cogito facere eis propter malitiam ſtudiorum eorum.

4 Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus: Si non audieritis me vt ambuletis in lege mea, quàm dedi vobis.

5 Vt audiatis ſermones ſeruorum meorum Prophetarum, quos ego miſi ad vos de nocte conſurgens,& dirigens,& non audiſtis.

6 Dabo domum iſtam ſicut Silo, & vrbem hanc dabo in maledictionem cunctis gentibus terræ.

7 Et audierunt Sacerdotes & Prophetæ, & omnis populus Ieremiam loquentem verba hæc in domo Domini.

8 Cúmque compleſſet Ieremias loquens omnia, quæ præceperat ei Dominus vt loqueretur ad vniuerſum populum, appræhenderunt eum Sacerdotes,& Prophetæ, & omnis populus, dicens: Morte moriatur.

9 Quare prophetauit in nomine Domini, dicens: Sicut Silo erit domus hæc: & vrbs iſta deſolabitur, eò quòd non ſit habitator? & congregatus eſt omnis populus aduersùs Ieremiam in domo Domini.

10 Et audierunt principes Iuda verba hæc: & aſcenderunt de domo Regis in domum Domini, & ſederunt in introitu portæ domus Domini nouæ.

11 Et locuti ſunt Sacerdotes & Prophetæ ad principes, & ad omnem populum, dicentes: Iudicium mortis eſt viro huic: quia prophetauit aduersùs ciuitatem iſtam, ſicut audiſtis auribus veſtris.

TEXTVS SEPTVAGINTA.

A

1 *IN principio Regis Ioacim filij Ioſiæ factum eſt verbum iſtud à Domino.*

2 *Sic dixit Dominus: Sta in atrio domus Domini: & reſpondebis omnibus Iudæis, & omnibus venientibus adorare in domo Domini, vniuerſos ſermones, quos mandaui tibi reſpondere eis: noli ſubtrahere verbum.*

3 *Fortaſſe audient, & auertentur vnuſquiſque à via ſua mala: & ceſſabo à malis, quæ ego cogito facere eis propter peſſima ſtudia eorum.*

B

4 *Et dices: Sic dixit Dominus. Si non audieritis me, ambulando in legitimis meis, quæ dedi ante faciem veſtram.*

5 *Exaudiendo verba puerorum meorum Prophetarum, quos ego mitto ad vos diluculo, & miſi, & non audiſtis me.*

6 *Et dabo domum hanc ſicut Selo; & ciuitatem dabo in maledictionem cunctis gentibus vniuerſæ terræ.*

7 *Et audierunt Sacerdotes, & Pſeudoprophetæ, & vniuerſus populus Ieremiam loquentem verba hæc in domo Domini.*

C

8 *Et factum eſt, cùm Ieremias conſummaſſet loquens omnia, quæ præceperat ei Dominus loqui vniuerſo populo, & apprehenderunt eum Sacerdotes, & Pſeudoprophetæ, & omnis populus, dicens: mortem moriaris,*

9 *Quia prophetaſti in nomine Domini, dicens: Sicut Selo, erit domus hæc: & vrbs iſta deſolabitur ab habitantibus. Et conuenit Eccleſia vniuerſi populi ſuper Ieremiam in domo Domini,*

10 *Et audierunt principes Iuda verbum hoc: & aſcenderunt de domo Regis in domum Domini: & ſederunt in veſtibulis portæ nouæ.*

D

11 *Et dixerunt Sacerdotes, & Pſeudoprophetæ ad principes, & omni populo: Iudicium mortis homini huic, quia prophetauit aduersùs ciuitatem iſtam: ſicut audiſtis in auribus veſtris.*

PARAPHRASIS CHALDAICA.

1 *IN principio regni Ioachim filij Ioſiæ Regis tribus domus Iuda, factum eſt verbum iſtud à facie Domini, dicendo.*

E

2 *Hæc dicit Dominus: Sta in atrio domus Sanctuarij Domini, & Prophetabis in omnes ciuitates domus Iuda, quæ veniunt vt adorent in domo Sanctuarij Domini, omnia verba quæ præcepi tibi, vt prædiceres eis: ne dimittas verbum.*

3 *Fortè audient & conuertentur vnuſquiſque à via ſua mala, & auertar ego à malo quod cogito facere eis propter malitiam operum ipſorum.*

4 *Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus; Si non receperitis verbum meum vt ambuletis in lege mea quam dedi coram vobis.*

F

5 *Vt obediatis verbis ſeruorum meorum Prophetarum, quos ego miſi ad vos manè conſurgens, & mittens, & non obediſtis.*

6 *Et dabo domum iſtam ſicut Silo, & ciuitatem iſtam dabo in maledictionem omnibus populis terræ,*

7 *Et audierunt Sacerdotes & Scribæ, & omnis populus Ieremiam prophetantem omnia verba hæc in domo Sanctuarij Domini.*

8 *Et factum eſt cùm conſummaſſet Ieremias Prophetare omnia quæ præcepit ei Dominus vt loqueretur cum omni populo, apprehenderunt eum Sacerdotes, & Scribæ, & omnis populus, dicendo: Morte morieris.*

9 *Quare prophetaſti in nomine Domini, dicens: Sicut Silo erit domus iſta? & ciuitas hæc deſolabitur abſque habitatore? Et congregatus eſt omnis populus contra Ieremiam in domo Sanctuarij Domini.*

10 *Et audierunt principes Iuda verba hæc, & aſcenderunt de domo Regis in domum Sanctuarij Domini, & ſederunt in introitu portæ Orientalis domus Sanctuarij Domini.*

11 *Et dixerunt Sacerdotes, & Scribæ principibus, & omni populo, dicentes: Peccatum iudicij mortis eſt viro huic; quia Prophetauit aduersùs ciuitatem iſtam, ſicut audiſtis auribus veſtris.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impreſſis.

1 Hieronym. *Prædicator verbi Dei ſtet cum Moyſe coram Domino.*

Hieronymus. (*In principio regni*, &c.) Hæc prophetia ſuperior eſt priore, licet ſub eodem Rege ſit facta. Illa enim facta eſt in anno quarto Ioakim filij Ioſiæ Regis Iuda: hæc autem in principio eiuſdem Regis, Scripturâ dicente: In principio regni Ioakim filij Ioſiæ Regis Iuda, factum eſt verbum iſtud à Domino. Non igitur (vt ſæpe iam diximus) in Prophetis hiſtoriæ ordo texendus eſt: cùm in præſentiarum ſub eodem Rege priora poſtea, & poſteriora ante dicantur. Qui autem verbum dicturus eſt Domini, debet ſtare cum Moyſe, [a] & audire cum Pſalmiſta: [b] *Qui ſtatis in domo Domini, in atriis domus Dei noſtri.* Et præcipitur illi vt loquatur ad omnes ciuitates Iuda: licet ciuitates Sept. non tranſtulerint: ne indecorum fortè videretur, in atrio domus Domini loqui ad vrbes, quæ coram non erant: ſed quando ad populum, & ad ciues loquitur, ipſis ciuitatibus loquitur. Pulchrè autem ſtat in atrio, atque veſtibulo templi Domini: vt per occaſionem orationis Domini, & adorandi eum, ſermones Prophetæ audire cogantur. *Noli*, inquit, *ſubtrahere verbum*: licet triſte ſit, licet aduersùm te audientium rabies concitetur, tamen dicito quod tibi imperatum eſt: non formidans perſecutiones eorum, qui aduersùm te concitandi ſunt, ſed Domini iubentis imperium. *Si forſitan*, inquit, *audiant & conuertantur.* Verbum ambiguum, *forſitan*, maieſtati Domini non poteſt conuenire, ſed noſtro loquitur affectu, vt liberum homini ſeruetur arbitrium: ne ex præſcientia eius, quaſi neceſſitate vel facere quid, vel non facere cogatur. Non enim ex eo quòd Deus ſcit futurum aliquid, idcirco futurum eſt: ſed quia futurum eſt, Deus nouit, quaſi præſcius futurorum. Et tamen ſciendum iuxta hunc eundem Ieremiam, [c] etſi mala prædixerit Dominus, & egerit populus pœnitentiam, quòd & ipſe acturus ſit pœnitentiam ſuper his quæ facere comminatus eſt. Et ſi proſpera pollicitus fuerit, & egerit populus negligenter, mutet Deus ſententiam, & pro bonis mala inferat. Tale quid & illud in Euangelio eſt: [d] *Mittam filium meum, forſitan verebuntur eum.* Quod vtique ex perſona Dei omnipotentis dicitur. Denique & in præſenti ait: *Si fortè audiant & conuertantur vnuſquiſque à via ſua mala:* vt cùm illi conuerſi fuerint, & meæ ſententiæ me pœniteat, & non faciam quod eis cogito facere. Cogito autem facere propter malitias ſtudiorum illorum: quæ ſi fuerint immutatæ, & mea ſententia commutabitur: legamus hiſtoriam Ionæ, & Niniue.

a Deut. 5. 31. b Pſ. 134. 2.

In Templo quàm opportunè fiant conciones. *A Prædicatione non deſiſtendũ propter perſecutiones.* *Præſcientia Dei non eſt cauſa rerum, ſed quia futura ea ſunt, Deus illas nouit, vt præſcius futurorum.* *Mutatio ſententiæ Dei eſt noſtra non eius, qui omnino immutabilis eſt.* c Iere. 18. 8. d Luc. 20. 13.

2 *Operari benè, vel malè noſtri quidem eſt liberi arbitrij, bonum nihilominus omne ad Dei referendum gratiam.*

(*Et dices ad eos*, &c.) In noſtra ergo poſitum eſt poteſtate, vel facere quid, vel non facere: ita duntaxat vt quidquid boni operis volumus, appetimus, explemus, ad Dei gratiam referamus: qui iuxta Apoſtolum [e] *dedit nobis & velle, & perficere.* Sin autem ſufficit ſemel ambulare in lege, quæ nobis data eſt per Moyſen, vt ſtulta hæreſis ſuſpicatur: quomodo addidit: *Vt audiatis ſermones ſeruorum meorum Prophetarum?* Qui vtique poſt legem miſſi ſunt, & non ſemel, ſed frequenter: nec otioſè & à ſecuro, ſed ſemper & à ſollicito. *Miſi*, inquit, *ad vos ſeruos meos Prophetas quotidie, & de nocte conſurgens:* quos ſi audire nolueritis, *dabo domum iſtam*, hoc eſt templum

e Phil. 2. 13. *Legis ſimul ac Prophetarum obſeruatio iugis vt eſſet, neceſſe antiquitùs erat.* *Templorum Dei euerſionẽ ſequitur & ruina ciuitatum.*

A Dei, *ſicut Silo*, vbi fuit tal templum deſtructum fue uitas erit in maledictione ræ. Sicut autem extructo & in Monte Moria, hoc eſt ham & filium ſuum Iſaac o ſauit religio Silo, nec poſte criſicia: ſic extructâ Eccle ea victimis immolatis, ceſſa niæ, & data eſt vrbs Iudæoru cunctis Gentibus terræ: de q berauit, dicente Apoſtolo: [b] C

B *maledictione legis, factus pro nob.*

(*Et audierunt Sacerdotes*, &c.) phetæ, quos Pſeudoprophetas m tranſtulerunt, iraſcuntur Ieremiæ, dicat: vt ſubuerſo templo, & ciuitate peritura religio, & lucra ex religione venientia: Idcirco appræhendunt eum, & conſentiente ſibi populo, morti deſtinant: quare dixerit in nomine Domini, ſicut Silo erit domus hæc, & vrbs deſolabitur, eò quòd non ſit habitator. Si quando igitur propter mandata Domini, & fidei veritatem, vel Sacerdotes nobis vel Pſeudoprophetæ, vel C deceptus populus iraſcitur, non magnopere curemus: ſed exequamur ſententiam Dei, nequaquam præſentia mala, ſed futura bona animo cogitẽtes.

Chryſoſt. *verborum ... pro... ...um- que illatas nobis moleſtias.*

3 (*Et congregatus eſt omnis*, &c.) Ieremias in templo verba Domini prophetarat, & dixerat: *Dabo domum iſtam, ſicut Silo, & vrbem hanc in maledictionem dabo cunctis gentibus terræ:* ſtatimque à Sacerdotibus & Prophetis, & populo, ſeditione commotâ, omne vulgus aduersùs Prophetam congregatur in templum, vbi erat Propheta, & Sacerdotum ac Prophetarum vulgique manibus te-D nebatur. Quod cùm audiſſent principes ciuitatis, qui in domo regia verſabantur, tranſierunt, ſiue aſcenderunt de domo regis in domum Domini. Notandumque quod ire ad domũ Domini, ſemper aſcenſus ſit. Sederuntque in introitu portæ Domini nouæ. Principum enim erat officium ſedere in porta domus Domini, & ibi negocij & ſeditionis cognoſcere veritatem. *Noua* autem *porta* dicitur: quia qui ſedebant in ea & iudicio præerant; Sacerdotum, & Pſeudoprophetarum calumniæ reſiſtebant.

In Templum ire ſemper eſt aſcenſus. *Principes ſæculares antiquitùs in tẽpli porta cõmota ſeditioni, Sacerdotũque calumniæ reſiſtebant.*

E (*Et loquuti ſunt Sacerdotes*, &c.) Sedentibus vrbis principibus in porta templi & in porta noua: qui de Regis palatio ad templum cucurrerant, vt ſeditio populi ſedaretur: & concione populi congregatâ, accuſant Sacerdotes, & Pſeudoprophetæ Ieremiam: perieratque Propheta, quantùm fuit in Sacerdotibus, & Prophetis, ſi accuſatores ipſi habuiſſent iudicij poteſtatem. Ex quo intelligimus crudeliores fuiſſe in Prophetam per inuidiam ſanctitatis, qui religioni videbantur dediti, quàm qui neceſſitatibus publicis præerant.

Sacerdotes & Eccleſiaſtici ſæpe crudeliores in viros probos quàm magiſtratus ſæculares.

4 In Theodorito nihil, præter ſimplicis hiſtoriæ breuiſſimã paraphraſim. Hoc vno excepto, quòd F ponderãs adhibitam à Deo in verſ. 3. particulam, *forſitan* ait, Dixit fortaſſe, non quaſi ignorans; nouerat enim illorum incredulitatem. Sed ambiguâ dictione vſus eſt, ne ſententiæ diuinæ attendentes deſperarent de ſalute. Non enim hoc ignorandi verbum eſt: verum ne dicant, Prædixit incredulitatem noſtram, Numquid mendax eſt? Quî ergo poteſt fieri, vt nos intuemur. Docet itaque per ea quæ dicta ſunt, eos poſſe, ſi velint, ſuſcipere morum mutationem.

Theodorit. *Forſitan particulam ſæpe ſuis adhibet ſententiis Deus liberi arbitrij noſtrã ſignificans poteſtatem.*

In D. Th. pariter nil eſt quod hîc notemus, niſi quòd circa portã nouã, cuius fit mẽtio in verſ. 10.

D. Thom. *Porta noua tẽpli quæ de nouo extructa fuerat ad ius dicendũ.*

 aſſe

erit, eam dici nouam, quia de nouo facta erat, ad tenendum iudicia Sacerdotum, & eorum quæ ad cultum religionis pertinebant.

5 Athanasius. *Verbum Dei factū ad Prophetas idem cum verbo æterno Patris secundùm Athanasium.* a Ioan.1.1.

Circa vers. 1. Athanas. Sermone 3. contra Arianos circa medium, cùm dixisset, Est verbum Domini architectus & rerum auctor, & est Patris voluntas, inter alia hæc addit, Prophetæ item loquuntur, *Et factum est Verbum Domini*: Ioannes quoque in hanc sententiam prorumpit, *In principio erat Verbum*. Ex quibus colligere est, quod hîc à Ieremia asseritur factum Dei verbum, intelligi secundùm Athanasium de verbo, quod & ab æterno consubstantiale erat Patri.

Euseb. Cæs. *Præscientia Dei non imponit rebus necessitatem.*

Quod ad id quod in vers. 3. dicitur, *Fortasse audient, & auertentur*, &c. Eusebius Cæsariensis lib. 6. de Præparatione Euangelica cap. 9. post multa de præscientia Dei, quòd non imponat necessitatem, hæc habet. Quòd verò præscientia Dei nullam necessitatem nobis ponit, inde quoque affirmari potest, quia sæpius in Scriptura, pœnitentiam per Prophetas mandasse inuenitur, nec cognouisse simulauit: vtrum conuerterentur delinquentes an non, vt apud Ieremiam scribitur: *Forsan audient, & agent pœnitentiam.* Sed æqualiter vtrúmque contingens à dictis esse ostendit, ne præscientia sua palàm facta audientes deiiciat, quasi necessariò aliquid eorum futurum sit: nec in delinquentibus conuerti & non conuerti potestas insit, & hæc res peccandi causa foret. Et è contrà, si conuersionem eorum omnino futuram prædixisset, huiuscemodi prædictio dissolutionis causa fuisset; faceretque ne viriliter in voluptate insurgerent, quasi emendario, velint nolintve, futura sit. Sic enim prædicto impedimento futuri boni esse videtur. Cùm igitur per-vtiliter Deus mundum gubernet, meritò futura celauit, quorum cognitio minimè hominibus conducit. Si enim malos futuros se præuiderent, desperatione sui bonos dissolutione ac eneruatione distraherent.

Ad Pœnitentiā exhortans quàm pruděter Deus contingentem illam significans, & liberam particulam adhibeat fortasse.

Futura quā meritò Deus celarit hominibus.

6 Ambrosius.

Ambrosius lib. 2. de Pœnitentia cap. 5. Agens contra illos qui in reprobationem pœnitentiæ illa afferent Petri verba, quibus in lib. Actuum Apost. 8. ad Simonem dixit, [b] *Non est tibi pars, neque sors in hac fide, quia cor tuum non est rectum apud Deum; Pœnitentiam itaque age ab hac nequitia tua, & precare Dominum, si fortè remittatur tibi hac cogitatio cordis tui*, &c. Ego, inquit, nec Petrum dubitasse credo, nec dico, nec verbi vnius præiudicio tantam causam strangulandam arbitror. Nam si putant dubitasse Petrum, nunquid & Deus dubitauit qui ait ad Ieremiam Prophetam: [c] *Sta in atrio domus Domini, & responsum dabis omni Iuda, iis qui veniunt adorare in domo Domini, omnia verba quæ constitui tibi respondere illis: noli auferre verbum, forsitan audient, & auertentur.* Dicant ergo & Dominum ignorasse quid esset futurum. Sed non ignorantia eo verbo exprimitur: sed in Scripturis diuinis frequens huiusmodi consuetudo aduertitur, eò quòd simplex sit elocutio. Siquidem & ad Ezechiel dicit Dominus: [d] *Fili hominis mittam ego te ad domum Israel, ad eos qui me exacerbauerunt, ipsi & patres eorum vsque in hodiernum diem, & dices ad eos: Hac dicit Dominus, si fortè audient & terrebuntur. Nesciebat ergo eos posse, aut non posse conuerti?* Non ergo semper dubitantis ista est locutio. Denique ipsi sapientes sæculi, qui omnem gloriam statuunt in expressione verborum, quod Latinè fortè dicimus, Græcè τάχα non vbique pro dubitatione posuerunt.

b Act. 8. 21.

Forte, & similes particulæ nō vbique ponuntur dubitatiuè, in Sacris, & in prophanis.

c Iere. 26. 2.

Dubitatiuis cum particulis frequenter facta reperiūtur locutiones simplices ac si absque illis essent.

d Ezec. 2. 3.

Circa vers. 11. Notandum quod à D. Thoma lect. 3. in cap. 3. Epistolæ ad Rom. hisce asseritur. Est consuetudo Scripturæ, vt quandoque loquatur de toto populo ratione malorum, quandoque ratione bonorum, vt patet Ierem. 16. Vbi dicitur, quòd *cùm complesset Ieremias loqui omnia quæ præceperat ei Dominus vt loqueretur ad vniuersum populum, apprahenderunt eum Sacerdotes & Propheta, & omnis populus dicentes, Morte moriatur.* Et postea subditur, *Dixerunt principes & omnis populus, non est viro huic iudicium mortis.*

D. Thom. *De Populo toto loqui cōsueuit Scriptura aliquādo ratione malorum, aliquando ratione bonorum.*

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Ἐν ἀρχῇ βα.]

Βίκτορος.] πρεσβύτερα ταῦτα τοῖς χρόνοις. πλὴν, εἰ μὴ διττὴν ἐστὶν ἀρχὴν τῆς βασιλείας αὐτοῦ λαβεῖν. μίαν μὲν, καθ' ἣν κατέστη ὑπὸ Νεχαὼ Φαραώ. δευτέραν δὲ, καθ' ἣν αὐτὸν ὁ Βαβυλώνιος ἐπὶ ἔτη τρία κατεδουλώσατο. ὡς ἐκ τῆς τῶν βασιλειῶν ἐγνώκαμεν βίβλου, καὶ διὰ τῶν ἑξῆς τοῦτο γνωσόμεθα.

[οὕτως εἶπε κύριος.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἵνα μάθωσιν, ὅτι οὔτε ἡ ὄψις ἐδυσώπησε τὸν προφήτην. ὥσπερ ἂν εἴ τις ἀνδρὸς μεγάλου καὶ θαυμαστοῦ μέλλων καταψηφίζεσθαι, αὐτὸν εἰς μέσον ἀγάγοι τὸν ἄνδρα. τί λέγεις; οὐ προλαβὼν εἶπες, ὅτι ὥσπερ τὰ σῦκα τὰ πονηρὰ, οὕτως αὐτοὺς δώσω; πῶς οὖν δίδως ἐλπίδα μεταβολῆς;

|| Ὀλυμπιοδώρου.] διαμαρτύρεσθαι κελεύει θεὸς τῷ προφήτῃ τοὺς ἰουδαίους, ἐπὶ τῷ φυλάττειν τὰ θεῖα νόμιμα, ἵνα μὴ ἐπέλθῃ αὐτοῖς ἡ ὀργή. ||

[Μὴ

Vers. 1. (*In principio Regis Ioacim, &c.*)

Victoris.] *Si tempora computemus, antiquiora hæc sunt; ni duplex illius regni principium intelligamus, vnum quidem cum à Nechao Pharaone* [e] *constitutus est;* [f] *alterum verò cum illum Babylonius tribus annis seruum habuit; sicut ex libris Regum didicimus, & ex his quæ dicentur inferiùs manifestum fiet.*

7 Victor. *Ioacim regni duplex cōputatur principium.* e 4. Reg 23. 34. f 4. Reg. 24. 12.

Vers. 2. (*Sic dixit Dominus: Sta in atrio domus Domini, &c.*)

Chrysostomi.] *Vt intelligerent nihil veritum esse Prophetam & coram loquentem, vt si quis sententiam in virum aliquem magnum & egregium laturus, producat illum in medium. Quid ais?* [g] *Nonne antea dicebas, te sicut malas ficus, ita eos daturum? quomodo igitur spem mutationis præbes?*

Chrysost. *Prædicatores Verbi Dei quāta deceat constantia, & magnanimitas.* *Conuersionis spem numquā subtrahit Deus.* g Ier 24. 8.

Olympiodori.] *Contestari Deus Prophetam præcipit de seruanda lege diuina, ne in illos ira veniret.*

Olympiod. *Legis diuinæ obseruatione auertitur Dei ira.*

(Noli

[μὴ ἀφέλῃς.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τίνος ἕνεκεν παραγγέλλεις, οὐχ ὡς τοῦτο ποιοῦντος τοῦ προφήτου; μὴ γένοιτο. ἀλλ' ἵνα ἀξιόπιστον ποιήσῃ τὸν λόγον, καὶ μᾶλλον αὐτοὺς πείσῃ προσέχειν. καὶ ὅλως ἀναγκαίας οὔσης λεχθῆναι τῆς προφητείας.

[Ἴσως ἀκούσονται.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] πολλάκις συμβαίνει ὡς ἐπὶ τῶν ἀνελπίστων καὶ ἀπεγνωσμένων. τοῦτο πείθει τὸν προφήτην. ἴσως ἀκούσονται, ὁ πάντα προειδὼς φησι, καὶ εἰς ἐλπίδα ἄγων αὐτούς. ἴσως συμβαίνει. τὸ, ἴσως, ἐν τῇ γραφῇ ἐπὶ βεβαιώσει λέγεται: ἴσως γὰρ ἐντραπήσονται τὸν υἱόν μου, ἀντὶ τοῦ ὀφείλουσιν ἐντραπῆναι.

[Καὶ ἀποστραφῇ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τοῦτο μάλιστα ἤθελεν ὁ προφήτης ἀκοῦσαι. σὺ βούλει παρακινδυνεῦσαι ἐπ' ἐλπίδι τοιαύτῃ. εἰπὲ οὖν οὕτως εἶπε κύριος.

|| [Καὶ δώσω τὸν οἶκον.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὃ μάλιστα αὐτοὺς ἐλύπει. μέγα γὰρ ἐφρόνουν ἐπὶ τῷ ναῷ.

|| Τοῦ ἁγίου Κυρίλλου.] ταῦτα πάντα συνέβη παθεῖν ἐξυβρικότα τὸν Ἰσραὴλ εἰς τὴν τοῦ θεοῦ δόξαν, καὶ ἀνοσίως κατεφθαρμένον ἐπὶ τῷ βούλεσθαι προσκυνεῖν τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν αὐτῶν.

|| Θεοδωρήτου.] ἐπειδὴ γὰρ μέγα ἐφρόνουν ἐπὶ τῷ ναῷ, ὃ μᾶλλον αὐτοὺς ἐλύπει, τοῦτό φησι.

Ὀλυμπιοδώρου.] ἵνα ἢ ἐπικατάρατος. καὶ τοὺς αὐτῶν οἱ ἐχθροὺς οἱ ἄνθρωποι ἵνα || ἔχωσι τὰ ὅμοια παθεῖν. ||

|| Fort. εὔχωνται.

[Καὶ ἤκουσαν.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ὁρᾷς, πῶς ἀγριαίνουσι καὶ ἀγανακτοῦσι; καὶ μὴν δι' αὐτὸ τοῦτο ἀναιρεθῆναι οὐκ ἐχρῆν. εἰ γὰρ θεὸς ἐπέταξε, πεισθῆναι δεῖ. τοῦτο ὑμᾶς λυπεῖ τὸ ῥῆμα, τὸ δὲ τὸν τοῦ ναοῦ τιμιώτερον ἐνυβρίζειν, οὐ πονηρὸν, οὐκ ἀσεβές; πάνυ αὐτοὺς ἔδακνε τὸ ῥηθέν.

[ἃ συνέταξε.]

Θεοδωρήτου.] καὶ περὶ τοῦ ἁγίου Στεφάνου ἔλεγον, ὅτι λαλεῖ βλάσφημα ῥήματα κατὰ τοῦ τόπου τοῦ ἁγίου τούτου.

Βίκτορος.] οἱ γὰρ τῆς δυσσεβείας μάλιστα προϊστάμενοι παροξύνονται πρὸς τὸν ἐπ' εὐσέβειαν μάλιστα παρακαλοῦντα. παραδεχθέντων γὰρ αὐτοῦ τῶν λόγων, τὸ ψεῦδος τῶν ἐναντίων ἠλέγχετο, καὶ τὸ τῆς αὐτῶν ἐμπορείας διελύετο κέρδος. καὶ τὸ πολὺ τοῦ λαοῦ τούτοις ἀκολουθεῖ, οἷς δὴ φίλον ταῖς μὲν κολακείαις ἐπιτρέχειν, τοὺς δὲ τραχυτέρους ἀποστρέφεσθαι λόγους. διὸ θάνατον τοῦ προφήτου καταδικάζουσιν.

[καὶ ἐξεκκλησιάσθη.]

Ὀλυμπιοδώρου.] συνήχθη πᾶς ὁ λαὸς τῶν πρεσβυτέρων τῆς γῆς τῆς περιχώρου.

A || (*Noli ſubtrahere verbum.*)

Chryſoſtomi.] *Cur ita mandas? quaſi id Propheta non faceret? abſit; ſed vt fidem ſermoni faceret, eoſque attentiores redderet; denique quia neceſſe erat prophetiam renuntiari.*

Chryſoſt. *Ad Verborum diuinorũ prolationem cur excitati Propheta, qui in eo maximè erãt ſolliciti.*

8

Verſ. 3. (*Fortaſſe audient.*)

Chryſoſtomi.] *Sæpè accidit, vt in rebus deſperatatis, & nullâ ſpe expectatis: hoc Propheta ſuadet;* Fortaſſe audient, *inquit, qui omnia nouit, & ad ſpem eos ducit, fortè accidit, fortaſſe in* B *diuinis literis ad confirmandum ponitur,* [a] Fortaſſe enim verebuntur filium meum, *pro debent vereri.*

Chryſoſt. *Ad ſpem inducit Deus, vel etiam deſperata peccatoris ſalutis.* *Dubitationis particula adhibita aliquando in Scriptura ad confirmandũ.* a Matth. 21. 37.

Verſ. 4. (*Et auertetur vnuſquiſque à via ſua mala, &c. Et dices, ſic dixit Dominus.*)

Chryſoſtomi.] *Hoc præcipuè volebat audire Propheta, Tu vis hac ſpe ſubire periculum; Dic igitur, ſic dixit Dominus.*

Chryſoſt.

|| Verſ. 6. (*Et dabo domũ hanc ſicut Silo, &c.*)

Chryſoſtomi.] *Quod maximè illos angebat, valde enim tremebant, quòd templum haberent.*

Chryſoſt. *E Templorũ magnificẽtia non ſuperbiẽdum.*

C || Sancti Cyrilli.] *Hæc omnia paſſus eſt Iſrael, quòd in Dei gloriam debacchatus eſſet, impiéque corruptus, quòd adorare vellet opera manuum ſuarum.*

S. Cyrill.

|| Theodoreti.] *Cùm enim ob templum ſuperbirẽt, quod maximè illos triſtes efficeret, hoc ait.* (*Et vrbem hanc dabo in maledictionem.*)

Theodoret.

Olympiodori.] *Vt maledicta ſit; & homines inimicis ſuis ſimilia deprecentur.*

Olympiod.

Verſ. 7. (*Et audierunt Sacerdotes Ieremiam* D *loquentem, &c.*)

9

Olympiodori.] *Vides quomodo furore exardeſcant, & ægrè ferant? & certè ob idipſum neci tradendus non erat; ſi enim Deus præcepit, parère oportet. Hoc verbum vos pungit, in eum verò, qui templo honoratior eſt, contumelioſos eſſe, non malum, non impium eſt? Sanè, dictum hoc animos eorum valdè pungebat.*

Olympiod. *In Templum prophetari Iudæis erat maximè moleſtum, cùm ex illo ſuperbiores eſſent.*

Verſ. 8. (*Cùmque compleſſet Ieremias loquens quæ præceperat ei Dominus.*)

Theodoreti.] *Et de S. Stephano dicebant,* [b] E *eum verba blaſphema loqui aduersùs locum ſanctum hunc.* (*Apprehenderunt eum Sacerdotes, &c. dicens: Morte moriatur.*)

Theodoret. b Act. 6. 11.

Victoris.] *Qui enim ſunt præcipui impietatis deffenſores irritãtur maximè aduersùs eũ qui præcipuus eſt ad pietatem adhortãs, admiſſis enim illius ſermonibus aduerſariorum mendacium depræhendebatur, negotiationiſque eorum quæſtus deperdebatur: nam & maior pars populi eos ſequitur, qui adulationibus irretire ſolent, aſperſos autem euitare ſermones, quapropter capite Prophe-* F *tam condemnant* (*Et conuenit Eccleſia.*

Victor. *Impietatis defenſores eũ potiſſimè perſequũtur qui ad pietatem populum alliciat.*

Olympiodori.] *Congregatus eſt vniuerſus populus ſeniorum terræ circumiacentis.*

Olympiod.

Capitis 26. à verſ. 12. vſque ad finem, Sectio Secunda.

TEXTVS VVLGATÆ.

12 ET ait Ieremias ad omnes principes, & ad vniuerſũ populũ, dicẽs: Dominus miſit me vt

TEXTVS SEPTVAGINTA.

12 E*T dixit Ieremias ad principes, & omni populo dicẽs: Dominus miſit me prophetare ſuper domũ iſtam,*

φασιν, τὴν κατ' αἰγυπτίων ἐξέθετο. συμμάχους γὰρ ἰουδαῖοι κατὰ τῶν Ἀσσυρίων τούτους ἕξειν ἐνόμιζον. ὅπερ ἀγνόητον δείκνυσι, τὴν εἰς θεὸν μόνην ἀσφαλεστάτην δεικνύων ἐλπίδα.

[καὶ πάντας τούς.]

Βίκτωρος Πρεσβυτέρου.] συμμίκτους δὲ εἰπών, τοὺς μετοίκους αἰνίττεται, τοὺς εἰς αἴγυπτον ἰουδαίους καταφυγόντας αἱ πλείους δὲ τῶν πόλεων καὶ καθ' ἱστορίαν ταῦτα πεπόνθασιν, ἤγουν ἅπασαι. πλὴν ἔοικε καὶ τῆς ἐν αὐτῆς εἰδωλολατρείας προμηνύειν ἀφανισμόν. [καὶ τὴν ἀκάρρον.]

Βίκτωρος Πρεσβυτέρου.] ἀκκάρων, κώμη μεγίστη τῶν ἰουδαίων, ἀναμέσον ἀζώτου, καὶ ἰαμνίας, ἐν τοῖς ἀνατολικοῖς. λέγει δὲ καὶ τὸ ἐπίλοιπον ἀζώτου. ἐπειδὴ κατὰ τοὺς χρόνους Ἡσαΐου τοῦ προφήτου ἥλω. ὑπὸ τῶν Ἀσσυρίων, ὅτε ὀρνὰ ὁ τούτων βασιλεὺς ἀπέστειλε ταρθάν, καὶ εἶχεν αὐτήν, μεγίστην οὖσαν ὡς φησιν Ἡσαΐας, καὶ πολλὰ τῶν παραλίων μερῶν. κατ' ἐκείνων γὰρ πρῶτον ἐχώρησεν. ἰδουμαῖοι δὲ ἐξ Ἐδώμ, ἤγουν Ἡσαῦ τυγχάνοντες, ἄραβες, μωαβῖται, υἱοὶ ἀμμών, οἱ ἀρεοπολῖται, οἱ τὸ ἰορδάνου πέραν οἰκοῦντες, ἥτις καλεῖται νῦν φιλαδέλφεια. τὸ δὲ πέραν τῆς θαλάσσης οἱ λοιποὶ τῶν ἑρμηνευτῶν, τῆς νήσου, ἐξεδώκεν ἴσως κυπρίους σημαίνοντες. δαιδὰν δὲ ἐν τῇ ἰδουμαίᾳ ἐστὶ παρακειμένη τῇ φαινῷ, ὡς ἀπὸ σημείων τεσσάρων πρὸς βορρᾶν. καὶ ἡ θαιμὰν δὲ πόλις τῆς ἰδουμαίας, || ἀπὸ τῶν υἱῶν Ἡσαῦ ἐπονομασθεῖσα. ἡ δὲ βὸζ ἐν γῇ Κηδὰρ, τῶν σαρρακηνῶν πόλις. διὸ ἐπάγει. καὶ πάντα περικεκαρμένον πρόσωπον. ἕτεροι δὲ περσικὴν αὐτὴν λέγουσιν. αἰλὰμ δὲ, ἡ καλουμένη αἰλάθ, πρὸς τῇ ἐρυθρᾷ κειμένη θαλάσσῃ, ὁμώνυμος τῆς ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἔνθα ἦσαν πηγαὶ δώδεκα, καὶ ἑβδομήκοντα στελέχη φοινίκων. [καὶ πάντα πε.]

Ὀλυμπιοδώρου.] τουτέστι, τοὺς μόρφωσιν εὐσεβείας ἔχοντας, τοῖς δὲ οἰκείοις θελήμασι πορευομένους. [καὶ πάντας.]

Ὀλυμπιοδώρου.] μετὰ τὴν ἱστορίαν, τοὺς μὴ οἰκείους τῆς πίστεως νόει.

[καὶ ἔσται ὅταν.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐπειδὴ εἰσί τινες μὴ εὐχαρίστως δεχόμενοι τὴν θείαν παιδείαν.

[ὅτι ἐν πόλει.]

Ὀλυμπιοδώρου.] τὴν πόλιν φησὶν, ἐφ' ἣν ὀνομάσθη τὸ ὄνομά μου, ἁμαρτάνουσαν τιμωροῦμαι: πόσῳ μᾶλλον τοὺς μὴ εἰδότας με;

latam in Aegyptios apposuit. Iudaei namque illos praesto sibi fore aduersus Assyrios opinabantur. Quod frustra futurum ostendit, solam quae in Deum figitur, spem esse tutissimam ostendens.

Fiducia in humanâ ope vana, tutissima ea sola quae in Deû.

Vers. 20. (*Et omnibus permixtis.*)

Victoris.] *Permixtos dicēs, inquilinos innuit, Iudaeos videlicet, qui in Aegyptum confugerunt. Plurima verò vrbes etiam, vt historia refert, haec passae sunt; omnes scilicet. Caeterùm videtur etiam Idololatriae, quae in illis erat euersionem praenuntiare.* (*Et Accaron.*)

Victor. Idololatriae euersio in Aegypti ciuitatibus praenunciata.

Victoris.] *Accaron vicus Iudaeae nobilissimus est inter Azotum & Iamniam, ad Orientem: dicit verò,* & reliquiis Azoti, *quoniam tempore* [a] *Isaiae Prophetae capta est ab Assyriis, cum Orna eorum Rex Tarathā misit, eaque potitus est, cùm olim maxima esset, vt legitur in Isaia, multisque praeterea maritimis partibus; eas quippe primùm aggressus est. Idumaei autem sunt ab Edom, Esau scilicet, Arabes. Moabitae filij Ammon qui nunc Areopolitae dicuntur, trans Iordanem habitantes, quae nunc Philadelphia vocatur. Illud verò* (trans mare) *caeteri interpretes* (insulam) *reddiderunt; forsan Cyprios intelligentes. Dadan verò in Idumaea sita est Phano confinis, ferè ad signa quatuor ad Aquilonem & Thamam Idumaeae ciuitas à filiis Esau denominata. Boz autem in terra Cedar Saracenorū est ciuitas, ideo subiunxit,* & omne attonsâ facie. *Alij verò eam Persicam esse dicunt. Aelam vero, quae Ailath vocatur, ad mare rubrum iacens, eiusdem nominis cum ea* [b] *quae in deserto est, in qua erant fontes duodecim, & septuaginta Palmarum stipites.*

Victor. Azotus antiquitus vrbs nobilissima. a Isai. 20. 1. Aelam duae. b Exo. 15. 27

Ex vers. 23. (*Et omni circuntonso secundùm faciem suam.*)

Olympiodori.] *Hoc est qui speciem prae se ferebant pietatis, sed propriis desideriis incedebant.*

Olympiod. Hypocritae appellati circuntonsi facie.

(*Et omnibus mistitiis habitantibus, &c.*)

Olympiodori.] *Post sensum historicum eos intellige, qui alieni sunt à fide.*

Olympiod.

Vers. 28. (*Et erit cùm noluerint accipere calicē.*)

Olympiodori.] *Non multi sunt, qui Dei correptionem non accipiunt cum gratiarum actione.*

Olympiod. Correptionem non recipiētes cum gratiarū actione, calicem de manu Domini sumere nolunt.

Vers. 29. (*Quia in ciuitate, in qua, &c.*)

Olympiodori.] *Ciuitatem, ait, in qua inuocatum est nomen meum, peccantem punio, quantò magis eos qui me non nouerunt?*

Olympiod. Infideles quā debēāt timere Dei vindictam, dum illam intuētur fidelibus inflictam.

Capitis 25. à vers. 30. vsque ad finem Capitis.

TEXTVS VVLGATAE.

30 ET tu prophetabis ad eos omnia verba haec, & dices ad illos: Dominus de excelso rugiet, & de habitaculo sancto suo dabit vocem suam: rugiens rugiet super decorem suum: celeuma quasi calcantium concinetur aduersùs omnes habitatores terrae.

31 Peruenit sonitus vsque ad extrema terrae: quia iudicium Domino cum gentibus: iudicatur ipse cum omni carne, impios tradidi gladio, dicit Dominus.

32 Haec

TEXTVS SEPTVAGINTA.

30 ET *tu prophetabis ad eos verba haec, & dices Dominus de excelso responsum dabit: de sancto suo dabit vocem suam: verbum respondebit super locum suum, Illi autem, quasi vindemiantes respondebunt: & super habitatores terrae.*

31 *Venit interitus, Super partem terrae; quoniam iudicium Domino in gentibus: iudicatur ipse cum omni carne: impij autem dati sunt in gladium, dicit Dominus.*

32 Sic

32 Hæc dicit Dominus exercituum: Ecce afflictio egredietur de gente in gentem: & turbo magnus egredietur à summitatibus terræ.

33 Et erunt interfecti Domini in die illa à summo terræ vsque ad summum eius: non plangentur, & non colligentur, neque sepelientur: in sterquilinium super faciem terræ iacebunt.

34 Vlulate pastores, & clamate: & aspergite vos cinere optimates gregis: quia completi sunt dies vestri: vt interficiamini: & dissipationes vestræ, & cadetis quasi vasa pretiosa.

35 Et peribit fuga à pastoribus, & saluatio ab optimatibus gregis.

36 Vox clamoris pastorũ, & vlulatus optimatum gregis: quia vastauit Dominus pascua eorũ.

37 Et conticuerunt arua pacis à facie iræ furoris Domini.

38 Dereliquit quasi Leo vmbraculum suum, quia facta est terra eorum in desolationem à facie iræ columbæ, & à facie iræ furoris Domini.

A 32 *Sic dixit Dominus: Ecce mala veniunt de gente in gentem: & tempestas magna egreditur ab extremo terræ.*

33 *Et erunt vulnerati à Domino in die Domini, de parte terræ, & vsque ad partem terræ: non desodientur: in sterquilinia super faciem terræ erunt.*

34 *Vlulate pastores, & clamate, & plangite arietes ouium: quia completi sunt dies vestri ad interfectionem, & cadetis, quasi arietes electi.*

35 *Et peribit fuga à pastoribus, & salus ab arietibus ouium.*

B 36 *Vox clamoris pastorum, & vlulatus ouium, & arietum: quia vastauit Dominus pascua eorum.*

37 *Et cessabunt residua pacis à facie iræ furoris mei.*

38 *Dereliquit quasi Leo diuersorium suum, quia facta est terra eorum in inuium, à facie gladij magni.*

PARAPHRASIS CHALDAICA.

30 *Tu autem prophetabis eis omnia verba hæc, & dices eis: Dominus de excelso clamabit, & de habitaculo sancto suo attollet verbum suum: clamando clamabit vt veniant direptores super terram domus maiestatis suæ, sicut qui descendunt in torcular, qui tollunt vocem suam, sic veniet conturbatio omnibus habitatoribus terræ.*

31 *Peruenit tumultus vsque ad extrema terræ: quia iudicium coram Domino cum populis: retribuet ipse omni carni; impios qui in eis sunt; tradet morti, dicit Dominus.*

32 *Hæc dicit Dominus exercituum: Ecce malum egredietur de populo in populum, & populi multi venient apertè à finibus terræ.*

33 *Et erunt occisi à facie Domini in tempore illo à finibus terræ vsque ad extrema terræ: non plangentur, nec colligentur, nec sepelientur: in stercus dispersum super faciem terræ erunt.*

34 *Vlulate Reges, & clamate, & operite capita vestra cinere fortes in populo; quia impleti sunt dies vestri vt occidamini: & dispergemini, & cadetis qui satiati eratis delitiis quasi vasa desiderabilia.*

35 *Et peribit domus fugitiuorum à Regibus, & liberatio à fortibus populi.*

36 *Vox clamoris Regum, & vlulatio fortium populi: quia vastauit Dominus populos eorum.*

37 *Et desolabuntur habitacula pacifica eorum, à facie furoris iræ Domini.*

38 *Migrauit Rex ex arce sua; quia fuit terra eorum in desolationem à facie gladij inimici, qui inebriat sicut vinum, & à facie iræ furoris eius.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

31 *Hieronym.* *Furoris diuini indicium metaphorâ rugitus expressum.* a *Amos 3.8.* *Templum Dei appellatũ nomine Decoris illius.*

Hieronymus. (*Et tu Prophetabis*, &c.) Primùm dicamus, vt se interpretationis veritas habet. Cunctis inquit, gentibus prophetabis, & dices: quòd Dominus de excelso rugiat, hoc est, det sui furoris indicium: iuxta illud quod scriptum est:[a] *Leo rugiet, & quis non timebit? Dominus loquutus est, & quis non prophetabit?* Er de habitaculo sancto suo dabit vocem suam, vt cunctos terreat audientes. Rugiet autem super decorem suum, hoc est, super templum. Cumque ille rugierit, instar calcantium in torcularibus celeuma cantabitur: & in effusione sanguinis mutui, carmen lugubre concinetur: quod Symmachus καταλυμα, Aquila ιαερον, vocat. Cuius celeumatis, & carminis sonitus, vsque ad terræ extrema perueniet: quia iudicium Domini C cum gentibus. Si autem iudicium Domini cum gentibus est, sunt & gentium merita diuersa. Ad exponendum illum locum, vt quidam volunt:[b] *Qui non credit, iam iudicatus est.* Iudicatus quidem est in eo, quod non credidit, sed ipsi, qui non credunt inter se, diuersis afficientur suppliciis. Iudicatur ipse cum omni carne, vt nullus iniudicatus abeat. Impios autem, hoc est, qui Domino non credunt, tradit gladio sempiterno. Allegorici interpretes iuxta Sept. hunc locum sic edisserunt, vt ad bonam partem referant apertam Domini commi- D nationem Dominus, inquiunt, *de excelso responsum dabit*, his videlicet quos saluaturus est. *Et de loco sancto suo dabit vocem suam*, respondebitque sermonem in loco suo. Illi autem quasi vindemiantes pleni fructibus, illius sententiæ respondebunt: Super omnes habitatores terræ: *Veniet interitus* non super vniuersam terram, sed *super partem terræ*, eorum videlicet qui non credunt: *Iudicium enim erit in gentibus, & ipse iudicabitur cum omni carne. Impij autem tradentur gladio.*

Iudicandorũ diuersa supplicia iuxta diuersa merita. b *Ioan 3.18.*

(*Hæc dicit Dominus exercituum.*) Erubescant E qui vim Scripturæ Sanctæ facere conantur, in bonam partem ea, quæ comminationis plena sunt differentes. De hoc autem loco puto dixisse & Dominum:[c] *Consurget gens aduersus gentem, & regnum contra regnum*, &c. quæ in ipsius Euangelij sententia continentur. Intelligamus autem hæc facta iuxta historiam; quando à Rege Babylonio cunctæ nationes in circuitu subiugaræ sunt, & imperium eius sensêre crudele. Vel iuxta prophetiam longo pòst tempore in consummatione mundi futura. Dicunturque interfecti à Domino: non quòd Dominus ipse percutiat, sed F quòd in interitu pessimorum voluntas & imperium Domini compleatur.

32 *Scriptura Sacra vim inferentes arguũtur à Hieronymo.* c *Luc 21.10.*

Impij cùm puniuntur dicuntur interfecti à Domino, quòd in eorũ interitu voluntas, & imperiũ Domini completur.

(*Vlulate, siue, iubilate.*) Notandum quòd in hoc tantùm loco Sept. iubilum, in malam partem posuerunt: pro quo alij interpretes, vlulatum (vt in Hebræo scriptũ est, transtulêre.) Inter pastores, & arietes, siue optimates gregis ista distantia est: quòd pastores rationalium sunt: arietes autem & optimates referuntur ad diuites, qui & ipsi pars gregis appellantur. Quodque infert:

Iubilum in malam partẽ vsurpatum à Sept.

Pastorum, Principū, ac Diuitū sceleſtorum ineuitabilis tandem pœna.

Completi ſunt dies veſtri, vt interficiamini, Tunc complebuntur dies eorum, quando fuerint peccata completa:*& diſpergentur & cadent, ſicut vaſa pretioſa:* vt confracta non valeant inſtaurari: & quantò ante fuere pretioſa,tantò maius eorum in confractione ſit damnum: ſiue *quaſi arietes electi,* vt pinguis hoſtia ſit deuorare cupientium. *Peribit,*inquit, *fuga à paſtoribus*, quando non egerint pœnitentiam.Denique dicitur ad Phariſæos,[a]*Genimina viperarum, quis oſtendit vobis fugere à ventura ira?* Et in Pſalmis legimus, [b] *Periit fuga à me. Et ſaluatio*, inquit, *ab optimatibus gregis*, ſiue *arietibus* τῶν κριῶν, ſubauditur, *peribit.*

a Luc.3.7. b Pſa.141.5.

33 *Prælati, Principeſque quomodo inter ſe diſcrepent.*

(*Vox clamoris*, &c.) Et hîc notandum, quòd apud Sept.iubilum pro vlulatu poſitum ſit. Inter Paſtores,autem & arietes,iſta diuerſitas eſt, quòd paſtores putentur in Eccleſia, qui præſunt gregi cum ſapientia & eruditione, atque doctrina. Arietes verò, qui principes quidem videntur in populo, ſed nihil habent in ſe doctrinæ, atque ſapientiæ, & per nimiam ſimplicitatem propemodum ſtultitiæ vicini ſunt. Quando autem habuerimus pacem, & non intellexerimus, vel bona,vel ſpecioſa pacis: ſed luxuriæ nos & otio, & voluptatibus dederimus,tunc conquieſcent, ſiue conticeſcent bona pacis, & auferentur à nobis propter iram furoris Domini,& implebitur illud quod ſcriptum eſt.[c] *Cùm dixerint,pax & ſecuritas, tunc repentinus eis ſuperueniet interitus,*quo veniente omnia conticeſcent.

Pace abutentes meritò illa ab eis aufertur.

c 1. Theſ. 5. 3.

Leonis inſtar cuſtodit Deus Eccleſiam, ne à beſtiis & infidelibus vaſtetur.

(*Dereliquit*,&c.) Dominus, de quo ſupra dixerat: *de excelſo rugiet, & de habitaculo ſancto ſuo dabit vocem ſuam. Rugiens rugiet ſuper decorem ſuum:* ipſe derelinquet tabernaculum ſuum: de quo ſcriptum eſt:[d] *Factus eſt in pace*, ſiue *in Salem locus eius & habitatio eius in Sion.* Ipſe relinquet ſedem ſuam: & complebit quod per eumdem hunc Prophetam loquutus eſt:[e] *Dimiſi domum meam, dereliqui hæreditatem meam.* Reliquit autem quaſi Leo cubile ſuum, vt omnes beſtiæ, vaſtandi terram eius habeant poteſtatem. Leone enim cuſtode & præſide, nullus ad eandem audet accedere. *Facta eſt*, inquit, *terra eorum* (haud dubium quin vel populi Iudæorum, vel certè vniuerſarum gentium) *in deſolationem, & in inuium à facie iræ columbæ.* Non mirabitur columbam Domini intelligi Nabuchodonoſor, qui ſupra eum vocari ſeruum Domini legerit. Pro quo Sept. tranſtulerunt, *gladium magnum.* Licet columbam, & in perſona Ieruſalem poſſimus accipere: quòd iraſcatur,& triſtis ſit, ſe Leonis ſui perdidiſſe cuſtodiam, & terram ſuam veniſſe in deſolationem.

d Pſal. 75.3. e Iere.12.7.

Columba nomine ſignificatus Nabuchodonoſor, qui & gladius magnus.

34 Theodorit. *Deus è cælo jus cuique dicit. Reſponſū Dei dicitur effectus diuini verbi.*

Theodoritus. (*Et prophetabis aduerſum eos omnes hos ſermones: & dices eis, Dominus ab alto ius dicet, & de ſancto ſuo dabit vocem ſuam.*) Vtrúmque declarauit, ſe & de cælo proferre ſententiam, & in loco ſancto manifeſtum reddere. (*Reſpondebit verbum de loco ſuo*, & nouit, quo pacto qui thus adolent, ſperandi ſint ab omnibus ſedentibus ſuper terram.)Reſponſionem dicit,effectum:quia verbum diuinum ſequitur effectus. (*Venit interitus in partem terræ: quoniam Domino iudicium eſt in gentes: iudicatur cum omni carne. Impij verò traditi ſunt in gladium, dicit Dominus.*)Demonſtrat iterum ſuam indicibilem bonitatem. Non enim dixit κρινεῖ, id eſt, iudicabit omnem terram: ſed κρίνεται id eſt, *iudicatur & diſceptat cum omni carne.* Beneficia ſua ſubiicit oculis, & eorum qui accipiunt, arguit ingratitudinem. In ſequentibus bellorum incommoda narrat, & quòd interfecti iacebunt inſepulti, & pro ſterquilinio terræ habebuntur.

In Iudicio quomodo immenſam ſuā Deus exhibeat bonitatem.

(*Vlulate paſtores, clamate, plangite arietes ouium, quia completi ſunt dies veſtri in occiſionem, & diſperſiones veſtræ,& cadetis velut arietes electi. Et peribit fuga à paſtoribus,& ſalus ab arietibus ouium.*) Paſtores vocauit Reges: oues autem,ſubditos: arietes verò ouium, principes quibus omnibus fugā minatur,& tranſlationem. Prædicit porrò lamentationes Regum ac principum. *Quia ceſſarunt*, ait, *commoda pacis à facie iræ furoris Domini.*Sunt autem commoda pacis iſta,agricultura,plantationes,negociationes, artium & contractuum exercitia, permutationes,nuptiæ,cætus,feſta, delectationes animi,& quæcunque ſunt his ſimilia.

Pacis commoda, quænā ſint?

35 D.Thom. *Iudicij ſui altitudine Deus rugit in peccatores.*

D.Thomas. Hic ponitur expoſitio viſionis. Et primò contra gentes: ſecundò contra gentium principes ibi.(*Vlulate.*) Circa primum duo:primò ponit comminationem ponens diuinam indignationem.(*Dominus de excelſo,*) id eſt, de altitudine ſui iudicij (*rugiet*) terribiliter quaſi Leo iratus. Amos.3.[f] *Leo rugiet.Quis non timebit?* Pœnæ vniuerſalitatem (*ſuper decorem,*)id eſt templum,quaſi dicat, incipiet à templo: & procedet ira ipſius in omnem terram. (*Celeuma calcantium*) cantus vindemiatorum: per quem ſignificatur gaudium victorum in depopulatione terrarum: qui ſignificantur per calcatores: quia effundunt ſanguinem humanum, ſicut illi ſanguinem vuæ, vnde Iſai. 63.[g] *Torcular calcaui ſolus: & de gentibus non eſt vir mecum: calcaui eos in furore meo: & conculcaui eos in ira mea.Et aſperſus eſt ſanguis eorum ſuper veſtimenta mea: & omnia indumenta mea inquinaui.* Infra 48.[h] *Nequaquam calcator vuæ ſolitum celeuma cantabit.* Et ponit pœnæ æquitatem: ponens iudicium,(*quia in Domino.*) Mich.6.[i] *Iudicium Domini cum populo ſuo: & cum Iſrael diiudicabitur.*Et iudicij modum,(*impios tradidi.*) Iſai.1.[k] *Quod ſi me ad iracundiam prouocaueritis,gladius deuorabit vos: quia os Domini loc.utum eſt.* Secundò ponit pœnæ proceſſum & ordinem.(*Hæc dicit Dominus.*)Et primò ponit pœnæ proceſſum. (*Ecce egredietur*) quia vna gens aliam impugnabit: & ipſa ab alia impugnabitur: & ſic deinceps (*à ſummitatibus*) à maximè potentibus: ſicut Chaldæis,Græcis &c. Eccl.10.[l] *Regnum à gente in gentem transfertur propter iniuſtitias, & iniurias, & contumelias, ac diuerſos dolos.* Infra 30.[m] *Ecce turbo Domini: furor egrediens:procella ruens in capite impiorum conquieſcet:* ſecundò ponit tribulationis effectum: quia priuabuntur vitâ.(*Et erunt interfecti Domini,*) id eſt, à Domino, ſupra 12.[n] *Gladius Domini deuorabit ab extremo terræ vſque ad extremum eius.*Et carebunt ſepulturâ (non plangentur)ſupra 16.Idem.

Iudicium Dei incipit ab ipſius templo ad populum. f Amos 3.8. *Celeuma eſt cātus vindemiatorum.* g Iſai. 63.3. h Ier.48.33. i Mich. 6. 2. k Iſai.1.20. l Eccl. 10.8. m Ier.30.23. n Ier. 12.12.

36

(*Vlulate paſtores*, &c.) Hîc comminatur contra principes gentium. Et primò quantùm ad perſonas:præſignans pœnam,(*Vlulate*)quaſi non valentes dolorem vrbis exprimere: ſcilicet eleuatione vocis:Iſai.34.[o] *Gladius Domini repletus eſt ſanguine, incraſſatus eſt adipe,de ſanguine agnorū, & hircorum, & de ſanguine medullatorū arietū,*&c.(*optimates*) qui ſunt diuites & principes in populo.Et excludit ſalutis viam.(*Et peribit fuga.*)Thre.1.[p] *Abierunt abſque fortitudine ante faciem ſubſequentis:*ſecūdò quantùm ad ſubiectas terras (*vox clamans.*) Et primò proponit ſimilitudinem deuaſtationum vrbium (*quia vaſtauit Dominus paſcua eorum,*) id eſt,ciuitates,& villas: ſeruans metaphoram gregis (*conticuerunt,*)quaſi dicat in nihilum redacti ſunt,vt de eis ſermo non fiat (*pacis*) quæ tempore pacis præcla

o Iſai.34.6. p Thre. 1.6.

præclarè erant. Ioel. 1. [a] *Ignis comedit ſpecioſa deſerti: & flamma ſuccendit omnia ligna regionis*. Et quantùm ad deſtructionem templi (*dereliquit tabernaculum*) templum, ſcil. Deus (*quaſi Leo*) quo cuſtodiente nullus audebat accedere, ſupra 12. [b] *Reliqui domum meam*, ſecundò ponit expoſitionem (*quia facta eſt: ira columba*,) ſcil. Dei: quia ſine commotione punit: vel Ieruſalem, quæ pro amiſſione Dei iraſcitur. Vel Nabuchodonoſor propter ſuperbiæ ſtultitiam. Oſeæ.7. [c] *Ephraim quaſi columba ſeducta non habens cor*. Vel quia habebat columbam in atuis. Vel quia ſicut manſuetus præceptum Domini executus eſt. Vel per antiphraſim: quia crudelis erat.

a Ioel. 1.19. *Templis aſſidet Deus vt Leo ad illa tuenda.*
b Iere. 12.7. *Columba nomine ſignificati & Deus, & Ieruſalem, & impius Rex Babylonis.*
c Oſe. 7.11.

37 Circa verſ. 31. Baſil. Magnus homiliâ in Pſalmum ſeptimum ſuper verbis, *Dominus iudicat populos*. Rurſus dicit, *Iudicio contendet Dominus aduerſus omnem carnem*: hoc eſt, in exquirenda ratione eorum, quæ cuique dum viueret, acta ſunt, vniuſcuiuſque iudicio ſe ſubiiciet, & ſua præcepta peccatorum factis opponet, lucida vi demonſtrationum velut excuſans, & quòd in ſalutem iudicandorum quæ ſe decebant, cuncta fecerit: vt certò ſibi perſuadeant peccatores, quòd rei & obnoxij criminibus diuinum ſuſtineant iudicium, meritam pœnam ſponte ſubeant.

Baſilius. Iudicans homines Dominus ſubiiciet ſe iudicio cuiuſque. In Iudicij die proponet Deus peccatoribus quanta pro illorum ſalute peregerit.

38 Circa verſ. 34. Gregorius Nazianzenus in ſuo Apologetico circa medium de prauis agẽs paſtoribus, ita hæc refert. Quinetiam *paſtores vlulare, atque arietes ouium plangere* iubet, *quoniam impleti ſunt dies eorum, vt interficiantur*. Super quæ eruditè Elias Cretenſis hæc habet. Eſt autem propriè ἀλαλάζειν triumphale carmen obſcurâ & inconditâ voce canere, cùm ſcilicet cor clamans ſignificationes excedit, ac verbis quidem deſtituitur, ob eorum autem inopiam arcana quædam & ineffabilia loquitur. Hanc porrò cantionem illi quidem etiam canunt, qui viſibiles hoſtes proſtrauerunt: at ij præcipuè, qui inuiſibiles hoſtes deuicerunt, ac de peccato trophæum erexerunt, atque ad Deum, cuius beneficio victoriam conſecuti ſunt, triumphalem iubilationem tranſmittunt. Hîc autẽ per ἀλαλαγμὸν, non triumphalem iubilationem, verùm obſcurum & inconditum gemitum qui propter fletum, ac lamenta editur, intelligit. Quod autem huiuſmodi luctum dictio iſta hoc loco ſignificet, ex iis, quæ ſequuntur, liquidò conſtat. *Clamate enim*, inquit, *& plangite arietes ouium, quoniam impleti ſunt dies veſtri in occiſionem*. Bonum eſt pœnitentiæ causâ plangere ac lugere, quemadmodum contra ob deſperationem, aut corporeæ alicuius voluptatis amiſſionem peſtiferum, & exitiale. Arietes autem ouium, aut Sacerdotes ruſum vocat (quibus etiam fletum & planctum indicit:) aut alios populi principes & præfectos: aut etiam eos, qui in ſubditorum numero clari ſunt, & locupletes. Quàm porrò horrendæ comminationes eæ ſunt, quæ in hos omnes intenduntur, vt quæ nullum omnino ſalutis perfugium habeant. *Impleti ſunt* enim, inquit, *dies veſtri ad occiſionem*: ac diuinæ patientiæ & longanimitatis tempus concluſum eſt. Vt enim pecudes illæ ad cædem aptæ ſunt, quæ pingues atque obeſæ ſunt: ita etiam homines ij, qui omni vitio ſe ſe exaturarunt, nec vllum ſpurcitiei genus prætermiſerunt, omneſque pœnitentiæ ianuas ſibiipſis clauſerunt, Dei gladium aduersùs ſe ipſos meritiſſimè prouocant.

Greg. Naz. Elias Creté. Iubilũ Græcè Alalagmon quid propriè ſignificet, & quomodo per antiphraſim vſurpatum. Planctus ſicut optimus qui ad pœnitentiam, ita exitialis qui ob deſperationem, vel ob temporalium amiſſionem. Arietum nomine ſignificati Sacerdotes, & Principes, & diuites. Impij quomodo inſtar pecudum pinguiũ ad mactationem.

39 Circa verſ. 38. Hieronymus in cap. 13. Iſaiæ. Nec mirum ait, ſi Medos ad ſubuerſionem Babylonis ſanctificatos vocet, cùm per Ieremiã ipſum Nabuchodonoſor, quia eius imperio ſeruiebat deſtruens præuaricationem Ieruſalem, ſeruum ſuum, & columbam dixerit.

Idem verò ad initium Comment. in cap. 3. Sophoniæ hac ipsâ allatâ Ieremiæ interpretatione addit. Sed ſciendum quod alij è contrario aſſerant, pro columba ibi poſſe intelligi ἑλλάδα, id eſt, Græciam: vt ſit ſenſus: *à facie gladij, Iona*, id eſt, à facie gladij, Græciæ: Iona, enim tam columbam, quàm Græciam ſignificat. Vnde & vſque hodie Græci Iones, mare appellatur Ionium, & apud Hebræos permanet eorum vetus vocabulum. Sed & principes Romani apud Barbaras nationes antiquum vocabulum retinentes, Cæſares appellantur.

Hieron. Columba appellatio tributa & impio quatenus obſequitur Deo. Græcia ſignificata per Hebr. nomen Iona, quod columba verti ſolet.

Gregorius Papa lib. 32. Moral. Creator omnium eò ſummè immortalis eſt, quò creaturæ more mutabilis nõ eſt. Hinc de illo per Iacobum dicitur: [d] *Apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio*. Hinc rurſum ſcriptum eſt: [e] *Tu autem Domine cum tranquillitate iudicas*. Hinc propheta ait: [f] *Deſerta facta eſt terra à facie iræ columbæ, à facie furoris Domini*. Quod iram columbæ prædixerat, hoc furorem Domini ſubiunxit. Columba namque valde ſimplex eſt animal, & quia in Deum nulla furoris inæqualitas ſerpit, furorem Domini iram columbæ nominauit. Vt enim diuinæ diſtrictionis vim imperturbabilem demonſtraret, & iram dixit, vt columbæ. Ac ſi apertiùs diceret: Diſtrictum iudicium inconcuſſus exerit, qui permanens manſuetus iniuſtos punit. Vnde & in extremo iudicio in ſemetipſo incommutabilis manens, nullâ viciſſitudine ac mutabilitate variatur, ſed tamen electis ac reprobis nequaquam ſub ſpecie eiuſdem incommutabilitatis oſtenditur: quia & tranquillus iuſtis, & iratus apparebit iniuſtis.

Greg. PP. Deus imperturbabilis.
d Iac. 1.17.
e Sap. 12.18.
f Ier. 25.38. *Furor Dei dictus ira colũbæ cùm ſit abſque vlla perturbatione.*

Petrus Bleſenſis Epiſtolâ 100. efficacior eſt in Epiſcopis, ad emendationem Principum lenitas columbina, quàm ſeueritas exterior, & indignatio vultuoſa, ſicut in Ieremia notatur. *Facta eſt* inquit, *terra iniquorum in deſolationem à facie iræ columbæ*.

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΑΠΟ' τοῦ οἰκητη.

Ὀλυμποδώρου.] δῆλον ἐστὶ, ὅτι τοῦ οὐρανοῦ.

[ἐπὶ τοῦ τόπου.]

Ὀλυμποδώρου.] ἐν τῷ τόπῳ ἑαυτοῦ, οὗ χρηματίζει.

[καὶ οἶδε ὥσπερ.]

Ὀλυμποδώρου.] οἱ ἄξιοι φησὶ τοῦ σώζεσθαι, οἷς ἂν χρηματίσῃ θεὸς, ἀποκριθήσονται, παρακαλοῦντες ἐνδο

Verſ. 30. De habitaculo ſancto ſuo.)

Olympiodori.] *Clarum eſt, quòd de cælo.*

(In loco ſuo.)

Olympiodori.] *Digni ait, qui ſaluentur, quos allocutus fuerit Deus, reſpondebunt tempus ſibi concedi rogantes donec perfectè fructum* affe

Olympiod. Cælum habitaculũ Dei. Olympiod. Saluandi petunt à Deo concedi ſibi tẽpus ad fructus perfectò ferendos.

ἐνδοθῆναι αὐτοῖς, ἕως ὅτε τελείως καρποφορήσωσι. τρυγῶντας γάρ φησι τοὺς καρποφοροῦντας. [Ἥκει ὄλεθρος.]

Ὀλυμπιοδώρου.] οὐ γὰρ συμπαραλαμβάνονται οἱ ἅγιοι τῇ πανωλεθρίᾳ. ταῦτα δὲ ἁρμόζει νοεῖν καὶ ἐπὶ τῆς καθολικῆς τοῦ θεοῦ κρίσεως.

[ἰδοὺ κακά.]

Ὀλυμπιοδώρου.] μετὰ τὰ ἐπὶ τοῦ Βαβυλωνίου γεγονότα, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς συντελείας φησίν. ἐγερθήσεται γὰρ ἔθνος ἐπὶ ἔθνος.

|| Βίκτορος Πρεσβυτέρου.] ἰσοδυναμεῖ τῷ, ἀναστήσεται ἔθνος ἐπὶ ἔθνος.|| [Καὶ λαίλαψ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] σύγχυσις μεγάλη καὶ ταραχὴ ἐπ' ἐσχάτοις τοῖς τοῦ αἰῶνος καιροῖς.

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] ἡ λαίλαψ μεγάλην ἔθνους παρίστησι συμφοράν, δηλοῦσα τὸν Ναβουχοδονόσορ παρεσόμενον ἐξ ἐσχάτων τῆς γῆς. ἔφη γὰρ καὶ Ἠσαΐας. ἀρεῖ σύσσημον ἐν τοῖς ἔθνεσι τοῖς μακράν. καὶ συριεῖ αὐτοῖς ἀπὸ ἄκρων τῆς γῆς. πλὴν εἰ καὶ δι' ἀνθρώπων, ἀλλ' οὖν ὑπὸ Κυρίου ἀναιροῦνται, καὶ ἄταφοι μένουσιν διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἀναιρουμένων, καὶ τῶν θαπτόντων τὴν ἐρημίαν. [Καὶ ἔσονται.]

Ὀλυμπιοδώρου.] μετὰ τὸ αἰσθητόν, καὶ τοὺς ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας τετραυματισμένους νόει.

[Ἀλαλάξατε.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἀλαλαγμὸν ἐνταῦθα οὐκ ἐπὶ νίκῃ τῶν πολεμίων, ἀλλ' ἐπὶ ταῖς οἰμωγαῖς φησιν. ποιμένες δὲ οἱ ἡγούμενοι τοῦ λαοῦ.

[Οἱ κριοὶ τῶν.]

Βίκτορος.] κριοὶ δὲ οἱ ἐν τοῖς ἀρχομένοις ἐπιφανεῖς τε καὶ πλούσιοι. τὰ δὲ τούτοις καὶ τοῖς ποιμέσιν ἠπειλημμένα φοβερά, καὶ μηδεμίαν ἔχοντα πρὸς σωτηρίαν καταφυγήν. πεπλήρωντο γὰρ αὐτῶν αἱ ἁμαρτίαι, καὶ ὁ τῆς ἀνοχῆς τοῦ θεοῦ καιρὸς εἰς πέρας ἀφίκετο. προφητικῷ δὲ πνεύματι μετὰ τὴν ἀπειλὴν ὁρᾷ τὰ ἠπειλημένα, καὶ τὴν ||ἀπειλουμένην αὐτοῖς εἰρήνην δι' ὀργὴν κυρίου μηκέτι χορηγοῦσαν ἀσφάλειαν.

|| Fr. ἀπολουμένην.

Ὀλυμπιοδώρου.] οἱ κατ' ἐξοχὴν ἐν τῷ λαῷ.

[Καὶ πεσεῖσθε.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐπειδὴ ὁ σφάζων τὸ εὔτραφες σφάζει.

[Ὅτι ὠλόθρευσε.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐπὶ μὲν ἰουδαίων τὰς θυσίας, καὶ πάντα τὰ ἄλλα νόμιμα. ἐπὶ δὲ τοῦ καθόλου τὰς διαγωγὰς αὐτῶν.

[Ἐγκατέλιπεν.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐπὶ μὲν ἰουδαίων ὁ κύριος τὸν ἑαυτοῦ ναὸν καταλέλοιπεν. ἐπὶ δὲ τῆς συντελείας, ὡς λέων καταλελοιπὼς κατάλυμα, οὕτως συγχωρεῖται ὁ σατανᾶς ἐξελθεῖν κατὰ τῶν ἀνθρώπων.

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] λέοντι δὲ διὰ τὸ ἄγριον τε καὶ βασιλικὸν τὸν βασιλέα τῶν Ἀσσυρίων ἀπείκασεν.

[ὅτι ἐγενήθη.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐπειδὴ οἱ ἄνθρωποι κτηνώδεις γεγόνασιν, ὁ δὲ σατανᾶς ἐστι θηρίον, ὡς ἐν ἐρήμῳ συγχωροῦνται ἅμα νέμεσθαι, διὰ τὸ ψυγῆναι τὴν ἀγάπην.

KE

afferant; vindemiantes enim vocat eos qui fructum ferunt. (*Venit interitus.*)

Vindemiātes appellati qui fructum afferunt.

Olympiodori.] *Sancti etenim in internecione non comprehenduntur. Hæc etiam intelligi possunt & de vniuersali Dei iudicio.*

Olympiod. *De Iudicio vniuersali.*

(*Ecce mala.*)

Olympiodori.] *Post ea quæ tempore Babylonij fuerant, ea quoque dicit, quæ in consummatione erunt.* [a] Insurget enim gens contra gentē.

Olympiod. a Matt. 24. 7.

Victoris] *Aequiualet illi, exurgat gens contra gentem.*

Victor.

|| (*Et turbo magnus ab extremo terræ.*)

Olympiodori.] *Confusio magna, & perturbatio extremis seculi temporibus.*

Olympiod. *Confusio magna ad finem mundi.*

Incerti.] *Turbo ingentem indicat gentis calamitatem, denotans affuturum Nabuchodonosorem ab extremis terræ. Dixerat enim & Isaias;* [b] extollet cōmune signum, in longinquis gentibus & sibilabit illis ab extremis terræ; *Caterùm & si per homines, à Domino tamen interimuntur, & insepulti iacebunt præ multitudine interfectorum, & sepelientium penuria.*

Incertus. *Turbine ingēs designata calamitas.* b Isai. 5. 26.

Vers. 33. (*Et erunt vulnerati, &c.*) 41

Olympiodori.] *Post exteriorem literæ sensum & eos qui ab iniquitatibus vulnerati sūt intellige.*

Olympiod. *Vulnerant peccata.*

(*Vlulate pastores & exclamate.*)

Olympiodori.] *Clamorem hinc non eum, qui deuictis hostibus, sed qui fit in eiulatibus intelligit. Pastores verò sunt populi duces.*

Olympiod.

(*Et plangite arietes ouium.*)

Victoris.] *Arietes verò sunt qui inter subditos illustres, & opulenti sunt. Quæ verò his, pastoribusque minatur Deus, terribilia sunt, neque vllum habentia salutis perfugium; nàm completæ erant eorum iniquitates, tolerātiaque diuinæ tempus iam metam attigerat. Prophetico autem spiritu post minas videt quæ minis nunciata sunt; & pereuntem illis pacem, ob Dei iram non ampliùs profuturam ad securitatem.*

Victor. *Arietum nomine designati primates in populo.*

Olympiodori.] *Primates in populo.*

Olympiod.

(*Et cadetis quasi arietes electi.*)

Olympiod. 42

Olympiodori.] *Qui enim mactat, saginatum mactat.*

Olympiod. *Pascuorū nomine designata sacrificia, seu Instituta vitæ.*

Ex Vers. 36. (*Quia vastauit Dominus pascua eorum.*)

Olympiodori.] *Si de Iudæis intelligatur, sacrificia, cæteraque legalia omnia: Si verò generaliter, vitæ eorum instituta.*

Olympiod. *Templum Iudæorum reliquit Deus.*

Vers. 38. (*Dereliquit quasi Leo diuersoriū suū.*)

Olympiod.] *Apud Iudæos quidem suum templū dereliquit Dominus, In consummatione verò, quasi Leoni derelinquent diuersorium, Sic Dæmoni permittitur egredi contra homines.*

Dæmon quā rabie egreditur cōtra homines in fine mundi.

Incerti.] *Leoni verò propter feritatē, & dignitatem regiam Regem Assyriorum assimilauit.*

Incertus. *Leoni assimilatus Rex Assyriorum.*

(*Quia facta est terra eorum in inuium.*)

Olympiodori.] *Quoniam homines facti sunt iumentis similes, Sathanas verò fera est; tamquam in deserto simul pasci permittuntur, eò quòd charitas refrixit.*

Olympiod. *Charitate refrigescente pasci dicūtur simul & homines, & Sathanas tamquam in deserto.*

CA

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ. 25.

Καὶ ἐν τῷ πληρωθῆναι ἑβδομήκοντα ἔτη, A καὶ ἐκδικήσω ἐπὶ τὸν βασιλέα Βαβυλῶνος, καὶ τὰ ἑξῆς.] τὰ ἑβδομήκοντα ἔτη τῆς αἰχμαλωσίας ἀριθμεῖται ἀπὸ τοῦ τρίτου ἔτους τῆς βασιλείας Ἰωακεὶμ. ὃς μετὰ τὸν Ἰωάχαζ τὸν ὑπὸ τοῦ αἰγυπτίου καταστάθεντα ἐβασίλευσε. τοῦτο γὰρ καὶ αὐτὸς ὁ προφήτης Ἱερεμίας ἀριθμεῖσθαι βούλεται, καὶ φησί.

Οὗτος ὁ λόγος ὁ γενόμενος πρὸς Ἱερεμίαν ἐπὶ πάντα τὸν λαὸν Ἰούδα ἐν τῷ ἔτει τῷ τετάρτῳ τοῦ Ἰωακεὶμ πρώτῳ Ναβουχοδονόσορ βασιλέως Βαβυλῶνος. ὁ λόγος ὃν ἐλάλησεν Ἱερεμίας ὁ προφήτης πρὸς πάντα τὸν λαὸν Ἰούδα, καὶ πρὸς τοὺς B κατοικοῦντας Ἱερουσαλὴμ λέγων, ἀπὸ τρισκαιδεκάτου ἔτους Ἰωσίου υἱοῦ Ἀμὼν βασιλέως Ἰούδα, καὶ ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης. ταῦτα εἴκοσι τρία ἔτη.

Ἐγενήθη λόγος κυρίου πρός με, καὶ ἐλάλησα πρὸς ὑμᾶς ὀρθρίζων, καὶ οὐκ ἠκούσατε.] εἶτα ἐγκαλέσας αὐτοῖς, καὶ εἰρηκὼς κατὰ μέρος τὰς παρανομίας. καὶ ἀπειλήσας τοῦ Ναβουχοδονόσορ τὴν ἄνοδον φησί.

Καὶ ἐξερημώσω αὐτοὺς, καὶ δώσω αὐτοὺς εἰς ἀφανισμὸν, καὶ εἰς συριγμὸν, καὶ ὀνειδισμὸν αἰώ- C νιον.[εἶτα μετ' ὀλίγον.]

Καὶ ἔσται πᾶσα ἡ γῆ αὐτῆς εἰς ἀφανισμὸν καὶ ἐρήμωσιν. καὶ δουλεύσουσι τοῖς ἔθνεσι τούτοις τῷ βασιλεῖ Βαβυλῶνος ἑβδομήκοντα ἔτη.] κατὰ δὲ τὸ τέταρτον ἔτος Ἰωακεὶμ προεφήτευσεν, ἡνίκα ὁ Ναβουχοδονόσορ ἀνελθὼν εἷλε τὴν πόλιν, καὶ πολλὰ τῶν σκευῶν ἀφείλετο. εἰ γὰρ καὶ μερικὰς ἤδη πρότερον ὑπέστησαν αἰχμαλωσίας, ἀλλ' οὖν βάρβαρος τὸν νεὼ πρῶτος Ναβουχοδονόσορ ἐπὶ τοῦ Ἰωακεὶμ ἐσύλησε κατεσχηκὼς τῆς πόλεως. διόπερ καὶ ἐπὶ τούτου βούλεται ἀριθμεῖσθαι τὰ ἑβδομήκοντα ἔτη. ὡς τέλεον καταψηφισθείσης ὑπὸ D τοῦ θεοῦ τῆς πόλεως, αὐτίκα ἄρτι τοῦ Σεδεκίου εἰς τὴν ἀρχὴν καταστάντος, καὶ τῶν ψευδοπροφητῶν τὴν ἄνοδον αὐτοῖς ὑπισχνουμένων. αὖθις πρὸς τοὺς ἐν τῇ ἀποικίᾳ ὁ Ἱερεμίας ἐπιστέλλων φησί.

Οἰκοδομήσατε οἰκίας, καὶ κατοικήσατε, καὶ φυτεύσατε παραδείσους, καὶ φάγετε τοὺς καρποὺς αὐτῶν. [εἶτα τινὰ τοιαῦτα παραινέσας ἐπάγει.]

Ὅτι τάδε λέγει κύριος ὁ θεὸς τῶν δυνάμεων, ὁ θεὸς Ἰσραήλ. μὴ ἀναπειθέτωσαν ὑμᾶς οἱ ψευδοπροφῆται ὑμῶν, οἱ ἐν ὑμῖν καὶ μὴ ἀνα- E πειθέτωσαν οἱ μάντεις ὑμῶν, καὶ μὴ ἀκούετε τῶν ἐνυπνιάζωσθε. ὅτι ἀδικίαν αὐτοὶ προφητεύουσι ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου οὐκ ἀπέστειλα αὐτοὺς φησὶ κύριος.] τοῦ γὰρ προφήτου ἤδη εἰρηκότος πληροῦσθαι ἑβδομήκοντα ἔτη ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας τοῦ Ἰωακεὶμ ἄχρι τῆς ἐπανόδου, οὗτοι τὴν ἄνοδον ὑπισχνοῦντο τοῖς ἤδη αἰχμαλωθεῖσιν ὑπὸ τοῦ Σεδεκίου. διὸ ἐπάγει ὁ προφήτης.

Ὅτι οὕτως εἶπε κύριος, ὅταν πληρώσητε τῇ Βαβυλῶνι ἑβδομήκοντα ἔτη ἐπισκέψομαι ὑμᾶς, καὶ

CAPVT XXV.

Cap. 25. Chryſoſt.

Verſ. 12. Cvmque impleti fuerint ſeptuaginta anni, & vlciſcar ſuper Regem Babylonis. Et quæ ſequuntur. Septuaginta captiuitatis anni numerantur à tertio anno regni Ioachim, qui regnauit poſt Ioachaz conſtitutum in Regem ab Ægyptio. Hanc & ipſe Propheta Ieremias proſequi vult enumerationem, & ait.

Captiuitatis Babylonicæ Septuaginta anni quando cœperint.

Verſ. 1. *Verbum quod factum eſt ad Ieremiam ſuper omnem populum Iuda in anno quarto Ioachim, & primo Nabuchodonoſor Regis Babylonis.*

Verſ. 2. *Verbum quod locutus eſt Ieremias Propheta ad omnem populum Iuda, & ad habitatores Ieruſalem, dicens.*

Verſ. 3. *A tertio decimo anno Ioſiæ filij Ammon Regis Iuda, vſque ad diem hanc, hi viginti & tres anni. Factum eſt verbum Domini ad me, & locutus ſum ad vos, ante lucem ſurgens, & non audiſtis.* Deinceps eos incuſans, eorum iniquitates ſigillatim enumerat, & Nabuchodonoſoris reditum minatus ſubdit.

Verſ. 9. *Et deſolabo eos, & dabo eos in perditionem, & in ſibilum, & in opprobrium ſempiternum.* Deinceps poſt pauca.

Verſ. 11. *Et erit vniuerſa terra illius in deſolationem, & in ſolitudinem & ſeruient gentibus his, Regi Babylonis Septuaginta annos.*[a] Quarto itaque anno Ioachim vaticinatus eſt; cùm Nabuchodonoſor ſuo aduentu, & ciuitatem cœpit, & multa deprædatus eſt vaſa. Nam & ſi antea particulares ſubierint captiuitates: Attamen Barbarus Nabuchodonoſor vrbe captâ tempore Ioachim primus templum expilâuit. Quapropter ab eo tempore Septuaginta annos vult recenſeri: quòd extremam ſententiam Deus in ciuitatem tulerit, quum primùm Sedecias regnum adiit, & cùm Pſeudoprophetæ reditum illis promitterent. Iterum ad eos qui in tranſmigratione erant Ieremias ſcribens ait.[b] *Ædificate domos, & habitate, & plantate pomaria, & comedite fructus eorum.* Deinde talibus cohortatus ſubdit.[c] *Sic enim dixit Dominus virtutum, Deus Iſrael, Ne ſeducant vos Pſeudoprophetæ, qui in vobis; vos diuini veſtri, & nolite audire ſomnia veſtra, quæ vos ſomniatis. Quoniam iniuſtitiam ipſi Prophetant in nomine meo: Non miſi eos dicit Dominus.* Etenim cùm iam illis Propheta prædixiſſet, Septuaginta annos impleri ab Ioachim, vſque ad reditum pollicebantur tempore Sedeciæ his, qui captiui erant abducti, quapropter ſubdit Propheta.

Quia[d] *ſic dixit Dominus, Cùm impleueritis in Babylone Septuaginta annos, & ſuſcitabo ſuper*

a 24. Reg. 24. 11.

b Iere. 29. 5.

c Iere. 29. 8.

d Ier. 26. 10.

Septuaginta anni captiuitatis Babylonicæ prædicti à Ieremia quando cœperint, & quando finierint.

καὶ ἐπιστήσω ἐφ' ὑμᾶς τοὺς λόγους μου τοὺς ἀγαθούς.] οὐκ εἶπεν ἐνταῦθα ὅτι ἑβδομήκοντα ἔτη δουλεύσετε, ἀλλ' ὅταν πληρώσητε, ὡς ἤδη προειρηκώς. ἵνα δείξῃ, ὅτι κατὰ τὰ παρ' αὐτοῦ προειρημένα ἀπὸ τῆς πρώτης αἰχμαλωσίας τοῦ Ἰωακεὶμ, ἥτις ἐγένετο ἐν τῷ τετάρτῳ ἔτει Ναβουχοδονόσορ ἐλθόντος εἰς τὴν ἰουδαίαν, βούλεται ἀριθμεῖσθαι τὰ ἑβδομήκοντα ἔτη. τῷ γὰρ πρώτῳ ἔτει τῆς τοῦ ἰωακεὶμ βασιλείας ὁ Ναβουχοδονόσορ ἄρξας φαίνεται, καὶ εὐθὺς τῷ αἰγυπτίῳ συμβαλὼν, καὶ μάχῃ κρατήσας ὑπόσπονδον ἐποίησε. καὶ μετὰ τοῦτο κατεξαναστῆναι βουληθέντος τοῦ ἰωακεὶμ, ὁ Ναβουχοδονόσορ ἐπελθὼν τὴν πόλιν ἐπολιόρκησε, καὶ εἰς τὸ ἑνδέκατον ἔτος τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἑλὼν αὐτὸν, τὸν ἰεχονίαν καθίστησι, καὶ μηνύει τοῦτο αὐτὸ τῶν βασιλειῶν ἡ βίβλος. λέγει γὰρ οὕτως, ὅτι εἰκοσιπέντε ἐτῶν ἦν ἰωακεὶμ ἐν τῷ βασιλεύειν αὐτὸν, καὶ ἕνδεκα ἔτη ἐβασίλευσεν ἐν ἱερουσαλήμ. καὶ ὄνομα τῇ μητρὶ αὐτοῦ ἰελδάφ, θυγάτηρ φαδαὴλ ἐκ ῥουμά.

Καὶ ἐποίησεν ἰωακεὶμ τὸ πονηρὸν ἐνώπιον κυρίου κατὰ πάντα ὅσα ἐποίησαν οἱ πατέρες αὐτοῦ. ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις.] τουτέστιν, ἐν αἷς ἐβασίλευσεν ἰωακείμ. ἀνέβη Ναβουχοδονόσορ ἐπὶ τὴν γῆν βαβυλῶνος, καὶ ἐγένετο αὐτῷ ἰωακεὶμ δοῦλος τρία ἔτη καὶ ὑπέστρεψε, καὶ ἠθέτησεν ἐν αὐτῷ, καὶ ἀπέστειλεν ἐπὶ τὸν ἰωακεὶμ κύριος μονοζώνους τῶν χαλδαίων, καὶ τὰ ἑξῆς. τούτοις συμφωνεῖ καὶ ὁ Δανιὴλ λέγων ἐν τῷ τρίτῳ ἔτει τῆς βασιλείας ἰωακεὶμ βασιλέως ἰούδα, ἦλθεν Ναβουχοδονόσορ βασιλεὺς βαβυλῶνος, καὶ ἐπολιόρκει αὐτὸν, καὶ ἔδωκε κύριος ἐν χειρὶ αὐτοῦ τὸν ἰωακείμ. οὐκοῦν δῆλον ὡς τὰ ὀκτὼ ἔτη ἐτρίβη εἰς τὴν παντελῆ ἅλωσιν τῆς πόλεως, καὶ τοῦ ἰωακείμ. ὃν μεταστήσας ὁ Ναβουχοδονόσορ καθίστησι τὸν ἰεχονίαν: εἶτα φησὶ πρὸς τῷ τέλει.

Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ τριακοστῷ ἑβδόμῳ ἔτει τῆς ἀποικίας ἰωακεὶμ βασιλέως ἰούδα, ἐν τῷ δωδεκάτῳ μηνὶ ἑβδόμῃ καὶ εἰκάδι τοῦ μηνὸς, ὕψωσεν Εὐιλὰκ Μαροδὸχ βασιλεὺς βαβυλῶνος ἐν τῷ ἐνιαυτῷ τῆς βασιλείας αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν ἰωακεὶμ βασιλέως ἰούδα, καὶ ἐξήγαγεν αὐτὸν ἐξ οἴκου φυλακῆς. καὶ ἐλάλησε μετ' αὐτοῦ ἀγαθά. καὶ τὰ ἑξῆς: ἰωακεὶμ δὲ νῦν λέγει τὸν ἰεχονίαν τὸν τοῦ προειρημένου ἰωακεὶμ υἱόν. ἑκατέροις γὰρ τοῖς ὀνόμασι σημαίνεται ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ. αὐτὸς δὲ ὁ Μαροδὸχ διεδέξατο τοῦ Ναβουχοδονόσορ τὴν βασιλείαν. οὕτω γὰρ λέγει καὶ ἱερεμίας.

Καὶ δουλεύσει τῷ Ναβουχοδονόσορ τῷ υἱῷ αὐτοῦ, καὶ τῷ υἱῷ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ.] ὥστε καὶ εἰ ὁ Δανιὴλ μετὰ τοῦ Ναβουχοδονόσορ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ τοῦ Βαλτάσαρ μέμνηται, οὐ λυμαίνεται τῷ λόγῳ τοῦ ἱερεμίου. ἐπειδὴ οὐχ ἱστορίαν συντάξαι ἠβουλήθη ὁ Δανιὴλ, ἀλλὰ τὰ κατεπείγοντα τῇ προφητείᾳ εἰπεῖν. φαίνεται γὰρ μετὰ τὸν Βαλτάσαρ, εὐθὺς ἡ τῶν μήδων βασιλεία διαδεξαμένη. εἰ δὲ δεύτερος μετὰ τὸν Ναβουχοδονόσορ ἦν ὁ Βαλτάσαρ, διεψεύσατο ἂν ἡ τοῦ ἱερεμίου προφητεία. σώζεται γὰρ, τοῦ Μαροδὸχ λεγομένου βεβασιλευκέναι μετὰ τὸν Ναβουχοδονόσορ, εἰς ὃν ὁ ἱερεμίας προφητεύων κατέληξεν. ὅς

ἠπιέτη

A *super vos verba mea bona.* Non dixit, ex nunc Septuaginta annos seruietis; sed cùm impleueritis, quasi iam prædixisset; vt ostenderet, prout ipse contestatus fuerat à prima Ioachim captiuitate, quæ contigit quarto anno Nabuchodonosoris, quæ in Iudæam venerat, hos Septuaginta annos numerandos esse. Primo etenim anno regni Ioachim Nabuchodonosor regnasse videtur, [a] & statim cum Ægyptio congressus bello deuictum eum suo imperio B subiecit. [b] Postmodum Ioachim aduersùs ipsum insurgere tentante, Nabuchodonosor irruptione factâ vrbem obsidione pressit, & vndecimo anno illum regno spoliauit, & Iechoniam eius in locum constituit, quod ex libris Regum manifestum est: ibi enim sic habetur, [c] *Vigintiquinque annorum erat Ioachim cùm regnare cæpisset, & vndecim annos regnauit in Ierusalem, & nomen* C *matris eius Ieldaph filia Phadel de Rhuma, & fecit Ioachim malum in conspectu Domini secundum omnia quæ fecerunt patres eius in diebus illis.* Id est quibus regnauit Ioachim. [d] *Ascendit Nabuchodonosor super terram Babylonis, & factus est illi Ioachim seruus tribus annis: & reuersus est, & præuaricauit in ipso, & misit super Ioachim Dominus accinctos Chaldæorum.* His consona sunt quæ Daniel dicit. [e] *In tertio anno regni Ioachim Regis Iuda, venit Nabucho-* D *donosor Rex Babylonis, & obsidebat eum. Et dedit Dominus in manu eius Ioachim.* Manifestum ergo consumptos octo annos in extremam perditionem ciuitatis, & Ioachim. Quo mutato Nabuchodonosor, in eius locum substituit Iechoniam. Post hęc dicit in fine. [f] *Et factum est in anno trigesimo septimo transmigrationis Ioachim Regis Iuda, in duodecimo mense decima septima mensis, eleuauit Euilac Marodoch Rex Babylonis in anno re-* E *gni sui caput Ioachim Regis Iuda, & eduxit eum è domo custodiæ, & locutus est cum eo bona,* & quæ sequuntur. Nunc verò Ioachim nuncupat Iechoniam prędicti Ioachim filium, vtroque enim nuncupatur nomine in diuina Scriptura. Ipse autem Marodoch suscepit Nabuchodonosoris regnum: sic enim dicit & Ieremias, [g] *Et seruies Nabuchodonosori, filio eius, & filio filij illius.* Itaque etsi Daniel [h] post Nabuchodonosor meminit filij illius Baltasaris, nil officit ser- F moni Ieremiæ. Quoniam Danielis haud ea fuit intentio, vt historiam scriberet; sed dicere quæ ad Prophetiam necessaria videbantur, etenim constat post Baltasaris, illico Medorum regnum subsecutum. Si autem secundus post Nabuchodonosorem ponatur Baltasar, Ieremias mendacij poterit accusari: à quo tamen seruatur, cùm asseritur, post Nabuchodonosorem

regnasse

a 4.Reg. 24. 7.

b 4.Reg. 24. 10.

c 4.Reg. 23. 36.

d 4. Reg 24. 1.

e Daniel. 1. 1.

f 4. Reg. 25. 27.

g Iere. 27. 7.

h Daniel 5. 2.

ἠπιότητι τρόπου οὐδὲν φαίνεται πεποιηκὼς τραχύ. ὅθεν οὐδὲ μέμνηται αὐτοῦ ἡ γραφή. ὥσπερ γὰρ τοῦ Δαβὶδ βεβασιλευκότος εἰρηναίαν ἔσχε μετ' αὐτὸν τὴν βασιλείαν ὁ Σολομών. οὕτω καὶ τὴν ἀρχὴν καταστήσαντος τοῦ Ναβουχοδονόσορ διῆγεν ἐν εἰρήνῃ ὁ Μαροδὸχ, καὶ μάλιστα ἐπιεικείᾳ τὴν βασιλείαν ἰθύνας. ψηφιστέον τοίνυν τὰ τριάκοντα ἑπτὰ ἔτη τοῦ Ναβουχοδονόσορ, μεθ' ὃν ὁ Μαροδὸχ βασιλεύσας, δωδεκάτῳ γὰρ ἤδη μηνὶ πεπληροῦται τοῦ τριακοστοῦ καὶ ἑβδόμου ἔτους, ἡνίκα ἐβασίλευσεν ὁ Μαροδὸχ, ὡς αὐτὴ ἡ τῶν βασιλειῶν βίβλος μαρτυρεῖ, ἐξ ὧν ἀρτίως παρεθέμεθα ῥήσεων, τὸν Ἰεχονίαν τῶν δεσμῶν ἀφῆκε, καὶ τρία ἔτη τὰ τοῦ Βαλτάσαρ. τοσαῦτα γὰρ ἐβασίλευσεν οὕτω γὰρ λέγει ὁ Δανιήλ. φήσας γὰρ τὴν κατ' αὐτοῦ γεγενημένην ἀπόφασιν ὑπὸ τοῦ θεοῦ διὰ τῆς ἐπὶ τοῦ τοίχου γραφῆς. καὶ ὅτι παραχρῆμα Δαρεῖος ὁ Μῆδος παρέλαβεν αὐτοῦ τὴν βασιλείαν, τίθησι τὴν ὅρασιν, ἣν ἐν τῷ πρώτῳ ἔτει εἶδε τῆς αὐτοῦ βασιλείας. καὶ ἐν τῷ τρίτῳ φησὶν ἔτει τῆς βασιλείας Βαλτάσαρ. ὅρασις ὤφθη πρός με. ἡνίκα, εἶδε τὰ μετὰ τὴν Βαβυλωνικὴν ἀρχὴν ἐν Ἀποκαλύψει, καὶ τὸ πρᾶγμα ἠκολούθησε, μεταστάσης εἰς Μήδους τῆς ἀρχῆς Βαβυλωνίων. τοῦ δὲ Δαρείου τοῦ Μήδου διαδεξαμένου τὴν ἀρχήν. λέγει πάλιν αὐτὸς Δανιὴλ οὕτως.

Ἐν τῷ πρώτῳ ἔτει Δαρείου τοῦ Ξέρξου τοῦ υἱοῦ Ἀσσουήρου ἀπὸ τοῦ σπέρματος Μήδων, ὃς ἐβασίλευσεν ἐπὶ τὴν βασιλείαν Χαλδαίων ἐν ἔτει πρώτῳ τῆς βασιλείας αὐτοῦ, ἐγὼ Δανιὴλ συνῆκα ἐν ταῖς βίβλοις τὸν ἀριθμὸν τῶν ἐτῶν. ὃς ἐγενήθη λόγος κυρίου πρὸς Ἱερεμίαν τὸν προφήτην. εἰς συμπλήρωσιν ἐρημώσεως Ἱερουσαλὴμ ἑβδομήκοντα ἔτη, καὶ τὰ ἑξῆς. ὡς δῆλον εἶναι, ὡς ἢ τὸ ἑβδομηκοστὸν ἔτος τῆς αἰχμαλωσίας ἦν τὸ πρῶτον ἔτος τῆς βασιλείας Δαρείου. ἢ ἐγγὺς ἦν τοῦ ἑβδομηκοστοῦ ἔτους. μᾶλλον δ' ἄν τις νοήσαιεν αὐτὸ εἶναι τὸ ἑβδομηκοστὸν ἔτος. οὕτω γὰρ καὶ τὴν προσευχὴν ἐποίητο ὁ προφήτης. καὶ δευτέρου ἔτους, ἢ τρίτου οὐδ' ὅλως μνείαν ποιεῖται ἡ γραφὴ τῆς ἀρχῆς τοῦ Δαρείου. ἀλλὰ μετὰ τὴν εὐχὴν εὐθὺς τὰ κατὰ τὸν Κῦρον τίθησιν ὁ Δανιήλ. τὸ δὲ πρῶτον ἔτος τῆς βασιλείας τοῦ Δαρείου εἰς τὰ ἑβδομήκοντα ἔτη ἀριθμεῖται, ἃ ἠπείλησεν ὁ θεὸς ἐν αἰχμαλωσίᾳ ποιῆσαι τοὺς Ἰουδαίους ταῦτα μὲν γὰρ τὰ ἑβδομήκοντα ἔτη πληροῦσθαι ἔφη ἐν τῇ Βαβυλωνιακῇ ἀρχῇ. ὅθεν καὶ εἰρηναίαν τὴν βασιλείαν ἔσχον, ὅτε Ναβουχοδονόσορ, καὶ ὁ μετ' αὐτόν. φήσας γὰρ καὶ δουλεύσουσιν ἐν τοῖς ἔθνεσι τούτοις τῷ βασιλεῖ Βαβυλῶνος ἑβδομήκοντα ἔτη ἐπάγει.

Καὶ ἐν τῷ πληρωθῆναι ἑβδομήκοντα ἔτη ἐκδικήσω ἐπὶ τὸν βασιλέα Βαβυλῶνος, καὶ ἐπὶ τὸ ἔθνος ἐκεῖνο φησὶ κύριος. τοῦ δὴ Βαλτάσαρ εἰς ἐσχάτην ἀσέβειαν ἐξωκείλαντος, ἀφείλετο τοῦ γένους Ναβουχοδονόσορ τὴν ἀρχήν. διὰ τοῦτο καὶ ἐν τῇ τοῦ Δανιὴλ γραφῇ οὕτως φησὶ μανὴ θεκελ

A regnasse Merodach, cuius tempore Ieremias desiit vaticinari, quem morum præditum suauitate ac lenitate nihil crudelitatis operatum apparet. Ideóque nulla de illo fit mentio in Scriptura. Quemadmodum enim, cùm Dauid regnasset, pacatum Salomon post eum suscepit regnum. Sic & regno firmiter constituto à Nabuchodonosore, Marodoc transegit in pace placidissima, eóque magis, quòd imperium B morum gubernaret lenitate. Computãdi itaque sunt triginta septem anni Nabuchodonosoris, post quem regnum adiit Marodoc; duodecimo enim mense annus trigesimus septimus completur, quando regnauit Marodoch, vt ipse Regum [a] liber testatur, iis quæ dudum in medium protulimus verbis, ac Iechoniam è vinculis liberauit; & tres anni Baltassaris, tot enim regnauit, [b] vt Daniel asserit. Cùm enim narrasset contra eũ à Deo per scripturam in pariete sententiam, & Medum [c] C Darium nullâ morâ interpositâ eius suscepisse imperium; scribens visionem quam primo Darij anno, & tertio Baltassar viderat, inquit, [d] *In anno tertio regni Baltassar visio apparuit mihi.* Quando in reuelatione vidit, quæ futura essent post regnum Babylonicum, resque subsequuta est, translato regno Babylonico in Medos. Cùm autem Darius Medus regno iam potiretur, D iterum inquit ipse Daniel sic. [e] *In primo anno Darij Xerxis filij Assueri, ex semine Medorum, qui regnauit super regnum Chaldæorum, anno primo regni eius, Ego Daniel intellexi in libris numerum annorum, qui factus est sermo Domini ad Ieremiam Prophetam in completionem desolationis Ierusalem Septuaginta anni,* & quæ sequuntur. Quibus manifestè apparet, vel septuagesimum annum Captiuitatis fuisse primum annum regni Darij, E vel eumdem proximè accessisse ad septuagesimum annum. Meliùs autem quisque censeat, cum fuisse annum septuagesimum. [f] Sic enim orabat Propheta & anni secundi vel tertij regni Darij nulla apud scripturam mentio; sed post orationem statim res gestas Cyri Daniel exponit. Primus autem annus Darij inter septuaginta annos adnumeratur, quibus Iudæi in captiuitate manserunt, vti Deus minatus fuerat. F Hoc enim dixerat Septuaginta annos complendos fore in Babylonico regno. Quapropter pacato imperio vsi sunt & Nabuchodonosor, & qui post eum regnauit. Cùm enim asseuerasset, [g] *Et seruient gentibus his, Regi Babylonis septuaginta annos,* subdit. *Cúmque impleti fuerint Septuaginta anni, & vlciscar super Regem Babylonis & in gentem illam ait Dominus.* Cùm enim Baltassar in extremam impietatem irruisset & scelera, à genere Nabuchodonosoris regnum abstulit,

[a] 4 Reg. 25. 27.
[b] Dan. 5. 25.
[c] Dan. 5. 31.
[d] Dan. 8. 1.
[e] Dan. 9. 1.
[f] Dan. 9. 4.
[g] Ierem. 25. 11.

Quare

θέκελ, φαρὲς τὸ, μανὴ, τουτέστιν ἀριθμὸς || ἡμέτερον. τὸ μανὴ, γὰρ ἀριθμός ἐστιν, καὶ ἑρμηνεύεται κατὰ τὴν τῶν ἑβραίων φωνήν. τὸ δὲ, θέκελ, ἐστάθη ἐν ζυγῷ καὶ εὑρέθη ὑστεροῦσα. τουτέστιν, οὐκ ἐπληρώθη. ἔτι γὰρ τῆς βασιλείας ὑπολελειμμένης. ἀφείλετο αὐτὸν τῆς ἐξουσίας ὁ θεὸς ταύτης ἕνεκεν τῆς αἰτίας ὁ μῆδος παραλαβὼν τὴν ἀρχὴν ἐπλήρωσε τὰ ἑβδομήκοντα ἔτη, κατὰ τὸ πρῶτον ἑαυτοῦ ἔτος. δικαίως τοίνυν κατὰ τὴν θείαν γραφὴν τὸ πρῶτον ἔτος τῆς ἀρχῆς τοῦ Δαρείου λογίζεται εἰς τὰ ἑβδομήκοντα ἔτη τῆς αἰχμαλωσίας τοῦ λαοῦ. μεθ' ὃν ὁ Κῦρος τὴν ἀρχὴν διαδεξάμενος, τῶν περσῶν ὁ βασιλεὺς, ἀνῆκε τῆς αἰχμαλωσίας τὸν λαόν. συλλογιστέον τοίνυν τὰ ἑβδομήκοντα ἔτη οὕτως, τριάκοντα ἑπτὰ ἔτη τὰ τοῦ Ναβουχοδονόσορ, ἃ πρὸς ἕτερον ἓν ἔτος τοῦ Δαρείου. τὸ γὰρ ἑβδομηκοστὸν ἔτος τῆς αἰχμαλωσίας φαίνεται. ὁ Δανιὴλ λέγων, καὶ τὰ μεταξὺ ἔτη ἅπερ ἐβασίλευσεν ὁ Μαροδὸχ, ἅπερ ψηφιστέον ἔτη ἐννέα, καὶ εἴκοσιν. ἀλλὰ δοκεῖ πως τούτοις ἐναντίον εἶναι τὸ παρὰ τῷ ζαχαρίᾳ κείμενον. λέγει γάρ.

|| ἴσ. ἡμερῶν.

Καὶ ἀπεκρίθη ἄγγελος κυρίου, καὶ εἶπε, κύριος παντοκράτωρ, ἕως τίνος οὐ μὴ ἐλεήσῃς τὴν Ἱερουσαλὴμ, καὶ τὰς πόλεις ἰούδα, ἃς ὑπερεῖδες. τοῦτο ἑβδομηκοστὸν ἔτος. ἦν δὲ ὁ χρόνος οὗτος, καθ' ὃν ταῦτα ἔλεγε, τὸ δεύτερον ἔτος τῆς βασιλείας Δαρείου, οὐ τοῦ μήδου, ἀλλὰ τοῦ Πέρσου, τοῦ μετὰ κῦρόν τε, καὶ Καμβύσην βεβασιλευκότος. Κῦρος γὰρ Δαρείου τοῦ μήδου τὴν ἀρχὴν διαδεξάμενος ἀνῆκε τοὺς αἰχμαλώτους εἰς τὴν οἰκείαν γῆν. εἰ τοίνυν κατὰ τὸν Δανιὴλ τὸ ἑβδομηκοστὸν ἔτος συμπληροῦται εἰς τὸ πρῶτον ἔτος τῆς βασιλείας Δαρείου τοῦ μήδου, πῶς ὁ ζαχαρίας νῦν τὸ ἑβδομηκοστὸν ἔτος εἰς τὸ δεύτερον ἔτος τῆς βασιλείας Δαρείου τοῦ Πέρσου λέγει πληροῦσθαι, ὃς δὴ τριακοστὸν ἔτος εἶχεν, ἀφ' οὗ Κῦρος τὴν ἀρχὴν εἰς Πέρσας μετέστησεν ἀπὸ τῶν μήδων. λεκτέον τοίνυν, ὅτι οὐ τοῦτο φησὶ, ὅτι ἑβδομηκοστὸν ἔτος συμπληροῦται, καὶ γὰρ ὁ ζαχαρίας ταύτην τὴν ὀπτασίαν ἣν ἑωρακέναι λέγει, οὐκ ἐπὶ τῆς βαβυλωνίων ὁρᾷ. ἀλλ' ἐπὶ τῆς γῆς τῆς ἐπαγγελίας ἐπειδὴ τὸν ἄγγελον λέγει περιωδευκέναι τὴν γῆν, καὶ ἐληλυθέναι εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας εἶτα μηνύσαντα τῶν ἁπανταχοῦ ἐθνῶν τὴν εἰρήνην, δεδωκέναι ἀφορμὴν τῷ προφήτῃ ἱκετεῦσαι ὑπὲρ τοῦ λαοῦ. οὐκοῦν περιττῶς ἔλεγεν ἕως τίνος οὐ μὴ ἐλεήσῃς τὴν ἱερουσαλὴμ, καὶ τὰς πόλεις ἰούδα, ἃς ὑπερεῖδες. τοῦτο ἑβδομηκοστὸν ἔτος. φαίνονται γὰρ κατὰ τὴν ὑπόσχεσιν ἀνεληλυθότες. ἀλλ' ὀλιγώρως περὶ τὴν εὐσέβειαν διακείμενος οὐ καλευθύνοντο τὸν ναὸν οἰκοδομῆσαι. ὁ τοίνυν θεὸς φιλανθρωπίᾳ νικῶν τῶν ἁμαρτημάτων τὸ πλῆθος, ἀφορμὴν ἑαυτῷ δίδωσι πρὸς τὸ οἰκτεῖραι τὸν λαόν. διὰ τοῦτο, καὶ τὴν ὀπτασίαν δείκνυσι τῷ προφήτῃ, ὡς πᾶσα ἡ γῆ εἰρηνεύουσα διατελεῖ, ἵνα λάβῃ ἀφο

Quare & apud Danielem ſcriptum legitur, [a] Manè; Thecel, Phares: hoc eſt numerus dierum: Mane namque numerus eſt,& ſecundùm Hebraicam vocem ſic interpretatur. [b] *Thecel, appenſum eſt in ſtatera, & inuentum eſt minus habens*, hoc eſt, non eſt completum; cùm enim adhuc ſupereſſet regni eius aliquid temporis, priuauit eum Dominus poteſtate omni: Medoque excipiente regnum, primo ipſius anno completi ſunt anni Septuaginta. Non immeritò igitur iuxta diuinam Scripturam primus annus regni Darij computatur cũ Septuaginta annis captiuitatis populi,poſt quem Cyrus, regno Perſarum ſuſcepto populum è captiuitate liberauit. Numerandi itaque ſunt Septuaginta anni hoc pacto. Triginta ſeptem anni Nabuchodonoſoris, quibus adde, & vnum Darij, Septuageſimi namque captiuitatis anni Daniel mentionem facit; Qui interceſsêre Medij,ſunt ij quibus regnauit Marodoch, quorum numerus nouem & viginti ſtatuendus eſt.Verùm his repugnare videtur quod eſt apud Zachariam cùm ait, [c] *Et reſpondit Angelus Domini, & dixit Dominus omnipotens,quouſque non miſereberis Ieruſalem, & Ciuitatum Iuda, quas deſpexiſti hîc ſeptuageſimus annus*, erat autem tempus hoc, quo hæc dicebat annus ſecundus regni Darij, non quidem Medi, ſed Perſæ, qui regnauit poſt Cyrum, & Cambyſem. Cyrus etenim ſucceſſor Darij Medi in Regno facultatem captiuis dedit vt in propriam reuerterentur terram. Si itaque vt Daniel refert ſeptuageſimus annus expletus primo anno regni Darij Medi, quâ ratione nunc Zacharias aſſerit eum completum anno ſecundo regni Darij Perſæ qui erat annus trigeſimus,ex quo Cyrus Regnum ex Medis tranſtulit in Perſas? Dicendum ergo, cum id minimè aſſerere, quòd compleretur annus ſeptuageſimus. Si quidem viſionem iſtam quam ſe vidiſſe aſſerit Zacharias haud de rebus extitit Babylonicis, ſed de terra promiſſionis; cùm dicat, Angelum vniuerſam circuiſſe terram, & in terram promiſſionis deueniſſe, & vbique gentium pacem nunciaſſe, & ſic anſam præbuiſſe Prophetæ, vt pro populo oraret. Non igitur extra rem dicebat, [d] *Vſquequò Domine non miſereberis Ieruſalem, & ciuitatum Iuda, quas deſpexiſti, hîc ſeptuageſimus annus.* Iam enim eos præteriiſſe conſtabat ſecundùm promiſſionem. Cæterùm circa Dei cultum negligentes cùm eſſent, ad templi ædificationem minimè ſe addicebant. Itaque Deus ſcelerum multitudinem ſuâ ſuperans in homines beneuolentiâ, quò populi miſereatur, præbet ſibi occaſionem. Quapropter & viſionem exhibuit Prophetæ, quòd vniuerſa terra placidiſſimâ pace frueretur, vt anſam arriperet orandi pro

a Dan.5.25.
b Dan.5.27.
c Zach.1.12.
d Zach.1.12.

ἀφορμὴν ἱκετεῦσαι ὑπὲρ τοῦ λαοῦ, ἵνα εὐπροσώπως χαρίσηται αὐτοῖς τοῦ ναοῦ τὴν οἰκοδομήν. ὃ δὴ, καὶ ἐπὶ τοῦ Μωσέως. πεποίηκε τοῦ λαοῦ ἡμαρτηκότος. ὃ τοίνυν φησὶ τοῦτ᾽ ἔστιν. ὅτι ἑβδομήκοντα μὲν ἔτη ἠπείλησας αὐτοῖς τὴν εἰς αἰχμαλωσίας, ἐν οἷς καὶ ὑπερεωρᾶν. αὐτοῦ ἔφης. τοσούτων δὲ ἐτῶν μετὰ τὴν ἑβδομήκοντα ἔτη ἤδη παρεληλυθότων, ἔτι οὐδὲν κέρδος ἔχουσι, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς ὄντες τῆς ἐπαγγελίας, ἐρήμου τοῦ ναοῦ τυγχάνοντος, ἐφ᾽ οἷς ἱκετεύει τὸν θεὸν ἵλεω γινόμενον παρασχεῖν τῷ ναῷ τὴν προτέραν εὐκοσμίαν. οὕτω τοίνυν καὶ τὰ ἑβδομήκοντα ἔτη ψηφιστέον, καὶ τὴν δοκοῦσαν ἀντίθεσιν λυτέον. οὕτω γὰρ φανοῦνται καὶ οἱ προφῆται οὐχ ἑαυτοῖς μαχόμενοι, ἀλλὰ συνῳδὰ λέγοντες.

* Λάβε τὸ ποτήριον τοῦ ἀκράτου, τοῦ ἐκ χειρός μου, καὶ ποτιεῖς αὐτὸ πάντα τὰ ἔθνη. πρὸς ἃ ἐγώ σε ἐξαποστελλῶ πρὸς αὐτά.] τοῦ ἀκράτου ὁ ἑβραῖος τῆς πικρίας, ἔχει. βλέπει δὲ τὴν ὀπτασίαν πρὸς παραμυθίαν τοῦ λαοῦ. ἐπειδὴ γὰρ εἰς λογισμοὺς ἐνέπιπτον κρείττονα ὁρῶντες τὸν Βαβυλώνιον, ὡς οὐδὲν ὄφελος αὐτοῖς τάχα τῆς εἰς θεὸν θεραπείας, δεικνὺς ὁ προφήτης μᾶλλον δὲ ὁ θεὸς διὰ τοῦ προφήτου, ὅτι δι᾽ ἁμαρτίαν ταῦτα ὑπομένουσι, τὴν κατὰ τῶν ἐθνῶν ποιεῖται προφητείαν, καὶ πάντας τοὺς βασιλεῖς τοὺς ἑβδομήκοντα ἑπτά. λέγει δὲ τὴν ἰδουμαίαν τὴν νῦν βαταναίαν καλουμένην. ἣν εἶχον πρότερον οἱ περὶ τὸν Ῥουβὴμ, καὶ τὸ ἥμισυ φυλῆς Μανασσῆ προϊὼν δὲ λέγει. [καὶ τὸ ἐπίλοιπον Ἀζώτου.] καὶ τὴν ἰδουμαίαν, τὴν νῦν Βόσραν καλουμένην. λέγει καὶ τὴν δεδὰν, καὶ τὴν θεμὰν, καὶ τὴν βοὺζ, καὶ πάντα περικειρόμενον τὰ κατὰ πρόσωπον: Σαρακηνικὰ ἔθνη μηνύει ἀπὸ τῆς χετούρας γινόμενα.

Καὶ πάντας τοὺς βασιλεῖς τοὺς συμμίκτους, τοὺς καταλύοντας ἐν τῇ ἐρήμῳ.] ἵνα εἴπῃ τὸ πλῆθος αὐτῶν διάφορα γὰρ ἔθνη Σαρακηνῶν.

Καὶ πάντας τοὺς βασιλεῖς ζαμβρῆ.] τουτέστι, ζεμβρὰμ, εἷς δέ ἐστιν οὗτος τῶν ἀπογόνων τῆς χετούρας. ἑρμηνεύεται δὲ ἀσαφῶς ζαμβρῆ, ἀντὶ τοῦ ζεμβράμ.

Καὶ βασιλεὺς ἰσὲχ, πίεται ἔσχατος αὐτῶν.] ὄνομα ἀνθρώπου. ἔστι δὲ βασιλεὺς τῆς θηβαΐδος.

* Καὶ οἵδε ὥσπερ οἱ ληνοβατοῦντες ἀποκριθήσονται πρὸς πάντας τοὺς καθημένους ἐπὶ τῆς γῆς. τὸ, οἵδε, οὐ καλῶς κεῖται παρὰ τῷ ἑλληνικῷ ἡ Δαδ γὰρ ἔχρῆν κεῖσθαι. Δαδ δὲ ἐστιν, ἐπίρρημα τῶν ληνοβατούντων ἀποκρινομένων πρὸς τοὺς καταλέγοντας. ὥσπερ τοίνυν φησὶ τὸ ἐπίρρημα τοῦτο λέγοντες προθύμως πατοῦσι τὴν σταφυλὴν, οὕτως ὑμᾶς καταπατήσει, ὡς ληνοβάτης ὁ Βαβυλώνιος ἅπαντα τὰ ἔθνη.

Φωνὴ κραυγῆς ποιμένων.] τουτέστι, τῶν βασιλέων. καὶ ἀλαλαγμὸς τῶν κριῶν τῶν προβάτων.] ἵνα εἴπῃ τῶν μεγιστάνων.

A pro populo, vt & illis templi constru-ctionem bono largiretur nomine: quod & tempore Moysis [a] fecerat, tecum populus peccasset. Itaque huius loci sensus est. Septuaginta annos minatus es illis captiuitatem quibus & eos habiturum te despectui affirmasti, sed cùm post septuaginta annorum illorum spatium, & tot alij elapsi sint, neque vllum adhuc esset horum iis ipsis qui in terra promissionis cōmorarentur, templo adhuc permanente B desolato: super hisce Deum orat, vt propitius factus priorem ornatum templo restitueret. Sic itaque Septuaginta anni computandi sunt, sicque soluenda, si qua est in contrarium oppositio. Nam & hac ratione fit exploratum, Prophetas concordes inter se esse, neque inuicem, sibi ipsis aduersantia proferre.

[a] Exod. 32. 7.

* Verſ. 15. *Sume calicem vini meri huius de manu mea, & potare facies de illo omnes gen-* C *tes, ad quas ego mitto te ad eos. Vini meri*, Hebræus, *Amaritudinis*, habet, conspicitque hanc visionem, in populi solatium. Cùm enim curis conficerentur, potiorem intuentes Babylonicum, quasi nulla ex Dei obsequio pararetur illis vtilitas; ostendens Propheta, imò per Prophetam Deus, eos hæc propter peccata sustinere, contra gentes vaticinatur & Reges omnes septuaginta septem, vocatque Idumæam, quæ D nunc Batanæa dicitur, quam priùs possidebant qui erant ex tribu Ruben, & media pars tribus Manasses, progrediens verò inquit.

Chrysost. Verſ. 15.

Verſ. 21. *Et reliquiis Azoti & Idumea.* Quæ nunc Bostra nuncupatur addit.

Verſ. 23. *Et Dedam, & Themam, & Buz, & omni circumtonso secundùm faciem.* Saracenicas nationes designat, quæ à Chetura originem ducunt.

Saraceni vnde, eorumque plures esse nationes.

E *Et cunctis Regibus, & omnibus mistitiis habitantibus in deserto*, vt explicaret multitudinem illorum, variæ namque sunt nationes Saracenorum.

Verſ. 25. *Et cunctis Regibus Zambri.* Zambram scilicet, estque vnus ex posteris Cheturæ, & obscurè interpretatur Zambri, pro Zambram.

Verſ. 26. *Et Rex Isoch bibet post eos.* Nomen hominis, Thebaidisque est Rex.

Verſ. 30. *Et hi, quasi calcantes respondebunt* F *ad omnes sedentes super terram.* οἵδε, id est, *illi autem*, non benè in Græco legitur: etenim ponendum erat Δαδ, Dad autem est calcantium aduerbium, dum respondent ad colligentes. Quemadmodum igitur, ait, aduerbium hoc dicentes alacri animo vuam calcant. Sic & vos calcabit Babylonius vtpote qui calcat gentes vniuersas. Verſ. 36. *Vox clamoris Pastorum.* Regum videlicet. *Et vlulatus arietum ouium*, quasi diceret optimatum.

Chrysost. Verſ. 30.

Caput

Caput 26. à verſ. 1. vſque ad 11. Sectio Prima.

TEXTVS VVLGATÆ.

1 IN principio regni Ioakim filij Ioſiæ Regis Iuda, factum eſt verbum iſtud à Domino dicens.

2 Hæc dicit Dominus: Sta in atrio domus Domini,& loquêris ad omnes ciuitates Iuda, de quibus veniunt vt adorent in domo Domini, vniuerſos ſermones, quos ego mandaui tibi, vt loquaris ad eos: noli ſubtrahere verbum.

3 Si fortè audiant & conuertantur vnuſquiſque à via ſua mala: & pœniteat me mali quod cogito facere eis propter malitiam ſtudiorum eorum.

4 Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus:Si non audieritis me vt ambuletis in lege mea,quàm dedi vobis.

5 Vt audiatis ſermones ſeruorum meorum Prophetarum, quos ego miſi ad vos de nocte conſurgens,& dirigens,& non audiſtis.

6 Dabo domum iſtam ſicut Silo, & vrbem hanc dabo in maledictionem cunctis gentibus terræ.

7 Et audierunt Sacerdotes & Prophetæ, & omnis populus Ieremiam loquentem verba hæc in domo Domini.

8 Cúmque compleſſet Ieremias loquens omnia, quæ præceperat ei Dominus vt loqueretur ad vniuerſum populum, appræhenderunt eum Sacerdotes,& Prophetæ, & omnis populus, dicens:Morte moriatur.

9 Quare prophetauit in nomine Domini,dicens: Sicut Silo erit domus hæc: & vrbs iſta deſolabitur, eò quòd non ſit habitator? & congregatus eſt omnis populus aduersùs Ieremiam in domo Domini.

10 Et audierunt principes Iuda verba hæc: & aſcenderunt de domo Regis in domum Domini, & ſederunt in introitu portæ domus Domini nouæ.

11 Et locuti ſunt Sacerdotes & Prophetæ ad principes, & ad omnem populum, dicentes: Iudicium mortis eſt viro huic: quia prophetauit aduersùs ciuitatem iſtam, ſicut audiſtis auribus veſtris.

TEXTVS SEPTVAGINTA.

1 IN principio Regis Ioacim filij Ioſiæ factum eſt verbum iſtud à Domino.

2 Sic dixit Dominus: Sta in atrio domus Domini: & reſpondebis omnibus Iudæis, & omnibus venientibus adorare in domo Domini, vniuerſos ſermones, quos mandaui tibi reſpondere eis: noli ſubtrahere verbum.

3 Fortaſſe audient, & auertentur vnuſquiſque à via ſua mala:& ceſſabo à malis,quæ ego cogito facere eis propter peſſima ſtudia eorum.

4 Et dices: Sic dixit Dominus. Si non audieritis me, ambulando in legitimis meis, quæ dedi ante faciem veſtram.

5 Exaudiendo verba puerorum meorum Prophetarum, quos ego mitto ad vos diluculo, & miſi, & non audiſtis me.

6 Et dabo domum hanc ſicut Selo; & ciuitatem dabo in maledictionem cunctis gentibus vniuerſæ terræ.

7 Et audierunt Sacerdotes, & Pſeudoprophetæ, & vniuerſus populus Ieremiam loquentem verba hæc in domo Domini.

8 Et factum eſt, cùm Ieremias conſummaſſet loquens omnia, quæ præceperat ei Dominus loqui vniuerſo populo, & appræhenderunt eum Sacerdotes, & Pſeudoprophetæ,& omnis populus,dicens: mortem moriaris,

9 Quia prophetaſti in nomine Domini,dicens: Sicut Selo,erit domus hæc:& vrbs iſta deſolabitur ab habitantibus. Et conuenit Eccleſia vniuerſi populi ſuper Ieremiam in domo Domini.

10 Et audierunt principes Iuda verbum hoc: & aſcenderunt de domo Regis in domum Domini: & ſederunt in veſtibulis portæ nouæ.

11 Et dixerunt Sacerdotes, & Pſeudoprophetæ ad principes, & omni populo: Iudicium mortis homini huic, quia prophetauit aduersùs ciuitatem iſtam: ſicut audiſtis in auribus veſtris.

PARAPHRASIS CHALDAICA.

1 IN principio regni Ioachim filij Ioſiæ Regis tribus domus Iuda, factum eſt verbum iſtud à facie Domini, dicendo.

2 Hæc dicit Dominus: Sta in atrio domus Sanctuarij Domini, & Prophetabis in omnes ciuitates domus Iuda, quæ veniunt vt adorent in domo Sanctuarij Domini,omnia verba quæ præcepi tibi;vt prædiceres eis: ne dimittas verbum.

3 Fortè audient & conuertentur vnuſquiſque à via ſua mala, & auertar ego à malo quod cogito facere eis propter malitiam operum ipſorum.

4 Et dices ad eos:Hæc dicit Dominus; Si non receperitis verbum meum vt ambuletis in lege mea quam dedi coram vobis.

5 Vt obediatis verbis ſeruorum meorum Prophetarum, quos ego miſi ad vos manè conſurgens, & mittens,& non obediſtis.

6 Et dabo domum iſtam ſicut Silo, & ciuitatem iſtam dabo in maledictionem omnibus populis terræ.

7 Et audierunt Sacerdotes & Scribæ,& omnis populus Ieremiam prophetantem omnia verba hæc in domo Sanctuarij Domini.

8 Et factum eſt cùm conſummaſſet Ieremias Prophetare omnia quæ præcepit ei Dominus vt loqueretur cùm omni populo, appræhenderunt eum Sacerdotes, & Scribæ, & omnis populus, dicendo: Morte morieris.

9 Quare prophetaſti in nomine Domini, dicens: Sicut Silo erit domus iſta? & ciuitas hæc deſolabitur abſque habitatore? Et congregatus eſt omnis populus contra Ieremiam in domo Sanctuarij Domini.

10 Et audierunt principes Iuda verba hæc, & aſcenderunt de domo Regis in domum Sanctuarij Domini, & ſederunt in introitu portæ Orientalis domus Sanctuarij Domini.

11 Et dixerunt Sacerdotes,& Scribæ principibus, & omni populo, dicentes: Peccatum iudicij mortis eſt viro huic;quia Prophetauit aduersùs ciuitatem iſtam, ſicut audiſtis auribus veſtris.

Catena ex Veterum Patrum operibus impreſſis.

1 Hieronym. *Prædicator verbi Dei ſtet cum Moyſe coram Domino.*

Hieronymus. (*In principio regni*, &c.) Hæc prophetia ſuperior eſt priore, licet ſub eodem Rege ſit facta. Illa enim facta eſt in anno quarto Ioakim filij Ioſiæ Regis Iuda: hæc autem in principio eiuſdem Regis, Scripturâ dicente: In principio regni Ioakim filij Ioſiæ Regis Iuda, factum eſt verbum iſtud à Domino. Non igitur (vt ſæpe iam diximus) in Prophetis hiſtoriæ ordo texendus eſt: cùm in præſentiarum ſub eodem Rege priora poſtea, & poſteriora ante dicantur. Qui autem verbum dicturus eſt Domini, debet ſtare cum Moyſe, [a] & audire cum Pſalmiſta: [b] *Qui ſtatis in domo Domini, in atriis domus Dei noſtri.* Et præcipitur illi vt loquatur ad omnes ciuitates Iuda: licet ciuitates Sept. non tranſtulerint: ne indecorum fortè videretur, in atrio domus Domini loqui ad vrbes, quæ coram non erant: ſed quando ad populum, & ad ciues loquitur, ipſis ciuitatibus loquitur. Pulchrè autem ſtat in atrio, atque veſtibulo templi Domini: vt per occaſionem orationis Domini, & adorandi eum, ſermones Prophetæ audire cogantur. *Noli*, inquit, *ſubtrahere verbum*: licet triſte ſit, licet aduersùm te audientium rabies concitetur, tamen dicito quod tibi imperatum eſt: non formidans perſecutiones eorum, qui aduersùm te concitandi ſunt, ſed Domini iubentis imperium. *Si forſitan*, inquit, *audiant & conuertantur.* Verbum ambiguum, *forſitan*, maieſtati Domini non poteſt conuenire, ſed noſtro loquitur affectu, vt liberum homini ſeruetur arbitrium: ne ex præſcientia eius, quaſi neceſſitate vel facere quid, vel non facere cogatur. Non enim ex eo quòd Deus ſcit futurum aliquid, idcirco futurum eſt: ſed quia futurum eſt, Deus nouit, quaſi præſcius futurorum. Et tamen ſciendum iuxta hunc eundem Ieremiam, [c] etſi mala prædixerit Dominus, & egerit populus pœnitentiam, quòd & ipſe acturus ſit pœnitentiam ſuper his quæ facere comminatus eſt. Et ſi proſpera pollicitus fuerit, & egerit populus negligenter, mutet Deus ſententiam, & pro bonis mala inferat. Tale quid & illud in Euangelio eſt: [d] *Mittam filium meum, forſitan verebuntur eum.* Quod vtique ex perſona Dei omnipotentis dicitur. Denique & in præſenti ait: *Si fortè audiant & conuertantur vnuſquiſque à via ſua mala*: vt cùm illi conuerſi fuerint, & meæ ſententiæ me pœniteat, & non faciam quod eis cogito facere. Cogito autem facere propter malitias ſtudiorum illorum: quæ ſi fuerint immutatæ, & mea ſententia commutabitur: legamus hiſtoriam Ionæ, & Niniue.

In Templo quàm opportunè fiant conciones.

A Prædicatione non deſiſtendũ propter perſecutiones.

Præſcientia Dei non eſt cauſa rerum, ſed quia futura ea ſunt, Deus illas nouit, vt præſcius futurorum.

Mutatio ſententiæ non eſt noſtra non eius, qui omnino immutabilis eſt.

a Deut. 5. 31. b Pſ. 134. 2. c Iere. 18. 8. d Luc. 20. 13.

2 *Operari bene, vel malè noſtri quidem eſt liberi arbitrij, bonum nihilominus omne ad Dei referendum gratiam.*

(*Et dices ad eos*, &c.) In noſtra ergo poſitum eſt poteſtate, vel facere quid, vel non facere: ita duntaxat vt quidquid boni operis volumus, appetimus, explemus, ad Dei gratiam referamus: qui iuxta Apoſtolum [e] *dedit nobis & velle, & perficere.* Sin autem ſufficit ſemel ambulare in lege, quæ nobis data eſt per Moyſen, vt ſtulta hæreſis ſuſpicatur: quomodo addidit: *Vt audiatis ſermones ſeruorum meorum Prophetarum?* Qui vtique poſt legem miſſi ſunt, & non ſemel, ſed frequenter: nec otioſè & à ſecuro, ſed ſemper & à ſollicito. *Miſi*, inquit, *ad vos ſeruos meos Prophetas quotidie, & de nocte conſurgens*: quos ſi audire nolueritis, *dabo domum iſtam*, hoc eſt templum Dei, *ſicut Silo*, vbi fuit tabernaculum. Cúmque templum deſtructum fuerit, conſequenter & ciuitas erit in maledictionem cunctis gentibus terræ. Sicut autem extructo templo in area Ornæ, [f] & in Monte Moria, hoc eſt, viſionis: in quo Abraham [g] filium ſuum Iſaac obtuliſſe narratur, ceſſauit religio Silo, nec poſtea ibi ſunt celebrata ſacrificia: ſic extructâ Eccleſiâ, & ſpiritualibus in ea victimis immolatis, ceſſauerunt legis ceremoniæ, & data eſt vrbs Iudæorum in maledictionem cunctis Gentibus terræ: de qua nos Dominus liberauit, dicente Apoſtolo: [h] *Chriſtus redemit nos de maledictione legis, factus pro nobis maledictio.*

e Phil. 2. 13.

Legis ſimul ac Prophetarum obſeruatio iugis vt eſſet, neceſſe antiquitùs erat.

Templorum Dei euerſionẽ ſequitur & ruina ciuitatum.

f 1. Par. 3. 1. g Gen. 22. 3. h Gal. 3. 13.

Eccleſiâ extructâ data Synagoga in maledictionẽ.

(*Et audierunt Sacerdotes*, &c.) Sacerdotes & Prophetæ, quos Pſeudoprophetas manifeſtiùs Sept. tranſtulerunt, iraſcuntur Ieremiæ, quòd vera prædicat: vt ſubuerſo templo, & ciuitate deſertâ, ſit petitura religio, & lucra ex religione venientia: Idcirco appræhendunt eum, & conſentiente ſibi populo, morti deſtinant: quare dixerit in nomine Domini, ſicut Silo erit domus hæc, & vrbs deſolabitur, eò quòd non ſit habitator. Si quando igitur propter mandata Domini, & fidei veritatem, vel Sacerdotes nobis vel Pſeudoprophetæ, vel deceptus populus iraſcitur, non magnopere curemus: ſed exequamur ſententiam Dei, nequaquam præſentia mala, ſed futura bona animo cogitẽtes.

Voluntate Dei implenda non deſiſtendum propter cuiuſcumque illatas nobis moleſtias.

3 (*Et congregatus eſt omnis*, &c.) Ieremias in templo verba Domini prophetarat, & dixerat: *Dabo domum iſtam, ſicut Silo, & vrbem hanc in maledictionem dabo cunctis gentibus terræ*: ſtatimque à Sacerdotibus & Prophetis, & populo, ſeditione commotâ, omne vulgus aduersùs Prophetam congregatur in templum, vbi erat Propheta, & Sacerdotum ac Prophetarum vulgique manibus tenebatur. Quod cùm audiſſent principes ciuitatis, qui in domo regia verſabantur, tranſierunt, ſiue aſcenderunt de domo regis in domum Domini. Notandumque quod ire ad domũ Domini, ſemper aſcenſus ſit. Sederuntque in introitu portæ Domini nouæ. Principum enim erat officium ſedere in porta domus Domini, & ibi negocij & ſeditionis cognoſcere veritatem. *Noua* autem *porta* dicitur: quia qui ſedebant in ea & iudicio præerant; Sacerdotum, & Pſeudoprophetarum calumniæ reſiſtebant.

In Templum ire ſemper eſt aſcenſus.

Principes ſæculares antiquitùs in tẽpli porta cõmota ſeditioni, Sacerdotũque calumniæ reſiſtebant.

(*Et loquuti ſunt Sacerdotes*, &c.) Sedentibus vrbis principibus in porta templi & in porta noua: qui de Regis palatio ad templum cucurrerant, vt ſeditio populi ſedaretur: & concione populi congregatâ, accuſant Sacerdotes, & Pſeudoprophetæ Ieremiam: perierat que Propheta, quantùm fuit in Sacerdotibus, & Prophetis, ſi accuſatores ipſi habuiſſent iudicij poteſtatem. Ex quo intelligimus crudeliores fuiſſe in Prophetam per inuidiam ſanctitatis, qui religioni videbantur dediti, quàm qui neceſſitatibus publicis præerant.

Sacerdotes & Eccleſiaſtici ſæpe crudeliores in viros probos quàm magiſtratus ſæculares.

4 Theodorit.

In Theodorito nihil, præter ſimplicis hiſtoriæ breuiſſimã paraphraſim. Hoc vno excepto, quòd ponderãs adhibitam à Deo in verſ. 3. particulam, *forſitan* ait, Dixit fortaſſe, non quaſi ignorans; nouerat enim illorum incredulitatem. Sed ambiguâ dictione vſus eſt, ne ſententiæ diuinæ attendentes deſperarent de ſalute. Non enim hoc ignorandi verbum eſt: verum ne dicant, Prædixit incredulitatem noſtram, Numquid mendax eſt? Quî ergo poteſt fieri, vt nos intuemur. Docet itaque per ea quæ dicta ſunt, eos poſſe, ſi velint, ſuſcipere morum mutationem.

Forſitan particulam ſæpe ſuis adhibet ſententiis Deus liberi arbitrij noſtrã ſignificans poteſtatem.

D. Thom.

In D. Th. pariter nil eſt quod hîc notemus, niſi quòd circa portã nouã, cuius fit mẽtio in verſ. 10. aſſe

Porta noua tẽpli qua de nouo extructa fuerat ad ius dicendũ.

asserit,eam dici nouam, quia de nouo facta erat, ad tenendum iudicia Sacerdotum, & eorum quæ ad cultum religionis pertinebant.

5 Athanasius. *Verbum Dei factū ad Prophetas idem cum verbo æterno Patris secundùm Athanasium.* a Ioan.1,1.

Circa vers.1.Athanas.Sermone 3.contra Arianos circa medium,cùm dixisset, Est verbum Domini architectus & rerum auctor,& est Patris voluntas, inter alia hæc addit, Prophetæ item loquuntur, *Et factum est Verbum Domini:* Ioannes quoque in hanc sententiam prorumpit,*In principio erat Verbum.*Ex quibus colligere est, quod hîc à Ieremia asseritur factum Dei verbum, intelligi secundùm Athanasium de verbo, quod & ab æterno consubstantiale erat Patri.

Euseb.Cæs. *Præscientia Dei non imponit rebus necessitatem.*

Ad Pœnitentiā exhortans quàm pruděter Deus contingentem illam significans,& liberam particulam adhibeat fortasse.

Quod ad id quod in vers.3.dicitur,*Fortasse audient, & auertentur*,&c. Eusebius Cæsariensis lib. 6.de Præparatione Euangelica cap.9. post multa de præscientia Dei,quòd non imponat necessitatem,hæc habet. Quòd verò præscientia Dei nullam necessitatem nobis ponit, inde quoque affirmari potest, quia sæpius in Scriptura, pœnitentiam per Prophetas mandasse inuenitur, nec cognouisse simulauit: vtrum conuerterentur delinquentes an non, vt apud Ieremiam scribitur: *Forsan audient, & agent pœnitentiam.* Sed æqualiter vtrúmque contingens à dictis esse ostendit, ne præscientia sua palàm facta audientes deiiciat,quasi necessariò aliquid eorum futurum sit: nec in delinquentibus conuerti & non conuerti potestas insit,& hæc res peccandi causa foret. Et è contrà, si conuersionem eorum omnino futuram prædixisset, huiuscemodi prædictio dissolutionis causa fuisset; faceretque ne viriliter in voluptate insurgerent, quasi emendatio, velint nolintve, futura sit. Sic enim prædicto impedimento futuri boni esse videtur. Cùm igitur per-viriliter Deus mundum gubernet, meritò futura celauit, quorum cognitio minimè hominibus conducit.Si enim malos futuros se præuiderent, desperatione sui bonos dissolutione ac eueruatione distraherent.

Futura quā meritò Deus celarit hominibus.

6 Ambrosius.

Ambrosius lib.2. de Pœnitentia cap. 5. Agens contra illos qui in reproba[ti]onem pœnitentiæ illa afferent Petri verba, qu[æ] [...]us in lib. Actuum Apost.8.ad Simonem dixit,[b] *Non est tibi pars,neque sors in hac fide,quia cor tuum non est rectum apud Deum; Pœnitentiam itaque ag[e] ab hac nequitia tua, & precare Dominum, si fortè [re]mittatur tibi hac cogitatio cordis tui*,&c. Ego, inc[...]it,nec Petrum dubitasse credo,nec dico, nec v[...]bi vnius præiudicio tantam causam strangula[n]dam arbitror.Nam si putant dubitasse Petrum, n[...]aquid & Deus dubitauit qui ait ad Ieremiam [Pr]ophetam: [c] *Sta in atrio domus Domini, & respon[de]* [...]*m dabis omni Iuda, iis qui veniunt adorare in domo [D]omini,omnia verba quæ constitui tibi respondere i[...]: noli auferre verbum, forsitan audient, & auer[ta]ntur.* Dicant ergo & Dominum ignorasse q[u]id esset futurum. Sed non ignorantia eo verbo [e]xprimitur: sed in Scripturis diuinis frequens [h]uiusmodi consuetudo aduertitur, eò quòd s[im]plex sit elocutio. Siquidem & ad Ezechiel dic[it] Dominus: [d] *Fili hominis mittam ego te ad domum Israel, ad eos qui me exacerbauerunt, ipsi & patr[es] eorum vsque in hodiernum diem,& dices ad eos: H[æ]c dicit Dominus, si fortè audient & terrebuntur. N[e]sciebat ergo eos posse, aut non posse conuerti?*Non ergo semper dubitantis ista est locutio.Denique ipsi sa[p]ientes sæculi, qui omnem gloriam statuunt in [e]xpressione verborum,quod Latinè fortè dicimus,Græcò τάχα non vbique pro dubitatione posue[r]unt.

b Act.8.21.

Forte, & similes particulæ nō vbique ponuntur dubitatiuè,in Sacris, & in prophanis.

c Iere. 26.2.

Dubitatiuis cum particulis frequenter factæ reperiūtur locutiones simplices ac si absque illis essent.

d Ezec.2.3.

Circa vers. 11. Notandum quod à D. Thoma lect.3.in cap.3. Epistolæ ad Rom. hisce asseritur. Est consuetudo Scripturæ, vt quandoque loquatur de toto populo ratione malorum,quandoque ratione bonorum, vt patet Ierem. 16. Vbi dicitur, quòd *cùm complesset Ieremias loqui omnia quæ præceperat ei Dominus vt loqueretur ad vniuersum populum, apprahenderunt eum Sacerdotes & Propheta, & omnis populus dicentes, Morte moriatur.* Et postea subditur, *Dixerunt principes & omnis populus, non est viro huic iudicium mortis.*

D.Thom. *De Populo toto loqui cōsueuit Scriptura aliquādo ratione malorum,aliquando ratione bonorum.*

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΕΝ ἀρχῇ βα.]

Βίκτρ☉.] πρεσβύτερα ταῦτα τοῖς χρόνοις. πλὴν, εἰ μὴ διττὴν ἐστιν ἀρχὴν τῆς βασιλείας αὐτοῦ λαβεῖν. μίαν μὲν, καθ᾽ ἣν κατέστη ὑπὸ Νεχαὼ φαραώ. δευτέραν δὲ, καθ᾽ ἣν αὐτὸν ὁ Βαβυλώνι☉ ἐπὶ ἔτη τρία κατεδουλώσατο. ὡς ἐκ τῆς τῶν βασιλειῶν ἐγνώκαμεν βίβλου, καὶ διὰ τῶν ἑξῆς τούτο γνωσόμεθα.

[οὕτως εἶπε κύρι☉.]

Τοῦ χρυσοστόμου.] ἵνα μάθωσιν, ὅτι οὔτε ἡ ὄψις ἐδυσώπησε τὸν προφήτην. ὥσπερ ἂν εἴτις ἀνδρὸς μεγάλου καὶ θαυμαστοῦ μέλλων καταψηφίζεσθαι, αὐτὸν εἰς μέσον ἀγάγοι τὸν ἄνδρα. τί λέγεις; οὐ προλαβὼν εἶπες, ὅτι ὥσπερ τὰ σῦκα τὰ πονηρὰ, οὕτως αὐτοὺς δώσω; πῶς οὖν δίδως ἐλπίδα μεταβολῆς;

|| Ὀλυμπιοδώρου.] διαμαρτύρεσθαι κελεύει θεὸς τῷ προφήτῃ τοὺς ἰουδαίους, ἐπὶ τῷ φυλάττειν τὰ θεῖα νόμιμα, ἵνα μὴ ἐπέλθῃ αὐτοῖς ἡ ὀργή. ||

[Μὴ

Vers. 1. (IN *principio Regis Ioacim,&c.*)

7 Victor. *Ioacim regni duplex computatur principium.*

Victoris.] *Si tempora computemus, antiquiora hæc sunt; ni duplex illius regni principium intelligamus, vnum quidem cum à Nechao Pharaone* [e] *constitutus est;* [f] *alterum verò cum illum Babylonius tribus annis seruum habuit; sicut ex libris Regum didicimus, & ex his quæ dicentur inferiùs manifestum fiet.*

e 4. Reg 23. 34.

f 4.Reg. 24. 12.

Vers. 2. (*Sic dixit Dominus: Sta in atrio domus Domini,&c.*)

Chrysost. *Prædicatores Verbi Dei quāta deceat constantia,& magnanimitas.*

Chrysostomi.] *Vt intelligerent nihil veritum esse Prophetam & coram loquentem, vt si quis sententiam in virum aliquem magnum & egregium laturus, producat illum in medium. Quid ais?* [g] *Nonne antea dicebas, te sicut malas ficus,ita eos daturum? quomodo igitur spem mutationis præbes?*

Conuersionis spem numquā subtrahit Deus.

g Ier 24. 8.

Olympiod. *Legis diuinæ obseruatione auertitur Dei ira.*

Olympiodori.] *Contestari Deus Prophetam præcipit de seruanda lege diuina, ne in illos ira veniret.*

(*Noli*

[μὴ ἀφέλῃς.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τίνος ἕνεκεν παραγγέλλεις, οὐχ ὡς τοῦτο ποιοῦντος τοῦ προφήτου; μὴ γένοιτο. ἀλλ' ἵνα ἀξιόπιστον ποιήσῃ τὸν λόγον, καὶ μᾶλλον αὐτοὺς πείσῃ προσέχειν. καὶ ὅλως ἀναγκαίας οὔσης λεχθῆναι τῆς προφητείας.

[Ἴσως ἀκούσονται.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] πολλάκις συμβαίνει ὡς ἐπὶ τῶν ἀνελπίστων καὶ ἀπεγνωσμένων. τοῦτο πείθει τὸν προφήτην. ἴσως ἀκούσονται, ὁ πάντα προειδὼς φησι, καὶ εἰς ἐλπίδα ἄγων αὐτούς. ἴσως συμβαίνει τοῦτο, ἴσως, ἐν τῇ γραφῇ ἐπὶ βεβαιώσει λέγεται: ἴσως γὰρ ἐντραπήσονται τὸν υἱόν μου, ἀντὶ τοῦ ὀφείλουσιν ἐντραπῆναι.

[Καὶ ἀποστραφῇ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τοῦτο μάλιστα ἤθελεν ὁ προφήτης ἀκοῦσαι. σὺ βούλει παρακινδυνεῦσαι ἐπ' ἐλπίδι τοιαύτῃ. εἰπὲ οὖν οὕτως εἶπε κύριος.

|| [Καὶ δώσω τὸν οἶκον.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὃ μάλιστα αὐτοὺς ἐλύπει. μέγα γὰρ ἐφρόνουν ἐπὶ τῷ ναῷ.

|| Τοῦ ἁγίου Κυρίλλου.] ταῦτα πάντα συνέβη παθεῖν ἐξυβρίσαντα τὸν Ἰσραὴλ εἰς τὴν τοῦ θεοῦ δόξαν, καὶ ἀνοσίως κατεφθαρμένον ἐπὶ τῷ βούλεσθαι προσκυνεῖν τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν αὐτῶν.

|| Θεοδωρήτου.] ἐπειδὴ γὰρ μέγα ἐφρόνουν ἐπὶ τῷ ναῷ, ὃ μᾶλλον αὐτοὺς ἐλύπει, τοῦτό φησι.

Ὀλυμπιοδώρου.] ἵνα ᾖ ἐπικατάρατος. καὶ || Vers. ἐν αὐτῷ. αὐτῶν οἱ ἐχθροὺς οἱ ἄνθρωποι ἵνα || ἔχωσι τὰ ὅμοια παθεῖν. ||

[Καὶ ἤκουσαν.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ὁρᾷς, πῶς ἀγριαίνουσι καὶ ἀγανακτοῦσι; καὶ μὴν δι' αὐτὸ τοῦτο ἀναιρεῖσθαι οὐκ ἔχρῆν. εἰ γὰρ θεὸς ἐπέταξε, πεισθῆναι δεῖ. τοῦτο ὑμᾶς λυπεῖ τὸ ῥῆμα, τὸ γὰρ τὸν τοῦ ναοῦ τιμιώτερον ἐνυβρίζειν, οὐ πονηρὸν, οὐκ ἀσεβὲς; πάνυ αὐτοὺς ἔδακνε τὸ ῥηθέν.

[ἃ συνέταξε.]

Θεοδωρήτου.] καὶ περὶ τοῦ ἁγίου Στεφάνου ἔλεγον, ὅτι λαλεῖ βλάσφημα ῥήματα κατὰ τοῦ τόπου τοῦ ἁγίου τούτου.

Βίκτορος.] οἱ γὰρ τῆς ἀσεβείας μάλιστα προϊστάμενοι παροξύνονται πρὸς τὸν ἐπ' εὐσέβειαν μάλιστα παρακαλοῦντα. παραδεχθέντων γὰρ αὐτοῦ τῶν λόγων, τὸ ψεῦδος τῶν ἐναντίων ἠλέγχετο, καὶ τὸ τῆς αὐτῶν ἐμπορίας διελύετο κέρδος. καὶ τὸ πολὺ τοῦ λαοῦ τούτοις ἀκολουθεῖ, οἷς δὴ φίλον ταῖς μὲν κολακείαις ἐπιτρέχειν, τοὺς δὲ τραχυτέρους ἀποστρέφεσθαι λόγους. διὸ θάνατον τοῦ προφήτου καταδικάζουσιν.

[καὶ ἐξεκκλησιάσθη.]

Ὀλυμπιοδώρου.] συνήχθη πᾶς ὁ λαὸς τῶν πρεσβυτέρων τῆς γῆς τῆς περιχώρου.

|| (*Noli ſubtrahere verbum.*)

Chryſoſtomi.] *Cur ita mandas? quaſi id Propheta non faceret? abſit; ſed vt fidem ſermoni faceret, eoſque attentiores redderet; denique quia neceſſe erat prophetiam renuntiari.*

Chryſoſt. Ad Verborum diuinorũ prolationem cur excitati Propheta, qui in eo maximè erãt ſolliciti.

8

Verſ. 3. (*Fortaſſe audient.*)

Chryſoſtomi.] *Sæpè accidit, vt in rebus deſperatatis, & nullâ ſpe expectatis: hoc Prophetæ ſuadet;* Fortaſſe audient, *inquit, qui omnia nouit, & ad ſpem eos ducit, fortè accidit, fortaſſe in diuinis literis ad confirmandum ponitur,* [a] Fortaſſe enim verebuntur filium meum, *pro debent vereri.*

Chryſoſt. Ad ſpem inducit Deus, vel etiam deſperate peccatoris ſalutis. Dubitationis particula adhibita aliquando in Scriptura ad confirmandũ.

a Matth. 21. 37.

Verſ. 4. (*Et auertetur vnuſquiſque à via ſua mala, &c. Et dices, ſic dixit Dominus.*)

Chryſoſtomi.] *Hoc præcipuè volebat audire Propheta, Tu vis hac ſpe ſubire periculum; Dic igitur, ſic dixit Dominus.*

Chryſoſt.

|| Verſ. 6. (*Et dabo domũ hanc ſicut Silo, &c.*)

Chryſoſtomi.] *Quod maximè illos angebat, valde enim tremebant, quòd templum haberent.*

Chryſoſt. E Templorũ magnificẽtia non ſuperbiẽdum.

|| Sancti Cyrilli.] *Hæc omnia paſſus eſt Iſrael, quòd in Dei gloriam debacchatus eſſet, impiéque corruptus, quòd adorare vellet opera manuum ſuarum.*

S.Cyrill.

|| Theodoreti.] *Cùm enim ob templum ſuperbirẽt, quod maximè illos triſtes efficeret, hoc ait.*

Theodoret.

(*Et vrbem hanc dabo in maledictionem.*)

Olympiodori.] *Vt maledicta ſit; & homines inimicis ſuis ſimilia deprecentur.*

Olympiod.

Verſ. 7. (*Et audierunt Sacerdotes Ieremiam loquentem, &c.*)

9

Olympiodori.] *Vides quomodo furore exardeſcant, & ægrè ferant? & certè ob idipſum neci tradendus non erat; ſi enim Deus præcepit, parẽre oportet. Hoc verbum vos pungit, in eum verò, qui templo honoratior eſt, contumelioſos eſſe, non malum, non impium eſt? Sanè, dictum hoc animos eorum valdè pungebat.*

Olympiod. In Templum prophetari Iudæis erat maximè moleſtum, cùm ex illo ſuperbiores eſſent.

Verſ. 8. (*Cùmque compleſſet Ieremias loquens quæ præceperat ei Dominus.*)

Theodoreti.] *Et de S. Stephano dicebant,* [b] *eum verba blaſphema loqui aduerſus locum ſanctum hunc.* (*Apprehenderunt eum Sacerdotes, &c. dicens: Morte moriatur.*)

Theodoret. b Act. 6. 11.

Victoris.] *Qui enim ſunt præcipui impietatis deffenſores irritãtur maximè aduerſus eũ qui præcipuus eſt ad pietatem adhortãs, admiſſis enim illius ſermonibus aduerſariorum mendacium deprehendebatur, negotiationiſque eorum quæſtus deperdebatur: nam & maior pars populi eos ſequitur, qui adulationibus irretire ſolent, aſperſos autem euitare ſermones, quapropter capite Prophetam condemnant* (*Et conuenit Eccleſia.*

Victor. Impietatis defenſores eũ potiſſimè perſequũtur qui ad pietatem populum alliciat.

Olympiodori.] *Congregatus eſt vniuerſus populus ſeniorum terræ circumiacentis.*

Olympiod.

Capitis 26. à verſ. 12. vſque ad finem, Sectio Secunda.

TEXTVS VVLGATÆ.

12 ET ait Ieremias ad omnes principes, & ad vniuerſũ populũ, dicẽs: Dominus miſit me vt

TEXTVS SEPTVAGINTA.

12 ET dixit Ieremias ad principes, & omni populo dicẽs: Dominus miſit me prophetare ſuper domũ iſtam,

vt prophetarem ad domum istam, & ad ciuitatem hanc omnia verba quæ audistis.

13 Nunc ergo bonas facite vias vestras, & studia vestra,& audite vocem Domini Dei vestri: & pœnitebit Dominum mali,quod loquutum est aduersùm vos.

14 Ego autem ecce in manibus vestris sum:facite mihi quod bonũ,& rectũ est in oculis vestris.

15 Verumtamen scitote & cognoscite, quòd si occideritis me, sanguinem innocentem tradetis contra vosmetipsos, & contra ciuitatẽ istam, & habitatores eius:in veritate enim misit mẽ Dominus ad vos, vt loquerer in auribus vestris omnia verba hæc.

16 Et dixerunt principes, & omnis populus ad Sacerdotes,& ad Prophetas:Non est viro huic iudicium mortis: quia in nomine Dei nostri locutus est ad nos.

17 Surrexerunt ergo viri de senioribus terræ: & dixerunt ad omnem cætum populi loquentes.

18 Michæas de Morasthi fuit Propheta in diebus Ezechiæ Regis Iuda, & ait ad omnem populum Iuda,dicẽs:Hæc dicit Dominus exercituum: Sion quasi ager arabitur:& Ierusalem in aceruum lapidum erit:& mons domus in excelsa siluarum.

19 Numquid morte condemnauit eum Ezechias Rex Iuda,& omnis Iuda? numquid non timuerunt Dominum, & deprecati sunt faciẽ Domini:& pœnituit Dominum mali, quod locutus fuerat aduersùm eos? Itaque nos facimus malum grande contra animas nostras.

20 Fuit quoque vir prophetans in nomine Domini, Vrias filius Semei de Cariathiarim: & prophetauit aduersùs ciuitatem istam, & aduersùs terram hanc iuxta omnia verba Ieremiæ.

21 Et audiuit Rex Ioakim, & omnes potentes,& principes eius verba hæc: & quæsiuit Rex interficere eum.Et audiuit Vrias,& timuit, fugitque & ingressus est Ægyptum.

22 Et misit Rex Ioakim viros in Ægyptum, Elnatham filium Achobor, & viros cum eo in Ægyptum.

A *istam, & super ciuitatem hanc omnia verba hæc, quæ audistis.*

13 Et nunc meliores facite vias vestras & opera vestra,& audite vocem Domini:& cessabit Dominus à malis,quæ loquutus est super vos.

14 Et ecce ego in manibus vestris:facite mihi,sicut expedit,& sicut melius vobis.

15 Verumtamen cognoscentes cognoscetis; quòd si occideritis me; sanguinem innocentem datis super vos, & super ciuitatem hanc, & super habitatores eius: Quia in veritate misit me Dominus ad vos loqui in aures vestras omnia verba hæc.

B *16 Et dixerunt principes,& omnis populus ad Sacerdotes,& ad Pseudoprophetas: Non est homini huic iudicium mortis: quia in nomine Domini Dei nostri locutus ad nos.*

17 Et surrexerunt viri de senioribus terræ: & dixerunt omni Synagogæ populi.

18 Michæas Morasthites fuit in diebus Ezechiæ Regis Iuda,& dixit omni populo Iuda: Sic dixit Dominus: Sion quasi ager arabitur: Et Ierusalem in inuium erit;& mons domus in lucum syluæ.

C *19 Numquid interficiens interfecit eum Ezechias, & omnis Iuda? Nonne quia timuerunt Dominum, & quia deprecati sunt faciem Domini; & cessauit Dominus à malis, quæ loquutus fuerat super eos? Et nos fecimus mala magna super animas nostras.*

20 Et homo fuit prophetans in nomine Domini, Vrias filius Samææ de Cariathiarim, & prophetauit de terra hac iuxta omnia verba Ieremiæ.

21 Et audiuit Rex Ioacim, & omnes principes omnia verba eius.Et quærebant interficere eum: & audiuit Vrias,& ingressus est in Ægyptum.

22 Et misit Rex viros in Ægyptum.

D *23 Et eduxerunt eum inde, & adduxerunt eum ad Regem: & percussit eum in gladio: & proiecit eum in monumentum filiorum populi sui.*

24 Verumtamen manus Achicham filij Saphan: erat cum Ieremia, vt non traderetur in manus populi, ne interficerent eum.

23 Et eduxerunt Vriam de Ægypto: & adduxerunt eum ad Regem Ioakim, & percussit eum gladio: proiecit cadauer eius in sepulchris vulgi ignobilis.

24 Igitur manus Achicam filij Saphan fuit cum Ieremia, vt non traderetur in manus populi,& interficerent eum.

PARAPHRASIS CHALDAICA.

12 *ET ait Ieremias ad omnes principes, & ad omnem populum dicens: Dominus misit me vt prophetarem contra domum istam,& contra ciuitatem hanc omnia verba quæ audistis.*

13 Et nunc rectas facite vias vestras,& opera vestra;& obedite verbo Domini Dei vestri, & auertetur Dominus à malo quod locutus est contra vos.

14 Et nunc ecce ego traditus sum in manum vestram; facite mihi sicut rectum est, & sicut placuerit oculis vestris.

15 Verumtamen sciendo scitote, quia si occiditis me, sanguinem innocentem vos dabitis super vos, & super ciuitatem hanc, & super habitatores eius. Quia verè misit me Dominus ad vos, vt prophetarem in conspectu vestro omnia verba hæc.

16 Et dixerunt principes, & omnis populus Sacerdotibus & Scribis: Non est reatus iudicij mortis viro huic,quia in nomine Domini Dei nostri locutus est nobiscum.

17 Et surrexerunt viri de senioribus terræ, & dixerunt omni Ecclesiæ populi,dicendo.

E *18 Michæas de Maresa prophetauit in diebus Ezechiæ Regis tribus domus Iuda, & ait omni populo domus Iuda, dicendo: Sic dixit Dominus exercituum: Syon quasi ager arabitur, & Ierusalem in aceruos erit, & mons domus sanctuarij in silentia syluæ.*

19 Num occidendo occiderunt eum Ezechias Rex tribus domus Iuda,& omnes viri domus Iuda? Nonne timuit à facie Domini? & orauit coram Domino? & auersus est Dominus à malo quod locutus fuerat super eos.Et nos sumus in causa vt adducamus malum grande super animas nostras.

F *20 Et etiam alius vir prophetauit in nomine Domini, Vrias nomine, filius Semeiæ de Cariathiarim; & prophetauit aduersùm ciuitatem istam, & aduersùs terram hanc, iuxta omnia verba Ieremiæ.*

21 Et audiuit Rex Ioachim, & omnes potentes eius, & omnes principes verba eius. Et quæsiuit Rex interficere eum.Et audiuit Vrias, & timuit, & fugit, & venit in Ægyptum.

22 Et misit Rex Ioachim viros in Ægyptum Elnathan filium Achbor, & alios viros cum eo in Ægyptum.

23 Et

23 *Et eduxerunt Vriam de Ægypto,& adduxerunt eum ad Regem Ioachim:& interfecit eum gladio, & proiecit cadauer eius in ſepulchra transmigrantium.*

24 *Verumtamen manus Achicam filij Saphan fuit cum Ieremia,vt non traderent eum in manus populi ad occidendum eum.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impreſſis.

10 Hieronym. *Ieremiæ prudentia,humilitas, & conſtantia in ſemet tuendo.*

Hieronymus. (*Et ait Ieremias ad omnes*, &c.) Cùm præſente populo ſederent in porta ciuitatis principes, & accuſarent Sacerdotes, & Prophetæ Ieremiam Prophetam, & mortis crimen intenderent:Ieremias ad principes loquitur, & ad vniuerſum populum, quos Sacerdotum, & Pſeudoprophetarum factio concitauerat, prudenter pariter & humiliter atque conſtãter. Prudenter,quòd à Domino miſſum eſſe ſe diceret:vt contra templum & ciuitatem loqueretur, darétque conſilium:quòd ſi eius vellent audire conſilium, & agere pœnitentiam, Dominus quoque ſuam ſententiam commutaret. Humiliter autem in eo quod ait: *Ecce in manibus veſtris ſum:facite mihi,vt bonum & rectum eſt in oculis veſtris.* Porrò conſtanter: *In veritate miſit me Dominus ad vos,vt loquerer in auribus veſtris:omnia verba hæc.* Aliiſque ſermonibus loquitur: Si iraſcimini,quòd contra templum & vrbem Domini ſim loquutus, & curæ vobis eſt ſalus vrbis & rẽpli:cur augetis peccata peccatis,& ſanguinis mei tam vrbem quàm habitatores eius reos facitis? Si quando igitur & nobis pro neceſſitatis anguſtiis, humilitate opus eſt:ſic eam aſſumamus, ne veritatem & conſtantiam deſeramus. Aliud eſt enim ſuperbè contumeliam facere iudicanti, quod ſignum ſtultitiæ eſt. Aliud ſic impendens vitare diſcrimen, vt de veritate nihil ſubtrahas.

Humilitas ita aſſumẽda in neceſſitatis anguſtiis, vt nec veritas, nec conſtãtia deſeratur.

(*Et dixerunt Principes*,&c.)Populus qui prius à Sacerdotibus,&Pſeudoprophetis fuerat ſupplantatus, iungitur principibus ciuitatis, & pro Ieremia loquitur: quod nequaquam reus mortis ſit, ſed in nomine Domini,& ex ore illius prophetarit. Citò enim vulgus indoctum acceptâ ratione mutat ſententiam. Dolor autem accuſantium, præcipuè Sacerdotum, & Pſeudoprophetarum non poteſt immutari. Et ideo illis accuſantibus, & in accuſatione perſeuerantibus, populus commutatur:quòd ſpem eis dederat indulgentiæ Dominus,ſi bonas facerent vias ſuas,& audirent vocem Domini Dei ſui:vt & Dominus ſuam ſententiam flecteret.

Plebs quàm facilè ſeducatur, & corrigatur.

Populi vulgus acceptâ ratione facillimè mutat ſententiam.

11 (*Surrexeruntque viri de ſenioribus terræ.*) Principes ciuitatis, & populus intelligunt iudicij veritatem.Senes autẽ,quorum propriè erat noſſe vetera,replicant hiſtoriam: & prophetiam Michææ de Moraſthi, qui prophetauit ſub Rege Ezechia, comparant prophetiæ Ieremiæ,pro qua ei mortis diſcrimen intenditur:oſtenduntque illum dixiſſe grauiora,& tamen à iuſto Rege Ezechia nihil eſſe perpeſſum:ſed conuerſos ad pœnitentiam Domini in bonam partem vertiſſe ſententiam. Michæas enim dixit:[a] *Sion quaſi ager arabitur, & Ieruſalem in aceruum lapidum erit, & mons domus in excelſa ſiluarum.*Porrò Ieremias: *Dabo*, inquit,*domum iſtam ſicut Silo, & vrbem hanc dabo in maledictionem cunctis gentibus terræ.* Dantque conſilium, putantes nequaquam futurum quod Michæas prædixerat: quia multo tempore non ſit factum propter populi pœnitentiã. Et hoc quoque quod Ieremias loquutus eſt, nequaquam fore, ſi iuxta conſilium eius bonas faciant vias ſuas, & ſtudia ſua,& audiant vocem Domini Dei ſui, vt Dominus non inferat malum, quod eis fuerat comminatus. Simulque frangunt accuſatorum rabiem, & ſe miſcent cum eis dicentes: *Itaque nos facimus malum grande contra animas noſtras:* non quòd facere debeant, ſed quia ſi fecerint, nequaquam noceant accuſato,ſed animabus ſuis, quas mutatione ſententiæ potuerint liberare.

Senum propriũ eſt noſſe, & recenſere vetera.

a Mich.3.12.

12 (*Fuit quoque vir prophetans in nomine Domini Vrias,filius Semei de Cariat.*)Quodque ſequitur: *Et miſit Rex Ioakim viros in Ægyptum,Elnathã filium Achabor,& viros cum eo in Ægyptum.* in Sept.non habetur.Quæritur cur cùm Vrias filius Semei de oppido Cariathiarim, eadem quæ Ieremias prophetarit,timore perterritus fugerit in Ægyptum, & inde retractus, occiſus ſit, Ieremias potuerit euadere: qui certè non fugerãt, ſed audacter in priori ſententia perſeuerãs, liberatus ſit tam vulgi principumque iudicio, quàm conſilio ſeniorum aduersùm accuſatores,Sacerdotes, & Pſeudoprophetas. Ad quod breuiter reſpondendum: nequaquam Dei ſciri poſſe iudicium,dum eadem cauſa,eademque ſententia alius punitur, & alius liberatur. Niſi fortè hoc reſpondere poſſumus, quòd Vrias in condemnationem accuſatorum,& populi trucidatus ſit: Ieremias autem reſeruatus iudicio Dei, vt reliquiis infœlicis populi prædicaret, & eos retraheret ad pœnitudinem. Quod quidem & in Apoſtolorum actibus legimus,[b] Iacobum Apoſtolum ſtatim Herodis pertuliſſe ſententiam, & martyrio coronatum: beatum autem Petrum, & cæteros Apoſtolos, doctrinæ Domini reſeruatos. Et animaduertenda conſtantia prophetalis, quod ne de Ægypto quidem retractus Vrias mutauerit ſententiam: ſed videns ſibi intentari mortem, nihilominus ſit loquutus quæ præceperat Dominus. Quódque timuit & fugit & ingreſſus eſt Ægyptum:non infidelitatis, ſed prudentiæ indicium eſt: ne fruſtra nos offeramus periculis. Alioquin & Dominum[c] ſaluatorem de manibus perſequentium lapſum legimus,& præcipientem Apoſtolis:[d] *Cùm vos perſequuti fuerint in hac ciuitate, fugite ad aliam.*Quæritur quoque quomodo Ioakim Rex Iuda parui imperij,& debilitati, & iamiámque perituri,mittendi in Ægyptum habuerit poteſtatem, & inde Vriam educendi.Quod facilè ſoluitur,ſi conſideremus[e] eum à Rege Ægypti Nechao principem conſtitutum, & hanc prophetiam factam eſſe in principio regni eius.Quamquam autem Ieremias Domini adiutorio liberatus ſit,tamẽ & illi reputatur in mercedem, per quem Prophetam ſuum Dominus liberauit,Achikã videlicet filioSaphan: quod in poſterioribus lecturi ſumus, quando de Ciſterna Iuri Abdemelech ſpadonis cõſilio,atque præſidio Ieremias de mortis periculo liberatur.

Dei iudicia ſciri nequeũt dum eadem cauſa,eademque ſententia iuſtorum diuerſimodè res ſe habent.

b Act.12.2.

Conſtãtia ſit cum prudentia, vt in Prophetis.

c Luc.4.30. Ioan.8.59.

d Matth.10.23.

e 4.Reg.23.34.

In Mercedem nobis reputatur& id quod per nos Deus operatur.

13 Theodoret. Ex Theodorito hiſtoriam duntaxat recenſente duo notanda quæ circa Vriæ Prophetæ aſſerit mortem,primum quòd ſeniores eam ſibi quoque imputarunt,& populo dicẽtes,*Vos autẽ planè atrocia cõmiſiſtis; Vriam enim Semei filium,qui quondam vaticinatus erat talia, & timens Regẽ Ioachim fugerat in Ægyptum: permiſimus interfici à Rege.* Alterum,quòd eumdem Vriam à Rege iaculis cõfoſſum ait,cùm textus habeat.*Percuſſit eum gladio.*

Regum iniuſtitia in Sanctos & illius imputanda ſunt magiſtratibus, & vniuerſo populo.

Vrias Propheta iaculis confoſſus à Rege Ioakim ſecundùm Theodoritum.

D.Thom. D.Thom.(*Et ait Ieremias.*) Reſpondet prudenter:quia excuſat culpam,(*Dominus miſit me*) vnde non ſum culpandus de his quæ dixi. Eccl.4.[f] *Ne reuerearis proximum tuum in caſu ſuo: nec retineas* ver

Defenſio corã perſequẽtibus faciẽda, prudenter,humiliter, atque conſtanter.

f Eccl.4.27.

a Isai.48.16. verbum *in tempore salutis*. Isai. 48. [a] *Et nunc misit me Dominus,& spiritus eius.* Et mitigat iram: ostendens remedium, (*Nunc ergo*) supra 18.[b] *Reuertatur vnusquisque à via sua mala: & dirigite vias vestras, & studia vestra.* Respondet humiliter: quia confitetur potentiam, (*Ego autem.*) Prouerb.15.[c] *Responsio mollis frangit iram: sermo durus suscitat furorem.* Respondet etiam constanter: quia prohibet iniuriam, (*Verumtamen.*) Gen.4.[d] *Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Et quia confirmat sententiam. (*In veritate enim.*) Act. 4.[e] *Si iustum est in conspectu Dei vos potius audire quàm Deum: iudicate.* Tertiò ponitur sententiæ promulgatio. (*Et dixerunt.*) Et primò sententia promulgatur per principes. (*Non est iudicium.*) Luc.23.[f] *Ecce nihil dignum morte actum est ei.* Secundò sententia confirmatur per seniores: quorum est antiqua facta scire. Iob.12.[g] *In antiquis est sapientia: & in multo tempore prudentia.*

b Ier. 18.11. c Prou.15.1. d Gen. 4.10. e Act.4.13. f Luc.23.15. g Iob.12.12.

14 *Populi furor per Magnates ac Seniores comprimitur. Exemplis agendum cum populo, quia maximè efficacia.*

(*Surrexerunt ergo viri de senioribus.*) Hîc ponitur repressio furoris populi contra Ieremiã per verba seniorum. Et primò proponunt exemplum iusti ad imitandum circa factum Michææ ponentes ipsius prædicationem. (*Michaas*) vnus de duodecim Prophetis minoribus. (*De Morasti,*) ad differentiam Michææ filij Zemla de quo 3.Reg.vlt.[h] (*Sion,*) Michææ 3.[i] *Audite principes Iacob & duces domus Israel* supr.9.[k] *Et dabo Ierusalem in aceruos arenæ: & cubilia draconum: & ciuitates Iuda dabo in desolationem, eò quòd non sit habitator.* Et populi conuersionem. (*Numquid,*) q.d. non supr.6.[l] *Interrogate de semitis antiquis quæ sit via bona, & ambulate in ea, & inuenietis refrigerium animabus vestris.* Et inducũt communionem.) *Itaque nos facimus.*) Psal.[m] *Conuertetur*

h 3. Reg.22.8. i Mich.3.1. k Iere 9.11. l Iere.6.16. m Psal.7.17.

A *dolor eius in caput eius: & in verticem ipsius iniquitas eius descendet:* secundò proponunt exemplũ iniustitiæ ad cauendũ: ne malis mala adiungant (*fuit quoque.*) Et primò ponitur ipsius prædicatio. (*Et Prophetauit.*) 1. Cor.14.[n] *Non enim est Deus dissensionis: sed pacis: & ideo omnes idẽ dicebant:* secundò ponitur persecutio, & fuga. (*Et audiuit, fugitque.*) Mat.10.[o] *Si persecuti vos fuerint in vna ciuitate: fugite in aliam:* tertiò ipsius interfectio. (*Et misit Rex*) quia Ægyptiis fœderatus erat: Ideo autem iste occisus est: & Ieremias liberatus: quia Deus aliquos permittit occidi de sanctis ad condemnationem malorum:

n 1. Cor.14.33. o Matt.10.23.

B & exemplũ patientiæ bonorum. Iacob.vlt.[p] *Exemplum accipite fratres exitus mali & longanimitatis & laboris & patientiæ, Prophetas qui locuti sunt in nomine Domini.* Similiter. Act.12.[q] Iacobus occiditur, Petrus liberatur: tertiò ponitur sentẽtiæ executio de liberatione Ieremiæ. (*Igitur manus*) & planũ est.

p Iaco.5.10. q Act. 12.2.

Circa vers.13. Vide eumdem D.Tho. 1.p.q.19. art.7.ad 2. vbi explicat, quomodo Deus pœnitêre se dicat, & quomodo non faciens quæ comminatus est, sit nihilominus immutabilis.

15 *Principes dignitatẽ suam perpetuã reddunt bene agendo, & religiosè viuendo.*

Nota quoque lectionem, quâ eamdem sententiam refert Ambrof. Sermone 89. qui est. De Dedicatione Basilicæ: de Comite enim loquens qui

C Basilicam, ædificarat ait. Benè & religiosè agendo dignitatem suam cupit esse perpetuam, secundùm quod scriptum est in Propheta. *Et vos ô boni Reges bonas facite vias vestras, & studia vestra, & audite vocem Domini Dei vestri, & pœnitebit Dominum mali, quod locutus est aduersùm vos.*

Regiones euertuntur propter habitantium crimina.

In Versu quoque 18. notanda Lectio Procopij in primum caput Isaiæ. *Ob id propter vos, Sion tamquam ager arabitur.*

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Καὶ εἶπεν ἰερ.]

Θεοδωρήτου.] πράως αὐτοῖς σὺν ἀληθείᾳ τὰ συμφέροντα παραινεῖ. εἰς τὰ καθ᾽ ἑαυτὸν δὲ λίαν ἐνδίδωσιν, ἐπιτρέπων μὲν αὐτοῖς ἑαυτόν, δεικνὺς δὲ τὸ ἀσύμφορον τῆς ἀναιρέσεως. καὶ ὅτι κηδεμόνες φάσκοντες τῆς πόλεως, διὰ τὰ κατ᾽ αὐτῆς εἰρημένα, κακῶν αὐτῇ προσθήκην τὸν τοῦ προφήτου θάνατον ἀπεργάζονται. δι᾽ ὧν καὶ πείθει τοὺς ἄρχοντας, καὶ πρεσβυτέρους συνηγόρους κτησάμενος ἐξ ἀρχαίου διηγήματος. τοὺς κατὰ Μιχαίαν, οἰομένους τὴν προφητείαν αὐτοῦ, καὶ νῦν παρεληλυθέναι διὰ τὴν τότε τοῦ λαοῦ μετάνοιαν. καί τοι ἤμελλε πληρωθήσεσθαι, εἰ μὴ διὰ μετανοίας καὶ αὐτοί φασι, τὴν τῶν ἀπειλουμένων ὑπεκφύγωσι πεῖραν. ἐκεῖνοι γάρ φασι μετενόησαν, ἡμεῖς δὲ ἐποιήσαμεν κακὰ μεγάλα ἐπὶ ψυχὰς ἡμῶν. [καὶ νῦν βελτ.]

|| *Videtur superfluere* (τοῦ.)

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὅρα || πῶς αὐτὶ ἀπολογουμένου, διδασκάλου λαβόντα τάξιν. οὐ ζητεῖ ὅπως τὸν κίνδυνον διαφύγῃ, ἀλλ᾽ ὅπως ἐκείνους ἐξαρπάσῃ τῶν δεινῶν. [καὶ ἀκούσατε.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] εἰ γὰρ μὴ τιμωρία πρόκειτο, εἰ γὰρ μὴ δεινά τινα ἠπείλησε, τοῦ θεοῦ ἡμῶν ἀκούειν οὐκ ἔδει; [καὶ παύσεται.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τί τούτου λυσιτελέστερον τοῦ λόγου; ἀλλ᾽ ἀπιστεῖτε; μὴ γὰρ ἐγὼ ταῦτα ἀποφαίνομαι; ὁ θεός. μὴ γὰρ ὁ θεός; ὑμεῖς καθ᾽ ἑαυτῶν.

[καὶ

D Et dixit Ieremias ad Principes, &c.)

16 Theodorit. *Prudentiã maximã agendum cum indignatis, & cum commoto populo.*

Theodoreti.] *Placidè illos cum veritate monet, quæ in rẽ sunt: de se verò nimis remissè loquitur, permittens agere quod vellent, ostendẽs tamen nullam necis vtilitatẽ, & quòd cùm se dicerent ciuitatis curã gerere propter ea quæ in illam dicta sunt, malorum illi additamentum facerent Prophetæ mortem. Vnde & principibus suadet, & seniores patronos habuit, antiquo Michææ exẽplo; putantes & ipsi ob actam tunc à populo pœnitentiam non esse impletam prophetiam, quamquam*

Per pœnitentiam imminentes sæpe auertuntur calamitates.

E *hæc implenda erat, ni pœnitentiâ ducti, inquit, & ipsi, minarum aufugerint experimentum. Nam illos aiunt, pœnituit, nos verò fecimus mala grandia contra animas nostras.* Vers.13. (*Et nunc meliores facite vias vestras, &c.*)

17 Chrysost. *Prædicator non tam proprio periculo, quàm saluti prospiciat audientium.*

Chrysost.] *Considera vt loco defendentis, partes sibi assumpserit magistri. Non quærit quomodo periculum possit euadere, sed vt illos eruat à malis.*

Chrysost. *Audire Dei verbũ quàm teneamur.*

(*Et audite vocem Domini.*)

F Chrysost.] *Nam si pœna non esset proposita, si minæ malorum nulla essent nonne audire Deum oporteret.* (*Et cessabit Dominus à malis quæ, &c.*)

Chrysost. *Audire vocem Domini quàm vtile. Sententiam contra delinquentes non tam Deus, quàm ipsimet proferunt.*

Chrysostomi.] *Quid hoc sermone conducibilius? At nõ creditis? num ego sum qui sententiam profero? Deus est. Num Deus? Vos in vosmetipsos.*

Vers.

[Καὶ ἰδοὺ ἐγώ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τί οὖν; ἐὰν ἀποθάνω; οὐκ ἔσται ταῦτα; περὶ τοῦ Στεφάνου ἔλεγον, ὅτι λαλεῖ ῥήματα βλάσφημα κατὰ τοῦ τόπου τοῦ ἁγίου τούτου.

[Ἀλλ' ἠγνόητες.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] διατί; οὐ γὰρ ἀπ' ἐμαυτοῦ, ἀλλὰ παρὰ τοῦ θεοῦ λαλῶ.

[Καὶ εἶπον οἱ ἄρχ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὅρα, πῶς δεινοποιοῦσι τὸ πρᾶγμα. οὐ βούλονται τὰ ῥήματα εἰπεῖν, οὐκ ἀνεχόμενοι οὐδὲ μέχρι ψιλῆς γλώττης αὐτῶν ἐπιμνησθῆναι. οὕτω καὶ ἐπὶ Στεφάνου, ῥήματα βλάσφημα λαλεῖ. οὐκ εἶπον, ποῖα τὰ βλάσφημα. τῇ παραλείψει πολλάκις ἐπαίρομεν τὸ πρᾶγμα. ὡς ὅταν λέγωμεν· οὐ θέλω εἰπεῖν, ἃ περ εἶπεν. [καὶ μετ' ὀλίγα.] πῶς δὲ οὐκ ἤμελλον ἀξιόπιστοι κατήγοροι εἶναι; τὸ γὰρ αἰδέσιμον τῆς ἱερωσύνης, ἱκανὸν αὐτοὺς ποιῆσαι ἀξιοπίστους, οὓς ἔδει τοὺς ἄλλους καταστέλλειν, οὗτοι τὸν δῆμον ἐκκαίουσιν, οὗτοι τὴν ὀργὴν τοῦ πλήθους ἀναρριπίζουσι, καὶ οὐδὲ ἀναμένουσι τὴν ψῆφον τῶν δικαζόντων.

[Καὶ εἶπον πάσῃ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] χαλεπώτερον ἐκεῖνος εἶπεν, οὐχ ἁπλῶς ἐρημίαν, ἀλλὰ καὶ χαλεπὴν μὴ ἀνῃρέθη; ἀλλ' ἐφοβήθησαν τὸν θεόν. τοῦτο μόνον, καὶ πάντα ἔλυσε. τοῦτο καὶ νῦν ποιῆσαι ἐχρῆν, μὴ τὸν λέγοντα τὰ δεινὰ κατορύττειν, καὶ ἀναιρεῖν, ἀλλ' ὅπως ἀπαλλαγεῖεν αὐτῶν, σκοπεῖν.

[Καὶ τὸ ὄρος.]

Ὀλυμπιοδώρου.] τὸ ὄρος, ἐφ' ᾧ κεῖται ὁ ναὸς, εἰς ἐρήμωσιν.

[Ἡμεῖς ἐπ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὥστε μεταβάλλεσθαι χρή. ὥστε οὐχ ἁπλῶς κατηγόρησεν. οὐ γὰρ ἔχοι τις ἂν εἰπεῖν, ὅτι τότε μὲν ὁ προφήτης ἔλεγεν εἰκότως, νῦν δὲ οὐχί. καὶ γὰρ ἡμεῖς μεγάλων ἐσμὲν ὑπεύθυνοι κακῶν. μετεβάλλοντο οὖν ἐκεῖνοι, καὶ μετεβάλλετο ὁ θεός. ἀλλ' ἡμεῖς ἐπὶ τὴν κακίαν ἐπανήλθομεν.

[πλὴν χεὶρ ἀχ.]

Θεοδωρήτου.] εἰ διὰ || τὸ λελέχθαι; πλὴν γὰρ ἀχικὰμ υἱοῦ Σαφὰν μετὰ ἱερεμίου ὑποπτεύσῃς αὐτοῦ μὴ εἶναι. ἀλλ' ἔθος τοῖς προφήταις οὕτω λέγειν, ὡς περὶ ἄλλων. καὶ Μωυσῆς γὰρ περὶ αὐτοῦ φησιν εἶπε Μωυσῆς.

|| μὴ διά.

|| Ὀλυμπιοδώρου.] ἀχικὰμ εἷς ἦν οὗτος τῶν δυνατῶν, προϊστάμενος ἱερεμίου.

Vers. 14. (*Et ecce in manibus vestris, facite, &c.*)

Chrysostomi.] *Quid agitur? si ego moriar, hæc non erunt: Et de Stephano dicebant,* [a] Quòd loquitur verba blasphema in locum sanctum hunc.

Vers. 15. (*Verumtamen cognoscentes cognoscetis quòd, &c.*)

Chrysostomi.] *Qua nam de causa? Non enim ex memetipso, sed ex Deo loquor.*

Vers. 16. (*Et dixerunt principes, &c. Non est homini huic, &c.*)

Chrysostomi.] *Vide vt rem conficiant grauem; nolunt verba proferre, nec solâ linguâ sustinentes mentionem illorum facere. Similiter & de Stephano;* [b] Verba blasphema loquitur. *Non dixerunt, quæ essent hæc blasphema. Silentio sæpe amplificamus rem, vt quum dicimus, Nolo dicere quæ dixit. [& paucis annexis.] Quomodo verò futuri non erant accusatores fide digni? reuerentia quippe Sacerdotalis satis erat ad constituendum illos fide dignos: & qui alios reprimere debebant, hi populum instigant, hi plebis iram excitant, nec etiam iudicum sententiam expectant.*

Vers. 17. (*Et surrexerunt viri, &c.) Et dixerunt omni Synagogæ populi, &c.*)

Chrysostomi.] *Durius ille locutus est non solitudinem tantum, sed & asperam, num interfectus est? Sed timuerunt Dominum. Hoc vnum omnia soluit; hoc & nunc agendum erat: Non qui mala prænunciabat, suffodiendus & necandus, sed considerandum erat, quomodo se à malis liberarent.*

(*Et mons domus in locum Sylua.*)

Olympiodori.] *Mons in quo situm erat templum, in desolationem.*

Ex Vers. 19. (*Et nos fecimus mala magna super animas nostras.*)

Chrysostomi.] *Itaque conuersione opus est: itaque non temerè accusauit. Neque enim dicere quis potest, tunc temporis Prophetam aptè locutum fuisse; nunc verò nequaquam. Etenim magnorum malorum nos rei sumus. Ergo mutati sunt illi, & mutauit sententiam Deus. Sed nos ad vitia regressi sumus.*

Vers. 24. (*Itaque manus Achicam, &c.*)

Theodoreti.] *Ne suspiceris, eò quòd dictum sit;* Igitur manus Achicam cùm Ieremia, *verba illius non esse; nam moris est hoc Prophetarum de se ipsis quasi de aliis verba facere. Etenim & Moyses de se ipso ait;* Dixit Moyses.

|| Olympiodori.] *Achicam vnus hic erat è magnatibus, qui Ieremiæ fauebat.*

Chrysost. a Act. 6. 11.

Chrysost. *Prædicatorū Sanctorum persecutiones redundant in Deum.*

18

Chrysost. *Sacerdotes praui quàm malè se habeant contra sanctos Prædicatores.* b Act. 6. 11. *Silentio amplificatur aliquando res. Sacerdotum prauorum persecutio in viros probos multò deterior quàm aliorum.*

Chrysost. *Timor Domini, & emendatio vitæ eruit à comminatis calamitatibus.*

19

Olympiod.

Chrysost. *Conuersione à peccatis mutamus Dei sententiam calamitates prænunciantis.*

Theodoret. *Prophetarum mos, vt de se met, tãquam de aliis loquantur.*

Olympiod.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ. 26.

CAPVT XXVI.

* ΠΛΗ'Ν χεὶρ ἀχικὰμ υἱοῦ Σαφὰν μετὰ ἱερεμίου, τοῦ μὴ παραδοθῆναι εἰς χεῖρας τοῦ λαοῦ, τοῦ μὴ ἀνελεῖν αὐτόν.] τουτέστι, ἐμήνυσεν αὐτῷ τὰς ἐπιβουλὰς, ὥστε ἐκκλῖναι. ταῦτα ἀκολούθως κεῖται τῇ προφητείᾳ, ἐν οἷς ἀρχεῖ.

* Vers. 12. VErumtamen manus Achicham filij Saphan cùm Ieremia, *vt non traderetur in manus populi, ne interficerent eum.* Hoc est illi patefacit, vt structas euitaret insidias. Hæc continuantur vt consequentia

ἄρχεται τῆς βασιλείας Ἰωακείμ, ὡς ἀνωτέρω ἐπεσημηνάμεθα. ἔνθα προεφήτευσε τῆς πόλεως καὶ τοῦ ναοῦ τὴν ἅλωσιν. καθάπερ ἤδη πρότερον ἐπὶ τῆς Σηλὼ ἐσήμαινε. δῆλον οὖν ὅτι ἅπερ ἀνωτέρω εἶπε κατὰ τοῦ Ἰωακείμ, ὅτι ταφείῃ οὐ ταφήσεται, καὶ ὅσα τοιαῦτα κατὰ τοῦτον εἶπε τὸν τρόπον, ἡνίκα συλλαβόμενοι αὐτὸν ἀνελεῖν ἠβούλοντο, ὡς κατὰ τῆς πόλεως εἰρηκότα κακά. ἀλλ' ὁ συνθεὶς τοῦ προφήτου τὰ ῥήματα τέθεικεν αὐτὰ ἀνωτέρω, δι' ἣν αἰτίαν ἔφαμεν. ὥστε δῆλον ὡς οὐ διατέτμηται τῆς προτέρας ἀκολουθίας ἐκεῖνα. κεῖται δὲ καθ' ὃν ἑρμηνεύσαμεν τρόπον.

A tia prophetiam de his quæ cæperat regni Ioachim, vt superiùs adnotauimus, vbi, & Ciuitatis & Templi vastationem vaticinatus est, sicut & paulò ante de Selo actum fuerat. Manifestum itaque est, quæ superiùs contra Ioachim pronunciarat, Sepulturâ videlicet, *non sepelietur*, & similia hoc pacto dixisse, cum illum appræhensum interimere volebant, quòd mala in Ciuitatem protulisset. B Sed qui Prophetæ verba in vnum collegit posuit, ea superiùs ob iam dictam causam, ita vt perspicuum sit, hæc à prima serie non esse diuulsa, sed posita eo, quo explicauimus modo.

Caput Vigesimum septimum à vers. 1. vsque ad 12. Sectio Prima.

TEXTVS VVLGATÆ.

1 IN principio regni Ioakim filij Iosiæ Regis Iuda, factum est verbum istud ad Ieremiam à Domino, dicens. C

2 Hæc dicit Dominus ad me: Fac tibi vincula, & catenas: & pones eas in collo tuo.

3 Et mittes eas ad Regem Edom, & ad Regem Moab, & ad Regem filiorum Ammon, & ad Regem Tyri, & ad Regem Sidonis: in manu nunciorum, qui venerunt Ierusalem ad Sedeciam Regem Iuda.

4 Et præcipies eis vt ad Dominos suos loquantur: Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel: Hæc dicetis ad Dominos vestros. D

5 Ego feci terram, & homines, & iumenta, quæ sunt super faciem terræ, in fortitudine mea magna, & in brachio meo extento: & dedi eam ei, qui placuit in oculis meis.

6 Et nunc itaque ego dedi omnes terras istas in manu Nabuchodonosor Regis Babylonis serui mei: insuper & bestias agri dedi ei vt seruiant illi.

7 Et seruient ei omnes gentes, & filio eius, & filio filij eius: donec veniat tempus terræ eius, & ipsius: & seruient ei gentes multæ, & Reges magni. E

8 Gens autem, & regnum, quod non seruierit Nabuchodonosor Regi Babylonis, & quicumque non curuauerit collum suum sub iugo Regis Babylonis: in gladio, & in fame, & in peste visitabo super gentem illam, ait Dominus: donec consumam eos in manu eius.

9 Vos ergo nolite audire Prophetas vestros, & diuinos, & somniatores, & Augures, & maleficos, qui dicunt vobis: Non seruietis Regi Babylonis.

10 Quia mendacium prophetant vobis; vt longe vos faciant de terra vestra, & eiiciant vos, & pereatis.

11 Porrò gens, quæ subiecerit ceruicem suam sub iugo Regis Babylonis, & seruierit ei: dimittam eam in terra sua, dicit Dominus: & colet eam, & habitabit in ea.

TEXTVS SEPTVAGINTA.

2 *SIc dixit Dominus: Fac tibi vincula, & catenas, & circumpone circa collum tuum.*

3 *Et mittes ad Regem Idumææ, & ad Regem Moab, & ad Regem filiorum Ammon, & ad Regem Tyri, & ad Regem Sidonis in manibus nunciorum eorum venientium in occursu suo ad Ierusalem ad Sedeciam Regem Iuda.*

4 *Et præcipies eis ad Dominos suos dicere: sic dixit Dominus Deus Israel: Sic dicetis ad Dominos vestros.*

5 *Quia ego feci terram in fortitudine mea magna, & in brachio meo excelso: & dabo eam, cuicumque visum fuerit in oculis meis.*

6 *Dedi terram Nabuchodonosor Regi Babylonis ad seruiendum ei, & bestias agri ad operandum ei.*

8 *Et gens, & regnum, quicumque non iniecerint collum sub iugum Regis Babylonis; in gladio, & in fame visitabo eos; donec deficiant in manu eius.*

9 *Et vos nolite audire Pseudoprophetas vestros, & qui diuinant vobis, & qui somniant vobis, & Auguria vestra, & maleficos vestros, qui dicunt: non operabimini Regi Babylonis.*

10 *Quia mendacia ipsi prophetant vobis, ad elongandos vos à terra vestra.*

11 *Et gens, quæ iniecerit ceruicem suam sub iugo Regis Babylonis, & operata fuerit ei; & relinquam eam in terra sua: & operabitur ei, & inhabitabit in ea.*

PARAPHRASIS CHALDAICA. F

1 *IN principio regni Ioachim filij Iosiæ Regis tribus domus Iuda, factum est verbum istud cùm Ieremia à facie Domini, dicendo.*

2 *Hæc dicit Dominus mihi: Fac tibi vincula & iuga, & pones ea super collum tuum.*

3 *Et mittes ea ad Regē Edom, & ad Regem Moab, & ad Regem filiorum Ammon, & ad Regem Tyri, & ad Regem Sydon per manum nunciorum qui veniunt in Ierusalem ad Sedechiam Regem tribus domus Iuda.*

4 *Et præcipies eis vt dicant ad Dominos suos in hunc modum: Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel: Sic dicetis ad Dominos vestros.*

5 *Ego verbo meo feci terram, homines & iumenta, quæ sunt super faciem terræ, in virtute mea magna, & in brachio meo excelso: & dedi eam ei qui placuit coram me.*

6 *Et nunc ego dedi omnes prouincias istas in manu Nabuchodonosor Regis Babylonis serui mei; bestias quoque agri dedi vt seruiant ei.*

7 *Et seruient ei omnes populi, & filio eius, & filio filij*

filij eius, donec veniat tempus interitus terræ eius, & etiam ipſius; & ſeruient ei populi multi, & Reges magni.

8 *Fietque vt quicumque populus, & regnum non ſeruierit ipſi Nabuchodonoſor Regi Babylonis, & qui non ſubmiſerit collum ſuum iugo Regis Babylonis, gladio, & fame, & peſte viſitabo ſuper populum illum, dicit Dominus, donec tradam eos in manu eius.*

9 *Vos autem ne obediatis Pſeudoprophetis veſtris, & diuinis veſtris, & ſomniatoribus veſtris, & Auguribus veſtris, & maleficis veſtris, qui dicunt vobis, dicendo: Ne ſeruiatis Regi Babylonis.*

10 *Quia mendacium ipſi prophetant vobis, vt elongem vos de terra veſtra, & transmigrare vos faciam, & pereatis.*

11 *Populus autem qui induxerit collum ſuum in iugum Regis Babylonis, & ſeruierit ei; habitare faciam eum in terra ſua, dicit Dominus, & colet eam, & habitabit in ea.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impreſſis.

1 Hieronym.

HIeronymus. (*In principio regni Ioakim; filij Ioſiæ Regis Iuda, factum eſt verbum, &c.*) Hoc in editione Sept. non habetur, & multi putant ſequentis capituli eſſe principium: quod nequaquam ita eſt, ſed iungendum ſuperiori: vt quidquid dictum refertur, & factum, in principio regni Ioakim factum eſſe credamus. Vnde & mittendi in Ægyptum, quaſi ad amicum Regem habuit poteſtatē: videtur autem mihi Septuaginta titulum iſtum hac ratione ſiluiſſe, ne ſecundo dicere videretur. Iam enim in principio poſuerant: *In principio Regis Ioakim filij Ioſiæ Regis Iuda, factum eſt verbum iſtud ad Ieremiam à Domino, dicens.*

(*Hæc dicit Dominus ad me:*) Fac tibi vincula & catenas. Siue κλοιὸς, qui Hebraicè appellantur מיטור, & ſermone vulgari *Boias* vocant. (*Poneſque eas in collo tuo, & mittes eas ad Regem Edom, &c.*) Præterita viſio facta eſt ad Prophetam in principio regni Ioakim, filij Ioſiæ Regis Iuda. Hæc autem ſub Sedechia, qui extremus regnauit in Ieruſalem, & ſub quo vrbs capta eſt atque ſubuerſa. Præcipiturque Ieremiæ, vt catenas ſiue furcas ligneas: quæ Hebraicè, vt diximus, appellantur מיטור imponat collo ſuo, & mittat eas ad Reges Edom, Moab, filiorum Ammon, Tyri, & Sidonis per legatos, qui venerant ad Sedechiam, & præcipiat ſuis Dominis nunciare, quod Regi Nabuchodonoſor ſeruire debeant, & audire quæ ſequens Prophetæ ſermo proſequitur. Ac ne forſitan legati, & Reges iſtarum gentium reſponderent: cur hoc tuo populo non præcipis? Sedechiæ quoque Regi ſimilia loquitur, & Sacerdotibus ac Prophetis. Hunc locum allegoricus ſemper interpres, & hiſtoriæ fugiens veritatem, interpretatur de cæleſti Ieruſalem, quòd debeant habitatores eius ſponte aſſumere corpora, & deſcendere in Babylonem, id eſt, confuſionem mundi iſtius, qui in maligno poſitus eſt, & ſeruire Regi Babylonio: haud dubium quin Diabolo. Quòd ſi hoc facere noluerint, nequaquam eos grauia corpora portaturos ſed perituros gladio, & fame, & peſte, & nequaquam homines futuros, ſed dæmones. Hoc ille dixerit, ne defenſores eius nobis calumniam faciant. Cæterùm nos ſimplicem & veram ſequamur hiſtoriam, ne quibuſdam nubibus atque præſtigiis inuoluamur.

Origenis erroneam allegoriam arguit Hieronymus de deſcenſu animarum è cælis in mundum.

2

(*Ego feci terram & hominē, & iumenta, &c.*) licet ἀνθρωποπαθῶς, hæc ſcriptura loquatur, quo modo nos homines loqui poſſumus & intelligere: tamen fortitudo Dei & brachium eius ille eſt, de quo & Apoſtolus loquitur: [a] *Chriſtus Dei virtus, & Dei ſapientia.* Et Iſaias: [b] *Domine quis credidit auditui noſtro, & brachium Domini cui reuelatum eſt?* Scribit & Ioannes Euangeliſta: [c] *Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil.* Dauid quoque in ſuo carmine loquitur. [d] *Verbo Domini cæli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum.* Quod autem ait: *Dedi eam ei cui placuit in oculis meis:* hoc ſignificat, quòd omnia humano generi per Dei gratiam ſint tributa. *Ego*, inquit, *feci terram, & hominem, & iumenta.* Ordo contrarius. In Geneſi [e] enim primùm fiunt animantia, & extremus homo: ſed hîc priùs hominem nominat, & poſtea quæ ſubiecta ſunt homini.

Chriſtus fortitudo, & brachium Domini.

a 1.Cor.1. 24.
b Iſai.53.1.
c Ioan.1.3.
d Pſal.32.6.
e Gen.1. 24.

(*Nunc itaque ego dedi omnes terras iſtas in manu Nabuchodonozor Regis, &c.*) Cuius infelicitatis eſt Iſraël, quando comparatione eius Nabuchodonoſor ſeruus Dei appellatur. Scriptum eſt in Euangelio: [f] *Mundus per ipſum factus eſt, & mundus eum non cognouit. In propria venit, & ſui eum non receperunt.* Rectè itaque cōditor creaturam ſuam tradit cui voluerit. Denique & diabolus, in cuius typum præceſſit Nabuchodonoſor, confitetur: [g] *hæc omnia mihi tradita ſunt.* Quod autem intulit: *Inſuper & beſtias agri dedi ei vt ſeruiant illi:* vel ſimpliciter omne genus animalium intelligere debemus: Cum homine enim & ea traduntur quæ ei ſubdita ſunt. Aut certè beſtias, feras gentes accipiamus: quòd etiam illæ ſeruiant, quæ priùs ſeruire non nouerant. Filium autem eius, & filium filij, iuxta Hebraicum, Balthazar vocat, & Euilmerodach: de quibus ſcribit Daniel. (*Donec veniat tempus terræ eius & ipſius.*) Pulchrè ne perpetuum Nabuchodonoſor putaretur imperium, & ipſum dicit à Medis Perſiſque capiendum. Hoc eſt enim quod ſignificat: *Donec veniat tempus terræ eius & ipſius:* ſed nec hoc habetur in Sept. (*Et ſeruient ei gentes multæ, & Reges magni.*) non dixit, *omnes*: hoc enim propriè Chriſti debetur imperio: quamquam iuxta Symmachum non legatur: *Seruient ei gentes multæ, & Reges magni:* vt ipſe quoque ſeruiat Medis, & Perſis, cui ante omnes gentes ſeruierant. Hoc quod ex Hebraico poſuimus: *Dedi ei vt ſeruiant illi, & ſeruient ei omnes gentes & filio eius, & filio filij eius: donec veniat tempus terræ eius & ipſius, & ſeruituti eum ſubiicient gentes multæ, & Reges magni*, in Sept. (*vt iam diximus*) editione non legitur.

f Ioan.1. 10.

Creaturam ſuam Deus dat cui voluerit, vel etiam Diabolo.

g Luc.4. 6.

3

(*Gens autem & regnum.*) Non ſolùm Dominus peccatrices gentes ſubiicit Nabuchodonozor, ſed Apoſtolus de peccatoribus loquitur: [h] *Quos tradidi Satanæ, vt diſcant non blaſphemare.* Et in alio loco: [i] *Tradidi huiuſmodi Satanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus fiat.* [k] Poteſtatibus quoque obediendum monet: non ſolùm propter iram, ſed & propter conſcientiam, ne condemnemur ab eis.

h 1.Timot.1.
i 1.Cor.5.5.
k Rom.13.1.

(*Vos ergo nolite audire Prophetas.*) Delirat & in hoc loco allegoricus interpres, & hortatur in cæleſti poſitos Ieruſalem ne audiant Prophetas ſuos, atque diuinos, & ſomniatores, & augures, & maleficos: ſed vt potiùs ſeruiant Nabuchodonoſor, & corpus humilitatis aſſumant, infantium vagitus, & incunabula paruulorum. Si enim hæc fecerint, expleto famulatu, & conditione mortalitatis humanæ, reuerſuros eos ad terram ſuam, & habitaturos in ea, & operaturos quæ priùs operati ſunt. Dicitque ſe ſuſpicari eos qui Dei præcepta contempſerint, humanis corporibus prægrauari

Origenis iterum arguitur error circa animas hominum.

grauari, futuros dæmones, & immundos spiritus, & sedem pristinam nequaquam recepturos. Nos autem simpliciter exponamus; & Prophetas esse in gentibus, qui simulent se diuino spiritu futura prædicere, & diuinos, de quibus & vulgare prouerbiũ est: *Aiunt diuinare sapientes*: Et somniatores, qui imitantur Ioseph, & Daniel: Et augures, qui volatu auium & oscinum vocibus faciendum quid vel non faciendum denunciant. Et maleficos, quos vel veneficos possumus appellare, vel dæmonum phantasmatibus seruientes, qui Hebraicè dicuntur כשפים. Omnes isti, inquit, decipiunt vos, atque supplantant, ne seruiatis Regi Babylonis. Multò enim meliùs est seruitutem sponte suscipere, & amicum habere cui seruiatis, & genitalem terram colere, quàm vi & necessitate seruire captiuos.

Theodorit. *Elementorum magnitudo creata à Deo virtute magnâ & brachio excelso. Barbaræ gentes appellatæ bestiæ agri.*

In Theodorito primùm nota, haberi apud illum, & ea quæ Hieronymus asseruit non esse in versione Sept. Secundò, quod circa vers. 5. ait, Posuit istud, *In virtute mea magna, & brachio meo excelso*, propter elementorum magnitudinem, & imbecillitatem audientium. Sufficit alioqui ipsum velle. Tertiò circa vers. 6. Bestias agri dicit gentes barbaras. Quartò circa vers. 7. Manifestè docet, se postquam vsus fuerit Babyloniis, tamquam carnificibus, & eorum operâ de reliquis Gentibus pœnas sumpserit, tandem etiam illos internecioni daturum.

4 *Prophetæ sæpe eadem de re, prophetizabant & factis & verbis.*

D. Thomas. Præsignificat prophetiam facto, *Fac tibi vincula*, in signum seruitutis gentium (*in manu nuntiorum*) qui missi fuerant ad confœderandum se Regi Ierusalem: vel ad resistendum Nabuchodonosor, Oseæ. 12. [a] *Ego visiones multiplicaui: & in manibus Prophetarum assimilatus sum.* Ezechielis tertiò. [b] *Et tu fili hominis. Ecce data sunt super te vincula: & ligabunt te in eis & non egredieris in medio eorum*, &c. Secundò exprimit eam verbo. (*Et præcipiens*) Inducit autem eos ad subdendum se Regi Babylonis contra consilium Prophetarum tripliciter. Primò ex Nabuchodonosor potentia quam ostendit duobus modis. Primò ex diuina concessione: ponens rerum creationem. (*Ego feci terram*) quantùm ad opus creationis, & dispositionis (*homines*) quantùm ad opus ornatus. (*brachio*) quod dicit applicationem potentiæ ad opus. Isai. 42. [c] *Firmans terram & quæ germinant ex ea.* Et concludens concedendi auctoritatem. (*Et dedi eam ei.*) homini, vel cuicumque. Dan. 4. [d] *Dominatur excelsus in regno hominum: & cuicumque voluerit dat illud*: & ostendens concessionem factam à Deo Nabuchodonosor quantùm ad homines (*Et nunc itaque*) Dan. 5. [e] *Deus altissimus: regnum & magnam gloriam & honorem dedit Nabuchodonosor patri tuo. Et propter magnificentiam quam dederat ei, vniuersi populi tribus & linguæ tremebāt & metuebāt eũ*, &c. Et quantùm ad bestias. (*Insuper & bestias*) & est locutio hyperbolica. Vel per bestias significant feroces homines: qui sub eo fuerunt. Vel quia subiectis hominibus: etiã bestiæ eis subiectæ illi subduntur. Vnde Dan. 4. [f] *Bestiæ requiescebant sub vmbra arboris*: per quam significabatur Nabuchodonosor. Alio modo ostendit potentiam eius ex gentium subiectione. (*Et seruient*) Eccl. 3. [g] *Omnia tempus habent*, tertiò inducit eos ex rebellium pœna: ponens pœnam rebellium. (*Gens*) Et ideo. Rom. 13. [h] *Necessitate subditi estote: non solùm propter iram: sed etiam propter conscientiam.* Et excludit consilium Prophetarum, (*vos ergo nolite audire Prophetas,*) quos dicunt gentiles per fulgorem intelligentiæ agentem in animas ipsorum etiam futura posse præscire (*diuinos*) qui in templis idolorum (*somniando*) qui ex somniis, (*Et augures*) qui ex garritu auium (*maleficos*) qui ex coniuratione dæmonum futura prædicunt. supra 23. [i] *Nolite audire verba Prophetarum qui prophetant vobis & decipiunt vos. Visiones cordis sui loquuntur, non de ore Domini*, &c. Et assignant pro causa Prophetarum mendacium (*quia mendacium*) & imminens periculum (*vt longè faciant.*) Et est vt consecutiuum. 3. Regum vltimo, [k] *Ero spiritus mendax in ore omnium Prophetarum.* Tertiò inducit eos ex obedientium gratia quam à Domino consequentur (*porrò gens*) Infra. 40. [l] *Nolite timere seruire Chaldæis: habitate in terra & seruite Regi Babylonis, & benè erit vobis.*

a Oseæ 12. 10. b Ezech. 3. 25. c Isai. 42. 5. d Daniel. 4. 14. e Dan. 5. 18. f Dan. 4. 9. g Eccl. 3. 1. h Rom. 13. 5. i Iere. 23. 16. k 3. Reg. 22. 22. l Iere. 40. 9.

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Οὕτως εἶπε κύριος.

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] ἐγὼ τὴν προφητείαν δηλοῖ. πέμπων γὰρ τὰ κλοιὰ διὰ τῶν πρέσβεων, τὸ ποτήριον τοῦ ἀκράτου τοῖς βασιλεῦσιν ἀπέστελλεν. ὅπερ ἔπινον, καὶ τὰ τούτων ἔθνη, διὰ τῶν ἀρχόντων μανθάνοντα. τὸ δὲ εἰς ἀπάντησιν αὐτῶν, ὠβέλισται μὲν, δηλοῦν δὲ ἔοικεν, εἰς πρεσβείαν αὐτῶν.

|| Ὀλυμπιοδώρου.] Κελεύει ὁ θεὸς τῷ προφήτῃ κλοιοὺς ἐμβαλεῖν εἰς τὸν τράχηλον ἑαυτοῦ, καὶ πέμψαι τούτους πρὸς τοὺς βασιλεῖς, ὧν μέμνηται. ||

[Τῶν ἐρχομέ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὅρα, πότε ἤκουσε, καὶ πότε ἐποίησεν. ἐντεῦθεν δῆλον, ὅτι οὐ πάσας τὰς προφητείας κατὰ καιρὸν ἤκουεν. τίνος ἕνεκεν; ἵνα μηδὲ τοῦ σημείου χρεία. ἵνα μαθόντες οἱ ἄνθρωποι, ὅτι πρὸ ἐκελεύσθη τὸ σημεῖον ποιῆσαι σωφρο

Vers. 2. Sic dixit Dominus, fac tibi vincula, &c.) 5

Vers. 3. (*Et mittes*, &c.)

Incerti.] *Opere impletam prophetiam declarat, per nuncios quippe catenas mittens, poculum meri Regibus propinauit; quod & eorum gentes bibebant, discentes à principibus, illud verò (In occursum eorum) obelo confixum est, videtur tamen significare, in legationem ipsorum.*

Incertus. *Catenis significatum idipsum quod per propinationem calicis vini meri.*

|| Olympiodori.] *Præcipit Deus Prophetæ, vt collo suo aptaret catenas, easque mitteret Regibus quorum hic mentio fit.*

Olympiod.

(*Venientium in Ierusalem ad Sedeciam*, &c.)

Chrysostomi.] *Vide quando audiuit, & quando fecit. Hinc liquet, non omnia quæ prophetarent, solitos recenter audire. Propter quid? ne vel signo opus esse, vt cognoscentes iussum esse Prophetam dare hoc signum homines ad mentem redi*

Chrysost. *Prophetæ haud semper recenter à Deo audita prophetabant sed tempus illis desuper præscriptum obseruabant.*

σωφρονισθῶσιν. ὁρᾷς πῶς πάντων προνοεῖ ὁ θεός.

[Οὕτως εἶπε.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] καὶ νῦν ἐγώ εἰμι, οὐ μεταβέβλημαι, ἐπὶ τῆς αὐτῆς δυνάμεώς εἰμι. ὅρα, πῶς δικαιολογεῖται. εἰ ἐγὼ ἐποίησα, καὶ δοῦναι κύριος ἂν εἴην. ἀλλ' οὐ πιστεύεις ὅτι ἐγὼ ἐποίησα, πιστεύσεις διὰ τῶν μετὰ ταῦτα. ἔδοξέ μοι δοῦναι αὐτὴν τῷ Ναβουχοδονόσορ. ὅρα, πῶς αὐτῶν καὶ τὸν τῦφον καταστέλλει. μὴ γὰρ οἰκείᾳ περιγίνεται δυνάμει, καὶ τῶν πόλεων περιγίνεται. αὐτὸς ἄνωθεν ταῦτα τυπῶ. ὅρα, πῶς αὐτοὺς παιδεύει θεογνωσίαν, ἵνα ἐκ τούτων, καὶ τὰ πρότερα μάθωσιν.

|| Θεοδωρήτου.] ἀπειλοῦνται δὲ, διότι κατεπολέμουν τὸν Ἰσραήλ, ὡς ἐν τῷ 52. ψαλμῷ φησι. κατὰ σοῦ διαθήκην διέθεντο τὰ σκηνώματα τῶν ἰδουμαίων καὶ οἱ ἰσμαηλῖται, Μωάβ, καὶ Ἀμαλήκ, ἀλλόφυλοι μετὰ τῶν κατοικούντων τύρον. καὶ γὰρ καὶ Ἀσσοὺρ συμπαρεγένετο, μετ' αὐτῶν.

Βίκτορος.] ὅτι δὲ παντοκράτωρ ἐστὶν, ἀλλ' οὐ μερικὴ δύναμις ὁ θεὸς Ἰσραὴλ, τὰ εἰρημένα δηλοῖ. ἰσχὺν δὲ λέγει μεγάλην, καὶ βραχίονα ὑψηλὸν, τὸν υἱόν, δι' οὗ τὰ πάντα πεποίηκε. ||

[Καὶ τὰ θηρία.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] μὴ γίνεσθε τούτων ἀνοητότεροι μηδὲ ἀχάριστοι. τὰ ἄλογα ὑπήκουσαν, ὑμεῖς δὲ ἀνθίστασθε; μὴ, γὰρ ὑμᾶς δίδωμι μόνους; καὶ τὴν πόλιν τὴν ἐμήν. ὁρᾷς κοινὰ τὰ τῆς προνοίας αὐτοῖς; πάντας γὰρ ἀνθρώπους αὐτὸς ἐποίησεν, οὐκοῦν πάντων ἴσως προνοεῖ. οὐ γὰρ ἔστι προσωποληψία παρ' αὐτῷ.

Βίκτορος.] θηρία τοῦ ἀγροῦ, τοὺς Βαβυλωνίους καλεῖ, δίκην θηρίων ἐπιπηδῶντας τοῖς ἄλλοις, καὶ συνιστῶντας || αὐτοῦ τὸ ἔθνος καὶ τὴν βασιλείαν, ὅπερ αὖθις ἔφη καὶ Δανιήλ. θηρία τοῦ ἀγροῦ, καὶ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ ἔδωκεν ἐν τῇ χειρί σου. κατέστησέ σε κύριον πάντων. δηλοῖ δὲ τοὺς ὀξεῖς ἐν πολέμῳ, ἴσως δὲ καὶ ἱππέας, καὶ πάλιν τοὺς δυνατοὺς ὁπλίτας, οὐκοῦν οὐδὲ τῆς ἰουδαίας παρὰ γνώμην κρατήσει θεοῦ, πρὸς τὸ μὴ δοκεῖν δι' ἀσθένειαν αὐτοῦ κεκρατῆσθαι τὴν χώραν. μηδεὶς οὖν ἀντιστῇ τῷ Ναβουχοδονόσορ, τὴν ἀπόφασιν μαθὼν τοῦ θεοῦ.

Ὀλυμπιοδώρου.] θηρία ἐνταῦθα ἀγροῦ, τὰ πρὸς γεωργίαν ἐπιτήδεια κτήνη φησίν.

[Καὶ τὸ ἔθνος.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὅρα || πῶς παῤῥησίᾳ, πῶς ἐλεεινῶς τὴν δουλείαν ἐνέφηνε, τῷ σφόδρα θαῤῥεῖν τοῖς λεγομένοις, οὐκ ἐπεσκιασμένως, ὅσοι μὴ ἐμβάλωσι τὸν τράχηλον, καθάπερ περὶ ἀλόγων τινῶν, οὕτω διαλέγεται.

[Καὶ ὑμεῖς μή.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὁρᾷς δικαστήριον καθήμενον, καὶ βάσανον γινομένην μαντείας καὶ προφητείας; ταῦτα ἐκεῖνοι λέγουσιν ἐγὼ δὲ τἀναντία. ἴδωμεν, τίνι μαρτυρεῖ τὸ τέλος.

[Καὶ τὸ ἔθνος.]

Βίκτορος.]

|| αὐτοῖς. || πάνυ πρ.

redirent. Vides quomodo omnium Deus prouidentiam gerit.

Verſ. 4. (*Sic dixit, &c.*)

Verſ. 5. (*Quia ego feci terram, &c.*)

Chryſoſtomi.] *Et nunc ego ſum, non ſum mutatus, eaſdem vires habeo. Vide quomodo rationem conſilij reddat. Si ego feci, vtique dandi etiam ius habeo. Sed non credis me feciſſe; credes per ea quæ fiunt: Viſum eſt mihi, eam dare Nabuchodonoſori. Vide vt eorum deprimat tumorem. Num enim propriis ille viribus aduenit? vrbeſque ſubigit? ipſe deſuper hæc ſtatuo; Conſidera vt eos Dei cognitionem doceat, vt ex his & antiquiora addiſcerent.*

Theodoreti.] *Minæ verò in eos iactantur, quoniam Iſraelem bello vexabant, vt in octuageſimo ſecundo Pſalmo inquit:* [a] Aduersùs te teſtamentum fecerunt Tabernacula Idumæorum, & Iſmaëlitæ, Moab, & Agareni, Gebal, & Ammon, & Amalec, Alienigenæ cùm his quæ habitant Tyrum. Etenim & Aſſur venit cum illis.

Victoris] *Quod autem omnipotens ſit, & non peculiaris virtus Deus Iſrael, oſtendunt quæ dicta ſunt: fortitudinem verò magnam, & Brachium excelſum vocat filiū, per quem omnia fecit.*

Verſ. 6. (*Dedi terram Nabuchodonoſor, &c.*)

(*Ad ſeruiendum ei & beſtias agri, &c.*)

Chryſoſtomi.] *Ne his ſtultiores efficiamini, neue ingrato ſitis animo, rationis expertia obtemperarunt, & vos reſtitiſtis? num vos enim tantùm trado? & ciuitatem meam. Vides generalem eſſe prouidentiam? Omnes enim homines ipſe fecit, æquè igitur omnium curam gerit; non enim eſt apud ipſum acceptio perſonarum.*

Victoris.] *Beſtias agri vocat Babylonios, beſtiarum inſtar alios aggredientes & comparantes ſibi gentem, & regnum; quod etiam dixit Daniel;* [b] Beſtiæ agri & volatilia cæli, poſuit in manu tua; conſtituit te Dominum omnium: *Signant verò veloces in pugna; fortaſſe verò & equites, vel etiam robuſtos leuis armaturæ milites. Igitur neque Iudæam ſubiugabit præter Dei voluntatem, ne videatur propter eius imbecillitatem vrbs expugnata, nemo igitur reſiſtat Nabuchodonoſori cognitâ Dei voluntate.*

Olympiodori.] *Beſtias hic agri vocat iumenta ad terram colendam idonea.*

Verſ. 8. (*Et gens, &c.*)

Chryſoſtomi.] *Conſidera, quanta dicendi libertas, Vt miſerè ſeruitutem præ oculis poſuit, quòd certiſſima ſibi eſſent quæ dicebantur, & non adumbrauit:* Quicumque non curuauerit collum; *Tamquam de belluis ſermonem habet.*

Verſ. 9. (*Et vos nolite audire Pſeudoprophetas.*)

Chryſoſtomi.] *Vides ſedere iudicium, & quæſtionem haberi de ariolatione, & Prophetia? Hæc illi dicunt, Ego verò contraria; videamus cui atteſtetur finis.*

Verſ. 11. (*Et gens quæ inieceri̇t ceruicem ſuam ſub iugo, &c.*)

Victoris.

Margin notes: 6 — Chryſoſt. *Deus vt creator, & Dominus vniuerſæ terræ das illam cuicumque & libuerit.* — *Ad cognitionem ſui Deus ex quacumque re homines trahit.* — Theodorit. *Caſtigat Deus quotquot contra ſuos inſurgunt.* — a Pſal. 82. 7. — Victor. *Filius eſt fortitudo, & brachium excelſum Patris.* — 7 — Chryſoſt. *Homines ſunt beſtiis peruicaciores, & ſtultiores.* — *Prouidentia Dei generalis.* — Victor. *Beſtiarum agri vocabulo nominati Babylonij & milites.* — b Dan. 4. 9. — *Bellicum robur omne à Deo.* — Olympiod. *Beſtiæ agri dicta iumenta quibus colitur terra.* — 8 — Chryſoſt. *Propheta quanta cum ſecuritate loqueretur quæ pronunciabant.* — *Subditi tamquam belluæ collum ſubiicians ſuperioribus ſuis.* — Chryſoſt. *Prophetas à Pſeudoprophetis rerum exitus diſtinguebant.* — 9

Βίκτωρος.] οὐκ ἀναιρεῖ τοὺς ἀπατεῶνας, προαγορεύει δὲ μὴ ἀκούειν αὐτῶν. πρὸς ἔλεγχον δὲ τούτων ἀναμένει τῶν πραγμάτων τὴν ἔκβασιν, δείκνυσι δὲ καὶ τῶν προφητῶν τὴν ἀξίαν, ὅτι δύνανται ταῖς πρὸς θεὸν εὐχαῖς ἐνστῆναι πρὸς ὀργὴν ἐπικειμένην. ὡς Μωυσῆς ἔστη ἐν τῇ θραύσει ἐνώπιον αὐτοῦ, τοῦ ἀποστρέψαι ἀπὸ ὀργῆς θυμοῦ αὐτοῦ.

|| Τοῦ Χρυσοστόμου.] Μὴ καὶ τοῦτο ἴχνη τι; μὴ καὶ τοῦτο στοχασμός; τὸ τοὺς μὲν ἀναιρεῖσθαι. τοὺς δὲ ἀφιέσθαι; ὁ καὶ λιμὸς αὐτοὺς καταλήψεται. ||

Victoris.] *Non exterminat deceptores, sed non audiendos prædicit. Ad eos porrò redarguendos rerum euentus expectat, ostenditque præterea Prophetarum dignitatem, quòd scilicet possint suis ad Deum precibus imminentem auertere iram.* [a] Sicut Moyses stetit in fractione in conspectu eius, vt auerteret ab ira indignationis illius.

|| Chrysostomi.] *Num & hîc subest aliquid? num & hoc est coniectura? hos quidem interfici, illos verò relinqui? nam & fames opprimet eos.* ||

Victor. Deceptores arguuntur tandem ex ipsarum rerum euentu. Orationibus suis quàntum possint viri sancti. a Psal. 105. 23. Chrysost.

SANCTI MAXIMI MARTYRIS
Interrogatio, & Responsio super verbis Domini apud Ieremiam.

CAPVT VII.

ἘΡΏΤΗΣΙΣ.

Εἰ ὁ βασιλεὺς Βαβυλῶνος ἀλληγορεῖται εἰς τὸν διάβολον, τίς ὁ λόγος, ὡς διὰ τοῦ προφήτου Ἱερεμίου ἀπειλεῖ τοῖς βασιλεῦσι περὶ ἐθνῶν, καὶ τῷ βασιλεῖ Ἰούδα, κλοιοὺς καὶ δεσμὰ καὶ λιμὸν, καὶ θάνατον, καὶ αἰχμαλωσίαν ἐὰν μὴ αὐτῷ δουλεύσωσι τοῖς. δὲ ἑκουσίως δουλεύουσι, μετ᾽ ἀνέσεως εἶναι ἐπὶ τῆς γῆς αὐτῶν. καὶ ὅτι δοῦλον αὐτὸν προσαγορεύει λέγων· ἐγὼ δέδωκα πᾶσαν τὴν γῆν Ναβουχοδονόσορ βασιλεῖ Βαβυλῶνος τοῦ δούλου μου, καὶ τὰ θηρία τοῦ ἀγροῦ δέδωκα δουλεύειν αὐτῷ. τίς οὖν ἐστιν ἡ τοῦ διαβόλου δουλεία, καὶ τίνα τὰ θηρία, καὶ τίνα τὰ ἓξ εἴδη τῆς ἀπειλῆς, καὶ τίνες οἱ βασιλεῖς τῶν ἐθνῶν, καὶ ὁ βασιλεὺς Ἰούδα.

INTERROGATIO.

Si per Regem Babylonis Allegoricè Diabolus intelligitur, quâ ratione minatur Deus per Ieremiam Prophetam Regibus gentium, & Regi Iuda compedes, vincula famem, mortem, atque captiuitatem, ni seruiant illi. Iis verò, qui sponte seruierint, promittit fore eos sine molestia in terra sua. Quare item illum seruum appellat illis verbis; [b] Ego dedi omnem terram Nabuchodonosori Regi Babylonis seruo meo, & bestias campi dedi seruire ei. *Quæ igitur est Diaboli seruitus, & quæ bestiæ, & quæ sex minarum species, & qui Reges gentium, & Rex Iuda?*

10 Ierem. 27. b Iere. 27. 6.

ἈΠΌΚΡΙΣΙΣ.

Ὁ διάβολος καὶ ἐχθρός ἐστι τοῦ θεοῦ καὶ ἐκδικητής. ἐχθρὸς μὲν, ὅταν ὡς μισῶν αὐτὸν δοκῇ πως τὴν ὀλέθριον κεκτῆσθαι πρὸς ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους ἀγάπην τοῖς τῶν ἑκουσίων παθῶν τρόποις διὰ τῆς ἡδονῆς πείθων ἡμῶν τὴν προαίρεσιν τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν προκρίνειν τὰ πρόσκαιρα δι᾽ ὧν κλέπτων ὅλην τῆς ψυχῆς τὴν ἔφεσιν, τῆς θείας ἡμᾶς παντελῶς ἀγάπης ἀφίστησιν, ἑκουσίους ἐχθροὺς ποιῶν τοῦ ποιήσαντος. ἐκδικητὴς δὲ, ὅταν γυμνώσας τὸ πρὸς ἡμᾶς μῖσος, ὡς ἤδη γενομένους αὐτῷ διὰ τὴν ἁμαρτίαν ὑποχειρίους, ἐξαιτῆται τὴν καθ᾽ ἡμῶν τιμωρίαν. οὐδὲν γὰρ οὕτω φίλον τῷ διαβόλῳ καθέστηκεν, ὡς ἄνθρωπος τιμωρούμενος· τοῦτο δὲ συγχωρηθεὶς, τὰς ἐπαλλήλους ἐπινοῶν τῶν ἀκουσίων παθῶν ἐπαγωγὰς, λαίλαπος δίκην ἀπηνῶς ἐπιφέρεται τοῖς καθ᾽ ὧν ἐκομίσατο συγχωρήσει θεοῦ τὴν ἐξουσίαν· οὐ τὸ πρόσταγμα τὸ θεῖον ἐκπληρῶσαι βουλόμενος, ἀλλὰ τὸ οἰκεῖον τοῦ καθ᾽ ἡμῶν μίσους διαθρέψαι πάθος ἐπιθυμῶν· ἵνα τῷ πολλῷ βάρει τῶν ὀδυνηρῶν συμφορῶν ἡ ψυχὴ δι᾽ ἀτονίαν ὀκλάσασα, τῆς θείας ἐλπίδος ἑαυτῆς ἀποκόψῃ τὴν δύναμιν, αὐτὴ γυθεσίας ἀθεσίας αἰτίαν ποιουμένη τὴν τῶν ἀλγεινῶς συμβαινόντων ἐπαγωγήν.

RESPONSIO.

Diabolus & Dei inimicus, & vltor est. Inimicus quidem, quando velut eum odio habens videtur quodammodo pernicioso, nos homines prosequi amore, spontaneis passionum modis per voluptatem suadens nobis, vt electione nostrâ sempiternis temporanea præferamus, per quæ suffurans totum animi studium, à diuino nos amore prorsus abducit, sponte nostrâ nos hostes creatoris constituens. Vltor autem, cùm nos odio insequens aperto, vtpote iam ob peccatum factos sibi obnoxios, postulat vt debitas pœnas luamus. Nihil enim tam auidè cupit diabolus, quàm vt ab homine exigantur pœnæ. Quod cùm illi concessum fuerit, assiduas excogitat malorum quæ inuiti patimur, inuasiones, & instar turbinis sæuus irruit in eos, in quos Deo permittente potestatem habuit, non iussa diuina exequi volens, sed sui contra nos odij virus fouere cupiens, vt graui acerbarum calamitatum pondere oppressus animus propter imbecillitatem succumbat, diuinæque spei vim à se propellat, loco admonitionis ansam sibi præuaricationis faciens impetum aduersæ fortunæ.

11 Diabolus Dei inimicum se exhibet quàdo homines ad malum allicit, eosque Dei efficit hostes. Diabolus acerrimus Dei vltor in peccatores. Diabolo nil optatius quàm vt homines cruciatu sibi detur. Diabolus quanto impetu irruat in homines cùm ei permissum desuper sit.

Deus

Ἀγαθὸς

Ἀγαθὸς γὰρ ὑπάρχων ὁ θεὸς, καὶ θέλων ἡμῶν ἐκτῖλαι παντελῶς τὸ τῆς κακίας σπέρμα, τὴν ἡδονὴν, τὴν τὸν νοῦν τῆς θείας ἀποσυλοῦσαν ἀγάπης, συγχωρεῖ τῷ διαβόλῳ πόνους ἡμῖν καὶ τιμωρίας ἐπαγαγεῖν κατὰ ταυτὸν, καὶ τῆς προλαβούσης ἡδονῆς τὸν ἰὸν διὰ τῶν πόνων τῆς ψυχῆς ἀποξέων, καὶ πρὸς τὰ παρόντα, καὶ μόνην τὴν αἴσθησιν σαίνοντα μῖσος ἡμῖν καὶ τελείαν ἀποδιάθεσιν. ὡς μηδὲν τιμωρίας πλέον εἰς κέρδος κεκτημένα κατὰ τὴν χρῆσιν, ἐμποιῆσαι βουλόμενος, καὶ τὴν ἐκείνου τιμωρὸν δύναμιν καὶ μισάνθρωπον τῆς πρὸς ἀρετὴν ἐπαναγωγῆς περιστατικὴν αἰτίαν ποιήσασθαι, τῶν αὐτῆς ἑκουσίως ἀπολισθησάντων.

Ὡς οὖν κατὰ συγχώρησιν τιμωρούμενος τοὺς ἁμαρτάνοντας ὁ διάβολος, τοῦ θεοῦ κέκληται δοῦλος, ἀποστάτης ὢν καὶ λῃστὴς πονηρὸς, καὶ τοῖς ἑκουσίως διὰ τῆς ἡδονῆς ἀφισταμένοις τοῦ θεοῦ, τὴν γνώμην ἔχων πάνυ κατάλληλον. πρέπον γάρ ἐστι καὶ δίκαιον ὑπὸ τοῦ διαβόλου κολάζεσθαι, τοὺς τὰς αὐτοῦ πονηρὰς ὑποθήκας τῶν ἑκουσίων ἁμαρτημάτων ἡδέως δεξαμένους. οὕτω μὲν οὖν καὶ ἡδονῆς ἐστι διὰ τῶν ἑκουσίων παθῶν σπορεὺς ὁ διάβολος, καὶ ὀδύνης διὰ τῶν ἀκουσίων ἐπαγωγεύς. Ὅταν οὖν οἱ τὴν ἰουδαίαν καὶ τὴν Ἰερουσαλὴμ οἰκοῦντες, τουτέστιν οἱ τὴν πρακτικὴν ἕξιν, ἢ τὴν θεωρητικὴν ἀπειληφότες ἐπιστήμην, πρὸς τὴν ἀνθρώπων ταύτας μετέρχωνται δόξαν· ἤθη μὲν ἀρετῶν τῷ φαινομένῳ τρόπῳ σκιαγραφοῦντες, λόγους δὲ σοφίας καὶ γνώσεως μόνον λαλοῦντες δίχα τῶν κατὰ δικαιοσύνην ἔργων, καὶ τὸν ὡς ἀρετῇ καὶ γνώσει τοῖς ἄλλοις ἐπιδείκνυνται τῦφον, εἰκότως τοῖς πρέπουσι παραδίδονται πόνοις, διὰ τοῦ πάσχειν τὴν ἀγνοηθεῖσαν αὐτοῖς ἐκ τῆς ματαίας οἰήσεως ταπεινοφροσύνην μεταμανθάνοντες. Ὅπερ εἰδὼς καὶ ὁ θαυμαστὸς ἀπόστολος παρέδωκε τῷ σατανᾷ τὸν παρανομήσαντα Κορίνθιον εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκὸς, ἵνα τὸ πνεῦμα σωθῇ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ κυρίου ἰησοῦ. διὰ τοῦτο τῆς ἰουδαίας καὶ ἱερουσαλὴμ ὁ βασιλεὺς παραδίδοται τῷ βασιλεῖ τῶν ἀσσυρίων. τουτέστιν, ὁ θεωρητικὸς νοῦς, καὶ γνωστικὸς πρὸς τιμωρίαν ἐκδίδοται τῷ διαβόλῳ, πόνους αὐτῷ δικαίως ἐπάγοντι καὶ συμφορὰς, ἵνα μάθῃ πάσχων περὶ καρτερίας μᾶλλον καὶ πόνων φιλοσοφεῖν, ἢ διακενῆς τοῖς οὐκ οὖσιν ὑπερηφάνως ἐμματαιάζειν.

Πᾶς οὖν ἀνεχόμενος ἑκουσίως ἐκ τῆς τῶν αὐτῷ πεπραγμένων συναισθήσεως δέξασθαι τὰς ἐπιπόνους τῶν ἀκουσίων ἐπιφορὰς πειρασμῶν μετὰ τῆς δεούσης εὐχαριστίας, οὐκ ἐξοικίζεται τῆς κατ᾽ ἀρετὴν καὶ γνῶσιν ἕξεώς τε καὶ χάριτος, καθάπερ οἱ πάλαι τὴν ἰουδαίαν καὶ ἱερουσαλήμ. ὡς ὑπελθὼν ἑκουσίως τὸν ζυγὸν βασιλέως Βαβυλῶνος, καὶ ὡς χρέος ἀποτιννὺς, τὰς τῶν βασάνων ἐπιφορὰς καταδεχόμενος, καὶ ἐν αὐταῖς μένων, τελεῖ τῷ μὲν βασιλεῖ Βαβυλῶνος τοὺς ἐκ τοῦ παθητοῦ τῆς φύσεως βιαίους πόνους, καὶ τὴν ἐπ᾽ αὐτοῖς κατὰ τὴν διάνοιαν ὡς ὀφειλέτης αὐτῶν διὰ τὰς προλαβούσας πλημμελείας συγκατάθεσιν. τῷ δὲ θεῷ προσφέρει διὰ λατρείας ἀληθινῆς, τῆς ταπεινῆς λέγω διαθέσεως, τὴν τῶν παρημελημένων διόρθωσιν. Ὁ δὲ τὴν κατὰ συγχώρησιν θεοῦ πρὸς διόρθωσιν ἐπαγομένην αὐτῷ διὰ τῶν ἀκουσίων πειρασμῶν συμφορὰν εὐχαρίστως μὴ καταδεχόμενος, καὶ τὴν ἐπὶ τῷ δοκεῖν δίκαιος εἶναι μεταγνοὺς οὐκ ἀποτιθέμενος οἴησιν, ὡς τοῖς θείοις τῶν δικαίων κριμάτων

Deus quippe bonus cùm sit, velitque malitiæ semen penitus euellere, voluptatem scilicet, quæ mentem à diuino auertit amore, permittit Diabolo, vt nos laboribus & pœnis affligat, sub idem tempus & rubiginem præteritæ voluptatis per labores animæ detergens, & eò nos deuenire volens, vt odio, perfectáque affectus depositione prosequamur præsentia, & soli sensui blandientia, vt quæ nihil habent lucri præter supplicia, dum illis vtimur; necnon vt pœnalem & inimicam eius potentiam occasionalem faciat causam reuersionis ad virtutem illis, qui sponte ab ea desciuerunt.

> 12 *Diabolo permittit Deus vt nos affligat in bonum nostrum.*
> *Calamitatibus, & diabolicis irruptionibus purgat nos Deus, ad sensibilium odiũ deducit, trahitque ad virtutem.*

Vt igitur Dei permissione peccatores puniens Diabolus, Dei seruus vocatur, licet & ipse rebellis, & iniquus grassator, & par illis omnino sit qui sponte per voluptatem à Deo deficiũt. Conueniens enim & æquum est puniri à Diabolo eos qui praua eius consilia spontaneorum criminum libenter susceperunt. Ita igitur & voluptatis est per voluntarias passiones sator Diabolus, & doloris per inuitas inductor.

> 13 *Diabolus, vt peccatores ex Dei permissione puniens dictus Dei seruus.*
> *A diabolo eos æquũ est puniri, qui spontanè Diaboli secuti sunt consilia praua.*
> *Diabolus homini est & voluptatis, & doloris exhibitor.*

Quando itaque habitatores Iudææ, & Ierusalem, hoc est qui habitum practicum, Vel speculatiuum adepti sunt scientiam, ad aucupandã ab hominibus laudem ea vtuntur, virtutũ quidem opera apparenter adumbrantes, scientiæ verò & cognitionis verba loquentes tãtum sine iustitiæ operibus, fastumque præ se ferunt coram aliis quasi ob virtutem & scientiam, meritò congruentibus addicuntur doloribus, addiscentes per ea quæ patiuntur, ignotam sibi pro vana de se opinione humilitatem. Quod & admirandus [a] *Apostolus sciens* tradidit Sathanæ: *præuaricatorem Corinthium* in interitum carnis, vt spiritus saluus sit in die Domini Iesu. *Propterea Iudææ, Ierusalẽque Rex Assyriorum traditur Regi, hoc est speculatiua mens, & scientiis prædita diabolo punienda traditur, pœnas illi & calamitates iustè infligenti, vt patiendo discat de tolerantia potiùs laboribusque philosophari, quàm inaniter de iis quæ non sunt superbè se iactare.*

> 14 *Scientia tumidi de semet quàm aptè à Deo per ærũnas ad humilitatem trahuntur.*
> a 1. Cor. 5. 5.
> *Scientiã inflatos summa cum prouidẽtia Diabolo tradit Deus cruciandos.*

Quicumque igitur non inuitus sustinet, ex conscientia eorum, quæ patrarat, molestias non voluntariè sibi illatarũ afflictionũ aggressiones cum ea, quã decet gratiarũ actione, non procul est ab eo qui secundum virtutẽ & scientiam est habitu, & gratia, sicut qui olim Iudæã incolebant, & Ierusalem, qui sponte iugũ subiens Regis Babylonis, & quasi debitum soluat, illata tormenta suscipiens, & in illis perseuerans, soluit quidẽ Regi Babylonis violentos ob passibilitatem naturæ dolores, & mentis assensum ad illos vti propter antecacta crimina debitor; Deo autem offert per veram latriam, humilem inquam animi affectum, erratorum emẽdationem.

> 15 *Diabolicos cruciatus, vt à Deo propter peccata sua sibi immissos grato animo tolerãs seruit quidẽ Diabolo, sed simul Deo offert transactorũ delictorum emendationem.*

Qui verò illatã sibi Deo permittente ad emendationem, quam non vult afflictionis calamitatem grato non suscipit animo; nec pœnitentiã ductus deponit opinionem de sua iustitia, tamquam se diuinis iustorum iudiciorum sententiis opponens,

> 16 *Diabolicos à Deo immissos impatienter renuens cruciatus, & ex illis fructum non faciens emendationis vitæ quantis cumuletur malis maioribus.*

ἀντιπίπτων θεσπίσμασι κατὰ σὺν πάλαι τῆς Ἰουδαίας οἰκήτορας, καὶ μὴ καταδεχόμενος ἑκουσίως ὑπὸ τὸν ζυγὸν γενέσθαι τοῦ βασιλέως Βαβυλῶνος κατὰ τὴν θείαν διαταγὴν, εἰς αἰχμαλωσίαν παραδίδοται τῷ βασιλεῖ Βαβυλῶνος, καὶ κλοιοὺς, καὶ δεσμὰ, καὶ θάνατον, καὶ λιμὸν, καὶ μάχαιραν, καὶ τῆς ἰδίας παντελῶς ἀποικίζεται τῆς, τουτέστι τῆς κατ' ἀρετὴν καὶ γνῶσιν εἶναι δοκούσης ἕξεως. διὰ μὲν τῆς αἰχμαλωσίας, τὴν τῶν θείων ἀποστασίαν καταχρινόμενος. διὰ δὲ τῶν κλοιῶν, τὴν ψευδῆ περὶ τῶν ὄντων δόξαν. διὰ δὲ τῶν δεσμῶν, τὴν παντελῆ τῶν καλῶν ἀπραξίαν. διὰ δὲ τοῦ λιμοῦ, τὴν τῶν θείων στέρησιν διδαγμάτων. διὰ δὲ τοῦ θανάτου, τὴν τελείαν πρὸς τὰ καλὰ πώρωσίν τε καὶ ἀναισθησίαν, διὰ δὲ τῆς μαχαίρας σὺν τῶν θείων μνημῶν ἀναιρετικοὺς, ἐμπαθεῖς, καὶ ἀκολάστους λογισμούς. πάντα γὰρ ταῦτα καὶ τούτων πλείονα ὁ τῆς κατ' ἀρετὴν, καὶ γνῶσιν ὡς ἰδίας γῆς ἐξοικιζόμενος ἕξεως, πάσχει διὰ τὸ μὴ θέλειν αὐτὸν ἐξ ὑπερηφανίας καὶ ματαίας οἰήσεως τὰς ἐφ' οἷς ἐπλημμέλησεν ἐκτιννύοντα δίκαια, ἐν θλίψεσιν εὐδοκῆσαι καὶ ἀνάγκαις, καὶ στενοχωρίαις κατὰ τὸν θεῖον ἀπόστολον, καίτοι πάσης τῆς ἐπὶ τούτοις ὀφειλῆς ὄντα διὰ τὴν δικαιοσύνην ἐλεύθερον. ᾔδει γὰρ ὁ μέγας ἀπόστολος φυλακτικὴν τῶν θείων κατὰ ψυχὴν θησαυρῶν ὑπάρχουσαν, τὴν ἐκτὸς περὶ τὸ σῶμα συνισταμένην διὰ τῶν πόνων ταπείνωσιν, καὶ διὰ τοῦτο στέργων ὑπέμενε, καὶ δι' ἑαυτὸν, καὶ σὺν οἷς ἀρετῆς καὶ πίστεως προέκειτο τύπος. ἵνα κἂν ὡς ὑπεύθυνοι πάσχωσι κατὰ τὸν ἐπιτιμηθέντα Κορίνθιον, εἰς παρηγορίαν ἔχωσι καὶ ὑπομονῆς μίμησιν τὸν ἀνευθύνως πάσχοντα.

Τοὺς δὲ βασιλεῖς τῶν ἐθνῶν εἶναι νομίζω κατὰ τοῦτον τῆς γραφῆς τὸν τόπον, σὺν τῶν λοιπῶν τῆς ἀτιμίας παθῶν ἐπάρχοντας ἀνθρώπους, καὶ αὐτοὺς ὑποκειμένους ἐνδίκως τῇ τιμωρίᾳ τῶν οἰκείων ὀφλημάτων, καὶ διὰ τοῦτο τῷ βασιλεῖ Βαβυλῶνος παραδιδομένους, ὡς τιμωρῷ δυνάμει, καὶ χαιρούσῃ τῇ βασάνῳ τῆς φύσεως. ἔστιν οὖν ὁ μὲν Αἰγύπτιος βασιλεὺς, ὁ φιλήδονος νοῦς καὶ ἀκόλαστος. ὁ δὲ Μωαβίτης, ὁ τρυφητὴς καὶ βάκηλος νοῦς. ὁ δὲ Ἀμμανίτης, ὁ πλεονεκτικὸς νοῦς. ὁ δὲ σύρος, ὁ δεισιδαίμων καὶ διαλεκτικὸς νοῦς. μόνος γὰρ ἀντικείμενος γέγραπται τῷ Σαλομῶντι ὁ σύρος, τοῦτ' ἔστι τῇ εἰρήνῃ καὶ τῇ σοφίᾳ. ὁ δὲ τύριος, ὁ φιλόκοσμος νοῦς καὶ φιλόζωος. καὶ οἱ λοιποὶ πάντες βασιλεῖς, οὓς γνώσεται διὰ τῆς οἰκείας σημασίας ὁ γνωστικὸς ἐκ τῆς τῶν ὀνομάτων ἑρμηνείας, ἢ τῆς τῶν τόπων θέσεως, ἢ τῆς κρατούσης ἐν αὐτοῖς γενικῆς παραδόσεως, ἢ τῆς ἐν ἀλλήλοις ἐπιτηδεύσεως, ἢ τῆς πρὸς τὸν Ἰσραὴλ ποιᾶς ἀντιπαθείας. οὐ γὰρ πάντοτε καὶ πάντες ὡσαύτως καὶ καθ' ἓν σημαινόμενον λαμβάνονται, ἀλλὰ πρὸς τὴν ὑποκειμένην χρείαν, καὶ τῆς προφητείας τὴν δύναμιν.

Ἐπείτοιγε καὶ εἰς τὸν διάβολον οἶδεν ἡ γραφὴ λαμβάνειν τὸν Φαραὼ, ὅταν ἀναιρέτης γίγνηται τοῦ Ἰσραήλ. καὶ πάλιν εἰς τὸν τῆς φύσεως νόμον, ὅταν αὐτῷ δουλεύῃ κατ' οἰκονομίαν ὁ Ἰωσὴφ, προφητικῶς δι' ἑαυτοῦ σημάνας τὸν φύσει καὶ πάθεσι τοῖς ἡμετέροις ἑκουσίως δουλεύσαντα θεὸν λόγον, δίχα μόνης ἁμαρτίας. Ὁμοίως

A *iuxta veteres illos Iudææ habitatores; neque æquo animo sustinet iugo Regis Babylonis subijci, iuxta Dei mandatum, in captiuitatem traditur Regi Babylonis, & compedes, & vincula, & mortem, & famem. Omninoque propria expellitur terrâ, hoc est ab habitu, qui esse videtur virtutis, & scientiæ; captiuitate quidem ad defectionem à rebus diuinis condemnatus, compedibus verò, ad falsam de rebus opinionem; vinculis, ad absolutam à rebus bonis agendis* B *cessationem: fame, vt diuinarum subeat orbitatem institutionum: morte, ad absolutam ad bona cæcitatem sensuumque habitudinem: denique gladio, ad cogitationes memoriæ rerum diuinarum expultrices, sensuales, & lascinas.*

Captiuitas spiritualis animæ quæ.

Ad compedes spiritaliter dãnari quid sit.

Ad Vincula spiritaliter dãnari quid sit.

Ad Famem spiritaliter dãnari quid sit.

Ad Mortem spiritaliter dãnari quid sit.

Ad Gladium spiritaliter dãnari quid sit.

Hæc enim omnia patitur, & plura, qui à virtutis habitu & scientia, tamquam è propria terra expellitur; eò quòd nolit propter arrogantiam, & vanam sui opinionem, dum pœnas pro his quæ deliquit, sustinet, in afflictionibus,[a] *in necessitatibus* C *& angustiis sibi placere, vt diuinus aiebat Apostolus, licet esset ab omni horum debito propter iustitiam immunis. Sciebat enim magnus Apostolus, conseruatricem sacrorum animæ thesaurorum esse, quæ foris est, corpoream per dolores depressionem; ideóque contentus tolerabat, & propter semetipsum, & eos quibus exemplar virtutis & fidei propositus erat; vt quamuis tamquam rei paterentur, sicuti castigatus Corinthius; solatio tamen & patientiæ exem-* D *plo illum haberent, qui nullo merito patiebatur.*

17

a 2. Cor. 12. 13.

Tribulationes & afflictiones sacros animæ conseruant thesauros.

Paulus Apostolus libẽter ærumnas, tametsi illas nõ mereret, & propter semet tolerabat, & propter alios, quorũ futurus erat patiendi exemplar.

Reges porrò gentium esse existimo in hoc scriptura loco, homines in cæteris ignominiæ passionibus dominantes; & ipsos meritò suorum debitorum pœnæ subiectos, ideóque Regi Babylonis traditos, vt potestati vindici, tormentisque naturæ gaudenti. Est ergo Ægyptius quidem Rex mens voluptatibus seruiens, & libidini. Moabita, mens deliciis dedita, & effeminata. Ammonita, mens auara, alienique auida; Syrus E *mens superstitiosa, & dialectica, solus quippe, vt scriptum est*[b] *se Salomoni opposuit Syrus, paci scilicet & sapientiæ: Tyrius, mens mundi vitæque cupida cæterique omnes Reges, quos vir sapiens ex propria significatione pernoscet. Vel per nominum interpretationem, vel situm locorum, vel præualentem in ipsis generalem traditionem, vel studia communia, vel talem animi contra Israelem affectum. Neque enim semper & omnes* F *eadem ratione, & ad vnum significatum sumuntur, sed ad subiectam materiam. Prophetiæque sensum.*

18

Passionibus ignominiæ prastãtes appellati Reges Gentiũ, Diabolo cruciandi meritò traditi.

Mens prout variis subiecta passionibus variarũ Gentiũ Diabolo traditarum designata vocabulis.

b 3. Reg. 11. 25.

Gentium diuersarum Regum nomina, & significatus quibus rationibus spiritaliter aptanda sint animabus.

Nam & in diabolum apud diuinas literas accipitur Pharao,[c] *cùm Israelem interficit; & rursus in legem naturæ, quando illi Ioseph dispensatiuè seruit, propheticè illum in se præfigurans, qui naturæ, & passionibus nostris sponte seruiuit, vno excepto peccato, Deus verbum.*

17

Pharaone designatur allegoricè & Diabolus & lex naturæ.

c Exo 1. 15.

Ioseph seruiēs Pharaoni typus Christi.

Eadem

ὁμοίως καὶ ὁ βασιλεὺς τύρου νοεῖται εἰς τὸν διάβολον, ὅταν τὸν Ἰσραὴλ διὰ τοῦ σισάρα πολεμῇ. καὶ πάλιν εἰς τὸν φυσικὸν νόμον, ὅταν σπένδηται τῷ Δαβίδ, καὶ εἰς τὴν οἰκοδομὴν τοῦ θείου ναοῦ τῷ Σαλομῶνι πλεῖστα συμβάλληται καὶ εἰς ἄλλα δὲ πολλὰ σημαινόμενα ἕκαστος τῶν ἀπηριθμημένων τῇ γραφῇ βασιλέων λαμβάνεται, κατὰ μέντοι τὴν ὑποκειμένην τῇ προφητείᾳ δύναμιν.

Τὰ δὲ θηρία, ἅπερ δίδωσιν, ὁ Θεὸς τῷ βασιλεῖ Βαβυλῶνος, εἰσὶν οἱ δαίμονες, ἕκαστος καὶ τὴν διαθέτως ὑποκειμένην ἐπιτηδειότητα, πρὸς τὴν δὲ ἢ τὴν δὲ τῶν πειρασμῶν ἐπαγωγὴν λειτουργῶν. ἄλλης γὰρ ἄλλος ἐστὶ ποιητικὸς κακίας, καὶ ἄλλος ἄλλου σαφῶς ἐστὶ μιαρώτερος, καὶ πρὸς τόδε μᾶλλον τῆς κακίας τὸ εἶδος ἐπιτηδειότερος. οὔτε γὰρ αὐτοὶ οἱ δαίμονες ἀνευθείας συγχωρήσεως κατ' οὐδὲν ὑπουργεῖν δύνανται τῷ ἀρχεκάκῳ διαβόλῳ. ἵνα, καθὼς οἶδεν αὐτὸς ὁ θεὸς μετὰ τῆς διϊούσης φιλανθρώπου καὶ ἀγαθῆς προνοίας συγχωρῇ τῷ διαβόλῳ διὰ τῶν αὐτοῦ ὑπουργῶν τὰς ἐφ' οἷς ἡμάρτομεν διαφόρους ποιεῖσθαι τιμωρίας. καὶ δηλοῖ τοῦτο σαφῶς ἡ περὶ τοῦ Ἰὼβ συγγραφή, μὴ δυνάμενον τῷ Ἰὼβ παντελῶς προσπελάσαι τὸν διάβολον ἀναγραφομένη δίχα τῆς θείας συγχωρήσεως.

Ἀλλὰ καὶ Ναβουχοδονόσορ αὐτὸς ὁ τῆς Βαβυλωνίας βασιλεὺς λαμβάνεται πολλάκις εἰς τὸν φυσικὸν νόμον. καὶ τοῦτο δηλοῦσι γράφοντες τοῖς ἐν Ἱεροσολύμοις οἱ τὸν πνευματικὸν νόμον στέρξαι μὴ δυνηθέντες, καὶ διὰ τοῦτο πρὸς τὴν Βαβυλωνίαν κατασυρέντες γῆν, λέγω δὲ τὴν ἕξιν τῆς κατὰ τὴν ὕλην συγχύσεως, εὔξασθαι ὑπὲρ τῆς ζωῆς Ναβουχοδονόσορ βασιλέως Βαβυλῶνος, καὶ τῆς ζωῆς Βαλτάσαρ, τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, τοῦ φυσικοῦ νόμου δηλαδή, καὶ τῆς αὐτοῦ κατὰ τὴν κίνησιν ἕξεως. ὑφ' οὓς τότε γεγόνασιν. ἵνα ὦσιν αἱ ἡμέραι αὐτῶν ὡς αἱ ἡμέραι τοῦ οὐρανοῦ. διὰ τούτων παρακαλοῦντες εὔξασθαι σὺν ἐν τῇ ἀπαθείᾳ τῆς ἀρετῆς, καὶ τῇ ἀληθείᾳ τῆς γνώσεως μείναντες, ἵνα ὦσι τὰ νοήματα τοῦ κατὰ φύσιν νόμου, καὶ τῆς αὐτοῦ κατὰ τὴν κίνησιν ἕξεως, ἐν ᾧ τὸν πνευματικὸν ἀπολιπόντες νόμον γεγόνασιν, ὡς τὰ θεῖα νοήματα τοῦ νόμου τοῦ πνεύματος ἡμέρας καλέσαντες τὰ νοήματα οὐρανὸν δὲ τῶν πνευματικὸν νόμον.

Ἐζήτουν γὰρ μὴ ἀπᾴδειν τοῦ πνευματικοῦ νόμου τὸν ὑφ' ὃν γεγόνασι φυσικὸν καὶ ἐπίμοχθον νόμον, τούτοις συμφωνεῖ, καὶ τὸ περὶ αὐτὸν κατὰ τὴν θείαν ἀπειλὴν μυστικῶς εἰρημένον ὑπὸ τοῦ μεγάλου Δανιὴλ, τὸ θεαθὲν ὄναρ ἑρμηνεύοντος. καὶ σὲ ἐκδιώξουσιν ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων, καὶ μετὰ θηρίων ἀγρίων ἔσται ἡ κατοικία σου, καὶ χόρτον ὡς βοῦν ψωμιοῦσί σε, καὶ ἀπὸ τῆς δρόσου τοῦ οὐρανοῦ αὐλισθήσῃ, καὶ ἑπτὰ καιροὶ ἀλλαγήσονται ὑπὲρ σέ, ἕως οὗ γνῷς, ὅτι κυριεύει ὁ ὕψιστος τῆς βασιλείας τῶν ἀνθρώπων, καὶ ᾧ ἐὰν θέλῃ, δώσει αὐτήν. καὶ ὅτι εἶπεν ἐάσατε τὴν φυὴν τῶν ῥιζῶν τοῦ δένδρου ἐν τῇ γῇ, ἡ βασιλεία σου σοὶ μενεῖ ἀφ' ἧς ἂν γνῷς τὴν βασιλείαν τὴν ἐπουράνιον. ἐκδίωξιν μὲν τάχα λέγων, τὴν εἰς τὸν κόσμον τοῦτον διὰ τὴν παράβασιν ἐκ τοῦ παραδείσου ἐκβολὴν, καὶ τῆς μετὰ τῶν ἁγίων ἀγγέλων διαίτης ἀλλοτρίωσιν, ἤγουν τὴν ἐκ τῶν νοητῶν θεαμάτων πρὸς τὴν αἴσθησιν τοῦ νόμου τῆς φύσεως σχέσιν.

A *Eadem ratione & Rex Tyri pro Diabolo intelligitur*, [a] *cùm Israeli per Sisaram bellum infert; rursúmque pro lege naturæ*, [b] *dum fœdus cum Dauid percutit*, [c] *& Salomoni templum diuinum ædificanti plurimam nauat operam: & in multa alia significata quisque Regum in Scriptura enumeratorum accipitur, sed ad subiectam prophetiæ materiam.*

Tyri Rex typus Diaboli & legis naturæ.

a Iudic. 4.2.
b 2. Reg. 5. 12.
c 3. Reg. 5. 8.

20

Bestiæ verò, quas dat Deus Regi Babylonis, Dæmones sunt, vnusquisque secundùm sibi innatos B *affectus ad hanc vel illam tentationum illationem ministrans. Alius enim ad aliam instigat malitiam, aliúsque alio sine dubio scelestior est, & ad hoc potiùs nequitiæ genus propensior. Neque enim Dæmones ipsi, ni Deus permittat, Principi malorum omnium Diabolo ministrare omnino possunt; vt, sicut ipse Deus nouit, cùm omnia penetrante piâ bonaque prouidentiâ permittat Diabolo per illius ministros varia supplicia pro nostris peccatis inferre. Et hoc apertè docet Iobi* [d] *historia, scribens non valuisse prorsus Diabo-* C *lum sine Dei permissione prope accedere ad Iob.*

Bestiarũ metaphorâ designati dæmones traditi à Deo vt diuersarum tentationum ministri Diabolo. Dæmonũ alij aliis peiores, eorũdémque varia tentãdi studia. Dæmones non obediũt Diabolo quoad tẽtationes & calamitates immittendas, nisi quãtùm, & quando Deus illis permiserit.

d Iob. 1. 12.

21

Sed & Nabuchodonosor ipse Babylonis Rex pro lege naturali sæpe accipitur, idque significant scribentes ad hierosolymitanos ij qui spiritalem legem seruare non valuerunt; ideóque in Babylonicam terram deuecti sunt, habitum inquam materialis confusionis, vt [e] Rogarent pro vita Nabuchodonosor Regis Babylonis, & vita Baltasar filij eius. *Filij eius scilicet naturalis legis, illiúsque secundùm motum habitus, quo-* D *rum ditioni subditi tunc erant*: vt sint dies eorum, sicut dies cæli: *per hæc rogantes, vt ij qui in virtutis impatibilitate, & veritatis cognitione perseuerarant, orarent: vt sint cogitationes legis naturalis, illiúsque secundùm motum habitus, cui suberant relictâ lege spiritali, sicuti diuinæ cogitationes legi spiritualis dierum nomen vsurpantes loco cogitationum, cæli verò, loco spiritalis legis. Quærebant enim vt à lege spirituali non dissentiret lex naturalis, & laborio-* E *sa cui suberant.*

Lex naturalis designata per Nabuchodonosor, eiusdemque naturalis legis habitus per Baltassar filium illius.

e Baruc. 1. 11.

Optandum, & orandum, vt lex naturalis, eiusque secũdùm motum habitus, concordet in nobis cũ lege spiritali.

22

His concordat & id quod ad ipsum iuxta diuinam comminationem mysticè dictum est à magno Daniele visum somnium interpretante, [f] (& expellent te ex hominibus, & cum bestiis immanibus erit habitatio tua, & herbam quasi bouem pascẽt te, & à rore cæli commoraberis: septem quoque tempora mutabuntur super te, donec scias quòd Do- F minatur altissimus regni hominum, & cuicumque voluerit dabit illud; & quod dixit, Sinite germen radicum arboris in terra regnum tuum tibi manebit postquam cognoueris regnum cæleste. *Expulsionem fortasse dicens eiectionem in mundum hunc propter transgressionem è paradiso, & à Sanctorũ Angelorum consortio abalienationem, hoc est ex intellectualium speculatione ad sensilem legis*

f Dan 4. 22.

Anima expelli dicitur ex hominibus cùm ex intellectualiũ, & cælestiũ speculatione in sensilem, deiicitur legis naturalis affectionem.

τὴν δὲ μετὰ τῶν ἀγρίων θηρίων κατοικίαν, τὴν μετὰ τῶν παθῶν καὶ τῶν ἐνεργούντων αὐτὰ δαιμόνων καταμονὴν, ἤγουν κατοικίαν καὶ συναναστροφὴν σημαίνων. ὁ δὲ χόρτος, ὃν ἐψώμισαν αὐτὸν οἱ ἄγγελοι δῆλον, ἀλλ' οὐχὶ τὰ θηρία, μεθ' ὧν εἶχε τὴν κατοικίαν, ἐκεῖνα γὰρ οὐ ψωμίζουσιν, ἀλλὰ σπαράττουσιν. ἡ κατ' αἴσθησιν ἐπὶ τῶν φαινομένων φυσικὴ κατανόησις, καὶ ἡ κατ' ἀρετὴν ἐπίπονος πρᾶξις, ἅπερ ὡς χόρτον χορηγοῦσιν οἱ ἄγγελοι τοῖς ἀνθρώποις.

Τὸ δὲ ἀπὸ τῆς δρόσου τοῦ οὐρανοῦ αὐλισθῆναι, τὸ διὰ τῆς θείας προνοίας ἐσχηκέναι τὴν ἐκ τούτων δύναμιν. δρόσον γὰρ οὐρανοῦ τὴν πρόνοιαν ὁ λόγος ἐκάλεσε, δι' ἧς ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ μετὰ τῶν ἀπηριθμημένων τὴν συντήρησιν ἔσχεν ὁ ἄνθρωπος, ἤγουν ὁ κατὰ φύσιν νόμος παντελῶς μὴ διαφθειρόμενος. ἢ τυχὸν ἡ διὰ τῶν φαινομένων γινομένη κατὰ χάριν θεοῦ περὶ τῶν νοουμένων σύμμετρος γνῶσις, δι' ἣν ἐστιν ὁ ἄνθρωπος ἐνταῦθα τῇ ἐλπίδι τῶν μελλόντων κρατούμενος.

Τὸ δὲ, ἑπτὰ καιροὶ ἀλλαγήσονται ἐπὶ σὲ, τὴν κατὰ τὸν αἰῶνα τοῦτον ἑβδοματικὴν τοῦ χρόνου παράτασιν δηλοῖ, ὑφ' ἣν γέγονε, τὴν φυλακὴν τῆς οἰκείας ἕξεως καὶ ἐνεργείας ἐάσας ὁ κατὰ φύσιν νόμος. καὶ μεθ' ἣν συντελουμένην κατὰ τὴν προσδοκωμένην ἀνάστασιν, διὰ τῆς ἀποβολῆς τῶν ἀλόγων ἰδιωμάτων, πρὸς ἑαυτὸν ἐπανελεύσεται πάλιν, τὴν ἐξ ἀρχῆς εὐκληρίαν τῆς βασιλείας ἀπολαμβάνων, ἐπιγνοὺς διὰ τῆς κατὰ τὸν αἰῶνα τοῦτον προνοητικῆς οἰκονομίας, τὸ κράτος τῆς ἀληθινῆς βασιλείας. τὸ γὰρ, ἐάσατε τὴν φυὴν τῶν ῥιζῶν τοῦ δένδρου ἐν τῇ γῇ, φάναι. τὸ μὴ τῆς φύσεως ἀναιρεθῆναι τελείως διὰ τὴν παράβασιν, τὸ σπέρμα, καὶ τὰς δυνάμεις τῆς ἀγαθότητος δηλοῖ, καθ' ἃς καὶ πάλιν λαμβάνουσα τὴν αὔξησιν, εἰς τὸ πρῶτον φυσικὸν διὰ τῆς ἀναστάσεως ἐπανάγεται μέγεθός τε καὶ κάλλος. ἀλλ' ἡμῖν γε κρεῖττον, στοιχοῦντας τῷ νόμῳ τῶν ἐντολῶν ἑαυτοὺς πρὸς ἀναίρεσιν τοῦ φρονήματος τῆς σαρκὸς ἑκουσίοις ἐκπαιδεύειν πόνοις. καὶ οὐ μόνον κρεῖττον, ἀλλὰ καὶ πάνυ φιλόσοφον καὶ πρέπον τοῖς τὸν ἔμφυτον λόγον ἡγεμόνα τῶν παθῶν καταστήσασιν. εἰ δὲ μὴ τοῦτο, τό γε τούτου δεύτερον, ἀκουσίως παιδευόμενοι, στέρξωμεν τοῦ παιδεύοντος ἡμᾶς τὴν βουλὴν μετὰ τῆς πρεπούσης ἀχαριστίας, καθάπερ ζυγὸν βασιλέως Βαβυλῶνος καταδεχόμενοι τὴν ἐφ' οἷς ἡμάρτομεν κόλασιν. καὶ τῆς ἡμετέρας γῆς, τουτέστι τῆς πίστεως, καὶ τῆς ἐλπίδος, καὶ τῆς κατ' ἀρετὴν ἕξεως, οὐ μεταφέρει τὸν ἡμέτερον νοῦν ὁ νοητὸς βασιλεὺς Βαβυλῶνος. κατὰ τοῦτον οὖν τὸν προαποδοθέντα τρόπον, καὶ θεοῦ δοῦλος ὁ διάβολος λέγεται, καὶ παραδίδονται αὐτῷ οἱ βασιλεῖς τῶν ἐθνῶν, καὶ ὁ βασιλεὺς Ἰούδα, καὶ τὰ θηρία τοῦ ἀγροῦ.

A *naturalis affectionem: habitationem verò cum bestiis, cum passionibus, easque operantibus Dæmonibus: permansionem, id est habitationem & cõsuetudinem significans. Herba porrò quam illi pro cibo dederunt Angeli profectò non bestiæ, quibuscum illi habitatio erat: nam illæ non cibos dant, sed lacerant, perceptio est naturalis quæ per sensum acquiritur rerum visui subiectarum, & laboriosa virtutis exercitatio, quæ vt herbam Angeli porrigunt hominibus.*

Humanis in passionibus persistẽs anima habitare dicitur cum bestiis.

Angeli pascunt velut herbâ animã imperfectam naturali perceptione rerũ sensibiliũ, laboriosaque virtutis exercitatione.

Illud porrò, è rore cæli recipi *significat à* B *diuina prouidentia manare horum virtutem, rorem quippe cæli prouidentiam Propheta appellauit, per quam in hoc sæculo cum annumeratis sui conseruationem homo habuit; hoc est lex naturalis non penitus corrupta. Vel fortasse etiam ros erit, quæ per ea quæ videntur fit secundùm gratiam Dei rerum spiritualium moderata cognitio, Per quam homo hîc spe futurorum tenetur.*

23 *Prouidentia Dei designata per Ros cæli.*

Rore cæli designata cognitio cælestium, & spiritalium per ea quæ videntur.

Illud autem (septem tempora mutabuntur super te,) *septenariam in hoc sæculo temporis durationem notat, sub qua facta est naturalis* C *lex, relictâ obseruatione proprij habitus, actusque, & post cuius consummationem adueniente expectatâ resurrectione abiectis irrationabilibus proprietatibus ad semetipsum iterum regredietur, antiquam regni fælicitatem recipiens, agnitâ per exercitam in hoc sæculo prouidentiæ dispensationem veri regni potentiâ. Nam quod subiicitur;* Relinquire germen radicum arboris in terra, *significat naturæ semen, & bonas facultates propter transgressionem non omnino abolita esse; per quæ rursus incrementa capiens in naturalem* D *pristinam per resurrectionem reducitur magnitudinem, & pulchritudinem. Sed præstat nos legem præceptorum sequentes in interitum sensus carnis laboribus erudire spontaneis: nec solùm præstat, sed & apprimè est philosophicum, & conueniens illis qui innatam rationem passionum ducem constituerunt. Et si non hoc, quod secundo loco est, cùm inuiti punimur, contenti simus punientis nos consilio cum ea quâ decet gratiarum actione, veluti iugum Regis Babylonis, pœnas ob delicta suscipientes; &* E *à terra nostra, hoc est à fide, & spe, & virtutis habitu non transferet mentem nostram spiritalis Rex Babylonis. Ad hunc itaque quem tradidimus modum, & Dei seruus Diabolus dicitur; illique traduntur Reges Gentium, & Rex Iuda, & bestiæ Campi.*

24 *Lex naturalis quomodo facta dicatur anima in præsentis sæculi tempore.*

Naturæ bonũ semen, bonæque facultates non sunt penitus abolita per peccatum.

Mortificatio voluntaria, libensque ærumnarũ tolerantia maximè conueniens animæ benè facere volenti.

Tribulationes, & ærumnas ex Dei permissione illatas patienter, & cum gratiarum actione tolerantes in cõfusionem captiuitatẽ non transferũtur.

Capitis 27. à vers. 12. vsque ad finem Capitis.

TEXTVS VVLGATÆ.

12 ET ad Sedeciam Regem Iuda locutus sum secundùm omnia verba hæc, dicens: Subiicite

TEXTVS SEPTVAGINTA.

12 ET *ad Sedeciam Regem Iuda loquutus sum iuxta omnia verba hæc, dicens: Inicite col*

iicite colla veſtra ſub iugo Regis Babylonis, & ſeruite ei, & populo eius, & viuetis.

13 Quare moriemini tu & populus tuus gladio, & fame, & peſte, ſicut loquutus eſt Dominus ad gentem, quæ ſeruire noluerit Regi Babylonis?

14 Nolite audire verba Prophetarum dicentium vobis: Non ſeruietis Regi Babylonis: quia mendacium ipſi loquuntur vobis.

15 Quia non miſi eos, ait Dominus: & ipſi prophetant in nomine meo mendaciter: vt eiiciant vos, & pereatis tam vos, quàm Prophetæ, qui vaticinantur vobis.

16 Et ad Sacerdotes, & ad populum iſtum locutus ſum, dicens: Hæc dicit Dominus: Nolite audire verba Prophetarum veſtrorum, qui prophetant vobis, dicentes: Ecce vaſa Domini reuertentur de Babylone nunc citò, mendacium enim prophetant vobis.

17 Nolite ergo audire eos, ſed ſeruite Regi Babylonis, vt viuatis: quare datur hæc ciuitas in ſolitudinem?

18 Et ſi Prophetæ ſunt, & eſt verbum Domini in eis: occurrant Domino exercituum, vt non veniant vaſa, quæ derelicta fuerant in domo Domini, & in domo Regis Iuda, & in Ieruſalem, in Babylonem.

19 Quia hæc dicit Dominus exercituum ad columnas, & ad mare, & ad baſes, & ad reliqua vaſorum, quæ remanſerunt in ciuitate hac.

20 Quæ non tulit Nabuchodonoſor Rex Babylonis, cùm transferret Iechoniam filium Ioakim Regem Iuda de Ieruſalem in Babylonem, & omnes optimates Iuda & Ieruſalem.

21 Quia hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael ad vaſa, quæ derelicta ſunt in domo Domini, & in domo Regis Iuda & Ieruſalem.

22 In Babylonem transferentur, & ibi erunt vſque ad diem viſitationis ſuæ, dicit Dominus, & afferri faciam ea, & reſtitui in loco iſto.

A *te collum veſtrum, & operamini Regi Babylonis.*

14 Quia iniqua ipſi prophetant vobis.

15 Quia non miſi eos, ait Dominus: & prophetant in nomine meo ſuper iniquo, ad perdendos vos. Et peribitis vos, & Prophetæ veſtri, qui prophetant vobis ſuper iniquo mendacia. Vobis, & omni populo huic.

16 Et Sacerdotibus loquutus ſum, dicens: Sic ait Dominus.

17 Nolite audire verba Prophetarum, qui prophetant vobis, dicentes: Ecce vaſa domus Domini B *reuertentur de Babylone: quia iniqua ipſi prophetant vobis: non miſi eos.*

18 Si Prophetæ ſunt, & ſi eſt verbum Domini in eis; occurrant mihi.

19 Quia ſic dixit Dominus.

20 Et reliqua vaſa, quæ non tulit Rex Babylonis, quando transtulit Iechoniam de Ieruſalem.

22 In Babylonem intrabunt, dicit Dominus.

PARAPHRASIS CHALDAICA.

12 *ET cum Sedechia Rege tribus domus Iuda loquêris iuxta omnia verba hæc, dicens: Inducite colla veſtra in iugum Regis Babylonis, & ſeruite ei, & populo eius; & viuetis.*

13 Quare occidemini tu & populus tuus gladio, & fame, & peſte? ſicut locutus eſt Dominus ad populum qui non ſeruierit Regi Babylonis.

14 Et non obediatis verbis Pſeudoprophetarum, qui dicunt vobis, dicendo: Ne ſeruiatis Regi Babylonis; quia mendacium ipſi prophetant vobis.

15 Quia non miſi eos, dicit Dominus, & ipſi prophetant in nomine meo mendacium, vt transmigrare faciam vos, & pereatis, vos & Pſeudoprophetæ qui prophetant vobis.

16 Sacerdotibus autem & omni populo huic locutus ſum dicens: Hæc dicit Dominus; Ne obediatis verbis Pſeudoprophetarum veſtrorum prophetantium vobis, dicendo: Ecce vaſa domus ſanctuarij Domini reuertentur de Babylonia nunc citò; quia mendacium ipſi prophetant vobis.

17 Ne obediatis eis: ſed ſeruite Regi Babylonis, & viuite. Quare erit ciuitas hæc deſolata?

18 Et ſi Prophetæ ſunt, & eſt verbum Domini cum eis, deprecentur nunc in verba Domini exercituum, vt non efferantur vaſa quæ remanſerunt in domo ſanctuarij Domini, & in domo Regis tribus domus Iuda, & in Ieruſalem, in Babylonem.

19 Quia hæc dicit Dominus exercituum de columnis, & de mari, de baſibus, & reliquis vaſis quæ remanſerunt in ciuitate hac.

20 Quæ non capit Nabuchodonoſor Rex Babylonis cùm transmigrare faceret Iechoniam filium Ioachim, Regem tribus domus Iuda, de Ieruſalem in Babylonem, & omnes principes Iuda, & Ieru- C *ſalem.*

21 Quia hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael de vaſis quæ remanſerunt in domo ſanctuarij Domini, & in domo Regis tribus domus Iuda & in Ieruſalem.

22 In Babylonem transferentur, & ibi erunt vſque in diem quo ſubibit memoria eorum in conſpectu meo, dicit Dominus; & aſcendere faciam, & reducam ea in locum iſtum.

Catena ex Veterum Patrum operibus impreſſis.

D

25 Hieron.

HIeronymus. (*Et ad Sedechiam*, &c.) Poſt vniuerſas gentes tranſit ad Sedechiam Regem Iuda, & iiſdem, quibus gentibus comminatus eſt, ſermonibus loquitur: Neque enim meretur priuilegium gentis Iſraeliticæ, qui cæteris gentibus aut ſimilia, aut maiora peccauit. Denique quia audire contempſit populus perduellis, gladio, fame, & peſte conſumptus eſt. Obſeruandum autem in Scriptura Sancta, quòd pro Pſeudoprophetis appellet Prophetas, qui vaticinen- E tur in nomine Domini mendaciter. *Hoc autem*, inquit, *faciunt, vt eiiciant vos, & pereatis tam vos quàm Prophetæ, qui vaticinantur vobis.* Et eorum igitur qui decipiuntur, & eorum qui decipiunt, ſimilis interitus eſt. Hoc quod de Hebraico poſuimus: *Sub iugo Regis Babylonis, & ſeruite ei, & populo eius, & viuetis. Quare moriemini tu & populus tuus gladio, & fame, & peſte? Sicut loquutus eſt Dominus ad gentem, quæ ſeruire noluerit Regi Babylonis: nolite audire verba Prophetarum dicentium vobis:* in Sept. non habetur. Et idcirco admoneo, vt prudens lector intel

Prophetarum nomine ſæpe ſignificati Pſeudoprophetæ.

intelligat quantum desit per singula Græcis Codicibus, & Latinis.

26 (*Et ad Sacerdotes*, &c.) Post gentes autem & Regem, Sacerdotibus loquitur & populo: qui iam Prophetis supra interitum nunciauerat, dicens: *vt eiiciam vos, & pereatis, tam vos, quàm Prophetæ, qui vaticinantur vobis.* Loquitur autem eadem quæ loquutus fuerat Regi & gentibus: ne audiant verba Prophetarum suorum, & dicant vasa templi Domini reportanda iam nunc,[a] quæ cum Iechonia principibusque & matre eius fuerant asportata: monetque vt deseruiant Regi Babylonis & viuant, & ciuitas sponte subiecta, nequaquam tradatur incendio. Et in hoc clementia Domini, leuiori pœnæ tradere, ne sustineant grauiorem.

a 4. Reg. 24. 13.

Clemētia Dei est leuiori pœnæ aliquos tradere, ne sustineant grauiorem.

(*Et si Prophetæ sunt*, &c.) Quodque sequitur, & subdituri sumus vsque ad finem huius capituli, in Sept. non habetur.

27 (*Domino exercituum*, &c.) Hæc, vt diximus, in Sept. non habentur, sed de Hebraica veritate translata sunt: pro quo aliud quod scriptum non erat, posuêre dicentes: *Mihi quia sic dixit Dominus: Et reliqua vasa quæ non tulit Rex Babylonis, quando transtulit Iechoniam de Ierusalem, in Babylonem intrabunt, dicit Dominus*: sensum magis quàm verba ponentes, forsitan irrationale arbitrati vt Deus loqueretur ad columnas, & ad mare, & ad bases, & ad reliqua vasa, quæ remanserant in Ierusalem: quasi non legamus:[b] Et vermi matutino increpuisse Dominum, & mari loquutum: [c] *Tace & obmutesce.* Quodque ait: *Occurrant mihi*, siue *Domino exercituum*: illud ostendit, verum Prophetam posse Domino precibus resistere: secundùm quod & *Moyses stetit in percussione contra Dominum, vt auerteret iram furoris eius.*[d] Samuel quoque idem fecit, Et Dominus ad Moysen:[e] *Dimitte me*, ait, *vt percutiam populum istum.* Quando autem dicit: Dimitte me, ostendit se precibus Sanctorum posse retineri. Occurrant, inquit, Prophetæ, & quæcumque prædicunt, opere completa demonstrent, & tunc veritate vaticinium comprobabitur. Columnas autem & mare, & bases, & reliqua vasorum, in Malachim,[f] & in extremo huius Prophetæ volumine [g] legimus. Et enumerantur vasa quæ translata sint in Babylonem, quando captus est Sedechias, & incensa ciuitas, templumque subuersum.

b Ionæ. 4. 7.
Sancti viri resistere Deo possunt.
c Mar. 4. 39.
d Ps. 105. 23.
Exod. 32. 10.
e 1. Reg. 7. 8.
f 4. Reg. vlt. 13.
g Infra 52. 17.

28 In Theodotito. Nota quod dicitur in vers. 18. legi ab ipso sicut habetur in nostra Vulgata. Et istud ait, *occurrant Domino*, pro impediant, & vincant prædictiones diuinas: & ostendant Prophetias diuinas esse otiosas, & vanas.

Theodorit. *Occurrere Domino is dicitur, qui illum impediat irritumque reddat quòd ab illo prædictum sit.*

29 D. Thomas. Quia illi nuntij possent dicere, quare talia. (*Et ad Sacerdotes*, &c.) Hîc ponitur admonitio ad Sacerdotes & ad plebem. Et primò excludit falsum consilium. (*Nolite audire: Ecce vasa*,) quæ asportata fuerunt in Babylonem cum Iechonia.[h] 4. Reg. 24. Et assignat causam, propositiones Prophetarum mendacium (*mendacium*) seruitutis fructum, (*vt viuatis*) rebellionis periculum, (*quare datur*) supra 21.[i] *Qui egressus fuerit: & transfugerit ad Chaldæos: qui obsident vos: viuet*, &c. Secundò petit veritatis indicium. (*Et si prophetæ*,) quasi dicat, faciant quod minus est, scil. quæ remanserunt non asportari: occurrendo Deo orationibus: vt credatur eis quod maius est, scil. asportata reportari. Ezech. 13.[k] *Non ascendistis ex aduerso neque opposuistis murum pro domo Israel, vt staretis in prælio in die Domini.* Tertiò proponit manifestum falsitatis argumentum per locum à maiori: quia quod magis videtur non fiet: vt scil. relicta vasa remaneant: nec ergo quod minus: vt scilicet asportata referantur. (*Quia hæc dicit Dominus ad columnas*:) duas, quas fecit Salomon in porticu (*& ad bases*) earum, (*& ad mare*) vas in quo seruabatur aqua ad ablutionem Sacerdotum, quod erat positum supra 12. bases: de quibus omnibus habetur 3. Reg. 7.[l] Et resumit. (*Quia hæc dicit Dominus*,) propter vasa templi: quia non mouerat nisi vasa quæ erant in porticu. 1. Mach. 2.[m] *Vasa gloriæ eius captiua adducta sunt.* Et promittit in longum tempus futurum eorum reportationem. (*Et afferri*) temporibus Cyri secundi Esdræ 2.[n] *Cyrus Rex protulit vasa sacra Domini quæ transtulit Nabuchodonosor de Ierusalem: & consecrauit ea idolo suo. Et proferens ea Cyrus Rex Persarum tradidit Mithridato qui erat super thesauros ipsius: per hunc autem tradita sunt Salamanasaro præsidi Iudææ.*

D. Thom. *Doctorum prauorum doctrinæ nō attendendū tres ob causas.*
h 4. Reg. 24. 15.
i Iere. 21. 9.
k Ezec. 13. 5.
l 3. Reg. 7. 15.
m 1. Macha. 2. 9.
n 3. Esdr. 2. 10.

CATENA GRÆCA VETERVM
PATRVM GRÆCORVM.

ΠΡΟ'Σ Σεδεκίαν.]

Τȣ̃ Χρυσοςόμȣ.] μὴ νομίσητε, ὅτι ὡς ἐχθρὸς λέγω ϗ πολέμιος. ϗ τοῖς παρ᾽ ἡμῖν ταῦτα προφητεύω. εἶτα ὅρα, τί γίνεται. ἀντιλέγει ὁ ψευδοπροφήτης. τοῦτο δ᾽ ἐποίησεν ὁ διάβολος, ὥστε ἐμποδίσαι τῇ προῤῥήσει.

[Εἶτα προφῆτ.]

Τȣ̃ Χρυσοςόμȣ.] τί ἐστιν ἀπαντησάτωσάν μοι τῷ θεῷ, ὥστε μὴ ἀπαχθῆναι τὰ σκεύη; τουτέστι κωλῦσαι τὸν θεὸν, πεῖσαι αὐτόν. δεικνὺς ϗ ἐκεῖ τὸ τῶν || εὐχομθύων εἰς ἀπαντησιν, || μήποτε εἰς πόλεμον, ἢ εἰς τὸ κωλῦσαι τοὺς ἰουδαίους ἐπελθεῖν αὐτοῖς. οὐ λέγω φησὶν, ὅτι πεισάτωσαν ἀναγαγεῖν τὰ σκεύη, τὰ ληφθέντα. δυνηθήτωσαν τὰ σκεύη τὰ ὑπόλοιπα κωλῦσαι.

|| Fort. ἐρχομένων.
|| ἴσ. μήτι ἐς εἰς τὰ.

30 Vers. 12. ET ad Sedeciam Regem Iuda loquutus sum.)

Chrysostomi.] *Ne putetis me vt inimicum & hostem hæc effari; & nostris etiam hæc eadem vaticinor. Deinde vide quid fit: contradicit Pseudopropheta. Hoc autem suggessit Diabolus, vt prædictionem impediret.*

Chrysost. *Deceptorum opera impedire satagit Diabolus fructum verborum Dei.*

Vers. 18. (*Si Prophetæ sunt, vt non veniant vasa, &c.*)

Chrys.] *Quid sibi vult illud*, Occurrant mihi Deo, vt non veniant vasa? *hoc est impedire Deum, persuadere illi ostendens etiam aduenientes in occursum nequaquam scire an ad bellum, an ad impediendum Iudæos. Non dico ait vt persuadeant reduci vasa quæ capta sunt, sed vt valeant reliqua vasa impedire.*

Chrysost. *Occurrere Deo est illum impedire persuadendo ei. Pseudoprophetarū ignorantia, & impotentia.*

|| Ὀλυμπιοδώρου.] εἰ μὲν ἐκ τοῦ θεοῦ ὁ λόγος, οὕτω νόησον. εἰ ἐγὼ αὐτοὺς ἐπέστειλα, δυνηθῶσι διαφυγεῖν με. φύγωσι τὴν ὀργήν. εἰ δὲ ἐκ τοῦ προφήτου ὁ λόγος, ἐλθῶσι φησὶ καὶ διακριθῶσι μετ' ἐμοῦ. ||

|| Olympiodori.] *Si ex perſona Dei ſermo eſt, ſic intellige: Si ego eos miſi, poßint effugere me, fugiant iram. Si verò ex perſona Prophetæ, Veniant ait, & mecum diſceptent.* ||

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ. 27.

* Οὕτως εἶπε κύριος πρός με. ποίησον σεαυτῷ δεσμοὺς, καὶ κλοιοὺς, καὶ περίθου περὶ τὸν τράχηλόν σου, καὶ ἀποστελεῖς αὐτοὺς πρὸς τὸν βασιλέα ἰδουμαίας, καὶ πρὸς τὸν βασιλέα Μωάβ, καὶ πρὸς βασιλέα υἱὸν ἀμμὼν, καὶ πρὸς βασιλέα τύρου, καὶ πρὸς βασιλέα Σιδῶνος, ἐν χερσὶν ἀγγέλων αὐτῶν τῶν ἐρχομένων εἰς ἀπάντησιν αὐτῶν Ἱερουσαλὴμ πρὸς Σεδεκίαν βασιλέα ἰούδα, καὶ τὰ ἑξῆς.

Ζητήσειεν ἄν τις, ὅπως ἐν τοσαύτῃ ταλαιπωρίᾳ ἰουδαίοις ἐξεταζομένοις, οἱ τῶν ὁμόρων ἀγγέλους ἀπέστελον πρὸς Σεδεκίαν. ἔστιν οὖν ἡ αἰτία αὕτη. ἀπὸ τῶν χρόνων ἐζεκίου, ἐπειδὴ εὐσεβὴς ἦν ἐκεῖνος, καὶ ἐπίδοξος ἀνὴρ, ὑπόσπονδοι γεγόνασιν || οὐ περίοικοι μεγίστην τὴν περὶ αὐτοῦ ἐσχηκότες δόξαν, καὶ πάντων τῶν ἰσραηλιτῶν, διὰ τὸ γεγενημένον, σημεῖον. βουλόμενος τοίνυν παιδεῦσαι πάντας, ὡς δεσπότης ἐστὶν τῶν ἁπάντων θεὸς ὅπως αὐ μὴ νομίζοιεν ἀσθένεια τοῦ προνοοῦντος αἰχμάλωτον γενέσθαι τὸν λαὸν, καὶ τὸν || ναὸν καταστραφῆναι. κελεύει τῷ προφήτῃ εἰς ἀπάντησιν αὐτῶν ἐλθεῖν, καὶ μηνύσαι τὴν ἰσχὺν τοῦ Ναβουχοδονόσορ, παραινῶν αὐτοῖς, μὴ πείθεσθαι τοῖς ματαίοις, καὶ τοῖς ψευδοπροφήταις. ὡς ἂν ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμάτων γνοῖεν τοῦ θεοῦ τὴν ἰσχύν, καὶ ὡς δι' ἁμαρτίας ὁ λαὸς, οὐχ ὑπὸ τῆς ἀσθενείας τοῦ προνοοῦντος αἰχμάλωτος γέγονε, δεσμὸν δὲ τὸ ζυγόν. κλοιὸν δὲ λέγει τὰ περισφιγγόμενα περὶ τὸν ζυγὸν ξύλα, ἃ συνέχει τῶν βοῶν τὸν αὐχένα.

* Εἰ προφῆταί εἰσι, καὶ ἔστι λόγος κυρίου ἐν αὐτοῖς, ἀπαντησάτωσαν δὴ τῷ κυρίῳ τῶν δυνάμεων πρὸς τὸ μὴ πορευθῆναι τὰ σκεύη τὰ ὑπολελειμμένα ἐν οἴκῳ κυρίου, καὶ ἐν οἰκίᾳ βασιλέως ἰούδα, καὶ ἐν Ἱερουσαλὴμ εἰς Βαβυλῶνα.] ἐπειδὴ οἱ ψευδοπροφῆται ἔφασκον μηδὲν μὲν πάσχειν τοὺς παρόντας, τὸ δὲ ἐναντίον, καὶ τοὺς ἀποικισθέντας ἐπανιέναι, λέγει ὁ προφήτης εἰ ἀληθῶς εἰσιν οὗτοι προφῆται, καὶ ἀπέστειλεν αὐτοὺς ὁ θεὸς, ἀπαντησάτωσαν δὴ τῷ κυρίῳ. τουτέστιν, ἐξιλασάτωσαν πρὸς τὸν θεὸν, ὥστε τὰ ὄντα μὴ ἀπαχθῆναι τοῦτο εὔκολον μᾶλλον ἐστιν, ἢ τοὺς ἀποικισθέντας ἐπανελθεῖν, ἵνα ἀπὸ τούτου γνῶμεν, ὡς κἀκεῖνο ἔσται.

CAPVT XXVII.

* Verſ. 2. SIc dixit Dominus ad me: Fac tibi vincula, & vectes, & circumpone circa collum tuum. *(Cap. 27. Chryſoſt.)*

Verſ. 3. *Et mittes eos ad Regem Idumeæ, & ad Regem Moab, & ad Regem Moab, & ad Regem filium Ammon, & ad Regem Sidonis in manibus nunciorum eorum venientium in occurſu ſuo in Ieruſalem ad Seciam Regem Iuda, & quæ ſequuntur.*

Quæret quiſpiam, quomodo Iudæis tam immanibus calamitatibus oppreſſis, finitimi nuncios mitterent ad Sedeciam. Cuius rei ratio eſt. Ab Ezechiæ temporibus cùm vir ille, & pius eſſet, & famâ, opinionéque celebris, omnes vicini ob id quod præſtitum ei fuerat ſignum, illius omniumque Iſraelitarum gloriâ maximè moti confœderati facti ſunt. Cùm igitur omnes vellet inſtruere, Dominum eſſe omnium Deum, ne opinarentur ex imbecillitate ipſius, qui omnium habet prouidentiam, fieri, vt & populus abduceretur in captiuitatem, & templum deſtrueretur; Prophetæ præcipit, vt in eorum occurſum progrediatur, roburque Nabuchodonoſoris manifeſtet, adhortans eos, ne variis, ac falſis Prophetis credant; ſed vt rebus ipſis virtutem Dei cognoſcant, & populum peccatorum causâ, non prouidentis infirmitate factum fuiſſe captiuum. Porrò vinculum, vocat iugum, vectem verò ligna, quæ circa iugum conſtringuntur, quibus boum comprimitur ceruix. *(Ezechiæ Regis tempore quanto in honore habiti ſint Iudæi apud Gentes.)*

* Verſ. 18. *Si Propheta ſunt, & eſt verbum Domini in illis, occurrant iam Domino exercituum, vt non ſint vaſa quæ derelicta fuerant in domo Domini, & in domo Regis Iuda, & in Ieruſalem, in Babylonem.* Cùm falſi Prophetæ aſſeuerarent, eos qui tunc aderant, nil paſſuros, quinimò in contrarium fore, vt & ij qui tranſlati fuerant, redirent, ait Propheta, ſi veri Prophetæ ſunt hi, & Deus miſit illos, occurrant iam Domino: quaſi diceret, precentur Deum, ne ea quæ poſſidemus abducantur, quod ſanè facilius eſt, quàm quòd ij qui tranſlati fuerant redeant; vt ex his cognoſcamus, futurum pariter & illud. *(Chryſoſt. Verſ. 18.)*

Caput Vigeſimum octauum à verſ. 1. vſque ad 10. Sectio Prima.

TEXTVS VVLGATÆ.

1 ET factum eſt in anno illo, in principio regni Sedeciæ Regis Iuda, in anno quarto,

TEXTVS SEPTVAGINTA.

1 ET *factum eſt in quarto anno Sedeciæ Regis Iuda in menſe quinto, dixit mihi Ananias*

to, in mense quinto, dixit ad me Hananias filius Azur Propheta de Gabaon, in domo Domini coram Sacerdotibus & omni populo, dicens.

2 Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel; Contriui iugum Regis Babylonis.

3 Adhuc duo anni dierum, & ego referri faciam ad locum istum omnia vasa domus Domini, quæ tulit Nabuchodonosor Rex Babylonis de loco isto, & transtulit eà in Babylonem.

4 Et Iechoniam filium Ioakim Regem Iuda, & omnem transmigrationem Iuda, qui ingressi sunt in Babylonem, ego conuertam ad locum istum, ait Dominus: conteram enim iugum Regis Babylonis.

5 Et dixit Ieremias Propheta ad Hananiam Prophetam in oculis Sacerdotum, & in oculis omnis populi, qui stabat in domo Domini.

6 Et ait Ieremias Propheta: Amen: sic faciat Dominus, suscitet Dominus verba tua, quæ prophetasti: vt referantur vasa in domum Domini, & omnis transmigratio de Babylone ad locum istum.

7 Verumtamen audi verbum hoc, quod ego loquor in auribus tuis, & in auribus vniuersi populi.

8 Prophetæ, qui fuerunt ante me & ante te ab initio, & prophetauerunt super terras multas, & super regna magna de prælio, & de afflictione, & de fame.

A *nias filius Azor Pseudopropheta de Gabaon in domo Domini ante oculos Sacerdotum, & omnis populi, dicens.*

2 Sic dixit Dominus: Contriui iugum Regis Babylonis.

3 Adhuc duo anni dierum: & ego redire faciam ad locum istum vasa domus Domini.

4 Et Iechoniam, & transmigrationem Iuda: quia conteram iugum Regis Babylonis.

5 Et dixit Ieremias ad Ananiam ante oculos omnis populi, & ante oculos Sacerdotum stantium in domo Domini.

B *6 Et dixit Ieremias: verè sic faciat Dominus: statuat verbum tuum, quod tu Prophetas, vt reuertantur vasa domus Domini, & omnis transmigratio de Babylone ad locum istum.*

7 Verumtamen audite verbum Domini, quod ego dico in auribus vestris, & in auribus vniuersi populi.

8 Prophetæ qui fuerunt priores me, & priores vobis à sæculo; prophetauerunt super terram multam, & super regna magna in bellum.

9 Propheta, qui prophetauit in pacem, veniente C *verbo, cognoscent Prophetam, quem misit eis Dominus in fide. Et tulit Ananias ante oculos omnis populi, dicens: Sic dixit Dominus: Sic conteram iugum Regis Babylonis, de collis omnium gentium.*

9 Propheta qui vaticinatus est pacem: cùm venerit verbum eius, scietur Propheta, quem misit Dominus in veritate. Et tulit Hananias Propheta catenam de collo Ieremiæ Prophetæ, & confregit eam.

PARAPHRASIS CHALDAICA.

1 ET *factum est anno illo in Principio regni Sedechiæ Regis tribus Iuda, anno quarto, mense quinto, dixit ad me Ananias filius Azor Pseudopropheta de Gabaon, in domo Sanctuarij Domini, in oculis Sacerdotum, & omnis populi, dicens.*

2 Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel, dicendo: Confregi iugum Regis Babylonis.

3 In fine duorum annorum ego reducam in locum istum omnia vasa domus Sanctuarij Domini, quæ cepit Nabuchodonosor Rex Babylonis de loco isto, & transtulit ea in Babylonem.

4 Et Iechoniam filium Ioachim Regem tribus domus Iuda, & omnem transmigrationem Iuda, quæ transmigrauit in Babylonem, ego reducam in locum istum, dicit Dominus: quia confringam iugum Regis Babylonis.

5 Et dixit Ieremias Propheta ad Ananiam Prophetam, in oculis Sacerdotum, & in oculis omnis populi qui stabat in domo Sanctuarij Domini.

6 Et ait Ieremias Propheta: Amen, sic faciat Dominus, & placeat coram Domino: confirmet Dominus verba tua quæ prophetasti, vt reducantur vasa domus Sanctuarij Domini, & omnis transmigratio te Babylonia in locum istum.

7 Veruntamen audi nunc verbum istud quod ego loquor coram te, & coram omni populo.

8 Prophetæ qui fuerunt ante me, & ante te à sæculo, & prophetauerunt super prouincias multas, & super regna magna, de prælio, & de malo, & de peste.

9 Propheta qui prophetauerit de pace, cùm venerit verbum Prophetæ, tunc cognoscetur Propheta quem miserit Dominus in veritate.

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

1 Hieronym. HIeronymus. (*Et factum est*, &c.) Quos Hebraicum Prophetas hoc est, נביאי Sept. Pseudoprophetas interpretati sunt, vt manifestiorem facerent intelligentiam. Denique & in præsenti loco Propheta dicitur, hoc est נביא nabi, & non Pseudopropheta. Fit autem sermo D Domini sub Rege Sedechia, in quarto anno regni eius, & in mense quinto: nec dum Prophetâ Ezechiele vaticinante in Babylone ad eos qui cum Iechonia fuerant transmigrati: habéque fiduciam in templo Domini loqui contra Prophetam: quia prospera populo pollicetur, & libenter audiuntur mendacia, præsertim quæ læta promittunt. Ieremias dixerat, etiam cætera vasa vel templi, vel domus Regiæ, & vniuersi populi, quæ Nabuchodonosor dimiserat, transferenda Babylonem. Hîc autem è contrario, etiam ea quæ translata fuerant, referenda promittit.

Mendacium libenter auditur præsertim quod lætum promittit.

E (*Quæ transtulit*, &c.) Pro quibus Septuaginta transtulerunt: *Iechoniam, & transmigrationem Iudæ, quia conteram iugum Regis Babylonis*: breuiter Hebraicæ veritatis sensum, magis, quàm verba ponentes. Pollicetur autem Ananias, qui propheta tunc populo videbatur: non solùm vasa, sed & Regem Iechoniam reducendum esse Ierusalem, & iugum Regis Babylonis conterendum, hoc est, destruendum eius imperium, & hoc nedum completo futurum biennio: vt gaudij magnitudinem, vicinum tempus repromissionis augeret.

F (*Et dixit Ieremias.*) Optat fieri quod Pseudopropheta mentitur: hoc enim significat, *Amen*: quo verbo sæpe Dominus vtitur in Euangelio:[a] *Amen amen dico vobis*: Et cupit pro rerum prosperitate, magis illum quàm se vera dicere.[b] Vnde & alius Propheta testatur, dicens: *Vtinam non essem vir habens spiritum, & mendacium potiùs loquerer*. E cótrario Ionas [c] contristatur quare mentitus sit & arguitur à Domino, vtilius Prophetæ esse mendacium, quàm tantæ ruinæ multitudinem. Ac ne videre

2 *Sancti malorem rationem habent vtilitatis proximi, quàm honoris proprij.*

a Ioan. 5. 6. 8.
b Michæ. 2. 11.
c Ionæ. 4. 4.

tur Pſeudopropheta comprobare vaticinium, ſub aliorum exemplo, abſque iniuria mentientis aſſerit veritatem.

Ab iniurijs verbis abſtinendum etiā cum impijs.

(*Veruntamen audi verbum*,&c.) Poterat Ieremias Ananiæ dicere: Falſum loqueris, decipis populum, non es Propheta, ſed Pſeudopropheta. Quod ſi dixiſſet, poterat & Pſeudoprophetes in Ieremiam eadem retorquere: Ergo non facit iniuriam. Et quaſi ad Prophetam loquitur. Non ſolùm, inquit, ego ſum Propheta, & tu, ſed fuerunt ante te, & me, multi alij, quorum fuit Iſaias, Oſee, Ioel, & Amos, & cæteri. Prophetauerunt inquit, contra terras multas, & regna non parua, B ſed magna: bellum illis & aduerſa, & rerum omnium penuriam nunciantes. Et è contrario fuerunt alij, qui pacem pollicerentur & proſpera. Vtrorumque ſententia, non adulatione mendacij, ſed rerum exitu comprobata eſt. Sub aliorum ergo exemplo de ſe loquitur & Anania: quod cùm rerum finis aduenerit, tunc Prophetarum veritas oſtendatur. Hoc idem & Dominus loquutus eſt per Moyſen,[a] quod Propheta vaticinij fine monſtretur. Et hoc animaduertendum, quòd non minaciter, non truculenter, ſed fiduciâ veritatis increpet mentientem, & differat in futurum, vt qui audiunt, rerum exitum præſtolentur. C

Propheta verus vaticinij euentu probatur.

a Deut. 13. 1.

Increpatio nō facienda minaciter, aut truculenter.

In Theodorito nil eſt quod notemus, ſimplicem enim ſolummodo proſequitur hiſtoriam.

D. Thomas. Primò ponit falſæ prophetiæ titulum, in quo deſignatur tempus (*In anno quarto*) Propheta (*Ananias Propheta*) opinione: locus, (*in domo Domini*) ſupra 23.[b] *In domo mea inueni malum eorum ait Dominus.* Secundò ponit falſum conſolationis verbum. (*Hæc dicit Dominus.*) Et primò promittit libertatem (*contriui*) deſtruxi: propter certitudinem dicit in præterito (*imperium*) quod D conterendum quidem erat: ſed non tunc, Iſai.[c] *Computreſcet iugum à facie olei.* Secundò prædicit impletionis propinquitatem (*Adhuc duo anni dierum*) ne credantur anni annorū: ſicut illud Ezech. 4.[d] *diem pro anno, diem inquam pro anno dedi tibi.* Et primò quantùm ad reportationem vaſorum (*& ego referri faciam*) de quorum captione, Threnorum 1.[e] *Manum ſuam miſit hoſtis ad omnia deſiderabilia eius*, &c. Secundò quantùm ad liberationem principum ſuorum (*Et Iechonias*) contra id quod ſupra cap. 22.[f] *Terra, terra, terra audi ſermonem Domini.*

3

Ananias falſâ populi opinione Propheta.

b Iere. 23. 11.

c Iſai. 10. 27.

d Ezech. 4. 6.

e Thren. 1. 10.

f Iere. 22. 29.

(*Et dixit Ieremias*, &c.) Hîc ponitur Ieremiæ reſponſio. Et primò demonſtrat ſuum affectum: optans impleri quod ipſe dicebat (*Amen*) id eſt fiat. Micheæ. 2.[g] *Vtinam non eſſem vir humanus ſpiritum: & mendacium potiùs loquerer:* Nec obſtat quod ſciebat Dominum contrarium velle: quia hæc optatio ſub conditione intelligenda eſt ſcil. ſi Deus vellet: & quia in hoc ſuam voluntatem diuinæ conformat vult quod Deus vult. Secundò ne videatur falſitati conſentire proponit veritatis ſignum. (*Veruntamen audi*) Et ſumit hoc ſignum Deut. 18.[h] *Quod in nomine Domini Propheta ille prædixerit & non euenerit: hoc Dominus non eſt locutus.* Sed ipſe videtur à contrario ſenſu arguere. Et videtur quòd non valeat: quia eſt deſtructio antecedentis. Et præterea contrarium habetur Deut. 13.[i] *Si ſurrexerit in medio tui prophetes, aut qui ſomnium vidiſſe ſe dicat, & prædixerit ſignum atque portentum: & euenerit quod locutus eſt: & dixerit tibi: eamus & ſequamur Deos alienos quos ignoras & ſeruiamus eis: non audies verba Prophetæ illius, aut ſomniatoris*, &c. Et dicendum quod argumentum efficax eſt ad oſtendendam eius falſitatem: & hoc ipſe intendit.

g Micheæ. 2. 11.

h Deut. 18. 22.

Propheta bonus non ex euentu ſolo dignoſcendus eius quod prædixit.

i Deut. 13. 1.

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΚΑΙ εἶπεν Ἱερε.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] Ἀνανίου τοῦ ψευδοπροφήτου εἰρηκότος, ὡς μετὰ δύο ἔτη ὑποστρέφουσι τὰ ἅγια σκεύη ἐκ τῆς Βαβυλῶνος, εἶπεν ὁ Ἱερεμίας· ὅτι τὸ πέρας δείξει τῶν λόγων τὴν ἀλήθειαν. E

[Ἀληθῶς.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἵνα μὴ νομίσητε, ὅτι ἐγὼ ὑμῖν πολεμῶ· βούλομαι ἐγὼ, καὶ εὔχομαι τοῦτο εἶναι, καὶ ἐμαυτὸν ψεύδεσθαι.

|| Ἀπολιναρίου.] ἡ γὰρ ἔκβασις ἤλεγχε τὴν ψευδοπροφητείαν. ὁ παρὼν δὲ προφήτης οὐ μαχίμως πρὸς Ἀνανίαν, ἀλλὰ πρᾴως ἀπήντησεν, καὶ ἐχομένου || δῆθεν, ἤδη τὸ μὴ ἐσόμενον δείκνυσιν. προτείνει δὲ τὸ διὰ Μωυσέως· ὅτι πᾶς προφήτης ἐκ τοῦ τέλους γινώσκεται. ὅτι δὲ μὴ πρῶτος χαλεπὰ προφητεύει, δείκνυσι τοὺς πρὸ αὐτοῦ κατὰ πολλῶν ἐθνῶν προφητεύσαντας. οἷος Ἡσαΐας καὶ Ὠσηὲ, καὶ οἱ ἄλλοι. εἰ δὲ ταῦτα λεγόντων, ἕτερός φησιν εἰρήνην κατεπηγγέλλετο, τὸ ἀληθὲς ἐκ τοῦ τέλους ἐδείκνυτο. τὸ γὰρ μὴ πληρούμενόν φησι, Θεὸς ῥῆμα οὐ λελάληκεν. ὅρα δὲ μεθ' ὅσης μεθόδου, καὶ πρᾳότητος ψευδόμενον ἐλέγχει τὸν Ἀνανίαν, παρακεκαλυμμένως τοῦτο ποιῶν. F

|| ἐχομένως.

Ὀλυμ

Verſ. 5. ET *dixit Ieremias, &c.*)

Chryſoſtomi.] *Cùm Ananias Pſeudopropheta dixiſſet, poſt duos annos fore vt vaſa ſacra è Babylone referrentur, dixit Ieremias; euentum probaturum ſermonis veritatem.*

Verſ. 6. (*Verè ſic faciat.*)

Chryſoſtomi.] *Ne putetis me vobis eſſe inimicum, cupio ego, & rogo rem ita eſſe, meque mentiri.*

|| Apolinarij.] *Exitus quippe Pſeudoprophetiam arguebat. Hic verò Propheta non hoſtiliter, ſed placidè Ananiæ reſpondit. Deinde ſtatim, quod non erat futurum oſtendit. Affert illud verò Moyſi. Omnem Prophetam è fine cognoſci. Quòd autem ipſe primus non ſit, qui aduerſa vaticinatur oſtendit. Vates qui fuère ante eum contra plurimas gentes prophetaſſe; vt fecit Iſaias, & Oſee, & alij: ſi verò hæc illis dicentibus, alius quiſpiam pacem nunciaret, effectus verum probat; Quod enim non impletur verbum, Deus, ait, non locutus eſt. Perſpice autem, quàm apto ordine, & lenitate Ananiam coarguit mentientem non apertè id agens.*

4

Chryſoſt. *Euentus probat futurorū prædicationē.*

Chryſoſt. *Proximi vtilitatem Deique honorem iuſti & propria præferūt æſtimationi.*

Apolinarius.

Propheta ex rerum euentu dignoſcitur.

Prophetarunt aduerſa Propheta ferè omnes.

Redargutio placidè, & leniter facienda.

Olym

Ὀλυμπιοδώρου.] αἰτεῖ τοῦ γένοιτο οὗτος, ὡς σὺ φῂς γενέσθω. ||

[Πλὴν ἀκούσατε.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] εἶτα ἵνα μὴ ῥαθυμοτέρους ποιήσῃ, ὅρα πῶς αὐτοὺς φοβεῖ, μονονουχὶ λέγων, ὅτι οὐδὲν ἔσται τοιοῦτον, καὶ δεικνὺς, ὅτι πάντες οἱ προφῆται οἱ τὰ λυπηρὰ λέγοντες, οὗτοι μάλιστα ἦσαν ἀληθεῖς.

[Ἐπιγνώσων.]

Ὀλυμπιοδώρου.] τουτέστι, τὸ πέρας τῶν πραγμάτων δείξει τῶν λόγων τὴν ἀλήθειαν.

[Καὶ ἔλαβεν.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὅρα παρ' ἡμῖν τὰ ἁμαρτήματα, τοὺς ἐλέγχους. τί οὖν ὁ Ἰερεμίας, οὐδὲν πλέον ἐποίησεν, ἀρκοῦντα τὸν ἔλεγχον ἐπιδειξάμενος.

Ἀπολιναρίου.] ὁ Ἀνανίας τὴν ἀπόνοιαν εἰς ἔργον προήγαγεν, οἷόν τι σημεῖον τῶν ἐναντίων λόγων διδοὺς τὴν συντριβὴν τοῦ δοθέντος ὑπὸ θεοῦ ἀλλ' ὁ προφήτης ὑποχωρεῖ, μὴ φέρων αὐτοῦ τὴν θρασύτητα, καὶ καταστέλλων αὐτοῦ τὴν ἐπὶ πλέον ἀσέβειαν, τά τε καθ' ἑαυτὸν διατιθεὶς ἀσφαλῶς, μήπως εἰς μιαιφονίαν αὐξήσῃ τὸ τόλμημα, ὁμοίως τῷ σωτῆρι φονώντων τῶν ἰουδαίων, ἐξιόντι τοῦ ἱεροῦ διὰ μέσου αὐτῶν, ὡς φησιν ὁ ἱερὸς ἰωάννης ἕως καιρὸν ἐλάμβανε τῆς οἰκονομίας ἡ ἔκβασις.

A Olympiodori.] *Hoc est, Fiat; vt tu asseris eueniat.* (Olympiod.)

Verſ.7.(*Veruntamen audite,&c.*)

5 Verſ.8.(*Prophetæ qui fuerunt priores me,&c.*)

Chryſoſtomi.] *Deinde ne eos ſegniores redderet,conſidera quo pacto terreat, tantùm non dicens, Nihil tale futurum; & oſtendens, omnes Prophetas, qui triſtia denunciant, maximè eſſe veraces.* (Chryſoſt. — *Prophetæ triſtia nuncian tes maximè omnium eſſe veraces.*)

Ex Verſ.9.(*Cognoſcent veritatem.*)

B Olympiodori.] *Hoc eſt, rerum exitus oſtendet ſermonum veritatem.* (Olympiod.)

Ex Verſ.9.(*Et tulit Ananias, &c.*)

Chryſoſtomi.] *Conſidera peccata,repræhenſiones in nobis eſſe. Quid igitur Ieremias? Nil planè egit, cùm ſufficientem reprahenſionem expoſuiſſet.* (Chryſoſt. — *Peccans in proximum, peccatum in ſemet habet, & reprehenſionem.*)

Apolinarij.] *Ananias ſtultitiam ad opus produxit, quaſi ſignum quidpiam ſermonum oppoſitum dans confractionem rei datæ à Deo. Sed* C *Propheta illius audaciam ſuſtinere non valens, & progredientem illius impietatem reprimens, ſibi ritè conſulens, ne fortè ad cædem prorumperet audacia, Iudæis ad necem ruentibus,quemadmodum & in Chriſtum exeuntem de templo per medium eorum, vt narrat ſacer Ioannes,[a] donec tempus diſpenſationis implendæ adueniet.* (Apollinar. — *Ira,& audacia improborum, prudenter aliquando cedendum.* — a Ioan.8.59.)

Capitis 28. à verſ.10. vſque ad finem cap. Sectio Secunda.

TEXTVS VVLGATÆ.

10 Et ait Ananias in conſpectu omnis populi, dicens: Hæc dicit Dominus: Sic confringam iugum Nabuchodonoſor Regis Babylonis poſt duos annos dierum de collo omnium gentium.

11 Et abiit Ieremias Prophеta in viam ſuam, & factum eſt verbum Domini ad Ieremiam,poſtquam confregit Ananias Propheta catenam de collo Ieremiæ Prophetæ, dicens.

12 Vnde, & dices Ananiæ: Hæc dicit Dominus: Catenas ligneas contriuiſti: & facies pro eis catenas ferreas.

13 Quia hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael: Iugum ferreum poſui ſuper collum cunctarum Gentium iſtarum, vt ſeruiant Nabuchodonoſor Regi Babylonis, & ſeruient ei;inſuper & beſtias terræ dedi ei.

14 Et dixit Ieremias Propheta ad Ananiam Prophetam:Audi Anania:non miſit te Dominus, & tu confidere feciſti populum iſtum in mendacio.

15 Idcirco hæc dicit Dominus: Ecce ego mittam te à facie terræ: hoc anno morièris: aduersùm enim Dominum locutus es.

16 Et mortuus eſt Ananias Propheta in anno illo.

TEXTVS SEPTVAGINTA.

D 10 *ET dixit Ananias ante oculos omnis populi,dicens: Sic dixit Dominus: Sic conteram iugum Regis Babylonis, de collis omnium gentium.*

11 *Et abiit Ieremias in viam ſuam. Et factum eſt verbum Domini ad Ieremiam, poſtquam contriuit Ananias catenas de collo eius dicens.*

12 *Vade, & dic ad Ananiam dicens: Sic dixit Dominus:Catenas ligneas contriuiſti:& faciam pro eis catenas ferreas.*

13 *Quia ſic ait Dominus: Iugum ferreum poſui ſuper collum cunctarum gentium, ad operandum Regi Babylonis.*

E 14 *Et dixit Ieremias Ananiæ: non miſit te Dominus: & confidere feciſti populum iſtum ſuper iniquo.*

15 *Idcirco ſic dixit Dominus: ecce ego mitto te à facie terræ:hoc anno morièris.*

16 *Et mortuus eſt in menſe ſeptimo.*

PARAPHRASIS CHALDAICA.

10 *ET tulit Ananias Pſeudopropheta iugum de collo Ieremiæ Prophetæ & confregit illud.*

11 *Et ait Ananias in oculis omnis populi,in hunc modum: Hæc dicit Dominus:Sic frangam iugum Nabuchodonoſor Regis Babylonis in fine duorum annorum de collo omnium populorum. Et abiit Ieremias Propheta in viam ſuam.*

F 12 *Et factum eſt verbum prophetiæ à facie Domini cùm Ieremia, poſtquam confregit Ananias Propheta iugum de collo Ieremiæ Prophetæ dicens.*

13 *Vade, & dic Ananiæ dicendo: Hæc dicit Dominus: Iuga lignea confregiſti, & facies pro eis iuga ferrea.*

14 *Quoniam hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael: Iugum ferreum ponam ſuper collum omnium populorum iſtorum,vt ſeruiant Nabuchodonoſor Regi Babylo*

Babylonis, & ſeruient ei: & etiam beſtias agri dedi ei, vt ſeruiant ei.

15 *Et ait Ieremias Propheta ad Ananiam Prophetam: audi nunc Anania; Non miſit te Dominus: Ecce ego transmigrare te faciam à ſuperficie terræ: in anno iſto tu morieris; quia peruerſum locutus es coram Domino.*

16 *Et mortuus eſt Ananias Propheta in anno illo, & ſepultus eſt in menſe ſeptimo.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impreſſis.

6 Hieronym.

Hieronymus. (*Et tulit Ananias, &c.*) Duos annos, non tranſtulerunt Sept. *Prophetam* quoque non dixêre Ananiam: ne ſcilicet Prophetam viderentur dicere, qui Propheta non erat: quaſi non multa in Scripturis Sanctis dicantur iuxta opinionem illius temporis, quo geſta referuntur, & non iuxta quod rei veritas continebat. Denique & Ioſeph in Euangelio, pater Domini vocatur, & ipſa Maria quæ ſciebat ſe de Spiritu ſancto concepiſſe, & reſponderat Angelo:[a] *Quomodo erit iſtud, quoniam virum non cognoſco?* loquitur ad filium:[b] *Fili, quid feciſti nobis ſic? ecce ego & pater tuus dolentes quærebamus te.* Simulque conſideranda prudentia Ieremiæ, & humilitas, atque patientia. Pſeudopropheta rebus facit iniuriam, & arreptam furcam de ceruice eius conterit, quod vtique in ferrea facere non poterat. Iſte tacet, doloremque diſſimulat: nec dum enim ei à Domino quid loqueretur, fuit reuelatum: vt tacitè, Sancta Scriptura demonſtret, nequaquam Prophetas ſuo tantùm arbitrio loqui, ſed ex Domini voluntate, maximè de futuris, quorum ſolius Dei notitia eſt. *Abiit*, inquit, *& receſſit in viam ſuam*, quaſi victus, & illud implens propheticum:[c] *Factus ſum quaſi homo non audiens, & non habens in ore ſuo increpationes.*

In Scriptura multa dicuntur iuxta opinionem temporis, quo geſta referũtur, licet aliter ſe habeat rei veritas.

a Luc. 1.34.

b Ibid. 2.48.

Ieremiæ humilitas, & patientia.

Propheta de futuris præſertim non loquebantur ſuo tantùm arbitrio, ſed cum Deus vellet.

c Pſal. 37.15.

7

(*Et factum eſt verbum Domini, &c.*) Quodque ſequitur: *Et ſeruient ei, inſuper & beſtias terræ dedi illi:* in Sept. non habetur. Et in præſenti loco iuxta Sept. Ananias, Propheta non ſcribitur, & in conſequentibus: ne ſcilicet (vt priùs dixi) Pſeudoprophetam appellare viderentur Prophetam. Sequamur Hebraicam veritatem. Poſtquam abiit Ieremias Propheta in viam, & iniuriam ſilentio deuorauit, factus eſt ſermo Domini ad eum: vt non ſuis verbis Propheta loqueretur ad Pſeudoprophetam mendacio gloriantem, ſed diceret: *hæc dicit Dominus*: quamquam & Ananias confringens furcam ligneam, eadem auctoritate in conſpectu Domini ſit loquutus: hæc dicit Dominus. Imitatur enim ſemper mendacium veritatem. Quodque intulit: *Furcas ligneas contriuiſti, & facies ſiue faciam pro eis catenas ferreas*: hoc oſtendit, quòd minorem tenuens pœnam, maioris ſupplicij cauſa fuerit in populo. Delirat & in hoc loco allegoricus interpres, furcas, & catenas ligneas, æthereæ appellans & aërea corpora, dæmonum videlicet & aduerſariarum poteſtatum. Furcas autem ſiue catenas ferreas, noſtra corpora craſſiora, quæ neruis & oſſibus carnis veniſque contexta ſunt: vt qui noluerint de cæleſti Ieruſalem pro qualitate peccati minores ſubire cruciatus, in catenas noſtrorum corporum condemnentur, & infantiæ vagitus, pannorum vincula, ſordeſque ſuſtineant, & ſeruiant diabolo Regi Babylonis: id eſt, mundi huius: dicente ſcripturâ:[d] *Mundus in maligno poſitus eſt:* cùm beſtiis terræ, quæ in brutorum animantium corporum ſint relegatæ. Compulit me tractator indoctus, & ſectator calumniæ Grunnianæ, aperte ponere aliena vitia, quæ priùs cùm diſſimulatione dicebam, lectoris prudentiæ derelinquens.

Mendacium ſemper imitatur veritatẽ.

Origenis errorum de animabus è cælo in corpora demiſſis arguit Hieronymus.

d 1. Ioan. 5. 19.

8

(*Et dixit Ieremias, &c.*) Quodque ſequitur: (*Quia aduerſum Dominum loquutus es, & mortuus eſt Ananias Propheta in anno illo, in menſe ſeptimo.*) In Sept. non habetur. Pro quo tantùm poſuerunt: *Et mortuus eſt in menſe ſeptimo*. Et hîc in Sept. Ananias, Propheta non dicitur, cùm ſecundùm Hebraicum Scriptura Sancta Prophetam vocet: licet in eo quod arguit eum Ieremias, dicens: *Audi Anania, non miſit te Dominus:* Prophetam tacuerit. Quomodo enim Prophetam poterat appellare, quem miſſum à Domino denegabat? Sed hiſtoriæ veritas & ordo ſeruatur, ſicut prædiximus: non iuxta id quod erat, ſed iuxta id quod illo tempore putabatur. Decepiſti, inquit, populum mendacio, ne Dei ſententiæ acquieſceret. Vnde ſcias te hoc anno eſſe moriturum. Si quando morimur, de carceribus corporum liberamur: ſecundùm illud teſtimonium quod malè interpretantur hæretici:[e] *Educ de carcere animam meam:* quomodo nunc Pſeudoprophetæ pro ſupplicio mors irrogatur? Sed hoc loco notandum, quòd Ieremias à Pſeudopropheta paſſus iniuriam, nec dum ad ſe facto ſermone Domini, ſilet: poſtea verò miſſus à Domino, audacter arguit mentientem, & mortem propinquam nunciat. Quodque in menſe ſeptimo mortuus eſt, qui ſemper interpretari ſolent requiem ſub hoc numero demonſtrari, forſitan eum idcirco menſe ſeptimo mortuum mentientur, vt de malis corporis liberaretur: iuxta illud quod ſcriptum proferunt: Mors viro requies. Nos autem nouimus[f] corpora credentium templa eſſe Dei, ſi tamen Spiritus ſanctus habitat in illis.

Animæ noſtræ non ſunt in corporibus ſicut in carceribus, vt malè cenſuit Origenes, & Philoſophi aliqui.

e Pſal. 141.8.

Septimo numero haud ſemper deſignatur requies.

f 1. Cor. 3. 16.

9 Theodorit.

In Theodorito. Nota primò quod ait: Ferreum appellauit iugum Babyloniorum, tamquam ob incredulitatem, & inobedientiam, grauius futurum ſit ſupplicium. Nota ſecundò, quæ habet circa verſ. 14. & ſequentes, dicens. Prædixitque mortem eius (Ananiæ) intra paucos menſes. *Quia defectionem, inquit, locutus es contra Dominum.* Quaſi dicat, Inſtruxiſti populum, vt deficeret ab eloquiis diuinis, & crederet mendacio tuo. Commemorat inde obitum Pſeudoprophetæ, immenſamque Dei longanimitatem: qui expectans pœnitentiam, non ſtatim priuauit illum vitâ, ſed cùm perduraſſet in nequitia poſt ſeptem menſes, tradidit illum morti.

Supplicia aggrauat Deus ob incredulitatem, & inobedientiam.

Doctor prauus dicitur loqui defectionem contra Deum.

Longanimitas Dei elucet etiã cum caſtigat.

10 D. Thomas.

D. Thomas. Hîc confirmat prophetiam ſuam facto. Et circa hoc tria: primò ponit facti ſimilitudinem (*tulit & fregit*) in ſignum fractionis imperij Babyloniæ. Secundò exponit ſimilitudinem (*Et ait Ananias.*) Hoc longè poſt futurum erat. infrà 30.[g] *Conteram iugum illius de collo tuo: & vincula eius diſrumpam.* Tertiò deſignatur Ieremiæ humilitas, quia patienter & libenter ſuſtinuit & abiit. Pſalm.[h] *Factus ſum ſicut homo non audiens: & non habens in ore ſuo redargutiones.*

g Iere. 30.8.

h Pſal. 37.15.

(*Et Factum eſt verbum Domini, &c.*) Hîc ponitur falſitatis improbatio. Et primò excludit falſam conſolationem facti ſimilitudine (*contriuiſti*) tu Ananias: & tu Ieremias (*facies*) in ſignum augmentationis pœnæ. Iob. 6.[i] *Qui timent pruinam, irruet ſuper eos nix.* Et ſimilitudinis expoſitionem. (*Quia hæc dicit*) ac ſi diceret. Iugum ſeruitutis durius erit quàm præſignificatum ſit Eccl. 28.[k] *Iugum illius iugum ferreum eſt: & vinculum illius vinculum*

i Iob. 6. 16.

k Eccl. 28. 24.

culum æreum est. Secundò ponitur comminatio contra ipsum prophetantem. Et primò ponitur culpæ reprehensio. (*Et dixit Ieremias: Non te misit.*) Isai. 28. [a] *Posuimus mendacium spem nostram: mendacio protecti sumus.* Secundò ponitur pœnæ comminatio. (*Idcirco emittam te.*) id est tollam per mortem. Psalmus. [b] *Non sic impij non sic: sed tam-* A *quam puluis quem proiicit ventus à facie terræ.* Tertiò ponitur Prophetiæ impletio. (*Et mortuus est, mense septimo.*) Vnde non superuixit nisi duobus mensibus. 1. Thess. 5. [c] *Cùm dixerint pax securitas: tunc repentinus eis superueniet interitus, sicut dolor in vtero habentis: & non effugient.*

a Isai. 28. 15.
b Psal. 1. 4.
Ananias Pseudopropheta duobus mensibus post comminatam sententiam mortuus est.
c 1. Thessal. 5. 3.

CATENA GRÆCA VETERUM PATRUM GRÆCORUM.

Βάδιζε κ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐπ' ἐλέγχῳ τῆς ἀσεβείας ὑπηρετεῖ τῷ προστάξαντι, μηδένα κίνδυνον ὑφορώμενος. οὐδεὶς γὰρ λόγος τῆς πρόσκαιρου τοῖς ἁγίοις ζωῆς, ὅταν κελεύσῃ θεός. τὸν δὲ θεὸν εἰς δίκην ἐκίνησεν ἀνανίας ἐναντιούμενος. ἕτερα δὲ λέγειν ὁ προφήτης παρὰ τὰ προσταχθέντα δοκεῖ ἰσοδυναμοῦντα λέγων, ὕστερον ὁ Πέτρος, Ἀνανία φησὶ διατί ἐπλήρωσεν ὁ Σατανᾶς τὴν καρδίαν σου ψεύσασθαι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον; ὅθεν σὺν τῷ ἐλέγχῳ, ἡ τῆς κολάσεως ἀπειλὴ, τὸ δίκαιον τῆς τιμωρίας ἐμφαίνουσα. ἐκ θεοῦ τοίνυν οἱ παρὰ τοῦ προφήτου λόγοι. καὶ μαρτυρεῖ τῆς προφητείας ἡ ἔκβασις.

[Ἰδοὺ ἐγὼ ἐξ.]

Θεοδωρήτου.] δύο προφητειῶν οὐσῶν, τὴν ἅλωσιν πιστοῦται τῆς πόλεως ἡ τελευτὴ Ἀνανίου, ταχύτερα γενομένη ἀπαλλάξας δὲ τῆς πλάνης τοὺς ἐν ἰουδαίᾳ, δι' ἐπιστολῆς. ἀπαλλάττει καὶ τοὺς ὄντας ἐν Βαβυλῶνι, κἀκεῖ γὰρ ἦσαν ψευδοπροφῆται. εἰ γὰρ καὶ εἶχον τὸν ἰεζεκιὴλ ἐκεῖνοι καὶ τὸν Δανιὴλ, ἀλλ' εἰκὸς ἦν αὐτοὺς αἰδεσιμώτερον νομίσαι τὸν ἀπὸ τοῦ ναοῦ, καὶ τῶν ἁγίων ἥκοντα λόγον.

B Vers. 12. Vade & dic ad Ananiam, &c.)

Olympiodori.] *Ad redarguendam impietatem præcipienti obedit, nullum reformidans periculum. Sancti enim nihilum caducam hanc æstimant vitam, cùm Deus mandauerit, Deum verò in vltionem Ananias induxit se opponens, alia verò præter ea quæ mandata sunt, dicere videtur Propheta, perinde tamen valentia Petrus quoque postea,* [d] Anania, ait, vt quid impleuit Sathanas cor tuum mentiri Spiritui Sancto. C *Vnde vna cum repræhensione adfuêre pœnarum minæ iustam punitionem ostendentes. A Deo itaque sermones Prophetæ, & attestatur vaticinij exitus.*

Vers. 15. *(Ecce ego mitto te à facie terræ; hoc anno morieris.*

Theodoriti.] *Duæ prophetiæ cùm sint, Mors Ananiæ citiùs adueniens vrbis excidium comprobat. Cùm verò eos qui in Iudæa erant ab errore liberasset, per epistolam liberat item eos qui in Babylone erant; nam & ibi Pseudoprophetæ erant;* D *Nam & si apud illos erat Ezechiel, & Daniel, putandum tamen est, apud eos maioris reuerentiæ fuisse sermonem è templo sacrisque aduenientem.*

11
Olympiod. Obediendum Deo etiam cum discrimine vitæ.
d Act. 5. 3.
12
Theodorit. Pseudoprophetæ fuêre & in Babylone captiuum populum decipientes. Apostolica fidis oracula quanti facienda.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ. 28.

* Καὶ ἔλαβεν Ἀνανίας ὁ ψευδοπροφήτης ἔναντι παντὸς τοῦ λαοῦ τοὺς κλοιοὺς ἀπὸ τοῦ τραχήλου ἱερεμίου τοῦ προφήτου, καὶ συνέτριψεν αὐτοὺς, καὶ τὰ ἑξῆς.] ὁ ἱερεμίας τὸν ζυγὸν ἐπὶ τοῦ τραχήλου φέρων κατὰ τὸ τοῦ θεοῦ πρόσταγμα, προφητεύσας κατὰ τῶν ἐθνῶν προεφήτευσε, καὶ κατὰ τῆς Ἱερουσαλὴμ, ἦν δὲ τέταρτον ἔτος τοῦ Σεδεκίου, ὡς αὐτὸς ὁ προφήτης λέγει. ἐν τοίνυν τῷ πέμπτῳ μηνὶ τούτου τοῦ ἔτους Ἀνανίας ὁ ψευδοπροφήτης ἐλθὼν ἐμήνυεν || ἄνοδον τῶν αἰχμαλωτισθέντων, καὶ τοῦ Ναβουχοδονόσορ ἀπώλειαν, καὶ ὡς δὴ κατὰ πρόσταγμα θεοῦ ποιῶν, συνέτριψε τὸν ζυγόν. εἶτα καὶ αὐτοῦ ἀποκάλυψις τοῦ ἱερεμίου, καὶ ἀποκάλυψις τῆς ἀληθείας τῶν λόγων, φησὶ γὰρ πρὸς αὐτόν.

|| ἐπάνοδον.

* Τούτῳ τῷ ἐνιαυτῷ σὺ ἀποθανῇ, ὅτι ἐκδίκησιν ποιῆσαι αὐτῷ λαλήσας πρὸς τὸν κύριον.] τουτέστιν ἐναντίαν τῇ βουλῇ τοῦ θεοῦ, καὶ ἐπάγει.

Καὶ ἀπέθανεν Ἀνανίας ὁ ψευδοπροφήτης ἐν τῷ ἐνιαυτῷ ἐκείνῳ ἐν τῷ μηνὶ ἑβδόμῳ μετὰ δύο

CAPVT XXVIII.

* Vers. 9. Et tulit Ananias Pseudopropheta in conspectu omnis populi vectes de collo Ieremiæ Prophetæ, & contriuit eos. E Et quæ sequuntur. Ieremias in collo iugum portans, vt illi Deus præceperat, contra gentes vaticinatus; vaticinatus est & contra Ierusalem. Erat autem quartus annus Sedeciæ, vt ipsemet asserit Propheta. Quinto itaque mense huius anni Ananias Pseudopropheta in mediũ proruens captiuorum vaticinabatur reditum, Nabuchodonosoris interitum, & hæc quasi Dei iussu faceret, contriuit iugum. Tum subiicitur. F Ieremiæ reuelatio contra illum, & reuelatio veritatem confirmans eorum, quæ præhabita fuêre, ait enim ad eum.

* Vers. 15. *Hoc anno tu morieris* (Tu indictâ in eũ factâ) *quia es locutus contra Dominũ.* Hoc est contrariũ voluntati Domini, & subdit.

Vers. 16. *Et mortuus est Ananias Pseudopropheta in anno illo post duos menses* Sermo

Cap. 28.
Chrysost. Vers. 15.

δύο μῆνας τῶν λόγων τοῦ προφήτου.] τούτων δὲ γενομένων γράφει ὁ Ἱερεμίας κατὰ πρόσταγμα θεοῦ πρὸς τοὺς ἐν τῇ ἀποικίᾳ μὴ ἀπατᾶσθαι τοῖς λέγουσιν αὐτοῖς, ἐπανιέναι. οἶδεναι δὲ ὡς καὶ οἱ ἐν τῇ γῇ αὖθις ἀπακιωθήσονται.

A

Sermonum Prophetæ. His verò peractis, ſcribit Ieremias ad eos qui erant in tranſmigratione, ſicut præcepit illi Deus, ne ſinant ſe decipi à prædicentibus reditum; imò ſciant, tranſmigraturos & eos qui adhuc erant in patria.

Caput 29. à verſ. 1. vſque ad 10. Sectio Prima.

TEXTVS VVLGATÆ.

1 ET hæc ſunt verba libri, quem miſit Ieremias Propheta de Ieruſalem ad reliquias ſeniorum tranſmigrationis, & ad Sacerdotes, & ad Prophetas, & ad omnem populum, quem traduxerat Nabuchodonoſor de Ieruſalem in Babylonem.

2 Poſtquam egreſſus eſt Iechonias Rex, & Domina, & Eunuchi, & Principes Iuda, & Ieruſalem, & faber, & incluſor de Ieruſalem.

3 In manu Elaſa filij Saphan, & Gamariæ filij Helciæ, quos miſit Sedecias Rex Iuda ad Nabuchodonoſor Regem Babylonis in Babylonem, dicens.

4 Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael omni tranſmigrationi, quam tranſtuli de Ieruſalem in Babylonem.

5 Ædificate domos, & habitate: & plantate hortos, & comedite fructum eorum.

6 Accipite vxores, & generate filios & filias, & date filiis veſtris vxores, & filias veſtras date viris, & pariant filios, & filias: & multiplicamini ibi, & nolite eſſe pauci numero.

7 Et quærite pacem ciuitatis, ad quam tranſmigrare vos feci: & orate pro ea ad Dominum: quia in pace illius erit pax vobis.

8 Hæc enim dicit Dominus exercituum Deus Iſrael: Non vos ſeducant Prophetæ veſtri, qui ſunt in medio veſtrûm, & diuini veſtri: & ne attendatis ad ſomnia veſtra, quæ vos ſomniatis.

9 Quia falsò ipſi Prophetant vobis in nomine meo: & non miſi eos, dicit Dominus.

TEXTVS SEPTVAGINTA.

B

1 ET hæc ſunt verba libri, quæ miſit Ieremias de Ieruſalem ad ſeniores tranſmigrationis, & ad Sacerdotes: & ad Pſeudoprophetas, (epiſtolam in Babylonem tranſmigrationi) & ad omnem populum.

2 Poſtquam egreſſus eſt Iechonias Rex, & Regina, & Eunuchi, & omnis liber, & vinctus, & artifex de Ieruſalem.

3 In manu Eleaſan filij Saphan, & Gamariæ filij Chelciæ; quem miſit Sedecias Rex Iuda ad Regem Babylonis in Babylonem, dicens.

4 Sic dixit Dominus Deus Iſrael ſuper tranſmigrationem, quam tranſtuli de Ieruſalem.

C

5 Ædificate domos, & habitate, & plantate pomaria, & comedite fructus eorum.

6 Et accipite vxores, & generate filios, & filias: & accipite filiis veſtris vxores: & filias veſtras date viris: & multiplicamini, & nolite minui.

7 Et quærite ad pacem terræ, ad quam tranſmigrare vos feci illuc: & orate pro eis ad Dominum: quia in pace eius pax vobis.

8 Sic enim dixit Dominus: Non ſeducant vos Prophetæ, qui in vobis, & non ſeducant vos diuini veſtri: & nolite audire ad ſomnia veſtra, quæ vos ſomniatis.

D

9 Quia iniqua ipſi prophetant vobis in nomine meo: & non miſi eos.

PARAPHRASIS CHALDAICA.

1 ET hæc ſunt verba libri quem miſit Ieremias Propheta de Ieruſalem ad reliquos ſeniores tranſmigrationis, & ad Sacerdotes, & ad Scribas, & ad omnem populum quem tranſmigrare fecit Nabuchodonoſor de Ieruſalem in Babyloniam.

2 Poſtquam migrauit Iechonias Rex, & Regina, & principes, principes Iuda, & Ieruſalem, & artifices, Ianitores de Ieruſalem.

3 Per manum Elghaſa filij Saphan, & Gamariæ filij Helchiæ, quos miſit Sedechias Rex tribus domus Iuda ad Nabuchodonoſor Regem Babylonis in Babyloniam dicens.

4 Hæc dicit Dominus exercituum, Deus Iſrael; ad omnem tranſmigrationem quam tranſmigrare feci de Ieruſalem in Babylonem.

5 Ædificate domos & habitate, & plantate hortos, & comedite fructus eorum.

6 Accipite vxores, & generate filios & filias, & accipite filiis veſtris vxores, & filias veſtras tradite viris, & pariant filios & filias: & multiplicamini ibi, & non minuamini.

7 Et quærite pacem ciuitatis ad quam tranſmigrare vos feci, & orate pro ea coram Domino; quia in pace illius erit vobis pax.

8 Quia hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael: Ne ſeducant vos Pſeudoprophetæ veſtri qui ſunt inter vos, & diuini veſtri: nec attendatis ad ſomnia veſtra quæ vos ſomniatis.

9 Quia falsò ipſi prophetant vobis in nomine meo: non miſi eos, dicit Dominus.

E

Catena ex Veterum Patrum operibus impreſſis.

1 Hieronym.

HIeronymus. (*Et hæc ſunt verba libri*, &c.) Hæc epiſtola, imò libellus Ieremiæ Prophetæ per legatos Sedechiæ Elhaſa & Gamaria mittitur in Babylonem, ad eos qui cum Iechonia & matre eius tranſlati fuerant à Nabuchodonoſor: vt per occaſionem legationis regiæ, ſuum quoque opus Propheta compleret, & moneret populum tranſmigratum quæ ſibi à Domino fuerant imperata. Pulchréque dixit: *Egreſſus eſt Iechonias Rex, & Domina, & Eunuchi, & principes Iudæ*, &c. Et, *hæc dicit Dominus exercituum, Deus Iſrael omni tranſmigrationi, quam tranſtuli de Ieruſalem in Babylonem:* vt

Fidelium flagella per infideles principes non tam per poteſtatem principũ eorum, quàm ex Dei ſunt voluntate.

vt non potentia Regis Babylonis, sed Domini voluntate translati esse videantur: Et primò ad senes, deinde ad Sacerdotes, tertiò ad Prophetas, quartò ad omnem populum Dei sermo dirigitur: vt secundùm ordinem ætatis, Prophetæ quoque ad eos qui monebantur literæ peruenirent. Monet autem eos non suis verbis, sed Domini: vt ædificent domos & habitent in eis, & plantent hortos, siue pomaria, & comedant fructum eorum: accipiant vxores & generent filios & filias, & multiplicentur in loco transmigrationis, & non sint pauci numero: quærantque pacem ciuitatis, siue terræ, ad quam eos transtulerit Dominus, & orent pro eis ad Dominum. Causasque reddens, ait, quia in pace illius terræ erit pax vobis. Ieremiæ, quia post breue tempus erat Ierusalem sequutura captiuitas, [a] imperatur, ne accipiat vxorem, nec faciat filios. Vnde & nobis per Apostolum dicitur: [b] *Tempus breue est: superest, vt qui habent vxores, tamquam non habentes sint.* Quòd si propter angustiam temporis, habentibus vsus vxorum tollitur, quantò magis non habentibus, ne accipiant imperatur? Hoc autem totum præcipit vaticinium prophetale, ne acquiescant Pseudoprophetis, qui eis post breue tempus in Ierusalem reditum promittebant: sed vt sciant multo se in Babylone tempore moraturos: ita vt vxores accipere, plantare pomaria, hortosque serere, ædificare domos, & generare filios debeant. Quodque intulit: *Quærite pacem ciuitatis*, siue *terræ*. Et iterum: *Quia in pace illius erit pax vobis*: illud Apostolicum comprobatur, in quo iubet: *Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, pro Regibus & cunctis, qui sunt in sublimitate: vt quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & castitate.* [c]

a Ierc.16.2.
b 1.Cor 7.29.
Orandum pro terra nostra principibus, vel etiã impiis, & infidelibus.
c 1.Tim.2.1.

2 Porrò secundùm mysticos intellectus, postquam de Ierusalem, id est, Ecclesia, propter peccata nostra eiecti fuerimus, & traditi Nabuchodonosor: de quo dicit idem Apostolus: [d] *Tradidi huiuscemodi Sathanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus fiat in die Domini.* Et iterum: [e] *Quos tradidi Sathanæ, vt discant non blasphemare*: non debemus esse securi, nec torpentes otio, salutem penitùs desperare, sed primùm ædificare domos, non super arenam, sed super petram, & tales domos, quales ædificauerunt obstetrices in Exodo: [f] quia timebant Dominum. Deinde plantare hortos siue pomaria, qualem & Dominus plantauit paradisum [g] in Eden, & posuit in eo lignum vitæ: de quo scriptum est: [h] *Lignum vitæ est his qui apprehenderint eam, & qui tenuerit eam, beatus.* Tertiò accipere vxores, quarum vna est sapientia: de qua scribit Salomon: [i] *Ama illam, & seruabit te, & circunda illam, & exaltabit te.* Et in alio loco: [k] *Hanc exquisiui sponsam accipere mihi, & amator factus sum decoris eius.* Nec sufficit nobis vna coniunx sapientia, nisi habeamus & reliqua: fortitudinem, temperantiam, atque iustitiam: vt plures ex eis generemus filios. Filias quoque nostras demus viris, vt & fidei veritas, quæ interpretatur, in filiis bonis operibus copuletur quæ referuntur ad filias, & opera bona iungantur fidei sanitati: talesque filios generantes & filias, multiplicemur in numero: vt destruentes ea quæ paruuli sunt, & in perfectum crescentes virum, audire mereamur: [l] *Scribo vobis patres: quoniam agnouistis eum, qui ab initio est:* & cum Apostolo dicamus liberis nostris: [m] *In Christo enim Iesu per Euangelium ego vos genui.* Quæramus quoque pacem Ecclesiæ, ciuitati & terræ nostræ: vt ad eam redire mereamur, de qua Domini iudicio translati sumus, vt habitaremus in confusionis errore. Si enim illa susceperit nos, habebimus pacem. Simulque consideranda clementia Domini: [n] orare præcepit pro inimicis nostris, & benefacere iis qui persequuntur nos: vt non simus nostra tantum salute contenti, sed inimicorum quoque quæramus salutem.

Excommunicatione seiuncti ab Ecclesia non desperent de salute sua, quæue agere ij debeant.
d 1.Cor.5.5.
e 1.Tim.1.20.
f Exod.1.21.
g Genes.2.9.
h Prou.3.18.
Vxores spiritaliter accipimus cùm vniri studemus sapiẽtiæ, reliquisque virtutibus.
i Ibid.4.8.
k Sap.8.2.
Fidei cùm iunguntur opera, dantur filia viris.
l 1.Ioã.2.13.
m 1.Cor.4.15.
Inimicorum quoque salus quærenda, orandũmque pro illis.
n Matt.5.44. Luc.6.35.

3 (*Hæc enim dicit Dominus*, &c.) Prophetas, imò pseudo-prophetas & diuinos, & somniatores fuisse in Babylone inter eos quos Nabuchodonosor cum Iechonia, & matre eius adduxerat Ezechiel [o] Propheta testatur, scribens contra eos, quibus Ieremias quoque præcipit non credendum. Nec-dum autem eo tempore quo hæc Epistola dirigebatur, Ezechiel in Babylone cœperat Prophetare. Hic enim sermo in principio Regis Sedechiæ mittitur, Ezechiel autem quinto anno transmigrationis Iechoniæ exorsus est Prophetare: qui idem annus regni Sedechiæ erat. Porrò secundùm tropologiam, pseudo-Prophetas eos debemus accipere: qui aliter scripturarum verba accipiunt quàm Spiritus sanctus sonat. Et diuinos, eos qui coniectura mentis suæ incerta futurorum quasi vera pronunciant absque diuinorum auctoritate verborum. Somniatores quoque, qui non audiunt illud scriptum: [p] *Nec dederis somnum oculis tuis, neque dormitationem palpebris tuis:* de quibus Iudas Apostolus loquitur. [q] *Similiter & hi somniantes, carnem quidem maculant, dominationem autem spernunt*: quorum mens nequaquam vigilat, sed arrogantiæ, & soporis errore depressa noctis horrore circundatur: quibus loquitur & Apostolus Paulus: [r] *Eleuare qui dormis: & exurge à mortuis, illuminabit te Christus.*

Ezechiel Prophetare cœpit post Ieremiæ epistolã missam ad transmigratos in Babylonem.
o Ezec.1.1.
Pseudopropheta quinã nunc dicendi.
Somniatores ij dicẽdi quorum mens nequaquam vigilat, sed sopore depressa in tenebris versatur & erroribus.
p Prou.6.4.
q Iudæ 11.
r Ephe.5.14.

4 In Theodorito quoad ea quæ hac continentur sectione nil notandum.

D. Thomas. Hic excludit falsas consolationes Prophetarum, qui consolabantur captiuos in Babylonia. Et primò excludit falsas consolationes, ibi. *Hæc dicit Dominus*, &c. Circa primum duo, primò ponit prophetiæ titulum: in quo tria assignat, sc. prophetandi modum: quia per modum Epistolæ (*verba libri*) id est Epistolæ Isai. 30. [s] *Ingressus scribe et super buxum: & in libro diligenter exara illud. Et erit in die nouissimo in testimonium vsque in æternum.* Prophetiæ tempus (*postquam egressus.*) 4. Reg. 24. Isai. 3. [t] *Ecce dominator Dominus exercituum auferet ab Ierusalem validum & fortem: omne robur panis, & omne robur aquæ, & fortem & virum bellatorem, & iudicem, & Prophetam*, &c. Et Prophetiæ nuntium (*in manu*) quos misit vt pacem cum Chaldæis faceret: territus ad mortem falsi consolatoris Ananiæ, & comminationis Ieremiæ Prouer. 19. [u] *Pestillente flagellato stultus sapientior erit.* Secundò ponit Prophetiæ verbum. (*Hæc dicit Dominus.*) Et circa hoc duo, primò dat eis consilium bonum & salubre: vt intendant his quæ pertinent ad vsum necessitatis. (*Ædificate domos*,) quod facere negligebant: credentes citò redire secundùm promissa falsorum Prophetarum. [x] *Seminauerunt agros & plantauerunt vineas & fecerunt fructum natiuitatis.* Ita vt intendant his quæ pertinent ad successionem prolis

D.Thom.
s Isai.30.8.
t Isai.3.1.
Sedechias cõmotus ad petendam pacẽ à Chaldæis visa morte Ananiæ ad comminationem Ieremiæ.
u Prou.19.25.
x Psal.106.37.

a Gen. 1. 28. prolis, (*accipite uxores*,) Geneſ. 1. [a] *Creſcite & multiplicamini & replete terram :* Et vt intendant his quæ pertinent ad tranquillitatem pacis. (*Et quærite pacem.*) Baruch. 1. [b] *Orate pro vita Nabuchodonoſor Regis Babylonis : & pro vita Balthaſar filij eius*, &c. 1. Timot. 2. [c] *Obſecro primum omnium fieri obſecrationes, poſtulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro Regibus, & omnibus qui in ſublimitate conſtituti ſunt : vt quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate, & caſtitate, &c.* Secundò excludit conſilium falſum, & inutile. (*Hac enim dicit Dominus.*) Et primò excludit vanam fiduciam, quam ex Prophetarum promiſſione conceperant : ſecundò excludit ſtultam pœnitentiam, ibi. (*Quia hæc dicit Dominus*, &c.) Circa primum tria : primò excludit falſorum Prophetarum dictum, qui in breui liberationem promittebant. (*Non vos ſeducant Prophetæ*,) qui ex nomine Domini vobis loquuntur ſpiritum ſuum, & nihil vident.

b Baruc. 1. 11.
c 1. Tim. 2. 1.

5

Circa ea quæ habentur in verſ. 7. & ſequent. Auguſtinus lib. 12. contra Fauſtum, Tom. 6. cap. 26. Iam, inquit, ipſa in Babyloniam transmigratio, quò etiam ſpiritus Dei per Ieremiam Prophetam [d] iubet vt pergant, & orent pro eis ipſis, in quorum regno peregrinantur, quod in illorum pace etiam pax eſſet iſtorum : & ædificarent domos, & nouellarent vineas, & plantarent hortos, quis non agnoſcat quid præfigurauerit, qui attenderit veros Iſraelitas, [e] in quibus dolus non eſt, per Apoſtolicam diſpenſationem cum Euangelico Sacramento ad Regnum gentium tranſmigraſſe ? Vnde nobis Apoſtolus, tanquam Ieremias replicans, dicit, [f] *Volo ergo primò omnium fieri deprecationes, adorationes, interpellationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro Regibus, & his qui in ſublimitate ſunt, vt quietam, & tranquillam vitam agamus, in omni pietate & charitate : & hoc enim bonum & acceptum eſt coram ſaluatore Deo noſtro, qui omnes homines vult ſaluos fieri, & in agnitionem veritatis venire.* Ex hoc quippe etiam illis credentibus conſtructa ſunt domicilia pacis, baſilicæ Chriſtianorum congregationum, nouellatæ vineæ populi fidelium, & plantati horti, vbi etiam inter omnia olera granum illud ſinapis regnat, [g] ſub cuius vmbraculis longè lateque porrectis, etiam altipetax ſuperbia gentium tanquam in cæli volatilibus confugiendo requieſcit.

Auguſt. babylonicā trāſmigratione ſignificata trāſmigratio Apoſtolorum, & verorum Iſraelitarum ad Gentes.
d Iere. 26. 7.
e Ioan. 1. 47.
f 1. Tim. 2. 1.
Apoſtoli orātes pro Gentibus ad quas tranſmigrarent quanta cauſarint bona.
g Matth. 13. 31.

Vide eumdem Auguſtinum lib. 19. de Ciuitat. Dei cap. 26. Tom. 5.

Bonauentura Expoſitione in Pſalmum 118. cap. 7. verſ. 4. art. 4. Quòd debeamus quærere iura diuina, quia ſenſualitatem compeſcunt. De ſecundo hoc, ait, *Quærite pacem ciuitatis, ad quam tranſmigrare vos feci : & orate pro ea Dominum, quia in pace illius erit pax veſtra :* ſicut legimus tranſmigraſſe Iſraelem à Ieruſalem in Babylonem ; ſic intelligimus tranſmigrare animam fidelem à rationalitate in ſenſualitatem, ſeu ab appetitu rationali in appetitum ſenſibilem, quæ tranſmigratio fit occulto Dei iudicio : nec dubium, quin tunc oporteat quærere ius diuinum, & exorare Dominum pro pace Babylonicæ ciuitatis, ſiue ſedatione ſenſualitatis, quoniam in tranquillitate ſenſualitatis eſt tranquillitas rationabilis voluntatis.

Bonauent. Trāſmigratio animæ ſpiritalis fit à rationali appetitu ad appetitum ſenſitiuum.
Senſualitatis in tranquillitate eſt & tranquillitas rationabilis voluntatis.

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Καὶ οὗτοι οἱ λόγ.]

Ἰωάννου τοῦ χρυσοστόμου.] τίνος οὖν ἕνεκεν, εἰπὲ, πέμπει, καὶ πρὸς τοὺς ἐν Βαβυλῶνι; μὴ γὰρ οὐκ εἶχον ἐκεῖ τὸν Ἰεζεκιήλ; τί βούλεται καὶ αὕτη ἡ ἐπιστολή; ἐκ περιουσίας γίνεται. ἐπειδὴ γὰρ εἰκὸς ἦν αὐτοὺς καὶ αἰδεσιμώτερον νομίζειν καὶ τὸν ἀπὸ τοῦ ναοῦ, καὶ τὸν ἀπὸ τῶν ἁγίων λέγοντα, σημαίνει τοῦτο ἀλλ᾽ ὅρα διεστραμμένην κακίαν. κἀκείνους ἐκεῖ διέφθειρον οἱ ψευδοπροφῆται.

[Ὕστερον ἐξελ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] μετὰ τὸ ἀποικισθῆναι τὸν Ἰεχονίαν.

Ὀλυμπιοδώρου.] διὰ τούτων ἐπέμφθη ἡ ἐπιστολή.

[Ἐν χειρὶ Ἐλεάσαμ.]

Ὠριγένους.] Ἱερουσαλὴμ, καθὰ πολλάκις εἴρηται, εἰς τὴν ἐκκλησίαν μεταλαμβάνεται, ἥ τις ἐστὶ πόλις θεοῦ, οἰκοδομηθεῖσα ἐκ λίθων ζώντων. ἀφ᾽ ἧς τις ἁμαρτάνων ἐκβάλλεται, παραδιδόμενος Ναβουχοδονόσορ, τῷ σατανᾷ. λέγει γὰρ περὶ τοῦ πεπορνευκότος, ὁ Παῦλος. παραδοῦναι τὸν τοιοῦτον τῷ σατανᾷ εἰς ὄλεθρον

6

Verſ. 1. *Et hæc ſunt verba libri, quæ miſit Ieremias, &c.*)

Chryſoſtomi.] *Cur obſecro ſcribit & ad illos qui in Babylone erant ? Num ibi Ezechielem non habebant ? Quid ſibi volunt & hæ literæ ? ex abundanti fit. Nam quia par erat eos in maiori veneratione habere eum qui è templo, & ſanctuario loquebatur, hoc indicat. Sed conſidera peruerſam malitiam, ibi etiam illos Pſeudoprophetæ corruperant.*

Chryſoſt. Apoſtolica ſedis oracula maximè æſtimanda.

Verſ. 2. (*Poſtquam egreſſus eſt Iechonias, &c.*)

Olympiodori.] *Poſtquam Iechonias abductus eſt.*

Olympiod.

Verſ. 3. (*In manu Eleaſam.*)

Olympiodori.] *Per hos epiſtola miſſa eſt.*

Olympiod.

7

Verſ. 4. (*Sic dicit Dominus, &c. Super tranſmigrationem quam tranſtuli è Ieruſalem.*)

Origenis.] *Ieruſalem, vt ſæpe adnotatum eſt, ſumitur pro Eccleſia, quæ ciuitas Dei viuis lapidibus fabricata ; è qua qui delinquit, eiicitur, Nabuchodonoſori, nēpe Sathanæ traditus, ait enim Paulus de Fornicatore,* [h] tradere ipſū Sathanæ in inte

Origen. Eccleſia deſignata per Ieruſalem. Extra Eccleſiam Diabolo traditur qui in Eccleſiam delinquit.
h 1. Cor. 5. 5.

ὄλεθρον τῆς σαρκὸς, ἵνα τὸ πνεῦμα σωθῇ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ κυρίου. καὶ ἐν τῇ πρὸς Τιμόθεον πρώτῃ περὶ τῶν βλασφήμων οὓς παρέδωκα τῷ σατανᾷ, ἵνα παιδευθῶσι μὴ βλασφημεῖν. ἴστω δὲ ὁ τῆς Ἱερουσαλὴμ ἐκβληθεὶς, ὡς ἐὰν μὴ ποιήσῃ χρόνον αὐτάρκη πράττων ἔξω τῆς ἐκκλησίας ἃ δεῖ, οὐκ ἐπάνεισιν ἐπὶ τὴν Ἱερουσαλήμ. ἐκβάλλεται δέ τις ἁμαρτάνων, κἂν μὴ ὑπ' ἀνθρώπων ἐκβληθῇ. δεῖ δὲ || αὐτὸν ἔξω γεγονέναι τοῦ μὴ ἀμελεῖν τοῦ οἰκοδομεῖν οἰκίαν, καὶ φυτεύειν παραδείσους. ταῦτα γὰρ μὴ ποιῶν, μηδὲ πληρώσας τὸν συμβολικὸν ἀριθμὸν τῶν ἐτῶν τῶν ἑβδομήκοντα, σαββάτου καὶ ἀναπαύσεως ὄντα, οὐκ ἐπάνεισι κοινωνήσων τῇ ἐκκλησίᾳ. μένει δὲ καταδεδικασμένος, ἔξω εἶναι τῆς Ἱερουσαλήμ. τί δέ ἐστι τὸ λαβεῖν γυναῖκας; ἐδήλωσεν ὁ περὶ τῆς σοφίας εἰπών. ταύτην ἐζήτησα νύμφην ἀγαγέσθαι ἐμαυτῷ, καὶ ἐραστὴς ἐγενόμην τοῦ κάλλους αὐτῆς. δεῖ δὲ ταύτης ἐρᾶν, ὡς ἐν παροιμίαις Σολομὼν εἰσηγήσατο, φήσας· ἐράσθητι αὐτῆς, καὶ τηρήσει σε. καὶ περιχαράκωσον αὐτήν, καὶ ὑψώσει σε. καὶ ἄλλας δὲ νόει παρὰ τὴν σοφίαν γυναῖκας τὰς λοιπὰς ἀρετάς. οὕτω γὰρ ἔξεσται πολλὰς γυναῖκας λαβεῖν, ἐξ ὧν δεῖ τεκνοποιεῖν. ἀπὸ σοφίας λόγον σοφίας, ὡς ἂν καὶ ἄλλους οἰκοδομήσῃς. ἀπὸ σωφροσύνης ἔργα σωφροσύνης, ἵνα σώφρονας ποιήσῃς βίῳ καὶ λόγῳ. ἀπὸ δικαιοσύνης ἔργα δικαιοσύνης, ἐν κοινωνίᾳ καὶ συναλλάγμασιν. ἀλλὰ καὶ δικαίους διδάσκων, τεκνοποιήσεις ἀπὸ δικαιοσύνης υἱοὺς δὲ ποιήσεις ἀπὸ τῶν υἱῶν καὶ θυγατέρας. υἱοὺς μὲν τὰ θεῖα νοήματα, καὶ τὰ δόγματα, θυγατέρας δὲ τὰς πράξεις.

|| μετὰ τὸ ἔξω.

[Οὕτως εἶπε κύριος.]

Βίκτορος Πρεσβυτέρου.] εἴρηται κἂν τοῖς προοιμίοις, ὅτι ἦσαν ψευδοπροφῆται ἀπατῶντες τὸν λαόν.

Ὀλυμπιοδώρου.] τοιαύτη τῆς ἐπιστολῆς ἡ ἀρχὴ ἀναιρῶν τοίνυν τὴν τούτων ἀπάτην, μακρότατον αὐτοῖς γενήσεσθαι λέγει τῆς ἀποικίας τὸν χρόνον. κελεύει δὲ καὶ ὑπὲρ τῶν πολεμίων προσεύχεσθαι. τοῦτο γάρ ἐσται φησὶ καὶ ὑπὲρ τῆς ὑμετέρας εἰρήνης. οὕτω καὶ Παῦλος ὑπὲρ πάντων τῶν ἐν ὑπεροχῇ κελεύει προσεύχεσθαι, ἵνα ἤρεμον φησὶν, καὶ ἡσύχιον διάγωμεν ἐν πάσῃ εὐσεβείᾳ καὶ σεμνότητι. ὁ αὐτὸς γάρ ἐστι θεὸς, ὁ ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν ἐλάλησεν ἡμῖν ἐν υἱῷ. πῶς οὖν πονηρὸς ὁ δημιουργός; ἢ τί παραλλάττει τοῦτο τοῦ ἐν εὐαγγελίῳ ῥηθέντος. ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν, καὶ προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς; ἆρ' οὖν οὐκ ἐπηρεάσθησαν || ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ ὑπὸ Βαβυλωνίων; ἀλλ' ὅμως προσεύχονται ὑπὲρ αὐτῶν. ||

|| [illegible]

[Καὶ ζητήσατε εἰς.]

Ὀλυμπιοδώρου.] προσεύξασθέ φησιν εἰρήνην τοῖς Βαβυλωνίοις, ἵνα καὶ ὑμεῖς εἰρηνεύητε σημειῶσαι, ὅτι δεῖ προσεύχεσθαι ὑπὲρ τῶν κρατούντων κἂν ἕλληνες ὦσιν.

[Ὅτι οὕτως εἶπε.]

Ἀπολ

A interitum carnis, vt spiritus saluus sit in die Domini; *& in prima ad Timotheum epistola de blasphemis*, [a] Quos tradidi Sathanæ, vt erudiantur non blasphemare. *Sciat autem quicumque è Ierusalem eiicitur, se, ni competenti tempore extra Ecclesiam, quæ agenda sunt faciat, in Ierusalem non rediturum. Eiicitur verò qui peccat, licet ab hominibus non eiiciatur.*

a 1.Tim.1.20.

Excommunicatus ni pœnitentiã agat non admittitur in Ecclesiam.

Vers.5. (*Aedificate domos,&c.*)

Oportet autem ipsum, dum extra degit, curare vt Domum ædificet, hortosque plantet, B *quæ si non effecerit, neque Symbolicum numerum septuaginta annorum compleuerit, qui ad Sabbathum, quietumque spectat, non redibit communicaturus Ecclesiæ, sed condemnatus, vt extra Ierusalem degat. Quid autem est, uxores accipere? manifestauit qui de sapientia dixerat,* [b] Hanc quæsiui sponsam ducere mihi, & amator factus sum pulchritudinis illius. *Oportet porrò eam adamare, vt in prouerbiis nos Salomon illis verbis docuit.* [c] Diligat illam, & custodiat te vallo, & fossâ C circunda eam, & exaltabit te; *alias quoque præter sapientiam vxores intellige, cæteras virtutes: sic enim multas ducere licebit vxores, ex quibus procreandi sunt filij: à Sapientia, Sapientiæ sermo, vt & alios ædifices: à castitate, castitatis opera, vt castos & vitâ, & sermone efficias; à Iustitia, iustitiæ opera, in vita ciuili, & contractibus, & iustos quoque docens, ex iustitia filios suscipies: filios etiam generabis ex filiis & filias; filios quidem sacras cogitationes, & dogmata; filias au-* D *tem operationes.*

Vxores accipere spiritaliter quid sit.

b Sap.8.2.

c Prou.4.8.

Filij spiritaliter quomodo ex vxoribus procreare possimus spiritualibus.

Vers 4. (*Sic dixit Dominus.*) 8

Victoris.] *Dictum est in ipso exordio fuisse Pseudoprophetas, qui populum decipiebant.*

Victor.

Vers.4. (*Sic dixit Dominus,&c.*)

Vers.5. (*Aedificate,&c.*)

Vers.7. (*Et quærite ad pacem,&c.*)

Olympiodori.] *Hoc est initium epistolæ. Eorum itaque fraudem tollens transmigrationis ait fore tempus longissimum. Præcipitque vt* E *pro hostibus quoque Deo preces fundant. Hoc enim ait & pro vestra pace erit. Sic & Paulus* [d] *pro omnibus qui in sublimitate sunt, iubet orare*, vt quietam *inquit*, tranquillamque vitam agamus, in omni pietate, & castitate. *Idem enim est Deus, qui nouissimis diebus locutus est nobis in filio. Quomodo igitur opifex improbus est? Aut in quo differt hoc ab eo quod in Euangelio dictum est?* [e] Diligite inimicos vestros, & orate pro persequentibus vos? *An non infestarunt Hierosolymitanos Babylonij? orant tamen pro eis.*

Olympiod.

Tempus longum captiuitatis egregiã periphrasi descriptum.

Orationes pro aliis fusæ redundant & in commodũ nostrum.

d 1.Tim.2.2.

Orandum pro inimicis nedũ in nouo, sed & in veteri testamento idem præcepit Deus.

e Matt.5.44.

(Et quærite ad pacem.)

Olympiodori.] *Precamini ait pacem Babylonijs, vt & vos eam habeatis. Nota, orandum esse pro Principibus, licet infideles sint.*

Olympiod.

Orandum pro Principibus etiam infidelibus.

Vers.8. (*Sic enim dixit Dominus: non seducant vos,&c.*) 9

Apoly

Ἀπολιναρίου.] γέγονε μὲν πρὸς τοὺς ψευδοπροφήτας, ἡ παραίνεσις. προειδὼς δὲ μὴ πεισομένους, παραινεῖ τοῖς ἄλλοις μὴ πείθεσθαι ταῖς ἐκείνων ἀπάταις.

Ὠριγένους.] ταραττομένης γὰρ Ἱερουσαλήμ, ἐπικειμένου τοῦ Βαβυλωνίου, οἷον εἰκὸς ἐπὶ προγνώσεις κατέφευγον, τὸ μέλλον εἰδέναι βουλόμενοι. ἀλλ' οἱ μὲν ψευδοπροφῆται ἐξ ἁγίου πνεύματος προλέγειν διϊσχυρίζοντο. τῶν δὲ ἄλλων, οἱ μὲν μαντείας, οἱ δὲ πάλιν ἐνύπνια προὔφερον, διὰ τοῦτο δεῖ καθόλου πάσης ἀσεβοῦς προγνώσεως μὴ ἀνέχεσθαι. εἰ γὰρ ἀστέρες τυχὸν ἐνεργοῦσι, μάτην καυχώμεθα. διό φησιν. εἰπάτωσαν οἱ ἀστρολόγοι τοῦ οὐρανοῦ, τί βούλεται κύριος περὶ σοῦ. καὶ οὐκ ἔσται οἰωνισμὸς ἐν ἰακὼβ, οὐδὲ μαντεία ἐν Ἱερουσαλήμ. γενοῦ τοίνυν ἄξιος θείας προγνώσεως. ἐπάγει γὰρ μετὰ τὸ, οὐκ ἔσται μαντεία ἐν Ἱερουσαλήμ. κατὰ καιρὸν ῥηθήσεται τῷ ἰακὼβ, καὶ τῷ ἰσραὴλ, ἐπιτελέσει ὁ θεός.

Apolinarij.] *Facta quidem fuerat ad Pſeudoprophetas cohortatio: ſed prauidens illos non obtemperaturos, alios adhortatur, ne eorum deceptionibus credant.*

Apolinarius.

Origenis.] *Siquidem turbata Ieruſalem, Babylonio inſtante ad præſagia, vt credendum eſt, confugiebant, quid futurum eſſet, ſcire cupientes. Sed Pſeudoprophetæ Sancto Spiritu ſe prædicere aſſeuerabãt: ex aliis verò hi diuinationes, illi ſomnia perferebant. Idcirco ab omni prorſus impia prædictione abſtinendum eſt; etenim ſi ſtellæ fortaſſe operantur, fruſtra gloriamur. Quare, ait,* [a] Dicant Aſtrologi cæli, quid intendat Dominus de te, [b] Et non erit Auguratio in Iacob, neque vaticinium in Iſrael: *fac te igitur diuinâ præcognitione dignum. Inſert enim poſt illud,* (non erit vaticinium in Iſraele) certo tempore dicatur Iacob, & Iſrael quid operabitur Deus.

Origenes. *ad præſagia confugiût improbi in calamitatibus.*

A Diuinatione omni abſtinendum præſertim in calamitatibus.

a Iſai 47.13.

b Num.23.23.

Capitis 29. à verſ. 10. vſque ad 21. Sectio Secunda.

TEXTVS VVLGATÆ.

10 QVia hæc dicit Dominus, Cùm cœperint impleri in Babylone Septuaginta anni, viſitabo vos: & ſuſcitabo ſuper vos verbum meum bonum, vt reducam vos ad locum iſtum.

11 Ego enim ſcio cogitationes, quas ego cogito ſuper vos, ait Dominus, cogitationes pacis, & non afflictionis, vt dem vobis finem, & patientiam.

12 Et inuocabitis me, & ibitis: & orabitis me, & ego exaudiam vos.

13 Quæretis me, & inuenietis: cùm quæſieritis me in toto corde veſtro.

14 Et inueniar à vobis, ait Dominus: & reducam captiuitatem veſtram, & congregabo vos de vniuerſis gentibus, & de cunctis locis, ad quæ expuli vos, dicit Dominus: & reuerti vos faciam de loco, ad quem tranſmigrare vos feci.

15 Quia dixiſtis: Suſcitauit nobis Deus Prophetas in Babylone.

16 Quia hæc dicit Dominus ad Regem, qui ſedet ſuper ſolium Dauid, & ad omnem populum habitatorem vrbis huius, ad fratres veſtros, qui non ſunt egreſſi vobiſcum in tranſmigrationem.

17 Hæc dicit Dominus exercituum: Ecce mittam in eos gladium, & famem, & peſtem: & ponam eos quaſi ficus malas, quæ comedi non poſſunt, eò quòd peſſimæ ſint.

18 Et perſequar eos in gladio, & in fame, & in peſtilentia: & dabo vos in vexationem vniuerſis regnis terræ: in maledictionem, & in ſtuporem, & in ſibilum, & in opprobrium cunctis Gentibus, ad quas ego eieci eos.

19 Eò quòd non audierint verba mea, dicit Dominus: quæ miſi ad eos per ſeruos meos Prophetas de nocte conſurgens, & mittens: & non audiſtis, dicit Dominus.

20 Vos ergo audite verbũ Domini, omnis tranſmigratio, quam emiſi de Ieruſalem in Babylonem.

TEXTVS SEPTVAGINTA.

10 QVia ſic dixit Dominus: Cùm cœperint impleri Babyloni Septuaginta anni; viſitabo vos: & ſuſcitabo verba mea ſuper vos, ad reducendum populum veſtrum in locum iſtum.

11 Et cogitabo ſuper vos cogitationem pacis, & non mala, ad dandum vobis hæc.

12 Et orate ad me; & exaudiam vos.

13 Et quærite me; & inuenietis me.

14 Quia quæretis me in toto corde veſtro, & apparebo vobis.

15 Quia dixiſtis: conſtituit nobis Dominus Prophetas in Babylone.

Reliqua deſunt apud Sept.

PARAPHRASIS CHALDAICA.

10 ITa enim inquit Dominus: Cùm expleti fuerint in Babylone Septuaginta anni, ſubibit recordatio veſtri coram me; & ſuſcitabo ſuper vos verbum meum rectum, vt reducam vos in locum iſtum.

11 Quia coram me manifeſta ſunt cogitationes quas ego cogito ſuper vos, dicit Dominus, cogitationes pacis & non in malum, vt dem vobis finem & ſpem.

12 Et orabitis coram me; & ſuſcipiam orationem veſtram: & quæretis à facie mea, & faciam deprecationem veſtram.

13 Et requiretis timorem mei, & inuenietis cùm poſtulabitis à facie mea toto corde veſtro.

14 Et quæſitus ero à vobis in verbo meo, dicit Dominus: & reducam tranſmigrationem veſtram: & congregabo vos ex omnibus populis, & ex omnibus locis ad quæ tranſmigrare vos feci, dicit Dominus. Et reducam vos in locum de quo tranſmigrare vos feci.

15 Quia dixiſtis: Suſcitauit nobis Dominus doctores in Babylone.

16 Quia hæc dicit Dominus ad Regem qui ſedet ſuper ſolium Dauid, & ad populum qui habitat in vrbe hac, ad fratres veſtros qui non ſunt egreſſi vobiſcum in tranſmigrationem.

17 Hæc dicit Dominus exercituum: Ecce ego immittam in eos occidentes gladio, & famem, & peſtem; & dabo eos ſicut ficus malas, quæ comedi non

non possunt præ malitia,

18 *Et persequar eos occidentibus gladio, fame, & peste. Et dabo eos in commotionem omnibus regnis terræ, in maledictionem, & in desolationem, & in stuporem, & in opprobrium omnibus populis ad quos transmigrare eos feci.*

19 *Pro eo quòd non obedierunt verbis meis, dicit Dominus ad quos misi seruos meos Prophetas, manè consurgens, & mittens, & non obedistis, dicit Dominus.*

20 *Vos autem suscipite verbum Domini, omnis transmigratio quam transmigrare feci de Ierusalem in Babylonem.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

10 Hieronym.

HIeronymus. ((*Quia hæc dicit Dominus*, &c.) Nolite, inquit, credere Pseudoprophetis, diuinis, & somniatoribus vestris, qui vobis vicinum in Ierusalem reditum pollicentur. Nisi enim Septuaginta anni expleti fuerint, Cyro Rege Persarum laxante captiuos, nequaquam in patriam reuertemini, & tunc mea promissa complebo, vt reducam vos ad locum istum: *Ego enim scio cogitationes, quas cogito super vos, ait Dominus.* Se dicit nosse quid cogitet; illos autem cum suis Prophetis diuinis, & somniatoribus ignorare. Futurorum igitur scientia soli Deo competit. *Vt dem vobis*, ait, *finem & patientiam* laborum præsentium, siue spem futurorum. *Tunc inuocabitis me, & ibitis Ierusalem, & orabitis, & exaudiam vos.* Certè absque inuocatione & oratione captiuorum poterat implere Dominus quod promiserat, sed hortatur eos ad preces: vt quod promissum est mereantur accipere. *Quæretis me & inuenietis*, cùm quæsieritis in toto corde vestro iuxta illud Euangelicum.[a] *Petite, & accipietis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis.* Secundùm anagogen: tamdiu in sæculi huius confusione versamur, quamdiu requiem septenarij numeri mereamur accipere: & acceptâ pœnitentiâ Deus impleat quod promisit, & reducamur ad locum nostrum Ecclesiam. Idcirco enim Dominus percutere visus est, vt sanaret: dabitque nobis finem laboris nostri, atque patientiæ: & inuocabimus eum, & reuertemur in Ecclesiam, & orabimus, & exaudiemur: quæremus, & inueniemus eum, cùm toto corde quæsierimus illum, & tunc apparebit nobis. Quidam Septuaginta annos, iuxta illud interpretantur quod scriptum est: [b] *Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni:* qui cùm fuerint expleti, tunc ad Dominum reuertamur in toto corde nostro, & exaudiamur, & finis sit laboris nostri atque patientiæ: nunc enim in vmbra nos omnia & in imagine possidere.

Futurorum scientia soli Deo cõpetit.

In tribulationibus duo à nobis à Deo expectanda, finis illarum, & patientia præsentis ærumnæ.

Orationibus vult Deus vt mereamur & id quod promisit se facturum.

a Matt.7.7.

In Babylonica captiuitate, atque in Confusione tamdiu quisque est, quãdiu ad conscientiæ quietem redeat in Ecclesia.

Septuaginta anni captiuitatis Babylonicæ decrepitas vita nostra.

b Ps.89 10.

(*Et reducam*, &c. *quam emisi*, &c.) Hucusque in Sept. non habetur, quæ asteriscis prænotaui. Cætera enim in quibus vel singuli versus, vel pauca ab eis prætermissa sunt verba, victus tædio, annotare nolui, ne fastidium legentibus facerem. Pollicetur autem Dominus his qui erant in transmigratione, quòd post septuaginta annos captiuitatis redire eos faciat de vniuersis gentibus, & de cunctis locis, ad quæ expulerit eos, & captiuitate laxatâ, pristinum statum & patriam recipere. Et cùm ego hæc, inquit, meâ sponte facturus sim, & certo tempore redituros vos decreuerim, frustra decipimini, & putatis vos habere Prophetas in Babylone, qui vobis falsa promittunt. Ita autem sciatis, nequaquam vos reditum nunc sperare debere, sed ædificare domos, plantare pomaria, accipere vxores, & generare filios, & multiplicari numero, & tempus expectare promissum. Audite quid Dominus loquatur ad Sedechiam, qui nunc regnat in Ierusalem, & ad omnes habitatores vrbis eius, id est ad fratres vestros, qui noluerunt meæ obedire sententiæ, & Babylonem migrare vobiscum: quòd nequaquam captiuitatem possint effugere: sed gladio, & fame, & peste moriantur. *Et ponam eos quasi ficus malas:* quas Theodotio interpretatus est sudrinas, secunda editio, pessimas, Symmachus, nouissimas quæ Hebraicè appellantur שערים *sciengarim* sed scriptorum vitio pro media syllaba siue litera α Græcum δ inoleuit: vt pro suarim legatur sudrim. Quomodo autem cophinus siue calathus, qui habebat ficus bonas, primitiuas habuisse dicitur: Sic alter cophinus qui habebat ficus malas, habuisse ficus nouissimas scribitur. Et persequar, inquit, eos qui nunc in Ierusalem vrbe versantur, gladio, fame, & pestilentiâ: vt primùm obsidione, confestim qui remanere & effugere potuerint dispergantur in vniuersas terras, & exemplo sint omnibus, maledictionis, stuporis, & sibili, & opprobrij: *ad quos ego eiiciam eos; quia non audierunt verba mea, dicit Dominus: quæ per seruos meos loquutus sum ad eos de nocte consurgens, & mittens:* & numquam monere cessaui, vt imitarentur vos qui nunc in transmigratione securo otio perfruimini, donec promissio Domini compleatur. Vos autem qui meæ obedistis sententiæ, & Regi vos Babylonio tradidistis, audite quæ dicturus sim: Et in hoc loco delirus interpres somniat ruinam cælestis Ierusalem, & ad eos prophetiam dirigi suspicatur, qui in huius mundi Babyloniâ regione versantur: quod bene fecerint in hæc corpora sponte descendere, & in terra Chaldæorum ædificare domos, plantare pomaria; accipere vxores, filios generare, bonisque operibus restitui post Sept. annos in locum pristinum, & in cælestem Ierusalem. Illos autem qui noluerint propriâ voluntate ad terrena descendere, hæc passuros, quæ Dominus Sedechiæ & eius populo comminatur: Qui noluerint imitari fratres suos, nec venire in Babylonem, quòd mittat in eos gladium, & famem, & pestem: hoc est rerum omnium penuriam: & ponat quasi ficus pessimas, quæ comedi penitùs non possunt, & persequatur eos gladio sempiterno: & det in vexationem vniuersis regnis terræ: quò, scilicet nequaquam homines, sed fiant aëreæ potestates, & sint apud cunctos Angelos, qui præsint singulis prouinciis, in maledictionem, & in stuporem, in sibilum, & in opprobrium cunctis gentibus. Et hoc eos idcirco passuros, quia verba Prophetarum in cælesti Ierusalem audire noluerint: qui eos hortabantur, vt ad terrena descenderent, & corpus humilitatis assumerent, & actâ pœnitentiâ post verum Sabbatismum, locum pristinum possiderent. Hæc ille dixerit. Quæ cùm audiunt discipuli eius, & Grunnianæ familiæ stercora, putant se diuina audire mysteria. Nosque qui ista contemnimus, quasi pro brutis habent animantibus, & vocant πηλουσίους eò quòd in luto istius corporis constituti non possimus sentire cælestia.

In Origenis errorem de animis è cælo in corpora demissis.

In

12 Theodorit. *Ficus Suarem dicta Hebr. linguâ, quæ agrestes & inutiles.*

In Theodorito. Nota primò quod circa vers. 17. de ficubus ita refert, exponitque. *Et dabo vos sicut ficus Suarem, quæ comedi non possunt, eò quod sint pessimæ.* Quas supra dixit deformes, hîc appellat Suarem. Suarem Hebræâ voce sunt, quæ in syluis nascuntur, hoc est, agrestes, incultæ, & minimè dignæ quæ inserantur, & inutiles sunt. Nota secundò, ita apud eumdem haberi, quæ non sunt in Sept. vers. 18. *(Et dabo vos in vexationem vniuersis regnis terræ.)* Extimescent enim omnes, qui audierint inflictas calamitates, *(In iuramentum in sibilum, & in opprobrium apud omnes gentes, ad quas dispersi illos.)* Solent plerique dicere, Vtinam non patiar, quæ passus est ille, propterea dicit in iuramentum.

In Iuramentum dari aliquem à Deo quid sit.

13 D. Thomas.

D. Thomas. Dicit liberationis tempus quantùm ad consolationem. Quia hæc dicit Dominus, visitabo consolans vos, & hostes affligens. supra 25. [a] *Cùm impleti fuerint septuaginta anni visitabo super Regem Babylonis & super gentem illam dicit Dominus iniquitatem illorum*, &c. Et quantùm ad patriæ restitutionem. *(Et suscitabo.* implebo Eccles. 36. [b] *Suscita prædicationes quas locuti sunt in nomine tuo Prophetæ priores.* Tertiò ponit liberationis modum, primò promittens pristinæ prosperitatis statum: quantùm ad tranquillitatem pacis *(Ego enim scio.)* q.d. nō alius 1. Cor. 2. [c] *Quæ sunt Dei nemo scit nisi spiritus Dei.* Isai. 64. [d] *Oculus non vidit absque te: quæ præparasti expectantibus te (cogitationes pacis)* quam vobis præparo *(finem)* captiuitatis *(patientiam)* laborum: vt faciliùs toleretis. Psalmus, [e] *Loquetur pacem cum proximo suo: mala autem in cordibus eorum.* Et quantùm ad exauditionem orationis *(inuocabitis)* ore *(& ibitis)* mente *(adorabitis)* corpore. Vel ibitis ad templum. Isai. 30. [f] *Ad vocem clamoris tui statim vt audierit respondebit tibi.* Alia litera habet *(Inuocabitis me & viuetis: & orabitis me: & ego exaudiam vos:)* Et planus est sensus. Et quantùm ad auxilium diuinæ protectionis *(quæretis)* desiderio, & precibus *(& inuenietis)* paratum ad auxilium, q. d. me ipsum offeram. Ioan. 14. [g] *Qui diligit me: diligetur à patre meo: & ego diligam eum: & manifestabo ei meipsum.* Isai. 55. [h] *Quærite Dominum dum inueniri potest: inuocate eum dum prope est.* Secundò promittit proprium natiuitatis locum. *(Et reducam)* Ezech. 36. [i] *Tollam quippe vos de Gentibus: & congregabo vos de vniuersis terris, & adducam vos in terram vestram (quia dixistis.)* q.d. non fuit necessarium vobis scribere: quia in falsis Prophetis confiditis.

a Ierc. 25. 12. b Ecc. 36. 17. c 1. Cor. 2. 11. d Isai. 64. 4. e Psal. 27. 3. f Isai. 30. 19. *in Oratione quærentibus ipsum offert se Deus paratum.* g Ioan. 14. 21. h Isai. 55. 6. i Ezech 36. 24.

(Hæc dicit Dominus exercituum, Ecce mittam, &c.) Hic excludit falsam pœnitentiam. Possent enim propter longam captiuitatem pœnitere de hoc quòd se tradiderant: videntes alios adhuc in Ierusalem remansisse: & imò contra remanentes comminatur grauem pœnam mortis *(Ecce mittam)* supra 21. [k] *Qui habitauerit in vrbe hac morietur gladio, & fame, & peste: qui autem egressus fuerit, & transfugerit ad Chaldæos qui obsident vos, viuet,* &c. & afflictionis. *(Et ponam)* id est, non inuenient gratiam in me: neque in illis à quibus captiui tenentur: sicut neque ficus malæ placent colligentibus. supra 24. [l] *Sicut ficus pessimæ quæ comedi non possunt eò quòd sint malæ, hæc dicit Dominus: sic dabo Sedechiam Regem Iuda: & principes eius: & reliquos de Ierusalem qui remanserunt in vrbe hac & qui habitant in terra Ægypti,* &c. assignat causam *(eò quòd non audieris)* scil. vt se traderent Nabuchodonosor, & à peccatis cessarent. supra 11. [m] *Manè consurgens contestatus & dixi. Audite vocem meam. Et non audierunt, nec inclinauerunt aurem suam: sed abierunt vnusquisque in prauitate cordis sui mali,* &c. Secundò inducit intentam commonitionem. *(Vos ergo)* ne scil. pœnam patiamini, quia mihi in hoc obedistis. Prouerb. 4. [n] *Audite filij disciplinam patris.*

k Ierc. 21. 9. l Ierc. 24. 8. m Ierc. 11. 7. n Prou. 4. 1.

14 August. *Sept. anni captiuitatis Babylonicæ post quos redditur, &c. Vita præsentis tempora, post quæ, ad cælestem imus Ierusalem. Per Iesum Christum in cælestem redimus patriā designatum per Iesum Sacerdotē apud Zachariam.*

Circa vers. 10. Augustinus lib. 12. contra Faustum. Tom. 6. cap. 26. Quod post Septuaginta, inquit, annos secundùm Ieremiæ Prophetiam, redditur ex captiuitate, & templum renouatur: quis fidelis Christi non intelligat, post euoluta tempora, quæ septenarij dierum numeri repetitione transcurrunt, etiam nobis, id est Ecclesiæ Dei, ad illam cœlestem Ierusalem ex huius sæculi peregrinatione redeundum? Per quem nisi per Iesum Christum verè Sacerdotem magnum, cuius figuram gerebat ille Iesus [o] Sacerdos magnus illius temporis, quo templum ædificatum est post captiuitatem, quem Propheta Zacharias vidit sordido habitu, deuictoque Diabolo, qui ad eius accusationem stabat, ablatam illi sordidam vestem, & datum indumentum honoris & gloriæ, sicut corpus Iesu Christi, quod est Ecclesia, aduersario in fine temporum per iudicium superato, à luctu peregrinationis in gloriam sempiternæ salutis assumitur. Quod etiam in Psalmo dedicationis domus apertissimè canitur, [p] *Conuertisti luctum in gaudium mihi, concidisti saccum meum, & accinxisti me lætitiâ, vt cantet tibi gloria mea, & non compungar.*

o Zach. 3. 3. p Psal. 29. 11.

15 Petr. Dam. *Dei sollicitudo ad nostram salutem nostrum arguit torporem. In Auditoribus maior inuenitur torpor, quàm in prædicatoribus verbi Dei. Iudicij, mortisque tempore improperabit Dominus impiis sollicitum suum salutis eorum studium. Orationes Deus non audit eorum, qui ipsum, eiusque non audiunt seruos.*

Circa vers. 17. & sequentibus, Petrus Damiani lib. 5. epistolarum, epistolâ 3. *Ecce ait Dominus mittam in eos* (ciues scil. Ierusalem) *gladium & famem, & pestem,* &c. eò quòd non audierunt *verba mea, quæ misi ad eos per seruos meos Prophetas, de nocte consurgens,* mittendi sollicitudinem indicat, & velocitatem; vt non in verbi prædicatoribus, sed in auditoribus potiùs torpor desidiæ valeat inueniri. Cùm itaque Deus omnipotens humano more hominibus loquens, de nocte consurrexisse se, ac per hoc quasi somnum se interrupisse conqueritur: quod nobis opprobrium valet obiicere, si nobis in vltimo necessitatis periculo constitutis, velut hæc pernieritò respondet. Ego propter vos cùm essem Creator, factus sum creatura: Ego propter vos irrisiones, & opprobria pertuli, Crucem subij, & cuncta, quæ vobis debebantur, tormenta percurri: vos tamen me non audistis, & legis meæ cæremonias, & mandata spreuistis. Porrò si illis improperabat seruos à se missos, quantò terribiliùs nobis improperabit seipsum? Si illis somnum improperabat interruptum, quantò magis nobis valet obiicere se pro nobis mortuum ac sepultum? Non liberat Deus Iudæos vallantium hostium obsidione conclusos, quia destinatos à se famulos contempserunt: & quomodo Christianos audiet, qui missa per filium Euangelica præcepta spreuerunt? Nam qui non audit Deum, non auditur à Deo.

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Καὶ ἀπιστήσω.]

Ὀλυμπιοδώρου.] τουτέστιν ὄψεσθε τῶν ἐμῶν λόγων τὴν ἀλήθειαν.

[Καὶ προσεύξα.]

Βίκτορος.] || μετὰ τὴν ἐπάνοδον ὑποτίθεται. τοῦτο πεποίηκε Δανιὴλ εἰπών. ἐγὼ Δανιὴλ συνῆκα ἐν ταῖς βίβλοις τῶν ἀριθμῶν τῶν ἐτῶν, ὡς ἐγένετο λόγος κυρίου πρὸς Ἱερεμίαν τὸν προφήτην εἰς συμπλήρωσιν ἐρημώσεως Ἱερουσαλήμ, ἑβδομήκοντα ἔτη· καὶ ἔδωκα πρόσωπόν μου πρὸς κύριον τὸν θεὸν τοῦ ἐκζητῆσαι προσευχὴν καὶ δέησιν ἐν νηστείαις καὶ σάκκῳ, καὶ σποδῷ. καὶ προσκυσάμην πρὸς κύριον τὸν θεόν μου· καὶ ἐξωμολογησάμην. καὶ τὰ ἑξῆς ὁ παρὰ Ζαχαρίᾳ ἄγγελος φησί· κύριε παντοκράτωρ, ἕως τίνος οὐ μὴ ἐλεήσῃς τὴν Ἱερουσαλὴμ, καὶ τὰς πόλεις Ἰούδα, ἃς ὑπερεῖδες, τοῦτο ἑβδομηκοστὸν ἔτος. ἦσαν δὲ σὺν τῷ Δανιὴλ, καὶ οἱ τρεῖς παῖδες. καὶ πᾶς πιστὸς εὐχόμενος. διὸ καὶ πάντων εἰσήκουσεν ὁ θεός. Δεῖ γὰρ μὴ ἁπλῶς ἐπαναπαύεσθαι τῷ χρόνῳ τῆς τιμωρίας. εἰ γὰρ μὴ δεηθῶμεν μετὰ ταῦτα θεοῦ, διὰ τὴν ἡμετέραν ῥαθυμίαν ἕτερος προστεθήσεται. ἕτοιμος δὲ τοῖς ἐκζητοῦσι θεὸς ὁ λέγων. ἔτι σοῦ λαλοῦντος ἐρῶ, ἰδοὺ πάρειμι.

|| Ἴσ. τὰ πρὸς τὴν ἱκάν.

[Ὅτι εἴπατε.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ψευδοπροφῆται ἦσαν καὶ ἐν τῇ Ἱερουσαλὴμ ἀπατῶντες τὸν λαόν. ἦσαν δὲ καὶ ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ ἀπατῶντες τοὺς ἐν τῇ ἀποικίᾳ.

A Vers. 10. *Et suscitabo verba super vos, &c.)* 16

Olympiodori.] *Hoc est, meos sermones veros esse conspicietis.* Olympiod.

(Et orate.)

Victoris.] *Quæ ad reditum spectant suggerit. Hoc facit Daniel qui ait.* [a] Ego Daniel percepi in libris numerorum annorum, quod factum est verbum Domini ad Ieremiam Prophetam in complementum desolationis Ierusalem, septuaginta annos: B & dedi faciem meam ad Dominũ Deum, vt perquirerem orationem, & precem in ieiuniis, in Saccis, & cinere, & oraui ad Dominum Deum meum, & confessus sum, *& quæ sequuntur, & apud Zachariam Angelus ait;* [b] Domine omnipotens quousque non misereberis, Ierusalem, Vrbiumque Iudæ quas contempsisti? Hîc septuagesimus annus, *erant quoque cùm Daniele tres pueri; omnisque alius qui similiter orauit, Quapropter* C *omnes Deus exaudiuit. Non enim ociosè agendum, quia punitionis tempus definitum est. Nam si postea Deum non deprecemur, propter nostram segnitiem aliter afficietur, promptus verò est quærentibus se Deus, qui dicit;* [c] Adhuc te loquente, dicam, Ecce adsum.

Victor.

a Dan. 9. 2.

Ad Orationes confugiẽdum in calamitatibus.

b Zach. 1. 12.

Orationi instandum.

c Isai. 58. 9.

Vers. 15. *(Quia dixistis constituit nobis Dominus Prophetas, &c.)*

Olympiodori.] *Pseudoprophetæ erant & in Ierusalem populum decipientes, & in captiuitate seducẽtes eos qui in transmigratione degebãt.*

Olympiod.

Pseudoprophetæ antiquitùs erant vbique.

Capitis 29. à vers. 21. vsque ad finem. Sectio Tertia.

TEXTVS VVLGATÆ.

21 HÆc dicit Dominus exercituum Deus Israel ad Achab filium Coliæ, & ad Sedeciam filium Maasiæ, qui prophetant vobis in nomine meo mendaciter: Ecce ego tradam eos in manus Nabuchodonosor Regis Babylonis: & percutiet eos in oculis vestris.

22 Et assumetur ex eis maledictio omni transmigrationi Iuda, quæ est in Babylone dicentium: Ponat te Dominus sicut Sedeciam, & sicut Achab, quos frixit Rex Babylonis in igne.

23 Pro eo quòd fecerint stultitiam in Israel, & mœchati sunt in vxores amicorum suorum, & locuti sunt verbum in nomine meo mendaciter, quod non mandaui eis: ego sum iudex & testis, dicit Dominus.

24 Et ad Semeian Nehelamiten dices.

25 Hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israel: Pro eo quòd misisti in nomine tuo libros ad omnem populum, qui est in Ierusalem, & ad Sophoniam filium Maasiæ Sacerdotem, & ad vniuersos Sacerdotes, dicens.

26 Dominus dedit te Sacerdotem pro Ioiade Sacerdote, vt sis dux in domo Domini super omnem

D TEXTVS SEPTVAGINTA.

21 *Sic dixit Dominus super Achab, & super Sedeciam: Ecce ego do eos in manus Regis Babylonis: & percutiet eos ante oculos vestros.*

22 *Et assument de eis maledictionem in omni transmigratione Iuda, in Babylone dicentes: faciat te Dominus, sicut Sedeciam fecit, & sicut Achiab: quos frixit Rex Babylonis in igne.*

23 *Pro eo, quòd fecerunt iniquitatem in Israel, & mœchabantur vxores ciuium suorum, & verbum responderunt in nomine meo, quod non præcepi eis; &* E *ego testis, ait Dominus.*

24 *Et ad Samæam Ælamitem dices.*

25 *Non misi te nomine meo. Et ad Sophoniam filium Maasiæ Sacerdotem dic.*

26 *Dominus dedit te Sacerdotem pro Iodaë Sacerdote, vt esses præfectus in domo Domini omni homini prophetanti, & omni homini insanienti; & dabis eum in custodiam, & in cataractam.*

27 *Et nunc quarè simul contumeliis affecistis Ieremiam, qui ex Anatholy, qui prophetauit vobis?*

28 *Non propter hoc misit: quia per mensem hunc mirum,*

29 Et

omnem virum arreptitium & prophetantem, vt mittas eum in neruum, & in carcerem.

27 Et nunc quare non increpaſti Ieremiam Anathothitem, qui prophetat vobis.

28 Quia ſuper hoc miſit in Babylonem ad nos dicens: Longum eſt, ædificate domos & habitate: & plantate hortos & comedite fructus eorum.

29 Legit ergo Sophonias Sacerdos librum iſtum in auribus Ieremiæ Prophetæ.

30 Et factum eſt verbum Domini ad Ieremiam, dicens.

29 Et legit Sophonias librum in auribus Ieremiæ.

30 Et factum eſt verbum Domini ad Ieremiam, dicens.

31 Mitte ad transmigrationem, dicens: Sic dixit Dominus ſuper Samaam Ælamitem: Quoniam prophetauit vobis Samaas, & ego non miſi eum, & confidere vos fecit ſuper iniquis.

32 Propter hoc dixit Dominus: Ecce ego viſitabo ſuper Samaam, & ſuper genus eius: & non erit de eis homo in medio veſtri, ad videndum bona, quæ ego faciam vobis non videbunt.

31 Mitte ad omnem tranſmigrationem, dicens: Hæc dicit Dominus ad Semeian Nehelamiten: Pro eo quod prophetauit vobis Semeias, & ego non miſi eum: & fecit vos confidere in mendacio.

32 Idcirco hæc dicit Dominus: Ecce ego viſitabo ſuper Semeian Nehelamiten, & ſuper ſemen eius: non erit ei vir ſedens in medio populi huius, & non videbit bonum, quod ego faciam populo meo, ait Dominus: quia præuaricationem locutus eſt aduersùs Dominum.

PARAPHRASIS CHALDAICA.

21 HÆc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael ad Achab filium Cholia, & ad Sedechiam filium Maaſia, qui prophetant vobis in nomine meo mendaciter: Ecce ego tradam eos in manum Nabuchodonoſor Regis Babylonis, & occidet eos coram oculis veſtris.

22 Et aſſumetur ex eis maledictio omni tranſmigrationi Iuda quæ eſt in Babylone, dicendo: Ponat te Dominus ſicut Sedechiam, & ſicut Achab quos torruit Rex Babylonis igni.

23 Pro eo quòd fecerunt ignominiam in Iſrael, & fornicati ſunt cùm vxoribus ſociorum ſuorum, & locuti ſunt verbum in nomine meo mendaciter, quod non præcepi eis. Et coram me manifeſtum eſt, & verbum meum eſt teſtis, dicit Dominus.

24 Et Semeia Helamita loqueris, dicens.

25 Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael, in hunc modum: Pro eo quòd miſiſti in nomine tuo epiſtolas ad omnem populum qui eſt in Ieruſalem, & ad Sophoniam filium Maaſia ſacerdotem, & ad omnes Sacerdotes, dicens.

26 Dominus conſtituit te Sacerdotem pro Iehoiada Sacerdote, vt ſis conſtitutus princeps Sacerdotum in domo Sanctuarij Domini, omni viro ſtulto, & inſipienti, vt mittas eum in neruum & in carcerem.

27 Et nunc, quare non increpaſti Ieremiam qui eſt de Anathoth, qui prophetat vobis?

28 Quia propterea miſit ad nos in Babylonem, dicens: Longum eſt; ædificate domos, & habitate, & plantate hortos, & comedite fructum eorum.

29 Et legit Sophonias Sacerdos epiſtolam hanc coram Ieremia Propheta.

30 Et factum eſt verbum prophetiæ à facie Domini cum Ieremia, dicens.

31 Mitte ad omnes filios tranſmigrationis, dicens: Hæc dicit Dominus ad Semeiam Helamitem: Pro eo quòd prophetauit vobis Semeias, & ego non miſi eum, & confidere vos fecit in mendacio.

32 Idcirco hæc dicit Dominus: Ecce ego viſitabo ſuper Semeiam Helamitem, & ſuper filios eius, & non erit ei vir ſedens in medio populi huius, & non videbit bonum quod ego faciam populo meo, dicit Dominus: Quia peruerſum locutus eſt coram Domino.

Catena ex Veterum Patrum operibus impreſſis.

17 Hieronym.

HIeronymus. *(Hæc dicit Dominus exercituum.)* Aiunt Hebræi, hos eſſe Presbyteros, qui fecerunt ſtultitiam in Iſrael, & mœchati ſunt vxores ciuium ſuorum: quorum vni loquitur, Daniel: [a] *Inueterate dierum malorum*, & alteri: *Semen Chanaan, & non Iuda: ſpecies decepit te, & concupiſcentia ſubuertit cor tuum: Sic faciebatis filiabus Iſrael, & illæ metuentes loquebantur vobiſcum. Sed non filia Iuda ſuſtinuit iniquitatem veſtram.* Quodque Propheta nunc loquitur. *Et loquuti ſunt verbum in nomine meo mendaciter, quod non mandaui eis:* illud ſignificari putant, quòd miſeras mulierculas, quæ circumferuntur omni vento doctrinæ, ſic deceperint, quòd dicerent eis, quia de tribu erant Iuda, Chriſtum de ſuo ſemine eſſe generandum, quæ illectæ cupidine præbebant corpora ſua, quaſi matres futuræ Chriſti. Sed illud quod in præſentiarum dicitur: *quos frixit Rex Babylonis in igne.* Vnde & à pleriſque ac pene omnibus Hebræis, ipſa quaſi fabula non recipitur, nec legitur in Synagogis eorum. Qui enim, inquiunt, fieri poterat, vt captiui lapidandi in principes & Prophetas ſuos haberent poteſtatem? Et magis hoc eſſe verum affirmant, quod ſcribit Ieremias, conuictos quidem eſſe Presbyteros à Daniele, ſed latam in eos ſententiam à Rege Babylonis: qui in captiuos vt victor & Dominus habebat imperium. Quanti & de noſtro grege ſimiles Achab, & Sedechiæ, prophetant in nomine Domini mendacium, & faciunt ſtultitiam in Iſrael: & mœchantur vxores ciuium ſuorum, qui in eadem Eccleſiæ ſunt vrbe generati? quos verus Nabuchodonoſor friget in igne peccati, dicente. Oſeâ Prophetâ: [b] *Omnes adulterantes, quaſi Clibanus ſuccenſus à coquente. Fœlix qui* [c] *tollit iugum ab adoleſcentia ſua, & ſedet ſolus, quia amaritudine repletus eſt:* poteſtque dicere cum Dauid: [d] *Non ſedi in concilio malignantium: & cum iniqua gerentibus non introibo.* Quodque intulit nunc Propheta. *Ego ſum iudex & teſtis, dicit Dominus:* hunc habet ſenſum: Hæc quæ dico de duobus Pſeudoprophetis, qui loquuntur verbum in nomine meo mendaciter, quod non mandaueram eis, nequaquam opinione cognoui, ſed ipſe ſcio vera eſſe, quæ cælare nemo poteſt, nec effugere mei iudicij veritatem.

Senes duo Suſanna apud Danielem eſſe illos quorum meminit Ieremias cap. 29.

a Dan. 13. 52.

Senes impudici quomodo adulteria admitterent in Babylonia mentientes in nomine Domini.

Suſanna hiſtoriam non admittunt Hebræi.

Eccleſiaſticorum impudicitia mendacijs adiuta in cauſa eſt vt à Diabolo igne frigantur peccati.

b Oſe. 7. 4.

c Thren. 3. 27.

d Pſal. 25. 4.

Iudicium Dei veriſſimum, quia ex certa ſcientia eius eſt.

18

(Et ad Semeiam Nehelamitem dices, &c.) Semeias de loco Nehelami, qui interpretatur torrens, cum Rege Iechonia ductus fuerat in Babylonem, & prophetabat populo mendaciter, eò quòd celeriter eſſent Ieruſalem reuerſuri. Fuiſſe autem eum Pſeudoprophetam ſequentia Ieremiæ verba demonſtrant: *Hæc dicit Dominus ad Semeiam Nehelamitem, pro eo quòd prophetauit vobis Semeias, & ego non miſi eum.* Quia igitur Ieremias

mias ad eos, qui erant in Babylone literas misse- A rat, dicens: *Ædificate domos, & habitate: plantate hortos, & comedite fructus eorum: accipite vxores & generate filios.* Et post alia iunxerat: *Non vos seducant Prophetæ vestri, qui sunt in medio vestri, & diuini vestri.* Ac deinde, *quia isti falsò prophetant vobis in nomine meo, & non misi eos, dicit Dominus:* intelligens Semeias sub communi nomine Pseudoprophetarum contra se scriptum: mittit literas Ierusalem ad Sophoniam filium Maasiæ Sacerdotem, & ad reliquos Sacerdotes contra Ieremiam: quare non increpetur à Sophonia Sacerdote, cuius officium est discernendi inter Pro- B phetas, qui Spiritu Sancto loquantur, & qui contrario: & recludi iubeatur in carcerem, vt mendacij sui pœnas luat, & populum vltra supplantare desistat. Ioiade Sacerdos fuit,[a] qui Ioias post interfectionem Athaliæ imperium tradidit, & interfecit Sacerdotes Baal. Hoc est ergo, quod scribit: Quare non imitaris Ioiadem Sacerdotem, & interficis Ieremiam Pseudoprophetam? Dominus enim te pro Ioiade constituit, vt habeas curam templi, & præcipuè discernas, qui Sancto spiritu loquantur, qui dæmoniaco. Discretiones autem spirituum diuinæ esse gratiæ, & C Apostolus memorat.[b] Cur inquit, non increpuisti Ieremiam Anathotitem? Quod ipse merebatur, quasi Pseudopropheta, refert in Prophetam, & præuenit mendacio veritatem.[c] Vnde & prudentiores putantur filij tenebrarum filiis lucis in generatione hac. Nobisque agentibus patienter & expectantibus miserorum salutem, præueniunt hæretici, & nos suo appellant nomine[d] ducentes cæci cæcos in foueam. Misit, inquit ad nos in Babylonem, dicens: *Longè est.* Hoc est omne, quod dolet: quare aduersùm suum mendacium Ieremias scripsit veritatem, longè esse red- D ditum, & post septuaginta annos redituros in Ierusalem: vnde debere eos ædificare domos, plantare pomaria, & comedere fructus eorum: accipere vxores, & facere filios, quæ præteritus sermo narrauit. Quas literas cùm accepisset Sophonias Sacerdos, ad cuius specialiter nomen scriptæ erant: legit Ieremiæ, quodammodo suggillans eum, & ipsâ increpans lectione quare auderet in Babylonem talia scribere.

a 4. Reg. 11. 18. 2. Par. 23. 17. *Pontificis maximi potissimum est discernere qui Sancto Spiritu loquantur, qui dæmoniaco.*

b 1. Cor. 12. 10. *Hæreticorum peculiare est vt Catholicos appellent Hæreticos.*

c Luc. 16. 8.

d Matth. 15. 14.

19 (*Et factum est verbum Domini ad Ieremiam, dicens: Mitte*, &c.) Pseudopropheta Semeias verè Nehelamites, qui de torrente alienas, & turbidas aquas sumpserat, irascitur contra mendacium suum vera scripsisse Ieremiam, & ad Sophoniam Sacerdotem mittit epistolas: cur ausus sit Propheta scribere veritatem, & cupit eum recludi in carcerem, ne loquatur. Sophonias quoque Prophetam latenter accusat dum legit epistolam mentientis: & accusationem eius habere se iactitat. Quantò magis sceleris rei sunt, qui defendunt Pseudoprophetas, & mentientes fouent, & ad aliorum malè inuenta, sua faciunt esse peccata? Audiat itaque Pseudopropheta, intelligat Sacerdos, quid per eum & ipse audire meretur: *Hæc dicit Dominus: Ecce ego visitabo super Semeiam.* Hoc Dominus loquitur, non Propheta, quod visitet super Semeiam Nehelamitem, nõ in remedium, sed in supplicium mentientis: iuxta illud quod scriptum est:[e] *Visitabo in virga iniquitates eorum, & in flagellis peccata eorum.* Nec solùm super Pseudoprophetam visitat: sed & super semen eius, omnes discipulos, quos suo errore decepit. *Non erit*, inquit, *vir sedens in medio populi huius.* Deleatur de sanctorum conciliabulo stirps pessima: nec sedeat in medio quiescentium: qui cum stantibus stare non potuit: nec audiuit illud:[f] *Si stetissent in substantia mea.* Cúmque Dominus perfectionem virtutum omnium finito septenario tempore promittat: ille non videbit bonum, quod sibi in præsenti tempore vendicabat. Hoc autem totum fiet, quia præuaricationem locutus est aduersùs Dominum, vt diceret iam solutâ peccatorum captiuitate, reuersuros esse in Ierusalem: quibus Apostolus comminatur:[g] *Iam saturati estis: iam diuites facti estis: sine nobis regnastis: & vtinam regnaretis, vt & nos regnaremus vobiscum.*

Hæreticos impiosque defendentes quanti rei sint sceleris.

e Psal. 88. 33.

f Sup. 23. 22. Sec. 70. *Bonis futuris non fruentur, qui in vita præsenti ea sibi vendicât.*

g 1. Cor. 4. 8.

In Theodorito nihil præter simplicem historiæ paraphrasim.

Theodorit.

20 D. Thomas. Hîc inuehit contra ipsos falsos Prophetas & primò contra quosdam assertores falsitatis. Secundò contra quemdam impugnatorem veritatis, ibi (*Et ad Semeiam*, &c.) Circa primum tria: primò comminatur pœnam. Secundò arguit culpam. ibi (*pro eo quòd fecerit*, &c.) Tertiò arguit iudicij iustitiam ibi (*Ego sum iudex*, &c.) Circa primum tria. Primò ponitur ipsorum depressio in culpa (*tradam eos*) vt secundùm occasionem puniendi habeat quos primò in potestate habebat. Thren. 1.[h] *Dedit me Dominus in manu de qua non potero effugere.* Secundò ponitur pœnæ inflictio. (*Et percutiet*) infra 30.[i] *Insanabilis fractura, pessima plaga tua.* Tertiò ponitur constans maledictio. (*Et assumetur ex eis.*) Dicunt autem Hebræi hos esse duos senes de quibus habetur Dan. 13. Vnde ex hoc loco volunt ostendere illud fabulosum esse. Ibi enim dicuntur à populo occisi: hîc autem à Nabuchodonosor. Et prætetea ibi dicuntur lapidati: hîc igne occisi. Et dicendum ad primum, quòd vtrumque potest esse verum: quia Nabuchodonosor occidit auctoritate, à Daniele conuictos, & populus executione sententiæ. Ad secundum dicendum quòd quælibet pœna dicitur ignis propter afflictionem: & hoc præcipuè propter similitudinem culpæ adulterij. Oseæ. 7.[k] *Omnes adulterantes quasi clibanus succensus à coquente.* Iob. 31.[l] *Ignis est vsque ad perditionem deuorans: & omnia eradicans genimina.*

D. Thom.

h Thren. 1. 14.

i Iere. 30. 12.

Senes Susannæ quomodo & à Nabuchodonosor, & à Iudaico populo, & igne, & lapidibus necati.

Ignis pœnâ vt maximè afflictiuâ significata & pœna quæque.

k Oseæ. 7. 4.

l Iob. 31. 12.

(*Pro eo quòd fecerint*, &c.) Hîc ponit culpam. Et primò adulterium (*stultitiam*) id est rem stultam (*& mœchati sunt*) Dan. 13.[m] *Sic faciebatis filiabus Israel: & illæ timentes loquebantur vobis:* supra. 5.[n] E *Vnusquisque ad vxorem proximi sui hinniebant.* Secundò mendacium.

Adulterium stultitiæ nomine appellatum.

m Danie. 13. 57.

n Ierem. 5. 8.

(*Ego sum iudex.*) Hîc ponit iudicij iustitiam (*index*) ad infligendam pœnam (*testis*) ad conuincendam culpam, quâ diuino nutu & miraculosè depræhensi sunt. Dan. 13.[o] *Suscitauit Dominus spiritum pueri iunioris, cui nomen Daniel.*

Deus Iudex ad condemnandum, testis ad conuincendum.

o Daniel. 13. 45.

(*Et ad Semeiam*, &c.) Hîc inuehitur contra impugnatorem veritatis: quia cùm esset Pseudopropheta, & populi vicinam liberationem promitteret: iratus contra Ieremiam propter epistolam quàm in Babylonem misit, scripsit in Ierusa- F lem literas ad principem Sacerdotum contra Ieremiam. Et circa hoc duo, primò ponitur veritatis impugnatio: secundò ponitur contra ipsum comminatio. ibi (*Et factum est verbum*, &c.) Circa primum duo: primò ponit terrorem epistolæ (*pro eo quòd misisti.*) Est defectuosa locutio, quasi patieris: quòd post modum quibusdam interpositis dicet. In qua epistola tria facit, primò commemorat prædecessoris exemplum (*Dominus dedit te pro Ioiada*) qui interfecit falsos Sacerdotes: vt tu similiter facias de Ieremia falsò Propheta.

Reg.

Reg. 11.[a] Secundò commemorat officium (*vt sis dux super omnem virum arrepticium*) quia spiritu immundo arreptus Prophetæ actum vsurpat; pertinebat enim ad Sacerdotis officium discernere inter spiritus. 1. Ioã. 4.[b] *Nolite omni spiritui credere: sed probate spiritus si ex Deo sint: quoniam multi Pseudoprophetæ exierunt in mundum*, &c. Quidam etiam accusat scil. epistolam Ieremiæ. (*Quia super hoc*) quia non est contentus nobis mala prædicere. Amos. 5.[c] *Odio habuerunt corripientem in porta: & loquentem perfectè abominati sunt.* tertij Regum vlt.[d] *Ego odi eum quia non prophetat mihi bonum: sed malum Micheas filius Iemla.* Secundò ostendit quomodo peruenit ad notitiam Prophetæ (*legit ergo*) vt improperaret sibi supra 20.[e] *Factus est mihi sermo Domini in opprobrium & in derisum totâ die.*

a 4. Reg. 11. 18.
b 1. Ioan. 4. 1.
c Amos. 5. 10
d 3. Reg. vlt. 8.
e Iere. 20. 8.

(*Et factum est verbum Domini ad Ieremiam.*) Hîc ponitur contra ipsum comminatio. Et primò arguit culpam (*pro eo quòd prophetauit.*) Isai. 28.[f] *Posuimus mendacium spem nostram: & mendacio protecti sumus.* Et dirigitur sermo ad captiuos per quamdam aliam epistolam. Secundò comminatur pœnam (*Idcirco.*) Et primò quantùm ad filios (*non erit*) q. d. non relinquet in populo superstitem. Exod. 20.[g] *Ego sum Dominus Deus tuus fortis, Zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios in tertiam & quartam generationem eorum qui oderunt me*, &c. Secundùm, quantùm ad ipsum (*Et non videbit*) supra 17.[h] *Erit enim quasi mirica in deserto: & non videbit cùm venerit bonum.* Tertiò resumit causam (*quia præuaricationem*) quia verbis suis præuaricatus est, contra Dominum loquens: promittens prospera: Domino prædicente aduersa. Iob. 39.[i] *Numquid qui contendit cum Deo tam facilè conquiescit?*

f Isai. 28. 15.
g Exod. 20. 5.
h Iere. 17. 6.
i Iob. 39. 35.

12 Clem. Rom. *Episcopus ignorantiâ & malo animo plenus, falsus est Episcopus, ab hominibus promotus, non à Deo.*

Clemens Romanus lib. 8. Constitut. Apostolicarum cap. 2. Neque verò Rex impius, Rex est ampliùs, sed tyrannus; neque Episcopus ignorantiâ aut malo animo oppletus Episcopus est, A sed falsus Episcopus, non à Deo, sed ab hominibus promotus, vt Ananias, & Semeias in Israel, item Sedecias, & Achias Pseudoprophetæ Babylone; imò[k] & Balaam Vates pœnas exoluit, quòd populum Israel in Beelphegor corrupisset; & Caiphas postea mortem sibi consciuit, &[l] filij Sceuæ aggressi expellere dæmones, acceptis vulneribus turpiter fugerunt. Præterea Reges Israel & Iuda, ob impietatem pœnas omnis generis luerunt. Liquet igitur falsos Episcopos, & Presbyteros non euasuros ex supplicio Dei; dicetur enim nunc, quod illis olim,[m] Vos Sacerdotes, B qui nomen meum vituperatis, *tradam in occisionem, vt*[n] *Sedeciam, & Achiam, quos Rex Babylonis frixit in sartagine*, vt narrat Ieremias Propheta. Hæc verò dicimus, non quòd veras Prophetias pro nihilo ducamus, scimus enim eas afflatu diuino in sanctis fieri, sed vt audaciam & temeritatem insolentium reprimamus.

k Num. 25. 3.
l Act. 19. 16. *Episcopi & Ecclesiastici praui frigendos in inferni sartagine à Diabolo.*
m Mala. 1. 6.
n Ier. 29. 22.

Circa vers. 23. Gregorius Papa lib. 9. Moral. cap. 17. Ille vitæ, ait, causas examinat, qui has per alienum testimonium non explorat: quia qui districtus quandóque ostenditur illator pœnæ, ipse diu tacitus extitit testis culpæ. Hinc enim per C Prophetam dicitur, *Ego sum iudex, & testis.*

Greg. PP. *Testis culpæ nostræ Deus quàm rectè iudicio illas & examinet, & castiget.*

Notanda sunt circa eumdem vers. duo dicta D. Thomæ in 2. 2. alterum quæst. 68. art. 3. ad 3. quòd Deus in suo iudicio procedit ex propria notitia veritatis, non autem homo, & ideo homo non potest esse simul accusator, & testis, & Iudex, vt Deus. Alterum eadem quæst. 68. art. 2. in resp. ad 2. Quòd Deo competit iudicare secundùm propriam potestatem: & ideo in iudicando informatur secundùm veritatem, quam ipse cognoscit, non secundùm hoc quod ab aliis accipit. Alij autem iudices non iudicant secundùm propriam potestatem, & ideo debent secundùm ea D quæ coram ipsis probantur sententiam ferre contra ea quæ ipsi norunt.

In iudicio suo Deus procedit ex propria notitia veritatis & ideo Iudex simul ac testis est. Iudicare Deo competit secundùm propriam & potestatem, & notitiam. Iudices debet iudicare secundùm allegata, & probata etiam contra id quod ipsi norunt.

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Ἐπὶ ἀχιάβ.]

Ὠριγένους.] τοιαῦτα πείσεται πᾶς πρεσβύτερος ὑπὸ βασιλέως βαβυλῶνος. εἰ γὰρ ὁ ἀναξίως τῆς μεταλαμβάνων εὐχαριστίαν, εἰς κρίμα λήψεται, πόσῳ μᾶλλον ὁ καθεζόμενος ἐν πρεσβυτερίῳ συνειδότι μεμιασμένῳ, καὶ τὸ χριστοῦ μολύνων συνέδριον. τίς γὰρ αὐτῷ συγκαθήμενος εὐλαβὴς λέγειν τολμήσει τὸ, οὐκ ἐκάθισα μετὰ συνεδρίου ματαιότητος, καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις;

Ὀλυμπιοδώρου.] οὗτοι λέγονται οἱ κατὰ Σωσάνναν πρεσβύτεροι.

[Ποιήσαι σε κύριος.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὁ γὰρ ἀκούων, τίς ὁ ἀχιὰβ καὶ τίς εἴη ὁ δύσμορος οὗτος ὁ ἀποτηγανισθεὶς, ἐμάνθανε, καὶ τὴν προφητείαν, καὶ τὰ ἁμαρτήματα αὐτῶν τὰ κεκρυμμένα.

Ὠριγένους ἐκ τῆς πρὸς ἀφρικανὸν ἐπιστολῆς περὶ Σωσάννης.] μέμνημαι δὲ φιλομαθεῖ ἑβραίῳ, καὶ χρηματίζοντι παρ' αὐτοῖς σοφῷ συμμίξας περὶ

πολ-

E Vers. 21. **S**Ic dixit Dominus super Achiab.)

Origenis.] *Eadem patietur omnis hæc agens senior à Rege Babylonis, si enim qui indignè sumit Eucharistiam, in iudicium sumit, quantò magis qui sedet in cœtu seniorum cum conscientia polluta, Christi collegium maculans? quis enim pius cùm eo considens audebit dicere;*[o] Non sedi cum consilio vanitatis, & quæ sequuntur?

23 Origenes. *In Concilio seniorum sedere cum cõscientia polluta quàm magnum malum.*
o Psal. 25. 4.

(Super Achiab & super Sedeciam.)

F Olympiodori.] *Hi senes illi esse dicuntur, qui Susannæ adulterium obtulerunt.*

Olympiod.

Ex Vers. 22. (Faciat te Dominus sicut Sedeciam fecit, &c.)

24

Chrysostomi.] *Qui enim audiebat, quisnam fuerit hic Achiab, quisque fuerit infelix hîc frictus, & prophetiam addiscebat, & peccata eorum occulta.*

Chrysost.

Origenis ex epistola ad Africanum de Susanna.] *Memini verò de pluribus me egisse cum*

Iudæo

Origenes. *Senum duorũ Susanna nomina Sedecias & Achiab.*

πλξόνων. ἀφ' οὗ ἀθετουμένης τῆς περὶ Σωσάννης ἱστορίας, ἐμάνθανον, καὶ τὰ τῶν πρεσβυτέρων ὀνόματα, ὡς παρὰ τῷ ἱερεμίᾳ κείμενα, τοῦτον ἔχοντα τὸν τρόπον, ποιήσαί σε κύριος. ὡς Σεδεκίαν ἐποίησε, καὶ ὡς ἀχιὰβ, οὓς ἀπετηγάνισε βασιλεὺς Βαβυλῶνος ἐν πυρὶ δι' ἣν ἐποίησαν ἀνομίαν ἐν Ἱερουσαλὴμ. καὶ μετ' ὀλίγα. καὶ ἕτερον δὲ οἶδα ἑβραῖον περὶ τῶν πρεσβυτέρων τούτων τοιαύτας παραδόσεις φέροντα. ὅτι τοῖς ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ ἐλπίζουσι διὰ τῆς τοῦ χριστοῦ ἐπιδημίας ἐλευθερωθήσεσθαι ἀπὸ τῆς τοῦ ἐχθροῦ δουλείας, προσεποιοῦντο οἱ πρεσβύτεροι οὗτοι, ὡς εἰδότες τὰ περὶ χριστοῦ σαφηνίζειν, καὶ ἑκάτερος αὐτῶν ἀναμέρος ἢ περιετύγχανε γυναικὶ, καὶ ἣν διαφθεῖραι ἠβούλετο, ἐν ἀποῤῥήτῳ δῆθεν ἔφασκεν, ὡς ἄρα δίδοται αὐτῷ ἀπὸ τοῦ θεοῦ σπεῖραι τὸν χριστόν. εἶτα ἀπατωμένη τῇ ἐλπίδι τοῦ γεννῆσαι τὸν χριστὸν ἡ γυνὴ, ἀπεδίδου ἑαυτὴν τῷ ἀπατῶντι, καὶ οὕτως ἐμοιχῶντο τὰς γυναῖκας τῶν πολιτῶν οἱ πρεσβύτεροι ἀχιὰβ καὶ Σεδεκίας διὸ καλῶς ὑπὸ τοῦ Δανιὴλ ὁ μὲν εἴρηται πεπαλαιωμένος κακῶν ἡμερῶν, ὁ δὲ ἤκουεν, οὕτως ἐποιεῖτε ταῖς θυγατράσιν Ἰσραήλ. καὶ τὰ ἑξῆς. οὗτοι οὖν εἰσιν οἱ δύο πρεσβύτεροι, οἱ Σωσάνναν ψευδομαρτυρήσαντες.

[Καὶ πρὸς σαμέαν.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] λέγει δὲ καὶ τὰ συμβησόμενα εἰς τὰς γυναῖκας αὐτῶν.

[Κύριος ἔδωκέ σε.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τί οὖν, καὶ τούτῳ τῷ σαμέᾳ πέμπει προφήτην, ἰδοὺ τρεῖς προφητεῖαι. μία, ὅτι ἑβδομήκοντα ἔτη ποιοῦσιν. ἑτέρα, ὅτι ἀνελεύσονται. ἑτέρα, ὅτι οἱ περὶ ἀχιὰβ ἀποθανοῦνται, καὶ ἀρὰ ἔσονται.

Ὀλυμπιοδώρου.] πρὸς τὸν Σαμέα φησὶ ὁ θεὸς, ὅτι οὐκ ἐγὼ σε κατέστησα εἰς προφήτην. οὐδὲ ἐγώ σοι ἐνετειλάμην γράψαι τῷ σοφονίᾳ κατὰ ἱερεμίου.

[Διὰ τοῦτο οὕτως.]

Ἵνα τί οὐκ ἐλοιδορήσατε; διὰ τοῦτο ἐπέστειλεν.

Ὀλυμπιοδώρου.] ἡ προθεσμία τῆς ἀνακλήσεως.

Τοῦ αὐτοῦ.] τὸ γραφὲν παρ' αὐτοῦ τοῦ σαμέα.

|| Τοῦ Χρυσοστόμου.] τί τούτου γένοιτ' ἂν τερατωδέστερον; Σαμέας ἦν ὁ μὴ μέλλων ὁρᾶν τὰ ἀγαθὰ ἱερουσαλὴμ, τὰ προλαβόντα κἀκείνοις πίστιν ἔδωκεν, ὅτι οὐκ αὐτόματα συνέβη. ἐπειδὴ γὰρ οἱ περὶ ἰεχονίαν ἑκόντι παρέδωκαν ἑαυτοὺς, ἵνα μὴ νομίσωσιν ἔλαττον ἐσχηκέναι ὑπακούσαντες τῷ θεῷ, ὄψεσθε φησὶν, ἃ τούτους διαδέξεται.

Iudæo studioso, & apud illos doctrinæ opinionem habente, ex quo Susannæ historiam reiiciente didici & seniorum nomina, videlicet apud Ieremiam exposita, hoc modo; Faciat tibi Dominus, sicut Sedeciam fecit, & sicut Achiab, quos frixit Rex Babylonis in igne, propter eam quam fecerunt iniquitatem in Ierusalem. [*& post pauca.*] *Et alium quendam noui Hebræum de Senioribus istis tales traditiones habentem. Quòd his qui in captiuitate erant, sperantibus per Christi aduentum à seruitute inimici se liberatum iri. Seniores isti fingebant se velle exponere, quippe vt gnari, quæ spectabant ad Christum, seorsum illi quæ vel esset obuia, vel quam corrumpere vellet, secretò nimirum aiebat, sibi à Deo datum, vt Christum seminarêt. Deinde mulier spe Christi generandi decepta sui copiam illi faciebat. Atque ita seniores Achiab, & Sedecias ciuium vxores adulterabant. Quare bene à Daniele* [a] *alter quidem vocatus est* inueteratus malorum dierum. *Alter verò audiit,* Sic faciebatis filiabus Israel, & quæ sequuntur, *hi sunt igitur duo seniores, qui contra Susannam falsum testimonium dixerunt.*

Senum Susanna in decipiendis muliercula impietas ex Hebræorum traditione.

a Dan.13, 52.

Verſ.24.(*Et ad Samaam.*) 25

Chryſoſtomi.] *Ait quoque quæ vxoribus illorum essent euentura.* — Chryſoſt.

Verſ.26.(*Dominus dedit te Sacerdotem, &c.*)

Chryſoſtomi.] *Quid igitur & ad Samaam hunc Prophetam mittit. En tres prophetiæ; vna quidem, septuaginta annos fore captiuitatis: altera, quòd reuertentur; Tertia, quòd morietur Achiab, & maledictio erit.*

Olympiodori.] *Ad Samaam dicit Deus; Ego te Prophetam non constitui, nec mandaui tibi vt Sophoniæ scriberes aduersus Ieremiam.* — Olympiod.

|| Verſ.32.(*Idcirco hoc dixit Dominus, ecce ego visitabo, &c.*)

Quare non increpastis? Ideo epistolam misit.

Olympiodori.] *Præfinitum tempus reuocationis.* — Olympiod.

Eiuſdem.] *Quod ab ipso Samea scriptum erat.*

Chryſoſtomi.] *Quid hoc portentiosius fieri potest? Samaas erat, qui bona Ierusalem visurus non erat, illisque fidem facit, non fortuitò euenisse quæ præcesserant: cùm enim Iechonias sponte se dedidisset, ne putarent minus habuisse quòd Deo paruissent; Videbitis ait, quæ hi bona habebunt.* — Chryſoſt.

Ex Obedientia Deo præstita semper referuntur bona.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ. 29.

*Τάδε λέγει κύριος τῶν δυνάμεων, ἰδοὺ ἐγὼ ἐξαποστελῶ εἰς αὐτοὺς τὴν μάχαιραν, καὶ τὸν λιμὸν, καὶ τὸν λοιμὸν, καὶ τὸν θάνατον, καὶ δώσω αὐτοὺς ὥσπερ τὰ σῦκα τὰ Σουαρὴμ, ἃ οὐ βρωθήσεται ἀπὸ πονηρίας, τουτέστι, τὰ σεσηπότα.

Τάδε λέγει κύριος τῶν δυνάμεων Θεὸς Ἰσραὴλ ἐπὶ ἀχιὰβ υἱὸν κολιου, καὶ ἐπὶ Σεδεκίαν υἱὸν Μαασίου

CAPVT XXIX.

Verſ. 17. HAec dicit Dominus exercituum. *Ecce ego mittam in eos gladium & famem & pestem, & mortem, & dabo eos quasi ficus Suarim, quæ non comedentur præ malitia,* putrefactus nempe. — Cap.29. Verſ. 16*

Verſ.21. *Hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israel, super Achiab filium Coliæ, & Sedeciã filium Maasiæ,* — Chryſoſt. Verſ.12.

μαασαίυ τῶν προφητευόντων ὑμῖν τῷ ὀνόματί μυ ἐπ' ἀδίκῳ· ἰδὺ ἐγὼ δώσω ὑμᾶς εἰς χεῖρας Ναβυχοδονόσορ βασιλέως Βαβυλῶνος, καὶ τὰ ἑξῆς.] ὗτοι ψευδοπροφῆται ἦσαν, καὶ ὃ ἱερεμίυ μετὰ τὸν θάνατον τῦ Ανανία γράψαντος ἐπιστολὴν ἔχυσαν τὴν δύναμιν, ἣν προεῖπεν πρὸς τὺς ἐν τῇ ἀποικίᾳ τὰ ἐναντία προεφήτευον. λέγει τοίνυν κατ' αὐτῶν ὁ θεὸς διὰ τῦ προφήτυ καὶ φησί.

A *Maaſiæ, qui falsò Prophetant vobis in nomine meo. Ecce ego tradam vos in manus Nabuchodonoſor Regis Babylonis*, & quæ ſequuntur. Hi erant falſi Prophetæ, & cùm Ieremias poſt Ananiæ obitum miſiſſet epiſtolam continentem ea quæ ipſe ad eos, qui in transmigratione erant, prædixerat, ij contraria vaticinabantur. Dicit itaque Deus contra eos per Prophetam.

Καὶ λήψονται ἐφ' ὑμᾶς κατάραν ἐν πάσῃ ἀποικίᾳ ἰυδα ἐν βαβυλῶνι λέγοντες ποιήσαι σε κύριος, ὡς Σεδεκίαν ἐποίησε, καὶ Ἀχιὰβ, ὓς ἀπετηγάνισεν ἐν βαβυλῶνι ἐν πυρὶ, δι' ἣν ἐποίησαν ἀνομίαν ἐν Ισραὴλ, καὶ ἐμοιχῶντο τὰς γυναῖκας τῶν πολιτῶν.] ἀκύσας γὰρ ὁ Βαβυλώνιος ταῦτα λέγειν αὐτὺς, ἀποστείλας παρέστησεν εἰς τὴν βαβυλῶνα, καὶ τηγανίσας ἀπέκτεινε. τὸ δὲ, ἐμοιχῶντο τὰς γυναῖκας τῶν πολιτῶν, ὁ ἑβραῖος, τῶν ἑτέρων αὐτῦ, ἔχει.

Verſ. 22. B *Et aſſument ſuper vos maledictionem in omni tranſmigratione Iuda, in Babylone dicentes, Faciat tè Dominus ſicut Sedeciam fecit, & Achiab, quos frixit in Babylone in igne.*

Verſ. 23. *Pro eo quòd fecerunt iniquitatem in Iſrael, & mœchabantur vxores Ciuium.*] Cùm enim Babylonius intellexiſſet hęc eos proferre, Babylonem transferri curauit, & frictos interemit. Illud *mœchabantur vxores ciuium*. Hebræus, *amicorum ſuorum*, legit. *Et ego cognoſco, & teſtor*, ait, *Dominus*. Hoc eſt, quæ clàm multiſque neſcientibus operamini hæc ego video, & à vobis pœnas expoſco.

Καὶ ἐγὼ εἰμὶ ὁ γνώστης, καὶ μάρτυς φησὶ κύριος.] τυτέστιν, ἃ κρυφῇ πράττετε λανθάνοντες τὺς πολλὺς, ταῦτα ὁρῶ ἐγὼ καὶ εἰς πράττομαι ὑμᾶς τὴν δίκην.

C

Καὶ πρὸς Σαμαίαν τὸν ἐλαμίτην ἐρεῖς λέγων. Τάδε λέγει κύριος ὁ θεὸς Ισραὴλ λέγων, ἀνθ' ὧν, ὅτι σὺ ἀπέστειλας ἐν τῷ ὀνόματί μυ τὰ βιβλία πρὸς πάντα τὸν λαὸν ἐν Ιερυσαλὴμ, καὶ πρὸς σοφωνίαν ὑὸν μαασαίυ τὸν ἱερέα, καὶ πρὸς πάντας τὺς ἱερεῖς λέγων κύριος ἔδωκέ σε εἰς ἱερέα, ἀντὶ τῦ ιωδαὲ τῦ ἱερέως, γενέσθαι τε ἐπιστάτην ἐν τῷ οἴκῳ κυρίυ παντὶ ἀνθρώπῳ προφητεύοντι, καὶ παντὶ ἀνθρώπῳ μαινομένῳ, ἵνα δῷς αὐτὸν εἰς τὸ ἀπόκλεισμα σινὼχ, καὶ εἰς τὸν καταῤῥάκτην καὶ νῦν διατί ὐκ ἐπιτιμᾶτε τῷ ἱερεμίᾳ τῷ ἐξ ἀναθὼθ προφητεύοντι ὑμῖν, διότι ἀπέστειλε πρὸς ὑμᾶς εἰς βαβυλῶνα λέγων μακρὰν ἐστιν οἰκοδομήσατε τὰς οἰκίας. καὶ τὰ ἑξῆς.] Σαμαίας ὗτος ἄποικος ἦν μετὰ τῶν ἀπαχθέντων. ἡδόμενος τοίνυν τῇ ἐπανόδῳ ἐτέρπετο τοῖς ταῦτα λέγυσι. τῦ τοίνυν προφήτυ τὴν ἐπιστολὴν γράψαντος ἐκείνην, καὶ παραινῦντος τῷ λαῷ στέργειν τὴν ἐν βαβυλῶνι οἴκησιν, ἀγανακτήσας πρὸς τὸν σοφονίαν, τότε ἱερέα τυγχάνοντα, πρῶτον γράφει ταῦτα, ἃ νῦν ἐκ τῆς προφητείας παρεθέμην, ἐπιτιμῶν τῷ σοφονίᾳ, ὅτι μὴ δίκην εἰσεπράξατο τὸν ἱερεμίαν ἐπιστείλαντα ταῦτα. τὸ δὲ, εἰς τὸ ἀπόκλεισμα σινώχ. τυτέστιν, εἰς τὸ ἀπόκλεισμα τῆς φυλακῆς. τὸ γὰρ σινὼχ, ἀγκλειστήριον ἑρμηνεύεται. ὁ γὰρ ἑβραῖος φυλακὴν ὐ δύναται σαφῶς εἰπεῖν. ἀντὶ δὲ, δεσμωτηρίυ, τῇ, τῦ ἐγκλειστηρίυ, χρῆται φωνῇ.

Verſ. 24. *Et ad Sameam Elamitem dices. Hæc dicit Dominus Deus Iſrael dicens.*

Verſ. 25. *Pro eo quòd tu miſiſti in nomine meo libros ad omnem populum qui eſt in Ieruſalem, & ad Sophoniam filium Maaſiæ Sacerdotem, & ad omnes Sacerdotes dicens.*

Verſ. 26. *Dominus dedit te in Sacerdotem pro Iodae Sacerdote, vt eſſes præfectus in domo Domi-* D *ni, omni homini prophetanti, & omni homini inſanienti, vt dares eum in cuſtodiam Sinoch, & in cataractam.*

Verſ. 27. *Et nunc quare non increpaſtis Ieremiam, qui ex Anathoth, qui prophetat vobis.*

Verſ. 28. *Quoniam miſit ad vos in Babylonem dicens: Longè eſt, ædificate domos*, & quæ ſequuntur. Sameas hic peregrinus vnà cùm tranſmigratis erat: qui cum pro reditu exultaret, gaudebat vnà cùm hæc dicentibus. E Miſsâ itaque à Propheta epiſtolâ illâ, quâ exhortabatur populum, vt in habitatione Babylonica acquieſceret, ægrè is ferens ad Sophoniam, qui tunc erat Sacerdos, primùm hæc ſcribit, quæ nunc ex textu appoſui, Sophoniam contumeliis afficiens, quòd pœnas ex Ieremia non ſumpſerit, qui ſimilia præceperat. Illud, *in carcerem Sinoch* ac ſi diceret, *in clauſuram cuſtodiæ*. Sinoch namque clauſura dicitur, cùm Hebræus cuſtodiam non benè explicet, ideo loco carceris, clauſuræ nomine vtitur.

F

Caput 30. à verſ. 1. vſque ad 12. Sectio Prima.

TEXTVS VVLGATÆ.

1 HOc verbum, quod factum eſt ad Ieremiam à Domino dicens.

TEXTVS SEPTVAGINTA.

1 *VErbum, quod factum eſt ad Ieremiam à Domino dicendo.*

2 Hæc dicit Dominus Deus Israel, dicens: Scribe tibi omnia verba, quæ locutus sum ad te, in libro.

3 Ecce enim dies veniunt, dicit Dominus:& conuertam eos ad terram, quam dedi patribus eorum: & possidebunt eam.

4 Et hæc verba,quæ locutus est Dominus ad Israel & ad Iudam.

5 Quoniam hæc dicit Dominus: Vocem terroris audiuimus:formido,& non est pax.

6 Interrogate, & videte si generat masculus: quare ergo vidi omnis viri manum super lumbum suum, quasi parturientis, & conuersæ sunt vniuersæ facies in auruginem?

7 Væ, quia magna dies illa: nec est similis eius: tempusque tribulationis est Iacob, & ex ipso saluabitur.

8 Et erit in die illa,ait Dominus exercituum: conteram iugum eius de collo tuo, & vincula eius dirumpam, & non dominabuntur ei ampliùs alieni.

9 Sed seruient Domino Deo suo, & Dauid Regi suo, quem suscitabo eis.

10 Tu ergo ne timeas serue meus Iacob, ait Dominus, neque paueas Israel: quia ecce ego saluabo te de terra longinqua,& semen tuum de terra captiuitatis eorum: & reuertetur Iacob, & quiescet, & cunctis affluet bonis, & non erit quem formidet.

11 Quoniam tecum ego sum,ait Dominus, vt saluem te: faciam in consummationem, sed castigabo te in iudicio,vt non videaris tibi innoxius.

A B C

2 Sic dixit Dominus Deus Israel, dicens: Scribe omnia verba,quæ respondi ad te,super librum.

3 Quia ecce dies veniunt, dicit Dominus: & redire faciam transmigrationem populi mei Israel, & Iuda, ait Dominus: & reducam eos in terram, quam dedi patribus eorum: & dominabuntur eius.

4 Et hæc sunt verba,quæ loquutus est Dominus super Israel & Iudam.

5 Sic ait Dominus: Vocem timoris audietis:timor, & non est pax.

6 Interrogate, & videte, si generat masculus? & de timore, in quo detinebunt lumbum, & salutem? quare vidi omnem hominem, & manus eius super lumbum eius? Versæ sunt facies in auruginem.

7 Quia facta est magna dies illa, & non est talis: & tempus angustum est Iacob; & ex isto saluabitur.

8 In die illa, dixit Dominus, conteram iugum de collo eorum:& vincula eorum dirumpam: & non operabuntur ipsi vltra alienis.

9 Et operabuntur Domino Deo suo. Et Dauid Regem eorum suscitabo eis.

Reliqua desunt in versione Sept.

PARAPHRASIS CHALDAICA.

1 Verbum prophetiæ quod factum est ad Ieremiam à facie Domini,dicens.

2 Hæc dicit Dominus Deus Israel, in hunc modum: Scribe tibi omnia verba quæ locutus sum tecum, in libro.

3 Quia ecce dies veniunt, dicit Dominus;& conuertam transmigrationem populi mei Israel & Iuda, dicit Dominus; & reducam eos ad terram quam dedi patribus eorum,& possidebunt eam.

4 Et hæc sunt verba quæ locutus est Dominus super Israele,& super Iuda.

5 Quia hæc dicit Dominus: Vocem commotionis audiuimus; terroris, & non erat pax.

6 Interrogate nunc & videte num pariat masculus? Quare vidi omnis viri manus demissas super lumbos suos, more parturientis,& mutatas vniuersas facies,vt sint quasi aurugo?

7 Væ, quia magna est dies illa, & non est ei similis; & tempus tribulationis est Iacob,& ex ipsa saluabitur.

8 Et erit in tempore illo, dicit Dominus exercituum; conteram iugum populorum de ceruicibus vestris,& vincula vestra dirumpam; & non subiicietur Israel vltrà populis.

9 Et seruient coram Domino Deo suo, & obedient Christo filio Dauid Regi suo, quem suscitabo eis.

10 Tu autem ne timeas serue mi Iacob, dicit Dominus, nec conteraris Israel: quia ecce ego saluabo te de longinquo, & filios tuos de terra transmigrationis eorum; & reuertentur viri domus Iacob,& quiescent, & habitabunt confidenter; & non erit qui exterreat eos.

11 Quia in adiutorium tuum est Verbum meum, dicit Dominus, vt saluet te:faciam enim consummationem in omnibus populis ad quos dispersi te. Verumtamen tecum non faciam consummationem; sed adducam super te ægrotationes, vt doceam te in iudicio misericordiæ,& perdendo non te perdam.

D

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

1 Hieron. Hieronymus. (*Hoc verbum quod, &c.*) Promittentibus in Babylone Pseudoprophetis citò populum, qui cum Iechonia captus fuerat,reuersurum, & Ananiâ filio Azur in Ierusalem eadem prædicante:Ieremias Propheta, & illud quidem futurum asseruit: non intra biennium,vt illi mentiebantur,sed finitis septuaginta annis. Et nunc iubetur in libro scribere, & memoriæ tradere, quæ Dominus ventura prænunciet.Ex quo manifestum est,nequaquam vicinum tempus esse vaticinij, sed multa post tempora hæc explenda: quando Israel & Iuda reuersuri sunt in terram suam, & implendum illud, quod Ezechiel prophetauit, [a] duas virgas sibi pariter copulandas, & imperaturum Dauid Regem: de quo scribit: [b] *Et seruus meus Dauid Rex super eos, & pastor vnus erit omnium eorum.* Si quid igitur in illa prophetia diximus,etiam in præsenti loco intelligendum est: præsertim cùm eadem & eo tempore Ezechiel in Babylone,& Ieremias in Ierusalem prophetauerint.

E

Ieremias, & Ezechiel eadem, eodémque tempore Prophetarunt alter in Babylone, alter in Ierusalem.

a Ezec. 37. 19.

b Ezech. 37. 24.

(*Et hæc verba quæ locutus est Dominus ad Israel, & ad Iudam:quoniã, &c.*) Primum tristia annunciantur, vt post malorum magnitudinem, læta succedant. Gratior quippe est sanitas ægrotatione depulsâ, & doloris magnitudo in magnitudinem vertitur gaudiorum.Quod autem dicit, hoc est:tantus erit timor,tantaque formido:vt fugatâ pace,bellis& sanguine omnia compleantur,& viros quoque(quorum proprium est contra aduersarios dimicare)muliebris timor obtineat:manusque nequaquam ad arma sed ad renes tenendos conferant:quasi se mulier pariens ilia,lumbosque contineat.Vnde & cunctorum facies vertētur in auru

F

Manus super renes gestus parturientis, & muliebriter timentis.

auriginem: pauorem cordis vultus pallore teſtantes. Quidam hunc locum ſecundùm tropologiam ſic interpretantur: vt putent illud teſtimonium: [a] *Timore tuo Domine concepimus, & parturiuimus, & peperimus, ſpiritum ſalutis tuæ fecimus ſuper terram:* & illud Apoſtolicum in quo dicit: [b] *Filioli mei, quos iterum parturio, donec Chriſtus formetur in vobis:* huic exemplo comparari: quod manifeſtum eſt non ad terrorem, ſed ad gaudium pertinere, cùm præſens ſcriptura vaſtationis Iſrael & ruinæ tempus ſignificet.

Parturiant quomodo maſculi.
a Iſai.26.18.
b Gal.4.19.

2

(*Væ, quia magna dies illa, nec eſt ſimilis eius,* &c.) Prædicit tempus miſeriæ, vt inferat tempus gaudij. Cùm, inquit, tanta præceſſerint mala, vt dolor virorum omnium dolori parturientis fœminæ comparetur, tamen tempus tribulationis Iacob, hoc eſt populi Dei, mutabitur in proſpera, & ex ipſo quoque ſaluabitur, ſubauditur tempore: de quo ſermo præceſſerat. Iacob autem duodecim tribus intellige, quæ nequaquam ſub Zorobabel, vt nonnulli falsò putant, ſed de Euangelica vocatione ſaluatæ ſunt.

Saluatis per Chriſtū tempus tribulationis mutatum in proſpera.

(*Et erit in die illa, ait Dominus exercituum: conteram iugum eius de collo tuo, & vincula,* &c.) Iſte eſt Dauid, cuius & Euangelium meminit, [c] *daturum ſe nobis, vt ſine timore de manu inimicorum noſtrorum liberati ſeruiamus illi: In ſanctitate & iuſtitia coram ipſo omnibus diebus noſtris.* Quo modo enim primus Adam, & ſecundus Adam ſcribuntur iuxta corporis veritatem, ſic & Dauid Dominus, atque Saluator: quia iuxta carnem ex Dauid, totum in eo Sanctâ Mariâ conferente, quicquid fuit ex ſtirpe Dauid, & habente Originem, atque conceptum de Spiritu Sancto. Quodque ait: *Conteram iugum eius de collo tuo, & vincula illius diſrumpam:* Non dubium quin ſub typo Nabuchodonoſor de diabolo ſentiendum ſit.

Dauid appellatione promiſſus Chriſtus Ieſus.
c Luc.1.73.
Diaboli iugū per Chriſtum conterendum.

3

(*Tu ergo ne timeas ſerue mens Iacob, ait Dominus,* &c.) Hæc περικοπὴ in Sept. non habetur, & in pleriſque codicibus vulgatæ editionis ſub aſteriſcis de Theodotione addita eſt. Pollicetur autem ſermo diuinus, & familiarem vocat ſeruum ſuum Iacob & Iſrael, ſicut Abraham, Iſaac, & Iacob vocantur ſerui Dei. Moyſes quoque & alij Prophetæ; & Apoſtolus Paulus in principio Epiſtolarum ſuarum hoc titulo gloriatur: vt & duæ, & decem tribus, id eſt duodecim, ſciant ſe de terra longinqua eſſe ſaluandas, & ſoluendam captiuitatem, reddendámque pacem & omni eas replendas abundantiâ: iuxta illud quod in Pſalmo dicitur. [d] *Fiat pax in virtute: & abundantia in turribus tuis.* Hoc autem erit, quia præſentiâ Domini perfruentur: quando & gentes aduerſariæ, quæ eos cæperant, diſperibunt, & iſti liberabuntur ex gentibus. Docetque eos nequaquam pœnæ, ſed eruditioni traditos, vt iudicarentur quaſi proprij, non perderentur quaſi alieni: [e] *Qui enim non credit, iam iudicatus eſt:* hoc eſt præiudicatus in interitum. Quod autem intulit: *Vt non tibi videaris innoxius,* ſiue iuxta Symmachum, *& mundans non mundabo te:* vel iuxta Aquilam: *cùm te erudiero per iudicium, nequaquam innocentem faciam:* illud ſignificat, quòd omnis mundus indigeat miſericordiâ Dei, & nullus quamuis ſanctus ſit, ſecurus pergat ad iudicem: contra nouam ex veteri hæreſim, quæ putat in iſto ſæculo, & in iſta carne mortali, antequam [f] *corruptiuum hoc induat incorruptionem, & mortale induat immortalitatem,* perfectionem eſſe quoquam, & omnes ſimul iuſtum poſſe implere virtutes.

Seruus Dei titulus maximè inſignis cuiuſque ſancti.
Per Chriſtum quanta bona euentura Iudæis, & per eundem deſtruendam Gentilitatē.
d Pſal.121.7.
Tribulationibus ad eruditionem ſuos Deus flagellat non ad pœnam.
e Ioan.3.18.
Iuſtorum nemo hominum vt omnis peccati cuiuſque expers ſecurus venit ad iudicem.
f 1.Cor.15.53.
Virtutes omnes ſimul nullus in hac vita poteſt implere.

4

Theodoritus. Dominus Deus volens oſtendere veritatem prophetiæ iubet Prophetam mandare ſcriptis prædictiones factas tam de captiuitate, quàm de reuocandis captiuis. In primis tamen prædicit triſtia. (*Sic dixit Dominus, Vocem formidinis audietis, formido, & non eſt pax. Interrogate & videte, an peperit maſculus.*) Et conſonant ſequentia. Et de formidine, in eo, quòd tenebunt lumbos. (*Propterea vidi omnem hominem habentem manus ſuas ſuper lumbos, more mulieris parturientis.*) Nunc quidem, vt repræſentet dolorem, proponit imaginem parturientis mulieris: alibi verò, vt luctum demonſtraret, dixit, vnumquemque habere manus complicatas ſuper caput. Facies omnes ſpeciem morbi regij præ ſe ferunt. Quod etiam eſt ſignificatiuum formidinis. (*Quia magna eſt dies illa, & non eſt ei ſimilis. Et tempus anguſtiæ & afflictionis vniuerſo Iacob.*) A magnitudine ſupplicij, diem nominauit magnam.

Theodorit. Scribi prophetias voluit Deus in futura veritatis conteſtationem.
Manuū duo geſtus magni mœroris, & fletus.
Morbi Regij ſpeciem præ ſe ferūt facies vehementer timentium.

5

Poſtea coniungit aduerſis conſolationem: ait enim, *Et ex hoc ſaluabitur.* Et promittit, ſe contriturum iugum ſeruitutis: prædicitque conuerſionem morum. (*Et non ſeruient vltrà alienis: ſed ſeruient Domino Deo ſuo.*) Alienos appellauit Idola. Etenim vbi cognouerint, Dominum Deum eſſe, qui tum bona ſuppeditat, tum caſtigationes infligit, ante omnia reuerebuntur prophetiam ipſius. *Et Dauid Regem ipſorum ſuſcitabo eis.* Prophetiæ finem impoſuit Chriſtus Dominus. E Dauide ſiquidem natus eſt ſecundùm carnem: & paſcit iam non Iſraelem modò, ſed omnes gentes. Prædictio hæc euentum quendam habuit, velut in vmbra & figura, tempore Zorobabelis. Hæc vbi pollicitus eſt, rurſum conſolatur eos, dum reuocationem promittit, & Babyloniis minatur interitum. *Profligabo enim*, ait, *omnes gentes, ad quas diſperſi te.* Eis autem, bonorum pollicitationes exhibet. (*Te enim*, ait, *non faciam in profligationem: & erudiam te in iudicio. Non tamen indemnem & innoxium te habebo.*) Quaſi dicat, Caſtigabo & conſolabor: non te permittam carere caſtigatione, nec auxilij expertem relinquam. Hoc enim ſignificat. *Non tamen indemnem & innoxium te habebo.* Perinde ac ſi diceret, non feram, quin ſentias afflictionem.

Alienorum nomine ſignificata Idola.
Prophetiæ finem expoſuit Chriſtus Ieſus.

6

D. Thomas. Ponit primo Dominus ad Prophetam prophetiæ conſeruandæ præceptum. (*Scribe tibi omnia*) quæ prædicta: & quæ ſequentur quorum reuelationem iam intus ſuſceperat vt diu conſeruaretur: in quo ſignificat non citò implenda. Iſai. 8. [g] *Sume tibi librum grandem: & ſcribe in eo ſtilo hominis. Velociter ſpolia detrahe, citò prædare.* Achab. 2. [h] *Scribe viſum: & explana eum ſuper tabulas vt percurrat qui legerit eum.* Secundò promittit liberationis beneficium. (*Ecce enim conuertam,*) id eſt, reuocabo de terra captiuitatis: quantùm ad terminum à quo (*conuerſionem,*) quia non omnes: ſed tantùm illos qui tali conuerſione erunt digni. (*Iſrael*) decem tribus quantùm ad illos qui ad Ezechiam Regem in Ieruſalem venerunt. Paralip. 30. [i] Nam cum eis captiuati ſunt: & eis redeuntibus redierunt. Vel referendum eſt ad conuerſionem factam ad fidem Chriſti. (*Et conuertam*) quantùm ad terminum ad quem. Pſalmus. [k] *In conuertendo Dominus captiuitatem Syon: facti ſumus ſicut conſolati.*

D. Thomas. Prophetias ſcribi iuſſit Deus vt conſeruarentur, & vt euentuum earum poſt longum tempus deſignaret dilationem.
g Iſai.8.1.
h Abac.2.2.
i 2.Paral.30.11.
k Pſal.125.1.

7

(*Et hæc verba quæ locutus eſt*, &c.) Hic

prosequitur liberationis partes. Et primò promittit eis liberationem ab hostium seruitute: secundò à multiplici destructione quam sustinuerunt, ibi. (*Quia hæc dicit Dominus*, &c.) Circa primum duo. Primò proponit oppressionem pristinam: quam designat proponens hostium timorem. (*Vocem terroris.*) Longè ante à Prophetis prænunciatam. (*Formido & non est pax*) aliquo auxilium ferente. Iob. 15. [a] *Sonitus terroris semper in auribus illius. Et cùm pax sit, ille semper insidias suspicatur.* Timoris expressionem ex gestu corporis: quia ad similitudinem parturientium manus ad lumbos conuertebant præ stupore. (*Interrogate.*) Psalmus, [b] *Ibi dolores vt parturientis.* Et ex immutatione ruboris. (*Et conuersæ sunt in auriginem*,) quæ est color niger permistus rubedini, contingens iratis & ex vento vrente. Isai. 13. [c] *Facies combustæ vultus eorum.* Ioelis 2. [d] *Omnes vultus redigentur in ollam.* Proponit etiam timoris & anxietatis magnitudinem. (*Vah quia magna*,) magnitudine tribulationis, (*dies*) captionis Ierusalem. Sopho. 1. [e] *Vox diei Domini amara: tribulabitur ibi fortis. Dies iræ dies illa: dies tribulationis & angustiæ: dies calamitatis & miseriæ: dies tenebrarum & caliginis: dies nebulæ & turbinis: dies tubæ, & clangoris*, &c. Secundò promittit salutem futuram. Et primò promittit liberationem. (*Et ex ipso*,) scilicet tempore, quamuis malo. Oseæ primo. [f] *Saluabo eos in Domino Deo suo*, secundò salutis modum, & ordinem: promittens liberationem à seruitute: excludens hostium imperium. (*Et erit illa iugum*) ipsum Nabuchodonosor. (*Et non dominabitur*,) quod impletum est tempore Simonis, primi Machab. in fine. Vel referendum ad liberationem factam per Christum de potestate Dæmonum. Isai. 9. [g] *Iugum enim oneris eius & virgam humeri eius: & sceptrum exactoris eius superasti.* Et promittens optatum imperium, (*sed seruient*,) id est, alicui qui erit vobis sicut Dauid, sicut Simoni, & Ionathæ. Vel Zorobabel qui fuit de stirpe Dauid: vel Christo. Dauid autem imperium erat eis maximè desideratum: propter prosperitatem, & pacem quam tempore ipsius habuerunt: & quia non opresserat eos seruitute sicut Salomon. Ezechiel. 34. [h] *Dauid seruus meus princeps eorum in perpetuum.*

a Iob. 15. 21.
b Psal. 47. 7.
Auruginis color cõpetit iratis qualisue sit
c Isai. 13. 8.
d Ioel. 2. 6.
e Soph. 1. 14.
f Oseæ 1. 7.
g Isai. 9. 4.
Dauid imperiũ maximè desideratum Iudæis propter prosperitatem, & pacem. Ideo sæpe illis à Deo promissum.
h Eze. 34. 34

Prouidet etiam liberationem à captiuitate: excludens timorem. (*Tu ergo ne timeas.*) Isai. quadragesimo tertio. [i] *Noli timere quia ego tecum sum. Ab Oriente adducam semen tuum: & ab Occidente congregabo te.* Et ponens liberationem: quantùm ad terminum à quo. (*Quia ecce ego.*) Zach. 8. [k] *Ecce ego saluabo populum meum de terra Orientis, & de terra occasus solis: & adducam eos: & habitabunt in medio Ierusalem: & erunt mihi in populum: & ego ero eis in Deum in veritate, & in iustitia.* Et quantùm ad terminum ad quem. (*Et reuertetur & quiescet:*) quantùm ad pacis tranquillitatem: (*Et in cunctis*) quantùm ad rerum vbertatem. Isai. 32. [l] *Sedebit populus meus in multitudine pacis & in tabernaculis fiduciæ & in requie opulenta.* Tertiò ostendit salutis auctorem. Et primò ponit Saluatoris præsentiam. (*Quoniam ego*) supra 20. [m] *Dominus mecum est tamquam bellator fortis. Idcirco qui persequuntur me cadent & infirmi erunt: & confundentur vehementer: quia non intellexerunt opprobrium sempiternum quod numquam delebitur.* Secundò in hostes vindictam, (*Faciam enim consummationem*) ad finem consumptionis perducet eos. Isai. 10. [n] *Consummationem & abbreuiationem Dominus Deus exercituum faciet in medio omnis terræ.* Tertiò ad vos conseruationis misericordiam. (*Te autem*,) vt scilicet non sint tuæ reliquiæ. Supra quinto. [o] *Verumtamen in diebus illis ait Dominus: non faciam vos in consummationem.* Quartò infert moderatam pœnam ad castigandum (*castigabo te*,) supra 10. [p] *Corripe me Domine: verumtamen in iudicio, & non in furore tuo: ne fortè ad nihilum redigas me.* (*In iudicio*) æquitatis.

Salus omnis ex Dei assistentia, Christique præsentia.
i Isai. 43. 5.
k Zach. 8. 7.
l Isai. 32. 18.
m Ier. 20. 11.
n Isai. 10. 23.
o Iere. 5. 18.
p Ier. 10. 24.

8 Circa Vers. 6. Hilarius enarratione in Psalmum 131. super ea verba, *De fructu ventris tui ponam*, &c. Quomodo autem inquit, ex fructu simus ventris eius (Christi) audiamus Prophetam Ieremiam dicentem: [q] *Si itaque audistis huiusmodi, si peperit masculus.* Partum sexus iste non recipit, sed generatio quæ ab eo est, partus instar obtinuit. Audiamus & Paulum parturientem in filiis procreandis, cùm dicit: [r] *Filij mei quos ego iterum parturio.* Esse autem omnes nos filios sibi ipse Dominus in Euangelio testatur, dicens: [s] *Fili remissa sunt tibi peccata.* Et iterum: [t] *Filioli adhuc vobiscum sum.* Filij itaque sunt ipsius in sede Domini collocandi.

Hilarius.
Partus masculi qualis.
q Iere. 30. 6.
Filij quomodo simus è Christi ventre.
r Gala. 4. 19.
s Matt. 9. 2.
t Ioã. 13. 33.

9 Circa Vers. 8. Cyprianus lib. 1. Testimon. aduersùs Iudæos num. 13. probans quòd iugum vetus euacuaretur, & iugum nouum daretur, ait, Apud Ieremiam, *In illa die contribulabo iugum à ceruice illorum, & vincula illorum disrumpam, & non operabuntur aliis, sed operabuntur Domino Deo, & Dauid Regem suscitabo ipsis.*

Cyprian.
Iugum noui dandum, euacuato vetere.

Hilarius enarratione in Psalmum 131. ad initium. Quia religionis, ait, simulatione (Iudæi) Prophetarum libros venerarentur multis cognitum est. Contrectare legentes manu non audent, lintheo substernunt, ad finem sacramenti testes adhibent: & hoc eò proficit, vt maiore religiositatis crimine eorum quibus tantus honor debetur, dicta aut contaminent, aut dissimulent, aut nesciant. Hoc eo dictum est, quia cùm in Propheris longè postea quàm Dauid corpore excesserat, scriptum habeant in Ieremia ita: *In illa die, dicit Dominus, contribulabo iugum à ceruice eorum, vincula eorum disrumpam, & non operabuntur ipsi adhuc aliis diis, & operabuntur Domino Deo suo. Et Dauid Regem ipsorum suscitabo illis.*

Hilarius.
Libros sacros quantâ religione tractarent Iudæi.

Nolunt credere quod docentur: neque his fidem habent, quibus deberi venerationem confitentur. Et religiosi quomodo erunt, auctoritatem abnegantes religioni? Dauid cum patribus quiescebat, ipse testamentum datæ per Mosen legis cognouerat: tanto postea Deus per Prophetas locutus est, Dauid excitandum Regem pastorem orientem iustum, in cuius diebus salus Israel sit, ad quem Deus testamentum pacis disponit.

Iudæorũ incredulitas obstinata circa vaticinia de Christo sub persona, & nomine Dauid.

10 Eusebius Cæsariensis lib. 7. Demonstrationis Euangelicæ Demonstratione 9. Quum sic, inquit, (per Christum) seruandi sint, antiquum & graue acerbissimorum Dæmonum se contriturum iugum: & quibus antea tenebantur impietatis vinculis, ea se perfecturum pollicetur Deus. Quocirca non ampliùs alienis inseruient, sed vni ipsi fructum gratissimum afferent. Huc adde illud quod in secundo Psalmo in aduentu Christi vocationeque gentium dicit oraculum; [u] *Disrumpamus vincula eorum,*

Euseb. Cæs.
Iugum Dæmonum per Christum conterendũ, vinculaque impietatis rumpenda fidelibus.
u Psal. 2. 3.

eorum, & proiiciamus à nobis iugum ipsorum. Cui cognatum & simile esse arbitror, quod nunc in manibus est, dicens: *In die illa dixit Dominus, conteram iugum de collo eorum, & vincula eorum confringam, neque operabuntur amplius diis alienis, sed operabuntur Domino Deo suo.*

Cyril. Alex. *Haeretici pusillis fidelium aggrauant conscientiæ iugum.*

Cyrillus Alexandrinus Homil. 24. Paschal. de Hæreticis agens, quos & iuxta Apostoli dictum [a] peccantes asserit etiam in fratres & percutientes conscientiam eorum infirmam, in Christumque peccantes & iuxta Ieremiæ item sententiam, [b] aggrauantes iugum ipsorum, subdit ad hæc fortasse alludens. Sed non capiuntur istorum fraudibus ij, quorum mentibus diuinum, ac spiritale lumen illuxit, quinimò virtutem cuicumque actioni consentaneam, viamque admirabilem peruidebunt.

a 1. Cor. 8. 12.
b Ier. 28. 14.
Hæreticorum fraudibus quinam minimè capiuntur.

11 Ioan. Cassia. *Tentari, & tribulari iustos permittit Deus, vt emundentur.*

Circa Vers. 11. Ioan. Cassianus Collatione 6. De nece sanctorum cap. 11. agens de triplici modo quo à Deo inferuntur tentationes & tribulationes, deueniens ad secundum modum ait, Ob emundationem verò cùm Dominus iustos suos pro paruis quibusdam, leuibusque peccatis, seu pro elatione suæ puritatis humilians diuersis tentationibus tradit: vt omnem sordem cogitationum, &, vt verbis Prophetæ dicam: [c] Scoriam, quam in occultis eorum peruidet esse concretam, excoquens in præsenti, velut aurum purum futuro transmittat examini, nihil in eis residére permittens, quod scrutans post hæc iudicij ignis pœnali cruciatu expurgaturus inueniat, secundùm illud: [d] *Multæ tribulationes iustorum.* & [e] *Fili, noli negligere disciplinam Domini, neque fatigeris dum ab eo increparis: quem enim diligit Dominus corripit, flagellat autem omnem filium quem recipit: quis enim est filius, quem non corripit pater? Quod si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes, ergo adulterini & non filij estis* & in Apocalypsi: [f] *Ego quos amo, arguo & castigo.* Ad quos etiam sub figura Ierusalem, ex persona Dei ita per Ieremiam sermo dirigitur: [g] *Faciam enim consummationem in cunctis gentibus in quibus dispersi te, non faciam autem te in consummationem, sed castigabo te in iudicio, vt non tibi videaris innoxius.* Pro qua salutari emundatione orat Dauid, dicens: [h] *Proba me Domine & tenta me; vre renes meos, & cor meum.*

c Isai. 1. 25.
d Ps. 33. 20. *Tribulationes iustis à Deo ex amore illatæ, vt per eas puriores reddantur.*
e Hebr. 12. 5.
f Apoc. 3. 19.
g Iere. 30. 11.
h Psal. 25. 2.

CATENA GRÆCA VETERVM
PATRVM GRÆCORVM.

Οὕτως εἶπε κύριος.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὕτω θαῤῥῶ φησι τῇ προῤῥήσει, ὅτι καὶ ἔγραφον αὐτὴν εἶναι βούλομαι, ὃ μάλιστα ἐπιδείξεται τὸ τέλος.

[οὕτως εἶπε κύριος.]

Ἀπολιναρίου.] εἰς ὑστέρους χρόνους αἱ προῤῥήσεις τὴν ὠφέλειαν παρασκευάζουσι, καὶ προοικονομεῖται διὰ τῶν προτέρων τὰ ὕστερα. τὸ γὰρ ὡς προεῤῥήθη γινόμενον, τὴν εἰς τὸν προειπόντα πίστιν ἐργάζεται. οὕτω καὶ ὁ κύριος προλέγει. ἵνα ὅταν γένηται φησί, μνημονεύετε, ὅτι ἐγὼ εἶπον ὑμῖν. καὶ ἡ τοῦ νόμου δὲ θέσις προοδοποίησεν ἡμῖν.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] διαλύει τὴν ἰσχὺν πᾶσαν ὁ φόβος. πολλὴ ἡ φιλανθρωπία τοῦ θεοῦ, οὐχ ὅτι δεινὰ ἐπάγει μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸ τῶν δεινῶν τὸν φόβον. πρὸς τὴν τῶν γυναικῶν ἀσθένειαν μεταστήσονται.

|| Βίκτορος.] προαναφωνεῖ τὰ συμβησόμενα, τῷ φόβῳ τὴν κακίαν εἴργων: ἀπειλεῖ δὲ τούτοις, ὅτι καθέξουσι τὴν ὀσφὺν αὐτῶν ἐκ τῆς ὑπερβαλλούσης ταλαιπωρίας μιμούμενοι τὰς ὅσον οὔπω μελλούσας γεννῆσαι γυναῖκας. τοῦτο καὶ ὁ μέγας Ἡσαΐας φησίν. διὰ τοῦτο ἐπλήσθη ἡ ὀσφύς μου ἐκλύσεως, καὶ ὠδῖνες ἔλαβόν με ὡσεὶ τικτούσης. ὁ δὲ προφήτης, ὡς παρόντα βλέπει τὰ μέλλοντα, τῷ δὲ τὴν ἰκτέρου χρόαν δηλῶν ἀνειληφότα τούτων τὰ πρόσωπα.

Ὀλυμπιοδώρου.] τὴν τῶν εὐαγγελικῶν προσταγμάτων.

Τοῦ αὐτοῦ.] οὐ γὰρ ἦλθον, φησὶν ὁ κύριος, βαλεῖν εἰρήνην ἐπὶ τὴν γῆν, ἀλλὰ μάχαιραν.

[Ἐρωτήσατε, καί.]

Ὀλυμ

Ex Vers. 2. *Sic dixit Dominus.)*

12 Chrysost. *Prophetia de futuris vt certissima scriptis mandata.*

Chrysostomi.] *Adeo certus, inquit sum de prædictione, vt eam velim etiam scriptis mandare, quod præcipuè demonstrabit finis.*

Vers. 5. (*Sic dixit Dominus.*)

Apolinarius. *Prædictiones vtiles ad futura tẽpora.*

Apolinarij.] *Ad futura tempora sunt vtiles prædictiones, & per ante-acta fit præuia dispositio ad ea quæ ventura sunt. Quod enim euenit, vt prædictum est, facit vt fides habeatur prædicenti. Sic & Dominus* [i] prædicit, vt cùm euenerit *ait*, recordemini, quia ego dixi vobis, & *ipsa legis latio viam nobis aperuit.*

i Ioan. 16. 4.

(Vocem timoris audietis, &c.)

Chrysost. *Timoris incussio ante mala est ex magna Dei benignitate.*

Chrysostomi.] *Timor omne robur dissoluit: magna est Dei humanitas, non quòd tantùm mala inferat, sed quòd & timorem incutiat ante mala. In mulierum imbecillitatem transibunt.*

Victor. *Timore coerceatur malitia. Lumbos tenere gestus existentis in magna calamitate vehemẽtique dolore.*

|| Victoris.] *Prædicit quæ futura sunt, improbitatem timore reprimens: minatur autem his, quòd tenebunt lumbum ob ingentem calamitatem, imitantes iam iam parituras mulieres. Hoc & magnus Isaias habet.* [k] Propter hoc impletus est lumbus meus solutione, & dolores partus compræhenderunt me tamquam parturientis. *Propheta verò vti præsentia prospicit futura, significans facies eorum præ timore auriginis colore infectas.*

k Isai. 21. 3. *Prophetis futura erant quasi præsentia.*

(Vocem timoris audietis.)

Olympiod.

Olympiodori.] *Euangelicarum præceptionũ.*

(Timor, & non est pax.)

Eiusdem.] [l] Non enim veni, *Dominus ait*, pacem mittere in terram, sed gladium.

l Matth. 10. 34.

Vers. 6. (*Interrogate, &c.*)

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐρωτήσατε φησὶ τὰς γραφὰς, καὶ μάθετε ἐξ αὐτῶν, εἰ γεννηθήσεται ὑμῖν ἄρσεν, τουτέστιν ὁ κύριος.

[Ἐρωτήσατε καί.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐπειδὴ γὰρ δι' ἑνὸς τοῦ Ἀδὰμ ὁ κόσμος ἐφ' ἁμαρτίαν ἦλθεν. εἰκότως περὶ τοῦ δευτέρου Ἀδὰμ προφητεύει, δι' οὗ ἡ ἀπολύτρωσις.

[Καὶ περὶ φόβου.]

Ὀλυμπιοδώρου.] Φυσικῶς οἱ φοβούμενοι τὴν ὀσφὺν κρατεῖν πεφύκασιν. φόβος οὖν φησιν ἔσται τῶν εὐαγγελικῶν προσταγμάτων. δι' οὗ φόβου ἕξει τὴν ἰσχὺν, καὶ σωθήσεται.

[Διότι ἑώρακα.]

Ὀλυμπιοδώρου.] πάντες γὰρ ἔφριξαν τὴν ἀκρίβειαν τῶν εὐαγγελικῶν προσταγμάτων. καὶ ὑπὸ τῆς φρίκης τὰ ἐντὸς ταραττόμενοι τὰς ὀσφῦς ἐκράτησαν. πρὸς δὲ διάνοιαν. κρατεῖ ὀσφύος ὁ περισφίγγων τὰ σπερματικὰ, καὶ ἀπεχόμενος συνουσίας μου.

[Ἐστράφησαν.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] καὶ γὰρ τοῦτο ὁ φόβος ποιεῖ. οὐ σωφρονίζει οἴκοθεν, ἀλλὰ παρὰ τῶν πλησίον.

[Ὅτι μεγάλη ἡ ἡμ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] μεγάλη κατὰ τὴν τῶν δεινῶν ὑπερβολὴν, οὐκ ἔστι τοιαύτη. ὑπερβολικῶς εἴρηται, καὶ χρόνος στενός ἐστιν. οὐκ ἔστι προφητεία τὸ πρᾶγμα, ἀλλὰ πεῖρα.

|| Ὀλυμπιοδώρου.] ἡ τοῦ χρόνου τῆς τοῦ κυρίου ἐνανθρωπήσεως, καὶ τοῦ σταυροῦ, καὶ τῆς ἀναστάσεως. ὅλην γὰρ αὐτοῦ τὴν οἰκονομίαν ἡμέραν καλεῖ. ||

[Συντρίψω τόν.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἀλλ' ὅμως ἐκ τῶν ἀφύκτων δεινῶν ἀνοίσουσιν.

[Καὶ οὐκ ἐργῶνται.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] πῶς τῷ θεῷ ἐργῶνται; ἐπειδὴ τὰς ἀπαρχὰς ἀνέφερον. οὕτω δὴ καὶ ἐφ' ἡμῶν γίνεται. ὅταν μὴ τῷ θεῷ ἐργαζώμεθα, μηδὲ τὸν ἀπὸ τῆς σαρκὸς καρπὸν αὐτῷ προσενέγκωμεν, ἀλλὰ τοῖς πάθεσι τῆς ψυχῆς, καθάπερ τοῖς εἰδώλοις ἐκεῖνοι, ἑτέρα τιμωρία μένει.

[Καὶ τὸν Δαβίδ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τί τούτου ἁγιώτερον γένοιτ' ἂν, ὅταν οἱ διαπρέψαντες, καὶ πρὸς τὸν θεὸν παρρησίαν ἐσχηκότες οἱ περὶ Ζοροβάβελ, τοῦτον δὴ μέγαν παρὰ τοῦ θεοῦ δέξωνται τὸν κόσμον, τὸ τῇ προσηγορίᾳ τοῦ Δαβὶδ ὀνομάζεσθαι.

|| Βίκτορος.] Χριστὸς οὖν Δαβὶδ, ὃν ἀνέστησεν αὐτοῖς ὁ θεός. ἐξ αὐτοῦ γὰρ τὸ κατὰ σάρκα Χριστός. ἐλέγομεν δὲ, ὡς οὐχ ἁρμόσει τῷ Ζοροβάβελ. ἡγούμενος γὰρ ἦν ἁπλῶς, ἀλλ' οὐ βασιλεύς. Χριστὸς δὲ ὡς θεὸς τὴν ἀτελεύτητον ἐκτήσατο βασιλείαν. δι' οὗ σωθέντες, οὐκ ἔτι δαίμοσι κατὰ καὶ πάλαι προσέχομεν. ὡς γάρ φησιν Ἠσαΐας. οὐκ ἔτι μὴ πεποιθότες ὦσιν ἐπὶ τοὺς ἀδικήσαντας αὐτοὺς ἀλλ' ἔσονται πεποιθότες ἐπὶ τὸν θεόν, τὸν ἅγιον τοῦ Ἰσραὴλ τῇ ἀληθείᾳ. ||

Olympiodori.] *Interrogate, ait, diuinas literas, ab illisque discite, Si nascetur vobis masculus, videlicet Dominus.*

Olympiod. *Incarnationẽ Domini discimus ex sacris literis.*

(Interrogate.)

13

Olympiodori.] *Nam quia per vnum Adam mundus in peccatum lapsus est, iure de secundo Adam prædicit, per quem facta redemptio, libertasque.*

Olympiod. *Incarnationis Christi vaticinium.*

(Et de timore.)

Olympiodori.] *Qui timent, duce ipsâ naturâ lumbum tenere solent. Timor itaque ait Euangelicorum erit mandatorum; per quem timorem robur habebit, & saluabitur.*

Olympiod.

(Quia vidi.)

Olympiodori.] *Omnes enim horruerunt exactam in Euangelicis præceptis disciplinam, turbatisque præ horrore visceribus lumbos tenuerunt. Spiritaliter verò lumbum tenet, qui partes seminales comprimit, & abstinet à coitu.*

Olympiod. *Euangelij exactam disciplinam horrent infideles. Lumbos tenẽt qui castè viuunt.*

(Conuersæ sunt facies in auruginem.)

Chrysostomi.] *Hoc etenim efficit timor, vt sapiat homo non suâ virtute, sed ab impendentibus.*

Chrysost. *Timoris impendentium malorum effectus.*

Vers. 7. (*Quia magna facta est dies illa.*)

14

Chrysostomi.] *Magna pro malorum summa acerbitate: nec est similis eius. Hyperbolicè dictum, & tempus angustum est, non est hoc prophetia, sed experimentum.*

Chrysost. *Magna dies dicta in qua calamitates maxima.*

|| Olympiodori.] *Dies temporis incarnationis Dominicæ, & crucis, & resurrectionis, vniuersam quippe illius dispensationem vocat diem.*

Olympiod. *Incarnationis, totiusque vitæ Christi tempus dictũ dies magna.*

Vers. 8. (*In die illa, conteram iugum*, &c.)

Chrysostomi.] *Sed tamen ex ineuitabilibus malis recreabuntur.*

Chrysost.

(Et non seruient.)

Chrysostomi.] *Quomodo seruiunt Deo? Quoniam primitias offerebant; Sic & in nobis fit; cum Deo non seruimus, neque fructum è carne ipsi offerimus; sed animi affectibus, sicut idolis illi, alia punitio manet.*

Chrysost. *Affectibus propriis seruiens puniendus vt idololatra.*

Ex Vers. 9. (*Et Dauid Regem eorum suscitabo eis.*

15

Chrysostomi.] *Quid hoc sanctius esse potest? quàm vt virtute illustres, & qui apud Deum auctoritate valuerunt, qualis Zorobabel, magnum hunc à Deo consequentur honorem appellatione Dauidis insigniri?*

Chrysost. *Dauidis nomine insignitus Zorobabel, & sancti duces Iudaici populi.*

|| Victoris.] *Christus itaque est Dauid, quem suscitauit illis Deus*, [a] *ex illo enim Christus secundùm carnem. Dicebamus porrò hoc quadrare non posse in Zorobabel; erat enim Dux populi tantùm, non Rex.* [b] *Christus verò tamquam Deus sempiternum obtinet regnum; per quem saluati, non amplius dæmonibus, Sicut olim attendimus. Vt enim ait Isaias;* [c] Non dum sperabunt in illos qui ipsos iniuriâ affecerunt, sed erunt confidentes in Deum: sanctum Israel in veritate.

Victor. *Dauidis nomine promissus Christus Iesus.*

a Rom. 1. 3.
b Hebr. 10. 12.
c Isai. 10. 20.

Capitis

Capitis 30. à verſ. 12. vſque ad finem Cap. Sectio Secunda.

A

TEXTVS VVLGATÆ.

12 QVia hæc dicit Dominus: Inſanabilis fractura tua, peſſima plaga tua.

13 Non eſt qui iudicet iudicium tuum ad alligandum: curationum vtilitas non eſt tibi.

14 Omnes amatores tui obliti ſunt tui, teque non quærent: plagâ enim inimici percuſſi te, caſtigatione crudeli: propter multitudinē iniquitatis tuæ, & propter dura facta ſunt peccata tua.

15 Quid clamas ſuper contritione tua? inſanabilis eſt dolor tuus: propter multitudinem iniquitatis tuæ, & propter dura peccata tua feci hæc tibi.

16 Propterea omnes, qui comedunt te, deuorabuntur: & vniuerſi hoſtes tui in captiuitatem ducentur: & qui te vaſtant, vaſtabuntur, cunctoſque prædatores tuos dabo in prædam.

17 Obducam enim cicatricem tibi, & à vulneribus tuis ſanabo te, dicit Dominus. Quia eiectam vocauerunt te Sion: Hæc eſt, quæ non habebat requirentem.

18 Hæc dicit Dominus: Ecce ego conuertam conuerſionem tabernaculorum Iacob, & tectis eius miſerebor, & ædificabitur ciuitas in excelſo ſuo, & templum iuxta ordinem ſuum fundabitur.

19 Et egredietur de eis laus, voxque ludentium: & multiplicabo eos, & non minuentur: & glorificabo eos, & non attenuabuntur.

20 Et erunt filij eius ſicut à principio, & cætus eius coram me permanebit: & viſitabo aduerſùm omnes qui tribulant eum.

21 Et erit dux eius ex eo: & princeps de medio eius producetur: & applicabo eum, & accedet ad me. Quis enim iſte eſt, qui applicet cor ſuum vt appropinquet mihi, ait Dominus?

22 Et eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum.

23 Ecce turbo Domini furor egrediens, procella ruens, in capite impiorum conquieſcet.

24 Non auertet iram indignationis Dominus, donec faciat & compleat cogitationem cordis ſui: in nouiſſimo dierum intelligetis ea.

TEXTVS SEPTVAGINTA.

12 SIc ait Dominus. Suſcitaui contritionem: doloroſa eſt plaga tua.

13 Non eſt qui iudicet iudicium tuum: in dolore curata es: vtilitas tibi non eſt.

14 Omnes amici tui obliti ſunt tui: non interrogabunt; quia plagâ inimici percuſſi te, diſciplinâ forti ſuper omnem iniquitatem tuam. Multiplicata ſunt peccata tua.

15 Propter multitudinem iniquitatum tuarum B *multiplicata ſunt peccata tua: fecerunt hæc tibi.*

16 Propterea omnes, qui comedunt te, deuorabuntur: & omnes inimici tui carnem ſuam omnem comedent. Et erunt, qui vaſtant te, in vaſtationem: & omnes, qui diripuerunt te, dabo in direptionem.

17 Quia obducam curationem tuam, à plaga doloroſa curabo te, ait Dominus: quia diſperſa vocata es: venatio veſtra eſt: quia non eſt qui quærat eam.

18 Sic dixit Dominus: Ecce ego reducam tranſmigrationem Iacob: & captiuitati eius miſerebor. Et ædificabitur ciuitas ſuper altitudinem: & populos iuxta C *iudicium ſuum ſedebit.*

19 Et egredientur eis canentes, vos ludentium: & multiplicabo eos, & non minuentur.

20 Et ingredientur filij eorum, vt antea & teſtimonia eorum ante faciem meam dirigentur. Et viſitabo tribulantes eos: & erunt fortiores eius ſuper eos.

21 Et princeps eius ex ipſo egredietur. Et congregabo eos, & reuertentur ad me: quoniam quis eſt iſte, qui dedit cor ſuum reuerti ad me, dicit Dominus?

23 Quoniam ira Domini egreſſa eſt furoris plena: egreſſa eſt ira ruens, ſuper impios veniet. D

24 Non auertetur ira furoris Domini; donec faciet, & donec conſtituet inceptum cordis ſui. In nouiſſimis diebus cognoſcetis ea.

PARAPHRASIS CHALDAICA.

12 QVia hæc dicit Dominus: Fortis eſt confractio tua, grauis eſt plaga tua.

13 Non eſt qui iudicet cauſam tuam vt miſereatur tui: medicina non eſt exorta tibi.

14 Omnes amici tui obliti ſunt tui; rogare de pace tua non quæſierunt. Quia plagâ inimici percuſſi te, caſtigatione crudelium; propterea quòd multiplicata ſunt ſcelera tua, & inualuerunt peccata tua.

15 Quid clamas ob confractionem tuam? quòd grauis ſit plaga tua? pro eo quòd multiplicata ſunt ſcelera tua, & inualuerunt peccata tua, feci hæc tibi.

16 Propterea omnes qui te vi opprimunt, vi opprimentur; & omnes inimici tui in captiuitatem ibunt; & erunt hi qui te deprædati ſunt, in prædam; & omnes diripientes te, tradam in direptionem.

17 Quia adducam ſanitatem tibi, & à plagis tuis ſanabo te, dicit Dominus. Quia vagam vocauerunt te Sion, ipſa eſt quæ non habebat requirentem.

18 Hæc dicit Dominus: Ecce ego reducam tranſmigrationem terræ Iacob, & ciuitatum eius miſerebor. Et ædificabitur ciuitas Ieruſalem in loco ſuo, & domus ſanctuarij, ſicut decet eam, fundabitur.

19 Et multiplicabuntur in eis offerentes confeſſionem, & vox cantantium, & multiplicabo eos, & non minuentur; & confortabo eos, & non erunt infirmi.

E

20 Et erunt filij eorum ſicut à principio, & cætus eorum coram me dirigetur. Et viſitabo malum aduerſùm omnes qui tribulant eos.

21 Et inungetur Rex eorum ex illis, & Chriſtus eorum de medio eorum reuelabitur; & appropinquare faciam eos vt diſcant cultum meum. Quoniam quis eſt iſte qui vult accedere ad cultum meum, dicit Dominus.

22 Et eritis coram me in populum, & ego ero vobis in Deum.

23 Ecce increpatio à facie Domini egrediens in F *ira, & procella collecta ſuper caput impiorum reſidebit.*

24 Non auertetur ira furoris Domini, donec faciat & donec compleat cogitationes voluntatis ſuæ. In fine dierum intelligetis iſtud.

Catena ex Veterum Patrum operibus impreſſis.

16 Hieronym.

HIeronymus. (*Quia hæc dicit Dominus, inſanabilis: &c.*) Quaſi ad ſpecioſam mulierem

Calamitatibus propter peccata à Deo immissis prospicere præter ipsum Deū nemo potest.

Peccatoris impœnitentis miserrimus status.

Angelorum præsidia deserunt impœnitentem peccatorem.

a 2.Cor.12.14.

Calamitatibus acerrimis medicinæ ratione cogente conficit Deus obstinatos in grauissimis sceleribus.

b Psal. 6.37.

loquitur, cui supra dixerat: *Castigabo te in iudicio, vt non tibi videaris innoxius*, siue *innoxia*, & per metaphoram ad Ierusalem, quòd Dei iudicio pessimè vulnerata sit, & nequaquam alio, nisi ipso qui percusserat possit curante sanari. *Non est*, ait Dominus, *qui iudicet iudicium tuum*: nec altissimo vulneri valeat cutem cicatricis obducere. *Quocúmque te conuerteris, vtilitas non est tibi*: quia offendisti eum, qui verus & solus est medicus. *Omnes amatores tui obliti sunt tui*: vel Sacerdotes vel principes, aut certè Angelorum præsidia: quibus, priusquam offenderes Dominum, vallabaris. *Te non quærent*, facientes contra Apostolum, [a] qui quærebat credentes, & non ea quæ erant credentium. *Plagâ, enim, inimici percussi te, castigatione crudeli.* Aliter amicus, aliter inimicus percutit: aliter pater, aliter hostis. Ille cædit, vt corrigat, iste percutit, vt occidat. Vnde & Propheta lachrymabiliter dicit: [b] *Domine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me.* Hoc autem factum est: quia propter multitudinem, iniquitatis tuæ dura facta sunt peccata tua. Quodque sequitur: *Quid clamas super contritione tua: insanabilis est dolor tuus propter multitudinem iniquitatis tuæ*: in Sept. nō habetur: videlicet quia secundò dicitur propter multitudinem iniquitatis tuæ, & dura peccata tua, & qui scribebant à principio, additum putauerunt. Et est sensus: vt inimici te plaga percuterem, & cæderem castigatione crudeli, fecit multitudo iniquitatis tuæ; & dura peccata tua: quæ sanari non poterant, nisi mordacissimo puluere, & ardenti cauterio, & ferro acutissimo, quo putridas carnes & insanabiles amputarem: Et tamen propter multitudinem iniquitatis tuæ, & dura peccata tua feci hæc tibi: non meâ voluntate, sed medicinæ ratione cogente.

Captiuitatis Babylonicæ plagâ sanatâ & Sion per Assyriorum, & Chaldæorum illatam à Deo vastationem.

(*Propterea omnes qui comedunt*, &c.) Et sub Zorobabel hæc facta cognoscimus, quando Assyrios, hoc est Niniuem vastauêre Babylonij, atque Chaldæi, & rursum Babylonios & Chaldæos Medi, Persæque ceperunt, & Babylon destructa est. Tunc Sion cæpit habere Dominum requirentem, & obducta est cicatricis vulneribus illius, & sanata est à plagis suis: quod pleniùs, atque perfectiùs complebitur in Christo.

17

E captiuitate Babylonica reductio, templique reædificatio per Zorobabel apertè prænunciata.

Ecclesiæ per Christum cōstructio & exaltatio præsignificata.

c Matt.5.14.

d 1.Cor.1.3.

e Exod.32.6.

f 2. Reg.6.5.

g Psal. 86.3.

(*Hæc dicit Dominus: Ecce ego conuertam*, &c.) Quorum typus præcessit in Zorobabel & Ezdra: quando reuersus est populus, & cœpta est ædificari ciuitas in excelso suo, templique obseruari religio, & cætera quæ ipsius Ezdræ volumine continentur. Pleniùs autem, atque perfectiùs in Domino Saluatore, Apostolisque completum est: quando ædificata est ciuitas in excelso suo, de qua scriptum est: [c] Non potest abscondi ciuitas, quæ in monte sita est: & templum iuxta ordinem suum, cæremoniasque fundatum, vt quidquid in priori populo fiebat carnaliter, in Ecclesia spiritualiter compleretur. Tunc egressa est laus siue gratiarum actio. Hoc enim significat תודה *thoda*, vt omnes Apostoli dicerent: [d] *Gratia vobis & pax. Voxque ludentium*, non illo ludo, quo [e] *manducauit populus, & bibit, & surrexit vt luderet*: sed eo quo [f] coram arca Domini lusit Dauid. Et multiplicati sunt, & non imminuti: vt totus Orbis crederet in Dominum Saluatorem: Et glorificati sunt, vt impleretur, quod scriptum est: [g] *Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei.* Fueruntque filij eius, hoc est Apostoli, sicut fuerunt à principio, Abraham, Isaac, & Iacob, principes generis Israelitici. Tunc visitauit Dominus aduersùm omnes qui tribulauerunt populum Dei aduersarias videlicet potestates. Et fuit dux eius ex eo. Haud dubium quin Dominus & Saluator secundùm carnem ex genere Israel. Et princeps de medio eius productus est. Applicauit eum pater ad se, & accessit ad eum, vt diceret filius: [h] *Ego in patre, & pater in me*: quia nullus potest sic cor suum applicare Deo, nec ita vt filius patri esse coniunctus. Quodque dicit iuxta Hebraicum. *Et eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum*: cernimus opere completum ex parte in Israel, & ex toto in gentium multitudine.

Christus Ecclesiæ dux Patri coniunctus.

h Ioā.14.10.

Peccatores impœnitentes quàm acriter à Deo puniendi.

(*Ecce turbo Domini furor egrediens*, &c.) Turbo furoris Domini & procella ruens, atque tempestas, requiescet in capite eorum, vel dæmonum, vel eorum qui Dei filium blasphemauerunt, & non auertet iram indignationis suæ, donec faciat & compleat cogitationem cordis sui, & circundetur exercitu Ierusalem & penitus deleatur. Quomodo autem artifex non potest intelligi, nisi opere completo, nec medicinæ industria, nisi postquam fuerit sanitas consecuta, ira cùm euersio fuerit Ierusalem, & prioris populi abiectio: tunc intelligent credentes, quod repulsio Iudæorum, nostræ salutis occasio sit.

18

Theodorit.

Principum insolentia irremediabiles, quia nemo illos iniustitiæ audet arguere.

Theodoritus. Desiderans conuertere nequitiam illorum, ad comminationis atrocitatem addit etiam ista: *Violenta est contritio tua, acerba est plaga tua, Nō est, qui iudicet causam tuam.* Nemo enim redarguebat iniustitiam Regis Nabuchodonosor. *Acerbè curata es*, hoc est, cum dolore. Non est tibi auxilium. Nunc verò constituit auxilium, non in anima: sed in suppetiis humanis, quod indicant sequentia. *Omnes amici tui obliti sunt tui. Non interrogabunt de te. Plagâ enim hostili percussi te.* Quia non vsus sum solitâ longanimitate: sed adhibui sectionem diuinam. Quod etiam facere consueuit medicus, perspiciens difficultatem morbi. Et vt ostendat, quàm iusta sit causa supplicij, subiunxit. *Castigationem duram in omnibus iniquitatibus tuis: quia multiplicata sunt peccata tua.* Quibus conueniunt, quæ sequuntur: *Quid clamas, propter contritionem tuam? violentus est dolor*, & reliqua. Pro, vehemens, sed tamen iustus. *Ob multitudinem iniquitatum tuarum, Quia creuerunt peccata tua, procurauerunt tibi ista.* Minatur nihilominus cædem & seruitutem hostibus, qui insurrexerunt in eis. Qui enim mortem effugerunt, à victoribus in seruitutem redacti sunt.

Plaga hostili iuxta hominum opinionē percutere dicitur Deus, quum instar boni Medici secat.

19

Cum Peccatore Deus & austerioribus, & lenioribus vtitur medicamentis.

Porrò perseuerat consolari eam blandis promissionibus, nempe, *Aperiam curationem tuam: sanabo te à plaga tua acerba, dicit Dominus.* Sectione, spongiâ, austerioribus atque lenioribus vsus est medicamentis. *Quia dispersa vocata est Sion.* Inuolauerant enim in eam vicinæ gentes: quæ captiuitatem est seruitutem imposuerant. *Hæc est præda nostra, quia nemo exquirit eam.* Quando, inquit, aspernabar eam, & non tuebar, exposita erat impugnantibus eam, velut parata præda. At propter castigationem seruitutis, liberabo eos, vt reuertantur, ædificent vrbes, & templum instaurent, & celebrent in eo cultum legitimum. Hoc enim dicit, *Et templum sedebit, secundùm iudicium eius.* Cumulat etiam ea quæ propriè pertinent ad prosperitatem. *Et egredientur ab eis canentes, & vox ludentium.* Promittit etiam eis, incrementum generis & fœcunditatem. *Effundam enim*, ait, *eos & non imminuentur. Et egredientur filij eorum, vt priùs. Et testimonia earum in conspectu meo dirigentur* τὰ μαρτύρια, id est, testimonia, Syrus interpretatus est Synagogas. *Et visitabo cunctos, qui affligunt eos. Et fortiores illis, dominabuntur in illos.* Affligentes, vocat

cat Babylonios: fortiores autem illis, Medos & Perſas nempe, qui ſalutem eorum diſſoluerunt. *Et principes eius egredientur ab eo.* Tempore captiuitatis habuerunt Regem Babyloniorum pro principe: poſt reditum verò, primum quidem habuerunt Zorobabelem, & filium Ioſedec: poſtea verò à Pontificibus regebantur. *Nam quis eſt ille, qui dedit cor ſuum, vt conuertatur ad me, dicit Dominus?* Hoc eſt alibi dicit, [a] *Interrogate generationes quæ fuerunt ante vos quis credidit Domino, & confuſus eſt?*

Principes habuerunt Iudæi poſt reditum è Babylonia Zorobabel, & poſt eū Sacerdotes.

a Eccl. 2. 11.

Poſtmodùm exponit tribulationes, quæ illis obuenerunt ab ira diuina, quam vt oſtendat eſſe iuſtam, ſubiicit, *Ad impios veniet.* Vt autem doceat, ſe poſſe, infert, (*Nequaquam auertetur ira indignationis Domini, donec fecerit, & donec compleuerit cogitationem cordis ſui.*) Nam quis reſtitit conſilio eius? Redarguens incredulitatem eorum, ait, *In nouiſſimis diebus intelligetis ea,* Quoniam verbis non credetis, ipſarum rerum experientiâ diſcetis.

Indignatio Dei quàm iuſta, quàm potens.

20 D. Thom.

D. Thomas. (*Quia hæc dicit Dominus,* &c.) Hîc promittit liberationem à deſtructione & afflictione magna quam ſuſtinuerant. Et circa hoc duo. Primò proponit præcedentem deſtructionem: oſtendens ipſius magnitudinem: quia quaſi hæc erit caſtigationis quantitas: vt in virtute humana reparari non poſſis (*Fractura*) quæ dicit interruptionem continuitatis: & ſignificat deſtructionem hominum vel ciuitatum (*inſanabilis*) quantùm in ſe eſt: licet Deus ſaluare poſſit propter magnitudinem. (*peſſima*) propter profunditatem. Thren. [b] *Magna eſt velut mare contritio tua, quis medebitur tui?* Excludens iam humani auxilij ſubuentionem: ſiue per iudicium iuſtitiæ iudicantis de iniuria illata (*non eſt qui iudicet*) contra hoſtes (*ad alligandum*) ſicut qui curant plagas ligant emplaſtra ſuper ipſas. Iſai. 59. [c] *Vidit Dominus & malum apparuit in oculis eius, quia non eſt indicium:* Siue ſecundùm affectum amicitiæ ſubuenientis (*vtilitas non eſt tibi*) ab amicis ſcilicet, quia verè medicum oſtendiſti. Thren. 1. [d] *Omnes amici eius ſpreuerunt eam: & facti ſunt ei inimici.* Oſtendens etiam pœnæ æquitatem aſſignans pœnæ cauſam. (*plagâ enim inimici*) qui percutit ad mortem: quia eſt inſanabilis (*crudeli*) quia profunda (*propter multitudinem*) Vnde oportuit eſſe magnā plagam quæ omnia apoſtemata comprehenderet: (*dura*) quantùm ad obſtinationem: & ideo oportuit eam eſſe vehementem & profundam, quæ vſque ad intima penetraret. Thren. 2. [e] *Factus eſt Dominus velut inimicus: præcipitauit Iſrael præcipitauit omnia mœnia eius: diſſipauit munitiones eius: & repleuit in filia Iuda humiliatum & humiliatam.* Et excludit murmurantium querelam. (*Quid clamas*) murmurando. Non poſſunt ſanari niſi puluere mordaciſſimo, quo putridas carnes & inſanabiles amputarem. Thren. 3. [f] *Quid murmurauit homo viuens: vir pro peccatis ſuis?*

b Thren. 2. 13.

c Iſai. 59. 15.

d Thren. 1. 2.

e Thren. 2. 5.

Murmuranti contra Deum in calamitatibus quid dicendum?

f Thren. 3. 39.

21

Secundò promittit liberationem. Et primò promittit ſubuentionis beneficium quantùm ad vindictæ iudicium contra iniuriam illatam in perſonis: quia non eſt alius qui liberet (*qui comedunt*) occidendo (*hoſtes*) captiuantes te. ſupra 2. [g] *Omnes qui deuorant eum delinquunt: mala venient ſuper eos dicit Dominus.* Et contra iniuriam illatam in rebus. (*Et qui te vaſtant*) quantùm ad bona immobilia. *prædatores*) quantùm ad mobilia. Iſai. 33. [h] *Væh qui prædaris, nonne & ipſe prædaberis?* Et quantùm ad curatoris amicabilem affectum: ponens curationem. (*Obducam:*) id eſt ita perfectè curabo quòd nec veſtigium appareat præcedentis plagæ. Pſalmus. [i] *Qui ſanat contritos corde: & alligat contritiones eorum.* Hæc ſub Zorobabel quando Aſſyrios, id eſt, Niniuem vaſtauerunt Babylonij, & Chaldæi, & ipſos Medi, & Perſæ. Et nunc obducta eſt cicatrix, &c. Et aſſignat rationem. *Quia eiectam vocauerunt:*) ſcil. hoſtes. Prouerb. 24. [k] *Cum ceciderit inimicus tuus ne gaudeas: & in ruina eius ne exultet cor tuum: ne fortè videat Dominus & diſpliceat ei, & auferat ab eo iram ſuam.* Inſultatio enim hoſtium eſt cauſa diuinæ miſerationis. Secundò oſtendit ſubueniendi modum. (*Hæc dicit Dominus.*) Et primò quantùm ad modum vindicandi. (*Ecce turbo.*) Circa primum. Primò promittit reſtaurationē ædificiorum omniū generaliter (*conuertam*) id eſt reſtituam ad ſtatum priſtinum (*tabernaculorum*) domorum. Iſai. 61. [l] *Ædificabunt deſerta populorum & ruinas antiquas erigent: & inſtaurabunt ciuitates deſertas, & diſſipatas in generatione & generationem.* Et quantùm ad principalia ſpecialiter. (*Et ædificabitur ciuitas*) id eſt Ieruſalem. Iſai. 44. [m] *Qui dico Ieruſalem habitaberis: & ciuitatibus Iuda ædificabimini: & deſerta eius ſuſcitabo.* Secundò promittit proſperitatem hominum: quantùm ad cordis iucunditatem. (*Et egredietur*) Iſai. 51. [n] *Gaudium & lætitia inuenietur in ea, & gratiarum actio, & vox laudis.* Quantùm ad populi multitudinem (*multiplicabo eos, & non minuentur,*) quātùm in me eſt: & niſi ex culpa eorum proueniat. Pſalm. *Dinumerabo eos, & ſuper arenam multiplicabuntur.* Vel intelligendum de his qui ad Chriſtum conuertuntur. Et quātùm ad hominis exaltationem. (*& glorificabor:*) vel corporaliter, vel ſpiritualiter quantùm ad virtutis ſanctitatem (*Et erunt filij eius ſicut à principio*) id eſt ſimiles ſanctis Patribus (*coram me*) vitæ munditiam. (*Et viſitabo*) quia defendam eos: & vindicabo. Iob. 29. [o] *Quis mihi tribuat vt ſim iuxta menſes priſtinos: ſecundùm dies quibus Deus cuſtodiebat me.* Tertiò quantùm ad rectorum bonitatem: ponens primò ipſorum propinquitatem: quia ex eodem genere (*& erit dux*) hoc refertur ad Zorobabel, vel ad Chriſtum. Oſeæ. 2. [p] *Dabo eis vinitores.* Secundò eorum ſanctitatem. (*Et applicabo eum & accedet*) per iuſtitiam (*Quis enim iſte eſt*) in quo oſtenditur auctor applicandi: quia nullus applicatur niſi à Deo tractus. Ioan. 6. *Nemo poteſt venire ad me niſi pater qui miſit me, traxerit eum;* Tertiò tangit iuſtitiæ vtilitatem. (*Et eritis mihi.*) Eccl. 10. [q] *Qualis eſt rector ciuitatis: tales & inhabitantes in ea.*

g Iere. 2. 3.

h Iſai. 33. 1.

Eccleſiæ hoſtes per quos Deus illā affligi ſinit acerrimè tandem ab eodem caſtigantur.

i Pſal. 146. 3.

k Prou. 24. 17

l Iſai. 61. 4.

m Iſa. 44. 26.

n Iſai. 51. 3.

o Iob. 29. 2.

p Oſeæ. 2. 15.

Sanctitas & iuſtitia omnis à Deo nos ſibi applicante. Principe bono regente, & populus donus eſt.

q Eccl. 10. 2.

22

(*Ecce turbo Domini,* &c.) Hîc ponit modum vindictæ. Et primò comminatur pœnam. (*Ecce turbo*) vt diſpergat ſicut commotio aëris puluerem per captiuitatem (*procella*) vt abſorbeat per mortem: ſicut fluctus maris (*impiorum*) qui afflixerunt Iudæos: & qui de malis non ſunt emendati. (*conquieſcet*) q. d. pœna permanens. Iſai. 30. [r] *Erit tranſitus virga fundatus quam requieſcere faciat Dominus ſuper eum.* Secundò excludit miſericordiam. (*Non auertet.* Iſai. 5. [f] *In omnibus his non auerſus eſt furor Domini,* ſcil. adhuc manus eius extenta. Tertiò promittit ſcientiam horum. (*In nouiſſimis*) quando ſcilicet omnia iſta contigerint. Pſal. [t] *Cognoſcetur Dominus iudicia faciens: in operibus manuum ſuarum comprehenſus eſt peccator.*

Iudicium ſine miſericordia impiis impœnitentibus.

r Iſai. 30. 32.

f Iſai. 5. 25.

Calamitatibus adducimur in cognitionem Dei.

t Pſal. 9. 17.

23

Totum ferè locum iſtum, Origenes Homil. 8. in Leuiticum ita proſequitur, notabiles habens lectiones, Quòd contritio, ait, & plaga doloris per correptionem, curæ cauſa imponantur animæ Ieremias docet, dicens: [u] *Sic dicit Dominus: Suſcitaui contritionem plagæ tuæ cum dolore: non eſt qui* indicet

Origenes. Calamitatū vulnera infligi ſelita à Deo ad animarum curationem.

u Ier. 30. 12.

iudicet iudicium tuum, cum dolore curata es, vtilitas non est in te. Omnes amici tui obliti sunt tui, nunc iam interrogabunt de te: quia plagâ inimici percussi te correptione validâ pro omni iniquitate tua, quoniam multiplicata sunt peccata tua. Quid vociferaris super contritione tua? Violentus est dolor tuus, propter multitudinem iniquitatum tuarum præualuerunt peccata tua, & fecerunt tibi hæc. Propterea omnes qui deuorant te, deuorabuntur, & omnes inimici tui carnes suas deuorabunt: Et erunt qui te afflixerunt in afflictione, & omnes qui deuastauerunt te, dabo in deprædationem: quoniam reuocabo sanctitatem tuam, & à vulneris tui dolore reuocabo te, dixit Dominus. Memento diligentiùs quæ audieris à Propheta de vulneribus, & de cicatricibus, & de tumoribus dici. Hæc enim nobis necessaria sunt ad expositionem cicatricum, vel vulnerum, vel aliorum huiusce modi, quæ in lepræ inspectionibus memorantur.

24 Greg. PP. *Castigatio Dei illa est vt patris ad filium, quæ est consona viribus nostris.*

Circa vers. 14. Gregorius Papa lib. 14. Moral. cap. 20. in ea libri Iob verba.[a] *Iratus est contra me furor eius, & sic me habuit quasi hostē suum.* Prædicatore, inquit, egregio attestante didicimus,[b] quia A *Fidelis est Deus, qui non patietur nos tentari supra id quod possumus ferre: sed faciet cum tentatione prouentum, vt possimus sustinere.* Per Prophetam quoque Dominus dicit:[c] *Plagâ inimici percussi te, castigatione crudeli.* Qui ergo ita percutitur, vt vires illius à percussione superentur, non hûc Dominus iam quasi filium per disciplinam, sed quasi hostem per iram ferit. Cùm ergo virtutē nostræ patientiæ flagella transeunt, valde metuendum est, ne peccatis nostris exigentibus, non iam quasi filij à patre, sed quasi hostes à Domino feriamur.

Castigatio Dei quasi læsis ea est quâ exigentibus peccatis nostris, vires nostræ ab eius superantur percussione.

a Iob. 19. 11.
b 1. Cor. 10. 15.
c Iere. 30. 14.

Referunt aliqui ad ea quæ habentur in vers. B 17. *Obducam curationem tuam à plaga dolorosa curabo te*, quod apud Theophilactum in caput 11. Oseæ. hisce legimus. At-enim plerique non agnoscunt, quod in perditione humanarum cogitationum, & voluntatem sanet eos, hoc est, animas. Id quod & alibi dicit: *Feriam priùs, & sanabo meliùs.* Quæ tamen sunt referenda potiùs ad id quod in Cantico Deuteronomij apertè legimus dicentem Deum,[d] *Percutiam, & ego sanabo.*

Theophil. *Vulneratus nostra perdens sanat Deus.*

d Deut. 32. 39.

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Ἀνέστητα σιώτρι.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὥσπερ ἂν εἴ τις δεσπότης δημίῳ τινὰ ἡμαρτηκότα παραδοὺς τῶν οἰκείων, ἐκείνου πέρα τοῦ μέτρου μαστίξαντος τὸν παραδεδομένον, καὶ παρὰ τὸ τῷ δεσπότῃ δοκοῦν, ἐλθὼν οὗτος ὁ παραδοὺς, σχεδὸν καὶ ἀπολογεῖται πρὸς τὸν μεμαστιγωμένον, δεικνὺς ὅτι οὐ κατὰ τὴν αὐτοῦ γέγονε τοῦτο ἐπιτροπὴν, καὶ καταμανθάνων αὐτοῦ τὰ τραύματα ἀκριβῶς, καὶ ἐπαγγελλόμενος μυρίαν ἐκείνῳ τιμωρίαν. οὕτω καὶ ὁ θεὸς ποιεῖ, βίαιον τὸ σύντριμμα. ὁρᾷς αὐτὸν ἀπολογούμενον, ὅτι χαλεπὸν τὸ τραῦμα ἔλαβε; τοῦτο γάρ ἐστι βίαιον. οὐχ ὅσον ἔδει, ἀλλὰ πολλῷ πλέον.

|| Ὀλυμπιοδώρου.] ἐπειδή φησὶν μεγάλη σου ἡ πληγὴ, καὶ οὐδεὶς σοι ἠδυνήθη ἐπαμῦναι, ἀλλὰ καὶ οἱ φίλοι σου ἐπελάθοντό σου διὰ τὴν ἁμαρτίαν σου, φίλους δὲ τῆς ψυχῆς νοήσεις τὸν νόμον, καὶ τοὺς προφήτας, καὶ ἁγίους ἀγγέλους. ἐπειδὴ οὖν φησιν, οὐδείς σοι ἠδυνήθη ἐπαμῦναι, ἐγὼ διὰ τοῦ ἐμαυτοῦ υἱοῦ, τοῦ κατὰ σάρκα Δαβὶδ, ἀναστήσω σου τὸ σύντριμμα. ||

[Οὐκ ἔστι κρίνων.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τουτέστιν, οὐδεὶς ἐξεδίκησεν, οὐδεὶς ἐβοήθησεν. ἀφόρητον τὸ κακὸν τὶ παθεῖν. τὸ δὲ μετὰ τὸ παθεῖν μηδὲ τὸν παρακαλοῦντα ἔχειν, ἀφορητότερον.

[Εἰς ἀλγηρὸν ἰα.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἐπειδὴ γὰρ καθάπερ ἰατρείαν τινὰ τὴν αἰχμαλωσίαν προσῆγεν αὐτοῖς, λέγει, πολλὴν ἡ θεραπεία ὀδύνην ἐναφῆκεν. ὥσπερ ἐπίτινος ἀμαθοῦς ἰατροῦ, οὐκ εἰδότος τέμνειν καλῶς.

[Ὅτι πληγήν.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐπειδὴ διὰ τὰς ἁμαρτίας σου φησὶν ἐγκατέλιπόν σε, διὰ τὴν ἐμαυτοῦ φιλανθρωπίαν ἰῶμαί σε.

διὰ

C Vers. 12. *Vsitatum contritionem dolorosa est plaga tua.)*

25

Chrysostomi.] *Velut si quis Dominus aliquem è suis qui deliquerit, lictori traderet; illo vltra modum afficiente verberibus traditum, & plus quàm Dominus vellet, adueniens qui tradidit ferè excusat se apud eum qui vapulauit, ostendens id præter sua mandata factum. Et ritè cognoscens, vt vulneratus fuerit, promittensque maximam vindictam. Sic & Deus fecit;* Violenta D est contritio. *Vides ipsum se excusantem, quòd graue fuerit vulnus? Hoc enim est violentum, non quantùm opus erat, sed multò maius.*

Chrysost. *Castigationē violentam vocat Deus, quando per eius ministros multò acriùs castigamur, quàm ipse voluerit.*

|| Olympiodori.] Quoniam *inquit*, magna est plaga tua, nemóque tibi opem ferre potuit, sed & amici tui obliti sunt tui propter iniquitatem tuam: *Amicos verò animæ legem intelliges, & Prophetas, & Sanctos Angelos: Quando itaque ait, nemo tibi subuenire potuit, Ego per meū filium, qui secundùm carnem filius Dauid erit, suscitabo tuam contritionem.*

Olympiod. *Amici animæ lex, & Prophetæ, & Angeli.* *Peccatorum curatio ab vno Christo.*

26

E Vers. 13. *(Non est qui iudicet iudicium tuum.)*

Chrysostomi.] *Hoc est nemo vltor fuit, nemo opitulatus est. Intolerabile est mali aliquid sustinere, sed & malis inflictis, nec consolantem habere, intolerabilius.*

Chrysost. *Consolatore omnino destitui in Calamitatibus est maximè graue.*

(Ad dolendum curata es.)

Chrysostomi.] *Quum enim tamquam medicinam quamdam captiuitatem illis applicuisset, multum, inquit, dolorem pharmacum hoc fecit,* F *vt accidere solet imperito medico, qui nescit bene secare.*

Chrysost. *Captiuitas Babylonica ex Chaldæorum crudelitate fuit medicamentum nimis acerbum.*

Ex Vers. 14. *(Quia plagâ inimici.)*

Olympiodori.] *Quoniam, ait, propter iniquitates tuas te dereliqui, ob meam pietatem te curo.*

Olympiod. *Dei derelictio ex nobis: eiusdem verò curatio ex illius est pietate.*

Vers.

[Διὰ τοῦτο πάν.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] αἰσχύνας ἀπ' ἀλλήλων ἕξουσι τοῖς οἰκείοις ἕκαστος τὸν πλησίον θρέψει σώμασι πείσονται ταῦτα ἅπερ ἐποίησαν.

|| Ὀλυμπιοδώρου.] οἱ ἐχθροί σου φησὶ δαίμονες. τὰς ἑαυτῶν κατέδονται σάρκας. ἐμφαίνει δὲ διὰ τούτων τὸ πικρὸν τῆς κατ' αὐτῶν τιμωρίας. ||

[Ἐπὶ πλῆθος.]

Ὀλυμπιοδώρου.] συνεπέθεντο φησι τῷ πλήθει τῶν ἁμαρτιῶν σου.

[Καὶ ἔσονται.]

Ὀλυμπιοδώρου.] οἱ περιφέροντές σε, σκορπισθήσονται.

[Ὅτι ἀνάξω.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] εἰ γὰρ καὶ ἀνίατον τὸ τραῦμα, ἀλλ' οὐκ ἐμοί.

[Ὅτι ἀνάξω.]

Ὀλυμπιοδώρου.] γεγονὼς γὰρ ἄνθρωπος ὁ τοῦ θεοῦ λόγος ἰάσατο τὴν ἀνθρωπότητα.

[Ὅτι ἐσπαρμ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οἱ λοιποί φασιν, ἐζωσμένη ἐπειδὴ δίκην ἔδωκας. μέγα ἀγαθόν, μὴ διὰ τιμωρίας, καὶ κολάσεις σώζεσθαι παρὰ τοῦ θεοῦ, καὶ τοὺς πονηρούς, καὶ ἀπεγνωσμένους, ἀλλὰ δι' ἀρετὴν καὶ μετάνοιαν.

[Θήρευμα.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ὅτι διεσκόρπισάν σε ἀπὸ θεοῦ.

Τοῦ αὐτοῦ.] ὁ βουλόμενός φησιν ἐθήρευσεν αὐτήν, ὡς μὴ ἔχουσαν ποιμένα.

[Οὕτως εἶπε.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἔχει μὲν ὁ λόγος ἀγγελίαν τῆς ἐκ Βαβυλῶνος ἐπανόδου. προθεσπίζει δὲ τὴν διὰ Χριστοῦ ἀπολύτρωσιν τῶν ἐθνῶν.

[Καὶ οἰκοδομηθή.]

Ὠριγένους.] εἴποις δ' ἄν, ὅτι καὶ τὴν ἰδίαν ἐπιδείκνυσιν ἀγαθότητα, δι' ἣν καὶ τὴν ἀποτομίαν ἐπάγει τοῖς αὐτῆς ἐν χρείᾳ τυγχάνουσι. διὸ μετὰ τὸ εἰς ἀλγεινὸν θεραπευθῆναι, οἰκοδομηθήσεται φησιν ἡ πόλις ἐπὶ τὸ ὕψος αὐτῆς. ποῖον ὕψος; οὐ δύναται πόλις ἐπάνω ὄρους κειμένη κρυβῆναι, ὁποία ἐστὶν ἡ μηδὲν φρονοῦσα ταπεινὸν ἢ ἀνθρώπινον, ἡδονάς φησιν καὶ πλοῦτον ἐν γῇ καὶ δοξάρια. συνηγέρθη γὰρ τῷ θεῷ, καὶ τὰ ἄνω ζητεῖ ταῦτα σοῦ ποιοῦντος, οἰκοδομηθήσεται ἡ πόλις σου ἐπὶ τὸ ὕψος αὐτῆς.

|| Ὀλυμπιοδώρου.] πρὸς μὲν τὸ ῥητόν, ἡ κατεστραμμένη Ἱερουσαλήμ. πρὸς δὲ διάνοιαν ἡ ἐκκλησία. ||

[Καὶ ὁ λαός.]

Ὀλυμπιοδώρου.] Κατὰ τὰ νόμιμα πολιτεύσεται: ὁ μὲν ἐκ τῆς αἰσθητῆς αἰχμαλωσίας, κατὰ τὰ Μωσαϊκά· ὁ δὲ τῆς ἐκκλησίας λαὸς κατὰ τὰ εὐαγγελικά.

[Καὶ ἐξελεύσονται.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τί οὖν πρὸς ἐκείνους τοὺς μέλλοντας ἀναιρεῖσθαι; οὐ γὰρ δὴ μόνον αὐτοὺς οὐκ εὔφραινε ταῦτα, ἀλλὰ καὶ ἐλύπει πλέον ἐννόησον γὰρ ἄνθρωπον γεγηρακότα, ἀκούοντα ὅτι μετὰ ἑβδομήκοντα

Verſ. 16. (*Propterea omnes qui comedunt te, deuorabuntur.*) 27

Chryſoſtomi.] *Alter alteri dedecus imprimet, propriis quiſque proximum carnibus nutriet, quæ egerunt, eadem patientur.*

Chryſoſt. Pati ſæpe cõtingit eadem, quæ aliis fecerimus.

|| Olympiodori.] *Inimici, ait, tui, Dæmones ſuas comedent carnes: per hæc verò denotat, quàm amarâ illi pœnâ plectentur.* ||

Olympiod. Dæmones quã acriter puniantur.

Verſ. 15. (*Ad multitudinem tuarum iniquitatum.*)

Olympiodori.] *Simul adorti ſunt, ait, cum iniquitatum tuarum multitudine.* *Olympiod.*

Ex Verſ. 16. (*Et erunt.*)

Olympiodori.] *Qui circumducunt te, diſſipabuntur.* *Olympiod.*

Verſ. 17. (*Quia abducam curationem tuam à plaga, &c.*) 28

Chryſoſtomi.] *Et ſi vlcus inſanabile eſt, non tamen mihi.*

Chryſoſt. Peccatum, vlcuſque nullum inſanabile apud Deum.

(*Quia obducam.*)

Olympiodori.] *Factum quippe homo Dei verbum naturam humanam ſanauit.*

Olympiod. Verbum Incarnatum ſanauit humanam naturã.

(*Quia diſperſa vocata es.*)

Chryſoſtomi.] *Cæteri reddiderunt*(cincta) *quoniam pœnas dediſti. Ingens bonum, non ſuppliciis & caſtigationibus ſaluari à Deo etiam improbos & deſperatos, ſed virtute, & pœnitentiâ.*

Chryſoſt. Pœnitentiâ, & virtute ſaluari peccatores multò eſt meliùs quàm ſuppliciis.

(*Venatio veſtra eſt.*)

Olympiodori.] *Quòd à Deo te diſperſerunt.*

Eiuſdem.] *Quicumque voluit, eam venatus eſt, inquit, veluti paſtore carente.* *Olympiod.*

Verſ. 18. (*Sic dixit Dominus: Ecce ego reducam.*

Olympiodori.] *Sermo quidem hîc promittit è Babylone reditum, vaticinatur autem Gentes per Chriſtum liberandas.*

Olympiod. Peccator eſt cuiuſcumque venatio.

29

Olympiod. Gentium cõuerſionis vaticinium.

(*Et ædificabitur ciuitas ſuper altitudinem.*)

Origenis.] *Poteris etiam dicere ſuam hîc bonitatem manifeſtaſſe, propter quam etiam ſeuerè agit quibus cum agendum ita eſt. Quapropter poſt acerbam curationem, ædificabitur ait ciuitas in excelſo ſuo; in quo excelſo?* [a] Non poteſt ciuitas abſcondi ſuper montem poſita, *qualis eſt, quæ nihil humile, nihil humanum ſapit, voluptates dico, terrenaſque diuitias, & gloriolas.*[b] conſurrexit namque cum Chriſto, & quæ ſurſum ſunt quærit. *Hæc te agente ædificabitur ciuitas tua in excelſo ſuo.*

Origenes. In flagellis quoque manifeſtat, & exhibet Deus bonitatem ſuam. a Matt. 5. 14. *Ædificatur in excelſo ſuo anima quæ terrenis deſpectis cum Chriſto reſurrexerit.* b Coloſſ. 3. 1.

|| Olympiodori.] *Ad literam quidem euerſa Ieruſalem; ſpiritualiter autem Eccleſia.* ||

Olympiod.

(*Et populus iuxta iudicium ſuum ſedebit.*)

Olympiodori.] *Secundùm legitima vitæ rationem inſtituet; qui à mundana captiuitate, iuxta Moſaica, qui verò Eccleſiæ populus eſt, iuxta Euangelica.*

Olympiod. Vita inſtituenda iuxta legem, quam quiſque ſeruare tenetur.

30

Verſ. 19. (*Et egredientur eis canentes, &c.*)

Chryſoſtomi.] *Quid verò hoc ad illos qui tollendi erant? hæc enim illos non modò non delectabant, ſed magis etiam contriſtabant. Conſidera enim hominem confectum Senio, qui poſt* ſeptua

Chryſoſt. Poſt captiuitatem Babylonicam quæ futura erant læta ad quid abducendis pronunciata.

ὄντα ἔτι ἔσται τὰ ἀγαθά. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ἐνδιατρίβει αὐτοῖς, ἵνα μᾶλλον αὐτῶν δάκῃ. τῶν δὲ ἐν ἡλικίᾳ, ἵνα εἰς ἐλπίδας ἀγαγὸν σωφρονίσῃ πλέον.

Ὀλυμπιοδώρου.] τοῖς μὲν αἰχμαλώτοις ἐπαγγελίαν χαρᾶς ἔχει ὁ λόγος. ᾄδοντας δὲ, τὸν Θεὸν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ὑμνολογοῦντας φησί. παίζοντας δὲ, τῶν δαιμόνων καταπαίζοντας.

[Καὶ εἰσελεύσονται.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὅρα πῶς λέγει τὴν εὐπραγίαν αὐτῶν, τὴν λατρείαν. καὶ τὴν ἄδειαν. καὶ ὅτι πολλοὶ ἔσονται, καὶ τὰ νόμιμα ἕξουσι. ταῦτα γὰρ αὐτοῖς ἦν φίλα.

[Καὶ τὰ μαρτύρ.]

Θεοδωρήτου.] τὰ μαρτύρια ὁ σύρος συναγωγὰς ἡρμήνευσε. τίνες δὲ οἱ ἐπὶ τὸν θλίψαντας τὸν Ἰσραὴλ ἰσχυρότερος; δηλαδὴ Μῆδοι καὶ Πέρσαι, οἱ καὶ καθεῖλον τὴν Βαβυλώνιον ἀρχήν. ἄρχοντα δὲ ἐν μὲν τῇ αἰχμαλωσίᾳ τὸν Βαβυλώνιον εἶχον οἱ τοῦ Ἰσραήλ. μετὰ δὲ τὴν ἐπάνοδον, πρῶτον μὲν ἔσχον τὸν Ζοροβάβελ, καὶ τὸν Ἰωσέδεκ Ἰησοῦν μετὰ δὲ ταῦτα ὑπὸ τῶν ἀρχιερέων ἰθύνοντο.

[Καὶ ὁ ἄρχων.]

Βίκτορος.] ἄρχων μου ἐστὶν ἐὰν ἁμαρτάνω, ὁ ἄρχων τοῦ αἰῶνος τούτου. οὐ γὰρ ἄρχει Χριστὸς τοῦ ἁμαρτάνοντος, ἀλλὰ βασιλεύει ἡ ἁμαρτία ἐν τῷ θνητῷ σώματί μου. τί οὖν ἡ ἐπαγγελία, ὁ ἄρχων αὐτοῦ ἐξ αὐτοῦ ἐξελεύσεται, ὅταν χωρισθῇ ἀπ' αὐτοῦ ὁ διάβολος.

Ὀλυμπιοδώρου.] οὐκ ἔτι φησὶν, ἀλλότριοι ἄρξουσι τοῦ λαοῦ. ἢ καὶ οὕτως, ἐξέλιπον γὰρ οἱ Ἰουδαίων ἄρχοντες. φησὶ ὅτι ὁ πάλαι ἄρχων διάβολος τῶν ψυχῶν ἐξελεύσεται. αὐτὶ τοῦ ἀποστήσεται τοῦ τῆς ἐκκλησίας λαοῦ.

[Ὅτι τίς ἐστιν.]

Ὠριγένους.] ὡς ἐπὶ σπανίου φησίν. ἔθος δὲ τῇ θείᾳ γραφῇ μετὰ τὰ πικρὰ λέγειν φιλάνθρωπα πρὸς παραμυθίαν, καὶ μετὰ τὰ χρηστὰ λέγειν πικρότερα, ἵνα μὴ τοῦ πλούτου τῆς χρηστότητος τοῦ θεοῦ καταφρονήσαντες, θησαυρίσωσιν ἑαυτοῖς ὀργὴν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς. διό φησιν, ἐὰν ἔλθῃ ἡ ὀργὴ, οὐκ ἀποστήσεται, ἐὰν μὴ δράσειεν ἃ θέλει Θεός. θέλει δὲ ὁ θεὸς, καὶ ὀργὴ γίνεται, ἵνα γένηται ἃ θέλει θεός. ἐὰν γάρ τις μὴ θέλῃ γενέσθαι ἐν τῷ θελήματι τοῦ θεοῦ λόγου, ἀπολύεται ἐπ' αὐτὸν ἡ ὀργὴ, μὴ δεηθῶμεν οὖν παιδευούσης.

[Ὅτι ὀργή.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ταῦτα φησὶν ἔσται, μὴ νῦν ταῦτα ζήτει. νῦν γὰρ τῆς τιμωρίας τῆς ἡμετέρας ὁ καιρός.

[Ἐπ' ἐσχάτων.]

Ἀπολιναρίου.] ἐν γὰρ τῷ συμπληροῦσθαι τὸ τῆς προνοίας ἔργον, γιγνώσκεται θεὸς, ὡς τεχνίτης ἐν τῇ συμπληρώσει τοῦ ἔργου.

A *septuaginta annos bona futura audiat Nam propter hoc in his moratur, vt acriùs pungeret eorum animos: eos verò qui iuuenili erant ætate, spem illis iniiciens cautiores redderet.*

31 Vers. 20. (*Et ingredientur filij eorum vt antea, &c.*)

Chrysostomi.] *Vide, vt eorum fœlicitatem esse dicat Dei cultum, & libertatem, quódque multi erunt, & legitima habebunt, hæc enim illis erant optata.*

Chrysost. Fœlicitas optata à Iudæis etiam bonis in quibus sita.

B (*Et testimonia eorum ante faciem meam dirigentur, &c.*)

Theodoreti.] *testimonia, Syrus interpres.* congregationes, *exposuit* Et erunt fortiores eius super eos. *Quinam verò sunt tribulationis Israel fortiores? Medi nempe & Persæ, qui Babyloniorum principatum deleuerunt.*

Theodoret.

Vers. 21. (*Et princeps eius ex ipso egredietur.*) *Principem porrò in captiuitate quidem filij Israel Babylonium habuêre; at verò post reditum primò quidem Zorobabel, Et Iesum filium Iosedec; postea* C *per Sacerdotes gubernabantur.*

Iudæorum regimen quale fuerit post reditum à Babylonia.

32 Vers. 21. (*Et princeps eius, &c.*)

Victoris.) *Princeps meus est, si delinquo, princeps huius sæculi; peccantibus enim Christus non dominatur,*[a] Sed peccatū regnat in corpore mortali meo. *Quid ergo spondet promißio?* Princeps eius ex ipso egredietur, *cùm ab eo Diabolus abiunctus erit.*

Victor. Princeps peccatoris est Diabolus & quod ex ipso est peccatum. a Rom. 6. 12. *Diabolici dominatus excussio promittitur peccatori conuerso.*

Olympiodori.] *Non ampliùs, ait, exteri populo dominabuntur. Vel sic, Defecerunt enim Iu-* D *dæorum principes; antiquus, ait, animarum princeps diabolus egredietur, hoc est abibit à cætu Ecclesiæ.*

Olympiod. Principis huius sæculi eiectio ab ecclesia, & ab anima.

33 (*Quoniam quis est iste qui dedit cor suum reuerti ad me, dicit Dominus?*

Origenis.] *Tamquam de re aliqua rara loquitur. Mos autem est Sacræ Scripturæ post amara subiungere humana, & post iucunda rursus inferre amara, ne spretis bonitatis Dei diuitiis thesaurizent sibi iram in die furoris. Quare ait.*

Origen. Scriptura sacra mos, vt & iucunda asperis, & aspera subinferat iucundis. Cur ve id fiat?

E Vers. 23. (*Si ira egressa fuerit, non auertetur, donec faciat quæ vult Deus.*

Vult autem Deus, & ita fit, vt quæ vult Deus efficiantur. Si quis enim noluerit voluntati Dei Verbi acquiescere, funditur in eum ira. Ne itaque nobis opus sit erudiens ira vel furor.

Voluntati Dei obsequendum.

(*Quoniam ira.*)

Chrysostomi.] *Hæc ait erunt, nunc ea ne quæras; nunc enim nostræ punitionis tempus est.*

Chrysost. Iucunda non quærenda in hoc sæculo.

34 Ex Vers. 24. (*In nouißimis diebus cognoscetis ea.*)

Apolinarij.] *Dum enim prouidentiæ opus impletur, Deus cognoscitur, sicut Artifex in ipso operis complemento.*

Apolinarius. Deus cognoscitur ex eius operibus & prouidentia.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ. 30.

* ΟΥΤΩΣ εἶπε κύριος φωνὴν φόβου ἀκούσεσθε. φόβος, καὶ οὐκ ἔστιν εἰρήνη.] εἶτα

CAPVT XXX.

Vers. 5. SIc dixit Dominus: *Vocem timoris audietis. Timor, & non est pax.* At

Cap. 30. Chrysost. Vers. 5.

εἶτα τίς ὁ φόβος; ἐρωτήσατε δὴ, καὶ ἴδετε, εἰ τίκτει ἄρσεν; διότι ἑώρακα πάντα ἄνθρωπον, καὶ αἱ χεῖρες αὐτοῦ ἐπὶ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ, ὡς γυναικὸς τικτούσης;] τὴν ἐπίτασιν τοῦ φόβου ἐδίδαξεν, ὥσπερ γὰρ γυνὴ τίκτουσα ὑπὸ τῆς ὀδύνης πράττειν δύναται οὐδὲν, τὴν δὲ ὀσφὺν κατέχει μόνον, παραμυθίαν τῶν ἀλγηδόνων ταύτην ἔχουσα, οὕτω φησὶ καὶ οὗτος, ὡς γυναῖκες ἔσονται ὠδίνουσαι τῶν πολεμίων ἐπιστάντων, ἥκιστα βοηθεῖν ἑαυτοῖς μὴ δυνάμενοι.

Ἐστράφη πάντα τὰ πρόσωπα εἰς ἴκτερον ἐγενήθη.] βούλεται εἰπεῖν, ὅτι οὐ μόνον ἰουδαῖοι ταῦτα πείσονται, ἀλλὰ καὶ πάντα τὰ ἔθνη. τοῦτο γὰρ ἀνωτέρω ἔφη. τί δὲ, εἰς ἴκτερον, ἵνα εἴπῃ ὑπὸ τοῦ φόβου, ὑπονοστήσαντος τοῦ αἵματος ὠχρίασαν. ἐπάγει γοῦν.

Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ εἶπε κύριος τῶν δυνάμεων. συντρίψω τὸν ζυγὸν αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ τραχήλου σου καὶ τὰ ἑξῆς.] ἵνα εἴπῃ, ἡνίκα πάντων κατάσχῃ τότε ἀπαλλάξω τῆς αἰχμαλωσίας. ταῦτα δὲ φησὶ παιδεύων αὐτοὺς, ὅτι οὐ διὰ ἰσχὺν τῶν πολεμίων κρατεῖ, ἀλλὰ διὰ τὰς αὐτῶν ἁμαρτίας εἶτα φησὶ μετ' ὀλίγον.

Ὅτι ποιήσω ἔκλειψιν ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν, εἰς οὓς ἀπέῤῥιψά σε ἐκεῖ πλὴν σε οὐ ποιήσω εἰς ἔκλειψιν.] τουτέστι, σοὶ τὴν ἄνοδον παρέξω, οὐκ ἐάσας σε ἀπολέσθαι.

Καὶ παιδεύσω σε εἰς κρίσιν, καὶ ἀθῶον οὐκ ἀθώωσε. τουτέστι, παιδεύσω σε ὥστε εἰς δικαιοσύνην ἀγαγεῖν, καὶ ἐκδικῶν οὐκ ἐκδικήσω σε. τοῦτο γὰρ ὁ ἑβραῖος ἔχει, τουτέστιν, οὐ τὴν ἀξίαν εἰσπράξωμαι τιμωρίαν τὴν παρὰ σοῦ. τὸ δὲ ἀνωτέρω, μὴ φοβοῦ παῖς μου ἰακὼβ. μηδὲ δειλιάσῃς. τινὲς οὕτος ἔλαβον, αὐτὴ δὲ, τοῦ βαβυλωνίου ἀπολλυμένου, καὶ τῆς πόλεως ταρασσομένης, σὺ μὴ φοβηθεῖς, ὡς κοινωνῶν ταῖς συμφοραῖς. τὸ γὰρ, σε ἐπανάξω, τοῦτο ἐγένετο ἐπὶ τοῦ κύρου.

* Τάδε λέγει κύριος. βίαιον τὸ σύντριμμά σου.] τουτέστιν, ἀνίατος ἡ πληγή σου. οὐκ ἔστι κρίνων κρίσιν σου, τουτέστιν οὐκ ἔστιν ὁ ἐκδικῶν σε.

Εἰς ἀλγηρὸν ἰατρεύθης.] τουτέστιν, ἀνίατα πέπληξαι, καὶ ἔσονται οἱ διαφοροῦντες σε εἰς διαφόρημα. τουτέστιν, οἱ διαρπάζοντες σε εἰς διαρπαγήν. ὅπερ σαφέστερον ἐπάγει.

Πάντας τοὺς προνομεύοντάς σε δώσω εἰς προνομὴν αὐτῶν, θήραμα ὑμῶν ἐστιν, ὅτι ζητῶν οὐκ ἔστιν αὐτήν.] ὡς πρὸς τὰ ἔθνη λέγει. αὐτὴ δὲ, ἑκάστῳ θήραμα ἐγένετο ἡ σιὼν, καὶ οὐκ ἔχει τὸν ἐκδικοῦντα. ἐκ μεταφορᾶς δὲ αὐτὸ ἔλαβε τῶν ἁρπαζομένων προβάτων. τουτέστιν, ἀπήμαντα πρόβατα διηρπάσατε, ἵνα τὸ πικρὸν τῶν πολεμίων παραστήσῃ.

Καὶ οἰκοδομηθήσεται πόλις ἐπὶ τὸ ὕψος αὐτῆς.] κατὰ μὲν τὸ ἑλληνικὸν τοῦτο λέγει. ὅτι τὸ ἀρχαῖον σχῆμα ἀποληψεται. ὁ δὲ ἑβραῖος οὕτως ἔχει, καὶ οἰκοδομηθήσεται πόλις ἐπὶ τὸ ἴχνος αὐτῆς. τουτέστι, κατὰ τὴν προτέραν διαγραφήν.

Καὶ ὁ

At quis hic timor?

Verſ.6. *Interrogate & videte, ſi generet maſculus? quare vidi omnem hominem, & manus eius ſuper lumbum eius: quaſi mulieris parturientis.* Animaduerſionem timoris demonſtrauit. Quemadmodum enim mulier parturiens præ dolore nihil operari poteſt, ſed tãtùm lumbos continet, quod eſt illi dolorum ſolatium; Sic, ait, & hi erunt tamquam mulieres parturientes, hoſtibus imminentibus: neque ſemet adiuuare poterunt. *Conuerſæ ſunt vniuerſæ facies in auruginem.* Senſus eſt, non tantùm Iudæos hæc perpeſſuros, ſed & cæteras gentes: hoc namque ſuperiùs dixerat. Quare autem *in auruginem*? ac ſi diceret, præ timore, recedente ſanguine, pallidi facti ſunt.

Verſ.8. *In die illa dixit Dominus virtutum: Conteram iugum eius de collo tuo*, & quæ ſequuntur: quaſi diceret, cùm omnes oppreſſerit, tunc liberabo à captiuitate: hæc autem dicit, eos inſtruens, hæc nõ hoſtium eueniſſe virtute, ſed ob ipſorum peccata. Deinde poſt pauca ſubdit.

Verſ. 11. *Faciam enim conſummationem in cunctis Gentibus, in quas diſperſi te ibi; verumtamen te non faciam in conſummationem*: hoc eſt, tibi reditum concedam, non permittens te conſummari. *Et caſtigabo te in iudicio.* Ne abſoluam te quaſi innoxium, hoc eſt, caſtigabo te, vt ad iuſtitiam reducam. *Et vindicans nõ vindicabo te.* Ita enim legit Hebræus, quaſi diceret, dignas à te pœnas non ſumam: quod verò ſuperiùs dixerat, *Noli timere fili mi Iacob, neque paueas.* Quidam ſic intellexerunt: Babylonio debellato, & ciuitate concuſsâ, tu ne timeas, quaſi calamitatum particeps: illud námque, *Reducam te*, temporibus Cyri euenit.

* Verſ. 12. *Hæc dicit Dominus violenta fractura tua.* Inſanabilis ſcilicet plaga tua. (Chryſoſt. Verſ. 12.)

Verſ. 13. *Non eſt qui iudicet iudicium tuum.* Non eſt ſcilicet qui vlciſcatur. *In dolore curata es.* Inſanabiliter nempe percuſſa es.

Verſ. 16. *Et erunt qui te vaſtant in vaſtationem.* Hoc eſt, diripientes te in direptionem, quod clariùs ſubdit, *& omnes prædatores tuos dabo, in prædam eorum. Venatio veſtra eſt, quoniam non eſt qui quærat eam.* Ad gentes hic ſermo dirigitur quaſi diceret, Vnicuique venatio facta eſt Sion. Sumpſit autem metaphoram ab ouibus, quæ diripiuntur: hoc eſt, oues innoxias deprædatus eſt, vt hoſtium immanitatem oſtenderet.

Verſ. 18. *Et ædificabitur ciuitas ſuper altitudinem eius.* Iuxta textum Græcum hæc eſt ſententia. Primam ſortietur formam: at Hebræus legit, *ædificabitur ciuitas ſuper veſtigiũ eius.* Secundùm *primam videlicet deſcriptionem.*

Καὶ ὁ ναὸς, καὶ τὸ κρίμα αὐτοῦ καθεδεῖται. ἀντὶ τοῦ, καὶ ὁ ναὸς ὁμοίως οἰκοδομηθήσεται. τουτέστιν, ὡς ἦν διαγεγραμμένος. ἢ ὅτι τοῦτο λέγει, ἢ ὅτι κατὰ τὴν ἐμὴν διατύπωσιν οἰκοδομηθήσεται. ἵνα ὥσπερ πάλαι ἐγὼ ἀποκαλύψας τῷ Δαβὶδ δέδωκα τοῦ ναοῦ τὰ μέτρα, καὶ τῆς σκηνῆς ἤδη πρότερον ἐπὶ τοῦ Μωϋσέως, οὕτω καὶ νῦν.

Καὶ ἐξελεύσονται ἀπ' αὐτῶν ᾄδοντες, καὶ φωνὴ παιζόντων.] τῶν ἱερέων λέγει τὴν τάξιν.

A *Et templum iuxta iudicium suum sedebit.* Et templum scilicet pari modo construetur, hoc est, sicut erat descriptum. Vel tale quid innuit, iuxta meum delineatum exemplar construetur. Vt sicut olim ego per reuelationem tradidi Dauid templi mensuram, & multò priùs Tabernaculi exemplar præscripsi Moysi, sic & nunc.

Vers. 19. *Et egredientur de eis canentes, voxque ludentium.* Sacerdotum innuit ordinem. B

Caput 31. à vers. 1. vsque ad 7. Sectio Prima.

TEXTVS VVLGATÆ.

1 IN tempore illo, dicit Dominus: Ero Deus vniuersis cognationibus Israel, & ipsi erunt mihi in populum.

2 Hæc dicit Dominus: Inuenit gratiam in deserto populus, qui remanserat à gladio: vadet ad requiem suam Israel. C

3 Longè Dominus apparuit mihi. Et in charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans.

4 Rursúmque ædificabo te, & ædificaberis Virgo Israel: adhuc ornaberis tympanis tuis, & egrediêris in choro ludentium.

5 Adhuc plantabis vineas in montibus Samariæ: plantabunt plantantes, & donec tempus veniat, non vindemiabunt.

6 Quia erit dies, in qua clamabunt custodes in monte Ephraim: Surgite & ascendamus in Sion ad Dominum Deum nostrum. D

TEXTVS SEPTVAGINTA.

1 *IN tempore illo, dixit Dominus, ero in Deum generi Israel: & ipsi erunt mihi in populum.*

2 *Sic dixit Dominus: Inueni calidum in deserto cum iis, qui perierant gladio. Ite, & nolite interficere Israel.*

3 *Dominus de longè apparuit ei. Dilectione perpetuâ dilexi te: ideo attraxi te in miseratione.*

4 *Quoniam ædificabo te, & ædificaberis Virgo Israel: adhuc assumes tympanum tuum, & egrediêris cum Synagoga ludentium.*

5 *Quia plantastis vineas in montibus Samariæ; plantate, & laudate.*

6 *Quia est dies vocationis respondentium in montibus Ephrem: Surgite, & ascendite in Sion ad Dominum Deum vestrum.*

PARAPHRASIS CHALDAICA.

1 *IN tempore illo, dicit Dominus, ero in Deum omnibus cognationibus Israel, & ipsi erunt coram me in populum.*

2 *Hæc dicit Dominus, qui dedit misericordias populo, quem ascendere fecit de Ægypto, necessaria tribuit eis in deserto, quando fugiebant à facie eorum qui occidebant gladio, duxit verbo suo, vt collocaret Israelem in loco quietis.*

3 *Dixit Ierusalem: Iam olim reuelatus est Dominus patribus nostris. Propheta dic eis: Ecce dilectione sempiternâ dilexi vos, ideo duxi vos in benignitate.*

4 *Adhuc confirmabo te, & confirmaberis cœtus Israel: adhuc ornaberis ornamentis, & egrediêris cum cœtu canentium.*

5 *Adhuc plantabis vineas in montibus Samariæ. Plantate plantantes, & publicate.*

6 *Nam est longitudo dierum, & multum bonum euenturum est iustis qui seruauerunt legem meam ab initio: pars eorum erit in terra Israel, qui desiderabant annos consolationis. Qui dicitis: Quando surgemus & ascendemus in Sion, & apparebimus coram Domino Deo nostro?*

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

1 Hieronym. HIeronymus. (*In tempore illo dicit Dominus ero, &c.*) Nisi cogitatio Domini fuerit impleta, & furor eius requieuerit super impiorum caput, vniuersitatis Dominus cognationibus Israel Deus esse non poterit. Hoc autem dicit reliquiis, quæ saluæ factæ sunt. Quòd si opponitur nobis id quod dictum est: *Ero Deus generi Israel, siue vniuersis cognationibus Israel*: assumamus exemplum. [a] *Si filij essetis Abrahæ, faceretis opera patris vestri.* Et Apostolus scribit: [b] *Videte Israel secundum carnem.* Ex quo docet esse alium Israel secundùm spiritum. Ille igitur Israel est, qui mente cernit Deum, siue rectissimus Domini est, & huiuscemodi Israel erit populus Dei. E

Deus vniuersorũ tunc peculiariter Deus Israel quando reliquiis salua fient Iudæorũ. Israel secundùm spiritum quis re verâ sit.

a Ioan. 8.39. b 1. Cor.10. 18.

(*Hæc dicit Dominus*, &c.) Ridiculè Latini Codices in hoc loco, ambiguitate verbi Græci pro calido, lupinos interpretati sunt: Græcum enim θερμὸν vtrumque significat. Quod & ipsum non habetur in Hebræo. Est enim scriptum חן *hen*, quod Aquila, Symmachus, & Theodotio χάριν, hoc est gratiam interpretati sunt. Soli Septuaginta posuerunt calidum, putantes vltimam literam, ם *mem* esse. Si enim legamus חן *hen* per literam ן *nun* gratia dicitur, si per ם *mem*, calor interpretatur. Est autem sensus, iuxta Hebraicum. Cùm populus Iudæorum qui Romano remanserat gladio, vel certè iram furoris Domini potuerat euitare, inuenit gratiam in deserto gentium, vt intra turbam nationum in Ecclesia saluetur: vnde vadet & in F

Lectiones Vulgatæ, & Sept. cur diuersæ in vna Hebr. voce reddenda.

Iudæorum plurimorum conuersio ad Christũ post euersionem & captiuitatem per Romanos.

& inueniet requiem ſuam Iſrael, quam ſemper ſperauerat, quam ei Prophetarum promiſerant vaticinia. Porrò iuxta Septuaginta hæc intelligentia eſt: Dominus inuenit calidos, atque viuentes Apoſtolos, & ſocios eorum in deſerto gentium, inter eos qui infidelitate ſuâ interfecti fuerant, nec habebant calorem vitæ. Vnde præcipitur Angelis, & his qui in miniſterio Dei ſunt, ne omnes interficiant, ne Iſrael penitus deleatur; diciturque eis: *Ite & nolite interficere Iſrael:* Sint aliqui qui viuant: ſint qui caleant ardore fidei: ſint qui frigus infidelitatis, & mortis effugiant, quos Dominus inueniat in deſerto.

Apoſtoli inter infideles inuenti feruentes, & vnà cū illis alij à Romanorum cæde ſeruati, vt fide, & cū feruore ſpiritus viuerent.

2 (*Longè Dominus apparuit mihi, ſine ei, & in charitate*, &c.) Quia offenderat Iſrael Dominum, & dixerat: [a] *Non habemus Regem niſi Cæſarem.* Et: *Venite & interficiamus eum, & noſtra erit hæreditas:* & longè receſſerat à Deo, propterea Dominus poſt multum tempus apparuit ei: non tempore Zorobabel, & Eſdræ, poſtquam rurſum capti ſunt: ſed *in charitate perpetua dilexit eum:* quæ nullo fine delebitur. *Et attraxit eum miſerans.* Nequaquam enim merito, ſed clementiâ ſaluatus eſt. *Rurſumque* ait: *Ædificabo te, & ædificaberis Virgo Iſrael.* Hoc propriè intelligamus in Eccleſia. Delirant enim qui auream, atque gemmatam ſuſpirant Ieruſalem, ſuam auaritiam in myſterio vrbis Domini conſecrantes. *Adhuc ornaberis tympanis tuis*, vt canas Domino in Eccleſiis: omni in te malorum operum carne conſumptâ. *Et egrediêris in choro ludentium* cum gentium turbis: *plantabis vineas in montibus Samariæ.* Nequaquam in vallibus & humilibus locis, ſed in montibus Samariæ, qui poſt captiuitatem populi Iſrael ab alienigenis poſſeſſi ſunt: quibus dicitur, *plantate plantaria, & vindemiate.* Tunc fuit dies Domini, in qua clamauerunt cuſtodes, Apoſtoli videlicet & Apoſtolici viri in monte Samariæ, & in monte Ephraim: quorum alterum cuſtodiam: alterum vbertatem ſonat. Quid verò dicunt cuſtodes Samariæ: imò quid clamanr in monte Ephraim? Surgite qui iacetis, humilia relinquite, victimarum hoſtias ſpernite: [c] *Sacrificium Domino ſpiritus contribulatus, Aſcendamus in Sion:* hoc eſt in Eccleſiam, vbi eſt ſpeculatio & intuitus Dei. Cúmque fuerimus in Sion, imò aſcenderimus ad eam, aſcendamus pariter ad Dominum Deum noſtrum.

Longè receſſiti à Deo apparet nihilominus Deus ex dilectione, & miſericordia ſua. a Ioā. 19. 15. b Marc. 12 7 Matt. 21. 38. *EccleſiæChriſti ædificationis, & gaudij inſigne vaticinium.* *Laus Deo exhibita à fidelibus probis magnum Eccleſiæ ornamentum.* *Apoſtoli quid prædicarint.* c Pſal. 50. 19.

3 Theodoritus. Rurſum permiſcens grata triſtibus, reddit rationem eorum. (*Ita dicit Dominus, Inueni calidum in deſerto, cum his qui perierunt gladio ambulantes in ſtudiis Iſrael.*) Pro *calido*, Syrus & Hebræus poſuerunt, *miſericordiam:* & cum eo Græcæ vocis interpretatio quandam habet cognationem. Quia dum quis calefit, laxatur ad miſericordiam. Deſertum autem, vocat Babylonem: & docet, Dominum deſertum eſſe ſeruientium illic: Et interpretationi per Syrum datæ ſatis quadrant quæ ſequuntur, *Charitate perpetuâ dilexi te: propterea traxi te in commiſerationem*, Non tua, ait, viuendi ratio cauſa eſt tibi ſalutis: ſed miſericordia mea. Prædicit verò; illos tympanis & aliis inſtrumentis vtentes, denuo choreas ducturos, plantandi ſerendique curam habituros, atque celebraturos feſta diuina. Prædicit quoque vnionem tribuum. (*Quia dies eſt vocationis reſpondentis in montibus Ephraim, Surgite aſcendamus in Sion, ad Dominum Deum noſtrum.*) Hi enim qui quondam iuuencas colebant, priſtinorum delictorum rationem reddent: & ad Sion confugient adoraturi Deum vniuerſorum.

Theodorit. Calidi vocem pro miſericordiæ vſurpatā. *Mundo ſeruientibus & mundus, & Deus dicitur deſertum.* *Salus noſtra non ex noſtro merito, ſed ex Dei miſericordia.* *Tribuum omnium poſt reditum è Babylonica captiuitate futura vnio in veri Dei cultu.*

4 D. Thomas promittit primò Iudæis reſtaurationem ad religionis cultum. (*In tempore illo*) vel poſt reditum de Babylone (*vniuerſis*) quantùm ad illos de decem tribubus: qui duabus adhæſerunt, vel quantùm ad omnes: [d] quia omnis Iſrael ſaluus fiet: poſtquam plenitudo gentium introierit. ad Rom. 11. Apoc. 21. [e] *Ipſi populus eius erunt, & ipſe Deus cum eis erit eorum Deus.* Secundò promittit reſtaurationem ad natiuitatis locum: promittens reuocationis beneficium (*populus à gladio*) Babylonis (*in deſerto*) in terra captiuitatis, in qua à Deo deſerti videbantur: per quam purgati ad terram ſuam redierunt: ſicut per deſertum ad terram promiſſionis quondam. (*Inuenit gratiam.*) Id eſt hanc miſericordiam apud Deum quòd (*vadet ad requiem,*) id eſt, ad terram ſuam, id eſt, quæ pacificè requieſcet: quod poteſt myſticè exponi quantùm ad pacem quam tempore Symonis Machab. habuerunt, primò Machab. 14. [f] Iſai. 32. [g] *Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ: & in requie opulenta.* Determinans reuocationis tempus (*longè*) antequam futurum ſit (*apparuit*) reuelans futuram liberationem, ſupra 28. [h] *Confringam iugum Nabuchodonoſor Regis Babylonis poſt duos annos dierum de collo omnium gentium.* Abac. 2. [i] *Adhuc viſus procul & apparebit in finem, & non mentietur.* Et oſtendens reuocantis affectum. (*In charitate perpetua,*) quaſi dicat, non ad tempus: ſed in perpetuum tibi bona largitus eſt (*attraxi*) ad locum tuum (*miſerans*) miſericordiam exteriùs beneficio complens. Oſeæ. 11. [k] *In funiculis Adam traham eos: in vinculis charitatis.* ſupra 2. [l] *Recordatus ſum tui miſerans adoleſcentiam tuam, & charitatem deſponſationis tuæ:* tertiò promittit reuocationem ad proſperitatis ſtatum. Et primò promittit proſperitatem: quantùm ad reparationem gentis. (*Rurſumque ædificabo*) ſecundùm metaphoram, quâ dicitur domus Iſrael, ſupra 24. [m] *Ædificabo eos & non deſtruam: plantabo eos: & non euellam:* quantùm ad iucunditatem cordis. (*Virgo Iſrael: ornaberis tympanis tuis,*) id eſt ornata incedes ludens ad tactum tympani. Iſai. trigeſimo. [n] *Lætitia cordis, ſicut qui pergit cum tybia: vt intret in montem Domini ad fortem Iſrael.* Et quantùm ad tranquillitatem pacis. (*Adhuc plantabis vineas in montibus Samariæ,*) propter tres ciuitates quæ additæ ſunt Iudæis: primi Machabæorum decimo. [o] (*Plantabunt: donec tempus veniat,*) quaſi dicat propter timorem hoſtium non præoccupabunt tempus vindemiæ. Iſai. 65. [p] *Plantabunt vineas, & comedent fructus earum.* Secundò aſſignat proſperitatis rationem. (*Quia ecce dies*) in quo ſignificatur reuerſio ad cultum Dei: ad quem mutuò ſe exhortantur (*in Sion*) & non in Bethel ad vitulos Hieroboam 3. Reg. 12. & Iſaiæ 2. [q] *Venite aſcendamus in montem Domini, & ad domum Dei Iacob: & docebit nos vias ſuas & ambulabimus in ſemitis eius.*

D. Thom. d Rom. 11. 26. e Apo. 21. 3. f Mach. 14. 4. g Iſai. 32. 18. *Longè apparere dicitur Deus cuipiā, cùm illi quid futurū multò ante prænunciat.* h Ier. 28. 11. i Abac. 2. 3. k Oſe. 11. 4. l Iere. 2. 2. m Ier. 24. 6. *Ornari tympanis eſt ornatam incedere ludentē ad tactum tympani.* n Iſai. 30. 29. o 1. Machab. 10. 38. p Iſai 65. 21. q Iſai. 2. 2.

5 Quoad verſ. 2. Hieron. in c. 14. Iſaiæ loquens de infernalibus lacis, quos hæretici derelicto fonte aquæ viuæ ſibi fodiunt. De his, inquit, lacis ſunt qui feruorem non habent ſpiritus ſancti, nec Ieremiæ Prophetæ ſimiles ſunt, qui iuxta. Sept. Inter

Hieron. E lacis infernalibus ſunt qui expertes ſunt charitatis.

Interpretes loquebatur, *Inueni aquam calidam,* (nota hanc lectionem) *in deserto:* sed refrigescente charitate, calorem sancti Spiritus perdiderunt.

Feruorē spiritus vel in mundi deserto inueniunt iusti.

Idemque Hieronymus super ea item Isaiæ capitis 65. verba. [a] *Quomodo si inueniatur granum in botro, & dicatur, ne dissipes illud,* &c. Post aliqua hæc habet. [b] Enoch quoque inter peccantium plurium multitudinem solus raptus ad Deum est. [c] Et Noe cum liberis suis propter declinantem omnem carnem à Domini seruitute, diluuium delere non potuit. [d] Sed & Abraham de igne Chaldæorum fidei integritate seruatus est, in quem sensum & Ieremiæ verba ex persona Domini dicentis consentiunt: *Quasi calidum in deserto, inueni Israel cum occisis gladio.* Cùm enim, inquit, omnis mundus idololatriæ gladiis vulneratus iaceret exanimis, inueni Israel in Abraham habere calorem fidei: quasi medicus, qui post prælium, inter cadauera mortuorum, vbi quem senserit pulsantibus venis aliquid habere vitale, adhibet curam vulneribus vt restituat sanitatem.

Hieronym. *Iustos inter peccatores inuētos benignè seruare consueuit Deus.*

a Isai. 65. 8.
b Gen. 5. 22.
c Ibid. 7. 11.
d Ibid. 11. 31.

Medici instar qui curat quos adhuc viuentes in cæsorū strage reperit, ita saluat Deus quos inter impios inuenit probos.

Circa vers. 3. Prosper Aquitanius in Epistola ad Demetriadem, quam & Ambrosio adscriptam reperies in quarto Tomo operum illius impressorum Romæ lib. 4. Epistolarum epistolâ 33. post medium. Mirè, inquit, per Ieremiam Dominus manifestat, quòd Dei gratiam nemo præueniat merito suo: sed propter dilectionem, quâ Deus diligit, etiam auersos ad misericordiam trahi. *Dilectione,* inquit, *aeternâ dilexi te: propterea traxi te ad miserationem: quia ædificabo te, & ædificaberis Virgo Israel.*

e lege 31.2. Sec. Sept.

6 Prosper. Aquitan. *Gratiam Dei nemo suo præueniet merito.* *Ad misericordiam Deus trahit vel ab ipso auersos ob charitatem in illos.*

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Ἐν τῷ χρόνῳ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὅταν οἱ ἄλλοι ἀπόλωνται. τὰ κατὰ Βαβυλωνίους φησί.

[Εὗρον θερμ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὁρᾷς; πανταχοῦ σπουδάζει δεικνύειν, ὅτι αὐτοῦ τὸ πᾶν ἐστιν. εἶπε, Βαβυλωνίων ἀπολλυμένων σὺ διασωθήσῃ. εἶτα δείκνυσι τὸ παρ' ἐλπίδα, καὶ ὡς οὐκ ἦν ἀνθρωπίνων λογισμῶν μὴ καὶ αὐτοὺς ἀπολέσθαι. ὥσπερ ἂν εἴ τις ἐν πολλοῖς πτώμασιν εὗροι τινὰ ζέοντα, καὶ ἔτι ἐμπνέοντα, καὶ || ἀναψύχοντα, εἶτα δυνηθείη || ποιῆσαι τοῦτον, καὶ τοὺς πολεμίους ἀποσοβῆσαι ἀπ' ἐκείνου, || μόνον καὶ ἐπὶ ζωὴν αὐτὸν ἀγαγεῖν, θαύματος ἂν εἴη. οὕτω καὶ ἐπὶ σοῦ γέγονε φησίν. ἐκ μέσου αὐτῶν διανέστησά σε. ἀπὸ ὁδοῦ πολεμίων ἐμπνέοντά σε εὑρών, καὶ παρωρμησαμένους παῦσαι διεκώλυσα, οὐκ ἔχοντα σωτηρίας ἐλπίδα.

|| ἀναψύχοντα. || ποιῆσαι τοῦτον. || μόνον.

|| Σευήρου.] φασὶν οἱ τῶν στρατηγικῶν ἐπιστήμονες, ὡς ἔθος τοῖς ἡγεμόσι τῆς παρατάξεως καὶ ἰατροὺς ἄγειν μετὰ τῶν ὁπλιτῶν, καὶ ἐπειδὰν συῤῥαγῶσιν αἱ δυνάμεις τῶν ἀντιπαρατατομένων, καὶ κριθῇ τὰ τῆς μάχης, καὶ νικηθῇ τὸ ἀντίπαλον, ἐκπέμπειν τοὺς ἰατροὺς ἐπὶ τὸ διερευνᾶσθαι τοὺς πεσόντας, καὶ ἐξετάζειν ἐπιμελῶς μή πού τις ἐν αὐτοῖς θερμὸς εἴη, καὶ ἐμπνέων ἔτι, καὶ δυνάμενος διὰ τῆς ἰατρικῆς ἐπιμελείας ἐπιβιῶναι ταῖς θανατηφόροις πληγαῖς. πρὸς ταύτην οὖν τὴν εἰκόνα βλέπει τὰ τῆς προφητείας ῥητά, τὸν Ἰσραὴλ τοῖς νεκροῖς προσλελογισμένον εἰς τὸ ζῆσαι πάλιν ἀνακαλούμενα.

Βίκτορος.] διττή ἐστιν ἡ γραφὴ τοῦ, εὗρον θερμὸν ἐν ἐρήμῳ, ἢ θερισμόν. καὶ εἰ μὲν θερισμόν, δηλοῖ, ὡς ἐν τοῖς μαχαίρᾳ παραδοθεῖσι, καὶ διάγουσιν ἐν τῇ διασπορᾷ, τῇ ἐρήμῳ θεογνωσίας, εὗρον σωτηρίας ἀξίους, κατὰ τὸ ἐπάρατε τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν εἰς τὰς χώρας, καὶ θεάσασθε ὅτι λευκαί εἰσιν ἤδη πρὸς θερισμόν. εἰ δὲ θερμόν, δηλοῖ. ὡς εἴ τις ἐν πολλοῖς πτώμασιν εὗροι τινὰ ἐμπνέοντα θερμὸν ἔτι καὶ ζέοντα, καὶ σώσειεν αὐτόν, τοὺς πολεμίους ἀποσοβήσεν.

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐπειδὴ οἱ πλείονες ὑπὸ τῆς

Vers. 1. *In tempore illo, &c.)*

7 Chrysost.

Chrysostomi.] *Cum alij perierint Babylonica narrat.*

(Inueni calidum.)

Chrysostomi.] *Vides? Vbique hoc illi propositum est ostendere, ab illo esse quicquid est. Dixit, Babylonijs pereuntibus, tu saluus eris. Deinde ostendit quod præter spem erat, quodque humana cogitatio non capiebat, illos non esse perituros. Tamquam si quis inter multa cadauera inueniat aliquem calentem, spirantémque adhuc, agentémque animam, deinde tantùm laboret, hostesque ab illo depellat, vt ferè illum ad vitam reuocet; certè is rem miram faceret: Sic de te factum est ait. E medio eorum te suscitaui, de via hostium spirantem te inueniens, percutere te volentes cohibui, spem salutis nullam habentem.*

Chrysost. *A Deo est quicquid est.*

Simile. *Ex Hostium manibus qualiter nos eruat Deus.*

|| Seueri.] *Rei militantis periti asseuerant, moris esse exercituum ducibus medicos quoque vnà cum militibus ducere, & vbi commissa est pugna acierum oppositarū, & finem habuerit conflictus, & victi fuerint hostes, emittere medicos, vt perquirant illos qui ceciderunt, & curiosâ indagatione videant, num quis eorum adhuc caleat & spiret, possitque medici operâ vulneribus mortiferis esse superstes; ad hanc ergo similitudinem spectant prophetiæ verba, Israelem iam mortuis adiudicatum, iterum ad vitam reuocantia.*

Seuerus. *Morti iam propinqua expositos eruit nos Deus, vt medicus illū quem inter iacentia cadauera reperit adhuc post militarē stragem calentē.*

Victoris.] *Duplex huius textus lectio est;* Inueni calidum in deserto, *vel,* messem, *Si* messem *legamus; significat inter confossos gladio, & in dispersione degentes, hoc est diuinæ cognitionis deserto, inueni salute dignos: iuxta illud.* [f] Tollite oculos vestros in territoria & videte ea alba esse, prompta ad messem. *Si vero legatur,* Calidum: *denotat, ac si quispiam inter multa cadauera reperiat aliquem adhuc calidum & feruentem, & saluti restituat, hostibus depulsis.*

Victor. *Saluandos vbique reperit Deus.*

f Luc. 10. 2.

Olympiodori.] *Maior hominum pars peccato mortua*

8 Olympiod.

τῆς ἁμαρτίας τεθνήκασι, καὶ ὡς ἐν ἐρήμῳ κεῖνται ἐῤῥιμμένοι. εὗρον φησὶν ἐν τοῖς κειμένοις θερμόν. τουτέστιν ἡμιθανῆ, ἐλπίδα ἔχοντα μετανοίας καὶ ζωῆς. φησὶ δὲ ἢ τὸν ἰσραὴλ, ἢ καὶ πάντα δυνάμενον σώζεσθαι.

Βίκτορος.] τοῖς ἄρτι χωρεῖν δυναμένοις μετὰ τὴν μετάνοιαν, πόῤῥωθέν φησιν ὤφθαι κύριον πόῤῥω γὰρ ἦσαν ἡμαρτηκότες θεοῦ, ὡς ὁ ἀποδημήσας μακρὰν ἄσωτος, ὡς ἐν εὐαγγελίῳ φησὶ περὶ ὧν εἴρηται. ἰδοὺ οἱ μακρύνοντες ἑαυτοὺς ἀπὸ σοῦ, ἀπολοῦνται.||

Θεοδωρήτου.] ὁ ἑβραῖος καὶ ὁ σύρος, οἰκτιρμὸν ἐξέδωκε τὸ, θερμόν. οἱονεὶ γὰρ ὑποθερμαινόμενός τις χαυνοῦται πρὸς ἔλεον. σημαίνει τοίνυν, ὡς ἐν βαβυλῶνι δουλεύοντας ᾤκτειρε. διὸ ἐπιφέρει, ἀγάπησιν αἰωνίαν ἠγάπησά σε. διὰ τοῦτο εἵλκυσά σε εἰς οἰκτείρημα. οὐ γὰρ ὁ σὸς τρόπος αἴτιος τῆς σωτηρίας, ἀλλ' ὁ ἐμὸς ἔλεος.

[Κύριος πόῤῥωθεν.]

Συμμάχου.] εὑρίσκω χάριν ἐν ἐρήμῳ, λαὸν σεσωσμένον ἐκ μαχαίρας, πορευόμενον ἀναπαῦσαι τὸν ἰσραήλ.

[Ἀγάπησιν αἰώ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ὁ νῦν πόῤῥωθεν, ὕστερον ὀφθήσεται αὐτῷ.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐ πρὸς καιρὸν, καθάπερ σὺ· κἂν μυρία ποιήσῃς, ἐγὼ φιλῶ σε.

Βίκτορος.] οἱ σκοποῦντες τὰ βλεπόμενα, πρὸς καιρὸν ἀγαπῶσιν ἀγάπησιν. οἱ δὲ ἐξ ὅλης ψυχῆς τὸν θεὸν ἀγαπῶντες, ἀγάπησιν αἰωνίαν ἠγάπησαν αὐτόν. ἕλκουσι γὰρ αὐτοῦ τὸν ἔλεον, καὶ ὑπ' αὐτοῦ ἕλκονται, ἕλκοντος αὐτοὺς πρὸς ἰησοῦν τοῦ πατρὸς κατὰ τό. οὐδεὶς ἔρχεται πρός με, ἐὰν μὴ ὁ πατὴρ ὁ πέμψας με ἑλκύσῃ αὐτόν. καὶ ἑλκόμενος εἰς οἰκτείρημα ἕλκεται, ἀγάπησιν αἰώνιον ἀγαπηθείς.

[Διὰ τοῦτο εἵλ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οἰκτείρων καὶ ἐλεῶν, οὐχὶ τὰ κατ' ἀξίαν ἀπονέμων.

[Ὅτι οἰκοδομή.]

Βίκτορος.] φησὶ γὰρ ὁ ἀπόστολος θεοῦ οἰκοδομή ἐστε, οἱ ὡς παρθένος ἁρμοζόμενοι τῷ θεῷ, καὶ μηκέτι ἐν πολλοῖς ποιμέσι πορνεύοντες ἐποικοδομοῦνται ὑπ' αὐτοῦ ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῶν ἀποστόλων.

||[Ἔτι λήψῃ τύμ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] μετὰ τὴν αἰσθητὴν ἱερουσαλὴμ, τὴν ἐκκλησίαν νόει.||

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἀδείας πολλῆς, καὶ βαθείας εἰρήνης τεκμήρια λέγει. καὶ αὐτὰ τὰ ῥήματα || πιθανά.

|| ἴσ. πιθανά.

Βίκτορος.] τί δὲ τὸ, λήψεται τύμπανον; τοῦτο τοίνυν ἀναλαμβάνουσι νεκροῦ ζώου δέρμα τυγχάνον οἱ τὰ μέλη αὐτῶν νεκροῦντες τὰ ἐπὶ τῆς γῆς. ὁποῖόν ἐστι καὶ παρὰ Δαβίδ. λάβετε ψαλμὸν, καὶ δότε τύμπανον καὶ τό. ἐν μέσῳ νεανίδων τυμπανιστριῶν. οἱ δὲ τούτοις συσταυρούμενοι τῷ χριστῷ, μετὰ συναγωγῆς ἐξελεύσονται παιζόντων, καὶ περιφρονούντων τοῦ δράκοντος καὶ τῶν ἐξ αὐτοῦ πειρατμῶν, καὶ ἐξιόντων ἀπὸ τῆς προσκαίρου ζωῆς πρὸς τὴν ἀΐδιον.

[Ὅτι

A *mortua eſt, & iacent velut proiecti in deſerto; inueni, ait, inter humiſtratos calidum: Semimortuum ſcilicet, ſpem pœnitentiæ vitæque habentem: intelligit autem vel de Iſrael, vel de quouis alio qui ſalutem conſequi poſſit.*

Victoris.] *Iis qui iam peractâ pœnitentiâ capere poſſunt, longè ait, apparuiſſe Dominum. Nam commiſſo peccato longè erant à Deo;* [a] *ſicut peregrè profectus prodigus de quo in Euangelio legimus* B *de quibus dictum eſt;* [b] Ecce elongantes ſemetipſos à te peribunt.

Theodoreti.] *Hebræus & Syrus loco vocis,* calidum, *miſericordiam reddiderunt: fit enim aptus ad miſericordiã animus veluti calore emollitus. Significat ergo, miſertum fuiſſe Babylone ſeruientium: quare & addit,* charitate perpetuâ dilexi te, ideo attraxi te in miſerationem. *Tuæ quippe ſalutis non tui mores, ſed cauſa eſt miſericordia mea. (Dominus longè.)*

C Symmachi.] Inuenio gratiam in deſerto, populum qui remanſerat à gladio, qui vadit ad requiem Iſrael.

(Dominus de longè.)

Olympiodori.] *Qui nunc longè eſt, tandem apparebit illi.*

(Dilectione perpetuâ.)

Chryſoſtomi.] *Non ad tempus, vt tu facis; etſi quiduis agas, ego diligo te.*

Victoris.] *Qui ſtudent iis, quæ viſu percipiuntur, temporali dilectione diligunt. At qui toto corde Deum amant, dilectione perpetua illũ diligunt:* D *trahunt quippe illius miſericordiam, ab eaque trahuntur, trahente eos ad Ieſum Patre; iuxta illud,* [c] Nemo venit ad me niſi pater qui miſit me trahat ipſum, *& qui trahitur ad miſerationem trahitur, dilectione ſempiterna dilectus.*

(Ideo attraxi te.)

Chryſoſtomi.] *Miſerationem impendens, non merita remunerans.*

(Quoniam ædificabo.)

Victoris.] *Ait enim Apoſtolus,* [d] Dei ædifi- E cium eſtis: *qui tamquã Virgo deſponſantur Deo, neque ampliùs in multis paſtoribus fornicantes, ædificamur ab illo ſuper* [e] *Apoſtolorum fundamento. (Adhuc aſſumes tympanum.)*

Olympiodori.] *Poſt ſenſibilem Ieruſalem intellige Eccleſiam.*

Chryſoſtomi.] *Summæ pacis, ſummæque tranquillitatis indicia ponit: & verba ipſa ſuauia ſunt.*

Victoris.] *Quid eſt,* aſſumet tympanum? F *hoc quidem aſſumunt quod eſt mortuæ feræ corium,* [f] *qui terrena membra ſua mortificant, quale illud eſt apud Dauid;* [g] Sumite Pſalmum, & date tympanum, *& illud.* [h] In medio puellarum tympaniſtriarum: *Hi verò vnà cum Chriſto cruci ſe affigentes egredientur cum cœtu ludentium, & contemnentium Draconem, & eius tentationes, & exeuntium à temporali hac vita ad ſempiternam.*

Salutem qui conſequi poſſint, vel etiã in mundi deſerto proſtratos, & ſemimortuos inuenit Deus.

Victor. *Peccatori longè à Deo exiſtenti apparet Dominus, quum illum ad pœnitentiã excitauit.*

a Luc. 15. 13.

b Pſ. 72. 27.

Theodoret. *Miſericordia eſt ex animo veluti calore emollito.*

Salus nobis ex Dei miſericordia.

9

Symmach.

Olympiod.

Chryſoſt. *Dilectio Dei in nos indeficiens.*

Victor. *Diligat quis Deũ dilectione perpetuâ. Miſericordiã Dei trahit, qui Deũ diligit, traditũque ab illa.*

c Ioan. 6. 44.

10

Chryſoſt. *Trahit nos Deus miſeratione.*

Victor. *Ædificatur à Deo anima quæ illi deſponſatur vt virgo.*

d 1. Cor. 3. 9.

e Ephe. 2. 20.

Olympiod.

Chryſoſt.

Victor. *Tympanum ſpiritaliter aſſumit, qui mortificat mẽbra ſua.*

f Colo. 3. 5.

g Pſal. 80. 3.

h Pſal 67. 26.

Mortificationi nauantes quanto cum gaudio ſequãtur Chriſtum.

(*Quia*

[ὅτι ἐφυτεύσατ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὅρα πανταχοῦ πῶς ἀναμίγνυσι τοῖς ἀγαθοῖς τὴν || μετάνοιαν αὐτῶν.

|| ἐπιστροφὴν

[ὅτι ἔστιν ἡμέρα.]

Ὀλυμπιοδώρου.] τοῦτο, σημεῖον οἰκήσεως.

Τοῦ αὐτοῦ.] ὅτι δέδωκε φησὶν ὁ θεὸς καιρὸν μετανοίας, ἐν ᾧ ἀπολογούμενοι κληθήσεσθε εἰς σωτηρίαν.

[Ἐν ὄρεσιν ἐφρ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] τὸν κατὰ χάριν φησί. Διαφόρως δὲ ἡ γραφὴ καλεῖ τοῦτον τὸν λαόν. διὸ καὶ ἐφραὶμ, ἐκ τῶν πολλῶν φυλῶν ἐκ πάντων γάρ εἰσιν οἱ σωζόμενοι.

[ἀνάστητε καὶ ἀν.]

Ὀλυμπιοδώρου.] διεγέρθητέ φησιν ἐκ τῶν γηΐνων φρονημάτων, καὶ ἀνέλθετε εἰς τὰ οὐράνια, τοῖς πτεροῖς τοῦ πνεύματος κουφιζόμενοι.

A

11

(*Quia plantastis.*)

Chrysost. — Chrysostomi.] *Vide vt vbique cum bonis coniungat eorum conuersionem.*

(*Quia est dies.*)

Olympiod. — Olympiodori.] *Hoc signum & inhabitationis.*

Olympiod. *Pœnitentiæ dato à Deo tempore bene vtendum.* — Eiusdem.] *Quoniam inquit, Deus dedit tempus pœnitentiæ, quo, si pro vobis responderitis, ad salutem vocabimini.*

(*In montibus Ephrem.*)

B

Olympiod. *Electio ad gratiam est ex multis.* — Olympiodori.] *Eum qui secundùm gratiam est, ait. Varia porrò est in Scriptura huius populi appellatio. Quapropter & Ephrem, à multis tribubus; ex omnibus enim sunt qui saluantur.*

(*Surgite, & ascendite.*)

Olympiod. *Alis spiritus ascendit qui à terrenis surrexerint.* — Olympiodori.] *Surgite, ait, è terrenis cogitationibus, & ascendite ad cælestia, spiritus eleuati alis.*

Capitis 31. à vers. 7. vsque ad 10. Sectio Secunda.

C

TEXTVS VVLGATÆ.

7 Quia hæc dicit Dominus: Exultate in lætitia Iacob, & hinnite contra caput Gentium: personate, & canite, & dicite: Salua Domine populum tuum reliquias Israel.

8 Ecce ego adducam eos de terra Aquilonis, & congregabo eos ab extremis terræ: inter quos erunt cœtus, & claudus, prægnans & pariens, simul, cœtus magnus reuertentium huc.

9 In fletu venient: & in misericordia reducam eos: & adducam eos per torrentes aquarum in via recta, & non impingent in ea: quia factus sum Israeli pater, & Ephraim primogenitus meus est.

TEXTVS SEPTVAGINTA.

7 *Quia sic dixit Dominus ad Iacob: Lætamini, & hinnite super caput gentium: audita facite, & laudate: dicite, saluauit Dominus populum suum, residuum Israel.*

8 *Ecce ego adduco eos ab Aquilone: & congregabo eos ab extremo terræ in solemnitate Phase. Et generabit filiorum turbam multam, & reuertentur huc.*

D

9 *In ploratu exierunt: & in consolatione adducam eos, diuertere faciens super fossas aquarum in via recta: & non errabunt in ea. Quoniam factus sum Israeli in patrem: & Ephrem primogenitus meus est.*

Iudæorum reliquias tantū saluandas.

PARAPHRASIS CHALDAICA.

7 *Quia hæc dicit Dominus: Laudate viri domus Iacob in lætitia, & exultate capite nudato in oculis omnium populorum: annunciate, laudate, & dicite: Redemit Dominus populum suum, reliquias Israel.*

8 *Ecce ego adducam eos de terra Aquilonis, & congregabo eos à finibus terræ: qui cæci & claudi sunt in eis, venient; in eis erunt prægnantes, & parientes simul in exercitibus magnis reuertentur huc.*

9 *In transmigratione sua cùm flerent, migrarunt: at cùm reuersi fuerint de medio transmigrationis suæ, in miserationibus multis appropinquare faciam eos, & adducam eos ad riuos aquarum, viâ rectâ, in qua non impingent: quia fuit verbum meum Israeli quasi pater, & Ephraim dilectus est coram me.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

12

Hieronym. *Gentiū populus futurus in Ecclesiæ caput, qui primò erat in caudam.* — Hieronymus. (*Quia hæc dicit Dominus, exultate, &c.*) Significanter non totus saluatur Israel, sed reliquiæ Israel: præcipiente Domino, atque dicente: Exultate in lætitia qui estis de Iacob: & hinnite, ad caput gentium referentes cuncta: quia cauda quondam versa est in caput. *Personate, canite & dicite.* Quid est illud, quod iubentur dicere? *Saluum fac Domine populum tuum.* Quem populum? [a] Vtique reliquias Israel: [b] quæ secundùm electionem saluæ factæ sunt. De quibus & Paulus [c] assumens testimonium Isaiæ loquitur: [d] *Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma facti essemus, & sicut Gomorrha similes fuissemus.*

a Isai. 10. 21.
b Rom. 9. 27.
c Rom. 9. 29.
d Isai. 1. 9.
Per Apostolos, virosque Apostolicos congregata reliquia Israel.

E

Passionis suæ tēpore ex infidelitate, & impietatis.

(*Ecce ego adducam eos de terra Aquilonis, & congregabo eos, &c.*) Quod sequitur. *In solennitate Phase, & generabit filios multos.*) In Hebraico non habetur, sed in Sept. tantùm legitur: pro quod apud Hebræos scriptum est. *Inter quos erunt cæcus, & claudus; & prægnans, & pariens simul.* Congregantur reliquiæ populi Israel per Apostolos, & Apostolicos viros, de quibus supra legimus: *Clamabunt custodes in monte*, & quibus præcipitur. *Personate, canite, & dicite, vt salua fiant reliquia Israel.* Ipse quoque Dominus pollicetur se reducturum eos de terra Aquilonis, qui est *ventus durissimus, nomine autem dexter vocatur*: de incredulitate [e], de frigore Dominicæ charitatis, & congregare eos ab extremis terræ: non in alio tempore, sed in solemnitate Phase, hoc est feriis Dominicæ passionis: quando crucifixus Dominus est, impletúmque illud, quod ipse in Euāgelio repromisit: [f] *Cùm exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me.* Tunc generauit multum populum, vt illud impleretur Isaiæ, [g] *Quia nata est gēs semel.* Vno enim die [h] tria millia, altero [i] quinque millia hominū crediderunt. Quodque in Hebraico scribitur:

e Prou. 27. 16.
Sec. Sept.
Aquilone Christus reduxit saluandos, trahens omnia ad se.

F

Post Crucifixionem suam Christus magnam sibi cōgregauit Ecclesiam cæcorum, claudorum, & prægnantium, ac parientium simul.
f Ioā. 12. 32.
g Isai. 66. 8.
Sec. Sept.
h Act. 2. 41.
i Act. 4. 4.

bitur: *Inter quos erunt cæcus, & claudus, & prægnans & pariens simul, Ecclesia magna reuertentiū huc:* quāquam & iuxta literam impletum sit, [a] quòd cæci viderint, claudi ambulauerint, tamen meliùs iuxta Anagogen intelligi potest, quòd qui priùs erant cæci perfidiâ, postea crediderint Saluatori: & qui claudi, quibus quōdam loquebatur Elias: [b] *Vsquequò claudicatis vtroque pede:* postea ambulauerint, & [c] populus qui sedebat in tenebris & vmbra mortis, magnum lumen aspexerint, claudique cucurrerint, & prægnans peperit filios, Ecclesiam magnam reuertentium ad fidem: Iudæi putant hoc esse completum, quando sub Ezdra post diem Phase egressi sunt de Babylone, vt reuerterentur Ierusalem, in quo typus fuit, & non veritas. Neque enim in illo tempore vniuersa, quæ legimus & lecturi sumus, fuisse completa poterunt approbare.

a Matth. 5.
b 3. Reg. 18. 21.
c Isai. 9. 2.

13

(*In fletu venient,* siue *egredientur,* &c.) Si iuxta Hebraicum legerimus, *in fletu venient,* hoc enim indicat יבאו *iabou*, Dicemus quod interdum & nimij gaudij fletus indicium sit, iuxta illud, *lachrymor gaudio.* Sin autem iuxta Sept. qui dixerūt: *In fletu egredientur, & in misericordia,* siue *in consolatione reducam eos:* illum sensum ponemus, quo & in Psalmis dicitur: [d] *Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua: Venientes autem venient cùm exultatione, portantes manipulos suos.* Fleuerunt enim; quando captiui ducti sunt, & consolationem maximam receperunt, quando misericordiâ Domini sunt reducti. Et adduxit eos Dominus per Apostolos, & Apostolicos viros, plenos aquarum, & largissimi fluminis: in via recta, videlicet fidei, non in perfidia Iudæorum. *Et non,* inquit, *impingent in ea:* quia cæci esse cessarunt: quibus quondam dictum est: [e] *Si cæci essetis, non haberetis peccatum: Nunc verò, quia dicitis, videmus, peccatum vestrum manet.* Possumus viam rectam & Christum intelligere: in qua quicumque ambulauerit non impinget. *Factus sum,* ait, *Israel pater,* qui reductus est, *& Ephraim primogenitus meus est.* [f] *Vbi enim* quondam *abundauit peccatum, superabundauit peccatum, superabundauit gratia.* Ephraim autem in typo esse populi de gentibus cōgregati, Scriptura testatur. Fuit enim posterior filius Ioseph, & [g] surripuit primogenita Manasse: qui natura primitiuus erat: sed in mysterio crucis, decussatis manibus, qui stabat ad sinistram Iacob, dextræ manus eius suscepit benedictionem. Et qui steterat ad dexteram, sinistra benedictus, in secundùm redactus est gradum. Et quomodo Iacob, Esau, sic Ephraim Manasse rapuit primogenita. Omnisque [h] populus decem tribuum vocatus est Ephraim: quia Ieroboam filius Nabath, ex hac tribu regnum primus obtinuit in Samaria.

Fletus interdum nimij gaudij indicium.
Conuersio ad fidem, & à peccatis ex Dei misericordia maximam affert consolationem.
d Psal. 125. 6.
Per Apostolos plenos aquarum Spiritus Sancti adfidē, atque ad Christum viā rectam adductus Orbis.
e Ioan. 9. 41.
f Rom. 5. 20.
Gentilis populus per Apostolorum prædicationem conuersus ad Christi fidem factus filius Dei primogenitus
g Gen. 48. 14.
h 3. Reg. 12. 24.

14

Theodoritus Hortatur illos (Iudæos) vt Deum quidem collaudent cum lætitia, at contra Gentes vicinas glorientur. Hoc enim significat. *Hinnite super caput gentium.* Et in eo declarate opitulationem diuinam.

Theodorit.
E captiuitate Babylonica redeuntibus Iudæis gloriandum cum iubilo aduersùs vicinas Gentes.

Dicit quoque tempus reditus. *Congregabo eos,* inquit, *in festo Phasec, ab extremo terræ.* Phasec autē per interpretationem, dicitur Græcâ voce, *Pascha.* Et vt multitudinem eorum indicet, *Inter eos,* inquit, *claudus, cæcus, prægnans, & pariens vnanimi consensu cætus magnus.* In vrbibus siquidem populosis huius generis omnia reperire licet. Repetito etiā vlulatu, qui audiebatur tempore captiuitatis, prędicit oblectationem, quam animo concipient reuertentes: solatia item, quibus fruentur in itinere obeundo. (*In consolatione,* ait, *reducam illos, castrametans iuxta torrentes aquarum in via recta in qua non amplius errabunt.*) Et ostendens quæ causa sit sollicitudinis, subiunxit, *Quia factus sum Israeli in patrem: & Ephraim est primogenitus meus.* Ephraim vocat, non filium Ioseph, sed decem tribus: inter quas erat Ruben primogenitus, & Simeon secundus. Appellabantur autem Ephraim decē tribus, eò quòd palatia regia constructa essent in sorte Ephraim. Et quemadmodum nunc ab vrbe Romanorum dicimur omnes Romani: ita tunc decem tribus denominabantur ab Ephraim.

Ciuitatis populosæ egregia descriptio.
Reditus è captiuitate Babylonica quàm lætanter à Deo exhibendus.
Ephraim nomine nuncupata decem tribus, quia palatia regia in sorte Ephraim constructa essent.

15

D. Thomas. Hic prosequitur reparationis ordinem. Et circa hoc duo. Primò inducit eos ad exultationem. (*Exultate in lætitia.*) Psalmo. [i] *Exultate Deo adiutori nostro: iubilate Deo Iacob.* Ad quā exultationem exprimendam indicit hostium exultationem *& hinnite* insultantes (*contra caput gentium*) id est Regem Babyloniæ, vel Assyriorum qui captiuauit vos. Abac. 2. [k] *Numquid non repente consurgent qui mordeant te: & suscitabuntur lacerantes te: & eris in rapinam eis?* Et etiam diuinam laudem (*personate*) in Psalteriis & huiusmodi. Secundò ponit liberationis ordinem. (*Ecce ego*) describens reuersionis terminum à quo (*de terra Aquilonis.*) Et reuertentium cætum (*inter quos* q. d. Nullus vel aliquā corporis infirmitate à reditu impedietur: & hoc, quia securi venient. Isaiæ 35. [l] *Erit saliens sicut Ceruus claudus.* Et etiam reuersionis modum. (*In fletu*) quidam propter lætitiam reuersionis: & quidam videntes terræ vastitatem. 1. Esdræ. 3. [m] *Nec poterat quisquam cognoscere vocem clamorum lætantium: & vocem fletus populi; & in misericordia*) à rubore mentis. Isai. 54. [n] *In miserationibus magnis congregabo te.* (*per torrentes aquarum*) per quas nauigantes faciliter vadunt & iuxta eos sunt viæ bonæ, in quo excluditur labor itineris, & tædium. Prouerbiorum 3. [o] *Ambulabis fiducialiter in via tua: & pes tuus non impinget.* tertiò assignat rationem ex paterno affectu: quoad eos mouetur (*Quia factus sum pater*) Vnde sicut pater non possum dimittere quin eorum miserear. Inter omnes enim populos *primogenitus Israel.* Exod. 4. [p] *Filius autem Ioseph data sunt primogenita,* sicut dicitur. primi Paral. 5. [q] In quo [r] Ephraim Manasse prælatus est. Gen. 48. Vnde relinquitur Ephraim primogenitum esse.

D. Thomas.
i Psal. 80. 2.
E captiuitate Babylonica redeuntes Iudæi cū exultatione insultaturi Bab. & Assyriorū Regi.
k Abac. 2. 7.
E captiuitate Babylonica nullus ex corporea infirmitate impeditus quin rediret.
l Isai. 35. 6.
m 1. Esdr. 3. 13.
n Isai. 54. 7.
o Prou. 3. 23.
p Exod. 4. 22.
q 1. Par. 5. 1.
r Gen. 48. 14.

16

Circa vers. 8. Notanda quæ hisce asserit Tertullianus. lib. de Baptismo cap. 19. Diem Baptismo solenniorem Pascha præstat, cùm & passio Domini, in qua tingimur, adimpleta est. nec incongruenter ad figuram interpretabitur, quòd cùm vltimum Pascha Dominus esset acturus, missis discipulis ad præparandum [f], Inuenietis, inquit, hominem aquam baiulantem. Paschæ celebrandæ locum de signo aquæ ostendit. Exinde Pentecoste [t] ordinandis lauacris latissimum spatium est, quò & Domini resurrectio inter discipulos frequentata est, & gratia Spiritus sancti dedicata, & spes aduentus Domini subostensa, quòd tunc in cælos recuperato eo, [u] Angeli ad Apostolos dixerunt sic venturum quemadmodum & in cælos conscendit, vtique in Pentecoste. Sed enim Ieremias cùm dicit: [x] *Et congregabo illos ab extremis terræ in die festo,* Paschæ diem significat & Pentecostes, qui est propriè dies festus. Cæterum omnis dies Domini est, omnis hora, omne tempus habile Baptismo: si de solemnitate interest, de gratia nihil refert.

Tertull.
Baptismi cōferendi peculiare tempus Pascha, & Pentecostes.
f Marc. 14. 13.
t Act. 2. 1.
u Act. 1. 10.
x Iere. 31. 8.
Festi diei nomine designati dies Pascha & Pentecostes.
Baptismo omne tēpus habile quoad collationem gratiæ non sic autem quoad solemnitatē.

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Ἐντρεφαύθητε ϗ.]

Ἐξ ἀνεπιγράφου. ἵπποις ϗ τοὺς ἁγίους ἀποστόλους ἀπεικάζειν οἶδεν ὁ λόγος, ὡς ἐν τῷ, ἐπεβίβασας εἰς θάλασσαν τοὺς ἵππους σου, ϗ ἡ ἱππασία σου σωτηρία. ϗ ἐν τοῖς ᾄσμασι τῶν ᾀσμάτων λέγει, τῇ ἵππῳ μου ὡμοίωσά σε ἡ πλησίον ἀδελφή μου νύμφη. τούτοις ὡς ἐποχούμενος ὁ θεὸς χρεμετίζειν παρακελεύεται ἐπὶ τὴν τῶν ἐθνῶν κεφαλήν. τοῦτο ϗ καθ' ἱστορίαν ἐγένετο. Κῦρος γὰρ ϗ οἱ σὺν αὐτῷ τοὺς ἀσσυρίους μετῆλθον· ϗ μετὰ τὴν ἐπάνοδον, τὰ ὅμορα τῶν ἐθνῶν ἐν τῇ κοιλάδι τοῦ Ἰωσαφὰτ ὑπὸ τῶν ἐπελθόντων πεπτώκασι. ἐχρεμέτισαν δὲ ϗ κατὰ τῶν ἐθνῶν οἱ ἀπόστολοι τούτους προσάγοντες τῷ θεῷ. καθόλου δὲ πάντες οἱ ἅγιοι κατὰ τῶν ἐν ἡμῖν ἐθνῶν τὰ πάθη νικήσαντες χρεμετίζουσιν, ἐπευφραινόμενοι τῷ τὴν νίκην δεδωκότι θεῷ.

|| [Ἰδοὺ ἐγὼ ἄγω.]

Ὀλυμπιοδώρου.] γαυριάσατε φησι, πατοῦντες ἐπὶ τὰς κεφαλὰς τῶν ἐθνῶν· ἰδοὺ γὰρ δέδωκα ὑμῖν ἐξουσίαν τοῦ πατεῖν ἐπάνω ὄφεων ϗ σκορπίων, εἶπεν ὁ Κύριος.

Τοῦ αὐτοῦ.] τοὺς ἐξ ἐθνῶν φησὶ, ϗ τοὺς ἐξ ἰσραὴλ δὲ τοὺς εἰς πάντα τὰ ἔθνη διεσπαρμένους, ὕστερον δὲ ϗ αὐτοὺς τευξομένοις σωτηρίας. ||

[Ἐπ' ἐσχάτου.]

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] ὅτι δὲ ϗ καθ' ἱστορίαν ἐξέβη τά τε νῦν κατὰ λελεγμένα, ἐδήλωσεν ἔσδρας εἰπὼν, ϗ Δαρεῖος συναπέστειλεν μετ' αὐτῶν ἱππεῖς χιλίους, ἕως τοῦ ἀποκαταστῆσαι αὐτοὺς εἰς ἱερουσαλὴμ μετ' εἰρήνης, ϗ μετὰ μουσικῶν τυμπάνων ϗ αὐλῶν. ϗ πάντες οἱ ἀδελφοὶ αὐτῶν παίζοντες. ϗ ἐποίησεν αὐτοὺς συναβῆναι μετ' ἐκείνων. [ϗ μετ' ὀλίγα.] ἐν τῷ δευτέρῳ ἔτει τῆς βασιλείας Δαρείου, μηνὶ νισσὰν τοῦ πρώτου μηνός. εἰσὶ δὲ οὗτοι οἱ ἐκ τῆς ἰουδαίας ἀναβάντες ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας τῆς παροικίας. ἀληθὲς ἄρα τοίνυν τὸ τῷ προφήτῃ ῥηθέν. συνάξω αὐτοὺς ἐν ἑορτῇ Φασέκ. ϗ τροπικῶς δὲ, ἐν ἑορτῇ Φασὲκ ἤγαγε τὸ κατάλοιπον τοῦ Ἰσραὴλ ἀπὸ γῆς βορρᾶ, ϗ συνήγαγεν αὐτοὺς ἐπ' ἐσχάτου τῆς γῆς κύριος, ὑπὲρ τῆς αὐτῶν σωτηρίας παθὼν, ῥυσάμενος ἡμᾶς τοῦ νοητοῦ Ἀσσυρίου, ϗ εἰς τὴν ἁγίαν ἐκκλησίαν ἀγαγὼν, διὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων καλέσας. οἵτινες ἰσραὴλ ὄντες ϗ Ἰακὼβ, ὄχλον πολὺν ἐτεκνοποίησαν τῶν σωζομένων ἐξ ἐθνῶν ἐν χριστῷ.

[ἐν ἑορτῇ Φα.].

Τοῦ Χρυσοστόμου.] εἶτα ϗ τὴν ἑορτὴν λέγει ϗ τὸν καιρόν. ὁρᾷς, ὅτι ἐξέβη ἐν ἑορτῇ Φασὲκ κατὰ τὸν καιρὸν, καθ' ὃν, ϗ ἐξ αἰγύπτου τότε ἐξελθεῖν ἐλυπήθησαν. || οὐχ ἁπλῶς οὗτος ὁ καιρὸς ἑκατέρας ἐστὶ τῆς εἰσόδου. ἀλλ' ἴστε οἱ μεμυημένοι, τίνος τύπος οὗτος ἦν δεύτερον τότε ἐπανέρχεται.

|| ἴσ. ἰδιωτεύθεσαν.

|| Ὀλυμπιοδ.] Φασὲκ, ἀφέσεως ἑρμηνεύεται. φησὶν οὖν ὅτι ἐν τῇ χριστοῦ ἀφέσει τῶν ἁμαρτημάτων σωθήσονται.

|| ϗ

Vers. 7. Laetamini & hinnite.)

17 Incertus. *Apostoli assimilati equis.*

Incerti.] *Equis etiam Sanctos Apostolos assimilat Prophetæ sermo; vt in illo,* [a] Ascendere fecisti in mare equos tuos, & exquitatio tua salus, *& in Canticis Canticorum legitur,* [b] Equæ meæ assimilaui te proxima soror mea sponsa. *His veluti insidens Deus hinnire præcipit contra caput gentium. Hoc etiam impletum est secundum historiam, quippe cum suis Assyrios aggressus est, & post reditum finitimæ gentes in valle Iosaphat ab irruentibus cæsæ sunt, hinniuerunt verò etiam in Gentes Apostoli, eos ad Deum perducentes. In vniuersum autem omnes sancti victis animi affectibus contra gentes hinniunt, gaudentes in Deo, qui victoriam illis dedit.*

a Abac.3.8.

b Cant.1.9.

Apostoli instar equorum hinniuerunt ad Gentes, quum illis Euangelium prædicarunt. Affectus quos vincimus hinnire dicimur contra gentes.

(Ecce ego adduco.)

18 Olympiod. *Fidelium potestas maxima.*

Olympiodori.] *Exultate, ait, gentium capita calcantes.* [c] Ecce, *enim,* dedi vobis potestatem calcandi super Serpentes, & Scorpiones dicit Dominus.

c Luc.10.19.

Incertus. *è Babylone Iudæi reducti cum lætitia in Ierusalem.*

Incerti.] *Quòd verò & ad veritatem historiæ peracta sint, quæ nunc, & quæ antea dicta sunt, quæ nunc Esdras manifestauit, dicens,* [d] Et Darius misit cum illis equites mille donec reducerent eos in Ierusalem cum pace, & cum musicis tympanis & tybiis, & omnes fratres eorum ludentes, & fecit eos vt ascenderent cum illis. [*Et paucis annexis.*] [e] Secundo anno regni Darij, mense Nassam primo mense, sunt verò hi qui è Iudæa ascenderunt è captiuitate transmigrationis. *Verum igitur est, quòd Propheta inquit,* Congregabo eos in solemnitate Phasec. *Tropicè quoque in festo Phasec adduxit reliquias Israel de terra Aquilonis, & congregauit eos ab extremo terræ Dominus, pro eorum salute passus, liberansque nos à spiritali Assyrio, & in sanctam adducens Ecclesiam, vocatos per sanctos Apostolos; Qui cùm essent Israel, Iacobque effecti turbam multam genuerunt saluandorum è gentibus in Christo.*

d 3.Esdr.5.2

e 3.Esdr.5.6

Per Passionẽ suã Christus nos è captiuitate liberauit cum lætitia in festo Pascha.

(In solemnitate Phasec.)

19 Chrysost. *E captiuitate Babil. & à spiritali liberatio contigit in Paschali solemnitate, sicut & prima quæ ex Aegypto.*

Chrysostomi.] *Deinde & solemnitatem ponit, & tempus. Vides in solemnitate Phasec euenisse tempore illo, quo etiam tunc ex Aegypto egredi potuerunt. Nec fortuitò tempus hoc vtriusque ingressionis est: Sed initiati nostis cuius figura hæc sit. Secundò tunc reuertuntur.*

Olympiod. *Phasec interpretatur remissio. In Remissione peccatorum salus.*

|| Olympiodori.] *Phasec, remissio interpretatur. Ait itaque in Christi remissione peccatorum saluabuntur.*

|| Et

|| [καὶ τεκνοποιήσῃ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὕτω καὶ οἱ ἀνάπηροι τότε θεραπευθέντες τὰ σώματα, πατέρες ἔσονται.

[ἐν κλαυθμῷ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἐπειδὴ γὰρ εἰκὸς ἦν αὐτοὺς εἰδότας, καὶ τὸ μῆκος, καὶ τὴν ταλαιπωρίαν τῆς ὁδοῦ ἰλιγγιᾶν, εἰκότως, καὶ τοῦτον ἀναιρεῖ τὸν φόβον λέγων, ὅτι οὐ φεύγοντες ἥξετε, οὐδὲ θορυβούμενοι, ἀλλὰ μετὰ τιμῆς καὶ παρακλήσεως καὶ ἀνέσεως τῆς πρεπούσης, καίτοι ποῖος τοῦτο λογισμὸς εὑρεῖν δυνήσεται, ὅτι τῆς πόλεως ἁλούσης, καὶ τῶν δεσποτῶν χειρωθέντων, οἱ δοῦλοι παρὰ τῶν δεσποτῶν τῶν χειρωσαμένων μετὰ τιμῆς ἔμελλον ἀπολύεσθαι πρὸς τὴν οἰκείαν.

Ἐξ ἀνεπιγράφ.] πῶς γὰρ οὐκ ἔκλαιον εἰς δουλείαν ἀγόμενοι; καὶ πῶς αὐτῆς ἀπαλλαγέντες οὐκ ἔχαιρον.

|| Ὀλυμπιοδώρου.] ὅτι ἁμαρτία κλαυθμοῦ αἰτία, ἡ δὲ ἐπιστροφὴ σωτηρίας καὶ παρακλήσεως ||

[Αὐλίζων ἐπὶ.]

Ὠριγένους.] οὐ γὰρ δι' ἐρήμου καθάπερ πρόσθεν, ἀλλὰ διὰ τῆς νομίμου καὶ οἰκουμένης. καὶ τροπικῶς δὲ ἐν παρακλήσει, ὅτι μακάριοι οἱ πενθοῦντες, ὅτι αὐτοὶ παρακληθήσονται.

|| Βίκτορος.] καὶ ἐπὶ διώρυγας ὑδάτων αὐλισθήσονται, ἁλλομένων εἰς ζωὴν αἰώνιον. καὶ ἐν ὁδῷ ὀρθῇ, ἥτις ἐστὶν ὁ κύριος, ὁ εἰπὼν ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς, δι' ἧς πρὸς τὸν πατέρα τις ὁδεύων οὐ πλανηθήσεται. ὁ γὰρ γινώσκων τὸν υἱὸν, γινώσκει καὶ τὸν πατέρα τὸν ἀποστείλαντα αὐτόν.

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐπὶ τὰ τοῦ βαπτίσματος νάματα κατασκηνῶν αὐτούς.

|| [ὅτι ἐγενόμην.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὅρα αἰτίαν ἀναγκαίαν τῆς σωτηρίας αὐτῶν, οὐκ ἀφιεῖσαν αὐτοὺς τυφωθῆναι. οὐ γὰρ ἀπὸ κατορθωμάτων, ἀλλ' ἀπὸ διαθέσεως τῆς φυσικῆς αὐτοὺς σώζω. τοῦτο δείκνυσιν, ὅτι καὶ πάντας σώζει. οὐδεὶς γὰρ πατὴρ περιόψεται παῖδα πρωτότοκον. καὶ παρὰ πατρὸς σωζόμενος οὐκ ἂν ἔχοι μέγα φρονεῖν.

Ἐξ ἀνεπιγράφ.] οἱ σωτῆρος οἱ μαθηταὶ ἐξ ἰσραὴλ ὄντες, ὡς εἴρηται, καὶ χρηματίζοντες ἰσραὴλ, ἀπαρχὴ, γεγόνασι τέκνων, πρῶτοι πιστεύσαντες χριστῷ, καὶ τὸ, πάτερ ἡμῶν, παρ' αὐτοῦ μαθόντες καὶ εὔχεσθαι.

|| *(Et generabit.)*

Chryſoſtomi.] *Sic & mutilati, tunc curatis corporibus, patres fient.* (Chryſoſt.)

(In ploratu.)

20

Chryſoſtomi.] *Nam quia conſentaneum erat eos itineris longitudinem & incommoda ſcientes perturbari, meritò hunc quoque expellit timorem, dicens; non fugientes venietis, non turbati, ſed cum honore & conſolatione, & remiſſione animi conueniente. Quamquam quæ ratio inuenire hoc poterit? vt captâ ciuitate, Dominis in ſeruitutem redactis, ſerui à Dominis qui eos ceperant, cum honore domum remitterentur?* (Chryſoſt. — *E captiuitate Babylonicâ reducti Iudæi cum honore, & gaudio.*)

Incerti] *Cur enim non flerent in ſeruitutem abeuntes? aut cur non gauderent ab ea liberi redeuntes?* (Incertus.)

|| Olympiodori.] *Quòd peccatum cauſa ploratus, At conuerſio ſalutis & lætitiæ cauſa eſt.* || (Olympiod. — *Peccatū cauſa fletus, lætitiæ verò ſalus.*)

(Diuertere faciens ſuper foſſas.)

Origenis.] *Non enim per deſertum, ſicut olim, ſed per cultam & habitatam? Tropicè verò, in conſolatione, Quoniam* [a] Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur. (Origenes. — a Matth. 5. 4.)

21

|| Victoris.] *Et ſuper foſſas aquarum diuertent.* [b] *Salientium in vitam æternam*, & in via recta, *quæ eſt Dominus, qui dixit.* [c] Ego ſum via, *Per quam iter quis habens non errabit.* [d] Nam qui cognoſcit filium, cognoſcit & Patrem qui eum miſit. (Victor. — b Ioan. 4. 14. c Ioan. 14. 6. d Ioan. 14. 7.)

Olympiodori.] *Super Baptiſmatis Fluenta diuertere faciens eos.* (Olympiod. — *Baptiſmi promiſſio.*)

|| *(Quia factus ſum.)*

Chryſoſtomi.] *Vide neceſſariam ſalutis eorum cauſam, non permittentem eos ſuperbire. Non enim ob eorum merita, ſed ex affectu mihi innato illos ſaluo. Hoc monſtrat, quòd etiam omnes ſaluat, nullus enim pater contemnet filium primogenitum, & qui à patre ſaluatur, non habet de quo ſe extollat.* (Chryſoſt. — *Salus nobis non ex merito noſtro, ſed ex Chriſti bonitate.*)

Incerti.] *Saluatoris diſcipuli cùm de Iſrael eſſent, vt dictum eſt, ex Iſrael genus ducentes, & ipſimet Iſrael facti ſunt primitiæ filiorum, quod primi Chriſto crediderint, &,* [e] Pater noſter, *ab eo edocti orare didicerunt.* (Incertus. — *Apoſtoli primitiæ filiorū Dei ex Iſrael.* — e Matt. 6. 9.)

Capitis 31. à verſ. 10. vſque ad 15. Sectio Tertia.

TEXTVS VVLGATÆ.

10 AVdite verbum Domini Gentes, & annunciate in inſulis, quæ procul ſunt, & dicite. Qui diſperſit Iſrael, congregabit eum: & cuſtodiet eum ſicut paſtor gregem ſuum.

11 Redemit enim Dominus Iacob, & liberauit eum de manu potentioris.

12 Et venient, & laudabunt in monte Sion: & confluent ad bona Domini ſuper frumento, & vino, & oleo, & fœtu pecorum & armentorum: eritque anima eorum quaſi hortus irriguus, & vltra non eſurient.

13 Tunc lætabitur virgo in choro, iuuenes & ſenes ſimul: & conuertam luctum eorum in gaudium,

TEXTVS SEPTVAGINTA.

10 *AVdite verba Domini gentes: & annunciate in inſulas longinquas, dicite: Qui ventilabit Iſrael; & congregabit eum, quaſi paſtor gregem ſuum.*

11 *Redemit enim Dominus Iacob, liberauit eum de manu validiorum eo.*

12 *Et venient, & lætabuntur in monte Sion: & venient ad bona Domini, ad terram frumenti, & vini, & fructuum, & iumentorum, & ouium: & erit anima eorum, quaſi lignum fructiferum: & non eſurient vltra.*

13 *Tunc gaudebunt virgines in Synagoga iuuenum: & ſenes gaudebunt: & vertam luctum eorum in gaudium,*

gaudium, & consolabor eos, & lætificabo à dolore suo.

14 Et inebriabo animam Sacerdotum pinguedine: & populus meus bonis meis adimplebitur, ait Dominus.

A *gaudium, & faciam eos lætantes.*

14 Magnificabo, & inebriabo animam Sacerdotum filiorum Leui: & populus meus bonis meis implebitur.

PARAPHRASIS CHALDAICA.

10 *Suscipite verbum Domini populi, & annunciate in insulis quæ longè sunt, & dicite: Qui dispersit Israelem congregabit eum, & custodiet eum sicut pastor gregem suum.*

11 *Quia redemit Dominus viros domus Iacob, & liberauit eos de manu fortiorum eis.*

12 *Et venient & laudabunt in domo sanctuarij, quæ ædificabitur in Sion, & delectabuntur bono quod dedit eis Dominus, frumento, & vino, & oleo, & filiis ouiũ & boum: & erit anima eorũ plena delitiis sicut hortus irriguus qui irrigatus est; & nõ addẽt vt sint vltra solliciti.*

13 *Tunc lætabitur cœtus Israel sicut in choris, & iuuenes & senes simul; & conuertam luctum eorum in exultationem; & consolabor eos, & exhilarabo eos à mœstitiis suis.*

14 *Et satiabo animam Sacerdotum delitiis, & populus meus, domus Israel, bono meo quod dedero eis, satiabitur, dicit Dominus.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

22 Hieronym. *Gentium vocatio perspicuè prænunciata.*

HIeronymus. (*Audite verbum Domini gentes, & annunciate in Insulis*, &c.) Perspicuè vocatio Gentium demonstratur, Scripturâ dicente: *Audite verbum Domini gentes, & annunciate in insulis, quæ procul sunt, & dicite.* Quid annunciant insulis, quæ procul sitæ sunt? Quod *Dominus qui dispersit Israel, ipse congregabit eum.* Nequaquam ergo vt dispergerentur, potentiæ fuit aduersariorum, sed Domini voluntatis. Et custodiet eum, sicut pastor gregem suum.[a] *Pastor enim bonus ponit animam suam pro ouibus suis. Quia redemit Dominus Iacob*, pretio sanguinis sui: *& liberauit eum de manu potentioris*, siue fortioris. Per quæ ostendũtur fortiores aduersariæ potestates natura fragilitatis humanæ. Et quantùm in vtrisque virium est: illas fortiores esse naturâ, sed nos fortiores fide; si tamen mereamur liberari ab eo, *qui potest alligare fortem, & domum eius diripere.*[b] *Et venient*, inquit, haud dubium quin liberati de manu potentium, *& laudabunt*, liberatorem suum, *in monte Sion*, hoc est, in Ecclesia: & confluent ad bona Domini, rerum omnium abundantiam: quæ non in frugibus, & cibis carnis istius, sed in virtutum varietate sentitur. *Super frumento*, inquit, *& vino, & oleo*, de quo conficitur panis Domini, & sanguinis eius impletur typus, & benedictio sanctificationis ostenditur: dicente Scripturâ.[c] *Vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis.* Et fœtu pecorum, qui in Ecclesia simplices sunt: & armentorum, quæ cornuta sunt, & aduersarios ventilant.

a Ioã. 10. 11. *Dæmones & si fortiores nobis naturâ, nos tamen fide validiores illis sumus.*

b Matth. 12. 29. *à Dæmonibus per Christum liberati virtutum, donorúmque spiritualium abundantiâ exuberant in Ecclesia.*

c Psal. 44. 8.

23 *Conuersorum ad fidem veram, Ecclesiæque eorum insignia.*

Vt autem sciamus benedictiones has nequaquam ad corpus, sed ad animam pertinere: sequitur.[d] *Eritque anima eorum, quasi hortus irriguus*, siue, quasi lignum fructiferum, quod plantatum est secùs decursus aquarum, & Paradisus Domini in deliciis. Et *vltra*, ait, *non esurient.* Nequaquam eâ esurie, de qua scriptum est: [e] *Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam.* sed eâ quæ saturitate mutatur, & rerum omnium excludit penuriam. *Tunc lætabitur virgo in choro*, de qua scribit Apostolus: [f] *Despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere Christo. Et iuuenes*, ad quos loquitur Ioannes. [g] *Scribo vobis iuuenes, quoniam vicistis malignum.* Et senes, ad quos idem mystico sermone testatur. *Scribo vobis patres, quoniam cognouistis eum qui ab initio est. Et conuertam*, inquit, *luctum eorum in gaudium*, vt quos terruerat crux, lætificet resurrectio. *Et consolabor eos, & lætificabo à dolore suo*: iuxta illud quod Dominus loquitur. [h] *Beati lugentes, quoniam ipsi consolabuntur. Et inebriabo animam Sacerdotum*, qui habent scientiam Dei: de quorum ore interrogant [i] legem Domini qui credunt in eum: ad quem Propheta canit[k] *Tu es Sacerdos in æternum secundùm ordinem Melchisedec.* Quod autem sequitur iuxta Sept. *Filiorum Leui*, in Hebraico non habetur. Et perspicuum est, nequaquam id dici de his Sacerdotibus qui sunt filij Leui, sed de his in quorum typum præcessit Melchisedec. Ebrietas autem Sacerdotum & in Apostolis comprobatur: [l] quando feruebant fide, & musto pleni dicebantur. Vnde & locus in quo compræhensus Dominus est, [m] vocatur Getsemani, quod in lingua nostra vallem pinguedinis sonat. Cúmque Sacerdotes pingues fuerint doctrinâ Domini,[n] & inebriati in conuiuio Ioseph dixerint: [o] *Calix tuus inebrians quàm præclarus est*: tunc erit, & hoc, quod nunc Dominus pollicetur. *Et populus meus bonis meis adimplebitur.* Quæ omnia nunc ex parte tribuuntur: tunc autem dabuntur in pleno, quando videtimus facie ad faciem, & corpus humilitatis nostræ fuerit resurrectionis gloriâ commutatum.

d Psal. 1. 3.

e Matt. 5. 6.

f 2. Cor. 11. 2.

g 1. Ioan. 1. 14.

h Matt. 5. 5. *Sacerdotum Christianorũ ebrietas ex Sancti Spiritus copia.*

i Malac. 2. 7.

k Psal. 109. 4.

l Act. 2. 18.

m Matt. 26. 36. *Getsemani, i. in Valle pinguedinis comprehẽsus fuit Christus.*

Sacerdotibus doctrinâ pinguibus, vinoque Spiritus Sancti ebriis fidelis populus impletur bonis.

n Gen. 43. 34.

o Psal. 22. 5.

24 Theodorit. *E captiuitate Bab. reditus promulgãdus apud Gentes omnes.*

Theodoritus. Mandat ista (præexposita) promulgari apud gentes, & cunctis de populo significari reditum, quod factum est, non verborum præconio, sed voce magis clamosâ: audierunt omnes, rebus ipsis clamitantibus. Pollicetur ad hæc, terræ fertilitatem, fœcunditatem iumentorum, & animi lætitiam. Quod autem dicit, *Et inebriabo animam Sacerdotum, filiorum Leui*, pro eo est, ac si diceret, quibusuis bonis cumulabo, quod clarum est ex sequentibus. (*Et populus meus replebitur bonis, dicit Dominus.*)

Inebriari, pro cumulare bonis omnibus.

25 D.Thomas.

D.Thomas. Hîc ponitur diuulgatio liberationis. Et primò excitat gentes ad attentionem. (*Audite*) vt omnes in ipso confidant qui taliter liberare potest. Isai. 49. [p] *Audite insulæ & attendite populi de longè.* Secundò pronuntiat populi liberationem: non impediente diuinâ indignatione: quia (*qui dispersit.*) Isai. 40. [q] *Sicut pastor gregem suum pascet: in brachio suo congregabit agnos: & in sinu suo leuabit: Fœtas ipse portabit.* Nec impediente detinentium potestate (*Redemit:*) quondam ab Ægyptiis, & (*potentioris*) scilicet Chaldæi, Psalmo.[r] *Liberauit pauperem à potente: pauperem cui non erat adiutor.* tertiò promittit libertatis prosperitatem. Et primò quantùm ad omnes: promittit religionis debitam obseruantiam (*in monte Sion*) non in Bethel ad vitulos. Isai. 51. [f] *Qui redempti sunt à Domino reuertentur: & venient in Sion laudantes: & lætitia sempiterna super capita eorum*: Et temporalium bonorum affluentia, ponens bonorum fertilitatem quantùm ad terræ nascentium quæ in cibum nostrum producuntur, & condiuntur, quantùm ad animalia (*Et confluent*,) laudabunt Deum;

p Isai. 49. 1.

q Isai. 40. 11.

Post Reditum è captiuitate Bab. quantis bonis & temporalibus, & spiritualibus cumulati sint Iudæi.

r Psal. 71. 12.

f Isai. 51. 11.

Deum: (*Super frumento, & vino.*) Gen. 27.[a] *Frumento & vino & oleo stabilini eum.* Et possidentium satietatem. (*Eritque anima eorum quasi hortus irriguus:*)qui pluuiam non expectat. Hoc potest intelligi de bonis spiritualibus collatis per Christum:quod nunc ex parte,in futuro ex toto complebitur. Apoc. 7.[b] *Non esurient,neque sitient amplius:neque cadet super illos Sol, neque vllus æstus.* Et cordis lætitiam quantùm ad signa lætitiæ.(*Lætabitur virgo*)supra 30.[c] *Egredietur de eis laus,voxque ludentium:& multiplicabo eos*, &c. Et quantùm ad cessationem tristitiæ. (*conuertam luctum.*) Tobiæ 3.[d] *Post tempestatem tranquillum facis,& post lachrymationem & fletum: exultationem infundis.* Secundò specialiter quantùm ad Sacerdotes. (*Inebriabo*) id est, abundanter satiabo (*pinguedine*) abundantiâ oblationum & Sacrificiorum (*& populus adimplebitur*) vt Deo offerre possit. Hoc autem spiritualiter intelligitur de pinguedine deuotionis. Psalmus,[e] *Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea, & labiis exultationis laudabit os meum.*

a Gen. 27. 37.
b Apoc. 7. 16.
c Iere. 30. 19
d Tobiæ 3. 22.
Sacerdotibus promittit Deus abundantiam sacrificiorum, & deuotionis copiam.
e Psal. 62. 6.

26 Irenæus.

Irenæus lib. 5. contra hæreses cap. 34. vbi falsam suam sententiam de mille annis post resurrectionem primam, quibus regnaturos in terra sanctos censuit, prout & alij arbitrati sunt Patrum, quorum cathalogum habes in Bibliotheca Sancta Sixti Senensis lib. 5. Annotat. 234. variis Prophetarum probat dictis, & totum istum afferens locum Ieremiæ ait, Quoniam repromissiones non solùm Prophetis,& patribus; sed Ecclesiis ex Gentibus coadunatis annunciabantur, quas & insulas nuncupat spiritus,& quòd in medio turbulæ sint constitutæ,& tempestatem blasphemiorum sufferant,& salutaris portus periclitantibus existant, & refugium sunt eorum, qui altitudinem ament:& Bythum,id est,profundum erroris conantur effugere.Ieremias ita ait: *Audite verbum Domini Gentes, & annunciate insulis quæ longè sunt, dicite,quia ventilabit Deus Israel, congregabit eum, & custodiet eum,sicut pascens gregem ouium suarum, quoniam redemit Dominus Iacob, & eripuit eum de manu fortioris eius, & venient, & lætabuntur in monte Sion, & venient ad bona, & in terram tritici, & vini, & fructuum,& animalium,& ouium,& erit anima eorum,sicut lignum fructiferum,& non esurient adhuc. Et tunc gaudebunt virgines in congregatione iuuenum, & seniores gaudebunt, & conuertam luctum eorum in gaudium, & faciam eos in exultatione,& magnificabo, & inebriabo animam Sacerdotum filiorum Leui, & populus meus bonis meis adimplebitur.* Ostendimus autem in superiori libro, quoniam Leuitæ & Sacerdotes sunt discipuli omnes Domini: qui & sabbathum in templo profanabant, & sine culpa sunt.

Insularum nomine quàm aptè designata Ecclesia Gentium. Ecclesia portus salutaris, & refugium periclitantibus.

Apostolos,omnesque discipulos Domini Dei, altariq. seruientes esse Sacerdotes hanc esse Irenæi sententiã patet ex ipsomet loco quẽ citat, nempe lib. 4. cap. 32. 33. & 34.

Quæ habentur in vers. 10. & 11. Cyprianus lib. 1. Testim. nu. 14. affert in probationem, quòd pastores veteres cessaturi essent,nouique inciperent. Item,inquit,apud Ieremiam: *Audite verbum Domini gentes, & nunciate Insulis quæ longè sunt, dicite: qui dispergit Israel congregabit illum, & custodiet sicut pastor gregem suum,quia eruit Dominus Iacob,& eruit de manu fortioris illius.*

Cyprian. *Pastores noui suscitandi à Deo,veteribus cessantibus.*

27 Quoad vers. 11. Bonauentura. Tom. 3. serm. 1. de Aduentu,ad Finem.In eleuantibus, ait,ad patris potentiam, euacuabitur omnis timor tentione immobilis firmitatis.Et de illo dicitur:[f] *Redemit Dominus, Iacob* scilicet, à seruitute legis peccati:*& liberauit eum* de manu potentioris,scilicet Diaboli,multipliciter eum affligendo, *& venient cum exultatione & laudabunt*, scilicet continuè in monte Sion, id est enunciante Deo, cæli empyrei Sion specula. Et signat cælum empyreum: in quo ponuntur Beati ad speculandum & contemplandum immobiliter claritatem deitatis. Vnde Augustinus dicit:Quanta erit fœlicitas, vbi nullum est malum: & nullum latebit bonum. Vacabitur Dei laudibus, qui est omnia in omnibus: tunc adhærebit vinculum indissolubile summo & incommutabili bono.

Bonauent. *Speculantibus diuinam potentiam euacuatur timor omnis.*
f Iere. 31. 11.
Cælum empyreũ vbi beati speculantur Dei claritatẽ appellatum Sion interpretatum specula.
August. lib. 3. de Trinit.
Cælestis fœlicitatis descriptio.

Circa vers. 13. Gregorius Thaumaturgus serm. 2. in Annunciationem B. Mariæ. Oportet nos hanc festiuitatem annuntiationis celebrare,quoniam gaudio atque lætitia cunctum terrarum repleuit Orbem. Celebremus nos igitur eam in Psalmis,& hymnis, ac canticis spiritalibus. Celebrauit olim & Israel:at in azymis,& herbis amaris, de quibus ait Propheta:[g] *Conuertam festiuitatem ipsorum in dolores & luctum; & lætitiam eorum in tristitiam.* Nostrum[h] porrò luctum Dominus noster, per fructus pœnitentiæ in gaudium se conuersurum affirmauit. Habuit quidem & primum testamentum iustificatorios cultus, vt in primo patre Abraham: verùm in doloribus carnei cruciatus per circumcisionem, vsque ad tempora expletionis.[i] Lex illis per Moysen data est ad correptionem: nobis autem gratia & veritas per Iesum Christum concessa est.

Greg. Thau. *Annunciationis festum cũ gaudio celebrandum. Festa Iudæorum conuersa in luctum: Festa nostra à luctu conuersa in gaudiũ.*
g Amos. 8. 10.
h Iere 31. 14.
i Ioan. 1. 17.

Quoad vers. 14. Origenes Homil. 7. in Leuiticum. De bona agens ebrietate, inter alia scripturæ loca, & hunc afferens ait, In Ieremia quoque dicit Dominus, *Et inebriabo populum meum.* Quæ ebrietas sine dubio pro gaudio animæ, & lætitia mentis accipitur.

Origenes. *Ebrietas spiritalis est animæ gaudium,mentisque lætitia.*

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Ἀκούσατε λόγον.] Ὀλυμπιοδώρου.] καὶ γὰρ διὰ χριστοῦ ἐδιδάχθημεν λέγειν. πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὁ μάλιστα ἡμαρτηκὼς, ὁ μάλιστα διεφθαρμένος, καὶ οὐκ ἔχων ἐλπίδα σωτηρίας.

Τοῦ αὐτοῦ.] πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ποιήσατε μάρτυρα τῶν λεγομένων. οὕτω θαῤῥοῦμεν || περὶ αὐτῶν.

|| Fer. περὶ.

28 Vers. 10. Audite verba.) Olympiodori.] *Etenim per Christum edocti sumus dicere; Pater*[k] *noster qui es in cælis.*

Olympiod.
k Matt. 6. 9.

Chrysostomi.] *Qui maximè peccauit, qui summè corruptus est, quique nullam salutis spem habet.*

Chrysost.

Eiusdem.] *Totum terrarum Orbem dictorum facite testem, tantum de illis confidimus.*

Chrysost.

Ωριγένους

Origenis.

Ωριγένους.] Νῆσοι μακρὰν αἱ κλυδωνιζόμεναι πρὸς τῶν τοῦ βίου κυμάτων. αἱ μακρὰν εἰσὶν ἀληθείας, πρὶν ἐπὶ τὴν σωτηρίαν ἐλθεῖν. ἐλυτρώσατο δὲ τὸν ἰακὼβ ὁ θεος. ἀφῄρηται γὰρ ὁ ζυγὸς ὁ ἐπ' αὐτὸν κείμενος, καὶ ἡ ῥάβδος ἡ ἐπὶ τοῦ τραχήλου αὐτοῦ. καθά φησιν ἠσαίας. δηλοῖ δὲ, ὅτι καὶ αὐτὸς τῆς διαβολικῆς ἐξουσίας ἐρρύσατο. τί γὰρ ἂν ἠδυνάμεθα πρὸς τὸν εἰπόντα τάδε ἄλλα, καὶ τὸ, τὴν οἰκουμένην ὅλην. λήψομαι τῇ χειρὶ ὡς νοσσιάν; πρὸς ὃν διὰ χριστοῦ φαμὲν, ποῦ σου θάνατε τὸ νῖκος; ποῦ σου ἅδη τὸ κέντρον;

[Εἴπατε ὁ λι.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὅρα πόσος κόσμος, ὅταν μηδὲν παρὰ ἀνθρώπων πάσχωσι δεινὸν, εἴ τις ἀπιστεῖ τὸν πόλεμον παρὰ τοῦ θεοῦ γεγενῆσθαι, τὸ δυσκολώτερον ὁρῶν, τὴν ἄνοδον παρ' αὐτοῦ γεγενημένην, καὶ περὶ || ταύτης πιστευέτω. (|| τούτης.)

[Ὡς ὁ βόσκων.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ὁ λέγων κύριος, ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλός.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὁρᾷς ὅτι θεοῦ τὸ ἔργον ἐστὶν, ὅταν μὴ ἰσόρροπος ἡ μάχη.

[Ἐξείλατο αὐτόν.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὅρα ἀγαθὰ διαδεχόμενα, καὶ ἀθρόα τὰ καλὰ, καὶ || προρρήσεις προρρήσεων, ἵνα μὴ μόνον τῇ πείρᾳ τῶν παρόντων, ἀλλὰ καὶ ταῖς ἐλπίσι τῶν μελλόντων εὐφραίνωνται. (|| ἐκ ἐ προφητειων περιουσίαν.)

[Καὶ ἥξουσι.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν, ἔνθα τὸ τίμιον σῶμα καὶ αἷμα χριστοῦ προσφέρεται.

[ἐπὶ γῆν σίτου.]

Βίκτορος.] ἡ ἐκκλησία καὶ σῖτον ἔχει τὸν ἀποθανόντα κόκκον, ἐξ οὗ ὁ στηρίζων ἄρτος καρδίαν ἀνθρώπου, καὶ οἶνον, τὸν ταύτην εὐφραίνοντα, καὶ καρποὺς, τὰς ἀρετὰς, καὶ κτήνη τοὺς ἀλογωτέρους, καὶ πρόβατα ποιμαινόμενα, καὶ χριστοῦ φωνῆς ἀκούοντα, καὶ νομὴν εὑρίσκοντα, καὶ λέγειν δυνάμενα. εἰς τόπον χλόης ἐκεῖ με κατεσκήνωσεν. ἔνθα χαίρουσι παρθένοι ἐν συναγωγῇ νεανίσκων. χαρήσονται γὰρ αἱ τοῦ χριστοῦ ἐκκλησίαι, ὡς ἁγναὶ παρθένοι, παριστάμεναι τῷ θεῷ ἐν συναγωγῇ ἁγίων, οἵτινες ὡς νεανίσκοι νενικήκασι τὸν πονηρὸν κατὰ τὸν ἱερὸν ἰωάννην. ἅπερ ὁρῶντες οἱ πρεσβύτεροι, καὶ τῆς ἐκκλησίας διδάσκαλοι χαρήσονται. ἡ γραφὴ ὡς τὰ πολλὰ συνάπτει ταῖς παρθένοις τοὺς νεανίσκους, ὡς ἁγνοὺς καὶ τούτους προσφέρουσα. ὡς ἐν τῷ νεανίσκοι καὶ παρθένοι, πρεσβύτεροι μετὰ νεωτέρων.

[Καὶ κτηνῶν.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ταῦτα σημεῖα εἰρήνης.

[Τότε χαρήσον.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τουτέστιν οὐκ ἔσται χηρεία τότε νῦν γὰρ οὐκ εἶχον, οὐ γάμους, οὐ παιδοποιίας, ἀλλὰ τιμωρίας, καὶ συμφορᾶς οὔσαν αὐτοῖς ὑπόθεσις οἱ νέοι.

[Καὶ πρεσβύ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] αἱ ἐκκλησίαι, ἐν τῇ συναγωγῇ τῶν κατὰ χριστὸν ἀκμαζουσῶν ψυχῶν, καὶ τῶν ἐν φρονήσει πολιῶν.

[Καὶ ποιήσω.]

Τοῦ

(Origenes. *Insularum nomine appellati peccatores, & infideles.*) Origenis.] *Insulæ procul sitæ sunt, quæ vitæ huius fluctibus æstuant; quæ antequam veniant ad salutem, longè absunt à veritate*: redemit verò Iacob Deus;[a] Iugum enim quod impositum illi erat, ablatum est, baculusque qui erat super ceruicem illius, *vt ait, Isaias. Significat præterea, quòd etiam ipse è Diaboli potestate eripuit. Quid enim in eum possemus, qui inter alia hæc quoque dixit.* [b] Totum terrarum Orbem assumam manu quasi nidum; *ad quem per Christum dicimus;* [c] Vbi mors victoria tua? vbi infernum aculeus tuus? (a Isai. 9. 4. — *E Diaboli potestate eripuit nos Christus.* — b Isai. 10. 14 — c Rom. 15. 35.)

(*Dicite qui ventilauit.*)

29

(Chrysost.) Chrysostomi.] *Vide quantus decor; Cùm ab hominibus nullum patiuntur malum, Si quis bellum à Deo missum non credit, videns difficilius, reditum nempe ab eo datum, & de illo credat.*

(*Quasi pastor.*)

(Olympiod.) Olympiodori.] *Ille Dominus qui dicit.* [d] Ego sum pastor bonus. (d Ioã. 10. 14.)

(Chrysost.) Chrysostomi.] *Vides Dei esse opus, cùm æquâ lance pugna non procedit?*

(*Liberauit eum.*)

(Chrysost.) Chrysostomi.] *Considera bona sibi inuicem succedentia, confertímque venientia, prædicationúmque copiam; ne tantùm præsentium experimento, sed & futurorum spe hilarescant.*

(*Et venient.*)

30

(Olympiod. *Sacramentorum in Ecclesia participatio.*) Olympiodori.] *Ad Ecclesiam, in qua pretiosum corpus & sanguis Christi offertur.*

(*Ad terram frumenti.*)

(Victor.) Victoris.] *Ecclesia & frumentum habet,* [e] *granum quod mortuum est, ex quo* [f] *panis confirmans hominis cor, &* [g] *vinum illud lætificans; fructusque virtutes, & iumenta rudiores,* [h] & oues quæ pascuntur, & Christi vocem audiunt, & pascua inueniunt; *& dicere possunt,* In [i] loco pascuæ ibi me collocauit; *vbi lætantur Virgines in conuentu iuuenum, lætabuntur quippe Christi Ecclesiæ veluti castæ Virgines adstantes Deo in congregatione Sanctorum, Qui quasi iuuenes iniquum hostem deuicerunt, vt sacer ait Ioannes,* k *quæ cùm viderint Seniores, & Doctores Ecclesiæ gaudebunt. Porrò Scriptura sæpe coniungit iuuenes cum Virginibus, veluti castos offerens & illos, vt in eo.* [l] Iuuenes, & Virgines, Senes cum iunioribus. (e Ioã. 12. 24. — *Ecclesia vbertas.* — f Psal. 103. 16. — g Psal. 103. 15. — h Ioan. 10. 9. — i Psal. 22. 2. — *Ecclesia in Sanctorum cœtu lætantur instar virginum in conuentu iuuenum.* — k Apoc. 12. 11. — *Script. Sacra sæpe iungit iuuenes cum virginibus, vti castos & illos.* — l Ps. 148. 12.)

(*Et iumentorum.*)

(Olympiod.) Olympiodori.] *Signa hæc sunt pacis.*

(*Tunc gaudebunt.*)

31

(Chrysost.) Chrysostomi.] *Hoc est tunc viduitas non erit; nunc enim non erant nuptiæ, nec prolificatio, sed pœnæ, & iuuenes miseriarum occasio illis erant.*

(*Et senes.*)

(Olympiod. *Senes quinam commendandi.*) Olympiodori.] *Ecclesiæ in cœtu animarum Christi fide florentium & canorum prudentiâ ornatorum.*

(*Et faciam.*)

Chryso

Τοῦ Χρυσοστόμου.] πᾶσα ἡλικία τῆς ἡδονῆς αἰσθήσεται.

Τοῦ αὐτοῦ.] οὐχὶ τὴν ἄκαιρον μέθην, ἀλλ' εὐφρανῶ φησι. τοῦτο γὰρ τὸ ὄνομα ἐπ' αὐτῶν κεῖται. ἐπειδὴ γὰρ ἐκείνοις τὰ ἀπὸ τῆς γῆς ἐπηγγείλατο, οὗτοι δὲ γῆν οὐκ εἶχον. ἀλλὰ καὶ τούτοις ἐπιρρέουσι τὰ ἀγαθά φησι.

|| Βίκτορος.] τὸ μεθύσω, τὸ πληρώσω διὰ τῶν ἀπαρχῶν, καὶ τῶν προσαγομένων κατὰ νόμον θυσιῶν. οὕτω γὰρ καὶ ὁ λαὸς τῶν ἀγαθῶν ἐμπλησθήσεται.

Ὀλυμπιοδώρου.] Θείων λόγων πληρώσω τοὺς ἱερεῖς, ὡς δύνασθαι εὐφραίνειν τὸν || λόγον ἐν διδασκαλίᾳ. ||

|| Fort. λαόν.

Chryſoſtomi.] *Omnis ætas gaudium hoc ſentiet.*

Chryſoſt.

Eiuſdem.] *Non intempeſtiuâ ebrietate, ſed lætificabo ait; hac enim voce de illis vtitur: nam quia illis terram promiſiſſet, hi verò terram non habebant, ſed & his affluent bona inquit.*

Chryſoſt. *Inebriare dicitur Deus replens bonis etiã terrenis.*

|| Victoris.] Inebriabo, *id eſt, implebo primitiis & ſacrificiis quæ ſecundum legem offeruntur: ſic enim & populus implebitur bonis.*

Victor. *Largitas in oblationibus efficit vt & Deus bonis nos impleat etiam temporalibus.*

Olympiodori.] *Diuinis Sermonibus Sacerdotes implebo, vt poſſint docendo lætificare populum.*

Olympiod. *Sacerdotes inebriari à Deo dicuntur repletione diuinorum ſermonum.*

Capitis 31. à verſ. 15. vſque ad 18. Sectio Quarta.

TEXTVS VVLGATÆ.

15 HÆc dicit Dominus: Vox in excelſo audita eſt lamentationis, luctus, & fletus, Rachel plorantis filios ſuos, & nolentis conſolari ſuper eis, quia non ſunt.

16 Hæc dicit Dominus: Quieſcat vox tua à ploratu, & oculi tui à lachrymis: quia eſt merces operi tuo, ait Dominus: & reuertentur de terra inimici.

17 Et eſt ſpes nouiſſimis tuis, ait Dominus: & reuertentur filij ad terminos ſuos.

TEXTVS SEPTVAGINTA.

15 *SIc dixit Dominus: Vox in Rama audita eſt lamentationis, & plorationis, & fletus: Rachel deplorans noluit conquieſcere ſuper filiis ſuis, quia non ſunt.*

16 *Sic dixit Dominus: Deſinat vox tua, à ploratu, & oculi tui à lachrymis tuis; quia eſt merces operibus tuis: & reuertentur de terra inimicorum.*

17 *Stabile filiis tuis.*

PARAPHRASIS CHALDAICA.

15 *HÆc dicit Dominus: Vox in excelſo mundi audita eſt, vox domus Iſrael flentis & gementis poſt Ieremiam Prophetam, quando miſit eum Nabuzardan princeps occidentium ex Ramah: Rachel lamentatur & plorat ob amaritudinem Ieruſalem; plorat propter filios ſuos, & renuit conſolari ſuper filiis ſuis, quia migrauerunt.*

16 *Hæc dicit Dominus: Prohibe vocem tuam à fletu, & oculos tuos, ne deducant lachrymas: quia eſt merces operibus patrum tuorum iuſtorum, dicit Dominus, & reuertentur de terra inimicorum ſuorum.*

17 *Et eſt ſpes fini tuo, dicit Dominus, & reuertentur filij ad terminos ſuos.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impreſſis.

32 Hieronym. *Sacram Scripturã Apoſtoli, & Euangeliſtæ ſuis ſermonibus ex Hebræo expreſſere nullã aliorum ſecuti interpretationem.*

HIeronymus. (*Vox in excelſo audita eſt, &c.*) Nec iuxta Hebraicum, nec iuxta Sept. Matthæus ſumpſit teſtimonium. Legimus enim in eo poſt deſcriptionem infantium necis: [a] *Tunc impletum eſt, quod dictum eſt per Ieremiam Prophetam dicentem: Vox in Rama audita eſt, ploratus, & vlulatus multus: Rachel flens filios ſuos: & noluit conſolari; quia non ſunt.* Ex quo perſpicuum eſt, Euangeliſtas, & Apoſtolos, nequaquam ex Hebræo interpretationem alicuius ſecutos, ſed quaſi Hebræos ex Hebræis, quod legebant Hebraicè, ſuis ſermonibus expreſſiſſe. [b] Rachel mater Ioſeph cùm veniret Bethlehem, ſubitò partus dolore correpta peperit filium: quem obſtetrix, quia moriebatur pariens, vocauit Benoni hoc eſt filius doloris mei. Pater autem Iacob mutauit vocabulum, & appellauit eum Benjamin, hoc eſt filius dextræ.

a Matt. 2. 17.

b Gen. 35. 17.

Quæritur itaque quomodo Matthæus Euangeliſta teſtimonium Prophetæ ad interfectionem tranſtulerit paruulorum cùm perſpicuè de decem tribubus ſcriptum ſit: quarum princeps fuit Ephrata, & nequaquam ſit in tribu Ephraim, ſed in tribu Iuda: ipſa eſt enim, & Bethlehem ὁμωνυμος. Vnde & nomina vtriuſque concordant. Bethlehem vocatur domus panis: Ephrata καρποφορία, quam nos vbertatem poſſumus dicere. Quia igitur Rachel in Ephrata, hoc eſt in Bethlehem condita eſt: ſicut & Scriptura Sancta, & titulus ſepulcri eius hodiéque teſtantur: flere dicitur pueros, qui iuxta ſe, & in ſuis regionibus interfecti ſunt. Quidam Iudæorum hunc locum ſic interpretantur, quòd captâ Ieruſalem ſub Veſpaſiano, per hanc viam Gazam & Alexandriam infinita millia captiuorum Romam directa ſint. Alij verò, quòd vltimâ captiuitate ſub Hadriano, quando & vrbs Ieruſalem ſubuerſa eſt, innumerabilis populus diuerſæ ætatis, & vtriuſque ſexus in mercato terebinthi venundatus ſit. Et idcirco execrabile eſſe Iudæis mercatum celeberrimum viſere. Dicant illi, quod volunt: nos rectè teſtimonium ſumpſiſſe dicemus Euangeliſtam Matthæum, pro loco in quo Rachel condita eſt: vt vicinarum in circuitu villarum filios, quaſi ſuos fleuerit.

Ephrata, & Bethlehem vnũ idemque oppidum, nominaque ambo concordant in ſignificatu.

Prophetiã de Rachele plorate in Ephrata quom varie interpretati ſint Hebræi.

(*Hæc dicit Dominus, Quieſcat vox tua à ploratu.*) Hoc iuxta literam nec dum factum eſt: Neque enim decem tribus, quæ in ciuitatibus Medorum exulant, atque Perſarum, reuerſas in terram Iudæam legimus: ſed iuxta ſpiritum & in paſſione Domini completum eſt, & hucuſque completur: quando de toto Orbe ſaluatur Iſrael, & Rachel dicitur: *Quieſcat vox tua à ploratu, & oculi tui à lachrymis.* Et eſt ſenſus: Plorare deſiſte: priora enim opera tua reſpexit Dominus. *Et reuertentur filij tui de terra inimici,* ne

33 *De Iudæorum conuerſione nouiſſimis temporibus.*

præsenti dolore tenearis. *Est enim spes nouissimis* A *tuis ait Dominus. Et reuertentur filij tui ad terminos suos*, quos habuerunt patres eorum, Abraham, Isaac,& Iacob. Meliùs autem de paruulis intelligimus, quòd mercedem habeant effusi sanguinis pro Christo,& pro terra Herodis inimici teneant regna cælorum, & reuersuri sint in sedem pristinam, quando pro corpore humilitatis, corpus receperint gloriosum.[a] Ista est spes nouissima, quando *iusti fulgebunt sicut Sol*, & infantes quondam paruuli, atque lactentes, absque ætatum incremento, & iniuriis ac labore corporeo, [b] *resurgent in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi.*

De Innocentum Sanctorum gloria.

a Sap 3.7.

b Eph. 4.13.

34 Theodorit. *Ramà locus tribus Benjamin.*

Theodoritus. *Sic dixit Dominus, Vox in Rama audita est luctus, fletus; & lamentatio: Rachel plorans filios suos,& noluit consolari propter filios suos, quia non sunt.*) Rama erat Benjamiticæ tribus, & Rachelis sepulchrum, est in hyppodromo Chaphratha, quâ venitur in Ephrata. Et finem accepit prophetia sub Herode primo, qui interfecit infantes,sperans se simul occisurum Saluatorem natum.

Natiuitas Christi caput initiúmque salutis.

Innocentes propter Christi natiuitatem.

Ista verò posuit Propheta inter promissiones bonorum,vt doceat, Domini ac Saluatoris nostri C in carne natiuitatem, esse reuerà bonum & caput salutis: propter quam natiuitatem infantes pertulerunt cædem illam iniquam. (*Hæc dicit Dominus. Quiescat vox tua à ploratu, & oculi tui à lachrymis: quia est merces operibus tuis, dicit Dominus. Et conuertentur filij tui ad montes suos.*)

35 D.Thom. *De Filiorum aduersitate tristitia redūdare hyperbolicè dicitur in parentes mortuos.*

D.Thomas. Hîc ponitur flentium consolatio, & primò inducit matris fletum,(*Rachel*) quæ fuit mater Ioseph (*plorantis*) destructionem filiorum suorum. Figuratiuè loquitur, quod dicitur in parentes mortuos hyperbolicè tristitiam redundare de filiorum aduersitate. Vel quia in Romana captiuitate iuxta sepulchrum Rachelis Iudæi captiui ducti sunt & venditi: vel quia figuratiuè dicitur plorare pueros iuxta se occisos: cùm ipsa iuxta Bethleem sepulta sit: sicut habetur Genes.35.[c] (*Lamentationis*) quæ fit verbis dolorem exprimentibus. (*Fletus*) quantùm ad emissionem lachrymarum (*Luctus*,) quantùm ad quamdam obseruantiam in expressione doloris: sicut fit in mutatione vestium & huiusmodi supra 3.[d] *Vox in viis audita ploratus & vlulatus filiorum Israel: quoniam iniquam fecerunt viam suam: obliti sunt Domini Dei sui.* Excludit consolationis remedium.(*Et nolentis,quia non sunt*) reuersi cum aliis: vel quia ad nihilum redacti sunt. Oseæ, 13.[e] *Consolatio abscondita est ab oculis meis: quia ipse inter fratres diuidet.*

c Gen.35.19

In ploratu quomodo discrepent lamentatio,fletus,ac luctus.

d Iere. 3.21.

e Ose.13.14.

36 Secundò impendit consolationis remedium. (*Hæc dicit Dominus.*) (*Vox*) quantùm ad lamentationem,(*oculi*) quantùm ad fletum.Apocal. 21.[f] *Absterget Deus omnem lachrymam ab oculis Sanctorum, & mors vltra non erit: neque luctus neque clamor: neque dolor erit vltra*, &c. Tertiò promittit liberationis beneficium. Et primò quantùm ad terminum à quo : quia (*merces*) in quo ostenditur per meritum Sanctorum patrum eos liberatos (*inimici*) Chaldæi Isai. 40. [g] *Ecce merces eius cum eo,opus illius coram illo.* Secundò quantùm ad terminum ad quem.(*Et est spes in nouissimis*) ad significandum quòd in nouissimis temporibus reuertentur ad veram fidem: & fortè etiam ad terram suam mortuo Antichristo. Prouerb. 10. [h] *Expectatio iustorum lætitia: spes autem impiorum peribit.*

f Apoc.21.4.

E Captiuitate Babylonica liberati Iudæi propter merita Sanctorum Patrum

g Isai.40.10.

h Prou.10. 28.

Versiculi quintidecimi locus celeberrimus, quia & ab Euangelista Matthæo, vt vaticinium allatum est in Sanctorum Infantum Innocentum cæde impletum.

37 Hilarius. *Ecclesia designata per Rachel ploratus, non tam pro cæsis Innocētibus, quàm pro iis à quibus cæsi illi sunt.*

Hilarius itaque ad finem Canonis primi ipsa exponens à Matthæo relata verba, [i] *Vox in Rama*, &c. hæc habet: Rachel Iacob vxor fuit diu sterilis, sed nullos ex his quos genuit, amisit. Verùm hæc in Genesi Ecclesiæ typum prætulit. Non igitur vllius vox & ploratus auditur, quæ nullum habuit amissorum filiorum dolorem: sed huius Ecclesiæ diu sterilis, nunc B verò fœcundæ ploratus ex filiis, non idcirco, quia peremptos dolebat, auditur, sed quia ab his perimebantur, quos primùm genitos filios retinere voluisset. Denique consolari se noluit quæ dolebat: non enim non erant ij, qui mortui putabantur, in æternitatis enim profectum per martyrij gloriam efferebantur. Consolatio autem erat rei amissæ præstanda, non auctæ.

i Matt.2.18.

Pro Innocentū cæde consolari renuit Ecclesia quos non amisit, sed auctos norat per gloriam.

38 Ambrosius libro 6. Epistolarum, epistolâ 39. ad Horontianum, post medium. Requies nostra Dominus est Iesus, qui ait, [k] *Hodie mecum eris in paradiso.* Quid igitur opus est, vt explorem ortus signorum atque obitus, quorum ad exortum duris inarata vomeribus findantur noualia; vel ad occasum læta messis recumbat? Vna mihi stella abundat pro omnibus, stella splendida & matutina, cuius ad exortum seminata est non frugum, sed martyrum seges: quando [l] Rachel plorauit filios suos, vt lachrymis ablutos suis pro Christo afferret infantulos: cuius stellæ obitus non cremiorum insensibilium, sed spirantium defunctorum triumphanes manipulos de tumulis resuscitauit. D

38 Ambrof. *Requies nostra Iesus Christus.*

k Luc.23.43.

Stella nostra vna pro stellis omnibus Christus Iesus.

Innocentes ab Herode interfecti lachrymis abluti pro Christo oblati fuēre.

l Iere.31.15. m Matt. 2. 18.

Resurgentiū Sanctorū manipulus ex Christi obitu.

39 Idem verò Ambrosius ad finem præfationis Enarrationis in Psalmum 37. Si iam Baptizatus, inquit, errasti: mitte aquam lachrymarum, non mendacem, sed veram, vt de profundo clames ad Dominum Deum tuum, vt dicatur de te: [n] *Vox audita est in Rama, fletus & vlulatus multus, Rachel plorans filios suos: & noluit consolari, quia non sunt.* Rachel Ecclesia est, in qua benedicitur plebs Dei. Ipsa pro te fleat, ipsa tua peccata deploret & fleat plurimùm, vt consolationem facilè non admittat, quemadmodum qui plurimùm dolent. Ideo consolari se E noluit, quoniam qui eras, esse desisti. Sed hac perseuerantiâ doloris & fletus emereatur, vt dicat: [o] *Filius meus mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus est.* Aut fortè consolari se noluit Rachel in filiis Iudæorum, quin non sunt: quos vtique ideo genuerat,vt essent: & ideo non admisit consolationem occisis paruulis ab Herode; quia nec in aduentum Iesu crediderunt, mensuram sceleris adimplentes, vt & paruulos interficerent, vt inter eos filius Virginis necaretur. Ergo Ecclesia Domini in Iudæis conso- F lari noluit, quia non sunt: In Christianis autem qui ex nationibus congregati sunt, epulatur & gaudet, quoniam cæperunt esse, qui non erant.

39 Ambrosius. *Lachrymis abluenda peccata admissa post Baptismum.*

n Mat. 2.18.

Ecclesia pro fidelibus peccantibus plorans consolationem non admittit, quoniā qui erant, esse desiêre in gratia.

o Luc.15.24.

Ecclesia Iudæos plorans consolari in illis renuit, quia nō sunt, cum in Christum non crediderunt.

Eadem verò epulatur in Christianis.

40 Hieron. *Innocentum pro Christo cæsorū multi è tribu Benjamin.*

Hieronymus. Comment.in caput 2. Matthæi citatam ab Euangelista hanc explicans sententiam, hæc vltra ea quæ supra ex ipso in Comment. super Ieremiam retulimus, ait, Per occisionem Bethlehem intelligimus, multos etiam de Benjamin fuisse cæsos. Plorat autem filios suos, & non recipit consolationem, secun

Rachel cur plorans non admisisse dicatur consolationē quia quos plorat non sunt.
Rama non est nomen loci in Gabaa cùm ibi auditus dicitur fletus Rachel.

secundum duplicem intelligentiam. Siue quòd eos in æternum mortuos æstimaret: siue quòd consolari se nollet de his, quos sciret esse victuros. Quod autem dicitur, *in Rama*, non putemus loci nomen esse iuxta Gabaa: sed Rama excelsum interpretatur, vt sit sensus: *Vox in excelso audita est*, id est, longè latéque dispersa.

41 Ioan. Chrys. *Martyrū, cæterorumque Sanctorum ærūnas illatas ab impiis præscivit, & prænunciauit Deus, qui eas permisit ad ipsorum vtilitatem.*

Ioannes Chrysostomus homiliâ 9. in Matth. circa medium, post allatam seriem cædis Innocentum per impium Herodem, subiectum istud expendens antiquissimum Ieremiæ vaticinium. Admirabilis, ait, consequentia. Quia verò auditorem magnitudine horroris impleuerat, cùm vtique violentam illam iniquam, atque crudelem descripsisset mactationem: rursus eum consolatur, & dicit quòd non ideirco illa facta sint, quia ea Deus prohibere nequiuerit, aut futura non viderit: sed quòd certè & præscierit, & per Prophetam longè ante prædixerit. Nequaquam igitur turberis, & concidas, ad ineffabilem prouidentiam eius prospiciens: quoniam, & per illa quæ operatur ipse, & per ista quæ ab aliis fieri sinit, perspicuè possumus intueri. Quod igitur Dominus discipulis loquens ait, hîc autem coaptandum est. Quibus quoniam condemnationes, captiuitates, & totius Orbis oppugnationes, internecináque prælia prænebat, releuans eos, & consolans, ait, [a] *Nonne duo passeres asse veneunt, & vnus ex illis non cadet in terram sine patre vestro, qui in cœlis est?* Hæc verò dixit, ostendens quia nihil fieret eo nesciente, sed spectante quidem cuncta: non tamen cuncta faciente, ac si diceret. Nihil omnino turbemini, ne ve paueatis: ille enim qui & præuidet ista omnia, quæ & sustinetis, & potest profectò prohibere, vobis vtique proficiendo non prohibet: quod in nostris quoque tentationibus cogitare, & satis hanc idoneam consolationem poterimus accipere. Et quid inquis, etiam Racheli cum Bethlehem commune dicit? (*Rachel*) inquit, (*plorans filios suos.*) Quid autem Rama pertinet ad Rachel? [b] Rachel mater fuit Benjamin, quam defunctam sepelierunt in Hippodromo, qui est iuxta Bethlehem. Quia igitur & sepulchrum vicinum erat, & campus ipse in Benjamin sorte contigerat, Rama quoque ad eamdem pertinebat tribum, & à principe tribus, & ab ipso interfectionis loco consequenter eos, qui occisi sunt, filios eius vocauit. Deinde cùm ostendisset incurabile illud vulnus infixum, ait, (*Et noluit consolari, quia non sunt.*) Rursus etiam hîc dicimus, quod paulò ante dicebam, numquam nos debere omnino turbari, cùm accidunt aliqua, quæ promissionibus Dei aduersari videantur. Ecce enim adueniente ipso Domino ad illius populi, imò totius Orbis salutem qualia populi exordia, mater fugit, intolerabilibus patria calamitatibus occupatur, cædes innumeræ, omnibusque amariores mortibus perpetrantur, ploratus, & luctus ingens vbique; Neque est cur conturberis, sic ille Rempublicam suam semper auspicatur, ingens virtutis suæ nobis exhibens argumentum: sic Apostolos suos deduxit, atque omnia restituens contraria contrariis componit, quò maiori cum admiratione fiant. Cæsi igitur eiectique, & mille tormenta passi Apostoli, victores tandem persecutorum suorum euadunt.

a Matth. 10. 29.
Tribulationibus & tentationibus turbari nō debemus intelligentes Deo illas notas, sed non prohibitas, vt nobis proficerent.
Rama locus in tribu Benjamin.
b Gen. 35. 19.
Natiuitate Christi exordia in ærumnis iacta sunt fidelis populi.
Tribulationibus Rempub. suā Christus auspicatur.

42 Auctor operis imperfecti.

Auctor operis imperfecti item in Matthæum Tomo 2. operum Chrysostomi, homil. 2. non longè à fine. Quamuis Rama non esset prope Bethlehem, tamen dicitur, *Vox in Rama audita est*, quoniam Rama Hebraicè interpretatur excelsum. Ideo dixit vox in Rama audita est, quoniam de morte Innocentum mittebatur ad cælum, ideo audiebatur in excelso. Sic enim ait Salomon: [c] *Vox pauperis penetrat nubes, & non discedit donec audiatur.* Sic & pauper quando violentiam patitur à potente, etiamsi non est ausus vociferari, sed latenter lachrymatur, tacitus clamor eius in excelso auditur, quia non magnus clamor velociter à Deo auditur, sed iustus. Quod ait, (*ploratus*,) fletum paruulorum ostendit: quod autem dixit, (*vlulatus*) matrum significat lamentum. Plorabant enim paruuli, quia separabantur à matribus: vlulabant matres, quia desolabantur à filiis, & quasi viscera earum separabantur ab eis. Et erat videre maiorem dolorem in matribus remanentibus, quàm in paruulis morientibus. Paruuli enim vnum patiebantur dolorem, quia separabantur à matribus, & non quia ducebantur ad mortem. Nec enim sciebant adhuc mortis timorem. Matres autem duplicem: vnum quidem, quòd videbant paruulos suos interfici: alterum, quòd ipsæ desolabantur à filiis. In paruulis mors eorum beata finem faciebat doloris: in matribus autem paruulorum memoria semper reparatio erat doloris.

Innocentum Sanctorum de morte clamor cælos penetrauit.
c Eccl. 35. 20
Clamor non tam magnus, quàm iustus velociter auditur à Deo.
Innocentibus plorantibus vlulabāt vehementius matres.

43 August.

Augustinus Sermone 4. In festo Sanctorum Innocentum Tom. 10. Singulos eorum cùm per tormenta pellerentur ex hac vita. Rachel gemebunda, id est, Ecclesia gemit luctu lachrymisque prosecuta: sed iam hinc expulsos superna Ierusalem, [d] quæ est mater omnium nostrûm, mox in aliam vitam obuiis lætitiæ ministris excepit, atque in gaudium Domini sui perpetuò coronandos introduxit. Vnde dicit Ioannes. [e] *Stabant ante thronum in conspectu agni amicti stolis albis, & Palmæ in manibus eorum.*

Innocentes, quos Ecclesia morientes plorat, cum gaudio excepit Ierusalē cælestis mater nostra.
d Gal. 4. 26.
e Apoc. 7. 9.

Cyrillus Alexandrinus Comment. in Vers. 10. cap. 14. Zachariæ, vbi Sept. habent, *Rama autem in loco permanebit.* Rama, inquit, oppidulum est siue vicus, sors contribulium Aser. Et est alia insuper Rama Nephtalimitarum. Igitur Sanctus Propheta aut harum vnius, aut alterius Rama meminit. Ait namque, *Vox in Rama audita est, lamentatio, & fletus & gemitus, Rachel plorans super filiis suis, & noluit consolari, quia non sunt.* Hoc actum esse in Bethlehem constat, Herode iubente infantes in ea repertos occidi. Rama ergo vocat Ierusalem, quòd in ipsa iam cæpta multa fuerit lamentatio, quam Propheta Ieremias quasi lachrymantem, & super filiis perditis eiulantem introduxit. Ait enim, *Plorans plorabit in nocte & lachrymæ eius in maxillis eius.* Et quid plorabat? *Virgines meæ, & iuuenes mei abierunt in captiuitatem, in gladio, & in fame occidisti in die iræ tuæ coxisti, non pepercisti.* Ac si quis etiam de spirituali Ierusalem, id est Ecclesia vocem Rama positam esse senserit, nos id valde probamus. Multi enim sunt flentes in Ecclesiis, & tristes secundùm Deum, quæ quidem *tristitia pœnitentiam in salutem stabilem operatur.* Commendatque tales etiam ipse Christus, *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.* Quamobrem quamuis Rama à Propheta dicatur Ecclesia, etiam sic verisimilitudo seruabitur. Verumtamen

tamen in loco mensuram ait, hoc est, non agitatum iri. Firmata enim, & immobilis est Ecclesia Christi.

Theophil. Antioch. *Pro Martyribus ista plorat Ecclesia, vt consolari tamen propterea nolit, de eorum morte quos nouit in cælo viuere.*

Theophilus Patriarcha Antiochenus Tom. I. Bibl. Veterum Patrum lib. 1. Comment. in Matthæum paulò post initium. Rachel vxor fuit Iacob, hic pro Ecclesia ponitur, quæ esset Martyres habitura. Et noluit consolari, æstimans, filios suos mortuos in sempiternum esse victuros.

Beda. *Martyrum sanguis vnà cum Ecclesiæ ploratu clamorem mittit vsque ad cælum.* a Gen. 4. 10. *Ecclesia plorat quidem de Sanctorum suorum nece, consolari tamen renuit, quia nō sunt vltra reuocādi in mundū, qui illum vicerunt.*

Beda Homiliâ in Natali Sanctorum Innocentum. Quod iuxta vaticinium Ieremiæ vox in Rama, id est, in excelso audita est ploratus, & vlulatus, manifestè denunciat luctum Sanctæ Ecclesiæ quæ de iniusta membrorum suorum nece gemir, non vt hostes garriunt, in vacuum cedere, sed vsque ad solium ascendere superni iudicis, & sicut protomartyris Abel, [a] ita etiam cæterorum martyrum sanguinem de terra clamare ad Dominum. Quod *Rachel plorasse* dicitur *filios suos, nec voluisse consolari, quia non sunt*: significat, Ecclesiam plorare quidem Sanctorum de hoc sæculo ablationem, sed non ita velle consolari, vt qui sæculum morte vicerunt rursum ad sæculi certamina secum toleranda redeant: quia nimirum non sunt vltra reuocandi in mundum, de cuius ærumnis semel euaserunt coronandi ad Christum.

Theophil. *Innocentes occisi, sicut & mortui quique dicuntur non esse quatenus nō sunt in vita præsenti.*

Theophilactus in cap. 2. Matth. *Et noluit consolari eò quòd non sint.* In hac vita non sunt, quia animæ sunt immortales.

44 Anselmus. *Rachelis plorantis filios suos prophetia historicè intellecta de occisione facta à Nabuchodonosor.* b Iudic. 19. 22.

Anselmus Enarratione in Matth. cap. 2. Vox in Rama. Secundùm historiam hæc prophetia, de interfectione quam fecit Nabuchodonosor agit, quam præuidens Propheta ait. *Vox in Rama*, quasi dicat. Tanta interfectio erit in tribu Benjamin, plorabit filios suos, scilicet illos, qui de tribu eius sunt, *& noluerunt consolari, quia non erant*, id est quia mortui erant, & loquebantur ad similitudinem illius doloris & interfectionis, de qua legitur in libro Iudicum, [b] quòd quidam Leuita venit cum vxore sua in Tribu Benjamin, vbi quidam pessimi vxorem eius appræhendentes ex nimia stupri assiduitate interfecerunt, quam maritus in duodecim partes diuidens, misit per duodecim tribus Israel, nequitiam Benjamin ostendendo. Quare aliæ tribus in Benjamin insurgentes, tribum illam destruxerunt, præter trecentos viros, & tunc tantus dolor habitus est, quod vox dolentium in Rama audita est. Sed quamuis Propheta de persecutione Nabuchodonosor hoc diceret, tamen significatum illius intelligebat. Nabuchodonosor enim omnes persecutores Ecclesiæ designat, qui interficiunt filios Rachel, hoc est, Ecclesiæ. Rachel enim ouis vel videns principium interpretatur. Ecclesia verò innocens est; & Deum contemplatur, ipsa est ouis centesima, quam pastor in humeris reportauit, & si hoc tempore Herodis secundùm significationem prophetia illa completa est. Herodes enim fuit primitiæ persecutorum; & pueri primitiæ Martyrum. Plorat ergo Ecclesia per compassionem martyres interfectos, & vox illa audita in Rama, id est in excelso, id est in cælo. Rama enim excelsum interpretatur. Ideo dicitur vox in cælo audiri, quia Deus vindicat sanguinem martyrum suorum. Et quamuis de temporali morte fleat Ecclesia, tamen non vult consolari de hoc, quia non sunt, id est, quia mortui sunt; quæ consolatio esset si in mundo reuocarentur. Vel non vult consolari, ita vt reddantur huic sæculo. Vel aliter, filios Ecclesiæ vocat ipsos persecutores, qui tamen non sunt filij, nisi per affectum illius: quia scilicet vellet eos esse filios suos. Illos etiam potiùs plorat Ecclesia, & non vult consolari, id est, mitigari dolorem suum quamdiu viuit: ideò, quia non sunt, id est, quia omnino perierunt.

Per Rachelē quàm aptè designata sit Ecclesia.

Martyres plorātis Ecclesiæ vox audiri dicitur in cælo, quia Deus vindicat sāguinem illorum.

Consolari cur renuat Ecclesia plorans filios suos, quatuor rationes.

45 Rup. Abb. *Rachelis gemitus, & Ecclesiæ plorātis Martyrū necē causa assignatur à Ieremia Christi incarnatio.* c Ier. 31. 22.

Rupertus Abbas lib. 2. in Matth. cap. 2. De Gloria & honore filij hominis. Hoc taliter apud Ieremiam scriptum est. *Hæc dicit Dominus, Vox in excelso audita est*, &c. Paucisque interpositis, quæ pertinent ad consolationem lamentantis siue plorantis, causam illam satis euidenter dicit, propter quam pueros iuxta veritatem Euangelij funestus Herodes occidit. [c] *Quia creabit Dominus nouum super terram, fœmina circundabit virum*, id est, non de foris semen admittet, sed intus de Spiritu Sancto concipiet, & pariet filium. Nunquid verò propter istum quem fœmina circundedit virum, propter istum qui de virgine natus est Regem Iudæorum, soli infantes illi in Bethleem, & in omnibus finibus eius occisi sunt? Imò innumera in Orbe terrarum millia martyrum, sed illi primitiæ fuerunt, quos omnes Rachel id est mater Ecclesia, nunc vsque deflet, & non vult consolari, quia non sunt, donec resurgant, & immortaliter cum illo viuant qui est, quemadmodum dicit: [d] *Ego sum qui sum.* Quare autem talis mater, scilicet Ecclesia præsenti loco nominari debuit Rachel? Videlicet quia mater illius, qui primus à tempore promissionis persecutionem propter iustitiam passus est. [e] *In seruum quippe venundatus est Ioseph, humiliauerunt in compedibus pedes eius, ferrum pertransiuit anima eius*: mater (inquam) illius dicta est Rachel. Itaque & mater Ecclesia siue omnis anima, quæcumque Christiano persecutionem propter iustitiam patienti compatitur, rectè apud Prophetam istum dicitur Rachel, & omnis ille quicumque persecutionem propter iustitiam patitur, rectè nihilominus apud alium Prophetam, Videlicet Amos, [f] dicitur Ioseph.

d Exo. 3. 14. *Rachel appellata Ecclesia, quia illa mater Ioseph qui primus post promissionem persecutionē propter iustitiam subiit.* e Ps. 104. 17.

f Amos. 6. 6.

46 *Rachel quomodo Deus consoletur, & à fletu cessare suadeat, quæ rectè & filios suos deplorat, & renuit cōsolationem.*

Ibidemque paulò post præallata. Dicet aliquis, si bonum est matri filios suos plorare, si optimum est, consolari nolle, siue consolationem renuere: Quomodo ploranti Dominus ibidem apud eumdem Prophetam verba consolationis ingerit, & eam à ploratu compescit? Vbi enim dixit: *Vox in excelso*, &c. Continuò sequitur. *Hæc dicit Dominus, Quiescat vox tua à ploratu, & oculi tui à lachrymis, quia est merces operi tuo, ait Dominus, & reuertentur à terra inimici tui, & est spes nouissimis tuis, ait Dominus, & reuertentur filij tui ad terminos suos.* Quomodo Dominus ipsam consolatur, & ipsa consolari non vult. Ad hæc inquam, Non vnus idémque est ploratus ille, cuius vox in excelso audita est, & ille, cuius vox Deus audiri non vult: alius enim ploratus est veniens à spiritu Dei, & alius veniens ex spiritu huius sæculi. [g] *Quæ enim secundùm Deum tristitia est*, inquit Apostolus, *pœnitentiam in salutem stabilem operatur: sæculi autem tristitia mortem operatur.* Qualem ploratum interdicat Dominus; ipse in eodem Apostolo determinat, cùm dicit; [h] *Nolumus vos ignorare de dormien*

Ploratus duplex, alter ex spiritu Dei, alter ex spiritu huius sæculi, hūc Deus prohibet illū beatificat. g 2. Cor. 7. 10.

h 1. Thess. 4. 13.

dormientibus, vt non contristemini, sicut & cæteri, qui spem non habent. Denique & quod hîc subiunxit consolando: *Quia est spes nouissimis tuis, & reuertentur filij ad terminos suos*, idem est, quod ibidem subiunxit Apostolus: *Si enim credimus quòd Iesus mortuus est, & resurrexit, ita & Deus eos, qui dormierunt cum Iesu adducet cum eo*, &c. vsque ad id, *Itaque & consolamini inuicem in verbis istis.* Ploratum alterum tristitiæ, qui est secundùm Deum non solùm non interdicit, verùm etiam beatificat idem Dominus,[a] *Beati* inquiens, *qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.* Igitur & laudabiliter plorat, & laudabiliter cōsolationem renuit Rachel; & cur ita faciat causam rationabilē habet, videlicet, *quia non sunt*, i. Quia nondum ad immutabilitatem filij eius peruenerunt. Quamuis enim in cælo sint animæ Sanctorum, adhuc in puluere dormiunt corpora ipsorum, adhuc in hoc sæculo peregrinatur pars ipsorum, Quando, sicut in Prophetâ Dominus dicit, filij, quos plorat Rachel, reuertentur ad terminos suos, id est, quando Deus *eos, qui dormierunt per Iesum adducet cum eo*: Tunc consolabitur mater cum filiis, quia sunt planè cum eo qui est.

a Matt. 5. 4. Mortuos fideles vel etiam sanctos plorat Ecclesia, quia nō sunt quoad corpora adhuc in cælesti perennitate.

47 Rupertus. *Martyr quisquis designatus per Ioseph, & cur.*

Idem Rupertus libr. 3. de Victoria Verbi Dei cap. 7. *Vox in Rama*, &c. Omnem filium, qui pro Christi causa occiditur, vult haberi tamquam Ioseph, & omnem matrem quæcúmque pro tali causa occisum plorat filium, siue vna sit mulier carnalis mater, siue sit Ecclesia spiritualis mater, piis matribus in morte ipsorum condolens, vt sæpe factum est, vult haberi tamquam Rachel. Hoc Spiritui Sancto placet, in quo & Propheta cecinit, & Euangelista intellexit, quia sicut tunc pater Iacob noluit consolari, & sicut mater Rachel, si adhuc viueret, nollet consolari eò quòd non esset Ioseph; & tamen erat, & non solùm viuebat, verùm etiam potens erat, & prosperè agebat Ioseph. Ita Ecclesia siue quæcumque mater fidelis plorat quidem pietatis affectu filium occisum, tamquam non sit: sed ille est, & non solùm est, verùm etiam meliùs est, & meliùs viuit; Idcirco quia talem ob causam euenit ei, quòd in hoc sæculo non est. Proinde Rachel noranti, continuò hæc dicit Dominus. *Quiescat vox tua à ploratu*, &c. Firmiter hoc tenet Catholica fides, quia filij eius reuertentur ad terminos suos; quia filij martyres, siue filij innocentes, qui plorabantur: quia nullam carnis memoriam sæculo reliquissent, resurgent & apparebunt in regno Christi, regno suo secundùm similitudinem illius Ioseph, qui cùm putaretur à fera deuoratus, vixit, & viuens, atque potens inuentus est.

Cum Rachele nolente cōsolari, quàm bene cōgruat mater Martyrum Ecclesia nolēs consolari, quia non sunt.

Resurrecturos Sanctos Martyres in corporibus gloriosis firmiter tenet Ecclesia.

48 D. Thom. *Pœnitentia quoad exteriores actus nō est necesse vt sit continua, secus quoad actum interiorē displicētiæ peccati admissi. Remissio peccati est merces actus pœnitentiæ.*

Quoad Vers. 16. præter ea quæ mox ex Ruperto Abbate relata sunt, D. Thomas tertia part. quæstio. 84. artic. 9. in primo argumento in contrarium, ita ait, Videtur, quòd pœnitentia non possit esse continua, dicitur enim Ierem. 31. *Quiescat vox tua à ploratu, & oculi tui à lachrymis*; sed hoc esse non posset, si pœnitentia continuaretur, quæ consistit in ploratu, & lachrymis. Ergo pœnitentia non potest continuari. Ad quod tamen argumentum ita respondet. Ad primum dicendum quòd ploratus & lachrymæ ad actum exterioris pœnitentiæ pertinent, qui non solùm non debet esse continuus, sed nec etiam oportet, quòd duret vsque ad finem vitæ, vt dictum est, vnde & signanter ibi subditur, *quia est merces operi tuo*: est autem merces operis pœnitentis, plena remissio peccati, & quantùm ad culpam, & quantùm ad pœnam, post cuius consecutionem non est necesse, quòd homo vlteriùs exteriorem pœnitentiam agat, per hoc tamen non excluditur continuitas pœnitentiæ qualis dicta est.

49 *Merces à Deo quomodo detur operi hominis. Mereri quomodo dici queat homo apud Deum.*

Quoad præallata eiusdem Vers. 16. verba, *Est merces operi tuo*, Idem D. Thomas 1. 2. quæst. 114. artic. 1. in argumento. Sed contra, infert ex iis, hominem posse à Deo mereri, cùm id dicatur merces, quod pro merito redditur. Pro qua assertione videndus est ibidem ipse D. Thom. in corpore: hîc autem sat sit, vt notentur quæ ad finem ita habet. Modus, & mensura humanæ virtutis est à Deo, & ideo meritum hominis apud Deum esse non potest, nisi secundùm præsuppositionem diuinæ ordinationis, ita scilicet vt id homo consequatur à Deo per suam operationem, quasi mercedem, ad quod Deus ei virtutem operandi deputauit, sicut etiam res naturales hoc cōsequuntur per proprios motus & operationes, ad quod à Deo sunt ordinatæ; differenter tamen quia creatura rationalis seipsam mouet ad agendum per liberum arbitrium, vnde sua actio habet rationem meriti, quod non est in aliis creaturis.

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΟΥ'ΤΩΣ εἶπε.

Τοῦ Χρυσοςόμου.] τοῦτο γέγονεν ἐπὶ ἡρώδου. γέγονε δὲ καὶ ἤδη.

Βίκτορ@.] περὶ τῶν δέκα φυλῶν ὁ λόγ@, ὧν ἐξῆρχεν ἐφραὶμ, οἵτινες ἐπὶ τέκνοις ὡς οὐκ οὖσιν ὠδύροντο. οὔπω γὰρ αἱ δέκα ἦσαν ἐπανελθοῦσαι || ψυχαί. περὶ δὲ τῶν ἀπολωλότων ἐν ἀγνοίᾳ τῆς ἀναστάσεως, ὡς οὐκ ὄντων διέκειντο. ἥρμοσε δὲ καὶ ταῖς δέκα φυλαῖς διὰ τὴν ῥαχὴλ, καὶ τοῖς περὶ τὸν τόπον οἰκοῦσι διὰ τὸν φόβον αὐτῆς, καὶ τοῖς ἐν βηθλεὲμ ἀνῃρημένοις βρέφεσι διὰ τὸ εὐαγγέλιον.

Fort. φυλαί.

[Οὕτως εἶπε κύρι@.]

Vers. 15. *Sic dixit Dominus.*)

50 Chrysost.

Chrysostomi.] *Hoc sub Herode contigit, nostrisque nuper temporibus.*

Victoris.] *De decem tribubus hoc ait, quarum caput erat Ephraim, qui filios, quòd non essent, deflebant; decem enim tribus animæ nondum erant reuersæ. De his verò quæ perierant ob ignorantiam resurrectionis ita affecti erant ac si omnino non essent: accommodatur verò & decem tribubus ob Rachelis memoriam, illisque qui circumhabitabant ob metum illius, infantibusque occisis in Bethleem propter Euangelium.*

Victor. Rachelis ploratus ex eo quòd decem tribus nō sunt reuersæ è captiuitate. De Resurrectione mortuorū Iudæorum plerique malè sentiebant.

(*Sic dixit Dominus.*)

Σεβήρου.] ταῦτα ἐλέχθη περὶ τῶν ἐν Βηθλεὲμ ἀναιρεθέντων ὑπὸ Ἡρώδου παίδων. ὧν αἱ ψυχαὶ ἐν παραδείσῳ ὑπέστρεψαν, εἰς τὴν ἀρχαίαν τοῦ ἀνθρώπου πατρίδα.

|| Ὠριγένους.] τοῖς ἀξίοις μακαρισμοῦ κλαίουσι λεγέσθω τό. διαλιπέτω ἡ φωνή σου ἀπὸ κλαυθμοῦ. τοῖς λέγουσιν ἐν ἁγίῳ πνεύματι. ἐπὶ τῶν ποταμῶν Βαβυλῶνος ἐκεῖ ἐκαθίσαμεν, καὶ ἐκλαύσαμεν, ἐν τῷ μνησθῆναι ἡμᾶς τὴν Σιών. ||

[Ὅτι ἔστι μισθ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἢ ὅτι ἔμμισθον τὸ ἀποθανεῖν ὑπὲρ χριστοῦ· ἢ ὅτι ἕξεις τὸν Παῦλον, πολὺν φέροντα καρπόν.

[Καὶ ἐπιστρέψουσ.]

Ὠριγένους.] γέγραπται ἐν τῷ Βαρούχ. τί ὅτι ἐν γῇ τῶν ἐχθρῶν εἶ, καὶ συνεμιάνθης τοῖς νεκροῖς; ὅταν μὲν γὰρ δίκαιοι ἐπιβαίνωσι, γῆ ἁγίων ἐστίν. ὅταν δὲ πολλοὶ ἁμαρτωλοί εἰσι, γῆ τῶν ἐχθρῶν. οὕτω δέ φησιν ἐπιστρέψουσι, ὡς εἶναι μόνιμον τοῖς σοῖς τέκνοις τὸ ἐπιστρέψαι ἀπὸ γῆς ἐχθρῶν, τοῖς ὑπὸ σοῦ || ὠφεληθεῖσι καὶ σοῖς καρποῖς. καὶ ἐν ἐξόδῳ γέγραπται, ὅτι εἰσήκουσεν ὁ θεὸς τοῦ λαοῦ τοῦ στεναγμοῦ αὐτῶν ἀπὸ τῶν ἔργων. ὅμοιον τῷ ἐνταῦθα κειμένῳ. ἀλλ' οὐ περὶ πάντων, ἀλλὰ περὶ Ἐφραὶμ ὀδυρομένου. Ἐφραὶμ δὲ ἑρμηνεύεται καρποφόρος.

(|| ἴσ. ὠδινηθεῖσι.)

|| Ὀλυμπιοδώρου.] ἢ οἱ τελευτήσαντες παῖδες ἀνιστάμενοι, καὶ ἐν χριστῷ ὄντες. ἢ ὅτι ὁ Παῦλος πολλοὺς ἐξ ἐθνῶν ἐπέστρεψεν. ||

[Μόνιμον τοῖς.]

Ὀλυμπιοδώρου.] καὶ ἔσται φησὶ διαρκὴς ὁ μισθὸς τοῖς σοῖς τέκνοις, ἢ τοῖς ἀνῃρημένοις, ἢ καὶ τῷ Παύλῳ. ἀεὶ δὲ ἡ Ῥαχὴλ εἰς πρόσωπον τῆς ἐκκλησίας ἐκλαμβάνεται. ἣν καὶ ὀδυρομένην ὁ λόγος παραμυθεῖται, ἐπὶ τοῖς διωγμοῖς, καὶ ταῖς ἀναιρέσεσι ταῖς διὰ χριστόν.

Seueri.] *Hæc dicta sunt de infantibus in Bethleem ab Herode interemptis; quorum animæ* paradisum regressæ sunt, antiquam hominis patriam.

(Seuerus. *Vide ne hæc ad errorem tendant asserentium animas hominum ab initio creatas in cælo.*)

Origenis.] *Illis qui digni sunt beatitudinis titulo, si plorant dicatur;* Desinat vox tua à ploratu: *iis qui dicunt in Spiritu Sancto.*[a] Super flumina Babylonis ibi sedimus, & plorauimus, dum recordati sumus Sion.

(52 Origenes. a Psal. 136. 1)

(*Quia est merces.*)

Olympiodori.] *Vel quod non pro Christo, non caret mercede, Vel quod Paulum habebis multum afferentem fructum.*

(Olympiod. *Paulus Apostolus merces Rachelis plorantis filios suos.*)

(*Et reuertentur.*)

Origenis.] *Scriptum est in Baruch.*[b] Quid est quòd in terra inimicorum es, & coinquinatus es cum mortuis? *Cùm enim iusti terram obtinent, terra Sanctorum est; cùm verò grandis est peccantium numerus, terra inimicorum: ita verò reuertētur inquit, vt stabile sit filiis tuis reuerti de terra inimicorum, à te editis tuisque fructibus, & in Exodo scriptum est:*[c] Exaudiuit Dominus populum, eiulatum illius ab operibus. *Simile huic loco, non tamen de omnibus, sed de Ephraim plorante. Ephraim porrò interpretatur, fructuosus.*

(Origen. b Baruch. 3. 11. *Terra quādo, & quādo dicāda sit sanctorum, vel inimicorum. E consortio impiorum recedēs dicitur reuerti de terra inimicorum.* c Exod. 2. 24. *Ephraim interpretatur fructuosus.*)

Olympiodori.] *Vel mortui iam filij resurgentes, & in Christo existentes: Vel quod Paulus multos è gentibus conuertit.*

(Olympiod. *Resurgentes reuerti dicūtur de terra inimicorum.*)

|| (*Stabile filiis.*)

Olympiodori.] *Et erit ait merces perennis filiis tuis vel interfectis, vel Paulo. Semper verò Rachel pro Ecclesia sumitur, quam & plorantem consolatur hic sermo ob persecutiones & cædes propter Christum.*

(53 Olympiod. *Paulo Apostolo merces perpetua. Rachelis typo semper significata Ecclesia.*)

Capitis 31. à vers. 18. vsque ad 21. Sectio Quinta.

TEXTVS VVLGATÆ.

18 AVdiens audiui Ephraim transmigrantem: Castigasti me, & eruditus sum, quasi iuuenculus indomitus: conuerte me, & conuertar: quia tu Dominus Deus meus.

19 Post quam enim conuertisti me, egi pœnitentiam: & postquam ostendisti mihi, percussi femur meum. Confusus sum, & erubui, quoniam sustinui opprobrium adolescentiæ meæ.

20 Si filius honorabilis mihi Ephraim, si puer delicatus: quia ex quo locutus sum de eo: adhuc recordabor eius. Idcirco conturbata sunt viscera mea super eum: miserans miserebor eius, ait Dominus.

TEXTVS SEPTVAGINTA.

18 *AVditu audiui Ephrem, lamentantem: Castigasti me, & sum castigatus: ego tamquam vitulus, non didici. Conuerte me & conuertar; quia tu Dominus Deus meus.*

19 *Quia post captiuitatem meam egi pœnitentiam, & postquam cognoui, ingemui super diem confusionis, & ostendi tibi, quoniam accepi opprobrium ab adolescentia mea.*

20 *Filius dilectus Ephrem mihi, paruulus delicatus: quia ex quo verba mea in eo; memoriâ memorabor eius: idcirco sollicitus fui super eo; miserans miserabor eius, ait Dominus.*

PARAPHRASIS CHALDAICA.

18 *AVditum & manifestum est coram me, quòd domus Israel plorat & gemit pro eo quòd transmigrauerunt. Dicet enim: Induxisti super nos correptiones; nec edocti sumus, quasi vitulus non assuetus iugo. Nunc autem conuerte nos ad cultum tuum, & conuertemur, quia tu es Dominus Deus noster.*

19 *Quando enim nos redimus ad legem, consolationem accipimus: & nunc cùm notum fuit nobis, percussimus femur nostrum, confusi sumus, & rubore suffusi; quia recepimus opprobrium peccatorum nostrorum, quæ à principio sunt.*

20 *Ecce sicut filius dilectus coram me est Israel; vtique puer amabilis est. Quo enim tempore pono verba mea in corde eius vt faciat ea, recordando recordor vt benefaciam ei adhuc: propterea commota sunt viscera mea super eos, miserans miserabor eorum, dicit Dominus.*

Catena

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

54 Hieronym. *Ephraim nomine appellata decem tribus à primo eorũ Rege Ieroboã de tribu Ephraim.* a 3. Reg. 12. *Castigatio Dei omnis proficit in salutem.* b Hebr. 12. 11. *Peccator non proficiens ex Dei flagellis est quasi iuuencus indomitus.* *Quòd pœnitentiam agimus ex Dei est auxilio.*

HIeronymus. (*Audiens audiui Ephraim transmigrantem*, siue *lamentantem*, *castigasti me*, &c.) loquitur Deus quòd Ephraim dicentem audierit, & lamentantem. Nulli autem dubium quin decem tribus significet, quibus [a] primus imperauit Ieroboam filius Nabath: qui & vitulos aureos fecit in Dan, & Bethel: vt hoc populus errore seductus, Deum Israel colere, & adorare desisteret. *Castigasti me*, inquit, *& castigatus sum*. [b] Omnis correptio proficit in salutem, quæ ad præsens videtur esse tristitiæ, & postea fructus affert pacificos: Quodque ait. *Quasi iuuencus indomitus*, siue *sicut vitulus*, *non didici*: hoc significat, quòd multo labore, atque verberibus eruditus sit: vt ad pœnitentiam conuerteretur, & non profecerit. *Conuerte*, inquit, *me: & conuertar*. Ergo idipsum, quod agimus pœnitentiam, nisi Dei nitamur auxilio, implere non possumus. Postquam enim conuerteris me, & ad te conuersus fuero, tunc agnoscam, qu a tu Dominus meus es, & nequaquam errores mei atque peccata interficient me. *Et postquam conuertisti me*, *egi pœnitentiam*. Vide quantùm sit auxilium Dei, & quàm fragilis humana conditio: vt hoc ipsum, quòd agimus pœnitentiam, nisi nos Dominus ante conuerterit, nequaquam implere valeamus. *Et postquam*, inquit, *ostendisti mihi*, vel ipsam pœnitentiam, vel tui notitiam: siue *cognoui te*, *percussi femur meum*. Quod dolentis & plangentis, & super errore pristino plorantis indicium est: vt femur manu percutiat, & stultum se antea fuisse fateatur. *Confusus*, inquit, *sum*, *& erubui*, siue *ex die confusionis*. Quod enim tempus non est confusionis nostræ si recordemur antiqua peccata, & omnium quæ malè egimus capiamus memoriam? Quodque dixère Sept. *& ostendi te*, significat quòd postquam ingemuit, & sua delicta cognouit tunc in tantum profectum venerit, vt etiam aliis ignorantibus Deum ostenderit, iuxta id quod Dauid pœnitens loquitur: [c] *Docebo iniquos vias tuas*, *& impij ad te conuertentur*. Et quod dicit: *Quoniam sustinui opprobrium adolescentiæ meæ* per ætatis ignorantiam peccasse se dicit: vt facilius veniam consequatur: iuxta illud, quod Dauid canit. [d] *Delicta iuuentutis meæ*, *& ignorantias meas ne memineris*. Vnde & in consequentibus Deus paruulum eum vocat, & deliciis affluentem. Hoc autem dicit propter diuitiarum magnitudinem & terræ fertilitatem, quà Ephraim tribus, vsque hodie luxuriat.

Ad Pœnitentiam promouemur ex præstita desuper nobis cognitione offensi Dei, & eiusdem pœnitentia necessitatem *Peccatorum reminiscentia ingem causat in nobis confusionem.* *Pœnitens verus eò proficit, vt & peccatores alios doceat vt pœnitentiam agant.* c Psal. 50. 15. d Psal. 24. 7.

55 *Pœnitentiam agens ad quã tenerum affectum prouocet Deum.* e Gen. 48. 14. *Delicatus pro deliciis affluens.* f Psal. 77. 9. g Psal. 36. 4.

(*Si filius honorabilis*, *siue dilectus mihi Ephraim*, &c.) Pœnitentiam agente Ephraim, & dicente: In principio *erudisti me*, *& eruditus sum*, *quasi iuuencus indomitus*: Et in fine: *Quoniam sustinui opprobrium adolescentiæ meæ*. Respondit Dominus, & plenâ ad se mente conuersum, tali sustentat oraculo. *Filius dilectus mihi Ephraim*: [e] quem in tantum dilexi ab initio, vt fratri præferrem Manassę. *Filius honorabilis*, qui contra naturæ ordinem honorem primogeniti Domini dignatione suscepit. Puer delicatus: de quo scribitur: [f] *Filij Ephraim intendentes*, *& mittentes arcum*, *conuersi sunt in die belli*. Contra quem & ad quem, totus Oseæ liber est Prophetæ, cui benedicit Iacob. Delicias autem in hoc loco, iuxta illud accipiamus, quod in Psalmo dicitur: [g] *Delectare in Domino*, *& dabit tibi petitiones cordis tui*. Pro quo in Græco & in Hebraico habetur, *deliciis afflue*. Vnde & paradisus in [h] Eden, & deliciarum paradisus appellatur. *Quia*, inquit, *fuerunt verba mea*, *in eo*, *recordatione memor ero eius adhuc*. Ne putaretur gratuita benedicto, & ex indulgentia potius largitoris, quàm merito eius, in quem conferebatur esse collata: ideo ait: *Recordabor eius*, *quia verba mea fuerunt in eo*. Non in ore eius, non in labiis, sed in imo cordis affectu. Propterquam causam, *& conturbata sunt viscera mea super eo*: Cui loquitur & per Oseę. [i] *Quid tibi faciam Ephraim? quid tibi faciam Israel? quasi Adamam ponam te*, *& quasi Seboim*: *Conuersum est in me cor meum*: *conturbata sunt viscera mea*. *Non faciam furorem iræ meæ*, *& non disperdam Ephraim*: *Miserans miserebor eius*, *ait Dominus*. Fuerunt quidem sermones mei in eo, & omnia mandata mea auido suscepit animo, & in suo corde seruauit, & tamen miserans miserebor eius, ait Dominus, vt ostenderet omnem hominum iustitiam indigere misericordiâ Dei.

h Gen. 2. 8. *Verba Dei in suo habens corde quàm tenerè à Deo diligatur.* i Oseæ. 6. 6. *Iustitia nostra vniuersa indiget Dei misericordiâ quâ fulciatur.*

56 Theodorit. *Pro pœnitentia operibus datur à Deo merces.* k Iere. 5. 3. l Oseæ. 10. 11.

Theodoritus. Docens quorum operum mercedem pollicetur, ponit ob oculos, eius pœnitentiam, quam egit in Babylone. *Audiens audiui Ephraim lugentem*. Docet etiam, quibus sermonibus vtebatur. *Erudisti me Domine*, *& non sum eruditus*: *tamquam vitulus*, *non sum edoctus*. Idem dixit Propheta superius, [k] *Flagellasti eos*, *& non doluerunt*: *consummasti eos*, *& noluerunt suscipere disciplinam*. Oseas etiam Propheta ait, [l] *Ephraim iuuenca edocta diligere victoriam*. Contradicit, inquit, nec suscipit iugum legis. Et iterum, *Ephraim factus est*, *vt iuuenca insaniens*.

E Peccati captiuitate liberari nequimus sine Deo. *Per Tribulationes in cognitionẽ deuenimus peccatorum nostrorum.* m Psal. 118. 67. n Psal. 118. 71.

Subiicit, præterea, quæ obsecrans dicebat, (*Conuerte me Domine*: *& conuertar*, *quia tu Dominus meus es.*) Te siquidem nolente, non liberabor seruitute: (*Quia post captiuitatem meam*, *pœnitentiam egi*, *& postquam cognoui percussi femur meum*: *& suspiraui in diebus confusionis meæ.*) Posteaquam enim expertus est tribulationes, peruenit ad notitiam peccati, quod non subiecit Beatus Dauid. [m] *Priusquam humiliarer*; *ego deliqui*: *propterea eloquium tuum custodiui*. Et rursum. [n] *Bonum mihi*, *quia humiliasti me*: *vt discam iustificationes tuas*. Percutere verò femur, proprium est dolentium, & pœnitentiam agentium. (*Conuersus sum*, *& obedivi tibi*; *quia opprobrium accepi ab adolescentia mea.*) Retroactis enim temporibus & ab initio, perduraui in transgressione mandatorum tuorum. Demonstrat itaque beneuolentiam suam Dominus, & ait, (*Tu es filius meus dilectus Ephraim*: *tu es puerulus in deliciis.*) Pro deliciosus, & gratus. Si perseueres, ait, eo vti affectu, memor prouidentiæ meæ, bonis perfrueris. Nam & sequentia pollicitationem apponunt. (*Propterea quòd verba mea in eo sunt*, *adhuc certè recordabor ipsius.*) Quia pœnitentiâ vsus est, & memor est mandatorum meorum, experietur prouidentiam meam. Propterea inquit, visitabo eum, & miserens miserebor illius.

Dilectio Dei in peccatorem pœnitentem quàm tenera. *Prouidentia Dei specialis effectuum ille fit compos, qui vnà cum pœnitentia iungit & mandatorum Dei obseruationẽ.*

57 D. Thomas. o Exod. 3. 7. p Isai 28. 19. q Thr. 5. 21.

D. Thomas. Hîc ponitur pœnitentium susceptio: cui præmittitur confessionis cognitio. (*Audiens audiui*) id est misericorditer exaudiui. Exod. 3. [o] *Videns vidi afflictionem populi mei qui est in Ægypto*: *& clamorem eius audiui*. Et subditur confessio. (*Castigasti*: *quasi iuuenculus*) qui difficilè corripitur & multis verberibus. Isai. 24. [p] *Sola vexatio intellectum dabit auditui*. Secundò ponitur petitio (*Conuerte*) Threnorum vltimo. [q] *Conuerte nos Domine ad te & conuertemur*: *innoua dies nostros sicut à principio*. Tertiò assignatur petitionis

 ratio

Per flagella peccatori ostédit Deus illius peccata. Femoris percussio interni doloris signũ, & typicè est voluptatum carnalium compressio. a Iob. 13. 2. *Contritio, dolor, confusioq́; interna, & externa pro offensione Dei.*

tatio ex pœnitentia quam inchoauit. Vnde primò ponit (*postquam enim conuertisti*) infundendo gratiam (*postquam ostendisti*) flagellis peccata (*percussi femur meum*) interiorem dolorem: exteriori percussione designans ad modum hominis dolentis: vel percussi femur: voluptates carnales reprimendo. Iob vlt.[a] *Auditu auris audiui te: nunc autem oculus meus videt te:* Secundò ponit pœnitentiam: quia ex pœna quam sustinuit peccatum recognoscens confusionem passus est quæ signum pœnitentiæ fuit (*Confusus sum*) interiùs, (*erubui*) exteriùs. (*Quoniam sustinui opprobrium*) id est pœnam & confusionem pro peccatis (*adolescentiæ meæ*) Et nominat adolescentiam: tempus ante conuersionem q.d. quod ex ignorantia peccaui. Iob. 13.[b] *Scribis contra me amaritudinem: & consumere me vis peccatis adolescentiæ meæ.*

b Iob. 13, 26.

58 *Patres magis afficiuntur in filios, qui & primogeniti sunt, & in ætate tenera.*

(*Si filius honorabilis*, &c.) Hic suscipit pœnitentem. Et primò ponitur diuina miseratio. Secundò pœnitentis instructio, ibi (*Statue tibi*, &c.) Tertiò ipsius reuocatio, ibi (*Reuertere Virgo*, &c.) Circa primum duo. Primò ponit misericordiæ rationem: ex parte populi. (*Si filius honorabilis*) q.d. Numquid non filius honorabilis propter ius primogenituræ (*Si puer delicatus*) propter teneritudinem ætatis: quia Ioseph quasi minimus filiorum Iacob. Et Ephraim minor filiorum Ioseph. Et hæc duo prouocant patres magis ad miserandum. Oseæ. 11.[c] *Puer Israel, & dilexi eum: & ex Ægypto vocaui filium meum.* Ponit etiam rationem ex parte Dei (*quia ex quo locutus sum*) q.d. Non decet vt verba Dei irritentur (*recordabor*) verborum. Num. 23.[d] *Dixit & non faciet? locutusque est, & non implebitur?* Secundò ostendit miserationem. (*Idcirco conturbata*) ἀνθρωποπαθῶς: in quo interior compassio (*miserans*) in quo exterior subuentio. Oseæ. 11.[e] *Conuersum est in me cor meum: pariter conturbata est plenitudo mea.*

c Oseæ 11. 1. d Num. 23. 19. e Oseæ. 11. 8.

59 Ambros. *Pœnitentia vt bona sit vnà cum lachrymis habeat & comitantia, ac subsequentia opera bona.*

Tractat hunc locum Ambrosius lib. 2. de Pœnitentia ad finem capitis quinti dicens. Qui agit pœnitentiam non solùm diluere lachrymis debet peccatum suum: sed etiam emendatioribus factis operire & tegere delicta superiora, vt non ei imputetur peccatum. Ergo tegamus lapsus nostros posterioribus factis, mundemus fletibus, vt audiat nos Dominus Deus noster ingemiscentes, sicut audiuit lachrymantem Effrem, quemadmodum scriptum est, dicente Deo: *Audiens audiui Effrem lachrymantem.* Et ipsa verba Effrem lamentantis expressit dicens: *Castigasti me, & castigatus sum, sicut vitulus non sum edoctus.* Vitulus enim ludit, & præsepe deserit, & ideo Effrem sicut Vitulus non est edoctus longè positus à præsepi, quia præsepe Domini deseruit, & Ieroboam secutus,[f] vitulos adorauit, quod Prophetia futurum per Aaron indicauerat, sic lapsurum populum Iudæorum. Ideóque agens pœnitentiam dicit:[g] *Conuerte me, & conuertar: quia tu Dominus meus: quia in nouissimo captiuitatis meæ pœnitentiam egi, & postquam ingemui super dies confusionis, & subiectus sum tibi, quia accepi opprobrium & demonstraui te.*

f Iob. 1. 5. *Vitulus Aaronicus prophetia futuræ Israelitici populi idololatria in vitulis aureis. Ieroboam.*

g Ier. 31. 18.

Pœnitentia quomodo agenda.

Aduertimus quomodo agenda sit pœnitentia, quibus sermonibus, quibus fletibus: vt peccati dies confusionis appellet. Confusio est enim quando Christus negatur. Et ideo subiiciamus nos Deo, vt non subditi simus peccato, & delictorum nostrorum memoriam recensentes tanquam opprobrium erubescamus, nō velut quandam gloriam prædicemus, sicut quidam expugnatâ pudicitiâ, oppressâ iustitiâ gloriantur: & tanta fiat conuersio, vt qui Deum non agnoscebamus, ipsi eum iam aliis demonstremus: Motus autem Dominus tali conuersione nostrâ respondeat:[h] *A iuuentute mea es tu filius dilectus mihi Effrem, vt puer in deliciis, quoniam eò quòd sermones mei in ipso sunt, memoriâ memor ero eius, propterea festinaui super illum, misericordiâ miserebor eius, dixit Dominus.*

h Ier. 31. 20.

60 Pasch. Rath. *Pœnitentia fieri nequit ab vllo sine Dei gratia.*

Paschasius Rathbertus lib. 2. in Matth. cap. 3. Numquid vlla, ait, religionis pœnitentia sine Dei gratia videri potest, præsertim cùm Propheta postulet, *Conuerte me Domine, & conuertar ad te. Quo modo*, inquit, *tu Domine conuertisti me, & egi pœnitentiam ostendisti mihi, & percussi femur meum.* Ac si patenter diceret: quia nisi me conuertisses, vtique ex me pœnitentiam non egissem. Vnde liquidò constat, quòd pœnitentia Dei sit donum, Sed tamen Apostolus dicens,[i] *Sine pœnitentia sunt dona, & vocatio:* Baptismi gratiam, & remissionem peccatorum sine illa pœnitentia quæ publicè pœnitentibus datur in Ecclesia, dari omnino perhibet; & nequaquam de hac, per quam quisque abrenunciat Diabolo, & omnibus operibus eius. Christus aut Ioannes tacet.

Sine pœnitentia publica datur à Deo baptismalis gratia, & remissio peccatorum. i Rom. 11. 29.

61 Greg. PP. *Femoris percussio est carnalium voluptatum interfectio disciplinæ gladio. Cælestium speculatio vilescere facit inferiora.*

Circa vers. 19. Gregorius Papa lib. 24. Moral. cap. 26. Disciplinæ gladio semetipsum Ieremias interfecerat, cùm dicebat. *Postquam conuertisti me egi pœnitentiam: & postquam ostendisti mihi, percussi femur meum.* Quid enim in femore, nisi voluptas carnis accipitur? Et quid est quod ait: *Postquam ostendisti mihi, percussi femur meum?* nisi quòd postquam superna spiritaliter vidit, omne quod in se inferiùs carnaliter viuebat, extinxit, vt quantò magis summa patescerent, tantò ampliùs ima quæ tenuerat, non liberent. Nam quantò incipit quisque superiùs viuere, tantò & inchoat inferiùs interire. Iuxta affectum namque carnalis operationis, omnis caro Pauli simul interierat, cùm dicebat: *Viuo autem iam non ego; viuit verò in me Christus.*

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Ἀκούων ἤκουσα.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἐλπὶς σωτηρίας οὐ μικρά. καὶ ὑπὲρ τῆς τῶν λεγομένων ἀξιοπιστίας· εἰ γὰρ μέλλοιεν μετανοεῖν, δῆλον ὅτι σώζονται.

|| Ὀλυμπιοδώρου.] Ἐφραίμ, τὸν ἐξ ἐθνῶν λαὸν φησί.

|| Ὠριγένους

Vers. 18. Audiens audi Ephrem.)

62 Chrysost. *a Pœnitentia spem exhibet salutis.*

Chrysostomi.] *Spes salutis non parua, & hoc spectat ad hoc vt dictis fides adhibeatur: si enim futurum est vt illos pœniteat, liquet esse saluandos.*

63 Olympiod. *Ephrem nomine significata Gentes.*

|| Olympiodori.] *Ephrem è gentibus populum vocat.*

|| Origenis.

|| Ὠριγένους.] Φωνῆς κλαυθμοῦ μετανοούντων ἀκούει ὁ Θεός. διατί δὲ τὸν Ἐφραὶμ ὀδυρόμενον ἐφ' ἁμαρτήμασιν εἶπε; τῶν Βασιλειῶν τοίνυν ἡ τρίτη δηλοῖ, ὡς πικρῶς αὐτῶν ἄρχοντος τοῦ Ῥοβοάμ, δέον αὐτὸν καρτεροῦντας μὴ ἀποστῆναι, οὐκ ἔστι ἡμῖν μερὶς ἐν Δαβίδ, ἀνεβόησαν, ὅτε Ἱεροβοὰμ τῶν ἀποστάντων ἡγήσατο, τῆς φυλῆς ὑπάρχων Ἐφραίμ. ὅς τις δαμάλεις ποιήσας ἀπέστησεν ἀπὸ τῆς θεοῦ λατρείας τὰς δέκα φυλάς. ἐφ' οἷς εἰκότως μετανοοῦντες ὠδύροντο, καὶ τῇ ἁλώσει παιδευθέντες ἐβόων· ἐπαίδευσάς με κύριε, καὶ ἐπαιδεύθην, οἷα γάρ τις μόσχος ἀποσκιρτήσας τοῦ βουκολίου τῆς σῆς ἀπέστην νομῆς, καὶ δέομαι τῆς βοηθείας. σοῦ γὰρ μὴ δυναμοῦντος, ἀτονῶ πρὸς ἐπιστροφήν. δέον δέ με μετανοεῖν πρὶν ἁλῶ, καὶ πειθαρχεῖν σου τοῖς προφήταις, μετὰ τὴν ἅλωσιν μετενόησα. γνοὺς δὲ στενάζει. πῶς γὰρ αὐτὸς ἀγνοῶν ὡς ἁμαρτάνων, στενάξειεν, ἄξια πράξας αἰσχύνης ἐν ἁμαρτήμασι; καὶ μάλιστα ταῖς ἀσελγείαις; τοσοῦτον δὲ μετενόησα, ὡς ἄλλοις ὑποδεῖξαί σε, μεγάλη τοῦ Ἐφραὶμ ἡ μετάνοια. ὥστε τὸν θεὸν ἀναλαβεῖν ἐκ στόματος αὐτοῦ τοὺς λόγους τῆς ἐξομολογήσεως, αὐτὸν δὲ ἀκοῦσαι φωνῆς τῆς λεγούσης ἐκ νεότητος μοι υἱὸς ἀγαπητὸς εἶ Ἐφραίμ.

[Ἐγὼ ὥσπερ μό.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τὰ σκιρτήματα αὐτοῦ ἐνέφηνε τὴν ἄλογον ἡλικίαν, καὶ τὴν ἀδικίαν τῶν ἐπὶ κακῷ κεκτημένων τὴν ἄνοιαν τὴν ἐν τῇ νεότητι. νέος γὰρ ἀπεστερημένος ζυγοῦ καὶ τῆς τῶν λογισμῶν ἀρχῆς, οὐδὲν διέφερεν σκιρτώντων βοϊδίων ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχεν ἁπανταχῆ φερομένων, || οὐδὲ τῶν πρώτων ὀφθαλμῶν ὁρώντων, ἀλλὰ καὶ κατὰ κρημνῶν πηδώντων.

|| οὐδὲ προσέχοντων τῶν ὀφθαλμῶν.

||Ὀλυμπιοδώρου.] ὡς μόσχος φησὶ ταῖς ἐμαῖς ἁμαρτίαις ἐντρεφόμενος οὐκ ἐδιδάχθην τὰ θεῖα λόγια.

[ἐπίστρεψόν.]

Τοῦ χρυσοστόμου.] μεγάλη ἡ ἀρετὴ, ὅταν ἐπιστρέψαντος θεοῦ ἐπιστρεφώμεθα.

Ὀλυμπιοδώρου.] τίνα γάρ φησι καρπὸν ἔχετε, ἐφ' οἷς νῦν ἐπαισχύνεσθε, ἡμέρας οὖν αἰσχύνης τὰς τῆς ἁμαρτίας φησί.

[Ἐστέναξα ἐφ'.]

Τοῦ χρυσοστόμου.] ὅταν πάντα τὸν ἁμαρτάνοντα οὐ κολάζῃς, πάσχειν ἐχρῆν. καὶ γὰρ πρὸς αἰσχύνην, καὶ πρὸς ἕτερα πολλὰ ἁμαρτήματα μᾶλλον αἴσθησιν παρέχει || τιμωρίας. νῦν δὲ τοὐναντίον γίνεται, ὅταν μὲν ἁμαρτάνωμεν, ἀναισχυντῶμεν, ὅταν δὲ κολαζώμεθα, καταπίπτομεν, ἀμείβοντες τοὺς καιρούς. ἀλλ' οὐχ οἱ δίκαιοι οὕτως, ἀλλὰ κολαζόμενοι μὲν ἐφρόνουν μέγα, καθάπερ οἱ ἀπόστολοι ἐπὶ δὲ τῆς ἁμαρτίας οὕτως ᾐσχύνοντο, ὡς μὴ κατὰ τὸν καιρὸν τῶν πλημμελημάτων μόνον, ἀλλὰ καὶ τούτου παρελθόντος, καὶ τῆς τιμωρίας ἀφεθείσης, ὀδύρεσθαι καὶ θρηνεῖν. [καὶ μετ' ὀλίγα.] ἐστέναξα ἐν ἡμέραις αἰσχύνης μου. τοῦτο φάρμακον τῶν ἁμαρτημάτων, τὸ μὲν κωλύων τοῖς αὐτοῖς περιπεσεῖν, τὸ δὲ γενόμενον ἀποσμήχων ὁ στεναγμός.

|| τιμωρία.

[καὶ

|| Origenis.] *Vocem lamentationis pænitentium audit Deus. Cur autem Ephrem pro peccatis lamentantem induxit? habemus ex 3. lib. Regum,* [a] *quòd durè illis dominante Roboam, cùm opus esset eos tolerare, & non deficere, clamarunt,* Non est nobis pars in Dauid. *quando Ieroboam Rebellium dux factus est, qui erat è tribu Ephrem, qui vitulos erigens à cultu Dei decem tribus abduxit. Quam ob rem meritò pænitentiam agentes lamentabantur, captiuitatéque castigati clamabant;* Castigasti me Domine, & eruditus sum. *Nam sicuti vitulus à grege exiliens tua pascua reliqui, tuoque indigeo auxilio; te quippe vires non præbente, non valeo ad conuersionem, & cùm opus esset ante captiuitatem me pænitere, tuisque Prophetis obtemperare, post captiuitatem egi pænitentiam, & vbi cognoscit, gemit. ignorans enim se peccare, quomodo ingemiscet, qui digna probro peccando peregerit, præcipuéque libidinando? Tanta verò mea fuit pænitentia, vt aliis me dares exemplum. Magna est Ephrem pænitentia, vt Deus ipse ex ore illius verba confessionis assumeret, & ille audiret vocem dicentem,* Ab adolescentia filius dilectus mihi es Ephrem.

Origenes. *Pænitentium vocem audit Deus.*

a 3. Reg. 12. 16

Conuertere se nequit peccator absque Dei ope.

Pænitentiam præcedat necesse est cognitio peccati.

Pænitentia tanta sit, vt & aliis in exemplum deseruiat.

Ex Vers. 18. *(Ego tamquam vitulus non didici.)*

64

Chrysostomi.] *Saltationes illius ostendunt ætatem rationis expertem, & iniustitiam, nullum ad bonum habentium iuuentutis insipientiam? Iuuenis enim iugo priuatus cogitationumque dominatu nihil differt à iuuencis temerè saltantibus, & vt casus fert hac, & illac euntibus, neque oculis ea quæ obiecta sunt cernentibus, sed in abrupta loca præcipites se dantibus.*

Chrysost. *Iuuenis effrenisque rectè comparetur iuuencis saltentibus.*

|| Olympiodori.] *Tamquam vitulus, ait, meis iniquitatibus innutritus Dei verba non didici.*

Olympiod.

(Conuerte me.)

Chrysostomi.] *Magna virtus, cùm conuertente Deo conuertimur.*

Chrysost. *Cóuersio quæ ex Deo, magna est virtus.*

Olympiodori.] Quem, [b] *ait*, fructum percipitis de quibus nunc erubescitis? *itaque dies confusionis, dies peccati vocat.*

Olympiod. *Peccati tempus dictum dies confusionis.*

b Rom. 6. 21.

Ex Vers. 19. *(Ingemui super diem confusionis.)*

65

Chrysostomi.] *Cùm omnem peccantem non castigas dolere oportet. Etenim ad confusionem, & ad alia multa peccata fugienda sensum magis præbet castigatio. Nunc verò oppositum fit; dum delinquimus, inuerecundi sumus: dum punimur animum demittimus, commutantes tempora. At iusti non ita: sed dum punirentur, mentem erigebant, quemadmodum Apostoli in peccatis verò ita rubore suffundebantur, vt non solùm ipso peccatorum tempore, sed etiam eo elapso, punitioneque remissâ ingemiscerent, & lamentarentur. [Et post pauca.]* Ingemui in diebus confusionis meæ. *Hæc peccatorum est medicina, gemitus; partim quidem in eadem labi non sinens, partim verò quod est factum abstergens.*

Chrysost. *Castigatio inducit ad peccati erubescentiam, & fugam.*

Castigatio obstinatis nil proficit.

Lachryma medicina peccatorum.

(Et

[καὶ ὑπέδειξα.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὁρᾷς πόσον ἀγαθὸν τὸ ἐπιγινώσκειν τὰ ἁμαρτήματα; μᾶλλον ἡμᾶς ὑποτάττεσθαι ποιεῖ τῷ θεῷ. οὐ τὸ ἁμαρτάνειν λέγω, ἀλλὰ τὸ μετὰ τὴν ἁμαρτίαν ἐπιγνῶναι.

Ὀλυμπιοδώρου.] τοῦτο διὰ μέσου κεῖται. ὥσπερ τὸν σωζόμενον λαὸν ἐκ τοῦ θεοῦ. ἀντὶ τοῦ, ἀγαθόν σε ὑπόδειγμα ποιήσω. ἵνα διὰ τοῦ σοῦ ὑποδείγματος, καὶ ἄλλοι σωθῶσιν.

[υἱὸς ἀγαπητός.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] εἶδες πόσην μεταβολὴν εἰργάσατο; τὸν ἐν γῇ, τὸν μυσαρὸν, τὸν πολέμιον, τὸν ἐχθρὸν, παιδίον ἀγαπητὸν, ὥστε μὴ τῆς φύσεως εἶναι τὸ πρᾶγμα μόνον, καὶ παιδίον ἐλεύθερον, καὶ εὐγενές.

[ἐντυφῶν.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ὅτι τῷ αὐτεξουσίῳ ἐτιμήθη ἄνθρωπος, ὡς ἐξὸν αὐτῷ ἐντρυφᾶν ἐν οἷς ἂν θέλοι.

A

(Et ostendi tibi.)

Chrysostomi.] *Vides quantum bonum sit peccata agnoscere? magis nos Deo subiectos reddit. Non inquam peccare, sed post peccatum, agnoscere.*

Chrysost. Peccatorum cognitio quam proficua.

Olympiodori.] *Hoc veluti parenthesis est, sicut qui saluatur populus à Deo: quasi dicat, Bonum te cæteris exemplum proponam, vt tuo exemplo & alij salui fiant.*

Olympiod.

Vers.20. *(Filius dilectus Ephrem mihi.)*

66

B

Chrysostomi.] *Vides quàm mutuatus sit? Sceleratum hostem, inimicum filium dilectum, ne tantum esset res naturæ, & filium nobilem & generosum.*

Chrysost. Peccatoris conuersi mutatio ex Dei hoste in illius filium charissimum.

(Delicatus.)

Olympiodori.] *Quod libero arbitrio ornatus homo, vt in eo sit delicias sibi facere, quæ vult.*

Olympiod. Delicias nobis facimus quæ volumus.

Capitis 31. à vers. 21. vsque ad 23. Sectio Sexta.

C

TEXTVS VVLGATÆ.

21 STarue tibi speculam, pone tibi amaritudines: dirige cor tuum in viam rectam, in qua ambulasti: reuertere Virgo Israel, reuertere ad ciuitates tuas istas.

22 Vsquequò deliciis dissoluêris filia vaga? quia creauit Dominus nouum super terram: Fœmina circumdabit virum.

TEXTVS SEPTVAGINTA.

21 *STatue te ipsam Sion, fac pœnam, da cor tuum in humeros: via, in qua ambulasti reuertere Virgo Israel; reuertere in ciuitates tuas, luges.*

22 *Vsquequò conuertêris filia despecta? quoniam creauit Dominus salutem in plantatione noua: in salute circuibunt homines.*

PARAPHRASIS CHALDAICA.

21 *CŒtus Israel recordare tibi operum Patrum tuorum rectorum effunde preces, in amaritudine pone cor tuum, contemplare opera quæ fecisti an recta sint, cùm transmigraueris in viam longinquam nunc autem conuertere cætus Israel ad legem, & reuertêris ad ciuitates has.*

22 *Quousque tu te obfirmas quò minus redeas, cætus, cuius auersiones sunt multæ? Quia ecce creauit Dominus nouum in terra: Et populus domus Israel incumbet legi.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

67

Hieronym. Deliciis addictus dicitur demergi in profundum.

HIeronymus. (*Statue tibi speculas, pone tibi amaritudines,&c.*) Vbi nos diximus, *vsquequo deliciis dissoluêris:* Symmachus posuit, *Vsquequò demergêris in profundum?* Vtramque autem editionem ex toto posui, vt caput obscurissimum, & Ecclesiæ continens Sacramenta, à Septuaginta, siue quis alius hunc Prophetam interpretatus est: aut ignoratum, aut omissum ostenderem. Verbum Hebraicum ▭ ציונים vel in speculatores, vel in speculas vertitur: vt Aquila, & Symmachus interpretati sunt. Vnde miror, quid sibi voluerit Vulgata editio, vt pro ▭ ציונים hoc est, pro speculatoribus, Sion poneret, turbarétque lectoris intelligentiam, quò putaret post Ephraim ad Sion, & ad tribum Iuda repentè Dei factum esse sermonem: cùm perpetua oratio sit Ephraim: cui supra locutus est: *Audiens audiui Ephraim:* Et, *filius honorabilis mihi Ephraim,* siue *puer delicatus:* cui & nunc loquitur; *Statue tibi speculas,* siue speculatores, qui tibi prænuncient aduenire tantam rerum omnium fœlicitatem.

Speculationi, aut saltem iis qui eidem vacant, studendum, vt salubria edoceamur.

D

Quodque sequitur, amaritudines, quæ Hebraicè dicuntur ▭ תמרורים pro quibus Symmachus interpretatus est, *transmutationes:* hoc indicat, quòd flere debeat, vel antiqua peccata, vel gaudij magnitudine, & tota ad Dominum mente conuerti, & ponere, siue dirigere cor suum in viam per quam profecta est: inde enim illam esse redituram. Quodque pro hoc dixère Sept. *Da cor tuum in humeros:* illud significat, quòd cogitationes debeat operibus iungere, siue humeros contemplari portantium se, de captiuitate reducentium. Quod Isaias pleniùs exequitur in [a] Camelis, & curribus, ac basternis eos asserens reducendos. *Reuertere,* inquit, *virgo Israel, reuertere ad ciuitates tuas,* quas captiuus deseruisti: *vsquequò negligentiâ dissoluêris,* & profundo errore vagaberis? Respice quid dicturus sum, & vnde tibi tanta beatitudo expectanda sit, diligenter attende. Audi quod numquam ante cognoueras. *Nouam rem creauit Dominus super terram.* Absque viri semine, absque vllo coitu, atque conceptu, *fœmina circumdabit virum,* gremio vteri sui: [b] qui iuxta incrementa quidem ætatis per vagitus & infantiam proficere videbitur sapientiâ, & ætate: sed perfectus vir in ventre fœmineo solitis mensibus continebitur. Vnde Symmachus, & Aquila, iuxta nostram editionem interpretati sunt. Quid sibi autem in hoc loco voluerit editio Vulgata, possem dicere, & sensum aliquem reperire: nisi de verbis Dei humano sensu argumentari esset sacrilegum. Theodotio autem & ipse Vulgatæ editioni consentiens, interpretatus est; *Creauit Dominus salutem nouam,*

Conuersus ad Deum defleat antiqua peccata, & præ gaudij magnitudine totâ mente ad Deum directus.

Cogitationibus bonis iungenda opera.

a Isai.66.20.

E

Vagans dicitur negligentiâ dissolui.

Incarnatio Christi nouum dicta, ob modum conceptionis, & ob perfectionem concepti in Virginis vtero.

F

b Luc.2.52.

nouam, in ſalute circuibit homo: ſingulare ponens pro plurali. Simúlque & hoc notandum, quòd natiuitas Saluatoris, atque conceptus Dei, creatio nuncupetur.

Incarnatio Verbi dicta Creatio.

68 Theodorit.

Theodoritus. Hortatur poſtea, vt medicamentis pœnitentiæ vtatur, *Conſtitue te ipſam, Sionim.* Hanc dictionem Sionim, Syrus eſt interpretatus, *ſigna*, quaſi dicat, Annotari oportebat, quos fructus ex tranſgreſſione decerpſiſti: quæ verò bona tibi conciliauit pœnitentia. Idcirco admonet, vt ſpontaneâ caſtigatione vtatur. *Sume de te ipſa ſupplicium. Da cor tuum in humeros tuos.* Ac ſi dicat, Impone tibi ipſi onus pœnitentiæ: permane in his, quæ rectè præelegiſti. Iſtud enim ſubdidit, *In via, quâ ambulaſti.*

Pœnitenti duo ob oculos habenda, & mala quæ eſt peccatis decerpſerat, & bona quæ ex pœnitentia retulit. In Pœnitentia ſtudiis perſeuerandum.

Hortatur poſtea, vt reuertatur, & redeat ad ſuas ciuitates, non tamen luctum deſerat. *Reuertere* enim *lugens*, ait, *in vrbes tuas.* Nec huiuſmodi luctus aduerſatur lætitiæ, cùm nos alioqui fruentes bonis memores eſſe debeamus propriorum delictorum, & ea deflere. *Vſquequò auerteris, filia ignominioſa? quia creauit te Dominus in ſalutem, in plantationem nouam, vndequáque venient homines in ſalute.* Hoc loco apertè oſtendit cauſam reuocationis: cùm per eam vaticinetur futuram nouam plantationem. Hanc enim mundo attulerunt, qui ex ea nati ſunt Apoſtoli, quod non obſcurè dicit ſermo propheticus, *vndequáque venient homines in ſalute.* Hi enim permeantes omnes gentes, per Dei cognitionem illis ſalutem attulerunt.

69 *Poſt Conuerſionem, vel etiam in bonorum ſpiritualium fruitione, tranſacta recogitanda, & deflenda ſunt peccata. Per Apoſtolos facta noua Eccleſiæ plătatio Gentiŭ omnium.*

70 D.Thom.

D.Thomas. Hîc ponitur pœnitentis inſtructio. (*Statue tibi ſpeculam*) vt conſideres proſpera, quæ nunciantur: vel viam per quam redeas (*amaritudines*) ſollicitudinem de reditu. (*Dirige*) conſidera viam per quam veniſti, vt per eam redeas: vel meliùs (*ſpeculam*) contemplationis (*Amaritudines*) pro peccatis præteritis (*in viam rectam*) id eſt, in viam iuſtitiæ, per quam patres tui ambulauerunt. Apoc. 2. [a] *Memor eſto vnde excideris: & age pœnitentiam: & prima opera fac.*

Pœnitenti triplici vacădum ſtudio, contemplationi, mortificationis pro tranſactis, & operum bonorum.

a Apoc. 2. 5.

(*Reuertere Virgo Iſrael, &c.*) Hîc ponitur reuocatio ipſorum in terram ſuam. Et primò ponitur reuocatio. (*Reuertere: vſquequò deliciis diſſolueris filia vaga.*) Hoc dicitur quantùm ad illos qui abſorpti delitiis Chaldæorum in terram promiſſionis reuerti nolebant: qui rectè propter mollitiem mulieres vocātur ſupr. 3. [b] *Tu autē fornicata es cum amatoribus multis: tamen reuertere ad me, dicit Dominus, & ego ſuſcipiam te.* Secundò ponitur reuocationis ratio ex Chriſti incarnatione: quæ omnes inducere debet vt à delitiis recedant (*quia creauit.*) Quia ſolâ diuinâ virtute agente cōceptio illa facta eſt. (*Fœmina*) propter fragilis ſexus conditionem (*circumdabit*) in vtero ſuo (*virum*) Chriſtum ab initio conceptionis ſuæ perfectum in ſcientia & gratia. Vnde ad terram in qua nouum hoc euenire dicitur: debetis properare. Ephe. 4. [c] *Induite nouum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate veritatis.* Zach. 6. [d] *Ecce vir oriens nomen eius. Et ſubter eum orietur. Et adificabit templum Domino.*

Deliciis impedimur, ne à mundo redeamus ad Deū.

b Ierem. 3. 1.

Incarnatio verbi excitare quemque debet, vt à mundi recedat delitiis. Chriſtus in virginis vtero vir perfectus in ſcientia, & gratia.

c Ephe. 4. 24.
d Zach. 6. 12.

71 Greg. PP.

Quoad primum membrum verſ. 21. *Statue tibi ſpeculam.* Gregorius Papa lib. 22. Moral. cap. 15. Si ſemel in appetitione ſupernæ patriæ forti ſtabilitate animus figitur, minùs rerum temporalium perturbatione vexatur. A cunctis quippe externis motibus eamdem intentionem ſuam, quaſi quemdam ſecretiſſimum receſſum petit: ibique incommutabiliter inhærens, & mutabilia cuncta tranſcendens, ipſa iam tranquillitate quietis ſuæ in mundo extra modum eſt. Excedit profectò ima omnia intentione ſummorum: & cunctis rebus quas non appetit, libertate quadam ſe ſupereſſe ſentit, nec tempeſtatem rerum temporalium intus ſuſtinet, quam intuetur foris: quia terrena omnia quæ concupita opprimere mentem poterant, deſpecta ſubteriacent. Vnde bene per Prophetam dicitur: [e] Statue tibi ſpeculam vt dum quiſque ſpeculatur ſumma ſupereminear infimis.

Cæleſtium appetitioni additus haud multū perturbatione angitur temporalium.

Cæleſtia conſiderans infimu, ac terrenu rebus ſuperiorem ſe intelligit.

e Iere. 31. 21.

72 Greg. PP.

Quoad idem verſ. 21. membrum primum cum adiecto, Gregorius Papa item lib. 31. Moral. cap. 31. Vniuſcuiuſque ait, animam Ieremias admonet, dicens. (*Statue tibi ſpeculam, pone tibi amaritudines.*) Speculam quippe ſibi ſtatuere, eſt ventura vitiorum certamina ex alta conſideratione prænoſcere. Sibique electi mens amaritudines ponit, quando & in virtutum pace conſtituta: dum mala inſidiantia conſpicit, ſecura quieſcere non conſentit. Primò autem, ne mala quælibet: Secundò verò loco conſiderat, ne bona incautè faciat: & poſtquam praua ſubegerit, ipſa etiam ſibi ſubiicere recta contendit: ne ſi mentis dominium tranſeant, in elationis culpam vertantur. Quia enim, ſicut ſuperiùs dictum eſt, plerúmque ex bonis per incuriæ vitium mala naſcuntur: vigilanti ſtudio contemplatur, quomodo ex doctrina arrogantia, ex iuſtitia crudelitas, ex pietate remiſſio, ex Zelo ira, ex manſuetudine torpor oriatur: Cúmque bona hæc agit, quòd hi contra ſe hoſtes per hæc exurgere valeant, conſpicit. Nam cùm adipiſcendis doctrinæ ſtudiis elaborat: mentem ſollicitè contra certamen arrogantiæ præparat. Cùm culpas delinquentium iuſtè vlciſci deſiderat: ſagaciſſimè cuitat, ne modum iuſtitiæ crudelitas vindictæ tranſcendat. Cùm pietate frænare ſe nititur, ſolerter proſpicit, ne quà diſciplinæ diſſolutione vincatur. Cùm ſe recti zeli ſtimulis excitat: ſummoperè prouidet ne pluſquàm neceſſe eſt iræ ſe flamma ſuccendat. Cùm magnâ manſuetudinis tranquillitate ſe temperat: vigilanter obſeruat ne torpore frigeſcat.

Vitiorum imminentia certamina ex alta conſideratione prænoſcere debemus. Virtutum in ſtudio metuĕdum, ne bona incautè faciamus, & in elationem. Mala plerūque naſcuntur ex bonis.

73 Hieronym.

Quoad tertium eiuſdem verſ. 21. membrum, quo pro, *Dirige cor tuum in viam rectam*, Sept. habent, *Da cor tuum in humeris.* Hieronymus ſuper ea capitis 66. Iſaiæ, [f] *In humeris portabimini.* In humeris, ait, quos & Iacob interpretatur filio ſuo Iſachar. [g] *Quia ſuppoſuit humerum ſuum ad laborandum, & vocatus eſt vir agricola.* Sudore enim & labore nimio ad vbertatem fructuum peruenimus. Vnde & ad Sion per Ieremiam dicitur: [h] *Da cor tuum in humeros tuos*: vt à mandatis intelligat, imitans eum de quo ſcriptum eſt: [i] *Ieſus cæpit facere & docere*: vt non otioſa ſit fides, ſed per opera currat ad præmium.

f Iſai. 66. 12.
g Gen. 49. 15.

Fidei iuncta ſint opera.

h Ier. 31. 21.
i Act. 1. 1.

Quæ idem circa finem Comment. in caput. 6. Oſeæ hiſce replicat. Quod humerus opus ſignificet, illud oſtendit: [k] *Da cor tuum in humerum tuum*, hoc eſt, quæ intelligis, verte in opera. Et de Iſachar, [l] legimus quod ſuppoſuerit humerum ſuum ad laborandum, & vir agricola ſit.

Humerus in Scriptura ſignificat opus.
k Ier. 31. 21.
Cognita deducenda ad opus.
l Gen. 49. 15.

Quod in quarto eiuſdem verſ. 21. membro dicitur, *Reuertere Virgo Iſrael ad ciuitates tuas*, refert ad reditum iuſtorum in cæleſtem patriam Paſchaſius Rathbertus de Vita Adelhardi Abbatis, dicens de illo, Idcirco abiit chariſſimus mihi, & receſſit. Reuerſa eſt virgo Iſrael ad ciuitates ſuas, & deinceps ambulat glorioſè ſuper aquas redemptionis æternæ.

Cæleſtis patria appellata ciuitates noſtra, ad quas iuſtorum animæ redeant.
Paſch. Rath.

74

Circa verſ. 22. ac primùm prout legitur in verſione

Athanas. *Salus noua creata dicitur in Christi incarnatione.*

versione Sept. Athanasius serm. 3. contra Arrianos post medium, illud, inquit, Ieremiæ. *Creauit Dominus nouam salutem ad plantandum, in qua salute ibunt homines.* Quibus verbis, ait, non essentiam alicuius creaturæ denotat, sed in hominibus instaurandam salutem vaticinatur, quæ in Christo Iesu nobis obuenit.

Athanas. *Filius Dei non est creatura.*

Idémque Athanasius Epistolâ ad Epictetum Episcopum in Expositione fidei quæ illi subiicitur, Peregrinum ait, est, & alienum à Trinitate, (Si filias) dicatur creatura, quoniam omnia creata sunt à patre per eum, & solus filius è Patre genitus est, ideóque primogenitus est omnis creaturæ Deus, Verbum, incommutabilis ex incommutabili. Ipsum autem corpus quod propter nos gestauit, creatura censendum est, de quo loquitur Ieremias secúdùm Septuaginta traditionem: *Dominus nobis creauit ad plantationem salutem nouam, in qua salute venient homines*: secundùm Aquilam verò illud dictum ita se habet, *creauit Dominus nouum in Fœmina.* Portò quæ creata est nobis in plantationem Iesus est, salus noua & non vetusta, qui pro salute nostra factus est homo, vt interpretatio nominis præ se fert: aliquatenus execratio, aliquatenus Saluator. Est autem ex Saluatore salus, quemadmodum ex lumine illuminatio. Salus igitur ex Saluatore increato noua (quemadmodum inquit Ieremias, *nouam nobis salutem creauit*, & vt Aquila ait, *Creauit Dominus nouum in fœmina*, hoc est, in Maria. Nihil enim conditum est nouum in fœmina, nisi quòd ex Maria Virgine editum est sine commercio Veneris Dominicum corpus, vt in Prouerbiis ex persona filij dictum est, [a] *Deus creauit me in principio viarum suarum, ad opera manuum ipsius*: non autem dicit, ante opera creauit me, ne quis ad Deitatem Verbi illud dictum desumat.

Christi corpus est creatura.

Iesus iuxta significatum nominis sui salus noua creata in plātationem.

Nouum nihil creatum in fœmina, nisi quod ex Maria editum est sine virili semine.

a Prou. 8. 22.

75 Aponius.

Quoad Vulgatæ lectionem, virus quidem Aponius retulisse hæc videtur ad animam, siue humanam naturam appræhendentem siue circumdantem Iesum Christum. Siquidem in Summariolis Lucæ Abbatis ex Aponio ipso in caput 8. Cant. Canticorum super ea verba, [b] *Appræhendam te, & ducam*, &c. hæc habentur, Sola est anima, id est, natura humana, quæ sponsum desiderat appræhendere, & circumdatum carne in domum matris Synagogæ introducere, & ibi ab ea doceri ea, quæ nec oculus vidit, &c. De qua circumdatione, vel appræhensione prædixerat Ieremias, dicens, *Creauit Dominus nouum super terram, & fœmina circundabit virum.*

b Cant. 8. 2. *In Incarnatione nouā ratione humana natura circūmdedit verbum.*

Cæteùm communis Patrum sensus eiusdem lectionis est, vt de B. Virgine Maria hæc intelligantur, quatenus incarnatum Verbum in Vtero habens sucmet ibi virum circumdedit ventre. Quamquam discrimen aliquod inter ipsorum nonnullos sit in afferendis nouitatis hac in re rationibus. Ideòcò quæ mihi apud illos obseruare licuit referam.

76 Cyprian. c Abac. 3. 2. Sec. Sept. *In Christo quæ facta sūt vniuersa, sicut & eiusdē gesta admirationem causant.*

Cyprianus lib. de Cardinalibus operibus Christi, (Si tamen Cypriani est opus illud, quod non credo) De Christi Natiuitate. Cùm Abacuc, inquit, Cano: [c] *Consideraui opera tua, & expaui*: Miror ieiunium, miror tentationes, miror omnipotentem in sepulchro iacentem, miror occisum, & resurgentem. Hæc sunt noua mira quæ prædixerat Ieremias: [d] *Nouum faciet Dominus super terram. Mulier circundabit virum.* [e] *Opus suum faciet, & peregrinum opus eius ab eo.* [f] *Iesus Christus heri & hodie* ante Luciferum genitus, initium carnis sumpsit ex virgine; quem cæli cælorum non capiunt; qui implens omnia cùm sit in omnibus, àb his tamen non capitur nec tenetur. Nouum est & inauditum, quòd in materni angustia vteri circumdedit intra se fragilis caro virtutem altissimi, & ordinem rerum cursúmque naturæ mutauit sapientia Dei: & vbique diuinitas dilatata, plenitudinem sui vasi infundens exiguo, sic est circumdata muliebri vtero, vt cùm vniuersa ambiret implens omnia, excedens cuncta, intra se omnia continens, extra vniuersa complectens. Quem nos paruulum, Propheta nuncupat virum; insinuans ei numquam defuisse virtutem, sed semper virilis ætatis affuisse fortitudinem, quem infantilis infirmitas occultabat. [g] *Opus suum* igitur *fecit* quod creauerat, saluans quod perierat, ad vitam reuocans, quod mortuum erat. *Sed peregrinum opus* fuit in Deo, quòd [h] *verbum factum est caro*, quòd factus est visibilis & compræhensibilis, passibilis & mortalis: & peregrinum à maiestate; puer sugens vbera, panniculis inuolutus & sustinens conuicia, filius Dei in patibulo constitutus.

d Ier. 31. 22. e Isai. 28. 21. f Hebr. 13. 8.

Christū carnem sumpsisse ex Virgine prænunciatū vt nouum. Christu Maria vtero circumdatum nouum ob immensitatem diuina eius natura. Christū Maria vtero circumdatum nouum ob virilis ætatis fortitudinem in infantili occultatum infirmitate.

g Isai. 28. 21. h Ioan. 1. 14.

Incarnatio, quæque in Christo incarnato contigēre dicta peregrinum opus Dei.

Augustinus Tomo 10. Serm. de tempore. Sermone quinto in Natali Domini. Ducite fideles Christi festiuissima gaudia, res nobis hodie perfecta est noua, quæ olim fuerat repromissa, vt sine Virginis detrimento pudoris, filium lactarent vbera genitricis. Hæc illa est nouitas Ieremiæ Prophetæ vaticinio nunciata, *Faciet*, inquit, *Dominus nouum super terram.* [i] Et quasi quamdam lucernam huius obscuritatis accendēs, continuò subiecit. *Fœmina circundabit virum.* Hoc est, inquit nouum quod super terram dico Dominum esse facturum, quia fœmina circundabit virum. O Fœmina super fœminas benedicta, quæ & virum non cognouit, & virum in vtero circundedit: quæ concubitu carnali non tangitur, & tamen carneâ prole de spiritali semine gratulatur. Circumdat Maria virum Angelo fidem dando, quia Eua perdidit virum serpenti consentiendo: *Faciet*, inquit, *Dominus nouum super terram.*

77 August. *In Natiuitate Christi facta noua repromissa apud Ieremiam.*

i Iere. 31. 22.

In Incarnatione Christi nouum in eo factum quod absque carnali concubitu Maria carneam prolem de spiritali semine in vtero habet.

78 Hild. Tolet. *Nouum quod in Maria factum dicitur Ieremia, in modo extitit & conceptionis, & partus Christi.*

Hildephonsus Toletanus lib. contra eos qui disputant de perpetua virginitate Sanctæ Mariæ, & de eius parturitione Tom. 9. Bibliot. Vet. Patrum col. 683. Christus de Virgine speciali, & ineffabili quodam modo procreatus absque vexatione matris ingressus est mundum. Et ideo pium est credere, quòd non sicut cæteri, sed nouo, & admirabili ordine Deus & homo natus est in mundum. Hinc ergo est, quod Ieremias testatur. *Faciet Dominus nouum super terram, & mulier circumdabit virum.* Quòd si vtique nouum fuit, & admirabile, quòd Virgo concepit sine semine, & sine corruptione viri, vetustas non potuit esse in partu: Et ideo nihilominus credendum, quòd simili modo nouo, & admirabili ordine natus sit in mundo sine dolore, & sine gemitu, & sine vlla corruptione carnis.

In columna autem 689. Hoc inquit, est nouum illud miraculum iuxta Ieremiam, quod Dominus se facturum promittit super terram. Non in quo vetustas peccati desæuiat corrumpendo virginea membra: sed in quo renouentur omnia. Vnde Augustinus in Epistola ad Ephesios. Quid enim in homine, qui à Saluatore nostro assumptus est, non nouum fuit? Conceptus, natiuitas, partus, infantia, doctrina, vita, virtutes. Et ideo ex toto iure dicitur nouum, sicut in conceptu, ita & in partu.

Noua omnia dicenda, quæcumque in Christo facta fuēre.

79 Pasch. Rath. k Matt. 1. 18.

Paschasius Rathbertus lib. 2. in Matth. ad modum conceptionis totam referens [k] nouitatem, Habens,

Habens, inquit Euangeliſta, *in vtero*, non aliunde accipiens, ſi quomodo expleretur illud Ieremiæ vaticinium, *Ecce faciet Dominus nouum ſuper terram, & mulier circundabit virum.* Circundabit autem, non aliunde quàm ex ſe gignendo: vt ſit nouum & ſæculis inauditum, quòd virgo conceperit, & demum manſerit incorrupta. Alioquin nouum non eſſet, niſi contra naturam, imò vltra naturam, Virgo Deum & hominem ſine coitu genuiſſet. Et notandum, quam hîc mulierem appellat, [a] Iſaias, vt mirabilius illud enunciaret. Virginem deſignauit. Ille ſiquidem mulierem, vt ſexum monſtraret: & oſtendit & præmiſit, nouum, vt Virginem explanaret. Iſte verò vt incredulos mulceret ad fidem, manifeſtiùs parituram pro miraculo. Virginem præſignauit.

> Iere. 31. 22.
> *Chriſti incarnatio in Maria vtero, nouum ob inauditum cõceptionis modũ.*
> *Chriſti conceptio contra naturam, imo vltra naturam.*
> a Iſai. 7. 14.
> *Maria quomodo dicta Virgo, & mulier.*

80 Bernardus.

Bernardus Abbas Homil. 2. ſuper Miſſus eſt. *Creauit Dominus nouum ſuper terram. Fœmina circundabit virum.* Si dixiſſet, fœmina circundabit infantem, aut paruulum, nec nouum videretur, nec mirum. Nunc autem, quia nil tale poſuit, ſed dixit, *Virum:* Quærimus quæ ſit hæc nouitas, quam Deus fecit in terra. Sed verto me ad conceptum, partúmque virginalem. Si fortè inter plurima noua, ac mira quæ ibi profectò inſpicit qui diligenter inquirit, etiam hanc, quam de Propheta protuli, reperiam nouitatem. Porrò ibi agnoſcitur longitudo breuis, latitudo anguſta, altitudo ſubdita, profunditas plana. Ibi agnoſcitur lux nõ lucens, Verbum infans, aqua ſitiens, panis eſuriens. Videas ſi attendas, potentiam regi, ſapientiam inſtrui, virtutem ſuſtentari: Deum denique lactentem, ſed Angelos reficientem; vagientem, ſed miſeros conſolantem. Videas, ſi attendas, triſtari lætitiam, pauêre fiduciam, ſalutem pati, vitam mori, fortitudinem infirmari: ſed quod non minùs mirandum eſt, Ipſa ibi cernitur triſtitia lætificans, pauor confortans, paſſio ſaluans, mors viuificans, infirmitas roborans. Cui iam illud quoque non occurrat, quod quærebat? Numquid nõ facile tibi eſt, inter hæc fœminam agnoſcere, virum circundantem, Cùm Mariam videas virum approbatum à Deo Ieſum ſuo vtero circumplectentem? Virum autem dixerim fuiſſe Ieſum, non ſolùm iam, cùm diceretur vir Propheta, potens in opere, & ſermone. Sed etiam cùm tenera adhuc infantis membra Dei mater blando vel foueret in gremio, vel geſtaret in vtero. Vir igitur erat Ieſus nec dum etiam natus: ſed ſapientiâ, non ætate: animi vigore, non viribus corporis: maturitate ſenſuum, non corpulentiâ membrorum. Neque enim minus habuit ſapientiæ, vel potiùs, non minus fuit Sapientiâ Ieſus conceptus, quàm natus, paruus, quàm magnus. Cur denique dubito, Virum fuiſſe in vtero, quem mihi Deum fuiſſe non ambigo? Minus quippe eſt, eſſe virum, quàm eſſe Deum.

> *Chriſti in conceptu partuque virginali innumera aduertere licet noua.*
> *In Maria vtero Chriſtum virum cõtinẽte factum nouum.*
> *Viri nomẽ aptiſſimè Chriſto inditũ vel in vtero Virginis, ſapientia, animi vigore, ſenſuũq; maturitate.*

81 D. Thom.

D. Thom. 1. p. q. 73. art. 1. Scholaſticè in 3. argumento, Ex hoc loco aſſerit Incarnationis opus nouum quid factum. In eiuſdemque tertij argumenti ſolutione ait, Dicendum quòd nihil poſtmodùm à Deo factum eſt totaliter nouum, quin aliqualiter in operibus ſex dierum præceſſerit, & circa finem ſolutionis, ait, Quædam verò præceſſerunt ſecũdùm ſimilitudinem, ſicut animæ quæ nunc creantur, & ſimiliter Incarnationis opus, quia vt dicitur Philip. 2. [b] *Filius Dei eſt in ſimilitudinem hominum factus.* Vnde dicitur Eccleſ. [c] *Nihil ſub Sole nouum, iam enim præceſſerunt in ſæculis, quæ fuerunt ante nos.*

> *Nouum totaliter nihil factũ eſt à Deo poſt opera ſex dierum.*
> *Incarnationis opus ita nouũ, vt tamen præceſſerit ſecundùm ſimilitudinem aliquam.*
> b Philip. 2. 7.
> c Eccleſ. 11. 10.

Bonauenr. pariter lib. 2. Sent. diſt. 15. Dub. 4. in expoſitione textus Magiſtri, aſſerit idipſum. Sed addit, aliter poſſet dici, quòd requieuit (Deus) facere nouam creaturam, quæ quidem ſit de neceſſitate perfectionis vniuerſi: productio autem Chriſti excedit vniuerſi complementum: & ideo puræ gratiæ eſt, & dicitur Deus feciſſe nouum, cùm mulier circumdedit virum.

> Bonauent.
> *Noua à Deo poſt opus ſex dierum nulla facta eſt creatura, quæ ſit de neceſſitate perfectionis vniuerſi.*

82 Bonau.

Idem autem Bonauentura Expoſitione in cap. 2. Ioannis ſuper ea verba, [d] *Sed ille dicebat de templo corporis ſui.* Propoſitâ difficultate de Organizatione corporis Chriſti in Virginis vtero pluribus facta diebus, atque ex hac Ieremiæ ſententia inferens contrarium, ſubdit, Corpus perfici, poteſt intelligi dupliciter: vel organizatione, vel magnitudine ſiue mole: omnia enim alia corpora humana concepta ex ſeminibus permixtis perficiuntur vtróque modo, prout ait Auguſtinus. Qui ait: Conceptio humana ſic procedit, quod in primis ſex diebus, lactis quaſi habet ſimilitudinem, ſequentibus nouem conuertitur in ſanguinem, duodecim diebus ſolidatur, reliquis diebus formatur vſque ad perfecta lineamenta. Et ibi bene de hoc. Corpus verò Chriſti in primo inſtanti fuit organizatum completè, tamen mole & magnitudine membrorum ſpatio dierum perficiendum. Ideo numerus prædictus non eſt dicendus conuenire ſacro corpori Chriſti quantùm ad diſtinctionem ſicut aliis corporibus: ſed eo modo quo dictum eſt. In inſtanti enim primo conceptionis completum & organizatum fuit corpus Dominicum & Verbo vnitum.

> *Incarnationis opus excedit vniuerſi complementum & pura eſt gratia, ideóque rectè dictum nouum.*
> d Ioan. 2. 21.
> *Corpus Chriſti an fuerit organizatum in tẽpore, quo alia hominũ corpora.*
> Auguſt. lib. 83. Quæſt. num. quæſt. 56. Tom. 4.
> *Corpus perfici dupliciter poteſt, & organizatione & quantitatis mole.*
> *Corpus Chriſti in primo inſtanti conceptionis fuit, organizatum completè, perficiendum tamen conſueto dierum ſpatio in membrorũ magnitudine*

CATENA GRÆCA VETERVM
PATRVM GRÆCORVM.

Στῆσον σε.]

Ἀνεπιγράφου.] μὴ σαλεύου φησὶν ἐν τοῖς δόγμασιν, κόλασον σεαυτὴν ἐπὶ ταῖς ἁμαρτίαις. ὑπωπίασον καὶ δουλαγώγησόν σου τὸ σῶμα. ὅλον σου τὸ διανοητικὸν πρὸς τοῖς ἔργοις ποίησον. τοῦτο γάρ, δοῦναι τὴν καρδίαν εἰς ὤμους.

|| Ὀλυμπιοδώρου.] Διανάστηθι ἐκ τοῦ τῆς ἁμαρτίας πτώματος. ἀνάστηθι διὰ τοῦ τροπαίου σταυροῦ. ἢ οὕτως στῆσον σεαυτήν. ἀκριβολογήθητι τὰ κατὰ σεαυτήν. πρὸς ἑαυτὴν κρίθητι, καὶ δοκίμασον σεαυτήν. ||

Verſ. 21. S*iſte te ipſam Sion.)*

83 Incerti.

Incerti.] *Ne ſis, inquit, inconſtans in dogmatibus, te ipſam in peccando caſtiga, ſubige, & in ſeruitutem redige corpus tuum: totam mentis aciem ad opera confer: hoc enim eſt, dare cor in humeros.*

> *Cor dare in humeros quid ſit.*

|| Olympiodori.] *Surge è peccati lapſu. Surge crucis Trophæo. Vel ſic, ſiſte temetipſam; tuas res diligenter examina; eſto tui iudex, teque ipſam proba.*

> Olympiod.
> *Conſcientia examen conſultum.*

[Ποίησον.]

Ὀλυμπιοδώρου.] Διὰ τῆς ἐν Χριστῷ πίστεως καὶ τῆς μετανοίας τιμώρησαι τὰ φαῦλα, καὶ τοὺς αὐτὰ ἐνεργοῦντας δαίμονας.

[Δὸς καρδίαν.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἀνάλαβε φησὶ τοῦ κυρίου τὸν σταυρὸν ἐπὶ τῶν ὤμων. ἄλλως. μὴ κρύπτε τὰ φαῦλα, ἀλλὰ φανέρωσον αὐτὰ δι' ἐξομολογήσεως. ἄλλως ἐπίδος αὐτὴν εἰς τὸν κάματον τῆς μετανοίας.

[Ὁδὸν ἣν πε.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐπειδὴ πεπόρευσαι ἐπὶ τὰ φαῦλα ὑπόστρεψον ἐπὶ τὰ ἀγαθά.

[Ἀποστράφηθι.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ὑπόστρεψον εἰς τὴν ἐξ ἀρχῆς ἐπαινουμένην πολιτείαν. καὶ πένθησον ἐπὶ ταῖς προτέραις ἁμαρτίαις, τὸ πένθος τὸ μακαριζόμενον.

[Ἕως πότε.]

Ὀλυμπιοδώρου.] μέμφεται αὐτῇ ὡς βραδυνούσῃ εἰς τὴν ὑπακοήν.

[Ὅτι ἔκτισέ με.]

Θεοδωρήτου.] ἔοικε δὲ λέγειν καὶ τὴν αἰτίαν τῆς ἀνακλήσεως. τὴν γὰρ καινὴν καταφύτευσιν δι' αὐτῆς ἔσεσθαι προθεσπίζει. ἣν οἱ ἐξ αὐτῆς βλαστήσαντες ἀπόστολοι προσήνεγκαν τῇ οἰκουμένῃ, προσνοστήσαντες τὰ ἔθνη. διό φησιν. ἐν τῇ σωτηρίᾳ περιελεύσονται ἄνθρωποι.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐ καθάπερ πρότερον, ὥστε ἀναπαυθῆναι πάλιν. πάντα ἐκεῖνα σεσίγηται. οὐκέτι λόγος αὐτῶν οὐδείς.

|| Ὀλυμπιοδώρου.] ἀκύλας καὶ σύμμαχος. ὅτι ἔκτισε κύριος καινὸν ἐν τῇ θηλείᾳ ἐκδεδώκασιν. σαφῶς δὲ διὰ τούτων ὁ καινὸς ἄνθρωπος, ὁ σαρκωθεὶς λόγος, ὁ ἐκ παρθένου τεχθεὶς προκαταγγέλλεται. || [Ἐν σωτηρίᾳ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] διὰ Χριστοῦ φησιν ἐπανήξουσιν ἄνθρωποι εἰς παράδεισον, ὅθεν ἐξέπεσον.

Τοῦ αὐτοῦ.] τοιαύτην τινὰ δοξολογίαν, καὶ οἱ παῖδες ἀνέπεμψαν ἐπὶ τῷ σωτῆρι.

(Fac pœnam.)

Olympiodori.] *Per Christi fidem, & pœnitentiam de malis pœnas sumito, déque Dæmonibus ad ea instigantibus.*

Olympiod. *Pœnitens castiget carnem suam de peccatis.*

(Da cor tuum.)

84 Olympiod. *Cor suū dare in humeris, quid sit.*

Olympiodori.] *Assume ait Christi crucem super humeros. Aliter: Ne operias mala, sed ea patefac per confessionem. Aliter: da illud ad pœnitentiæ labores.*

(Via in qua ambulasti.)

Olympiodori.] *Quoniam in malis ambulasti ad bona reuertere.*

Olympiod.

(Reuertere.)

85 Olympiod. *Per Pœnitentiā desslenda peccata, & redeundū ad laudabilem vitam pristinam.*

Olympiodori.] *Reuertere ad priora laudabilis vitæ instituta: desle super peccatis iam patratis lamentum edens beatitudine dignum.*

Vers. 22. *(Vsquequò conuerteris.)*

Olympiodori.] *Reprehendit illam, quasi tardam ad obediendum.*

Olympiod. *Obedientia non sit tarda.*

(Quoniam creauit Dominus salutem, &c.)

86 Theodorit.

Theodoreti.] *Videtur etiam dicere reductionis causam, nouam etenim plantationem per eam futuram prænunciat, quam qui ex ea pullularunt, Apostoli attulerunt Orbi, ad omnes Gentes profecti quare & ait:* In salute circuibunt homines.

Chrysoft.

Chrysostomi.] *Non sicut antea, vt rursus quies sequatur, illa omnia silentio obuoluta sunt, nulla illorum habetur ratio.*

Olympiod. *Incarnatio Verbi prænunciata.*

|| Olympiodori.] *Aquila & Symmachus ita verterunt,* quia creauit Dominus nouum in fœmina: *manifestè autem per hæc nouus homo, Verbum incarnatum, quem Virgo peperit prænunciatus est.* *(In salute.)*

Olympiod. *In Paradisū reuertimur per Christum.*

|| Olympiodori.] *Per Christum ait reuertentur homines in Paradisum: vnde exciderunt.*

Eiusdem.] [a] *Hunc hymnum & Pueri Saluatori cecinerunt.*

a Matt. 21. 9.

Capitis 31. à vers. 23. vsque ad 27. Sectio Septima.

TEXTVS VVLGATÆ.

23 Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel: Adhuc dicent verbum istud in terra Iuda, & in vrbibus eius, cùm conuertero captiuitatem eorum: Benedicat tibi Dominus pulchritudo iustitiæ mons sanctus.

24 Et habitabunt in eo Iuda, & omnes ciuitates eius simul: agricolæ & minantes greges.

25 Quia inebriaui animam lassam, & omnem animam esurientem saturaui.

26 Ideo quasi de somno suscitatus sum: & vidi, & somnus meus dulcis mihi.

TEXTVS SEPTVAGINTA.

23 *Quia sic dixit Dominus: adhuc dicent sermonem istum in terra Iuda, & in vrbibus eius; quando reduxero captiuitatem eius: Benedictus Dominus super iustum montem sanctum eius.*

24 *Et qui habitant in vrbibus Iuda, & in omni terra eius, simul cum agricola; & eleuabitur in grege.*

25 *Quia inebriaui omnem animam sitientem: & omnem animam esurientem saturaui.*

26 *Ideo expergefactus sum, & vidi: & somnus meus iucundus mihi factus est.*

PARAPHRASIS CHALDAICA.

23 *Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel: Adhuc dicent verbum istud in terra domus Iuda, & in ciuitatibus eius, cùm reduxero captiuitatem eorum: Benedicat tibi Dominus habitaculum veritatis eius mons sancte.*

24 *Et habitabunt in ea viri domus Iuda, & in omnibus ciuitatibus eius simul agricolæ, & qui proficiscuntur cum gregibus.*

25 *Quia satiabo animam lassam, & omnem animam sollicitam implebo bono.*

26 *Dixit Propheta: Propter hanc annunciationem dierum consolationis qui venturi sunt, suscitatus sum & vidi; dormiui, & somnium meum requiem dedit mihi.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impreſſis.

87 Hieronym.

Hieronymus. (*Hæc dicit Dominus exercituum*, &c.) Iuxta Hebraicum manifeſtum eſt, quòd in reditu Iſrael, & in terram ſuam captiuitate conuerſâ, habitent vrbes Iuda, & dicatur eis per ſingula. *Benedicat tibi Dominus*, qui eſt verè *pulchritudo iuſtitia*, *& mons ſanctus*: in quo qui habitauerit, nullas timebit inſidias: *Et habitabit abſque iniquitate Iuda in ciuitatibus ſuis: eruntque agricolæ & pecorum multitudo*, quod ex parte videtur ſub Zorobabel & Ezdra eſſe completum. Plenitudo autem vaticinij ad Chriſti tempora referatur, & vel in primo aduentu, quando ſpiritualiter hæc facta ſunt, vel in ſecundo vniuerſa complentur: Iuxta nos ſpiritualiter, iuxta Iudæos, & noſtros Iudaizantes, carnaliter. Porrò iuxta Sept. hic ſenſus eſt. *Adhuc ſermo iſte dicetur in terra Iuda & in ciuitatibus eius, quando conuertero captiuitatem eius.* Quid dicetur? *Benedictus Dominus ſuper iuſtum montem ſanctum eius.* Mons qui iuſtitiæ, & ſanctitatis mereatur ſignificationem accipere, nullus eſt alius niſi ſaluator. Cæterùm ſtultum eſt irrationalem & inſenſibilem montem errore Iudaico iuſtum, & ſanctum credere. Ipſe eſt, de quo & in conſequentibus ſcribitur: *Et in omni ciuitate eius* ſubauditur Saluatoris: *cùm agricola* non dubium quin Dominum ſignificet: de quo in Euangelio ſcriptum eſt: [a] *Ego ſum vitis, vos palmites, pater meus agricola.* Vnde & Apoſtolus loquitur: [b] *Dei agricultura eſtis: Dei ædificatio eſtis.* Quodque ſequitur: *Et eleuabitur in grege*: hoc oſtendit, quod in ſingulis gregibus iuſtus & ſanctus, & agricola ipſe Dominus eleuetur in ſeruis ſuis, atque credentibus ad excelſa conſcendat.

Pulchritudo iuſtitia Deus. Mons ſanctus Deus, in quo tuto habitatur.

In Aduentu Chriſti primò quâ eximia. In Eccleſia ſpiritualiter contingent. Mons iuſtitia & ſanctitatis dici vni congruit Chriſto.

a Ioan. 15. 5.

b 1. Cor. 3. 9.

In ſeruis ſuis Chriſtus ad excelſa conſcendit.

88

(*Quia inebriaui animam laſſam*, ſiue, *quia inebriaui omnem animam.*) Mutatio perſonarum, facit obſcuram intelligentiam Prophetarum. Dixerat Dominus: *adhuc dicent verbum iſtud in terra Iuda, & in vrbibus eius, cùm conuertero captiuitatem eorum.* Quid autem dicent? Haud dubium quin hoc, quod ſequitur: *Benedicat tibi Dominus, pulchritudo iuſtitia mons ſanctus*, &c. Rurſumque illis iſta dicentibus, reſpondit Dominus: *Quia inebriaui animam laſſam*, ſiue *ſitientem, & omnem animam eſurientem ſaturaui.* Illoque iſta dicente, reſpondit populus, qui de captiuitate venerat: *Ideo expergefactus ſum, & vidi, & ſomnus meus dulcis fuit mihi. Quia Dominus inebriat animam laſſam*, *ſiue ſitientem*, & dicit in Euangelio. [c] *Qui ſitit veniat ad me, & bibat. Et qui credit in me, ſicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Et omnem animam eſurientem ſatiat*, atque ſitientem. De qua ſiti & eſurie idem in Euangelio teſtatur: [d] *Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam: quoniam ipſi ſaturabuntur.* Notandumque quòd ebrietas in hoc loco in bonam partem ponatur: de qua & in Cantico dicitur. [e] *Comedite amici: bibite & inebriamini chariſſimi.* Quâ ebrietate & [f] *Ioſeph inebriatus eſt cum fratribus ſuis in meridie.* Inebriati autem, atque ſaturati hi qui laſſi fuerant, atque eſurierant, agunt gratias reſpondentes: *Expergefactus ſum & vidi Dominum*, ſcilicet ſuſcitantem, atque dicentem. [g] *Surge qui dormis, & eleuare à mortuis, & illuminabit te Chriſtus. Et Somnus*, inquit, *meus dulcis fuit mihi*, vt imitarer Domini mei verba dicentis: [h] *Ego dormiui & ſoporatus ſum, & exurrexi, quoniam Dominus ſuſcepit me.*

Iuſtitiā eſurientes, ac ſitientes inebriat, ſaturatque Deus gratiâ ſuâ.

c Ioan. 7. 37.

d Matt. 5. 6.

Ebrietas in bonam partē ſæpe vſurpari ſolita.

e Cant. 5. 1.

f Gen. 43. 34.

Ebrietas ſpiritus expergefacit, tranſactūmque ſomnium reddit dulcem.

g Ephe. 5. 14.

h Pſal. 3. 6.

In Theodorito nihil quoad ea quæ his 4. Verſ. continentur, præter quàm hæc. Prænunciat iterum bona, quæ ſunt reditum ſecutura & naſcentem inde lætitiam.

89 D. Thom.

D. Thomas. Hic ponitur conſolatio ſpecialiter ad duas tribus. Et primò ponitur læta annunciatio, quia annunciat religionis ſanctitatem. (*Adhuc dicent*) Dominum & templum ipſius laudantes: non idola, (*pulchritudo iuſtitia: mons ſanctus*,) id eſt, mons Sion: ex eo enim doctrina legis & iudicium in totum regnum diffundebant propter Sacerdotes, & Reges qui ibi morabantur. Pſalmus. [i] *Magnus Dominus & laudabilis nimis: & magnitudinis eius non eſt finis.* Vel mons, id eſt, Chriſtus Dan. 2. [k] *Lapis exciſus de monte.* Promittit etiam pacis ſecuritatem: (*& habitabunt.*) Iſai. 62. [l] *Non vocaberis vltra derelicta: & terra tua non vocabitur ampliùs deſolata: ſed vocaberis voluntas mea in ea: & terra tua inhabitabitur* Promittit etiam bonorum vbertatem (*quia inebriaui*) abundè repleui (*animam laſſam*) priſtinis tribulationibus. Pſalmus. [m] *Quia ſatiauit animam inanem: & animam eſurientem ſatiauit bonis.* Secundò ponitur annunciantis exultatio (*ideo, quaſi de ſomno*) diuinâ, ſcilicet reuelatione (*dulcis*) propter viſam proſperitatem. Poſſunt etiam eſſe verba populi. Et ſomnus ſignificat præcedentem miſeriam, (*dulcis*) in quantùm miſericordiam conſequitur. Pſalmus. [n] *Ego dormiui & ſoporatus ſum: & exurrexi: quia Dominus ſuſcepit me.* Eccleſ. 5. [o] *Dulcis eſt ſomnus operanti: ſiue parum ſiue multùm comedat*, &c.

Mons Sion dictus pulchritudo iuſtitia, & mōs ſanctus.

i Pſal. 144. 3.

k Dan. 2. 34.

l Iſai. 62. 4.

Tribulatam animam inebriat, ſaturatque Deus ſpiritualibus gratiis.

m Pſ. 106. 9.

Somno ſignificata tribulationes & miſeria.

n Pſal. 3. 6.

o Eccl. 5. 11.

90 Bonauent.

Quoad Verſ. 23. Bonauentura Tomo 1. Opuſculorum, in ſpeculo B. Mariæ Virginis lectione 14. Benedicta eſt, ait, Maria, non ſolùm propter gratiam donorum cordis: non ſolùm propter gratiam labiorum oris: ſed etiam propter gratiam morum conuerſationis, & de hac benedictione accipi poteſt, quod dicitur in Ieremia, *Benedicat tibi Dominus pulchritudo iuſtitia, mons ſanctus*; Mons ſanctus eſt ſancta Maria, quæ benè mons dicitur, propter excellentiam meritorum, propter altitudinem vitæ & morum. Hic eſt mons, de quo, ſicut in Daniele legitur, [p] *Lapis ſine manibus abſciſſus eſt*, dum Chriſtus de Maria ſine opere maritali natus eſt. Pulchritudo huius montis, pulchritudo, inquam, iuſtitiæ, pulchritudo vitæ & morum Mariæ tanta fuit, vt meritò in Canticis de ipſa dici poſſit: [q] *Tota pulchra es amica mea*, &c. Pulchra vtique in vita, pulchra in morum diſciplina, & tota pulchra: Tota certè, tota. Quomodo tota? Audi Hieronymum, ait enim ſic: Quidquid in Maria geſtum eſt, totum puritas & ſimplicitas, totum gratia & veritas fuit, totum miſericordia & iuſtitia, quæ de cælo proſpexit. Tali pulchritudini Mariæ Dominus meritò benedixit. Heu quàm longè eſt ab iſta benedictione Mariæ, quicumque talis eſt in opere, quòd ſicut Mariæ dicitur: *Benedicat tibi Dominus pulchritudo iuſtitia*: ſic ei dici poteſt: Maledicat tibi Dominus, turpitudo iniuſtitiæ. O quanta maledictio erit, cùm dicetur: [r] *Diſcedite à me maledicti in ignem æternum.*

Maria benedictioni triplici inſignis, donorū cordis, gratia labiorum oris, & gratiā operationum. Maria mons sāctus appellata.

p Dan. 2. 34.

Maria pulchritudo iuſtitia.

q Cant. 4. 7.

Hieronym. in Aſſumpt. B. Mariæ c. 10. Tom. 9.

Impij maledictioni ſubiecti ob iniuſtitiæ prauorū operum fœditatem.

r Mat. 25. 41.

91 Ambroſ.

Quoad Verſ. 25. & 26. refert quæ in iis habentur in hunc modum Ambroſius lib. 2. de Pœnitentia capit. 6. dicens, Quam miſericordiam nobis

Pœnitentibus promittit Deus misericordiam Sacramentorum suorum.

nobis (Deus) polliceatur ostendit cùm ait, *Inebriaui omnem animam sitientem, & omnem animam esurientem satiaui. Ideo exurrexi, & vidi: & somnus meus mihi dulcis est:* Aduertimus quòd Dominus pœnitentibus Sacramenta promittat sua, & ideo omnes conuertamur ad Dominum.

Christi in morte vniuersorum lætitia, & refectio.

Declaratur autem meliùs quod ibi tetigit, per ea quæ, in libro de Interpellatione Dauid, qui inter eiusdem Ambrosij opera habetur post Apologiam secundam Dauid, & in impressis Romæ Tom. 2. Expositione in Psalmum 41. Mors voluntaria mœstitiam habere non poterat in qua futura erat vniuersorum lætitia, vniuersorum refectio. De qua & alibi dixit: *Et surrexi & vidi, & somnus dulcis factus est mihi.* Bonus somnus qui fecit non esurire esurientes, non sitire sitientes, quibus Sacramentorum dulcedinem præparauit.

Somno mortis Christi præparata refectionis Sacramenta.

92 August. *Dormire Dei est, cùm Christus in carne mortuus est.* Iere. 31. 26.

Augustinus lib. de Essentia diuinitatis Tom. 4. Si Augustini is est. Dormire Dei est, cùm vnigenitus filius patris in assumpta carne pro nobis mori dignatus est. Cuius mors rectè dulcis somnus prædicatus est, ipso dicente per Ieremiam Prophetam, *Ideo quasi de somno suscitatus & vidi, & somnus meus dulcis est mihi.*

Mors Christi somnus dulcis. Isid. Hispal. *Christũ mortuum esse.*

Et ex hoc loco iuxta eumdem sensum Isidorus Hispalensis lib. de Passione Domini cap. 44. Eamdem probans Christi mortem ait, Quòd (Christus) mortuus sit, *Inebriaui animam lassam, & omnem animam esurientem saturaui, mihi ideo quasi de somno suscitatus sum, & somnus meus dulcis est.*

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Εὐλογημένος.]

Διηγήσεως.] πάντας ἀνθρώπους εἶχε Ναβουχοδονόσορ τὶς Ἀσσύριος, ἀφ' οὗ χριστὸς ἡμᾶς ἐλυτρώσατο. διὸ Ματθαῖος ἐξ Ἡσαΐου φησί. κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν. οὐ γὰρ καθ' ἱστορίαν αἰχμαλώτοις ἐκήρυξεν. αὐτὸς δὲ καὶ τὸ δίκαιον καὶ ἅγιον ὄρος. ἀψύχῳ γὰρ πῶς ἂν ἁρμόσειεν; εἰ δὲ ἐν αὐτῷ ἐσμὲν κατὰ τὸ. καὶ ἡμεῖς ἐν ἐμοί. οἰκοδομήσωμεν ἐν τῷ δικαίῳ ὄρει. τὸ δὲ ποιεῖ τὶς ἐν ἰουδαίᾳ γινόμενος, ὃ ἑρμηνεύεται ἐξομολογουμένη τῷ θεῷ. ἐξομολογούμενος τὰς ἁμαρτίας καὶ εὐχαριστῶν. λέγε γὰρ σὺ πρῶτος τὰς ἀνομίας σου, ἵνα δικαιωθῇς. εἰσὶ γὰρ τινὲς πόλεις τοῦ θεοῦ, καὶ οἰκοδομαὶ, καὶ γεωργία αὐτοῦ. καὶ γὰρ ὁ Παῦλος φησί. θεοῦ γεώργιον, θεοῦ οἰκοδομή ἐστε. ἐν ᾧ γὰρ οἰκοδομεῖται τὰ περὶ τοῦ θεοῦ μυστήρια, καὶ ἄῤῥητα δόγματα, ἐν τούτῳ ναός ἐστι τοῦ θεοῦ, καὶ τὰ ἅγια τῶν ἁγίων. καὶ ὅλης οὗτος τῆς ἰουδαίας μητρόπολις.

[Καὶ ἐνοικοῦν.]

Τοῦ Χρυσοστόμου] Πανταχοῦ τὰ ἀγαθὰ, καὶ μέχρι τῶν γειτόνων. δίκαιον δὲ ὄρος καὶ ἅγιον, οὐχ ὡς τῶν λίθων δεχομένων τὴν ἀρετὴν, ἀλλὰ τῶν ἐνοικούντων. εἴωθε γὰρ κοινωνεῖν τοῖς τόποις ἡ φήμη τῶν κατοικούντων. ὅρα μεταβολήν.

[ἅμα τῷ γεωρ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ταύτην φησὶ τὴν ὑμνῳδίαν ἀναπέμψουσιν οἱ τῆς ἐκκλησίας λαοὶ ἅμα τοῖς διδασκάλοις. καὶ εἰς ὕψος ἀρθήσεται ἡ τοιαύτη φωνὴ ἐν τοῖς τῆς ἐκκλησίας ποιμνίοις.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] Μέγα ἀγαθὸν, οὐχ ὅταν ἀπολαύωμεν τῶν ἀγαθῶν, ἀλλ' ὅταν κατὰ γνώμην θεοῦ, ὅταν καὶ αὐτὸν τοῦτο εὐφραίνῃ.

[Διὰ τοῦτο ἐξη.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ὅτι πιστῶς φησιν ὁ προφήτης ἐδεξάμην τὸ ὅραμα, διὰ τοῦτο ὡς παρόντα τὰ πράγματα ἐθεασάμην.

[Καὶ ὁ ὕπνος μου.]

Σχόλ.] περὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ ὁ σωτὴρ ὡς περὶ ὕπνου λέγει. ἡδὺς γὰρ αὐτῷ γέγονε συναναστήσαντι πάντας. μήποτε δὲ καὶ ὕπνον τὸ παῦσαι τὴν ὀργὴν

93

Ex Vers. 23. *Benedictus Dominus super iustum.*

Origenes. *Captiuis prædicasse dicitur Christus liberans à captiuitate Diaboli.* a Isai. 61. 1. Luc. 4. 18. *Mons iustus est Christus.* b Ioan. 15. 4. *Confitens peccata sua, & laudans Deũ ædificat super Christum montem iustum.* c Isai. 43. 26. Sec. Sept. d 1. Cor. 3. 9. *Templũ Dei, in quo reuera sit.*

Origenis.] *Vniuersos homines Nabuchodonosor quidam Assyrius possidebat, à quo nos Christus liberauit. Quare Matthæus ab Isaia* [a] prædicare inquit, captiuis remissionem, *neque enim si respiciamus historiam captiuis prædicauit. Ipse verò est & iustus & sanctus mons. Inanimato enim quomodo hæc conueniant? Quòd si sumus in ipso iuxta illud,* [b] Et vos in me, *ædificemus super montem iustum; quod præstat quicumque Iudæam petit quæ confitens Deo interpretatur; confitens peccata, & gratias agẽs.* [c] Dic enim tu primus iniquitates tuas, vt iustificêris. *Sunt etenim quædam ciuitates Dei & ædificia, & cultura illius: nam & Paulus ait,* [d] Dei cultura estis, Dei ædificium estis. *Si quidem in quo fabricantur Dei mysteria, & ineffabilia dogmata, in hoc templum Dei est, & Sancta Sanctorum, vniuersæque Iudeæ metropolis ille est.*

(Et qui habitant.)

94 Chrysost. *Locis communicatur habitantiũ fama.*

Chrysostomi.] *Vbique bona, & vsque ad vicinos: iustus autem & sanctus mons, Non quòd lapides capiant virtutem, sed habitantes. Solet enim communicari locis habitantium fama. Vide mutationem. (Simul cum agricola.)*

Olympiod. *Laudandus Deus simul cũ fratribus.*

Olympiodori.] *Hunc ait hymnum canent Ecclesiæ populi vnà cum doctoribus, & in altum tolletur hæc vox in Ecclesiæ gregibus.*

Chrysost. *Voluntati Dei conformatio bonum maximum.*

Chrysostomi.] *Ingens est bonum, non quando fruimur bonis, sed quando secundùm Dei voluntatem, cùm & illi hoc lætitiam affert.*

95

Vers. 26. (*Ideo expergefactus sum.*)

Olympiod. *Prophetis futura visa vti præsentia.*

Olympiodori.] *Quoniam, inquit Propheta, Fideliter visionem suscepi, idcirco res vti præsentes sum intuitus.*

(Et somnus meus.)

Scholium. *Mors Christi somnus dulcis. Ira sedatis somnus dulcis Christo.*

Scholium.] *De morte sua Saluator quasi de somno loquitur, iucũdus enim illi fuit, quòd simul omnes reuocarit in vitam. An verò somnum voca*

ὀργὴν ἐπεκάλεσεν, ὅπερ ἥδιστον αὐτῷ. οὐ γὰρ θέλει A τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι, καὶ μετανοῆσαι, καὶ ζῆν αὐτόν.

|| Ὀλυμπιοδώρου.] ὁ τῆς ἀναστάσεως τρόπος. δηλοῖ δὲ καὶ τὴν ἐκ τῆς ἁμαρτίας ἐλευθερίαν. ἀναφέρεται δὲ καὶ εἰς τὸν κύριον ἡ προφητεία. * τῷ τὸν θάνατον ὕπνον ἐργασαμένῳ, καὶ θεωροῦντι τῶν πιστῶν τὸ πλῆθος, καὶ χαίροντι ἐπὶ τῷ ἑκουσίως αὐτῷ γεγονότι θανάτῳ. ||

vocauit iræ ſedationem ? quod illi iucundiſſimum eſt. [a] Non enim vult mortem peccatoris, ſed vt conuertatur, & pœnitentiam agat, & viuat.

a Eze. 18.23.

|| Olympiodori.] *Hic reſurrectionis, Hic modus, innuit quoque liberationem à peccatis : refertur etiam ad Dominum hoc vaticinium; qui mortem mutauit in ſomnum vidétque fidelium multitudinē, & gaudet quòd mortem ſponte ſubierit.*

Olympiod. *Mors cur Christo ſomnus dulcis.*

Capitis 31. à verſ. 27. vſque ad 35. Sectio Octaua.

TEXTVS VVLGATÆ. B

27 Ecce dies veniunt, dicit Dominus: & ſeminabo domum Iſrael, & domum Iuda ſemine hominum, & ſemine iumentorum.

28 Et ſicut vigilaui ſuper eos vt euellerem, & demolirer, & diſſiparem, & diſperderem, & affligerem: ſic vigilabo ſuper eos vt ædificem, & plantem, ait Dominus.

29 In diebus illis non dicent vltra: Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obſtupuerunt.

30 Sed vnuſquiſque in iniquitate ſua morietur: omnis homo, qui comederit vuam acerbam, obſtupeſcent dentes eius. C

31 Ecce dies venient, dicit Dominus : & feriam domui Iſrael, & domui Iuda fœdus nouum.

32 Non ſecundùm pactum, quod pepigi cum patribus eorum in die, quâ apprehendi manum eorum, vt educerem eos de terra Ægypti : pactum, quod irritum fecerunt, & ego dominatus ſum eorum, dicit Dominus.

33 Sed hoc erit pactum, quod feriam cum domo Iſrael : poſt dies illos dicit Dominus : Dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde D eorum ſcribam eam : & ero eis in Deum, & ipſi erunt mihi in populum.

34 Et non docebit vltra vir proximum ſuum, & vir fratrem ſuum, dicens : Cognoſce Dominum : omnes enim cognoſcent me à minimo eorum vſque ad maximum, ait Dominus: quia propitiabor iniquitati eorum, & peccati eorum non memorabor ampliùs.

35 Hæc dicit Dominus, qui dat Solem in lumine diei, ordinem Lunæ & ſtellarum in lumine noctis : qui turbat mare, & ſonant fluctus eius, Dominus exercituum nomen illi.

36 Si defecerint leges iſtæ coram me, dicit E Dominus: tunc & ſemen Iſrael deficiet, vt non ſit gens coram me cunctis diebus.

TEXTVS SEPTVAGINTA.

27 Idcirco ecce dies veniunt, ait Dominus, & ſeminabo Iſrael & Iudam ſemine hominis, & ſemine iumenti.

28 Et erit, ſicut vigilabam ſuper eos ad deſtruendum, & affligendum; ſic vigilabo ſuper eos ad ædificandum, & plantandum, ait Dominus.

29 In diebus illis non dicent : patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obſtupuerunt.

30 Sed vnuſquiſque in peccato ſuo morietur : & comedentis vuam acerbam obſtupeſcent dentes eius.

31 Ecce dies veniunt, ait Dominus, & diſponam domui Iſrael, & domui Iuda teſtamentum nouum.

32 Non iuxta teſtamentum, quod diſpoſui patribus eorum in die, cum apprehendi ego manum eorum ad educendum eos de terra Ægypti : quia ipſi non manſerunt in teſtamento meo, & ego neglexi eos, ait Dominus.

33 Hoc enim eſt teſtamentum meum, quod diſponam domui Iſrael poſt dies illos, ait Dominus : dans dabo leges meas in mentem eorum, & in corde eorum ſcribam eas : & ero eis in Deum, & ipſi erunt mihi in populum.

34 Et non docebunt vnuſquiſque ciuem ſuum, & vnuſquiſque fratrem ſuum, dicens : noſce Dominum: quia omnes intelligent me à paruo eorum vſque ad magnum eorum : quoniam propitius ero iniquitatibus eorum, & peccatorum eorum non recordabor ampliùs. Si eleuatum fuerit cælum in ſublime, ait Dominus, & ſi humiliatum fuerit pauimentum terræ deorſum; & ego non reprobabo genus Iſrael, dicit Dominus, pro omnibus quæ fecerunt.

35 Sic dixit Dominus. Qui dat Solem in lumen diei, Lunam & Stellas in lumen noctis, & clamorem in mari, & ſonuerunt fluctus eius : Dominus omnipotens nomen illi.

36 Si ceſſauerunt leges hæ à facie mea, dicit Dominus; & genus Iſrael ceſſabit eſſe gens ante faciem meam cunctis diebus.

PARAPHRASIS CHALDAICA.

27 Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & ſuſcitabo domum Iſrael, & domum Iuda : multiplicabo eos hominibus, & proſperabo eos pecoribus.

28 Et erit, ſicut cogitaui ſuper eos vt euellerem, & vt contererem, & vt deſtruerem, & vt perderem, & vt malefacerem; Sic lætabitur verbum meum ſuper vos, vt ædificem, & vt ſuſcitem, dicit Dominus. F

29 In diebus illis non dicent ampliùs : Patres peccauerunt, & filij percuſſi ſunt.

30 Sed vnuſquiſque in peccato ſuo morietur. Omnis homo qui peccauerit, ipſe morietur.

31 Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & feriam cum domo Iſrael, & domo Iuda pactum nouum.

32 Non ſicut pactum quod pepigi cum patribus eorum in die quâ apprehendi manum eorum vt educerem eos de terra Ægypti; quia ipſi irritum fecerunt pactum meum, & ego complacui mihi in eis, dicit Dominus.

33 Quia hoc eſt pactum quod feriam cum filiis Iſrael : Poſt dies illos, dicit Dominus, dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam; & ero eis in Deum, & ipſi erunt coram me in populum.

34 Et non docebunt vltra vir proximum ſuum & vir fratrem ſuum, dicendo : Scitote timere Dominum. Quia omnes diſcent vt ſciant timorem mei, à minimo eorum vſque ad maximum eorum, dicit Dominus. Quia dimittam delicta eorum & peccata eorum, & non erunt in memoria ampliùs.

35 *Hæc dicit Dominus, qui dedit Solem ad lucendum die, statuta Lunæ & syderum ad lucendum nocte; increpat mare, & sonant fluctus eius. Dominus exercituum nomen eius.*

36 *Sicut fieri non potest vt pertranseant pacta hæc à facie mea, dicit Dominus; semen quoque Israel non desinet esse populus ministrans coram me omnibus diebus.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

96 Hieronym.

Seminat Deus semen hominum, & iumentorũ, cùm in Ecclesia & rationales, & simplices multiplicare satagit.

Deus agricola.

HIeronymus. (*Ecce dies veniunt dicit Dominus.*) Domum & domum, id est domum Israel, & domum Iuda, in Sept. non habetur: sed tantum Israel & Iudam, vt sit, & seminabo Israel & Iudam: Quodque intulit. *Semine hominum, & semine iumentorum*, ad rationales, & simplices referre debemus. Et sicut, in principio Ieremiæ dictum est ad eum. [a] *Ecce constitui te hodie super gentes, & super regna, vt euellas, & destruas, & disperdas, & dissipes, & ædifices, & plantes, & vigilaui super eos, vt facerem, quod minatus sum: sic, inquit, vigilabo nunc super eos, vt ædificem & plantem.* [b] *Dei enim agricultura, Dei ædificatio estis*, Omnes huiuscemodi repromissiones iuxta Iudæos, & nostros Iudaizantes in mille annorum regno putantur esse complendæ. Nos autem dicente Apostolo: [c] *Ego plantaui, Apollo rigauit: sed Deus incrementum dedit:* & Isaiâ Prophetâ, quod Saluator [d] ædificator sepium & domorum esse memoretur: in primo aduentu Christi spiritualiter impleta defendimus, & impleta ex parte, non ex toto: quia nunc [e] in speculo videmus, & in ænigmate, & nescimus sicut oportet nos scire. [f] *Cùm autem quod perfectum est venerit: tunc quod ex parte est destruetur.* Aut certè in secundo complenda credimus: quando in sua maiestate Dominus apparebit, [g] & subintrauerit plenitudo gentium, vt omnis Israel saluus fiet, & nequaquam ex parte per singulos, [h] sed sit Deus omnia in omnibus. Quodque infertur: *In diebus illis non dicent vltra, patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupescent*, & reliqua, in explanationibus Ezechielis pleniùs disseruimus: quando interpretati sumus illum locum. [i] *Fili hominis quid vobis & parabola ista inter filios Israel dicentium: Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt: Viuo ego dicit Dominus, si fuerit vltra hæc parabola in Israel: quia omnes animæ meæ sunt: sicut anima patris, sic & anima filij. Anima quæ peccauerit, ipsa morietur.* Per quæ discimus mortem non facere Dominum, sed peccatum. *Anima enim quæ peccauerit, ipsa morietur.* Hocque in præsenti loco dicitur, quod nequaquam peccatis patrum in æternum offenderit Israel, sed propriis meritis; & fide in Christum post tempora multa saluetur. Et obseruandum quòd vitia, atque peccata vua acerba dicatur: vt comedentium dentes obstupescant, & non possint eius suauitatem sentire, de quo dicitur: [k] *Gustate & videte, quoniam suauis est Dominus.* Quicúmque Scripturas non ita intelligit, vt rei veritas habet, vuam acerbam comedit. Vnde omnes hæretici peruersa credentes, panem de cælo descendentem comedere non possunt: sed obstupescunt dentes eorum, non ciborum austeritate, sed vitio dentium.

a Iere. 1. 10.
b 1. Cor. 3. 9.
c Ibid. 3. 6.
d Isai. 58. 12.
e 1. Cor. 13. 12.
f 1. Cor. 13. 10.
g Rom. 11. 25.
h 1. Cor. 15. 28.
Mors non à Deo, sed à peccato.
i Ezec. 18. 2. Sec. Sept.
Peccata dicta vua acerba impediens gustum dulcedinis diuinorum.
k Psal. 33. 9.
Hæreticorum dentes obstupescentes.

97 (*Ecce dies veniunt dicit Dominus, & feriam sine disponam domui Israel.*) Hoc testimonio Apostolus Paulus, siue quis alius scripsit epistolam, vsus est ad Hebræos: [l] omnésque deinceps Ecclesiastici viri, in primo Saluatoris aduentu dicunt vniuersa completa, & nouum testamentum, hoc est Euangelium, successisse veteri testamento: à quo legem literæ lege spiritus commutatam, vt omnia quoque Sacrificia & Circumcisio, & Sabbatum spiritualiter complerentur: Quod autem pactum pro testamento ponimus, Hebraicæ veritatis est: licet testamentum rectè pactum appelletur: quia voluntas in eo, atque testatio eorum qui pactum ineunt, continetur. Quando eductus est Israel de terra Ægypti, tanta Dei in illo populo familiaritas fuit, vt manum eorum appræhendisse dicatur, & dedisse pactum, quod illi fecerunt irritum, & propterea Dominus neglexit eos. Nunc autem in Euangelio post crucem, resurrectionem, & ascensionem dare se pactum non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus pollicetur. Cúmque scriptum fuerit Domini testamentum in mente credentium: ipsum esse eis in Deum, & illos esse in populum: vt nequaquam Iudaicos quærant magistros, & traditiones, & mandata hominum: sed doceantur à Spiritu Sancto: si tamen audire mereantur: [m] *Templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis.* [n] *Spiritus autem spirat vbi vult*, & diuersas habet gratias. Notitiaque vnius Dei, omnium virtutum possessio est. Et hoc, inquit, *fiet quia propitius ero iniquitati eorum, & peccati eorum non recordabor amplius.* Ex quo perspicuum est, secundùm huius [illegible] intelligentiam: superiora in primo intelligenda Saluatoris aduentu: quando vterque populus sibi Israel, & Iuda copulatus est. Si cui autem scrupulum facit quare dixerit: *Disponam domui Israel & domui Iuda, pactum siue testamentum nouum, non secundùm pactum, quod pepigi cum patribus vestris:* intelligat primùm Ecclesiam Christi ex Iudæis: & ad illos venisse Dominum Saluatorem atque dixisse: [o] *Non veni nisi ad oues perditas domus Israel*, & id ipsum Apostolos confirmasse. [p] *Vobis quidem primùm oportebat loqui verbum Dei: sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes.* [q] *Non enim oportebat panem filiorum dare canibus:* sed quia filij [r] patrem in sua venientem suscipere noluerunt: dedit omnibus potestatem, vt qui receperint eum, fiant filij Dei.

Euangelium in Christi aduentu successit veteri testamento.
l Hebr. 8. 8.
Testamentum quomodo rectè appelletur & pactum.
Docentur Christiani à Spiritu Sancto.
m 1. Cor. 3. 17.
n Ioan. 3. 8.
Cognitio vnius Dei omnium virtutum possessio est.
Iudæis primùm Euangelizatũ, tum & Gentibus.
o Matth. 15. 24.
p Act. 13. 46.
q Matth. 15. 26.
r Ioan. 1. 12.

98 Theodorit.

Seminare homines & iumenta.

Theodoritus. Istud, *Seminabo super domum Israel, & super domum Iuda semen hominum, & semen iumentorum*, multitudinem designat. *In diebus illis*, ait, *non dicent, Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt: sed vnusquisque in peccato suo morietur: & comedentis vuam acerbam dentes obstupescent.* Clariùs etiam hoc Dominus dixit per admirandum Ezechielem: & nos verbosiorem interpretationem composuimus. Quod autem dicit, est eiusmodi: Quemadmodum fieri non potest, vt quis comedat vuam acerbam, & non obstupescant dentes comedentis: sic fieri nequit, vt pœnæ patrum, qui peccauerunt, exigantur à filiis. Et ad confirmandum quod dictum est, subiicit quæ sequuntur: *Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & testabor domui Israel, & domui Iuda testamentum nouum, non iuxta testamentum, quod testatus sum patribus eorum in die quâ ego apprahendi manum eorum, vt educerem eos de Ægypto: quia ipsi non permanserunt in testamento meo, & ego*

Patrum peccantium pœna non exiguntur à filiis.

& ego neglexi eos, dicit Dominus. Ita inquit, fieri non poteſt, vt filij luant pœnas pro peccatis paternis: ob idque filiis polliceor bona, licet patres grauiſſimè peccauerint. Cæterùm prædictiones non paucas nos docuit contra eos. In primis, vnum eſſe legiſlatorem vtriúſque teſtamenti: deinde, imperfectionem prioris teſtamenti: præterea, vnigenitum Dei verbum Euangelicorum bonorum fuiſſe nobis ſuppeditatorem: ipſum laboraſſe Iſraelem ſeruitute Ægyptiorum: ipſum itaque eſſe, qui Moſem alloquens, dixit, [a] *Ego ſum, qui ſum.* Et ſufficiens eſt ſermo ad conuincendam non ſolùm Iudæorum tranſgreſſionem, ſed etiam denudandam hæreticorum blaſphemiam.

Teſtamenti vtriuſque vnus legiſlator, Veteriſque imperfectio. Verbum Dei vnigenitum allocutum Moyſem in Rubo, Euangeliumque dediſſe. a Exod. 3. 14.

99 *Quoniam hoc eſt teſtamentum quod diſponam domui Iſrael, & domui Iuda, poſt dies illos, dicit Dominus: Dabo leges meas in mentibus eorum: & in pectore cordis eorum ſcribam eas. Et ero illis in Deum: & ipſi erunt mihi in populum.* Hoc rebus ipſis demonſtrauit nobis Deus. Cùm enim ſacros Apoſtolos abduxiſſet in montem, non dedit eis tabulas lapideas, ſed in cordibus eorum inſcripſit leges diuinas: & dantibus operam virtuti, beatitudines obtulit. *Non docebit vltra vnuſquiſque proximum ſuum, & vnuſquiſque fratrem ſuum dicens, Cognoſce Dominum, quia omnes me cognoſcent, à puſillo vſque ad magnum eorum.* Hæc autem verba ſortientur effectum in futura vita. In illa enim non ampliùs indigebimus mutuâ diſciplinâ: cùm res manifeſtè appareant, & quieſcant affectus: & corpora quidem corruptionem recipiant, animæ verò ſint expertes mutationis. Solet porrò Scriptura diuina intermiſcere prophetias. Coniungit enim ſermonibus de captiuitate, ſermones de reuocatione: Dominus quoque in ſacris Euangeliis eodem contextu collocat ſermones de Ieruſalem, & de conſummatione. *Quia propitius ero iniquitatibus eorum: & peccatorum eorum non recordabor ampliùs.* Donat hoc gratia Sacroſancti Baptiſmatis. Nam poſt remiſſionem, priorum delictorum non meminit.

Euangelica lex data Apoſtolis in monte ſcripta in eorum cordibus vbi beatitudines protulit. Diſciplina mutua ceſſabit in vita futura.

100 D. Thomas. D. Thomas. Hîc conſolatur communiter vtroſque: & primò ponitur promiſſio. Secundò promiſſionis confirmatio ibi. *Hæc dicit Dominus,* &c. Circa primùm duo. Primò promittit bona temporalia quantùm ad hominum & iumentorum multiplicationem (*ſeminabo*) q. ſeminando multiplicabo. Zacha. 2. [b] *Abſque muro habitabitur Ieruſalem præ multitudine hominum, & iumentorum in medio eius.* Quantùm ad deſtructorum reparationem (*ſicut vigilaui*) diligenter expleui quæ comminatus fueram (*vt euellerem*) tollendo omne præſidium: in quo ſicut in radice firmabantur (*demolirer*) id eſt, deſtruerem quantùm ad occiſionem hominum: & deſolationem ciuitatum (*diſſiparem*) ſepem auxilij humani, & Angelici auferendo (*diſperderem*) captiuitatem in diuerſa loca (*affligerem*) graui onere ſeruitutis captiuatos. Zacha. 8. [c] *Sicut cogitaui vt affligerem vos, cùm ad iracundiam prouocaſſent patres veſtri me, dicit Dominus: & non ſum miſertus: ſic conuerſus cogitaui in diebus iſtis: vt benefaciã domui Iuda & Ieruſalem,* Et quantùm ad pœnæ immunitatẽ pro peccatis patrum. (*In diebus illis.*) Ezech. 18. [d] *Quid eſt quod inter vos parabolam vertatis in prouerbium iſtud in terra Iſrael dicentes: patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obſtupuerunt.* Secundò promittit bona ſpiritualia. (*Ecce dies.*) Et primò promittit fœderis innouationem (*diem*) ſcilicet gratiæ (*fœdus nouum*) nouum teſtamentum. Hoc eſt Euangelium (*dominatus*) crudeliter, & poteſtatiuè vlciſcendo. Iſai. 55. [e] *Feriam vobiſcum pactum ſempiternum miſericordias Dauid fideles,* & ſecundò ponit pacti tenorem (*ſed hoc erit pactum legem*) Euangelium (*in viſceribus*) non in tabulis lapideis. Oſeæ. 2. [f] *Ducam eam in ſolitudinem, & loquar ad cor eius.* Tertiò ponit pacti vtilitatem, primò quantùm ad obedientiam. (*Et ero eis.*) Ezech. 36. idem ſecundò quantùm ad ſapientiam. (*Et non docebit*) in quo excludit docendi neceſſitatem. Et hoc quidem impletur in præſenti tempore quantùm ad hoc quod non per philoſophiæ rationes & humanas inuentiones in diuinam veritatem venimus: neque etiam per Iudaicas traditiones: ſed in futuro ex toto complebitur. Matth. 23. [g] *Nolite vocari Rabbi: Vnus eſt enim magiſter veſter.* Et aſſignat rationem. (*Omnes enim cognoſcent me.*) Iſai. 54. [h] *Ponam omnes filios tuos doctos à Domino: & multitudinem pacis filiis tuis.* Ioan. 15. [i] *Omnia quæcumque audiui, à patre meo nota feci vobis.* Tertiò quantùm ad peccatorum munditiam (*quia propitiabor.*) Pſalm. [k] *Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis: qui ſanat omnes infirmitates tuas.*

b Zach. 2. 4. c Zach. 8. 14. d Ezech. 8. 14. e Iſai. 55. 3. f Oſe. 2. 14. *Doctrina ſacra non docetur per humana ſcientia rationes, aut per Iudaicas traditiones.* g Matt 23. 8. h Iſai. 54. 13. i Ioan. 15. 15. k Pſal. 102. 3.

101 Ambroſ. Quoad verſ. 27. Ambroſius lib. 7. Comment. in Luc. cap. 15. De oue, & drachma perdita, & inuentis, nouâ lectione hanc citans ſententiam obſcuriſſimè eam interpretatur, Non ocioſè Sanctus Lucas tres parabolas poſuit, ouis quæ perierat, & inuenta eſt: drachmæ quæ perierat, & inuenta eſt: filij qui erat mortuus, & reuixit: vt triplici remedio prouocati, vulnera noſtra curemus. [l] *Spartum enim triplex non rumpitur.* Qui ſunt iſti, pater, paſtor, & mulier? Nonne Deus pater, Chriſtus paſtor, mulier Eccleſia? Chriſtus te ſuo corpore vehit, qui tua in ſe peccata ſuſcepit: Quærit Eccleſia: recipit pater. Quaſi paſtor reuehit, quaſi mater inquirit, quaſi pater veſtit. Prima miſericordia ſecunda ſuffragatio, tertia reconciliatio. Singula ſingulis quadrant: Redemptor ſubuenit, Eccleſia ſuffragatur, author reconciliatur. Eadem diuini operis miſericordia, ſed diuerſa pro meritis noſtris gratia. Ouis à paſtore laſſa reuocatur, drachma quæ perierat inuenitur, ad patrem filius ſuis veſtigiis redit, & plena condemnati erroris regreditur pœnitentia. Vnde bene ſcriptum eſt: [m] *Homines & iumenta ſaluos facies Domine.* Quæ ſunt iſta iumenta? Dixit Propheta: [n] *Semen Iſrael in ſemen hominum, & Iuda in ſemen animalium.* Itaque quaſi Iſrael homo ſeruatur, quaſi ouis Iuda colligitur. Malo ergo filius eſſe, quàm ouis. Ouis enim à paſtore reperitur, à patre filius honoratur.

Parabola triplex ouis, drachma, & filij triplex indicat peccatoribus medicum. l Eccl. 4. 12. *Ad Peccatoris remedium quomodo concurrat, Chriſtus, Eccleſia, & Pater cæleſtis. Pœnitentium diuerſa gratia, iuxta diuerſa eorum merita, quidam enim inſtar filiorum, quidam inſtar ouium.* m Pſal. 35. 8. n Ier. 31. 27.

102 Bonauentura ſermone quarto Dominicæ quartæ poſt Epiphaniam. [o] *Seminabo domum Iſrael, & domum Iuda ſemine hominum, & ſemine iumentorum.* Domus Iſrael eſt domus cæleſtis, in qua Deus videtur. Iſrael enim interpretatur videns Deum: [p] *Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt.* Iſta domus ſeminatur ſemine animarum euolãtium. [q] *Anima eius in bonis demorabitur, & ſemen eius hæreditabit terram,* ſcilicet viuentium. Domus Iuda eſt Eccleſia militans propter confeſſionem. Iudas enim confeſſio interpretatur: [r] *Si confiteamur peccata noſtra, fidelis eſt & iuſtus, vt remittat nobis peccata noſtra: & emundet nos ab omni iniquitate.* Homines autem ſunt contemplatiui, viri perfecti, vel prælati, vel illuminati ſeu literati. Iumenta verò ſunt actiui, vel imperfecti, vel ſubditi vel Laici. Talium enim ſemine vtraque domus ſeminatur, quia vtrúmque ad Eccleſiam pertinet. Pſalm. [ſ] *Homines & iumenta ſaluabis Domine.* Vel

o Ier. 31. 27. *Ad Eccleſiã & militantem, & triũphantem pertinent actiui & cõtẽplatiui: perfecti, ac imperfecti: Prælati ac ſubditi.* p Matt 5. 8. q Pſal. 24. 13. r 1. Ioan. 1. 9. *Ad cælum ſpectantes dicti homines: verſantes verò in terra dicitur iumenta.* ſ Pſal. 35. 8.

fortè semen hominum ad domum Israel: semen iumentorum ad domum Iuda pertinet: quia in cælo omnes homines, in terra autem & mundo sumus quasi iumenta, [a] *Vt iumentum factus sum apud te:* Seminamur hic in Valle miseriæ: seminabimur ibi in monte gloriæ: [b] *Educam de Iacob semen, & de Iuda possidentem montes meos.* Montes sunt ordines Angelorum.

a Psal. 72. 22.
b Isai. 65.

103 Tertull.

Quoad vers. 29. & 30. Tertullianus lib. 2. contra Marcionem cap. 15. conferens cum eo quod dicitur Exod. 20. [c] *Visitans iniquitatem patrum in filios in tertiam, & quartam generationem,* Istum Ieremiæ locum, hæc habet. Nolite reprehendere iudicem, sed reuincite malum Iudicem (id est, sed ostendite, aut probate quòd iudex ipse malus.) Nam & si Patrum [d] delicta ex filiis exigebat, duritia populi talia remedia compulerat, vt vel posteritatibus suis prospicientes, legi diuinæ obedirent. Quis enim non magis filiorum salutem, quàm suam curet? Sed [e] & si benedictio Patrum semini quoque eorum destinabatur, sine vllo adhuc merito eius, cur non & reatus patrum in filios quoque redundaret? Sicut gratia, ita & offensa: vt per totum genus & gratia decurreret, & offensa saluo eo quod postea decerni habebat. [f] *Non dicturos acidam vuam patres manducasse, & filiorum dentes obstupuisse,* id est non sumpturum patrem delictum filij, nec filium delictum patris, sed vnumquémque delicti sui reum futurum, vt post duritiam populi, duritiâ legis edomitâ, iustitia iam non genus, sed personas iudicaret. Quamquam si Euangelium veritatis accipias, ad quos pertineat sententia reddentis in filios patrum delicta, cognosces: ad illos scilicet qui hanc vltrò sibi sententiam fuerant irrogaturi; [g] *Sanguis illius super capita nostra, & filiorum nostrorum.* Hoc itaque omnis prouidentia Dei censuit, quod iam audierat.

c Exod. 20. 5.
d Exod. 20. 5. *Duritia impiorum impellit aliquando Deum, ad sumendam vindictam & de eorum filiis in maiorem pœnam.*
e Gen 12. 13. 15. 17. 18. 22. & 26.
f Iere 31. 29. Ezech. 18. 2. *Iudicium Dei non super genus, sed super personas fertur peccantium.*
Iudæi cur modò pœnas referant effusi sanguinis Christi.
g Matth. 27. 25.

104

Hieronymus in caput 7. Oseæ ex eo quod in initio capitis illius ait de Israelitis Dominus, [h] *Et ne fortè dicant in cordibus suis, omnis malitia eorum me recordatum: nunc circumdederunt eos adinuentiones suæ, coram facie mea factæ sunt,* &c. præallata ex Tertulliano confirmat, dicens, Ne forsitan, inquit, dicant in cordibus suis: verera nobis Deus peccata restituit, & patrum delicta persoluimus: *illi comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt:* Idcircò quæ nunc & in præsentiarum me vidente fecerunt, quotidie faciunt, sequenti sermone narrabo, & ostendam illis adinuentiones suas, siue cogitationes, quibus mala studiosissimè consectati sunt, & quæ me præsente gesserunt, non timentes faciem meam.

h Ose. 7. 2.
Peccatores in calamitatibus sæpe decipiuntur arbitrantes se flagellatos propter peccata parẽtum, sua propria non attendentes.

105

Fusiúsque ipsemet Hieronymus ad initium libri 6. Comment. in Ezechielem, in caput 18. contradictionem diluere obnititur quæ ex dictis in libro Exodi & ea quæ hic dicuntur esse videtur, per id quod ibi apud Ezechielem hoc de vua acerba obstupefaciente filiorum dentes parabola esse dicitur. Monet, ait, diuina Scriptura illud quod in Exodo dictum est: [i] *Ego sum Dominus Deus tuus, Deus æmulator, qui reddo peccata patrum super filios, vsque ad tertiam & quartam generationem his qui oderunt me, & facio misericordiam in millia his qui diligunt me, & custodiunt præcepta mea.* Et iterum: *Descendit Dominus in nube, & astitit iuxta Moysen, & inuocauit Moyses nomen Domini, & transiit Dominus ante faciem eius, & inuocauit: Domine Deus miserator & misericors, patiens & multæ misericordiæ, & verax, & iustitiam seruans, & misericordiam in millia: auferens iniquitates, & iniustitias, & peccata, & non emundabit reum: reddens iniquitates patrum super filios, & super filios filiorum in tertiam & quartam generationem:* sic accipi debere, quasi prouerbium & parabolam: vt aliud in verbis sonet, aliud in sensu teneat; quod in parabola quoque duarum Aquilarum supra diximus. Vnde & Dominus in septuagesimo septimo Psalmo: [k] *Aperiam,* inquit, *in parabolis os meum: loquar propositiones ab initio:* & in Euangelio, [l] parabolam sementis, & Lolij, & Synapis: quod cùm sit minimum omnium seminum, in magnam consurgit arborem, ita proponit, vt aliud prætendat in verbis, aliud in sensibus teneat. Et nos vsque in præsentem diem putabamus duo testimonia Exodi, quæ supra posuimus non esse parabolam, sed simplicem explicare sententiam. Et quamquam non auderemus quippiam dicere, [m] nec vas fictile loqui contra figulum, quare ita vel ita me fecisti: tamen scandalum patiebamur occultum, quod iniustitia videretur Dei, alium peccare, & alium luere peccata. Si enim reddit peccata patrum super filios, in tertiam & quartam generationem, iniustum videtur, vt alius peccet, & alius puniatur. Sed ex eo quod sequitur: His qui me oderunt, comminationis, siue præcepti scandalum soluitur. Non enim ideo puniuntur in tertia & in quarta generatione, quia deliquerunt patres eorum, cùm patres potiùs qui fuerunt peccatores, puniri debuerint: sed quia patrum extiterunt æmulatores, & oderunt Deum, hereditario malo, & impietate in ramos quoque de radice crescente.

Patrum iniquitates reddi in filios dictum à Deo in parabolâ, quæ aliud in verbis sonet, aliud in sensu teneat.
i Exod. 20. 5.
k Psal. 77. 2.
l Matt. 13.
m Isai. 29. 16.
Filiis illi redduntur iniquitates patrum, qui ad Patrum æmulationem oderunt Deû.

106

Solent in hoc loco hæretici, qui vetus non recipiunt instrumentum, contra Creatorem dicere: Quàm bonus, & iustus Deus legis, & Prophetarum, qui quiescens, & silens ad peccata patrum, reddit his qui non peccauerunt: imò quanta in eo crudelitas, vt iram suam vsque ad tertiam & quartam extendat generationem. Quibus nos respondebimus, & in hoc Dei creatoris clementiam demonstrari. Non enim truculentiæ est & seueritatis, iram tenere vsque ad tertiam & quartam generationem, sed signum misericordiæ, pœnam differre peccati. Quando enim dicit: [n] *Domine Deus miserator & misericors, patiens & multæ miserationis:* & infert: [o] *Reddens iniquitatem patrum super filios, & filios filiorum:* hoc indicat, quòd tantæ misericordiæ sit, vt non statim puniat, sed sententiam differat puniendi. Sin autem vindicta peccantium differtur in tertiam & in quartam generationem, cum iustis sanctisque, quid ampliùs facit? Sequitur: *Et seruans iustitiam & misericordiam in multa millia, his qui custodiunt mandata eius, & faciunt præcepta illius.* Scriptum est in Prouerbiis. [p] *Sicut vua acerba dentibus noxia est, & fumus oculis: sic iniquitas his qui vtuntur eâ.* Ex quo perspicuum est, non aliorum dolere dentes, & obstupescere, sed eorum qui vuam acerbam comederint. Est autem loci istius hic sensus: Quo modo si quis velit dicere, Patres vuam acerbam comederunt, & dentes filiorum obstupuerunt: ridiculum est, & nullam habens consequentiam: sic iniquum est atque peruersum, peccare patres, & filios, nepotesque cruciari.

Deum legis, & Prophetarum iniustũ, & crudelem asserebant Hæretici.
Dei summa clementia, & longanimitas in eo quòd castigationẽ parẽtum prauorum differt in eorum successores, si illos imitentur in malo.
n Exo. 34. 6.
o Exo. 34. 7.
p Pro. 10. 26. Sec. 70.
Peccata iis causant pœnam qui ea admiserint, sicut vua acerba iis obstupefacit dẽtes qui ipsam comederint.

107 August.

Alio modo eamdem contradictionem tollit Augustinus. Libro enim 6. contra Iulianum tom. 7. cap. 12. Pelagianum arguens hæc habet. Quod verò causæ tuæ postremum, & quasi fortissimum firmamentum Propheticum testimonium esse voluisti, vbi per Ezechielem dictum legimus, [p] *quod erit parabola, quâ dicebant vuas acerbas edisse, & den*

Filios non portaturos iniquitates Patrum promissio est noui testamenti.
p Ezec. 18. 2.

& dentes obstupuisse filiorum: Nec morietur filius in peccato patris, nec pater in peccato filij: sed anima quæ peccat, ipsa morietur: non intelligis hanc esse promissionem testamenti noui, & spiritalis hæreditatis, ad alterum sæculum pertinentis id enim agit gratia redemptoris, vt paternum chirographum deleat, & vnusquisque pro se rationem reddat. Cæterùm quàm multa sunt diuinarum testimonia literarum quæ parentum peccatis obligant filios, numerare quis possit? Cur enim peccauit Cham,[a] & in eius filium Chanaam vindicta prolata est? [b] Cur pro peccato Salomonis filius eius diminutione regni punitus est? Cur peccatorum [c] Achab Regis Israel in eius posteros pœna dilata est? Vt quid legitur in sanctis libris, [d] *Reddens peccata patrum in sinu filiorum eorum post eos,* &, *reddent peccata patrum filiis vsque in tertiam & quartam progeniem?* Qui numerus etiam pro vniuersitate accipi potest. Nunquid hæc falsa sunt? Quis hoc dixerit, nisi diuinorum eloquiorum apertissimus inimicus? Sed carnalis generatio etiam populi Dei pertinens ad testamentum vetus, quod in seruitute generat, parentum peccatis obligat filios: spiritalis autem generatio, sicut hæreditatem, ita pœnarum atque præmiorum comminationes promissiones mutauit.

Parentum peccatis filiis obligati erant in veteri testamento.

a Gen. 9. 25.
b 3. Reg. 12. 16.
c 3. Reg. 21. 21.
d Exo. 20. 5.

108

Testamenti noui prærogatiua, vt paterno deleto chirographo vnusquisque pro semet reddat ratioñ.

e Iet. 31. 29.

Quod Prophetæ in spiritu prævidentes ista dixerunt, sed apertiùs Ieremias, [e] *In diebus illis,* inquit, *non dicent, Patres manducauerunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt, sed vnusquisque in suo peccato morietur,* vt eius qui manducauerit vuam acerbam, obstupescant dentes ipsius. Nempe manifestum, ita hoc propheticè pronunciari, sicut ipsum testamentum nouum quod priùs occultum fuit, & per Christum postea reuelatum est. Denique ne nos mouerent ea quæ commemoraui, &c. huiusmodi plurima de reddendis in filios parentum, quæ vtique veraciter scripta sunt, ne huic prophetiæ contraria putarentur, continuò soluit istam molestissimam quæstionem, coniungendo atque dicendo, *Ecce dies veniunt dicit Dominus, & consummabo domui Israel, & domui Iuda testamentum nouum, non secundum testamentum quod disposui patribus eorum.* In hoc igitur testamento nouo per sanguinem mediatoris deleto paterno chirographo, incipit homo paternis debitis non esse obnoxius renascendo, quibus nascendo fuerat obligatus, ipso mediatore dicente, [f] *Ne vobis patrem dicatis in terra:* secundùm hoc vtique quod alios natales quibus non patri succederemus, sed cum patre semper viueremus inuenimus.

Per Baptismũ renati paternis debitis non sumus obnoxij.

f Matt. 23. 9.

109

Leo Papa.

Paruuli ante Baptismum obligati parentum peccatis.

g Exo. 20. 5.

In Nouo testamento per regenerationẽ in Baptismo tollitur obligatio filiorum pro peccatis parentum.

h Ezech. 18. 2.
i Iere. 31. 29.

Augustini verbis consona sunt quâ & Leo Papa epistolâ 86. ad Nicetam Aquileiensem Episcopum hisce habet. Parentum quoque peccatis paruulos obligari, non solùm primorum hominum, sed etiam suorum, de quibus ipsi nati sunt, non improbabiliter dicitur. Illa quippe sententia, [g] *Reddam peccata patrum in filios*, tenet eos vtique antequam per regenerationem ad testamentum nouum incipiant pertinere: quod testamentum prophetabatur, cùm diceretur per Ezechielem,[h] non acceptutos filios peccata patrum suorum, nec vlterius futuram in Israel parabolam illam,[i] *Patres manducauerunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupescunt.* Ideo enim quisque renascitur, vt soluatur in eo quicquid peccati est, cum quo nascitur. Nam peccata, quæ malè agendo postea committuntur, possunt & pœnitẽdo sanari, sicut etiam post Baptismum fieri videmus. Ac per hoc non est instituta regeneratio, nisi quia vitiosa est generatio, vsque adeo vt etiam de legitimo matrimonio procreatus dicat: [k] *In iniquitatibus conceptus sum,* & in peccatis mater mea in vtero me aluit. Neque hic dixit, In iniquitate, vel in peccato, quum hoc rectè dici posset: sed iniquitates & peccata dicere maluit:[l] quia & in illo vno, quod in omnes homines pertransiuit, quodque tam magnum est, vt eo mutaretur & conuerteretur in necessitatem mortis humana natura (sicut supra disserui) reperiuntur plura peccata alia parentum, quæ licet non possint mutare naturam, reatu tamen obligant filios, nisi gratuita gratia & misericordia diuina subueniat. A paruulo enim recens nato, vsque ad decrepitum senem, quamlibet corporis ætatem gerant, sicut nullus prohibendus est a Baptismo, ita nullus est, qui non peccato moriatur in Baptismo. Sed paruuli originali, maiores autem etiam his omnibus moriuntur peccatis, quæcumque malè viuendo addidere ad illud, quod nascendo traxêre.

k Psal. 50. 7.

In Parentum primorũ vno peccato plura reperta peccata quibus omnibus ante regenerationẽ cuncti obnoxij sunt filij.

l Rom. 5. 12.

110

Greg. PP.

Parentũ peccata reddit Deus, cùm ex originali peccato anima polluitur prolis.

m Iet. 31. 29.
n Exo. 20. 5.
o Ezec. 18. 2.

Gregorius Papa lib. 15. Moral. cap. 22. super ea capitis 20. libri Iob verba: Deus seruabit filiis illius dolorem patris. Exactè hanc pertractans materiam. [m] Scriptum, ait, nouimus, [n] *Qui reddis peccata patrum in filios ac nepotes in tertiam & quartam generationem,* Et rursum scriptum est: [o] *Quid est quod inter vos parabolam vertitis in prouerbium istud in terra Israel, dicentes: Patres comederunt vuam acerbam: & dentes filiorum obstupescunt? Viuo ego dicit Dominus Deus, Si erit vobis vltra parabola hæc in prouerbium in Israel. Ecce omnes animæ meæ sunt: vt anima patris, ita & anima filij mea est. Anima quæ peccauerit, ipsa morietur.* In vtraque igitur hac sententia dum dissimilis sensus inuenitur, auditoris animus vt discretionis viam subtiliter requirat, instruitur. Peccatum quippe originale à parentibus trahimus: nisi per gratiam Baptismatis soluamur, etiam parentum peccata portamus: quia vnum adhuc videlicet cum illis sumus. Reddit ergo peccata parentum in filios, dum pro culpa parentis ex originali peccato anima polluitur prolis. Et rursum non reddit parentum peccata in filios: quia cùm ab originali culpa per Baptismum liberamur: iam non parentum culpas, sed quas ipsi committimus, habemus. Quod tamen intelligi etiam aliter potest: quia quisquis praui parentis iniquitatem non imitatur, nequaquam delicto illius grauatur. Vnde fit, vt iniquus filius iniqui patris non solùm sua quæ addidit, sed etiam patris peccata persoluat: cum vitiis patris, quibus iratum Dominum non ignorat, etiam suam adhuc malitiam adiungere non formidat. Et iustum est, vt qui sub districto iudice vias parentis iniqui non timet imitari: cogatur in vita præsenti etiam culpas parentis iniqui persoluere. Vnde & illic dictum est. *Anima patris mea est, & anima filij mea est. Anima quæ peccauerit, ipsa morietur:* quia in carne nonnumquam filij etiam ex patris peccato perimuntur. Deleto autem originali peccato, ex parentum nequitia in anima non tenentur. Quid enim est quòd paruuli filij plerúmque à dæmonibus arripiuntur, nisi quòd caro filij ex patris pœna mulctatur? In semetipso enim percutitur pater iniquus: & percussionis vim sentire contemnit. Plerúmque percutitur in filiis, vt acriùs vratur: & dolor patris carni filiorum redditur, quatenus per filiorum pœnas mens patris iniqua puniatur. Cùm verò non paruuli, sed iam prouectiores filij ex parentum culpa feriuntur, quid aliud apertè datur

Baptizati nõ iam habent parẽtum peccatâ, sed propria.

Parentum delictis pœnaq; constringuntur filij qui illorum imitantur nequitias.

Paruuli filij propter parentum peccata percussi ad auertendam parentum pœnam.

Filij prouectiores ex parentum culpa feriuntur [illegible]

tur intelligi, nisi quòd illorum etiam pœnas luunt, quorum facta secuti sunt? Vnde & rectè dicitur. *Vsque ad tertiam & quartam progeniem.* Quia enim vsque ad tertiam & quartam progeniem, eam quam imitantur filij parentum vitam possunt videre: vsque ad eos vltio extenditur, qui viderunt quod malè sequerentur.

111

Dentium nomine significati sensus interiores.

a Thren.3.6.

Idem verò Gregorius lib. 15. Moral. cap. 18. aliter hæc pertractans, dicit: Quia dentes interiores sensus accipi solent. Ieremias Propheta testatur, dicens: [a] *Fregit ad numerum dentes meos.* Per dentes enim cibus frangitur, vt gluriatur. B Vnde non immeritò in dentibus internos sensus accipimus: qui singula quæ cogitant, quasi mandunt, & comminuunt, atque ad ventrem memoriæ transmittunt. Quos Propheta ad numerum fractos dicit: quia iuxta mensuram vniuscuiusque peccati intelligentiæ cæcitas generatur in sensibus, & secundùm quod quisque egit exterius, in eo obstupescit, quod de internis atque inuisibilibus intelligere potuit. Vnde rectè etiam scriptum est: [b] *Omnis homo qui comederit vuam acerbam, obstupescent dentes eius.* Quid namque vua acerba, nisi peccatum est? Vua quippe acerba est fructus ante tempus. Quisquis enim præsentis vitæ delectationibus satiari desiderat, quasi C fructus ante tempus comedere festinat. Qui igitur vuam acerbam comedit, dentes eius obstupescunt: quia qui præsentis mundi delectatione pascitur, interni eius sensus ligantur: vt iam spiritalia mandere, id est intelligere nequeant: quia vnde in exterioribus delectati sunt, inde in intimis obstupescunt. Et dum peccato anima pascitur, panem iustitiæ edere non valet: quoniam ligati dentes ex peccati consuetudine, iustum quod intus sapit, edere nequaquam possunt.

Dentium cōfractio & obstupefactio spiritalis vnū idemque.

b Ezec.18.2.

Vua acerba designat peccata.

Iere. 31.29.

Mundi delectationibus pasti obstupefactis internorum sensuū dentibus spiritalia intelligere nequeunt, vel iisdem frui.

Quæ Gregorij omnia ad verbum reperies in D Commentariis super citatum Threnorum capitis tertij locum, quæ Hieronymo adscribuntur. Adeo & ex hoc non exiguum inter alia quæ suo loco referam, deducitur argumentum, opus illud nequaquam ipsius esse Hieronymi.

D. Pacianus.

Lapsis receptis ad pœnitentiam Ecclesiam concidisse quàm falsò assererent Nouatiani.

D. Pacianus epistolâ 3. ad Sympronianum contra Nouatianos, pag. 200. operum Saluiani, Maximi, &c. Cui persuadere poteris, quòd lapsis receptis Ecclesia tota conciderit? quòd admissis pœnitentibus, admittentium populus negator effectus sit? quòd si & remissior plebs aliqua fuit, & cæteræ plebes, quæ non factū eius probarint, sed consuetudinem, & pacem sequutæ sint: Christianum ne nomen amiserunt? accipe Ieremiæ E vocem: *In diebus illis non dicent, Patres manducauerunt vuam acerbam, & dentes filiorum stupuerunt: Sed vnusquisque in suo peccato morietur.*

112

Cyprian.

Testamentum nouum dari debere.

Quoad vers. 31. & sequent. Cyprianus lib. 1. Testim. aduersùs Iudæos num. 11. in probationem, Quòd dispositio alia, & testamentum nouum dari deberet totum hunc locum per extensum affert. In quo aliqua tantùm sunt quæ quoad lectionem notemus. Circa vers. 31. proferam, seu disponam, habet, *Et consummabo testamentum.* F Circa vers. 33. legit, *Dans leges meas, in sensum eorum scribam illas.* Circa vers. 34. legit, *Et non docebunt vnusquisque fratrem suum, dicentes: Dignosce Dominum, quia omnes scient me à minimo vsque ad maximum eorum.*

Tertull.

Dispositionem Iudæorum arripuit Deus ad illos ex Ægypto educendos.

Tertullianus nouâ lectione vers. 31. & 32. lib. 4. contra Marcionem cap. 1. ait, *Ecce veniunt dies, dicit Dominus, & perficiam domui Iacob, & domui Iuda testamentum nouum, quod disposui patribus eorum in die quâ arripui dispositionem eorum, ad* A *educendos eos de terra Ægypti.*

113

Euseb.Cæs.

Testamentum vetus in eius abrogationem datū fuit nouum, quod nō propriè intelligendum sit.

c Ier. 31.31.

Eusebius Cæsariensis lib. 1. de Demonstratione Euangelica cap. 6. Vetus, ait, testamentum intellige non Sanctorum hominum, qui ante Mosem fuêre, sed quod legis loco vniuersæ Iudæorum nationi ab ipso Mose positum est. Quocirca oraculum ipsum adiungit ea, quibus planum faciat, quodnam vetus illud dixerit esse, cui quidem nouum, nihil simile habiturum ostendit, vbi dicit: [c] *Condam testamentum nouum, non secundùm testamentum quod condidi patribus in die, quum ego apprahendi illos manu, vt educerem eos de terra Ægypti.* Itaque quum secundum hoc dicit, secundùm id quod legis loco à Mose positum est, intelligit. Hoc enim illud est, quod Iudæis quo tempore de Ægypto egressi sunt, traditum est. Visus igitur esset nouum testamentum introducere, tanquam eius ritus contrarium, quem Sancti illi Abrahæ similes viri, in diuino cultu sequebantur, nisi planè ipsis verbis significasset, vbi dixit: *Non secundùm testamentum quod condidi patribus eorum, quo tempore eduxi eos de terra Ægypti.* Ergo nō secundùm illud quod legis loco à Mose positum est, quum egressi sunt, & quum in deserto morabantur nouum hoc futurum respondit, sed secundùm illud videlicet, quod primis temporibus in vita ciuili sectantes, qui ante Mosem floruerunt, tanquam ij, qui plenè officio suo functi essent, comprobati sunt.

Testamentum nouum respōdet primæ rationi viuendi quá ante legem Sancti Patriarchæ.

Hieronym.

d Isai.51.7.

e Isai.51.4.

Iusti Euangelici sciūt Dei iudicium, habentque suam legem in cordibus suis.

Eusebij dictum intelligendum iuxta sensum quem Hieronymus in caput 51. Isaiæ, super ea verba, [d] *Audite me qui scitis iustum, lex mea in corde eorum:* hisce prosequitur. Qui supra dixerat: [e] *Lex à me egredietur, & iudicium meum in lucem gentium:* Nunc ad eosdem loquitur, qui sciunt iudicium eius, & legem illius habent in cordibus suis: vt omnia cum iudicio faciant, & habeant legem quam per Ieremiam Dominus pollicetur, dicens, [f] *Statuam testamentum nouum: non iuxta testamentum quod disposui patribus eorum: sed statuam testamentum, dans leges meas in mentibus eorum, & super cor eorum scribam eas, & ero eorum Deus, & ipsi erunt populus meus:* vt nequaquam viuant iuxta literam, sed iuxta spiritum, instaurantes naturalem legem in cordibus suis, de qua scribit & Apostolus: [g] *Cùm enim gentes quæ non habent legem, naturaliter ea quæ legis sunt faciunt, isti legem non habentes, sibi ipsi sunt lex: qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis.* De qua lege significatur in Psalmo: [h] *Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium. Lex Dei eius in corde illius, & non supplantabuntur gressus eius.*

f Ier.31.31.

Lex scripta à Christo in cordibus fidelium est lex naturalis.

g Rom.2.14

h Psal.36.20.

114

August.

Cælesti de patria intelligit August. vaticiniū de dando nouo testamento, scribendisque Dei legibus in mentes, &c.

Augustinus lib. 17. de Ciuitate Dei cap. 3. totum hunc affert locum: quodque in vers. 33. asseritur, ita legit, *Post dies istos, dicit Dominus dabo leges meas in mentem eorum, & super corda eorum scribam eas, & videbo eos* (Nota) *& ero illis in Deum, & ipsi erunt mihi in plebem.* Tum subdit: Ierusalem sine dubio superna prophetatur, cuius Deus ipse præmium est, cúmque habere, atque ipsius esse summum illi est, atque totum bonum.

Videre Dei quàm professum eis quos videat.

August.

Testamenti noui nomen expressum nusquam ita manifestè apud Prophetas, vt apud Ieremiam.

Idem verò Augustinus exactiùs locum istum per partes pertractat lib. de Spiritu & litera ad Marcellinum Tom. 3. à cap. 19. vsque ad cap. 29. Exclusiuè: cuius dicta quæ ad intelligentiam cuiusque sententiæ faciant breuiùs quàm potero hîc in vnum colligere conabor.

Ipso igitur cap. 19. & 20. ait. Quid ad hæc dicemus? Nempe in veteribus libris aut nusquam aut difficilè præter hunc propheticum locum legitur facta commemoratio testamenti noui, vt omni

omnino ipſo nomine appellaretur. Nam multis locis hoc ſignificatur, & prænunciatur futurum, ſed non ita vt etiam nomen legatur expreſſum. Conſidera igitur diligenter quam differentiam inter duo teſtamenta, id eſt, vetus & nouum Deus eſſe teſtatus ſit, cùm dixiſſet, *Non ſecundum teſtamentum quod feci patribus eorum in die quâ apprahendi manum eorum, vt educerem eos de terra Ægypti.* Vide quid adiunxit, *Quia ipſi non perſeuerauerunt in teſtamento meo.* Vitio eorum deputat quòd in teſtamento Dei non permanſerunt, ne lex quam tunc acceperunt culpanda videatur. Ipſa eſt enim quam non venit [a] Chriſtus ſoluere, ſed implere.

Teſtamentum nouum à quo propriè veteri differat.

[a] Matt. 5. 17.

Et ad finem eiuſdem cap. 19. *Conſummabo*, inquit, *ſuper domum Iſrael, & ſuper domum Iuda teſtamentum nouum:* quid eſt, *conſummabo*, niſi implebo, *non ſecundum teſtamentum quod feci patribus eorum in die quâ apprahendi manum eorum vt educerem eos de terra Ægypti.* Ergo illud vetus erat, quia hoc nouum eſt. Vnde igitur illud vetus, hoc nouum, cùm lex eadem impleatur per teſtamentum nouum quam dixit in veteri, [b] *Non concupiſces? Quia ipſi*, inquit, *non perſeuerauerunt in teſtamento nouo, & ego neglexi eos, dicit Dominus.* Ergo propter veteris hominis noxam quæ per literam iubentem, & minantem minimè ſanabatur, dicitur illud teſtamentum vetus: hoc autem nouum, propter nouitatem ſpiritus, quæ hominem nouum ſanat à vitio vetuſtatis.

Teſtamentum nouum exhibitum ad conſummationē, & impletionem Veteris.

[b] Exod. 20. 17.

Teſtamentum nouum ſic appellatū propter nouitatem ſpiritus vetuſtatem literæ, & carnis in primo S. teſtamento abrogantem.

Cap. 20. *Poſt dies illos dicit Dominus dabo leges meas in cor illorum, & in mente eorum ſcribam eas.* Ecce eſt, vnde Apoſtolus ait, quod ſupra commemorauimus. [c] *Non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis*, quia non attramento, ſed ſpiritu Dei viui, nec ob aliud arbitror in eo loco Apoſtolum voluiſſe commemorare teſtamentum nouum: ibi quippe ait, *Qui & idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamenti, non litera, ſed ſpiritu*, niſi quia iſtam intuebatur prophetiam, cùm diceret, *Non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus*; quoniam hîc dictum eſt, *In cordibus eorum ſcribam eas:* Vbi nominatim promiſſum eſt teſtamentum nouum. Quid ſunt ergo leges Dei ab ipſo Deo ſcriptæ in cordibus, niſi ipſa præſentia Spiritus Sancti, qui eſt digitus Dei, quo præſente diffunditur charitas in cordibus noſtris, quæ plenitudo legis eſt, & præcepti finis?

115

Iere. 31. 33.

[c] 2. Cor. 3. 3.

Teſtamentum nouum in tabulis cordis, non in lapideis.

Euangelica lex ſcripta in cordibus Spiritus Sancti præſentiâ diffundente charitatem in eis.

Et ad finem cap. 21. Nunc ipſius bonum cordis promittitur, mentis bonum, ſpiritus bonum, hoc eſt intelligibile bonum, cùm dicitur, *Dabo leges meas in mente eorum, & in cordibus eorum ſcribam eas.* Vnde ſignificauit eos non forinſecus [d] terrentem legem formidaturos, ſed intrinſecus habitantem ipſam legis iuſtitiam dilecturos.

Teſtamentum nouū ſcriptū dicitur in cordibus, quia cordis promittit bonū.

[d] Rom. 13. 8.

Cap. 22. Deinde addidit & mercedem, [e] *Et ero eis in Deum, & ipſi erunt mihi in populum.* Hoc eſt illud quod de Deo ait ille, [f] *Mihi autem adhærere Deo bonum eſt. Ero*, inquit, *illis in Deum, & ipſi erunt mihi populus.* Quid hoc bono melius, quid hac fœlicitate fœlicius, viuere Deo, [g] apud quem eſt fons vitæ, & in cuius lumine videbimus lumen? De hac vita dicit ipſe Dominus, [h] *Hæc eſt autem vita æterna, vt cognoſcant te vnum verum Deum.* Hoc enim & ipſe promittit dilectoribus, dicens, [i] *Qui diligit me, mandata mea cuſtodit, & qui diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum & oſtendam me ipſum illi.* Vtique in forma Dei & in qua æqualis eſt Patri, non in forma ſerui in qua ſe & impiis oſtendebat.

Teſtamenti noui merces vita æterna, quæ in viſione Dei ſita eſt.

[e] Ier. 31. 33.
[f] Pſal. 72. 28.
[g] Pſal. 35. 10.
[h] Ioan. 17. 3.
[i] Ioan. 14. 21.

116

Cap. 24. [k] *Et non docebit vnuſquiſque ciuem ſuum & vnuſquiſque fratrem ſuum, dicens, Cognoſce Dominum: quia omnes cognoſcent me à minore vſque ad maiorem eorum.* Nunc certè iam tempus eſt teſtamenti noui, cuius per Prophetam facta eſt promiſſio per hæc verba, quæ ex illa prophetia commemorauimus. Cur ergo adhuc dicit vnuſquiſque ciui ſuo, & fratri ſuo, *cognoſce Dominum?* An fortè non dicitur cùm Euangelium prædicetur, & eius ipſa ſit prædicatio, vt hoc vbique dicatur? Nam vnde ſe Apoſtolus gentium dicit eſſe doctorem, niſi quia hoc fit quod ipſe ait, [l] *Quomodo inuocabunt in quem non crediderunt? Aut quomodo credent ei quem non audierunt? Quomodo autem audient ſine prædicante?* Cùm ergo nunc iſta prædicatio vſquequaque crebreſcat, quomodo tempus eſt teſtamenti noui, de quo Propheta dixit, [m] *Et non docebit vnuſquiſque ciuem ſuum, & vnuſquiſque fratrem ſuum dicens, cognoſce Dominum, quia omnes cognoſcent me à minore vſque ad maiorem eorum*, niſi quia eiuſdem teſtamenti noui æternam mercedem, id eſt, ipſius Dei beatiſſimam contemplationem promittendo coniunxit? Quid ergo eſt, *Omnes à minore vſque ad maiorem eorum:* niſi omnes pertinentes ſpiritaliter ad domum Iſrael, & ad domum Iuda, hoc eſt ad filios Iſaac & ad ſemen Abraham.

[k] Ier. 31. 34.

In Teſtamento nouo non ab inuicem docendi dicuntur fideles ſed à Deo, ob promiſſam contem, plationis Dei mercedē.

[l] Rom. 10. 14.

[m] Ier. 31. 34.

Et poſt aliqua, eodem cap. 24. Quod dicitur, *Omnes enim agnoſcent eum à minore vſque ad maiorem*, multis modis intelligi poteſt, ſiue quia & illic quiſque ſanctorum tanquam ſtella ab ſtella differt in gloria. Nec ad rem quicquam intereſt vtrum à minore vſque ad maiorem, ſicut dictum eſt, an ſi à maiore vſque ad minorem diceretur: quod ſimiliter nihil intereſt, etiam ſi minores intellexerimus, qui tantummodo credere, maiores autem qui etiam intelligere quantum in hac vita fieri poteſt lumen incorporeum atque incommutabile valuerunt. Siue minores, tempore poſteriores: maiores autem, tempore priores intelligi voluit. Simul enim promiſſam Dei contemplationem accepturi ſunt omnes, quia & illi pro nobis meliora prouiderunt, ne ſine nobis perfecti perficerentur. Et ideo velut minores repeciuntur priores, quia minus dilati ſunt in illo Euangelico denario per [n] ſimilitudinem dicitur, quem priùs accipiunt qui poſteriores venerunt ad vineam. Siue quolibet alio modo, qui me in præſentia forſitan fugit, minores maioreſque accipiendi ſunt.

Cæleſti in patria quâ ratione beatorū aliqui dicuntur maiores, aliqui minores.

[n] Matt. 20. 8.

117

Cap. 26. Ex dictis quòd vna potiſſimùm hîc aſſignata differentia inter duo teſtamenta, quòd nouum ſcribendum eſſet in cordibus, vetere nimirum ſcripto in tabulis lapideis, Videndum eſt, ait, quomodo dicat Apoſtolus. [o] *Cùm enim gentes quæ legem non habent naturaliter quæ legis ſunt faciunt, hi legem non habentes ipſi ſibi ſunt lex, qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis:* ne videatur non eſſe certa diſtantia noui teſtamenti, quia leges ſuas Dominus in cordibus populi ſui ſe ſcripturum eſſe promiſit, quandoquidem hoc gentes naturaliter habeant. Pertractanda igitur hæc quæſtio, quæ non mediocris exorta eſt. Dicet enim aliquis, Si Deus hinc diſcernit à vetere teſtamento nouum, quòd in vetere legem ſuam ſcripſit in tabulis, in nouo autem ſcripſit in cordibus: fideles noui teſtamenti vnde diſcernuntur à gentibus, quæ habent opus legis ſcriptum in cordibus ſuis, quo naturaliter quæ legis ſunt faciunt: quaſi iam illo populo vetere potiores qui legem accepit in tabulis, & nouo populo priores, cui hoc præſtatur per teſtamentum

Chriſtiani An, ſiue in quo differant ab iis Gentibus, quas Paulus dicit habere opus legis ſcriptum in cordibus.

[o] Rom. 2. 14.

tum nouum quod his natura iam præstitit?

Gentes naturaliter facientes quæ legis sunt scriptũque in cordibus suis habentes opus legis, sunt ea quæ crediderunt in Christum.

Et post multa, eodem cap. 26. Sic ergo gentes, inquit, commemorans naturaliter quæ legis sunt facientes, & scriptum habentes opus legis in cordibus, illos intelligi voluit qui credunt in Christum: quia non sicut Iudæi præmissâ sibi lege veniunt ad fidem, non est cur eos conemur discernere ab iis, quibus per Prophetam promittens testamentum nouum, dixit [a] leges suas se scripturum in cordibus eorum, quia & ipsi per [b] insertionem, quam Oleastro præstitam dicit, ad eandem oleam, hoc est, ad eundem Dei populum pertinent: potiúsque concordat prophetico etiam hoc Apostolicum testimonium in hoc sit pertinere ad testamentum nouum, legem Dei habere non in tabulis sed in cordibus scriptam: hoc est, in intimo affectu iustitiam legis amplecti, vbi [c] *Fides per dilectionem operatur*, quia [d] *ex fide iustificat gentes Deus.*

a Ier. 31. 33. b Rom. 11. 17. c Galat. 5. 6. d Galat. 3. 8.

118 Ioan. Chrys. *Testamentum nouum Orbi dandum, vnà cum credentiũ institutione, remissionéque peccatorum apertè prænũciatum per Ieremiã.*

Ioannes Chrysostomus Demonstratione aduersùs Gentiles, Quòd Christus sit Deus Tom. 5. Tria per hanc prophetiam apertè prænunciata demonstrans, ait. Et quòd talem eum (Orbem) fecerit, dederítque ei & legem, sed priore multò præstantiorem: minimè obticuerunt Prophetæ, dicentes: *Disponam testamentum nouum, non sicut disposui patribus eorum in die, quâ manum eorum apprehendi, educendo ipsos è terra Ægypti: quia ipsi non manserunt in testamento meo, & ego neglexi eos, dicit Dominus. Quia hoc est testamentum quod disponam eis: dabo enim eis leges meas in mente eorum, & in corde eorum inscribam eas.* Præterea illam magnam mutationem, erudirionémque facillimam declarans prædicebat: *Et non docebit vnusquisque proximum suum, dicens: cognosce Dominum, quia omnes scient me à minimo ipsorum, vsque ad maximum.* Iam etiam hoc ipsum quòd daturus esset & remissionem peccatorum, omnibus ad se venientibus, prædixit Propheta, sic dicens: [e] *Hoc erit ipsis à me testamentum, quia auferam iniquitates eorum, & iniquitatum eorum non ero memor ampliùs.* Quid hoc manifestius? quid dilucidius? Vocatur lex noua, veterem excellit: facilè credentes instituuntur, danturque in Baptismate gratia & donum.

e Ier. 31. 34.

Leo PP. *Lex Euangelica duplici cũ differentia ab exhibitione legis Moysis, data à Christo discipulis.*

Leo Papa homil. in Euang. fest. omnium Sanctorum. *Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & consummabo super domum Iuda testamentum nouum. Post dies illos, dicit Dominus, dabo leges meas in sensu ipsorum, & in corde ipsorum scribam eas.* Qui locutus est Moysi, locutus est & Apostolis, & in cordibus discipulorum velox scribentis verbi manus noui testamenti decreta condebat, nullâ vt quondam circumfusâ nubium crassitudine, neque per terribiles sonos, atque fulgores populo ab accessu montis exterrito: sed patente ad aures circunstantium tranquillitate: vt per gratiæ lenitatem remoueretur legis asperitas, & spiritus adoptionis auferret formidinem seruitutis.

119 Prosp. Aqui.

Prosper Aquitanicus opere de Vocatione Gentium, quod & inter opera Ambrosij reperitur. lib. 1. cap. 3. post allatum locum istum iunctum cum verbis hisce. *Et dabo illis viam alteram, & cor alind, vt me timeant omnes dies in bonum ipsis, & filiis eorum post eos, & timorem meum dabo in cor eorum, ne discedant à me, & visitabo eos, faciam.* Quæ habentur in subsequenti capite 32. vers. 29. 30. & 31. postque aliqua. Si ergo impossibile est, inquit, ista non fieri, quia nec incerta præscientia Dei est, nec mutabile consilium, nec inefficax voluntas, nec falsa promissio; omnes isti de quibus hæc prædicta sunt, sine cuiusquam exceptione saluantur. Dat enim leges suas in sensum ipsorum, easque in cordibus eorum digito suo scribit, vt agnitionem Dei non doctrinæ humanæ opere, sed magisterio summi Eruditoris accipiãt: quia [f] *neque qui plantat, neque qui rigat, est aliquid, sed qui incrementum dat Deus.* Omnes hi à pusillo vsque ad magnum cognoscunt Deum, quia vt venirent ad Christum, à patre audierunt atque didicerunt, omnes educti ab errore diriguntur in viam vitæ, omnibus corde mutato recta sapere & recta velle donatur, omnibus timor quo in mandatis Dei erudiantur, inseritur. Fit in deserto via, & terra arida fluminibus irrigatur, vt qui priùs ad confitendum Deum os non aperiebant, & velut muta atque irrationabilia animalia in feritatem transierant bestiarum, diuinorum eloquiorum fontibus mundati benedicant, & laudent Dominum, enarrantes virtutes & mirabilia misericordiæ eius, qui elegit eos, & in filios adoptauit, ac noui testamenti fecit hæredes. Si autem (vt Apostolus loquitur) [g] hominis confirmatum testamentum nemo spernit, aut superordinat, quomodo fieri potest vt ex illa parte diuina promissio resoluatur? Manet prorsus & quotidie impletur quod Abrahæ Dominus sine conditione promisit, sine lege donauit: quia etsi quidam, quibus hæc prædicata sunt, non crediderunt: incredulitas eorum fidem Dei non euacuauit. [h] *Est enim Deus verax, omnis autem homo mendax.* Et illi quidem qui audito Euangelio credere noluerunt, inexcusabiliores facti sunt, quàm si nullum præconium veritatis audissent. Sed certum est, eos apud præscientiam Dei Abrahæ filios non fuisse, nec in illorum sorte numeratos, de quibus dictum est: [i] *Benedicentur in semine tuo omnes tribus terræ.* Credituros enim promisit qui dixit: [k] *Et non docebit vnusquisque proximum suum, & vnusquisque fratrem suum dicens: Cognosce Dominum: quia omnes cognoscent me à pusillo eorum vsque ad magnum.* Reconciliandos promisit qui dixit: [l] *Propitius ero iniquitatibus eorum, & peccatorum eorum memor non ero.* Obedituros promisit qui dixit: [m] *Dabo illis viam alteram, & cor aliud, vt timeant me omnes dies.* Perseueraturos promisit qui dixit: *Timorem meum dabo in cor eorum, ne discedant à me: & visitabo eos, vt bonos eos faciam.* Postremò omnes sine cuiusquam exceptione sibi obsequuturos promisit qui dixit: [n] *Per memetipsum iuro, nisi exibit de ore meo iustitia, & verba mea non auertentur,* [o] *quia mihi flectetur omne genu, & confitebitur omnis lingua Deo.* [p] Hîc si dicamus non fieri quod Deus iurauit esse faciendum, falsitatem Deo (quod absit) & mendacium adscribimus veritati. Si autem (vt pietas fidesque persuadent) [q] Dei verba non excidunt, & fit omnino quod statuit, quomodo nobis veracis promissionis firmitas apparebit, cùm multa adhuc hominum millia dæmoniis seruiant, & idolis genuflectant, nisi huiusmodi denunciationes Dei secundùm illam incommutabilem scientiam editas nouerimus, in qua apud illum iam vniuersitas humana discreta est, & siue de bonis, siue de malis loquatur, ita vnius partis meminit, quasi neminem hominum prætermittat.

Prædestinati quanta, & quàm eximia à Deo conferantur.

f 1. Cor. 3. 7. g Hebr 9. 17. h Rom. 3. 4. i Gen. 26. 4. l Iere. 31. 34. m Hebr 8. n Ierem. 31. o Isai. 45. 23. p Phil. 2. 10. q Matth. 24. 35.

Promissio Dei nullo pacto resolui potest.

Reprobos certum est non fuisse filios Abrahæ apud Dei præscientiam.

Prædestinatis quæ, qualiáue à Deo promissa sint.

Promissiones Dei iuxta eã præscientiam in qua boni, malíue iam discreti sunt.

120 Theophil. *Testamentum vetus abrogãdũ per Christum, nedum quoad scripturam renouandum ab Ezdra, vt aiunt Hebræi.*

Theophilactus in caput octauum epistolæ ad Hebr. *Ecce dies veniunt dicit Dominus, & consummabo super domum Israel, & super domum Iuda testamentum nouum.* Apertiùs hîc demonstrat, vetus testamentum esse antiquatum, & abrogatum; Nouum enim dicit, hoc est, nuper omnino institutum;

tutum;non quemadmodum intelligunt Hebræi, quòd Eſdras renouarit Scripturam:non enim per eum noua facta eſt Scriptura, ſed rurſus vetus manſit,etiam ſi ab illo recollecta ſit.

Iſid. Hiſpal.

Iſidorus Hiſpalenſis lib.de Gentium Vocatione cap.13.Per Ieremiam teſtamentum nouum ſe daturum,euacuato priore, ſic Dominus pollicetur, *Ecce dies veniunt dicit Dominus & feriam*, &c. *Sed hoc eſt pactum,quod feriam cum domo Iſrael*, &c.

Teſtamenti noui, atque Veteris mirabiles differentiæ.

In quo loco teſtamenti noui facta eſt commemoratio,quod quia diſcrepabat à veteri teſtamento, adiunctum eſt. *Non ſecundùm teſtamentum quod dedi patribus eorum.* Eſt enim in vtroque mirabilis differentia præceptorum: in illo enim exceptis Sacramentis quæ vmbra erant futurorum, cætera promiſſa temporalia ſunt. Sabbathum, Circuncíſio, & multiplex Sacrificiorum ritus, ciborúmque obſeruantia, ac dierum cæremoniæ carnali congruunt vetuſtati. At contra in teſtamento nouo cordis bonum promittitur,vitæ fœlicitas pollicetur. Et non quidem foris in lapidibus dipticis, ſed intrinſecus in tabulis cordis. Vnde ſubiungitur: *Dabo legem meam in cordibus eorum,& in mentem eorum ſcribam eam:* quod ſignificaret, eam in cordibus eorum operari debere ſpiritaliter ſecundùm interiorem hominem, vetuſtate carnalis operationis mutatâ; intus enim Circuncíſio, non præciſione carnis, ſed cordis purgatione: intus Sabbathum: non per abſtinentiam ſeruilium operum, ſed per abſtinentiam peccatorum.

121

Hæc quidem quoad totum præſentem locum ſimul ſat notaſſe ſufficiat,Cæterùm quia& quoad ſingulas partes celeberrimus is ita eſt vt & Apoſtolus Paulus in vna Epiſtola ad Hebræos, & in c. 8.eum totum, & in cap. 10. illius partes aliquas retulerit: Idcirco vltra præallata, adnotare item ex veteribus Patribus aliqua non pigebit ſingillatim ſuper partem eius quamque.

Auguſt.

Circa Verſ.ergo 31.Auguſtinus Oratione contra Iudæos poſt medium Tom. 6. legit. *Ecce ego confirmabo*,&c.

Cyril.Alex. *Teſtamentum Vetus vt imperfectū antiquandum, & commutandum.*

Cyrillus Alexandrinus Homil.4. Paſchal.pag. 34.[a] *Lex quidem ſancta eſt, & mandatum ſanctum, & iuſtum,& bonum*, vt Paulus ait, Iacebat,tamen ad tempus; donec emendatam veram colendi numinis rationem indicaret. Propterea Deus ſe illud in meliùs commutaturum Prophetæ cuiuſdam voce teſtatus eſt his verbis: *Ecce dies veniunt, ait Dominus,& diſponam domui Iſrael, & domui Iudæ teſtamētum nouum.* Quod quidem optimè Paulus intelligens ait: [b] *Dum nouum dicit, primùm antiquauit: quod verò antiquatum eſt, & conſenuit, prope eſt vt deleatur:*& rurſum:[c] *Si enim illa irreprahenſibilis fuiſſet, nequaquam alterius locus quæreretur.*

a Rom.7.12.
b Heb. 8.13.
c Heb. 8.7.

Anſelmus. *Tempus gratiæ dies appellatum, ob illuſtrationē.*

Anſelmus Comment. in cap. 8. Epiſtolæ ad Hebræos. *Ecce ait*,id eſt,in manifeſto eſt, (*dies*) veniunt,id eſt,paulatim propinquat tempus gratiæ, in quo fideles illuſtrabuntur multiplici charitate.Et hoc(inquit Propheta) non dico ex mea authoritate,ſed hoc(*dicit Dominus*,)cui non audetis contradicere.Ideo præmiſit authoritatem Domini, quia dicturus eſt de mutatione veteris teſtamenti,quod audire nolebant Iudæi.Dominus dicit, quia *dies veniunt*, id eſt,luminoſum tempus gratiæ,& in diebus illis ego (*conſummabo*,) id eſt, conſummans ac perfectū faciens,dabo (*teſtamentum nouum.*) Ita enim conſummatum & perfectum erit in omnibus præceptis, & inſtitutionibus ſuis,vt nihil repræhenſionis habeat, & omnem iuſtitiæ perfectionem contineat. Vnde & ſummum erit,id eſt ſuper omnes alias ſcripturas, quia ſuos obſeruatores ad culmen ſummæ perfectionis prouehet & hoc appellatur nouum, aliud autem vetus. Nam propter veteris hominis noxam,quæ per literam iubentem & minantem minimè ſanabatur,dicitur illud teſtamentum vetus: hoc autem nouum, propter nouitatem ſpiritus, quæ hominem nouum ſanat à vitio vetuſtatis.

Teſtamentum nouum perfectum faciens, que perfectoi.

122

Teſtamentum nouum & Iudæis,& multò magis iis datum, qui ſecundùm ſpiritum Iudæis eſſent.

Et hoc teſtamento conſummabo (*ſuper domum Iſrael & ſuper domum Iuda:*) id eſt, ſuper Iudæos, qui poſt Salomonem diuiſi ſunt in duo regna. [d] Nam decem tribus quæ habitauerunt in Samaria, dicebantur domus Iſrael, tribus autem Iuda, & Benjamin, domus Iuda. Et ſuper iſtos conſummabo teſtamentum nouum, vt dominetur eis & ſubditos habeat. Vel domus Iſrael & Iuda,filij Abrahæ ſunt,de quibus ei dictum eſt, [e] *quia in Iſaac vocabitur tibi ſemen. Non enim qui filij carnis, hi filij Dei,ſed filij promiſſionis deputantur in ſemen.* Hæc eſt domus Iſrael,& domus Iuda propter Chriſtū qui venit ex tribu Iuda, domus filiorum promiſſionis id eſt, non operum propriorum,ſed beneficij Dei.Sed & nominum interpretatio cōgruit,quia Iſrael dicitur rectiſſimus Dei, vel vir videns Deum; Iuda verò confeſſio:& domus Iſrael eſt familia perfectorum, qui ſunt domus & habitaculum Dei, quia ſummam rectitudinem in operatione tenent, & Deum aliquatenus in contemplatione vident;Domus autem Iuda eorum eſt,qui confitendo peccata domum ſui pectoris emundant, vt Dei fiat habitaculum. Et ſuper omnes iſtos conſummatum eſt nouum teſtamentum, vt eos omnino ſubiectos haberet,& ſenſum ac perfectionem eorum tranſcenderet. Nullus enim tam perfectus eſt, qui in hoc teſtamento non inueniat vnde ſemper proficere poſſit quamdiu viuit.

d 3.Reg.12.16.
e Gen.21.12.
f Rom.9.8.

Teſtamentum nouū conſummatū vt perficiat & pœnitentes, & qui contemplationi indulgent Dei.

D.Thom. *Teſtamentum nouū conſummatū à Deo potiſſimùm ſuper Iudæos, quia illis in propria perſona id prædicauit Chriſtus.*

Eadem ferè & in D.Thoma lect.2. in idem c.8. ad Hebr.in quo vnum duntaxat noto, quòd dici ait, conſummandum teſtamentum nouum ſuper domum Iſrael, & domum Iuda, & ob id, quòd Chriſtus in propria perſona prædicauit Iudæis, non Gentibus.Matth. 15.[g] *Non ſum miſſus niſi ad oues,quæ perierunt domus Iſrael.*

g Mat.15.24

Circa Verſ.32.Vide ad finem capitis ſexti libri primi Euſebij Cæſarienſis de Demonſtratione Euangelica allatas decem differentias inter duo teſtamenta,vetus ac nouum.

123 *Teſtamentorū veteris ac noui differentiæ decem.*

Anſelm. *Teſtamentum vetus deſtruendū ſecundùm ſenſum carnalē.*

Anſelmus loco ſupra citato, Nouum inquit teſtamentum illis dabo,& hoc faciam, (*Non ſecundùm illud teſtamentum*,) quod feci cum patribus eorum, quia non ſequar in eo ritum veteris, vt carnalia præcipiam & terrena promittam.Ecce,quia prophetizatum eſt non perſeueraturum illud teſtamentum, ſed futurum aliud nouum. Non tamen ſecundùm ſpiritualem ſenſum, ſed ſecundùm carnalem prædicitur deſtruendum. Quia verò Deus ſpirituale teſtamentum fecerat Abrahæ,& Iſaac,& Iacob,ideo determinat: *Quod feci*,inquit,(*in die quâ apprahendi manum eorum, vt educerem eos de terra Ægypti*,) i.in tempore quo eis lucem meæ cognitionis oſtendens,appræhendi manum eorum de luto, per ſe ſurgere non valentium; ſicut nutrix appræhendit manū paruuli,vel qui de fouea per manum attrahit aliquem, ſiue ſecum ducit. Ideo ſic appræhendi, vt educerem eos de terra Ægypti,id eſt de loco ſeruitutis, & afflictionis, vnde per ſe exire nequibant. Totum illud tempus vocat vnum diem, ex quo cæpit illis in Ægypto per Moyſen prouidere, & ſaluti

Nutricis inſtar Deus apprahēdit manum noſtram educens è mundo.

Dies vnus appellatū totum id temporis, quo Deus Iudæis adfuit ex Ægypto in terrā promiſſionis introducēdis.

saluti eorum consulere, quousque in terram promissionis eos introduxit: Iure enim totum illud temporis spatium nomine vnius diei significat, quia semper illis apparuit, semper cum illis misericorditer egit. Et in parte illius diei legem illis inter cætera beneficia contulit, postquam de manu Pharaonis potenter eos liberauerat. Ideo inquit, nouum testamentum dabo, non iuxta illud quod tunc dedi patribus eorum. (*quoniam ipsi non permanserunt*,) id est non per omnia manserunt (*in testamento meo*) veteri, quia etsi carnaliter illud obseruauerunt timore pœnæ, non tamen spiritualiter intellexerunt, nec ex amore iustitiæ compleuerunt. Vel *non permanserunt*, id est, non perseuerauerunt, quia fecerunt vitulum in Oreb, & post adorauerunt Beelphegor, ac deinde multis idolis seruierunt. Et quia studiosè legem meam non seruauerunt, ego quoque vicem eis reddens, (*neglexi eos*,) id est protectionem, & salutem eorum non curaui, sed pro nihilo vel minimo duxi. Nec indignemini, inquit, si dico neglectis, quia (*Dominus dicit*.)

Negligit Deus illos qui non perseuerāt in obseruatione legis eius.

124 D. Thomas. In D. Thom. eadem lectione 2. duo notanda. Primum, quod ait, potest aliquis dicere, Numquid istud nouum est isti simile? Ideo quasi respondens dicit, Non: quia *non secundùm id quod feci cum patribus eorum*: in quo ostendit, quòd non est seruandum vetus cum nouo. Gal. 5.[a] *State & nolite iterum iugo seruitutis contineri.* Matth. 9.[b] *Neque mittunt vinum nouum in vtres veteres*, &c. & Rom. 7.[c] *Seruiamus in nouitate spiritus, & non in vetustate litera.*

Testamentum vetus non est seruandum cum nouo. a Galat. 5.1. b Mat. 9.17. c Rom. 7.6.

Alterum, quod ait. Deinde cùm dicit. *In die quā apprehendi*, &c. ostendit defectum veteris testamenti. Et primò ex eius traditione, secundò ex euentu ibi, *Quoniam ipsi.* Vetus enim testamentum traditum est seruis, & infirmis. Seruis quidem quia quandoque exierunt de seruitute Ægypti. Et quantùm ad hoc dicit, *Vt educerem illos*, &c. Gal. 4.[d] *Vnum quidem in seruitutem generans*, &c. Item quia erat lex timoris seruilis. Rom. 8.[e] *Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore*, &c. August. Breuis differentia veteris & noui testamenti, timor & amor. Item infirmis, quia per se non poterant se iuuare. Et quantùm ad hoc dicit, *Apprehendi manum eorum*, quod est infirmorum. Psal.[f] *Tenuisti manum dexteram meam.* Rom. 8.[g] *Quod impossibile erat legi in quo infirmabatur.* Dicit autem, *patribus eorum*: scilicet Abraham, Isaac, & Iacob, cum quibus iniit fœdus speciale. Psal.[h] *Memor fuit in sæculum testamenti sui, verbi quod mandauit in mille generationes, quod disposuit ad Abraham*, &c.

Testamentum vetus seruorum, & infirmorum. d Gal. 4.24. e Rom. 8.15. August. *Testamentorum Veteris, ac noui differentia, timor, & amor.* f Psal. 72.24. g Rom. 8.3. h Ps. 104.8.

125 Clem. Alex. Circa Vers. 33. Clemens Alexandrin. in Adhortatione ad Gentes post dimidium; de Christo loquens ait, Is Occasum traduxit in Orientem, & mortem in vitam cruci affixit: ab exitio autem abreptum hominem, in æthere suspendit, transplantans interitum & corruptionem, in interitus & corruptionis vacuitatem: & terram mutat in cælum Dei agricola, dextrâ signans: populos autem ad bonum opus excitans, veram vitam in memoriam redigens, & verè magnam, & diuinam, & quæ auferri non potest nobis hæreditatem largiens, cælesti doctrinâ hominem Deum efficiens, dans legem in mentem ipsorum, & eam scribens in corde. Quasnam scribit leges?[i] *Quòd omnes scient Deum à magno vsque ad paruum: Et propitius*, inquit Deus, *ero ipsis, & peccatorum eorum non recordabor.* Suscipiamus leges vitæ, pareamus Deo exhortanti. Discamus ipsum, vt sit propitius. Reddamus illi licet non egenti gratam mercedem, affectus bene compositos: & veluti inhabitatæ domus mercedem, pro nostra quæ est hîc habitatione, demus Deo pietatem ac eius cultum.

In Cruce quāta, & quàm magna Christus operatus sit. *Crucifixus Christus dextra signat terram mutatam in cælum.* *Doctrina Euangelica Christus hominem efficit Deum.* *Leges scripta à Deo in cordibus nostris duæ in primis, cognitio ipsius, & pœnitentia.* i Iere. 31.33. *Cultū ac pietatē Deo reddimus, tamquam mercedem.*

Eusebius Cæsariens. lib. 1. Demonstrat. Euangelicæ cap. 7. Nos, inquit, qui illū (de Christo loquens Prophetâ prænunciato Deut. 10.) suscepimus, quem Moses & reliqui Prophetæ nunciauerunt, & ei parere etiam votis expetimus, edictum Mosi complcuisse inuenimur: quo edixit, illum[k] audiendum esse, omnémque animam, quæ illum non audiret, delendam esse de genere suo. Quæ autem sint, quæ Propheta ille instituerit, quibus obedire necesse sit, paulò ante audiuimus, omni videlicet sapientiâ referta, & perfecta, & cælestia documenta. Quæ quidem neque tabulis lapideis, vt Moses, neque attramento & chartis commendari voluit, sed purgatis animis suorum, & intelligentem naturam obtinentibus: in quibus leges noui testamenti describens, re ipsâ compleuit Ieremiæ prophetiam, quæ ait:[l] *Instituam testamentum nouum, non instar testamenti quod posui patribus eorum, quoniam hoc testamentum, quod ponam domui Israel, dans leges meas in interiorem sensum eorum, & in corde eorum scribam eas, & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus.*

Eusebi. Cæs. *Christum vt Prophetam à Mose prænunciatum fideles suscepere.* k Deut. 18.15. *Doctrina Christi omni sapientiâ, cælestibusque documentis plena.* *Lex Euangelica scribitur in purgatis animis.* l Iere. 31.33.

126 Ambros. Ambrosius Serm. 14. in Psalmum 118. ad finem, super ea verba Psalmi, *Hæreditate acquisiui testimonia tua in æternum.* Non ad vnum quidem, ait, non ad paucos, sed ad omnes testamentum suum scripsit Iesus. Omnes scripti hæredes sumus, non proportione, sed pro vniuersitate. Testamentum commune est, & ius omnium, hæreditas vniuersorum, & soliditas singulorum. Nouum testamentum & singuli adeunt, & omnes possident: nec minuitur hæredi, quicquid à cohæredibus vindicatur. Manet emolumentum integrum: & eò magis singulis crescit, quò pluribus acquisitum. Alia conditio est hæreditatis humanæ. Si diuisa fuerint emolumenta, minuuntur: & hæredis est damnum, adscriptio cohæredis. Indiuisum regnum Christi est, indiuisa hæreditas. Quomodo fieri poterat, vt diuisa esset hæreditas, cùm hæreditatis fructus sit indiuisus, quod est regnum cælorum? Aurum, argentum, prædium, ab homine pluribus derelictum distribuitur ac secatur, solida ad singulos Christi dona perueniunt: omnes habent, & nemo fraudatur. Audiamus igitur commoda hæreditaria. Remissio peccatorum hæreditas Christi est. Certè solida per singulos, & in commune est lucratiua. Quibuscúmque enim collata fuerit, solida est, nulli decedit, accedit omnibus. Corpori acquiritur, quicquid vnicuique relaxatur. Nam si[m] *Angeli super vno peccatore pœnitentiam agente lætantur*, quia lucrum suum putant hominis redemptionem: quantò magis lucrum est generis, quod est lucrum naturæ? Hæreditas Christi est resurrectio. Hanc quisque damnum suum dixerit, quæ in vno communis gratiæ nomen inuenit? Christus enim resurgēs, omnibus surrexit,[n] quoniam per hominem resurrectio mortuorum. Quomodo igitur potest singulorum esse dispēdium, quæ est totius corporis & humani generis reformatio? Recitetur igitur testamentū, & institutiones eius consideremus.[o] Testis autē nobis est Spiritus Sanctus. Cùm enim dixerit:[p] *Testis sum testamentorum meorum, quæ testificatus sum in vobis*: tunc testimonium perhi

Testamentum nouū à Christo scriptum ad omnes, per quod & vniuersos instituit hæredes. *Hæreditatis humanæ, & hæreditatis à Christo testamento omnibus exhibitæ discrimen.* *Hæreditas Christi remissio peccatorum singulis solida.* m Luc. 15.7. *Hæreditas Christi est resurrectio.* n 1. Cor. 15.22. o Heb. 10.15. p Heb. 10.16.

Lex Christi ſcripta in cordibus, & ſenſibus, vt eam amem & cogitemus, & ſentiamus.
a Ier. 31. 39.

perhibebit quod teſtatus ſit dicens: [a] *Hoc autem teſtamentum quod teſtabor ad illos, dicit Dominus: Dabo leges meas in cordibus eorum, & in ſenſibus eorum ſcribam eas, & peccati, & iniuſtitiæ eorum non ero memor.* O verè reſtator æternus, qui noſtris cordibus leges affigit ſuas, & ſcribit in ſenſibus, vt nihil aliud cogitare niſi diuina præcepta poſſimus, nihil aliud ſentire, niſi Dei oracula debeamus. Dedit gratiam, reformauit naturam, ſibique comminiſcens qui obliuiſci nihil ſolet, memoriam meorum abſtulit peccatorum, mihique dedit legem præceptorum ſuorum. Noli ergo tollere de corde tuo legem Dei, & affigere legem peccati. Noli ſcribere in ſenſibus tuis diaboli illecebras, & Dei delere mandata.

127
August.
Teſtamentum nouum ſcribitur in cordibus Catechumenorum audiendo ſymbolum fidei.
b Ier. 31. 33.

Auguſtinus ad finem Sermonis 131. de Tempore Tom. 10. Commemorario fit ſermonis, vbi per Prophetam pronuncians teſtamentum nouum dixit.[b] *Hoc eſt teſtamentum quod ordinabo eis poſt dies illos dicit Dominus, dans legem meam in mente eorum, & in corde eorum ſcribam eam.* Huius rei ſignificandæ cauſa, audiendo ſymbolum non in tabulis, vel in vlla materia, ſed in cordibus ſcribitur: præſtabit ille qui vos vocauit ad ſuum regnum, vt eius gratiâ regeneratis vobis, etiam Spiritu Sancto ſcribatur in cordibus veſtris, vt quod creditis diligatis, [c] & fides in vobis per dilectionem operetur, ac ſi Domino Deo largitori bonorum omnium placeatis, non ſeruiliter timendo pœnam, ſed liberabiliter amando iuſtitiam.

c Galat. 5. 6.

August.
Fidelitatis æternæ præmium virtutis ipſemet Deus, qui & omnia.
d Ier. 31. 33.

Idem verò Auguſtinus lib. 22. de Ciuitate Dei cap. 30. Tom. 5. Præmium virtutis erit ipſe qui virturem dedit, & qui ſe ipſum quo melius & maius nihil poſſit eſſe, promiſit. Quid eſt enim aliud quod per Prophetam dixit. [d] *Ero illorum Deus, & ipſi erunt mihi plebs:* niſi, ego ero vnde ſatientur: ego erò quæcunque ab omnibus honeſtè deſiderantur, & vita, & ſalus, & victus, & copia, & gloria & honor, & pax, & omnia bona? Sic enim & illud rectè intelligitur, quod ait, Apoſtolus, [e] *vt ſit Deus omnia in omnibus.* Ipſe finis erit deſideriorum noſtrorum, qui ſine fine videbitur, ſine faſtidio amabitur, ſine fatigatione laudabitur. Hoc munus, hic affectus, hic actus profectò erit omnibus, ſicut ipſa vita æterna communis.

e 1. Cor. 15. 28.

128
Loquebatur Sanctis Patribus antiquis Deus nō per literas ſed per ſemet.

Iſidorus Peluſiota lib. 3. Epiſtolarum epiſtolâ 106. ad Iſidorum Diaconum. Priſcis hominibus Deus non per literas, ſed per ſe ipſum loquebatur: quòd videlicet puram eorum mentem, ac doctrinâ internuncij ex parte dignam inueniret. Atque hoc ex eo perſpicuè liquet, quod & Noe, & Abrahamū, & optimos ac celeberrimos ipſius nepotes (quorum vnus, & quidem præſtantiſſimus erat, is qui vniuerſam Diaboli potentiam concidit, atque ipſius ſagittas conſumpſit, pharetramque inanē reddidit, hoc eſt clarus Iob) citra literas alloquebatur. Poſteaquā autem Iudæorum natio in ipſum vitij fundum præceps ruit, tum denique literæ neceſſariæ eſſe iudicatæ ſunt, eâque ſubmonitio quæ per eas contingebat. Quòd ſi in veteri duntaxat inſtrumento hoc extitiſſe putas, ac non in nouo confirmatum fuiſſe; ipſe contra in nouo quoque potiſſimum iſtud oſtendi aſſero. Neque enim diuinis Apoſtolis ſcripto proditum quicquam datum eſt: verùm literarum loco Spiritus Sancti gratia promiſſa eſt. [f] *Ille enim*, inquit, *ſuggeret vobis omnia.* Quòd ſi ſcriptas leges non ſcriptis maiorem vim atque

Locutio Dei per literas ob Iudæorū imperfectionem facta.
Scripto nil à Christo traditum Apoſtolis, ſed literarum loco promiſſus Spiritus Sāctus.
f Ioan. 14. 26.

authoritatem habere cenſes audi quid ipſemet Rex dicat: [g] *Et feriam cum ipſis pactum nouum, dans legem meam in mentibus eorum, & in cordibus eorum inſcribam eam. Et erunt omnes edocti à Deo.* Vnde etiam Paulus, maiora fidei noſtræ, quàm Moſi, commiſſa fuiſſe affirmans [h] nos in lapideis tabulis inſcriptam, ſed in carnalibus cordis tabulis inſcriptam legem non accepiſſe dicebat: quam qui contempſerit, is non, vt ex veteris legis præſcripto lapidibus opprimetur, verùm longè acerbiori ſupplicio mulctabitur. Poſtea quàm autem fluente tempore, ac celerrimi cuiuſdam equi inſtar currente, quidam ob fidei dogmata, quidam ob vitam corruerunt, neceſſariò rurſum per literas adhibenda correctio fuit. Violatis enim non ſcriptis legibus ad ſcriptas meritò ſe contulit is, qui ſubditos omni ratione ad virtutem inducere ſtudet. Quocirca nobis illud cogitandum eſt, quanto in crimine verſemur, qui cùm tam purè ac ſincerè viuere deberemus, vt ne literis quidem nobis opus eſſet, poſtquam huiuſce honoris iacturam fecimus, eóque redacti ſumus, vt literarum adiumento indigeamus, rurſum tamen ne ſecundo quidem ſubſidio, vt par eſt, vtamur. Nam ſi crimen eſt, literis opus habere, ac non Spiritus Sancti doctrinam per vitæ puritatem attrahere, æquum eſt, nos perpendere quantum malum ſit, poſt tantum ac tale ſubſidium. (*Legem* enim, inquit ille, *in auxilium dedit,*) ne lucrum quidem facere velle, ſed literas fruſtrà & temerè ſitas nihil pendere, maioremque hîc cruciatum nobis accerſere.

g Ier. 31. 33.
Lex Dei non ſcripta maioris roboris, quàm quæ ſcripta eſt in tabulis lapideis.
h 2. Cor. 3. 3.
In Teſtamēto quoque nouo violatis legibus non ſcriptis ad ſcriptas Deus ſe contulit.
Literarum adiumento in legibus obſeruandis indigere noſtra eſt imperfectio.

129
Theophil.
Teſtamentum nouum datū in remiſſionē peccatorum per Christi mortem.

Theophilactus in cap. 10. Epiſtolæ ad Hebræos. *Hoc teſtamentum quod teſtabor ad illos poſt dies illos, dicit Dominus, dans leges meas in corda ipſorum, & in mentes eorum inſcribam eas, & peccatorum eorum, & iniquitatum eorum non recordabor amplius.* Obſerua, teſtari Deum, quòd peccatorum remiſſionem dederit, quando nouum teſtamentum dabat: quod per mortem filij ſui dedit, ac ſtabiliuit.

S. Germanus Constantin.
Spiritus Sanctus in modū libelli ſcribit Sanctam Trinitatem.

S. Germanus Conſtantinopolitanus Theoriâ rerum Eccleſiaſticarum aliquantò poſt initium Tom. 6. Bibl. vet. Patrum col. 136. A. Sanctus autem Spiritus confirmat promiſſiones, tamquam teſtis fidelis, & irrepræhenſibilis; plenam in nobis fiduciam procreans. Vide ſanctam inſcriptionem. Etenim Sanctam Trinitatem in modum libelli præſcribit Spiritus Sanctus, veluti lingua Dei & patris, [i] & calamus ſcribæ velociter ſcribentis, ſculpens ſcilicet in ſignificationem Christi, non per atramentum & chartam, ſed per vnguenti lituram; & velut in libro nouo, tabulis cordium fidelium crucem Christi inſculpens, quemadmodum ait Propheta. [k] *Et ſcripſi legem meam, ait Deus, in cordibus eorum, & imprimam eam in fronte eorum;* [l] vt ſignatum ſit in ipſis lumen vultus mei, & ſint ipſi celebres in vniuerſa terra: oſtendens, nos & hæredes regni ſui, & filios legitimos, & cohæredes ipſius; ſi modò & demus operam conſeruare ſanctum Baptiſma incolume, & ſignaculum ſaluum.

Spiritus Sanctus per vnguenti liturā ſcribit, & ſculpit Christi crucē in cordibus fideliū.
i Pſal. 44. 2.
k Ier. 31. 33.
l Hebr. 10. 16.
m Pſal. 4. 7.

130
Anſelm.
Teſtamentum nouum diſpoſitum à Christo iuxta diuerſos gradus.

Anſelmus in cap. 8. Epiſtolæ ad Hebr. *Quia hoc teſtamentum quod diſponam*, i. diuerſis gradibus ordinabo, vt alij in eo relinquant omnia & ſequantur me, alij licitè mundanis rebus vtantur, alij continentes ſint, alij coniugati, & vnuſquiſque ſui ordinis formam teneat: hoc diſponam, (*domui Iſraël,*) id eſt, ſemini Abrahæ, ſcilicet filiis promiſſionis, (*poſt dies illos,*) id eſt, non nunc

nunc in tempore perfectionis horum hominum, sed post expletionem dierum illorum, qui apud me præscripti & præordinati sunt. Et hoc (*dicit Dominus.*) id est, ille qui omnipotens est, cuius voluntati nihil est impossibile, & cui omnia seruiunt. Ita disponam hoc testamentum, scilicet (*dando leges meas,*) vel dabo leges meas non in tabulis lapideis sicut priùs, sed (*in mente eorum,*) vt ibi scribantur non attramento, sed Spiritu Sancto, quatenus intelligentiâ & in bona voluntate animi depingantur. Quoniam illi ex amore iustitiæ, & ex virtutum delectatione testamentum meum complebunt, & voluntatem meam in omnibus intelligent, nec velamen habebunt super faciem cordis. Iudæi verò ignorauerunt quæ sibi iniuncta fuerant, atque timore pœnæ, & inuiti semper legem seruauerunt, (*& superscribam eas*) (scilicet leges) (*in corde eorum,*) id est, ita ponam, vt quasi scriptæ maneant ibi, nec possint inde auferri, sed in intelligentia, & voluntate eorum perdurent, & quasi superfint & dominentur eis.

Lex Dei in corde scripta, quatenus intelligẽtiâ, & benâ voluntate in nobis perdurat.

In cæteris conuenit cum dictis supra ex Augustino lib. de Spiritu & litera.

131 D.Thom.

D.Thom. lectione 2. in cap.8. ad Hebr. Quia cùm dicit, *Hoc est testamentum*, &c. Describit conditiones noui testamenti. Et circa hoc facit duo, Primò ponit modum editionis eius: Secundò effectum ipsius, ibi, *Et ero eis in Deum.* Dicit ergo, *Quia hoc est*, id est tale est testamentum quod disponam domui Israel, &c. dispositio importat cõgruitatem ordinis. Et ideo dicit, *post dies illos*, id est post legem datam. Debuit enim post legem veterem dari noua lex, sicut primò datur pædagogus, postea magister, vt priùs homo recognoscat infirmitatem suam. In hoc ergo patet congruitas temporis dandi nouum testamentum. Modus autem tradendi duplex est. Vnus per exteriora, sicut proponendo verba ad cognitionem alicuius. Et hoc potest homo facere, & sic traditum fuit vetus testamentum. Alio modo interiùs operando: Et hoc proprium est Dei. Iob.32.[a] *Inspiratio omnipotentis* dat intelligentiam. Et hoc modo datum est nouum testamentum, quia consistit in infusione Spiritus Sancti, qui interiùs instruit. Non autem sufficit tantùm cognoscere, sed requiritur operari. Et ideo primò illuminat intellectum ad cognoscendum. Et ideo dicit, *Dabo leges meas*, &c. Et dicit in plurali, propter diuersa præcepta, & consilia. Et hoc facit Spiritus Sanctus 1. Ioan. 2.[b] *Vnctio eius docet vos.* Ioan. 14.[c] *Ille vos docebit omnia*, &c. Item ad benè operandum inclinat affectum, vnde imprimitur cordi. Et quantùm ad hoc dicit, *In corde eorum superscribam eas*, id est super cognitionem, scribam charitatem.[d] *Super omnia autem charitatem habete*, &c. Coloss. 3. & Rom. 5.[e] *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris*, &c. Et hæc est epistola de qua subdit 2. Cor. 3.[f] *Non atramento, sed Spiritu Dei viui, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus.*

Testamentum nouũ datum congruo & tempore, & modo.

a Iob.32.8.

Testamentum nouum illuminat intellectum, & inclinat affectũ ad bene operandum.

b 1.Io. 2.27.
c Ioa. 14.26.
d Coloss. 3. 14.
e Rom. 5.5.
f 2. Cor. 3.3.

132 Bonauent.

Bonauentura Expositione in Psalmum 118. cap.1. Vers.11. art.1. Nota quòd cordis & codicis triplex est conuenientia. Quarum prima est in scriptura: secunda in pictura: tertia in ligatura. Scriptura siquidem pertinet ad purgationem: pictura ad illuminationem: ligatura ad consummationem. De primo:[g] *Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam:* Ecce cordis, sicut Codicis scriptura. Quod autem ait: *In visceribus*, refertur ad partem animæ appetitiuam, & quod ait: *In corde*, retorquetur ad partem appræhensiuam. De secundo:[h] *Cor suum dabit in similitudinem picturæ:* ecce cordis, vt codicis pictura. De tertio:[i] *Ne dimittas legem matris tuæ: liga eam in corde tuo.* Ecce cordis, vt codicis ligatura, quia re verà legem in corde ligare est cor lege ligare: sicut enim liber ligatur, cùm ligamen ipsius partibus illigatur, sic cor ligatur, cum lex illius partibus, videlicet animæ viribus illigatur.

Cordis triplex conuenientia cum Codice, in scriptura, in pictura, in ligatura.

g Ier. 31.33.
h Eccl. 38. 28.
Lex in corde ligatur cùm cor lege ipsa ligatur.
i Prou.6.21.

133 Bonau.

Idem Bonauentura Tomo primo Opusculorum, Dietæ salutis Titulo tertio, capite 1. Debet nos, inquit, monere præceptorum scriptura tripliciter, si attendamus quis scripsit. Circa primum, auctorem scripturæ dicit Spiritum Sanctum.

Quoad secundum, si quæras vbi scripsit? dico, quod in tribus locis, scilicet in lapidibus marmoreis, in profundo pectoris, & in pergameno humani cordis. De scriptura marmoris, nota quòd duo fuerunt paria tabularum: primæ post scripturam fuerunt fractæ, instar illarum fuerunt aliæ renouatę. Primæ significant innocentiam, secundæ pœnitentiam. Et ideo si contingat tabulas innocentiæ frangi, debent saltem præcepta in tabulis pœnitentiæ transcribi. Est enim mirè cautum, quòd si instrumenta vetustate, vel aliquo casu consumpta sunt, per manum Notarij exemplanda, eamdem auctoritatem cum originalibus habitura sint: quia pœnitentia reducit in gradum pristinum, & omnes defectus reuocat ad perfectum, vt dicit Augustinus in Hypognosticón. Vnde dicit Dominus Moysi: *Præcide*[k] *duas tabulas lapideas instar priorum, & scribam super eas, quæ habuerunt tabulæ quas fregisti.* De scriptura præceptorum in corde, nota quòd in hac scriptura scriptor, vt diximus, est digitus Dei scribentis, calamus, lingua prædicantis, iuxta illud:[l] *Lingua mea calamus scribæ*, & Spiritus Sanctus scribens: pergamenum est munditia cordis, nam in pergameno lutoso vel immundo litera non bene formatur, nec apparet scriptura, imò oportet, quòd sit album & mundum. Vnde dicebat Propheta:[m] *Cor mundum crea in me Deus.* Incaustum huius scripturæ est gratia Spiritus Sancti. Rubrica ornans totam scripturam est sanguis Christi. Continentia scripturæ est dilectio Dei, & proximi: quia[n] *finis præcepti est charitas:* vt dicit Apostolus scribens ad Timotheum. Hæc scriptura quia tam chara fuit, ideo intima, & secreta est. Ideo sicut iocalia chara & pretiosa reponuntur cum magno studio in loco secreto & scrinio pretioso, ideo, &c. & de hac scriptura chara & intima dicitur:[o] *Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam.*

Lex Dei scribitur à Spiritu Sancto in lapideis tabulis: in pectoris profundo, & in pergameno humani cordis.

Lex Dei scribitur in tabula innocẽtiæ, quâ fractâ transcribitur in tabula pœnitentiæ.

k Exo. 34.1.

Lex Dei quomodo scribatur in corde.

l Psal.44.2.
m Psal.50.12.
n 1.Tim.1.5
o Ier. 31.33.

Quoad tertium, si quæras quomodo scripsit? dico, indelebiliter. Et nota quòd tria sunt, quæ consueuerunt delere scripturam, aqua, ignis scilicet, & vetustas: sic spiritualiter aqua transitoriæ delectationis, ignis afflictiuæ persecutionis, vetustas defectiuæ conuersationis. In aqua significatur tentatio carnis inficientis; in igne tentatio hostis decipientis; in vetustato tentatio mundi deficientis. In quibusdam enim delet præcepta aqua, vel liquor carnalis delectationis, in quibusdam ignis, vel feruor hostilis persecutionis, in quibusdam vetustas mundialis conuersationis.

Lex Dei scripta in humano corde quomodo deleatur.

134 Clem. Alex.

Circa Vers.34. Clemens Alexandrinus lib.1. Pædagogiæ cap.10. ita ex loco isto de prudentia

Iete

Ieremiam locutum censuit, dicens: Iam verò per Ieremiam quoque enarrat prudentiam: *Beati sumus Israel*, dicens, *quòd quæ Deo grata sunt, à nobis possint cognosci.* Cognosci autem possunt per Verbum, per quod sumus Beati, & prudentes. Prudentia enim, & cognitio significatur per eumdem Prophetam, dicentem,[a] *Audi Israel mandata vitæ, ausculta vt cognoscas prudentiam.*

Cognitione diuinorũ, eorumue quæ Deo sũt grata, prudentes reddimur, ac beati.

a Baruc. 3. 9.

Anton. Abb. Antonius Magnus Abbas epistolâ 3. ad Arsenoitas. Tom. 3. Bibl. Vet. Patrum col. 115. Hoc quoque ait, manifestum sit nobis, quòd aduentus illius (Christi) factus sit omni mundo iudicium. *Ecce enim*, ait, *veniunt dies, dicit Dominus, & omnes scient me à minimo vsque ad maximum eorum*, & auditum faciam vsque ad extremum terræ,[b] vt omne os obstruatur, & subditus fiat omnis mundus Deo:[c] Quia cùm cognouissent Deum, non vt creatorem proprium glorificauerunt. In quibus mixta sunt Ieremiæ verba cum verbis Pauli.

Aduentus Christi mũdo factus iudicium.

b Rom. 3. 19.

c Rom. 1. 21.

135 Athanas. Athanasius de Passione, & Cruce Domini. Tametsi in omnes vexerit cognitio Dei, non tamen ea hominum doctrina est, sed Verbi, quod descendit, vt esset intercessor, mediatórque Dei & hominum: ita enim scriptum est, Iam quod Iudæi olim reticuerunt, id nunc completum vident: ita enim in Scripturis habetur. *Erunt omnes docibiles Dei*, quemadmodũ & Ieremias scripsit,[d] *Ecce dies veniunt, dicit Dominus*, ac deinde ista verba subinfert. *Et non docebit quisque fratrem suum, dicens Cognosce Dominum, quia omnes me cognoscent, à minimo vsque ad maximum, quod misericors sim in causis eorum.*

Cognitio Dei non ex hominum, sed ex verbi doctrina.

d Ier. 31. 34.

A Misericordia potissimũ cognoscimus Deum.

Chrysost. Chrysostomus ex hoc loco facilitatem doceri inquit obedientiæ. Si quidem in demonstratione aduersùs Gentes, quòd Christus sit Deus. Tom. 5. & facilitas obedientiæ docetur, *Non docebit*, ait, *Vnusquisque proximum suum, dicens: cognosce Dominum, quia* &c.

Obidientia facilitas docetur per Ieremiã à Domino.

Anselmus. Anselmus in cap. 8. Epistolæ ad Hebr. Quæ hîc dicuntur, *Et non docebit vnusquisque proximum*, &c. de cognitione Dei habenda in Patria censet intelligenda, eademque ferè quæ supra retulimus ex Augustino lib. de spiritu & litera cap. 24.

Cognitio Dei absque humano magisterio promissa fidelibus in patria.

136 D. Thom. Eiusdemque sententiæ est D. Thomas opusculo 72. in principio & in parte priore q. 106. art. 1. ad 1. & lect. 3. super caput 8. item epistolæ ad Hebr. cuius hæc sunt verba. Signum perfectæ cognitionis est, quando quis non indiget doceri, quia doctrina est via ad acquisitionem scientiæ, & ideo cessat doctrina, acquisita perfectè scientia. Sed nunquid in nouo testamento vnus non docet alium? Et videtur quòd non per literam istam. Sed contra; quia Apostolus vocat se[e] *doctorem gentium*, Tit. 2. & Ephes. 4.[f] *Alios pastores & Doctores.* Rom. 12.[g] *Siue qui docet in doctrina.* Respondeo, Dicendum est, quòd hoc quod dicitur hîc, potest dupliciter intelligi. Vno modo de præsenti statu, & sic vniuersaliter non verificatur de omnibus, sed tantùm de primis fundatoribus noui testamenti, scilicet Apostolis, qui immediatè fuerunt instructi à Deo, quando[h] *aperuit illis sensum vt intelligerent Scripturas*, Luc. vltimo. Apostoli ergo facti sunt perfectè cognoscentes, & non ab aliis instructi, sed simul à Christo acceperunt sapientiam infusam. Alio modo quòd referatur ad statum patriæ futurum, ad quam per nouum testamentum introducimur, non per vetus. Et sic vniuersaliter verum est quod dicitur hic. Sed contra: Homines beati sunt æquales Angelis, non maiores, sed secundùm Dionys. vnus Angelus docet alium illuminando ipsum, ergo & homo beatus alium docebit. Respondeo, Dicendum quòd duplex est cognitio in beatis Angelis. Vna quæ beatos facit, scilicet cognitio diuinitatis, quæ sola beatos facit, sicut dicit Aug. in lib. Confess. Beatus qui te nouit, &c. Alia est quæ omnium quæ sunt aliud à Deo, cuiusmodi sunt effectus Dei, & ista non beatificant. Quantùm ergo ad primam, vnus non docet alium: quia vnus non beatificatur mediante alio, sed à Deo immediatè. Psalm.[i] *In lumine tuo videbimus lumen.* Sed quantùm ad aliam quæ est aliquorum mysteriorum, vnus docet alium. Et hoc fortè vsque ad finem mundi, quamdiu durat executio effectuum Dei, & ideo addit, dicens, *Cognosce Dominum:* quasi diceret, Non accipit Dei cognitionem.

Cognitionis perfectæ signũ est, cùm quis non indiget doceri.

Apostoli non ab hominibus, sed à Deo instructi de diuinorum cognitione.

e 1. Tim. 2. 7

f Ephe. 4. 11.

g Rom. 12. 7.

h Luc. 24. 45.

Beati quoad beatificã Dei cognitionem ab vna Dei essentia docentur: tametsi quoad cognitionem effectuum, & mysteriorũ aliquorum vnus ab alio doceri queat.

i Psal. 35. 10.

137 Quia ab Hæreticis nostri præsertim temporis perperam & ad fidelem quemque in militanti pariter Ecclesia ita hunc locum pertinere asseritur, vt exinde probatum velint vnumquemque per semet diuina tuto posse tractare, vt pote à Deo doctum, nec propterea magisterio indigere Sedis Apostolicæ, ministrorumque eius, vel sacrorum Conciliorum, aut etiam Sanctorum Patrum.

Magistros diuinorum catholicos haud cuiquam necessarios asserunt heretici.

Idcirco si & vniuersaliter pro fidelibus in præsentis vitæ statu degentibus sumenda hæc sint, prout certè colligitur ex vltimis totius istius sententiæ verbis. *Quia propitius ero iniquitatibus eorum, & peccatorum eorum iam non memorabor.* Pro recto, & catholico eorumdem intellectu notanda sunt quæ Augustinus Tractatu 3. prope finem in Epistolam 1. Ioannis, vbi dicitur.[k] *Et non habetis necessitatem vt aliquis vos doceat, quia vnctio ipsius* (Dei) *docet vos de omnibus:* hisce habet: Quid ergo nos facimus fratres, quia docemus vos? Si vnctio eius docet nos de omnibus, quasi nos sine causa laboramus. Et vt quid tantum clamamus? Dimittamus vos vnctioni illius, vt doceat vos vnctio ipsius. Sed modò mihi facio quæstionem, & illi ipsi Apostolo facio: dignetur audire paruulum quærentem à se, ipsi Ioanni dico, Vnctionem habebant quibus loquebaris? Tu dixisti, *quia vnctio ipsius docet vos de omnibus*, vt quid talem epistolam fecisti? quid illos tu docebas? quid instruebas? quid ædificabas? Iam hîc videte magnum Sacramentum fratres, sonus verborum nostrorum aures percutit, magister intus est. Nolite putare quenquam hominum aliquid discere ab homine. Admonere possumus per strepitum vocis nostræ, si non sit intus qui doceat, inanis fit strepitus noster. Adeo fratres vultis nosse, nunquid non sermonem istum omnes audistis? Quàm multi hinc indocti exituri sunt? quantùm ad me pertinet, omnibus locutus sum, sed quibus vnctio illa intus non loquitur, quos Spiritus Sanctus intus non docet, indocti redeunt. Magisteria forinsecus adiutoria quædam sunt, & admonitiones, cathedram in cælo habet qui corda docet: propterea ait & ipse in Euangelio,[l] *Nolite vobis dicere magistrum in terra: vnus est magister vester Christus.* Ipse vobis ergo intus loquitur, quãdo nemo hominũ illic est. Quia etsi aliquis est à latere tuo, nullus est in corde tuo: & non sit nullus in corde tuo, Christus sit in corde tuo, vnctio ipsius sit in corde ne sit in solitudine cor sitiens, & non habens fõtes, quibus irrigetur. Interior ergo magister est qui docet, Christus docet, inspiratio ipsius docet: Vbi illius inspiratio & illius vnctio nõ est, forinsecus inaniter perstrepũt verba. Sic sunt ista verba, quæ forinsecus dicimus: quomodo est

k 1. Io. 2. 27.

Magistri diuinorũ primo aspectu non videntur necessarij cùm dicuntur fideles omnes docibiles Dei, doctique ab vnctione.

Magisterium, doctrinaque hominum non excluditur, dũ asseritur id omne inane sine vnctione, & magisterio Dei, qui intus doceat.

l Matth. 23. 10.

Doctrina extrinseca Magistrorum de diuinis est sicut opus agricolæ circa plantã, cuius incrementum omne à Deo est.

eſt agricola ad arborem, forinſecus operatur, A adhibet aquam,& diligentiam culturæ. Qualibet forinſecus adhibeat, nunquid poma format? Nunquid nuditatem lignorum veſtit vmbra foliorum? numquid tale aliquid intrinſecus agit? ſed quis agit hoc? Audite agricolam Apoſtolum, & videte quid ſumus & audite magiſtrum interiorem,[a] *Ego plantaui, Apollo rigauit, ſed Deus incrementum dedit. Neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus.* Hoc ergo vobis dicimus, ſiue plantemus, ſiue rigemus loquendo, non ſumus aliquid, ſed ille qui incrementum dat Deus, id eſt, vnctio illius docet vos B de omnibus.

a 1.Cor.3.6.

138 Greg. PP. b Ioa. 14.26. *Doctoris lingua in vanũ laborat, niſi intus ſit qui doceat.*

Quibus Auguſtini conſona ſunt quæ & Gregorius Papa Homil. 30. in Euangelia, ea expendens Domini apud Ioannem.[b] *Ipſe* (Spiritus Sanctus) *vos docebit omnia:* ait niſi idem ſpiritus cordi adſit audientis, otioſus eſt ſermo Doctoris. Nemo ergo docenti homini tribuat, quod ex ore docentis intelligit: quia niſi intus ſit qui doceat, doctoris lingua exteriùs in vacuum laborat. Ecce vnam loquẽtis vocem omnes pariter auditis, nec tamen pariter ſenſum auditæ vocis percipitis. C Cùm ergo vox diſpar non ſit, cur in cordibus veſtris diſpar eſt vocis intelligentia, niſi quia per hoc quod vox loquentis communiter admonet, eſt magiſter interior, qui de vocis intelligentia quoſdam ſpecialiter docet? De hac vnctione ſpiritus rurſus per Ioannem dicitur:[c] *Sic vnctio eius docet vos de omnibus:* Per vocẽ ergo non inſtruitur, quando mens per ſpiritum non vngitur. Sed cur iſta de doctrina hominum loquimur, quando & ipſe cõditor non ad eruditionem hominis loquitur, ſi eidem homini per vnctionem ſpiritus non loquatur: Certè Cain priuſquàm fratricidium D opere perpetraret, audiuit:[d] *Peccaſti, quieſce.* Sed quia culpis ſuis exigentibus voce eſt admonitus, non vnctione ſpiritus, audire verba Dei potuit, ſed ſeruare contempſit.

Per Doctorũ miniſterium externum docet interius Spiritus Sanctus de eorũdem vocis intelligentia. c 1.Ioan.2.27. *Verba vel ab ipſomet Deo extrinſecus habita non erudiunt hominẽ, niſi & interna eiuſdem Dei adſit in homine illo vnctio, & Spiritus Sancti operatio.* d Gen.4.7. Sec.Sept.

Pro quorum extremorum verborum Gregorij, & totius huius argumẽti ad præſentem Ieremiæ locum ſpectantis exactiorem enodationem. Notanda denique ſunt circa modum quo Deus docet, Auguſt. verba, quibus lib. 1. De gratia Chriſti contra Pelagium, & Celeſtium. Tom. 7. cap. 13. ait, Hæc gratia ſi doctrina dicenda eſt, certè ſic dicatur, vt altiùs & interiùs eam Deus cum ineffabili ſuauitate credatur infundere, nõ ſolùm[e] per eos E qui plantant & rigant extrinſecus, ſed etiam per ſe ipſum, qui incrementum ſuum miniſtrat occultus, ita vt non oſtendat tantummodò veritatem, verùm etiam impertiat chariratem. Sic enim docet Deus eos[f] qui ſecundùm propoſitũ vocati ſunt, ſimul donans & quid agant ſcire, & quid ſciunt agere. Vnde ad Theſſalonicenſes ſic Apoſtolus loquitur,[g] *De charitate autem fraternitatis non opus habetis vobis ſcribi: Nam ipſi vos à Deo didiciſtis vt diligatis inuicem.* Atque vt probaret eos à Deo didiciſſe, ſubiunxit, *Etenim facitis illud in omnes fratres in vniuerſa Macedonia:* Tamquam hoc ſit F certiſſimum indicium, quod à Deo didiceritis, ſi id quod didiceritis feceritis: Iſto modo ſunt omnes ſecundùm propoſitum vocati ſicut ſcriptum eſt in Prophetis,[h] *Docibiles Dei.* Qui autem nouit quid eſt quod fieri debeat, & non facit, nondum à Deo didicit ſecundùm gratiam, ſed ſecundùm legem: non ſecundùm ſpiritum, ſed ſecundùm literam.

139 Auguſt. *Doctrina Dei quomodo dici queat gratia. Docens Deus prædeſtinatos ſimul donat eis & ſcire quid agãt, & quod ſciunt agere.* e 1.Cor.3.6. f Rom 8.28. g 1.Theſ. 4.9. *Docibiles Dei ij re vera sũt qui faciunt quod docti ſunt.* h Iſai 54.13.

Et poſt aliqua c. 14. De iſto, inquit, docẽdi modo, etiam Dominus ait,[i] *Omnis qui audiuit à patre meo, & didicit, venit ad me.* Qui ergo non venerit, non de illo rectè dicitur; audiuit quidem & didicit ſibi eſſe veniendum, ſed facere non vult quod didicit. Prorſus non rectè dicitur de iſto docendi modo, quo per gratiam docet Deus. Si enim ſicut veritas loquitur, *Omnis qui didicit, venit,* quiſquis non venit, profectò nec didicit. Quis autem non videat, & venire quamquã & non venire arbitrio voluntatis? Sed hoc arbitrium poteſt eſſe ſolum ſi non venit, non autem poteſt niſi adiutũ eſſe, ſi venit. Et ſic adiutum, vt non ſolùm qui faciẽdum ſit ſciat, ſed quod ſcierit etiam faciat. Ac per hoc quando Deus docet, non per legis literã, ſed per Spiritus gratiam, ita docet, vt quod quiſque didicerit, non tantùm cognoſcendo videat, ſed etiam volendo appetat, agendoque perficiat. Et iſto diuino docendi modo etiam ipſa voluntas & ipſa operatio, non ſola volendi & operandi naturalis poſſibilitas adiuuatur. Si enim ſolum poſſe noſtrum hac gratiã iuuaretur, ita diceret Dominus, *Omnis qui audiuit à patre, & didicit, poteſt venire ad me.* Non autem ita dixit,[k] *Sed omnis,* inquit, *qui audiuit à patre, & didicit venit ad me.* Venire poſſe in natura ponit Pelagius, vel etiã, vt modo dicere cæpit, in gratia, qualem libet eam ſentiat, quã ipſa, vt dicit, poſſibilitas adiuuatur; venire autem iam in voluntate & opere eſt. Non eſt autem conſequens, vt qui poteſt venire etiam veniat, niſi id voluerit atque fecerit. Sed omnis qui didicit à patre, non ſolùm poteſt venire, ſed venit, vbi iam & poſſibilitatis profectus, & voluntatis affectus, & actionis effectus eſt.

140 *Docet Deus verè per gratiam intrinſecus mouentem.* i Ioan. 6.45. *Diſcere is duntaxat dicendus eſt à Deo, qui internæ operationem reſpõdet gratiæ.* *Docẽdo Deus mouet noſtrã voluntatem, & operatiuẽ non autem tantam volendi, & operandi, poſſibilitatẽ.* k Ioan 6.45.

Circa extrema iſtiuſmet verſ. 34. verba, *Quia propitius ero iniquitatibus eorum, & peccatorũ eorum iam nõ memorabor.* Præter ea quæ ſupra relata sũt. Nota quæ Petrus Damiani lib. 2. Epiſtolatũ epiſt. 17. de cæleſti ſponſo animam ad ipſum cõuerſam alloquente, ait, Cui idem Spõſus loquitur, *& omnium peccatorũ tuorum iam memor non ero.* In carnali ſiquidem ſponſione cõplexus viri corruptio carnis, fœdus amoris diſpendiũ caſtitatis, Virginem ſe plerumque nuptialibus thalamis tradit, quæ polluta recedit: è contra, cui cæleſtis ſponſus abluit maculas turpitudinis, & ad florem reuocat redolentiſſimæ caſtitatis, de proſtibulo Virginem, de corruptione reddit integritatem.

141 Petr.Dam. *Matrimonij carnalis, ac ſpiritualis inſigne diſcrimen. Sponſus cæleſtis cui adhæſerit, illius abluit maculas.*

Anſelm. loco ſupra citato, cum in præcedentibus pollicitationem vitæ futuræ in cæleſti patria aſſeruerit factam, ita hæc exponit, *Quia propitius ero,* &c. Quaſi diceret, ait, Verè cognoſcẽt me manifeſtã viſione, quia remouebo parietem qui inter me & ipſos erat, & eos à facie mea ſeperabat. *Quia propicius ero iniquitatibus eorum,* id eſt, per donum gratiæ meæ miſericorditer dimittã eis omnia, quæ iniquè, id eſt, non æquè egerunt contra proximos, & peccatorum quæ in ſe ipſis ſine proximorum offenſione commiſerunt, iam ampliùs memor non ero: quia nec improperabo hæc illis, nec propter hæc puniam illos, nec viliores habebo, poteſt & in hac vita intelligi propitiatio iſta, velut ſi dicat: Ideo ad tantam gloriam in futuro ſæculo peruenient, & regna cælorum intrantes ad conſpectum meæ maieſtatis eleuabũtur, quia dum hîc adhuc vixerint, propitius ero iniquitatibus eorum, per noui teſtamenti gratiam delens illas: & peccatorum eorum, iam tunc poſt expiationes non memorabor.

Anſelmus. Cæleſti in Patria manifeſtè cognoſcemus Deum amoto pariete per remiſſionẽ peccatorum, quo ſeparamur à Dei facie. Ex Remiſſione peccatorũ per gratiam Noui Teſtamenti eſt, vt perueniamus ad cæleſtem patriam.

CATE

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Ἰδοὺ ἡμέραι.]

Βίκτορος.] παρέςησιν ἐν τούτοις τὸ κατ' ἀρχὰς εἰρημένον· ἐκριζοῦν, καὶ κατασκάπτειν, καὶ τὰ ἑξῆς. ὡς ἀγαθὸς γὰρ ἐγρήγορεν ἐκριζοῦν μὲν ἃς μὴ ἐφύτευσεν ὁ πατὴρ ὁ οὐράνιος φυτείας, καὶ καταφυτεύειν ἄμπελον σωρήχ, ἐλαίαν δὲ καὶ συκῆν, ὑφ' ἃς ἕκαστος ἀναπαύσεται. σπερεῖ δὲ καὶ τὸν οἶκον Ἰσραὴλ, καὶ τὸν οἶκον Ἰούδα σπέρμα ἀνθρώπων καὶ κτηνῶν κατὰ τὴν φάσκουσαν εὐλογίαν, καὶ αὐξήσω σε καὶ πληθυνῶ σε ἐν τῇ γῇ ἣ ἔδωκα τοῖς πατράσιν ὑμῶν, καὶ εὐλογήσω τὰ γεννήματα ὑμῶν. λέγοι δ' ἂν ἀνθρώπους μὲν, τοὺς λογικωτέρους, κτήνη δὲ, τοὺς ἀλογωτέρους κατὰ τὸ ἀνθρώπους καὶ κτήνη σώσεις κύριε. καὶ τὸ κτηνώδης ἐγενήθην παρὰ σοὶ, κἀγὼ διὰ παντὸς μετὰ σοῦ. οὗτοι δ' ἂν οἱ πρακτικώτεροι εἶεν, καὶ λογικῆς περισκέψεως ἄμοιροι, οὓς δεῖ ποιεῖσθαι τοὺς λογικοὺς, μὴ λογισμοῖς ἀνθρωπίνοις, καὶ ἀποστρεπτικοῖς θεοῦ παρεπομένους, ἀλλ' εἰδέναι τὸ, ζητῶν ζήτει, καὶ παρ' ἐμοὶ οἴκει.

|| Ὀλυμπιοδώρου.] ἴσως τὴν τῶν αἱρέσεων φύρσιν φησὶ, καὶ τῶν κτηνώδεις τρόπους αἱρουμένων. ἐγὼ μὲν γὰρ σπερῶ οὗ σῖτον ἀντιποιούμενος, τούτους δὲ ὁ ἐχθρὸς ἐπισπείρει. κατὰ δὲ τὸ τῆς γραφῆς ἰδίωμα, ἐπειδὴ ἃ συγχωρεῖ θεὸς τοὺς ἀνθρώπους προαιρετικῶς ποιεῖν, αὐτὸς ποιεῖν λέγεται, ὡς τὸ, παρέδωκεν αὐτοὺς εἰς πάθη ἀτιμίας, οὐ θεοῦ τοῦτο ποιήσαντος, ἀλλ' αὐτῶν τοῦτο ἑλομένων οὕτω καὶ ἐνταῦθα κεῖται τὸ, σπερῶ σπέρμα κτηνους. ἔτι || δὲ καὶ οὕτω νοῆσαι. ἄνθρωποί εἰσιν οἱ σοφώτεροι καὶ τελειότεροι, οἱ μετὰ λόγου καὶ γνώσεως τὴν πίστιν κατέχοντες, κτήνη δὲ οἱ μετὰ ἁπλότητος καὶ ἀπεριέργως τῇ πίστει προσδεδραμηκότες. ἐγὼ οὖν φησι καὶ τούτους κἀκείνους ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ καταφυτεύσω.

|| Fer.in.

[Καὶ ἔσται ὥσπερ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] μεθ' ὅσης σπουδῆς κἀκεῖνα ἐποίησα, καὶ ταῦτα φησὶν, ὅσα μοι οἰκειότερά ἐστι. μηδεὶς οὖν ἀπιστείτω. ὁ γὰρ οὕτω σφοδρὸς πρὸς τιμωρίαν, πρᾶγμα ἀλλότριον ἐμοὶ, πολλῷ μᾶλλον διεγείρομαι πρὸς τὸ οἰκεῖον.

[Ἐν ταῖς ἡμέραις.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τοῦτο καὶ Ἰεζεκιὴλ φησίν. ὅλως γὰρ ἐγίνετο πρότερον, καὶ συνέβαινε πρᾶγμα τοσαύτης ἀδικίας γέμον, εἰπέ μοι; καὶ πατέρων, ἁμαρτανόντων ἕτερος ἐκολάζετο; καὶ πῶς ταῦτα ἀνεκτὰ εἰπέ μοι; [καὶ μετ' ὀλίγα] προσχῶμεν τοῖς λεγομένοις. οὐ μὴ εἴπωσιν, εἶπεν, οὐκ εἶπεν, οὐ μὴ γένηται, δεικνὺς ὅτι οὐδὲ πρὸ τούτου ἐγίνετο. εἰ μὲν γὰρ εἶπεν. ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις οὐκέτι οὐ μὴ γένηται τοῦτο, καλῶς ἂν εἶπες, ὅτι πρὸ τούτου ἐγίνετο. εἰ δὲ λέγει.

A Vers. 27. Ecce dies veniunt, &c. Et seminabo, &c.)

Victoris] *Factum hîc proponit quod initiò dixerat* [a] *euellere & destruere, & quæ sequuntur. Vt bonus enim vigilat ad euellendas quidem* [b] *plantationes quas Pater cælestis non plantauit, & ad plantandam vineam Sorech,* [c] *oliuam quoque & ficum, sub quibus singuli requiescent.* Seminat verò & domum Israel, & domum Iuda, semine hominum & semine iumentorum. B *Secundùm illam benedictionem;* [d] Et crescere faciam te, & abundare in terra quam dedi patribus vestris, & benedicam fœtibus vestris: *Intelligit porrò per homines quidem ratione magis vtentes, iumenta verò quæ ea non ita valent, iuxta illud,* [e] Homines & iumenta saluabis Domine. *Et illud,* [f] vt iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum. *Hi verò erunt hi, qui ad agendum aptiores sunt, nec valent inquisitione mentis, quam acutiores exercere debent non sequendo cogitationes humanas, quæque hominem à Deo auertunt, sed sciendo* C *illud;* Quærens quære & apud me habita.

|| Olympiodori.] *Fortasse indicat hæreseôn confusionem, eorumque qui iumentorum moribus vtuntur. Ego enim* [g] *seminabo, frumentum percipere cogitans, hos verò inimicus superseminat. Porrò secundùm diuinarum literarum dicendi modum, quoniam quæ Deus permittit ab homine fieri liberâ voluntate, ipse agere dicitur; quale illud est;* [h] tradidit eos in passiones infamiæ; D *non quòd Deus id fecerit, sed illi id elegerint: Sic & hoc in loco dicitur.,* Seminabo semine iumenti.. *Possumus verò etiam sic intelligere, homines sunt sapientiores, perfectioresque qui ratione & notitiâ fidem tenent: iumenta verò, qui cum simplicitate & sine curiositate fidem sunt amplexati. Ego itaque ait, & hos illos in Ecclesia plantabo.*

Vers. 28. *(Et erit sicut vigilaui, vt euellerem, &c.)*

Chrysostomi.] *Quanto illa studio feci, &* E *hæc inquit, quæ mihi sunt magis familiaria, nemo itaque non credat. Qui enim ita vehemens sum in punitionem, rem à me adeo alienam multò magis ad id quod est proprium excitor.*

Vers. 29. *(In diebus illis, Non dicent vltra Patres comederunt, &c.)*

Chrysostomi.] *Hoc idem habet etiam Ezechiel.* [i] *Sed rogo, ita ne prorsus fiebat antea, & contingebat res tantæ iniquitatis? & peccantibus parentibus, alius puniebatur? & quomodo hæc tolerando obsecro? [Et paucis interiectis.] Attento his quæ dicuntur animo simus: Non dicent inquit; Non inquit, nequaquam fiet; ostendens nec antea factum hoc esse: nam si dixisset;* In diebus illis non

142 Victor. a Iere. 1. 10. *Agricola bonus Christus.* b Matth. 15. 13. c Iere. 2. 21. *Seminare dicitur Deus populum, cùm facit illum crescere, multiplicatque illi pecorum greges.* d Deu. 28. 11. *Hominum quidem appellati homines, quidam verò iumenta.* e Psal. 35. 8. f Psal. 72. 22.

143 Olympiod. *Heretici iumentorum metaphorâ significati.* g Matth. 13. 25. *Deus agere dicitur quæ permittit fieri ex libera hominũ electione.* h Rom 1. 26. *Seminat Deus in Ecclesia sapientiores, & simpliciores istos vt iumenta, illos vt homines.* Chrysost. *Ad Benefaciendum quã inuigilet Deus ex vehementi illius studio ad puniẽdum, licet arguere.*

144 Chrysost. i Ezech. 18. 2. *Filij an antiquitùs punirentur à Deo propter peccata parentũ. Filios à Deo puniri propter peccata parentum falsa fuit Iudæorũ opinio.*

λέγει, οὐκέτι οὐ μὴ εἴπωσι, τῆς διεφθαρμένης αὐτῶν ψήφου κρίσις ἐστίν.

[Ἀλλ' ἢ ἕκας.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἡ τοῦ Ἀδὰμ ἁμαρτία διελθοῦσα εἰς τὸ ἔθνος, καὶ ἐπὶ τοὺς μὴ ἁμαρτήσαντας, ἦλθεν, ὡς εἶπεν ὁ ἀπόστολος. χριστοῦ οὖν συγχωρήσαντος ταύτην διὰ τοῦ λουτροῦ τῆς ἀφέσεως, ἐκαθαρίσθη μὲν ἡ προπατορικὴ ἁμαρτία, ἕκαστος δὲ τῶν οἰκείων ἁμαρτημάτων ὑπέχει λόγον.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] προφητεία τίς ἐστι καὶ σαφὴς, περὶ ἧς καὶ Παῦλος ἐπεμνήσθη ποτὲ, ἐπιστέλλων ἑβραίοις. ὅπου δὲ ἄφεσις ἁμαρτημάτων, οὐκέτι προσφορὰ περὶ ἁμαρτίας ἔσονται καιρὸς, καὶ οὐ λέγει ποῖος, καὶ πότε, καὶ μετὰ πόσον χρόνον. ἐβούλετο γὰρ αὐτὰ συνεσκιάσθαι.

[Ἰδοὺ ἡμέραι.]

Τοῦ ἁγίου Κυρίλλου. ἐκ τοῦ εἰς τὸν ἡσαΐαν συντάγματος.] Μωσῆς μὲν γὰρ ὁ θεσπέσιος σκιᾶς καὶ τύπου διάκονος ἦν, ἐν μέτροις ὑπάρχων τοῖς οἰκετικοῖς. χριστὸς γε μὲν ὡς υἱὸς καὶ θεὸς διαθήκης καινῆς γεγονὼς βραβευτής. καινῆς δέ φημι. τῆς εἰς καινότητα ζωῆς ἁγίας ἀναμορφούσης τὸν ἄνθρωπον, καὶ διὰ πολιτείας εὐαγγελικῆς εὐδόκιμον καὶ ἀληθινὸν ἀποτελούσης προσκυνητὴν πνεῦμα γὰρ φησιν ὁ θεὸς, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτὸν ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν.

Θεοδωρήτου.] Διδάσκει, ὅτι πρῶτον μὲν εἷς ἐστιν ὁ νομοθέτης τῶν δύο διαθηκῶν. δεύτερον δὲ τῆς προτέρας διαθήκης τὸ ἀτελὲς οὐ γὰρ ἂν ἐδεήθημεν. τῆς δευτέρας. τῶν εὐαγγελίων ἄρα χορηγὸς ὢν ὁ τοῦ θεοῦ λόγος, αὐτὸς καὶ πάλαι τὸν Ἰσραὴλ τῆς αἰγυπτιακῆς δουλείας ἐρρύσατο, πρὸς Μωυσέα φήσας ἐγώ εἰμι ὁ ὤν. ἐλέγχει τοίνυν ὁ παρὼν λόγος οὐκ ἰουδαίους μόνον, ἀλλὰ καὶ παῖδας αἱρετικῶν. ὁ γὰρ ὢν πῶς ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν;

|| Διδύμου.] ἀλλ' ὁ ἰουδαῖος φησὶν ἐμοὶ ὁ θεὸς ἔθετο τὰς διαθήκας. μὴ γὰρ ὁ διαθέμενος δοῦλος ἐστὶ τῆς ἑαυτοῦ διαθήκης, ἐὰν ἀχαριστήσῃ τοῖς κληρονόμοις, ἀλλάσσει τὴν διαθήκην, καὶ τοὺς κληρονόμους, καὶ ὅτι ἀχαριστῶν τοῖς ἰουδαίοις ἤλλαξε τὴν διαθήκην τὴν πρώτην, καὶ ἄλλην ἔγραψε καινὴν, δηλοῖ τὰ προκείμενα.

Ὀλυμπιοδώρου.] διαθήκην, τὴν εὐαγγελικήν. τούτοις δὲ ἐχρήσατο καὶ ὁ ἀπόστολος εἰς ἀπόδειξιν τοῦ ἐκβεβλῆσθαι τὴν νομικὴν λατρείαν.

Εὐσεβίου.] Ἀκόλουθα ὁ ἀπόστολος τούτοις φυσὶν ἐν τῷ λέγειν, ἡ καινὴ πεπαλαίωκε τὴν πρώτην, τὸ δὲ παλαιούμενον καὶ γηράσκον, ἐγγὺς ἀφανισμοῦ. τοῦτο δὲ καὶ νῦν ὁρᾶται, τοῦ μὲν ναοῦ καθῃρημένου, τῆς δὲ κατὰ νόμον λατρείας ἀνῃρημένης ἀπὸ τῆς τοῦ σωτῆρος ἐπιφανείας, τῆς δὲ καινῆς. πολιτευομένης ἐν ἔθνεσι πολιτείας. ἀμφοτέραις μὲν οὖν ταῖς διαθήκαις εἷς τε καὶ σκοπὸς, καὶ ὑπόθεσις μία, εἰδώλων ἀναχώρησιν καὶ γνῶσιν ἑνὸς θεοῦ καταγγέλλουσα. καὶ ἡ καινὴ γὰρ ὁμοίως. τὸν Μωυσέως, καὶ προφητῶν, καὶ τῶν πατριαρχῶν θεὸν οὐρανοῦ, καὶ γῆς δημιουργὸν εἰς πάντα καταγγέλλει τὰ ἔθνη, τῷ τρόπῳ τῆς θρησκείας μόνῳ παρηλλαγμένη. ἐκείνη γὰρ διὰ θυσιῶν ἐνὶ ὡρισμένῳ ναῷ, δίκην παίδων εἰς

Margin: || γίνεται.

A ampliùs hoc fiet; *bene diceres, antea factum hoc esse. Sed quia dicit;* non dicent vltra; *corruptæ illorum sententiæ iudicium est.*

Vers. 30. (*Sed vnusquisque in iniquitate sua morietur.*) 145

Olympiodori.] *Peccatum Adam transiens in genus peruenit etiam ad eos qui non peccauerant, quemadmodum dixit Apostolus.* [a] *Sed cùm Christus illud remiserit per lauacrum remissionis, deletum quidem est peccatum Originale, vnusquisque verò suorum peccatorum reddet rationem.*

Olympiod. *Filios punitu propter contractum ex parentibus originale peccatum, ante Baptismum.* a Rom. 5. 12.

B Chrysostomi.] *Hæc prophetia quædam perspicua est; cuius etiam aliquando & Paulus meminit ad Hebræos scribens.* [b] Vbi verò remissio est peccatorum, nulla ampliùs oblatio pro peccato, erunt dies. *At non dicit qui & quando, & quot post tempora. Hæc enim latère volebat.*

Chrysost. *Peccati originalis remissionis Vaticinium.* b Heb. 10. 18.

Vers. 31. (*Ecce dies veniunt, & disponam domui Israel*, &c.) 146.

C Sancti Cyrilli ex Comment. in Isaiam.] *Moyses namque celeberrimus vmbræ figuræque minister fuit, Seruorum terminos non excedens: At Christus veluti filius, & Deus, testamenti noui conditor fuit, noui inquam, quod in nouitatem vitæ sanctæ hominem reformet, & per euangelica instituta vita probatum & verum adoratorem efficiat.* [c] Spiritus quippe ait Deus est, & qui eum religiosè adorant in spiritu & veritate adorare oportet.

S. Cyrill. *Testamentum vetus datum per Moysem, fuit seruorū. Testamentum per Christum vt Dei Filiū congruè dictū sit nouum, ob vitæ nouitatem, in quam homines reformat.* c Ioan. 4. 23.

D Theodoreti.] *Docet primò quidem vnum esse vtriusque testamenti legislatorem: secundò prioris testamentum imperfectionem; non enim secundo nobis opus fuisset. Itaque author Euangeliorum Dei verbum, Ipse quoque Israelem Aegyptiacâ olim seruitute liberauit, ad Moysem dicens,* [d] Ego sum qui sum. *Coarguit itaque sermo hic non tantùm Iudæos, sed & pueros hæreticorum: Qui enim est, quomodo erat quando non erat?*

Theodoret. *Testamenti vtriusque vnusmet author. Testamenti Veteris imperfectio.* d Exo. 3. 14.

|| Dydimi.] *At Iudæus ait; mihi Deus testa-* E *mentum disposuit, Numquid testator sui testamenti seruus est? Si hæredes non probantur illi, mutat testamentum, & hæredes. Quòd verò improbans Iudæos, primum immutarit testamentum, nouúmque condiderit, planum facit locus iste.*

Dydim. *Testamento nouo & mutationem Iudaici populi hæredis contestatur est Christus.*

Olympiodori.] *Fœdus nouum Euangelicum scilicet His verò etiam Apostolus* [e] *est vsus, vt legalem cultum iam reiectum ostenderet.*

Olympiod. *Testamento nouo reiectus legalis cultus.* e Hebr. 8. 8.

Eusebij.] *His affinia habet Apostolus dum dicit;* [f] Nouum antiquauit primum; quod verò antiquatur senescitque, prope eua- F nescit. *Quod etiam num conspicitur, post Saluatoris aduentum templo diruto, legali cultu deleto, nouo verò in gentibus præualente instituto. Porrò vtrique testamento vnus scopus, vnum est propositum, idolorum decessionem & vnius Dei cognitionem denuncians. Etenim & nouum pari ratione Deum Moysis, & Prophetarum, & Patriarcharū, Deum cæli & terræ opificem prædicat cunctis Gentibus,*

147 Eusebj. f Hebr. 8. 13. *Testamento nouo antiquatum, & euacuatum est vetus cū illius cultu. Testamenti vtriusque vnus scopus detestio idololatriæ, vniusque Dei cultus.*

εἰς εὐσέβειαν παιδαγωγοῦσα τὸν Ἰσραήλ. αὕτη δὲ πᾶν ἔθνος θεοπρεπέστερον ὁδηγεῖ πανταχοῦ γῆς ἐν πνεύματι, καὶ ἀληθείᾳ τὸν ἁπάντων σέβειν θεόν. ἢ τοίνυν ὁμολογητέον εἶναι τὴν προῤῥηθεῖσαν καινὴν διαθήκην, ἢ μηδεμίαν ἐν τῷ παρόντι συνεστάναι, τῆς μὲν πρώτης ἀνῃρημένης, τῆς δὲ δευτέρας οὐκ οὔσης κατὰ τοὺς τὴν παροῦσαν οὐ δεχομένοις. εἰ δὲ διὰ τοῦτο μὴ δέχονται, ὅτι διάφορος τῆς θρησκείας ὁ τρόπος, ἀκουέτωσαν, καὶ τοῦτο προλεγούσης τῆς προφητείας. λέγει γὰρ οὐ κατὰ τὴν διαθήκην ἣν διεθέμην τοῖς πατράσιν αὐτῶν. εἰ δὲ μὴ παραλλάττοι, τὸν ἴσον τρόπον ζητοῦσιν. οὐκ ἐν πλαξὶ γὰρ λιθίναις, ἀλλ᾽ ἐν πλαξὶ καρδίαις σαρκίναις ταύτην ὑποδεξάμεθα, οὐ μέλανι, ἀλλὰ πνεύματι θεοῦ ζῶντος.

[Κατὰ τὴν δια.]

Τοῦ χρυσοστόμου.] εἰπέ, διατί οὐ τοιαύτην διαθήκην δίδως; κατέγνω αὐτῆς; ἀτελὲς εἶχεν, οὐκοῦν οὐδὲ παρὰ τὴν ἀρχὴν δοθῆναι ἔδει. ἄνθρωποι νόμους τιθέασι, καὶ βούλονται διὰ παντὸς εἶναι κυρίους, σὺ δὲ οὐκέτι. ὅτι αὐτοὶ οὐκ ἐνέμειναν ἐν τῇ διαθήκῃ μου, καὶ ἐγὼ ἠμέλησα αὐτῶν. [καὶ μετ᾽ ὀλίγα.] βούλεσθε παραγάγω τὰ ἀποστολικὰ ῥήματα, ἀβιάστως συμφωνοῦντα τοῖς εἰρημένοις; τί βιάζεσθε ἐπιθεῖναι ζυγὸν, ὃν οὐκ ἴσχυσαν οἱ πατέρες ὑμῶν βαστάσαι; ὁρᾷς ὅτι διὰ τοῦτο χάρις, ἵνα, κατὰ χάριν γένηται εἰς τὸ εἶναι βεβαίαν τὴν ἐπαγγελίαν.

[Ὅτι αὐτοὶ οὐκ.]

Τοῦ χρυσοστόμου.] τὸ γὰρ μὴ ἐμμένειν, καὶ παραβῆναι ταυτὸν ἄρα οὖν εἷς ἐστι ὁ τὴν καινὴν καὶ τὴν παλαιὰν διδούς.

[Ὅτι αὕτη ἡ.]

Τοῦ χρυσοστόμου.] οὐδαμοῦ τῶν ἐθνῶν μέμνηται, ἵνα μὴ δῷ πρόφασιν αὐτοῖς, καθὼς καὶ ὁ χριστὸς φησιν, οὐκ ἀπεστάλην εἰς μὴ εἰ τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραήλ.

[Διδοὺς δώσω.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] εἰπὲ ποῦ τοῦτο γέγονε; καὶ γὰρ γραπτὸς ὁ νόμος ἦν. ἐπειδὴ ἡμῶν || ἀποδείξεις πνεύματος μυρίαι μαρτυρίαι. οὐδὲν ἔγγραφον παρέδωκεν ὁ Ἰησοῦς ἐκεῖνος ἡμᾶς ἀναμνήσει πάντα, οὐχὶ λίθιναι πλάκες, οὐ δὲ γράμματα ἐγκεχαραγμένα, ἀλλ᾽ ἡ διάνοια αὐτῶν στήλη τοῦ νόμου τοῦ παρ᾽ αὐτοῦ γένοιτο.

|| ὑπ᾽.

|| Ὀλυμπιοδώρου.] τὰς διὰ τοῦ πνεύματος ὑπομνήσεις.

[Καὶ ἐπὶ καρδίας.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] καὶ γὰρ ὅρα. ἀπὸ μὲν τῆς πλακὸς οὐκ ἦν πάντας εἰδέναι, ἀπὸ δὲ τῶν ἀποστόλων πάντες ἔμψυχοι στῆλαι περιῄεσαν τὴν οἰκουμένην, φέροντες ἐν ἑαυτοῖς τοῦ θεοῦ τὰ γράμματα ἅπερ εἶχον, ἃ ἐχάραξεν οὐ κάλαμος, οὐ μέλαν, ἀλλ᾽ αὐτὸς ὁ θεός, ὅρα ἰσοτιμίαν πατρὸς καὶ πνεύματος. ἐκεῖναι τῷ δακτύλῳ τοῦ θεοῦ αἱ πλάκες ἐγκεχαραγμέναι, αὗται τῇ χάριτι τοῦ πνεύματος. κἀκεῖναι μὲν συνετρίβησαν, ἐκ προοιμίων δηλοῦσαι τὸ τέλος. καὶ τύπος τὸ γινόμενον ἦν, καὶ ὅτι λήξει ποτὲ ὁ νόμος, καὶ ὅτι συντρίψουσι τὸν ζυγὸν ἑαυτῶν. ἐνταῦθα δὲ οὐδὲν τοιοῦτον,

A *Gentibus, solo colendi modo discrepans: illud enim per sacrificia templo vno circumscribebatur, puerorum instruens ad pietatem Israel, hoc autem omnes Gentes diuiniori ratione docet per vniuersum,* [a] in spiritu & veritate summum adorare Deum. *Aut igitur fatendum est, esse iam nouum quod prædictum erat testamentum, aut nullum in præsentia reperiri, sublato primo, & non suffecto altero, iuxta eos qui hoc non recipiunt. Si verò propter hoc non recipiunt, quòd sit varius* B *in cultu modus, audiant, hoc idem etiam prædicentem prophetiam: ait enim;* Non secundùm pactum, quod pepigi cum patribus eorum. *Quòd si non esset varium, eundem ipsi modum quærunt, non enim in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carneis hoc recepimus; non attramento, sed spiritu Dei viuentis.*

Testamenta vetus, ac nouum solo Dei cultu discrepant.

a Ioan. 4. 24.

Testamentum nouum necessariò recipiendum.

Testamenti noui diuersitas à Veteri prænunciata.

Vers. 32. (*Non iuxta testamentum quod pepigi.*) 148

Chrysostomi.] *Quæro, cur tale non dedisti testamentum? Improbauit illud, non erat perfectū?* C *Igitur nec omnino dandum erat: homines leges ferunt, easque perpetuò firmas esse volunt. Tu verò nequaquam. Quoniam ipsi non persiterunt in testamento, ego quoque neglexi eos.* [*Et paucis interiectis.*] *Vultis in medium offeram. Apostoli ea verba, cum his dictis planè congruentia.* [b] Vt quid tentatis iugum ponere, quem non potuerunt patres vestri portare? *Vides ideo datam gratiam, vt per gratiam fieret fortitudo promissionis.*

Chrysost. *Testamentum Vetus cur Iudæis datum mutabile.*

b Act. 15. 10.

D (*Quia ipsi non persiterunt.*)

Chrysostomi.] *Nam non insistere, & præuaricari idem est. Ergo vnus est qui nouum, vetusque tradidit.*

Chrysost. *Testamentum vtrumque à Deo datum.*

Vers. 33. (*Hoc enim est testamentum.*) 149

Chrysostomi.] *Nullam gentium memoriam facit, Ne occasionem illis præberet; sicut & Christus ait.* [c] Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel.

Chrysost.

c Matth. 15. 24.

(*Dans dabo.*)

E Chrysostomi.] *Dic, vbi factum hoc est? scripta quippe fuit lex: nobis enim ad ostendendum spiritum innumera sunt testimonia. Nihil scriptum tradidit Iesus.* [d] Ille vos docebit omnia. *Non lapideæ tabulæ, non literæ incisæ; sed eorum mens legi ab ipso latæ columna fiet.*

Chrysost. *Scriptum nil tradidit le sus, & cur?*

d Ioã. 14. 26.

Legis à Christo latæ columna, & monumentū mens nostra.

|| Olympiodori.] *Doctrinas quæ per spiritum traditæ sunt.*

Olympiod.

(*Et in corde.*)

Chrysostomi.] *Vide enim è tabula quidem* F *scire omnes non poterant, ab Apostolis verò omnes animatæ columnæ circuibant terram, secum ferentes literas, quas habebant, quas impressit, non calamus, non atramentum, sed ipse Deus. Considera æqualitatem honoris Patris, & spiritus, illæ digito Dei inscriptæ tabulæ, hæ gratiâ spiritus, & illæ quidem fractæ sunt, ab ipso exordio finem significantes, & figura hoc erat, fore aliquando legis finem, & illos iugum suum fracturos esse: Hic* verò

Chrysost. *Apostoli animatæ columnæ secum ferentes Euangelicam legem Spiritu Sancto in ipsis impressam.*

Patris, ac Spiritus Sancti æqualis honor in exhibenda lege.

Testamenti Veteris in fractione tabularum præsignificatus est finis.

τοιοῦτον, ἀλλ' ἔμειναν αἱ πλάκες ἐκεῖναι, ὑπὸ παντὸς ἀναλωτοὶ τοῦ χρόνου γινόμεναι.

[Καὶ οὐ μὴ διδάξου.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τίς οὖν χρεία διδασκαλίας εἰπέ μοι; εἰς ποίαν χώραν ἀπελθεῖν βούλει εἰς ποίαν θάλασσαν, εἰς ποίαν γῆν; εἰς τὴν βάρβαρον, εἰς τὴν ἑλλάδα, εἰς πόλεις, εἰς ἀοίκητον, ἐκεῖ τὸν σταυρὸν εὑρήσεις, καὶ ἀκούσῃ μυρία διηγήματα. καὶ ἔρημος, καὶ οἰκουμένη, καὶ ὄρη, καὶ ὕπτια πεδία τὸν χριστὸν βοᾷ [καὶ μετ' ὀλίγα] καθάπερ γὰρ ὁ ἥλιος οὗτος οὐ τοῖς μεγάλοις μόνον; ἀλλὰ καὶ τοῖς μικροῖς φαίνει, οὕτω καὶ ὁ ἥλιος τῆς δικαιοσύνης μικρῶν, μεγάλων, δούλων, ἐλευθέρων, ἀρχόντων, ἀρχομένων, βασιλέων, ἰδιωτῶν, νηπίων, πρεσβυτῶν τὰς ἁπάντων κατηύγασε ψυχὰς τῷ φωτὶ τῆς γνώσεως.

Θεοδωρήτου.] ἴσως τὸ, οὐ μὴ διδάξωσι τὸν πλησίον ἕκαστος, ὁ μέλλων ἐκδέξεται βίος, ἐκεῖ τῶν πραγμάτων ἐναργῶς φαινομένων, τῶν τε παθῶν παυομένων, τῶν μὲν σωμάτων ἀφθάρτων, τῶν καὶ ψυχῶν ἀτρέπτων γιγνομένων. ἔθος δὲ τῇ γραφῇ τὰς προφητείας ἀναμιγνύναι, ὡς περὶ || τοῖς τῆς αἰχμαλωσίας λόγοις.

|| ἐπί.

[Ὅτι πάντες.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τοῦτο τὸ λουτρὸν τῆς παλιγγενεσίας χαρίζεται μόνον. εἶδες ἀκριβὲς σύμβολον τοῦ νόμου; ὁ δὲ νόμος οὐχ οὕτως. διότι εἰδήσουσί με πάντες. οὐ γὰρ ἐπὶ πόνους καὶ ἱδρῶτας καλοῦνται. ἀλλ' ἐπὶ συγχώρησιν τῶν πεπλημμελημένων αὐτοῖς, ἐπὶ ἀμνηστίαν τῶν ἡμαρτημένων.

[Ἐὰν ὑψωθῇ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ὡς ἀμήχανόν φησιν ἀνωτέρω τὸν οὐρανὸν ἀνελθεῖν, ἢ τὴν γῆν κατωτέρω κατελθεῖν, οὕτως ἀμήχανόν με ἀποδοκιμάσαι τὸν Ἰσραήλ. ἀμεταμέλητα γὰρ τὰ χαρίσματα τοῦ θεοῦ, ὥς φησιν ὁ ἀπόστολος.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐ γὰρ πάντες οἱ ἐξ Ἰσραήλ, Ἰσραήλ. οὐδ' ὅτι εἰσὶ σπέρμα Ἀβραάμ, πάντες τέκνα. περὶ ποίων οὖν λέγει Ἰσραηλιτῶν, ἄκουσον. ἐὰν ᾖ φησιν ὁ ἀριθμὸς τῶν υἱῶν Ἰσραήλ, ὡς ἡ ἄμμος τῆς θαλάσσης, τὸ κατάλειμμα σωθήσεται. ἀκριβέστερον δὲ ὁ μακάριος Παῦλος ἑρμηνεύων αὐτὸ, λέγει, οὐκ ἀπώσατο ὁ θεὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ. καὶ γὰρ ἐγὼ Ἰσραηλίτης εἰμὶ, σπέρματος Ἀβραάμ, φυλῆς Βενιαμίν. εἶδες τὸ κατάλειμμα, τοὺς ἀποστόλους, τοὺς ἀπ' αὐτῶν δεξαμένους τὸν λόγον Ἰσραηλίτας, τοὺς τρισχιλίους, καὶ πεντακισχιλίους, τὸ πλῆθος τὸ ἐν ταῖς πράξεσιν ἐμφερόμενον.

[Καὶ ἐγὼ οὐκ ἀ.]

Ὠριγένους.] Δοκεῖ τὸ, ἀποδοκιμῶ τὸν Ἰσραήλ, ἐναντίον τῷ πρὸς αὐτοὺς λέγοντι, καὶ τὸ γένος Ἰσραὴλ παύσεται. μήποτε τοίνυν τὸ μὲν περὶ τοῦ σαρκικοῦ λέλεκται, τὸ δὲ περὶ τοῦ πνευματικοῦ Ἰσραήλ. πλὴν ἡ, οὐ ἀπόφασις προσκειμένη τῷ ἀποδοκιμῶ, παρὰ τοῖς λοιποῖς ἑρμηνευταῖς οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ παρὰ τοῖς ἑβδομήκοντα. νοήσεις δὲ καὶ οὕτως, ὅτι νῦν μὲν ἀποδοκιμῶ, ἐὰν δὲ ὑψωθῇ, οὐκ ἀποδοκιμῶ.

A *verò nihil tale, sed tabulæ illæ manserunt, nullâ temporis iniuriâ conterendæ.*

Vers. 34. *(Et non docebunt.)*

150

Chrysostomi.] *Quid igitur opus est instructione? quam regionem petere vis? quod mare, quam terram? Barbaram, Græcam, vrbes, deserta; ibi crucem inuenies, sexcentasque audies narrationes, & desertum, & terra habitata, & montes & plani campi Christum intonant [Et paulò post.] Sicuti Sol hic non magnis tantum, sed &* B *paruulis splendet, sic & iustitiæ Sol paruorum, grandium, Seruorum, Liberorum, Principum, Subditorum, Regum, priuatorum, infantium, Senum, omnium animos lumine cognitionis illustrauit.*

Chrysost. *Doctrina Christi vbique effulget, vt & visibilis lumen solis.*

Theodoreti.] *Fortasse illud*, Non docebunt vnusquisque proximum, *futura habebit vita, vbi rerum euidentia erit, & affectiones nullæ erunt; vbi corpora incorrupta, & animi immutabiles erunt. Solet verò scriptura immiscere prophetias, sicut vbi etiam de captiuitate* C *agitur.*

Theodorit. *Non docendũ quemque ab alio Vaticinium de alia vita in cælesti Patria. Scriptura solet miscere Prophetias.*

(Quia omnes intelligent me, &c.)

Chrysostomi.] *Solum regenerationis lauacrum hoc largitur, Vidisti certum huius legis signum? lex verò non ita.* Quoniam cognoscẽt me omnes: *non enim ad labores & sudores vocantur, sed ad peccatorum suorum remissionem, & iniquitatum obliuionem.*

Chrysost. *Baptismi regeneratione habetur Dei cognitio.*

Ex Vers. 34. *(Si eleuatum fuerit.)*

151

Olympiodori.] *Sicut inquit fieri non potest,* D *vt cælum superius eleuari, aut terra petere inferiora possit; sic fieri nequit, vt reiiciam Israel.* [a] Dona enim Dei sine pœnitentia sunt, *vt ait Apostolus.*

Olympiod.

a Rom. 11. 29.

Chrysostomi.] *Non* [b] *enim omnes qui ex Israele sunt, nec quia sunt semen Abrahæ, omnes filij. De quibus ergo Israelitis loquatur audi,* [c] Si erit, ait, numerus filiorum Israel veluti arena maris, residuum saluabitur. *Accuratiùs verò B. Paulus hoc interpretans ait;* [d] Non eiecit Deus populum suum: E etenim & ego Israelita sum è semine Abraham, tribu Benjamin; *vidisti reliquias, Apostolos, eos, qui ab ipsis sermonem receperunt, Israelitas,* [e] *tria millia,* [f] *& quinque millia multitudinem, de qua in actibus narratur.*

Chrysost.

b Rom. 9. 6.

Israelem à Deo non reiiciendum quomodo intelligendum sit.

c Isai. 10. 22. Rom. 9. 27.

Israelita veri quinam sint.

d Rom. 11. 1.

e Act. 2. 41.

f Act. 4. 4.

Ex Vers. 34. *(Et ego non reprobabo genus Israel.)*

Origenis.] *Videtur illud*, Non reprobabo Israel, *oppositum dicenti ad eos,* Et genus Israel deficiet. *An verò hoc quidem de Israele carnali dictum est, illud autem de spirituali?* F *Cæterum negatio*, non, *apposita voci.* Reprobabo, *apud cæteros non legitur, sed apud Septuaginta. Poteris verò & hoc pacto intelligere. Nunc quidem reprobabo; quod si eleuatum fuerit non reprobabo.*

Origenes. *Israel quomodo dicatur fore, vt non reprobetur, & vt reprobetur à Deo.*

Capitis

Capitis 31. à verſ. 35. vſque ad 38. Sectio Nona.

TEXTVS VVLGATÆ. A

35 HÆc dicit Dominus qui dat Solem diei, ordinem lunæ, & ſtellarum in lumine noctis: qui turbat mare, & ſonant fluctus eius, Dominus exercituum nomen illi.

36 Si defecerint leges iſtæ coram me, dicit Dominus, tunc & ſemen Iſrael deficiet, vt non ſit gens coram me cunctis diebus.

37 Hæc dicit Dominus: Si menſurari potuerint cæli ſurſum, & inueſtigari fundamenta terræ deorſum: & ego abiiciam vniuerſum ſemen Iſrael propter omnia quæ fecerunt, dicit Dominus.

TEXTVS SEPTVAGINTA.

35 *SIc dixit Dominus. Qui dat Solem in lumen diei, Lunam & ſtellas in lumen noctis, & clamorem in mari, & ſonuerunt fluctus eius: Dominus omnipotens nomen illi.*

36 *Si ceſſauerint leges hæ à facie mea, dicit Dominus; & genus Iſrael ceſſabit eſſe gens ante faciem meam cunctis diebus.*

PARAPHRASIS CHALDAICA. B

35 *HÆc dicit Dominus, qui dedit Solem ad lucendum die, ſtatuta Lunæ & ſiderum ad lucendum nocte; increpat mare, & ſonant fluctus eius, Dominus exercituum nomen eius.*

36 *Sicut fieri non poteſt vt pertranſeant pacta hæc à facie mea, dicit Dominus; ſemen quoque Iſrael non deſinet eſſe populus miniſtrans coram me omnibus diebus.*

37 *Hæc dicit Dominus: Sicut non poteſt fieri, vt ſciat homo menſuram cæli deſuper, nec etiam inueſtigare fundamenta terræ deorſum; ſic Verbum meum non auerſabitur omnem cognationem Iſrael pro iis omnibus quæ fecerunt coram me, dicit Dominus.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impreſſis.

152 Hieronym. *Naturæ conſtitutio, & ordo indeficiens iuxta Dei voluntatem vſque ad conſummationẽ ſæculi.*

HIeronymus. (*Hæc dicit Dominus, qui dat Solem*, &c.) Et in Geneſis principio legimus,[a] Solem in cælo poſitum in lumine diei: Lunam quoque & ſtellas in lumine noctis: & in Pſalmo:[b] *Dies diei annunciat verbum, & nox nocti indicat ſcientiam:* quod inuicem ſibi nox dieſque ſuccedant. Quo modo, inquit, rerum & maximè cæleſtium aſtrorum non poteſt ordo mutari, & ſonantis maris fluctus voluuntur ad littora: fragorque gurgitum, & vndarum intumeſcentium terribilis auditur: nec poteſt vltra procedere, quàm Dei iuſſione præceptum eſt: iuxta illud.[c] *Terminum poſuiſti, quem non tranſibunt: neque conuertentur operire terram:* Sic, inquit, ſemen & genus Iſrael, Domini erit voluntate perpetuum, nec aliquando deficiet. Leges autem hîc non Moſaycæ ſunt intelligendæ, ſed conſtitutio & ordo naturæ. Interrogemus Iudæos,[d] *ſi cæli peribunt, & omnes quaſi veſtimentum veteraſcent,* & ad Dominum dicitur: *Tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient:* quo modo ſemen Iſrael poteſt eſſe perpetuum? Aut enim pereuntibus cælis, peribit & ſemen Iſrael: aut ſi fuerit perpetuum, ergo nec cæli peribunt. Quòd ſi Scriptura mentiri non poteſt, & perituri ſunt cæli: peribit igitur & ſemen Iſrael: maximè cùm & Iacob loquatur ad filios:[e] *Venite & annunciabo vobis, quid futurum ſit in nouiſſimis diebus:* ergo mundus eſſe ceſſabit, & alia fiet rerum diſpoſitio. Hoc aduerſùm illos. Cæterùm mundum iſtum non eſſe perpetuum, etiam Euangelium demonſtrat, dicens:[f] *Cælum & terra tranſibunt.* Et:[g] *Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus, vſque ad conſummationem ſæculi.* Dicamus & aliter, Quamdiu mundus iſte fuerit ſemen Iſrael, & gentem Iudaicam permanſuram: non in his qui nunc increduli ſunt, ſed in his qui cum Apoſtolis, & per Apoſtolos crediderunt: vt reliquiæ ſaluæ fierent.

a Gen. 1. 16.
b Pſal. 18. 3.
c Ibid. 103. 9.
d Ibi. 101. 27. *Mundum non eſſe æternum ex Sacris literis apertè conſtat.*
e Gen. 49. 1.
f Matth. 24. 35.
g Matth. 28. 20.
Iudæorum gentem permanſuram vſque ad conſummationẽ ſæculi in his qui conuertitur ad Chriſti fidem.

153 (*Hæc dicit Dominus: ſi menſurari potuerint cæli ſurſum, & inueſtigari*, &c.) Multùm in hoc loco diſtat Hebraicum ab editione Vulgata. Dicamus primùm iuxta Hebraicum. Si menſurari potuerint cæli ſurſum, & eorum altitudo cognoſci, vel inueſtigari fundamenta terræ, & extremã eorum ratione compræhendi: & ego, inquit, abiiciam vniuerſum ſemen Iſrael, propter omnia, quę fecerunt, dicit Dominus. Quo modo autem illud impoſſibile eſt, vt cœlorum ſummitatem, & C terræ fundamenta noſcamus, ſic & hoc impoſſibile erit, vt abiiciam vniuerſum ſemen Iſrael: Sin autẽ abiecero vniuerſum ſemen Iſrael, ergo menſurabitur cœlorũ ſummitas, & extrema terrarum. Hic ſyllogiſmus & in Euangelio texitur: quando impoſſibile impoſſibili comparatur:[h] *Faciliùs Camelus intrabit per foramen acus, quàm diues intrare poſſit in regna cælorum.* Quomodo enim illud fieri non poteſt, ſic nec hoc fieri poterit: quòd ſi hoc factum fuerit, ergo fiet illud quod impoſſibile putabatur. Errant ergo qui hunc locum aliter ediſſerunt, ponentes & illud teſtimonium, D quòd[i] potuerit petere Patrẽ filius, & duodecim legiones Angelorum adducere in ſuum auxilium. Huic ſenſui Septuaginta contrarium tranſtulerunt, dicentes: *Si exaltatum fuerit cælum ſublimius, & humiliatum pauimentum terræ deorſum: & ego, inquit, non reprobabo ſemen Iſrael, dicit Dominus propter omnia quæ fecerunt.* Quod ſi ita eſt, reprobabitur genus Iſrael. Quo modo enim cælum non poteſt eo, quod eſt eſſe ſublimius: nec terra humilior eſſe eo, quod eſt, ſic & genus Iſrael nequaquam poterit reprobari. Si viderimus Iudæos iuxta Hebraicum hoc teſtimonio gloriari, E aſſentiamur eis, quòd non ſit abiectum vniuerſùm ſemen Iſrael. Non enim omnes abiecti ſunt, ſed hi tantùm qui fuerunt increduli.

Impoſſibile ab impoſſibili probari ſolitũ in Scriptura.
h Matth. 19. 24.
i Matth. 26. 53.
Iudæorum genus non eſſe à Deo vniuerſùm abiectũ, ſed quoad incredulos tantùm.

154 Theodorit.

Theodoritus. Quoad primam ſimilitudinem, & argumentum quod ex illa factum eſt ab impoſſibilitate, vt deſiſtat naturæ ordo, & conſtitutio, conuenit cum Hieronymo. Subdens: His adiungendum eſt, quod dictum eſt per Iſaiam Prophetam:[k] *Si fuerit numerus filiorum Iſrael velut arena maris, reliquiæ ſaluæ fient:* Ambæ igitur prophetiæ continent veritatem.[l] *Non enim omnes qui nati ſunt ex Iſrael, ij ſunt Iſraelitæ:* ſed qui Deo crediderunt, & prædicationem ſalutarem amplexi ſunt. Ex quibus & per quos Eccleſia conſiſtit F per vniuerſam terram. *Hæc dicit Dominus.*

k Iſai. 10. 22. *Iudaicum populum nunquam à Deo reprobandum quoad reliquias, quæ ex illo ſaluæ fiẽt.*
l Rom. 9. 7.

Quoad ſecundum argumentum ex ſimilitudine altera, notanda in ipſo Theodorito lectio, quâ ſine negatiua legit, *Et ego reprobabo*, cum Sept. vbique negatiuè legant. *Et ego non reprobabo*

babo domum Iſrael, Hæc dicit Dominus, inquit, *Si exaltatum fuerit cælum ſurſum, & ſi terra depreſſa fuerit in cælum deorſum, & ego reprobabo domum Iſrael, dicit Dominus.* id eſt, Quâ ratione fieri non poteſt, vt cælum ſit ſublimius quàm eſt, & terra inferior, ita planè impoſſibile eſt, reiici Iſraëlem. Quod argumentum eamdem iudicio meo, vim habet, ſi negatiuè legatur, *Non reprobabo*, tametſi Hieronymus contrariam habere dixerit: hunc enim ea habere cenſeo ſenſum, etiam ſi exaltatum fuerit cælum, &c. quod fieri nequit, ego non reprobabo, &c. Ita fieri nequit, vt ipſe reprobem Iſrael. Quod autem & ſingulariter idem Theodoritus ad depreſſionem terræ, addit, *in cælum*: eſt naturali conſonum Philoſophiæ, ſecundùm quam cùm terræ ſitus ſit in Orbis medio, vt centrum quod cæleſtes ambiunt Orbes, planè ſi in quamcumque partem ea depreſſior fieret, cælum versùs deprimeretur neceſſe eſſet.

Terra ſi vſquam depreſſior fieret, cælum versùs id contingeret.

155 D. Thomas. *Beatitudinis in ſtatu an motus cæli, & naturæ conſtitutio perduratura ſint.*

In Poſtilla D. Thomæ nihil eſt quod hîc adnotemus. Idem tamen in Quæſtionibus de potentia quæſt. 5. art. 5. ſecundò argumento, hæc habet: Ieremiæ dicitur: *Hæc dicit Dominus qui dat Solem in lumine diei, ordinem Lunæ, & ſtellarum in lumine noctis, qui turbat mare, & ſonant fluctus eius, Dominus exercituum nomen eius: ſi defecerint leges iſtæ coram me, tunc, & ſemen Iſrael deficiet, vt non ſit coram me gens ſemper.* Non autem intelligitur de Iſrael carnali, qui iam per ſui diſperſionem gens dici non poteſt. Vnde oportet quòd intelligatur de Iſrael ſpirituali, qui tunc maximè coram Deo gens erit, cùm per eſſentiam Deum videbit, ergo in ſtatu beatitudinis leges præmiſſæ, quæ motum cæli ſequuntur, non ceſſabunt: & ſic neque per conſequens motus cæli.

Ad cuius argumenti reſponſionem ait. Ad 2. dicendum quòd auctoritas illa non eſt intelligenda de Iſrael carnali, ſed de Iſrael ſpirituali: non tamen ſecundùm quod eſt in patria coram Deo, contemplando ipſum per ſpeciem: ſed ſecundùm quod eſt in via, coram Deo per fidem, vt ſic idem ſit, quod dicitur hîc, & quod Dominus diſcipulis loquens ait. Matth. vlt. [a] *Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſæculi.*

a Matth. 28. 20.

156 Bonauent. *Obedientia perſeuerans cæli inſtar reddit Religioſum.*

Bonauentura Tom. 2. Opuſculorum lib. de Eccleſiaſtica Hierarchia parte quartâ, vbi plures affert congruentias inter cælum atque Religioſum. Tertiam in continuata conſtituit voluntariæ obedientiæ continuatione. Nam cælum, inquit curſum ſuum ordine quieto & imperturbato peragit, & ab eodem puncto in idem continuè ſe reuoluit, & hoc congruit Religioſis, qui ſpiritu diuino commoti ſine tædio, & murmure, non ceſſant curſum iniunctæ obedientiæ pro viribus adimplere: vnde Ierem. [b] *Si defecerint leges cæli coram me dicit Dominus, tunc ſemen Iſrael deficiet, vt non ſit gens coram me cunctis diebus*, &c. Hunc motum velut ſtellæ erraticæ quidam retardant & obedientiæ legibus obuiantes, & voluntatis propriæ motibus innitentes, quietam clauſtri conuerſationem diſſipant & perturbant: iuxta illud Apoc. [c] *Factum eſt prælium magnum in cælo, & Draco pugnabat*, &c.

b Ier. 31. 36.

c Apoc. 12. 7.

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Οὕτως εἶπε κύριος.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] λέγει τὰ ἔργα αὐτοῦ, ἵνα ἀξιόπιστα τὰ λεγόμενα ποιῇ.

|| Θεοδωρήτου.] Δι' ὧν ἐποίησεν, ἀξιόπιστα ποιεῖ τὰ λεγόμενα. ὅτε γὰρ ἐπαύσαντο οἱ κατὰ σάρκα νόμοι καθαιρεθέντος τοῦ ναοῦ, καὶ ἐπαύσατο τὸ κατὰ σάρκα Ἰσραὴλ ἔτι εἶναι ἔθνος κατὰ πρόσωπον τοῦ κυρίου. εἰ δέ ἐστι καὶ ὑπὲρ τὸν πνευματικὸν γενέσθαι νόμον, οὔπω || (καὶ αὐτὸν παύσασθαι) τότε καὶ ὁ ἄλλος ἰσραὴλ παύσεται εἶναι ἔθνος κατὰ πρόσωπον τοῦ κυρίου. ἢ τὸ εἶναι πάντες κατὰ σοφονίαν ὑπὸ ζυγὸν ἕνα.

Videtur legendum, ||ἴσ. οὔπω τότε καὶ ὁ ἄλλος Ἰσραήλ. Et intermedia verba ſuperfluunt. ||ἴσ. οὐ δύνανται φησὶ μὴ εἶναι.

[Ἐὰν παύσωνται.]

Ὀλυμπιοδώρου.] οὐ δύνανται || φησὶν οἱ ὅροι ἡλίου καὶ σελήνης, οὐδὲ τὸ γένος ἰσραὴλ τὸ νῦν κατὰ χάριν τοῦ εἶναι ἔμπροσθέν μου.

Verſ. 35. **H**Æc dicit Dominus.) Chryſoſtomi.] *Opera ſua enarrat, vt dictis fidem pariat.*

157 Chryſoſt.

||Theodoreti.] *Per ea quæ fecit, fidem dictis ſuis facit. Cùm verò leges ſecundùm carnem defecerunt, deſtructo templo deſiit ſecundùm carnem quoque Iſrael gens eſſe ante faciem Domini. Si verò licet etiam ſpiritalem tranſcendere legem, non propterea tunc & alius Iſrael ceſſabit gens eſſe ante faciem Domini; vel certè omnes* [d] *tunc erunt ſecundùm Sophoniam ſub vno iugo.*

Theodoret. *De Iſraele quomodo dicatur & quòd deſtiterit, & quòd non deſtiterit eſſe populus Dei.*

d Soph. 3. 9.

Verſ. 36. *(Si defecerint.)*

Olympiodori.] *Non poſſunt, ait, non eſſe metæ Solis, Lunæque, neque genus Iſrael quod nunc eſt, per gratiam eſſe ante faciem meam.*

Olympiod.

Capitis 31. à verſ. 38. vſque ad finem. Sectio Decima.

TEXTVS VVLGATÆ.

38 **E**Cce dies veniunt, dicit Dominus: & ædificabitur ciuitas Domino à turre Hananeel vſque ad portam anguli.

39 Et exibit vltra norma menſuræ in conſpectu eius ſuper collem Gareb: & circuibit Goatha.

40 Et omnem vallem cadauerum, & cineris, & vniuerſam regionem mortis, vſque ad torrentem

TEXTVS SEPTVAGINTA.

38 **E***Cce dies venient, dicit Dominus, & ædificabitur ciuitas Domino à turri Anameel vſque ad portam anguli.*

39 *Et exibit dimenſio eius contra eos vſque ad colles Gereb: & circumdabitur in circuitu ex electis lapidibus.*

40 *Et omnes Aſaremoth vſque ad Nachal Cedron, vſque ad angulum portæ equorum Orientis.*

Sanctiſi

tem Cedron, & vſque ad angulum portæ equorum orientalis, ſanctum Domini, non euelletur, & non deſtruetur vltra in perpetuum.

A *ſanctificium Domino: & nequaquam vltra deficiet, & non deſtruetur vſque in ſæculum.*

PARAPHRASIS CHALDAICA.

38 *Ecce dies venient, dicit Dominus, & ædificabitur ciuitas Ieruſalem coram Domino à turre Pechoi vſque ad portam anguli.*

39 *Et egredietur adhuc filum menſuræ ædificij è regione eius, donec perueniat ad vallem, quæ eſt vicina gareb, & erit circumiens arcem rotundam.*

40 *Et omnis vallis vbi ceciderunt cadauera exercitus Aſſyriorum; & omnes aquæductus vſque ad torrentem Cedron, & vſque ad angulum portæ domus ſtadij Regis, Orientem verſus, ſanctitas coram Domino, non euelletur, nec deſtruetur vltra in perpetuum.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impreſsis.

158 *Ieruſalem reædificandã, & dilatandã tempore Meſſiæ aſſerunt Hebræi.*

Hieronymus. (*Quia dies veniunt, dicit Dominus, & ædificabitur, &c.* Qui mille annorũ in terra Iudæa regnum Chriſti recipiunt, Iudæi videlicet, & noſtri iudaizantes, conantur oſtendere turrem Hanameel, & portam anguli, & collem Gareb, & Goatha, & vallem Phagarim, & omnem Aſſademoth, & torrentem Cedron, & locum anguli portæ equorum Orientalis, & ibi dicunt ſanctuarium Domini, id eſt templum eſſe condendum, manſurúmque in perpetuum. Quod quia poſt captiuitatem temporibus Zorobabel & Eſdræ non poſſunt monſtrare completum, tranſeunt ad Chriſti tempora, quem in conſummatione mundi dicunt eſſe venturum: vt aurea atque gemmata iuxta Apocalypſim [a] Ioannis deſcendat Ieruſalem: & hoc terræ ſpatio, id eſt ab illo loco, vſque ad illum locum ædificetur per circuitum: ſuſpicioniſque ſuæ hanc aurulam capiunt, quod à turre Anathot, quæ hodie appellatur Ieremiæ, tribus à Ieruſalem millibus ſeparata, vſque ad torrentem Cedron, [b] qui ſcribitur in Euangelio, & eſt in valle Ioſaphat, vbi hortus erat, in quo & Iudas proditor tradidit Saluatorem, ciuitatis fundamenta iaciantur. Lecturi, inquiunt, ſumus in conſequentibus [c] Hanameel filiũ Sallum patruelem fuiſſe Ieremiæ, cuius emit agrũ, & hæc eſt turris Hanameel: ignorantes Hebraicam veritatem. Hic enim iuxta Hebraicum ſcribitur, à turre Hananeel חנכאל per נ *nun* videlicet mediam literam, ibi autem Ecce חנמאל Hanameel filius Sallum patruelis tuus veniet ad te, per mediam מ *men* litteram. Inuocantes igitur Dominum Saluatorem qui habet clauem Dauid: [d] *Qui aperit, & nemo claudit, & nemo aperit:* qui ſignatum quoque Iſaiæ [e] librum, & omnium Prophetarum aperuit, & [f] adorauerunt viginti quatuor ſeniores tenentes citharas, quod ſolus potuerit diuina reſerare myſteria: Aggrediamur ædificium ciuitatis, ad quam propheticus ſermo dirigitur. [g] *Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei.* Et [h] *Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei.*

a Apoc. 21.

Turris Ananeel ea ſecũdum Hebræos quæ nunc dicitur turris Ieremiæ.

b Ioan. 18. 1.
c Infra 37. 7.

d Apoc. 3. 7.
e Iſai. 22. 11.
f Apoc. 5. 8.

g Pſal. 85. 3.
h Ibi 45. 5.

159 *Ædificium Eccleſiæ vnde, & qualiter extructũ.*

Ædificatur itaque Eccleſia à turre obedientiæ, ſiue gratiæ & donorum Dei: hoc enim interpretatur Hananeel, vſque ad portam anguli: quæ licet videatur initium habere ſublime, quãdiu in iſta carne ſubſiſtimus, rectam veritatis lineam non poſſumus poſſidere: ſed in angulo ſtamus, & fractis lineis: *Exitque vltra funiculus menſuræ contra* eam, id eſt, portam anguli *ſuper collem Gareb*, qui in lingua noſtra vertitur, aut incolatus fuit, aut ſcabies: vt doceat nos B aduenas eſſe, atque peregrinos, & non auribus prurientes, & ad nouitatem dogmatum peſſimorum facilè non præbere conſenſum. *Et circuibit*, inquit, *Goatha*, pro quo interpretati ſunt Sept. *per gyrum electis lapidibus*, [i] qui voluuntur ſuper faciem terræ, & angulari lapide conſtringuntur: dicente Apoſtolo Petro: [k] *Et ipſi tamquam lapides viui ſuperædificamini domus ſpiritualis, ſacerdotium ſanctum, offerentes ſpirituales hoſtias, & acceptabiles Deo per Ieſum Chriſtum. Et omnem*, inquit, *vallem Phagarim*, quod interpretatur ruinarum, C & cineres, ſubauditur circuibit: vt quamquam nobis videamur in collibus, tamen ſemper timeamus ruinas, & conſideremus cineres, & pœnitentes dicamus cum Dauid: [l] *Quia cinerem quaſi panem manducaui, & poculum meum cum fletu miſcebam.* Vnde & iacentibus dicitur: [m] *Numquid qui cadit non reſurgit dicit Dominus?* Et vniuerſam, inquit, Sademot, שרמות quod nos vertimus in regionem mortis: vnum nomen in duo verba diuidentes: ſade שר quod dicitur regio, & moth מות quod interpretatur mortis: D pro quo Aquila vertit, *ſuburbana*, ſiue *arua & rura.* Regio autem mortis, regio peccatorum eſt, & ſuburbana, regio voluptatum: quæ pergit vſque ad torrentem Cedron, [n] vbi traditus eſt Dominus: qui interpretatur tenebræ. Vide quãta habeat loca Eccleſia, & quomodo illud Apoſtolicum, [o] *Vt ſit ſine macula & ruga*, in futuro & in cæleſtibus ſeruetur. Audis angulos, audis ſcabiem, audis ruinas & cineres, & regionem mortis, & tenebras, & de tua virtute & impeccantia gloriaris. Denique ſequitur: *Et vſque ad an-* E *gulum portæ.* Et hic angulus, ne vlla vera iuſtitia, ne certa victoria in iſto ſæculo demonſtretur: Ipſe quoque angulus portæ quamquam ſit mentalis, vnde lumen egreditur, tamẽ equorum appellatur: vt indigere nos doceat curſu atque certamine, & tandem cum Domino audire mereamur: [p] *Aſcendiſti equos tuos, & equitatio tua ſalus.* In porta Orientali, in porta quadrigarum, ſanctificatio Domini eſt. Et tunc nos perfectos arbitremur, quando dixerimus ad Dominum: [q] *Currus Dei decem millium multiplex millia lætantium: Dominus in eis in Sina in ſancto.* Iſtiuſmodi ædificatio, quæ ſuper fundamentum Chriſti F poſita eſt, de qua loquitur & Apoſtolus: [r] *Vt ſapiens architectus fundamentum poſui*: numquam deſtruetur, ſed permanebit in perpetuum. Obſcura & difficilia latiùs diſſerenda ſunt, vt manifeſta breuiùs percurramus.

i Zach. 9. 16. Secund. 70.
k Petr. 2. 5.

l Pſal. 101. 10.
m Iere. 8. 4.

n Ioan. 18. 1.

o Epheſ. 5. 27.

In Eccleſia quanta ſint quæ nobis ſalubrem incutiant timorẽ.

p Abac. 3. 8.

q Pſ. 66. 18.

r Cor. 3. 10.

Theodoritus (*Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & ædificabitur ciuitas Domino, ab Hamaneel vſque ad portam anguli.* Syrus dicit in hunc modum, *A turre anguli Hamaneel. Et excurret funiculus dimenſionis eius à conſpectu eorum vſque ad collem Gareb.* Refert nomina locorum, quæ ſunt in circuitu ciuitatis, *& per circuitum ædificabitur ex electis lapidibus*, id eſt magnis & validis. *Et vſque ad omnem conuallem Phagarim, & ad*

Theodorit. 160 *Ieruſalem reædificandæ deſcriptus circuitus. Templi reædificandi ambitus deſcriptus.*

& ad Spodiam, & ad vniuersam Asaremoth, vsque ad torrentem Cedron: vsque ad portam anguli equorum Orientis, erit Sanctuarium Domino. Spondiam appellat, locum in quem proiiciebantur cineres sacrificiorum: Phagarium autem, loca sacrificandis carnibus destinata. Vt verò suprà dixit circuitum vrbis: ita nunc diuini templi ambitum demonstrat. *Et non euelletur, & non destruetur vltra in sæculum.* Ambiguitatem istorum verborum supra dissoluit:[a] *Denique*, inquit, *loquar de gentibus & regnis, de ædificatione & plantatione. Quod si gens illa conuersa perpetrauerit mala, non adducam illi ea, quæ dixi, prospera.*

Ierusalem, templumque & Iudæam non destruendam prænunciatum, ni Iudæi ipsi malum patrassent.

161 a Iere. 18. 7. D Thom.

D. Thomas. Hîc promittitur vrbis reparatio. Et primò promittitur reædificatio. (*Et ædificabitur.*) Isai. 44.[b] *Qui dico Ierusalem habitaberis: & ciuitatibus Iuda ædificabimini, & deserta eius suscitabo.* Secūdò, ponitur ampliatio (*à turre Anamehel.*) Quam quidem dicebant esse in Anatoth: quod Hieronymus in glo. excludit. (*vsque ad portam anguli*) vbi duo muri coniungebantur. (*vltra normam*) pristinam (*super collem garel*) qui interpretatur scabies: vbi fortè leprosi extra vrbem morabantur. (*goatha*) interpretatur gens peccatrix, vbi morabantur illi qui pro aliquo peccato immundi erant (*vallem cadauerum*) vbi erant populi sepulchra (*cineris*) vbi proiiciebantur cineres mundi sicut de sacrificiis: vel immundi sicut de domibus leprosorum & huiusmodi (*mortis*) vbi malefactores occidebantur (*vsque ad angulum portæ equorum Orientalis.*) Non enim vndique poterant equi ascendere propter montis asperitatem, Isai. 54.[c] *Dilata locum tentorij tui: & pelles tabernaculorum tuorum extende.* Tertiò ponitur duratio (*sanctum Domini:*) id est, sanctuarium secundùm templum, vel tota ciuitas quæ Domino sanctificata erat supra 3.[d] *Vocabunt Ierusalem solium Domini: & congregabuntur ad eam omnes Gentes in nomine Domini in Ierusalem,* Isai. 33.[e] *Tabernaculum quod nequaquam transferri poterit: nec auferentur claui eius in sempiternum: & omnes funiculi eius non rumpentur.* Iudæi exponunt hoc de aurea Ierusalem: quod Hieronymus improbat in glo. & exponit de Ecclesia, quæ in se & perfectos & imperfectos, & peccatores colligit, qui significantur per loca immunda extra ciuitatem. Potest etiam aliter dici impletum fuisse sub Esdra. Vnde habetur Neemiæ 3.[f] Quod inceperunt ædificare Anamehel. Et ad litteram: fortè aliquod spatium ciuitati addiderunt. Quod dicitur in perpetuum manere: intelligitur si non peccauerit, supra cap. 18.[g] *Si fecerit malum in oculis meis, vt non audiat vocem meam: pœnitentiam agam super bono quod locutus sum vt facerem ei.*

b Isai. 44. 26. *Locorum ambitus Ierusalem nominib. significatum ad quid inseruirent.* c Isai. 54. 2. d Iere. 3. 17. e Isai. 33. 20.

Ecclesia perfectos & imperfectos, ac peccatores colligit. f Nehe. 3. 1. g Iere. 18. 10.

Gregorius Papa lib. 25. Moral. cap. 11. Per Ieremiam Prophetam dicitur[h], (*Ædificabitur ciuitas Domini à turre Anamehel vsque ad portam anguli, & exibit vltra normam mensuræ.* Ciuitatem quippe esse Domini sanctam Ecclesiam, nullus ignorat, Anamehel verò Dei gratia interpretatur: In angulo autem duplex paries iungitur. Ciuitas ergo Domini à turre Anamehel vsque ad portam anguli ædificari perhibetur quia sancta Ecclesia à celsitudine supernæ gratiæ inchoans, vsque ad ingressum, susceptionémque construitur vtrorumque populorum Iudaici videlicet atque gentilis. Sed quia in ea crescente multitudine etiam reprobi colliguntur, aptè subditur: Et exibit vltra normam mensuræ, quia vsque ad eos quoque extenditur, qui normam iustitiæ transeuntes, intra mensuræ cælestis numerum non sunt. Vnde per Isaiam quoque eidem Ecclesiæ dicitur: *Ad dexteram*[i] *enim & ad læuam dilataberis, & semen tuum gentes hæreditabit:* In tanta quippe multitudine gentium ad dexteram extenditur, dum quosdam iustificandos suscipit. Ad læuam quoque dilatatur, dum ad se quosdam etiam in iniquitate permansuros admittit, Propter hanc multitudinem quæ extra electorum numerum iacet, in Euangelio Dominus dicit:[k] *Multi sunt vocati, pauci verò electi.*

162 h Iere. 31. 38. *Ecclesia inchoans à celsitud. gratia constructa vsque ad susceptionem duorum populorum Iudæi & Gentilis.* *Improbi intra Ecclesiam sunt vltra numerum, & mensuram saluandorū in Ecclesia magna copia & iustorum, & impiorū.* i Isai. 54. 3. k Mat. 20. 16.

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Καὶ οἰκοδομηθ.]

Βίκτωρος.] περὶ τῆς καινῆς πολιτείας αὖθις διαλέγεται, || καὶ περὶ τῆς ἀνόδου τῶν λοιπῶν ἀγαθῶν προρρήσεων. ἐφ' οἷς ἐπήνεγκε τὰ καθόλου, καὶ μέγιστα διὰ τῆς καινῆς διαθήκης ἐσόμενα. νῦν οὖν λέγει τὰ μέτρα τῆς πόλεως. καθάπερ ὁ Ζαχαρίας τὰ πρὸ αὐτοῦ προφητικὰ βεβαιῶν, καὶ ὡς ἐν αἰσθητοῖς διαγράφων τὴν νοητὴν Ἱερουσαλὴμ ἀπὸ Γαβὲλ ἕως Ῥεμμὼν τὸ εὖρος αὐτῆς ἔσται. Γαβὲλ δὲ, ἤτοι Γαβεὲ κώμη φυλῆς Βενιαμὶν πρὸς βορρᾶν Ἱερουσαλὴμ, Ῥεμμὼν δὲ κατὰ νότον ταύτης ἐστὶ, πέτρα κατὰ τὴν νοτίαν ἔρημον. τὸ δὲ μῆκος ἀπὸ τῆς πύλης Βενιαμὶν ἕως τῆς πύλης τῆς πρώτης τῶν γωνιῶν, καὶ ἕως τοῦ πύργου Ἀναμεὴλ ἕως τῶν ὑπολῆνίων τοῦ βασιλέως. ἅπερ ἰσοδυναμεῖ τοῖς νῦν ὑπὸ Ἱερεμίου λεχθεῖσι λέγει γὰρ καὶ ἐξελεύσεται ἔτι ἐλπὶς ἡ διαμέτρησις αὐτῆς ἀπὸ πύργου Ἀναμεὴλ ἕως βουνῶν

|| περὶ τῆς ἀνόδου καὶ τ.

Ex vers. [E]T *ædificabitur.*) 38. Victoris.] *De noua vita institutione sermonem habet cum illis, cùm de regressu, cæterisque bonis prædixisset antea; post quæ intulit generalia, & maxima per nouum testamentum futura: nunc ergo dicit dimensiones ciuitatis sicuti Zacharias*[l] *prophetice dicta ante ipsum confirmans, & tamquam sensibiliter describens spiritalem Ierusalem.* A Gabel vsque ad Remmon latitudo eius erit. *Gabel verò siue Gabee pagus tribus Benjamin ad Aquilonem Hierosolymæ, Rhemmon verò ad Austrum illius, petra est in deserto australi. At longitudo,* à Porta Benjamin vsque ad portam primam angulorum, & vsque ad Turrim Anameel vsque ad Torcularia Regis: *quæ perinde sunt, atque ea quæ hîc à Ieremia enarrantur: ait enim,* & exibit adhuc spes, Dimensio

163 Victor. l Ezec. 14. 10.

βουνῶν Γαρεβά: βουνὸς γὰρ οὕτω λέγεται πλησίον Ἱερουσαλὴμ ἀπὸ τόπων δὲ τῆς πόλεως τὰ μέτρα δηλοῖ. ὁ Ἰεζεκιὴλ δὲ καλάμῳ κελευσθεὶς τὸν οἶκον ἀναμετρεῖ, δηλῶν, ὅτι πολλαὶ μοναὶ παρὰ τῷ πατρί. πρὸς τὴν χριστοῦ δὲ ἐκκλησίαν καὶ Ἡσαΐας ἐβόα. πλάτυνον τὸν τόπον τῆς σκηνῆς σου καὶ τῶν αὐλαίων σου. καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις. ἐκεῖ κατοικήσουσιν ἅγιοι ἐκλεκτοὶ λίθοι, κυκλοῦντες αὐτὴν, ἣ πῶς ἀκαθαίρετος ἔσται, ἀνῃρημένης, τῆς ἁμαρτίας καὶ τοῦ πειράζοντος. οὐ γάρ ἐστιν ἐκεῖ λέων, οὐ δὲ τῶν θηρίων τι τῶν πονηρῶν οὐ μὴ ἀναβῇ ἐπ' αὐτὴν, οὐδ' οὐ μὴ εὑρεθῇ ἐκεῖ. τὸν δὲ πύργον Ἀναμεὴλ τινές φασιν εἶναι τὸν λεγόμενον νῦν τοῦ Δαβίδ. ἀσαρημὼθ δὲ, Ἀκύλας τὰ προάστια ἐξέδωκεν.

|| [Ἀπὸ πύργων.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἀπὸ χάριτος θεοῦ, οὕτως γὰρ ἑρμηνεύεται τὸ, Ἀναμεήλ.||

[Ἕως τῆς πύλ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἕως τῆς συντελείας. φθάσας γὰρ ἕως γωνίας, τελευτᾷ ὁ τοῖχος.

[Ἐξ ἐκλεκτῶν λίθων.]

Ὀλυμπιοδώρου.] τὴν ἐκ πάντων τῶν ἐθνῶν συνισταμένην ἐκκλησίαν ἐδήλωσεν, ἐκ λίθων ἐκλεκτῶν οἰκοδομουμένην, προφητῶν, καὶ ἀποστόλων, καὶ τῶν καθεξῆς ἁγίων.

[Ἕως χειμάῤῥου.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἕως φησὶ κλίματος ἀνατολικοῦ ὁ διαγραφεὶς οἶκος, ἔσται ἁγίασμα τῷ κυρίῳ. ἵπποι δὲ ἀνατολῆς οἱ ἀπόστολοι. ἐδήλωσεν οὖν, ὡς ἀπὸ χάριτος θεοῦ καὶ τῶν ἁγίων ἀποστόλων οἰκοδομεῖται ἡ ἐκκλησία. τῶν γὰρ θείων γραφῶν ἀναγινωσκομένων οἰκοδομούμεθα.

A menſio eius à turri Anameel vſque ad colles Gariba; *collis enim ſic vocatur prope Ieruſalem: è locis verò ciuitatis menſuram exponit.* [a] *Ezechiel verò arundine iuſſus domum metitur, oſtendens multas apud Patrem manſiones eſſe. Ad Chriſti verò Eccleſiam & Iſaias clamabat,* [b] Dilata locum habitationis tuæ, & aularum tuarum, *& quæ ſequuntur. Ibi habitabunt ſancti, lapides electi circundantes eam, quæ deſtrui non poterit, deſtructo peccato & tentatore.* [c] B Non *enim* ibi eſt, Leo, nec vlla malarum beſtiarum aſcendet in eam, nec inuenietur in ea. *Turrim verò Anameil quidam eam eſſe aiunt, quæ nunc Dauidis appellatur. Aſſaremoth verò Aquila* ſuburbia *reddidit.*

(A turre.)

Olympiodori.] *E gratia Dei, Ita enim interpretatur Anameel.*

(Vſque ad portam.)

Olympiodori.] *Vſque ad conſummationem. Cùm enim murus ad angulum peruenerit finem* C *habet.*

Ex verſ. 39. *(Ex electis lapidibus.)*

Olympiodori,] *Ex omnibus gentibus collectam ſignificat Eccleſiam, conſtructam è lapidibus electis Prophetis, Apoſtolis, cæteriſque Sanctis.*

Ex verſ. 40. *(Vſque ad torrentem.)*

Olympiodori.] *Vſque ad Orientale clima inquit, deſcripta domus ſanctum erit Domino. Orientis verò equi Apoſtoli ſunt. Declarauit itaque è gratia Dei, & ſanctis Apoſtolis ædificari* D *Eccleſiam: dum enim diuina Scripturæ leguntur, nos ædificamur.*

a Ezec. 40. 3.

Eccleſiaſtici ædificij deſcriptio.

b Iſai. 54. 2.

c Iſai. 35. 9.

Turris Anameel ea ſecundùm aliquos, quæ & Turris Dauid nuncupatur.

164

Olympiod.

Olympiod.

Olympiod. *Ædificium Eccleſia ex quibus conſtructum ſit lapidibus.*

Olympiod. *Apoſtoli equi Orientis. Eccleſia ædificatur ex gratia Dei, & ex Apoſtolis.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ. 31.

Οὕτως εἶπε κύριος· εὗρον θερμὸν ἐν ἐρήμῳ μετὰ ὀλωλότων ἐν μαχαίρᾳ πορευομένους εἰς σπονδὰς Ἰσραήλ. Βαδίσατε, καὶ μὴ ὀλέσητε τὸν Ἰσραήλ.] σφόδρα ἀσαφῶς κεῖται παρὰ τῷ ἑλληνικῷ. αὕτη δὲ ἡ ἔννοια σώζεται παρὰ τῷ ἑβραίῳ. εὗρε χάριν ἐν ἐμοὶ ὑπολελειμμένος ἐκ τῆς μαχαίρας ὡς ἐν τῇ πανερήμῳ ὁ Ἰσραήλ. ὁ γὰρ θερμὸν ἡρμήνευσεν ὁ ἕλλην. τοῦτο, χάριν, ἔχει ὁ ἑβραῖος. ἐκ δὲ τῆς ἐπωνυμίας τὸ σφάλμα τῆς ἑρμηνείας γέγονε. τὸ γὰρ ὢμ κατὰ τὴν ἑβραίων φωνὴν δασυνόμενον, θερμόν ἐστι, τὸ δὲ ἲν, κάλλος κεχαριτωμένον τὸ δὲ, ὀλωλότων ἐν μαχαίρᾳ. τουτέστιν, ὁ ὑπολειφθεὶς ὑπὸ τῆς μαχαίρας. ἵνα εἴπῃ τοὺς σωθέντας μετὰ τὸν θάνατον, τούτους σώζω. τὸ δὲ πορευομένους εἰς σπονδὰς Ἰσραήλ. τουτέστιν, ἡνίκα ἐπορευόμην πρὸς ἀνάπαυσιν αὐτοῦ ἐν τῇ πανερήμῳ, ὥσπερ σαφέστερον διὰ τῶν ἐπαγομένων λέγει.

Βαδίσατε, καὶ μὴ ὀλέσητε τὸν Ἰσραήλ.] τουτέστιν, ἡνίκα ἐβάδιζον προπορευόμενος αὐτοῦ, ἵνα ἀναπαύσω αὐτόν. οὕτω γὰρ ἔχει ὁ ἑβραῖος. τὸ δὲ βαδίσατε ἡρμήνευται ἀσαφῶς, διὰ τὸ μὴ τὸν χρόνον φυλάξαι τὸν || ἑρμηνεύσαντα. αὐτὶ γὰρ τοῦ,

|| ἴσ. ἑρμηνεύοντας.

CAPVT XXXI.

* Verſ. 2. SIc dixit Dominus inueni calidum in deſerto eum iis qui perierant gladio, ambulantes in conuentiones Ieruſalem. Ite, & nolite interficere Iſrael. Quod enim Græcus interpretatus eſt *Calidum*: E hoc Hebræus habet, *gratiam*; ex nominis autem ſimilitudine lapſus in interpretatione contigit: nam *Hom* ſecundùm Idioma Hebræorum densè pronunciatum, calidum ſignificat, at *In* deſignat pulchritudinem gratiatam, pro illo; *qui perierant in gladio*, habet, *qui remanſerat à gladio*: quaſi diceret, Saluatos poſt mortem, hos & ego ſaluo. Illud verò, *Ambulantes in conuentiones Iſrael:* hoc eſt quando in deſerto ambulabam ad illius F requiem, quòd expreſſiùs dicit per ea quæ ſubdit.

Ite, & nolite interficere Iſrael, hoc eſt, quãdo ambulabam antecedens ipſum, vt eum requieſcere facerẽ; ſic enim legit Hebræus. Porrò *Ite* obſcurè interpretatũ eſt, quia interpres tempus non ſeruauit, pro, *Ambulans*

Chryſoſt. Verſ. 2.

τ, βαδίζων· βαδίσατε ἔχει, οὕτω γὰρ φαίνεται καὶ ὁ Μωσῆς λέγων. εἰ μὴ σὺ πορεύῃ μὴ ἀναγάγῃς με.

Πόῤῥωθεν κύριος ὤφθη αὐτῷ ἀγάπησιν αἰωνίαν ἠγάπησά σε.] ταῦτα ὁ προφήτης λέγει, τουτέστιν, ὑπέδειξέ μοι δι' ὀπτασίας θεὸς τὰ πάλαι λεγόμενα, καὶ ἐξ αἰῶνος. ὅπως ὑπὸ ἀγάπης ἐν τῇ πανερήμῳ τὸν λαὸν διήγαγε. καὶ ἔφη μοι νῦν ἐκείνῃ τῇ ἀγάπῃ αἰωνίως ἠγάπησα αὐτόν. τουτέστιν, διὰ τέλους. καὶ ταύτης ἕνεκεν τῆς αἰτίας οὐκ ἐῶ αὐτὸν διαφθαρῆναι. σώζω δὲ τὸν εἰς ἀποικίαν λαόν.

Διὰ τοῦτο εἵλκυσά σε εἰς οἰκτείρημα.] τουτέστι, δι' ἐκείνην τὴν ἀγάπην ἠξίωσεν αὐτῶν τῆς νῦν χάριτος, ἀπαλλάξας αὐτὸν τῶν Βαβυλωνίων. τὸ δὲ εἵλκυσά σε. ἵνα δείξῃ ὡς ἰσχυρῶς κατεχόμενον ἐξέσπασε. τὸ δὲ εἰς οἰκτείρημα, ἐνέδυσα αὐτὸν χάριν, ἔχει.

Ὅτι οἰκοδομήσω σε, καὶ οἰκοδομηθήσῃ.] τουτέστι, πάλιν σοι τὸ ἀρχαῖον ἀποδίδωμι σχῆμα, οὐδενὸς δυναμένου ἀντιστῆναι.

Φυτεύσατε φυτείας, καὶ αἰνέσατε, ὅτι ἐστὶν ἡμέρα παρακλήσεως ἀπολογουμένου ἐν ὄρεσιν Ἐφραίμ. ἀνάστητε, καὶ ἀναβῶμεν εἰς Σιὼν πρὸς κύριον τὸν θεὸν ἡμῶν.] ἡ μὲν ἔννοια τοῦ ἑλληνικοῦ ἐστιν αὕτη, ὅτι ἐπανελθόντες ἀπολαύσητε τῆς εὐφορίας τῆς γῆς, καὶ τὴν γῆν κατεσχηκότες. τοῦτο γὰρ μηνύει τὸ, ἐν ὄρεσιν Ἐφραίμ. ἀπὸ τοῦ μερικοῦ τὴν πᾶσαν γῆν. ἵνα εἴπῃ μετὰ σπουδῆς ἐπανελεύσεσθε εἰς τὸν ναὸν ὑμνοῦντες τὸν θεόν. ὁ δὲ ἑβραῖος οὕτως ἔχει. καὶ φυτεύσουσι, καὶ φάγονται τὸν καρπόν. ἔσται γὰρ ἐν ἡμέρα ἐν ᾗ κεκράξονται οἱ φυλάσσοντες τοὺς ἀμπελῶνας, ἀνάστητε καὶ ἀνέλθωμεν εἰς Σιών. σώζεται δὲ ἡ αὐτὴ ἔννοια. τῇ γὰρ ἑκάστου ὠφελείᾳ, τὴν περιττὴν εὐσέβειαν δείκνυσι.

* Ἀγαλλιᾶσθε, καὶ εὐφραίνεσθε, καὶ χρεμετίσατε, ἐπὶ κεφαλὴν ἐθνῶν.] τουτέστιν, ἐνώπιον τῶν ἐθνῶν βοήσατε μηδὲν αὐτοὺς δεδοικότες, διὰ τὴν ἐμὴν συμμαχίαν.

Ἰδοὺ ἐγὼ ἄγω αὐτοὺς ἀπὸ γῆς Βοῤῥᾶ, καὶ συνάξω αὐτοὺς ἀπ' ἐσχάτου τῆς γῆς ἐν ἑορτῇ Φασέκ.] τουτέστιν, ὡς ἐν τῇ ἑορτῇ τοῦ Φασέκ, οὕτως ἅπαντας ἐπανελθεῖν προθύμως ποιήσω.

* Καὶ ἔσται ἡ ψυχὴ αὐτῶν, ὥσπερ ξύλον ἔγκαρπον.] τουτέστιν, παντὸς ἀγαθοῦ πληρωθήσονται. ὁ δὲ ἑβραῖος οὕτως ἔχει, ὡς κῆπος μεμεθυσμένος ὕδασιν.

* Ἀκοὴν ἤκουσα Ἐφραὶμ ὀδυρομένου. ἐπαίδευσάς με, καὶ ἐπαιδεύθην.] ἐπειδὴ τῶν δύο φυλῶν τὴν ἄνοδον μηνύει, δείκνυσιν, ὅτι καὶ αἱ δέκα ἐπανελεύσονται φυλαί. οὐ μικρὰν τὴν ὠφέλειαν ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας ἐσχηκυῖαι. ὥσπερ μόσχος οὐκ ἐδιδάχθην.] τουτέστι, σκληρὸς ἐγενόμην, καθάπερ μόσχος οὐκ εἴκων ζυγῷ.

Καὶ πρότερον τοῦ γνῶναί με ἐκρότησα ἐπὶ μικρόν.] τουτέστι, μετὰ τὴν αἰχμαλωσίαν μεταμ[...]

namque. *Ambulate* posuit, sic enim & Moyses dixit,[a] *Si non ambulas ne educas me.*

[a] Exo. 33. 15

Vers. 3. *De longe Dominus apparuit ei, charitate perpetuâ dilexi te.* Verba sunt Prophetæ: hoc est, per visionem Deus mihi ostendit quæ olim dicebantur, & à sæculo: quomodo solâ charitate in deserto populum deduxit; & dixit mihi nunc, illâ charitate in æternum dilexi eum: hoc est in finem: & hac de causa eum perdi non permitto; sed saluo populum, qui est in transmigratione.

Ideo attraxi te in miseratione: hoc est, propter illam charitatem hos hâc dignos fecit gratiâ, redimens à Babyloniis. Illud, *Attraxi te*: vt ostenderet, quod euulsit arctè detentum *in miserationem*. Vestiui cum gratiâ.

Vers. 4. *Quoniam ædificabo te & ædificaberis.* Hoc est, iterum tibi antiquam formam restituo: cùm nullus resistere possit.

Vers. 5. 6. *Plantate plantationes, & laudate, quia est dies consolationis, quasi respondentis in montibus Ephrem. Surgite, & ascendamus in Sion ad Dominum Deum nostrum.* Sensus textus Græci hic est. Cùm reuersi fueritis, sortiemini fertilitatem terræ, possessores eiusdem terræ effecti: hoc namque innuit illud, *In montibus Ephrem*, ex certa parte vniuersam designans terram: quasi diceret, summâ ope redibitis ad templum, Deum celebrantes. At Hebræus sic habet. *Et plantabunt, & comedent fructum. Erit enim dies, in qua clamabunt custodes vinetorum, Surgite & ascendamus in Sion.* Et est eadem sententia; ex vniuscuiusque enim vtilitate superabundantem pietatem demonstrat.

* Vers. 7. *Exultate in lætitia, & lætamini, & hinnite super caput gentium.* Hoc est, coram gentibus clamate, nihil eos propter meum auxilium timentes.

Chrysost. Vers. 8.

Vers. 8. *Ecce ego adduco eos de terra Aquilonis, & congregabo eos ab extremo terræ in solemnitate Phasec.* Hoc est, sicut in solemnitate Phasec, sic omnes alacri animo reuerti faciam.

Chrysost. Vers. 8.

*Vers. 12. *Et erit anima eorum quasi lignum fructiferum.* Id est, omni bono implebuntur. Hebræus autem sic legit, *Quasi hortus ebrius aquis.*

Chrysost. Vers. 12.

* Vers. 18. *Audiens audiui Ephrem lamentantem, Castigasti me, & castigatus sum.* Postquam duarum tribuum reditum indicauit, & decem tribus item reuersuras ostendit, cùm non parum vtilitatis ex captiuitate hauserint. *Tamquam vitulus non didici.* Peruicax factus sum tamquam vitulus, qui iugum abhorret.

Chrysost. Vers. 18.

Vers. 19. *Et antequam cognoscerem clamaui paululum.* Hoc est post captiuitatem me pœnituit

μετέγνων. τὸ γὰρ ἐκρότησα, ὡς ἐπὶ τῶν μετανοούντων ἔφη.

Καί γε ἐνετράπην, καὶ ὑπέδειξά σοι, ὅτι ἔλαβον ὀνειδισμὸν ἐκ νεότητός μου.] τουτέστιν, ὅτι ἀνεμνήσθην ἁμαρτίας νεότητός μου. νεότητα δὲ λέγει, τὰ ἐπὶ τοῦ Ἱεροβοὰμ γεγονότα. ὡς νεωτερήσας ἐπὶ τῇ τῶν μόσχων θρησκείᾳ.

Υἱὸς εἶ ἀγαπητὸς Ἐφραὶμ ἐμοί.] τουτέστι, τίμιος υἱὸς εἶ. παιδίον ἐντρυφῶν.] τουτέστι, καὶ παιδίον ἐν ᾧ παρεκαλούμην. ἐκ μεταφορᾶς δὲ αὐτὸ ἔλαβε τῶν πατέρων, τῶν πρὸς τὰ μικρὰ βρέφη τῶν τέκνων παιζόντων. μνείαν μνησθήσομαι αὐτοῦ. ὁ ἑβραῖος, διὰ τοῦτο ἠλέγχθη τὰ σπλάγχνα μου ἐπ' αὐτὸν, καὶ οἰκτειρήσω αὐτὸν, εἶπε κύριος. διὰ τοῦτο ἐπέσκεψάμην αὐτὸν, τουτέστιν, ἐκ τῆς περὶ αὐτὸν διαθέσεως οὐκ ἤνεγκα αὐτὸν ἐν συμφοραῖς ἰδεῖν.

Στῆσον σεαυτῇ σιώνιμ σκοπούς.] σιώνιμ σημεῖα ἑρμηνεύεται. λέγει τοίνυν, ὅτι σημείωσαι τὴν ὁδὸν ὥσπερ σκοποὺς θεὶς ἐν ἑαυτῇ, διὰ γὰρ ταύτης ἐπανελεύσῃ. ποίησον δὲ αὐτῇ τιμωρίαν.] ἀσαφῶς κεῖται παρὰ τῷ ἑλληνικῷ. ὁ γὰρ ἑβραῖος οὕτως ἔχει. στῆσον σεαυτῇ σημεῖα, ἀντὶ τοῦ, τιμωρίαν. ἴσως δὲ κατὰ τὸ ἑλληνικὸν αὕτη κεῖται ἡ ἔννοια. ὅτι παράστησον τὸν σκοπὸν, τουτέστι, τὸ σημεῖον ὅθεν παρῆλθες τιμωρηθεῖσα, ἵνα ἐπανιοῦσα γνῷς τῆς ἐνεργείας τὸ μέγεθος. εἰδέναι δὲ δεῖ, ὅτι παρὰ τῷ ἑβραίῳ τὸ, τιμωρία, οὐ κεῖται.

Δὸς τὴν καρδίαν σου εἰς τοὺς ὤμους σου, ὁδὸν ἣν ἐπορεύθης.] τουτέστιν, ἐννόησαι τὴν καρδίαν σου τὴν ὁδὸν ταύτην ἣν πορεύῃ μοχθοῦσα.

Διάστρεψον εἰς τὰς πόλεις σου πενθοῦσα.] ὁ ἑβραῖος, ἀνάστρεψον εἰς τὰς πόλεις σου ταύτας. ἀντὶ γὰρ τοῦ, πενθοῦσα. ταύτας ἔχει. κἀνταῦθα δὲ ἡ ἐπωνυμία τὴν ἐναλλαγὴν τῆς ἑρμηνείας ἐποίησε. τὸ γὰρ ἀλλὰ, πένθος μηνύει. τὸ δὲ ἐλὲ, αὕτη. οὕτω δὲ νοητέον τὸ ἑλληνικόν. ἀνάστρεψον εἰς τὰς πόλεις σου ἡ πενθοῦσα. τουτέστιν, ἡ νῦν μετὰ πένθους ἀπιοῦσα, ἀναστρέψει μετὰ χαρᾶς.

Ἕως πότε ἐπιστρέψεις θυγάτηρ ἠτιμωμένη.] ὁ ἑβραῖος οὕτως ἔχει. ἕως πότε διαστρέψεις θυγάτηρ ἁμαρτάνουσα. ἡ ἀεὶ διαστρεφομένη. τουτέστιν, ἐὰν μετανοῇς τάχιστά σε τῆς αἰχμαλωσίας ἐπανάξει θεός.

Εἰς καταφύτευσιν καινὴν, ἐν τῇ σωτηρίᾳ περιελεύσονται ἄνθρωποι.] τουτέστιν, εἰς νέαν φυτείαν ἐργάσεταί σε θεὸς. τὸ γὰρ, καινὴν, ἀντὶ τοῦ, νεαρὰν. πότε τοίνυν τοῦτο ποιήσει; ἐν τῇ ἐπανόδῳ. ὅτε σοι τὴν σωτηρίαν παρέξει.

* Καὶ ἀρθήσεται ἐν ποιμνίῳ. τουτέστι, συναχθήσεται ὡς ποίμνιον. διὰ τοῦτο ἐξηγέρθην, καὶ εἶδον, καὶ ὁ ὕπνος μου ἡδύς μοι ἐγενήθη.]

pœnituit, *Clamaui* enim vt de his qui pœnitentiam agunt, dictum eſt.

Verſ. 19. *Confuſus ſum, & audiui te, quoniam accepi opprobrium ab adoleſcentia mea.* Recordatus ſum nempe peccatorum adoleſcentiæ meæ. *Adoleſcentiam*: porrò vocat, quæ temporibus Ieroboam facta ſunt, qui noua molitus, Idolorum cultum induxit.

Verſ. 20. *Filius es dilectus Ephrem mihi.* Hoc eſt, honorabilis filius ſiue pretioſus. *Paruulus delicatus*: hoc eſt paruulus, quo delectabar, ſumpſit autem metaphoram ex parentibus, qui cum paruulis infantibus ludunt, *Recordans recordabor eius.* Hebræus. *Idcirco patefacta ſunt viſcera mea ſuper eum, & miſerebor eius, dixit Dominus. Idcirco viſitaui eum.* Hoc eſt, propter beneuolentiam, quâ eum proſequor, non ſuſtinui videre illum in calamitatibus.

Verſ. 21. *Statue tibi Sionim ſpeculatores.* *Sionim* interpretatur Signa. Ait, igitur, Signa viam, tamquam ſpeculatores pones in ea, per hanc enim reuertêris. *Fac verò ipſi pœnam*: obſcurè poſitum eſt apud Græcum. Etenim Hebræus ita legit, *ſtatue tibi ſigna*, pro, *Pœnam*, & fortè iuxta Græcum hic eſſe poterit ſenſus. Conſtitue ſpeculatorem, hoc ſignum, vnde præteriiſti pœnis mulctata; vt rediens virtutis agnoſcas magnitudinem. Sciendum autem, in Hebræo, *Pœnam* non extare.

Da cor tuum in humeros tuos viam, in qua ambulaſti: hoc eſt, corde tuo appræhende viam hanc, quam ambulas, rebus aduerſis afflicta.

Reuertere in Ciuitates tuas lugens. Hebræus, *Reuertere ad ciuitates tuas has.* Pro *Lugens* enim habet *has*, & hîc nominum ſimilitudo interpretationis diuerſitatem induxit. Etenim, *Alà luctum* ſignificat. *Elè*, *Hac*, ſic itaque eſt intelligendus textus Græcus. Reuertere in ciuitates tuas qui luges, quaſi diceret, quæ nunc lachrymans abis, cum gaudio reuertêris.

Verſ. 22. *Vſquequò conuertêris filia deſpecta?* Hebræus ſic habet, *Vſquequò diſtrahêris filia delinquens*: vel *Semper huc & illuc vertens te*, hoc eſt, ſi pœnitentiam egeris, quàm citiſſimè te à captiuitate Deus reducet.

In plantatione noua, in ſalute circuibunt homines. Hoc eſt, vt nouam plantationem côlet te Dominus: etenim *Nouam* poſuit pro, Recentem. Quando autem id operabitur? in reditu, quando tibi ſalutem exhibebit.

* Verſ. 24. *Et eleuabitur in grege.* Id eſt tamquam grex congregabitur.

Verſ. 26. *Ideo expergefactus ſum, & vidi & ſomnus meus iucundus factus eſt mihi.* Hæc

Chryſoſt. Verſ. 21.

Chryſoſt. Verſ. 22.

Chryſoſt. Verſ.

νήθη.] ταῦτα φησὶν ἀπεκαλύφθη μοι καθεύδοντι, καὶ ἡδὺν τὸν ὕπνον ἔχον.

* Διαθήσομαι τῷ οἴκῳ Ἰσραὴλ, καὶ τῷ οἴκῳ Ἰούδα μετὰ τὰς ἡμέρας ἐκείνας φησὶ κύριος, διδοὺς δοὺς νόμους μου εἰς τὴν διάνοιαν αὐτῶν. καὶ ἐπὶ τοῦ στήθους τῆς καρδίας αὐτῶν γράψω αὐτούς.] ὁ γὰρ μωσῆς ἐκέλευσε πᾶσιν ἀναγινώσκεσθαι τὸν νόμον, ἀλλὰ καὶ διὰ ἑπτὰ ἐτῶν. λέγει τοίνυν, ὅτι τοσαύτην αὐτοῖς τὴν εἴδησιν παρέχω τὴν ἐμὴν, ὥστε μὴ δεῖσθαι ἀναγνώσεως. ἐπὶ δὲ τῆς διανοίας ἔχειν τὴν περὶ τὰ καλὰ σπουδήν.

B

* Ἐὰν παύσονται οἱ νόμοι οὗτοι ἐκ προσώπου μου φησὶ κύριος, καὶ τὸ γένος Ἰσραὴλ παύεται. γενέσθαι εἰς ἔθνος κατὰ πρόσωπόν μου πάσας τὰς ἡμέρας.] νόμους δοὺς τῆς κτίσεως λέγει. περὶ γὰρ αὐτῆς διαλέγεται. ὡς οὐκ ἐνδέχεταί με φησὶ ἀναστρέψαι τοὺς ἐν τῇ κτίσει τεθέντας ὅρους, οὕτως οὐδὲ τὴν πρὸς ἰουδαίους διὰ τὴν πρὸς Ἀβραὰμ ἐπαγγελίαν.

Ἐὰν ὑψωθῇ ὁ οὐρανὸς εἰς τὰ μετέωρα, καὶ ἐὰν ταπεινωθῇ τὸ ἔδαφος τῆς γῆς κάτω. καὶ ἐγὼ ἀποδοκιμῶ πᾶν τὸ γένος Ἰσραὴλ φησὶ κύριος, περὶ πάντων ὧν ἐποίησαν.] τουτέστιν, ἐὰν δυνηθῇ τὸ ὕψος μετρηθῆναι τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τὰ βάθη. καταληφθῆναι τῆς γῆς, ἐνδέχεται κἀμὲ ἀποποιήσασθαι τοῦ Ἰσραὴλ τὸ γένος. ἵνα εἴπῃ, ὡς ταῦτα, οὕτως ἄνωθεν ποιῆσαι ἐδοκίμασα, καὶ γινόμενα διέμεινε τοῖς τεθεῖσιν ὅροις ἑπόμενα. οὕτως ἔσται καὶ ἡ πρὸς τὸν Ἀβραὰμ ἐπαγγελία ἀμετάπτωτος. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ νῦν διὰ τὴν τούτων αἰχμαλωσίαν παρέβην τὴν πρὸς ἐκεῖνον συνθήκην.

D

* Ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχονται φησὶ κύριος, καὶ οἰκοδομηθήσεται πόλις τῷ κυρίῳ ἀπὸ πύργου Ἀνανιὴλ, ἕως τῆς πύλης τῆς γωνίας. καὶ τὰ ἑξῆς.] τουτέστιν, ἀπὸ τοῦ πύργου Ἀνανιὴλ. βούλεται δὲ εἰπεῖν τῆς πόλεως τὸ μέγεθος. καὶ ὅτι μείζων ἔσται, ἢ πάλαι ἐτύγχανεν οὖσα. Ἀνανιὴλ δέ τις ἦν τῶν στρατηγῶν.

Καὶ διεξελεύσεται ἔτι ἐλπὶς τῶν σχοινίων τῆς διαμετρήσεως αὐτῆς.] τὰ μέτρα λέγει τῆς πόλεως. τουτέστιν, ἀπὸ τῆς γωνίας ἐπ᾽ εὐθεῖαν ταθήσεται ἐλπίδος οὔσης χρηστῆς, ὡς περαιωθήσεται τὸ προκείμενον, θεοῦ συνεργοῦντος. ἕως βουνοῦ γαρίβ.] ὄνομα τόπου.

E

Καὶ περικυκλωθήσεται τῷ γοαθά.] πάλιν ὄνομα τόπου. καὶ πᾶσαν τὴν κοιλάδα τῶν φααγαρίμ καὶ τὴν σποδιὰν φααγαρίμ.] τουτέστιν ἔνθα τὰ νεκρὰ ῥίπτεται. καὶ τὴν σποδιάν. αὐτὶ τοῦ, καὶ τὰ || κηθιστα: τὸ αὐτὸ δὲ σημαίνει καὶ τὸ ἐπαγόμενον. καὶ πᾶσαν Ἀνασαριμώθ. αὐτὶ, τόπον κοπρίας.

|| ἰστοιριθι-σια.

F

Ἕως χειμάῤῥου κέδρου, ἕως τῆς γωνίας πύλης, ἵππων ἀνατολῆς ἁγίασμα τῷ κυρίῳ.] τουτέστιν, ἃ πάλαι ἦν, ἔξω τῆς πόλεως εἰς τὸ ῥίπτεσθαι τὴν κόπρον.

Ταῦτα

Hæc inquit, mihi reuelata sunt, dum dormirem, & iucundum habui somnum.

A

* Vers. 33. *Disponam domui Israel, & domui Iuda, post dies illos, ait Dominus, dans leges meas in mentem eorum, & in pectore cordis eorum scribam eos.* Moyses namque præceperat, vt omnibus legeretur lex, & per Septem annos. Ait igitur, talem tantámque meam eis tribuam scientiam, vt illis nullo modo lectione opus sit; quoniam intelligentiam habebunt eorum, quæ ad studium sunt bonorum.

Chrysost. Vers. 33.

* Vers. 36. *Si cessauerint leges hæ à facie mea, dicit Dominus, & genus Israel cessabit esse gens ante faciem meam cunctis diebus.* Leges creationis inquit, de illa enim est sermo: quemadmodum ait, fieri non potest, vt determinationes latæ in creationem commutentur, sic nec promissio facta circa Iudæos propter Abraham.

Chrysost. Vers. 36.

C

Vers. 37. *Si eleuari potuerit cælum sursum, & si humiliabitur fundamentum terræ infra, & ego reprobabo omne genus Israel, ait Dominus; propter omnia quæ fecerunt:* hoc est, si sublimitas cæli eleuari potuerit, & profunda terræ inuestigari, fieri potest, vt & ego abiiciam genus Israel: ac si diceret. Ita hæc se habebunt. Vt iam in iis, quæ supra memoraui, facto comprobaui, quæ obediunt Persistendo in sibi positis terminis; sic & promissio Abrahæ facta, erit immutabilis. Etenim neque nunc licet permiserim, vt captiui adducerentur, pactum cum eo initum violaui.

Vers. 38. *Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & ædificabitur ciuitas Domino à turri Ananiel vsque ad portam anguli.* Et quæ sequuntur: hoc est, à turri Ananiel. Ciuitatisque magnitudinem exponere intendit, & eam maiorem futuram, ac priùs esset. Ananiel autem erat quidam dux.

Vers. 39. *Et exhibit vltrà spes funiculorum dimensionis eius.* Mensuras narrat Ciuitatis, hoc est, ab angulo directè protendetur, cum spes esset bona, illam ad propositum terminum perducendam Deo opitulante. *Vsque ad colles Garib*: nomen loci: *& circundabitur Goatha.* Iterum nomen loci.

Vers. 40. *Et omnem Vallem Phaagarim, & cinerem Phaagarim:* hoc est, Quò cadauera proiiciuntur, *& cinerem*: pro, *Mortuorum arcas.* Hoc idem significat, & quod subdit, *Et omnem Anasarimoth*: locum scilicet stercoris. *Vsque ad torrentem Cedron, vsque ad angulum portæ equorum Orientis sanctum Domino.* Id est, quæ priùs erant extra ciuitatem,

ταῦτα περιληφθήσεται εἰς τὴν πόλιν, καὶ κοσμηθήσεται, καὶ ἔσται ἅπας ὁ τόπος ἁγίασμα τοῦ κυρίου.] τουτέστιν, ἀφωρισμένα τοῦ θεοῦ. τὸ δὲ ἵππων ἀνατολῆς, τουτέστι, τῆς πύλης τῶν ἵππων τῆς ἐξ ἀνατολῆς.

tatem, & ornabuntur, & erit omnis locus sanctificium Domino, segregata scilicet Deo. Illud autem, *Equorum Orientis*, videlicet, portæ equorum, quæ Orientem versùs sita erat.

Caput 32. à vers. 1. vsque ad 6. Sectio Prima.

TEXTVS VVLGATÆ.

1 VErbum, quod factum est ad Ieremiam à Domino in anno decimo Sedeciæ Regis Iuda: ipse est annus decimus octauus Nabuchodonosor.

2 Tunc exercitus Regis Babylonis obsidebat Ierusalem: & Ieremias Propheta erat clausus in atrio carceris, qui erat in domo Regis Iuda.

3 Clauserat enim eum Sedecias Rex Iuda, dicens: Quare vaticinaris, dicens: Hæc dicit Dominus: Ecce ego dabo ciuitatem istam in manus Regis Babylonis, & capiet eam?

4 Et Sedecias Rex Iuda non effugiet de manu Chaldæorum: sed tradetur in manus Regis Babylonis: & loquetur os eius cum ore illius, & oculi eius oculos illius videbunt.

5 Et in Babylonem ducet Sedeciam: & ibi erit donec visitem eum, ait Dominus; si autem dimicaueritis aduersùm Chaldæos, nihil prosperum habebitis.

TEXTVS SEPTVAGINTA.

1 VErbum quod factum est à Domino ad Ieremiam in anno decimo regni Sedeciæ: hic est annus octauus decimus Regi Nabuchodonosor regni Babylonis.

2 Et virtus Regis Babylonis vallum fecit super Ierusalem: & Ieremias custodiebatur in atrio carceris, qui est in domo Regis.

3 In quo clauserat eum Rex Sedecias, dicens: Quare tu Propheta? dicens: Sic dixit Dominus: Ecce ego do ciuitatem istam in manibus Regis Babylonis, & capiet eam.

4 Et Sedecias non saluabitur de manu Chaldæorum: quia traditione tradetur in manus Regis Babylonis: & loquetur os ipsius ad os eius; & oculi ipsius oculos illius videbunt.

5 Et intrabit Sedecias in Babylonem, & ibi demittet se.

PARAPHRASIS CHALDAICA.

1 VErbum prophetiæ quod factum est ad Ieremiam à facie Domini in anno decimo Sedechiæ Regis tribus domus Iuda; ipse est annus decimus octauus Nabuchodonosor.

2 Et tunc copiæ Regis Babylonis obsidebant Ierusalem, & Ieremias Propheta erat clausus in atrio carceris, qui est in domo Regis domus Iuda.

3 Quem vinctum tenebat Sedechias Rex tribus domus Iuda: dicens, Quare tu Prophetas; dicendo, Hæc dicit Dominus, Ecce ego tradam ciuitatem istam in manum Regis Babylonis, & subiiciet eam?

4 Et Sedechias Rex domus Iuda non euadet è manu Chaldæorum; sed tradendo tradetur in manum Regis Babylonis, & loquetur os eius cum ore illius, & oculi eius oculos illius intuebuntur.

5 Et in Babylonem ducet Sedechiam, vbi erit donec subeat memoria eius coram me, dicit Dominus. Etiam si pugnaueritis aduersùm Chaldæos, nihil proficietis.

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

1 Hieronym. *Prophetarum non tantum verba, sed & opera nobis proficua sunt.*

HIeronymus. *(Verbum quod factum est ad Ieremiam, &c.)* Non solùm verba, sed & opera Prophetarum nobis exemplo sunt ad virtutem. Poterat Ieremias prospera nunciare, & Regis Sedechiæ frui amicitiâ: sed malebat Deo magis obedire quàm hominibus, & ei qui potest & animam & corpus perdere in gehennam, quàm illi, qui tantùm in corpus habere poterat potestatem. Et hoc considerandum quod decimus annus erat regni Sedechiæ, obsessâ iam Ierusalem, & gladio, fame & peste consumptâ, & captiuitate vicinâ, & tamen Sedechias perstat in sententia, & ex parte aliqua illius clementia demonstratur: quod nequaquam eum in carcere, sed in vestibulo recludi iusserit carceris, liberâ videlicet custodiâ, ne posset effugere. Quasi non omnis Ierusalem clausa munitionibus communis carcer fuerit habitantium. Ipse est annus duodeuigesimus regni Nabuchodonosor, qui quarto anno Regis Ioakim cepit imperium. Omnis autem causa iræ Regis ista est: cur loquatur ex Dei nomine quæ ei fuerant imperata.

Carceris vestibulum libera custodia.

Principes indignantur sæpe contra viros probos, cũ quid in eos Dei nomine proferunt.

(Ecce ego dabo ciuitatem istam, &c.) Hæc erat causa iræ regiæ, quare præferret mendacio veritatem, & tam vrbem Ierusalem quàm Sedechiam Regem diceret esse capiendum: quodque grauius est visurum eum ora Regis Babylonij, & locuturum humilem atque captiuum cum potentissimi Regis insania. Grauior enim terror est, videre quem timeas, & ante increpationem verborum, quàm pœnarum sustinere cruciatum. *Et in Babylonem*, inquit, *ducet Sedechiam & ibi erit*: Pro quo Sept. transtulerunt, & Babylonem ingredietur: quorum alterum inuitum trahi, alterum voluntate pergere significat. *Et ibi*, inquit, *erit*. Verbum ponit ambiguum, ne videatur cruciatus & miserias prophetare. Quodque sequitur. *Donec visitem eum, ait, Dominus: & si pugnaueritis aduersùs Chaldæos nihil prosperum habebitis*: in Sept. non habetur. Prudenterque sententiam temperauit, quæ ad bonam, & ad malam partem referri potest. Visitatio enim, vt sæpe dixi, & consolationem significat, & supplicium.

Principes indignantur sæpe ob id quod mendacio præfertur veritas.

Videre quem timeas grauior terror est, quàm sustinere cruciatum.

2 Theodorit. *A prosperis ad prophetanda aduersa transiit Ieremias ob Iudæorum impietatem in Deum.*

In Theodorito nihil circa totum locum istum occurrit notandum, præterquàm prima ista verba. Hoc igitur loco pollicitus est ista, (Quæ iam scilicet relata fuere in capite præcedenti.) At quoniam aduersùs Deum, & Saluatorem nostrum multa dictitarunt, & in seipsos iudicium prouocarunt, transit hinc ad alteram prophetiam.

D. Thom.

D. Thomas. Hîc consolatur eos facto, & primò designat prophetiæ tempus: ex Regis tempore

pore, (*In anno: ipse est:*) vt colligitur ex his quæ dicta sunt supra capitulo vigesimo quinto. Quòd quartus annus Ioachim erat primus Nabuchodonosor. Ex vrbis obsidione. (*tunc exercitus.*) Isaiæ 29.[a] *Circumdabo quasi spheram in circuitu tuo, & iaciam contra te aggerem: & munimenta ponam in obsidionem tuam.* Et Prophetæ carcere: ponens carceris miseriam. (*Et Ieremias: carceris.*) Threno. 3.[b] *Circumædificauit aduersùm me vt non egrediar:* A *aggrauauit compedem meum.* Et assignat causam. (*Quare vaticinaris*) quæ prædicebat: vrbis captionem. (*Ecce ego dabo:* Regis captiuitatem. (*Et Sedechias Rex.*) Et bellorum aduersitatem. *Si autem dimicaueritis.*) sup. 21.[c] *Debellabo ego vos in manu extenta: & in brachio forti & in furore, & in indignatione: & in ira grandi, & percutiam habitatores ciuitatis huius.* Vnde hoc capitulum secundùm historiam est illi continuandum.

a Isai. 29. 3. b Thren. 3. 7. c Iere. 21. 5.

CATENA GRÆCA VETERVM
PATRVM GRÆCORVM.

Ὁ Λόγος ὁ γε.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὁρᾷς τοῦ θεοῦ μακροθυμίαν; τοσοῦτον ἠνέσχετο χρόνον αὐτῶν μετὰ τὴν ἀπόστασιν, καὶ τὸ παρασπονδῆσαι, καὶ οὐδὲ οὕτω γέγονε βελτίων. ἀλλὰ καὶ τῶν δεινῶν ἀπειλουμένων, ἴσος ἦν. καὶ οὐκ ἤρκεσε τοῦτο, ἀλλὰ καὶ τὸν προφήτην καθεῖρξεν εἰς δεσμωτήριον.

|| αὐτὸ.

[Καὶ Ἱερεμίας ἐφ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τίνος ἕνεκεν εἰπέ μοι; ἐπειδὴ λέγεις. οὕτως εἶπε κύριος, ἰδοὺ δίδωμι τὴν πόλιν ταύτην. μὴ γὰρ ἐμά τὰ ῥήματά ἐστιν; εἰ μὲν οὖν ἐμά, φοβεῖσθαι αὐτὰ οὐ χρή. εἰ δὲ οὐκ ἐμά, δεῖ πιστεύειν ὅτι οὐκ ἐμά ἐστι, καὶ ὅτι ἀληθῆ ἔσται. ἀλλ' ἔθος τοῦτο τοῖς ἐλεγχομένοις λέγειν, δήσωμεν τὸν δίκαιον, ὅτι δύσχρηστος ἡμῖν ἐστιν.

Ἀπολιναρίου.] οὐκ ἀνέχονται τῶν τὰ ἀληθῆ λεγόντων ἁμαρτωλοί. διόπερ εἰς φυλακὴν τὸν προφήτην ἐνέβαλλον, ὄνειδος ἡγούμενοι τὴν ἀλήθειαν. πάσχειν οὖν δεῖ τοὺς ὑπηρέτας θεοῦ εἰς ἔλεγχον τῶν ἀσεβῶν, καὶ γυμνασίαν τῶν ἁγίων πρὸς κακίαν ἀγωνιζομένων.

[Καὶ λαλήσει.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ὁ Σεδεκίας πρὸς τὸν Βαβυλώνιον.

B Vers. 1. VErbum quod factum est, &c.) Chrysostomi.] *Viden Dei tolerantiam? tanto tempore eos sustinuit post defectionem violatasque pactiones; nec tamen ille melior euasit, sed & dum minæ in eum iactarentur idem erat, neque hoc satis fuit, sed & Prophetam coniecit in carcerem.*

Chrysost. Dei Patientia quanta.

Ex Vers. 2. (*Et Ieremias custodiebatur.*)

Chrysostomi.] *Quamobrem dicas quæso?* Quoniam dicis; Sic dicit Dominus. Ecce C ego do ciuitatem istam. *Num verba hæc mea sunt? Si mea sunt timenda non sunt; si verò non mea, credendum est mea non esse, veraque futura, sed mos eorum est qui redarguuntur dicere;*[d] ligemus iustum, quoniam inutilis est.

Chrysost. Correptiones quàm displiceant principibus.

d Sap. 2. 12.

Apolinarij.] *Non sustinent eos qui vera dicunt, peccatores: ideo Prophetam contruserunt in carcerem, probrum sibi veritatem æstimantes. Toleranda ergo sunt mala Dei ministris, vt impij redarguantur, & sancti exerceantur certantes cum malitia.*

Apolinarius. Veritatem probro sibi censent impij. Pro veritate contestanda corripientibus impios subeunda sunt mala.

D *Ex* Vers. 4 (*Et loquetur os ipsius*, &c.)

Olympiodori.] *Sedecias ad Babylonium.*

Olympiod.

Capitis 32. à vers. 6. vsque ad 16. Sectio Secunda.

TEXTVS VVLGATÆ.

6 ET dixit Ieremias: Factum est verbum Domini ad me, dicens.

7 Ecce Hanameel filius Sellum patruelis tuus veniet ad te dicens: Eme tibi agrum meum qui est in Anathoth; tibi enim competit ex propinquitate vt emas.

8 Et venit ad me Hanameel filius patrui mei secundùm verbum Domini ad vestibulum carceris, & ait ad me: Posside agrum meum, qui est in Anathot in terra Benjamin: quia tibi competit hæreditas, & tu propinquus es vt possideas. Intellexi autem quòd verbum Domini esset.

9 Et emi agrum ab Hanameel filio patrui mei, qui est in Anathot; & appendi ei argentum septem stateres, & decem argenteos.

10 Et scripsi in libro, & signaui, & adhibui testes; & appendi argentum in statera.

11 Et accepi librum possessionis signatum, & stipulationes, & rata, & signa forinsecus.

12 Et dedi librum possessionis Baruch filio Neri filij Maasiæ in oculis Hanameel patruelis mei,

TEXTVS SEPTVAGINTA.

6 *ET verbum Domini factum est ad Ieremiam, dicens.*

7 *Ecce Anameel filius Salom fratris patris tui venit ad te dicens: Posside tibi agrum meum, qui* E *in Anathoh: quia tibi iudicium est accipere in possessionem.*

8 *Et venit ad me Anameel filius Salom fratris patris mei in atrium carceris, & dixit: Posside tibi agrum meum, qui in terra Benjamin, qui in Anathoth: quia tibi iudicium est possidere eum, & tu es senior. Et cognoui, quia verbum Domini est.*

9 *Et possedi agrum Anameel filij fratris patris mei, & appendi ei septem siclos, & decem argenti.*

10 *Et scripsi in libello, & sigillaui: & contestatus sum testes: & appendi argentum in statera.*

11 *Et sumpsi libellum possessionis obsignatum.*

12 *Et dedi illum Baruch filio Neria, filio Maasia ante oculos Anameel filij fratris patris mei, & ante oculos virorum, qui adstiterant, & scripserant in libello possessionis, & ante oculos Iudæorum, qui in atrio carceris.*

13 *Et præcepi Baruch ante oculos eorum dicens,*

14 Sic

mei, in oculis teſtium, qui ſcripti erant in libro emptionis, & in oculis omnium Iudæorum, qui ſedebant in atrio carceris.

13 Et præcepi Baruch coram eis, dicens:

14 Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael: Sume libros iſtos, librum emptionis hunc ſignatum, & librum hunc, qui apertus eſt: & pone illos in vaſe fictili, vt permanere poſſint diebus multis.

15 Hæc enim dicit Dominus exercituum Deus Iſrael: Adhuc poſſidebuntur domus, & agri, & vineæ in terra iſta.

14 Sic dixit Dominus omnipotens: Sume librum poſſeſſionis iſtum, & librum, qui lectus eſt: & pones illum in vaſe teſtaceo; vt permaneat dies plures.

15 Quia ſic dixit Dominus: Adhuc poſſidebuntur agri, & domus, & vineæ in terra hac.

PARAPHRASIS CHALDAICA.

6 ET dixit Ieremias, Factum eſt verbum prophetiæ à facie Domini ad me, dicens.

7 Ecce Hanameel filius Salum patrui tui venit ad te: dicens, Eme tibi agrum meum qui eſt in Anathoth: quia tibi conuenit hæreditas vt emas.

8 Venitque ad me Hanameel filius patrui mei iuxta Verbum Domini in atrio domus vinctorum; & dixit mihi, Eme nunc agrum meum, qui in Anathoth, quæ eſt in terra tribus Benjamin, quia tibi competit hæreditas, & tua eſt poſſeſſio, eme tibi. Et cognoui quod verbum Domini eſſet.

9 Emi itaque agrum ab Hanameel filio patrui mei, qui erat in Anathoth; & appendi ei argentum ſeptem minas, & decem ſiclos argenti.

10 Et ſcripſi in chirographo, & ſignaui & adhibui teſtes, & appendi argentum ſtateris.

11 Et tuli chirographum emptionis, quod ſcriptum erat, ratificatum & ſignatum iuxta morem, & ſicut decet, chirographum apertum.

12 Et dedi chirographum emptionis Baruch filio Neriæ filij Maaſiæ in conſpectu Hanameel filij fratris patris mei, & in conſpectu teſtium qui ſcripti erant in chirographo emptionis, & in conſpectu omnium Iudæorum, qui ſedebant in atrio vinctorum.

13 Et præcepi Baruch in oculis eorum, dicens.

14 Hæc dicit Dominus Deus Iſrael: Tolle chirographa iſta, & libellum emptionis iſtum, & quod ſcriptum eſt & ſignatum, & chirographum apertum iſtud, & pones ea in vaſe fictili, vt permaneant diebus multis.

15 Quia Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael: Adhuc comparabuntur domus & agri & vineæ in terra iſta.

Catena ex Veterum Patrum operibus impreſſis.

4 Hieronym.

HIeronymus. (*Et dixit Ieremias, Factum eſt Verbum Domini*, &c.) Occultum ad Ieremiam Dei factum eſſe ſermonem, nemo ſcire poterat, niſi ipſo indicante, ad quem factus fuerat: & prædicitur ei quòd venturus ſit ad eum Hanameel patruelis ſuus, & poſſeſſionem agri qui ſuus fuerat, delaturus: eſſe autem ipſum locum in Anathoth, de ſuburbanis quæ Sacerdotibus per ſingulas tribus & ciuitates dabantur ex lege: nec licitum erat poſſeſſionem de tribu tranſire ad tribum, nec de familia ad aliam familiam. Vnde [a] & filiæ Salphaad accipiunt ſortem inter fratres ſuos, præcipuéque ſuburbana Sacerdotum nulli alij poterant venundari, vſque ad annum remiſſionis: [b] niſi ei quem propinquitas ſanguinis expetebat. Venit ergo ad eum patruelis frater ſuus, & offert emptionem, quæ illi ex propinquitate debetur. Helchias, & Sellum fratres fuêre Germani: Helchiæ filius Ieremias: Sellum Hanameel. Helchias interpretatur, pars Domini: Ieremias ſublimitas Domini. Rectéque altitudo Domini de parte Domini naſcitur. Sellum verò in linguam noſtram vertitur pax ſiue pacificus. Hanameel donum vel gratia Dei. Nec mirabimur quòd ſibi pax iungantur & gratia, cùm etiam epiſtolarum apoſtolicarum hoc principium ſit: [c] *Gratia vobis, & pax.* Primùm ergo pacem mereamur Dei, & poſt pacem nobis gratia naſcitur: quæ non in poſſidentis, ſed in arbitrio donantis eſt. Defert autem emptionem gratia Dei, illi qui in ſublimibus collocatus eſt: vt quamuis videatur excelſus, tamen gratiâ Dei indigeat: illud quod in Cantico ſæpe cantatur à ſponſa: [d] *Fratruelis meus*, id eſt ὁ ἀδελφιδός μου, in Hebraico דודי *dodi*, dicitur: ergo non fratruelis ſed πατραδελφὸς id eſt, patruelis dicendus eſt, Fuiſſe autem Ieremiam filium Helchiæ de Sacerdotibus qui erant in Anathoth in terra Benjamin, & voluminis huius teſtatur exordium.

Poſſeſſionem de Tribu tranſire ad Tribũ aliam haud licitum ex veteri lege.

a Num. 27. 7.

b Leu. 25. 32.

Poſt pacem Dei gratia nobis donatur ex largientis arbitrio.

c Rom. 1. 7.

d Cant. 5. 8.

(*Et venit ad me*, &c.) Quod futurum Prophetæ verbum Domini nunciarat, ſtatim opere completum eſt. *Venit*, inquit, *ad me Hanameel*, gratia Dei, *filius patrui mei Sellum*, hoc eſt, filius pacis. Venit autem in veſtibulo carceris: dixitque ad me ea quæ Dominus ab eo dicenda prædixerat. Ager autem iſte Sacerdotalis, cuius emptio atque poſſeſſio Ieremiæ deferebatur, in Anathoth eſt, in terra Beniamin, quorum priùs obedientiam: ſecundum filium dexteræ ſonat. Et conſequenter eius appetit emptionem, in quo obedientia & virtus Domini verſabantur. Pro quo Sept. Πρεσβύτερον, id eſt, ſeniorem interpretati ſunt, quod loco huic non conuenit.

(*Intellexi autem quod verbum*, &c.) Durum quidem erat & prope inconſequens, riſúque dignum, eum qui iamiamque capiendam prophetabat Ieruſalem, & omnes ducendos eſſe captiuos, vel gladio, fame, & peſte perituros, agrum in Anathoth emere, quem non erat poſſeſſurus. Sed intellexi, inquit, verbum Domini eſſe, & emptionem meam argumento & vaticinio Domini coaptandam, & ideo acquieui præcepto eius vt emerem: nec fruſtra ad me ſuper huiuſcemodi re, Dei factum eſſe ſermonem, *& appendi argenti decem & ſeptem ſiclos*, quos nos in ſtateres vertimus. Siclus autem viginti habet obolos, vt in Ezechielis [e] extremo volumine ſcribitur. Emitque Propheta decem & ſeptem ſiclis, in quo numero cantauit puer Domini Dauid, in die quâ eruit eum Dominus de manu omnium inimicorum eius, & de manu Saul, & dixit: [f] *Diligam te Domine fortitudo mea: Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus. Deus meus adiutor meus, & ſperabo in eum: protector meus, & cornu ſalutis meæ.* Denarium eſſe myſticum numerum, oſtendit decalogus, [g] qui ſcriptus fuit in tabulis lapideis digito Dei, [h] & dies ieiunij & propiciationis menſis ſeptimi. Septem quoque in quo verus eſt Sabbatiſmus & requies, eſſe ſanctum, multis Scripturarum teſtimoniis comprobamus: de quibus ſaltem pauca ponamus.

Siclus antiquum monetæ genus viginti habens obolos.

e Ezech. 45. 12.

f Pſal. 17. 2.

g Exo. 29. 2.

h Leuit. 23. 27.

Instrumenta, & Testamēta facienda seruatis iuribus omnibus.

nisi otiosum esset docere ea quæ nota sunt. In hoc igitur numero à Propheta & Sacerdote emitur possessio: scribiturque in libro atque signatur, & adhibentur testes, argentúmque diligenter appenditur: vt omnia venditionis & emptionis iura seruentur, & sit certa possessio, stipulationibus & sponsionibus roborata. Vel hoc audiant, qui falsa testamenta, & interdum ne testamenta quidem, sibi adhibitis testibus vindicare conantur.

6

Obediendum simpliciter Dei imperio.

(*Et dedi,&c.*) Quamquam statim esset possessio relinquenda, imò emenda posteris, & ab eo emendata qui filios non habebat: neque enim vxorem acceperat: tamen obediens imperio Domini, omnia ritè celebrat: signatúmque librum possessionis dat Baruch filio Neri filij Maasiæ. Baruch in lingua nostra, benedictus dicitur: qui erat filius Neri, qui interpretatur lucerna mea, dicente Prophetâ: [a] *Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis ardens.* Neri quoque patet Baruch filius Maasiæ, id est, facturæ & operis Domini. Animaduertamus ergo, quantis virtutum priuilegiis discipulus Baruch Ieremiæ ministrauerit, dicente Dauid: [b] *Ambulans in via immaculata hic mihi ministrabat.* Vnde & [c] Elisæus minister Eliæ in tantum placuit Deo, vt post translationem magistri, etiam duplicem spiritum mereretur accipere. Hoc dico ad commonitionem eorum qui malorum hominum abutuntur ministeriis, & non audent abiicere eos, quos malæ conscientiæ norunt sibi glutino copulatos. Traditur autem liber Baruch tanto & tali viro, vidente Hanameel qui vendiderat, & testibus qui subscripserant, & quorum nomina in emptionis volumine tenebantur. *Et in conspectu*, inquit, *omnium Iudæorum, qui sedebant in atrio carceris:* qui videlicet ad Prophetam venerant consolandum, vel studio timoris Dei Domini verba audire cupiebant.

In Famulis & nobis ministrantibus exigenda vitæ probitas.

a Psal. 118. 104.

b Psal. 100. 6.

c 4. Reg. 2. 10.

Instrumentorum antiqua faciendorum, & conseruandorum ratio.

(*Et præcepi,&c.*) Cunctis quos præteritus sermo narrauit præsentibus & videntibus, Baruch ministro præcipitur & discipulo, non sermonibus præceptoris, sed Dei iubentis imperio: vt assumat libros, vnum signatum, alterum apertum: quæ emptionum consuetudo hucusque seruatur: vt quod intrinsecus clausum signacula continent, hoc legere cupientibus apertum volumen exhibeat, vtrúmque in vase fictili, vt permanere possint diebus multis. Firma igitur erat, & longo post tempore futura possessio: quæ tantâ custodiâ seruabatur: ne vel foris emptionis libri positi paterent rapinæ, vel humo conditi humore terræ soluerentur. Hoc autem totum fit vt intelligant qui videbant rursum habitandum Ierusalem, & possidendos agros: quod licet absque sermone Ieremiæ debuerant per se intelligere: tamen Domini sermonibus commonentur, & dicit ad eos: *Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel: adhuc possidebuntur domus & agri & vineæ in terra ista.* Hoc est illud quod Ieremias dudum dixerat: *Intellexi verbum esse Domini*, & idcirco emit agrum, quem possessurus non erat.

In Theodorito nil, nisi simplex rei gestæ enarratio.

In D. Thoma pariter nil quod super his notandum sit.

7

Petr. Dam.

Prædia cur Ecclesiæ collata.

Petrus Damiani lib. 4. Epistolarum epistolâ 12. Episcopum arguens alienantem bona Ecclesiastica. An ignoras ait, quia ad hoc Ecclesiis prædia conferuntur, vt ex his pauperes sustententur, indigentes alantur? vt ex his viduis, atque pupillis subsidium procuretur? Ecclesiæ quippe nascentis initio hic mos inoleuit, vt quilibet venientes ad fidem possessionum suarum iura distraherent: atque ad pedes Apostolorum pretium, quod ex his sumebatur, offerrent. Vnde & in eorum Actibus legitur: [d] *Quotquot*, inquit, *possessores agrorum, aut domorum erant, vendentes afferebant pretia eorum, quæ vendebant, & ponebant ante pedes Apostolorum.* Procedente verò tempore sanctis Ecclesiarum Rectoribus visum est, vt ipsa potiùs Ecclesiis prædia traderentur. Vnde scilicet non modò Clericos sacris excubantes officiis Ecclesiæ pasceret, sed & refrigerij stipem diuersis indigentibus & inopiâ laborantibus ministraret. Perpende igitur, venerabilis frater, quantorum homicidiorum in die iudicij reus erit, qui modò tot Viduis, tot Orphanis, diuersisque pauperibus, vnde viuere debeant, subtrahit. Ad tribunal illius, qui pauperes singulariter diligit, [e] qui se in paupere refici, in paupere se perhibet esurire; ad tribunal, inquam, illius quâ conscientiâ venit, qui alimenta se subtraxisse pauperibus recognoscit. Si damnatur ille, qui vel vnum hominem peremit ferro, quâ sententiâ dignus erit, qui bona Ecclesiæ profligando, quam plures interficit famis, & inopiæ gladio? De quibus diuinâ voce malo cuilibet venditori iam dicitur: [f] *Ecce vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Et ille quidem fratrem peremit inuidiâ, quia sacrificium eius non est, Deo reprobante, susceptum. Isti plerúmque tale quid faciunt amore pecuniæ, [g] quod est seruitus idolorum. Sed quia conueni te, ac super his, quâ licebat, austeritate corripui; respondisti parum quid esse, quod datum est: nec rei modum tenuisse, quod mihi famâ vulgante, perlatum est. Ad quod ego: aliquando guttatim liquor emanat, qui tamen vas prorsus euacuat: vber etiam promptuarium, vnde modicum quid quotidie tollitur, tandem aliquando vacuum reperitur. Id ipsum tamen quod parum, & perexiguum dicis, iudicantis omnia scientiam non euadit. Audi quid Ieremias dicat: [h] *Factum est verbum Domini ad me, dicens: Ecce Anamehel filius Sella patruelis tui veniet ad te, dicens: Eme tibi agrum meum, qui est in Anathoth, tibi enim competit ex propinquitate, vt emas eum.* Et paulò post subdit: *Intellexi autem, quod Verbum Domini esset, & emi agrum ab Anamehel filio patruelis mei, qui est in Anathoth, & appendi ei argentum septem stateres, & decem argenteos.* Ecce, quàm exilis, quàm paruulus ager ille fuisse perpenditur, vt decem dumtaxat argenteis, & septem stateribus emeretur, & tamen super eum verbum Domini ad se factum Propheta testatur. Nam & eidem Ieremiæ tanti fuit agellus, vt de eo dicat: *Et scripsi in libro, & signaui, & adhibui testes, & appendi argentum in statera, & accepi librum possessionis signatum, stipulationes, & rata, & signa forinsecus:* & alia plura, quæ hîc adnotare postponimus, ne fastidium legentibus ingeramus. Dum ergo tam parua possessio à Propheta tam solemniter emitur, vt etiam diuinæ vocis oraculo prædicatur, quælibet Ecclesiastici iuris hæreditas, quanto ad vendendum debet esse terrori, ex qua videlicet Christus in suis debet indigentibus sustentari.

Bonorum Ecclesiasticorum origo.

d Act. 4. 16.

Bona Eccl. alienās multorum fit reus homicidiorū.

e Matth. 25. 35.

f Gen. 4. 10.

g Ephes. 5. 5.

Bonorum Ecclesiasticorū, vel parua alienatio maximi facienda.

h Iere. 32. 6.

CATE

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Καὶ ὁ λόγος κυρίου.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] εἶτα ἵνα μὴ ἀπείπῃ, ἀγοράζει κελευσθεὶς παρὰ τοῦ θεοῦ. τίς γὰρ ἂν ἐποίησε; τῆς πόλεως ἁλίσκεσθαι μελλούσης οὗτος ἀγροὺς ἀγοράζει. [καὶ μετ' ὀλίγα.] ἐβούλετο πιστεύεσθαι καὶ περὶ τῶν χρηστῶν. ἐπειδὴ γὰρ ἐξέβη τὰ λυπηρὰ, καὶ διὰ τῶν πραγμάτων ἔδωκε πεῖραν τῆς αὐτοῦ δυνάμεως ὁ θεὸς, παραμυθεῖται αὐτοὺς ἐν τοῖς λυπηροῖς ταῖς ἐλπίσι τῶν χρηστῶν. καὶ οὐκέτι ῥήματα, ἀλλὰ πράγματα.

[Καὶ ἦλθε πρός.]

Ἀπολιναρίου.] ὅταν ἐπὶ λόγῳ ἔργον ἀκολουθῇ, δηλοῦται, καὶ θεοῦ ὢν ὁ λόγος. οὕτω καὶ τοῖς ποιμέσι σημεῖον τῶν ἰδίων λόγων παρέχει ὁ ἄγγελος, τὴν ὄψιν τοῦ παιδίου.

Ὠριγένους.] ἐν φυλακῇ πάντες ἐσμὲν, καὶ μάλιστα πειραζόμενοι, τότε κτᾶταί τις ἀγρὸν, ἀλλ' οὐ τῆς φυλακῆς ἐξελθών. ἡ δὲ κτῆσις βουλήματι θεοῦ τοῖς καλῶς ἀγωνιζομένοις. ἀδελφοὶ δὲ χελκίας ὁ τοῦ ἱερεμίου πατὴρ, καὶ || ἀναμεὴλ, ἄμφω παῖδες ὄντες Σαλώμ. || ἀδελφὴ γὰρ πρᾶγμα καὶ εἰρήνη καὶ μερὶς θεοῦ. χελκίας γὰρ ἑρμηνεύεται μερὶς θεοῦ, Σαλὼμ δὲ εἰρήνη. καρπὸς δὲ τῆς μερίδος τοῦ θεοῦ, μετεωρισμὸς θεοῦ, οὕτω γὰρ Ἱερεμίας ἑρμηνεύεται. καρπὸς δὲ τῆς εἰρήνης χάρις θεοῦ. τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ ἀναμεὴλ, ἐκεῖ ἡ χάρις τοῦ θεοῦ εἰρήνης γέννημα τυγχάνουσα, προσφέρει τῷ ἐν φυλακῇ προφήτῃ τὸν ἴδιον ἀγρὸν κατὰ πρόσταγμα τοῦ θεοῦ.

|| ὁ Σαλώμ, ὁ τοῦ ἀναμεὴλ || Fort. ἀδελφὰ καὶ πρᾶγμα καὶ εἰρήνη.

[Καὶ ἔγραψα εἰς.]

Ὠριγένους.] οὗτος ποιεῖ βιβλίον κτήσεως, ὅπερ ἴσως ἐστὶν αἱ νοήσεις, αἱ μνῆμαι, τὰ δόγματα, δι' ὧν κεκτήμεθα τὸν ἀγρὸν, τουτέστι τῆς πολιτείας σὺν πόνοις. δεῖ γὰρ τὸν πράξοντα δικαιοσύνην, προειδέναι περὶ δικαιοσύνης. ὅπερ λεγέσθω καὶ περὶ τῶν λοιπῶν ἀρετῶν. φροντίζει δὲ θεὸς ἐν ἀγγείῳ τὸ βιβλίον βληθῆναι πρὸς διαμονὴν πλείονα. ἔχομεν γὰρ τὸν θησαυρὸν τοῦτον ἐν ὀστρακίνοις σκεύεσιν, ἢ τοῖς ἡμετέροις ἀγγείοις, ἢ τῷ εὐτελεῖ τῆς γραφικῆς λέξεως. ὅθεν ὁ ἄρχων ἠπάτηται τοῦ κόσμου τούτου, καταφρονήσας τοῦ λόγου τῆς θεοσεβείας, ἐπεὶ μὴ ἦν ἐν χρυσοῖς σκεύεσι, κεκαλλωπισμένοις λέξει καὶ πιθανότητι φράσεως. διὸ καὶ πλείους ἡμέρας διέμενεν ὁ λόγος. καὶ τὸ κήρυγμά μου, φησὶν ὁ ἔχων τὸ βιβλίον τῆς κτήσεως, οὐκ ἐν πειθοῖς σοφίας λόγοις, ἐν ἀποδείξει δὲ μᾶλλον πνεύματος καὶ δυνάμεως. τὸ ἐνταλθὲν δὲ ποιήσας Ἱερεμίας, εὐχαριστεῖ τῷ θεῷ. ὅρα δὲ τὴν ὑπακοὴν τοῦ προφήτου πρὸ τοῦ φαινομένου συμφέροντος. ὅπερ ἐπάγει, προθεσπίζων τῆς γῆς τὴν ἀνάκτησιν. ἡ γὰρ δι' ἔργων προφητεία τὸ ἀκουστὸν καθίστησιν ὁρατὸν, καὶ τὸ μέλλον οἱονεὶ παρὸν, ἐν τῷ μέρει δηλοῦσα τὸ ὅλον.

[Οὕτως εἶπε.]

Ὀλυμπιοδώρου.] τὰ ὠνιακά φησι γραφῆναι παρε

A Vers. 6. *ET verbum Domini factum est ad Ieremiam,)* 8

Chrysostomi.] *Deinde ne desperet, emit à Deo iussus. Quis faceret hoc? cùm vrbs diripienda esset, Hic agros emit.* [*& paulò inferiùs.*] *fidem sibi etiam de bonis haberi volebat. Nam quia noxia re ipsâ euenerunt, experimentoque suam Deus potentiam re ipsâ ostendit, consolatur eos in aduersis spe bonorum; nec ampliùs verba, sed facta.*

Chrysost. *In tribulationibus consolatur Deus spe bonorum.*

Vers. 8. *(Et venit ad me Anameel, &c.)* 9

B Apolinarij.] *Dum sermonem opus subsequitur, manifestum indicium est, Dei sermonem esse: Ita & [a] pastoribus suorum sermonum signum Angelus exhibebat, conspectum pueri,*

Apollinar. *Opus est optimum veritatis sermonum indicium.* a Luc. 2. 12.

(Filius Salō fratris patris mei in atriū carceris)

Origenis.] *Omnes in custodiam dati sumus, & præcipuè cùm tentamur, tunc quispiam agrum acquirit, sed non custodiâ egressus: possessio verò Dei nutu obtingit his, qui fortiter decertant. Fratres autem erant Chelcias Ieremiæ pater, & Salom pater Anameel; fraterno quippe vinculo iuncta C sunt pax, & pars Dei. Chelcias namque portio Dei interpretatur, pax verò Salom: portionis autem Dei fructus est sublimitas Dei, quod significat Ieremiæ nomen. Pacis verò fructus, gratia Dei quod significat Anameel. Gratia itaque Dei de pace prognata offert Dei mandato Prophetæ in carcerem coniecto proprium agrum.*

Origenes. *In carcere sumus vniuersi cùm in hoc mundo tentamur. Pax, & Pars Dei iuncta inuicem sunt. Pacis, ac portionis Dei fructus sunt, sublimitas, & gratia Dei.*

Vers. 10. *(Et scripsi in libello &c.)* 10

Origenis.] *Hic possessionis libellum conficit, qui fortasse sunt cogitationes, memoriæ, dogmata, D per quæ agrum possidemus, hoc est labores vitæ bene institutæ. Oportet enim iusta operaturum, prænosse ea quæ iustitiæ sunt, quod & de reliquis virtutibus dictum volo. In vas autem libellum inijci Deus curat, vt diutiùs conseruetur. Habemus quippe thesaurum hunc in vasis fictilibus, vel nostris vasculis, vel scripturalis dictionis exilitate, vnde princeps huius mundi deceptus est, contempto pietatis sermone, quia non aureis vasis conderetur, dictione ornatis & eloquutione ad persuadendum accommodatâ; idcirco & diebus multis perE mansit quod scriptum est.* [b] Et prædicatio mea, *inquit qui libellum habet possessionis*, non in suasionis scientiæ sermonibus, sed in demonstratione potiùs spiritus, & potentiæ. *Vt impleuit autem Ieremias præceptum, Deo gratias agit. Sed vide Prophetæ obedientiam præferentis eam apparenti vtilitati; quam infert, terræ recuperationem prædicens. Prophetia enim quæ rebus ipsis fit, quod auditu percipiendum erat, oculis subiicit, futurúmque facit quasi præsens, ex parte totum significans.*

Origenes. *Libri possessionis agri laboris bona vita sunt bona cogitationes, rectaque dogmata. Cognitio præ requiritur ad cuiusque virtutis opus. Thesaurum vitæ spiritualis conseruatū in fictilibus corporum nostrorū vasis. Scriptura sacra liber possessionis conseruatus in vase fictili ob scripturalis dictionis exilitatem.* b 1 Cor 2. 4. *Obedientia præferenda propriis commodis. Prophetia per quid gestum obiicit oculis vt præsens, quod futurum est.*

Vers. 14 *(Sic dixit Omnipotens: Sume librum.)* 11

Olympiodori.] *Venalia inquit scribenda curaui,*

Olympiod.

παρεσκεύασα. ἴσως δὲ τότε καὶ ὠνούμενοι ὑπεσημειοῦντο ἐν ταῖς ὠνιακαῖς.

Ὀλυμπιοδώρου.] ἵνα καὶ οἱ μετὰ ταῦτα μάθωσιν, ὥστε μὴ διαφθαρῆναι. διὰ τοῦτο ἐν ἀγγείῳ ὀστρακίνῳ, ἵνα ἐπανελθόντες ἴδωσιν, ὅτι ἄνωθεν ταῦτα προέλεγεν. ἵνα μὴ τὰ ῥήματα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ πράγματα μαρτυρήσῃ.

[Καὶ τὸ βιβλίον.]

|| Σημείωσαι.

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] Σημαίνει, || πῶς περὶ τοῦ ἑνὸς βιβλίου ὡς περὶ δύο βιβλίων διαλέγεται. τὸ γὰρ αὐτὸ ἦν τὸ βιβλίον τῆς κτήσεως, καὶ τὸ ἀνεγνωσμένον.

A *curaui, fortasse verò etiam ementes tunc subscribebant se rebus emptis.*

Subscribendi contractum Syngraphas mos antiquus.

Olympiod.

Olympiodori.] *Vt & posteri scirent, ne corrumperetur. Ideóque in vase fictili, vt reuersi viderent hæc fuisse ab initio prædicta, ne solùm verba, sed & res ipsæ testes essent.*

(Et librum.)

Incertus.

Incerti.] *Nota quomodo cùm vnus liber esset, quasi de duobus loquatur, idem enim erat liber possessionis, & liber qui lectus est.* B

Capitis 32. à verſ. 16. vſque ad 26. Sectio Tertia.

TEXTVS VVLGATÆ.

16 ET oraui ad Dominum, postquàm tradidi librum possessionis ad Baruch filio Neri, dicens:

17 Heu, heu, heu Domine Deus: ecce tu fecisti cælum, & terram in fortitudine tua magna, & in brachio tuo extento: non erit tibi difficile omne verbum.

18 Qui facis misericordiam in millibus, & reddis iniquitatem patrum in sinum filiorum eorum post eos: Fortissime, magne, & potens, Dominus exercituum nomen tibi.

C

19 Magnus consilio, & incompræhensibilis cogitatu: cuius oculi aperti sūt super omnes vias filiorum Adam, vt reddas vnicuique secundùm vias suas, & secundùm fructū adinuentionū eius.

20 Qui posuisti signa & portenta in terra Ægypti vsque ad diem hanc, & in Israel, & in hominibus, & fecisti tibi nomen, sicut est dies hæc.

21 Et eduxisti populum tuum Israel de terra Ægypti in signis & in portentis, & in manu robusta, & in brachio extento, & in terrore magno.

D

22 Et dedisti eis terram hanc, quam iurasti patribus eorum vt dares eis terram fluentem lacte & melle.

23 Et ingressi sunt, & possederunt eam: & non obedierunt voci tuæ, & in lege tua non ambulauerunt: omnia quæ mandasti eis vt facerent, non fecerunt: & euenerunt eis omnia mala hæc.

24 Ecce munitiones extructæ sunt aduersùm E ciuitatem vt capiatur: & vrbs data est in manus Chaldæorum, qui præliantur aduersùs eam à facie gladij, & famis, & pestilentiæ: & quæcumque locutus es acciderunt, vt tu ipse cernis.

25 Et tu dicis mihi Domine Deus, Eme agrum argento & adhibe testes: cùm vrbs data sit in manus Chaldæorum?

TEXTVS SEPTVAGINTA.

16 *ET oraui ad Dominum, postquàm dedi librum possessionis ad Baruch filium Neriæ, dicens.*

17 *O qui es Domine, tu fecisti cælum, & terram fortitudine tuâ magnâ, & brachio tuo excelso, & sublimi: non abscondetur à te quicquam.*

18 *Qui facis misericordiam in millia, & reddis peccata patrum in sinus filiorum eorum post eos Deus magnus, fortis.*

19 *Dominus magni consilij, & potens operibus, Deus magnus omnipotens, & magni nominis Dominus: oculi tui ad vias filiorum hominum, vt des vnicuique iuxta viam eius.*

20 *Qui fecisti signa, & prodigia in terra Ægypto vsque in diem hanc, & in Israel, & in terrigenis, & fecisti tibi nomen, sicut dies hæc.*

21 *Et eduxisti populum tuum Israel de terra Ægypti in signis, & in prodigiis, in manu valida, & in brachio excelso, & in visionibus magnis.*

22 *Et dedisti eis terram hanc, quam iurasti patribus eorum, terram fluentem lac, & mel.*

23 *Et intrauerunt, & acceperunt eam: & non audierunt vocem tuam, & in præceptis tuis non ambularunt: omnia, quæ mandaras eis, non fecerunt: & fecerunt, vt euenirent sibi mala hæc.*

24 *Ecce turba venit ad ciuitatem, ad capiendam eam: & vrbs data est in manus Chaldæorum, qui oppugnans eam à facie gladij, & famis sicut locutus es; ita factum est.*

25 *Et tu dicis ad me: acquire tibi agrum argento: & scripsi librum, & obsignaui, & contestatus sum testes: & vrbs data est in manus Chaldæorum.*

PARAPHRASIS CHALDAICA.

16 *ET oraui coram Domino, postquam dedi libellum emptionis Baruch filio Neriæ, dicens.*

17 *Suscipe deprecationem meam Domine Deus: Ecce tu fecisti cælos & terram virtute tuâ magnâ, & brachio tuo excelso, & nullum verbum te latet.*

F

18 *Faciens benignitatem in mille ætates, & reddens peccata patrum filiis, quando pergunt filij peccare post eos. Deus magne, fortis Dominus exercituum nomen eius.*

19 *Cuius consilia sunt magna, & multa opera eius; in cuius conspectu reuelata sunt omnes viæ filiorum hominum, vt des vnicuique iuxta vias suas, & secundum fructum operum suorum.*

20 *Qui posuisti signa & portenta in terra Ægypti vsque in diem hanc, & Israeli fecisti mirabilia in medio filiorum hominum; & fecisti tibi nomen quale est hodie.*

21 *Et eduxisti populum tuum Israel de terra Ægypti in signis, & portentis, & in manu forti, & in brachio excelso, & in visione magna.*

22 *Et dedisti eis terram istam pro qua iurasti patribus eorum, vt dares eis terram producentem lac & mel.*

23 *Et ingressi sunt, & possederunt eam, & non obedierunt verbo tuo, & in lege tua non ambulauerunt: omnia quæ eis præcepisti vt facerent, non fecerunt: & accidit eis malum hoc.*

24 *Ecce aggeres congesti sunt contra ciuitatem ad eam subiiciendam, & ciuitas tradita est in manum Chaldæorum, qui præliantur aduersùm eam, à facie*

eorum qui occidunt gladio, & fame, & peſtilentiâ, & quod locutus es, factum eſt, & tibi apertum eſt.

25 *Et tu Domine Deus dicis mihi, Eme tibi agrum argento, & adhibe teſtes, cùm ciuitas ſit tradita in manum Chaldæorum.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impreſſis.

12 Hieronym.

HIeronymus. (*Et oraui ad Dominum poſtquam tradidi librum,&c.*) Poſt emptionem agri iure celebratam, & poſt ſententiam Domini, quâ pollicitus eſt domos, agros, & vineas deinceps poſſidendas, orat Propheta ad Dominum, & dolorem cordis gemitibus exprimit, dicens: *Heu, heu, heu Domine Deus*: pro quo Sept. tranſtulerunt ὁ ὤν, id eſt, *qui es Domine Deus*: iuxta illud quod Moyſi dicitur: [a] *Vade dic populo Iſrael: Qui eſt, miſit me ad vos.* Non quo non ſint alij, ſed aliud eſt creatoris eſſe beneficio quòd ſubſiſtat, aliud æternitate naturæ. Laudat Dominum, Et ex creaturis prædicat creatorem: Primúmque potẽtiam eius, & miſericordiam, atque iuſtitiam in omne hominum genus eleuat vocibus: Deinde tranſit ad Iſrael, & quanta ei præſtiterit, celebri ſermone deſcribit. Et poſt tanta beneficia dicit eos immemores bonorum illius, clementiam in amaritudinem prouocaſſe: ita vt obſideatur ciuitas, & antequam hoſtium in eam fiat irruptio, fame, & gladio, & peſte conſumpta ſit. Hæc autem vniuerſa præmiſit, vt conſequenter illud inferret, quod in repræhenſionem diuinæ ſententiæ facere videbatur. *Et tu dicis mihi Domine Deus, eme agrum argento, & adhibe teſtes, cùm vrbs data ſit in manus Chaldæorum?* Hæc interim tota loci iſtius continet ἀκολουθία. Nunc ad ſingula reuertamur. *Tu feciſti cælum, & terram in fortitudine tua magna.* Et Ioannes de filio: [b] *Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil, quod factum eſt.* Hæc eſt enim Domini fortitudo Apoſtolo comprobante: [c] *Chriſtus Dei virtus, & Dei ſapientia. Et in brachio tuo extento, ſiue excelſo*: quorum vtrumque percutientis indicium eſt. Hoc eſt autem brachium de quo Iſaias loquitur: [d] *Et brachium Domini cui reuelatum eſt?* [e] *Non erit tibi difficile omne verbum*: Quæ enim apud homines impoſſibilia, apud Deum poſſibilia ſunt: ſiue cui nihil eſt abſconditum: iuxta illud pſalmographi, dicentis: [f] *Quia tenebræ non obſcurabuntur à te, & nox ſicut dies illuminabitur. Qui facis miſericordiam, millibus, & reddis iniquitatem patrum in ſinum filiorum eorum poſt eos.* Grandis clementia creatoris, miſericordiam ſuam in mille generationes extendere, & iuſtitiam ſtatim in altera generatione mõſtrare: quæ tamen & ipſa eſt mixta miſericordię. Non enim ſtatim punit delinquentem, ſed expectat pœnitudinem: vt ſi liberi imitati fuerint parentum vitia, diu dilata pœna reddatur: *Fortiſſime, magne, potens, dominus exercituum, ſiue virtutum nomen tibi.* Iſta nomina potentiam indicant creatoris. Cæterùm propriè nomẽ Dei, pater eſt, quod in Euangelio per Dominum reuelatur dicentem: *Pater manifeſtaui nomen tuum hominibus. Magnus conſilio.* Et audet ſe quiſquam Domini inſerere ſecreto, & de illis iudiciis iudicare? *Et incomprehenſibilis cogitatu.* Quem non cõprehendit cogitatio, quomodo poteſt ſermo compræhendere? *Cuius aperti oculi ſunt ſuper omnes vias filiorum Adam.* Fruſtra ergo homo ſe putat Dei cælare notitiam. Quodque infert: *Vt reddas vnicuique ſecundùm vias ſuas, & ſecundùm fructum adinuentionum ſuarum*, hoc indicat, quòd interdum pro nimia patientia iudicia eius videantur iniuſta. Quem locum Apoſtolus pleniùs explicat ad Romanos. [h] *Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te hortatur? ſecundùm duritiam autem tuam, & cor impœnitens, theſaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iuſti iudicij Dei.* Quantò igitur ſerior vindicta peccantium eſt, tantò iuſtior: in ſimilitudinem Pharaonis, qui decem plagis admonitus, non punitus, & in duritia perſeuerans, ad extremum [i] rubri maris fluctibus obrutus eſt.

Eſſe Dei quàm diuerſum ab eſſe creaturarum. a Exod. 3. 14. *Fortitudo Dei Chriſtus, quo facta ſunt omnia.* b Ioan. 1. 3. c 1. Cor. 1. 24. *Et in brachium extẽtum, ſiue excelſum iudicium percutientis.* d Iſai. 53. 1. e Luc. 1. 37. f Pſal. 138. 12. *Clementia Dei oſtenſa in exhibitione miſericordiæ, & iuſtitiæ.* *Nomen Dei propriè eſt Pater.* g Ioan. 17. 6. *De iudiciis Dei iudicare quantùm habeat audaciæ.* *Vindicta Dei quantò tardior, tantò iuſtior.* h Rom. 2. 4. i Exod. 14. 28.

13 (*Qui poſuiſti ſigna & portenta in, &c.*) De generali tranſit ad ſpeciale, & quid propriè præſtiterit Iſraeli, breui ſermone percurrit. *Qui poſuiſti*, ait, *ſigna & portenta in terra Ægypti: quibus afflicta eſt Ægyptus vſque ad diem hanc, & in Iſrael & in hominibus* ſiue *terrigenis*. Hoc quod dicitur, *vſque ad diem hanc*: poſterioribus copulandum eſt; vt legamus, & in Iſrael & in cunctis mortalibus quotidie tua ſigna complentur. Siue aliter: ſigna atque portenta non ſolùm in Ægypto perpetraſti, ſed vſque hodie eadem tuæ miſericordiæ fortitudo ſaluauit populum tuum, & vniuerſo generi humano creatoris ſubueniens poteſtate. Et hoc notandum, quòd Iſrael ab hominibus ſeparat atque terrigenis, iuxta illud: [k] *Filius meus primogenitus Iſrael. Et feciſti tibi nomen, ſicut dies hæc*, Laudes, inquit, tuæ, totius Orbis ſermone celebrantur. *Et eduxiſti populum tuum Iſrael de terra Ægypti.* Pulchrè dixit, *populum tuum*, eo enim tempore quo eductus eſt, Domini imperio ſeruiebat. *Eduxiſti* autem *in ſignis & portentis*, quibus percutiebatur Ægyptus, *& in manu robuſta, & in brachio extento, & in terrore magno*: quando mare rubrum tranſeunti populo Iſrael viam præbuit, & Ægyptium oppreſſit exercitum. *Et dediſti eis terram hanc, quam iuraſti patribus eorum vt dares eis*, Abraham videlicet, Iſaac & Iacob. Ergo non ſuo merito terram repromiſſionis, ſed patrum accepẽre virtutibus. *Terram fluentem lacte & melle.* [l] Nec dum enim ſolidum poterant cibum capere, ſed melle & lacte nutriebantur infantiæ. Vel certè lacte & melle, rerum omnium vbertate & abundantiâ. *Et ingreſſi ſunt & poſſederunt eam.* Statimque inter poſſeſſionem & inobedientiam nihil fuit medium. Vbertas enim, ſecuritatem, ſecuritas negligentiam: negligentia contemptum parit. *Et non obedierunt* (inquit) *voci tuæ, & in lege tua non ambulauerunt.* Fruſtra ergo promiſère in eremo dicentes: [m] *Omnia quæcumque Dominus præcepit faciemus.* Non enim in ſponſione, ſed in opere præmium eſt, ad retundendam eorum impudentiam, qui putant hominem omnia poſſe complere, quæ ſe facturum eſſe pollicitus eſt. *Omnia quæ mandaſti eis vt facerent, non fecerunt*, & certè facturos ſe promiſerant, *Et euenerunt eis vniuerſa mala hæc.* Mala patientibus, cæterùm iuxta Domini ſententiam bona: qui reddit vnicuique ſecundùm vias ſuas.

Iſraelem ſeparat Deus ab hominibus, & terrigenis. k Exod. 4. 22. l Heb. 5. 14. *Lacte & melle manãtem terram dediſſe Deus dicitur Iudæis, vtpote infantia cibis nutriendis.* *Vbertas terrenorum parere cõſueuit inobediẽtiã Deo, eiuſque legi.* *Præmium nõ ſponſionis, ſed operis.* m Exod. 19. 8.

14 (*Ecce munitiones extructæ, &c.*) Decimus annus erat Regis Sedechiæ: ita enim ſcriptum eſt: *Verbum quod factum eſt ad Ieremiam à Domino, anno decimo Sedechiæ Regis Iuda*: tunc exercitus Regis Babylonis obſidebat Ieruſalem, & Ieremias Propheta clauſus erat in atrio carceris. Rectéque nunc dicitur: *Ecce munitiones ſunt extructæ aduerſus ciuitatem, vt capiatur, & vrbs tradita eſt in manus Chaldæorum?* Igi

Propheta interrogat sæpe Deum, vt nō tam sibi, quā aliis discant, à quibus Dei opera reprehenduntur.

Igitur non repræhendit, sed interrogat, nec tam sibi, quàm aliis vult discere, qui sedebant in atrio carceris & forsan taciti repræhendebant, quomodo idem Propheta quem verum nunciare credebant, & vrbem dicat esse capiendam, & agrum emat quasi possessurus.

15

Theodorit.

Filius quā ratione dicātur reddi à Deo iniquitates parentum.

In Theodorito prosequente simplicem historiæ pataphrasim, vnum dumtaxat est quod notemus, vbi super vers. 18. *Et reddis peccata patrum in sinum filiorum post eos*, ait, quòd si filij paternam imitati fuerint nequitiam grauiora illis infligis supplicia: eò quòd afflictione paternâ non fuerint eruditi.

D.Thom.

D.Thomas. Hìc primò commendat diuinam iustitiam: secundò proponit iustè inflictam pœnam ibi, (*Qui posuisti*, &c.) Tertiò miratur præcepti præteriti causam, ibi. (*Et tu dicis*, &c.) Iustitia autem si adsit, facit hominem velle iusta. Vnde ad executionem ipsius duo alia requiruntur, videlicet scire, & posse. Vnde ad perfectam executionem iustitiæ ostendit perfectionem scientiæ, & potentiæ. Et primò potentiæ: ponens rerum creationem. (*Ecce tu fecisti*) supra 27.[a] *Ego feci terram, & homines, & iumenta quæ super faciem terræ in fortitudine mea magna, & in brachio meo extento: & dedi eam ei qui placuit in oculis meis.* Et commendat potentiæ perfectionem. (*Non erit tibi difficile*) ex quo tam magna fecisti. Luc. 1.[b] *Non erit impossibile apud Deum omne verbum.* Et subiungit iustitiæ executionem mistam cum misericordia. (*Qui facis misericordiam*,) reddens bonis præmia (*in millibus*,) id est, vsque in mille generationes (*in sinu filiorum*) saltem in vnam generationem: vt misericordia pœnæ præmineat. Exod. 20.[c] *Ego sum Dominus Deus tuus fortis, Zelotes visitans iniquitatem Patrum in filios in tertiam, & quartam generationem eorum qui oderunt me.* Et prorumpit in potentiæ commendationem. Ex quo potentia in misericordiæ iustitiam vtitur. (*Fortissime*) inquam dum omnia sustentat Hebr. 1.[d] *Portans omnia Verbo virtutis suæ.* Iob. 9.[e] *Si fortitudo quæritur, robustissimus est.* (*Magne*) in quantum virtutem eius multitudo creaturarum non exhaurit: quin infinita adhuc producere possit (*potens*) ad omnia faciendum. Sap. 2.[f] *Subest enim tibi cùm volueris posse.* (*Dominus exercituum*,) quantùm ad gubernationem, & præcipuè rationalium, cælestium, terrestrium, & infernorum. Iob. 25.[g] *Nunquid est numerus militum eius.* Secundò ostendit perfectionem scientiæ. Primùm communicans scientiæ perfectionem (*magnus consilio*,) id est, perfectus in sapientiæ dispositione. (*Et incompræhensibilis cogitatu*) humano Iob. 36.[h] *Ecce Deus magnus vincens scientiam nostram.* Rom. 11. *O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei: quàm incomprahensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius!* Secundò ponit iustitiæ executionem, (*eius oculi*) Iob. 34.[i] *Oculi eius super vias hominum: & omnes gressus eorum considerat.*

a Iere. 27. 5.
b Luc. 1. 37.
Misericordiā suam Deus quàm præminêre faciat iustitia pœnam inferenti.
c Exo. 20. 5.
d Heb. 1. 3.
e Iob. 9. 19.
f Sap. 12. 18.
g Iob. 25. 3.
h Iob 36. 26.
i Iob. 34. 21.

(*Qui posuisti signa*, &c.) Hìc ponit pœnam Iudæis inflictam ex diuina iustitia: quæ vt ostendatur iusta, tria facit. Primò ponit exhibitionem beneficiorum in liberatione miraculosa, (*vsque ad diem hanc*) tua signa complentur. Vel tua fortitudo in salutem Israel & aliorum apparet Psalmo.[k] *Fecit mirabilia in terra Ægypti, in campo Thaneos.* Et in habitatione opulenta. (*Et dedisti.*) Leuit. vigesimo.[l] *Possidete terram eorum quam dabo vobis in hæreditatem: terram fluentem lacte & melle.* Secundò ponit ingratitudinem. (*Et ingressi sunt.*) Deuter. 32.[m] *Incrassatus est dilectus & recalcitrauit, incrassatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum factorem suum, & recessit à Deo salutari suo.* Isai. 1.[n] *Filios enutriui, & exaltaui: ipsi autem spreuerunt me:* tertiò pœnæ inflictionem. (*Et euenerunt.*) Abac. 1.[o] *Ipse super omnem munitionem ridebit: & comportabit aggerem & capiet eam.*

k Psal. 77. 12.
l Leuit. 20. 24.
m Deut. 32. 15.
n Isai. 1. 2.
o Abac. 1. 10

(*Et tu dicis mihi*, &c.) Hìc miratur diuinam iussionem, (*& tu dicis mihi*) quod mirum est: cùm non sit nunc tempus emendi. Ezechiel. septimo.[p] *Qui emit non lætetur, & qui vendit non lugeat: quia ira super omnem populum eius.*

p Ezec. 7. 12.

16

Eucherius.

Brachium Domini est Christus.

Circa vers. 17. Est Eucherius qui lib. de Spiritalibus formulis cap. 1. num. 20. Brachium ait Domini singulariter filius accipitur, de quo Ieremias ad ipsum ait, *Et nunc Dominus Deus, qui eduxisti populum tuum de terra Ægypti in manu forti, in brachio extento.*

Cyril. Iero.

Omnipotētia Dei probata.

Circa vers. 18. Cyrillus Ierosolymitanus ex huius sententiæ lectione in Catechesi octaua occasionem sumpsit agendi de Dei omnipotentia, sapientissimáque prouidentia: ad quam remitto Lectorem: neque enim ipsa Ieremiæ verba postmodum vel attingit.

Greg. PP.

Deus quàm districtè consideret quaslibet nedū operationes, sed & vel minimas cogitationes nostras.

Gregorius Papa lib. 21. Moral. cap. 5. Sic Dominus vniuscuiusque considerat vias, sic dinumerat gressus, vt ne minutissimæ quidem cogitationes eius iudicio, ac verba tenuissima quæ apud nos vsu viluerunt, indiscussa remaneant. Hinc enim dicit:[q] *Qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui dixerit fratri suo Racha, reus erit concilio. Qui dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis.* Racha quippe in Hebræo eloquio vox indignanris est, quæ quidem animum irascentis ostendit, nec tamen plenum verbum iracundiæ exprimit. Priùs ergo ira repræhenditur sine voce; postmodùm verò ira cum voce, sed nec-dum pleno verbo formata; ad extremum quoque cùm dicitur Fatue, ira redarguitur, quæ cum excessu vocis, expletur etiam perfectione sermonis. Et notandum quòd in ira perhibet reum esse iudicio: in voce iræ, quod est *Racha*, reum concilio: in verbo vocis quod est fatue, reum gehennæ ignis. Per gradus etenim culpæ creuit ordo sententiæ, quia in iudicio adhuc causa discutitur: in concilio autem iam causæ sententia definitur: In gehenna verò ignis ea quæ de concilio egreditur sententia expletur. Quia igitur humanorum actuum Dominus subtili examine gressus enumerat, ira sine voce, iudicio: ita in voce concilio: ira verò in voce atque sermone, gehennæ ignibus mancipatur. Hanc subtilitatem considerationis eius Propheta aspexerat, cùm dicebat:[r] *Fortissime, magne, potens exercituum nomen tibi, magnus consilio, incompræhensibilis cogitatu, cuius oculi aperti sunt super omnes vias filiorum Adam, vt reddas vnicuique secundùm vias suas, & secundùm fructum adinuentionum manuum eius.*

q Mat. 5. 22.
Iudicij Dei sentētia crescit iuxta culpæ gradus.
Gressuum nostrorum actus quàm exactè Deus enumeret.
q Ier. 32. 18.

Pro peccato alterius quomodo contingat vt puniatur quis, aut non puniatur.

Quoad plenum intellectum verborum eorum istiusmet vers. 18. *Et reddis iniquitatem patrum in sinum filiorum eorum post eos.* Vide D.Thomam 1. secundæ quæstione 87. artic. 8. in corpore.

17

D.Thom.

Incomprahensibilitas Dei ex infinitate eiusdem.

Quoad id quod dicitur vers. 19. Magnus consilio, & incomptæhensibilis cogitatu. Vide eundem D.Th. 1. p. q. 12. art. 7. in corp. Et q. 56. a. 3. ad 1. & 2. & q. 62. a. 9. in corpore vbi asserit infinitam

efficaciam requiri ad compræhendẽdum Deum, A cúmque creaturæ efficacia in videndo finita sit, fieri non posse vt Deus per illam compræhendatur.

August. *Brachia Dei, filius Spiritus Sanctus.* a Isai. 51. 5. *Brachiũ Dei specialiter eius filius, quia omnis creatura electa ab ipso continetur.*

Circa vers. 21. Augustinus lib. de Essentia diuinitatis Tom. 4. Brachia inquit, Dei patris, filius eius & Spiritus Sanctus intelliguntur: Sic in Isaia,[a] *Et brachia mea populos iudicabunt.* Brachium Dei Patris singulariter, filius eius accipitur. De quo Ieremias Propheta ad ipsum ait, *Et nunc Domine Deus meus qui eduxisti populum tuum de terra Ægypti in manu forti, & brachio extento.* Idcirco autem filius Dei patris brachium eius dicitur, B quia omnis creatura Electa ab ipso continetur.

Similia ad verbum reperies apud Anselmum lib. de Membris.

Circa vers. 25. Vbi de emptione agri argento, de qua & supra vers. 19. Nota Tertulliani lib. 4. contra Marcionem cap. 40. verba. Nam & quantitatem, & exitum pretij postea Iudâ pœnitente reuocati, & in emptionem dati agri figuli, sicut in Euangelio Matthæi continetur, Ieremias prææcanit:[b] *Et acceperunt triginta argenteos, & dederunt eos in agrum figuli.* In quibus Tertullianus confirmat lectionem quam modo in Matthæi Euangelio habemus: tametsi complurium sit sententia, Ieremiam ibi positum pro Zacharia, Vide hac de re Eusebium Cæsariensem lib. 10. Demonstrationis Euangelicæ demonstratione 4. Hieronymum super caput 27. Matthæi, & fusiùs dissentem Augustinum lib. 3. De consensu Euangelistarum Tom. 4. cap. 7.

Tertull. *Agri figuli emptione argento venditionis Christi prænunciatã in Ieremia.* b Matt. 27. 9.

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Ὦ ὢν κύριε.

Τοῦ χρυσοστόμου.] οὐχ ἁπλῶς ἐπισημαίνεται, καὶ φησίν. ὁ ὢν δεσπότα κύριε. οὐκ ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι παρελεύσεται. δύνασαι ἀεὶ, ἀεὶ γὰρ κύριος εἶ. οὐκοῦν κρατεῖς.

Βίκτορος.] ἰσχὺς δὲ καὶ βραχίων τοῦ θεοῦ ὁ υἱός, δι' οὗ τὰ πάντα πεποίηκε. χριστὸς γὰρ θεοῦ δύναμις, καὶ θεοῦ σοφία. καὶ πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας, φησὶν ὁ Δαβίδ. εὐχαριστεῖ δὲ καὶ κατὰ τὸ ῥητὸν ὁ προφήτης οὐ διὰ τὴν κτῆσιν, ἀλλ' ὅτι διὰ τῆς εἰκόνος ἔγνω τὴν πρόνοιαν τοῦ πάντα σοφῶς οἰκονομοῦντος, D καὶ ὅτι μὴ εἰς τέλος ἀπώσατο τὸν λαὸν αὐτοῦ καὶ ὅτι παιδεύει τοὺς ἁμαρτάνοντας πρὸς ἐπιστροφὴν, οὐ πρὸς ἀπώλειαν. οὐ γὰρ τέρπεται ἐπ' ἀπωλείᾳ ζώντων, μὴ θέλων τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι καὶ ζῆν αὐτόν. ‖ [οὐ μὴ ἀποκρυ.]

Ὠριγένους.] οὐ πιθανὸν τῷ ‖ προφήτῃ τοσαύτην εὐχαριστίαν προσάγειν ἐπὶ τῷ δέκα καὶ ἑπτὰ σίκλων ‖ ὠνησαμένῳ χωρίῳ, τὸν ἐκ μήτρας ἁγιασθέντα, καὶ θείου πνεύματος ὑπάρχοντα πλήρη. ἀλλ' ὅρα τὸν σαββατικὸν ἀριθμὸν, τὸ τῆς ἀναπαύσεως σύμβολον, καὶ τὸν δέκατον τέλειον ὄντα καὶ οἰκεῖον θεοῦ. δεκάται γὰρ ἐν τῇ δεκάτῃ τῶν ἱλασμῶν ἀναφέρονται. καὶ δεκάλογος ἐν τῇ πρώτῃ νομοθεσίᾳ. καὶ γνώσῃ τὸν ἀγρὸν, τὸν πλήρη καρπῶν, πρεπόντων ἁγίοις. τοιοῦτος ἦν ἀγρὸς Ἰακὼβ, ὃν ὀσφρανθεὶς Ἰσαάκ. ἰδοὺ φησὶν ὀσμὴ τοῦ υἱοῦ μου ὡς ὀσμὴ ἀγροῦ πλήρους, ὃν εὐλόγησεν ὁ κύριος. ὁ ποῖος ἐστὶν ὁ καρπὸς ἐχεὶ τοῦ πνεύματος, ἵνα σπείρῃ τὰ τοῦ πνεύματος, καὶ θερίσῃ ζωὴν αἰώνιον, ἐπεὶ γὰρ Ἰακὼβ οὐκ ἀμπέλων ὀσμὴ ἢ σύκων, ἀλλ' ἀγάπης, χαρᾶς, εἰρήνης, μακροθυμίας, χρηστότητος, ἀγαθωσύνης, πίστεως, ἐγκρατείας. ἐπὶ τοιούτῳ τινὶ ἀγρῷ Ἱερεμίας εὐχαριστεῖ λέγων. ὁ ὢν κύριε ἐσκόπει γὰρ τὸν ὄντως ὄντα, μὴ σκοπῶν τὰ βλεπόμενα, ἀλλὰ τὰ μὴ βλεπόμενα. ‖

‖ Fort. τὸν προφήτην.

‖ ὠνησαμένον χωρίον.

Βίκτορος.] οὐ μὴ ἀποκρυβῇ ἀπὸ σοῦ οὐδέν. ποιῶν ἔλεος εἰς χιλιάδας. προηγεῖται γάρ σου τῆς κρίσεως ἔλεος. καὶ μακροθυμεῖς ἐπὶ τοῖς παραπτώμασιν,

C Vers. 17. 18 Tv qui es Domine.)

Chrysostomi.] *Non temerè hac voce vtitur.* Qui es Domine. *Non dici potest, præteribit: semper potes, semper enim Dominus es. Igitur potens rerum es.* (*Tu fecisti cælum, & terram, fortitudine tuâ magnâ.*)

Chrysost. *Potentia Dei perpetua.*

Victoris.] *Fortitudo autem & brachium Dei filius est, per quem creauit omnia; Christus enim*[c] Dei virtus, & Dei sapientia est. *Et,*[d] (omnia in sapientia fecisti, *) Dauid ait. Gratias etiam agit Propheta per hæc verba, non possessionis causâ, sed quia per figuram agnouit omnia sapienter administrantis Dei prouidentiã, & quòd non ad finem populum suum auersatus est; quódque peccantes corripit ad conuersionem non ad perditionem.*[e] Neque enim lætatur ruinâ viuentium, qui non vult mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat.

Victor. *Christus fortitudo & brachium Dei.* c 1. Cor. 1. 24 d Ps. 103. 24. *Correptio Dei non ad perditionem sed ad conuersionẽ.* e Eze. 33. 11.

(*Non abscondetur abs te quicquam.*) 19

Origenis.] *Minimè verò simile est, Prophetam tantas gratias agere, quòd decem & septem siclis* E *agrum emerit, qui ex vulua matris sanctificatus; spirituque sancto plenus erat: sed cõsidera numerum Sabbathi, quietis symbolum; & denariũ perfectũ, propriúmque Dei. Decimæ enim in decima propitiationum offeruntur, & Decalogus in prima legis latione: Et agnosces agrum fructibus plenum conuenienter sanctis, talis erat ager Iacob, quem cùm odoratus fuisset Isaac,*[f] Ecce, ait, odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit F Dominus: *qualis est qui habet fructus Spiritus, vt seminet ea quæ spiritus sũt, metatq. vitã æternam, odor enim Iacobo afflabatur, non vitiũ, aut ficuũ, sed amoris, lætitiæ, pacis, longanimitatis probitatis, bonitatis, fidei, continentiæ. De hoc itaque agro Ieremias gratias agit dicens,* O qui es Domine; *considerabat enim eum, qui verè est, non se conuertens ad ea quæ visu percipiuntur, sed ad ea quæ non perspiciuntur.*

Origenes. *Septenarij, & denarij numeri mysti.* *Ager vita spiritualis plenus fructibus virtutũ congruens Sãctis viris.* f Gen. 27. 27 *Ager vitæ spiritualis redolet odorem virtutum.*

20 ‖ Victoris.] Non abscondetur à te quicquam qui facis misericordiã in millia. *Tuũ quippe iudiciũ antecedit misericordia, sustinetq. peccantes,*

Victor. *Misericordia Dei præcedit iudicium in peccatores.*

μασιν, ἀναμένων αὐτῶν, καὶ τὴν ἐξ αὐτῶν μετάνοιαν. ἐὰν δὲ τὰς ἁμαρτίας τῶν πατέρων φυλάττωσιν ἀκριβῶς, τότε ὑπὲρ τῆς ἴσης καὶ τῆς αὐτῆς ἁμαρτίας τίνουσι δίκας, ἵνα μὴ τὸ κακὸν τρέχῃ διόλου, σωφρονιζομένων ἑτέρων τῷ παραδείγματι, καὶ γινωσκόντων ὡς καὶ νῦν ἐστιν ἀνταπόδοσις. ἧς μὴ ἀξιωθέντες οἱ πατέρες, τῷ τελευταίῳ πυρὶ ταμιεύονται, τῆς χρηστότητος καταφρονήσαντες τοῦ θεοῦ.

[Ποιῶν ἔλεος.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ὅτι πολλαπλάσιόν ἐστι τὸ ἔλεος αὐτοῦ. [καὶ ἀποδιδούς.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐ λέγει ἐπὶ τὴν τρίτην, καὶ τετάρτην γενεὰν, ἀλλὰ τοῦτο σιγᾷ. βούλεται γὰρ αὐτοὺς ἐλεηθῆναι πάλιν. τῆς δυνάμεως τοῦτο ἔργον ἐστὶ, τὸ καὶ ἐνταῦθα δύνασθαι σώζειν, καὶ κολάζειν τοὺς μετ᾽ ἐκείνους. οἷον, ὅτι δύνασαι τοὺς μετὰ ταῦτα κολάσαι, τοὺς δὲ σῶσαι ἐκ τῶν προγόνων. διό φησιν οὐδὲν ἀδυνατήσει σοι ῥῆμα, κἂν ἐλεῆσαι δέῃ, κἂν κολάσαι, κἂν ἐπὶ χρόνον πολύν.

Ὀλυμπιοδώρου.] ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως τῆς παρουσίας Χριστοῦ οἱ μιμούμενοι τὰς ἁμαρτίας τῶν πατέρων, ταῖς τιμωρίαις ὑπέπιπτον, διὰ τὸ μήπω τὴν ἀπολύτρωσιν τῆς ἁμαρτίας γεγενῆσθαι. μετὰ δὲ τὴν παρουσίαν τοῦ Χριστοῦ, ἕκαστος λοιπὸν ὃ σπείρει, καὶ θερίζει, διὰ τὸ μὴ ὁμοίως ἐκτείνεσθαι ἐκ πατροπαραδότου ἀναστροφῆς || ἐπὶ τὴν παράβασιν.

|| ἐπὶ videtur abūdare.

[Ὁ θεὸς ὁ μέ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὅπερ καθ᾽ ἑαυτὸ κεχωρισμένον ἐστὶ παρὰ ἀνθρώποις, σοφία καὶ δύναμις.

Βίκτορος.] οὐδὲν ποιεῖς δι᾽ ἀσθένειαν τῶν μὴ πρεπόντων σοι, οὐδὲ λανθάνει σε τῶν ὄντων οὐδέν. διόσοι καὶ δικαία ψῆφος ἀκολουθεῖ. τῆς δὲ δυνάμεως σου τεκμήρια τὰ ἐν αἰγύπτῳ σημεῖα, καὶ τὰ μετὰ ταῦτα ὧν οὐδὲ ὁ χρόνος φησὶ τὴν μνήμην ἠφάνισεν. ἤγουν ἀναντίῤῥητα καὶ σαφῆ. ὡς οὐκ αὖ τις ἀμφιβάλοι τὴν παροῦσαν βλέπων ἡμέραν. ὡς δέ φησι καὶ Δαβίδ. ἐξήγαγες ἔθνη, καὶ κατεφύτευσας αὐτοὺς, ἣν ἐπηγγείλω. τοῖς πατράσιν γῆν παρέχων. ἀλλ᾽ ἠθέτησαν εἰς σὲ τούτων εἰς λήθην ἐλθόντες, καὶ τὴν παροῦσαν ἐπεσπάσαντο δίκην. ἁλώσονται γὰρ ὅσον οὔπω, παμπληθεὶ τῶν πολεμίων ἡκόντων. οὗπερ γιγνομένου πεπλήρωταί σου τὰ τῆς προῤῥήσεως.

[Οἱ ὀφθαλμοί σου.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] καὶ καλῶς εἶπεν, ἀνεῳγμένοι διὰ παντός εἰσιν. οὐδέποτε αὐτοὺς μύεις. ἄγρυπνος ὀφθαλμὸς, ἀκοίμητον ὄμμα. οὐκ ἔχει τις εἰπεῖν, ὅτι ὁρᾷς μὲν, οὐκ ἀνταποδίδως δέ. καὶ αὐτὸ τοῖς ἀνθρώποις πάρεστιν, ἀλλ᾽ οὐχ οὕτως ἐπὶ σοῦ, ἀλλ᾽ εἰς πάσας τὰς ὁδοὺς οἱ ὀφθαλμοί σου καὶ τὰς λανθανούσας. [Ὃς ἐποίησας.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] καὶ τοῦτο δυνάμεως, καὶ δικαιοσύνης, καὶ φιλανθρωπίας, καὶ γνώσεως ἔργον ἐστί.

[Καὶ ἐν τοῖς γῆ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] τοῖς ἀσεβέσι, τοῖς τὰ γήϊνα φρονοῦσιν. ἢ καὶ αὐτοῖς τοῖς αἰγυπτίοις τοῖς ἐξ αὐτῆς τῆς γῆς. [Καὶ ἐποίησας.]

Ὀλυμπιοδώρου. ἕως σήμερον φησὶν ὀνομαστὸς, ἢ ἐπὶ τοῖς πάλαι τερασίοις.

[Καὶ οὐκ ἤκουσας.]

Τοῦ

cantes, expectans eorum quoque pœnitentiam de eis. Quod si peccata patrum diligenter obseruent, tunc pro æqua eademque iniquitate pœnas persoluunt, ne malum per omnes fluat, sed exemplo alij resipiscant, perspiciántque esse nunc quoque retributionē, quâ Patres non affecti, extremo reseruantur igni, quòd Dei bonitatem contempserunt.

Parentū peccata imitātes iureDeus patri pœnā castigat filios.

Vers. 18. (*Qui facis misericordiam in millia.*) 21

Olympiodori.] *Quoniam illius misericordia multis partibus superabundat.*

Olympiod. Misericordia Dei quàm magna.

(*Et reddis peccata patrum, &c.*)

Chrysost.] *Non ait* ad tertiam & quartam generationem, *Sed silentio præterit: vult enim illis misericordiam rursus impēdi. Potentiæ opus hoc est, & in præsens saluare posse, & posteros punire. Quasi diceret. Qui potes filios castigare, alios verò ex progenitoribus saluare. Quare ait, Nullum tibi verbum erit impossibile, siue libeat misereri, siue punire, siue ad longum tempus.*

Chrysost. Misericordiā Deus impendere paratus est etiam quē punit. Potentia Dei est saluare, & punire quē, & quando ei libuerit.

Olympiodori.] *Ab Adam vsque ad Christi aduentum qui peccata patrum sequebantur, pœnis obnoxij fiebant, eò quòd nondum facta erat peccati liberatio. At post Christi aduentum vnusquisque quod seminauerit, hoc & metet: quia non similiter extenditur præuaricatio per imitationem paternæ iniquitatis.*

Olympiod. Ob Originale peccatū ante Christi aduētū omnes obnoxij erant pœnis. Post Aduentū Christi Baptismo regenerati non sunt ampliùs obnoxij pœnis peccato originali debitis.

Ex Vers. 19. (*Deus magne, omnipotens.*)

Chrysostomi.] *Quod apud homines diuisum est, Sapientia, & potentia.*

22

Chrysost. Sapientia, & Potentia vnā sunt in Deo.

Victoris.] *Nihil facis ex impotentia rerum quæ tibi non conueniunt, Neque te quicquam ex his quæ sunt, latet: quare & iusta sententia à te prouenit. Tuæ porrò indicia potestatis sunt portenta in Aegypto facta, & quæ subsecuta sunt. Quorum ait memoriam nec tempus deleuit: hoc est manifesta sunt, & quæ nemo in controuersiam deducat, nec dubitet videns præsentem diem. Dauid quoque ait;* [a] Eduxisti gentes, & plantasti eos, *quam promiseras patribus terram exhibens; sed præuaricati sunt in te horum obliuione ducti & pœnam præsentem sibi meruerunt: captiui enim fient quàm citissimè; quo facto tuum vaticinium impletum est.*

Victor. Potentia, ac sapiētia Dei nil admittūt imperfectionis. Miracula sūt diuinæ potentiæ indicia.

a Psal. 43.3.

(*Oculi tui ad vias filiorum hominum.*)

Chrysostomi.] *Et rectè dixit, aperti sunt omni tempore, numquam eos claudis: oculus vigil, qui nullo sopore corripitur. Non potest quisquam dicere, videre te quidem, sed non retribuere. Hoc etiam in hominibus est, non tamen ita in te; sed oculi tui super omnes vias, etiam occultas.*

Chrysost. Oculi Dei semper vigiles ad retribuendum.

Vers. 20. (*Qui fecisti signa.*) 23

Chrysostomi.] *Et hoc virtutis & iustitiæ, & pietatis, & scientiæ opus est.*

Chrysost.

(*Et in terrigenis.*)

Olympiodori.] *Impiis, rebus terrenis addictis, vel ipsis Aegyptiis, qui sunt ex ipsa terra.*

Olympiod. Terrigenæ dicti terrenis addicti.

(*Et fecisti tibi nomen.*)

Olympiodori.] *Sed hāc vsque diem nomen, inquit, tibi magnum vel de portentis olim factis.*

Olympiod.

Ex vers. 23. (*Et non audierunt vocem tuam.*) 24

Chry

Τοῦ Χρυσοστόμου.] καὶ ἐποίησας συμβῆναι αὐτοῖς ἅπαντα τὰ κακὰ ταῦτα.

[ἰδοὺ ὄχλος.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐ τολμᾷ τὸ λοιπὸν αἰτῆσαι, ἀλλ' ἀναμιμνήσκει τῶν προτέρων ὑπὲρ τοῦ λαοῦ γενομένων. οὐκ ἔχω τί εἴπω. ἀλλὰ τὸ ἐπιταχθὲν ἐποίησα, καίτοι τῆς πόλεως ἀλούσης.

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] προστίθησι δὲ καὶ τὰ τῆς πολιορκίας δεινὰ μετὰ τῆς ἁλώσεως. ὧν οὕτω συμβαινόντων φησί, βούλομαι μαθεῖν, εἰ καιρὸν ἔσχεν ἡ τοῦ ἀγροῦ κτῆσις, καὶ τῶν ἐπ' αὐτῇ γεγονότων, ὁ δὲ θεὸς τὴν ἀνάκτησιν σιωπῶν, τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν, καὶ τὴν διὰ ταύτας διηγεῖται ταλαιπωρίαν. ἠνεσχόμην γὰρ αὐτῶν φησι, μέχρι τοῦ παρόντος ἐκ νεότητος αὐτῶν. τουτέστιν, ἀφ' οὗ τῆς αἰγύπτου τούτους ἐξήγαγον. θεοῦ δὲ ἀνοχὴ, μετανοίας ἐλπίς. ἐποίουν δὲ τὸ πονηρὸν ἐν ὀφθαλμοῖς μου, ἢ ὅτι ἠσέβουν ἐν τῷ ἀφιερωθέντι ναῷ τῷ θεῷ, τοῖς εἰδώλοις λατρεύοντες. ἢ ὅτι τῶν γιγνομένων, οὐδὲν λανθάνει θεόν.

A

Chryſoſtomi.] *Et feciſti, vt euenirent illis omnia mala hæc.* — Chryſoſt.

Verſ. 24. (*Ecce turba venit ad ciuitatem.*)

Chryſoſtomi.] *Reliquum petere non audet; ſed memoriam repetit eorum quæ olim pro populo facta ſunt. Quid dicam non habeo; quod mandaſti feci, licet ciuitas captiuitati tradatur.* — Chryſoſt. — *Obedientia prompta Ieremiæ.*

Incerti.] *Addit quoque obſidionis mala cum captiuitate quæ cùm ita eueniant, ſcire ait volo, ſi poſſeſſio agri opportuna ſit, & quæ ad eam adhibita ſunt. At verò Dominus reſtitutionem ſilentio præteriens, iniquitates eorum, & propter eas calamitatem enarrat; ſuſtinui enim ait, ad hanc vſque diem ab adoleſcentia eorum: hoc eſt ab eo tempore quo eos ex Aegypto eduxi. Tolerantia verò Dei, pœnitentis ſpes eſt: faciebant verò malum ante oculos meos vel quòd impiè ſe gererent, in templo, quod Deo ſacrum erat, Idola colentes; vel quòd nihil eorum quæ fiunt, latet Deum.* — Incerti. — *Patientia Dei eſt ſpes pœnitentis.* — *Malum facere coram Deo quid ſit.*

B

Capitis 32. à verſ. 26. vſque ad 36. Sectio Quarta.

TEXTVS VVLGATÆ.

C

26 ET factum eſt verbum Domini ad Ieremiam, dicens:

27 Ecce ego Dominus Deus vniuerſæ carnis: numquid mihi difficile erit omne verbum?

28 Propterea hæc dicit Dominus: Ecce ego tradam ciuitatem iſtam in manus Chaldæorum, & in manu Regis Babylonis, & capient eam.

29 Et venient Chaldæi prælian tes aduersùm vrbem hanc, & ſuccendent eam igni & comburent eam, & domos, in quarum domatibus ſacrificabant Baal, & libabant diis alienis libamina ad irritandum me.

D

30 Erant enim filij Iſrael, & filij Iuda iugiter facientes malum in oculis meis ab adoleſcentia ſua: filij Iſrael qui vſque nunc exacerbant me in opere manuum ſuarum, dicit Dominus.

31 Quia in furore & indignatione mea facta eſt mihi ciuitas hæc, à die quâ ædificauerunt eam, vſque ad diem iſtam, quâ auferetur de conſpectu meo.

32 Propter malitiam filiorum Iſrael, & filiorum Iuda, quam fecerunt ad iracundiam me prouocantes, ipſi & Reges eorum, principes eorum, & Sacerdotes eorum, & Prophetæ eorum, viri Iuda, & habitatores Ieruſalem.

E

33 Et verterunt ad me terga & non facies: cùm docerem eos diluculo, & erudirem, & nollent audire vt acciperent diſciplinam.

34 Et poſuerunt idola ſua in domo, in qua inuocatum eſt nomen meum, vt polluerent eam.

35 Et ædificauerunt excelſa Baal, quæ ſunt in valle filij Ennon vt initiarent filios ſuos, & filias ſuas Moloch: quod non mandaui eis, nec aſcendit in cor meum vt facerent abominationem hanc, & in peccatum deducerent Iudam.

F

TEXTVS SEPTVAGINTA.

26 *ET factum eſt verbum Domini ad me dicens.*

27 *Ego Dominus Deus vniuerſæ carnis: numquid à me abſcondetur quicquam?*

28 *Propterea ſic dixit Dominus Deus Iſrael: Data tradetur ciuitas iſta in manus Regis Babylonis, & capiet eam.*

29 *Et venient Chaldæi oppugnantes ſuper ciuitatem iſtam, & ſuccendent vrbem hanc igne, & comburent domos, in quibus adolebant ſuper tecta earum Baal, & libabant libamina Diis alienis, ad exacerbandum me.*

30 *Quia fuerunt filij Iſrael, & filij Iuda ſoli facientes malum ante oculos meos ab adoleſcentia ſua.*

31 *Quia ſuper iram meam: & ſuper furorem meum fuit ciuitas hæc; ex qua die ædificauerunt eam, & vſque ad diem hanc, ad mouendam eam à facie mea.*

32 *Propter omnes nequitias filiorum Iſrael, & Iuda, quæ fecerunt ad exacerbandum me, ipſi & Reges eorum, & Principes eorum, & Sacerdotes eorum, & Prophetæ eorum, viri Iuda, & habitatores Ieruſalem.*

33 *Et auerterunt ad me dorſum, & non faciem. Et docui eos diluculo, & non audierunt vltra accipere diſciplinam.*

34 *Et poſuerunt inquinamenta ſua in domo, in qua inuocatum eſt nomen meum in ea, in immunditiis ſuis.*

35 *Et ædificarunt aras Baal, quæ in Valle filij Ennon, ad offerendos filios ſuos, & filias ſuas Moloch Regi: quæ non præcepi eis, nec aſcendit in cor meum ad faciendum abominationem iſtam, & ad faciendum peccare Iudam.*

PARAPHRASIS CHALDAICA.

26 *ET factum eſt verbum prophetiæ à facie Domini ad Ieremiam dicens.*

27 *Ecce ego Dominus Deus vniuerſæ carnis: An mihi quicquam erit abſtruſum?*

28 *Propterea hæc dicit Dominus, Ecce ego tradam ciuitatem iſtam in manum Chaldæorum, & in manum Nabuchodonoſor Regis Babylonis, & ſubiiciet eam.*

29 Et ingredientur Chaldæi qui præliantur aduersùm vrbem hanc, & succendent vrbem igni, & comburent eam, & domos super quarum tectis adoleuerunt Baal aromata, & libauerunt libamina idolis populorum, vt irritarent me.

30 Fuerunt enim filij Israel & filij Iuda facientes vtique malum in conspectu meo ab adolescentia sua: quia filij Israel irritant vtique me operibus manuum suarum, dicit Dominus.

31 Quia ira mea & furor meus resedit in ciuitate hac à die quâ construxerunt eam vsque in diem hanc; vt transmigrare facerem eam à conspectu verbi mei.

32 Propter omnia mala filiorum Israel, & filiorum Iuda, quæ fecerunt vt irritarent me ipsi & Reges eorum, & principes eorum, Sacerdotes eorum, & pseudoprophetæ eorum, & viri Iuda, & habitatores Ierusalem.

33 Et verterunt in cultu meo ceruicem, & non posuerunt timorem mei in conspectu vultus sui. Et misi ad eos omnes Prophetas seruos meos, manè consurgens, & docens: & noluerunt suscipere disciplinam.

34 Et posuerunt abominationes suas in domo in qua inuocatum est nomen meum vt pollluerent eam.

35 Et construxerunt excelsa Baal, quæ sunt in valle filij Hinnon, vt traducerent filios suos & filias suas per ignem, idolo Moloch; quod non præcepi in lege mea, nec est voluntas coram me vt facerent abominationem hanc, vt in peccatum deducerent domum Iuda.

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

25 Hieronym. *Clementia Dei tantò amplior, quantò maior culpa peccantiũ.*

Hieronymus (*Et factum est verbum Domini,* &c. Tristibus læta subiungit, & post euersionem Ierusalem, captiuo populo reditum pollicetur. Primumque causas exponit offensæ, & iusti furoris Dei, vt quantò maior culpa peccantium, tantò amplior in peccatores clementia creatoris, *Ego,* inquit, *Dominus Deus vniuersæ carnis.* Nequaquam cunctarum gentium, nec populi Israel, aut certè, vt de sanctis crebrò dicere solet: Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, sed *Deus* dixit *vniuersæ carnis*: vt & rationalia & bruta animantia ipse fecisse credatur. Sunt enim qui prouidentiam creatoris vsque ad rationalia confiteantur, bruta autem fortuitis casibus asserant, vel perire, vel viuere, Propheticusque sermo declarat, nihil esse quod fugiat prouidentiam & scientiam Dei: quia alia propter se, alia in vsum hominum sunt creata. *Numquid mihi difficile* aut *impossibile,* aut certè *abscondetur à me omne verbum?* & supra diximus. Quæ apud homines impossibilia sunt, apud Deum possibilia sunt: Verbum autem hîc, & in multis aliis locis, pro rebus debemus accipere. Quid est (ait) quod factum est verbum? *Propterea hæc dicit Dominus.* Quid enim præcesserat, vt causalem coniunctionem poneret, dicens: *Propterea hæc dicit Dominus?* Quia, inquit, curæ meæ est omnia tegere, vniuersa disponere, & reddere singulis iuxta vias suas; idcirco *ego tradam ciuitatem istam in manu Chaldæorum, & in manu Regis Babylonis, & capient eam.* Primùm enim vallatur exercitu, & absente capitur Nabuchodonosor, Sedechiasque ducitur in Reblatha, & ibi Regi traditur. *Et venient,* inquit, *Chaldæi præliantes aduersùm vrbem hanc.* Meliùs Aquila qui pro eo quòd scriptum est, *venient,* transtulit εἰσελεύσονται, hoc est, ingredientur ciuitatem. Neque enim absentes erant vt venirent: quippe qui circundederant Ierusalem, sicut Scriptura testatur: *Tunc exercitus Regis Babylonis obsidebat Ierusalem.* Ac deinde: *Ecce munitiones extructæ sunt aduersùm ciuitatem vt capiatur, & vrbs data est in manus Chaldæorum.* Quomodo igitur venient qui præsentes erant? Sed hi qui obsidebant vrbem, ingredientur, inquit, & capient eam, & succendent, & ad solum vsque comburent: Verbum enim Hebraicum ובאו *vbau* ambiguitate sui, & *venient,* & *ingredientur* sonat. *Et domus in quarum domatibus sacrificabant Baal idolo Sydoniorum, & libabant dijs alienis libamina ad irritandum me*: vt non errore religionis, sed contentione quadam, & in creatorem contumeliâ facere viderentur. Quomodo autem periturus scribitur mundus, iuxta illud quod scriptum est: [a] *Cælum & terra pertransibunt,* eò quòd [b] in maligno positus sit: sic & domus ipsæ, & loca in quibus flagitia perpetrata sunt, iræ Dei subiacent. Sunt qui contentiosè illud quod scriptum est: [c] Locus in quo crucifixus est Dominus atque Saluator, spiritualiter Gomorrha & Ægyptus vocatur, ad ipsa loca referant, Alij verò vniuersum mundum sub nomine Ægypti & Gomorrhæ significari putant. Vt enim Gomorrha diuino igne deleta est, ita & mundum iudicio concremandum.

a Mat. 24. 35.
b 1. Ioan. 5. 19.
Domus & loca in quibus flagitia patrantur, iræ Dei sunt subiecta.
Crucifixionis Christi locus appellatus Gomorrha, & Ægyptus.
c Apoc. 11. 8.

Prouidentiã & scientiam Dei nil est, quod effugiat.

Verbi vox vsurpata sæpe pro rebus.

26

(*Erant enim filij Israel, & filij Iuda iugiter, siue soli,* &c.) Verbum Hebraicum אך *ach* Aquila interpretatus est πλὴν, quod coniunctionem significat: verum tamen Symmachi prima editio; & Sept. & Theodotio, solos interpretati sunt. Secunda quippe Symmachi vertit διόλου, quem & nos in præsentiarum secuti sumus, vt diceremus, *iugiter.* Dicamus igitur primùm iuxta Hebraicum: *Filij Israel & filij Iuda facientes iugiter malum.* Et decem, inquit, & duæ tribus malum sine cessatione fecerunt, & iugis fuit eis in pessimis operibus perseuerantia. Si autem iugis & semper in toto populo, vbi est iustitia sempiterna? Porrò iuxta, Sept. qui dixerunt: *Soli facientes malum,* oritur quæstio: Num & aliæ gentes eo tempore quo Israel, Iudasque peccabant, malum non fecerunt? Quod sic soluitur: Qui habet notitiam Dei & recedit ab eo, solus peccat in oculis Dei: qui verò increduli permanserint, quasi illo non vidente & negligente delinquunt. Vnde & Dauid [d] vir sanctus, quia corruerat in peccatum vxoris Vriæ Bersabeæ, agens postea pœnitentiam, loquitur: [e] *Tibi soli peccaui, & malum coram te feci,* id est, in conspectu tuo. Denique iungitur: *Soli facientes malum in oculis, & in conspectu meo ab adolescentia sua.* Quodque sequitur. (*Filij Israel qui, &c.*) In Sept. non habetur, & de Hebraico additum est. Quia autem ab adolescentia sua vsque ad præsentem diem iugiter deliquerunt: ideo iusta sententia Dei est, & meritò Scriptura contexit. (*Quia in furore & in* &c. Si ex eo tempore quo ciuitatis iacta sunt fundamenta vsque ad hanc diem, quando capta est, atque succensa, & sublata de conspectu Domini, fuit semper in vitio, & indignationem contra se Domini prouocauit: Vbi est (vt sæpe iam diximus) peccatorum quies?

Peccare solus in Dei oculis dicitur is qui illius habens notitiam ab eo recedit.
Infideles peccare dicuntur quasi Deo nõ vidente.
d 2. Reg. 12. 13.
e Psal. 50. 6.

27

(*Propter malitiam,* &c.) Quia suprà dixerat: *In furore & in indignatione mea facta est mihi ciuitas hæc à die quâ ædificauerunt eam vsque ad diem istam,*

quâ

quæ auferetur de conſpectu meo; & nullũ generaliter abſque peccato fuiſſe mõſtrauerat: nunc per partes enumerat, & Reges, & principes, & Sacerdotes, & Prophetas eorum, & cuncta vno ſermone compræhendens. *Viri*, inquit, *Iuda, & habitatores Ieruſalem*. Pulchréque non dixit: Reges mei, & principes mei, & Sacerdotes mei, & Prophetæ mei, ſed quia peccauerunt, *Reges eorum, & principes eorum, & Sacerdotes eorum, & Prophetæ eorum.*

Principes, & Eccleſiaſticos improbos dedignatur Deus ſuos appellare.

(*Et verterunt ad me*, &c.) Iuxta illud quod alibi ſcriptum eſt. [a] *Et verterunt contra me ſcapulam recedentem*. Qui enim precatur, inclinatâ ceruice in terram pronus funditur: qui verò tergum vertit, ipſo geſtu corporis indicat negligere ſe comminantem. Et hoc ait, faciebant.

Tergorum verſio ad Deũ eſt illum comminantem negligere. a Zach. 7. 11.

(*Cùm docerem*, &c.) Fugatis erroris tenebris, & omni dolorum cultu, meâ ſententiâ confutatâ, quotidie corda eorum illuminare cupiebam, & docere quæ recta ſunt. Et vt liberum ſeruaret arbitrium iungit & dicit: *Et nollent audire, vt acciperent diſciplinam.* Sequitur. (*Et poſuerunt idola*, &c.) Non ſolùm eo tempore Iudas poſuit [b] in templo Dei ſtatuam idoli, quam in Ezechielis principio legimus: ſed vſque hodie in domo Dei, quæ interpretatur Eccleſia, ſiue in corde animáque credentium, ponitur idolum, quando nouum dogma conſtituitur, & iuxta Deuteronomium, [c] adoratur in abſcondito. [d] Neſcitis, inquit, quia templum Dei eſtis, & Spiritus Dei habitat in vobis.

In Domo Domini, ac in templo eius ponitur Idolum, quando nouũ dogma conſtituitur. b Ezech. 8. 3. c Deut. 4. 15. d 1. Cor. 3. 17.

(*Et ædificauerunt excelſa, ſiue*, &c.) Pro initiarent, in Hebraico ſcriptum eſt עביר *ngachir*, quod Aquila, & Symmachus *tranſducerent*: Sept. & Theodotio interpretati ſunt, *offerrent*. De valle filij Ennom, quæ Hebr. dicitur גיא חנם ſuprà pleniùs diximus: [e] quod ſubiacet Siloë fontibus, & amœnitate ſui, quia locus irriguus eſt, populum prouocauerit ad luxuriam, quam idolorum cultus ſequitur. Notandum quoque quod aræ & excelſa, Hebraico ſermone appellantur במות *bamoth* propter eos qui in Samuelis [f] & Regum [g] volumine quod ſignificet hoc verbum dubitant Moloch idolum Ammonitarum, quod in Regem vertitur. Significat autem diuina Scriptura, quòd non ſolùm Baal idolo, ſed & Moloch, cunctiſque dæmonibus in ipſo loco populus ſeruierit.

e Sup. 7. 31. f 1. Reg. 9. 11. g 3 Reg. 3. 2.

(*Quod non*, &c.) Propriè tribus Iuda, & Benjamin in phano Baalis & Moloch, dæmonum ſimulachra venetatæ ſunt. Vitulos autem aureos [h] in Bethel & Dan, & decem tribus, quæ appellantur Samaria, Ioſeph, & Ephraim, incoluiſſe perſpicuum eſt. Tantúmque mali fuit quod à populo factum eſt, vt teſtetur Deus, ſe numquam cogitaſſe, nec aſcendiſſe in cor ſuum, quæ illi facturi fuerint. omnia autem hæc ἀνθρωπωπαθῶς.

h 3 Reg. 12. 29.

28 Theodorit.

Theodoritus. Quibus reſpondet Deus: *Ego Dominus Deus vniuerſæ carnis. Numquid me latebit vllus ſermo?* Poteſt-ne, ait, omnium opifex & Dominus ignorare quippiam eorum quæ geruntur? (*Propterea hac dicit Dominus, Tradendo tradetur hac ciuitas in manus Chaldæorum, & in manus Nabuchodonoſor Regis Babylonis: & capient eam.*) Deinde narrat, quo pacto, vbi fuerint ingreſſi, incendent eam, & domus in quibus ſacrificabant Baal, & libabant libamina Diis alienis. Repræhendit etiam ſcopum eorum quæ fiebant. *Vt me irritarent.* Trado verò, ait, ciuitatem, ob tranſgreſſionem incolarum. Ex qua enim die illam ædificaui, vſque ad diem hanc, ſemper laceſſere me perſeuerarunt. Qua de cauſa cenſui abigere illam à facie mea, propter omnem malitiam filiorum Iuda. Vno ſiquidem animo *& Reges, & Sacerdotes, & principes, & vaticinantes mendacia, cum omni populo, verterunt in me terga, & non faciem.* Cùm me derelicto, inſeruirent idolis. Beatus quoque Ezechiel [i] docet, quomodo terga præbentes templo, Solem adorabant. Ego verò, ait, numquam non edocui eos veritatem per Prophetas. At illis non ſufficit impietas domeſtica: quinetiam in æde mihi conſecrata idolorum ſtatuas collocauerunt: *& conſtruxerunt aras Baal, in Valle filij Ennom, & turres quæ ſunt in Geb.* Ex hoc etiam loco clarum eſt, Tophet eſſe nomen idoli. Baal enim nomen eſt idolorum generale. Et in his locis, ait, filiorum & filiarum homicidium perpetrare auſi ſunt.

In Peccante quod maximè Deum offendit eſt illius in delinquẽdo ſcopus ipſum irritandi. i Ezech. 8. 3.

Topheth eſſe nomen Idoli.

29 D. Thom.

D. Thomas. Hîc ponitur Domini reſponſio, & primò proponit potentiam ſuam. *Numquid mihi difficile.* Gen. 18. [k] *Quare riſit Sara vxor tua dicens. Num verò paritura ſum anus? Numquid Deo quicquam eſt difficile?* Secundò oſtendit ex tali potentia iuſtè inflictam pœnam: prædicens pœnam: (*propterea, hæc dicit Dominus.*) Sup. 19. [l] *Erunt domus Ieruſalem: & domus regum Iuda ſicut locus Tophet immunda.* Et ſubiungit culpam: oſtendens culpæ continuitatem. (*Erant enim facientes: ab adoleſcentia*) quando exierunt de Ægypto. ſupra 3. [m] *Peccauimus nos & patres noſtri ab adoleſcentia noſtra vſque ad diem hanc.* Oſtendens etiam culpæ vtilitatem (*quia in furore ædificauerunt:*) primi Paralip. 11. (Propter malitiam.) Iſaiæ 1. [n] *A planta pedis vſque ad verticem non eſt in eo ſanitas.* ſupra 21. [o] *Poſui faciem meã ſuper ciuitatem hanc in malum, & non in bonum, ait Dominus.* Oſtendens etiam culpæ grauitatem: quantùm ad diuinum contemptum. (*Et verterunt*) per inobedientiam ad modum contemnentium Zach. 7. [p] *Verterunt ad me ſcapulas recedentes: & aures ſuas aggrauauerũt ne audirent*, &c. Quantùm ad ſacrilegium in pollutione templi. (*Et poſuerunt idola*) ſupra 11. [q] *Quid eſt quod dilectus meus in domo mea fecit ſcelera multa?* Et quantùm ad ſacrilegium iunctum homicidio (*Et ædificauerunt Excelſa.*) Pſalm. [r] *Immolauerunt filios ſuos, & filias ſuas dæmoniis.*

k Gen. 18. 13. l Iere. 19. 13. m Iere. 3. 24. n Iſai. 1. 6. o Ier. 21. 10.

Contemptus Dei maximè in his manifeſtatur peccatis quæ in eius Templis, & ſacrilegiis admittuntur. p Zach. 7. 11. q Ier. 11. 15. r Pſal. 105. 37.

30 Greg. Naz.

Circa verſ. 33. Greg. Nazianz. Orat. de Pace poſt reconciliationem Monachorum pag. 419. Ob eam, inquit, cauſam cum aliis rebus iucundis ſermonem quoque abieci: quoniam dilecti recalcitrarunt (intelligit de Monachis) *& verterunt ad me terga, & non facies*, factique ſunt ouile paſtore liberius, ne dicam audacius: [ſ] Quoniam vinea illa vera, atque à bono agricola optimè purgata, & quæ pulchram ſegetem in diuina horrea inferre ſolebat, in amaritudinem mihi verſa eſt.

A Subditis præſertim Eccleſiaſticis contemni quã moleſtum ſit Prælato bono ſ Iere. 2. 21. *Religioſorum, contemptus, & audacia quàm moleſta ſint Prælato Sancto.*

Hieronymus in cap. 7. Zachariæ, ſolemus, ait, quando rugata fronte, & nare contracta contemnimus admonentes, dorſum vertere, iuxta illud quod ſcriptum eſt: *verterunt ad me dorſa & non facies ſuas.*

Hieronym. *Contemnentis admonentem agendi ratio, & geſtus.*

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Ἐγώ κύριος.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὁρᾷς, ὅτι τοῦτο αὐτὸν ἤξιου, ὥστε μὴ παραδοῦναι τὴν πόλιν; ὁ δὲ μονονουχὶ ἀπολογούμενος, καὶ τὰ ἁμαρτήματα λέγει τῶν τόπων τῶν μελλόντων καταπρήσεως, καὶ τὴν αἰτίαν.

|| Ὀλυμπιοδώρου.] ὁ μέλλων πάντας κρίνειν, καὶ ἑκάστῳ ἀποδιδόναι κατὰ τὰς πράξεις.

[Ὅτι ἦσαν.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τὰ παρ' ἐμαυτοῦ πάντα ἐποίησά φησιν ἐδίδαξα, ἐπαίδευσα. οἱ δὲ εἰς κακίαν ἐξώκειλαν. ἔδειξαν ὅτι προσφιλονεικοῦντες ταῦτα ἐποίουν. βωμοὺς ἔστησαν ἐν τῷ ναῷ μου. καὶ τὰ ἄλλα δὲ πάντα ἐτόλμων. καὶ τοὺς υἱοὺς κατέκαυσαν, καὶ αὐτὴν τὴν φύσιν ἠγνόησαν.

|| Ὀλυμπιοδώρου.] ὡς μὲν ἐπὶ τὸ πολὺ πᾶσα μὲν ἡ γῆ τότε ἀθέων ἦν. μόνοι δὲ οὗτοι λέγονται ἁμαρτάνειν, ἐπειδὴ τοῖς θείοις νόμοις πεπαιδευμένοι ἐν γνώσει ἡμάρτανον.

[Ὅτι ἐπὶ τὴν.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ὡς ἐπὶ τούτῳ φησὶν ἐστι κτισθεῖσα ἡ πόλις αὕτη, ἐπὶ τῷ παροργίζειν με, ἵνα διὰ τοῦτο ἀφανίσω αὐτὴν, μὴ θέλων αὐτὴν ὁρᾷν.

[Καὶ ἔστρεψαν πρὸ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] τοῦτο δεῖγμα τελείας ὕβρεως καὶ καταφρονήσεως.

[Καὶ ἐδίδαξα αὐτ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] αὐτὶ τοῦ, κατὰ πᾶσαν σπουδὴν.

[Ἃ οὐ συνέταξ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἔσω, φησὶν. ἐμοὶ τὰς θυσίας προσφέρειν ὀφείλοντες, δαίμοσι προσφέρουσι. διατί καὶ ἀνθρωποκτονίας ἐργάζονται; ἀνθρώπους δὲ οὐδὲ ἐμαυτῷ θύεσθαι ὅσιον ἐκρινα. ὡς οὐκ ἀρκούμενοι τοίνυν φησὶ τοῖς προτέρον ἁμαρτήμασι, καὶ τοῦτο ἐπεξεῦρον τὸ ἀτόπημα.

A Vers. 27. Ego Dominus Deus vniuersæ carnis.) 31

Chrysostomi.] *Vides, hoc esse, quod ille petebat, ne vrbs traderetur? at ille veluti se excusans, iniquitates locorum igni tradendorum, causamque prosequitur.*

Chrysost. Orationes Sanctorum nō exaudita sæpe propter peccata eorum, pro quibus fusæ sint.

|| Olympiodori.] *Qui omnes iudicaturus est, & vnicuique secundum opera daturus.*

Olympiod.

Vers. 30. (*Quia fuerunt filij Israel*, &c.)

Chrysostomi.] *Illa, ait, quæ ad me spectabant feci, Docui, erudiui: at illi in malitiam lapsi*

B *sunt. Ostenderunt se quasi æmulatione quadam hæc fecisse, aras erexerunt in templo meo; & cætera omnia audebant, & filios combusserunt, & naturam ipsam ignorarunt.*

Chrysost. Cùm peccatore nil omittit Deus eorū quæ ad se spectant. Peccator delinquit quasi æmulatione ad Deum. Sacrificantes filios naturam ignorasse visi sunt.

|| Olympiodori.] *Vt plurimùm quidem terra omnis tunc impiorum erat, at hi soli dicuntur peccare, quoniam diuinis legibus eruditi, scienter peccabant.*

Olympiod. Peccās scienter quasi solus peccans dicitur.

Vers. 31. (*Quia in iram meam, & in furorem meum fuit ciuitas hæc*, &c.)

C Olympiodori.] *Quasi ad hoc ait ciuitas hæc condita est, vt me ad iracundiam prouocet, vt propter hoc eam destruam, nolens eam videre.* 32

Olympiod.

Vers. 33. (*Et auerterunt ad me terga.*)

Olympiodori.] *Hoc perfectæ signum iniuriæ & contemptus est.*

Olympiod.

(*Et docui diluculo eos.*)

Olympiodori.] *Id est omni studio.*

Olympiod.

Ex Vers. 35. (*Quæ non præcepi eis.*)

Olympiodori.] *Esto ait. Cùm mihi sacrificia*

D *offerre deberent, Dæmonibus offerunt; Cur & homicidia patr ... ...ines verò mactari nec mihi quidem pium duxi. ... uam ergo non contenti primis improbitatibus, hoc etiam facinus adinuenerunt.*

Olympiod. Filios sacrificare quàm Deo esset odibile.

Capitis 32. à vers. 36. vsque ad finem Sectio.

TEXTVS VVLGATÆ.

36 ET nunc propter ista, hæc dicit Dominus Deus Israel ad ciuitatem hanc, de qua vos dicitis quòd tradetur in manus Regis Babylonis in gladio, & in fame, & in peste.

37 Ecce ego congregabo eos de vniuersis terris, ad quas eieci eos in furore meo, & in ira mea, & in indignatione grandi reducam eos ad locum istum, & habitare eos faciam confidenter.

38 Et erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum.

39 Et dabo eis cor vnum, & viam vnam, vt timeant me vniuersis diebus: & bene sit eis, & filiis eorum post eos.

40 Et feriam eis pactum sempiternum, & non desinam eis benefacere: & timorem meum dabo in corde eorum, vt non recedant à me.

41 Et lætabor super eis, cùm bene eis fecero: &

TEXTVS SEPTVAGINTA.

36 *ET nunc sic dicit Dominus Deus Israel super ciuitatem, quam tu dicis: Tradetur in ma-*

E *nus Regis Babylonis in gladio, & in fame, & amissione.*

37 *Ecce ego congrego eos ex vniuersa terra, quò dispersi eos illuc in ira mea, & furore meo, & in irritatione magna. Et conuertam eos in locum istum, & sedere eos faciam confidentes.*

38 *Et erunt mihi in populum: & ego ero eis in Deum.*

39 *Et dabo eis viam aliam, & cor aliud, vt timeant me omnibus diebus, & in bonum ipsis, & filiis eorum post eos.*

40 *Et disponam eis testamentum æternum, quod non auertam post eos; & timorem meum dabo in cor eorum, vt non recedant ipsi à me.*

41 *Et visitabo ad benefaciendum eis: & plantabo eos*

& plantabo eos in terra iſta in veritate in toto corde meo, & in tota anima mea.

42 Quia hæc dicit Dominus: Sicut adduxi ſuper populum iſtum omne malum hoc grande: ſic adducam ſuper eos omne bonum, quod ego loquor ad eos.

43 Et poſſidebunt in terra iſta: de qua vos dicitis quòd deſerta ſit, eò quòd non remanſerit homo, & iumentum, & data ſit in manus Chaldæorum.

44 Agri ementur pecuniâ & ſcribentur in libro, & imprimetur ſignum, & teſtis adhibebitur: in terra Benjamin, & in circuitu Ieruſalem, in ciuitatibus Iuda, & in ciuitatibus montanis, & in ciuitatibus campeſtribus, & in ciuitatibus quæ ad Auſtrum ſunt: quia conuertam captiuitatem eorum ait Dominus.

A *eos in terra iſta in fide, & in omni corde meo, & in omni anima.*

42 Quia ſic dixit Dominus: Sicut induxi ſuper populum iſtum omnia mala magna hæc; ſic ego inducam ſuper eos omnia bona, quæ loquutus ſum ſuper eos.

43 Et poſſidebuntur adhuc agri in terra, de qua tu dicis, inuia erit ab hominibus, & à pecore, & traditi ſunt in manus Chaldæorum.

44 Et poſſidebuntur agri in argento. Et ſcribes librum, & obſignabis, & conteſtaberis teſtes in terra Benjamin, & in circuitu Ieruſalem, & in ciuitatibus B *Iuda, & in ciuitatibus montis, & in ciuitatibus ipſius Sephela; & in ciuitatibus Nageb: quia redire faciam transmigrationes eorum.*

PARAPHRASIS CHALDAICA.

36 *Nunc ergo propterea ſic dicit Dominus Deus Iſrael ſuper ciuitate hac, de qua vos dicitis, Tradita eſt in manum Regis Babylonis, gladio & fame & peſte.*

37 Ecce ego congregabo eos de omnibus prouinciis, ad quas transmigrare feci eos in ira mea, & in indignatione mea, & in furore grandi; & reducam eos ad locum iſtum, & habitare eos faciam confidenter.

38 Et erunt coram me in populum, & ego ero eis in Deum.

39 Et dabo eis cor vnum, & viam vnam, vt timeant coram me omnibus diebus, & bene ſit eis, & filiis eorum poſt eos.

40 Et feriam cum eis pactum ſempiternum; & non reuertetur verbum meum ab eis, vt bene faciam eis, & timorem mei dabo in cordibus eorum, vt non declinent à cultu meo.

41 Et lætabitur verbum meum ſuper illos, ad benefaciendum eis, & ſtabiliam eos in terra iſta, in veritate, in verbo meo & in voluntate mea.

42 Quia hæc dicit Dominus, Sicut adduxi ſuper populum iſtum omne malum hoc graue, ſic adducam ſuper eos omne bonum quod locutus ſum cum eis.

43 Et ementur agri in terra iſta, de qua vos dicitis, Deſerta eſt abſque homine & iumento, & tradita eſt in manum Chaldæorum.

44 Agros argento ement & ſcribent in Chirographo, & ſignabunt, & adhibebunt teſtes in terra tribus Benjamin, & in circuitibus Ieruſalem, & in ciuitatibus domus Iuda, & in ciuitatibus montanis, & in ciuitatibus campeſtribus, & in ciuitatibus Auſtri: quia conuertam captiuitatem eorum, ait Dominus.

Catena ex Veterum Patrum operibus impreſſis.

33 Hieronym. *Confidentiæ nimiæ, ac deſperationi diuerſas Deus adhibet agendi rationes.*

HIeronymus. (*Et nunc propter*, &c.) Sicut ſperantibus auxilium, & in murorum firmitate fidentibus, prophetatur quod ſubuertenda ſit Ieruſalem, & populus iamiamque capiendus, & ante captiuitatem gladio, fame, & peſte periturus: Sic deſperantibus, & poſt ſubuerſionem vrbis nullam ſalutem expectantibus ſuum auxilium pollicetur, vt & confidentia, atque ſuperbia iuſtam ſententiam, & deſperatio, atque humilitas Dei mereatur auxilium.

34 (*Ecce ego congregabo eos*, &c.) Multi hoc putant tempore Zorobabel filij Salathiel, & Ieſu filij Ioſedech Sacerdotis magni, quando Aggæus, & Zacharias prophetauerunt ſub Ezdra [a] Sacerdote completum, quando ædificatum eſt templum, & ſub Nehemia [b] extructi muri per circuitum: vt quos ante deiecerat in furore, & ira, & in indignatione grandi de Ieruſalem, & in toto Orbe diſperſerat: poſtea reductos habitare fecerit confidenter, & fuiſſe eos in populum Dei, & Dominum fuiſſe in Deum eorum, & cætera quæ Scriptura contexit. Sed quo modo hoc poſſit illi C tempori coaptari? *Habitare eos faciam confidenter, & feriam eis pactum ſempiternum*, ſiue *diſponam illis teſtamentum æternum*: penitus non poteſt approbari: quippe quos legerimus, & Sacra narrat hiſtoria, non ſolùm à vicinis gentibus, ſed à Perſis quoque & Macedonibus, & Ægyptiis, Romaniſque ſæpe captos, & hucuſque ſeruire. Omnia igitur ad aduentum referenda ſunt Saluatoris: quæ noſtro & fidei tempore videmus expleta, & electio (iuxta Apoſtolum) [c] reliquiarum ſalua facta eſt. Et qui in Chriſto habitant confidenter, datum eſt illis cor vnum, iuxta illud quod ſcriptum D eſt: [d] *Multitudinis autem credentium erat cor vnum & anima vna. Et viam*, inquit, *vnam*, illum qui dicit: [e] *Ego ſum via, veritas, & vita. Vt timeant me vniuerſis diebus*, [f] *Principium enim ſapientiæ, timor Domini. Vniuerſis* ait *diebus*: Quod ſi Iudæis non competit, de noſtro populo accipiendum eſt: cui & bene fuit, & eſt, & erit, non ſolùm, ipſis, *ſed & filiis eorum poſt eos*. Nobiſcum enim pactum pepigit ſempiternum, nec deſinet nobis vltra benefacere. Quodque ſequitur: *Et timorem meum dabo in corde eorum, vt non recedant à me.* Sic liberum donat arbitrium, vt tamen ipſe timor qui tribui- E tur, gratiâ permaneat largitoris. Cúmque inquit, eis benefecero, lætabor. Gaudet quippe quia videt creaturam ſuam eſſe ſaluatam. Vnde [g] & *gaudium Angelorum eſt in cælis ſuper vno peccatore pœnitentiam agente. Et plantabo*, inquit, *eos in terra iſta in veritate*: ſiue (vt Sept. tranſtulerunt) *in fide*, vt propriè ſignificet populum Chriſtianum, cuius religio fides eſt. *In toto corde meo, & in tota anima mea*: Si Domini verba ſunt Saluatoris, rectè cor & anima eius creditur, qui dicit in Euãgelio: [h] *Poteſtatem habeo ponendi animam meam, & poteſtatem habeo iterum ſumendi illam*, Sin autem ex per- F ſona Dei patris accipimus: ſecundùm illud intelligendum eſt: [i] *Neomenias veſtras & ſabbata, & dies feſtos odit anima mea.*

35 (*Quia hæc dicit Dominus: Sicut adduxi*, &c.) Hæc iuxta literam, licet in typo præceſſerint poſt reditum de Chaldæis, quando ad Cyri Regis imperium reuerſus eſt populus in Iudæam: tamen ſpiritualiter in Chriſto & Apoſtolis veriùs pleniúſque complentur. Tunc & homines, & iumenta reducti ſunt in Eccleſiam: iuxta illud quod

a 1. Ezdr. 3. 5.
b 2. Ezdr. 3.
Ad Aduentũ Christi datũ fidelibus vt perpetuò confidenter habitent, inito cũ eis pacto ſempiterno.
c Rom. 9. 27.
Chriſtianis datum cor vnum, & via vna Chriſtus cum eius timore.
d Act. 4. 32.
e Ioan. 14. 6.
f Prou. 1. 7.
Timor Dei quo modo perpetuus ex Dei gratia datus ſaluo libero arbitrio.
g Luc. 15. 7.
Chriſtianorũ Religio fides.
h Ioan. 10. 18.
i Iſai. 1. 13.
Ad Aduentũ Chriſti quanta Eccleſiæ fidelibus collata ſint.

a Psal.35.7. quod scriptum est: [a] *Homines & iumenta saluos facies Domine*, rationales quosque & simplices. Tunc agri empti sunt pecuniâ, [b] vt faceremus nobis amicos de iniquo Mammona qui nos reciperent in æterna tabernacula. Et scripti in libro, haud dubium quin viuentium: & impressum est signum vexilli dominicæ crucis atque victoriæ, & testes adhibiti sunt Martyres, & omnis Sanctorum chorus. *In terra Benjamin*, vbi est Domini fortitudo, *& in circuitu Ierusalem*, in qua est visio pacis, & æterna securitas, *in ciuitatibus Iuda*, in quibus est Christi vera confessio, *Et in ciuitatibus montanis*, de quibus vna est, de qua dicitur. [c] *Non potest ciuitas abscondi in monte posita. Et in ciuitatibus campestribus*, quæ Hebraicè appellantur שפלה *sciephela*, vt de profundis atque depressis, per camporum æqualitatem ad summa gradiamur. *Et ciuitatibus quæ ad Austrum sunt*: quod *Nageb* Sept. transtulerunt, vbi est meridies & plena lux veritatis. Cùm autem hæc omnia facta fuerint, implebitur quod scriptum est: *Conuertam captiuitatem eorum, ait Dominus*: de quo scriptum est: [d] *Ascendent in altum captiuam duxit captiuitatem. Accepit*, siue (vt Apostolus ait) [e] *dedit dona hominibus.*

b Luc.16.9. c Matt.5.14. d Psal.67.19. e Ephes.4.8.

36 Theodorit. Theodoritus. Propterea inquit tradidi vrbem hanc in famem, pestem, stragem, & seruitutem. Mancipatos nihilominus, post præfinitum tempus, participes libertatis efficiam, & reducam in terram paternam: eosque pristinâ prouidentiâ dignos habebo. Istud autem, *Et dabo eis cor aliud, & viam aliam: vt timeant me omnibus diebus*: ita intelligi debet, Nimirum per castigationes, & eas subsequentes liberationes cognoscent, me esse solum Deum, & errore pristino liberabuntur. *Et inibo cum eis fœdus sempiternum: quod non auertam post eos.* Adepti fuissent hanc pollicitationem, si voluissent: ipsi verò defecerunt, & gratiâ priuati sunt. Cùm hæc & his similia copiose dixisset, subdidit, *Et possidebuntur agri in terra, quam tu dicis desertam fore gentibus & iumentis, & tradendam in manus Chaldæorum: & comparabunt argento agros, qui describentur in libro sigillis obsignando.* Respondit ista ad interrogationem Prophetæ: docens, ideo præcepisse ei, vt agrum emeret, quo veritatem prophetiæ rebus ipsis demonstraret. *Ement enim agros*, inquit, *in terra Benjamin, & in circuitu Ierusalem, & in ciuitatibus Iuda, & in vrbibus montanis, & in oppidis Sephila, & in vrbibus Nageth.* Vocat Sephila, campestrem regionem: Nageth, meridionalem.

Cor aliud, & via alia datur nobis à Deo cùm ad ipsum à peccato conuertimur. Iudæi compotes fuissent, & essent promissi fœderis sempiterni cum Deo, si voluissent, & vellent.

37 D.Thom. D.Thomas. Promittit misericordiam. Et primò tangit desperationem. (*Et nunc propter ista:*) quia quantùm ad omnia potens sum: sicut potenter puniui: ita potenter liberabo. (*Dicitis*) desperando. (*quod tradatur.*) supra 15. [f] *Qui ad gladium ad gladium: & qui ad famem ad famem: & qui ad captiuitatem ad captiuitatem.* Secundò ponit promissionem. (*Ecce ego.*) Et primò promittit reuocationem (*congregabo.*) Ezech. 36. [g] *Tollam quippe vos de gentibus & congregabo vos de vniuersis terris: & adducam vos in terram vestram*: Et promittit reuocatis securitatem. (*Et habitare*) supra 33. [h] *In diebus illis saluabitur Iuda: & Israel habitabit confidenter.*

f Iere.15.2. g Ezech.36.24. h Ier.23.16.

(Secundò promittit reuersis prosperitatem. Et primò quantùm ad bona spiritualia. Secundò quantùm ad temporalia. ibi (*Et plantabo*, &c.) Circa primum tria. Primò promittit sanctitatem scilicet obedientiam ad Deum. (*Et erunt mihi.*) Apo. 21. [i] *Ipsi populus eius erunt, & ipse Deus cum eis erit* A *eorum Deus.* Et concordia ad proximum. (*Et dabo.*) Act. 4. [k] *Multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna.* Secundò sanctitatis firmitatem. (*Et feriam eis, & non desinam,*) quantùm ad fructum sanctitatis quem tetigerat (*timorem*) quantùm ad sanctitatis donum. Isai. 55. [l] *Feriam vobiscum pactum sempiternum: misericordias Dauid fideles.* Tertiò sanctitatis acceptationem. (*Et latabor*) id est acceptabo bona eorum. Psalmus, [m] *Lætabitur Dominus in operibus suis.*

Bona spiritualia promissa à Deo ante terrena, quæue ea sint.

i Apoc.21.3. k Act.4.32. l Isai.55.3. m Psal.103.31.

(*Et plantabo eos*, &c.) Hîc promittit bona temporalia. B Et primò firmam patriæ habitationem. (*Et plantabo*) vt non facilè euellantur. (*in veritate*) sine simulatione (*corde*) quantùm ad cognitionem, (*animam*) quantùm ad voluntatem. supra 24. [n] *Ædificabo eos & non destruam: plantabo eos, & non euellam.* Et confirmat per similitudinem. (*Quia hæc dicit Dominus: sicut adduxi.*) Baruch. 4. [o] *Qui adduxit super vos mala: ipse vos eripiet de manibus inimicorum vestrorum.* Secundò promittit liberam rerum possessionem: ponens possessionis plenitudinem. (*Et possidebuntur agri.*) Isai. 34. [p] *Vsque in æternum possidebunt eam: in generatione & generatione habitabunt in ea.* Secundò contractuum libertatem. C (*Agri ementur pecuniâ.*) (Psalmus, [q] *In conuertendo Dominus captiuitatem Sion facti sumus sicut consolati.*

n Iere.24.6. o Baruch.4.18. p Isai.34.17. q Psal.125.1.

38 August. Circa vers. 40. Augustinus lib. 4. contra duas epistolas Pelagianorum ad Bonifacium cap.6. inter alia Sacræ Scripturæ loca, quæ congerit aduersùs Pelagianos, præuenientem Dei gratiam repellentes, liberoque arbitrio adscribentes quod diuinæ est gratiæ, ita & hanc affert sententiam. Non audiunt quod per Ieremiam dicit Dominus. *Et timorem meum dabo in cor eorum, vt à me non recedant, & visitabo eos, vt bonos eos faciam.* (Nota D hanc lectionem.

Gratia Dei est, vt Deum ipsum timeamus, bonique simus.

Declarat autem idem Augustinus quid sibi Deus in primis velit verbis i libro enim 2. de bono perseuerantiæ cap.2. Tom.7. ista habet. Hanc autem (perseuerantiam) promisit Deus, dicens, *Timorem dabo in cor eorum, vt à me non recedant.* Quod quid est aliud, quàm talis, ac tantus erit timor meus, quem dabo in cor eorum, vt mihi perseueranter adhæreant.

Perseuerantia in bono est à Deo.

39 Prosp.Aquit. Prosper Aquitanius epistolâ ad Demetriadem, quæ inter epistolas Ambrosij reperitur lib. 10. epistolâ 84. post dimidium. Proinde quia manifestissimè & prophetica, & Euangelica, & Apo- E stolica doctrina nec superbos nos vult esse, nec desides: cooperatores nos esse oportet gratiæ Dei, vt illam excitantem, iuuantem, locupletantem, & quotidie prouehentem vigilanter, & sobriè subsequamur, nunquam cessantes ab actione gratiarum, quia inter secunda vitæ istius, & aduersa, quibus geminâ semper tentatione pulsamur, si proficimus, inde alimur: si stamus inde subsistimus: si recidimus, inde reparamur. Dicit enim spiritus per Prophetam Dauid: [r] *A Domino gressus hominis dirigentur, & viam eius volet.* [s] F *Cùm ceciderit, non collidetur: quia Dominus supponit manum suam.* Non itaque frustra præcipitur vt boni simus, cùm dicitur, [t] *Declina à malo, & fac bonum.* Sec nec frustra per Ieremiam dicit Dominus: [u] *Timorem meum dabo in cor eorum, & visitabo eos, vt bonos eos faciam.* Nec superflua erat præceptio Pauli Apostoli ad Romanos dicentis: [x] *Noli vinci à malo, sed vince in bono malum.* Cùm Corinthiis dicat. [y] *Oramus autem ad Deum vt nihil mali faciatis.* In omnibus enim monitis Dei atque mandatis vna eademque ratio est & diui-

Gratia Dei vt cooperatores simus enitendum.

Gratiâ Dei alimur, subsistimus, & reparamur.

r Psal.36.23. s Ibid.36.24. t Psal.36.27. u Ier.32.40. x Rom.12.21. y 2.Cor.13.7.

Præceptorum Monitorumq; Dei omnium eadem ratio diuinæ gratiæ, & humanæ obedientiæ.

næ

næ gratiæ, & humanæ obedientiæ. Nec ob aliud vnquam datur præceptum, niſi vt quæratur præcipientes auxilium. Voces enim docentium, & literæ paginarum quæ ad eruditionem audientium vel legentium Deo ſeruiunt, non carent eius virtute, cui ſeruiunt: & quando id quod iubetur, ab obediente perficitur, tunc effectus diuini operis declaratur.

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Καὶ νῦν οὕτως.]

Τοῦ χρυσοστόμου.] ἐγὼ παραδώσω, καὶ ἀνοίσω αὐτούς. καὶ βίον θαυμαστὸν ἐπιδείκνυται αὐτοῖς, καὶ καρδίαν θεοφιλῆ, ὅπερ ἀεὶ λέγει καὶ διαθήκην αἰώνιον. ταῦτα τέλος εἴληφεν. εἰ δὲ οὐκ ἔλαβε, πότε ἔσται, εἰπέ μοι.

[Ἰδοὺ ἐγὼ συν.]

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] κατὰ τὰς προῤῥήσεις φησὶν, ἅπαντα τούτοις ἐκβήσεται. γνῶθι δὲ καὶ τῆς εἰκόνος τοῦ ἀγροῦ τὴν ἀλήθειαν. ἀνακαλέσομαι γὰρ αὐτοὺς, ὅθεν ἐξέπεσαν. εἰ δὲ καὶ καθόλου νῦν λέγει, ἀλλ' οὖν δηλοῖ τὸ κατάλοιπον τοῦ ἰσραήλ. προέφη γὰρ ἤδη καὶ ὁ παρὼν προφήτης; εἴπατε, ὅτι ἔσωσε κύριος τὸν λαὸν αὐτοῦ, τὸ κατάλοιπον τοῦ ἰσραήλ. οὕτω καὶ ἡσαΐας λέγει. καὶ ἔσονται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, οὐκέτι προστεθήσεται τὸ καταλειφθὲν ἰσραὴλ, καὶ οἱ σωθέντες τοῦ Ἰακὼβ, καὶ τὰ ἑξῆς. ὁ δὲ ἀπαθὴς θεὸς ὀργὴν καὶ θυμὸν προσποιεῖται, καταπλήττων τοὺς ἀσεβεῖς, εἴπως μετανοήσουσιν. ἀνακληθέντες δὲ ἦσαν, μείναντες ἕως οὗ ἀνίατα ἐπλημμέλησαν, σταυρῷ τὸν ἑαυτῶν παραδεδωκότες σωτῆρα χριστὸν, μετὰ γὰρ τὴν ἐπάνοδον εἰδωλολατρεῦντες οὐ φαίνονται, ἀλλ' οὐδὲ ἥλωσαν πρὸ τῆς εἰς χριστὸν ἀσεβείας.

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐπαγγέλλεται θεὸς ἐπανάγειν ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας τοὺς υἱοὺς ἰσραήλ. ὁμοῦ δὲ καὶ προλέγει τὴν χριστοῦ παρουσίαν, καὶ τὴν τοῦ πνεύματος χάριν.

[Καὶ ἔσονταί μοι εἰς.]

Ὀλυμπιοδώρου.] τοῦτο κοινὸν περὶ πάντων πιστῶν.

[Καὶ δώσω αὐτοῖς ὁδόν.]

Ὀλυμπιοδώρου.] τὴν κυρίου παρουσίαν. αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ ὁδός.

[Καὶ καρδίαν ἑ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] τὴν τοῦ πνεύματος χάριν.

Τοῦ αὐτοῦ.] πάλιν φησὶν πρὸς αὐτὸν ἐπειδὴ δύσπιστος ὁ λόγος ἦν.

[Καὶ διαθήσομαι.]

Ὀλυμπιοδώρου.] τὴν περὶ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως.

Τοῦ αὐτοῦ.] ἥτις οὐκ ἀλλοιωθήσεται.

[Οὐ μὴ ἀποστρέψ.]

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] ἐν πάσῃ καρδίᾳ μου λέγων, ὁ ἀμερὴς καὶ ἀσώματος θεὸς, τὸ ἀψευδὲς τῆς ἐπαγγελίας παρίστησι. γῆ δὲ ἡμῶν, ἐξ ἧς ἐν Ἀδὰμ πεπτώκαμεν, πρὸς ἣν ἐπανάγει χριστὸς, πίστει νῦν ἡμᾶς ἐν ταύτῃ καταφυτεύων.

Βικτο

Verſ. 36. Et nunc ſic dixit Dominus, &c.)

Chryſoſtomi.] *Ego tradam, & ego eos reducam. Et admirabilia vitæ inſtituta illis oſtendit, & cor Dei amans, quod ſemper inculcat, & teſtamentum ſempiternum. Hæc finem nacta ſunt. Sin minùs, quando erunt, quæſo?*

Chryſoſt. *Promiſſiones Iudæis à Deo factæ de æternis bonis verificata in Chriſti fidelibus.*

Verſ. 37. (*Ecce ego congregabo eos ex vniuerſa terra, &c.*)

Incerti.] *Secundùm prædictiones, ait, omnia illis euenient. Intellige verò & agri imaginis veritatem, reuocabo enim eos ad locum, ex quo exciderant. Et ſi verò generaliter nunc loquitur, ſignificat tamen reliquias Iſrael. Nam & iſte Propheta prædixerat;* [a] Dicite quoniam ſaluum fecit Dominus populum ſuum, reliquum Iſrael, *ſic & Iſaias.* [b] Et erunt in die illa, nondum adiungitur reſiduum Iſrael, & qui ſaluati ſunt Iacob, & quæ ſequuntur. *At impaſſibilis Deus iram furorémque præ ſe fert, timorem impiis incutiens, ſi fortè pænitentiam agant. Vocati verò fuerunt, & permanſerunt donec inexpiabile peccatum admiſerunt, Cruci ſuum Saluatorem Chriſtum ſuffigentes. Namque poſt reditum non videntur lapſi in Idololatriam, ſed nec traditi ſunt in captiuitatem ante impium ſcelus in Chriſtum.*

Incertus. *Iudæorum reliquiis ad Chriſti fidem conuertendis facta pollicitationes bonorum.* a Iere 31.7. b Iſai. 10.20. *Iudæis ob peccatum crucifixionis Chriſti captiuitas, quæque illam comitantur mala euenère.*

Olympiodori] *Promittit Deus ſe reducturum à captiuitate filios Iſrael: ſimul autem prædicit & Chriſti aduentum, & Spiritus Sancti gratiam.*

Olympiod. *Aduentus Chriſti à Deo promiſſus.*

Verſ. 38. (*Et erunt mihi in populum*, &c.)

Olympiodori.] *Commune hoc eſt omnibus fidelibus.*

Olympiod.

Verſ. 39. (*Et dabo eis viam aliam*, &c.)

Olympiodori.] *Domini præſentiam ipſe enim eſt via.*

Olympiod. *Viam dat animæ Deus præſentia ſua.*

(*Et cor aliud.*)

Olympiodori.] *Spiritus Sancti gratiam.*

Olympiod.

Eiuſdem.] *Iterum hæc dicit ad ipſum; difficilis quippe creditu videbatur ſermo.*

Olympiod.

Verſ. 40. (*Et diſponam eis teſtamentum æternum.*)

Olympiodori.] *De reſurrectione è mortuis.*

Eiuſdem.] *Quod non commutabitur.*

Olympiod. *Olympiod.*

(*Quod non auertam à poſt eos.*)

Incerti.] *In toto corde meo, dicens qui partibilis non eſt, & incorporeus Deus, certitudinem promiſſionis oſtendit. Terra autem noſtra eſt, è qua in Adam excidimus, ad quam Chriſtus reducit, fide modo nos in ea plantans.*

Incertus. *Terra noſtra cæleſtis Patria.*

Verſ. 44. (*Et poſſidebuntur agri*, &c.)

Victo

Βίκτωρος.] Βιβλίον συντάσσειν παρακελεύεται θεός, καὶ ταῖς ἀπὸ τῶν γραφῶν μαρτυρίαις ἐπισφραγίζειν, ἡ δὲ τοιαύτη γῆ, τοῦ Βενιαμὶν ἐστι, τοῦ υἱοῦ τῆς δεξιᾶς. ἤτοι παρακλήσεως, ἢ καὶ ἡμερῶν υἱοῦ, οἷός ἐστιν ὁ θέλων ἡμέρας ἰδεῖν ἀγαθὰς, κατὰ τὸν μέγαν Δαβίδ, ἐν πόλεσι δέ φησιν ἰούδα, τουτέστι τῶν ἐξομολογουμένων ἐν τοῖς ὁμαλοῖς, ὁμαλὴ γὰρ τὸ, σεθηλά, ἑρμηνεύεται· καὶ μηδὲν τραχὺ φέρουσιν ἐκ τῆς ἁμαρτίας. ἡ ἐν τοῖς ὀρεινοῖς καὶ δόγμασιν ὑψηλοῖς, ἡ κύκλῳ ἱερουσαλὴμ, τῆς ὁράσεως τῆς εἰρήνης. καὶ ἐν πόλεσι ναγὲκ, ταῖς ἀντικειμέναις τοῦ Βορρᾶ, σκληρῷ ἀνέμῳ, καὶ ὑπὸ τῆς μεσημβρίας φωτιζομέναις τε καὶ θερμαινομέναις: ναγὲκ γὰρ ὁ νότος, περὶ οὗ φησιν ἡ νύμφη, ἐξεγέρθητι Βορρᾶ, καὶ ἔρχου νότε, καὶ διάπνευσον κῆπόν μου.

Victor. Ecclesiæ terra qualis sit.

Victoris.] *Librum scribi, testésque adhiberi & obsignari mandat Deus huiusmodi verò terra, Benjamin est filij dextræ, siue consolationis, vel dierum filij; qualis est qui* [a] dies bonos videre diligit, *iuxta magnum Dauid. In ciuitatibus autem, ait, Iuda, hoc est confitentium in planis; plana etenim Sethela interpretatur, nihilque asperum ex peccato ferentibus. Quæ verò in montanis, excelsisque dogmatibus, est in circuitu Ierusalem, visionis pacis, & in ciuitatibus Nagec oppositis Aquiloni, vento aspero, & à meridie illustratis, calefactisque: Nagec verò Auster, de quo ait sponsa;* [b] exurge Aquilo, & veni Auster, & persla *hortulum meum.*

[a] Psal. 33. 13.
[b] Cant. 4. 16.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ. 32.

* Μηνύσας τοῦ λαοῦ τὴν ἄνοδον, πρὸς πληροφορίαν τῶν λεχθέντων, προστάττει τῷ προφήτῃ ἐγκεκλεισμένῳ ἐπὶ τῆς τοῦ βασιλέως φυλακῆς τὸν τοῦ θείου ἀγρὸν, τουτέστι, τοῦ Ἀνανιὴλ πρίασθαι, καὶ τοῦτο ποιήσας, καὶ τὰ γράμματα συντελέσας, καὶ τὴν νομὴν τοῦ ἀγροῦ δεξάμενος, προσέταξε τῷ Βαροὺχ ἐν ὀστρακίνῳ σκεύει καταθέσθαι τὸ βιβλίον. μήνυμα τοῦ αὖθις τὴν γῆν ἐν ἀπολαύσει τοῦ λαοῦ ἔσεσθαι. τοῦ δὲ Βαροὺχ περιεστῶτος τὴν πόλιν, δέκατον γὰρ ἦν ἔτος τῆς βασιλείας Σεδεκίου, ἐν ᾧπερ ἀνελθὼν ὁ Βαβυλώνιος ἐπολιόρκει τὴν Ἱερουσαλὴμ ἱκετεύει τὸν θεὸν θαυμάζων ἐπὶ τῷ γινομένῳ ἢ πῶς προσέταξε τὸν ἀγρὸν λαβεῖν, εἴπερ τὴν πάλιν προδίδωσι, καὶ ὥσπερ εἰς τινὰ ἀμφιβολίαν κατέστη ἐπὶ τοῖς λεχθεῖσι. λέγει τοίνυν ἀκολούθως, ὡς τοῦ θεοῦ πρὸς αὐτὸν ἀποκρινομένου.

* Καὶ ἐγένετο λόγος κυρίου πρός με λέγων. ἐγὼ κύριος ὁ θεὸς πάσης σαρκὸς, μὴ ἀπ᾽ ἐμοῦ κρυβήσεται πᾶς λόγος.] εἶτα προλέγει τῆς πόλεως τὴν ἅλωσιν, καὶ τὴν ἀνάκλησιν ἐπάγει. τοῦτο λέγων πρὸς τὸν προφήτην, ὅτι μάτην εἰς ἀνίαν κατέστης πριάμενος τὸν ἀγρόν. ἀκριβῶς γὰρ τὰ μετὰ ταῦτα ἐσόμενα εἰδὼς, τὴν ἀνάκλησιν ὑπεσχόμην. σημεῖον δὲ ἔστω σοι τῆς ἀκριβείας τοῦ μέλλοντος τὰ παρόντα αὐτοῖς. ὡς γὰρ νῦν ἔφην ἁλώσεσθαι τὴν πόλιν, καὶ γέγονε ταῦτα. οὕτως μηνύω καὶ τὴν ἀνάκλησιν, καὶ τελέσω τὴν ὑπόσχεσιν.

* Καὶ κτήσονται ἀγροὺς ἐν ἀργυρίῳ, καὶ γράψεται ἐν βιβλίῳ, καὶ σφραγισθήσεται, καὶ διαμαρτυρεῖται μαρτυρίας ἐν τῇ Βενιαμὶν, καὶ κύκλωθεν Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἐν πόλεσιν ἰούδα, καὶ ἐν πόλεσι τοῦ ὄρους, καὶ ἐν πόλεσι τῆς σεφιλᾶ, καὶ ἐν πόλεσι τῆς νογὲβ, ὅτι ἀποστρέψω τὰς ἀποικίας αὐτῶν φησὶ κύριος. ὃν γὰρ τρόπον ἐκτήσω σὺ νῦν ἀσφάλειαν τῇ τῆς νομῆς παραδόσει ποιησάμενος, οὕτως ἔσται καὶ μετὰ τὴν ἐπάνοδον. τὸ δὲ ἐν πόλεσι τῆς νογὲβ ἀποκλείσματος τὸν τόπον ἐμήνυσε. τουτέστιν, ἐν ταῖς πόλεσι ταῖς πρὸς νότον, ἵνα εἴπῃ, πανταχοῦ τῆς γῆς τῆς ἐπαγγελίας.

CAPVT XXXII.

Cap. 32. Chrysost. Vers. 6.

* Vers. 6. Cvm populi regressum significasset, ad plenam dictorum comprobationem præcipit Prophetæ in regio carcere occluso, vt patrui agrum, Ananiel scilicet emat; quo peracto, & scripturis confectis, atque possessione receptâ iussit Baruch, vt poneret librum in vase testaceo, in signum nempe, quòd populus iterum illâ potiturus esset terrâ. Verùm cùm Baruch ciuitatem circuiret, Decimus enim erat annus regni Sedeciæ, quo Babylonius irrumpens, Ierusalem obsidebat, Deum exorat, de re gesta obstupescens, vel quâ ratione agrum emi iusserit, si ciuitatem esset traditurus, & quasi dubius colloquitur de rebus dictis: continuat itaque orationem, ac si Deus ipsi respōderet.

Chrysost. Vers. 26.

* Vers. 26. *Et factum est verbum Domini ad me, dicens, Ego Dominus Deus vniuersæ carnis, nunquid à me abscondetur omne verbum?* Prædicit postea ciuitatis excidium, & reuocationem subdit, hoc Prophetæ insinuans frustra eum in mœrorem delapsum, quòd agrum emisset. Etenim cùm exactissimè nossem quæ post hæc futura essent, reuocationem pollicitus sum, & certum tibi rerum futurarum signum esse poterūt res præsentes. Dixi namque ciuitatem expilandam, & expilata est. Sic & reuocationem annuncio, quodque polliceor, re ipsâ præstabo.

Chrysost. Vers. 44.

* Vers. 44. *Et possidebit agros in argento, & scribet in libro, & obsignabit, & contestabitur testimonia in Benjamin, & in ciuitatibus Iuda, & in ciuitatibus montis, & in ciuitatibus Sephila, & in ciuitatibus Nogeb, quia redire faciam transmigrationes eorum, ait Dominus.* Quâ enim ratione, possessionis securitatem obtinuisti, iuridicâ traditione eā stabiliens, eadem erit, & post reditum. Illud verò *in Ciuitatibus Nogeb*, carceris locū indicaui, hoc est in ciuitatibus, quæ ad Austrum vergunt, ac si diceret, vbicúnque in terra promissionis.

Caput 33. à verſ. 1. vſque ad 14. Sectio Prima.

TEXTVS VVLGATÆ.

1 ET factum eſt verbum Domini ad Ieremiam ſecundò, cùm adhuc clauſus eſſet in atrio carceris, dicens.

2 Hæc dicit Dominus qui facturus eſt, & formaturus illud, & paraturus, Dominus nomen eius.

3 Clama ad me, & exaudiam te: & annunciabo tibi gaudia, & firma quæ neſcis.

4 Quia hæc dicit Dominus Deus Iſrael ad domos vrbis huius, & ad domos Regis Iuda, quæ deſtructæ ſunt, & ad munitiones, & ad gladium.

5 Venientium vt dimicent cum Chaldæis, & impleant eas cadaueribus hominum, quos percuſſi in furore meo, & in indignatione mea, abſcondens faciem meam à ciuitate hac propter omnem malitiam eorum.

6 Ecce ego obducam eis cicatricem & ſanitatem, & curabo eos: & reuelabo illis deprecationem pacis & veritatis.

7 Et conuertam conuerſionem Iuda, & conuerſionem Ieruſalem: & ædificabo eos ſicut à Principio.

8 Et emundabo illos ab omni iniquitate ſua, in qua peccauerunt mihi: & propitius ero cunctis iniquitatibus eorum, in quibus deliquerunt mihi, & ſpreuerunt me.

9 Et erit mihi nomen, & in gaudium, & in laudem, & in exultationem cunctis gentibus terræ, quæ audierint omnia bona, quæ ego facturus ſum eis: & pauebunt, & turbabuntur in vniuerſis bonis, & in omni pace, quam ego faciam eis.

10 Hæc dicit Dominus: Adhuc audietur in loco iſto (quem vos dicitis eſſe deſertum, eò quòd non ſit homo nec iumentum; in ciuitatibus Iuda, & foris Ieruſalem, quæ deſolatæ ſunt abſque homine, & abſque habitatore, & abſque pecore.)

11 Vox gaudij & vox lætitiæ, vox ſponſi, & vox ſponſæ, vox dicentium: Confitemini Domino exercituum, quoniam bonus Dominus, quoniam in æternum miſericordia eius: & portantium vota in domum Domini: reducam enim conuerſionem terræ ſicut à principio, dicit Dominus.

12 Hæc dicit Dominus exercituum: Adhuc erit in loco iſto deſerto abſque homine, & abſque iumento, & in cunctis ciuitatibus eius habitaculum paſtorum accubantium gregum.

13 In ciuitatibus montuoſis, & in ciuitatibus campeſtribus, & in ciuitatibus quæ ad Auſtrum ſunt: & in terra Benjamin, & in circuitu Ieruſalem, & in ciuitatibus Iuda adhuc tranſibunt greges ad manum numerantis, ait Dominus.

A TEXTVS SEPTVAGINTA.

1 ET factum eſt verbum Domini ad Ieremiam ſecundò (& ipſe erat adhuc ligatus in atrio carceris) dicens.

2 Sic dixit Dominus faciens terram, & formans eam, ad erigendam eam; Dominus nomen illi.

3 Clama ad me, & reſpondebo tibi: & annunciabo tibi magna, & fortia, quæ non noſti ea.

4 Quia ſic dixit Dominus de domibus vrbis huius, & de domibus Regis Iuda, quæ deſtructæ ſunt in valla, & propugnacula.

B *5 Ad pugnandum aduerſus Chaldæos, & implendam eam cadaueribus hominum, quos percuſſi in ira mea, & in furore meo: & auerti faciem meam ab eis pro omnibus malitiis eorum.*

6 Ecce ego adduco ei cicatricem, & ſanitatem: & demonſtrabo eis, & curabo eam, & faciam etiam pacem, & fidem.

7 Et reducam tranſmigrationem Iuda, & tranſmigrationem Iſrael: & ædificabo eos, ſicut & antea.

8 Et mundabo eos ab omnibus iniquitatibus eo- C *rum, quibus peccauerunt mihi, & non recordabor peccatorum eorum, quibus peccauerunt mihi, & receſſerunt à me.*

9 Et erit in lætitiam, & laudem, & in magnificentiam omni populo terræ, qui quidem audient omnia bona, quæ ego faciam: & timebunt, & inamareſcent pro omnibus bonis, & pro omni pace, quam ego faciam eis.

10 Sic dixit Dominus. Adhuc audietur in loco iſto, de quo vos dicitis (deſertus eſt ab hominibus, & iumentis in ciuitatibus Iuda, & foris Ieruſalem, quæ deſolatæ ſunt, eò quòd non ſit homo, & pecus.) D

11 Vox lætitiæ, & vox gaudij, vox ſponſi, & vox ſponſæ, vox dicentium: Confitemini Domino omnipotenti; quoniam bonus eſt Dominus; quia in ſæculum miſericordia eius. Et inferent dona in domum Domini: quia reducam omnem tranſmigrationem terræ illius iuxta id, quod antea dixit Dominus.

12 Sic dixit Dominus virtutum: Adhuc erunt in loco hoc deſerto, eò quòd non ſit homo, & pecus, in omnibus ciuitatibus eius habitacula paſtorum accubare facientium oues.

13 In ciuitatibus montanæ, & in ciuitatibus Se- E *phela, & in ciuitatibus Nageb, & in terra Benjamin, & in iis, quæ in circuitu Ieruſalem, & in ciuitatibus Iuda. Adhuc tranſibunt oues ad manum numerantis, ait Dominus.*

PARAPHRASIS CHALDAICA.

1 ET factum eſt verbum prophetiæ ad Ieremiam à facie Domini ſecundò; & ipſe erat adhuc clauſus in atrio domus vinctorum; dicendo.

2 Hæc dicit Dominus, qui fecit illud, Dominus qui creauit, vt pareret illud: Dominus nomen eius.

3 Ora coram me, & ſuſcipiam orationem tuam, & annunciabo tibi grandia, & reſeruata quæ neſcis.

F *4 Quia hæc dicit Dominus Deus Iſrael, ſuper domos vrbis huius, & ſuper domos Regum domus Iuda, quas diruerunt, & congerunt aggeres ad muniendum murum à facie eorum qui occidunt gladio.*

5 Veniebant ad dimicandum cum Chaldæis, & ad implendas eas cadaueribus filiorum hominum, quos percuſſi in ira mea, & in furore meo, & propter quos abſtuli maieſtatem meam de ciuitate iſta,

ista, propter omnem malitiam eorum.

6 *Ecce ego adducam super eos medicinam, & salutem, & sanabo eos; & reuelabo eis portam pœnitentiæ, & significabo eis quomodo ambulent in via pacis, & veritatis.*

7 *Et reducam transmigrationem Iuda, & transmigrationem Israelis, & sustinebo eos sicut in principio.*

8 *Et mundabo eos ab omnibus peccatis suis, quibus peccauerunt coram me, ac remittam omnia peccata eorum, quæ admiserunt coram me, & quibus præuaricati sunt in Verbum meum.*

9 *Et erunt coram me in nomen lætitiæ, in laudem & in gloriam omnibus populis terræ, qui audierint omnia bona quæ ego facturus sum eis; & contremiscent, & timebunt super omnia bona, & super omnem pacem quam ego faciam eis.*

10 *Hæc dicit Dominus: Adhuc audietur in loco isto de quo vos dicitis, Desertus est, absque homine, & iumento, in oppidis domus Iuda, & in plateis Ierusalem vastis absque homine, & absque habitatore & absque pecore.*

11 *Vox gaudij, & vox lætitiæ, vox sponsorum, & vox sponsarum, vox dicentium, Confitemini coram Domino exercituum; quoniam bonus est Dominus, quia in æternum benignitas eius: & offerentium sacrificium confessionis in domo sanctuarij Domini. Quia reducam captiuitatem terræ sicut in principio, dicit Dominus.*

12 *Hæc dicit Dominus: Adhuc audietur in loco isto, qui desertus est, absque homine, & absque iumento, & in omnibus vrbibus eorum, habitacula domus mansionis pastorum, & caulæ ouium.*

13 *In ciuitatibus montanis, & in ciuitatibus campestribus, & in ciuitatibus Austri, & in terra tribus Benjamin, & in circuitibus Ierusalem, & in ciuitatibus domus Iuda, adhuc discet populus per manum Messiæ; dicit Dominus.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

1

QVia ab hoc capite destituimur Hieronymi Commentariis super Ieremiam, vt continuata nostra hæc sit Catena vsque ad finem, sicut & altera est Catena Græca, Hieronymi loco reddam quæ Rabanus Maurus, vnà cum Theodorito, & D. Thoma.

Theodorit.

Theodoritus ergo more suo simplicem & eorum quæ hîc dicuntur hisce prosequitur seriem historialem. Aliam rursus videt postea reuelationem Propheta, manens adhuc in carcere. (*Et ait ad eum Dominus, Clama ad me, & ego exaudiam te. Et annuntiabo tibi grandia, & firma, quæ nescis.*) Et postquam ostendit obsidionem, prædicit etiam liberationem. (*Ecce enim ego obducam ipsi cicatricem, etiam sanitatem, & curabo eos.*) τὴν συνούλωσιν, id est, cicatricis obductionem, vocat, τὴν τελείαν, id est, perfectam sanitatem. Tum docet, quo pacto gentes reditum intuentes, laudibus extollent liberationis administrum: & qui rectè probéque viuunt, admirabuntur: qui verò nequitiam amplectuntur, acerbè ferent, dum videbunt prosperè agere ciuitatem, & festa diuina pro more celebrari.

Cicatricis obductione significata sanitas perfecta.

Ecclesia prosperitate sicut gaudēt iusti, ita mœrent impij.

2

Rabanus.

Rabanus Maurus Ieremiæ adhuc in carcere constituto ibi etiam nunc secundò verbum con-A solationis datur de reditu populi in terram Israel, & restauratione vrbis Ierusalem, atque ædificatione templi: Quod autem dicit: *Clama ad me, & exaudiam te, & annunciabo tibi grandia, & firma quæ nescis.* Ostendit quod per orationem Prophetarum, & Sanctorum, qui fuerunt in plebe, Dominus placatus sit pro delictis populi: & reuelauerit eis reuersionem illius ad terram suam: Quæ tamen reuersionis gratia adhuc occulta latebat, quia nondum prolata fuerat. Si autem quis quærendum putat: quomodo hîc Dominus ad Prophetam dicat: *Clama ad me, & exaudiam te,* cùm supra B ad eum dixerit: [a] *Tu autem noli orare pro populo, nec assumas pro eis laudem, & orationem, quia non exaudiam te, dicit Dominus:* vt nouerit quòd Dominus imminentem captiuitatem Iudæorum auertere noluerit, sed magis secundùm verbum suum eam complere voluerit: sed cum peccati sui debitam pœnam primum soluerent, postmodùm reuersionem eorum non denegauerit, quam modo promittit se completurum.

Per Prophetarū orationes Iudæis placatus Deus reuelabat eis prospera futura.

Orare pro Iudaico populo quomodo vni Ieremiæ à Domino & præcipiatur, & prohibeatur.

a Iere. 7.16.

3

(*Quia hæc dicit Dominus Deus Israel, ad domos vrbis huius, ad domos Regis Iuda quæ destructæ sunt, & ad munitiones, & ad gladium venientium, vt dimicent cum Chaldæis,* &c.) Hoc prædicit, quòd sicut peccatoribus vindicta, ita & C pœnitentibus præparatur medicina. In locis enim, in quibus per indignationem Domini iacuerant cadauera occisorum prostrata, ibi conuersorum reædificentur tabernacula, & bonorum omnium fiat abundantia, quatenus inde gloriæ nominis Domini vbique prædicetur, & laus, atque lætitia in vniuersis Gentibus oriatur, super omnibus bonis, quæ facturus est Dominus populo suo. Sed licet hæc D quidam ad tempus resolutionis captiuitatis Chaldaicæ referant, meliùs tamen mihi videtur ad Christiana referri tempora: vbi spiritaliter & veraciter Dominus per spiritum suum fidelibus suis vniuersa bona tribuit, veræ scilicet sapientiæ & Sacrarum virtutum, vt omni pace atque concordiâ conuersentur. Vnde ipsa veritas discipulis suis, ait: [b] *Pacem meam relinquo vobis, pacem meam do vobis, non quomodo mundus dat pacem ego do vobis:* Et item: [c] *Ecce, inquit, ego vobiscum sum omnibus diebus vs-* E *que ad consummationem sæculi.* Cæterùm in illa reuersione Iudæorum, de Babylone, finitimæ gentes plurimùm eos infestabant, & prohibuerunt ne templum reædificarent, murosque ciuitatis restaurarent. Postea quoque in Machabæorum temporibus plurima eis bella, & labores accidebant, nec vnquam perfectam pacem & plenam securitatem habere poterant, donec per Romanorum principes de terra sua eiecti, per totum Orbem dispersi sunt.

Pœnitentibus præparat Deus medicinam, sicut peccantibus vindictam.

Per Spiritum Sanctum Ecclesia vnà cū summa pace maxima collata sapiētia, & virtutum bona.

b Ioā. 14.27.

c Matth. 28. 20.

Post Babylonica captiuitatis reditum Iudæis haud præstita pax quā promisit illis Deus.

4

(*Hæc dicit Dominus Deus Israel.*) Ne in desperationem Iudæi propter minas captiuitatis ca- F derent, futura restaurationis bona eis promittit, vt locus qui desertus fuerat propter scelera habitatorum eius, rursus à correctis & emendatis habitetur, & repleatur pecoribus & iumentis. Mysticè autem Ecclesia gentium, quæ deserta fuerat à Domino propter idololatriam, & scelerum immanitatem, rursus per Christi fidem habitatur: & repletur multitudine credentium ex diuersis nationibus. Cui per Isaiam dicitur: [d] *Lætabitur deserta & inuia, & exultabit soli*

Gentium Ecclesiæ instauratio, & insignia per Christi fidem præstita.

d Isai. 35.1.

ſolitudo, & florebit quaſi Lilium: Germinans germinabit, & exultabit lætabunda & laudans: Et iterum: [a] *Lauda*, inquit, *ſterilis quæ non paris, decanta laudem & hymnum quæ non parturiebas: quia multi filij deſertæ, magis quàm eius quæ habebat virum. Ad punctum in modico dereliqui te, & in miſerationibus magnis congregabo.* Ad hanc ergo congregabitur omne pecus Cedar: arietes Nabajot miniſtrabunt illi. Ibi audietur vox gaudij, & vox lætitiæ, cùm Euangelium ibi recitatur: & Alleluia lætabundâ voce in Eccleſiis frequentatur. Ibi auditur vox ſponſi Chriſti, & vox ſponſæ Eccleſiæ: in quorum Epithalamium Salomon deſcripſit Cantica Canticorum. Ibi auditur vox quotidie confitentium Domino, & portantium vota in domum Domini: quoniam reducet Dominus conuerſionem terræ gentium ſicut à principio: vt fiat omnium in credulitate fides vna, & in confeſſione labium vnum. De quo. De quo adhuc ſubditur.

a Iſai. 54. 1.

5 (*Hæc dicit Dominus exercituum*, &c.) Paſtores iſti quorum habitaculum eſt in loco, qui fuit ante deſertus: Apoſtoli ſunt & Euangeliſtæ, atque Doctores noui teſtamenti. Greges verò accubantes in ciuitatibus montuoſis, & in ciuitatibus campeſtribus, & in ciuitatibus quæ ad Auſtrum ſunt, Eccleſiæ ſunt de gentibus congregatæ, quæ in culmine virtutum conſiſtunt, & tamen humilitatis ima non deſerunt: ſed feruore Spiritus Sancti, quem Auſter ventus ſignificat, ſtudium bonæ operationis exercent: & dilectionis iura ſeruando tenent. Quibus aſſociantur greges qui in terra Benjamin, & in circuitu Ieruſalem, & in ciuitatibus Iuda verſantur: quia de illo priore populo multi ſunt, qui ad fidem Chriſti, & ad ouium ſuarum numerum pertinent. De quibus ipſe ait: [b] *Oues meæ vocem meam audiunt, & ego cognoſco eas: & ſequuntur me.* Hi ergo omnes greges tranſibunt ad manum numerantis: quia iuxta diſpoſitionem veri paſtoris, mandata diuina ſeruantes viuunt, quos ipſe in cæleſti regno deſcribit, ſicut eis promiſit dicens: [c] *Gaudete & exultate, quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cælo.* Qualiter autem de Iudæis, & Gentibus, greges ouium Chriſti exiſtant, ipſe teſtatur in Euangelio dicens: [d] *Ego ſum Paſtor bonus, & cognoſco oues meas, & cognoſcunt me meæ. Sicut nouit me pater, & ego agnoſco patrem: & animam meam pono pro ouibus meis: Et alias oues habeo quæ non ſunt ex hoc ouili & illas oportet me adducere, & vocem meam audient: & fiet vnum ouile, & vnus paſtor.*

Paſtorũ metaphorâ promiſſi Eccleſiæ Apoſtoli Euãgeliſtæ, ac Doctores. Gregum metaphorâ promiſſa multa Gentium Eccleſia.

Eccleſia ex multiplici Gentium ac Iudæorũ grege ab vno Paſtore Chriſto directa.

b Ioã. 10. 27.
c Luc. 10. 20.
d Ioã. 10. 11.

6 D. Thomas. Hic ponitur conſolatio ſpecialiter ad duas tribus: & præcipuè quantùm ad Ieruſalem vbi erat ſedes regni, & Sacerdotij. Et circa hoc duo. Primò ponit prophetiæ titulum: in quo ponit Prophetæ carcerem. (*Cùm adhuc clauſus*) à Sedechia. Secundò reſpectu præcedentis viſionis ſecundò factæ promittentis auctoritatem. (*Hæc dicit Dominus: facturus*) ſicut artifex præparando materiam. (*Formaturus*) ducendo ad complementum formæ: (*paraturus*) ordinando ad finem. (*Dominus nomen eius:*) quia ipſe ſingulariter Dominus omnium eſt, Pſalmus. [e] *Quoniam nomen tibi Dominus: tu ſolus altiſſimus ſuper omnem terram*: promiſſionis firmitatem & magnitudinem, (*quæ neſcis,*) id eſt non poſſes humanâ coniecturatione ſuſpicari. Iſai. 48. [f] *Audita tibi feci noua ex tunc: & conſeruata ſunt quæ neſcis.* Secundò ponit prophetiæ verbum. Et primò ponitur promiſſio quoad populum. Secundò quoad regnum, & Sacerdotium ibi. (*Ecce dies*, &c.) Circa primum tria. Primò promittit inflictæ plagæ curationem. Secundò cordis iucunditatem, ibi. (*Hæc dicit Dominus adhuc*, &c.) Tertiò pacis tranquillitatem ibi. (*Hæc dicit Dominus exercituum*, &c.) Circa primum tria. Primò tangit vulnus inflictum. (*Quia hæc dicit Dominus*,) quantùm ad deſtructionem ædificiorum, (*ad domos.*) Thren. ſecundo, [g] *Præcipitauit Dominus, nec pepercit, omnia ſpecioſa Iacob deſtruxit in furore ſuo munitiones virginis Iuda: & deiecit in terram.* Et quantùm ad occiſionem hominum. (*Et ad gladium venientium*:) in auxilium in Ieruſalem: vel de gentilibus: vel de regno duarum tribuum. (*Et impleant*) occaſionaliter: quia ex eis fiduciam aſſumentes: reſtiterunt hoſtibus: & interfecti ſunt, (*Abſcondens faciem*,) id eſt ſubtrahens protectionem. Ezechiel. 39. *Scient gentes quoniam in iniquitatibus ſuis capta ſit domus Iſrael: & quòd dereliquerit me, & quòd abſconderim faciem meam, ab eis.* Secundò promittit curationis beneficium in generali. (*Ecce ego obducam*) ſupra 30. [h] *Obducam cicatricem tibi: & à vulneribus tuis ſanabo te.* Et in ſpeciali: quantùm ad orationes (*& reuelabo*) implendo intentum (*deprecationem*) quâ à me pacem ad inuicem: & veritatem religionis petiuerunt Iſai. 39. [i] *Fiat tantùm pax & veritas in diebus meis.* Quantùm ad patriæ reſtitutionem. (*Et conuertam*) ſupra 30. [k] *Conuertam conuerſionem tabernaculorum Iacob: & tectis eius miſerebor.* Quantùm ad peccati remiſſionem ſecundùm purgationem à culpa. (*Et emundabo.*) Ezech. 36. [l] *Mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris: & ab vniuerſis idolis veſtris mundabo vos.* Et ſecundùm abſolutionem à pœna. (*Et propitius.*) Pſalmus. [m] *Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis: qui ſanat omnes infirmitates tuas:* tertiò ponit liberationis fructum quantùm ad diuinam gloriam. (*Et erit mihi*,) ſupra 32. [n] *Lætabor ſuper eis, cùm bene eis fecero:* Iſai. 43. [o] *Populum iſtum formaui mihi: laudem meam narrabit.* Quantùm ad amicorum lætitiam, (*& in exultationem.*) Pſalmus [p] *Fundatur exultatione vniuerſæ terræ: mons Sion latera Aquilonis ciuitas Regis magni.* Quantùm ad inuidorum anguſtiam. (*Et pauebunt.*) Iſai. 26. [q] *Videant, & confundantur zelantes populi: & ignis hoſtes tuos deuoret.*

Deus quomodo facere, formare, & parare dicatur id quod operatur.

e Pſal. 82. 19.
f Iſai. 48. 6.
g Thre. 2. 2.

Faciẽ abſcondit Deus ſubtrahens protectionem.

h Iere. 30. 17.
i Iſai. 39. 8.
k Iere. 30. 3.
l Ezec. 36. 25
m Pſ. 102. 3.
n Iere. 32. 41.
o Iſai. 43. 21.
p Pſal. 47. 3.
q Iſai. 26. 11.

7 (*Hæc dicit Dominus: Adhuc audietur*, &c.) Hîc promittit eis iucunditatem. Et primò temporalem. (*Vox gaudij*,) ſupra 25. [r] *Perdam ex eis vocem gaudij & vocem lætitiæ: vocem ſponſi & vocem ſponſæ: vocem molæ: & lumen lucernæ:* ſecundò ſpiritualem expreſſam diuinis laudibus. (*Vox dicentium.*) Iſai. 51. [ſ] *Gaudium & lætitia inuenietur in ea, gratiarum actio, & vox laudis.* Iob. 13. [t] *Per omnes vicos eius alleluia cantabitur.* Et in oblationibus (*& portantium.*) Iſai. 19. [u] *Colent eum in hoſtiis & muneribus, & vota vouebunt Domino & ſoluent:* tertiò aſſignat rationem. (*Reducam.*) Thren, vlt. [x] *Innoua dies noſtros ſicut à principio.*

Proſpera tẽporalia, ſimul ac ſpiritualia Iudæis pœnitentibus promiſit Deus.

r Iere. 25. 10.
ſ Iſai. 51. 3.
t Iob. 13. 22.
u Iſai. 19. 21.
x Thre. 5. 21.

(*Hæc dicit Dominus exercituum. Adhuc erit in loco*, &c.) Hîc promittit eis pacis tranquillitatem, quam ſignificat per ſecuram patriæ habitationem. (*Tranſibunt*,) q. d. Tantâ ſecuritate potientur quòd oues ſuas liberè numerare poterunt. Ezech. 34. [y] *In paſcuis vberrimis paſcam eos: & in montibus excelſis Iſrael erunt paſcua eorum.*

Pacis ſecura egregia deſcriptio.

y Eze. 34. 14.

8 Origenes. Circa Verſ. 6. Origenes homil. 8. in Leuit. aliquantò ante medium Addemus, inquit, adhuc quæ & in alio loco idem Ieremias ad animæ vulnera, & curas, in quibus tamen veſtigia, vulnerum reſederint poſt obductam cicatricem, his ſermonibus memorat: [a] *Ecce ego adducam cicatricem eius, & ſimul curabo eos, & manifeſtabo eis pacem, & fidem, & conuertam captiuitatem Iudæ, & captiuitatem Ieruſalem.* Si ergo ſufficienter à Propheta didicimus de vulneribus & cicatricibus animarum, & curis ac ſanitatibus, quæ Deo medicante inferuntur, intuere nunc illam animam, de qua dicit Dominus, quia *ego adduxi cicatricem eius.* Poſt vulnera ſine dubio cicatricem adducit, & ſanitatem. *Et curabo eos, & manifeſtabo eis pacem & fidem.* Si ergo poſt cognitionem, & medicinam Dei, ſi poſt manifeſtationem pacis & fidei, quam per Chriſtum ſuſcepimus, rurſum in iſtam cicatricem aſcendat aliquod peccati prioris indicium, aut ſignum aliquod erroris veteris innouetur: tunc fit in cute corporis noſtri contagio lepræ, quæ inſpicienda eſt per Pontificem, ſecundùm ea quæ Legiſlator expoſuit.

a Iere. 36.6. Sec.Sept.

Poſt vulnera cicatrix adducitur animæ à Deo, quidue id ſit.

Poſt Baptiſmũ quæ committuntur peccata cicatrix, & lepra inſpicienda à Sacerdote.

Circa ea quæ habentur in Verſ. 8. vt plenus earum habeatur iuxta Theologiæ canones intellectus. Vide S.Thomam 3.part.q.89.art.3.in corpore.

Poſt peccatũ an per pœnitẽtiam homo reſtituatur in priſtinam dignitatem. D.Thom.

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Οὕτως εἶπε κύριος ποιῶν.]

Βίκτορος.] ὁ κύριος λέγει περὶ κυρίου· ἐπάγει γάρ. κύριος ὄνομα. ὃς ἐν ἀρχῇ ἐποίησε τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν, καὶ ἔπλασεν αὐτὴν, κοσμήσας φυτοῖς τε καὶ ζώοις. καὶ ἡ γῆ γάρ φησιν ἦν ἀόρατος, καὶ ἀκατασκεύαστος. εἰ μὴ ἄρα γῆν καλεῖ τοὺς ἀνθρώπους τοὺς ἐν τῇ γῇ φρονοῦντας τὰ γήινα: οὓς ἐξ ἀρχῆς ποιήσας, ἀνέπλασεν ὕστερον, κατὰ τὸν πηλὸν τὸν ἐν τῇ χειρὶ τοῦ κεραμέως. παρακελεύεται δὲ κράζειν τῷ προφήτῃ, οὐ φωνῇ τῇ διὰ στόματος, καθ' ἣν σιγῶντι τῷ μωυσεῖ, τί βοᾷς; ἔλεγε πρός με. ἀλλὰ συμφωνεῖ τοῖς ἐν εὐαγγελίοις. αἰτεῖτε, καὶ δοθήσεται ὑμῖν. κρούετε, καὶ ἀνοιγήσεται ὑμῖν. τοῦτο γὰρ τὸ ἀποκριθήσομαι.

Ὀλυμπιοδώρου.] κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς δημιουργίαν, ἀπὸ γῆς ποιῶν τὸν ἄνθρωπον.

[Καὶ πλάσσων.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἀναπλάσσων διὰ τοῦ λουτροῦ τῆς παλιγγενεσίας.

[Τοῦ ἀνορθῶ.]

Τοῦ αὐτοῦ.] διὰ τοῦ τιμίου σταυροῦ ἐπειδὴ ἔκειτο βεβλημένη ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας.

[Κύριος ὄνομα.]

Ὀλυμπιοδώρου.] περὶ οὗ εἶπεν ὁ ἀπόστολος. εἷς κύριος Ἰησοῦς χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα.

[Καὶ κράξον.]

Τοῦ χρυσοστόμου.] ὅρα, πῶς βούλεται οἰκειῶσαι διὰ τῆς εὐχῆς τὸν προφήτην; ἐπεὶ καὶ Μωυσῆς αὐτὸ ἔπαθε, λέγων ἐν ταῖς ἐπαγγελίαις. πῶς τοῦτο; μὴ τὸ ὄψον δώσεις αὐτοῖς τῆς θαλάσσης, καὶ βόας, καὶ πρόβατα θύσεις αὐτοῖς: εἰ γὰρ καὶ μεγάλοι ἦσαν, ἀλλ' ὅμως ἠγνόουν.

|| Ὀλυμπιοδώρου.] ἐκτενῶς δεήθητί μου. ||

[Καὶ ἀπαγγελῶ σοι.]

Ὀλυμπιοδώρου.] τὰ διὰ τῆς χριστοῦ παρουσίας γεγενημένα.

9 Victor. b Geneſ.1.1.

Verſ. 2. Sic dixit Dominus, &c.)

Victoris.] *Dominus ait de Domino; infert enim,* Dominus nomen, *qui* [b] in principio creauit cælum, & terram, *& formauit eam, herbis animantibuſque exornans;* Et terra, *ait*, erat inuiſibilis & incompta; *ni velimus dicere, per terram homines intelligi, qui in terra ſapiunt terrena; quos cùm creaſſet à principio, poſtremò reformauit inſtar luti, quod eſt in manu figuli.*

Terrena ſapientes homines appellati terra. *Terreni homines reformati à Deo inſtar luti.*

Verſ. 3. (*Clama ad me, &c.*)

Præcipit verò Propheta vt clamet, non voce per os prolatâ, ſecundùm quam ſilenti Moyſi; [c] Quid clamas? *dicebat: ſed affine eſt dicto Euangelio.* [d] Quærite, & dabitur vobis, pulſate, & aperietur vobis, *hoc enim ſibi vult,* Reſpondebo.

Clamandum ad Deũ voce cordis huicque clamori reſpondet Deus. c Exo.14.15. d Matt. 7. 7. Luc.11.9.

10

Verſ. 2. (*Sic ait Dominus faciens terram.*)

Olympiodori.] *Secundùm opificium à principio* [e] *è terra hominem efformans.*

Olympiod. e Gene.1.26.

(*Et formans eam.*)

Olympiodori.] *Per lauacrum renouationis reformans.*

Olympiod. *Baptiſmo reformatus homo formatus è terra.*

(*Ad erigendam eam.*)

Olympiodori.] *Per crucem precioſam; iacebat enim proſtrata à peccato.*

Olympiod. *Terrenus homo erectus à Chriſto per Crucem.*

(*Dominus nomen illi.*)

Olympiodori.] *De quo dixit Apoſtolus;* [f] Vnus Dominus Ieſus Chriſtus, per quem omnia.

Olympiod. f 1.Cor. 8.6.

11

Verſ. 3. (*Et clama ad me, & reſpondebo tibi.*)

Chryſoſtomi.] *Vide quomodo Prophetam per orationem ſibi addictum reddat? Hoc idem & Moyſes paſſus eſt in promiſſionibus, dicens:* [g] Numquid maris opſonium dabis illis, & boues, & pecora cædes illis? *Nam & ſi magni erant, ignorabant tamen.*

Chryſoſt. *Orationes ſeruorum ſuorum expoſcit Deus, vt plenè illis ſatisfaciat.* g Num.11.21.

|| Olympiodori.] *Vehementi affectu preces effunde.* (*Et annunciabo tibi.*)

Olympiod. *In Oratione eruditur à Deo.*

Olympiodori.] *Quæ per Chriſti aduentum facta ſunt.*

Olympiod.

Verſ.

[Ὅτι οὕτως.]

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] δείκνυσι καθῃρημένας τινὰς οἰκίας διὰ τὴν τῆς πολιορκίας ἐλπίδα, καὶ τοῖς ἐντεῦθεν λίθοις ὀχυρωθὲν τὸ τεῖχος μετὰ τῶν προμαχώνων, ὥστε παρὰ πρόσταξιν θεοῦ πολεμῆσαι χαλδαίοις. ὅπερ γενήσεταί φησιν ἐπὶ τῷ τὴν πόλιν πληρωθῆναι νεκρῶν. δεῖ γὰρ μὴ θαῤῥεῖν οἰκείᾳ δυνάμει, ἀλλὰ διὰ μετανοίας βοᾶν. μὴ ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπόν σου ἀπ᾽ ἐμοῦ, καὶ μὴ ἐκκλίνῃς ἐν ὀργῇ ἀπὸ τοῦ δούλου σου.

[Τῶν καθῃρημένων.]

Ὀλυμπιοδώρου.] δέον ἀκολουθῆσαι τοὺς ἰουδαίους τοῖς βαβυλωνίοις; ἐπειδὴ τοῦτο κρίμα ἦν τοῦ θεοῦ, καθελόντες τὰς οἰκίας αὐτῶν, χάρακας ἐποίησαν καὶ προμαχῶνας ἐπὶ τῷ μάχεσθαι τοῖς χαλδαίοις. διὰ τοῦτο θανάτῳ καταδικάζονται.

|| [ἰδοὺ ἐγὼ ἀνάγω.]

Ὀλυμπιοδώρου.] μετὰ τὴν ἱστορίαν, διὰ τῆς χριστοῦ παρουσίας. ||

[Καὶ ποιήσω εἰρήνην.]

Ὀλυμπιοδώρου.] διὰ τὴν εἰς ἐμὲ πίστιν δωροῦμαι αὐτοῖς τὴν εἰρήνην.

[Καὶ εἰς μεγαλειότητα.]

Ὀλυμπιοδώρου.] οὐδέποτε γὰρ τοιαύτη μεγαλειότης γέγονεν, ὡς ἡ διὰ τῆς τοῦ θεοῦ λόγου ἐν σαρκὶ παρουσίας. [Καὶ φοβηθήσονται.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἢ οἱ δαίμονες ἐπὶ τοῖς γενομένοις ἀγαθοῖς τοῖς ἀνθρώποις, ἢ καὶ αὐτοὶ οἱ εὖ πάσχοντες, ἐφ᾽ οἷς τοιοῦτον πρότερον ἠγνόησαν δεσπότην.

[Οὕτως εἶπε κύριος.]

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] ἔσεταί φησι φωνὴ εὐφροσύνης, καὶ χαρμοσύνης. ἀπέδρα γὰρ ὀδύνη, καὶ λύπη, καὶ στεναγμός. καὶ εἰσοίσουσι δῶρα εἰς τὸν οἶκον κυρίου, ἐξομολογούμενοι τῷ θεῷ, δηλονότι πνευματικά. καὶ ἀκουσθήσεται ἡ φωνὴ τοῦ νυμφίου περὶ οὗ φησιν Ἡσαΐας. καὶ ἔσται ὃν τρόπον εὐφρανθήσεται νυμφίος ἐπὶ νύμφῃ, οὕτως εὐφρανθήσεται κύριος ἐπὶ σοί. τίς δὲ ἡ τούτου φωνή; ὁ εὐαγγελικὸς λόγος. ἴσως δὲ καὶ ὁ Ἰωάννης ὁ Βαπτιστὴς λέγων ὁ ἔχων τὴν νύμφην, νυμφίος ἐστί.

[φωνὴν νυμφίου.]

Ὀλυμπιοδώρου.] τοῦ τῆς ψυχῆς νυμφίου λόγου λέγοντος. δεῦτε πρὸς με πάντες οἱ κοπιῶντες, καὶ πεφορτισμένοι. κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς.

[φωνὴ λεγόντων.]

Ὀλυμπιοδώρου.] τῆς εὐφραινομένης καὶ λεγούσης. ὁ κύριός μου καὶ ὁ θεός μου.

[Ὅτι ἐπιστρέψω.]

Ὀλυμπιοδώρου.] καθὼς ἦν Ἄβελ, καὶ Σὴθ, καὶ Ἐνὼχ, καὶ Νῶε, καὶ Ἀβραὰμ, ἐκ πίστεως, καὶ οὐκ ἐκ νόμου δικαιούμενοι.

[Οὕτως εἶπε κύριος.]

Βίκτορος.] τὰς ἠρημωμένας ἔσθ᾽ ὅτε πόλεις, ποιμνίων ἡ γραφὴ καλοῦσα νομὴν, νῦν ἐπ᾽ ἀγαθῷ φησι τὸ κοιτάζειν ἐν ταῖς πόλεσιν ἰούδα τὰ ποίμνια. ἐρημίας μὲν γὰρ αἱ νομαί, ὁ δὲ κοιτασμὸς ὡς ἐν οἰκουμένης ἀσφαλείᾳ. λέγοι δ᾽ ἂν καὶ ποιμένας τοὺς λογικῶν ἡγουμένους προβάτων.

[Καταλύματα.]

Verſ. 4. (*Quia ſic dixit Dominus de domibus, &c.*)

Incerti.] *Oſtendit, quaſdam domos destructas ſpe obſidionis, è quarum lapidibus munitus fuerit cum propugnaculis murus, vt contra Dei præceptum cum Chaldæis dimicarent. Quod fiet ait, Vt vrbs cadaueribus impleatur. Oportet enim propriis viribus non fidere, ſed per pœnitentiam clamare;* [a] Ne auertas faciem tuam à me, & ne declines in ira à ſeruo tuo.

(*Quæ destructa ſunt.*)

Olympiodori.] *Cùm deberent Iudæi Babylonios ſequi, ſecundùm Dei iudicium, destructis illi domibus ſuis, valla & propugnacula extruxerunt ad pugnandum aduersùs Chaldæos. Idcirco morte condemnantur.*

Verſ. 6. || (*Ecce ego adduco.*)

Olympiodori.] *Poſt veritatem hiſtoricam, per Chriſti aduentum.* ||

(*Et faciam pacem.*)

Olympiodori.] *Propter fidem in me dono illis pacem.*

Ex verſ. 9. (*Et in magnificentiam.*)

Olympiodori.] *Numquam enim talis magnificentia facta eſt, qualis fuit per Dei verbi in carne aduentum.* (*Et timebunt.*)

Olympiodori.] *Vel Dæmones propter bona quæ hominibus præſtabuntur: vel & ipſi qui bonis afficientur, quod antea talem Dominum ignorarent.*

Verſ. 10. (*Sic dixit Dominus adhuc audietur, &c.*)

Verſ. 11. (*Vox lætitiæ, &c.*)

Incerti.] *Erit, ait, vox lætitiæ & gaudij. Neque enim erit dolor, mœror, & gemitus & offerent dona in domum Domini, Deo confitentes, ſpiritualia ſcilicet, & audietur vox Sponſi; de quo Iſaias,* [b] Et erit quemadmodùm lætabitur ſponſus ſuper ſponſa, ſic gaudebit Dominus ſuper te. *Quæ verò eſt huius vox? Sermo Euangelicus: fortaſſe verò etiam Ioannes Baptiſta, dicens;* [c] Qui habet ſponſam ſponſus eſt.

Ex verſ. 11. (*Vox ſponſi.*)

Olympiodori.] *Verbi ſponſi animæ dicentis;* Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos.

(*Vox dicentium.*)

Olympiodori.] *Qualis Abel, & Seth, & Enoch, & Noe, & Abraham ex fide, non ex lege iuſtificati.*

Verſ. 12. (*Sic dixit Dominus virtutum.*)

Victoris.] *Solo æquatas vrbes quandoque diuinæ literæ vocantes paſcuum gregum, nunc fauſtum aiunt indicium, quòd greges accubent in ciuitatibus Iuda: ſolitudinis enim paſcua ſunt; at cubatio veluti inhabitatæ ſecuritatem indicat. Poſſunt etiam intelligi paſtores, ouium ratione præditorum ductores.*

(*Habitacula paſtorum.*)

12 Incertus. *In Obſidione Ieroſolymitana destructa aliqua domus ad muniẽdos vrbis muros ex illarum lapidibus.* *In Calamitatibus non fidendũ in propriis viribus, ſed clamandũ ad Deum.*

a Pſal. 26. 9.

Olympiod. *Munitiones extructæ contra Dei voluntatem certiorem cauſant mortem.*

13 Olympiod. *Sanitas vulneribus peccatorum conferenda per Chriſtum.*

Olympiod. *Pax data propter fidem in Chriſtum.*

Olympiod. *Per Incarnationem exhibita Dei magnificentia.*

Olympiod. *In Incarnationis myſterio, atq; muneribus timuêre & Dæmones, & homines ipſi beneficiis affecti.*

14 Incertus. *Incarnationis myſterium quanta bona conſecutura ſint.*

b Iſai. 62. 5.

Euangelium dictum vox ſponſi. *Sponſus, ac Sponſa Chriſtus, & Eccleſia.*

c Ioan. 3. 29.

Olympiod. *Sponſi Animæ vox.*

d Matth. 11. 28.

Olympiod. *Laus Dei ab illis qui per fidem iuſtificati eſſent.*

15 Victor. *Gregũ paſcua deſignant deſertos agros, accubatio verò habitatas ciuitates.* *Prælati inter promiſſa à Deo bona adnumerati.*

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐν αἷς ἐκκλησίαι. ἐν αἷς οἱ τούτων ποιμένες διαναπαύουσι τὰ λογικὰ ποίμνια.

[ἐν πόλεσι.]

Ὀλυμπιοδώρου.] μετὰ τὴν ἱστορίαν, τὰς ἐκκλησίας νόει. ὀρεινὴν, διὰ τὴν ἐξ ἐθνῶν καλεῖ, διὰ τὸ πάλαι αὐτῆς ἄκαρπον.

[ἔτι παρελεύσεται.]

Βίκτορος Πρεσβυτέρου.] τὸ δὲ, παρελεύσεται πρόβατα ἐπὶ χεῖρα ἀριθμοῦντος. διὰ τοὺς ὁσημέραι. προσιόντας τῇ πίστει, καὶ γινομένους ἀξίους ἀριθμεῖσθαι παρὰ θεοῦ, ἐπειδὰν ὑπὸ τὴν κραταιὰν γένωνται χεῖρα.

Ὀλυμπιοδώρου.] τοῦ ἐπισκεπτομένου, καὶ μὴ ἀμελοῦντος, ἀλλὰ ἀριθμοῦντος, καὶ ἐπιζητοῦντος, μή τι τῶν λογικῶν προβάτων ἀπώλετο.

Olympiodori] *In quibus Ecclesiæ; in quibus harum pastores quieti tradunt rationis compotes greges.* — Olympiod.

Verſ.13.(*In ciuitatibus montanæ,&c.*) — 16

Olympiodori.] *Post ſenſum hiſtoricum Eccleſias intellige; montanam verò, propter eam quæ ex gentibus eſt vocat. Olim quippe infructuoſa erat.* — Olympiod. *Eccleſia Gentium dicta ciuitates montana, quia olim infructuoſa.*

(*Adhuc tranſibunt oues,&c.*)

Victoris Presbyteri.] *Illud verò* (tranſibunt oues ad manum numerantis) *propter eos qui quotidie accedunt ad fidem, fiúntque digni, qui à Deo numerentur, cùm ſub manu potente ſe ſubiiciunt.* — Victor. *Infideles qui conuertuntur, dicuntur tranſire oues ad manus numerantes.*

Olympiodori.]*Viſitantis & non negligentis, ſed numerantis, & perquirentis, Si qua rationalis ouis perdita ſit.* — Olympiod. *Prælati boni munus in diligenter numerando grege.*

Capitis 33. à verſ. 14. vſque ad 20. Sectio Secunda.

In Verſione Sept. hæc non habentur, habet tamen, & pertractat Theodoritus.

TEXTVS VVLGATÆ.

14 Ecce dies veniunt, dicit Dominus: & ſuſcitabo verbum bonum, quod locutus ſum ad domum Iſrael, & ad domum Iuda.

15 In diebus illis, & in tempore illo germinare faciam Dauid germen iuſtitiæ: & faciet iudicium, & iuſtitiam in terra.

16 In diebus illis ſaluabitur Iuda, & Ieruſalem habitabit confidenter: & hoc eſt nomen, quod vocabunt eum, Dominus iuſtus noſter.

17 Quia hæc dicit Dominus: Non interibit de Dauid vir, qui ſedeat ſuper thronum domus Iſrael.

18 Et de Sacerdotibus, & de Leuitis non interibit vir à facie mea, qui offerat holocauſtomata, & incendat ſacrificium, & cædat victimas omnibus diebus.

19 Et factum eſt verbum Domini ad Ieremiam, dicens.

PARAPHRASIS CHALDAICA.

14 *Ecce dies venient, dicit Dominus, Et ſuſcitabo verbum rectum quod locutus ſum ad domum Iſrael, & ad domum Iuda.*

15 *In diebus illis, & in tempore illo ſuſcitabo Dauid Chriſtum iuſtitiæ, & faciet iudicium verum, & iuſtitiam in terra.*

16 *In diebus illis ſaluabuntur viri domus Iuda; & Ieruſalem habitabit confidenter. Et hoc eſt nomen quo vocabunt eum, Fient nobis iuſtitia à facie Domini in medio eius.*

17 *Quia hæc dicit Dominus, Non deficiet de Dauid vir qui ſedeat ſuper thronum regni domus Iſrael.*

18 *Et de Sacerdotibus & Leuitis non deerit vir à facie mea incendens holocauſta, & offerens oblationem, & faciens victimam ſanctificatam omnibus diebus.*

19 *Et factum eſt verbum prophetiæ à facie Domini cum Ieremia, dicens.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impreſſis.

17 — Theodorit.

Theodoritus. *In diebus illis, & in tempore illo excitabo cornu Dauidi orientem iuſtum: & faciet iudicium & iuſtitiam in terra.*) Iam diximus ſuperiùs, iſta figuratè tempore Zorobabelis impleta eſſe: propriè verò Dominum nos docuiſſe veritatem prophetiæ. *In die illa ſaluabitur Iudæa, & Ieruſalem habitabit confidenter. Et hoc eſt nomen, quo vocabitur Dominus, iuſtitia noſtra.* Hoc nomen etiam ſuperiùs impoſuit, Hebraicâ voce appellans eum Ioſedec. *Quia hæc dicit Dominus, Non delebitur Dauidi vir ſedens ſuper ſolium domus Iſrael.* Quod etiam Patriarcha Iacob prædixit, [a] *Non deficiet Princeps de Iuda, & Dux de femoribus eius: donec veniat, qui repoſitus eſt. Et ipſe erit expectatio gentium.* At poſt Zorobabelem non nouimus quenquam fuiſſe ducem de tribu Iuda. Reperimus tamen prophetiæ veritatem. Nam tribus Regiæ, & Sacerdotalis facta eſt commixtio. Sacerdotes autem imperauerunt vſque ad Herodem alienigenam. Quocirca præſens prophetia, his quæ de Dauide dicuntur, connectit ea, quæ pertinent ad Sacerdotes. *Et de Sacerdotibus*, inquit, *& Leuitis non interibit à facie mea vir, offerens holocauſtomata, & adolens ſacrificium, & faciens iudicium omnibus diebus.* Cuius prophetiæ videmus euentum. Donato enim iuxta promiſſionem diuinam nouo teſtamento, donatum eſt etiam Sacerdotium ſecundùm ordinem Melchiſedech, quod qui adepti ſunt, offerunt Deo iugiter ſacrificium rationale.

Dauidici regni promiſſa perpetuitas in Chriſti impletur regno. — [a] Gen. 49. 10. — *Dauidicæ ſtirpis poſt Zorobabel nemo Iudæorū Dominio potitus.* — *Dauidici regni perpetuitati, quàm congruè adiuncta ſit perpetuitas Sacerdotij.* — *Sacerdotium ſecundùm ordinem Melchiſedec iuge in nouo teſtamento.*

18 — Rab. Maur.

Rabanus Maurus. (*Ecce dies venient*, &c.) Verbum bonum quod ſe ſuſcitare Dominus dixit: aduentus eſt filij Dei: [b] vt qui *in principio erat Verbum, & apud Deum, & Deus erat verbum*: ipſe in nouiſſimis temporibus verbum caro fieret, & habitaret in nobis. Hoc ergo verbum dum promiſſum fuit Patriarchis, lex prænuntiauit: vaticinauerunt Prophetæ, & ad extremum Angelicum oraculum ad Virginem Mariam de ſtirpe Dauid æditam teſtabatur: [c] Hoc ipſa virgo concepit, virgo peperit, virgo permanſit, quia Deum & hominem ad ſalutem humani generis genuit: vnum videlicet Deum,

Aduentus Chriſti promiſſus à Deo, aſſerente ſe ſuſcitaturum verbū bonū. — [b] Ioan. 1. 1. — *In Mariæ vtero ſuſcitatum à Deo verbum bonum.* — [c] Luc. 1. 31.

& Do

& Dominum nostrum Iesum Christum. De quo subditur.

19 (*In diebus illis*, &c.) Dies istos prænunciauit Isaias dicens: [a] *Erit in nouissimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, & eleuabitur super colles, & fluent ad eum omnes gentes, & ibunt populi multi & dicent: Venite ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob: & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius: quia de Sion exibit lex, & verbum Domini de Ierusalem.* Facit ergo Dominus germinare Dauid germen iustitiæ, hoc est, Christum de eius progenie descendere, qui faciet iudicium & iustitiam in terra: quia iuxta Isaiam: [b] *Iustitia erit cingulum lumborum eius, & fides cinctorium renum eius.* Et *in diebus illis saluabitur Iuda.* Hoc est, Apostoli & primitiua in Iudæa Ecclesia, *Israel*, Hoc est, populus de electione gentium conuocatus: *habitabit* in fide Christi, & vera religione *confidenter.* De quo sub typo Benjamin Moyses prophetauit dicens: [c] *Amantissimus Domini habitabit in eo confidenter, quasi in thalamo totâ die morabitur, & inter humeros illius requiescet:* Quia Ecclesia sponsa ad sponsi Christi pertinens consortium: nunc sub protectione eius gaudet in spe: in futura autem requiescet beatitudine. *Et hoc est*, inquit, *nomen quod vocabunt eum, Dominus iustus noster.* De quo alius Propheta ait: [d] *Et vocabunt nomen eius Emmanuel*, hoc est, nobiscum Deus: [e] Quia Verbum caro factum est, & habitabit in nobis. Ipse est Dominus iustus noster: quia [f] *iustus Dominus, & iustitiam diligit, æquitatem vidit vultus eius.* [g] *Deposuit potentes de sede: & exaltauit humiles: Esurientes impleuit bonis: & diuites dimisit inanes.* Ipse enim [h] *venturus est in gloria patris sui cum Angelis suis: & tunc reddet vnicuique secundum opera sua.*

a Isai. 2. 2. *Aduentus Christi dies prænunciati.* *Germen iustitiæ quàm cõgruus Christi titulus.* b Isai. 11. 5. *Ecclesia primitiua ex Christi aduẽtu prærogatiue.* *Sub Protectione Christi hic habitans, in vita futura fruetur beatitudine.* c Deu. 33. 12. d Isai. 7. 14. e Ioan. 1. 14. f Psal. 10. 7. g Luc. 1. 52. h Matth. 16. 27.

20 (*Quia hæc dicit Dominus: Non interibit*, &c.) Hoc testimonium, quia nemo ad regnum Iudaici populi, vel ad Sacerdotium veteris testamenti, & ad ceræmonias priscæ legis ritè aptare potest, necesse est vt totum ad regnum Christi, & Sacerdotium eius, & cultum noui testamenti transferatur: De cuius regni potentia, diuina vox in Psalmis ait: [i] *Ponam in sæculum sæculi sedem eius, & thronum eius, sicut dies cæli.* De Sacerdotio verò eius ita scriptum est: [k] *Iurauit Dominus & non pœnitebit eum, tu es Sacerdos in æternum secundùm ordinem Melchisedech.* De quo ad Heli Sacerdotem etiam diuina vox ait: [l] *Suscitabo mihi Sacerdotem fidelem, qui iuxta cor meum & animam meam faciat: & ædificabo ei domum fidelem, & ambulabit coram Christo meo cunctis diebus.* Huius Sacerdotis membra sunt filij Sanctæ Ecclesiæ Catholicæ. Petro attestante, qui ait: [m] *Vos autem estis genus electum, & regale Sacerdotiũ, gens sancta, populus acquisitionis.* Huius quidem holocaustomata & sacrificia gratæ Deo offeruntur: & victimæ acceptabiles illi fient cunctis diebus.

Sacerdotij, sicut & Dauidici regni perpetuitas in Christi est regno, & Sacerdotio. i Psal. 88. 30. k Psal. 109. 4. l 1. Reg. 2. 35. m 1. Petr. 2. 9.

21 D. Thomas. Hìc ponitur consolatio quantùm ad regnum & Sacerdotium. Et primò promittitur vtriusque restitutio, secundò ponitur promissionis confirmatio. ibi (*Et factum est*, &c.) Circa primum duo, primò promittit restaurationem regni. Secundò Sacerdotij. ibi (*Et de Sacerdotibus*, &c.) Circa primum tria, primò designat temporis congruitatem (*Ecce dies veniunt*) scilicet gratiæ (*& suscitabo*) implebo (*verbum bonum*) quod promisi de regni restaurationes. Oseæ. 1. [n] *Et congregabuntur filij Iuda & filij Israel pariter, & ponent sibimet caput vnum: & ascendent de terra.* Quod impletum est in Christo. Secundò regni conditionem quantùm ad regiminis nobilitatem (*In diebus illis germen iustitiæ*) Christus qui est ipsa iustitia. Isai. 11. [o] *Egredietur virga de radice Iesse: & flos de radice eius ascendet* (*Et faciet iudicium*) in primo aduentu pro mundo: in secundo de mundo (*iustitiam*) docens verbo: implens in se facto: & in aliis gratiæ dono, Psalmo, [p] *Feci iudicium, & iustitiam.* Et quantùm ad regiminis vtilitatem in populi salutem. (*In diebus illis saluabitur Iuda.*) quantùm ad eos qui crediderunt in primo: & credent in secundo aduentu. Oseæ. 1. [q] *Saluabo eos in Domino Deo suo.* In pacis securitate (*Et Israel*) Isai. 32. [r] *Sedebit populus meus in pulchritudine pacis: in tabernaculis fiduciæ: & in requie opulenta:* & in veræ fidei confessione. (*Et hoc est nomen iustus*) Psalmo, [s] *Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum*, tertiò ponit regni durationem (*Quia hæc dicit Dominus vir*) Christus & membrum ipsius Daniel 7. [t] *Potestas eius potestas æterna quæ non auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur.*

D. Thom. *Dauidici regni restauratio in Christo prænunciata.* n Oseæ 1. 11. o Isai. 11. 1. *Iudicium diuersimodè faciendum in primò, ac in secundo aduentu.* p Psal. 118. 121. q Oseæ. 1. 7. r Isai. 32. 18. s Psal. 10. 7. t Daniel. 4. 14.

22 (*Et de Sacerdotibus*, &c.) Hìc ponit restaurationem Sacerdotij. Et sicut regnum restauratur in ipso Christo, & in membris eius, ita & Sacerdotium. Ipse enim sicut Rex: ita & Sacerdos est. Psalmo. [u] *Tu es Sacerdos in æternum secundùm ordinem Melchisedech.* Et membra sua Reges & Sacerdotes fecit Apoc. 5. [x] *Fecit nos Deo nostro regnum & Sacerdotes.* Ephesẽos 5. [y] *Seipsum obtulit hostiam Deo in odorem suauitatis.* Et membra ipsius spirituales hostias Deo offerre facit. Ezech. 44. [z] *Sacerdotes & Leuitæ filij Sadoch: qui custodierunt ceræmonias sanctuarij mei: cùm errarent filij Israel à me: ipsi accedent ad me, vt ministrent mihi, & stabunt in conspectu meo: vt offerant mihi adipem & sanguinem, ait Dominus Deus.*

Sacerdotij restauratio facienda per Christum. u Psal. 109. 4. *Christi membra & Reges, & Sacerdotes.* x Apoc. 5. 10. y Ephes. 5. 2. z Ezech. 44.

In Catena nihil circa hanc Sectionem, quia, vt notatum est supra hæc non habentur in textu Sept.

Capitis 33. à vers. 20. vsque ad finem. Sectio Tertia.

In Versione Sept. neque hæc reperiuntur: habet tamen ea Theodoritus.

TEXTVS VVLGATÆ.

20 HÆc dicit Dominus: Si irritum potest fieri pactum meum cum die, & pactum meum cum nocte, vt non sit dies, & nox in tempore suo.

21 Et pactum meũ irritum esse poterit cũ Dauid seruo meo, vt nõ sit ex eo filius qui regnet in throno eius, & Leuitę & Sacerdotes ministri mei.

22 Sicuti enumerari non possunt stellæ cæli, & metiri arena maris: sic multiplicabo semen Dauid serui mei, & Leuitas ministros meos.

23 Et factum est verbum Domini ad Ieremiam dicens,

24 Numquid non vidisti. Quid populus hic locutus sit, dicens: Duæ cognationes, quas elegerat Dominus, abiectæ sunt: & populum meum despexerunt, eò quòd non sit vltra gens corã eis?

25 Hæc dicit Dominus: Si pactum meum inter diem & noctem, & leges cælo & terræ non posui.

26 Equidem & ſemen Iacob & Dauid ſerui mei proiiciam, vt non aſſumam de ſemine eius principes ſeminis Abraham, Iſaac, & Iacob: reducam enim conuerſionem eorum, & miſerebor eis.

PARAPHRASIS CHALDAICA.

20 HÆc dicit Dominus, Sicut non poteſt fieri irritum pactum meum, quod ſtatui cum die & cum nocte, vt non ſit dies & nox tempore ſuo.

21 Sic & pactum meum non fiet irritum quod ſtatui cum Dauid ſeruo meo; quo minus ſit ei filius regnans ſuper thronum eius, & cum Leuitis Sacerdotibus qui miniſtrant coram me.

22 Ecce ſicut non poteſt numerari militia cæli, nec menſurari arena maris; ſic multiplicabo ſemen Dauid ſerui mei & Leuitas qui miniſtrant coram me.

23 Et factum eſt verbum prophetiæ à facie Domini cum Ieremia, dicens.

24 Nonne vidiſti quid populus hic loquitur; dicendo: Duæ cognationes quas elegit Dominus, & proiecit eas, & populum meum irritare faciunt, quo minus vltra ſit populus miniſtrans coram me in conſpectu eorum.

25 Hæc dicit Dominus, ſicut non poteſt fieri vt aboleatur pactum meum, quod ſtatui cum die & cum nocte; ſic ſtatuta cæli & terræ non poſui vt tranſeant.

26 Semen quoque Iacob, & Dauid ſerui mei non auerſabor, quo minus applicem ex filiis eorum dominatores ſuper ſemen Abraha, & Iſaac, & Iacob: reducam enim captiuitatem eorum, & miſerebor eorum.

A

Catena ex Veterum Patrum operibus impreſſis.

THeodoritus. Mox ait, quemadmodum dies non poteſt eſſe nox, nec nox dies: ita fieri nequit, vt deſtruatur regnum Dauidicum. Atque huius prophetiæ manifeſtus eſt exitus. Chriſtus enim ex Dauide ſecundùm carnem ortus, non thronum inferiorem obtinens, ſed in eodem cum patre ſedens ſolio, gubernat omnia. Et tamen iſtud ipſum dicit de Sacerdotibus & Leuitis, adeò vt genus illorum conferatur cum poteſtate cæleſti, & arena maris. Ac de iis quæ dicuntur, teſtimonium præbent res ipſæ. Terra namque vniuerſa, & mare plena ſunt Pontificibus & Diaconis, Leuitico munere fungentibus. Exploſâ igitur prorſus impiorum opinione per eum recitatâ, quâ aſſerebant, Deum elegiſſe duas tribus, regiam, & Sacerdotalem, pollicitus eſt iterum, quæ iam prædixerat.

25 Theodorit. Dauidici regni iugis continuatio in Chriſto probata egregiâ ſimilitudine perennis curſus diei, ac noctis.

Sacerdotum multitudo maxima in toto terrarum Orbem in Chriſto futura prænunciata.

B

In Rabano, ſicut & in D. Thoma, nil quod notetur, niſi quod ambo per duas cognationes: ſignificatas inquiunt, aut regalem, ſacerdotalémque ſtirpem: aut Iudam, id eſt, duas tribus, atque Iſrael decem nempe Tribus.

C

In Catena Græca nec ſuper hac Sectione quidquam habetur, quia nihil iſtorum eſt in Verſione Sept.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ. 33.

* ΚΑΙ ἐγένετο λόγος κυρίου ἐκ δευτέρας πρὸς Ἱερεμίαν, καὶ αὐτὸς ἦν ἔτι δεδεμένος ἐν τῇ αὐλῇ τῆς φυλακῆς λέγων, οὕτως εἶπε κύριος ποιῶν γῆν, καὶ πλάσσων αὐτὴν κύριος ὄνομα αὐτῷ. κάλεσον φησὶ κύριος πρός με, καὶ ἐπακούσομαί σου, καὶ ἀναγγελῶ σοι μεγάλα, καὶ ἰσχυρὰ ἃ οὐκ ἔγνως αὐτά. ὅτι οὕτως εἶπε κύριος ὁ θεὸς ἰσραὴλ περὶ οἰκιῶν τῆς πόλεως. καὶ τὰ ἑξῆς.] ἐπειδὴ ἐδέδετο ὁ Ἱερεμίας ὡς δύσφημος, καὶ βασιλεῖ ἅλωσιν ἀπειλῶν, προεῖπε δὲ τὴν ἀνάκλησιν κατὰ πρόσταγμα θεοῦ, καὶ τῇ τοῦ ἀγροῦ νομῇ ἐβεβαίωσε τὸν λόγον, οὐδεὶς δὲ ἔτι προσεῖχε τοῖς λεγομένοις, οἰόμενοι κολακείᾳ μᾶλλον, ἢ ἀκριβεῖ γνώσει τῶν μελλόντων λέγειν τὸν προφήτην ταῦτα, ὥσπερ εἰς ἀδημονίαν, καὶ ἀμφιβολίαν ἐκπεσὼν διετέλει. λέγει τοίνυν αὐτῷ ὁ θεὸς, ὅτι σκόπησον τὴν δύναμιν τὴν ἐμὴν, καὶ ὥσπερ παρήγαγον τὴν κτίσιν, καὶ τάξιν ἐπέθηκα αὐτῇ προνοῶν τῶν ἀνθρώπων. καὶ νῦν σοι καλέσαντι ὑπήκουσα, καὶ προλέγω τὰ μέλλοντα, καὶ τὴν ἐσομένην εὐθηνίαν. οἷς ἥκιστα ἀπιστεῖν σε προσήκει. θαῤῥεῖν δὲ, ὡς οὐδὲν τῶν παρὰ σοῦ λεγομένων ψευσθήσεται. καὶ πείθων αὐτῶν ὡς οὐδὲ τὰ τῆς αἰχμαλωσίας μάτην ποιεῖται, ἀλλ᾽ ἐπὶ σωφρονισμῷ τῶν κολαζομένων, ἐπάγει μετὰ τὸ τὴν ἀνάκλησιν μηνῦσαι.

* Καὶ ἐγένετο λόγος κυρίου πρὸς Ἱερεμίαν λέγων

D

CAPVT XXXIII.

* Verſ. 1. ET factum eſt verbum Domini ſecundò ad Ieremiam, & ipſe erat adhuc ligatus in atrio carceris, dicens.*

Cap. 33. Verſ. 1.

Verſ. 2. *Sic dixit Dominus faciens terram, & formans eam, Dominus nomen illi.*

Verſ. 3. *Clama ait Dominus ad me, & exaudiam te, & annuntiabo magna, & fortia quæ non noſti ea.*

Verſ. 4. *Quia ſic dixit Dominus Deus Iſrael de domibus vrbis, & quæ ſequuntur.* Ieremias cùm vinctus eſſet vt homo infamis, & qui perditionem Regi minatus eſſet, Dei autem iuſſu, & reuocationem prædixiſſet, ſermonémque ſuum agri poſſeſſione confirmaſſet; & nihilominus nullus adhuc eſſet, qui eius attenderet dictis, quòd cenſerent Prophetam ea dicere potiùs ad adulationem, quàm ex eximia rerum futurarum cognitione. Incidens in ſummum animi mœrorem maximâ angebatur ambiguitate. Dicit igitur illi Deus; Potentiam meam conſidera, modum, quo res creatas produxi, ordinem, quo eas diſpoſui, hominum curam gerens, & nunc inuocantem te exaudiui, & futura prædico, rerumque omnium abundãtiam, quibus æquum fuiſſet vt perſuaderêris, & animo fideres nullum ſermonibus tuis futurum mendacium. Perſuaſum eum reddens, captiuitatem haud fruſtra illatam, ſed vt caſtigati reſipiſcerent, Tum reuocationis nuncium adfert.

E

F

* Verſ. 23. *Et factum eſt Verbum Domini ad Ieremiam, dicens.*

Chryſoſt. Verſ. 23.

Verſ. 24.

λέγων, ἄραγε οὐκ ᾐδέσθη ὁ λαὸς οὗτος; ἐλάλησε λέγων. αἱ δύο πατριαὶ, ἃς ἐξελέξατο κύριος ἐν αὐταῖς, καὶ ἰδοὺ ἀπώσατο αὐτὰς, καὶ παρώξυνα τὸν λαόν μου τοῦ μὴ εἶναι ἔτι ἔθνος ἐνώπιόν μου.] μὴ οὕτω φησὶ, λογίσῃ, ὅτι τελείαν ἅλωσιν ἐπάγω τῇ πόλει, ἀλλὰ σκόπησον ὡς ἀπὸ τῶν μερικῶν συμφορῶν σωφρονέστεροι ἥκιστα γεγόνασιν ἰουδαῖοι. οἱ γοῦν ψευδοπροφῆται φησὶ περιιόντες διαβάλλουσί με, ὡς ἐναντίον τῇ ἐμαυτοῦ πεποιηκότα ὑποσχέσει, καὶ ὡς ἐκλεξάμενος τὰς δύο πατριὰς τουτέστι τὰς δύο βασιλείας, τήν τε τοῦ ἰούδα, καὶ τοῦ ἐφραὶμ μικρὰ τῆς ἑαυτοῦ ὑποσχέσεως φροντίσας, ἀπωσάμην τὸ πλῆθος. ἀφ' ὧν εἴς τε ἐμὴν καταφρόνησιν, καὶ παντελῆ τῆς εὐσεβείας μεταβολὴν ἤγαγον τὸν λαόν: ὥστε δίκαιόν ἐστιν, αὐτοὺς, καὶ ὑπὲρ ταύτης τῆς ἀσεβείας δοῦναι δίκην, ὡς ἂν σωφρονέστεροι γενόμενοι, μετὰ τοῦ προσήκοντος τὴν γῆν οἰκῶεν ἣν τοῖς πατράσιν ἐπηγγειλάμην.

Τάδε λέγει κύριος, εἰ μὴ τὴν διαθήκην μου ἡμέρας, καὶ νυκτὸς. ἀκριβάσματα οὐρανοῦ, καὶ γῆς οὐκ ἔταξα. κἄγε τὸ σπέρμα ἰακὼβ, καὶ Δαβὶδ τοῦ δούλου μου, ἀποδοκιμῶ τοῦ μὴ λαβεῖν ἄρχοντας ἐκ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ.] ἡ μὲν οὖν ἔννοια αὕτη. ὅτι ὥσπερ ὁ ἐπαγγειλάμενος τοῖς ἀνθρώποις, μὴ διαλείπειν τὴν ἐν τῇ κτίσει τάξιν, ἀλλ' εἰσαεὶ ἔσεσθαι χειμῶνα, καὶ θέρος, ἔαρ, καὶ μετόπωρον μέχρι τοῦ νῦν διετέλεσα φυλάττων τὴν ἐμαυτοῦ ὑπόσχεσιν, οὕτως ἐπαγγειλάμενος τῷ Δαβὶδ ἐκ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ ἐσαεὶ βασιλεύειν, οὐ διαψεύσομαι. τινὲς δὲ τὸ, ἡμέρας, καὶ νυκτὸς, ἀκριβάσματα οὐρανοῦ, καὶ γῆς οὐκ ἔταξα. οὕτως ἡρμήνευσαν. ὅτι οὐκ ἂν ἐποίησα οὐρανὸν, καὶ γῆν. εἰ μὴ ἡμέραν καὶ νύκτα ἐβουλόμην εἶναι ἀλλ' ὥσπερ ἐξ ἀρχῆς προθέμενος διαδοχὴν εἶναι ἡμέρας, καὶ νυκτὸς, τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τῆς γῆς τὴν φύσιν παρήγαγον, καὶ οὐ διέλυσα τὴν ἐπὶ τῇ κτίσει πρόθεσιν, οὕτως οὐδὲ τὴν ἐπαγγελίαν τὴν πρὸς Δαβὶδ διαλύσω. εἶτα ἐν τούτοις πείσας τὸν προφήτην ὁ θεὸς, παρακελεύεται αὐτῷ τὴν ἅλωσιν τῆς πόλεως μηνῦσαι τῷ βασιλεῖ Σεδεκίᾳ, καὶ αἰτίαν προσθεῖναι, ὡς ἀμεταμέλητα πταίουσι, καὶ παραβαίνουσι τὰς ἐπὶ θεοῦ συνθήκας γενομένας. καὶ ἐλέγχει αὐτοὺς, ἐξ ὧν ἀπήλαυσαν ἐλευθερίας κατὰ νόμον ὀμομοκότας, τούτους πάλιν ἀνεκαλέσαντο. καὶ ἐπάγει.

Vers. 24. *Numquid non erubuit populus hic? Locutus est, dicens: duæ cognationes, quas elegerat Dominus in ipsis, & ecce expulit eas, & populum meum irritaui, vt non sit vltra gens coram me?* Ne hoc mente, ait, concipias, me excidium extremum illaturum ciuitati; sed considera quomodo Iudæi particularibus calamitatibus nunquam prudentiores facti sunt. Falsi itaque Prophetæ circumeuntes accusant, quòd contraria iis quæ promisissent fecerim, sed cùm elegissem duas cognationes id est duo regna, Iudæ scilicet, & Ephrem, modicâ promissionis meæ habitâ ratione expulerim multitudinem: per quæ abduxerunt populum, cultusque pietatem omnino commutarunt. Iustum itaque est, vt de impietate hâc ab illis pœnas sumerem, quò mente saniores effecti, terram, vt congruum est, incolant, quàm pollicitus sum patribus.

Vers. 25. *Hac dicit Dominus. Si non esset Testamentum meum diei ac noctis, terminos cæli & terræ non posuissem: Equidem & semen Iacob; & Dauid serui mei proiecissem, vt non assumerem principes de semine eius*, sensus est.

Quemadmodum cùm hominibus promiserim constitutum in creatione ordinem seruare, sempérque hyemem, & Æstatem, Ver, & Autumnum vicissim succedere, ad hanc diem inuiolatâ meam seruant promissionem: Sic pollicitus Dauidi semen eius semper regnaturum, non mentiar. Quidam verò, *diei & noctis terminos cæli, & terræ non posuissem.* Sic interpretati sunt. Non vtique creassem cælum, & terram, ni diem & noctem esse voluissem; sed quemadmodum, ab initio propositâ mihi diei ac noctis successione, naturam produxi cæli & terræ, nec solui vnquam, quod mihi in creatione proposui, sic & promissionem Dauid factam nunquam irritam faciam. Cùm Deus hisce persuasum reddidisset Prophetam, præcipit illi, vt vrbis excidium Regi Sedeciæ annunciet, addátque causam, quòd eos non pœniteat rerum gestarum, violentque pacta cum Deo inita: Arguitque ipsos ex eo quòd denuò reuocarit eos, qui causâ obtinendæ libertatis, secundùm legem iurauerant, subdit.

Caput 34. à vers. 1. vsque ad 8. Sectio Prima.

TEXTVS VVLGATÆ.

1 VErbum quod factum est ad Ieremiam à Domino, quando Nabuchodonosor Rex Babylonis, & omnis exercitus eius, vniuersáque regna terræ, quæ erant sub potestate manus eius, & omnes populi bellabant contra Ierusalem, & contra omnes vrbes eius, dicens.

2 Hæc dicit Dominus Deus Israel: Vade, & loquere ad Sedeciam Regem Iuda; & dices ad eum:

TEXTVS SEPTVAGINTA.

1 VErbum, quod factum est ad Ieremiam à Domino. (Et Nabuchodonosor Rex Babylonis, & omnis exercitus eius, & vniuersa terra principatus eius bellabant super Ierusalem, & super omnes ciuitates Iuda) dicens.

2 Sic dixit Dominus: Vade ad Sedeciam Regem Iuda, & dices ei: Sic dixit Dominus: Traditione tradetur ciuitas hac in manus Regis Babylonis: & ea

eum: Hæc dicit Dominus: Ecce ego tradam ciuitatem hanc in manus Regis Babylonis, & succendet eam igni.

3 Et tu non effugies de manu eius: sed compræhensione capiêris, & in manu eius tradêris: & oculi tui oculos Regis Babylonis videbunt, & os eius cum ore tuo loquetur: & Babylonem introibis.

4 Attamen audi verbum Domini Sedecia Rex Iuda: Hæc dicit Dominus ad te: Non moriêris in gladio. Sed in pace moriêris, & secundùm combustiones patrum tuorum Regum priorum qui fuerunt ante te, sic comburent te: & væ, Domine, plangent te: quia verbum ego loquutus sum dicit Dominus.

6 Et locutus est Ieremias Propheta ad Sedeciam Regem Iuda vniuersa verba hæc in Ierusalem.

A *& capiet eam, & incendet eam in igne.*

3 Et tu non saluaberis de manu eius, & comprehensione capiêris, & in manus eius daberis: & oculi tui oculos eius videbunt: & in Babylonem ingrediêris.

4 Sed audi verbum Domini Sedecia Rex Iuda: Sic dicit Dominus.

5 In pace moriêris: & sicut plorauerunt patres tuos, qui regnarunt ante te; plorabunt & te, Væ Domine, & vsque ad infernum plangent te: quia verbum ego loquutus sum, dixit Dominus.

6 Et loquutus est Ieremias ad Regem Sedeciam B *omnia verba hæc in Ierusalem.*

7 Et virtus Regis Babylonis bellabat super Ierusalem, & super ciuitates Iuda, & super Lachis, & super Azeca: quia hæ remanserant in ciuitatibus Iuda ciuitates munitæ.

7 Et exercitus Regis Babylonis pugnabat contra Ierusalem, & contra omnes ciuitates Iuda, quæ reliquæ erant contra Lachis, & contra Azecha: hæ enim supererant de ciuitatibus Iuda, vrbes munitæ.

PARAPHRASIS CHALDAICA.

1 *Verbum prophetiæ quod factum est ad Ieremiam à facie Domini. Et Nabuchodonosor Rex Babylonis, & omnis exercitus eius, & omnia regna terræ dominationis manus eius, & omnes populi præliabantur aduersùm Ierusalem, & aduersùm omnes vrbes eius; dicendo.*

2 Hæc dicit Dominus Deus Israel, Vade & dic Sedechiæ Regi tribus domus Iuda, & dices ei: Hæc dicit Dominus, Ecce ego tradam ciuitatem istam in manum Nabuchodonosor Regis Babylonis, & succendet eam igni.

3 Et tu non liberaberis de manu eius; quia comprahensione capiêris, & in manum eius tradêris, & oculi tui oculos Regis Babylonis videbunt, & os eius cum ore tuo loquetur, & in Babylonem ducêris.

4 Veruntamen suscipe verbum Domini Sedechia, Rex tribus domus Iuda. Hæc dicit Dominus de te, Non interficiêris gladio.

5 Sed in pace moriêris, & secundùm combustionem patrum tuorum Regum priorum qui fuerunt ante te, sic exurent te, væ super Regem plangent te, quia verbum hoc locutus sum, dicit Dominus.

6 Et locutus est Ieremias Propheta cum Sedechia Rege tribus domus Iuda omnia verba hæc in Ierusalem.

7 Et exercitus Regis Babylonis pugnabant contra Ierusalem, & contra omnes ciuitates domus Iuda quæ remanserant: contra Lachis, & contra Azecha; hæ enim remanserant de ciuitatibus domus Iuda, vrbes munitæ.

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

1 Theodorit. Theodoritus. Ad aliam prophetiam se confert, & iubetur dicere Sedeciæ Regi, cùm hostes in obsidione perseuerarent, nempe, *Capietur ciuitas, & igne succendetur: & qui te ceperint, adducent ad Regem Babyloniorum: veruntamen effugies mortem: sed captiuus abductus, in* C *terra aliena habitabis: & in pace finem vitæ suscipies, atque exequiis debitis exornaberis à propinquis tuis.* Et hæc, inquit, dixi Regi, hostibus non modo Ierusalem obsidentibus, sed & reliqua Iudææ oppida.

2 Rabanus. *Peccatorem in peruersitate perseuerantem quantâ misericordiâ adiuuet Deus.* Rabanus Maurus. Licet Rex nequissimus Sedecias, de quo scriptura refert, quòd fecerit malum coram Domino, iuxta omnia quæ fecerat Ioachim, indignus fuerit misericordiâ Domini, tamen quoniam miserationes Domini magnæ & multæ nimis, sæpius eum per Prophetas suos commonebat, hoc est, per Ieremiam in Iudæa, & D Ezechielem vaticinantem in Babylone, prædicans ei captiuitatem futuram, si quomodo illum ad pœnitentiam prouocaret: sed mens indurata in fastidium ducebat verba prolata: & magis eliget in cæpta nequitia perseuerare, quàm per emendationem vitæ se corrigere. Vnde debitam pœnam inuenit: & vltionem captiuitatis simul cum populo sibi subiecto perpessus.

3 D. Thom. In D. Thoma vnum duntaxat est notandum, quod super vers. 4. Vbi dicitur. *Regi Sedeciæ, Non moriêris in gladio, sed moriêris in pace,* ait: Hoc quidem non fuit impletum: quia in pacto non mansit, fuitque confusione mortuus, quando medi- E cinam laxatiuam in conuiuio acceperat. Abachuc. 2. [a] *Væ qui potum dat amico suo miscens fel suum, & inebrians, vt aspiciat nuditatem suam.* Et tamen quantùm ad hoc potest dici impletum, quòd non fuit hostili gladio interfectus. Vide S. Hieronymum super citatum locum Abachuc, indicatam à D. Thoma ex narratione cuiusdam Hebræi referentem fabulam, eamdémque refutantem.

a Abac. 2. 15.

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Βάδιζον πρὸς.] Ὀλυμπιοδώρου.] ἐμοῦ παραδιδόντος φησὶν ὁ Θεὸς, καὶ οὐ τῇ δυνάμει τοῦ Βαβυλωνίου παραδοθήσεται ἡ πόλις.

[σὺν

Ex Vers. 2. *Vade ad Sedeciam, &c.)* Olympiodori.] *Me tradente, ait Deus; & non viribus Babylonij, tradetur hæc ciuitas.*

4 Olympiod. *Calamitates non tam ab hostibus, quã à Deo excipienda.*

Ex Vers.

[οὐκ ἀποθανῇ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἵνα κἂν οὕτως ἀναπνεύσῃ. τοῦτο γὰρ γέγονεν ἀπενεχθέντος εἰς Βαβυλῶνα αὐτοῦ. καὶ εἰρήνης ἔτυχε πολλῆς, ἵνα μάθῃ τοῦ θεοῦ τὴν φιλανθρωπίαν. ἵνα εὐπαραδέκτα γένηται τὰ λυπηρά, κλαύσονταί σε.

[Καὶ ἕως ᾅδου.]

Ἀπολιναρίου.] παραμυθεῖται τὸν ἀσεβῆ τῷ μὴ ἀποθανεῖν βιαίως ὁ φιλάνθρωπος. εἰρηναῖον γὰρ τὸ μὴ βίαιον.

Βίκτορος.] ἐκόψαντο δὲ πάντως αὐτὸν κατὰ τὸν τοῦ κυρίου λόγον, καὶ οἱ ληφθέντες αἰχμάλωτοι. τῶν οὖν φησι μεγάλων κακῶν, ὧν ἐλάλησα περὶ σοῦ, ταῦτα σοι γινέσθω παραμύθια. ὁ δὲ προφήτης ἀμελλητὶ διακονεῖ τῷ θεῷ σὺν παρρησίᾳ, ὁ λαλῶν ἐναντίον βασιλέως, καὶ οὐκ αἰσχυνόμενος, οὐδὲ τὸν ἐξ αὐτοῦ δεδιὼς ἢ τῶν ἄλλων κινδύνους. τοιοῦτόν ἐστι ψυχὴ τετρωμένη πόθῳ θεοῦ, οὐδὲν δεινόν, ἢ τὸ ἐκπεσεῖν ἡγουμένη θεοῦ. μετὰ δὲ Παύλου βοῶσα. τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ θεοῦ;

|| Ὀλυμπιοδώρου.] καταπαίζει τοῦ Σεδεκίου, ἵνα ἐκεῖνος ὑπονοήσῃ τὴν ἐκ τῶν πολεμίων ἄφεσιν. ἔλεγε δὲ ὁ χρησμὸς· ὅτι οὐχ ὡς ἀνὴρ ἐν παρατάξει, ἀλλ' αἰχμάλωτος ληφθεὶς ἐν εἰρηνευούσῃ πόλει τῇ Βαβυλῶνι τὸν κοινὸν ὑποίσει θάνατον. τὸ δὲ ἕως ᾅδου κόψονταί σε, ἀντὶ τοῦ πικρὸν οἷα βασιλέα ἐν αἰχμαλωσίᾳ ἀποθανόντα. ||

Ex Verſ. 4. (*Non morieris in gladio.*)

Chryſoſtomi.] *Vt ſaltem ita reſpiraret; hoc enim factum eſt, eo Babylonem abducto; nam & ſummâ illic pace potitus eſt, vt Dei pietatem agnoſceret, vtque doloris nuncios æquiori ferat animo, plangent te.*

Chryſoſt. Acerbis iucunda miſcere ſolet Deus, ne nimio obruantur dolore.

Ex Verſ. 5. (*Et vſque ad infernum plangent te.*)

Apolinarij.] *Solatur pius impium, quòd non ſit violentam mortem oppetiturus: ad pacem quippe ſpectat quod violentum non eſt.*

Apolinarius.

Victoris.] *Planxerunt ſanè eum, ſecundùm Domini verbum, & qui captiui facti ſunt. Ingentium igitur malorum, & quæ locutus ſum de te, hæc ſint, inquit ſolatia. Propheta autem incunctanter cùm libertate mandata Dei exequitur loquens coram Rege, & non erubeſcens, nec timens quæ ab eo vel ab aliis impendebant pericula; talis eſt animus amore Dei ſauciatus; nihil enim graue putat, niſi Deo excidere: & cum Paulo clamat,*[a] Quis nos ſeparabit à charitate Dei?

Victor. Prædicatorum quale eſſe debeat animi robur.

Charitas Dei quantùm animæ piæ indat roboris.

a Rom. 8. 35.

|| Olympiodori.] *Deludit Sedeciam vt ille ſpem ſalutis ab hoſtibus conciperet. Aiebat verò Vaticinium, quòd non vti vir in acie, ſed captiuus in pacifica ciuitate Babylone communi obibit fato. Illud autem (* Vſque ad infernum plangent te) *idem eſt, ac ſi diceret; Veluti infælicem Regem, in captiuitate mortuum.* ||

Olympiod. Sedeciæ Regi prædicta mors in pace quidem, ſed ignominioſa. Militi, ac Regi atque Duci mors in acie glorioſa.

Capitis 34. à verſ. 8. vſque ad finem. Sectio Secunda.

TEXTVS VVLGATÆ.

8 VErbum, quod factum eſt ad Ieremiam à Domino, poſt quàm percuſſit Rex Sedecias fœdus cum omni populo in Ieruſalem, prædicans.

9 Vt dimitteret vnuſquiſque ſeruum, & vnuſquiſque ancillam ſuam, Hebræum & Hebræam liberos: & nequaquam dominarentur eis, id eſt in Iudæo & fratre ſuo.

10 Audierunt ergo omnes principes & vniuerſus populus, qui inierant pactum vt dimitteret vnuſquiſque ſeruum ſuum, & vnuſquiſque ancillam ſuam liberos, & vltra non dominarentur eis: audierunt igitur & dimiſerunt.

11 Et conuerſi ſunt deinceps: & retraxerunt ſeruos & ancillas ſuas, quos dimiſerant liberos, & ſubiugauerunt in famulos & famulas.

12 Et factum eſt verbum Domini ad Ieremiam à Domino, dicens.

13 Hæc dicit Dominus Deus Iſrael: Ego percuſſi fœdus cum patribus veſtris in die quâ eduxi eos de terra Ægypti, de domo ſeruitutis dicens.

14 Cùm completi fuerint ſeptem anni, dimittat vnuſquiſque fratrem ſuum Hebræum, qui venditus eſt ei, & ſeruiet tibi ſex annis: & dimittes eum à te liberum: & non audierunt patres veſtri me: nec inclinauerunt aurem ſuam.

15 Et conuerſi eſtis vos hodie, & feciſtis quod rectum eſt in oculis meis, vt prædicaretis libertatem vnuſquiſque ad amicum ſuum: & iniiſtis pactum in conſpectu meo in domo, in qua inuocatum eſt nomen meum ſuper eam.

16 Et

TEXTVS SEPTVAGINTA.

8 *VErbum, quod factum eſt ad Ieremiam à Domino, poſtquam Rex Sedecias conſummauit teſtamentum erga populum, vocando dimiſſionem.*

9 *Vt dimitteret vnuſquiſque puerum ſuum, & vnuſquiſque ancillam ſuam, Hebræum, & Hebræam liberos; vt non ſeruiret vir è Iuda.*

10 *Et conuerſi ſunt omnes magnates, & omnis populus, qui ingreſſi erant in teſtamentum, vt dimitteret vnuſquiſque puerum ſuum, & vnuſquiſque ancillam ſuam ..... eos in pueros, & ancillas.*

12 *Et factum eſt verbum Domini ad Ieremiam, dicens.*

13 *Sic dixit Dominus: Ego diſpoſui teſtamentum ad patres veſtros in die, quâ erui eos de terra Ægypti, è domo ſeruitutis, dicens.*

14 *Cùm impleti fuerint ſex anni mittes fratrem tuum Hebræum, qui emptus erit tibi, & operabitur tibi ſex annos: & dimittes eum liberum. Et non audierunt me, & non inclinauerunt aurem ſuam.*

15 *Et conuerſi ſunt hodie ad faciendum rectum ante oculos meos, cùm vocaret vnuſquiſque dimiſſionem proximi ſui: & conſummauerunt teſtamentum ante faciem meam in domo, in qua inuocatum eſt nomen meum in ea.*

16 *Et reuertiſtis, & polluiſtis nomen meum, cùm reduceret vnuſquiſque puerum ſuum, & vnuſquiſque ancillam ſuam, quos dimiſeratis liberos animæ ſuæ, vt ſint vobis in pueros, & ancillas.*

17 *Propterea ſic dixit Dominus: vos non audiſtis me, vt vocaret dimiſſionem vnuſquiſque ad proximum ſuum. Ecce ego voco dimiſſionem vobis in gladium,*

16 Et reuersi estis, & commaculastis nomen meum: & reduxistis vnusquisque seruum suum, & vnusquisque ancillam suam, quos dimiseratis vt essent liberi & suæ potestatis: & subiugastis eos vt sint vobis serui & ancillæ.

17 Propterea hæc dicit Dominus: Vos non audistis me, vt prædicaretis libertatem vnusquisque fratri suo, & vnusquisque amico suo: ecce ego prædico vobis libertatem, ait Dominus ad gladium, ad pestem, & ad famen: & dabo vos in commotionem cunctis regnis terræ.

18 Et dabo viros qui præuaricantur fœdus meum, & non obseruauerunt verba fœdetis, quibus assensi sunt in conspectu meo, vitulum quem conciderunt in duas partes, & transierunt inter diuisiones eius.

19 Principes Iuda, & principes Ierusalem, eunuchi, & Sacerdotes, & omnis populus terræ, qui transierunt inter diuisiones vituli.

A *dium, & in mortem, & in famem: & dabo vos in dispersionem omnibus regnis terræ.*

18 Et dabo viros, qui transgressi sunt testamentum meum, qui non stabilierunt testamentum meum, quod fecerant ad faciem meam, vitulum, quem fecerant ad operandum eo.

19 Principes Iuda, & potentes, & Sacerdotes, & populum.

20 Et dabo eos inimicis eorum: & erunt morticina eorum esca volatilibus cæli, & bestiis terræ.

21 Et Sedeciam Regem Iudææ, & principes eorum dabo in manus inimicorum. Et virtus Regis Babylonis recedentibus ab eis.

B *22 Ecce ego præcipio, & reducam eos in terram hanc; & bellabunt super eam, & comburent eam in igne, & ciuitates Iuda: & dabo eas desertas ab habitatoribus.*

20 Et dabo eos in manus inimicorum suorum, & in manus quærentium animam eorum: & erit morticinum eorum in escam volatilibus cæli, & bestiis terræ.

21 Et Sedeciam Regem Iuda, & principes eius dabo in manus inimicorum suorum, & in manus quærentium animas eorum, & in manus exercituum Regis Babylonis, qui recesserunt à vobis.

22 Ecce ego præcipio, dicit Dominus, & reducam eos in ciuitatem hanc, & præliabuntur aduersùs eam, & capient eam, & incendent igni; & ciuitates Iuda dabo in solitudinem, eò quòd non sit habitator.

PARAPHRASIS CHALDAICA.

8 *Verbum prophetiæ quod factum est cum Ieremia à facie Domini, postquam percussit Rex Sedechias pactum cum omni populo qui erat in Ierusalem, vt prædicarent eis libertatem.*

9 Vt dimitteret quisque seruum suum, & quisque ancillam suam, filium Israel, & filiam Israel, liberos: vt nullus in seruitutem redigeret fratrem suum Iudæum.

10 Et audierunt omnes principes, & omnis populus qui venerant in fœdus, vt dimitteret quisque seruum suum, & quisque ancillam suam, filium Israel & filiam Israel, liberos: ita vt non vteretur eis tanquam seruis; & obedierunt, & dimiserunt.

11 Et postea conuersi sunt, & reduxerunt seruos, & ancillas, quos dimiserant liberos, & subiugauerunt eos in seruos, & in ancillas.

12 Et factum est verbum prophetiæ à facie Domini cum Ieremia; dicendo.

13 Hæc dicit Dominus Deus Israel: Ego pepigi pactum cum patribus vestris, in die quâ eduxi eos de terra Ægypti de domo seruitutis; dicens.

14 Post finem septem annorum dimittetis vnusquisque fratrem suum Israelitam, qui venditus fuerit tibi, & seruiet tibi sex annis, & dimittes eum liberum à te; & non obedierunt patres vestri verbo meo, nec inclinauerunt aures suas.

15 Et conuersi estis vos hodie, & fecistis quod rectum est coram me, vt prædicaretis libertatem quisque proximo suo, & inistis pactum in conspectu meo, in domo in qua inuocatum est nomen meum.

16 Et auersi estis, & violastis nomen meum, & reduxistis quisque seruum suum, & quisque ancillam suam, quos vos dimiseratis liberos animæ suæ, & subiugastis eos vt essent serui vobis, & ancillæ.

17 Propterea hæc dicit Dominus: Vos non recepistis verbum meum, vt prædicaretis libertatem quisque fratri suo, & quisque proximo suo. Ecce ego clamo vobis libertatem, dicit Dominus, per gladium, per pestem, & famem, & dabo vos in commotionem omnibus regnis terræ.

18 Et dabo viros qui transgressi sunt pactum meum, qui non confirmauerunt verba pacti mei, quod

C *inierunt coram me, vitulum quem conciderunt in duas partes, & transierunt inter diuisiones eius.*

19 Principes Iuda, & principes Ierusalem, & principes & Sacerdotes, & omnis populus terræ, qui transierunt inter diuisiones vituli.

20 Et tradam eos in manum inimicorum suorum, & in manum quærentium occidere eos, & erit eorum cadauer proiectum in cibum auibus cæli, & bestiis terræ.

21 Sedechiam quoque Regem domus Iuda, & principes eius tradam in manum inimicorum suorum, & in manun quærentium occidere eos, & in manum D *exercitus Regis Babylonis, qui discessit à vobis.*

22 Ecce ego præcipio, dicit Dominus, & reducam eos ad ciuitatem hanc; & præliabuntur aduersùs eam, & subiugabunt eam, & succendent eam igne, & vrbes domus Iuda dabo in solitudinem absque habitatore.

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

THeodoritus. Præexpositæ Prophetiæ aliam eiusdem sententiæ connectit. Iussit Sedecias, Seruos Hebræos iuxta legem diuinam liberos dimitti. [a] Lex E enim apertè statuit, illos, sex quidem annos seruire, septimo autem anno libertatem consequi. Cùmque, his auditis: omnes libertatem seruis suis dedissent, illos in pristinam seruitutem denuo redegerunt, peruersâ vsi pœnitentiâ. Indignatus ergo Deus omnium, illis quidem reuocat in memoriam seruitutem Ægyptiacam, & collatam eis libertatem, & deinceps legum datarum sanctionem. Conqueritur autem, quòd diligant quidem legis obseruationem, sed per pœ- F nitentiam conculcent eam. (*Conuersi enim estis*, ait, *vt faceretis quod rectum est in oculis meis, & prædicaretis quisque manumissionem proximi sui: qui inîistis pactum in conspectu meo, in domo, in qua inuocatum est nomen meum super eam.*) Intus enim, in æde mihi consecrata, cùm fecissent pactum de manumissione, me præsente, confestim istud transgressi sunt. Quoniam ergo noluistis dimissionem facere, (*Ecce, ego accerso vobis dimissionem,* dicit

Theodorit.

a Exod. 21. 2.

Legem quàm impiè aliqui conculcent, pœnitere se manifestantes, quòd illã aliquando seruauerint.

In Recidiuãtes post Sacramentorum susceptionem.

Puniens nos Deus qualitati peccantis voluntati quoquomodo sese conformat.

ducit Dominus, ad gladium, ad mortem & ad famem. Et dabo vos in diſperſionem cunctis regnis terræ.

Iuramenta & pacta ſolēnia antiquitus, & apud Hebræos fiebant tranſitu inter duas animātis diſſectas partes.

Repræhendit etiam iuriſiurandi tranſgreſſionem. *Et dabo homines, qui tranſgreſſi ſunt pactum meum, qui non ſteterunt verbis pacti, quod pepigerunt coram me, vitulum quem diuiſerunt in duo, & tranſierunt per medium duorum membrorum eius, principes Iuda, principes Ieruſalem, potentes, Sacerdotes, & cunctum populum terræ, qui tranſierunt per medium duarum portionum vituli.* Quondam ita iurare conſueuerat. Profectò etiam Deus omnium, [a] cùm fœdera inirent cum Abraham: vbi iuſſiſſet, arietem trimum & vitulum, ac hircum ſimilis ætatis, in duas partes diuidi, eaſque ex aduerſo collocari: tranſire fecit clibanum fumantem, & lampadem ardentem, per medium ambarum portionum paſciſcens cum eo, iuxta morem, qui tunc vigebat. Iſtud etiam hi fecerunt, qui de libertate ſeruorum Hebræorum promiſſiones emiſerunt, & voluerunt iureiurando firmare libertatem: ſed mox ipſum tranſgreſſi ſunt. Quapropter minatur, ſe traditurum eos hoſtibus, & proſtituturum corpora eorum beſtiis deuoranda: necnon Regi principibuſque ſeruitutis iugum impoſitum.

a Gen. 15. 9.

7 Rabanus. *Perſeuerātia in bono cœpto maximè neceſſaria.*

Rabanus Maurus. Patet hoc loco, quòd nihil proficiat cuilibet bonum inchoare, ſi non ſtuduerit illud ad bonum finem perducere: quoniam [b] *qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit.* Præceptum ergo fuerat legis, vt filij Iſrael fratres ſuos non inuenirent conditione ſeruorum, nec affligerent per potentiam, ſed tempore cōſtituto reuerterentur ad cognationem, & poſſeſſionem patrum ſuorum: haberentque ſeruos & ancillas de nationibus quæ in circuitu eorum eſſent. Quod volentes Sedechias, & po- A pulus qui fuerat cum eo ſeruare, promiſerunt ſe hoc facturos, ſed conuerſi retrorsùm retraxerunt ſeruos & ancillas ſuas, quos dimiſerant liberos & ſubiugauerunt in famulos & in famulas. Vnde iratus Dominus tradidit eos in commotionem cunctis regnis terræ, & gladium, & peſtem, & famem immiſit ſuper eos: & quia illi victimam fœderis, quam cæciderunt iuxta conditionem ſtatuti pacti polluerunt, dati ſunt in manus inimicorum, & in manus quærentium animas eorum: & erat morticinum eorum in eſcam volucribus cæli & beſtiis terræ: & non ſo- B lùm populus propter ſcelera ſua ab inimicis occiſus, & diſſipatus eſt, ſed & ciuitates eorum incenſæ & demolitæ ſunt. Iuxta tropologiam verò nos hic locus docet, vt cùm ſuſceperimus fratres noſtros ſub cura noſtra, & propter Deum ſubiecti fuerint nobis, non opprimamus eos per potentiam, nec iniuſtè ſeruitutis eis violentiam imponamus: ſed magis fraterno affectu eos tractemus, & adiuuemus verbo, atque exemplo: quatenus verò Domino qui eos ſanguine ſuo redemit poſſint dignum ſeruitium exhibere, donec verus iubilæus veniat: Et vnuſquiſque propriæ C reſtituatur dignitati, atque poſſeſſioni. De quo nos primus paſtor Eccleſiæ inſtruit, dicens: [c] *Seniores ergo qui in vobis ſunt obſecro, conſenior & ipſe teſtis Chriſti paſſionum, qui & eius quæ in futuro reuelanda eſt gloriæ communicator: Paſcite, qui in vobis eſt, gregem Dei: prouidentes non coactè, ſed ſpontaneè ſecundùm Deum: neque turpis lucri gratiâ, ſed voluntariè: neque vt dominantes in cleris, ſed forma facti gregis ex animo: Et cùm apparuerit princeps paſtorum, percipietis immarceſſibilem gloriæ coronam.*

b Matth. 10. 22.

Subditi fraterno tractādi amore.

c 1. Pet. 5. 1.

In D. Thoma nil quod notetur à præallatis diuerſum.

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Ὁ λόγος ὁ γενό.] Τοῦ χρυσοστόμου.] Νόμος ἦν παλαιός, τὸν ἑβραῖον ἓξ ἔτη δουλεύειν. ἐβούλετο γὰρ πρὸς πάντας ἀνθρώπους φιλανθρώπους εἶναι τοὺς ἰουδαίους. ἀλλ' ἐπειδὴ μὴ ἤθελον, τέως αὐτοὺς ἀπὸ τῶν συγγενῶν ἀφέλκεται καὶ ἐπάγεται. τί οὖν γίνεται; συνελθόντες ὅρκους ἔθεντο, καὶ σπονδὰς ἐποιήσαντο ἐπὶ τῶν ἱερέων, ἐπὶ τῶν ἀρχόντων, ἐπὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἅπαντες, τοῦ Σεδεκίου μεταξὺ τῶν γιγνομένων ὄντος, ὥστε γενήσεσθαι τοῦτο, καὶ ἕκαστον ἀφεῖναι τὸν δοῦλον καὶ τὴν δούλην. εἶτα μετενόησαν ἐπὶ τοῖς γιγνομένοις, καὶ εἴασαν αὐτοὺς εἰς παῖδας καὶ παιδίσκας.

Ὀλυμπιοδώρου.] μετὰ τὸ συγγράψασθαι τὴν περὶ τῆς ἀφέσεως διαθήκην.

Ἀπολιναρίου. εἰ τὸν κατὰ σῶμα ἀδελφὸν ἐλευθεροῦν ὁ νόμος τοῖς ἰουδαίοις προσέταξε, πόσῳ γε ἡμῖν τοῖς ἀδελφοῖς κατὰ πνεῦμα; δεῖ γὰρ τοὺς ἀμφοτέρους ἀγαπητῶς ἀλλήλοις συνεῖναι, καὶ ζητεῖν κἀκείνους ἔργον ἀρετῆς, οὐ τὴν δουλείαν αἰσχύνεσθαι. ἄμεινον δὲ τελείως ἐλευθεροῦν ἀπό σου, ἀλλ' οὐκ ἐν ὡρισμένῳ χρόνῳ. χρόνου γὰρ κρεῖττον τὸ πνευματικόν. καὶ ἀεὶ τούτοις ἑβδόμη πάρεστιν, ἡ τοῦ κόσμου συντέλειαν ἔχουσα.

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] δουλεύειν αὐτοῖς διὰ βίου τοὺς ἑβραίους κατέχοντες, ἀλλ' οὐ μετὰ ἓξ ἀπολύοντες ἐλευθέ-

D Verſ. 8. *Verbum quod factum eſt, &c.*)

8 Chryſoſt. d Exo. 21. 2. *Pietatem in proximos requiſiuit ſemper Deus à ſuis.*

Chryſoſtomi.] *Lex* [d] *erat antiqua, Hebræum ſex annis ſeruire. Volebat enim Iudæos pios eſſe in omnes. Sed cùm nollet, interim ad hoc attrahere voluit, vt contribulibus parcerent. Quid ergo fit? conuenientes iure iurando ſe omnes alligarunt, & pactum inierunt coram Sacerdotibus, optimatibus, cæteriſque omnibus omnes, ipſo etiam Sedeciâ præſente, vt fieret hoc, ſingulique ſeruum & ſeruam dimitterent. Deinde pœnituit eos facti, & voluerunt eos eſſe* E *ſeruos, & ancillas.*

Recidiuantiū in peccata inſigne exemplum.

Olympiod. Apolinarius. *Fratrum ſpiritualium quanta habēda ſit ratio, & quanta illis exhibenda ſit charitas. Mancipia Baptiſmo regenerata æquum eſt vt libertate donentur.*

Olympiodori.] *Poſtquam teſtamentum dimiſſionis conſcriptum fuerat.*

Apolinarij.] *Si fratrem ſecundùm carnem præcipiebat lex Iudæis vt libertate donarent, quantò magis nobis, qui fratres ſecundùm ſpiritum ſumus? oportet enim vtroſque familiariter vnà degere, & illos etiam quærere virtutis opus, non ſeruitutem erubeſcere. Sanius autem eſt perfectè illos à te dimittere, ſed non præſcripto tempore, quippe ſuperior eſt ſpiritus; ſemperque illis adeſt ſeptima, mundi conſummationem habens.*

Incertus. *Pœnitentium tunc quando peccare nō poſſūt inſigne exemplum.*

Incerti.] *Qui ſeruituti adſtrictos toto vitæ ſpatio Hebræos detinebant, neque poſt ſex annos ſecun-*

ἐλευθέρους ἔτι κατὰ τὸν νόμον, νῦν δὲ τοῦ πολέμου τὴν ἀνάγκην εἰδότες, ἐκήρυξαν ἄφεσιν, ὅτε μὴ ἄρχειν αὐτῶν εἶχον, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ πρὸς δουλείαν ἀπήγοντο, εἴπερ ὅλως ἐσώθησαν. ἀλλὰ καὶ οὕτως τῆς πολιορκίας ἐκτεινομένης, καὶ τῶν πολεμίων περὶ πόλεις τέως ἀπησχολημένων τὰς ὀχυράς, ἴσως διαφεύγειν οἰόμενοι τοῖς ψευδοπροφητῶν ὑπάγεσθαι λόγοις, αὖθις αὐτοὺς ἐδουλαγώγουν μετὰ τὴν ἄφεσιν. οὓς αἰτιᾶται, ὡς καὶ τὴν ἀρχὴν παραβάντας τῶν νόμων, καὶ μηδὲ νῦν ταῖς ἰδίαις συνθήκαις ἐμμείναντας, ἃς ἐν τῷ ναῷ βεβαιώσεως χάριν ἐποίησαν, διελθόντες διὰ μόσχου || τμημάτων, ὡς ἂν ἐπὶ θεοῦ κυρουμένας. τῷ τρόπῳ θεὸς κατὰ τὸ κρατοῦν ἔθος καὶ τὰς πρὸς Ἀβραὰμ ἐβεβαίωσεν. ἃς οὖν ὁ θεὸς ὡς ἐπ᾽ αὐτοῦ γινομένας καὶ ἀγαθὰς ἀπεδέξατο, πάλιν ἀνέτρεψαν. καίτοι παρὰ θεοῦ διὰ τοῦτο τυχόντες ἀνέσεως, τῶν πολεμίων ἀλλαχῆ τετραμμένων, καὶ προαπαντᾶν αἰγυπτίοις προῃρημένων, οὓς ἐπαμύνειν ἤκουον ἰουδαίους.

[margin: ||τμήματα.]

[Καὶ ἐγενήθη λόγ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] πρῶτον ὀφειλέτας καταστήσας; οὕτως ἐνομοθέτησα. δουλείας ἀπήλλαξα, καὶ τὰ αὐτὰ ποιεῖν ἐκέλευον. μισθὸν ἀπῄτουν τῶν εὐεργεσιῶν. μὴ γὰρ δωρεὰν τοῦτο ἔπραξα; ὅτε καλῶς ἔλαβον τῆς δουλείας τὴν πεῖραν, τότε αὐτοὺς πρὸς τὴν ἄφεσιν ὥρμησα; τί οὖν εἴποι τις ἄν; φιλοσοφώτεροι ἰουδαῖοι ἡμῶν. [καὶ μετ᾽ ὀλίγα] ἐκεῖ μὲν γὰρ ἑπτὰ συνεχώρησεν ἔτη, ἐνταῦθα δὲ καθόλου τὴν δουλείαν ἀνεῖλεν. οὐκ ἔστι δοῦλος, οὐκ ἔστιν ἐλεύθερος. [καὶ μετ᾽ ὀλίγα;] ἵνα μὴ ῥαθυμοτέρους τοῦτο τοὺς δούλους ἐργάσηται, μὴ καταφρονεῖτε αὐτῶν, ὅτι ἀδελφοί εἰσιν οἱ τῆς εὐεργεσίας ἀντιλαμβανόμενοι, φησίν.

[Καὶ ὑπεστρέψατε.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐχὶ τὴν εἰς ἐκείνους ἀδικίαν ἐκδικῶ γινομένην μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν τοῦ νόμου παράβασιν.

Ὀλυμπιοδώρου.] οἱ ἀπολύσαντες αὐτοὺς ἐλευθέρους, πάλιν εἵλκυσαν αὐτοὺς εἰς δουλείαν.

Τοῦ ἁγίου Κυρίλλου.] ὁρᾷς, ὅπως οὐκ ἀνέχεται τῶν τύπων ἀθετουμένων; μᾶλλον δὲ αὐτῆς τῆς ἀληθείας ἐξυβρισμένης ὡς ἐν σκιαῖς ἔτι; ἀμεταμέλητα γὰρ τὰ χαρίσματα, καὶ ἡ κλῆσις τοῦ θεοῦ κατὰ τὸ γεγραμμένον. τοὺς δὲ ἀνεθέντας ἅπαξ ἀνόπιν ἕλκοντες ἰουδαῖοι, καὶ τοῖς τῆς δουλείας αὖθις ὑποφέροντες ζυγοῖς, τὸ ἀμεταμέλητον οὐ τετηρήκασι. προσκεκρούκασί τε διὰ τοῦτο, τοῦ μυστηρίου τὴν δύναμιν ἀτιμάζοντες, εἰ καὶ ἦν ἐν τύποις ἔτι. δικαιούμεθα δὲ, ὅτι δωρεὰν διὰ χάριτος τῆς ἐν χριστῷ ζωῆς ἀντάλλαγμα προσενεγκόντες οὐδέν, ἀλλ᾽ οὐ δὲ τὴν τῆς ἐλευθερίας ἐκπριάμενοι δόξαν, ἡμερότητι δὲ καὶ φιλανθρωπίᾳ δεσποτικῇ τὸ χρῆμα κερδαίνοντες.

[Οὓς ἐξαπεστείλ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] τῇ προαιρέσει, τῷ θελήματι. τοῦτο γὰρ τῆς ἐλευθερίας ἴδιον.

[Ἡμεῖς οὐκ ἤκου.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τὸ πᾶν ἡμῖν περὶ τῆς εὐσεβείας

A *secundum legem liberos dimittebant, nunc belli necessitatem scientes, dimissionem publicarunt, quando illis dominari non poterant, quin & ipsi in seruitutem ducendi erant, si omnino sospites remansissent. Verum obsidione moram habente, hostibusque circa vrbes munitiores interim occupatis, fortasse effugere se posse putantes pseudoprophetarum verbis seducti, rursus sibi post dimissionem in seruos retrahebant. Hos accusat tamquam & ab initio legis transgressores, & nunc suorum* B *pactorum violatores, quæ in templo vt magis firma essent sanciuerant, transeuntes per vituli diuisiones, quasi Deo præsente roborata;*[a] *Quomodo Deus iuxta tunc temporis morem initum cum Abraham pactum firmauit. Quæ igitur Deus veluti coram se facta, & bona suscepit, rursus violarunt; licet propter hoc assecuti à Deo quietẽ fuissent, hostibus ad alia conuersis, & volentibus pugnare cum Aegyptiis, quos audiebant Iudæis opem laturos.*

[margin: a Gen. 15. 9.]

C Vers. 12. *(Et factum est verbum Domini ad Ieremiam.)* 10

Chrysostomi.] *Prius debitoribus constitutis, legem illis tuli, è seruitute liberaui, idque vt illi quoque agerent præcepi: rependi mihi pro collatis beneficiis poscebam. Num enim id gratis egi? Vbi seruitutis experimentum probè ceperunt, tunc eos ad dimissionem hortatus sum. Quid igitur quispiam dixerit? Iudæi sapientiores nobis. [Et paucis annexis.] Ibi enim septem annos permisit:* D *hîc autem omnino seruitutem exegit.* [b] Non est seruus, non est liber. *[Et post pauca] segniores hoc efficeret seruos; nolite eos contemnere, inquit; fratres enim sunt, qui beneficio afficiuntur.*

[margin: Chrysost. *Beneficiis suis & Deus gratias haberi exposcit. Præcepta Dei maximè opportuna & congrua. Seruitus in Euangelio fidelibus sublata.* b Galat. 3. 18. *Fratrũ loco habere debemus fideles singulos.*]

Ex vers. 16. *(Et reuersi estis, &c.)* 11

Chrysostomi.] *Non vlciscor tantum, quòd iniquè cum illis actum est, sed & legis transgressionem.*

[margin: Chrysost. *Legis transgressio punitur, quum pro peccatis castigamur.*]

Olympiodori.] *Qui eos liberos dimiserant,* E *iterum eosdem in seruitutem reuocarunt.*

[margin: Olympiod.]

Sancti Cyrilli.] *Vides vt ægrè patiatur, figuras contemni? imò veritatem ipsam adhuc sub vmbra contumeliis affici?* [c] Sine pœnitentia enim sunt dona, & vocatio Dei, *secundùm quod scriptum est. Semel verò dimissos retrahentes Iudæi, subque seruitutis iugo mittentes quod sine pænitentia est non seruarunt: quapropter offenderunt, mysterij vim inhonorantes, etsi* F *adhuc in figuris erat. Iustificamur autem, quia gratis per gratiam nihil offerentes pro vita quæ in Christo est, nec emptâ libertatis gloriâ, humanitate Domini, & beneuolentiâ in homines rem hanc lucramur.*

[margin: S. Cyrill. *Non Pænitẽdum de bonis operibus. Sicut nec Deũ pænitet donorum collatorum.* c Rom. 11. 9. *Redemptionis mysterium in figura antiquitùs designatum à Iudæis cõtemptum. Iustificatio nostra ex Christi gratia absque merito nostro.*]

Ex vers. 16. *(Quos dimiseratis.)* 12

Olympiodori.] *Sponte vestrâ, voluntate: hoc enim proprium est libertatis.*

[margin: Olympiod. *Libertas dicit voluntariũ.*]

Ex vers. 17. *(Vos non audistis me.)*

Chrysost.] *De summa pietatis agitur. Quid igitur?*

[margin: Chrysost.]

δείας κινδυνεύει). τί οὖν φησι; χαλεπὴ ἡ τιμωρία, θάνατος ἀντὶ δουλείας. καὶ τίνος ἕνεκεν οὕτως ἀμείβεται; ὅρκοι παρεβάθησαν. σπονδαὶ κατεπατήθησαν. αὐτὸ τὸ μέγα καθυβρίσθη ὄνομα τοῦ θεοῦ, ὥστε ὅταν ἴδῃς αὐτοὺς διασπειρομένους, μὴ τὴν εἰς τοὺς δούλους γινομένην ἀδικίαν ἐννοήσῃς μόνον, ἀλλὰ πρόσθες καὶ τὸν ὑβρισμένον θεὸν δι' ἐκείνων, καὶ οὐδὲ τὴν ἀξίαν ὄψει δίκην ὑπομένοντας.

[Καὶ δώσω τοὺς.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τὴν πόλιν οὐδὲν ἕτερον ἐποίησεν ἐν πολιορκίᾳ εἶναι, ἀλλ' ἢ τὸ μὴ μένειν τὰς συνθήκας, καὶ τὰς πρὸς τοὺς βαρβάρους τῷ Σεδεκίᾳ γεγενημένας. τί τούτων γένοιτ' ἂν ἀναισθητότερον; ἐπιορκία τὴν πόλιν εἷλε καὶ πάλιν τὸ αὐτὸ νόσημα γίνεται, μονονουχὶ φιλονεικοῦντες τῷ θεῷ ταῦτα ἐποίουν. ὅσοι κέχρησθε τοῖς ὅρκοις, καὶ παραβαίνετε τούτους, ὁρᾶτε τὰς τιμωρίας.

[Τὸν μόσχον ὃν.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἀντὶ τοῦ, διὰ τὸν μόσχον. τουτέστι διὰ τὴν εἰδωλολατρείαν παραδώσω αὐτούς. μόσχον καλεῖ τὸν αἰγύπτιον, διὰ τὸν τῶν αἰγυπτίων θεὸν τὸν ἆπιν. καὶ αὐτοὺς οὖν φησι, καὶ τὸν αἰγύπτιον. ὃν εἰς συμμαχίαν ἐκάλεσαν, παραδώσω τοῖς βαβυλωνίοις.

[Καὶ δύναμις βα.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἴσως ἀναζεύξαντας αὐτοὺς, καὶ ἀρξαμένους ἀποτρέχειν, ἀπειλεῖ πρὸς ἐπιστρέφειν.

igitur? grauis inquit punitio, mors pro ſeruitute, & cuiuſnam rei gratiâ ita rependitur? iuſiurandum violatum, pacta conculcata ſunt, ipſum Dei magnum nomen affectum iniuriâ. Cùm ergo videris eos diſperſos, non tantùm factam in ſeruos iniquitatem cogites; ſed addito & Deum per illos contumeliâ affectum, & videbis eos luere pœnas citra meritum.

Peccatorum pœna ſunt citra condignũ.

Verſ. 18. (*Et dabo viros, &c.*) 13

Chryſoſtomi.] *Nihil aliud vrbis obſidendæ cauſa fuit, quàm pactionum violatio illarum etiam quas cum barbaris Sedecias confecerat. Quid his fieri poſſit inſulſius? Periurium cœpit vrbem: & idem morbus iterum graſſatur: tantùm non pugnantes cum Deo iſthæc agebant. Qui iuramenta adhibetis, eaque tranſgredimini, punitiones conſiderate.*

Chryſoſt. *Pactionũ vel etiam cũ infidelibus quã diſpliceat Deo violatio. Iuramentorũ fractio quàm acriter à Deo puniatur.*

Ex Verſ. 18. (*Vitulum quem fecerant ad operandum eo.*)

Olympiodori.] *Hoc eſt propter vitulum videlicet propter idololatriam tradam eos. Vitulum appellat Aegyptium, propter Apim Aegyptiorum Deum, & ipſos, ait, & Aegyptium, quem ſibi in auxilium vocarunt, Babylonis tradam.*

Olympiod. *Vituli nomine ſignificatus Ægyptius, propter Apim qui in Ægypto colebatur.*

Ex Verſ. 21. (*Et virtus Regis, &c.*)

Olympiodori.] *Fortaſſe eos retrocedentes, & incipientes abſcedere, minatur ſe facturum, vt reuertatur.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ. 34.

*ΙΔΟΥ ἐγὼ καλῶ ὑμῖν ἄφεσιν φησὶ κύριος.] [εἶτα μετὰ βραχέα καὶ δώσω τοὺς ἀνθρώπους τοὺς παρεληλυθότας τὴν διαθήκην μου, τοὺς μὴ στήσαντας τοὺς λόγους μου τῆς διαθήκης μου, ἧς ἐποίησαν κατὰ πρόσωπόν μου τὸν μόσχον, ὃν ἐποίησαν εἰς δύο. καὶ διῆλθον διὰ μέσου τῶν διχοτομημάτων αὐτῶν, τοὺς ἄρχοντας ἰούδα, καὶ τοὺς ἄρχοντας ἱερουσαλὴμ, καὶ τὰ ἑξῆς.] τῆς συνθήκης τὸ εἶδος τέθεικεν ὁ προφήτης, ἐναργέστερον τὸν ἔλεγχον ποιούμενος. μόσχον γὰρ θύσαντες τῷ θεῷ καὶ διχῇ διελόντες, διῆλθον διὰ μέσου καὶ προσκεκομικότες τὰ διχοτομήματα, συνέθεντο ἀπολῦσαι κατὰ τὸν νόμον τοὺς παῖδας ἐλευθέρους τῷ θεῷ, ὑποσχόμενοι τοῦτο ποιῆσαι, ὡς δὴ ἐξιλεούμενοι τὸν θεὸν ἐπὶ τῇ προκειμένῃ ὀργῇ. εἶτα ἐκ τῆς τῶν ψευδοπροφητῶν αἰτίας, ὡς οὐκ ὀργιζομένου θεοῦ μεταγνόντες ἀνεκαλέσαντο τοὺς ἀπολυθέντας. ὀργισθεὶς τοίνυν ὁ θεὸς τὸν ἔλεγχον ποιησάμενος, ἀπειλεῖ αὐτοῖς τὴν ἅλωσιν. εἴπῃ δ' αὐτοῖς δικαίως, ὡς κἀκεῖνα τὰ τῆς ἀνακλήσεως ῥήματα καθ' ὃν καιρὸν ἀμείνους ἔδοξαν γενέσθαι, ὑπέσχετο ὁ θεός. ὅθεν καὶ ὁ προφήτης ὡς ὁρῶν αὐτοὺς μεταβεβλημένους, εἰς ἀπορίαν κατέστη, πολιορκουμένης τῆς πόλεως. διὰ τοῦτο ὁ θεὸς πείθων αὐτὸν, καὶ τὴν ἅλωσιν προεῖπε, καὶ ἤλεγξε τὴν γνώμην τῶν σχηματιζομένων τὴν εὐσέβειαν.

CAPVT XXXIV.

*Verſ. 17. *Ecce ego voco vobis dimiſſionem, ait Dominus,* & poſt pauca.

Verſ. 17.

Verſ. 18. *Et dabo homines qui tranſgreſſi ſunt teſtamentum meum, qui non ſtabilierunt ſermones teſtamenti mei quod fecerunt ad faciem meam, vitulum quem conciderant in duas partes, & tranſierunt per medium diuiſionum earum Principes Iuda, & principes Ieruſalem:* & quæ ſequuntur Fœderis formam propoſuit Propheta, clariorem inferens redargutionem: cùm enim vitulum Deo ſacrificaſſent, & in duas partes diſſecuiſſent, trãſierunt per medium, & adductis partibus diuiſis, pacto conuenerunt ſe pro Deo libertate donaturos, [a] prout lex iubebat, ſeruos: pollicentes ſe id præſtaturos, vt Deum pro ira propoſita redderent propitium. Deinceps Pſeudoprophetarum cauſâ, ac ſi Deus non iraſceretur, manumiſſos pœnitentiâ ducti reuocarunt in ſeruitutem. Iratus igitur Deus illis cõuictis comminatur perditionem. Porrò quia dicere quis iuſtè potuiſſet, illa reuocationis verba habita tunc temporis, quum animo meliores videbantur: & Deum promiſiſſe, ideóque Propheta in animi incidit perplexitatem obſeſſâ ciuitate, cùm illos videret immutatos. Propterea Deus illum reddens perſuaſum, & excidium prædixit, & mentem manifeſtauit eorum qui pietatem ſimulabant.

Fœderis faciendi forma antiquiſſima.

a Exod. 21. 2.

Caput 35. à verſ. 1. vſque ad 12. Sectio Prima.

TEXTVS VVLGATÆ.

1 Verbum quod factum eſt ad Ieremiam à Domino in diebus Ioakim filij Ioſiæ Regis Iuda, dicens.

2 Vade ad domum Rechabitarum: & loquere eis, & introduces eos in domum Domini in vnam exedram theſaurorum, & dabis ei bibere vinum.

3 Et aſſumpſi Iechoniam filium Ieremiæ filij Habſaniæ, & fratres eius, & omnes filios eius, & vniuerſam domum Rechabitarum.

4 Et introduxi eos in domum Domini ad gazophylacium filiorum Hanan, filij Iegedeliæ hominis Dei, quod erat iuxta gazophylacium principum, ſuper theſaurum Maaſiæ filij Sellum, qui erat cuſtos veſtibuli.

5 Et poſui coram filiis domus Rechabitarum ſcyphos plenos vino, & calices: & dixi ad eos: Bibite vinum.

6 Qui reſponderunt: Non bibemus vinum: quia Ionadab filius Rechab, pater noſter, præcepit nobis, dicens, Non bibetis vinum vos, & filij veſtri vſque in ſempiternum.

7 Et domum non ædificabitis, & ſementem non ſeretis, & vineas non plantabitis: nec habebitis: ſed in tabernaculis habitabitis cunctis diebus veſtris, vt viuatis diebus multis ſuper faciem terræ, in qua vos peregrinamini.

8 Obediuimus ergo voci Ionadab filij Rechab, patris noſtri, in omnibus; quæ præcepit nobis, ita vt non biberemus vinum cunctis diebus noſtris nos, & mulieres noſtræ, filij & filiæ noſtræ.

9 Et non ædificaremus domos ad habitandum: & vineam, & agrum, & ſementem non habuimus.

10 Sed habitauimus in tabernaculis, & obedientes fuimus iuxta omnia quæ præcepit nobis Ionadab pater noſter.

11 Cùm autem aſcendiſſet Nabuchodonoſor Rex Babylonis ad terram noſtram, diximus: Venite, & ingrediamur Ieruſalem à facie exercitus Chaldæorum, & à facie exercitus Syriæ: & manſimus in Ieruſalem.

A TEXTVS SEPTVAGINTA.

1 Verbum quod factum eſt ad Ieremiam à Domino in diebus Ioacim Regis Iuda, dicens.

2 Vade in domum Archabin: & duces eos in domum Domini in vnum atriorum, & potabo eos vino.

3 Et eduxi Ieconiam filium Ieremiæ filij Chabaſin, & fratres eius, & filios eius omnem domum Archabin.

4 Et introduxi eos in domum Domini in paſtophorium filiorum Ionam filij Ananiæ, filij Godoliæ hominis Dei, qui eſt prope domum principum eorum qui ſupra domum Maaſiæ filij Selom, cuſtodientis atrium. B

5 Et dedi ante faciem eorum laguncul am vini, & pocula, & dixi: bibite vinum.

6 Et dixerunt: Non bibemus vinum: quia Ionadab filius Rechab pater noſter mandauit nobis, dicens: non bibetis vinum vos, & filij veſtri vſque in ſæculum.

7 Et domos ne ædificetis, & ſemen ne ſeminetis: & vinea non erit vobis: quia in tabernaculis habitabitis cunctis diebus veſtris; vt viuatis diebus multis ſuper terram, ſuper quam incolitis vos ſuper eam. C

8 Et audiuimus vocem Ionadab patris noſtri non bibendi vinum cunctis diebus noſtris, nos & vxores noſtræ, & filij noſtri, & filiæ noſtræ.

9 Et non ædificandi domos ad habitandum ibi: & vinea, & ager, & ſemen non fuit nobis.

10 Et habitauimus in tabernaculis. Et audiuimus, & fecimus ſecundùm omnia, quæ mandauit nobis Ionadab pater noſter.

11 Et factum eſt, quando aſcendit Nabuchodonoſor ſuper terram; & diximus ingredi: & ingreſſi ſumus in Ieruſalem à facie virtutis Chaldæorum, & à facie virtutis Aſſyriorum & habitauimus ibi. D

PARAPHRASIS CHALDAICA.

1 Verbum prophetiæ quod factum eſt cum Ieremia à facie Domini, in diebus Ioachim filij Ioſiæ Regis tribus domus Iuda; dicens.

2 Vade ad filios domus Rechab, & loquere cum eis, & introduces eos in domum ſanctuarij Domini, ad vnum de gazophilaciis & propinabis eis vinum.

3 Et tuli Laazaniam filium Ieremiæ filij Abſaniæ, & fratres eius, & omnes filios eius, & omnes filios domus Rechab.

4 Et introduxi eos in domum ſanctuarij Domini, in gazophylacium filiorum Hanan, filij Iigdeliæ, Prophetæ Domini, quod eſt in latere gazophylacij principum, quod eſt ſupra gazophylacium Maaſiæ filij Sallum præpoſiti.

5 Et poſui coram filiis domus Rechab ſcyphos plenos vino, & calices: & dixi eis; Bibite vinum.

6 Et dixerunt, Non bibemus vinum, quia Ionadab filius Rechab pater noſter præcepit nobis; dicendo: Ne bibatis vinum vos & filij veſtri vſque in æternum.

7 Et domum non ædificabitis, & ſementem non ſeretis; nec plantabitis vineam, nec erit vobis: ſed in tentoriis habitabitis omnibus diebus veſtris; vt permaneatis diebus multis ſuper faciem terræ, in qua vos habitatis.

8 Et obediuimus verbo Ionadab filij Rechab patris noſtri in omnibus quæ præcepit nobis, vt non biberemus vinum omnibus diebus noſtris, nos & vxores noſtræ, filij noſtri, & filiæ noſtræ. E

9 Et vt non ædificaremus domos ad habitandum, & vineas, & agros, & ſementem non haberemus.

10 Et habitauimus in tentoriis, & obediuimus, & fecimus iuxta omnia quæ præcepit nobis Ionadab pater noſter.

11 Et factum eſt cùm aſcendit Nabuchodonoſor Rex Babylonis ad terram, diximus: Venite, & ingrediamur in Ieruſalem à facie exercitus Chaldæorum, & à facie exercitus Syriæ: & habitauimus in Ieruſalem.

Catena ex Veterum Patrum operibus impreſſis.

1 Theodorit. *Obedientia prompta inſigne in filiis Ionadab exemplum.*

THeodorit. Enarratâ hiſtoriæ ſerie, hęc adiicit: Admiratione digna eſt paterna legiſlatio, & filiorũ atque poſterorum prõpta obedien

Religio ſi, quòd in totū à Deo pendere debeat, exemplum.

obedientia. Quippe qui vitam curis vacuam, & prædiis carentem adamauerunt: & (quod maximè omnium ſuperat opinionem) habentes liberos, parui pendebant poſſeſſiones, toti, quoad ſe ſuaque, à fiducia in Deum pendentes. Quod ſi tempore legis, quæ continebat imperfectionem, propter infirmitatem eorum quæ lege cauebantur, ſummam philoſophiam amplexi ſunt iſti, quales eſſe debuerunt, qui legem Euangelicam audierunt?

2 *Rabanus. Ordo temporis minimè ſeruatus in Prophetarū ſcriptis, vt noſſemus ordinatione diuinā, nō diſpoſitione humanā compoſita ea eſſe.*

Rabanus Maurus. Cùm Propheta in proximo capitulo de Sedechia Rege, & his quæ ſub eo facta ſunt ſermonem habuiſſet, nunc autem iterum Ioachim filij Ioſiæ Regis Iuda tempore narrationem conuertat, patet profectò, quia non ordinem temporis in narratione obſeruauerit, ſicut iam ſupra dictum eſt, ſed ſecundùm diſpenſationem Spiritus Sancti, qui in eo locutus eſt, pro opportunitate cauſarum, & conuenientia rerum prophetiam ſuam conſcribi voluit, ſicut & in cæteris Scripturis Sanctis, & maximè in Euangelio factum reperimus: vt ſciat lector, Scripturas ſacras non diſpoſitione humanâ compoſitas eſſe, ſed inſpiratione & ordinatione diuinâ.

3 *Contumacia Iudæorū erga Deum redarguta exemplo Rechabitarū.*

(*Vade ad domum Rechabitarum*, &c.) Ad confundendum ſuperbiam & contumaciam Iudæorum, qui ſemper mandatis Dei aduerſantes reſtiterant, Propheta iuſſu Domini Rechabitas obedientes, & mites in teſtimonium adhibuerat, qui præceptis Ionadab filij Rechab patris eorum in omnibus parebant, ita vt nec vinum biberent, nec domum ædificarent, ſed nec ſementem ſererent, neque vineas plantarent: ſed in tabernaculis habitabant cunctis diebus vſque ad neceſſitatem Chaldaicæ captiuitatis, iuxta omnia quæ ſibi præcepta fuerant. Propter hoc quoque promittit eis Dominus, quòd non deficiat vir de ſtirpe Ionadab filij Rechab, ſtans in conſpectu ſuo cunctis diebus.

4 *Perfectioni Euangelicæ indulgentes deſignati per Rechabitas. Sub lege non eſſe dicuntur perfectioni vacantes iuſti, cùm legē ipſam ſupergrediūtur, & conſiliorum obſeruantia.*

Myſticè autem iſti Rechabitæ ſignificant eos, qui deſiderio perfectionis arctiori vitâ tranſcendunt legis mandata: iuxta id quod ſibi Euangelij dogmata, & Apoſtolica inſinuant exempla. Iuſti enim quibus lex non eſt poſita, ſic probantur, non eſſe ſub lege, vt iuſtitias legis non ſolùm implere, verùm etiam ſuperare contendant: ſitque deuotio eorum legali maior imperio, quæ obſeruantiam cumulans præceptorum voluntaria addat ad debita. Ita namque & Abraham futuræ legis præcepta legimus ſupergreſſum, cùm ſuperatis quatuor Regibus de ſpoliis Sodomorum, quæ ſibi velut victori non immeritò debebantur, & quidem [a] Rege ipſo cuius ſpolia retulerat ſuppliciter offerente, nihil penitus acquieſcit attingere, ſub diuini nominis teſtificatione proclamans: *Extendam manum meam ad Dominum excelſum, qui fecit cælum & terram, ſi à filo ſubtegminis vſque ad corrigiam caligæ accipiam ex omnibus quæ tua ſunt.* Sic Dauid præcepta legis cognoſcimus ſupergreſſum, qui præcipiente Moſe, [b] vt inimicis talio redderetur, non ſolùm hoc non fecit, verùm etiam dilectione complexus eſt perſequentes, [c] & pro his Domino piè ſupplicans, etiam lugubriter fleuit, & vlulatus eſt interfectos. Ita Eliam quoque & Ieremiam probamus non fuiſſe ſub lege, qui cùm licito vti coniugio abſque repræhenſione potuerint: virgines tamen perſeuerare maluerunt. Sic Heliſæum & reliquos huius propoſiti viros Moſaica legimus ſuperaſſe mandata: de quibus Apoſtolus ita dicit: [d] *Circuibant in melotis & in pellibus caprinis, & egentes anguſtiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus, in ſolitudinibus errantes, & montibus, & ſpeluncis, & in cauernis petræ.* Sic & nunc iſti filij Ionadab, propter obedientiam patri ſuo exhibitam diuino ſermone laudantur, & futura eis bona promittuntur, qui omnes offerre poſſeſſionum ſuarum decimas non contenti, ſed ipſa prædia reſpuentes, ſemet ipſos potiùs Deo ac ſuas animas obtulerunt. Pro quibus nulla ab homine fieri commutatio poteſt: ſicut Dominus in Euangelio conteſtatur: [e] *Quam dabit homo commutationem pro anima ſua?*

a Gen. 14.22. b Deut. 19. 21. c 2. Reg. 1. 17. 2 Reg. 18. 33. d Heb. 11. 37. e Mat. 16. 26

5 *Decimas Deo ſoluēs de bonis ſuis ſub lege eſt. Supra legem verò, qui & bonis omnibus renunciat, Chriſto ſe dedens.*

Quapropter ſcire debemus nos, à quibus non iam exigitur legale mandatum, ſed quibus Euangelicus quotidie intonat: [f] *Si vis perfectus eſſe, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cælo, & veni, ſequere me.* Cùm decimas de ſubſtantiis noſtris offerimus Deo adhuc quodammodo ſub legis ſarcina detineri, & nec dum ad Euangelicum illud faſtigium perueniſſe, quod obtemperantes ſibi non tantùm præſentis vitæ beneficiis, ſed etiam futuris præmiis muneratur. Lex enim factoribus ſuis non regnorum cæleſtium præmia, ſed vitæ huius ſolatia repromiſit, dicens: [g] *Qui fecerit hoc viuet in eis.* Dominus autem diſcipulis ſuis & amicis promittit regna cælorum: [h] *Beati*, inquit, *pauperes Spiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum:* Et, [i] *omnis qui reliquit domum, vel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit:* Nec immeritò. Non enim tam laudabile eſt ſi ab illicitis, quàm ſi etiam à licitis temperemus, & his propter eius reuerentiam non vtamur, qui ea nobis propter infirmitatem noſtram vtenda permiſit. Non enim generaliter præcipiendum erat, nec, vt ita dixerim, canonicè ab omnibus exigendum id quod propter mirificam ſublimitatem ab omnibus paſſim non poteſt appræhendi, ſed conſilio omnes potiùs prouocantur, & gratiâ, vt hi qui magni ſunt, poſſint perfectione virtutum non immeritò coronari. Qui autem parui ſunt, & menſuram ætatis plenitudinis Chriſti implere non poſſunt, licet fulgore maiorum velut ſyderum tecti latère videantur, tamen à tenebris maledictionum quæ in lege ſunt alieni, nec præſentium malorum cladibus addicuntur, nec ſupplicio plectuntur æterno. Non ergo Chriſtus ad illa virtutum excelſa faſtigia præcepti quenquam neceſſitate conſtringit, ſed liberi arbitrij prouocat poteſtate, & ſalubritate conſilij ac deſiderio perfectionis accendit.

f Mat. 19. 21. g Rom. 10. 5. h Matt. 5. 3. i Mat. 19. 29.

Conſiliorum obſeruatio nō ab omnibus, expoſcitur, ſed à perfectioribus.

6 *Scriptura Sacræ ſtudio addictis maximè congruens vini abſtinentia.*

In D. Thoma duo ſunt quæ notemus. Primum quod ait, filios iſtos Ionadab deditos fuiſſe ſtudio Sacræ Scripturæ, ideóque à vino abſtinuiſſe, de quibus & id dictum aſſerit, quod ad finem capitis ſecundi lib. 1. Paralipom. habetur, [k] *Cognationes ſcribarum habitantium in Iabes, canentes, atque reſonantes, & in tabernaculis commorantes: Hi ſunt Cinei qui venerunt de Calore patris domus Rechab.* Alterum quod vltimò aſſerit, in iis quæ leguntur Verſ. 11. Cùm autem aſcen

k Para. 2. 55.

Legis tranſgreſſio in caſu neceſſitatis excuſabilis.

ascendisset Nabuchodonosor, &c. excusari necessariam transgressionem.

Gregorius Nazianzenus Carmine Præceptorum ad Virgines, ante medium.

Tuque etiam Ionadab sublimi prædite mente,
Vitam, quâ nulla est homini felicior vsquam,
Accelerans natis hanc legem & verba dedisti.
O Nati, quas nec genitor mihi præbuit vnquam,
Nec soboli pater vllus opes sine fine manentes,
Percipite, ac læti cælestia carpite regna,
Vos primùm nullis concludite corpora tectis,
Vomere nec terram perstringite, vinea vobis
Nulla sit, atque vicem tecti tentoria præstent.
Nec verò dulci guttur perfunde Lyæo,
O mea progenies, sed Regi viue superno,
Diuitiasque omnes in eo, censumque repone,
Censum, qui cunctos stabilis perdurat in annos:
Hæc ait, atque patris nati pia iussa facessunt.

Vide ferè similia apud eumdem Nazianzenum in alio Carmine de animi submissione: post medium.

Ruffinus.

Ruffinus Presbyter in Titulum Psalmi 70. Psalmus, ait, qui sequitur hoc modo intitulatur.[a] *In finem Psalmus Dauid, filiorum Ionadab, & priorum captiuorum.* Hic titulus tangit historiam, quo modo filij Ionadab in prima captiuitate in Babyloniam ducti sunt. Quibus pater Ionadab præcepit vt non biberent vinum, & in tabernaculis morarentur. Ionadab qui interpretatur spontaneus, Dominum Christum figurauit, qui filiis & imitatoribus suis præcepit, vt non bibant vinum, id est terrenæ voluptati non inhæreant: & in tabernaculis, id est in militia Domini habitare consuescant. Spontaneus Domini fuit Christus, qui Domino patri vsque ad mortem factus est obediens.

a Psal. 70. 1.

Christus designatus in Ionadab, & Patri spōte obediēs, filiis suis mandat ne voluptati inhæreant, sed in iugi persistant militia spirituali.

7

Hieron.

Monachorum Principes, & Duces in Veteri testamēto.

Hieronymus epistolâ 13. ad Paulinum Tom. 1. Noster ait, [b] (Monachorum) Princeps Elias, noster Eliseus, nostri duces filij Prophetarum, qui habitabant in agris & solitudinibus, & faciebant sibi tabernacula prope fluenta Iordanis. De his sunt [c] & illi filij Rechab, qui vinum & siceram non bibebant; qui morabantur in tentoriis, qui Dei per Ieremiam voce laudantur, & promittitur eis, quod non deficiat de stirpe eorum vir stans coram Domino: hoc reor est septuagesimi Psalmi titulum significare: [d] *Filiorum Ionadab, & eorum, qui primi in captiuitatem ducti sunt.* Iste est Ionadab filius Rechab, [e] qui in regnorum libro scribitur currum ascendisse cum Ieu. Et huius filij [f] sunt, qui in tabernaculis semper habitantes, ad extremum propter irruptionem Chaldaici exercitus, Ierosolymam, intrare compulsi, hanc primi captiuitatem sustinuisse dicuntur, quòd post solitudinis libertatem, vrbe quasi carcere sunt reclusi.

b 4. Reg. 6. 1.
c Iere. 35.
d Psal. 70. 1.

Ionadab, cuius filij à Deo commendantur quis fuerit.

e 4. Reg. 10. 15.

f Ierem. 35.

Ionadab filij cur dicti sint primi sustinuisse captiuitatem Babylonicam.

Ioannes Damascenus lib. 3. Parallelorum cap. 38. totam hanc affert historiam, in commendationem reuerentiæ, & timoris filiorum in parentes.

Ioan. Damasc.

Filij metuere, & reuereri debent patres suos.

8

Augustinus Concione primâ in primam partem Psalmi 70. expendens eius Psalmi titulum: [g] *Ipsi Dauid filiorum Ionadab, & eorum qui primi captiui ducti sunt.* Ionadab homo, inquit, fuit quidam, commendatur nobis prophetia Ieremiæ, [h] qui filiis suis præceperat, vt vinum non biberent, neque in domibus residerent, sed in tabernaculis habitarent. Præceptum autem patris filij tenuerunt & seruauerunt, & ex hoc benedicti à Domino meruerunt. Dominus autem hoc non præceperat, sed pater ipsorum. Si autem hoc acceperunt tanquam præceptum à Domino Deo suo: quia & si Dominus non præceperat, vt non biberent vinum, & in tabernaculis habitarent, præceperat tamen Dominus, vt filij patri obedirent. In ea ergo re sola filius non debet obedire patri suo, si aliquid pater ipsius iusserit contra Dominum Deum ipsius. Neque enim debet irasci pater quando sic ei præponitur Deus. Vbi enim hoc iubet pater, quod contra Dominum non sit, sic audiendus est quomodo Deus, quia obedire patri iussit Deus. Benedixit ergo Deus filios Ionadab propter obediētiam, eosque obiecit inobedienti populo suo, exprobrans, quia cùm filij Ionadab obedientes essent patri suo, illi non obedirent Deo suo. Cùm autem ageret ista Ieremias, id agebat cum populo Israel, vt putarēt se ad captiuitatem ducendos esse in Babyloniam, & non resisterent voluntati Dei, nec sperarent aliud, nisi quia futuri essent captiui. Videtur ergo inde coloratus titulus huius Psalmi, vt cùm dixisset, *filiorū Ionadab*, subiiceret, *& eorum qui primi captiui ducti sunt*, non quia filij Ionadab captiui ducti sunt, sed quia illis qui captiui ducendi erant oppositi sunt filij Ionadab, quia patri obedientes erant, vt intelligerent illi propterea, se fieri captiuos, quia Deo obedientes non fuerunt.

August.
g Psal. 70. 1.
h Iere. 35.

Patris præcepta sumenda vt præcepta Dei.

Patri in omnibus obedire debet filius, quæ non sint contra Deum.

Ionadab filij patri obedientes oppositi Iudæis cælesti Patri inobedientibus, adeóque in captiuitatem ductis.

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Ὀλυμπιοδώρου.] παστοφόριον, ἤγουν γαζοφυλάκιον.

[Καὶ ἔδωκα κατὰ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἄξιον θαυμάσαι, πῶς ἐν τοιούτῳ δήμῳ ζῶντες, τὴν ἄκραν ἤσκησαν φιλοσοφίαν. λευῖταί τινες ἦσαν οὗτοι εἶδον πολλὰ ὑποδείγματα, τοὺς Ναζαραίους, τοὺς περὶ Ἡλίαν καὶ Ἐλισσαῖον, ἐζήλωσαν. ὁρᾷς, ὅτι εἰ ἐβούλοντο προσέχειν, εἶχον ὑποδείγματα; ἀλλὰ καὶ οὗτοι γεγόνασιν αἰχμάλωτοι, εἰ γὰρ Ἱερεμίας, καὶ Ἰεζεκιὴλ, καὶ Δανιὴλ, πολλῷ μᾶλλον καὶ οὗτοι. τοὺς γὰρ ἀγαθοὺς καὶ γενναίους ἄνδρας οὐδὲν τούτων ἐλύπει, ἀλλὰ καὶ λαμπροὺς ἐποίει. καὶ ἐν ὀδύναις παραμυθία τὸ πρᾶγ

Ex Vers. 4. P *Astophorium.*)

Olympiodori.] *Pastophorium Gazophylacium.*

9

Olympiod.

Pastophoriū quid.

Vers. 5. (*Et dedi coram eis laguncul am vini, &c.*)

Chrysostomi.] *Sanè admiratione dignum quomodo in tali populo vitam ducentes excellens vitæ institutum tenebāt. Leuitæ quidam hi erant multa viderant exempla, Nazaræos, Heliam, & Elisæum, & illos æmulati sunt. Vides, si animum attendere vellent, non defuisse exempla? Sed & hi captiui ducti sunt, Nam si Ieremias, & Ezechiel, & Daniel, multò magis & ipsi: probis quippe, generosisque*

Chrysost.

Monasticum perfectionis institutum etiam in veteri testamēto.

Perfectionis exēpla numquā defuēre.

Tribulationibus illustriores reddūtur viri sancti.

πρᾶγμα ἐστί. [καὶ μετ' ὀλίγα] καὶ ἤγαγεν αὐτοὺς εἰς οἶκον κυρίου· ἵνα καὶ ἀπὸ τοῦ τόπου, καὶ ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς δυσωπηθῶσιν. ἀλλὰ οὐδὲν αὐτοὺς ἐδελέασεν. ὥστε πάντοθεν ἀνῄρηται τοῖς ἰουδαίοις ἀπολογία. [καὶ μετ' ὀλίγα.] ὅρα τὰ ἀποστολικὰ προειληφότα.

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] πεῖραν αὐτοῖς προσάγει τοῦ μὴ αὐτοὺς λοιπὸς πρόφασιν ἔχειν ἀπὸ τοῦ, || τοῦ προφήτας λέγειν ἠπατήθημεν. ἦσαν οἱ διαφθείροντες. πῶς γὰρ οὐκ ἔτι μὴ παρέβησαν, καὶ ταῦτα προφήτου κελεύοντος ἀληθοῦς, καὶ δι' ἔργων μαρτυρουμένου. οἱ δὲ ἀπατῶντες διὰ τῶν πραγμάτων ἠλέγχοντο. ἄγει δὲ αὐτοὺς εἰς τόπον ἅγιον ἀνδρὸς θαυμαστοῦ διχόθεν αὐτοὺς δυσωπῶν. διεγείρει, καὶ τὴν ἐπιθυμίαν, οἶνον δεικνὺς καὶ ποτήρια. ἀλλ' οὐδὲν αὐτοὺς ἐδελέασεν. οὐχ ὁ προφήτης, οὐχ ὁ τόπος, οὐχ ὁ πρὸς ὃν ἦλθον, οὐ ποτηρίων ὄψις, οὐ τὸ τελευτηκέναι τοὺς ἐπιτάξαντας, οὐ τὸ χρόνον ἱκανὸν τετηρηκέναι τὴν ἐντολὴν οὐ τὸ μηδὲν αὐτῆς ἀπόνασθαι χρηστόν. ἰδοὺ γὰρ οἱ πολέμιοι, καὶ κοινὰ τὰ τῶν συμφορῶν. ἀπολογοῦνται δέ, καὶ δι' ἣν αἰτίαν εἰς τὴν πόλιν εἰσῆλθον. ἐσχάτης γὰρ ἀνοίας ἑκόντας αὐτοὺς τοῖς πολεμίοις ἐκδοῦναι.

|| διὰ τοῦ.

[Ὅπως ἂν ζῆ.]

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] τοῦτο δυσωπούντων ἐστὶν αὐτόν, μὴ κινεῖν τὰ προστεταγμένα, οὐκ ἀντιλογικὸν πρὸς τὸν προφήτην. ποίας ἡμέρας πολλὰς ἐπὶ τῆς γῆς; καὶ μὴν ἐλήλεγκται τὰ τῆς ὑποσχέσεως, καὶ πάρεισιν οἱ πολέμιοι. ἀλλ' ὅμως φησίν, οὐ κινοῦμεν τὰ δόξαντα πρὸς ἀρετὰς καὶ τὴν εὐσέβειαν ἀπειληφότα. || τῇ γὰρ ἀκτημοσύνῃ πᾶσαν αὐτῶν ἀδικίαν ἀφεῖλεν, ποιήσας πρὸς μόνον ἔχειν τὸν θεὸν τὰς ἐλπίδας, καὶ πραγμάτων ἀπήλλαξεν, ἀποστήσας τῆς πόλεως. οἴνου δὲ ἀποχὴ νηφαλέους ἐποίει, καὶ σώφρονας. ἀσέλγεια δὲ καὶ τὸ ἀδικεῖν κατὰ θεοῦ μῆνιν ὀλιγοχρονίους ἐργάζεται. ἦσαν δὲ καὶ ταῖς νομικαῖς ἐντολαῖς τελειότεροι, καὶ μειζόνων ὠρέγοντο δωρεῶν. μνήμη δὲ τοῦ ἰωναδὰβ ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν βασιλειῶν, ὡς εὐσεβοῦς ἱερέως, καὶ τιμωμένου παρὰ ἰηοῦ τοῦ βασιλέως, ὃς δὴ καὶ τούτων πρόγονος ἔοικεν εἶναι.

|| ἰσ. ἀπειληφότα.

[Ὑμεῖς καὶ αἱ γυ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] εἶτα ἵνα μὴ λέγῃ τις, πῶς οὖν τὴν πόλιν κατειλήφατε νῦν, καὶ οἰκίας οἰκεῖτε; ἐπὶ τὸ στρατόπεδον καταφεύγουσι. τοῦτο γὰρ ἐσχάτης ἀνοίας, ἑκόντας ἑαυτοὺς ἐκδοῦναι τοῖς πολεμίοις.

Ὀλυμπιοδώρου.] σημείωσαι ὑπακοὴν τέκνων καὶ γυναικῶν ἐπὶ παραφυλακῇ τοσαύτης ἀκριβείας.

[Καὶ ἀπὸ προσώπ.]

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] σημείωσαι, ὡς ἕτεροί εἰσιν οἱ Ἀσσύριοι παρὰ τοὺς χαλδαίους. τοῦτο δὲ καὶ ἐκ τοῦ Ἡσαΐου δηλοῦται, λέγοντος ἐν τῇ ὁράσει τύρου. καὶ ἐὰν ἀπέλθῃς εἰς Κιτιεῖς οὐδὲ ἐκεῖ σοι ἀνάπαυσις ἔσται εἰς γῆν χαλδαίων, καὶ αὕτη ἠρήμωται ἀπὸ τῶν Ἀσσυρίων.

nerosisque viris nihil horum molestiam attulit, imò eos splendidiores reddebat, & in ærumnis maximam, id est solatium. [& paucis interiectis.] Et introduxit illos in domum Domini, vt & loci, & viri auctoritate flecterentur: at nihil eos seduxit, ita vt nullus omnino Iudæis excusationis locus relictus sit. [& post pauca] considera res Apostolicas præfiguratas.

A perfectionis studio nil nos auertere debet.

10

Incerti.] Periculum facit illorum, ne reliquis excusatio esset dicendi, se à Prophetis deceptos fuisse, fuisse qui eos corrupissent. Quomodo enim hi non sunt transgressi? Idque Propheta veraci præcipiente, cui res ipsæ attestabantur? seductores verò euentu diuerso redarguebantur. Ducit autem eos ad locum sanctum viri admirandi, duplici viâ vtens, vt ne auderent contradicere, excitat quoque appetitum, ostendens vinum & pocula, sed nil eos cæpit, non Propheta, non locus, non is ad quem venerant, non scyphorum aspectus, non quòd ij qui præceperant diem obiissent extremum, non multo tempore mandatum obseruasse, non ex eo fructum nullum percepisse. Ecce enim hostes, calamitatésque communes. Reddunt quoque rationem, cur ciuitatem ingressi essent. Extremæ quippe dementiæ est, sponte semetipsos hostibus tradere.

Incertus. Virtus tentationis experimento probatur.

In virtute benè radicatos nil auertere ab ea potest.

Ex vers. 7. (Vt viuatis diebus multis super terram.)

11

Incerti.] Hæc illi dicunt, vt Prophetam inducerent, ne illos ad violanda mandata impelleret, non vt illi contradicerent. At quos dies multos super terram? Nam promissa deprehenduntur falsa, & hostes adsunt. Sed tamen nos, aiunt, non præterimus, quæ ad pietatem virtutésque videntur nos vngere: paupertate quippe omnem ab iis expulit iniustitiam, faciens vt in solum Deum spem figerent, & molestiis exemit, auocans è ciuitate; Vini porrò abstinentia sobrios temperantes reddebat: luxuries enim, & iniustitia Deo indignante vitam breuem efficiunt. Erant etiam in legalibus præceptis perfectiores, potiora præmia cupientes. Mentio autem Ionadab in 4. Regum [a] fit, vt pij Sacerdotis, & à Iehu Rege in honore habiti, à quo genus isti duxisse videntur.

Inobediens nō est censendus, qui præcipienti rem facti exponit.

A virtute nil nos abstrahere debet.

Paupertatis vis ad virtutis studium.

Vitia minuūt vitam.

a 4. Reg. 10. 15.

Ex Vers. 8. (Nos, & vxores nostræ, &c.)

12

Chrysostomi.] Deinde ne quis diceret; quomodo igitur nunc ciuitatem ingressi estis, domosque habitatis? irruptionis belli causam adducunt, summa quippe dementia esset, sponte se se hostibus tradere.

Chrysost. Monachis vrgente necessitate ciuitates, & curias adire licitum: Vitaque pericula deuotare.

Olympiodori.] Nota filiorum mulierúmque obedientiam in tam accurata obseruantia.

Olympiod. Obedientia eluceat præsertim in filiis, & in mulieribus.

Ex Vers. 11. (A Facie Chaldæorum, &c.)

Incerti.] Nota alios esse Assyrios, alios Chaldæos, quod etiam ex Isaia patet, qui in visione Tyri ait, [b] Et si abieris ad Citienses, neque ibi quies erit, & in terram Chaldæorum, & ipsa desolata est ab Assyriis.

Incertus. Assyrij diuersi à Chaldæis.

b Isai. 23. 12.

Capitis 35. à vers. 12. vsque ad finem. Sectio Secunda.

TEXTVS VVLGATÆ.

12 ET factum est verbum Domini ad Ieremiam, dicens.

13 Hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israel: Vade, & dic viris Iuda, & habitatoribus Ierusalem: Numquid non recipietis disciplinam vt obediatis verbis meis, dicit Dominus?

14 Præualuerunt sermones Ionadab filij Rechab, quos præcepit filiis suis vt non biberent vinum: & non biberunt vsque ad diem hanc, quia obedierunt præcepto patris sui: ego autem locutus sum ad vos, de mane consurgens, & loquens, & non obedistis mihi.

15 Misique ad vos omnes seruos meos Prophetas, consurgens diluculo, mittensque & dicens: Conuertimini vnusquisque à via sua pessima, & bona facite studia vestra: & nolite sequi Deos alienos, neque colatis eos: & habitabitis in terra, quam dedi vobis, & patribus vestris: & non inclinastis aurem vestram, neque audistis me.

16 Firmauerunt igitur filij Ionadab filij Rechab præceptum patris sui, quod præceperat eis: populus autem iste non obediuit mihi.

17 Idcirco hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israel: Ecce ego adducam super Iuda, & super omnes habitatores Ierusalem vniuersam afflictionem, quam locutus sum aduersùm illos, eò quòd locutus sum ad illos, & non audierunt: vocaui illos, & non responderunt mihi.

18 Domui autem Rechabitarum dixit Ieremias: Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel: Pro eo quòd obedistis præcepto Ionadab patris vestri, & custodistis omnia mandata eius, & fecistis vniuersa quæ præcepit vobis.

19 Propterea hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israel: Non deficiet vir de stirpe Ionadab filij Rechab, stans in conspectu meo cunctis diebus.

A

TEXTVS SEPTVAGINTA.

12 ET factum est verbum Domini ad me dicens.

13 Sic dicit Dominus: Vade, & dic homini Iuda, & habitatoribus Ierusalem: Non accipietis disciplinam audiendi verba mea?

14 Firmauerunt verbum filij Ionadab filij Rechab, quod mandauit filiis suis bibendi vinum, & non biberunt. Et ego loquutus sum ad vos diluculo: & loquutus sum, & non audistis.

15 Et misi ad vos pueros meos Prophetas, dicens: Auertimini vnusquisque à via sua pessima: & meliora facite studia vestra: & non ambulate post Deos alienos seruiendo eis: & habitabitis super terram, quam dedi vobis, & patribus vestris. Et non inclinastis aurem vestram, & non exaudistis.

B

16 Et firmauerunt filij Ionadab filij Rechab mandatum patris sui: populus autem iste non audiuit me.

17 Idcirco sic dixit Dominus: Ecce ego affero super Iudam, & super habitatores Ierusalem omnia mala quæ loquutus sum super eos.

18 Propterea sic dixit Dominus. Quoniam audierunt filij Ionadab filij Rechab mandatum patris sui, faciendo, sicut mandauit eis pater eorum.

C

19 Non deficiet vir filiorum Ionadab filij Rechab stans ante faciem meam cunctis diebus terræ.

PARAPHRASIS CHALDAICA.

12 ET factum est verbum prophetiæ à facie Domini cum Ieremia, dicendo.

13 Hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israel, Vade, & dices viris Iuda, & habitatoribus Ierusalem: Nonne recepistis disciplinam vt obediatis verbis meis, dicit Dominus?

14 Confirmata sunt verba Ionadab filij Rechab quæ præcepit filiis suis, vt non biberent vinum: & non biberunt vsque in diem hanc, quia obedierunt præcepto patris sui. Et ego misi ad vos omnes seruos meos Prophetas, manè consurgens & loquens, & non obedistis verbo meo.

E

15 Et misi ad vos omnes seruos meos Prophetas, manè consurgens, & mittens; dicens: Conuertimini nunc vnusquisque à via sua mala, & dirigite opera vestra; & ne ambuletis post idola populorum, vt seruiatis eis: & habitate in terra quam dedi vobis & patribus vestris: & non inclinastis aures vestras, nec obedistis verbo meo.

16 Firmauerunt enim filij Ionadab, filij Rechab præceptum patris sui, quod præceperas eis, & populus hic non obedierunt verbo meo.

F

17 Propterea hæc dicit Dominus Deus exercituum, Deus Israel: Ecce ego adducam super viros Iuda, & super omnes habitatores Ierusalem omne malum quod decreui aduersùs illos, eò quòd misi ad eos omnes seruos meos Prophetas, & non obedierunt, & prophetarunt eis, & non sunt conuersi.

18 Filiis autem domus Rechab dixit Ieremias; Hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israel, Pro eo D *quòd obedistis præcepto Ionadab patris vestri, & custodistis omnia mandata eius; & fecistis iuxta omnia quæ præcepit vobis.*

19 Propterea hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israel, Non deficiet vir de Ionadab filio Rechab, ministrans coram me, cunctis diebus.

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

13 Theodorit.

THeodoritus. At verò Deus omnium iubet Prophetam dicere cunctis habitantibus Ierusalem, Hi nempe patris quidem mandatum obseruantes noluerunt bibere vinum: vos autem qui noctu diuque propheticas disciplinas excipitis, iuxta leges meas non conuersamini. Quapropter omnimodas calamitates vobis inueham: posteris autem Rechab, qui mandatum patris seruauerunt, bonorum omnium præstantissimum pollicetur, *Non deficiet*, inquit, *vir de filiis Ionadab, filij Rechab, qui stet in conspectu meo, cunctis diebus terræ.* Sciendum tamen est, omnem eum vocari filium Ionadab, filij Rechab, qui leges illas obseruabat.

Ionadab filius vocatur omnis qui legem obseruet filiis suis ab ipso Ionadab præscriptam.

In Rabano nihil circa hæc.

14 D.Thom.

D. Thomas. Hîc ponitur inobedientium condemnatio. Et primò comparantur diuersa merita: vbi ponitur inobedientiæ admiratio. (*Numquid non recipietis disciplinam*) etiam flagellis, & exemplis, supra 2.ª *Frustra percussi filios vestros, disciplinam non susceperunt*, ponitur etiam admirationis ratio (*præualuerunt*) quasi dicat maiorem effica

a Iere. 2. 30. *Patri spirituali multò magis quàm carnali obediendum.*

efficaciam habuerunt sermones patris carnalis, quàm patris spiritualis ad Hebræos duodecimo.[a] *Patres quidem carnis nostræ eruditores habuimus & reuerebamur eos. Num multò magis obtemperabimus patri spirituum, & viuemus?* Et comparationis, probatio: quia illis obedientibus, hi non obedierunt. (*Ego autem*) supra 7.[b] *Locutus sum ad vos manè consurgens & loquens: & non audistis. Vocaui vos: & non respondistis mihi.* Secundò promittuntur diuersa præmia. Et primò promittit inobedientibus pœnam. (*Idcirco*) Prouerbiorum primo.[c] *Quia vocaui & renuistis, extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret: despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis. Ego quoque in interitu vestro ridebo, & subsannabo cùm vobis id quod timebatis aduenerit*, &c. Secundò obedientibus misericordiam. (*Domui autem Rechabitarum*) primi Regum decimo quinto.[d] *Melior est obedientia quàm victima: & auscultare quàm offerre adipem arietum.*

a Hebr. 12.
b Ierem. 7.
c Prou. 1.
d 1. Reg. 15.

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Οὐ μὴ λάβητε.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] Οἱ υἱοὶ Ἰωναδὰβ, ἀνθρώπου ἀπελθόντος ἐτήρησαν ἐντολὴν, ὑμεῖς δὲ παρέβητε τὰς ἐμὰς, τὸν ἐπιτάξαντα. βούλεσθε ἰδεῖν τῶν ἐπιταγμάτων τὸ ῥᾷστον; ἐγὼ μὲν ἐπέταξα εὔκολα, καὶ ἀναγκαῖα σφόδρα, ὥστε πονηρίας ἀπέχεσθαι καὶ εἰδώλων· ἐκεῖνος δὲ πολὺ δύσκολα. ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν εἶπε, καὶ ἀπῆλθεν. ἐγὼ δὲ ὑμῖν καθ' ἑκάστην ἐνηχῶ τὴν ἡμέραν, καὶ οὐδὲν γίνεται πλέον.

Διδύμου.] Οἶνον αὐτοῖς ἐνεγκεῖν ὑπὸ τοῦ θεοῦ προσετάχθη ὁ προφήτης εἰς ἔλεγχον τῆς ἰουδαίων παρανομίας. ἐκείνων γὰρ πιεῖν μὴ βουληθέντων διὰ τὰς τῶν προγόνων ὑποθήκας, κατηγόρησε λοιπὸν τῆς ἰουδαίων ἀπειθείας ὁ θεός. ὡς ἐκείνων μὲν ἀνθρωπίνας ἐντολὰς φυλαττόντων, τούτων δὲ τὰς θείας παραβαινόντων νομοθεσίας.

Ὀλυμπιοδώρου.] οὐκ ἐντρέπεσθε λοιπὸν, καὶ μεταπαιδεύεσθε εἰς τὸ ἀκούειν τῶν λόγων μου.

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] ἀποδέχεται τοὺς ἐντολὴν ἀγαθὴν τηρήσαντας τοῦ πατρὸς, καὶ δι' αὐτῶν ἐλέγχει τοὺς τὰ θεῖα παραβαίνοντας προστάγματα. ὁ μὲν γὰρ ἄνθρωπος, ἐγὼ δὲ θεός. καὶ ὁ μὲν δυσχερῆ, ἐγὼ δὲ εὔκολά φησι, προσέταξα. καὶ ὁ μὲν ἐτελεύτησεν, ἐγὼ δὲ ζῶ. καὶ ἡ μὲν ἐκείνου ἐπαγγελία διὰ τῶν πολεμίων ἐλέγχεται, ἡ δὲ ἐμὴ ἕστηκε. καὶ ὁ μὲν ἔφη, καὶ ἀπῆλθεν, ἐγὼ δὲ καθ' ἑκάστην ὑμῖν ἠχῶ τὴν ἡμέραν. ἀλλὰ καὶ τῶν ἐπαγγελιῶν ἤδη πεῖραν δέδωκα, οἰκήσετε ἐπὶ τῆς γῆς, ἐκεῖνος δὲ, οὐκ οἰκήσετε. πρότερον τῶν εὐεργεσιῶν ἦρξα, καὶ τότε δέδωκα τὰ προστάγματα. οὕτως οὐδὲν παρ' αὐτῷ τυραννικὸν, καὶ πανταχόθεν αὐτοὺς ἀφαιρεῖται συγγνώμης.

[Καὶ ἔστησαν υἱοί.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] Καὶ οὐ λέγει ποίαν. ἀλλὰ μὴ βουλόμενος αὐτοῖς φορτικὴν ποιῆσαι τὴν κατηγορίαν, ὅρα πῶς ἐστι δημοτικὸς οὐδὲν παρ' αὐτῷ τυραννικὸν πῶς πάντοθεν αὐτοὺς ἀφαιρεῖται συγγνώμης, λέγων ὁ δὲ λαὸς οὗτος οὐκ ἤκουσέ μου.

[Διὰ τοῦτο.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τοὺς δὲ υἱοὺς Ἰωναδὰβ ἱερωσύνῃ διηνεκεῖ τιμᾷ, λέγων, οὐ μὴ ἐκλείπῃ ἀνὴρ τῶν υἱῶν Ἰωναδὰβ παρεστηκὼς πρόσωπόν μου πάσας τὰς ἡμέρας. μὴ γὰρ νομίσητε διαπίπτειν τὴν εὐλογίαν τοῦ πατρός.

ΚΕΦΑ

Ex Vers. 13. *Non accipietis disciplinam, &c.*) 15

Chrysostomi.] *Filij Ionadab mandatum viri mortui obseruarunt, vos autem mea, me contempsistis. Vultis quantò faciliora præceperim nosse? ego quidem mandaui, perquàm facilia, & necessaria, hoc est vt abstineretis à nequitia, & idolis; ille verò maximè ardua. Et ille quidem dixit & excessit; ego autem vobis quotidie insusurro, nec quicquam perficio.*

Chrysost. *Præceptorum Dei, & præceptorum hominum comparatio. Præcepta Dei facilia, & maximè necessaria.*

Didymi.] *Vinum illis vt offerret à Deo iussus est Propheta ad Iudæorum impietatem redarguendam, illis quippe haurire nolentibus propter maiorum mandata, Iudæis meritò Deus peruicaciam obiecit; quòd illi humana præcepta obseruarent, hi verò diuinas leges pessundarent.*

Didymus. *Iudæorum peruicacia exemplo filiorum Ionadab efficaciter redarguta.*

Olympiodori.] *Nonne ergo vos pudet? neque mutato consilio discitis sermones meos audire?*

Olympiod. *Præcepta Dei non obseruare pudere quemque deberet.*

Incerti.] *Probat eos qui patris bonum obseruarunt præceptum, & per eos redarguit diuinorum transgressores præceptorum. Ille quippe homo erat, ego Deus: ardua ille, ego leuia mandaui, ille vitâ functus est, ego viuo. Illius præceptio per hostes infirma deprehenditur, mea verò firma stat. Ille dixit, & obiit; Ego vobis quotidie ad aurem loquor, sed & promissorum experimentum dedi*; habitabitis super terram: *ille verò*, non habitabitis *dixit beneficijs priùs collatis, tunc dedi. Ita nihil ab eo tyrannicum; & omni ex parte illis veniam excludit.*

Incertus. *Præcepta Dei non seruans quàm meritò arguatur, & castigetur.*

Ex Vers. 16. (*Et stabiliuerunt filij Ionadab.*) 16

Chrysostomi.] *Nec dicit quale; sed nolens eos vehementer obiurgare, vide vt se ad populi sensum accōmodet, nihil tyrannicè agit: quomodo omnem illis veniam recludat, dicens.* Populus autem hic me non audiuit.

Chrysost. *In arguendo quàm leniter se habeat Deus.*

Vers. 17. (*Propterea sic dixit Dominus: ecce ego, &c.*)

Chrysostomi.] *Filios Ionadab perpetuo Sacerdotio honorat cùm dicit;* Non deficiet vir filiorum Ionadab stans ante faciem meam, omnibus diebus. *Nolite enim putare patris benedictionem irritam esse.*

Chrysost. *Parentum benedictio maximè proficua filiis.*

CAP.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ. 35.

* ΚΑΙ πάντα τὸν οἶκον ῥιχὰβ, ἣν εἰσήγαγον εἰς τὸν οἶκον κυρίου, εἰς τὸ παστοφόριον υἱῶν Ἀνάν.] τουτέστιν, εἰς τὴν ἐξέδραν τὴν ἀπονενεμημένην τοῦ Ἀνὰν. αὐτὸς δὲ ἐστὶν ἐγγὺς οἴκου τῶν ἀρχόντων ἐπάνω τοῦ παστοφορίου Μαασαίου υἱοῦ Σαλμὼν, τοῦ φυλάσσαντος τὸν σταθμόν. ὁ ἑβραῖος, τοῦ φυλάσσοντος τὴν ἐσθῆτα τῆς λειτουργίας.

Καὶ εἶπον οὐ μὴ πίωμεν οἶνον, ὅτι ἰωναδὰβ υἱὸς ῥιχὰβ ὁ πατὴρ ἡμῶν ἐνετείλατο ἡμῖν. οὐ μὴ πίητε οἶνον ὑμεῖς, καὶ οἱ υἱοὶ ὑμῶν ἕως τοῦ αἰῶνος. καὶ τὰ ἑξῆς.] ἀπόγονοι ἦσαν οὗτοι τοῦ ἰωναδάβ. ὃς ἠλθεὶς τῷ ὑπὲρ τοῦ θεοῦ ζήλῳ, εἰς ἀπαντήσιν ἧκε τῷ βασιλεῖ ἐκεῖνος τοίνυν πάλαι τὴν Ἀχαὰβ παρανομίαν ὁρῶν, καὶ εἰδὼς ἀληθῆ τὰ παρὰ τῶν προφητῶν ῥήματα, καὶ σφόδρα προσδοκῶν ἅλωσιν τῆς χώρας, καὶ καταστροφὴν τῶν πολέων, τοῖς αὐτοῦ υἱοῖς ἐνετείλατο ταῦτα, οὐχ ὥστε μόνον φυλάξαι, ἀλλ' ὥστε καὶ τοῖς οἰκείοις ἐγγόνοις παραδοῦναι τὸ παράγγελμα. ἐκεῖθεν φαίνονται οὗτοι μέχρι τοῦ νῦν φυλάξαντες τὸ τοῦ προπάτορος πρόσταγμα,

CAPVT XXXV.

* Verſ. 3, 4. ET *vniuerſam domum Rechab.*

Verſ. 4. *Quam introduxi in domum Domini, in paſtophorium filiorum Annam,* hoc eſt in exedram aſſignatam Annam. *Ipſe autem erat prope domum principum ſuper paſtophorium Maaſei filij Salmon cuſtodientis atrium.* Hebræus. *Cuſtodientis veſtimentum miniſterij.*

Cap. 35. Chryſoſt. Verſ. 3.

Verſ. 6. *Et dixerunt: Non bibemus vinum: quia Ionadab filius Rechab pater noſter mandauit nobis. Non bibetis vinum vos, & filij veſtri vſque in ſæculum.* Et quæ ſequuntur. Hi ab Ionadab orti erant, [a] qui à zelo pro Deo exæſtuans, in occurſum venit Regi. Is igitur olim intuens Regis Achab iniquitatem, ſciensque Prophetarum ſermones eſſe veros, & indubitanter expectans ciuitatis excidium, & vrbium ruinam, hæc mandarat filiis ſuis, vt nedum ipſi ea obſeruarent, verùm & ſuos monerent poſteros de ſeruando mandato eodem. Quapropter hi ad hunc vſque diem progenitoris præceptum ſeruare videntur.

a 4. Reg. 10. 15.

Caput 36. à verſ. 1. vſque ad 14. Sectio Prima.

TEXTVS VVLGATÆ.

1 ET factum eſt in anno quarto Ioakim filij Ioſiæ Regis Iuda: factum eſt verbum hoc ad Ieremiam à Domino, dicens.

2 Tolle volumen libri, & ſcribes in eo omnia verba, quæ locutus ſum tibi aduersùm Iſrael, & Iudam, & aduersùm omnes gentes: à die, quâ locutus ſum ad te ex diebus Ioſiæ vſque ad diem hanc.

3 Si fortè audiente domo Iudâ vniuerſa mala, quæ ego cogito facere eis, reuertatur vnuſquiſque à via ſua peſſima: & propitius ero iniquitati, & peccato eorum.

4 Vocauit ergo Ieremias Baruch filium Neriæ: & ſcripſit Baruch ex ore Ieremiæ omnes ſermones Domini, quos locutus eſt ad eum in volumine libri.

5 Et præcepit Ieremias Baruch, dicens: Ego clauſus ſum, nec valeo ingredi domum Domini.

6 Ingredere ergo tu, & lege de volumine, in quo ſcripſiſti ex ore meo verba Domini audiente populo in domo Domini in die ieiunij: inſuper audiente vniuerſo Iudâ, qui veniunt de ciuitatibus ſuis, leges eis.

7 Si fortè cadat oratio eorum in conſpectu Domini, & reuertatur vnuſquiſque à via ſua peſſima: quoniam magnus furor, & indignatio eſt, quam locutus eſt Dominus aduersùs populum hunc.

8 Et fecit Baruch filius Neriæ iuxta omnia, quæ præceperat ei Ieremias Propheta, legens ex volumine ſermones Domini in domo Domini.

9 Factum eſt autem in anno quinto Ioakim filij Ioſiæ Regis Iuda, in menſe nono: prædicauerunt ieiunium in conſpectu Domini omni populo in Ieruſalem, & vniuerſæ multitudini, quæ con

TEXTVS SEPTVAGINTA.

1 IN *anno quarto Ioacim filij Ioſiæ Regis Iuda factum eſt verbum Domini ad me, dicens.*

2 *Sume tibi volumen libri: & ſcribe ſuper illud omnia verba, quæ loquutus ſum ad te ſuper Ieruſalem, & ſuper Iudam, & ſuper omnes gentes, ex qua die loquente me ad te, à diebus Ioſiæ Regis Iuda, & vſque ad diem hanc.*

3 *Fortaſſe audiet domus Iuda omnia mala, quæ ego cogito facere eis: vt auertantur à via ſua peſſima: propitius ero iniquitatibus eorum, & peccatis eorum.*

4 *Et vocauit Ieremias Baruch filium Neriæ: & ſcripſit ex ore Ieremiæ omnia verba Domini, quæ loquutus eſt ad eum, in volumine libri.*

5 *Et mandauit Ieremias Baruch, dicens: Ego cuſtodior: non potero ingredi in domum Domini.*

6 *Et leges in volumine iſto, in auribus populi in domo Domini in die ieiunij; & in auribus vniuerſi Iuda venientium de ciuitatibus ſuis leges eis.*

7 *Fortaſſe cadet miſericordia eorum ante faciem Domini, & auertent ſe à via ſua peſſima: quia magnus eſt furor, & ira Domini, quam loquutus eſt ſuper populum iſtum.*

8 *Et fecit Baruch ſecundùm omnia quæ mandauit ei Ieremias, legendo in libro verba Domini in domo Domini.*

9 *Et factum eſt in anno octauo Regis Ioacim in menſe nono, conuocauerunt ieiunium ad faciem Domini, omnis populus in Ieruſalem, & domus Iuda.*

10 *Et legit Baruch in libro verba Ieremiæ in domo Domini in domo Gamariæ filij Saphan ſcribæ in atrio ſuperiore, in veſtibulis portæ domus Domini nouæ, & in auribus vniuerſi populi.*

11 *Et audiuit Michaas filius Gamariæ filij Saphan, omnia verba Domini ex libro.*

12 *Et*

confluxerat de ciuitatibus Iuda in Ieruſalem.

10 Legitque Baruch ex volumine ſermones Ieremiæ in domo Domini in gazophylacio Gamariæ filij Saphan ſcribæ, in veſtibulo ſuperiori, in introitu portæ nouæ domus Domini audiente omni populo.

11 Cùmque audiſſet Michæas filius Gamariæ filij Saphan omnes ſermones Domini ex libro.

12 Et deſcendit in domum Regis, in domum ſcribæ: & ecce ibi omnes principes ſedebant, Eliſama ſcriba, & Dalaus filius Selemiæ, & Ionathan filius Acchobor, & Gamarias filius Saphan, & Sedecias filius Ananiæ, & omnes principes.

13 Et annunciauit eis Micheas omnia verba, quæ audierat legente Baruch in auribus populi.

12 Deſcendit in Domum Regis ad gazophylacium ſcribæ: & ecce ibi omnes principes ſedebant: Eliſamata ſcriba, & Dalaias filius Semeiæ, & Elnathan filius Achobor, & Gamarias filius Saphan, & Sedecias filius Hananiæ, & vniuerſi principes.

13 Et nunciauit eis Michæas omnia verba, quæ audiuit legente Baruch ex volumine in auribus populi.

PARAPHRASIS CHALDAICA.

1 ET factum eſt in anno quarto Ioachim filij Ioſiæ Regis tribus domus Iuda, factum eſt verbum iſtud cum Ieremia à facie Domini, dicens.

2 Tolle tibi volumen libri, & ſcribes in eo omnia verba quæ locutus ſum tecum, ſuper Iſrael, & ſuper Iudam, & ſuper omnem populum, à die quâ locutus ſum tecum; à diebus Ioſiæ, & vſque in diem hanc.

3 Fortè audient viri domus Iuda omne malum quod ego cogito facere, & conuertentur vnuſquiſque à via ſua mala, & dimittam delicta & peccata eorum.

4 Et vocauit Ieremias Baruch filium Neriæ; & ſcripſit Baruch ex ore Ieremiæ omnia verba Domini, quæ locutus eſt cum eo in volumine libri.

5 Et præcepit Ieremias Baruch; dicens: Ego clauſus ſum, & non poſſum ingredi in domum ſanctuarij Domini.

6 Et venies tu, & leges in volumine in quo ſcripſiſti ex ore meo, verba Domini coram populo, in domo ſanctuarij Domini, in die ieiunij, & etiam coram omni domo Iuda, qui veniunt de ciuitatibus ſuis, leges ea.

7 Fortè acceptabilis erit deprecatio illorum coram Domino, & conuertentur vnuſquiſque à via ſua mala, quoniam magnus eſt furor, & indignatio, quam decreuit Dominus aduerſus populum hunc.

8 Et fecit Baruch, filius Neriæ, iuxta omnia quæ præcepit ei Ieremias Propheta, vt legeret in libro verba Domini, in domo ſanctuarij Domini.

9 Et factum eſt in anno quinto Ioachim filij Ioſiæ Regis tribus domus Iuda in menſe nono, decreuerunt ieiunium coram Domino omnis populus in Ieruſalem, & omnis populus qui venerant de vrbibus domus Iuda in Ieruſalem.

10 Et legit Baruch in libro omnia verba Ieremiæ in domo ſanctuarij Domini, in gazaphylacio Gamariæ filij Saphan ſcribæ, in atrio ſuperiori, in introitu portæ domus ſanctuarij Domini Orientalis primæ, coram omni populo.

11 Et audiuit Micheas filius Gamariæ filij Saphan omnia verba Domini ex libro.

12 Et deſcendit in domum Regis, in gazophylacium ſcribæ, & ecce ibi omnes principes ſedebant, Eliſama ſcriba, & Dalaias filius Semeiæ, & Elnathan filius Achobor, & Gamarias filius Saphan, & Sedechias filius Ananiæ, & vniuerſi principes.

13 Et annunciauit eis Michaas omnia verba quæ audiuit, quando legebat Baruch in libro coram populo.

Catena ex Veterum Patrum operibus impreſſis.

1 Theodorit. *Volumina dicta libri capita.*

THeodoritus ſeriem ſimpliciter narrat hiſtoriæ. In cuius narratione tria ſunt quæ notemus. Primum quod de volumine hæc habet. Capita autem libri vocat volumina, quibus ad præſens vſque tempus Iudæi libenter vſi ſunt. Secundùm quod mox ſubiicit. Probabile eſt eos qui accuratiùs didicerant afflictiones, quas comminatus erat Deus, pœnitentiâ conſecutos eſſe ſalutem. Tertium, quod de Michea inquit. Vnus porrò eorum qui audierant, maiore ductus religione indicat principibus tribulationes quas comminabatur Deus.

Afflictionum comminatarũ notitia & ad pœnitentiam confert, & ad ſalutem. Micheas audita à Baruch retulit principibus religione motus.

2 Rabanus. *Dei bonitas, & clementia in rebelles peccatores.*

Rabanus Maurus. (*Et factum eſt*, &c.) O immenſa clementia, & inæſtimabilis bonitas conditoris noſtri, qui à ſuperbis contemptus non vltionem ſupplicij peccantibus ingerit, ſed conuerſis per pœnitentiam indulgentiam promittit, & non tantùm vni genti Iudæorum, ſed ad omnes nationes gentium ſermonem prædicationis per Prophetam dirigit: ſi quomodo reuertatur vnuſquiſque à via ſua peſſima, & per Domini miſericordiam peccatorum ſuorum obtineat veniam.

Obedientiæ prompta Ieremiæ exemplum.

(*Vocauit ergo Ieremias*, &c.) Prompta obedientia Prophetæ concordat diuinæ clementiæ: quoniam ſicut ille conſulit humanæ infirmitati per admonitionem conuerſionis, ita iſte obediendo ad ſalutem proximorum exercet officium prædicationis. Qui etſi clauſus carcere per ſemetipſum id perficere non valuit, per interpretem tamen omnia iuxta id quod ſibi iuſſum fuerat explere curauit. Quid ergo nos inertes in futuro iudicio Dei dicturi ſumus, qui abſoluti & libertate potiti, proximis noſtris Domini verbum expendere negligimus: quando ille qui clauſtris obſeratus erat, non per excuſationem impoſſibilitatis Domini mandato obſtitit, ſed quod ipſe per ſe explere non valuit, per ſubiectam perſonam ſollertiſſimè perficere feſtinauit.

Prædicator bonus promptè, abſque vel legitima excuſatione in prædicandi munere exercendo obediat.

Ieiuniũ maximam cum pœnitentia habet connexionem.

(*Factum eſt autem*, &c.) Conueniens ordo vt in indictione pœnitentiæ prædicetur ieiunium parſimoniæ, vt qui per luxum non cauendo vitia in peccatum inciderant, per abſtinentiam, & afflictionem corporis eadem peccata abluere contendant. Nam cogitandum ſummopere eſt, vt qui ſe illicita meminit cõmiſiſſe, à quibuſdam etiam licitis ſtudeat abſtinere: quatenus per hoc conditori ſuo ſatisfaciat, vt qui commiſit prohibita, ſibimetipſi abſcindere debet etiam conceſſa, & repræhendat in minimis qui meminit in maximis deliquiſſe.

Abſtinentia & à pleriſque licitis, & à minimis peccatis congrua pœnitentibus.

3 D. Thom.

In D. Thoma nihil notandum, niſi quod circa verſ. 10. in deſcriptione ſpecialis loci, in quo Baruch legit Ieremiæ librum portam nouam dicit eam extitiſſe quam factam à Ioas Rege legimus 2. Paralipom. 27. Veſtibulum verò ſuperius, fuiſſe ſuperiorem partem atrij, in quo Sacerdotes immolabant.

Ioan. Chryſ. *Sermo ſit quaſi corporeus per ſcripturã.*

Circa verſ. 2. Ioan. Chryſoſtomus oratione de Sigillis, quæ addita eſt in Tomo 5. Sermo literarum beneficio quaſi corporeus euadit: non autem

autem literis includitur, sed cum legente, & cum dicente coniunctus est. Nam licet aliquis accepto libro eum discerpat, fratres, corpus ille quidem sermonis discerpsit, non autem orationem discußit. Vt perspicias, literis consumptis, non propterea orationem perire, Deus Ieremiæ dicit: *Sedens scribe in libro omnes sermones, & trade Ioachin Regi.* Plena autem illa oratio repræhensione fuit. Quoniam verò Principes repræhensiones non facilè ferunt. Neque enim dignitas facilè iustitiæ subiicitur. Sed verum obtundit, & contorquet, repræhensionibus illis grauiter petitus librum disrumpit, & sic consilium literarum cùm discidisset in focum ignis abiecit. Quid igitur Deus? Denuò ad Ieremiam. *Sedens scribe eosdem sermones, & da Regi,* vt intelligat, se se literas quidem discidisse, orationem verò non diffecuisse.

Sermo scriptus & si scriptura discerpatur non tamen ipse perit, quia coniunctus cum dicente, & legente.

Principes verum, ac reprehensiones haud facilè admittunt.

S. Isaac Syrus Presbyter Tom. 5. Bibliot. Vet. Patrum lib. de contemptu mundi cap. 13. vbi plura congerit Prophetarum loca, quibus Deus ad pœnitentiam excitasse legitur, & hunc ita affert. Ieremiæ, sic ait Deus. *Accipe pergamenum, & quacumque dixero tibi inducam huic populo, vt audiens, & timens homo derelinquat viam suam malam, sed conuersi pœniteant, & tollantur peccata eorum.*

S. Isaac. Ad Pœnitentiam quantis modis preuocet Deus peccatores.

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Λάβε σεαυ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] χάρτην βιβλίου, ἢ βιβλίον χάρτινον, ἢ καὶ ἐν τόμοις ἔγραφον τὸ παλαιὸν, καὶ τοῖς τόμοις ἀντὶ τῶν βιβλίων ἐχρῶντο.

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] ὅρα θεοῦ πρόνοιαν. ἐκεῖνοι μὲν τὸν ἰατρὸν ἔδησαν. ὁ δὲ θεὸς || πάλιν ἀφῆκεν αὐτὸν διὰ φιλανθρωπίαν, παραμυθούμενος αὐτῶν τὸν θυμόν. οὐ μὴν τῆς διὰ τοῦ προφήτου θεραπείας αὐτοὺς ἀπεστέρησεν ἔγγραφον γὰρ αὐτοῖς τὴν προφητείαν πεμφθῆναι ποιεῖ. ἐντεῦθεν δὲ δῆλον, ὡς ἤδη προείρηται τὰ περὶ τῶν ἐθνῶν. καὶ οὐκ ἀκολούθως ἐν τῇ βίβλῳ τέτακται. ἀλλὰ καὶ τοῦτο ἐπὶ Ἰωακεὶμ γεγονὸς, οὐ κεῖται ἐνταῦθα, ὃς ἦν πρὸ Σεδεκίου. ὥσπερ δὲ τὸ περὶ Ισραὴλ, καὶ ἰούδα σωματικῶς περὶ τοῦ ἑβραίων γένους ἀκούομεν, οὕτω καὶ τὰ περὶ τῶν ἐθνῶν, ἐφ' ἃ καὶ κατέστη προφήτης ἐξ ἀρχῆς ἐκριζοῦν καὶ κατασκάπτειν. χωρὶς δὲ ἐπιστροφῆς ὥς φησιν ὁ θεὸς, οὐκ ἔστιν ἱλασμός. προφητικὴ δὲ ἡ μνήμη, ἀπὸ στόματος ἀπαγγέλλοντος ἤδη. ἀνάγνωσις ἐν ἡμέρᾳ νηστείας. εἰσελθεῖν γὰρ εἰς τὸν ναὸν ἐκωλύετο. δημοτελοῦς δὲ νηστείας ἐπιτελουμένης, εἰσῆλθον, καὶ μᾶλλον δὲ προσεκτικῶς εἶχον, καὶ συνεστέλλοντο. τῷ γε μὴν ἐλέῳ τοῦ θεοῦ, καὶ τὴν ἐπιστροφὴν αὐτῶν ἀνατίθησιν, ὅτι καὶ τῶν ἐφ' ἡμῖν ἀγαθῶν πρὸς τὸν αἴτιον, ἡ ἀγαθότης τοῦ θεοῦ. ὃς καὶ εἰκαστικῶς φησὶ τὸ, ἴσως, καθὸ καὶ ἐπ' αὐτοῖς ἦν, οὐκ ἄλλως εἶχεν εἰπεῖν. ὡς ἂν ἐλεγχθέντες καταχρίνωσιν. οὐ γὰρ τοῦτο τῷ ἀγαθῷ θεῷ προηγούμενον. ἵνα μὴ κωλύσῃ τὴν ἐπιστροφὴν ὁ ἔλεγχος. [Πάντα τὰ κάκ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] τὰ ἐπίπονα, τὰ κακωτικά. τὰ διὰ τῆς παιδείας προσκαλούμενα αὐτοὺς εἰς διόρθωσιν.

[Καὶ ἐνετείλατο ἱερ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὅρα θεοῦ πρόνοιαν. ἐκεῖνοι μὲν τὸν ἰατρὸν ἔδησαν, ὁ δὲ θεὸς καὶ οὕτως δεικνὺς αὐτοῦ τὴν φιλανθρωπίαν, οὐκ ἐξέβαλεν αὐτὸν, ἀλλ' εἴασεν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ, ἵνα τὸν τούτων θυμὸν παραμυθήσηται, καὶ μὴ φιλονεικοτέρους ἐργάσηται. οὐ μὴν τῆς θεραπείας αὐτοὺς ἀπεστέρησεν, ἀλλὰ ποιεῖ διὰ γραμμάτων αὐτοὺς ἀναμνησθῆναι τὸ πᾶν, καὶ ἐν καιρῷ νηστείας.

[Καὶ ἀναγνώσῃ.]

Ἐξ

|| *For.* οὐκ.

Vers. 2. *Sume tibi volumen.)*

Olympiodori.] *Chartam libri, vel librum chartaceum, vel certè in pellibus olim scribebant, quibus pro libris vtebantur.*

4 Olympiod. Pro libris antiquitus in vsu fuisse pelles scriptas.

Incerti.] *Considera diuinam prouidentiam, illi quidem medicum ligarunt, at Deus illum rursus liberum dimisit ob pietatem, curans iram eorum. Neque tamen cura illos per Prophetam habenda priuauit; facit enim vt scripta illis Prophetia mittatur. Hinc autem liquet, vt antea dictum est, contigisse quæ gentes gesserunt; nec ordine in hoc libro narrantur, sed etiam hoc tempore Ioachim factum,* qui ante Sedeciam fuit, *hîc non legitur. Sicuti verò quæ dicuntur de Israel, & Iuda corporaliter de gente Hebræorum intelligimus, sic & quæ de Gentibus, super* [a] *quas constitutus fuerat ab initio Propheta, vt euelleret & destrueret. Absque verò conuersione, vt inquit Deus, propitiatio non est. Prophetica autem memoria ex ore iam proferentis; lectio in die ieiunij; prohibebatur enim ingredi templum. Publico autem ieiunio indicto ingreßi sunt, attentiorique erant animo, timebantque: misericordiæ verò Dei conuersionem eorum adscribit. Nam & bonorum in nobis causa est bonitas Dei, qui etiam coniecturâ vtens ait,* Fortasse, *quod & in eorum hoc esset situm voluntate, nec alio modo dici poterat; vt redarguti seipsos condemnarent. Neque enim hoc Deus primò loco intendit, ne redargutio conuersionem impediret.*

Incertus. In Peccatorũ salutem quãtâ prouidentiâ semper Deus inuigilarit.

Credo deesse particulam negatiuam vt palàm colligitur ex Chrysostomo eadem paulo post habente.

Ieremias in libro non seruatum gestarum & temporis ordo.

a Iere. 1. 10.

Breuis Textus Paraphrasis.

Ieiunij tempore templum antiquitùs adibant omnes, etiamsi interdictum id aliquando esset.

Dei bonitas, & misericordia peccatoris conuersionem causans supponit liberum illius arbitriũ quo is concurrit.

Redargutione sua quid primo intendat Deus.

Ex Vers. 3. *(Omnia mala.)*

Olympiodori.] *Quæ dolores inferunt, & molestias: quæ erudiendo eos ad correctionem trahunt.* Vers. 5. *(Et præcepit Ieremias.)*

Chrysostomi.] *Inspice Dei prouidentiam: illi quidem medicum alligarunt, Deus autem vel sic suam pietatem ostendens non eum liberauit, sed reliquit in carcere, vt eorum iram sedaret, nec contentiosiores efficeret, neque tamen eos medicinâ priuauit, sed per scripta facit, vt illis omnia in memoriam reducerentur, idque ieiunij tempore.*

5 Olympiod. Chrysost. Prouidentia Dei mira pro Peccatorum salute.

Vers. 6. *(Et leges.)*

6

Incerti.

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] ἀναγινώσκεται ἐπὶ τοῦ λαοῦ, ἀλλ' οὐκ ἐπὶ τῶν ἀρχόντων. ἑτοιμότερον γὰρ ἔχουσι πρὸς πειθὼ οἱ μὴ ἐπηρμένοι τὸ φρόνημα. μιμεῖται δὲ τὸν διδάσκαλον ὁ Βαρούχ, ἄνευ δέους ὑπηρετούμενος. οὐκ ἐβάρυνε δὲ Βαρούχ τὸν διδάσκαλον, ἀλλὰ καὶ ἑαυτὸν ἐκείνῳ συνέζευξε, κοινωνεῖν αὐτῷ τοῦ μισθοῦ, καὶ τῆς ὑπακοῆς, καὶ τοῦ κινδύνου βουλόμενος.

[Καὶ ἐγενήθη ἐν.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τίνος δὲ ἕνεκεν ἐν καιρῷ νηστείας; ἵνα καὶ τὸν καιρὸν ἔχῃ συμπράττοντα, καὶ πάντες παρῶσιν ἀκούοντες. λυπεῖ τὰς ὄψεις τὰς ὑμετέρας ἡ ὄψις τοῦ προφήτου φαινομένη. ἰδοὺ δι' ἑτέρου σκεύους ὑμῖν τὸ φάρμακον || παραδίδωμι.

|| ἐκδίδωμι.

Incerti.] *Legitur præſente populo, non principibus. Promptiores enim ſunt ad obediendum qui elato non ſunt animo. Imitatur verò Baruch magiſtrum ſine metu mandatis obtemperans. Neque enim grauis erat Baruch magiſtro, ſed illi ſe iunxit volens particeps eſſe & mercedis eius, & obedientiæ, & periculi.*

Incertus. *Plebs humilis promptior ad ſuſcipienda Dei verba.*

Verſ. 9. *(Et factum eſt in anno octauo, &c.)*

Chryſoſtomi.] *Cur autem tempore ieiunij? vt & tempus haberet accommodatum, omnéſque adeſſent audientes. Diſplicet vobis aſpectus Prophetæ? En per alterum vas pharmacum vobis porrigo.*

Chryſoſt. *Ieiunij tēpus aptum pro concionibus. Doctrina ſacra tradenda eo modo, quo minori cum odio ab auditibus creditur ſumenda.*

Capitis 36. à verſ. 14. vſque ad 27. Sectio Secunda.

TEXTVS VVLGATÆ.

14 Miſerunt itaque omnes principes ad Baruch, Iudi filium Nathaniæ filij Selemiæ, filij Chuſi, dicentes: Volumen ex quo legiſti audiente populo, ſume in manu tua, & veni. Tulit ergo Baruch filius Neriæ volumen in manu ſua, & venit ad eos.

15 Et dixerunt ad eum: Sede & lege hæc in auribus noſtris, & legit Baruch in auribus eorũ.

16 Igitur cùm audiſſent omnia verba, obſtupuerunt vnuſquiſque ad proximum ſuum, & dixerunt ad Baruch: Nunciare debemus Regi omnes ſermones iſtos.

17 Et interrogauerunt eum, dicentes, Indica nobis quomodo ſcripſiſti omnes ſermones iſtos, ex ore eius.

18 Dixit autem eis Baruch: Ex ore ſuo loquebatur quaſi legens ad me omnes ſermones iſtos, & ego ſcribebam in volumine atramento.

19 Et dixerunt principes ad Baruch: Vade, & abſcõdere tu, & Ieremias, & nemo ſciat vbi ſitis.

20 Et ingreſſi ſunt ad Regem in atrium; porrò volumen commendauerunt in gazophylacio Eliſamæ ſcribæ: & nunciauerunt audiente Rege omnes ſermones.

21 Miſitque Rex Iudi vt ſumeret volumen: qui tollens illud de gazophylacio Eliſamæ ſcribæ, legit audiente Rege, & vniuerſis principibus, qui ſtabant circa Regem.

22 Rex autem ſedebat in domo hyemali in menſe nono: & poſita erat arula coram eo plena prunis.

23 Cúmque legiſſet Iudi tres pagellas, vel quatuor, ſcidit illud ſcalpello ſcribæ, & proiecit in ignem, qui erat ſuper arulam, donec conſumeretur omne volumen igni, qui erat in areola.

24 Et non timuerunt, neque ſciderunt veſtimenta ſua Rex, & omnes ſerui eius, qui audierunt vniuerſos ſermones iſtos.

25 Verumtamen Elnathan, & Dalaias, & Gamarias contradixerunt Regi ne combureret librum.

26 Et præcepit Rex Ieremiel filio Amelech, & Saraiæ filio Ezriel, & Selemiæ filio Abdeel vt compræhenderent Baruch ſcribam, & Ieremiam Prophetam: abſcondit autem eos Dominus.

TEXTVS SEPTVAGINTA.

14 *Et miſerunt omnes principes ad Baruch filium Neriæ: Iudin filium Nathaniæ filiæ Selemiæ filij Chuſi, dicentes: Volumen in quo tu legis in eo in auribus populi, ſume illud in manu tua, & veni. Et ſumpſit Baruch volumen, & deſcendit ad eos.*

15 *Et dixerunt ei: Iterum lege in auribus noſtris. Et legit Baruch.*

16 *Et factum eſt, vt audierunt omnia verba, conſultarunt vnuſquiſque ad proximum ſuum, & dixerunt: Annunciantes annunciemus Regi omnia verba hæc.*

17 *Et interrogauerunt Baruch, dicentes: Vbi ſcripſiſti omnes ſermones iſtos?*

18 *Et dixit Baruch: Ex ore ſuo annunciabat mihi Ieremias omnia verba hæc, & ſcribebam in libro.*

19 *Et dixerunt ad Baruch. Vade & abſcondere tu, & Ieremias: homo non ſciat vbi vos.*

20 *Et ingreſſi ſunt ad Regem in atrium: & volumen dederunt ad cuſtodiendum in domo Eliſama. Et annunciauerunt Regi omnia verba iſta.*

21 *Et miſit Rex Iudin ad ſumendum volumen: Et ſumpſit illud è domo Eliſama: & legit Iudin in aures Regis, & aures omnium principum ſtantium circa Regem.*

22 *Et Rex ſedebat in domo hyemali: & focus ad faciem eius.*

23 *Et factum eſt legente Iudin tres pagellas & quatuor, abſcindebat illas nouaculâ ſcriba, & iaciebat in ignem, qui ſuper arulam; donec defecit totum volumen in igne, qui ſuper arulam.*

24 *Et non quæſierunt, neque ſciderunt veſtimenta ſua Rex, & pueri eius audientes omnia verba hæc.*

25 *Et Elnathan, & Godolias ſuggeſſerunt Regi, de comburendo volumine.*

26 *Et mandauit Rex Hieremeel filio Regis, & Sareæ filio Eſriel, vt comprehenderent Baruch, & Ieremiam: & occultati ſunt.*

PARAPHRASIS CHALDAICA.

14 *Et miſerunt omnes principes ad Baruch Iudi filium Nathaniæ, filij Chuzi, dicendo Volumen in qua legiſti coram populo, ſume in manu tua, & veni. Et tulit Baruch filius Neriæ volumen in manu ſua, & venit ad eos:*

15 *Et dixerunt ei; Sede nunc, & lege illud coram nobis, & legit Baruch coram eis.*

16 *Et factum eſt, cùm audiſſent omnia verba, obſtu*

obstupuerunt vnusquisque ad proximum suum: & dixerunt ad Baruch. Annunciando annunciabimus Regi omnes sermones istos.

17 Et Baruch interrogauerunt; dicentes: Indica nunc nobis, quomodo scripsisti omnes sermones istos ex ore eius?

18 Et dixit eis Baruch, ex ore suo legebat mihi omnia verba hæc, & ego scribebam in volumine, atramento.

19 Et dixerunt principes ad Baruch, Vade & abscondere tu, & Ieremias, & nemo sciat vbi sitis.

20 Et venerunt ad Regem in atrium, & volumen commendauerunt in gazophylacio Elisamæ scribæ, & nunciauerunt coram Rege omnes sermones.

21 Misitque Rex Iudi vt sumeret volumen: & tulit illud de gazophylacio Elisamæ scribæ, & legit Iudi coram Rege, & coram omnibus principibus qui stabant circa Regem.

22 Et Rex sedebat in domo hyemali in mense nono, & ignis erat succensus coram eo.

23 Factum est autem cùm legisset Iudi tres paginas, aut quatuor, scidit illud scalpello scribæ, & proiecit in ignem ex carbonibus; donec totum volumen super ignem ex carbonibus absumeretur.

24 Et non obstupuerunt nec sciderunt vestimenta sua Rex, & omnes serui eius, qui audierunt omnes sermones istos.

25 Et etiam Elnatan, & Dalaias & Gamarias rogauerunt Regem vt non combureret volumen: & non acquieuit eis.

26 Et præcepit Rex Hierameel filio Regis, & Saraiæ filio Azriel, & Selemiæ filio Abdeel vt caperent Baruch scribam, & Ieremiam Prophetam; & protexit eos Dominus.

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

Theodorit. *Virtutis actio numquã suâ defraudanda est laude.*

IN Theodorito vnum duntaxat notandum, quod verba ista vers. 24. *Et non inquisierunt Dominum, & non sciderunt vestimenta sua Rex, & omnes serui eius, qui audierunt hos sermones.* Subdit. Verùm sicut horum extremam stupiditatem accusat, Sic laudat Elnathan, Dalaiam, & Gamariam, quoniam illi suggerebant Regi, ne librum combureret.

Rabanus. *Propheta, & Apostoli dictante Spiritu Sãcto facilè, & promptè loquuti.*

Rabanus Maurus. *Miserunt itaque*, &c. Quòd Baruch interrogatus à principibus populi, quomodò scripsisset sermones Ieremiæ ex ore eius: Respondit quòd ex ore suo locutus sit ad eum, quasi legens sermones istos, insinuat, quia sancti Prophetæ & Apostoli Spiritu Sancto locuti, nullam necessitatem tractatuum, vel penuriam passi sunt verborum, sed omnia, vt oportebat, promptè & facilè coram auditoribus suis, Spiritus Sancti gratiâ tribuente, proferre poterant. Vnde ipsa veritas in Euangelio discipulis, ait: [a] *Dum steteritis ante Reges & præsides, nolite cogitare, quomodo aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis.* Et item: [b] *Spiritus*, inquit, *paraclitus quem mittet pater in nomine meo ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quæcumque dixero vobis.* Hocque sciendum quòd non solùm doctoribus, sed etiam auditoribus necessaria est gratia Spiritus Sancti, quia, vt supra iam diximus, nisi idem spiritus cordi adsit audientis, otiosus est sermo doctoris. Nemo ergo docenti homini tribuat, quod ex

a Mat. 10. 19.

b Ioã. 14. 26. *Auditoribus vt proficua sint quæ audierint necessaria est Spiritus Sancti gratia.*

A ore docentis intelligit: quia nisi intus sit, qui doceat, doctoris lingua exteriùs in vacuum laborat. Ecce vnam loquentis vocem omnes pariter in Ecclesia audimus, non tamen pariter sensum auditæ vocis percipimus. Cùm ergo vox dispar non sit, cur in cordibus nostris dispar est vocis intelligentia: nisi quia per hoc quod vox loquentis communiter admonet: est magister interior, qui de vocis intelligentia quosdam specialiter docet. De hac quoque Spiritus Sancti gratia per Ioannem dicitur: [c] *Sicut vnctio eius docet vos de omnibus.* Per vocẽ ergo non instruitur, quando mens per spiritum non vngitur. Sed cur ista de doctri-B na hominum loquimur, quando & ipse conditor non ad eruditionem homini loquitur: si eidem homini per vnctionem spiritus non loquatur? Certè Cain priusquam fratricidium opere perpetraret, audiuit: [d] *peccasti, quiesce.* Sed quia culpis suis exigentibus vocem admonitus, non in vnctione audire Dei verba potuit, sed seruare contempsir: sic & nunc quæ sequuntur in hoc capitulo, prolata demonstrant, quòd Ioachim Rex, & serui eius quia non fuerunt Spiritus Sancti gratiâ, quâ Propheta locutus est, intus illuminati: verba Dei quidem audire aure corporis pote-C rant, sed auribus cordis non poterant, quas Dominus in Euangelio requirit, dicens: [e] *Qui habet aures audiendi audiat.* Et in Apocalypsi: [f] *Qui habet*, inquit, *aures audiendi audiat quid spiritus dicat Ecclesiis.* Nam sequitur.

c 1. Ioan. 2. 27. *Doctrina Sacra minimè proficua ni comitem habeat Spiritus Sãcti vnctionem, & illuminationem.*

d Gen. 4. 7. Sec. Sept.

e Matt. 4. 9.

f Apoc. 2. 29.

(*Rex autem sedebat*, &c.) O miranda cæcitas humanæ mentis, & stupenda nequitia indurati cordis! Qui debuerant monitis salutaribus compungi, ad peccatorum suorum pœnitentiam, verba Domini in libro scripta, in ignis studebant consumere flamma: insuper & Prophetam quem per D gratiam doctrinæ, atque correptionis meritò honorare debuerant, contumeliâ afficere contendebant. Et vnde hoc: Nisi quia spiritus nequam, qui semper spiritui gratiæ aduersatur, in cordibus eorum duritiæ asperitatem non leuitatem obedientiæ machinabatur, ne credentes & pœnitentiam agentes salui fierent.

8 *Cordis duri nequitia quò pertingat.*

(*Et præcepit Rex Hieremiel*, &c.) Frustra igitur aliquid agere nititur humana præsumptio, vbi resistere voluerit diuina dominatio. Præcepit Rex terrenus, vt comprehenderent Prophetam & notarium eius, & mittatur in carcerem, sed abscondit eos Rex cælestis, hoc est protexit, ne E humanâ malitiâ læderetur sanctorum innocentia. [g] *Custodit enim Dominus omnes diligentes se, & omnes peccatores disperdit:* [h] *& ambulabunt homines, vt caci, quia Domino peccauerunt.*

Præsumptio humana aduersùs Dei voluntatem irrita.

g Ps. 144. 20.

h Soph. 1. 17.

In D. Thoma nihil habeo quod hîc adnotem.

9

Circa Vers. 18. Gregor. PP. lib. 22. Moral. cap. 2. Spiritum Dei quasi quædam nobis verba dicere, est occultâ vi ea quæ agenda sunt, intimare, & cor hominis ignarum non adhibito strepitu, & tarditate sermonis peritum repentè de absconditis reddere. Nam quia auditus ea quæ ad se fiunt F non simul omnia dicta comprehẽdit, quippe qui & causas per verba, & particulatim verba per syllabas percipit, visus autem noster in eo quod se dirigit, totum subitò, & simul apprahẽdit Dei locutio ad nos intrinsecus facta videtur potiùs quàm audiatur: quia dum semetipsum sine mora sermonis insinuat, repentinâ luce nostræ ignorantiæ tenebras illustrat. Vnde & Baruch Neriæ filius cùm requisitus exponeret, quemadmodum verba Ieremiæ prophetantis audisset, ait: [i] *Ex ore suo loquebatur quasi legens, & ego scribebam.* Qui

Greg. PP. *Spiritus Sanctus absque sermonis strepitu, aut duratione temporis loquitur viris sanctis. Auditus superatur à visu, cùm visus morâ non egeat tẽporis. Propheta quasi legẽtes loquebantur, quia ea dicebant quæ in corde suo videbãt à Spiritu Sancto exhibita.*

i Iere. 36. 18.

Qui enim legens loquitur, aliò intendit, ſed aliò verbum facit: quia quod videt dicit. Prophetæ ergo Dei quia eius verba vident potiùs in corde, quàm audiunt, quaſi legentes loquuntur.

Circa verſ. 25. Hincmarus opuſc. 55. capitum cap. 47. Exuſtio libri, inquit, bellicâ cæde, & peregrinâ captiuitate punita eſt.

Hieron. *Librorum Sacrorum quàm acer vindex ſit Deus.*

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Καὶ εἶπον τῷ Βαρ.

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] πάρεστι νοεῖν, ὡς τῆς φυλακῆς ἀπολύσαντες τὸν ἱερεμίαν, κρυβῆναι προσέταξαν ἀμφοτέρους. οὐδὲ γὰρ μείνας ἐν τῇ φυλακῇ λανθάνειν ἠδύνατο. τὸ δὲ, εἰσῆλθον πρὸς τὸν βασιλέα. ἐξέδωκεν ἀκύλας. ἀπήντησαν τῷ βασιλεῖ. ἐναντίωσιν δὲ τοῦτο δηλοῖ, δι' εὐσέβειαν. οἷς ὁ ἀσεβὴς μὴ πεισθεὶς βασιλεὺς, σὺν τῷ περὶ τὸν προφήτην ἐπὶ τιμωρίᾳ ζητεῖ. καὶ εἶδε τὸ βιβλίον. ὥσπερ ἂν εἴποις τὸν ἰατρὸν οὐχ εὑρὼν, κατακαύσῃ τὸ φάρμακον. καὶ τὴν μὲν γνώμην ἤλεγξε, τὸ δὲ ἔργον οὐκ ἔσχε, θεοῦ τοὺς ἄνδρας σκεπάσαντος.

[καὶ ἐγνώσθη ἀνα.]

Τοῦ χρυσοστόμου.] ταῦτα ἀκούσας ὁ βασιλεὺς, καὶ ἀκούσας τὰ δυνάμενα, καὶ λίθον μαλάξαι, συνέκοψε τὸ βιβλίον. ὥσπερ ἂν εἴποις τὸν ἰατρὸν οὐχ εὑρὼν, τὸ φάρμακον λαβὼν, εἰς τὸ πῦρ ἔρριψεν. εἶδες μανίαν καὶ ἀγριότητα; οὐχ ἁπλῶς ἔκοψεν, ἀλλ' εἰς τὸ πῦρ ῥίπτει· πολλὴ τῶν παρεστηκότων νωθεία. ἠναντιώθησαν δέ τινες φησί. [καὶ μετ' ὀλίγα] ὅρα δαιμονικὴν μανίαν. οὐχὶ πρὸς τὸν προφήτην, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰ ῥήματα ταῦτα, καὶ πρὸς τὰ || πράγματα ἀπεχθῶς εἶχεν.

|| γράμματα.

Σεβήρου ἐκ τοῦ κατὰ τῶν προσθηκῶν ἰουλιανοῦ συγγράμματος.] διὰ τούτου δεικνῦντες, ὡς τὴν διὰ πυρὸς τιμωρίαν τοῦ γεγραφότος καὶ φθεγξαμένου προφήτου κατεψηφίσαντο.

Verſ. 19. *ET dixerunt ad Baruch vade & abſcondere, &c.)*

Incerti.] *Datur intelligi quòd educto è carcere Ieremiâ, præceperunt vtriſque vt ſe abſconderent, neque enim in carcere detentus latère poterat. Illud verò;* Ingreſſi ſunt ad Regẽ; *Aquila expoſuit:* Occurrerunt Regi, *quod oppoſitionem ſignificat, propter pietatem: quibus Impius Rex nõ audiens Prophetam & diſcipulum ad ſupplicium quærit. Et vidit librum, vt ſi quis medico non inuento comburat pharmacum, & mentem quidem ſuam propalauit, opus verò non eſt aſſecutus, Deo viros illos tegente.*

Verſ. 23. *(Et factum eſt legente Iudin, &c.)*

Chryſoſtomi.] *Hæc cùm audiſſet Rex, quæ poſſent emollire & lapides, conſcidit librum; perinde ac ſi quis Medico non inuẽto, arreptum pharmacum in ignem conijceret. Vidiſtin furorem, & feritatem? non tantùm ſcidit, ſed in ignem coniecit: magna fuit circunſtantium vecordia. Quidam verò ait* ſe oppoſuêre [*& paucis interiectis.*] *Conſidera Satanicum furorem; Non tantùm Prophetæ, verùm & verborum, & Scripturæ odio flagrabat.*

Seueri ex Commentario aduersùs Iuliani additamenta.] *Per hoc oſtendentes, ſe ignis pœnâ damnaſſe Prophetam qui hæc ſcripſerat, & dixerat.*

10 Incertus. *Ieremias ſe abſcondit à furore Regis, Ioachim, è carcere ab amicis eductus. Principibus obſiſtendum quum ſanctos perſequũtur. Scripta Sanctorum impugnant hæretici qui Sãctos ipſos lædere nequeunt.*

11 Chryſoſt. *In Doctrinam Sacrã quantus ſit obſtinatæ mentis furor. Principibus vix reperitur qui ſe opponat. Impiorum in iuſtos odium extẽdit ſe ad eorumdem & verba, & ſcripta.*

Seuerus. *Ieremiã igni ſe damnaſſe ſignificauit Ioachim, dum illius cõbuſſit volumen.*

Capitis 36. à verſ. 27. vſque ad finem. Sectio Tertia.

TEXTVS VVLGATÆ.

27 ET factum eſt verbum Domini ad Ieremiam Prophetam, poſtquam combuſſerat Rex volumen & ſermones, quos ſcripſerat Baruch ex ore Ieremiæ dicens.

28 Rurſum tolle volumen aliud: & ſcribe in eo omnes ſermones priores, qui erant in primo volumine, quod combuſſit Ioakim Rex Iuda.

29 Et ad Ioakim Regem Iuda, dices: Hæc dicit Dominus: Tu combuſſiſti volumen illud, dicens: Quare ſcripſiſti in eo annuncians: Feſtinus veniet Rex Babylonis, & vaſtabit terram hanc, & ceſſare faciet ex illa hominem, & iumentum?

30 Propterea hæc dicit Dominus contra Ioakim Regem Iuda: Non erit ex eo qui ſedeat ſuper ſolium Dauid: & cadauer eius proiicietur ad æſtum per diem, & ad gelu per noctem.

31 Et viſitabo contra eum, & contra ſemen eius, & contra ſeruos eius iniquitates ſuas, & adducam ſuper eos & ſuper habitatores Ieruſalem, & ſuper viros Iuda omne malum, quod locutus ſum ad eos, & non audierunt.

32 Ieremias autem tulit volumen aliud, & dedit illud Baruch filio Neriæ ſcribæ: qui ſcripſit in eo ex ore Ieremiæ omnes ſermones libri, quem combuſſerat Ioakim Rex Iuda igni: & inſuper additi ſunt ſermones multò plures, quàm antea fuerant.

TEXTVS SEPTVAGINTA.

27 *ET factum eſt verbum Domini ad Ieremiam, poſtquam Rex combuſſerat volumen, omnes ſermones quos ſcripſerat Baruch ex ore Ieremiæ, dicens.*

28 *Rurſus ſume tu volumen aliud, & ſcribe omnia verba, quæ erant ſuper volumen, quæ combuſſit Rex Ioacim.*

29 *Et dices: Sic dixit Dominus: Tu combuſſiſti volumen iſtud, dicens, quare ſcripſiſti in eo dicens, ingrediens ingredietur Rex Babylonis, & exterminabit terram iſtam, & deficient ab ea homo, & iumenta?*

30 *Propterea ſic dixit Dominus ſuper Ioacim Regem Iuda: Non erit ei ſedens ſuper thronum Dauid: & morticinum eius erit proiectum in æſtu diei, & in gelu noctis.*

31 *Et viſitabo ſuper eum, & ſuper genus eius, & ſuper pueros eius: & inducam ſuper eum, & ſuper habitantes Ieruſalem, & ſuper terram Iuda omnia mala, quæ loquutus ſum ad eos, & non audierunt.*

32 *Et ſumpſit Baruch volumen aliud, & ſcripſit in eo ex ore Ieremiæ omnes ſermones libri, quos combuſſerat Ioacim: & præterea additi ſunt ei ſermones plures, ſicut iſti.*

PARAPHRASIS CHALDAICA.

27 ET factum est verbum prophetiæ ad Ieremiam, postquam combussit Rex volumen & sermones quos scripserat Baruch ex ore Ieremiæ, dicens.

28 *Rursum tolle tibi volumen aliud, & scribe in eo omnes sermones priores, qui erant in volumine primo, quod combussit Ioachim Rex tribus domus Iuda.*

29 *Et ad Ioachim Regem tribus domus Iuda dices: Hæc dicit Dominus, Tu combussisti volumen istud; dicens: Quare scripsisti in eo, dicens, Veniendo veniet Rex Babylonis, & disperdet terram hanc, & disperdet ex ea hominem & iumentum.*

30 *Propterea hæc dicit Dominus ad Ioachim, filium Iosiæ, Regem tribus domus Iuda, Non erit ei sedens super solium Dauid, & cadauer eius erit proiectum ad æstum per diem, & ad gelu per noctem.*

31 *Et visitabo super eum, & super filios eius, & super seruos eius peccata eorum; & adducam super eos, & super habitatores Ierusalem, & super viros Iudæ omne malum quod decreui contra eos, & non obedierunt.*

32 *Ieremias autem tulit volumen aliud, & dedit illud Baruch filio Neriæ scribæ: & scripsit in eo ex ore Ieremiæ omnes sermones libri, quem combussit Ioachim Rex tribus domus Iuda igni, & rursum additi sunt eis sermones multi, eis similes.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

12 Theodorit.

THeodoritus. Nec contentus est Rex impius iniquitate perpetratâ: quinetiam Baruch & Ieremiam compræhendi mandauit. At Deus vniuerso- rum præcepit Ieremiæ, vt pristinos sermones in alio libro describeret. Charta enim exusta fuit, sed lex diuina permansit illæsa. Hunc in modum, corpus quidem assumptum passum est, Verbum autem permansit, passioni nequaquam obnoxium Verùm iussus est Propheta ista dicere. Ioacim, *Hæc dicit Dominus, Tu exussisti librum hunc, inquiens, quare scripsisti in eo, dicens, Festinus veniet Rex Babylonis, & vastabit terram hanc, & cessare faciet ex illa hominem, & iumentum? Propterea sic dixit Dominus contra Ioachim Regem Iuda, Non erit ei, qui sedeat super solium Dauid. Et cadauer eius proiicietur ad æstum per diem, & ad gelu per noctem.* Certissima propheria. Etsi enim regnauit Iechonias filius eius, post tres tamen menses abductus est captiuus. Minatur porrò ei totique domui exitium, vrbi vastationem, & populo iam dictas afflictiones. Executus itaque est Propheta mandatum, & ministerio Baruch iterum scripsit Prophetiam. In qua plures, ait, additi sunt sermones, quàm isti. Ob id enim, quòd Rex impius iniquo animo ferebat comminationes: quas audierat, Dominus iussit eas copiosius describi. Nos verò diuinas, quæso, metuamus comminationes, & faustis credamus pollicitationibus: vitamque dignam viuamus vocatione, quâ vocati sumus: vt & comminationum periculum effugere, & promissis frui bonis possimus.

Lex Dei manet tametsi illius comburatur scriptura.

In Passione Christi Verbū diuinum nil passum.

Ieremiæ Prophetia de non successuro in regnum herede Ioachim quomodo vera.

Comminationibus Dei nō obsistendum.

13 Rabanus.

Rabanus Maurus. Meritò vindicta secura est Regem perfidum, vt qui sermones Domini scriptos à Propheta combussit, in igne ipsius cadauer proiiceretur ad æstum per diem, & ad gelu per noctem: quatenus contra eum, & contra semen eius, & contra seruos eius visitarentur iniquitates eorum, & omne malum quod locutus est Dominus super viros Iuda, & habitatores Ierusalem velociter adueniret: vt ostendatur, quòd quicumque Domini mandatis rebellis extiterit, & durum cor atque impœnitens habuerit, certam vltionis vindictam subeat: quoniam iuxta Pauli sententiam:[a] *Quæ seminauerit homo hæc & metet, & qui seminat in carne, de carne metet corruptionem: qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternã.* Sed notandum quod in libro Paralipomenôn legitur,[b] quod hunc Ioachim Nabuchodonosor Rex Iudæorum vinctum catenis duxerit in Babylonem. Regum verò liber[c] narrat quòd dormierit Ioachim cum Patribus suis, regnaueritque Ioachim filius eius pro eo. Sed Iosephus historiographus Iudæorum his verbis Ieremiæ magis concordare videtur: Asserens, ipsum Ioachim patrem Iechoniæ à Rege Babylonis in Ierusalem fuisse interfectum, non captiuum in Babylonem ductum, qui in decimo antiquitatum suarum libro ita refert, dicens: Dum Rex Babyloniæ intrasset in ciuitatem fidem nequaquam seruauit, sed iuuenes fortissimos & pulchritudine decoros Hierosolymitanorum occidit vnà cum Rege Ioachim, quem etiam ante muros insepultum proiici iussit. Filium verò eius Ioachim cõstituit Regem vniuersæ prouinciæ. Eos autem qui erant in dignitatibus constituti, numero tria millia captiuos induxit Babyloniam, inter quos erat Propheta Ezechiel, cùm esset adhuc puer. Hic ergo finis habuit Ioachim Rex, qui vixit quidem annis sex & triginta, regnauit autem annis nouem. Successor verò regni Ioachim Rex nomine Iechonias regnauit mensibus tribus, & diebus decem. Sed vtrum Ierusalem an in Chaldæa memoratus Ioachim perierit, non mihi videtur, quærendum, cum constet verum, iuxta id quod Propheta ante prædixerat, cadauer eius esse proiectum ad æstum per diem, & ad gelu per noctem. Quod nimirum conuenienter actum est, vt qui scripturam propheticam ex libro abscissam igne concremare studuit: ipsius cadauer æstu solis, & gelu noctis afficeretur.

Librorum Sacrorum exustori, quàm congruẽs contigerit pœna.

a Gal. 6. 7.

De Ioachim, regno, & successione.

b 2. Paral. 36. 9.

c 4. Reg. 24. 5.

Ioseph. Heb. lib. 10. Antiq. cap. 8.

14

(*Ieremias autem tulit volumen*, &c.) Quid ergo vult quòd Propheta præcepto Domini commonitus, post combustionem prioris voluminis tulit aliud volumen, & dedit illud Baruch Scribæ, qui scripsit in eo ex ore ipsius Ieremiæ omnes sermones libri, quem combusserat Ioachim Rex Iuda igni: nisi quòd reprobatâ ob perfidiam Iudæâ, libri legis & Prophetarum ad gentium salutem seruati sunt, ad quas omnis gloria veteris testamenti post Christi aduentum translata est, quoniam[d] *omnia in figura contingebant illis: scripta sunt autem ad correptionem nostram ad quos fines sæculorum deuenerunt.* Vnde bene subditur: *& insuper additi sunt sermones multò plures quàm ante fuerant,* quia illi historiam tantùm: nos autem cum historia mysticum sensum habemus:[e] *illi enim super cor velamen habebant, cùm legeretur Moses,*[f] *Nos autem reuelatâ facie gloriam Domini speculantes in eamdem imaginem transformamur, à claritate in claritatem tamquam à Domini spiritu:*[g] *Dominus autem spiritus est, vbi autem Spiritus Domini, ibi libertas.*

Libri legis, Prophetarum seruati ad Gentium salutem.

In Sacra Scriptura plures sermones scriptos habent Christiani, quàm Iudæi, cùm vltra historiã habẽt & sensus mysticos.

d 1. Cor. 10. 1.

e 2. Cor. 3. 15.

f 2. Cor. 3. 18.

g 2. Cor. 3. 17.

In D. Thoma nil diuersi.

CATE

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Καὶ ἐγένετο λό.]

Ἀπολιναρίου.] καὶ τοῦ χάρτου καυθέντος, ὁ ἐν καρδίᾳ λόγος ἔμεινε ζῶν.

[Πάλιν λάβε.]

Τοῦ χρυσοστόμου.] ὅρα τοῦ θεοῦ τὴν φιλανθρωπίαν, μετὰ τοσαύτην ἀπείθειαν πάλιν αὐτοῖς συμβουλεύοντος. ἡμεῖς δὲ πολλάκις αὐτίστασιν ὑποπτεύοντες, τὴν ἀρχὴν οὐδὲ παραινοῦμεν. ἢ πῶς ἅπαξ ἀποτυχόντες, ὕβριν τὸ χρῆμα νομίζομεν, καὶ πάλιν λέγειν οὐκ ἀνεχόμεθα, θεοῦ τοσαύτην ὑπομείναντος ὕβριν περὶ τὴν καῦσιν τοῦ βιβλίου, καὶ τῶν προφητῶν τὴν ἐπιβουλήν. πάντες ζητοῦσι τὸ μέλλον, ὑπακούειν δὲ τοῖς μὴ καθ' ἡδονὴν οὐκ ἀνέχονται. εἷς δὲ ὁ λόγος ἀεὶ τοῦ προφήτου, καὶ ἀκόλακευτος πρὸς τοὺς || ἀτιμῶντας. δείκνυσι δὲ, ὅτι μὴ ἀδικεῖ λέγων τἀληθῆ, μηδὲ ἄξιός ἐστι φυλακῆς, τὸ δὲ, Ελενιωθ, ἀκύλας ἐξέδωκεν ἐργαστήρια.

||ἐντιμῶντας.

[Οὐκ ἔσται αὐτ.]

Σχόλ.] πῶς δὲ οὐκ ἔσται τῷ Ἰωακεὶμ καθήμενος ἐπὶ θρόνου Δαβίδ, Ἰεχονίου μετ' αὐτὸν βασιλεύσαντος; ἴσως ἐπειδὴ τρεῖς μῆνας βασιλεύσας, αἰχμάλωτος γέγονεν. ἵνα τὸ, καθήμενος, τὴν τῆς βασιλείας ἕδραν δηλώσῃ.

Ὀλυμπιοδώρου.] καὶ ἀνωτέρω μὲν ἠπείλησε τῷ Ἰωακείμ. ταφὴν ὄνου ταφήσεται. καὶ νῦν δὲ αὐτῷ ἀπειλεῖ, ὅτι τὸν χάρτην κατέκαυσεν.

[Καὶ ἔλαβε Βαρ.]

Ἀπολιναρίου.] οὐχ ὑποστέλλεται λέγειν ἐναντία τῷ βασιλεῖ παραινεῖ δὲ, μὴ ἀντιτείνειν θεῷ, τὴν δὲ || ἐπελθοῦσαν ἐχόντας ἀρχὴν εἰς κόλασιν αὐτοῖς ἐπαχθεῖσαν. ἄλλως τε καταστὰς ὁ Σεδεκίας ἐκ τοῦ Ναβουχοδονόσορ βασιλεὺς, περὶ εὐνοίας καὶ τοῦ φόρους οἴσειν ὀμόσας, παρέβη. καὶ ἐπειδὴ μὴ κατὰ εἰδώλων οἱ ὅρκοι, κελεύει θεὸς ἐξελθεῖν, καὶ θεραπεῦσαι τὴν τῶν ὅρκων παράβασιν.

||ἐπελθοῦσαν δὲ τὴν ἐν ἄλλοις αὐτοῖς ἐπαχθεῖσαν ἀρχήν.

[Καὶ προσετέθησαν.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐπειδὴ ἐνόμισεν ὁ Ἰωακεὶμ ἐξαφανίζειν τὴν προφητείαν διὰ τοῦ ἐμπρησμοῦ τοῦ βιβλίου, κελεύει θεὸς καὶ τὰ πρῶτα γραφῆναι, καὶ ἕτερα προστεθῆναι.

Τοῦ χρυσοστόμου.] οὗτοι ἀξιόπιστοι ἦσαν.

A *Verſ. 27. Et factum eſt verbum Domini ad Ieremiam. 15

Apolinarij.] *Et charta igni abſumpta, verbum quod in corde erat, viuum remanſit.*

Apolinar. Verbum in corde remanet viuum, etſi illius ſcriptura comburatur.

Verſ. 28. (*Rurſus ſume tu volumẽ aliud, &c.*)

Chryſoſtomi.] *Vide diuinam benignitatem, poſt tantam contumaciam, rurſus ipſis conſulentis. Nos verò ſæpe timentes, ne nobis non pareatur, neque omnino adhortationem adhibemus, vel ſemel quod in mente erat non aſſecuti, iniuriam* B *nobis arbitramur illatam, nec iterum alloqui ſuſtinemus, Deo tantum tolerante contumeliam combuſtione libri, & inſidiis contra Prophetas. Omnes futura ſcire volunt, ea tamen quæ aures non demulcent, audire non ferunt. Propheta verò ſermo vnus ſemper eſt, & in inhorantes omni adulatione carens. Oſtendit autem, ſe nulli iniuriam facere, dum vera dicit, nec dignum qui vinculis detineatur. Illud autem* (*Eleniotb*) *Aquila expoſuit officinas.*

Chryſoſt. Doctoris Sacri, quanta eſſe debeat patientia, & ſollicitudo.

Audire quæ libenter velint omnes. Prophetarũ, & Sanctorum Doctorum in loquendo libertas. Vera dicens nulli facit iniuriã Sanctus Prædicator.

Ex Verſ. 30. (*Non erit ei ſedens ſuper thro-* C *num Dauid.*)

Scholium.] *Quomodo non erit Ioacim qui ſedeat ſuper ſolium Dauid, cum Iechonias poſt eum regni geſſerit gubernacula? fortaſſe quòd cùm tribus menſibus regnaſſet, captus eſt: Ita vt, ſedens, regni ſtabilimen ſignificaret.* 16

De ſucceſſione regni Ioachim.

Olympiodori.] *Et ſupra quidem minatus eſt Ioachim,*[a] ſepulturâ Aſini ſepelietur: *& nunc rurſus illi minatur, quod ob volumen igni tradiderit.*

Olympiod. a Iere. 29. 19.

Verſ. 32. (*Et ſumpſit Baruch volumen aliud.*) 17

Apolinarij.] *Non veretur contraria Regi dicere; & hortatur, ne Deo refragentur, ſed principatum ſibi in punitionem datum, ſponte ſubirent. Si quidem Sedecias à Nabuchodonoſore conſtitutus Rex dato Iureiurando de tuenda beneuolentia, tributiſque perſoluendis tranſgreſſus eſt: & quia iuramentum non erat per Idola factum, iuſſit Deus vt exiret, iuriſque iurandi violationem curaret.*

Apolinar. Prædicator non vereatur dicere quæ ſaluti neceſſaria ſint audientium, tametſi contraria Principi improbo.

E Ex Verſ. 32. (*Et præterea additi ſunt ſermones plures.*)

Olympiodori.] *Quia Ioacim arbitratus eſt, combuſto volumine Prophetiam euanuiſſe, iubet Deus, & prima ſcribi, & inſuper addi alia.* Olympiod.

Chryſoſtomi.] *Hi fide digni erant.* Chryſoſt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ. 36.

*Καὶ ἐνετείλατο ὁ βασιλεὺς τῷ Ἱερεμιὴλ υἱῷ τοῦ βασιλέως συλλαβεῖν τὸν Βαροὺχ τὸν γραμματέα.] τουτέστι, τὸν ὀξυγράφον, καὶ τὸν Ἱερεμίαν τὸν προφήτην, καὶ κατεκρύβησαν ὑπὸ κυρίου.] καὶ τὸν ἀνωτέρω λέγ. ὅτι τοῦ θεοῦ προστάξαντος γράψαι ἅπαντας τοὺς λόγους, οὓς πρὸς τὸν λαὸν

CAPVT XXXVI.

F * Verſ. 26. Et mandauit Rex Hieremeel filio Regis, vt comprehenderet Baruch ſcribam. Hoc eſt velociter ſcribentem. *Et Ieremiam Prophetam, & occultati ſunt à Domino.* Et tamen ſuperiùs dixerat, cùm Deus illi præcepiſſet, vt ſcriberet

Chryſoſt. Verſ. 26.

ἔφη ἀπὸ τῶν τοῦ Ἰωσίου καιρῶν μέχρι τετάρτου ἔτους τῆς βασιλείας Ἰωακεὶμ, ἐν ᾧ ταῦτα ἔγραψεν, ὅτι μεταπεμψάμενος τὸν Βαροὺχ ἔφη.

Ἐγὼ φυλάσσομαι, καὶ οὐ δύναμαι εἰσελθεῖν εἰς οἶκον κυρίου, καὶ εἰσελεύσῃ σὺ καὶ ἀναγνώσῃ ἐν τῇ κεφαλίδι ταύτῃ, ἐν ᾧ ἔγραψας ἐκ στόματός μου τοὺς λόγους κυρίου εἰς τὰ ὦτα τοῦ λαοῦ ἐν ἡμέρᾳ νηστείας, εἰ τοίνυν ἐφυλάττετο, πῶς ἐκρύβη. Εὔδηλον τοίνυν ὡς ἐπὶ τοῦ Ἐλισσαίου ἀορασίᾳ ἐπλήγησαν οἱ ἐλθόντες αὐτὸν κατασχεῖν τῶν Σύρων, τοῦτο γέγονε καὶ νῦν τοῦ θεοῦ ἀφανεῖς αὐτοὺς κατά τινα ἀόρατον δύναμιν πεποιηκότος, ὡς ἑστάναι μὲν αὐτοὺς πρὸς πάντων, μὴ φαίνεσθαι δέ.

omnes sermones, quos ad populum habuerat à diebus Iosiæ, vsque ad quartum annum regni Ioachim, quo hæc scribebat, accito Baruch. [a] *Ego custodior, & non possum ingredi in domum Domini. Et ingrederis tu, & lege in volumine isto, in quo scripsisti: ex ore meo verba Domini in auribus, in die ieiunij.* Si igitur custodiebatur, quomodo occultatus est, hinc manifestum erit; quemadmodum enim [b] tempore Elisei, Syri qui ad eum compræhendendum accesserant, cæcitate percussi sunt, sic & nunc factum est, cùm illos Deus vi quadam occultâ abscondisset, ita vt ij non viderentur, licet præsentes essent.

a Iere.36.5.

b 4.Reg.6.18.

Caput 37. à vers. 1. vsque ad 10. Sectio Prima.

TEXTVS VVLGATÆ.

1 ET regnauit Rex Sedecias filius Iosiæ pro Iechonia filio Ioakim: quem constituit Regem Nabuchodonosor Rex Babylonis in terra Iuda.

2 Et non obediuit ipse, & serui eius, & populus terræ verbis Domini, quæ locutus est in manu Ieremiæ Prophetæ.

3 Et misit Rex Sedecias Iuchal filium Selemiæ, & Sophoniam filium Maasiæ Sacerdotem ad Ieremiam Prophetam, dicens: Ora pro nobis Dominum Deum nostrum.

4 Ieremias autem liberè ambulabat in medio populi: non enim miserant eum in custodiam carceris. Igitur exercitus Pharaonis egressus est de Ægypto: & audientes Chaldæi, qui obsidebant Ierusalem, huiuscemodi nuncium, recesserunt ab Ierusalem.

5 Et factum est verbum Domini ad Ieremiam Prophetam dicens.

6 Hæc dicit Dominus Deus Israel: Sic dicetis Regi Iuda, qui misit vos ad me interrogandum: Ecce exercitus Pharaonis, qui egressus est vobis in auxilium, reuertetur in terram suam in Ægyptum.

7 Et redient Chaldæi, & bellabunt contra ciuitatem hanc, & capient eam, & succendent eam igni.

8 Hæc dicit Dominus: Nolite decipere animas vestras, dicentes: Euntes abibunt, & recedent à nobis Chaldæi, quia non abibunt.

9 Sed & si percusseritis omnem exercitum Chaldæorum, qui præliantur aduersùm vos, & derelicti fuerint ex eis aliqui vulnerati: singuli de tentorio suo consurgent, & incendent ciuitatem hanc igni.

TEXTVS SEPTVAGINTA.

1 ET regnauit Sedecias filius Iosiæ pro Ioacim; quem constituit Regem Nabuchodonosor, vt regnaret in Iuda.

2 Et non audierunt ipse, & pueri eius, & populus terræ verba Domini quæ loquutus est in manu Ieremiæ.

3 Et misit Rex Sedecias Ioachal filium Selemiæ, & Sophoniam filium Maasiæ Sacerdotem ad Ieremiam, dicens: Ora nunc pro nobis ad Dominum.

4 Et Ieremias venit, & transiit per medium ciuitatis: & non dederunt eum in domum carceris: & virtus Pharaonis exiit ex Ægypto: & audierunt Chaldæi famam eorum: & ascenderunt desuper Ierusalem.

5 Et factum est verbum Domini ad Ieremiam dicens.

6 Sic dixit Dominus: Sic dices ad Regem Iuda, qui misit te ad exquirendum me: Ecce virtus Pharaonis, quæ egressa est vobis in auxilium, reuertent in terram Ægypti.

7 Et reuertent ipsi Chaldæi, & bellabunt super ciuitatem hanc, & capient eam, & succendent eam in igne.

8 Quoniam sic dixit Dominus: Non existimetis animabus vestris, dicentes; recurrentes abibunt à nobis Chaldæi; quia non abibunt.

9 Et, si percusseritis omnem virtutem Chaldæorum, eos, qui oppugnant vos, & remanserint quidem transfixi, vnusquisque in loco suo, isti consurgent, & incendent ciuitatem hanc in igne.

PARAPHRASIS CHALDAICA.

1 ET regnauit Rex Sedechias filius Iosiæ pro Iechoniæ filio Ioachim, quem constituit Regem Nabuchodonosor Rex Babylonis, in terra domus Iuda.

2 Et non obediuit ipse, & serui eius, & populus terræ verbis Domini, quæ locutus est per manum Ieremiæ Prophetæ.

3 Et misit Rex Sedechias Iehuchal filium Selemiæ, & Sophoniam filium Maasiæ Sacerdotem ad Ieremiam Prophetam; dicens: Ora nunc pro nobis coram Domino Deo nostro.

4 Et Ieremias ingrediebatur, & egrediebatur in medio populi, & non tradiderunt eum in domum vinctorum.

5 Exercitus autem Pharaonis egressus est de Ægypto; & audierunt Chaldæi, qui obsidebant Ierusalem famam eorum, & recesserunt ab Ierusalem.

6 Et factum est verbum prophetiæ à facie Domini ad Ieremiam Prophetam, dicens.

7 Hæc dicit Dominus Deus Israel, Sic dicetis Regi tribus domus Iuda, qui misit vos coram me ad

ad quærendum oraculum à facie mea. Ecce exercitus Pharaonis qui egreſſus eſt in auxilium veſtrum, reuerſus eſt in terram ſuam, in Ægyptum.

8 *Et reuertentur Chaldæi, & pugnabunt aduerſus ciuitatem hanc, & ſubiicient eam: & ſuccendent eam igni.*

9 *Hæc dicit Dominus, Ne decipiatis animas veſtras; dicendo, Recedendo recedent à nobis Chaldæi, quia non recedent.*

10 *Nam ſi occideritis omnem exercitum Chaldæorum qui pugnant aduerſùm vos, & remanſerint in eis viri vulnerati, ſinguli in tabernaculo ſuo conſurgent, & ſuccendent ciuitatem iſtam igni.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impreßis.

1

IN Theodorito nihil eſt quod notemus, ſolùm enim refert hiſtoriam.

Rabanus. *Regum Iuda poſt Ioſiam ſeries, & anni.*

Rabanus Maurus. (*Et regnauit Rex Sedecias,* &c.) Quod Sedechias poſt Ioachim, qui cognominatus eſt Iechonias regnauerit nouem annis, non ſolùm Ieremias, ſed liber Regum & verba dierum narrant: ſiquidem poſt Ioſiam patrem eius regnauit Ioachaz mẽſibus tribus, poſt quem Eliachim qui & Ioachim frater eius annis nouem, ſed omnes hi iniqui & peſſimi Reges fuerunt, qui contra legem Domini repugnauerunt & idololatriæ magis quàm diuino cultui deditì erant, quapropter iuſtam vindictam Domini meruerunt.

Orari cùm pro ſe petunt qui volunt perſiſtere in peccatis, re verà nolunt pro ſe orari Dominum.

(*Et miſit Rex Sedechias,* &c.) Nequaquam Sedechias orare pro ſe, & pro populo ſuo Prophetam poſtulauit, qui diuinis mandatis obedire noluit, quia ſcriptum eſt: [a] *Qui auertit aurem ſuam ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis:* vnde idem Propheta Ieremias prohibitus eſt ne oraret pro eis, dicente ad eum Domino: [b] *Tu autem noli orare pro populo hoc, neque aſſumas pro eis laudem, & orationem, quia non exaudiam te, dicit Dominus Deus.*

a Prou. 28. 9.
b Iere. 7. 16.

(*Igitur exercitus Pharaonis,* &c.) Circa hæc nil in Rabano quod notetur, hiſtoriam namque eorum proſequitur ex verbis Ioſeph Hebræi.

2 D. Thom. *Principum mores & affectus ſequuntur eius & miniſtri & populus.*

In D. Thoma Notandum 1. quod circa verſ. 2. ait. Et non obediuit, vt tributum Regi Babylonis ſolueret, & à peccatis ceſſaret. Matt. 22. [c] *Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo.* (*Serui*) familiares, populus Eccl. 10. [d] *Secundùm iudicem populi, ſic & miniſtri eius: & qualis rector eſt ciuitatis, tales & inhabitantes in ea.* Notandum 2. quod circa verſ. 4. dicit, Ponitur conſultantis (vt in verſ. præcedenti ratio: Fiduciam enim ſumpſerunt ex Prophetæ libertate, quem nondum afflixerant, *Ieremias autem,* &c.)

c Matth. 22. 21.
d Eccl. 10. 2.
Confidũt vel ex eo impij in iuſtorum orationibus, quòd illos haud malè habuerint.

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Καὶ ἤκουσαν οἱ χαλ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τίνος ἕνεκεν ἀναχωροῦσιν οἱ χαλδαῖοι; ἵνα πάντοθεν μάθωσιν οἱ Ἰουδαῖοι, ὅτι οὐκ οἰκείᾳ δυνάμει ἐπῆλθον αὐτοῖς καὶ ἐπολέμησαν, ἀλλ' αὐτοῦ συγχωρήσαντος.

[ὅτι οὕτως εἶπε.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὅταν γὰρ βούληταί τι διά τινων ὁ θεὸς ἐργάζεσθαι, πρῶτον αὐτοὺς δείκνυσιν ἀσθενεῖς, ἵνα τὸ πᾶν αὐτοῦ νομισθῇ. ὃ καὶ ἐνταῦθα γέγονεν.

[Καὶ ἐὰν παρατάξῃ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] οὐχ ὅτι τοῦτο γέγονεν, ἀλλ' ἐκ δειγμάτων αὐτοῖς, τὴν παντελῆ ἀνελπιστίαν, τοῦ δυνηθῆναι διαφυγεῖν προλέγει.

3

Ex verſ. 4. *ET audierunt Chaldæi famam eorum.)*

Chryſoſt. *Infideliũ bellum contra fideles ex Dei eſt permiſſione.*

Chryſoſtomi.] *Cur verò Chaldæi recedunt? vt omni ex parte Iudæis planum fieret, eos non viribus propriis expeditionem ſuſcepiſſe, bellum geſſiſſe, ſed illo permittente.*

Verſ. 8. (*Quoniam ſic dixit Dominus: Non exiſtimetis,* &c.)

Chryſoſt. *Deo adſcribendum quicquid fortis aut præclari agitur.*

Eiuſdem.] *Cùm enim Deus per aliquos aliquid facere vult, primò illos oſtendit infirmos, vt illi totum adſcribatur. Quod hîc etiam euenit.*

Verſ. 9. (*Et ſi percuſſeritis,* &c.)

Olympiod.

Olympiodori.] *Non quòd ita hoc fuerit, ſed per exempla illis prædicit, nullam eſſe ſpem, poſſe euadere.*

Capitis 37. à verſ. 10. vſque ad finem. Sectio Secunda.

TEXTVS VVLGATÆ.

10 ERgo cùm receſſiſſet exercitus Chaldæorum ab Ieruſalem propter exercitum Pharaonis.

11 Egreſſus eſt Ieremias de Ieruſalem, vt iret in terram Benjamin, & diuideret ibi poſſeſſionem in conſpectu ciuium.

12 Cùmque perueniſſet ad portam Benjamin, erat ibi cuſtos portæ per vices nomine Ierias, filius Selemiæ filij Hananiæ, & appræhendit Ieremiam Prophetam, dicens: Ad Chaldæos profugit.

13 Et reſpondit Ieremias: Falſum eſt, non fugio ad Chaldæos. Et non audiuit eum: ſed com

TEXTVS SEPTVAGINTA.

10 *ET factum eſt, quando aſcendit virtus Chaldæorum à Ieruſalem à facie virtutis Pharaonis.*

11 *Egreſſus eſt Ieremias de Jeruſalem, vt iret in terram Benjamin, vt emeret inde in medio populi.*

12 *Et fuit ipſe in porta Benjamin: & ibi homo, apud quem diuertebat: Saruia filius Selemiæ filij Ananiæ: & comprahendit Ieremiam, dicens: Ad Chaldæos tu fugis.*

13 *Et dixit, Mendacium: non ad Chaldæos ego fugio. Et non exaudiuit eum: & comprahendit Saruia Ieremiam: & introduxit eum ad principes,*

compræhendit Ierias Ieremiam, & adduxit eum ad principes.

14 Quamobrem irati principes contra Ieremiam, cæsum eum miserunt in carcerem, qui erat in domo Ionatham scribæ; ipse enim præpositus erat super carcerem.

15 Itaque ingressus est Ieremias in domum laci, & in ergastulum: & sedit ibi Ieremias diebus multis.

16 Mittens autem Sedecias Rex tulit eum, & interrogauit eum in domo sua absconditè, & dixit: Putasne est sermo à Domino? Et dixit Ieremias: Est: Et ait: In manus Regis Babylonis tradêris.

17 Et dixit Ieremias ad Regem Sedeciam: Quid peccaui tibi, & seruis tuis, & populo tuo, quia misisti me in domum carceris?

18 Vbi sunt Prophetæ vestri, qui prophetabant vobis, & dicebant: Non veniet Rex Babylonis super nos, & super terram hanc?

19 Nunc ergo audi obsecro Domine mi Rex: valeat deprecatio mea in conspectu tuo: & ne me remittas in domum Ionathan scribæ, ne moriar ibi.

20 Præcepit ergo Rex Sedecias, vt traderetur Ieremias in vestibulo carceris: & daretur ei torta panis quotidie, excepto pulmento, donec consumerentur omnes panes de ciuitate: & mansit Ieremias in vestibulo carceris.

A

14 *Et exacerbati sunt principes super Ieremiam, & percusserunt eum: & miserunt eum in domum Ionathan scribæ: quia hanc fecerant in domum carceris.*

15 *Et venit Ieremias in domum laci, & in Chereth: & sedit ibi diebus multis.*

16 *Et misit Sedecias & vocauit eum: & interrogabat eum Rex absconditè, dicendo: Si est verbum à Domino? Et dixit: Est: in manus Regis Babylonis tradêris.*

17 *Et dixit Ieremias Regi: Quid læsi te, & pueros tuos, & populum istum; quia tu das me in domum carceris?*

B

18 *Et vbi sunt Prophetæ vestri, qui prophetabant vobis, dicentes, quia non veniet Rex Babylonis super terram hanc?*

19 *Et nunc Domine Rex procidat misericordia mea ad faciem tuam. Et quid redire me facis in domum Ionathan scribæ? & non moriar ibi.*

20 *Et præcepit Rex, & miserunt eum in domum carceris: & dederunt ei panem vnum die de foris, vbi panem faciebant; donec defecerunt panes de ciuitate. Et sedit Ieremias in atrio carceris.*

C

PARAPHRASIS CHALDAICA.

11 *ET factum est cùm recessisset exercitus Chaldæorum ab Ierusalem, propter exercitum Pharaonis.*

12 *Egressusque est Ieremias de Ierusalem, vt iret in terram tribus Benjamin, vt diuideret hæreditatem, quam habebat, filiis suis, & fratribus suis in medio populi domus Benjamin.*

13 *Cúmque esset ipse in porta tribus Benjamin, erat ibi vir constitutus super portam, nomine Ierias, filius Selemiæ filij Ananiæ, & apprahendit Ieremiam Prophetam; dicens: Tu Chaldæis te te vis dedere?*

D

14 *Et dixit Ieremias ad Ieriam, Falsum tu dicis de me: non ego me dedo Chaldæis. Et non acquieuit, & apprahendit Ierias Ieremiam, & adduxit eum ad principes.*

15 *Et irati sunt principes contra Ieremiam, & percusserunt eum, & coniecerunt eum in carcerem domus Ionathan scribæ; ipsam enim fecerant in carcerem.*

16 *Ingressus est enim Ieremias in domum carceris, & in medium tabernarum: & sedit ibi Ieremias diebus multis.*

E

17 *Et misit Rex Sedechias, & tulit eum, & interrogauit eum Rex in domo sua clam: & ait, Nunquid est verbum à facie Domini? & ait Ieremias, Est. Et ait: In manum Regis Babylonis tradêris.*

18 *Et dixit Ieremias Regi Sedechiæ, Quid peccaui tibi, & seruis tuis, & populo huic, vt poneretis me in domum carceris?*

19 *Et vbi sunt Pseudoprophetæ, qui prophetant vobis; dicentes. Non veniet Rex Babylonis contra vos, & contra terram istam.*

F

20 *Et nunc audi obsecro Domine mi Rex: acceptabilis sit obsecro deprecatio mea coram te, & ne reducas me in domum Ionathan scribæ, & non moriar ibi.*

21 *Et præcepit Rex Sedechias, & commendauerunt Ieremiam in vestibulo domus carceris; & dabatur ei frustum panis quotidie de vico pistorum, donec consumeretur omnis panis de ciuitate. Et mansit Ieremias in vestibulo carceris.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

IN Theodorito Nota allatam causam egressus Ieremiæ, ait quippe. Deinde refert quo pacto datis eis quibusdam induciis eò quòd se subduxissent Chaldæi, ipse quidem volens emere panes egressus est ad familiares suos. Tum & id pariter Nota quod dicit: Principes non in custodia publica Ieremiam inclusisse, quia illa plena erat.

5 Theodorit.

In Rabano Mauro. Nota quæ circa ipsam Ieremiæ intrusionem in carcerem, eiusdem alleuiationem inquit, Quòd Sedecias Ieremiam non sponte, sed vi populi coactus, & rogatu principum in calumniam carceris mitteret, frustra quidam eum excusant: illud ad confirmationem opinionis suæ introducentes, quòd ei quasi pro affectu in necessitate maximæ famis iusserit cibaria dari, donec consumerentur omnes panes de ciuitate: dum ille qui Deo infidelis, & contrarius fuit, [a] homini fidem perfectè seruare non potuerit: quoniam iuxta veritatis sententiam, *qui in minimo fidelis est, & in maiori fidelis est: & qui in modico iniquus est, & in maiore iniquus est.* Claret enim in operibus eius, quòd neque in Dei timore, neque in proximi dilectione aliquid Deo gratè egerit, & ob hoc meritam vindictam peccatorum suorum ab eo susceperit.

Rabanus. *In Ieremiam impius fuit & Sedecias, quamuis aliquid in illum pietatis exhibuisse visus sit.*

a Luc. 16. 10.

In D. Thoma id tantùm notandum pro literæ intelligentia quod circa vers. 11. ait (*Et diuideret ibi possessionem*) quam emerat, id est, distingueret ab aliis agris. Vel distribueret aliis, vt ipse sine sollicitudine remaneret. 2. Cor. 6. [b] *Tamquam nihil habentes, & omnia possidentes.*

D. Thom. *Ieremias paupertatis amator.*

b 2. Cor. 6. 10.

Circa vers. 19. Hieronymus lib. 2. aduersùs Pelagianos non longè à fine. Ieremias sanctificatus in vtero antequam natus, virgo, Propheta veteris testamenti pertimescit Sedechiam: & flebiliter obsecrat, dicens: *Nunc ergo, Domine mi Rex, audi deprecationem meam, & praualeat apud te obsecratio mea: ne remittas me in domum Ionathan scribæ,*

4 Hieronym. *Timuère & homines & Sancti quique, imò & Christus cruciatus.*

ſcribæ, ne ibi peream. O Propheta, cur times impium Regem? cur eum metuis, quem noſti iamiamque periturum? carcerem reformidas, cui paratur paradiſus? Reſpondebis mihi: homo A ſum, in mortali carne & corruptibili conſtitutus: dolorem ſentio, horreſco cruciatus, quos etiam Dominus meus pro mea ſalute ſenſurus eſt.

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Τοῦ ἀγοράσαι ἐκεῖ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἢ ἀγοράσαι τόπον εἰς οἴκησιν· ἢ ἀγοράσαι ἀντὶ τοῦ, ἀγοράσαι, καὶ ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς προφητεῦσαι. ἢ κἀκεῖ παρακινδυνεῦσαι, καὶ τοῖς οἰκείοις κινδύνοις ὠνήσασθαι τὴν σωτηρίαν τῶν σωζομένων.

[Καὶ ἐπικράνθησαν.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] Καθάπερ τὰ θανατοῦντα θηρία, οὕτω λοιπὸν ὕβριζον, καὶ εἰς τοὺς προφήτας. εἰ γὰρ ἔφυγε, τί ἦν; οὐχ ὑμεῖς αὐτὸν ἐπιστομίζετε, οὐχ ὑμεῖς αὐτὸν κωλύετε τοῦ φθέγξασθαι; τί ἦν, εἰ ἔφυγε; καὶ μὴν εἰ ἔφυγεν, ὑμῖν κέρδος ἦν. ἀπηλλάττεσθε τῶν ἐλέγχων, ἐλεύθεροι τῆς κατηγορίας ἦτε. ἀλλ' ὅρα πανταχοῦ τὴν κατηγορίαν καὶ κακίαν διεστραμμένην. τίνος ἕνεκεν καὶ ἐμάστιξαν αὐτόν; ἀμύνεσθαι ὑπὲρ τῆς παῤῥησίας.

[Καὶ ἀπέστειλε σε.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τίνος ἕνεκεν ἐκάλεσεν αὐτόν; ἐνόμισεν αὐτοῦ τὴν παῤῥησίαν ὑπὸ τῆς θλίψεως, ταπεινοτέραν γενέσθαι, καὶ ἑτέρων ἀκούσεσθαι ῥημάτων. εἶτα ἵνα ἀνύποπτος γένηται, οὐκ ἐρωτᾷ αὐτὸν ἁπλῶς ἀλλὰ φησίν. εἰ ἔστι λόγος κυρίου. διδοὺς αὐτῷ καὶ εὐπρόσωπον ἀναχώρησιν. ἀλλὰ πολλῷ φοβερωτέρα ἦν τοῦ δεσμωτηρίου ἡ σιγή.

[Καὶ εἶπεν ἐστίν.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὁρᾷς τὰ ἀποστολικὰ κατορθώματα προανατυπούμενα; οὕτω, καὶ ἐπ' ἐκείνων ἐγένετο. πανταχοῦ ἦσαν οἱ αὐτοί. οὐδὲν αὐτῶν τὴν παῤῥησίαν ἀνέκοπτεν.

[Καὶ ποῦ εἰσιν οἱ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ταῦτα ἐκείνους παθεῖν ἐχρῆν, οὐκ ἐμὲ τὸν ἀληθεύοντα. μὴ γὰρ ἐγὼ ἐπήγαγον; εἰ γὰρ μὴ ἐξέβη τὰ πράγματα, καλῶς ἔλεγον, ὅτι σφόδρα ἐλύπησεν ἡμᾶς. νῦν δὲ ἐκβάντων. πῶς οὐχὶ καὶ στεφανοῦσθαί με δίκαιον; καὶ οὐ λέγω ὅτι εὐηργέτησα, ἀλλὰ τί ἠδίκησα, καὶ ἀξιοῖ ἀπολυθῆναι τοῦ δεσμωτηρίου. τίς γὰρ οὐκ ἂν ἐθέλοι πάσχων κακῶς ἀπαλλαγῆναι, ἵνα εἰδῇς, ὅτι τῆς αὐτῆς ὑπῆρχε φύσεως.

[Πεσέτω τὸ ἔλεος.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ὅτι || γενοῦ ἐλεήμων εἰς ἐμέ.

|| ἀντὶ τοῦ ἦν.

[Καὶ συνέταξεν.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐκ εἰς τὴν προτέραν. καὶ κελεύει ἄρτους δίδοσθαι αὐτῷ. τί γὰρ ἔδει λοιπὸν ὀργίζεσθαι, τῶν πραγμάτων ἐκβάντων; ὁ δὲ οὐδέπω καθυφῆκε τὴν παῤῥησίαν.

[Ἔξωθεν οὗ πέσσουσι.]

Ὀλυμ

B Ex Verſ. 11. *(Vt emeret inde &c.)*

5 Olympiod. *Emere proximi ſalutem ſatagunt viri ſpirituales vel ſuis periculis, vel in foro negocium Dei agentes.*

Olympiodori.] *Vel vt emeret locum ad habitandum, vel pro eo quod eſt, prophetare in foro; vel etiam ibi periculum ſubiret, & ſuis periculis ſalutem emeret ſaluandorum.*

Verſ. 14. *(Et exacerbati ſunt principes ſuper Ieremiam,&c.)*

Chryſoſt. *Prophetas quàm malè tractauerint Hebræi. Fuga Ieremiæ non debebat turbas Iudæorum concitare contra eũ.*

Chryſoſtomi.] *Quaſi mortiferæ belluæ, ita contumeliis inceſſabant Prophetas. Nam ſi aufu-* C *giebat. Quid inde? Nonne vos illi os obſtruiſtis? nonne vos prohibetis ne loquatur? Quid ergo ſi fugiſſet? Nam ſi fugiſſet, commodum id vobis fuiſſet, liberi eſſetis à reprehenſionibus, procul ab accuſatione. Sed conſidera vbique accuſationem & nequitiam peruerſam in vnum commixtam. Cur etiam ceciderunt illum? vt illius libertatem in dicendo vlciſcerentur.*

Verſ. 16. *(Et miſit Sedecias, & vocauit, &c.)*

6 Chryſoſt. *Sedeciæ vafricies in Ieremiam ad ſe è carcere vocando. Veritatem ſilere viſo S. grauius eſt carcere.*

Eiuſdem.] *Cur illum ad ſe vocauit? putauit illius libertatem in dicendo, ſi affligeretur, fore* D *contrahendam, ſeque alios ſermones auditurum. Deinde vt ſuſpicionem tollat, non eum ſimpliciter interrogat; Sed ait, Putaſne eſt ſermo à Domino? dans illi etiam honeſtam retrahendi ſe occaſionem. Sed carcere ipſo ſilentium multò erat horribilius.*

Ex Verſ. 16. *(Et dixit, Eſt.)*

Chryſoſt. *Apoſtolorum libertas vbique ſeruata.*

Chryſoſtomi.] *Vides quæ ab Apoſtolis perfectiſſimè geſta ſunt præfigurata? idem quoque illis euenit, vbique iidem erant: nihil eorum liber-* E *tatem auferebat.*

Verſ. 18. *(Et vbi ſunt Prophetæ veſtri.)*

7 Chryſoſt. *Veritatẽ Dei nomine prædicans præmium, non pœnam meretur. Malis liberari commune hominũ ſtudium eſt, & deſiderium.*

Eiuſdem.] *Hæc illos peti oportebat, non me, qui vera prædixi. Numquid ego mala intuli? nam ſi dicta euentus non comprobaſſet, bene illi dixiſſent, quòd valde nos contriſtauit; at cùm euenerint, nonne etiam dignum eſt, me coronâ ornari? Nec dico me beneficia contuliſſe, ſed quid peccaui? & petit ſe è carcere dimitti, quis enim mala patiens nolit illis liberari? Vt eiuſdem eum naturæ* F *fuiſſe intelligas.*

Ex Verſ. 19. *(Veniat miſericordia.)*

8 Olympiod. *Miſericordia paſſiuè ſumpta.*

Olympiodori.] *Id eſt miſericors in me ſis.*

Verſ. 20. *(Et præcepit Rex, & miſerunt.*

Chryſoſt. *Ieremiæ libertas nunquã remiſſa.*

Chryſoſtomi.] *Sed non antea, præcipitque vt panes ei dentur. Quid enim opus erat iraſci rebus præſentibus? at ille de libertate ſua nihil remiſit.*

Ex Verſ. 20. *(Et dederunt ei panem vnum die de foris, vbi panem faciebant.*

Olympio

ὀλυμπιοδώρου.] τοῦτο λέγει, ὅτι ῥυπαρὸν ἄρτον ἔξωθεν τοῦ πεμμένου τοῖς ἐλευθέροις ἵνα εἴπῃ τὸν τοῖς οἰκέταις παρεχόμενον, ἢ καὶ τοῖς κυσίν. ἢ ἐπειδὴ σιτοδεία ἦν ὡς ἐν τῷ πολέμῳ, καὶ ἕκαστος φανερόν τι ἐλάμβανεν, λάθρα ἔπεμπεν ὁ βασιλεὺς τῷ προφήτῃ, ἵνα μή τις αὐτῷ συντύχῃ. ἐφοβοῦντο γὰρ τὴν αὐτοῦ διδασκαλίαν.

Olympiodori.] *Hoc ait; quòd panem dabant ſordidum, non illum qui nobilioribus coquebatur. Quaſi diceret; eum qui famulis, vel canibus porrigebatur: vel quia frumenti erat inopia, vt tempore belli fieri aſſolet, & vnuſquiſque certam portionem ſumebat, clam mittebat Prophetæ Rex, ne quis eum alloqueretur; etenim eius doctrinam pertimeſcebant.*

Olympiod. *Panem Ieremiæ in carcere iuſſu Regis datum nō ad gratiam, ſed ad pœnam.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ. 37.

Ἐγένετο δὲ, ὡς ἀνέβη ἡ δύναμις τῶν χαλδαίων ἀπὸ ἱερουσαλὴμ, ἀπὸ προσώπου τῆς δυνάμεως φαραὼ, ἐξῆλθεν ἱερεμίας ἀπὸ ἱερουσαλὴμ, καὶ τὰ ἑξῆς.] τινές φασιν, ὡς οὐκ ἀσθενείᾳ βαβυλώνιοι ἀνεχώρησαν, αἰγυπτίων πολεμούντων, ἀλλ' ὡς τοῦ βασιλέως μὴ παρόντος. οἶμαι δὲ περιττὸν εἶναι τὸν λόγον τοῦτον, οὐδὲ γὰρ ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἁλώσει παρῆν. ἐν γοῦν τῇ δεβλαθὰ ὁ σεδεκίας ἀπηνάχθη μετὰ τὴν ἐσχάτην ἅλωσιν τῆς πόλεως. ἡγοῦμαι τοίνυν, ὡς οὐκ ἀξιόμαχον εἶχον δύναμιν πρὸς τὸ τῶν πολεμίων πλῆθος. καὶ θεὸς δὲ αὐτοῖς ὡς δικαίοις ἐπήμυνεν, ἀσθενέστερον δὲ τὸν λαὸν διὰ τὰς ἁμαρτίας εἰργάσατο. ἔστι τοίνυν ἐκ τούτου εἰπεῖν, ὅτι τὰ μέλλοντα ἀποβαίνειν προεῖπε θεὸς, οὐκ αὐτὸς ἐπάγων τὰς συμφορὰς, ἀλλ' ἀπειλῶν τὰ ἐσόμενα, καὶ μὴ τὸ βοηθεῖν ἀπειλήσας. χρήσιμος δὲ οὗτος ὁ λόγος καθόλου. ὅτι οὐκ ἐπειδὴ προλέγει θεὸς γίνεται τὰ πράγματα, ἀλλ' ἐπειδὴ εἶναι μέλλει θεὸς προειδὼς προμηνύει. οὕτω γοῦν καὶ τὰ περὶ χριστοῦ ὑπὸ τῶν προφητῶν εἰρημένα ἐστὶν ἐκλαβεῖν, καὶ τὴν ἰουδαίων παρὰ τοῦ χριστοῦ πρόρρησιν γενομένην. καὶ ἐγένετο αὐτὸς ἐν τῇ πόλει βενιαμὶν, καὶ ἐκεῖ ἄνθρωπος παρ' ᾧ κατέλυεν ὄνομα αὐτῷ σερουία, καὶ συνέλαβεν ἱερεμίαν τὸν προφήτην λέγων, πρὸς τοὺς χαλδαίους σὺ φεύγεις.] τὸ παρ' οὗ κατέλυεν, αὐτὶ τοῦ, παρ' ᾧ ὁδοιπορῶν μένειν εἰώθει.

Καὶ παρέδωκαν αὐτὸν εἰς οἶκον φυλακῆς εἰς τὸ δεσμωτήριον, εἰς τὸν οἶκον ἰωνάθαν τοῦ γραμματέως, ὅτι τὴν οἰκίαν αὐτοῦ ἐποίησαν φυλακήν. ὅτι ἦλθεν ὄχλος εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ λάκκου, καὶ εἰς τὴν χερέθ. τουτέστι, τὴν οἰκίαν ἰωνάθαν εἱρκτὴν ἐποίησαν. καὶ ὄχλος ἐγκεκλεῖστο ἐκεῖ. τὸ δὲ εἰς τὴν χερέθ. τουτέστιν, εἰς τὸν τῆς ἐποχῆς οἶκον. οὕτω γὰρ ὁ ἑβραῖος φεθχλώ. ὅπερ ἑρμηνεύει, οἶκον ἐποχῆς. αὐτὴ γὰρ, τῆς φυλακῆς, ἐποχὴν ἔθος ἔχει λέγειν.

CAPVT XXXVII.

Cap. 37. Verſ. 10.

Verſ. 10. *Et factum eſt quando aſcendit exercitus Chaldæorum à Ieruſalem à facie exercitus Pharaonis Egreſſus eſt Ieremias Ieruſalem*, & quæ ſequuntur. Quidam aſſerunt, Babylonios in bello aduersùs Ægyptios non ob virium imbecillitatem pedem retuliſſe, ſed ob Regis abſentiam; verum hoc minimè ad rem facere exiſtimo: neque enim in vltimo excidio præſens erat. At in Deblata poſt extremam vrbis ruinam Sedecias adductus eſt: At opinor, eos pares hoſtium multitudini non habuiſſe vires, & Deum illis vt iuſtis auxiliatum fuiſſe, reddidiſſe autem populū ob iniquitates imbecillem. Dicere itaque eſt, prædixiſſe Deum futura, non quòd ipſe calamitates inferret, & minatus ea quæ futura erant denegante ipſo auxilium. Porrò ſermo iſte vniuerſim vtilis eſt. Non quia Deus prædicit, res eueniunt, ſed præſciens is ea prænunciat, quia ita futuræ ſunt, ſic igitur intelligenda & quæ de Chriſto Prophetæ vaticinati ſunt, & quæ Iudæ à Chriſto facta fuit prædictio.

Præſentia Dei non eſt cauſa futurorum: quia potiùs è contra.

Verſ. 12. *Et fuit ipſe in Ciuitate Benjamin, & ibi homo, apud quem diuertebat Ananias, & comprahendit Ieremiam Prophetam, dicens: Ad Chaldæos tu fugis?* Illud, *apud quem diuertebat*, idem eſt ac ſi diceret, Apud quem, dum iter haberet, manere conſueuerat.

Verſ. 14. *Et tradiderunt eum in domum carceris in carcerem, in domum Ionatam ſcribæ, quia domum illius fecerant carcerem; quoniam venit multitudo in domum lacus, & in Chereth.* Id eſt, domum Ionatham carcerem, & ibi multitudo includebatur in *Chereth*, in domum impedimenti nempe, Hebræus etenim legit *Phethlo*, quod domum impedimenti ſignificat, loco enim carceris impedimentum dicere illi in vſu eſt.

Caput 38. à verſ. 1. vſque ad 14. Sectio Prima.

TEXTVS VVLGATÆ.

1 AVdiuit autem Saphatias filius Nathan, & Gedelias filius Phaſſur, & Iuchal filius Selemiæ, & Phaſſur filius Melchiæ, ſermones, quos Ieremias loquebatur ad omnem populum, dicens.

2 Hæc dicit Dominus: Quicumque manſerit

TEXTVS SEPTVAGINTA.

1 *ET audiuit Saphanias filius Nathan, & Godolias filius Paſchor, & Ioachal filius Semelia, verba, quæ Ieremias loquebatur ad populum, dicens.*

2 *Sic dixit Dominus: habitans in ciuitate iſta morietur in gladio & in fame: & qui egreditur ad Chaldæos;*

ferit in ciuitate hac, morietur gladio, & fame, & peste: qui autem profugerit ad Chaldæos, viuet, erit anima eius sospes & viuens.

3 Hæc dicit Dominus: Tradendo tradetur ciuitas hæc in manu exercitus Regis Babylonis, & capiet eam.

4 Et dixerunt principes Regi: Rogamus vt occidatur homo iste: de industria enim dissoluit manus virorum bellantium, qui remanserunt in ciuitate hac, & manus vniuersi populi loquens ad eos iuxta verba hæc: siquidem homo iste non quærit pacem populo huic, sed malum.

5 Et dixit Rex Sedecias: Ecce ipse in manibus vestris est: nec enim fas est Regem vobis quidquam negare.

6 Tulerunt ergo Ieremiam, & proiecerunt eum in lacum Melchiæ filij Amelech, qui erat in vestibulo carceris: & submiserunt Ieremiam funibus in lacum, in quo non erat aqua, sed lutum: descendit itaque Ieremias in cænum.

7 Audiuit autem Abdemelech Æthiops vir Eunuchus, qui erat in domo Regis quòd misissent Ieremiam in lacum: porrò Rex sedebat in porta Beniamin.

8 Et egressus est Abdemelech de domo Regis, & locutus est ad Regem, dicens.

9 Domine mi Rex, malè fecerunt viri isti omnia quæcumque perperrarunt contra Ieremiã Prophetam, mittentes eum in lacum, vt moriatur ibi fame, non sunt enim panes vltra in ciuitate.

10 Præcepit itaque Rex Abdemelech Æthiopi, dicens: tolle tecum hinc triginta viros, & leua Ieremiam Prophetam de lacu antequam moriatur.

A *dæos; viuet; & erit anima eius in rem inuentam, & viuet.*

3 Quoniam sic dixit Dominus: Tradendo tradetur ciuitas hæc in manus virtutis Regis Babylonis, & capiet eam.

4 Et dixerunt Regi: Occidatur nunc homo iste; quia ipse dissoluit manus hominum bellantium, qui remanserunt in ciuitate, & manus vniuersi populi, loquens ad eos iuxta verba hac. Homo enim iste non vaticinatur pacem populo huic, sed mala.

5 Et dixit Rex: Ecce ipse in manibus vestris. Non enim poterat Rex aduersùs eos.

B *6 Et proiecerunt eum in lacum Melchia filij Regis, qui erat in atrio carceris: & demiserunt eum in lacum: & in lacu non erat aqua, sed lutum: & fuit in luto.*

7 Et audiuit Abdemelech Æthiops, & ipse in domo Regis, quia dederant Ieremiam in lacum, & Rex erat in porta Beniamin.

8 Et egressus est ad eum, & loqutus est ad Regem, & dixit.

9 Malè fecisti qua fecisti, interficiendo hominem istum à facie famis: quoniam non sunt ampliùs panes in ciuitate.

C *10 Et mandauit Rex Abdemelech, dicens: Tolle in manus tuas hinc triginta homines, & educ eum è lacu, vt non moriatur.*

11 Et assumpsit Abdemelech homines, & ingressus est in domum Regis subterraneam, & sumpsit inde veteres funiculos, & proiecit ea ad Ieremiam in lacum.

12 Et dixit: Ista pone sub funiculis. Et fecit Ieremias ita.

13 Et traxerunt eum funiculis, & eduxerunt eum è lacu. Et sedit Ieremias in atrio carceris.

D

11 Assumptis ergo Abdemelech secum viris, ingressus est domum Regis, quæ erat sub cellario: & tulit inde veteres pannos & antiqua, quæ computruerant, & submisit ea ad Ieremiam in lacum per funiculos.

12 Dixitque Abdemelech Æthiops ad Ieremiam: pone veteres pannos, & hæc scissa & putrida sub cubito manuum tuarum: & super funes: fecit ergo Ieremias sic.

13 Et extraxerunt Ieremiam funibus, & eduxerunt eum de lacu: mansit autem Ieremias in vestibulo carceris.

PARAPHRASIS CHALDAICA.

1 AVdiuit autem Saphatias filius Nathan, & Gedelias filius Phasur, & Iuchal filius Selemia, & Phasur filius Melchia verba Ieremia loquentis cum omni populo; dicendo.

2 Hac dicit Dominus, Qui manserit in vrbe hac, occidetur gladio, & fame, & peste: qui autem egressus fuerit, & dediderit se Chaldais, viuet; & erit ei anima eius in euasionem, & sustentabitur.

3 Hac dicit Dominus, Tradendo tradetur ciuitas hac in manum exercitus Regis Babylonis, & subiiciet eam.

4 Et dixerunt principes Regi. Occidatur nunc vir iste, propterea quod dissoluit manus bellatorum qui remanserunt in vrbe hac, & manus totius populi, dum eos huiusmodi verbis alloquitur. Vir enim iste non quarit pacem populo huic, sed malum.

5 Et dixit Rex Sedechias, Ecce ipse traditus est in manum vestram: non enim Rex potest prohibere vobis verbum.

6 Et tulerunt Ieremiam, & proiecerunt eum in lacum Melchia filij Regis, qui erat in atrio domus carceris; & demiserunt Ieremiam funibus, & in lacu non erat aqua, sed lutum; & demersus est Ieremias in luto.

7 Et audiuit seruus Regis Sedechia vir magnus, & ipse erat in domo Regis, quòd posuissent Ieremiam in lacu. Et Rex sedebat in porta tribus Beniamin.

E *8 Et egressus est seruus Regis de domo Regis, & locutus est cum Rege; dicens.*

9 Domine mi Rex, malè fecerunt viri isti in omnibus qua fecerunt Ieremia Propheta, quem coniecerunt in lacum: iam mortuus est in loco suo pra fame, neque enim est vltrà panis in ciuitate.

10 Et pracepit Rex seruo Regis Sedechia; dicens: tolle hinc tecum triginta viros, & subleua Ieremiam Prophetam de lacu, antequam moriatur.

11 Et tulit seruus Regis viros secum; & ingressus est in domum Regis, sub cellarium; & tulit inde frusta panni vetera scissa, & comminuta; & demisit F *ea ad Ieremiam in lacum funibus,*

12 Et dixit seruus Regis Sedechia ad Ieremiam. Pone nunc vetera panni frusta scissa & trita sub axillis manuum tuarum, & sub funibus. Et fecit Ieremias sic.

13 Et extraxerunt Ieremiam funibus, & subuexerunt eum de lacu. Et mansit Ieremias in atrio domus carceris.

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

IN Theodorito simplicem historiam prosequente id notandum quod circa vers. 9. ait. Nullus

1 Theodoric.

Misericordiã, sæpe in alienis à nobis reperimus maiorem quàm in fratribus, & proximis nostris.

Nullus Iudæorum tulit opem Prophetæ tales pœnas luenti diuinorum eloquiorum nomine. Abdemelech autem Eunuchus, vir Æthiops, redarguebat Regem, & clamabat audacter. *Perperam egisti. Nam quasi non sint ampliùs in vrbe panes, virum Dei fame enecare fecisti.*

In quo pondera pro morali, quòd alienos sæpe magis probamus in nos misericordes, quàm proximos: & pro litera quod dicitur, *quoniam non sunt ampliùs panes:* ipse exponit, *Quasi non sint ampliùs panes in ciuitate, virum Dei fame,* &c. Nota etiam specialem in Theodorito lectionem in vers. 13. Extraxit eum ex lacu Chereth, quod declarans ait (Chereth autem vocat lacum.)

2 Rabanus. *Miseratio simulata infructuosa est, & similis miserationi Sedeciæ in Ieremiam & Pilati in Christum.* a Matth. 27. 24.

Rabanus Maurus. (*Et dixerunt principes Regi,* &c.) Hîc patet quòd Sedecias in Ieremiam non sincero corde misericordiam impendebat. Qui si verè eum diligeret, numquid ob fauorem, seu timorem principum in pœnam carceris trudendum illis traderet? & ob hoc infructuosa eius fuit simulata miseratio, sicut & Pilati, qui in passione Domini acceptâ [a] aquâ coram omni populo lauit manus suas, dicens: *Innocens ego sum à sanguine iusti huius, vos videritis,* & tamen postea flagellatum tradidit eum Iudæis vt crucifigeretur.

Dæmones deiicere satagentes in vitiorum cænũ fideles, designati per principes qui Ieremiam miserunt in lacum. b Ephe. 6. 12. *Prædicatores Sancti quàm rectè designati per Abdemelech Eunuchum, qui eduxit Ieremiam de lacu.* c Matth. 19. 12. *Prædicatorũ ordo dignè Deo seruiens.* d Psal. 46. 3.

Audiuit autem Abdemelech Æthiops, &c. Sicut illi principes Sedeciæ qui Prophetam in lacum miserant, typum illorum principum præferebant, de quibus Paulus ait: [b] *Non est nobis colluctatio aduersùs carnem & sanguinem, sed aduersùs principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritalia nequitiæ in cælestibus,* qui semper desiderant fideles Christi in cænum vitiorum, & sordes peccatorum demergere: Ita iste Æthiops Eunuchus, qui timore, & amore Dei compunctus studuit Prophetam eripere: significat sanctos prædicatores de gentibus, quos Euangelium dicit [c] semetipsos castrasse propter regnum cælorum, qui veræ charitatis instinctu, iniquè oppressos student verbo & exemplo de fouea perditionis eruere: quod & nomen ipsius eunuchi restatur. Abdemelech ergo seruus Regis interpretatur: Illius nimirum Regis, de quo scriptum est: [d] *Quoniam Dominus summus, terribilis, & Rex magnus super omnes Deos:* cui ordo prædicatorum sanctorum dignè seruit: cum per verbum Euangelij gentes Christianæ associat fidei.

3 D. Thom. *Verbum Dei non alligatur vel etiam in carcere constituto.* *Intentionem peruertunt impij, cùm rectè dicta vel facta iustorũ incusare nequeunt.*

In D. Thoma Nota primò quod Circa vers. 1. dicit Quamuis Ieremias esset in carcere, multos tamen ad illum venisse. Nota secundò Circa vers. 4. Persecutores Ieremiæ peruertisse illius intentionem. Siquidem homo iste, inquiunt, non quærit, &c. Nolebat Ieremias auferre cor resistendi: sed propter bonum, & salutem populi ex Dei iussu illa dicebat. Nota 3. Circa vers. 11. pannos veteres, & qui computruerant Ieremiæ demissos, quia molliores, & aptiores ad propositum ministerium.

Basil. Magn. *Oratio bona, & efficax nõ tam in labiorum motu quàm in mẽtis affectu.* *Orandum vbique, nullo enim oratio excluditur loco.* e Iere. 38. 9. f Dan. 4. 37. g Dan. 3. 51. h Luc. 23. 42.

Circa id quod hac sectione habetur de Ieremiæ immissione in lacum, deque eiusdem ex illo extractione digna sunt quæ primò hîc notentur à Basilio Homiliâ 13. tit. exhortationis ad Baptismum, hisce prolata. Dic, Miserere mei, non labra mouendo, sed mente vocem emittens. Nam & silentes audit Deus. Non locus, sed propositi initium requiritur; Ieremias enim [e] in luto erat, & Deum attraxit: [f] Daniel in Leonum lacu Deum placauit: [g] Tres pueri in camino Deum promeruêre: [h] Latro non in cruce prohibitus, quin Paradisum assecutus fuerit; Iob in stercore Deum ad misericordiam prouocauit. Igitur vbicúmque fueris, ora. Hæc ferè eadem refert ex Ioanne Chrysostomo, Io. Damascen. lib. 2. parall. cap. 15.

4 Origines. i Cant. 1. 5. k Ier. 38. 13. *Resurrectionẽ Christi credens, & confitens Gentilis populus eduxisse Christũ dicitur è cæni lacu, in quem à Iudæorum perfidia missus est.* *Gentilis populus quàm rectè designatus in Abdemelech Eunucho.* l Matth. 19. 12. m Prou. 17. 2. *Resurrectionis Christi fides causa salutis.* n Ier. 39. 16.

Origenes Homil. 2. ex quatuor in Cant. super verba sponsæ, [i] *Nigra sum, sed formosa*, Superest, inquit, vt testimonium ex Ieremia assumptum explicetur; vbi Abdimelech nihilominus Æthiops vir Eunuchus, cùm audiuisset, [k] quia Ieremias in lacum missus est à principibus populi, educit eum inde. Et puto inconueniens non videri, si dicamus quem principes Israel condemnauerunt, & in lacum mortis miserunt, iste alienigena & obscuræ gentis homo & degeneris, id est populus gentium educit eum de lacu mortis, resurrectionem scilicet eius à mortuis credens, & fide suâ hunc, quem illi in mortem tradiderant, iste de infernis reuocat ac reducit. Sed & Eunuchus hic Æthiops esse dicitur: credo quòd [l] castrauerit semetipsum propter Regnum Dei, vel etiam quòd semen malitiæ in semetipso non habebat, seruus quoque est Regis: quia [m] *seruus sapiens imperat stultis dominis.* Interpretatur autem Abdimelech, seruus Regum. Et ideo Dominus relinquens populum Israel pro peccatis suis, ad Æthiopem verba dirigit, & ad ipsum mittit Prophetam, & ipsi dicit: [n] *Ecce ego adduco verba mea super ciuitatem istam in mala, & non in bona: & saluabo te in die illa, & non te dabo in manus hominum, sed saluans saluabo te.* Salutis autem causa hæc est ei, quia eduxit Prophetam de lacu, id est, quòd fide suâ quâ Christum resurrexisse credat à mortuis, eduxisse eum ex lacu videtur.

5 Hieronym. o Zach. 9. 11. *Passionis sua in sanguine Christus detentos in Inferno iustos eduxit.* *Resurgente Christo resurrexêre cum illo & multi alij Sancti, qui in lacu erant inferni.* p Matth. 27. 52. q Matth. 26. 27. *Lacus non habentis aquas metaphorâ designata inferni pars, in quam descendebant Patres.* r Gen. 37. 24. s Dan. 6. 16. t 2. Reg. 23. 20. u Ier. 38. 13. x Psal. 68. 3.

Hieronymus in caput 9. Zachariæ Prophetæ super ea verba, [o] *Tu quoque in sanguine testamenti emisisti vinctos tuos de lacu,* &c. & ipse per lacum designatum putans infernum, facit, apostropham Propheta ad Christum, *Tu quoque in sanguine testamenti,* siue *pacti tui, emisisti vinctos tuos de lacu, in quo non est aqua.* Quod ita intelligitur: In sanguine passionis tuæ, eos qui vincti in carcere tenebantur inferni, in quo non est vlla misericordia, tuâ clementiâ liberasti. Denique postquam Dominus resurrexit, hi qui peccatis Adam: siue, vt quidam volunt, erroris inoliti, ac mortis vinculis tenebantur: [p] resurrexerunt cum eo, & apparuerunt in sancta ciuitate. De hoc sanguine testamenti, & ipsam futuram indicans passionem, ad discipulos loquebatur: [q] *Accipite & bibite ex hoc omnes: hic est enim calix noui testamenti in sanguine meo.* In huius præfigurarionem lacus qui non habet aquas, [r] & Ioseph à fratribus missus est in lacum. & Daniel [s] & Ieremias à Chaldæis & populo Iudæorum: [t] Banajas quoque tempore niuis, & frigoris descendit in lacum, vt ibi Leonem interficeret, [u] Ieremias autem non in aquam laci, sed in lutum cænumque laci demergitur: quod posset suffocare magis quàm refrigerare sitientem. Vnde in Psalmo scribitur: [x] *Infixus sum in limum profundi, & non est substantia.*

6 Ambrosius. *Scriptura Sacra sermones Iudæi in cænum detrusêre.*

Ambrosius lib. 2. de Spiritu Sancto ad finem capitis vndecimi. Non ergo tamquam Iudæus contemnas filium, quem annunciauerunt Prophetæ, contemnas etiam Spiritum sanctum, contemnas Isaiam, contemnas Ieremiam, quem de lacu Iudaicæ domus ille assumptus à Domino pannis & funibus eleuauit. Verbum enim propheticum despiciens, in lacum demerserat eum populus Iudæorum. Nec quisquam inuentus est

de

de Iudæis, qui leuaret Prophetam, ſed vnus Æthiops Abdemelech, ſicut Scriptura teſtatur. In quo nomine figura pulcherrima eſt, quia ſermonem propheticum quem Iudæi velut in cœnum ſuæ mentis carniſque detruſerant, nos videlicet ex gentibus peccatores, [a] nigri ante delictis & quondam infructuoſi eleuauimus de profundo. Et ideo ſcriptum eſt: [b] *Æthiopia præueniet manus ſuas Deo.* In quo Sanctæ Eccleſiæ species ſignificatur, quæ ait in Canticis Canticorum: *Nigra ſum & decora filia Ieruſalem.* Nigra per culpam, decora per gratiam: nigra per conditionem, decora per redemptionem. Aut certè nigra exercitij ſui puluere. Nigra ergo, dum præliatur, decora dum victoriæ ſuæ inſignibus coronatur. Et bene funibus leuatur Propheta. Fidelis enim dixit: [c] *Funes ceciderunt mihi in præclaris.* Bene pannis, quia ipſe Dominus [d] excuſantibus his qui primò ad nuptias vocati fuerant, ad exitus viarum miſit, vt quotquot inuenirentur & boni & mali, ad nuptias vocarentur. His itaque pannis propheticum verbum leuatur è cœno.

Eccleſia Gentium Scripturas Sacras eruit è lacu cænoſo, in quo detruſère illas Iudæi.

a Cant 1.5. b Pſ.67.32.

Eccleſia quomodo nigra & formoſa.

c Pſal. 15.6. d Mat. 22.9.

In quibus obſcuriſſimis Ambroſij verbis hæc exprimitur allegoria, vt Gentilis populus per Æthiopem deſignatum: & bonis & malis ad Chriſtum cõuerſis, propheticum, & Sacræ Scripturæ eduxerit ſermonem, quem Iudæi in cænum ſuæ detruſerant mentis, & carnis.

Scripturas Sacras in cænum mentis ſuæ à Iudæis detruſas Gentilis extraxit populus.

7

Greg. PP.

Aliter Morali ſenſu hæc proſequens Gregorius Papa lib. 25. Moral. cap. 8. Quod diuinis, ait, admonitionibus, & præcedentium exemplis adiuti, de huius vitæ profundo liberamur, bene etiam per Prophetam Ieremiam [e] in puteum miſſum ſignatum eſt, qui vt leuetur ex puteo, funes ad eum, & panni veteres deponuntur. Quid enim funibus niſi præcepta dominica figurantur? Quæ quia nos in mala operatione poſitos, & conuincunt & eripiunt, quaſi ligant & trahunt, coarctant & leuant. Sed ne ligatus his funibus dum trahitur, incidatur, ſimul etiam panni veteres deponuntur: quia ne diuina præcepta nos terreant, antiquorum Patrum nos exempla confortant: & ex eorum comparatione facere nos poſſe præſumimus, quod ex noſtra imbecillitate formidamus. Si ergo leuari de hoc profundo feſtinamus, ligemur funibus, id eſt præceptis Dominicis aſtringamur. Interſint etiam panni veteres, cum quibus meliùs teneantur funes, id eſt, præceptis dominicis aſtringamur. Interſint etiam panni veteres, cum quibus meliùs teneantur funes, id eſt, præcedentium confortemur exemplis, ne infirmos, nos ac timidos præcepta ſubtilia vulnerent, dum leuant. Quaſi quoſdam pannos veteres Paulus Apoſtolus ſubiungebat, cùm leuandis diſcipulis ſuis, præceptis ſpiritalibus exempla veterum commodaret, dicens: [f] *Iuſti ludibria & verbera experti, inſuper & vincula & carceres. Lapidati ſunt, ſecti ſunt, tentati ſunt, in occiſione gladij mortui ſunt:* Et paulò pòſt: [g] *Habentes itaque tantam impoſitam nubem teſtium, deponentes omne pondus, & circumſtans nos peccatum, per patientiam curramus ad propoſitum nobis certamen.* Et iterum. [h] *Mementote præpoſitorum veſtrorum, qui vobis locuti ſunt verbum Dei. Quorum intuentes exitum conuerſationis, imitamini fidem.* Superiùs videlicet dum ſpiritalia præcepta loqueretur, quaſi funes miſerat, poſtmodum verò memorans exempla maiorum quaſi veteres pannos adhibebat. Excitati ergo tot vocibus præceptorum, adiuti tot comparationibus exemplorum, ad corda noſtra redeamus: diſcutiamus omne quod agimus, & quicquid in nobis diuinæ rectitudinis regulam offendit, accuſemus, vt apud diſtrictum iudicem ipſa nos accuſatio excuſet. In hoc enim mentis noſtræ iudicio tantò citiùs abſoluimur, quantò nos diſtrictiùs reos tenemus.

Præceptorum diuinorũ funibus extrahimur è mũdi, ac peccatorum profundo.

e Ier. 30.13.

Exemplis antiquorum Patrum roboramur ad diuinorũ præceptorum obſeruationem.

Exempla Sãctorum propoſita ob oculos facilia reddunt Dei mandata.

f Heb. 11.36.

g Heb. 12.1.

h Heb. 13.7.

Hunc ipſum ſenſum affert & Petrus Damiani lib. 6. Epiſtolarum epiſtolâ 31. & Rabanus Maurus ſuper præſentem locum ipſemet Gregorij refert verba.

Petr. Dam.

8

Bachiar.

Bachiarius Sancti Auguſtini contemporaneus Tom. 3. Bibliot. Vet. Patrum epiſtolâ ad Ianuarium ante medium, hortans ad recipiendum ad pœnitentiam fratrem lapſum in ſacrilegium. Ne quæſo, inquit, beatiſſime, fratrem noſtrum in profundo putei ſub iniqui principis poteſtate demerſum, lapidibus deſperationis obruamus. Imitemur illum Æthiopem, qui Sanctum Ieremiam in lacum ab iniquo Rege demerſum aſſumptis triginta hominum auxiliis, & demiſſis ad eum pannis, ac funibus veteribus, liberauit. Ecce frater in lacu eſt, aſſumamus triginta homines, id eſt, ſiue beatæ auxilium Trinitatis, ſiue cum labore animi, carniſque ac ſpiritus demerſum in profundo putei liberemus. Mittamus ei pannos veteres: reducamus in memoriam eius exempla antiquorum, qui per peccatum collapſi, poſtmodum de profundis malorum per pœnitentiam ad ſuperna relati ſunt, quæ eum ei ante oculos poſita fuerint, deſperare non poterit.

In Deſperationem inducens peccatorem lapidibus obruit demerſum in profundo putei. Ad pœnitentiam è peccati cœno quãto ſtudio debeamus peccatorẽ extrahere. Pœnitentium exempla propoſita maximè conferunt ad pœnitentiam ipſam cuique perſuadendam.

Hincmarus opuſculo LV. capitum cap. 10. Quia etiam panni veteres quæſiti ſunt, quibus Ieremias ſuffultus faniùs, ac ſuauiùs educeretur de lacu, in quo miſſus fuerat, quia locutus fuit in nomine Domini: quærenda nobis & priſcorum auctoritas, & doctrina quibus valeamus tutiùs expediri à circumpoſita nobis omnibus metropolitanis à te muſcipula.

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΟΤΙ ὗτως εἶπε.]

Ὠριγένους.] οὐ μόνον προφητείας Ἱερεμίας ἀνέγραψεν, ἀλλὰ καὶ ἴδια πάθη, τοὺς μὲν διδάσκων βασιλείας οὐρανῶν μυστήρια, τοὺς δὲ διδάσκων ὑπομονῆς παραδείγματα, τῶν ψευδοπροφητῶν τοιοῦτον οὐδὲν διὰ τὴν κολακείαν πα-

Verſ. 3. *QVoniam ſic dixit Dominus tradendo tradetur ciuitas, &c.)*

Origenis.] *Non tantùm Vaticinia ſcripſit Ieremias, ſed & mala quæ paſſus eſt, hos quidem docens regni cælorum arcana, illos verè exempla tolerantiæ, Pſeudoprophetis nihil tale ob aſſenta-*

9

Origenes.

Ieremias docuit ſcriptis & vaticiniis, & iis quæ propter enunciandã veritatem paſſus ab impiis eſt.

χόντων. ἑτοιμασώμεθα τοίνυν ἐν καιρῷ διωγμοῦ, μετὰ ἱερεμίου τετάχθαι, καὶ τοῦ εἰπόντος ἀποστόλου. ἐν φυλακαῖς πολλάκις. τὸ δὲ, ὅτι οὐκ ἠδύνατο ὁ βασιλεὺς, φιλανθρωποτέραν αὐτοῦ τὴν προαίρεσιν μεμήνυκε. καὶ δεῖ τὸν ὀρθὸν βασιλέα, μὴ τοῖς περὶ αὐτὸν πονηροῖς συναλλάττεσθαι. χρήσιμον δὲ πολλάκις καὶ ἡ παρὰ τοῖς κρατοῦσι παρρησία, δι' ἧς πολλάκις εὐεργετεῖ ὁ θεός.

[ὅτι οὐκ ἠδύν.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἀντὶ τοῦ κερδᾶναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ.

Τοῦ αὐτοῦ.] δῆλος οὖν ἐστι θέλων μὴ ἀναιρεθῆναι τὸν προφήτην, ὡς οὐδὲ πιλάτος τὸν προφητῶν Κύριον Ἰησοῦν.

[Καὶ ἐχάλασαν αὐ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] γίνεται τύπος ὁ προφήτης τοῦ κατὰ χριστὸν μυστηρίου, τοῦ δεδομένου μὲν εἰς χεῖρας ἰουδαίων ὑπὸ πιλάτου, κατελθόντος δὲ πρὸς τὸν δυσώνυμον καὶ ἀηδέστατον ᾅδην, καὶ ἐκ τῶν νεκρῶν ἀναστάντος. ὥσπερ ἀμέλει, καὶ ὁ προφήτης ἐκ τοῦ λάκκου πάλιν ἀνέβη· λάκκον δὲ ἡ γραφὴ πολλαχοῦ τὸν ᾅδην καλεῖ.

[Καὶ ἤκουσεν ἀβ.]

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] ὁ αἰθίοψ ὑπὲρ τὸν ἰσραὴλ τοῦ προφήτου φειδόμενος, ταῦτα ἐποίησεν. οὕτω καὶ ἄρχοντες Ἰσραὴλ τὸν χριστὸν κατεδίκασαν λάκκῳ θανάτου. ὁ δὲ μέλας καὶ ἄγονος τῶν ἐθνῶν λαὸς τὴν ἀνάστασιν προσεδέξατο τῇ πίστει, καθάπερ αὐτὸν ἀναγαγὼν ἐκ τοῦ λάκκου. διὸ καὶ γέγονε δοῦλος βασιλέως. τοῦτο γὰρ ἑρμηνεύεται τοὔνομα. πρὸς ὃν φησὶν ὁ θεὸς μετὰ ταῦτα, τὸν μὲν ἰσραὴλ δι' ἁμαρτίαν καταλιπὼν, ἐκεῖνον δὲ σώζων δι' ἀρετήν. ἦν γὰρ καὶ αὐτὸς μέλας καὶ καλός. ἰδοὺ ἐγὼ φέρω τοὺς λόγους μου ἐπὶ τὴν πόλιν ταύτην ὡς κακὰ, καὶ οὐκ εἰς ἀγαθά. καὶ σώσω σε ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, ὅτι ἐπεποίθεις ἐπ' ἐμὲ φησὶ κύριος.

[Ἐπονηρεύσω ἀ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐδὲν ἠδίκησεν ὁ ἀνήρ. τὸ πᾶν τῆς ἐκείνων κακίας γέγονεν. οὐδὲν ἔχοντες ἐγκαλεῖν, ταῦτα εἰργάσαντο εἰς τὸν ἄνθρωπον τοῦ θεοῦ.

Ὀλυμπιοδώρου.] Ἀβδεμέλεχ ὁ αἰθίοψ βουλόμενος σῶσαι τὸν ἱερεμίαν μέμφεται τῷ βασιλεῖ λέγων. οὐ καλῶς ἐβουλεύσω ἀποκτεῖναι τὸν ἄνδρα ἐν τῷ λάκκῳ. ἔδει γὰρ αὐτὸν, τὸν οἴκτιστον σὺν ἡμῖν ὑπομεῖναι θάνατον τὸν διὰ τοῦ λιμοῦ.

tionem perpessis: simus igitur tempore persecutionis parati vnà cum Ieremia collocari, & cum Apostolo dicente, in Carceribus sæpe. *Illud autem,* Non poterat Rex aduersùs eos, *humaniorem eius animum indicauit, & iustum Regem oportet non conniuère ad ea quæ suggerunt praui familiares: sæpe verò vtile est apud principem esse qui defendat; ita enim Deus sæpe beneficia præstat.*

Fideles persecutionis tempore parati sint ad mala toleranda.

Regis conniuentia ad prauorũ consilia damnatur.

Defensores iustorũ quàm vtile vt adsint Principibus.

Ex vers. 5. (*Non enim poterat Rex aduersùs eos.*

Olympiodori.] *Hoc est, eius animam eripere.* — Olympiod.

Eiusdem.] *Constat igitur Regem noluisse occidi Prophetam, sicut neque Pilatus Prophetarum Dominum Iesum.* — Olympiod.

Vers. 6. (*Et demiserunt eum in lacum.*)

Olympiodori.] *Fit Propheta typus mysterij, quo Christus præsignabatur, qui traditus fuit à Pilato in Iudæorum manus: descendit verò in fætidum molestissimumque infernũ, resurrexitque è mortuis; sicut & Propheta rursus è lacu ascendit: lacum quippe diuinæ literæ multis in locis infernum vocant.* — Olympiod.

Christi descẽsio ad inferos & resurrectio designata in Ieremia demisso in lacũ, indeque educto.

Vers. 7. (*Et audiuit Abdemelech.*) — 10

Incerti.] *Aethiops præ Israele misertus Prophetæ hæc egit. Sic & principes Israel Christum condemnauerunt in lacum mortis. At niger sterilisque Gentium populus resurrectionem fide complexus est, quasi eũ educens è lacu. Quare & seruus Regis factus est, id enim eius nomen significat: ad quem Deinde ait Deus, Israel quidẽ propter peccatum deserto, illo verò seruato propter virtutem, erat enim & ipse niger, & pulcher.* [a] Ecce ego adduco sermones meos super ciuitatem hanc in mala, & non in bona; & saluum faciam te in die illa, quoniam sperasti in me, ait Dominus. — Incertus.

Gentium populus fide in Christi resurrectionẽ, quasi è lacu illum eduxit, in quẽ per mortem proiectus fuerat à Iudæis.

a Ier. 39.16.

Vers. 9. (*Male fecisti quæ fecisti.*) — 11

Chrysostomi.] *Nihil peccauit homo iste: illorum nequitiæ omne malum adscribi debet, cùm nihil haberent in quo accusarent, hæc machinati sunt in Dei virum.* — Chrysost.

Olympiodori.] *Abdemelech Aethiops seruare volens Ieremiam, repræhendit Regem, inquiens; non bonum iniisti consilium, vt virum hunc in lacu interficeres, cùm illi vna nobiscum miserrima mors per famem subeunda esset.* — Olympiod.

Capitis 38. à vers. 14. vsque ad finem. Sectio Secunda.

TEXTVS VVLGATÆ.

14 ET misit Rex Sedecias, & tulit ad se Ieremiam Prophetam ad ostium tertium, quod erat in domo Domini: & dixit Rex ad Ieremiam: Interrogo ego te sermonem, ne abscondas à me aliquid.

15 Dixit autem Ieremias ad Sedeciam: Si annunciauero tibi, numquid non interficies me? & si consilium dedero tibi, non me audies.

16 Iurauit ergo Rex Sedecias Ieremiæ clàm, dicens: Viuit Dominus, qui fecit nobis animam

TEXTVS SEPTVAGINTA.

14 *ET misit Rex, & vocauit eum ad se in domum Aselisel, quæ in domo Domini. Et dixit ei Rex: Interrogabo te sermonem: & ne abscondas, quæso, à me verbum.*

15 *Et dixit Ieremias Regi: Si annunciauero tibi; numquid morte me mortificabis? & si consilium dedero tibi; numquid audies me?*

16 *Et iurauit ei Rex, dicens: Viuit Dominus, qui fecit nobis animam hanc; si interficiam, & si dabo te in manus hominum istorum.*

17 Et

mam hanc, ſi occidero te, & ſi tradidero te in manus virorum iſtorum, qui quærunt animam tuam.

17 Et dixit Ieremias ad Sedeciam: Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael: Si profectus exieris ad Principes Regis Babylonis, viuet anima tua: & ciuitas hæc non ſuccendetur igni: & ſaluus eris tu, & domus tua.

18 Si autem non exieris ad principes Regis Babylonis, tradetur ciuitas hæc in manus Chaldæorum, & ſuccendent eam igni: & tu non effugies de manu eorum.

19 Et dixit Rex Sedecias ad Ieremiam: Sollicitus ſum propter Iudæos, qui transfugerunt ad Chaldæos: ne fortè tradar in manus eorum, & illudant mihi.

20 Reſpondit autem Ieremias: Non te tradent: audi quæſo vocem Domini, quam ego loquor ad te, & bene tibi erit, & viuet anima tua.

21 Quòd ſi nolueris egredi: iſte eſt ſermo, quem oſtendit mihi Dominus.

22 Ecce omnes mulieres quæ remanſerunt in domo Regis Iuda, educentur ad principes Regis Babylonis: & ipſæ dicent: Seduxerunt te, & præualuerunt aduersùm te viri pacifici tui, demerſerunt in cæno, & in lubrico pedes tuos, & receſſerunt à te.

23 Et omnes vxores tuæ, & filij tui educentur ad Chaldæos: & non effugies manus eorum, ſed in manu Regis Babylonis capieris: & ciuitatem hanc comburet igni.

24 Dixit ergo Sedecias ad Ieremiam: Nullus ſciat verba hæc, & non morieris.

25 Si autem audierint principes quia locutus ſum tecum, & venerint ad te, & dixerint tibi: Indica nobis quid locutus ſis cum Rege, ne celes nos, & non te interficiemus: & quid locutus eſt tecum Rex.

26 Dices ad eos: Proſtraui ego preces meas coram Rege, ne me reduci iuberet in domum Ionathan, & ibi morerer.

17 Et dixit eis Ieremias: Sic dixit Dominus; Si exiens exieris ad Duces Regis Babylonis; viuet anima tua, & ciuitas hac non comburetur igni, & viues tu, & domus tua.

18 Quòd ſi non exieris; dabitur ciuitas hac in manus Chaldaorum, & incendent eam in igne, & tu non ſaluaberis.

19 Et dixit Rex Ieremia: Ego rationem habeo Iudaorum, qui fugerunt ad Chaldaos, ne daturi ſint me in manus eorum; & illudent mihi.

20 Et dixit Ieremias: Non tradent te. Audi verbum Domini, quod ego dico ad te: & meliùs erit tibi, & viuet anima tua.

21 Quòd, ſi nolueris tu exire; iſte eſt ſermo, quem oſtendit mihi Dominus.

22 Ecce omnes mulieres, qua remanſerunt in domo Regis Iuda, educta ſunt ad principes Regis Babylonis, & ha dicebant: Seduxerunt te, & praualebunt tibi viri pacifici tui. Et deponent in lubricis pedem tuum; receſſerunt à te.

23 Et vxores tuas, & filios tuos educent ad Chaldaos: & tu non ſaluaberis: quia in manu Regis Babylonis capieris: & ciuitas hac comburetur.

24 Et dixit ei Rex: Homo non ſciat de verbis his: & tu non morièris.

25 Quòd, ſi principes audierint, quia loquutus ſum tibi, & venerint ad te, & dixerint tibi, annuncia nobis, quid loquutus eſt tibi Rex, ne celes à nobis, & non interficiemus te, & quid loquutus eſt ad te Rex.

26 Et dices eis: Proiicio ego miſericordiam meam ante oculos Regis ad hoc, vt redire me non faciat in domum Ionathan, ad moriendum me ibi.

27 Et venerunt omnes Principes ad Ieremiam, & interrogauerunt eum. Et annunciauit eis iuxta omnia verba hac, qua praceperat ei Rex. Et tacuerunt; quia non erat auditum verbum Domini.

28 Et ſedit Ieremias in atrio carceris vſque ad tempus, quo capta eſt Ieruſalem.

27 Venerunt ergo omnes principes ad Ieremiam, & interrogauerunt eum: & locutus eſt eis iuxta omnia verba, quæ præceperat ei Rex, & ceſſauerunt ab eo: nihil enim fuerat auditum.

28 Manſit verò Ieremias in veſtibulo carceris vſque ad diem, quo capta eſt Ieruſalem: & factum eſt vt caperetur Ieruſalem.

PARAPHRASIS CHALDAICA.

14 ET miſit Rex Sedechias, & tulit Ieremiam Prophetam ad ſe, ad oſtium tertium quod erat in domo ſanctuarij Domini. Dixitque Rex ad Ieremiam, Interrogo ego te ſermonem ne celes à me quicquam.

15 Et dixit Ieremias ad Sedechiam, Si annunciauero tibi, nonne interficiendo interficies me? & ſi conſilium dedero tibi, non acquieſces mihi.

16 Et iurauit Rex Sedechias, dicens in occulto Ieremia, Viuus eſt Dominus qui ſuſtentat nobis animas iſtas, ſi occidero te, & ſi tradidero te in manus virorum iſtorum qui quærunt occidere te.

17 Et dixit Ieremias Sedechia: Hac dicit Dominus exercituum Deus Iſrael: Si egrediendo egreſſus fueris ad principes Regis Babylonis, & ſuſtentabitur anima tua, & ciuitas hac non comburetur igni; & viues tu, & viri domus tua.

18 Si verò non exieris ad principes Regis Babylonis, tradetur ciuitas hac in manum Chaldæorum, & ſuccendent eam igni; & tu non liberaberis de manibus eorum.

19 Et dixit Rex Sedechias ad Ieremiam, Anxius ſum propter Iudaos qui ſe dediderunt Chaldæis, ne fortè tradant me in manus eorum, & illudant mihi.

20 Et dixit Ieremias, Non tradent: acquieſce, obſecro, verbo Domini quod ego loquor tecum, vt bene ſit tibi, & ſuſtentetur anima tua.

21 Quòd ſi renuis exire, hoc eſt verbum, quod oſtendit mihi Dominus.

22 Ecce omnes mulieres qua remanſerunt in domo Regis tribus domus Iuda, educentur ad principes Regis Babylonis; & ipſa dicent, Deceperunt te, & praualuerunt contra te viri pacifici tui: ſubmerſi ſunt in confuſione pedes tui; conuerſi ſunt retrorſum.

23 Et omnes vxores tua, & filij tui educentur ad Chaldaos, & tu non euadet è manibus eorum, quia in manu Regis Babylonis capieris, & ciuitas hac comburetur igni.

24 Et dixit Sedechias ad Ieremiam; Nullus vir ſciat verba hac, & non morieris.

25 *Cùm autem audierint principes quia locutus sum tecum, & venerint ad te, & dixerint tibi, Narra nunc nobis quid locutus sis cum Rege, & ne celes à nobis, & non interficiemus te; & quid locutus sit tecum Rex.*

26 *Dices illis, Deprecationem ego postulaui coram Rege, vt non reduceret me in domum Ionatham scribæ, vt morerer ibi.*

27 *Et venerunt omnes principes ad Ieremiam, & interrogauerunt eum; & narrauit eis iuxta omnia verba hæc quæ præcepit Rex: & dimiserunt eum: quia non fuerat auditum verbum.*

28 *Et habitauit Ieremias in atrio carceris, vsque in diem quo capta est Ierusalem. Et factum est vt caperetur Ierusalem.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

12 Theodorit. *Principum improborum instabilitas cum viris sanctis.*

THeodoritus. Eductum (Ieremiam,) & in carcere manentem, Rex iterum acciuit, & introduxit ad se domum in ἀσελισὶλ, quæ erat in domo Domini. Hoc Syrus interpretatus est, *intra tertium ostium.* Precatur autem Prophetam, vt indicet ei verbum Dei, & ne celet veritatem. Ait verò Propheta. *Si annunciauero tibi, nonne occides me? & si dedero tibi consilium; non audies me.* Nouerat siquidem, vt Propheta futura: & experientiam habebat magistram.

Iuramenti transgressio causa euersionis Ierusalem, & totius Iudeæ per Chaldæos.

At inquirendum est quam ob rem exeuntibus quidem pollicetur salutem: non exeuntibus autem, exitium comminatur. Sedecias iureiurando promiserat Regi Nabuchodonosor, quando promouit eum in Regem, se soluturum tributum, & fœdera amicitiæ erga illum, qui eum Regem creauerat, seruaturum. At paulò post transgressus pacta conuenta, & tributum non soluit, & ad Ægyptos effugit. Quare, cùm ille non per idola animâ carentia; sed per omnium opificem iurasset, & iusiurandum ausus esset prætergredi, Dominus Deus præcipit Chaldæis, vt egrediantur, & hunc in modum castigent iusiurandi transgressionem. Sedecias nihilominus dicit Prophetæ. *Ego habeo rationem Iudæorum, qui profugerunt ad Chaldæos, ne tradant me in manus eorum, & illudant mihi.* Vereor, inquit ne ridiculus fiam his, qui transfugerunt. Ipse nihilominus Propheta rursum adhortatur; & non credenti, comminationem adiicit.

13 Chrysost. *Iuramenti transgressio quàm acriter à Deo puniatur.*

Amplificat magnâ eloquentiâ istud ipsum de iuramenti fractione Ioannes Chrysostomus homiliâ 19. ad populum Antioch. dicens: Idcirco & iurantium domos delere (Deus) minatus est, vt alios illorum pœnis modestiores faceret. Ego autem hodie demonstro non vnam, & duas, & tres domos iuramentis destructas, sed ciuitatem totam & populum religiosum, & gentem multâ semper prouidentiâ vti solitam, & tribum multis elapsam periculis.

Ierusalem ciuitatis eximia prærogatiua.

Etenim Ierusalem ciuitas Dei, sanctorum arcam habens, & omnem illum cultum, vbi Prophetæ fuerunt, & spiritus gratia, & arca, & tabulæ testamenti, & phiala aurea, vbi Angeli sæpe incedebant, hæc ciuitas innumeris nascentibus bellis, & multis ipsam incursantibus Barbaris, tanquam muro ex adamante circundata, sic omnes illos semper derisit, & regione totâ deletâ nihil graue passa est. Nec hoc solùm est admirabile, verùm & quòd grauem sæpe plagam hostibus inferens, sic eos emittebat, & tantam à Deo nacta erat prouidentiam, vt ipse Deus diceret, [a] *Velut vuam in deserto inueni Israel, & velut signum in ficu temporaneum vidi patres ipsorum.* Et iterum de ipsa ciuitate: *Velut rami oliua in summo excelsi, & dicent, Ne noceas ipsis.* Verumtamen Dei ciuitas chara tot elapsa periculis, & in multis peccatis veniam assecuta, & quæ sola ex omnibus aliis captiuitatem effugere potuit: & semel, & bis, & sæpius solo iuramento prostrata est. Et quomodo id fuerit, dicam. Fuit quidem Sedechias apud ipsos Rex: hic Sedechias iuramentum dedit Barbarorum Regi Nabuchodonosor, quòd in ipsius auxilio permaneret, postea defecit, & ad Ægypti Regem transfugit, iuramenta paruipendens, & tanta passus est, quanta statim audietis.

[a] Ose. 9.10.

Ierusalem ciuitas Dei sola iuramenti transgressione prostrata.

14

Et quòd hoc sit verum, non est, ait, mea coniectura: audi quid per Prophetam ad ipsum dicat; *Si profectus exieris ad principes Regis Babylonis viuet anima tua, & ciuitas hæc non succendetur & saluus eris tu, & domus tua: Si autem,* &c. vt habes in textu. Sed postquam non persuasit hæc dicens, sed mansit in peccato, & iniquitate, post tres annos ciuitatem tradidit Deus, & clementiam suam demonstrans, & illius ingratitudinem. Et ingressi cum magna facilitate, Regis domum incenderunt, & domos Ierusalem, & omnem magnam domum incendit archimagirus, & murum Ierusalem subuertit, & vbique ignis grassabatur Barbaricus iuramento ignem ducente, & flammam passim circumagente.

Vindictam Deus prorogans & suâ demonstrat clementiâ, & impœnitentiâ ingratitudinem.

Iuramentum præuaricatū in Ierosolymitano incendio ignem ducebat, flammasque circumagebat.

15 Rabanus. *Dura mens corrigi nō potest boni consilij prouidentiâ.*

Rabanus Maurus. *Et misit Rex Sedecias,* &c. Propheta ergo in spiritu præcauens super Regem, & super populum futurum iudicium Domini, quòd tradenda esset ciuitas in manibus Chaldæorum, consilium dedit Regi, vt sponte se traderet in manus Regis Babylonis: quatenus aliquo modo mitigaret furibundum animum eius, & leuiorem ab eo susciperet captiuitatis sententiam. Sed mens indurata corrigi non potuit boni consilij prouidentiâ: sicut & Pharaonis animum induratum nec diuina correptio, Nec Moysis admonitio ad pœnitentiam molliuit. De quo dicit Scriptura: [b] *Induratum est cor Pharaonis, nec audiuit vocem Domini,* quoad vsque persequens Israelitas in fluctibus maris rubri cum exercitu suo submersus est.

[b] Exo. 7.13.

Consiliarij prauarū voluptatum deserūt nos postquam in vitiorū demerserint canū.

(*Respondit autem Ieremias: non te tradent,* &c.) Quid est quòd Ieremias ad Sedeciam sermone Domini increpando dicit? *Ecce omnes mulieres quæ remanserunt in domo Regis Iuda, educentur ad principes Regis Babylonis, & ipsæ dicent: Seduxerunt te, & praualuerunt aduersùm te viri pacifici tui, demerserunt in cœno & lubrico pedes tuos, & recesserunt à te.* Nisi vt ostendat nobis quòd fluxa cogitatio, & voluptuosi consiliatores in lubrico carnalium desideriorum, & cænum vitiorum gressum operum nostrorum demergunt, & cùm demersos viderint à nobis recedunt: quia perditis nullum vtile consilium deinceps dare possunt, qui ad hoc solummodo studium impendebant, vt in peccati voraginem sibi consentientes præcipitarent: Sicque si nos consilio diuinarum Scripturarum à peccatis nostris corrigere, & animas nostras à perditio

Peccator impœnitēs cum suis & concupiscentiis, & prauis actionibus diabolo traditur, per quē caro simul & anima comburetur.

ditione futura per pœnitentiam liberare noluimus, cum vxoribus, hoc eſt, concupiſcentiis carnalibus & filiis, id eſt, prauis actibus ad Chaldæos, qui interpretantur dæmones, educemur, & in manu Regis confuſionis æternæ vincti trademur: qui ciuitatem noſtram, hoc eſt, carnem ſimul & animam igne comburet inextinguibili.

16 D. Thomas. a Lucæ 22. 63.

In D. Thoma. Nota primò quod circa verſ. 15. ait, & Propheta petit ſecuritatis promiſſum. Dixit autem. Lucæ 22. [a] *Si vobis dixero, non credetis mihi*, &c. Poteſt enim legi interrogatiuè, vel remiſſiuè. Nota 2. quod ait Circa verſ. 19. Ponitur Regis excuſatio: *Et dixit Rex, propter Iudæos*) quorũ bona deſtruxerat propter hoc quod ad Chaldæos confugerant. 3. Nota quod circa verſ. 22. ait, Comminatur mulierum inſultationem. *(Ecce omnes mulieres,)* dicent. Inſultando autem improperant ſtultum amicorum conſilium. *(Seduxerunt)* quantùm in ſe fuit: *(& praualuerunt)* quia eis credidiſti *(pacifici tui,)* qui pacem tibi promittebant. *(Demerſerunt te in cœnum,)* peccati *(in Lubricum)* pœnæ Pſal. [b] *Fiant viæ illorum tenebræ, & lubricum.* Et eorum receſſum. *(Et receſſerunt à te.)* Eccl. 6. [c] *Eſt amicus ſecundùm tempus ſuum, & non permanebit in die tribulationis.*

b Pſal. 34. 6. c Eccl. 6. 8.

Ioan. Damaſcenus quod dicitur in verſ. 19. *Sollicitus ſum propter Iudæos qui*, &c. lib. 3. Parallell. cap. 6. affert ad probandum quòd iuramenta præproperè præſtita non ſint implenda. Indicans Sedeciam illuſionem eorum timuiſſe Iudæorum quos noſſet ſcire ipſum iuraſſe non egreſſurum ad Chaldæos.

Ioan. Damaſ. *Iuramenta praua minimè implenda.*

Quod verò habetur in verſ. 22. *Seduxerunt te*, &c. lib. 2. item Parallell. cap. 70. affert ad probandum quòd adulatores fugere oporteat.

Adulatores fugiendi.

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΚΑὶ εἶπεν ἱερεμ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τίνος ἕνεκεν ἀκοῦσαι βούλει; ἵνα με ἀνέλῃς, ταύτῃ μάλιστα αὐτοῦ θυμὸν καταστέλλει. καίτοι μεγίστη ἀρετὴ προφήτου, ὅταν μὴ μόνον προλέγῃ τὰ φορτικά, ἀλλὰ καὶ διέξοδον εὑρίσκει τῶν δεινῶν. τοῦτο γὰρ ὄντως προρρήσεως. ἐπειδὴ τί κέρδος εἰπέ μοι, λύπην καὶ ἀθυμίαν κερδαίνειν μόνον, καθάπερ οἱ τῶν ἔξωθεν; ἀλλ' οὐχ οὕτω.

[Ζῇ κύριος.]

Τοῦ χρυσοστόμου.] ὅτε ὑπὲρ αὐτῆς ἀγωνιᾷ, καὶ δέδοικε, τότε αὐτὴν ὅρκον ποιεῖται.

|| Ὀλυμπιοδώρου.] σημεῖον καὶ ἐντεῦθεν, ὅτι κτιστὴ ἡ ψυχή. ||

[Καὶ εἶπεν αὐτῷ.]

Τοῦ χρυσοστόμου.] τί οὖν ἱερεμίας; τὰ χρηστὰ λέγει πρῶτον, εἶτα τὰ φορτικά.

Ἀπολιναρίου.] ὁ προφήτης τῷ μὲν λαῷ συνεβούλευσεν αὐτομολεῖν, ὡς τῆς πόλεως ἁλωσομένης. τῷ δὲ βασιλεῖ, ἵνα ἡ πόλις μὴ ἁλῷ. ἡ γὰρ τοῦ πονηροῦ βασιλέως ἀφαίρεσις τὸ ὅλον εὐεργετεῖ, ὡς καὶ τοῦ ἀγαθοῦ ἡ κατάστασις. τὸ δὲ σελισιὴλ, οἱ λοιποὶ, τὴν τρίτην ἐξέδωκαν.

[Ἐγὼ λόγον ἔχ.]

Τοῦ χρυσοστόμου.] τούτων πρόφασις ἦν, καὶ σκῆψις ἀπιστίας. οὐ πιστεύεις τῷ προφήτῃ; μὴ γὰρ ἀπὸ λογισμῶν φθέγγεται.

Ὠριγένους.] δέδοικά φησι, μὴ τοῖς αὐτομόλοις κατάγελαστος γένωμαι. τοῦτο γὰρ λόγον καὶ φροντίδα ποιοῦμαι. ὡς δὲ δι' ἁμαρτίας ἱερουσαλὴμ παραδέδοται, οὕτω καὶ ἡ ἐκκλησία. καὶ εἰ μὲν τις κατὰ Ἐζεκίαν αὐτῆς ἄρχῃ, σώζεται. εἰ δὲ κατὰ σεδεκίαν ἀφοριζόμενος μὲν, σώζει. μένων δὲ, ταύτην ἀπόλλυσιν. εἴτις οὖν μολύνων, τὴν ἐκκλησίαν ἐξέλθοι, αὐτήν τε σώζει, καὶ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ. ἐὰν δὲ μέλλῃ κατὰ τὸν σεδεκίαν πρὸς ἔξοδον, μικρὰ ζύμη ὅλον τὸ φύραμα ζυμοῖ.

Ὀλυμ

Verſ. 15. **E**T dixit Ieremias ad Sedeciam Reg.)

17

Chryſoſtomi.] *Cur audire vis? vt me neci tradas? ita maximè iram ei tollit: & ſanè maxima Prophetæ virtus, dum non modò prædicit quæ diſplicent; ſed & è malis exitum adinuenit: hoc enim verè prædictionis eſt. Quid enim prodeſt quæſo mærorem tantùm & triſtitiam lucrari, ſicut qui apud exteros? Sed non ita.*

Chryſoſt. *Prædicentiũ acerba futura, viri ſãcti in hoc diſcrepãt à diuinis mundi, quod & rationem quoque docẽt acerba illa deuitandi.*

Verſ. 16. (*Et iurauit ei Rex viuit Dominus: qui fecit nobis animam hanc.*)

Chryſoſtomi.] *Cùm pro ea expaueſcit & timet, tunc eam in iuſiurandum aſſumit.*

Chryſoſt. *In iuramentũ aſſumitur & ab impiis anima, cũ pro illa timent.*

||Olympiodori.] *Hinc etiam habemus, animam creatam eſſe.* ||

Olympiod. *Anima à Deo creantur.*

Verſ. 17. (*Et dixit ei Ieremias, ſic dixit Dominus, &c.*)

Chryſoſtomi.] *Quid igitur Ieremias? bona primò effatur, deinde moleſta.*

18

Apolinarij.] *Propheta populo dedit conſilium vt tranſiret ad hoſtes, quòd ciuitas capienda erat; Regi verò, ne vrbs caperetur. Regis enim mali ſubductio toti Reipublicæ prodeſt, ſicut & probi conſtitutio. Seliſeel verò reliqui, tertiam interpretati ſunt.*

Chryſoſt. Apolinar. *Rex bonus, & malus quomodo toti proſint Reipub.*

Hoc pertinet ad verſ. 14.

Verſ. 19. (*Et dixit Rex Ieremiæ, ego rationem habeo.*)

|| Chryſoſtomi.] *Hæc occaſio erat, prætextuſque infidelitatis. Non credis Prophetæ? Num ex ſe ipſo loquitur?* ||

Chryſoſt. *Verbis Dei nõ credens infidelitatis ſuæ quærit prætextus.*

Origenis.] *Timeo inquit ne transfugis in deriſum fiam. Hoc quippe me ſollicitum habet. Sicuti autem propter peccata Ieruſalem tradita eſt, ſic & Eccleſia. Et ſi quis illi præſit ſimilis Ezechiæ ſalua eſt; ſi verò Sedeciæ ſimilis; ſubductus quidem ſeruat: manens verò perdit. Si quis ergo maculans Eccleſiam exierit, & illam ſeruat, & animam ſuam: at ſi exemplo Sedeciæ tardet ad exeundum,* [d] paruum fermentum mixturam omnem fermentat.

19

Origenes. *Rex bonus ſalus Reipub. & Eccleſiæ & contra verò Rex prauus. Conſortium improbi quã deuitandum.*

d 1. Cor. 5. 6.

Ὀλυμπιοδώρου.] τῶν ἰουδαίων τινὲς πρὸς τοὺς χαλδαίους αὐτομολήσαντες, ὑπισχνοῦντο τῷ σεδεκίᾳ, μὴ συγχωρήσειν τοὺς πολεμίους συλλαβεῖν αὐτόν. καὶ ἐπείθετο μᾶλλον τούτοις, ἢ θεῷ λέγοντι, δεῖν ἀκολουθῆσαι τῷ βαβυλωνίῳ. ἔλεγε δὲ τοῦτο θεὸς, βουλόμενος αὐτοὺς σωθῆναι. εἰ γὰρ ἔζησαν ἀκολουθήσαντες τῷ πολεμίῳ, γνόντες τὸν παραδόντα θεὸν, μετενόουν, καὶ τὰς αὐτῶν ἐκέρδαινον ψυχάς.

[Ἰδοὺ πᾶσαι αἱ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] αὐτὶ δὲ, οἱ φίλοι σου.

Τοῦ αὐτοῦ.] τουτέστιν, ἴσχυσαν παρατρέψαι σε τῆς εὐθείας ὁδοῦ, κατισχύσουσιν.

Ὠριγένους.] Φησὶ πρὸς αὐτὸν ἱερεμίας. ὡς ἐροῦσιν αἱ γυναῖκες εἰς ἀποικίαν ἀγόμεναι. ἠπάτησάν σε οἱ πρὸς σὲ φήσαντες εἰρηνικῶς, ὡς οὐ παραδώσουσι τῷ βαβυλωνίῳ. (συνέσονται) δὲ μετὰ σοῦ, ὡς αἴτιοι γενόμενοι πτώσεως. πάντως γὰρ ληφθήσῃ. τάχα δὲ καὶ τοὺς ψευδοπροφήτας αἰτιᾶται, λόγῳ τὴν εἰρήνην ὑπισχνούμενος. ὁ δὲ προφήτης φιλανθρώπως ἀπέκρυψε τοῖς ἄρχουσι τὴν ἀλήθειαν, τοῦ βασιλέως κηδόμενος. οὐ γὰρ ἔβλαπτε ταύτην νῦν σιωπῶν, ἤδη τοὺς αὐτοῦ λόγους ἀναγνοὺς ἐν κοινῷ.

[Καὶ εἶπεν αὐτῷ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] καὶ μὴν χωρὶς προσδιορισμοῦ ὤμοσας.

Olympiodori.] Quidam è Iudæis qui ad Chaldæos transfugerant Sedeciæ promittebant, se non permissuros, vt ab hostibus caperetur: magisque illis credebat quàm Deo dicenti, oportère Babylonium sequi. Hoc autem Deus dicebat, malens eos saluos: nam si vixissent hostem secuti, Deum qui eos tradiderat agnoscentes, pœnitentiam egissent, suasque animas lucrati fuissent.

Vers. 22. (Ecce omnes mulieres, &c. viri pacifici scilicet tui.)

Olympiodori.] Scilicet amici tui.

(Et præualebunt tibi.)

Eiusdem.] Hoc est, potuerunt te deflectere à recta via: præualebunt.

Origenis.] Ait ad ipsum Ieremias quòd mulieres in captiuitatem ducendæ dicent, Seduxerunt te, qui ad te dixerant pacificè, te ab eis Babylonio non tradendum. Erunt porrò tibi comites, vt casus tui auctores; omnino enim capiêris. Fortasse verò etiam Pseudoprophetas accusat, qui pacem verbis pollicebantur. At Propheta principibus veritatem beneuolè celauit. Consultum Regi volens: nulli enim nocebat illam nunc silentio obuoluens sermonibus suis publicè antea perlectis.

Vers. 24. (Et dixit ei Rex, Homo non sciat.)

Chrysostomi.] Et tamen absque vlla conditione iuraueras.

Olympiod. — Animum salutemDeus semper iubet ob oculis. — 22 — Olympod. — Olympod. — Origenes. — Veritas vtiliter aliquãdo celatur præsertim cùm aliunde sciri possit. — Chrysost.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ. 38.

* ΚΑΙ ὁ ἐκπορευόμενος πρὸς τοὺς χαλδαίους ζήσεται, καὶ ἔσται ἡ ψυχὴ αὐτοῦ εἰς εὕρημα, καὶ ζήσεται. τουτέστιν, εἰς σκῦλα οὕτω γὰρ ὁ ἑβραῖος ἔχει.

Καὶ ἐν τῷ λάκκῳ οὐκ ἦν ὕδωρ ἀλλ' ἢ βόρβορος, καὶ ἦν ἱερεμίας ἐν τῷ βορβόρῳ.] ὑπαίθριος ὢν ὁ λάκκος πηλοῦ ἐπληροῦτο. ἔρριψαν τοίνυν αὐτὸν, καὶ ἐβυθίσθη, καὶ ἐνεπάγη τῷ πηλῷ. οὐ μὴν ὅλος ἐβαπτίσθη. οὐδὲ γὰρ ζῆν οὕτως ἠδύνατο.

Καὶ ἔλαβεν ἀβδεμέλεχ τοὺς ἀνθρώπους μεθ' ἑαυτοῦ. καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ βασιλέως τὴν ὑπόγεων.] τουτέστιν, εἰς τὸν σταῦλον. ὑπόγεων γὰρ, ἵνα εἴπῃ, τὴν εἰς τὸ φανερὸν οὖσαν. οὕτω γὰρ καὶ ὁ ἑβραῖος λέγει.

Καὶ ἔλαβεν ἐκεῖθεν παλαιὰ ῥάκη, καὶ παλαιὰ σχοινία, καὶ ἔρριψεν αὐτὰ πρὸς ἱερεμίαν τὸν προφήτην, καὶ τὰ ἑξῆς.] ἔλαβε τῶν ἵππων τὰ στρώματα, καὶ τὰ πιλωτὰ, ἃ ἔθος ἐπιστρωννύειν τοῖς ἐπικαθίσμασι. τὸ γὰρ ἔμπροσθεν πάλιν λεγόμενον. καὶ τὰ παλαιὰ ῥάκη, καὶ τὸ μαλεὶμ. τοῦτο μηνύει. τουτέστι, τὰ πιλωτά. ὥστε κἀντεῦθε τὰ παλαιὰ σχοινία. αὐτὶ δὲ τὰ παλαιὰ ὑποστρώματα τῶν ἵππων λέγει. ταῦτα τοίνυν ῥίψας τῷ προφήτῃ φησί.

Θὲς αὐτὰ ὑπὸ τοὺς ἀγκῶνας τῶν χειρῶν σου. ὑποκάτω τῶν σχοινίων. αὐτὶ δὲ, ὑπὸ τὰς μάλας. ἵνα οὕτως ἀσφαλῶς δεδεμένος ἀνελχθῇ.

*Ζῇ κύριος ὃς ἐποίησεν ἡμῖν τὴν ψυχὴν ταύτην, εἰ ἀπο

CAPVT XXXVIII.

* Vers. 2. ET qui egredietur ad Chaldæos viuet, & erit anima eius in rem inuentam, & viuet. Hoc est, in spolia, ita enim Hebræus legit.

Vers. 6. Et in lacu non erat aqua, sed lutum, & erat Ieremias in luto. Cùm lacus esset sub dio luto implebatur; miserunt igitur eum, & immersus est, & defixus in luto: non tamen totus demersus est, ita etenim viuere non potuisset.

Vers. 11. Et assumpsit Abdemelech homines secum, & ingressus est in domum Regis subterraneam. Hoc est in stabulum. Subterraneam, vt diceret, quæ erat in aperto. Sic enim & Hebræus habet.

Et sumpsit inde veteres pannos, & veteres funiculos, & proiecit ea ad Ieremiam Prophetam: & quæ sequuntur. Sumpsit equorum stragula, & pannos ex lanis præparatos aptos ad cubandum, quos sedilibus sternere in vsu est. Quod enim antea dixerat, Et Veteres Panni, & Maleim: hoc significant, id est, ex lanis præparata ad cubandum. Vnde & veteres funiculos posuit, pro eo quod est, vetera equorum substramina. Hæc cùm proiecisset Prophetæ ait.

Vers. 12. Pone ista sub brachiis manuum tuarum

Chrysost. — Vers. 2.

εἰ ἀποκτενῶ σε. τουτέστιν, ὁ τῆς ζωῆς κύριος αὐτὸς μάρτυς, ὡς οὐδέν σε διαθήσω πονηρόν.

Καὶ εἶπεν ὁ βασιλεὺς Σεδεκίας τῷ ἱερεμίᾳ. ἐγὼ λόγον ἔχω τῶν ἰουδαίων τῶν πεφευγότων πρὸς τοὺς χαλδαίους μὴ δῶσιν με εἰς χεῖρας αὐτῶν, καὶ καταμωκήσονταί μου. ἀσαφῶς κεῖται παρὰ τῷ ἑλληνικῷ. ὁ γὰρ βούλεται εἰπεῖν, τοῦτό ἐστιν, ὅτι βασιλεύς εἰμι, καὶ μόνος ἐξελθεῖν οὐ δύναμαι, ἐὰν οὖν θελήσω ἐξελθεῖν, καὶ δοῦναι τοῖς χαλδαίοις ἐμαυτὸν, αὐτοὶ οἱ τῆς πόλεως φθάνουσιν ἀνελεῖν με.

Καὶ εἶπεν ἱερεμίας οὐ μὴ παραδώσουσί σε. τινὲς μὲν οὕτως ἡρμήνευσαν. οἶμαι δὲ ταύτην μᾶλλον σώζεσθαι τὴν ἔννοιαν. ὅτι εἰρήνην μοι προφητεύουσιν ἅπαντες ἰουδαῖοι, καὶ μὴ παραδοθῆναι με εἰς χεῖρας τῶν χαλδαίων, μηδὲ πείσεσθαί με τι παρ' αὐτῶν δεινόν. τὸ οὖν εὐθὺς ἐπαγόμενον παρὰ τοῦ ἱερεμίου οὐ μὴ παραδώσουσί σε. κατ' εἰρωνείαν εἴρηται. τουτέστι, μὴ πείθου αὐτοῖς.

Ἄκουσον δὴ τὸν λόγον κυρίου, ὃν ἐγὼ λαλῶ πρός σε, καὶ βέλτιον ἔσται σοι, καὶ ζήσεται ἡ ψυχή σου.] τουτέστιν, ἄμεινον σοι ἐστι πεισθῆναι μοι, καὶ μὴ ἀπατᾶσθαι τοῖς ἐκείνων λόγοις, ὅτι δὲ ταύτην τὴν ἔννοιαν μᾶλλον ἐστὶ λαβεῖν ἐκ τῶν ῥητῶν, ἀπὸ τῶν ἀκολούθων αὐτῆς κατίδοι. ἐπάγει γὰρ εὐθύς.

Καὶ εἰ μὴ θέλεις ἐξελθεῖν. οὗτος ὁ λόγος, ὃν ἔδειξέ μοι κύριος ἰδοὺ πᾶσαι αἱ γυναῖκες αἱ καταλελειμμέναι ἐν οἰκίᾳ βασιλέως ἰούδα ἐξάγονται πρὸς τοὺς βασιλέας Βαβυλῶνος, καὶ αὗται λέξουσιν.

Ἠπάτησαν σε, καὶ ἠδυνήθησαν σοι ἄνδρες εἰρηνικοί σου. καὶ οὐ κατισχύσουσιν ἐν ὀλισθήματι ποδός σου, καὶ ἀποστρέψουσιν ἀπό σου.] τουτέστιν ὑφεστώσης τῆς ἁλώσεως, τότε ὁμολογήσουσι τῶν ἐμῶν λόγων τὴν ἀλήθειαν, καὶ λέξουσι πρός σε, ὡς οἱ τὴν εἰρήνην σοι προμηνύοντες μάτην ἠπάτησαν, ἰσχυρότερον ἐκείνων τῶν λόγων σου νενομικότος, τῶν παρ' ἐμοῦ σοι λεγομένων. τὸ δὲ ἐν ὀλισθήματι ποδός σου. τουτέστι, παρατρέψαντές σου τὴν ἐπὶ τοῖς ἀληθῶς λεγομένοις πίστιν. τὸ δὲ καὶ ἀποστρέψουσιν ἀπό σου. τουτέστιν, αἰχμάλωτοι ληφθεῖσαι, ἀπαχθήσονται, καὶ οὐδενὸς ἀπολαύσεις, ὧν νῦν ἀπολαύεις.

rum sub funiculis, quasi diceret sub axillis, vt sic absque periculo ligatus eueheretur.

Chrysost. Vers. 16. Vers. 16. *Viuit Dominus qui fecit nobis animam hanc, si interficiam te*, hoc est, Vitæ Dominus, ipse testis sit, quod nihil mali tibi faciam.

Vers. 19. *Et dixit Rex Sedecias ego rationem habeo Iudæorum qui fugerunt ad Chaldæos, ne dàturi sint me, in manus eorum, & illudant mihi*, obscurum est in textu Græco; verum illius sensus est. Rex sum, & solus egredi non possum: si igitur voluero, & memetipsum Chaldæis committere, hi qui in ciuitate sunt, me priùs occident.

Vers. 20. *Et dixit Ieremias. Non tradent te*. Quidam sic interpretati sunt. Verùm meliorem hunc esse opinor sensum Iudæi vniuersi pacem mihi vaticinantur, & quòd nec in Chaldæorum tradendus sim manus, nihilque me ab illis mali passurum. Itaque quod statim Ieremias adiecit, *Non tradent te*, per ironiam dictum est, quasi diceret. Ne credas illis.

Audi verbum Domini, quod ego dico ad te, & melius erit tibi, & viuet anima tua, hoc est, melius est, vt mihi credas, nec eorum decipiaris sermonibus. Hunc porrò sensum magis consonum esse dictis ex subsequentibus facilè quis percipit. Subdit enim statim.

Vers. 21. *Quod si nolueris tu exire: iste est sermo, quem ostendit mihi Dominus.*

Vers. 22. *Ecce omnes mulieres, quæ remanserunt in domo Regis Iuda, educentur ad principes Babylonis, & hæ dicent, Seduxerunt te, & præualuerunt tibi viri pacifici tui, & non præualebunt in lubricitate pedis tui, & auertentur à te*, hoc est, cùm ruina iam immineat, tunc sermonum meorum confitebuntur veritatem, & dicent tibi, eos qui tibi pacem prænunciabant, frustra decepisse; quandoquidem tu eorum sermones meis hisce dictis validiores existimasti. *In lubricitate pedis tui*, tuâ super veracibus dictis fide commutatâ. *Auertentur à te*, captiuæ nempe ducentur, & quæ nunc possides, non potiêris.

Caput 39. à vers. 1. vsque ad 11. Sectio Prima.

TEXTVS VVLGATÆ.

1 ANno nono Sedeciæ Regis Iuda, mense decimo, venit Nabuchodonosor Rex Babylonis, & omnis exercitus eius ad Ierusalem, & obsidebant eam.

2 Vndecimo autem anno Sedeciæ, mense quarto, quintâ mensis aperta est ciuitas.

3 Et ingressi sunt omnes principes Regis Babylonis, & sederunt in porta media: Neregel, Serssel, Semegarnabu, Sarsachim, Rabsares, Neregel, Serefer, Rebmag, & omnes reliqui principes Regis Babylonis.

4 Cùm

Text. Sept. *Apud quos tamen non habentur nisi tres primi vers. istius sectionis, licet ea habeantur, apud Theodoritum, sed ex Theodotionis Versione.*

SEPTVAGINTA.

1 *ET factum est mense nono Sedeciæ Regis Iuda, aduenit Nabuchodonosor Rex Babylonis, & omnis virtus eius super Ierusalem: & obsidebant eam.*

2 *Et in vndecimo anno Sedeciæ in mense quarto, nonâ mensis diffissa est ciuitas.*

3 Et

4 Cúmque vidiſſet eos Sedecias Rex Iuda, & omnes viri bellatores fugerunt: & egreſſi ſunt nocte de ciuitate per viam horti Regis, & per portam, quæ erat inter duos muros, & egreſſi ſunt ad viam deſerti.

A

3 *Et ingreſſi ſunt omnes duces Regis Babylonis: & ſederunt in porta media, Marganaſar, & Samagoth, & Nabuſachar, & Nabuſaris, Nagargas, Naſerrabamath, & reliqui duces Regis Babylonis.*

5 Perſecutus eſt autem eos exercitus Chaldæorum: & compræhenderunt Sedeciam in campo ſolitudinis Ierichontinæ, & captum adduxerunt ad Nabuchodonoſor Regem Babylonis in Reblatha, quæ eſt in terra Emath: & locutus eſt ad eum iudicia.

6 Et occidit Rex Babylonis filios Sedeciæ in Reblata, in oculis eius: & omnes nobiles Iuda occidit Rex Babylonis.

7 Oculos quoque Sedeciæ eruit: & vinxit eum compedibus, vt duceretur in Babylonem.

8 Domum quoque Regis, & domum vulgi ſuccenderunt Chaldæi igni, & murum Ieruſalem ſubuerterunt.

9 Et reliquias populi, qui remanſerant in ciuitate, & perfugas, qui transfugerant ad eum, & ſuperfluos vulgi, qui remanſerant, tranſtulit Nabuzardan magiſter militum in Babylonem.

10 Et de plebe pauperum, qui nihil penitus habebant, dimiſit Nabuzardan magiſter militum in terra Iuda: & dedit eis vineas, & ciſternas in die illa.

PARAPHRASIS CHALDAICA.

1 *Anno nono Sedechiæ Regis tribus domus Iuda, menſe decimo, venit Nabuchodonoſor Rex Babylonis, & omnis exercitus eius ad Ieruſalem, & obſederunt eam.*

2 *Vndecimo anno Sedechiæ, menſe quarto, nono die menſis perrupta eſt ciuitas.*

3 *Et ingreſſi ſunt omnes principes Regis Babylonis, & ſederunt in porta media, Neregal, Sereſer, Samgarnebu, Sarſechim, Rabſaris, Negal, Sareſer, Rabmag, & omnes reliqui principes Regis Babylonis.*

4 *Et factum eſt cùm vidiſſet eos Sedechias Rex tribus domus Iuda, & omnes viri bellatores, fugerunt: & egreſſi ſunt nocte de ciuitate per viam horti Regis, per portam quæ erat inter muros; & egreſſus eſt per viam campeſtrem.*

5 *Et perſecuti ſunt exercitus Chaldæorum poſt eos, & comprahenderunt Sedechiam in campeſtribus Iericho, & tulerunt eum, & abduxerunt eum ad Nabuchodonoſor Regem Babylonis in Riblah, in terra Hamath, & locutus eſt cum eo verba iudiciorum.*

6 *Et occidit Rex Babylonis filios Sedechiæ in Riblah ante oculos eius, & omnes principes Iuda occidit Rex Babylonis.*

7 *Et oculos Sedechiæ excæcauit, & vinxit eum catenis æreis, vt duceret eum in Babylonem.*

8 *Et domum Regis & domum populi ſuccenderunt Chaldæi igni, & muros Ieruſalem confregerunt.*

9 *Et reliquias populi qui remanſerat in ciuitate, & transfugas qui transfugerant ad eum, & reliquum populum qui remanſerat, tranſtulit Nabuzardan princeps occidentium in Babylonem.*

10 *Et de pauperibus populi qui nihil habebant, dimiſit Nabuzardan princeps occidentium in terra domus Iuda, & conſtituit eos vt eſſent agricolæ & vinitores in die illa.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impreſſis.

1 Theodoret.

Theodoritus. Hinc deinceps enarrat quæ geſta ſunt, dum vrbs caperetur, & ait, anno quidem nono regni Sedeciæ exercitum adduxiſſe Babylonios: vndecimo verò anno Sedeciæ, menſe quarto, nonâ die menſis, murum deiectum eſſe, hoſtes autem impetum feciſſe in vrbem, quo facto, fugit Sedecias, & omnes qui de robore gloriabantur. (*Perſecuti verò Chaldæi, anteuerterunt eum, & comprehenderunt iuxta vrbem Iericho.*) Araboth autem eſt Iericho: *ab occaſu vrbis Iericho*, ait, *& abduxerunt eum in Reblatha, quæ eſt in terra Emath*, Subditus

Iericho vrbs appellata & Araboth. Emenſa vrbs appellata Emath.

B

eſt autem locus ille regioni Emeſan: ita vt manifeſtum ſit, Emath hîc vocari Emeſan, *Et locutus eſt cum eo iudicia.* Quaſi diceret, Repræhendit tranſgreſſionem iuſiurandi, & maleuolentiam atque ingratitudinem, quam commiſerat in illum, qui de eo benè meritus erat, & eum Regem creauerat: conuictoque de iniuſtitia, pœnas infligit. Et primùm quidem, eo ſpectante, interfecit pueros, & omnes honoratiores & nobiliores. Et cùm ſic eum triſtium rerum ſpectaculo puniuiſſet, priuauit oculis.

Iudicia qualiter locutus dicatur cum Sedecia Nabuchodonoſor.

C

Refert etiam quemadmodum regia palatia, & alias domos incenderunt, & muros vrbis deſtruxerunt: reliquos Nabuzardan præfectus culinæ regiæ redegit in ſeruitutem. Quoſdam verò paucos in paupertate viuentes reliquit, quibus terram colere præcepit.

2

In Rabano Mauro nihil ſuper his eſt quod notemus: detinet enim ſe in ſimili Iſaiæ cap. 22. Vaticinio verbis Hieronymi in ſuis ſuper Iſaiam Commentariis explicando.

In D. Thoma Notandum quod circa verſ. 2. ait, Ponit captionem vrbis. (*Vndecimo anno, menſe quarto*) ſc. Iulio. Tamen combuſta eſt menſe quinto: ſeptimâ die menſis, ſicut habetur 4. Reg. vlt. (*Quintâ menſis*) contra, 4. Reg. vlt. dicitur quod nonâ menſis, & potuit eſſe quod quintâ die cæperunt homines fugere præ fame; & nonâ ciuitas aperta eſt, cuſtodibus ablatis. Et quia primò cæperunt antemurale. Et tunc habebant vrbem quaſi captam, & poſtea cæperunt vrbem: Vnde ſequitur. (*Sederunt in porta media*) id eſt, in medio duorum murorum: vel quæ erat inter duas portas ex eadem parte ciuitatis.

D.Thom. *Ieruſalem quo die menſis capta, & incenſa fuerit à Chaldæis.*

D

Circa verſ. 1. Hieronymus ſuper ea verba capitis ſecundi Aggæi, [a] *In vigeſima & quarta noni menſis*, Noni, inquit, menſis numerus qui hîc additur numquam in bonam partem legitur: Paſcha immolat populus, [b] & alias celebrat feſtiuitates: omnis eius ſolemnitas die finitur octauo, nec ad nonum peruenit. [c] Qui agnum Paſchæ præparant, tranſactâ die nonâ incipiunt præparare. [d] Dies quoque propitiationis menſis ſeptimi, poſt diem nonam celebratur. Et in Ieremia, [e] ſicut legentibus poterit eſſe manifeſtum, Ieruſalem nono anno à Babyloniis oppugnatur.

E

Hieronym. a Agge. 2. 11. *Noni numerus numquã in bonam partem ſumptus in Scriptura.* b Exo. 12. 3. c Ibid. 12. 15. d Leuit. 23. 12. e Iere. 39. 1.

3

Circa verſ. 6. & 7. Egregiè Gregorius Papa lib. 8. Moral. cap. 16. Sciendum, inquit, eſt, quòd aliquando priùs oculus intellectus obtunditur, & poſtmodùm captus animus per exteriora deſideria vagatur: vt cæca mens quò ducitur neſciat, & carnis ſuæ illecebris ſeſe libenter ſubdat. aliquando verò priùs deſideria carnis ebulliunt,

Greg. PP. *Cæcitas mentis aliquando præcedit vagationẽ animæ circa carnis illecebras.*

& poſt

& post longum vsum illiciti operis, oculum cordis claudunt. Nam sæpe mens recta cernit, nec tamen audenter contra peruersa se erigir: & renitens vincitur, dum hoc ipsum quod agit diiudicans, carnis suæ delectatione superatur. Quia enim plerúmque priùs oculus contemplationis amittitur, & post per carnis desideria huius mundi laboribus animus subiugatur, testatur Sampson [a] ab Allophylis captus, qui postquam oculos perdidit, ad molam deputatus est: quia nimirum maligni spiritus, postquam tentationum stimulis intus aciem contemplationis effodiunt, foras in circuitum laborum mittunt. Rursum, quia sæpe & recta operatio exteriùs perditur, & tamen adhuc rationis lumen in corde retinetur Propheta Ieremias insinuat, qui dum Sedech. captiuitatem narrat, ordinem captiuitatis internæ denunciat, dicens: [b] *Occidit Rex Babylonis filios Sedechiæ in Reblata, in oculis eius; & omnes nobiles Iuda occidit Rex Babylonis, oculos quoque Sedechiæ eruit.* Rex Babylonis est antiquus hostis, possessor intimæ confusionis, qui priùs filios ante intuentis oculos trucidat, quia sæpe sic bona opera interficit, vt hæc se amittere ipse qui captus est, dolens cernat. Nam bona plerúmque gignit animus, & tamen carnis suæ delectationibus victus, bona quæ genuit, amans perdit, & quæ patitur damna considerat, nec tamen virtutis brachium contra Regem Babylonis leuat. Sed dum videns nequitiæ perpetratione percutitur, ad hoc quandoque peccati vsu perducitur, vt ipso quoque rationis lumine priuetur. Vnde Babylonis Rex, extinctis priùs filiis, Sedechiæ oculos eruit, quia malignus spiritus subductis priùs bonis operibus, post & intelligentiæ lumen tollit. Quod rectè Sedechias in Reblata patitur. Reblata quippe multa hæc interpretatur. Ei enim quandoque & lumen rationis clauditur, qui prauo vsu ex iniquitatis suæ multitudine grauatur.

Cæcitas mentis aliquando causata à libidinis vitio.

a Iudic. 16. 21.

Opera bona pereunt plerúmque nobis id animaduertentibus, sed Diabolo minimè resistentibus.

b Iere. 39. 6.

Peccandi prauus vsus priuat & rationis lumine.

Eucherius lib. 4. in lib. Regum pag. 310. eadem habet, quæ mox ex Gregorio.

Io. Chrysostomus homil. 19. ad populum Antioch. *Et locutus est Rex Babylonis cum Sedecia iudicium, & occidit filios ipsius in oculis eius, & oculos Sedechiæ eruit, & vinxit eum compedibus, vt in Babylonem duceretur.* Quid est, *locutus est cum ipso iudicium?* ipsum rationis repetiuit, rationem posuit cum ipso, & primùm ipsius filios iugulauit, vt propriæ calamitatis spectator fieret. Et post tragœdiam illam miserabilem, tunc illum excæcauit. Quâ causâ rursum hoc agitur? vt magister Barbaris abeat, & illic habitantibus Iudæis, vt cernentes per excæcatum discant, quantùm mali sit iuramentum. Nec illi verò tantùm, verùm & secus viam omnes habitantes vinctum & cæcatum intuentes, per calamitatis magnitudinem peccati pondus discant. Propterea Prophetarum hîc quidam sic inquit, [c] *Non videbit Babylonem:* hîc verò, quòd in [d] Babylonem abducetur. Et contraria quidem prophetia esse videtur, sed non est. Sed hæc ambo vera: etenim Babylonem non vidit, & in Babylonem abductus est. Quomodo igitur Babylonem non vidit? quoniam in Iudæa excæcationem passus est. Vbi namque iuramentum spretum est, ibi & vindicatum, & vltionem ipse sustinuit. Quomodo abductus est in Babylonem? captiuus factus. Quoniam enim duæ erant pœnæ, excæcatio, & captiuitas, distribuerunt ipsas Prophetæ: & hîc quidem, Non videbit, inquit, Babylonem: ipsius excæcationem dicens: Ille verò ait, in Babylonem abducetur: ipsius significans captiuitatem. Fratres igitur hæc scientes, & nunc dicta, & ante hæc cōmemorata colligentes, ab hac quoque stulta cessemus consuetudine. Sic supplico & oro vos omnes. Si enim antiquitùs, cùm Iudæi ad perfectam disciplinam non exigebantur, sed multus erat condescensus, tanta propter iuramentum expugnatio & captiuitas fuit: quid congruum est nunc passuros esse iurantes, post legem [e] hoc facere prohibentem, & tantum mandatorum augmentum?

4 Ioan. Chrys.

Iurandi praua consuetudo quantùm sit mali.

Peccati quā magnum sit pondus.

c Iere. 39. 7. Sedecias quomodo abducendus in Babylonem non visurus dicatur.

d Iere. 34. 3.

Iurandi praua consuetudo quàm nobis vitanda.

e Matt. 5. 34.

D. Bonauentura Serm. 2. in Rom. 11. post Pentecostem. [f] *Magna,* ait *potentia Dei solius à solis humilibus honoratur,* vt talibus, qui giganteâ magnitudine elati nolunt humiliari, & aliis propter Deum subiecti esse: futurum enim est, vt tales de limo finalis iudicij suffocētur, paruulos Christus custodit arcâ humilitatis. Vnde tales figurantur per Sedechiam: qui noluit tamquam elatus, & arrogans submittere collum iugo diuini præcepti, de quo dicitur quod [g] *Rex Babylonis,* id est Diabolus *oculos Sedechiæ eruit, & vinxit eum in compedibus, vt duceretur in Babylonem.*

5 D. Bonauent.

f Eccl. 3. 21. Ab Humilibus honoratur Dei potentia.

Superbi renuentes subiici propter Deū designati in Sedecia filiis orbato, & excæcato, ac vincto à Nabuchodonosor.

Idémque Sermone 3. in eadem Dominica, in principio. Vinculum, inquit, quo Diabolus animam ligat est peccatum, quô peccator ligatur pedibus per prauum affectum, [h] *Oculos Sedeciæ eruit, & vinxit eum compedibus, & duxit eum Rex Babylonis in Babylonem, & posuit in domum carceris, vsque ad diem mortis suæ.* Oculus dexter interior hominis est respectus ad gloriam æternam. Sinister verò respectus ad gehennam: [i] *Oculi sapientis in capite eius, stultus in tenebris ambulat.* Oculum sinistrum multi habent: dexterum verò soli sapientes. Ille verò sapiens, cuius animus in Christo, cuius interior oculus erigitur ad summa. Hunc diabolus eruit, quando homo neque pœnam, neque gloriam respicit, vel timet pedes affectuum. Tunc vincit eum vinculo, quando sensus ad peccandum trahit: postea in Babylonem adducit, dum in multitudine, vel enormitate peccatorum hominem confundit. Babylon enim confusio interpretatur. Postea in inferni carcerem mittit.

g Iere. 39. 7.

Vinculum quo Diabolus animam ligat, est peccatum.

h Iere. 39. 7.

Oculi animæ duo respectus, dexter ad gloriam, sinister ad Gehennam.

i Eccl. 2. 14.

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

KAὶ ἐν τῷ δεκάτῳ.] Ὀλυμπιοδώρου.] πολιορκήσαντες ἐπὶ χρόνον οἱ βαβυλώνιοι τὴν ἱερουσαλὴμ εἷλον. καὶ ἐξαγαγόντες ἐκ τῆς φυλακῆς τὸν ἱερεμίαν παραδεδώκασι τῷ γοδολίᾳ, καὶ ἐκάθισαν αὐτὸν ἐν μέσῳ τοῦ λαοῦ.

Vers. 2. *ET decimo anno Sedeciæ.)* Olympiodori.] *Cùm certo tempore Babylonij Ierusalem obsedissent, ceperunt eductúmque Ieremiam è carcere, Godoliæ tradiderunt, sedéreque eum fecerunt in medio populi.*

6 Olympiod.

Capitis

Capitis 39. à vers. 11. vsque ad finem. Sectio Secunda.

TEXTVS VVLGATÆ.

11 PRæceperat autem Nabuchodonosor Rex Babylonis de Ieremia Nabuzardan magistro militum, dicens.

12 Tolle illum, & pone super eum oculos tuos, nihilque ei mali facias: sed, vt voluerit, sic facias ei.

13 Misit ergo Nazuzardan princeps militiæ, & Nabusezban, & Rabsares, & Neregel, & Sereser, & Rebmag, & omnes optimates Regis Babylonis.

14 Miserunt, & tulerunt Ieremiam de vestibulo carceris, & tradiderunt eum Godoliæ filio Ahicam filij Saphan vt intraret in domum, & habitaret in populo.

15 Ad Ieremiam autem factus fuerat sermo Domini, cùm clausus esset in vestibulo carceris, dicens.

16 Vade, & dic Abdemelech Æthiopi, dicens. Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel: Ecce ego inducam sermones meos super ciuitatem hanc in malum, & non in bonum: & erunt in conspectu tuo in die illa.

17 Et liberabo te in die illa, ait Dominus: & non traderis in manus virorum, quos tu formidas.

18 Sed eruens liberabo te, & gladio non cades: sed erit tibi anima tua in salutem.

A TEXTVS SEPTVAGINTA.

14 *ET miserunt & tulerunt Ieremiam de atrio carceris, & dederunt eum ad Godoliam filium Achichan filij Saphan: & eduxerunt eum: & sedit in medio populi.*

15 *Et ad Ieremiam factum est verbum Domini in atrio carceris, dicens.*

16 *Vade, & dic ad Abdemelech Æthiopem: Sic dixit Dominus Deus Israel: Ecce ego affero verba mea super ciuitatem hanc in mal a, & non in bona.*

B 17 *Et saluabo te in die illa: & non dabo te in manus hominum, quos tu times à facie eorum.*

18 *Saluans enim saluabo te: & in gladio non cades: & erit anima tua in rem inuentam: quoniam fidisti super me, ait Dominus.*

PARAPHRASIS CHALDAICA.

11 *ET precepit Nabuchodonosor Rex Babylonis de Ieremia per manum Nabuzardan principis occidentium; dicendo.*

12 *Tolle illum, & oculos tuos pone super eum, neque feceris ei quicquam mali; sed sicut locutus fuerit tecum, sic fac cum eo.*

13 *Et misit Nabuzardan princeps occidentium, & Nabusazban, Rabsaris, & Neregel, & Saresar, Rabmag, & omnes reliqui principes Regis Babylonis.*

14 *Et miserunt, & tulerunt Ieremiam de atrio domus vinctorum; & tradiderunt eum Godoliæ filio Ahicam filij Saphan, vt educeret eum in domum, & habitauit in medio populi.*

15 *Et cum Ieremia factum est verbum prophetiæ à facie Domini, cùm esset clausus in atrio carceris, dicens.*

16 *Vade, & dic seruo Regis Sedechiæ, hoc modo: Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel, Ecce ego inducam sermones meos super ciuitatem hanc in malum, & non in bonum; & erunt in conspectu meo in die illa.*

17 *Et liberabo te in die illa, dicit Dominus, & non traderis in manum virorum à quorum facie tu formidas.*

18 *Quia liberando liberabo te, & gladio non occideris: & erit tibi anima tua in ereptionem; quia confisus es in verbo meo, dicit Dominus.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

7 Theodorit. *Misericordes sæpe magis experimur alienos, quàm proximos. Ieremiæ impleta promissio de ipsius inuincibilitate quando iussu Nabuchodonosor eductus est è carcere.*

THeodoritus. (*Et præceperat Nabuchodonosor Rex Babylonis, &c.*) Auxerunt crimen Iudæorũ Nabuchodonosor Rex, & Abdemelech Æthiops. Hi enim, cùm sint alienigenæ, solati sunt Prophetam: Iudæi verò in verbis propheticis enutriti, diuinis sermonibus attendere noluerunt, & Prophetas quibusuis suppliciis subegerunt. Effectum tamen sortita est promissio diuina. Nam cùm Deus illum creasset Prophetam, pollicitus est, ostensu-C rum illum inuictum, & columnæ ferreæ, muróque æneo similem: quia impugnabunt illum, at non euadent superiores. Porrò Nabuzardan & vniuersa principum decuria transtulerunt Ieremiam è carcere & tradiderunt Godoliæ, quem iusserat Rex imperare relictis in Iudæa. Postulauit autem Propheta instrumentum emptionis: & quæ de Abdemelech prædicta erant à Deo, exitum habuerunt. Nihil enim apud eum neglectum aut irremuneratum.

Verè [a] *Beatus, cuius Deus Iacob adiutor eius: & spes eius in Domino Deo ipsius.* Et, [b] *Beatus populus, cuius Dominus Deus eius.* Quid enim Sedeciæ pro-D fuit regnum? Quid verò nocuit Abdemelech seruitus? Nam ille quidem propter impietatem, passus est ea omnia: hic autem, ob pietatem, non expertus est mala.

a Psal. 145. 5. *Regnum terrenum non prodest non adhærenti Deo, & seruitus humana adhærenti Deo nil obest.*

b Psal. 143. 15.

8 Raban. Mau. *Ministris iisdem vtitur Deus in flagellum impiorum, & in solatium insto-rum.*

Rabanus Maurus. (*Præceperat autem Nabuchodonosor, &c.*) Iustus est Dominus, & rectum iudicium eius, qui reddit singulis secundùm opera eorum. Denique sicut per ministros flagelli superbis, & contemptoribus dignas irrogat pœnas, sic mansuetis & obedientibus per eosdem miserationis & solatij debitas impendit curas. Quod E & nunc patefactum est in Sedechia Rege, & Ieremia Propheta, per Nabuchodonosor Regis sententiam. Neç mirum quòd ex iisdem hominibus diuersa singulis disponit præmia, qui ex iisdem elementis pro meritorum qualitate electis, & reprobis diuersas impendit remunerationes. Nam [c] aqua maris rubri, quæ cultores Dei illæsos seruabat Israelitas, eadem interfecit Ægyptios idololatras: similiter [d] flamma camini qui Regis Babylonis iuxta fornacem atroces interfecit ministros, eadem laudantes & benedicentes Dominum in medio ignis innocentes conser-F uauit pueros, Vnde vir sapiens in laudibus Dei, ait: [e] *Creatura enim tibi factori deseruiens excandescit in tormentum aduersùs iniustos, & lenior fit ad benefaciendum pro his qui in te confidunt.* Hoc idem & in sequentibus demonstratur cùm dicitur.

c Exo. 14. 28.

d Dan. 3. 22.

e Sap. 16. 23.

(*Ad Ieremiam autem, &c.*) [f] *Omnes qui sperant in Domino non confundentur: confundantur autem ini-*

f Psal. 24. 3.

qui

qui facientes vana: Ecce principes qui Ieremiam expertiuerunt ad carceris pœnam: Chaldaicæ captiuitatis perpessi sunt vindictam. Hic autem Eunuchus, qui Prophetam liberauit de carcere, Domino remunerante perfectâ potitus est libertate. Si autem allegoriam, quam supra posuimus, de hoc Eunucho Æthiope respexeris, eamdem significationem inuenies, quia liberatis sanctis prædicatoribus à perditione futura, persecutores eorum vltione interient perpetuâ.

Operum sicut malorum est à Deo punitio, ita bonorum est remuneratio.

In D.Thomæ postylla nil quod notemus.

Bernardus.

Prædicator bonus sollicitus pro salute proximi negligit propria incommoda.

Bernardus epistolâ 78. ad Suggerium Abbatem. Circa vers.12.&c.Ieremias quoque vinctus A & ipse inseparabiliter suis, sed affectu compassionis, non contentionis assensu pro communi exilio, & seruitute contempsit natale solum, ac propriam voluntatem. Quippe cui cæteris migrantibus, liberè manere in patria liberum fuit: sed maluit captiuus abduci cum populo, cui se fore in ipsa captiuitate nouerat necessarium.

Hæc autem Bernardi ne sint contra historiam, intellige de migratione Ieremiæ cum reliquiis Iudæorum in Ægyptum: quam tunc præuisam censendum ab illo, quando vt hîc dicitur à Nabuzardan data ei fuit optio, vel eundi in Babylo- B nem, vel remanendi.

CATENA GRÆCA VETERVM
PATRVM GRÆCORVM.

Καὶ ἀπέστειλαν καὶ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] καὶ οἱ μὲν πολέμιοι δεθέντα τὸν προφήτην ὑπὸ τῶν οἰκείων λύουσι, καὶ κύριον ἀφιᾶσιν ὅποι βούλοιτο πορευθῆναι: οἱ δὲ C τεσσαράκοντα ἔτη ἀπολελαυκότες φωνῆς, οὐ συγγένειαν, οὐ πατρίδα, οὐκ ἄλλο αἰδεσθέντες, οὐδὲν θηρίων ἀγριώτεροι γεγόνασιν. [καὶ μετ᾽ ὀλίγα] ἵνα ὅταν ἴδῃς καὶ ἐπὶ Χριστοῦ τοῦτο γινόμενον, σταυρούμενον ὑπὸ Ἰουδαίων, προσκυνούμενον δὲ ὑπὸ ἐθνῶν, μηδὲν ξένον εἶναι νομίσῃς, μηδὲ θορυβηθῇς, μὴ δὲ λέγῃς, καὶ πῶς ἂν ἔχοι λόγον, τὸν ἐπὶ σωτηρίᾳ καὶ προστασίᾳ παραγινόμενον, τοσούτοις διαθεῖναι κακοῖς.

[Καὶ ἐξήγαγον.] D

Ὀλυμπιοδώρου.] ἴσως ἀκούσαντες παρὰ τῶν αὐτομολησάντων οἱ Χαλδαῖοι, ὅτι προύλεγε τοῖς Ἰουδαίοις μὴ ἀντιστῆναι αὐτοῖς ὁ Ἱερεμίας, ἐτίμησαν αὐτόν.

[Καὶ πρὸς Ἱερεμίαν.]

Ὀλυμπιοδώρου.] εἰπὼν τῆς πόλεως τὴν ἅλωσιν, ἐπειδὴ ἀναγκαῖον ἦν μνημονεῦσαι, ὡς ἐτίμησεν ὁ θεὸς τὸν Ἀβδεμέλεχ, καὶ ὑπέσχετο αὐτῷ διὰ τοῦ προφήτου μὴ παραδώσειν αὐτὸν εἰς χεῖρας ἐχθρῶν, ἐπειδὴ καὶ αὐτὸς τὸν προφήτην περιεποιήσατο, ἀνέδραμεν εἰς τὰ πρὸ τῆς ἁλώσεως. E

[Πορεύου καὶ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] οὐκ ἀπὸ τόπου εἰς τόπον κελεύει ὁ θεὸς μεταβῆναι τῷ προφήτῃ, ἐν φυλακῇ γὰρ ἦν, ἀλλὰ τὸ, πορεύου, ἐνταῦθα ἀντὶ τοῦ, διακόνησον τοῖς ἐμοῖς λόγοις, καὶ μήνυσον ταῦτα τῷ Ἀβδεμέλεχ. τὴν ἀποστολικὴν οὖν διακονίαν νόει.

[Καὶ οὐ μὴ δώσω σε.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐ γὰρ συναπόλλυται δίκαιος μετὰ ἀσεβείας.

[Ὅτι ἐπεποίθεις.] F

Ὀλυμπιοδώρου.] ἡ γὰρ εἰς τὸν προφήτην τιμὴ, εἰς τὸν θεὸν ἔχει τὴν ἀναφοράν. καὶ θεῷ πιστεύων, τὸν τοῦ θεοῦ ἄνθρωπον ἐτίμα.

Vers. 14. **E**T *miserunt, & tulerunt Ieremiam.)* 9

Chrysostomi.] *Et hostes quidem vinctum à suis Prophetam soluunt, eiusque relinquunt voluntati ire quò vellet. Qui verò per quadraginta annos vocis illius beneficio vsi sunt, non cognationem, non patriam, non quidpiam aliud veriti, belluis ipsis non fuerunt humaniores. [& post pauca] Vt cùm idem in Christo videris, eum scilicet in crucem à Iudæis actum, à gentibus verò adoratum, nihil noui factum arbitrêris, neque turbêris, neque dicas; quâ ratione factum est, vt is qui ad salutem, defensionémque venit, tantis malis affectus sit?*

Chrysost. Crudeliores sæpe experimur proximos nostros, quàm alienos, hostesque ipsos.

Christus à Iudæis crucifixus, & à Gentibus adoratus.

(Et eduxerunt.)

Olympiodori.] *Fortasse quòd audissent Chaldæi à transfugis, prædixisse Ieremiam Iudæis, ne contra eos arma sumerent, & honore eum habuerunt.*

Olympiod. *Ieremiam cur honorarint Chaldæi.*

Vers. 15. *(Et ad Ieremiam factum est verbum.)* 10

Olympiodori.] *Cùm ciuitatis excidium narrasset, quia necessarium erat referre in commentaria, quòd Deus Abdemelech honorauerit, promiseritque illi per Prophetam fore vt in manus hostium non traderetur, quoniam & ipse Prophetæ salutem procurauerat, idcirco recurrit ad ea, quæ captiuitatem præcesserunt.*

Olympiod.

Vers. 16. *(Vade & dic ad Abdemelech.)*

Oympiodori.] *Non è loco ad locum migrare iubet Prophetam Deus, In carcere quippe detinebatur: Sed hic* [vade] *valet pro eo quod est sermonibus meis esto minister, & nuntia hæc Abdemelech: Apostolicum igitur ministerium intellige.*

Olympiod. *Vade, verbum positum, pro, Imple ministerium.*

Ex Vers. 17. *(Et non tradam te in manus hominum.)*

Chrysostomi.] *Neque enim perit vnà cum impio iustus.*

Chrysost. *Iustus non perit vnà cum impio.*

Ex Vers. 18. *(Quia fiduciã habuisti super me.)*

Olympiodori.] *Honor quippe Prophetæ exhibitus ad ipsum Deum refertur: Deóque credens Dei virum honore prosequebatur.*

Olympiod. *Honor in sanctos resultat in Deum.*

ΚΕΦΑ´

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ. 39.

ΚΑΙ κατέλαβον τὸν Σεδεκίαν ἐν Ῥαβὼθ Ἱεριχὼ, τουτέστιν ἐν τῇ πεδιάδι τῆς ἱεριχουῦντος.

* Καὶ ἔδωκαν αὐτὸν πρὸς γοδολίαν υἱὸν Ἀχικὰμ υἱοῦ σαφὰμ, καὶ ἐξήγαγον αὐτὸν εἰς σαφὶς, καὶ ἐκάθισεν ἐν μέσῳ τοῦ λαοῦ,] σαφὶς ὄνομα τόπου.

CAPVT XXXIX.

Cap. 39. Chrysost. Vers. 5.

* Vers. 5. ET *comprehenderunt Sedeciam in Raboth Iericho*, Id est in campo Ierochuntino.

Chrysost. Vers. 14.

* Vers. 14. *Et dederunt eum ad Godoliam filium Achicam filij Sapham, & eduxerunt eum in Saphis, & sedit in medio populi.* Saphis nomen est loci.

Caput 40. à vers. 1. vsque ad finem cap. Sectio Vnica.

TEXTVS VVLGATÆ.

1 SErmo, qui factus est ad Ieremiam à Domino, postquam dimissus est à Nabuzardan magistro militiæ de Rama, quando tulit eum vinctum catenis in medio omnium, qui migrabant de Ierusalem & Iuda, & ducebantur in Babylonem.

2 Tollens ergo princeps militiæ Ieremiam, dixit ad eum: Dominus Deus tuus locutus est malum hoc super locum istum.

3 Et adduxit: & fecit Dominus sicut locutus est, quia peccastis Domino, & non audistis vocem eius, & factus est vobis sermo hic.

4 Nunc ergo ecce solui te hodie de catenis, quæ sunt in manibus tuis: si placet tibi vt venias mecum in Babylonem, reside ecce omnis terra in conspectu tuo est: quod elegeris, & quò placuerit tibi vt vadas, illuc perge.

5 Et mecum noli venire: sed habita apud Godoliam filium Ahicam filij Saphan, quem præposuit Rex Babylonis ciuitatibus Iuda: habita ergo cum eo in medio populi: vel quocumque placuerit tibi vt vadas, vade. Dedit quoque ei magister militiæ cibaria, & munuscula, & dimisit eum.

6 Venit autem Ieremias ad Godoliam filium Ahicam in Masphath, & habitauit cum eo in medio populi, qui relictus fuerat in terra.

7 Cumque audissent omnes principes exercitus, qui dispersi fuerant per regiones, ipsi & socij eorum, quòd præfecisset Rex Babylonis Godoliam filium Ahicam terræ, & quòd commendasset ei viros, & mulieres. Et paruulos, & de pauperibus terræ, qui non fuerant translati in Babylonem.

8 Venerunt ad Godoliam in Masphath: & Ismahel filius Nathaniæ, & Iohanan, & Ionathan filij Caree, & Sareas filius Thanehumeth, & filij Ophi, qui erant de Netophati, & Iezonias filius Maachathi, ipsi & viri eorum.

9 Et iurauit eis Godolias filius Ahicam filij Saphan, & comitibus eorum, dicens: Nolite timere seruire Chaldæis, habitate in terra, & seruite Regi Babylonis, & bene erit vobis.

10 Ecce ego habito in Masphath vt respondeam præcepto Chaldæorum, qui mittuntur ad nos: vos autem colligite vindemiam, & messem, & oleum, & condite in vasis vestris, & manete in vrbibus vestris, quas tenetis.

11 Sed & omnes Iudæi, qui erant in Moab, & in filiis Ammon, & in Idumæa, & in vniuersis regionibus, audito quòd dedisset Rex Babylonis reliquias in Iudæa, & quòd præposuisset super eos Godoliam filium Ahicam filij Saphan.

12 Reuersi sunt, inquam, omnes Iudæi de vniuersis locis, ad quæ profugerant, & venerunt in

TEXTVS SEPTVAGINTA.

2 *VErbum, quod factum est à Domino ad Ieremiam, postquam dimisit eum Nabuzardan princeps coquorum ex Rama, quando tulit eum in manicis, in medio transmigrationis Iuda, eorum, qui ducebantur in Babylonem.*

2 *Et tulit eum princeps coquorum, & dixit ei: Dominus Deus tuus loquutus est mala hæc super locum istum.*

3 *Et fecit Dominus; quia peccastis ei, & non audistis vocem eius.*

4 *Ecce solui te à manicis, quæ super manus tuas. Si bonum coram te venire mecum in Babylonem, & ponam oculos meos super te.*

5 *Sin minùs; recurre, redi ad Godoliam filium Achicam filij Saphan, quem constituit Rex Babylonis in terra Iuda: & habita cum eo in medio populi in terra Iuda: ad omnia quæ bona in oculis tuis ad eundum; vade. Et dedit ei magister coquorum dona, & dimisit eum.*

6 *Et venit ad Godoliam in Massepha: & sedit in medio populi sui, qui remanserat in terra.*

7 *Et audierunt omnes duces virtutis, quæ in agro, ipsi, & viri eorum, quia constituit Rex Babylonis Godoliam in terra, & commendarunt ei viros, & vxores eorum, quos non transtulerat in Babylonem.*

8 *Et venit ad Godoliam in Messapha: Ismael filius Nathaniæ, & Ioanam filius Caree, & Saraas filius Thanaemeth, & filij Iophe Netophathitæ, & Ezonias filius Mochathi, ipsi, & viri eorum.*

9 *Et iurauit eis Godolias, & viris eorum, dicens: Ne timeatis à facie puerorum Chaldæorum. Habitate in terra, & operamini Regi Babylonis: & melius erit vobis.*

10 *Et ecce ego sedeo coram vobis in Massepha ad standum ante faciem Chaldæorum, quicumque venerint super vos. Et vos colligite vinum, & fructus, & oleum, & mittite in vasa vestra: & habitate in vrbibus, quas tenuistis.*

11 *Et omnes Iudæi, qui in Moab, & in filiis Ammon, & qui in Idumæa, & qui in omni terra, audierunt, quia dedit Rex Babylonis reliquias Iuda, & quia constituit super eos Godoliam filium Achicam.*

12 *Et venerunt ad Godoliam in terram Iuda in Massepha: & collegerunt vinum, & fructus multos valde, & oleum.*

13 *Et Ioanam filius Caree, & omnes duces virtutis, qui in agris, venerunt ad Godoliam in Massapha.*

14 *Et dixerunt ei: Si cognitione cognoscis, quia Belissa Rex filius Ammon misit ad te Ismael ad percutiendum animam tuam? Et non credidit eis Godolias*

15 *Et dixit Ioanam Godoliæ occultè in Massapha:*

Ite

in Maſphath: & collegerunt vinum, & meſſem multam nimis.

13 Iohanan autem filius Caree, & omnes principes exercitus, qui diſperſi fuerant in regionibus, venerunt ad Godoliam in Maſphath.

14 Et dixerunt ei: Scito quòd Baalis Rex filiorum Ammon miſit Iſmahel filium Nathaniæ percutere animam tuam. Et non credidit eis Godolias filius Ahicam.

15 Iohanan autem filius Caree dixit ad Godoliam ſeorſum in Maſphath; loquens: Ibo, & percutiam Iſmahel filium Nathaniæ nullo ſciente, ne interficiat animam tuam, & diſſipentur omnes Iudæi, qui congregati ſunt ad te, & peribunt reliquiæ Iuda.

16 Et ait Godolias filius Ahicam ad Iohanan filium Caree: Noli facere verbum hoc: falſum enim tu loqueris de Iſmahel.

A *Ibo nunc, & percutiam Iſmael, & nemo ſciat: ne percutiat animam tuam, & diſpergatur omnis Iudas, qui conuenerunt ad te: & peribunt reſidui Iuda.*

16 Et dixit Godolias ad Ioanan: Ne facias rem: quia falſa tu dicis ſuper Iſmael.

PARAPHRASIS CHALDAICA.

1 VErbum prophetiæ quod factum eſt cum Ieremia à facie Domini, poſtquam miſit eum Nabuzardan princeps occidentium de Ramatha, quando tulit eum, cùm eſſet vinctus compedibus, in medio omnis tranſmigrationis Ieruſalem, & Iuda, qui in captiuitatem abducebantur in Babylonem.

2 Et tulit princeps occidentium Ieremiam, & dixit ei: Dominus Deus tuus decreuit malum hoc ſuper locum iſtum.

3 Et adduxit, & firmauit Dominus, ſicut locutus fuerat, quia peccaſtis coram Domino, & non obediſtis C *verbo eius, & factus eſt ideo vobis ſermo hic.*

4 Et nunc ecce ſolui te hodie de catenis, quæ in manibus tuis erant: ſi rectum eſt in oculis tuis, vt venias mecum in Babylonem, veni, & ponam oculos meos ſuper te: Et ſi diſplicet tibi venire mecum in Babylonem, deſine: vide, omnis terra coram te eſt: quocumque rectum fuerit & placuerit in oculis tuis vt vadas, illuc vade.

5 Et ſi tu non vis habitare, reuertere ad Godoliam filium Ahicam filij Saphan, quem conſtituit Rex Babylonis in vrbibus domus Iudà, & habita cum eo in medio populi: aut ad quemcùmque locum qui placuerit tibi vt pergas, perge. Et dedit princeps occiden- D *tium munera & dona, & dimiſit eum.*

6 Et venit Ieremias ad Godoliam filium Ahicam in Maſpha, & habitauit cum eo in medio populi qui remanſit in terra.

7 Et audierunt omnes principes exercituum qui erant in agro, ipſi & viri eorum, quòd conſtituiſſet Rex Babylonis Godoliam filium Ahicam in terra, & quòd conſtituiſſet cum eo viros & mulieres, & paruulos, & de pauperibus populi terræ, de his qui non fuerant tranſlati in Babylonem.

8 Et venerunt ad Godoliam in Maſpha, & Iſmael filius Nethaniæ, & Iohanan, & Ionathan filij Careæ, & Saraias filius Thanhumeth, & filij Ephai, qui erant de Netopha, & Iezanias filius Maachat, ipſi E *& viri eorum.*

9 Et iurauit eis Godolias filius Ahicam, filij Saphan, & viris eorum, dicens: Ne timeatis ſeruire Chaldæis: habitate in terra, & ſeruite Regi Babylonis, & bene erit vobis.

10 Ecce ego habito in Maſpha, vt ſtem coram Chaldæis qui venient ad nos: vos autem colligite vinum, & caricas, & oleum, & reponite in vaſis veſtris, & manete in vrbibus veſtris, quas occupaſtis.

11 Et etiam omnes Iudæi qui erant in Moab & in filiis Ammon, & in Idumæa, & in vniuerſis regionibus, audierunt quòd dimiſiſſet Rex Babylonis reliquias domui Iudæ; & quòd conſtituiſſet ſuper eos Godoliam filium Ahicam filij Saphan.

12 Et reuerſi ſunt omnes Iudæi de omnibus locis ad quæ diſperſi fuerant, & venerunt in terram domus Iuda ad Godoliam in Maſpha, & collegerunt vinum B *& caricas in magna copia.*

13 Et Iohanam filius Caree, & omnes principes exercitus qui erant in agro, venerunt ad Godoliam in Maſpha.

14 Et dixerunt ei, Nonne planè ſcis quòd Baalis Rex filiorum Ammon miſit Iſmaelem filium Nathaniæ, vt occidat animam tuam? Et non credidit eis Godolias filius Ahicam.

15 Iohanam autem filius Caree locutus eſt ad Godoliam in ſecreto, in Maſpha, dicendo: Vadam nunc & percutiam Iſmaelem filium Nathaniæ, vt non occidat animam tuam? & diſpergentur omnes viri domus Iuda qui congregati ſunt ad te? & peribunt reliquiæ domus Iudæ?

16 Et ait Godolias filius Achicam ad Iohanam filium Caree: Ne facias verbum hoc, quia falſum tu loqueris de Iſmaele.

Catena ex Veterum Patrum operibus impreſſis.

IN Theodorito præter hiſtoriæ ſeriem, ſunt quæ notemus, in principio iſtius capitis ab eo habita. Vide tamen illa in Catena Græca.

1 Theodorit.

Rabanus Maurus. (*Sermo qui factus eſt ad Ieremiam, &c.*) Quæritur quomodo hic ſermo Domini factus eſſe ad Ieremiam deſcribatur, & non oſtenditur quis iſte ſermo fuerit, vel quid manifeſtauerit. Vnde ni fallor datur intelligi, quòd ipſam liberationem ſuam per principem militiæ diuino nutu factam, Propheta occultè per hunc ſermonem ad ſe prolatum intimare voluerit, ſicut idem Nabuzardan ad Ieremiam, ait: Dominus Deus tuus locutus eſt malum hoc, quia peccaſtis Domino, & non audiſtis vocem eius. Vnde ſi illi qui Domino peccauerunt, & eius voci non obedierunt, iuxta ſermonem Domini in captiuitatem traditi ſunt: iſte qui peccantes corripuit, & Domini mandato obediuit, iuxta promiſſionem eius de hoſtium ſuorum manibus & de ergaſtulo carceris liberatus eſt.

Sermonis vocabulo ſignificatũ id quod factum eſt, quia interno ſermone Propheta id præſignificatum fuit.

(*Venit autem Ieremias ad Godoliam, &c.*) Miſerationes Domini multæ ſunt nimis, & iudicia eius abyſſus multa, qui ſicut peccatores & præuaricatores legis ſuæ iuſtè corripuit, ita humilibus, & obedientibus ſibi miſericorditer ſolatij ſui opem cõtulit per ipſos enim hoſtes, per quos perfidum Regem & rebelles miniſtros eius puniuit, per hos etiam reliquiis populi ſui prouiſorem Godoliam conſtituit, vt eius prudentiâ terræ cultus vtiliter exerceretur, & qui diſperſi fuerant recolligerentur, habitarentque, ſi mandatis Domini obedire vellent, in terra ſua abſq; timore hoſtiũ & calũnia. Myſticè autẽ idẽ Godolias, qui interpretatur magnificatus Domino, typum gerit ſanctorũ prędicatorũ, qui ad hoc diuino nutu præcipiuntur in-

Iuſtitia operibus cõmiſcet Deus & miſerationes.

Prædicatores dati in solatium, & refugium fidelium designati per Godoliam.

mundo, vt fideles quique, & timentes Deum habeant refugium & solatium, qui possint subsistere, & in Dei seruitio deuoti permanêre. Hi animas suas pro proximis suis ponút, & contra perfidos protectionis scutum opponentes, vsque ad mortem in cepto officio fideliter persistunt. Vnde sicut Godolias innocens à perfido & doloso Ismahele occisus est: ita & isti pro Christi nomine à persecutoribus Euangelij, & Christianæ religionis insecutoribus innocenter viuentes non trepidant mortem subire temporalem.

D. Thom. Ieremias cur renuit ire cũ populo suo in Babyloniam.

In D. Thom. nihil notandum præter quàm hoc vnum circa vers. 6. vbi ait Ponitur Prophetæ electio. (*Venit autem Ieremias.*) Ideo non in Chaldæam iuit, quia illi habebant ad consolationem Danielem, & Ezechielem.

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Ναβουζαρδάν.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἀρχιστράτηγος ἦν. οὗ ἐκτὸς οὐδεὶς ἀνῃρεῖτο. διὸ καὶ ἀρχιμάγειρος καλεῖται. ὡς ἐπὶ τῶν φόνων.

[Καὶ ἔλαβεν αὐτ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] μανθάνει λοιπὸν πᾶσα ἡ στρατιὰ τὴν ἰσχὺν τῆς προφητείας. ὁ δὲ Σεδεκίας ἔφυγε. προσεδόκησε γὰρ περιγράψειν τὴν προφητείαν, ἀλλ᾽ ἑάλω. καὶ δεινὸν ὁρᾷ πάθος. μάρτυς γίνεται τῆς σφαγῆς τῶν παίδων. τοσοῦτον εἴασεν ἀνοιγῆναι τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ, ὅσον μαθεῖν τὰς οἰκείας συμφοράς. [καὶ μετ᾽ ὀλίγα.] καὶ ἔδωκε τῷ Γοδολίᾳ τὸν Ἱερεμίαν. καὶ ὅρα τοῦ Θεοῦ τὴν οἰκονομίαν. πάντων ὁρώντων, καὶ δεδεμένων ἁπάντων, οὗτος λύεται. λαμπρὸν αὐτῷ τὸ θέατρον γίνεται. μαρτυρεῖ τῶν πραγμάτων ἡ πεῖρα. μαρτυρεῖ καὶ αὐτὸς ὁ χαρισάμενος. οὐκ ἤκουσας Ἱερεμίου Ἰουδαῖε, ἄκουσον τοῦ βαρβάρου λέγοντος, κύριος ὁ Θεός σου ἐχρημάτισεν ἐπὶ τὸν τόπον τοῦτον πάντα τὰ κακὰ ταῦτα. καὶ ἐποίησε κύριος, ὅτι ἡμάρτετε αὐτῷ, καὶ οὐκ ἠκούσατε αὐτοῦ τῆς φωνῆς, ἠπίστησας τοῖς τοῦ Θεοῦ λόγοις, ὄψει || τούτους πιστεύοντας. ἐκείνους ἔχε διδασκάλους λοιπόν.

||ἄλ. τοὺς.

Θεοδωρήτου.] ἐντεῦθεν δῆλον, ὡς εὐεργεσίᾳ τῶν ἄλλων ἐθνῶν τὸν Ἰσραὴλ ὁ Θεὸς ἐξελέξατο. τά τε γὰρ διὰ τούτους θαύματα κατεπλήττεν ἅπαντας. καὶ σαφῶς ἐδίδασκεν, ὡς ὁ τούτων Θεὸς μόνος ἀληθὴς Θεός. τά τε συμβαίνοντα αὐτοῖς λυπηρὰ τῆς μὲν αὐτῶν παρανομίας κατηγορεῖ, τοῦ δὲ Θεοῦ τὴν δικαίαν ἐκήρυττε ψῆφον. ὃ δὴ καὶ φησὶν ὁ Ναβουζαρδάν. ὃς καὶ δεσμώτην ὄντα λέλυκε τὸν || δεσπότην καὶ προφήτην.

||ἴσ. διδάσκαλον.

[ἰδοὺ ἔλυσά σε.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὅρα, τίνας ἀνέμεινε λῦσαι τὸν προφήτην.

[Εἰ καλὸν εἶναι.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] Μεῖζον αὐτῷ δίδωσιν, ἢ εἰ τὴν πατρίδα δέδωκεν αὐτῷ. πᾶσαν αὐτῷ τὴν οἰκουμένην ἀνοίγνυσιν, ὅπερ οὐκ εἶχεν ὅτε ἐπὶ τῆς πατρίδος ἦν. ἀλλὰ βουλόμενον δι᾽ ἄρτους ἐξελθεῖν, ἔδησαν. ὅρα, πόση τιμὴ παρὰ τῷ βαρβάρῳ πόθεν τοῦτο γεγένηται; εὔδηλον ἀπὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ χάριτος.

|| Ὠριγένους.] ὁ προφήτης αἵρεσιν λαβὼν ἔνθα βούλεται ζῆν, ὑπερορᾷ μὲν Βαβυλῶνος, αἱρεῖται δὲ τὴν Ἰουδαίαν, φεύγων τὴν ἐκ βασιλέως τιμήν, καὶ διὰ τοὺς πτωχοὺς τοὺς πρὸς γεωργίαν ἐμμείναντας, ὡς ἂν καὶ τῆς γῆς ἐπιμελῆται διὰ τοὺς πένητας, καὶ

Ex vers. *Nabuzardan.*)

1 Olympiod. Coquorum Princeps dictus is qui erat princeps exercitus, & cur.

1\. Olympiodori.] *Princeps erat exercitus, sine quo nullus interficiebatur: quapropter & princeps coquorum appellatur, tamquam qui esset à cædibus.*

Vers. 2. (*Et tulit eum princeps coquorum.*)

Chrysost. Infideles aliquando maiorem rationem habent verborum Dei quàm ij qui fideles sunt nomine tenus. Incredulitas Sedeciæ quàm iusto iudicio punita sit. Prouidentia Dei in sanctos, eorũque persecutores insigne argumentum. Ab infidelibus sæpe multa discere possunt qui inter fideles increduli sũt ad Dei verba.

Chrysostomi.] *Percipit tandem vniuersus exercitus prophetiæ vim. Sedecias verò fugit; putabat enim prophetiam irritam facere. Sed captus est, & ingentis mali spectator fit; testis filiorum necis fuit, & eò vsque eius oculos apertos esse voluit, quoad vidit suas ærumnas, [& post pauca.]* Deditque Ieremiam Godoliæ: *& considera diuinam prouidentiam: spectantibus omnibus, omnibusque deuinctis, hic soluitur: splendidum illi spectaculum adest: testatur ipse rerum euentus: testatur & ipse, qui beneficium contulit. Non audisti Ieremiam, Iudæe; audi Barbarum dicentem:* Dominus Deus tuus locutus est super locum hunc omnia mala hæc; & fecit Dominus; quia peccastis illi, & non audistis vocem eius. *Sermonibus Dei non credidisti, credentes videbis: illos igitur habe magistros.*

3 Theodorit. Iudaicus populus à Deo electus in Gẽtiũ omnium vtilitatem. Gentiles antiquitùs de Deo conqueri non poterant.

Theodoreti.] *Hinc manifestum est ad externarum gentium beneficium electum esse à Deo Israelem, miracula quippe propter eos edicta stuporem omnibus iniiciebant, & apertè declarabãt, eorum Deum vnum esse verum Deum: Et quæ illis aduersa obtingebant prauitatem quidẽ eorum arguebant, Dei verò iustum iudicium prædicabant. Quod sanè ait Nabuzardan, qui captiuum absoluit magistrum, & Prophetam.*

Vers. 4. (*Ecce solui te à manicis.*)

4 Chrysost.

Chrysostomi.] *En quos expectauit ad Prophetam liberandum.*

(*Si bonum coram te venire mecum, &c.*)

Chrysost. In Sanctos viros quàm liberales sint, & quãto honore eos prosequantur & Barbari.

Chrysostomi.] *Plus illi dat, quàm si patriam ipsi tradidisset. Totum illi terrarum Orbem aperit, quod non habebat, quando in patria viuebat: Sed ob panes egredi volentem ligarunt. Vide quantus honor à Barbaro, & vnde hoc? patet, è Christi gratia.*

Origenes. Aulas Regias, earumque honores fugiant Sancti viri. Doctor sacer animarũ excolendarum addictus sit studio.

|| Origenis.] *Potestate factâ Prophetæ vt degeret, vbi vellet, Babylone posthabitâ, Iudæam elegit, regios deuitans honores, & propter pauperes, qui ad colendos agros remanserant, vt & terræ curam gereret propter pauperes, eorúmque animas*

καὶ τὰς τούτων ταῖς προφητείας γεωργῆσαι ψυχάς. ἐμερίσαντο γὰρ οἱ προφῆται, οὗτος μὲν τὴν ἰουδαίαν, τὴν δὲ βαβυλῶνα Δανιὴλ, καὶ οἱ τρεῖς παῖδες.

[Εἰ δὲ μὴ ἀπότρε.]

Τοῦ χρυσοστόμου.] τούτου τίνος ἕνεκεν; ἵνα μηδεὶς ἔξῃ κακουργῆσαι τὴν ἐμὴν χάριν μετὰ τὴν ἀναχώρησιν. ἢ ὥστε πάντων ὁρώντων, τοῦτο γένηται.

[Ἅπαντα τὰ ἀγα.]

Ὀλυμπιοδώρου.] αὐτὸ δὲ, ὃ ἡδύ σοι ἐστὶ, τοῦτο πρᾶξον.

[Καὶ ἦλθε πρὸς.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] θέα μοι οἰκονομίαν θεοῦ, καὶ μετὰ τὴν τιμωρίαν πολλὴν ἔχοντα αὐτῶν τὴν πρόνοιαν. οὐ συνεχώρησε τὴν βαβυλῶνα καταλαβεῖν τὸν ἱερεμίαν. ἐπειδὴ γὰρ εἰς δύο διῄρητο μέρη τὰ τοῦ λαοῦ πράγματα. καὶ οἱ μὲν εἰς βαβυλῶνα ἀπήχθησαν, οἱ δὲ εἰς αἴγυπτον ἔμελλον αἰχμαλωτίζεσθαι, τούτοις ἐτήρησε τοῦτον. εἶχον ἐκεῖνοι τὸν Δανιὴλ καὶ τὸν ἰεζεκιήλ. οὐ βούλεται γὰρ τὴν παντὸς τοῦ σώματος τοῦ κάμνοντος, εἰς ἓν συναγαγεῖν τοὺς ἰατροὺς, ἵνα μὴ τὸ μὲν πλέον τοῦ δέοντος ἀπολαύσῃ, τὸ δὲ μηδὲ ὅλως, ἀλλ᾽ ἕκαστον κατὰ τὴν συμμετρίαν. ἀλλ᾽ ὅπερ ἐπὶ τῶν ἀποστόλων ἐγένετο, πανταχοῦ διασπειρομένων αὐτῶν, ὥστε μὴ εἰς ἓν συνελθεῖν τοὺς ἀστέρας, τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν προφητῶν τότε μάλιστα γίνεται.

[Καὶ ἤκουσαν.]

Θεοδωρήτου.] ὡς δὲ κατέστη τῆς γῆς γοδολίας ἐπιμελητὴς, συνῆλθον ὅσοι τοὺς πολεμίους ἐν ἀγρῷ, καὶ σπηλαίοις διέφυγον, καὶ πάντες ὅσοι τοῖς ὁμόροις ἔθνεσιν ἐγκατέδυσαν, οἷς ὅρκοις ὁ Γοδολίας τῆς ἐκ τῶν χαλδαίων || ἀσφαλείας παρέσχετο, κελεύσας ἕκαστον ἐπ᾽ ἀδείας καρποῦσθαι τὴν γῆν. || ἀπαθείας

|| Ὀλυμπιοδώρου.] ἐγὼ φησὶν ἀποκωλύω αὐτοὺς, τοῦ ἐπηρεάσαι τινὰ ἡμῶν. ||

[Καὶ ὑμεῖς συνάγε.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἀπολαύσατε τῶν τῆς εἰρήνης ἀγαθῶν, καὶ θεῷ τῷ δοτῆρι τούτων προσκομίσατε τὰς ἀπαρχάς.

A *animas prophetando excoleret, Namque diuiſerunt Prophetæ loca: hic quidem habens Iudæam, Daniel verò, & tres pueri Babylonem.* *Prædicatores populis vtiles diuidant ſibi loca, vt pluribus proſint.*

Verſ. 5. (*Sin minus, recurre, redi, &c.*)

Chryſoſtomi.] *Ad quid hoc? ne quid poſt receſſum violare poſſit beneficium meum. Vel vt videntibus omnibus hoc fiat.* Chryſoſt.

(*Omnia bona.*)

Olympiodori.] *Quod ſcilicet tibi places, id age.* Olympiod.

B Verſ. 6. (*Et venit ad Godoliam.*)

Chryſoſtomi.] *Vide quæſo prouidentiam Dei qui & poſt irrogatas pœnas multam eorum curam gerit, non permiſit vt Ieremias Babylonem iret. Nã quia populus in duas partes diuiſus erat; & vna quidem Babylonem fuit abducta, altera verò in Aegyptum captiua ducenda, his hunc reſeruauit. Habebant illi Danielem, & Ezechielem. Non vult igitur totius infirmi corporis in vnum medicos congregare, ne pars altera pluſquam oportebat haberet, altera prorſus nihil, ſed vnaquæque C pro rata portione; ſed quod in Apoſtolis ſeruatum, ipſis quoquò verſum diſſeminatis, ne in vnum ſydera conuenirent, hoc & in Prophetis planè factum eſt.* 5 Chryſoſt. *Prouidentia Dei quanta, in ſuos, vel etiam quum vt rebelles illos videtur reiicere.* *Ad Docendũ populũ aptos diuidãt Prælati in diuerſa ſua diœceſis loca.* *Apoſtolorum diuiſio in totum Orbem.*

Verſ. 7. (*Et audierunt omnes duces virtutis.*)

Theodoreti.] *Vt verò Godolias conſtitutus eſt terræ procurator, conuenerunt quotquot in agris & ſpeluncis confugerant hoſtes, & quotquot in vicinis gentibus latitauerant; quibus Godolias iu- D reiurando promiſit à Chaldæis ſecuritatem, hortatus eos, vt ſine vllo metu terræ fruges colligerent.* Theodorit.

|| Olympiodori.] *Ego, ait, illos detineo, ne quis vobis inſidietur.* Olympiod.

Ex verſ. 10. (*Et vos colligite vinum.*)

Olympiodori.] *Bonis fruimini pacis, Deoque eorum largitori offerte primitias.* Olympiod.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ. 40.

* Καὶ πρὶν ἀπαλλαγῶ ἐγὼ, ἀπότρεχε σὺ, καὶ ἀνάστρεψον πρὸς τὸν Γοδολίαν υἱὸν ἀχικάμ. καὶ τὰ ἑξῆς.] ἔτι τοῦ στρατοῦ συνηγμένου, ὅτι παρὰ τοῦ βασιλέως ἀποσταλεὶς ἀπέπεμψε τὸν προφήτην, ὡς ἂν μὴ μόνον αὐτὸν εὑρηκότες ἀλλότριον ἀνέλωσι.

CAPVT XL.

E Verſ. 5. ET antequam recedam ego, recurre tu & redi ad Godoliam filium Achicam. Et quæ ſequuntur. Adhuc exercitu congregato à Rege miſſus Prophetam dimiſit, ne ſi ſolum inueniſſent, vti alienum interficerent. Chryſoſt. Verſ. 5.

Capitis 41. à verſ. 1. vſque ad finem. Sectio Vnica.

TEXTVS VVLGATÆ. F

1 ET factum eſt in menſe ſeptimo, venit Iſmahel filius Nathaniæ, filij Eliſama de ſemine regali, & optimates Regis, & decẽ viri cum eo, ad Godoliam filium Ahicam in Maſphath: & comederunt ibi panes ſimul in Maſphath.

2 Surrexit autem Iſmahel filius Nathaniæ, & decem viri, qui cum eo erant, & percuſſerunt Godoliam filium Ahicam filij Saphan gladio, & interfecerunt eum, quem præfecerat Rex Babylonis terræ.

3 Omnes quoque Iudæos, qui erant cũ Godolia in

TEXTVS SEPTVAGINTA.

1 *ET factum eſt, menſe ſeptimo venit Iſmael filius Nathaniæ filij Eleaſa de genere Regis, & decem viri cum eo ad Godoliam in Maſſepha: & comederunt ibi panem ſimul.*

2 *Et ſurrexit Iſmael, & decem viri, qui erant cum eo; & percuſſerunt Godoliam, quem conſtituerat Rex Babylonis ſuper terram.*

3 *Et omnes Iudæos, qui erant cum eo in Maſſepha, & omnes Chaldæos, qui reperti ſunt ibi.*

4 *Et factum eſt die ſecundâ, cùm ipſe percuſſiſſet Godoliam; & homo non cognouit.*

in Masphath,& Chaldæos,qui reperti sunt ibi,& viros bellatores percussit Ismahel.

4 Secundo autem die postquam occiderat Godoliam,nullo adhuc sciente.

5 Venerunt viri de Sichem,& de Silo, & de Samaria octoginta viri:rasi barbâ, & scissis vestibus,& squallentes:& munera & thus habebant in manu,vt offerrent in domo Domini.

6 Egressus ergo Ismahel filius Nathaniæ in occursum eorum de Masphath,incedens, & plorans ibat:cùm autem occurrisset eis, dixit ad eos: Venite ad Godoliam filium Ahicam.

7 Qui cùm venissent ad medium ciuitatis, interfecit eos Ismahel filius Nathaniæ circa medium laci,ipse,& viri qui erant cum eo.

8 Decem autem viri reperti sunt inter eos,qui dixerunt ad Ismahel: Noli occidere nos: quia habemus thesauros in agro,frumenti, & hordei, & olei,& mellis.Et cessauit:& non interfecit eos cum fratribus suis.

9 Lacus autem, in quem proiecerat Ismahel omnia cadauera virorum,quos percussit propter Godoliam,ipse est, quem fecit Rex Asa propter Baasa Regem Israel:ipsum repleuit Ismahel filius Nathaniæ occisis.

10 Et captiuas duxit Ismahel omnes reliquias populi,qui erant in Masphath:filias Regis, & vniuersum populum, qui remanserat in Masphath: quos commendauerat Nabuzardan princeps militiæ Godoliæ filio Ahicam. Et cæpit eos Ismahel filius Nathaniæ, & abiit vt transiret ad filios Ammon.

11 Audiuit autem Iohanan filius Caree, & omnes principes bellatorum, qui erant cum eo, omne malum, quod fecerat Ismahel filius Nathaniæ.

12 Et assumptis vniuersis viris, profecti sunt vt bellarent aduersùm Ismahel filium Nathaniæ, & inuenerunt eum ad aquas multas, quæ sunt in Gabaon.

A

5 Et venerunt viri de Sychem,& de Salem,& de Samaria octuaginta viri, rasi barbas, & scissis vestibus,& plangentes: & manna,& thus in manibus eorum ad inferendum in domum Domini.

6 Et egressus in occursum illis Ismael: ipsi ibant, & flebant.Et dixit eis: Ingredimini ad Godoliam.

7 Et factum est,ingressis illis in medium ciuitatis; iugulauit eos in puteo.

8 Et decem viri reperti sunt ibi, & dixerunt ad Ismael: Noli occidere nos, quia sunt nobis thesauri in agro,frumenta,hordea,mel, & oleum.Et præteriit, & non interfecit eos in medio fratrum eorum.

B

9 Et puteus, in quem proiecit illuc Ismael omnes, quos percusserat(puteus magnus hic est, quem fecit Rex Asa à facie Baasa Regis Israel) hunc impleuit Ismael occisis.

10 Et abduxit Ismael omnem populum qui remanserat in Massepha,& filias Regis, quas commendauerat magister coquorum Godoliæ filio Achicam:& abiit,vt transiret ad filios Ammon.

11 Et audiuit Ioanam filius Caree, & omnes duces virtutis, qui cum eo,omnia mala, quæ fecerat Ismael.

C

12 Et adduxerunt omnem exercitum suum: & abierunt impugnare eum: & inuenerunt eum super aquam multam,in Gabaon.

13 Et factum est,quando vidit omnis populus, qui cum Ismael,Ioanam,& duces virtutis,quæ cum eo.

14 Et redierunt ad Ioanam.

15 Et Ismael euasit cum octo hominibus, & abiit ad filios Ammon.

16 Et tulit Ioanam, & omnes duces virtutis, qui cum eô, omnes residuos populi, quos reduxerat ab Ismael,potentes viros in bello,& mulieres,& reliqua, & Eunuchos,quos reduxerat ad Gabaon.

D

17 Et abierunt,& sederunt in Gaberochamaa,quæ ad Bethleem,vt irent in Ægyptum.

18 A facie Chaldæorum: quia timuerunt à facie eorum:quia percusserat Ismael Godoliam, quem constituerat Rex Babylonis in terra.

13 Cúmque vidisset omnis populus, qui erat cum Ismahel,Iohanam filium Caree, & vniuersos principes bellatorum,qui erant cum eo lætati sunt.

14 Et reuersus est omnis populus,quem ceperat Ismahel,in Masphath:reuersusque abiit ad Iohanan filium Caree.

15 Ismahel autem filius Nathaniæ fugit cum octo viris à facie Iohanan,& abiit ad filios Ammon.

16 Tulit ergo Iohanan filius Caree,& omnes principes bellatorum, qui erant cum eo,vniuersas reliquias vulgi,quas reduxerat ab Ismahel filio Nathaniæ de Masphath, post quam percussit Godoliam filium Ahicam:fortes viros ad prælium, & mulieres,& pueros,& Eunuchos, quos reduxerat de Gabaon.

17 Et abierunt,& sederunt peregrinantes in Chamaam,quæ est iuxta Bethlehem, vt pergerent,& introirent Ægyptum.

18 A facie Chaldæorum:timebant enim eos,quia percusserat Ismahel filius Nathaniæ Godoliam filium Ahicam,quem præposuerat Rex Babylonis in terra Iuda.

PARAPHRASIS CHALDAICA.

1 ET factum est in mense septimo, venit Ismael filius Nathaniæ filij Elisamæ,de semine regio,& principes Regis,& decem viri cum eo, ad Godoliam filium Ahicam in Maspha; & comederunt ibi panem simul in Maspha.

2 Et surrexit Ismael filius Nathaniæ,& decẽ viri qui erãt cum eo,& percusserunt Godoliam filium Ahicam filij Saphan gladio,& occiderunt eum quem constituit Rex Babylonis in terra.

3 Et omnes Iudæos qui erant cum ipso Godolia in Maspha,& Chaldæos qui inuenti sunt ibi,& viros bellatores occidit Ismael.

4 Et factum est in secundo die postquam occisus fuerat Godolias,& nullus vir sciebat.

5 Et venerunt viri de Sechem, & de Silo, & de

E

Samaria octoginta viri, rasâ barbâ,& scissis vestibus, incisâ facie;eorúmque in manibus erat oblatio & thus, vt adducerent in domum sanctuarij Domini.

6 Egressúsque est Ismael filius Nathaniæ in occursum eorum de Maspha, ambulans & plorans. Et factum est cùm occurrisset eis,dixit ad eos,Ingredimini ad Godoliam filium Ahicam.

7 Et factum est cùm ingrederentur in medium vrbis, & occidit eos Ismael filius Nathaniæ, circa medium laci,ipse,& viri qui erant cum eo.

8 Et decem viri inuenti sunt in eis, qui dixerunt ad Ismaelem, Ne occidas nos, quia habemus thesauros in agro,triticũ,& hordeum,& oleum,& mel: & cessauit,& non interfecit eos in medio fratrum suorum.

9 Cisterna autem in quam proiecit Ismael omnia cadauera virorum quos occidit propter Godoliam, ipsa est quam fecit Rex Asa, quando obsedit eum

eum Baaſa Rex Iſrael: ipſam impleuit Iſmael filius Nathaniæ occiſis.

10 *Et captiuauit Iſmael omnes reliquias populi, qui erat in Maſpha; filias Regis, & omnem populum qui relictus fuerat in Maſpha, quos commendauerat Nabuzardan princeps occidentium Godoliæ filio Ahicam; & in captiuitatem duxit eos Iſmael filius Nathaniæ. Et abiit vt transiret ad filios Ammon.*

11 *Et audiuit Iohanam filius Caree, & omnes principes exercitus qui erant cum eo, omne malum quod fecerat Iſmael filius Nathaniæ.*

12 *Et tulerunt omnes viros, & abierunt vt pugnarent contra Iſmaelem filium Nathaniæ, & inuenerunt eum iuxta piſcinam aquarum multarum quæ eſt in Gabaon.*

13 *Et factum eſt cùm vidiſſet omnis populus qui erat cum Iſmaele, Iohanam filium Caree, & omnes principes exercituum, qui erant cum eo, lætatus eſt.*

14 *Et reuerſus eſt omnis populus quem ceperat Iſmael de Maſpha: & reuerſi ſunt, & perrexerunt ad Iohanam filium Caree.*

15 *Iſmael verò filius Nathaniæ liberatus eſt cum octo viris à facie Iohanam filij Caree, & abiit ad filios Ammon.*

16 *Et tulit Iohanam filius Caree, & omnes principes exercitus, qui erant cum eo, vniuerſas reliquias populi, quas reduxerat ab Iſmael filio Nathaniæ de Maſpha, poſtquàm occiderat Godoliam filium Ahicam, & viros fortes bellatores, & vxores, & paruulos, & principes quos reduxerat de Gabaon.*

17 *Et abierunt, & ſederunt in peregrinatione, quam dederat Dauid Camaham filio Berſelai Galaaditæ, quæ eſt iuxta Bethlehem, vt pergerent & proficiſcerentur in Ægyptum.*

18 *A facie Chaldæorum: timebant enim à facie eorum, eò quòd occiderat Iſmael filius Nathaniæ Godoliam filium Ahicam, quem conſtituerat Rex Babylonis in terra.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impreſſis.

1 Theodorit. *In Iudæos acerrimus diuinæ iuſtitiæ rigor.*

IN Theodorito notandum id ſolum quod poſt relatam Iſmaelis, ac Iohanam hiſtoriam ait. Et hæc quidem Iudæis enunciabat ſententia diuina. Nam cùm exiſtimarent hoſtes fugiſſe, traditi ſunt mutuis dextris.

Rabanus.

Rabanus Maurus circa ea quæ habentur à verſ. 1. vſque ad nonum, nil, præter quàm ipſamet quæ mox ex Gregorio Papa referam. Circa verſ. 10. *Lacus autem, in quem*, &c. Narrat, inquit, liber Regum,[a] quòd Baaſa Rex Iſrael aſcenderit in Iudæam, & ædificauerit Rama, vt non poſſet quiſpiam egredi, vel ingredi, de parte Aſa Regis Iudæ. Quod audiens Aſa Rex Iudæ, miſit ad Benedab Regem Syriæ, offerens illi munera multa in auro & argento, vt diſrumperet fœdus quòd habuit cum Baaſa Rege Iſrael, & ferret ſibi auxilium contra eum. Qui miſit principes exercitus ſui in ciuitates Iſrael, & percuſſerunt Achion, & Dan, & Abel, domum Maacha, & vniuerſa Cenneroth, omnem ſcilicet terram Nephtalim. Quod cùm audiſſet Baaſa intermiſit ædificare Rama, & reuerſus eſt in terram ſuam. Rex autem Aſa nuncium miſit in omnem Iudam, vt nemo ſit excuſatus: Et tulerunt lapides Rama & ligna eius quibus ædificauerat Baaſa: & extruxit de eiſdem Rex Aſa,

Lacus ædificatus ab Aſa Rege Iuda, quis, & vbi. a 3. Reg. 15. 17.

A Gabaa, Benjamin, & Maſphath. Hoc eſt quod nunc dicit, Lacum feciſſe Aſa propter Baaſa Regem Iſrael, quem Iſmahel repleuit occiſis. Potuit enim fieri vt inter cætera ædificia, quæ Aſa Rex conſtruxit in Maſphath. Fecerit hunc locum quem Scriptura commemorat: propter opus aliquod neceſſarium. Myſtice autem quoſcumque, ſpiritalis Iſmahel ferus & crudelis, cuius manus erigitur contra omnes, & ſemper ad nocendum paratus eſt, dolo vel fraude interfecerit in lacum ſulphuris & ignis æterni præcipitabit.

In Inferni lacum diabolus omnes deiiciet dånatos.

2 *In Peccatum inducens animas ſpirituales Diabolus captiuas illas ducit ſocias eas ſibi in ſempiterno conſtituens mœrore.*

B (*Et captiuas duxit Iſmahel*, &c.) Captiuas ducit Iſmahel reliquias populi qui erant in Maſphath cùm malignus ſpiritus fideles quoſlibet, qui erant in contemplatione & meditatione legis Dei, vel in ſpeculo virtutum, ſeducendo vitiis corrumpit, atque peccatis obligat: nec non & filias Regis, hoc eſt animas nobiles, quibus Petrus ait: [b] *Vos eſtis genus Regium, & Sacerdotale.* Vt transferat illas ad filios Ammon. Qui interpretatur populi mœroris: & eos participes, & ſocios faciat perditionis damnatorum, & in mœrore ſempiterno conſiſtentium. Contra quem Iohannam filius Caree, & omnes C principes bellatorum, qui ſunt cum eo, confliguntur: cum Doctores ſancti, & virtutum viri gratiâ, & miſericordiâ Dei confortati, quod ſonat Iohanna, contra nequitias ſpiritales pugnando reducunt captiuitatem, & per pœnitentiam atque correctionem erroris ſui reducunt eam ad ſanctam Eccleſiam: vt qui prædauerat confuſus abſcedat: & captiuitatem, quam iniuſtè tenebat, ſuperatus amittat. Sicut enim dicit Apoſtolus: *Reſiſtite Diabolo, & fugiet à vobis.*

b 1. Petr. 2. 9.

Prædicatores Sancti quos ad pœnitentiam conuertunt à Diaboli reducunt captiuitate.

c Ephe. 6. 13.

D In D. Thoma id vnum notandum quod circa verſ. 5. ait Domum Domini dictam pro loco vbi templum erat.

3 Hieronym. *Regio de ſemine dicti in ſcriptura aliqui miniſtri idoli Moloch.*

Circa verſ. 1. Hieronymus. Tom. 3. Epiſtolarum in Quæſtionibus, ſeu Traditionibus Hebraicis ſuper cap. 3. primi lib. Paralipom. In Ieremia Iſmahel filius Nathaniæ filius Eliſama de genere Ieraa Ægyptij: Quod verò dicit illum de ſemine regio, Moloch vult intelligi Idolum Moab, quod in Hebræo, Rex interpretatur. In quorum confirmationem eodem lib. ſuper caput 28. Secundi lib. Paralipom. ait, Hoc & in E Ieremia habes de Iſmahele, qui deſcribitur de genere regio, cùm non de genere regio fuerit, ſed de Gera ſeruo Aegyptio. Sicut lib. 2. Paralip. cap. 28. Maſias dicitur filius Moloch id eſt, filius Idoli Ammon, quod vocabatur Moloch, id eſt Rex. Idcirco autem filius eius dicitur, quòd illi ſacra inſtituebat, & cultus.

Filij vocabulum pro miniſtro.

Circa id quod eodem verſ. 1. dicitur Godoliæ necem factam in ſeptimo menſe, notandum ex eodem Hieronymo in caput 7. Zachariæ, ob patratam in dicto menſe cædem. Iudæos per ſeptuaginta annos captiuitatis ieiunaſſe in menF ſe ſeptimo.

Ieiunii ſeptimi mẽſis cur à Iudæis obſeruatũ captiuitate Babylonica.

4 Greg Pap. *Spiritualium internus habitus deſignatus per externa.*

Circa verſ. 5. & ſequent. Gregorius Papa lib. 1. Moral. cap. 38. Ieremias dum geſta foris referre ſtuduit: quæ intus apud noſmetipſos gererentur indicauit, dicens. Venerunt octoginta viri de Sichem, & de Silo, & de Samaria raſi barbâ, & ſciſſis veſtibus, ſqualentes munera, &c. Barbam quippe radunt, qui ſibi de propriis viribus fiduciam ſubtrahunt. Veſtes ſcindunt, qui ſibimetipſis in exterioris decoris laceratione non parcunt.

Oblaturi in domo Domini thus, & munera veniunt, qui exhibere se in Dei sacrificio orationem cum operibus pollicentur. Sed tamen si se in ipsa Sanctæ deuotionis via cautè circumspicere nesciunt: Ismahel Nathaniæ filius in eorum occursum venit: quia nimirum quilibet malignus spiritus prioris sui Sathanæ videlicet exemplo in superbiæ errore generatus, se ad laqueum deceptionis opponit. De quo bene dicitur. *Incedens, & plorans ibat*: quia vt deuotas mentes interimere feriendo præualeat, semetipsum, quasi sub velamine virtutis occultat: & dum concordare se verè lugentibus simulat, ad cordis intima securiùs admissus hoc, quod intus de virtute latet occidit: qui plerúmque se spondet ad altiora prouehere. Vnde & dixisse perhibetur: *Venite ad Godoliam filium Ahicam*, atque dum maiora promittit, etiam minima subtrahit. Vnde & rectè dictum est: *Qui cùm venissent ad medium ciuitatis, interfecit eos.* Viros ergo ad offerenda Deo munera venientes in medio ciuitatis interficit, quia diuinis deditæ operibus mentes, nisi magnâ se circumspectione custodiant, hoste surripiente, dum hostiam portant deuotionis, in ipso itinere perdunt vitam. De cuius hostis manu non euaditur, nisi citiùs ad pœnitentiam recurratur. Vnde illic aptè subiungitur, *Decem autem viri reperti sunt inter eos, qui dixerunt ad Ismahel, Noli occidere nos: quia habemus in agro thesauros frumenti & hordei, & olei, & mellis, & non occidit eos.* Thesaurus quippe in agro est spes in pœnitentia, quæ quia non cernitur, quasi in terra cordis suffossa continetur. Qui ergo thesauros in agro habent, seruati sunt: quia qui post in cautelæ suæ vitium ad lamenta pœnitentiæ redeunt, nec capti moriuntur.

Deuotionis in via, & in vita spirituali quantâ cautelâ procedendum sit.

Deuotos decipit plerúmque diabolus simulatione maioris profectus.

Per Pœnitentiam eruimur de decipientis, & interficientis Diaboli manu.

Spes in pœnitentia est thesaurus in agro cordis suffossus.

5 Bonauentura Sermone 3. Dom. 13. post Pentecost. *Decem viri dixerunt ad Ismaelem: Noli occidere nos, quia habemus thesaurum in agro, frumenti, vini, & olei, & hordei & mellis & non interfecit eos.* Thesaurus iste virtutes significat, quæ in agro cordis esse debent: [a] *Simile est regnum cælorum thesauro abscondito*, &c. Frumentum, quod est granum omnium nobilissimum, significat charitatem, quę nobilior est cæteris virtutibus. Hordeum autem vitæ austeritatem: Oleum misericordiæ pietatem. Mel deuotionis dulcedinem significat. Ismael vir auditus interpretatur, & significat Diabolum, qui libenter audit periuria, traditiones, mundana & omne malum: Omnes inimici mei audierunt malum meum: lætati sunt, quoniam tu fecisti, &c. Diabolus ergo, vel Christus vitâ æternâ illos non priuant, qui spirituales thesauros in agro cordis habent.

D. Bonau. *Virtutes debent esse thesaurus in agro cordis nostri.* a Matth. 13. 44. *Thesauros frumenti charitatis, hordei asperitatis vitæ, olei pietatis, ac mellis dulcedinis deuotionis habent spirituales.* *Virtutū thesauros exhibentes vitâ non priuātur æternâ.*

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Καὶ ἀνέστη ἰσμαήλ.

Ὠριγένους.] ὁ χρηστὸς ἄνθρωπος οὐδένα ὑποπτεύει οὕτως εἶναι πονηρὸν, ὡς καὶ τοὺς μηδὲν ἀδικήσαντας φονεύειν. διατί δὲ συνεχώρησεν ὁ θεὸς ἀναιρεθῆναι τὸν γοδολίαν, ἑτέρου ἂν εἴη λόγου καὶ τῶν ἀνεφίκτων κριμάτων τοῦ θεοῦ.

Τοῦ αὐτοῦ.] τὸν ἄνθρωπον χρηστὸν ὄντα καὶ ἐπιεικῆ, καὶ τοσαύτης ἰουδαίοις προστασίας μεταδιδόντα. καίτοι προειπόντων πολλῶν, ὅτι ἀναιρήσωμεν αὐτόν. οὗτος δὲ, οὐκ ἠνέσχετο, ἀλλ' ἀπώλετο. ἀλλ' οὐ τοῦτο γέγονεν αἴτιον τῆς καθόδου τοῖς ἰουδαίοις, ἀλλ' οἰκεία πονηρία. εἰ γὰρ ἐκείνῳ λέγοντι, μὴ φοβηθῆτε ἀπὸ προσώπου τῶν χαλδαίων ἐπείσθησαν, πολλῷ μᾶλλον τῷ θεῷ προλέγοντι, ἢ ἄνθρωπος μὲν ἀξιόπιστος ἦν, ὁ δὲ θεὸς οὐκ ἔστι; [Καὶ ἀνέστη ἰσμ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τίνος ἕνεκεν συνεχώρησεν ὁ θεὸς ἀναιρεθῆναι τὸν ἄνθρωπον, χρηστὸν ὄντα καὶ ἐπιεικῆ, καὶ τοσαύτης ἰουδαίοις προστασίας μεταδιδόντα. καὶ τὰ ἑξῆς ὅσα γράφουσιν ἄνωθεν.

[Εἰς Μασσηφά.]

Ἀπολιναρίου.] ἀλλ' ὅμως καὶ τὸ λείψανον ἐπιβουλεύεται τοῦ λαοῦ, φονευθέντος αὐτῶν τοῦ ἄρχοντος ἐκ παραδοχῆς τοῦ Ἀμμονιτῶν βασιλέως, δι' ὑπουργίας ἰσμαὴλ καὶ δόλου. οὕτως ἴσχυε κατ' αὐτῶν ἡ κακία. διὰ τὸ ἀποστῆναι θεοῦ τοῦ φυλάσσοντος.

Βίκτορος.] Μασσηφὰ ἐστὶ φυλῆς ἰούδα, ἔνθα κατῴκει ἰεφθαὲ πλησίον τῆς καριαθιαρείμ. ἐν ᾗ καὶ ἡ κιβωτὸς ποτὲ κατέμεινεν ἔνθα καὶ Σαμουὴλ ἐδίκαζεν. ἐν ᾗ καὶ γοδολίαν ἀνεῖλεν ἰσμαήλ. ταύτην ἀνῳκοδόμησεν ὁ ἀσὰ ὁ βασιλεὺς ἰούδα ἐκ τῶν λίθων ῥαμαήλ, οὓς ᾠκοδόμησε βλασὰ βασιλεὺς ἰσραήλ, τοῦ μὴ δοῦναι ἔξοδον, καὶ εἴσοδον τῷ ἀσὰ βασιλεῖ ἰούδα, ὡς ἐκ τῶν παραλειπομένων ἐγνώκαμεν.

[Ὀγδόη

6 Vers. *Et surrexit Ismael & decem viri, &c.*)

Origenis.] *Probus vir neminem ita malum suspicatur, vt occidat eos, à quibus læsus non est. Cur autem Deus permiserit Godoliam interimi, alterius est considerationis, & inscrutabilium Dei iudiciorum.*

Origenes. *Non suspicatur malum de quoquā is qui probus est.*

Eiusdem.] *Virum probum & mitem, & Iudæos tantâ defensione persequẽtem; cùm & multi prædixissent, interficiemus eum, at iste non est passus, sed occisus est. Verùm hoc non fuit causa regressus Iudæorum, sed malitiâ propriâ exulabant; etenim si illi dicenti*, Ne timeatis à facie Chaldæorum, *fidem præstiterũt, Deo prædicenti multò magis. An verò homo fide dignus, non autem Deus?* (*Et surrexit Ismael.*)

Godolia probitas. *Iudæorū ruina ex illorū malitia.*

7 Chrysost.] *Cur Deus permisit occidi hominẽ, probum & modestum, tantáque Iudæos defensione tuentem, & reliqua quæ supra scribuntur.*

Chrysost. *Iudiciorū Dei abyssus.*

Ex vers. 3. (*Et omnes Iudæos qui erant cum eo in Messepha.*)

Apolinarij.] *Sed tamen & ipsis reliquiis populi insidiæ struuntur, eius principe interempto operâ Regis Ammanitarum, & Ministerio, ac dolo Ismaelis. Adeo in eos pollebat nequitia, eò quòd auersi essent à Deo protegente.*

Apolinar. *Malitia quātum possit in improbos.*

Victoris.] *Massepha est tribus Iudæ, in qua habitabat Iephtae prope Cariathiarim; vbi & arca, mansit, & Samuel iudicabat, & in qua Ismael Godoliam interfecit.* [b] *Hanc restaurauit Asa Rex Iuda è lapidibus Rehamael, quos ædificarat Blassa Rex Israel, ne posset egredi & ingredi Assa Rex Iuda, ex libris Paralipomenôn habemus.*

Victor. b 3. Reg. 15. 22. 2. Paral. 16. 6.

Ex

[ὀγδοήκοντα ἄν.]

Ὀλυμπιοδώρυ.] πενθοῦντες ἐπὶ τῇ καθαιρέσει τοῦ ναοῦ.

[ὅτι εἰσὶν ἡμ.]

Ὀλυμπιοδώρυ.] αὐτὶ τοῦ, λάβε ὅσα ἔχομεν, καὶ μὴ ἀνέλης ἡμᾶς.

[Καὶ ἤκουσεν.]

Βίκτορος.] τοῦτο ἐστὶν ἑνὸς ἐπικουρία πρὸς σωτηρίαν πλήθους. ἐν γὰρ τοῖς ἄρχουσι τὸ πλῆθος καὶ σώζεται, καὶ φθείρεται. οὕτω γοῦν καὶ διὰ τοῦ ἰωάναν ἐπανάλονται πάλιν οἱ ἀπαγόμενοι ὑπὸ τοῦ ἰσμαήλ.

A *Ex* Vers. 5. *(Octuaginta viri rasis barbis,&c.)*

Olympiodori.] *Lugentes ob templi euersionem.*

Olympiod.

Vers. 8. *(Quia sunt nobis thesauri in agro.)*

Olympiodori.] *Hoc est accipe quæcumque nobis sunt,& non interficias nos.*

Olympiod. *Bona fortuna omnia exhibentur pro vita seruanda.*

Vers. 11. *(Et audiuit Ioannam.)*

Victoris.] *Tantùm valet vnius defensio ad plebis salutem. In principibus enim multitudo seruatur & occiditur. Sic itaque per Ioanam reducuntur rursus qui ab Ismael adducebantur.* B

Victor. *Virorum nobilium, ac Principum quanta apud plebem auctoritas.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ. 41.

Τὸ δὲ φρέαρ, εἰς ὃ ἔρριψεν ἰσμαὴλ πάντα τὰ σώματα τῶν ἀνδρῶν ὧν ἀπέκτεινε μετὰ γοδολίου, φρέαρ μέγα ἐστιν, ὃ ἐποίησε βασιλεὺς Ἀσὰν ἀπὸ προσώπου βασιλέως ἰσραήλ, ἡνίκα τὴν ῥαμὰ κτίσαι ἠβουλήθη ὁ βαασα. ἐπὶ δὲ συμμαχίαν τοῦ σύρου ἀπέστησεν αὐτὸν τοῦ ἔργου Ἀσὰν αὐτὸς δὲ πόλιν κτίσας, ἐπειδὴ ἔνδεια ὕδατος ἦν, ὤρυξε μέγιστον φρέαρ, ὥστε τοῖς οἰκοῦσιν εἶναι παραμυθίαν τῶν ὑδάτων τὴν συναγωγήν. περὶ ἐκείνου τοίνυν λέγει νῦν.

Καὶ ἤκουσε ἰωανὰν υἱὸς καρὲ, καὶ πάντες οἱ ἡγεμόνες τῆς δυνάμεως οἱ μετ' αὐτοῦ. πάντα τὰ κακὰ ἃ ἐποίησεν ἰσμαὴλ, καὶ ᾤχοντο πολεμεῖν μετὰ ἰσμαὴλ υἱὸν Ἀθανίου, καὶ εὗρον αὐτὸν ἐφ' ὕδατος πολεμίου ἐν γαβαών.] τουτέστι, τῶν ὑδάτων τὴν πλημμύραν παρεληλυθότα, ὥστε μὴ δὲ ἁλῶναι δύνασθαι τριβόμενοι γὰρ περὶ τὴν τῶν ὑδάτων δίοδον, χώραν ἐκείνῳ ἐδίδοσαν εἰς παντελῆ φυγήν. περιττὸν τοίνυν ἡγησάμενος ἔτι διώκειν τὸν οὐ συλληφθησόμενον, ὑπέστρεψεν εἰς τὴν ἰουδαίαν.

CAPVT XLI.

* Vers. 9. ET puteus in quem proiecit Ismael omnia cadauera virorum, quos percusserat cum Godolia, puteus magnus est, quem fecit Rex Asan à facie Regis Israel, cum Rhama fabricare voluit Baasa. quando auxilio [a] Syri impediuit eum ab opere; Asan vbi vrbem fabricans, cùm esset magna aquæ inopia, maximum puteum effodit, vt habitantibus solatio esset aquarum collectio, De eo igitur nunc loquitur.

Cap. 41. Chrysost. Vers. 9.

a 3. Reg. 15. 17. & 22.

C

Vers. 11. *Et audiuit Ioanam filius Caria, & omnes duces virtutis, qui erant cum eo omnia mala.*

Vers. 12. *Quæ fecit Ismael, & profecti sunt, vt bellarent aduersus Ismael filium Athanaia,& inuenerunt eum ad aquam aduersam in Gabaon.* hoc est aquarum inundationem cum pertransisset, ita vt capi non possit, dum enim tempus terunt, vt aquas permeent, fugiendi ei præbuêre opportunitatem; superuacaneum igitur esse putant insequi quæ capere non posset, reuersus est in Iudæam. D

Caput 42. A vers 1. vsque ad finem cap. Sectio Vnica.

TEXTVS VVLGATÆ.

1 ET accesserunt omnes principes bellatorum, & Iohanan filius Caree, & Iezonias filius Osaiæ, & reliquum vulgus à paruo vsque ad magnum. E

2 Dixeruntque ad Ieremiam Prophetam: Cadat oratio nostra in conspectu tuo:& ora pro nobis ad Dominum Deum tuum pro vniuersis reliquiis istis, quia derelicti sumus pauci de pluribus, sicut oculi tui nos intuentur.

3 Et annunciet nobis Dominus Deus tuus viam, per quam pergamus, & verbum quod faciamus.

4 Dixit autem ad eos Ieremias Propheta: Audiui: ecce ego oro ad Dominum Deum vestrum secundùm verba vestra omne verbum, quodcúmque responderit mihi, indicabo vobis; nec cælabo vos quidquam. F

5 Et illi dixerunt ad Ieremiam: Sit Dominus inter nos testis veritatis & fidei, si non iuxta omne verbum, in quo miserit te Dominus Deus tuus ad nos, sic faciemus.

6 Siue bonum est, siue malum, voci Domini Dei nostri, ad quem mittimus te, obediemus, vt

TEXTVS SEPTVAGINTA.

1 ET *accesserunt omnes duces virtutis,& Ioanan, & Azarias filius Maasia, & omnis populus à paruo,& vsque ad magnum.*

2 *Ad Ieremiam Prophetam, & dixerunt ei: Cadat nunc misericordia nostra ante faciem tuam:& ora ad Dominum Deum tuum pro residuis his:quia relicti sumus pauci è multis; sicut oculi tui vident.*

3 *Et annunciet nobis Dominus Deus tuus viam, qua ibimus in ea,& verbum, quod faciemus.*

4 *Et dixit eis Ieremias: Audiui. Ecce ego orabo pro vobis ad Dominum Deum nostrum secundùm verba vestra: & erit, verbum quodcúmque respondebit Dominus Deus, annunciabo vobis:non celabo à vobis verbum.*

5 *Et ipsi dixerunt Ieremiæ: Sit Dominus in nobis in testem iustum, & fidelem; si non iuxta omne verbum, quod miserit Dominus ad nos, sic fecerimus.*

6 *Et siue bonum, & siue malum, vocem Domini Dei nostri, ad quem nos mittimus te ad eum, audiemus: vt melius nobis fiat, quia audiemus vocem Domini Dei nostri.*

7 *Et factum est post dies decem, factum est verbum Domini ad Ieremiam.*

vt bene sit nobis, cùm audierimus vocem Domini Dei nostri.

7 Cùm autem completi essent decem dies, factum est verbum Domini ad Ieremiam.

8 Vocauitque Iohanan filium Caree, & omnes principes bellatorum, qui erant cum eo, & vniuersum populum à minimo vsque ad magnum.

9 Et dixit ad eos: Hæc dicit Dominus Deus Israel, ad quem misistis me, vt prosternerem preces vestras in conspectu eius.

10 Si quiescentes manseritis in terra hac, ædificabo vos, & non destruam; plantabo, & non euellam: iam enim placatus sum super malo quod feci vobis.

11 Nolite timere à facie Regis Babylonis, quem vos pauidi formidatis: nolite metuere eum, dicit Dominus: quia vobiscum sum ego, vt saluos vos faciam, & eruam de manu eius.

12 Et dabo vobis misericordias, & miserebor vestri, & habitare vos faciam in terra vestra.

13 Si autem dixeritis vos: Non habitabimus in terra ista, nec audiemus vocem Domini Dei nostri.

14 Dicentes: nequaquam, sed ad terram Ægypti pergemus: vbi non videbimus bellum, & clangorem tubæ non audiemus, & famem non sustinebimus: & ibi habitabimus.

15 Propter hoc nunc audite verbum Domini reliquiæ Iuda: Hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israel: Si posueritis faciem vestram vt ingrediamini Ægyptum, & intraueritis vt ibi habitetis.

16 Gladius, quem vos formidatis, ibi comprehendet vos in terra Ægypti: & fames, pro qua estis solliciti, adhærebit vobis in Ægypto, & ibi moriemini.

17 Omnésque viri, qui posuerunt faciem suam vt ingrediantur Ægyptum, vt habitent ibi, morientur gladio, & fame, & peste: nullus de eis remanebit, nec effugiet à facie mali, quod ego afferam super eos.

18 Quia hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel: Sicut conflatus est furor meus, & indignatio mea super habitatores Ierusalem: sic conflabitur indignatio mea super vos, cùm ingressi fueritis Ægyptum, & eritis in iusiurandum, & in stuporem, & in maledictum, & in opprobrium: & nequaquam vltra videbitis locum istum.

19 Verbum Domini super vos reliquiæ Iuda: Nolite intrare Ægyptum: scientes scietis, quia obtestatus sum vos hodie.

20 Quia decepistis animas vestras: vos enim misistis me ad Dominum Deum nostrum dicentes: Ora pro nobis ad Dominum Deum nostrum, & iuxta omnia quæcúmque dixerit tibi Dominus Deus noster, sic annuncia nobis, & faciemus.

21 Et annunciaui vobis hodie, & non audistis vocem Domini Dei vestri super vniuersis, pro quibus misit me ad vos.

22 Nunc ergo scientes scietis quia gladio, & fame, & peste moriemini in loco, ad quem voluistis intrare vt habitaretis ibi.

A

8 Et vocauit Ioanan, & duces virtutis, & vniuersum populum à paruo & vsque ad magnum.

9 Et dixit eis: Sic dixit Dominus.

10 Si sedentes sedetis in terra hac; ædificabo vos, & non destruam: & plantabo vos, & non euellam: quia requieui super malis, quæ feci vobis.

11 Nolite timere à facie Regis Babylonis, quem vos timetis: à facie eius ne timeatis, dicit Dominus: quia vobiscum ego, vt eruam vos, & saluem vos de manu eorum.

12 Et dabo vobis misericordiam, & miserebor vestri: & reducam vos in terram vestram.

B

13 Quòd si dicitis vos, non sedebimus in terra hac, vt non audiamus vocem Domini.

14 Quia in terram Ægypti ingrediemur, & non videbimus bellum, & vocem tubæ non audiemus, & in panibus non esuriemus, & ibi habitabimus.

15 Propter hoc audite verbum Domini: Sic dixit Dominus: Si vos dederitis faciem vestram in Ægyptum, & intraueritis illuc ad habitandum.

16 Et erit gladius, quem vos timetis à facie eius, inueniet vos in terra Ægypti: & fames, cuius vos rationem habetis à facie eius, comprehendet vos post vos in Ægypto, & ibi moriemini.

C

17 Et erunt omnes homines, & omnes alienigenæ, qui posuerint faciem suam ad terram Ægypti ad inhabitandum ibi, deficient in gladio, & in fame: & non erit eorum quisquam saluus à malis, quæ ego induco super eos.

18 Quia sic dixit Dominus: Sicut stillauit furor meus super habitatores Ierusalem: sic stillabit furor meus super vos, ingressis vobis in Ægyptum: & eritis in inuium, & subiecti, & in maledictionem, & in opprobrium: & non videbitis vltra locum istum.

19 Quæ loquutus est Dominus super vos residuos Iuda: nolite intrare in Ægyptum. Et nunc cognoscentes cognoscetis.

D

20 Quia malignè egistis in animas vestras, mittentes me, dicentes, ora pro nobis ad Dominum, & iuxta omnia, quæcúmque loquetur nobis Dominus, faciemus.

21 Et non audistis vocem Domini; quâ misit me ad vos.

22 Et nunc in gladio, & in fame deficietis in loco, quo vos vultis intrare ad habitandum ibi.

PARAPHRASIS CHALDAICA.

1 ET accesserunt omnes principes exercituum, & Iohanan filius Caree, & Iezanias filius Osea, & omnis populus à minimo vsque ad maximum.

2 Et dixerunt ad Ieremiam Prophetam, Acceptabilis sit nunc deprecatio nostra coram te, & ora pro nobis coram Domino Deo tuo pro omnibus reliquiis istis; quia relicti sumus pauci ex multis, sicut oculi tui vident nos.

3 Et indicet nobis Dominus Deus tuus viam in qua ambulemus, & verbum quod faciamus.

4 Et dixit eis Ieremias Propheta, Audiui: Ecce E *ego oro coram Domino Deo vestro iuxta verba vestra, & erit, omne verbum quod responderit Dominus vobis, annunciabo vobis, & non prohibebo à vobis verbum.*

5 Ipsi autem dixerunt ad Ieremiam, Sit verbum Domini nobis in testem verum & fidelem, si non iuxta omnia verba propter quæ miserit te Dominus Deus tuus ad nos, sic faciemus.

6 Siue bonum, siue malum: verbo Domini Dei nostri ad quem mittimus nos te, obediemus, vt bene sit nobis, cùm susceperimus sermones Domini Dei nostri.

7 Et factum est post decem dies, & factum est verbum Prophetiæ à facie Domini cum Ieremia.

8 *Et.*

8 *Et vocauit Iohanan filium Caree, & omnes principes exercitus qui erant cum eo, & omnem populum, à minimo vſque ad maximum.*

9 *Et dixit eis, Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, ante cuius conſpectum miſiſtis me vt deprecarer deprecationem veſtram caram eo.*

10 *Si habitando habitaueritis in terra iſta, ædificabo vos, & non deſtruam; & ſuſtentabo vos, & non faciam transmigrare, quia conuerſus ſum à malo quod feci vobis.*

11 *Ne timeatis à facie Regis Babylonis, à facie cuius vos timetis: ne timeatis ab eo, dicit Dominus; quia in adiutorium veſtrum eſt verbum meum, vt ſaluem vos, & liberem vos de manu eius.*

12 *Et dabo vobis miſerationes: & miſerebitur veſtri, & reducet vos in terram veſtram.*

13 *Si autem vos dicitis, Non habitabimus in terra iſta, vt non obediatis verbo Domini Dei veſtri.*

14 *Dicentes: Nequaquam, ſed in terram Ægypti ingrediemur, vbi non videbimus bellatores, & vocem tubæ non audiemus, & famem panis non ſuſtinebimus, & ibi habitabimus.*

15 *Et nunc igitur ſuſcipite verbum Domini reliquiæ domus Iuda: Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael, Si vos ponendo poſueritis faciem veſtram vt ingrediamini in Ægyptum, & ingreſſi fueritis ad habitandum ibi.*

16 *Et erit gladius quem vos timetis apprehendet vos ibi in terra Ægypti; & fames pro qua ſolliciti eſtis, ibi comprahendet vos in Ægypto, & ibi moriemini.*

17 *Et omnes viri qui poſuerunt faciem ſuam vt ingrediantur in Ægyptum ad habitandum ibi, occidentur gladio, & fame, & peſte: & nullus ex eis remanebit, nec liberabitur à facie mali quod ego adducam ſuper eos.*

18 *Quia hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael: Sicut reſedit furor meus & indignatio mea ſuper habitatores Ieruſalem; ſic reſidebit furor meus ſuper vos cùm ingreſſi fueritis in Ægyptum. Et eritis in iuſiurandum, & in deſolationem, & in maledictionem, & in opprobria, & non videbitis vltra locum iſtum.*

19 *Decreuit verbum Domini ſuper vos reliquias domus Iuda: Non ingredimini in Aegyptum: ſciendo enim ſcitote, quia conteſtatus ſum vobis hodie.*

20 *Quia decepiſtis animas veſtras: vos enim miſiſtis me ante conſpectum Domini Dei veſtri, dicentes: Ora pro nobis coram Domino, & iuxta omnia quæ dixerit Dominus Deus noſter, ſic annuncia nobis vt faciamus.*

21 *Et annunciaui vobis hodie, & non obediſtis verbo Domini Dei veſtri, & omnibus pro quibus miſit me ad vos.*

22 *Et nunc ſciendo ſcitote, quia gladio, & fame, & peſte moriemini in loco ad quem vultis intrare ad habitandum ibi.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impreſſis.

1 Theodorit. 1. *Impiorum mos in calamitatibus expreſſus.*

IN Theodorito præter hiſtoriæ ſeriem. Nota primò quod circa primam capitis partem ait: Rectè quidem ſupplicant, A cupientes diſcere quid agendum ſit: ſed more ſuo non credunt, & legibus diuinis contradicunt. Attamen Propheta ſe ſupplicaturum promittit, at illos iuſſis non adhibituros animum. Illi contra polliciti ſunt, ac iureiurando firmarunt promiſſionem.

Verbis impiorum in calamitatibus ſe commendantium Sanctis non reſpondēt opera.

Nota ſecundò quod circa Iudæorum reſponſionem in verſ. 2. & 3. & circa verſ. 7. dicit, Verba quidem pietatis plena: ſed verbis non conſonant opera. Non enim Propheta reſponſum accepit, niſi certis diebus tranſactis. Reſponſionis autem dilationem exiſtimo ceſſiſſe in vtilitatem B poſtulantium, vt cognoſcerent Deum vix ſuſcepiſſe Prophetæ ſupplicationem.

Orationem Sanctorum exaudire differt aliquando Deus ad vtilitatē eorum pro quibus ea fit.

Furoris Dei quanta vis.

Nota 3. quod circa verſ. 18. iuxta verſionem Sept. *Quemadmodum diſtillauit furor meus,* &c. ait, Oſtendit homines perſpicere potuiſſe magnitudinem potentiæ: cùm afflictiones Iudæis illatas vocauerit guttas furoris, hoc eſt iracundæ operationis.

Rabanus.

In Rabano Mauro nil circa caput iſtud notandum, ſicut neque in D. Thoma, cuius poſtillæ ſuper Ieremiam hoc capite concluduntur.

2 Hieronym.

C Faciunt pro hiſce quæ hîc habentur prolata à Hieronymo in Commentar. ſuper initium capitis trigeſimi Iſaiæ, quo loco & hæc ipſa affert. Ponderanſque quod ibi Iſaias ait, [a] *Væ filij deſertores, dicit Dominus vt faceretis conſilium, & non ex me, & ordiremini telam, & non per ſpiritum meum.* Quod, ait, poſtea futurum erat, ante annos multos prædicitur, & deſertores, & præuaricatores filij appellantur, qui deſerto conſilio Dei quod acceperant per Ieremiam, ſuam ſecuti ſunt voluntatem, & ordiri telam, non per ſpiritum Dei, qui eis Ieremiæ ore ſonabat. Ordiram autem telam μεταφορικῶς poſuit, vt prauum conſilium D demonſtraret: & hoc fecerunt, vt peccata priſtina augerent peccato contemptionis & ſuperbiæ. *Qui deſcenditis,* inquit, *in Ægyptum, & os meum non interrogaſtis.* Non quòd non interrogauerint, ſed quòd conſilium Prophetæ audire noluerint, ſperantes auxilium in fortitudine Pharaonis, & habentes fiduciam in protectione, ſiue vmbra Aegypti. Pharao autem apud Aegyptios nomen eſt regiæ poteſtatis, & vnuſquiſque ſpeciali appellatur vocabulo, vt Pharao Nechao, & Pharao Vafre: quomodo ſi nos Cæ- E ſares, & Auguſtos propriis Regum vocabulis præponamus. *Et erit,* inquit, *vobis fortitudo Pharaonis in confuſionem, & fiducia vmbræ Aegypti in ignominiam.*

a Iſai. 30. 1.

Deſertores appellati qui bonis monitis non obtemperant.

Conſilia praua ſtruentes ordiri dicuntur telam.

Non facere id dicimur, quod re ipſa non implemus.

Pharaonis vocabulum apud Ægyptios eſt nomen commune regiæ poteſtatis.

3 Salu. Maſſil.

Circa verſ. 11. Saluianus Maſſilienſis libro ſecundo de vero iudicio & prouidentia Dei pag. 14. Ait in Propheta Dominus: [b] *Numquid non cælum, & terram ego impleo?* Cur autem cuncta impleat, ipſe declarat. *Quia vobiſcum ſum,* inquit, *vt ſaluos vos faciam.* Ecce non modò regimen ſuum Dominus, & impletionem, ſed etiam vim, ac beneficium ipſius adimpletionis oſten- F dit. Hunc enim modum in ſe habet diuinitatis impletio, vt ſaluet ea, quæ adimplentur; & ideo Apoſtolus, [c] *In ipſo,* inquit, *& viuimus, & mouemur, & ſumus.*

b Ier. 23. 24.

Implet Deus regendo & ſaluando.

c Act. 17. 28.

CATENA

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΚΑΙ προσῆλθον πάντες.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἴσασιν ἀναξίους ἑαυτοὺς ὄντας τοῦ τυχεῖν ἀποκρίσεως, ἐπειδὴ πολλάκις ἠπίστησαν τοῖς εἰρημένοις. διὰ τοῦτο φησὶν, ἐλέησον ἡμᾶς, εἰ καὶ ἀνάξιοι ἐσμέν.

Ἀπολιναρίου.] ὁ μὲν τοῦ λαοῦ τὸν θεὸν τοῦ προφήτου καλοῦσι τὸν θεὸν, λέγοντες, κύριος ὁ Θεός σου. ὁ δὲ προφήτης τοῦ λαοῦ καλεῖ τὸν θεὸν, ἀντιπαραχωρῶν τῆς τιμῆς εἰπὼν κύριον τὸν θεὸν ἡμῶν. θεὸν δὲ ποιησάμενοι μάρτυρα τοῦ τοῖς δηλωμένοις ὡς ἂν ἔχοιεν || σημαίνειν; παρέβησαν. καὶ οἱ τῷ Γοδολίᾳ πεισθέντες εἰρήνην ὑποσχομένῳ, νῦν ἀπειθοῦσι θεῷ, μηδὲ τῶν ἴσων ἀνθρώπῳ θεὸν ἀξιώσαντες. πονηρὸν οὖν τὸ ἰδίαν πρόθεσιν προθέμενον, ἐρωτᾶν τὸν θεὸν ἐν ἐπαγγελίᾳ τοῦ πείθεσθαι. διὸ παραβαίνομεν, ἐὰν γνῶμεν ὡς τὰ ἡμῖν ἀρέσαντα μὴ δοκεῖ τῷ θεῷ. βουλόμεθα γὰρ ἐκεῖνον ἡμῖν ἀκολουθεῖν οὐκ αὐτῷ μᾶλλον ἡμεῖς. ὁ παρὰ θεοῦ δὲ ἀπόκρισις βραδεῖα, οὐχ ὡς πεισομένοις, ἀλλὰ πρὸς ἔλεγχον ἀπειθείας. λέγει μὲν γὰρ τὸ δέον, προεξελέγχει δὲ τὴν ἀπείθειαν ἅμα, καὶ ὡς αὐτεξουσίοις διαλεγόμενος, καὶ μηνύων τὴν πρόγνωσιν. λέγει δὲ παύσεσθαι τῆς τιμωρίας μετὰ τὴν παίδευσιν. ἀναιρεῖ δὲ τῆς παρουσίας τὸν φόβον: ἓν γὰρ ἰσχυρὸν εἰς θάρσος, παρουσία θεοῦ. ἀπειλεῖ δὲ μὴ πειθομένοις. περιτρέπεται γὰρ εἰς τοὐναντίον ἡ παρὰ γνώμην θεοῦ βουλή. καὶ ἡ χωρὶς θεοῦ δοκοῦσα ἀσφάλεια, κίνδυνος γίνεται.

|| Ἑρμηνεύειν.

[Καθὼς οἱ ὀφθαλ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] μάρτυρα ὧν συμφορῶν σε φησὶν ἔχομεν. εἰπάτω φησὶν ἡμῖν ὁ θεὸς, τί δεῖ πρᾶξαι. οἱ περισπούδαστον οὕτω πρᾶγμα νομίσαντες, μετὰ τὸ τυχεῖν πῶς ὕπτιοι γίνονται.

[Καὶ αὐτοὶ εἶπον.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἡμεῖς σε ἀπεστείλαμεν, καὶ παρεκαλέσαμεν. καὶ ἀνάγκην ἔχομεν, ὅπερ ἂν ἐπιτάξῃ, πάντας ἀκούειν εἴτε ἀγαθὸν, εἴτε κακόν. πρόχειροι περὶ τὰς ἐπαγγελίας, περὶ δὲ τὰς πράξεις οὐδαμοῦ.

[Καὶ ἐγενήθη μεθ᾽ ἡ.]

Θεοδωρήτου.] εἴποι δ᾽ ἄν τις καὶ τὴν ἀναβολὴν τῆς ἀποκρίσεως ἐπ᾽ ὠφελείᾳ γεγενῆσθαι τῶν ἐπταικότων. ἵνα γνῶσιν, ὡς μόλις ὁ θεὸς τοῦ προφήτου τὴν ἱκετείαν ἐδέξατο. ὡς ἐμβατεύων δὲ ταῖς διανοίαις, καὶ ἃ φρονοῦσιν ἐμήνυσεν.

[Ἐὰν καθίσαντ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] καὶ τί τὸ ὄφελος, ἐὰν τὸ αὐτὸ πάθωμεν.

[Καὶ φυτεύσω ὑμᾶς.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἐδώκατε τιμωρίαν οὐ τὴν τυχοῦσαν.

[Ὅτι ἀναπέπ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἀντὶ τοῦ, ἐπληρώθη μου ἡ καθ᾽ ἡμῶν ὀργή.

[Μὴ

Vers. 1. *ET accesserunt omnes duces virtutis.)*

Chrysostomi.] *Norunt se indignos responsione, quoniam sæpe dictis non credidissent. Ideo ait, Miserere nostri, quamuis indigni simus.*

Chrysost. *Misericordiã quàm rarè impij suam nuncupent orationem.*

Apolinarij.] *Plebs Deum, Prophetæ Deum appellat, dicens,* Dominus Deus tuus, *at Propheta, populi eum Deum vocat, cedens honore, dicitque* Dominum Deum vestrum. *Sed qui Deum in testimonium adduxerunt, se dicenda obseruaturos pro viribus transgressi sunt: & qui Godoliæ pacem promittenti crediderant, nunc Deo non credunt, nec Deo præstant quod homini præstiterunt. Mala ergo res est, vbi quid animo proposueris, petere à Deo, promittendo obedientiam: Idcirco præuaricamur, si nouerimus non probari Deo, quæ nobis placerent. Volumus enim vt nos ille sequatur, non illum nos. At responsum à Deo tardum est, non quasi obtemperaturis, sed ad arguendam contumaciam. Dicit enim quod opus erat, simúlque futuram contumaciam coarguit, & tamquam liberâ vtentes voluntate alloquens, & præcognitionem ostendens, ait verò se cessaturum à pœnis post correptionem: tollit quoque de sua præsentia metum: vnum quippe est ad augendos animos potens præsentia Dei, minatur autem non obtemperantibus. Námque consilium præter Dei sententiam in contrarium vertitur: & quæ sine Deo videtur securitas, periculum fit.*

Apolinarius. *Fidem sæpe maiorem præstamus hominibus quàm Deo.* *Consilium prauè à Deo petitur, cùm de re aliqua certò decreuerimus.* *Voluntatem nostram Deũ facere volumus plerumque.* *Responsum differt aliquando Deus ad arguendã orantium contumaciam.* *Præsentia Dei expellit omnẽ timorem.* *Consiliũ contra Dei voluntatẽ vertitur in perniciem.*

Ex vers. 2. (*Sicut oculi tui vident.*)

Chrysostomi.] *Testem inquit ærumnarum nostrarum te habemus, dicat nobis, ait, Deus, quæ agere debemus. Qui rem hanc tanti faciendam putarunt, vt illam assecuti sunt, quàm inertes euadunt.*

5 Chrysost. *Obedientia sæpe haud facto respondet premissis verbo.*

Vers. 5. (*Et ipsi dixerunt Ieremia.*)

Chrysostomi.] *Nos te legamus, & rogamus, necesse nobis est quicquid præcepit vt audiamus, siue bonum, siue malum, prompti ad promittendum, nequaquam ad agendum.*

Chrysost. *Promissioni sæpe non respondent facta.*

Vers. 7. (*Et factum est post dies decem.*)

Theodoreti.] *Diceret quispiam, & responsionis dilationem fuisse vtilitati eorum qui deliquerant, vt intelligerent, Deum vix tandem Prophetæ preces admisisse. Tamquam verò & cogitationes penetrans, quæ mente agitant aperuit.*

6 Theodoret. *Responsio cur aliquando à Deo differatur orantibus.*

Vers. 10. (*Si sedentes sedebitis in terra hac.*)

Chrysostomi.] *Et quæ erit vtilitas, si idem patiemur.* Chrysost.

(*Et plantabo vos.*)

Chrysostomi.] *Pœnas non leues persoluistis.* Idem.

(*Quia requieui super malis.*)

Olympiodori.] *Id est mea contra vos indignatio expleta est.* Olympiod.

Vers. 11.

[Μὴ φοβηθῆτε.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τί τούτου ἀξιοπιστότερον τοῦ ῥητοῦ;

[Καὶ εἰ ἐλέγετε ὑμεῖς.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὁρᾷς, πῶς αὐτοῖς ἀποκαλύπτει τὰς οἰκείας διανοίας; ὅπερ μέγιστον τεκμήριον ἦν, οὐ προφητείαν εἶναι τὸ πρᾶγμα, οὐχ ὅτι μόνον ἐβούλοντο εἰσελθεῖν, ἀλλὰ καὶ τί προσδοκῶντες ἔλεγον.

[ὅτι εἰς γῆν αἰγ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] οἱ τῇ ἁμαρτίᾳ προστρέχοντες, νομίζουσιν ἐκφύγειν τοῦ βίου τὰ ἐπίπονα, οὐ θέλοντες ἀκούειν πολέμους. ἀγνοοῦσι δὲ τὴν ὕστερον. αὐτοῖς καταληψομένην ὀργήν.

[Ἐὰν ὑμεῖς δῶ.]

Τοῦ ἁγίου Κυρίλλου.] ἐπειδὴ γὰρ ταῖς αἰγυπτίων ἐπικουρίαις ἐπιθαρσήσαντες ἀντεφέροντο τοῖς βαβυλωνίοις, ταύτῃ τοι λελυπημένοι μετὰ τὴν τῶν ἱεροσολύμων, καὶ τῆς Σαμαρείας ἅλωσιν, ἐστράτευον κατ' αὐτῶν, καὶ ἀμογητὶ νενικήκασιν.

[καὶ ὁ λιμὸς οὗ ὑμ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] οὗ πολλὴν ποιεῖσθε λόγον δεδοικότες αὐτόν.

[καθὼς ἔσταξεν.]

Βίκτωρος.] Δείκνυσιν ὁ προφήτης, ὅτι οὐχ' ὅλῳ θυμῷ πρὸς τιμωρίαν χρῆται θεός. ὡς γὰρ παντοδύναμος καὶ μικρᾷ σταγόνι χρησάμενος ὅλον ἔθνος ἐξολοθρεύει. ἐπεὶ καὶ πάντα τὰ ἔθνη κατὰ τὸν ἡσαΐαν, ὡς σταγὼν ἀπὸ κάδου, καὶ ὡς σίελος ἐλογίσθησαν. εἰς ἄβατον δὲ πάντες, οἷς οὐκ ἐμβατεύει θεός. οὐκ ἐνοικεῖ γὰρ ἀσεβέσιν ἢ πονηρευομένοις ἀνθρώποις οὓς μηδὲ ἀγγέλων φυλαττόντων κατὰ τὸ, παρεμβαλεῖ ἄγγελος κυρίου κύκλῳ τῶν φοβουμένων αὐτὸν· ἐπ' ἀδείας χειροῦνται πολέμιοι νοητοί τε καὶ αἰσθητοί. [καὶ μετ' ὀλίγα.] οὐ μόνον δὲ ἱερεμίας προγινώσκει τὰ τοῖς ἀπειθήσασι συμβησόμενα; ἤδη δὲ καὶ ἡσαΐας ταῦτα πρὸ ἐτῶν ὡς εἰπεῖν ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα, λέγων, οὐαὶ τέκνα ἀποστάται, λέγει κύριος· ἐποιήσατε βουλὴν δι' ἐμοῦ, καὶ συνθήκας, οὐ διὰ τοῦ πνεύματός μου. προσθεῖναι ἁμαρτίαν ἐφ' ἁμαρτίᾳ. οἱ πορευόμενοι καταβῆναι εἰς αἴγυπτον. ἐμὲ δὲ οὐκ ἐπηρώτησαν τοῦ βοηθηθῆναι ὑπὸ Φαραώ.

Ὀλυμπιοδώρου.] αὐτὴ οὗ, ἀφείθη.

[Μὴ εἰσέλθητε.]

Ὀλυμπιοδώρου.] προβλέπων τὰ ἐν τῇ καρδίᾳ τῶν ἰουδαίων τῷ προφητικῷ πνεύματι ὁ ἱερεμίας, πρὶν ἐκείνους ἀποκρίνασθαι, φησὶ πρὸς αὐτοὺς, ὅτι οὐκ ἀκούσεσθε τοῦ θεοῦ.

[ὅτι ἐπονηρεύσασθε.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἕτερα ἐν ταῖς διανοίαις ὑμῶν κεκρικότες, ἀπεστείλατέ με ἐρωτῆσαι θεὸν πειράζοντες αὐτόν.

Vers. 11. (*Nolite timere.*

Chrysostomi.] *Quid hoc dicto fide dignius?* — *Chrysost.*

Vers. 13. (*Quid si dicitis vos.*)

Chrysostomi.] *Vides quomodo illis aperiat cogitationes eorum? quod maximum erat indicium, quæ dicebantur Prophetiam esse, non quòd tantùm ingredi vellent, sed etiam quid expectantes dicerent.* — 7 *Chrysost. Cogitationibus quoque orantium respondet Deus.*

Vers. 14. (*Quia in terram Aegypti ingrediemini.*)

Olympiodori.] *Qui in peccata ruunt, vitæ huius molestias effugere se putant, nolentes audire bella, ignorant verò iram sibi postea reseruatam.* — *Olympiod. Miserias vitæ præsentis effugere nitentes impij incidunt in Dei iram.*

Ex vers. 15. (*Si vos dederitis faciem vestram in Aegyptum.*)

Sancti Cyrilli.] *Nam quia Aegyptiorum copiis auxiliisque freti se opponebant Babyloniis, idcirco dolentes post Hierosolymam, & Samariam expugnatam, bellum illis intulerunt, & facilè victoriam reportarunt.* — *Cyrillus. Chaldæi facilè expugnarunt Iudæos Aegypti in auxiliis confidentes.*

Ex vers. 16. (*Et fames.*)

Olympiodori.] *Quam maximi facitis timentes eam.* — *Olympiod.*

Ex vers. 18. (*Sicut stillauit furor meus.*)

Victoris.] *Ostendit Propheta, Deum cùm punit, non adhibere totam iram. Nam vti omnipotens etiam paruâ guttâ vsus integram delet gentem. Quoniam & vniuersæ gentes, vt habetur apud Isaiam,* [a] Sicut gutta è Cado, & quasi saliua æstimatæ sunt. *In inuium verò omnes, in quibus Deus non inhabitat. Neque enim inhabitat impios, vel iniqua agentes homines; quos, Angelis etiam non seruantibus, iuxta illud,* [b] Immittet Angelus Domini timentes eum, *nullo negotio subiiciunt sibi hostes tam spirituales, quàm corporei.* [*& paucis annexis.*] *Non tantùm verò Ieremias prænoscit, quæ his non obedientibus euentura erant; sed & Isaias hæc ante annos ferè centum & quinquaginta nouerat, dicens.* [c] Væ filij rebelles, ait Dominus, inistis consilium per me, & pacta, non per spiritum meum, addere peccatum super peccato, qui ambulatis descendere in Ægyptum, me verò non quæsierunt vt adiuuarentur contra Pharaonem. — 8 *Victor. Ira Dei vel exigua gutta efficax ad destruendas gentes.* a Isai. 40. 5. *Non habitat Deus in impiis. Ab Angelis non seruatos impios facillimè superant hostes quique.* b Psal. 33. 8. c Isai. 30. 1.

(*Sicut stillauit.*)

Olympiodori.] *Hoc est relictus est.* — *Olympiod.*

Ex vers. 19. (Nolite intrare in Aegyptum.)

Olympiodori.] *Præuidens spiritu Prophetico Ieremias quæ cogitabant Iudæi, antequam illi responderent, ad eos inquit;* Non audietis Deum. — *Olympiod. Propheta sæpe præuidebant & internas cogitationes decernentium de futuris.*

Vers. 20. (*Quia malignè egistis in animas vestras.*

Olympiodori.] *Alia mentibus vestris deliberantes, misistis me, vt Deum interrogarem, tentantes ipsum.* — *Olympiod. Tentat Deum qui illius quærit voluntatem iam firmiter eo decreto, quod agere velit.*

Caput

Caput 43. à verſ. 1. vſque ad finem cap. Sectio Vnica.

TEXTVS VVLGATÆ.

1 FActum eſt autem cùm compleſſet Ieremias loquens ad populum vniuerſos ſermones Domini Dei eorum, pro quibus miſerat eum Dominus Deus eorum ad illos, omnia verba hæc.

2 Dixit Azarias filius Oſaiæ, & Iohanan filius Caree, & omnes viri ſuperbi, dicentes ad Ieremiam: Mendacium tu loqueris: non miſit te Dominus Deus noſter, dicens: Ne ingrediamini Ægyptum vt habitetis illic.

3 Sed Baruch filius Neriæ incitat te aduerſùm nos, vt tradat nos in manu Chaldæorum, vt interficiat nos, & traduci faciat in Babylonem.

4 Et non audiuit Iohanam filius Caree, & omnes principes bellatorum, & vniuerſus populus vocem Domini vt manerent in terra Iuda.

5 Sed tollens Iohanan filius Caree, & vniuerſi principes bellatorum vniuerſos reliquiarum Iuda, qui reuerſi fuerant de cunctis Gentibus, ad quas fuerant ante diſperſi, vt habitarent in terra Iuda.

6 Viros & mulieres, & paruulos, & filias Regis, & omnem animam, quam reliquerat Nabuzardan princeps militiæ cum Godolia filio Ahicam, filij Saphan, & Ieremiam Prophetam, & Baruch filium Neriæ.

7 Et ingreſſi ſunt terram Ægypti, quia non obedierunt voci Domini: & venerunt vſque ad Taphnis.

8 Et factus eſt ſermo Domini ad Ieremiam in Taphnis, dicens.

9 Sume lapides grandes in manu tua, & abſcondes eos in crypta, quæ eſt ſub muro latericio in porta domus Pharaonis in Taphnis, cernentibus viris Iudæis.

10 Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael: Ecce ego mittam, & aſſumam Nabuchodonoſor Regem Babylonis ſeruum meum: & ponam thronum eius ſuper lapides iſtos, quos abſcondi, & ſtatuet ſolium ſuum ſuper eos.

11 Veniensque percutiet terram Ægypti quos in mortem, in mortem: & quos in captiuitatem, in captiuitatem: & quos in gladium, in gladium.

12 Et ſuccendet ignem in delubris deorum Ægypti, & comburet ea, & captiuos ducet illos: & amicietur terra Ægypti, ſicut amicitur paſtor pallio ſuo: & egredietur inde in pace.

13 Et conteret ſtatuas domus ſolis, quæ ſunt in terra Aegypti: & delubra deorum Aegypti comburet igni.

A TEXTVS SEPTVAGINTA.

1 ET factum eſt, vt ceſſauit Ieremias dicens ad populum omnes ſermones Domini, quibus miſerat eum Dominus ad eos, omnia verba hæc.

2 Et dixit Azarias filius Maaſiæ, & Ioanan filius Caree, & omnes viri: qui dixerunt Ieremiæ, dicentes: Mendacia: non miſit te Dominus ad nos dicens, ne ingrediamini in Aegyptum ad habitandum illic.

3 Sed Baruch filius Neriæ concitat te aduerſùs nos; vt des nos in manus Chaldæorum ad occidendum nos, & transferendum nos in Babylone.

B

4 Et non audiuit Ioanan, & omnes duces virtutis, & omnis populus vocem Domini, vt habitarent in terra Iuda.

5 Et aſſumpſit Ioanan, & vniuerſi duces virtutis omnes reſiduos Iuda, qui reuerterant habitare in terra.

6 Potentes viros, & mulieres, & paruulos reliquos, & filias Regis, & animas quas reliquerat Nabuzardan cum Godolia filio Achicam, & Ieremiam Prophetam, & Baruch filium Neriæ.

7 Et ingreſſi ſunt in Aegyptum, quia non audierunt vocem Domini, & intrauerunt in Taphnas.

C

8 Et factum eſt verbum Domini ad Ieremiam in Taphnas, dicens.

9 Sume tibi lapides grandes, & abſconde eos in veſtibulis in porta domus Pharaonis in Taphnas, ante oculos virorum Iuda.

10 Et dices: Sic dixit Dominus: Ecce ego mitto, & adducam Nabuchodonoſor Regem Babylonis: & ponet ſuum thronum ſuper lapides iſtos, quos abſcondiſti: & eleuabit arma ſuper eos.

11 Et ingredietur & percutiet terram Ægypti, quos in mortem, in mortem, & quos in tranſmigrationem, in tranſmigrationem, & quos in gladium in gladium.

D

12 Et ſuccendet ignem in domibus deorum eorum, & comburet eos, & transferet eos, & pediculis excutiet terram Ægypti, ſicut excutit paſtor veſtimentum ſuum. Et egredietur in pace.

13 Et conteret titulos Heliopolis; qui in On: & domos eorum comburet in igni.

PARAPHRASIS CHALDAICA. E

1 ET factum eſt cùm impleſſet Ieremias loqui cum omni populo omnia verba Domini Dei ſui, pro quibus miſerat eum Dominus Deus eorum ad ipſos, vt loqueretur ad eos omnia verba hæc.

2 Et dixit Azarias filius Oſeæ, & Iohanan filius Caree, & omnes viri impij; dicentes ad Ieremiam: Falſum tu Prophetas nobis; non miſit te Dominus Deus noſter, vt diceres: Ne ingrediamini in Aegyptum ad habitandum ibi.

3 Quia Baruch filius Neriæ incitat te aduerſùs nos, vt tradat nos in manus Chaldæorum vt occidant nos, & transferant nos in Babylonem.

4 Et non obediuit Iohanan filius Caree, & omnes principes exercitus, & omnis populus verbo Domini, vt habitarent in terra domus Iuda.

5 Et tulit Iohanan filius Caree, & omnes principes exercituum, omnes reliquias domus Iuda, quæ reuerſæ fuerant de omnibus populis ad quos diſperſi fuerant, vt habitarent in terra tribus domus Iuda.

6 Viros & mulieres, & paruulos, & filias Regis, & omnes animas quas dimiſit Nabuzardan princeps occidentium cum Godolia filio Ahicam filij Saphan, & Ieremiam Prophetam & Baruch filium Neriæ.

7 Et venerunt in terram Aegypti; quia non obedierunt verbo Domini, & venerunt vſque ad Taphnes.

8 Factum eſt autem verbum prophetiæ à facie Domini cum Ieremia in Taphnes; dicens.

9 Tolle tecum lapides grandes, & abſcondes eos in iunctura ædificij, quæ eſt in porta domus Pharaonis in Taphnes, ante oculos virorum Iudæorum.

10 Et dices ad eos, Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael: Ecce ego mitto, & tollam Nabuchodonoſor

chodonosor Regem Babylonis seruum meum, & ponam solium eius super lapides istos quos abscondi, & extendet tentorium suum super eos.

11 *Et veniet, & percutiet terram Ægypti; quos in mortem, in mortem; & quos in captiuitatem, in captiuitatem; & quos in gladium, in gladium.*

12 *Et succendam ignem in domibus idolorum Ægyptiorum, & comburet eas, & in captiuitatem ducet eas: & amiciet terram Ægypti sicut amicitur pastor vestimento suo, & egredietur inde in pace.*

13 *Et conteret statuas domus Solis, quæ sunt in terra Aegypti, & domos idolorum Aegyptiorum succendet igni.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

1 Theodoret. *Ciuitatis delendæ exacta explicatur vna similitudine.*

IN Theodorito. Nota quæ habet super duos vltimos istius cap. versus, dicens, Et vt doceat eum (Nabuchodonosor) non obiter ductum exercitum aduersùs Ægyptum, sed exactè eam deleturum, comparat eum pastori, vestimenti pediculos colligenti. Diligenter enim hoc faciunt pastores, vt pote otio plurimo abundantes. *Et scrutabitur*, inquit, *Aegyptum, quemadmodum pastor disquirit pediculos vestimenti sui. Et exibit inde in pace. Et conteret columnas Heliopoleôs, & quæ sunt in On. Et domos Deorum ipsorum incendet igne.*) Ciuitas erat binominis. Nã & On vocabatur, & Heliopolis, quod etiam nos docuit liber Exodi. Ait, enim, filios Israel vrbes condidisse Pharaoni, Phitom & Ramesses, & On, quæ est Heliopolis. Deus porrò appellat Nabuchodonosor, seruum suum, non quòd affectu & animo sit seruus, sed quòd naturâ seruus sit. Creatoris enim creatura serua est. Docet autem eadem opera, quod se moderante ista efficeret.

Heliopolis ciuitas binominis, cùm & On diceretur.

Serui Dei dicti qui impij sunt, vt Dei creatura, & naturà, non affectu.

In Rabano Mauro nihil præter ea quæ mox & hîc ex Hieronymo.

2 Hieronym.

Hieronymus. Circa principium Comment. in cap. 30. Isaiæ. Scribit Ieremias, quòd in Taphnis vrbe Ægypti infoderit lapides in porta domus Pharaonis, & dixerit viris Iudæis. Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel: Ecce ego mittam, &c. à vers. 10. vsque ad 13. Superatis enim Ægyptiis capti sunt & Iudæi qui ad Ægyptios fugerant. Vnde quod apud Isaiam dicitur, *Erant in Tanis principes tui, & nuncij tui vsque ad Hanes peruenerunt*, cum irrisione, & ἐμφατικῶς legendum, quod spreto Dei consilio, principes suos ad Tanis vrbem Ægypti miserint, in qua domus Pharaonis regia fuit, & sub Moyse signa atque portenta plurima perpetrata sunt, dicente Psalmographo: [a] *Qui fecit mirabilia in terra Aegypti, in campo Taneôs.* Et idem Isaias contra Ægyptum loquitur: [b] *Vbi sunt nunc sapientes tui? annuncient tibi, & dicant, quid cogitauerit Dominus Sabaoth contra Aegyptum.* Defecerunt principes Tancôs, quos eo tempore defecisse commemorat, quando Dominus ingressus est Ægyptum super nubem leuem. Hanes autem vrbem Ægypti in alio loco non legimus, sed ex eo quod ait: *Nuncij tui vsque ad Hanes peruenerunt*, intelligimus vltimam iuxta Æthiopas, & Blemmyas esse Ægypti ciuitatem, pro quo Sept. interpretati sunt: [c] *Nuncij pessimi frustra laborabunt, qui confisi sunt super populo Aegypti, qui eis prodesse non potuit: & fuerunt in opprobrium sempiternum.* Quidam hunc locum contra decem tribus in Samaria scriptum putant, quòd ab Ægyptiis auxilia postulantes; capti sint ab Assyriis: Iuxta Tropologiam: Omnes qui Dei religione contemptâ reuertuntur ad vomitum suum, & perdito nomine filiorum, impudentissimi canes appellantur: ineunt consilium, non per Dominum, & feriunt fœdus, non per Spiritum Domini, adduntque peccata peccatis, vt superati blandientibus vitiis, etiam dogmatûm recipiant prauitatem, & descendant in Ægypti tenebras, quærentes auxilium Pharaonis, qui regnat in Ægypto, cuius protectio ducit in ignominiam, & in opprobrium sempiternum. Sunt enim in Tanis, in mandato videlicet, humili atque deiecto, principes eius, pessimi nuncij, qui frustra laborant super populo qui eis prodesse non poterit. Sicut enim sanctos magistros iuuat discipulorum salus, sic perditio seductorum perdit Patriarchas eorum, qui ad Aegypti auxilium confugerunt.

Isai. 30. 4.

a Psal. 77.

a Isai. 19.

Hanes quæ ciuitas.

c Isai. 30. 4.

Recidiuantes in peccata descendere dicuntur in Aegyptum, eiusque tenebras.

3 Salu. Massil. *Infideles & Barbari propter peccata nostra vel inuiti aliquando à Deo cõpulsi ad affligendas fideliũ regiones.*

Circa vers. 10. Saluianus Massiliensis libr. 7. de Prouidentia, & vero Dei iudicio. Ipsi denique, ait (Barbari) fatebantur non suum esse quod facerent: agi enim se diuino iussu, ac per-vrgeri: ex quo intelligi potest quanta sint mala nostra, ad quos vastandos atque cruciandos ire barbari compelluntur inuiti, secundùm illud, quod vastator terræ Israeliticæ Rex Assyriorum ait: [d] *Numquid sine Domini voluntate ascendi in locum istum? Dominus dixit mihi: Ascende ad terram hanc, & demolire eam.* Et alibi sacer sermo: Hoc dicit Dominus exercituum, Deus Israel: [e] *Ecce ego mittam, & assumam Nabuchodonosor Regem Babylonis, seruum meum: veniensque percutiet terram Aegypti.* Vnde agnoscere possumus, cuncta quidem quæ affliguntur, iudicio Dei percuti, sed tamen, vt sæpe memoraui, propter peccata subuerti: ac per hoc, quid actum est, peccatis, non Deo adscribendum: quia rectè illi rei factum adscribitur, qui, vt ita fieret, exegit.

d Isai 36. 10.

e Ier. 43. 10.

Calamitates omnes peccatis sunt adscribenda.

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Ἀλλ' ἡ Βαρούχ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τίνος ἕνεκεν εἶπε; διὰ παντὸς τοῦ χρόνου οὐκ ἐλάβετε πεῖραν αὐτοῦ τῆς γνώμης; εἰ καὶ μηδὲν ἕτερον. οὐχὶ κύριος ὢν ἀπελθεῖν ὅποι βούλεται, μεθ' ὑμῶν εἵλετο μένειν;

Vers. 3. *Sed Baruch.*)

Chrysostomi.] *Cur ita quæso? per totum tẽpus non fecistis periculum animi eius? & si nihil aliud foret, Nonne cùm illi esset, integrum ire quò vellet, maluit vobiscum manere?*

4 Chrysost. *Iudicia praua impiorum de viris probis quàm inania.*

A

[Ἵνα δῷς ἡμᾶς.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἴσως ὑπώπτευσαν τὸν Βαροὺχ, ὡς πρότερον πεμφθέντα ὑπὸ τοῦ βασιλέως τῶν ἰουδαίων δῶρα κομίσαι τῷ βαβυλωνίῳ, καὶ φίλον αὐτῷ γεγενημένον. προφασίζονται γὰρ τοῦτο εἰς τὸ παρακοῦσαι θεοῦ. τῇ γὰρ κακίᾳ οὐ λείπει πρόφασις.

[καὶ ἱερεμίαν τόν.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τίνος ἕνεκεν ἠκολούθησαν οὗτοι; ἵνα μὴ χεῖρόν τι γένηται κακόν. ὅρα τὴν πρώτην νόσον. πάλιν εἰς αἴγυπτον. πῶς ἑαυτοῖς ἀεὶ τὰ κακὰ ἐπισπῶνται. ἀλλ' ὅμως οὐδὲ ἐκεῖ παραγινομένους εἴασεν ὁ θεὸς, οὐδὲ εἶπε. τί τὸ κέρδος, λοιπὸν κατῆλθον εἰς αἴγυπτον. ἀλλ' ὅρα αὐτοῖς οἷα προφητεύει ὁ ἱερεμίας, στόμα θεοῦ ὤν. καὶ οὐδαμοῦ σκοπῶν εἴ τι ἐλύπησαν, ἀλλὰ καθάπερ πατὴρ φιλόστοργος πανταχοῦ παρακολουθεῖ τῷ παιδὶ μαινομένῳ. οὐχ ἁπλῶς δὲ μετὰ ταῦτα τὰ τοῦ Βαροὺχ ἔθηκεν.

B

Ἀπολιναρίου.] συγχωρεῖ δὲ θεὸς συναπαχθῆναι βίᾳ τὸν προφήτην εἰς αἴγυπτον, ὡς ἐλέγχειν κἀκεῖ τὴν ἀσέβειαν, καὶ προλέγειν τὰ μέλλοντα. οὔπω γὰρ ἦν τελείως ἐγκαταλελειμμένοι, ὡς νῦν. διὸ καὶ φασί τινες, οὐχ ἑκόντα νῦν τοῦτον, ἀλλὰ βίᾳ συναπελθεῖν. πανταχοῦ δὲ ὡς ἀληθῶς τῷ ἁγίῳ πνεύματι ἀντιπίπτουσιν. ὅτε μὲν γὰρ ἔλεγεν αὐτοῖς ἐξελθεῖν πρὸς τοὺς χαλδαίους, οὐκ ἤθελον ἀφεῖναι τὴν πατρίδα. ὅτε δὲ μεῖναι κελεύει, φιλονείκως ἐξίασιν.

C

[Ἐν Τάφναις, λέγων.]

Ὀλυμπιοδώρου.] Καὶ αὕτη βασιλικὴ πόλις τῶν αἰγυπτίων ἐτύγχανεν.

D

[Λάβε σεαυτῷ λί.]

Τοῦ χρυσοστόμου.] τίθησι λίθους ἐν τῷ πλινθίῳ. ποιεῖ τι ἀεὶ σωματικὸν, ἵνα πείσῃ, ὥστε αὐτοὺς καταπλῆξαι πλέον. ἀλλ' οὐκ ἴσχυσεν αὐτοὺς ἑλεῖν οὐδὲ πεῖσαι.

[καὶ θήσει αὐτοῦ.]

Βίκτορος.] τύπῳ, καὶ λόγῳ τὴν πρόρρησιν ὁ προφήτης ποιεῖσθαι κελεύεται. αὐτὴ δὲ τοῦ, ἐν προθύροις, οἱ λοιποὶ, ἐν κρυφίῳ, ἐξέδωκαν. ὅ ἐστι, τόπῳ λανθάνοντι. πλινθίον δὲ κυρίως τὸ ξύλον, ᾧ πλάττουσι τὰς πλίνθους, ἐξ οὗ λέγεται τὸ τετράγωνον σχῆμα ἐν τῷ τόπῳ τε καὶ στρατεύματι. ὁποῖα νῦν ἐν προθύροις ἔοικεν εἶναι τῶν Φαραὼ βασιλέων. ἀποστέλλω δέ φησιν, ἄγγελον δηλαδὴ τὸν διεγείροντα κατὰ τῶν αἰγυπτίων τὸν βαβυλώνιον. σύμβολον δὲ τῆς αὐτῶν ἀναισθησίας οἱ λίθοι. δεικνῦντες, ὅτι κἂν ἐν τοῖς ταμείοις τοῦ Φαραὼ κρυβῶσιν, ἁλώσονται, τὴν παρὰ ἀνθρώπων βοήθειαν τῆς τοῦ θεοῦ προτιμήσαντες, καὶ τούτων προσκειμένων εἰδώλοις, μὴ λογισάμενοι, ὅτι ἅρματα Φαραὼ, καὶ τὴν δύναμιν αὐτοῦ ἔρριψεν εἰς θάλασσαν. διὸ κινήσει ὅπλα ἐπ' αὐτοὺς, οὐ κηδόμενος ὡς οἰκείων ἔτι, ἀλλ' ὡς φυγάδας ἀμυνόμενος.

E

F

Τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου.] εἶτα ἵνα μὴ στοχασμὸν νομίσῃς, καὶ τὸν τόπον λέγει, ἔνθα θήσει τοὺς λίθους. [οὓς εἰς θάνατον.]

Ὀλυμπιοδώρου.] κατ' ἐξουσίαν φησὶν, ὃ θέλει διαπράξεται.

[καὶ

(Vt des nos in manus Chaldæorum.)

Olympiodori.] *Fortasse suspectus erat illis Baruch quod antea missus à Iudæorum Rege munera obtulerit Babylonio, factusque fuerit illi amicus; prætextum enim hunc obtendunt, ne Deo obediant: neque enim desunt malitiæ prætextus.*

Ex vers.6. *(Et Ieremiam Prophetam.)*

Chrysostomi.] *Cur secuti sunt hi? ne quid peius eueniret. Vide antiquum morbum, rursus in Aegyptum. Quomodo in se ipsos mala semper attrahebant tamen illuc profectos dereliquit Deus, neque dixit; Quod inde lucrum? Abierunt ergo in Aegyptum. Sed perspice quæ ipsis prædicat Ieremias, qui Dei os erat non attendens, si quid illi deliquerant, sed veluti pater amantissimus filium furentem vbique sequens. Non temerè autem posita deinde sunt quæ ad Baruch spectant.*

Apolinarij.] *Permittit autem Deus Prophetam vi abduci in Aegyptum, vt etiam ibi impietatem coargueret, prædiceretque futura: nondum enim erant penitus derelicti sicuti nunc; quare nonnulli asserunt, non sponte hunc, sed vi nunc simul abiisse: vbique autem reuera Spiritui Sancto resistunt. Nam cùm illis diceret vt ad Chaldæos exirent, patriam deserere nolebant; cùm verò manere iubet, contentiosè exeunt.*

Ex vers.8. *(In Taphnis dicens.)*

Olympiodori.] *Et hæc regia ciuitas Aegyptiorum erat.*

Vers.9. *(Sumes tibi lapides grandes.)*

Chrysostomi.] *Ponit lapides sub muro lateritio: semper corporeum aliquid agit, vt eis suadeat, vt illis maiorem timorem incutiat: Sed eos capere, aut persuadere non valuit.*

Ex vers.10. *(Et ponet suum thronum.)*

Victoris.] *Figurâ, & sermone Propheta iubetur prædictionem perferre. Pro vestibulo autem cæteri in abscondito interpretati sunt: hoc est loco non aperto. Plinthium verò propriè lignum est, quo lateres effingunt; ex quo quadrata figura sibi nomen sumpsit, siue locus sit, siue acies exercitus: qualia tunc fuisse videntur vestibula Regum Pharaonûm. Mitto verò, ait, Angelum scilicet excitaturum aduersus Aegyptios Babylonium. Symbolum verò stupiditatis eorum lapides sunt; ostendentes, quòd etiam si intimis Pharaonis ædibus se illi occultent, capientur tamen, quòd humanam opem diuinæ prætulerint; idque hominum idola colentium, non considerantes, currus Pharaonis, & exercitum eius deiecta in mare. Quapropter arma in illos mouebit, non tamquam familiarium curam gerens, sed vt transfugas vlciscens.*

Chrysostomi.] *Deinde ne coniecturam hanc esse opinêris, locum etiam designat, in quo lapides ponat.*

Ex vers. 11. *(Quos in mortem, in mortem.)*

Olympiodori.] *Potestas, inquit, illi erit quodcúmque libuerit agendi.*

Vers.

Olympiod. *Baruch legatus Regis Iuda tulit munera Regi Nabuchodonosor.*

Malitiæ prætextus nō desunt vsquam impiis.

5

Chrysost. *Iudæi in Ægyptū profecti derelicti à Deo.*

Ieremias sequutus est Iudæos in Ægyptū, veluti pater filium furentem.

6

Apolinar. *Ieremias in Ægyptū violenter secundùm aliquos abductus est.*

Iudæos in Ægyptū profectos haud penitus dereliquit Deus.

Iudæi vbique Spiritui Sancto resistunt.

Olympiod. *Heliopolis ciuitas regia Aegypti.*

7

Chrysost.

Victor. *Vestibula Regū Aegypti qualia fuerint.*

Lapides à Ieremia assūpti in symbolum stupiditatis Iudæorum.

Chrysost. *Loci assignatione vaticinij futura veritas confirmata.*

8

Olympiod.

[καὶ καύσει πῦρ.]

Τοῦ χρυσοστόμου.] καὶ περὶ τῶν θεῶν αὐτῶν λέγει, ἵνα μὴ εἰς ἀσέβειαν ἐκκλίνωσιν. ἀλλ᾽ οὐδὲν πλέον ἐγένετο.

[ὥσπερ φθειρίζει.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐν τοῖς τῶν δαιμόνων ἱεροῖς.

Τοῦ αὐτοῦ.] ἀκριβῶς ἐξερευνήσει.

[καὶ συντρίψει τούς.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐστὶν ἡλιούπολις, ἐν ᾗ περιφανὲς ἦν τὸ ἱερὸν, πάντων δαιμόνων καταγώγιον.

A Verſ. 12. (*Et ſuccendet ignem in domibus Deorum.*

Chryſoſtomi.] *Et de eorum Diis loquitur, ne ad impietatem declinarent; ſed nihil actum eſt.* Chryſoſt.

Ex verſ. 12. (*Sicut excutit paſtor veſtimentum ſuum.*)

Olympiodori.] *In Dæmonum fanis.* Olympiod.

Eiuſdem.] *Accuratè inueſtigabit.*

Verſ. 13. (*Et conteret titulos Heliopoleôs.*)

Olympiodori.] *Eſt Heliopolis, id eſt, Ciuitas Solis; in qua celebre fanum erat, Dæmonum omnium receptaculum.* Olympiod.

ΚΕΦΑ΄ΛΑΙΟΝ. 43.

* ΚΑΙ͂ εἶπεν ἀζαρίας υἱὸς ἰωσίου, καὶ ἰωαννὰν υἱὸς καρέε, καὶ πάντες οἱ ἄνδρες οἱ ὑπερήφανοι, οἱ εἰπόντες ἱερεμίᾳ, δεήθητι ὑπὲρ ἡμῶν πρὸς κύριον. εἶπον λέγοντες τῷ ἱερεμίᾳ. ψευδῆ σὺ λαλεῖς. οὐκ ἀπέστειλέ σε κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν πρὸς ἡμᾶς λέγων, μὴ εἰσέλθητε εἰς αἴγυπτον οἰκεῖν ἐκεῖ. ἀλλὰ βαροὺχ υἱὸς Νηρίου συμβαλεῖ σε πρὸς ἡμᾶς, ἵνα δώσει ἡμᾶς εἰς χεῖρας χαλδαίων τοῦ θανατῶσαι ἡμᾶς, καὶ ἀποικίσαι ἡμᾶς εἰς βαβυλῶνα.] τουτέστιν, οὐ κατὰ γνώμην θεοῦ ταῦτα πρὸς ἡμᾶς ἐφθέγξω, ἀλλὰ ταῦτα σοι συνεβούλευσε βαροὺχ εἰπεῖν πρὸς ἡμᾶς, τοῖς χαλδαίοις χαριζόμενος. ἐπειδήπερ ἐκεῖνοι νῦν ἐν τῷ κρατεῖν τυγχάνουσι.

B

Καὶ ἐγένετο λόγος κυρίου πρὸς ἱερεμίαν ἐν ταφνὰς λέγων λάβε σεαυτῷ λίθους μεγάλους, καὶ κατάκρυψον αὐτοὺς ἐν τῷ κρυφίῳ, ἐν τῷ πλινθείῳ, ἐν προθύροις οἴκου φαραώ, ἐν τάφνας κατ᾽ ὀφθαλμοὺς ἀνδρῶν ἰούδα, καὶ ἐρεῖς πρὸς αὐτούς. οὕτως εἶπε κύριος τῶν δυνάμεων. καὶ τὰ ἑξῆς.] προσέταξεν αὐτῷ θεὸς ἐπὶ τοῦ τόπου τῶν πλίνθων. τοῦτο γάρ ἐστιν ἐν τῷ πλινθείῳ λίθους καταθεῖναι, ὥστε εἶναι σχῆμα θρόνου, καὶ πηλῷ καταχρῖσαι, καὶ οὕτω προεῖπε τοῦ Ναβουχοδονόσορ τὴν ἄνοδον, καὶ ὡς ἑλὼν τὴν πόλιν ὑπ᾽ ἐκείνου τοῦ τόπου τὸν ἑαυτοῦ θρόνον θήσει. τοῦτο δὲ προσέταξεν αὐτῷ ποιῆσαι, ὅπως ἂν μὴ μάτην φθέγγεσθε. ὁρῶντες γὰρ, ὅτι ἐν αἰγύπτῳ ἔνθα ὁ βασιλεὺς ἐκαθέζετο τῆς αἰγύπτου ὑπ᾽ αὐτῶν τῶν βασιλειῶν τοῦτο ἐποίει. οὐκ ἔτι λέγειν ἐδύναντο κατὰ χάριν τοῦ βαβυλωνίου μηνύειν ἐκείνου τὴν ἄνοδον. μᾶλλον γὰρ ἂν τῷ παρόντι πρὸς χάριν ἐφθέγξατο, ἢ τὸν ἀπόντα, καὶ μηδὲν ἀκούοντα ἐκολάκευσεν.

Καὶ θήσει τὰ ὅπλα αὐτοῦ ἐπάνω αὐτοῦ, καὶ ἀρεῖ τὰ ὅπλα αὐτοῦ ἐπ᾽ αὐτοὺς, καὶ εἰσελεύσεται, καὶ πατάξει τὴν γῆν αἰγύπτου. ἀσαφῶς κεῖται ἐν τῷ ἑλληνικῷ. ὃ γὰρ βούλεται εἰπεῖν, τοῦτό ἐστιν. ὅτι τὴν σκηνὴν αὐτοῦ ἣν ἔθος τοῖς βασιλεῦσιν ἐν ταῖς στρατοπεδίαις ποιεῖσθαι, ἐνταῦθα πήξει· τὸ οὖν, θήσει τὰ ὅπλα αὐτοῦ ὁ ἑβραῖος, τανύσει τὴν σκηνὴν αὐτοῦ, ἔφη. σώζεται δὲ ἡ αὐτὴ ἔννοια ἐν ἑκατέρῳ. δῆλον γὰρ, ὡς τὰ βασιλικὰ ὅπλα ἐπὶ τῆς σκηνῆς τοῦ βασιλέως ἔκειτο.

Καὶ

CAPVT XLIII.

B Verſ. 2. ET *dixit Azarias filius Ioſiæ, & Ioannam filius Cariæ, & omnes viri ſuperbi: qui dixerunt Ieremiæ, Ora pro nobis ad Deum, dixerunt dicentes Ieremiæ, Mendacia tu loqueris, Non miſit te Dominus Deus noſter ad nos dicens, ne ingrediamini in Aegyptum.* Chryſoſt. Verſ. 2.

Verſ. 3. *Ad habitandum illic. Sed Baruch filius Neriæ concitat te aduerſùs nos, vt des nos in manus Chaldæorum, ad occidendum nos, & transferendum nos in Babylonem.* Hoc eſt, non ad Dei mentem hæc ad nos habuiſti, ſed tibi C ſuggeſſit vt nobis ea loquerêris Baruch, Chaldæorum, qui nunc dominantur gratiam captans.

Verſ. 8. *Et factum eſt verbum Domini ad Ieremiam in Taphnas dicens.*

Verſ. 9. *Sume tibi lapides grandes, & abſconde eos in abſcondito, in loco in quo formantur lateres in veſtibulis domus Pharaonis in Taphnas ante oculos virorum Iuda, & dices ad eos.*

Verſ. 10. *Eos, ſic dixit Dominus virtutum* D Et quæ ſequuntur. Et præcepit illi Deus in loco laterum, hoc enim eſt lapides ponere in loco quo formantur lateres, vt throni referretur figura & luto liniretur. Sicque prænunciauit Nabuchodonoſoris regreſſum: & quòd captâ vrbe, in loco illo ſolium ſuum poſiturus eſſet. Hoc vero præcepit vt faceret, ne eſſent qui inanes apud populum ſpargerent ſermones. Cùm enim omnes viderent, hæc ab ipſo fieri in Æ- E gypto, vbi Rex Ægypti regimen exercebat vniuerſorum, nec non & coram iiſdem regibus, dicere iam minimè poterant, in Babylonij gratiã ipſum illius prænunciare reditũ. Quin potiùs non abſentis, ſed illius qui ibi dominio potiebatur inire fauorem, neque illi adulatum, qui nec eum audiret.

Verſ. 10. & 11. *Et ponet arma ſuper eum, & eleuabit arma ſua ſuper eos, & ingredietur & percutiet terram Aegypti.* Obſcurè poſitum eſt in Greço: ſed ſentẽtia hæc eſt tentoriũ ſuum, quod regibus in exercitu erigere conſueuerunt, hîc ſtatuet. Illud igitur, *ponet arma ſua.* Hebræus, *& extendet tentorium ſuum*, dixit: eſtque eadem in vtriſque ſententia. Manifeſtum enim eſt, Regia arma in tentorio Regis poſita fuiſſe.

Καὶ ἀποικιεῖ αὐτοὺς, καὶ φθειριεῖ τὴν γῆν αἰγύπτου, ὡς φθειρίζει ποιμὴν τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ.] τουτέστι, τὸ παλαιόν. οὕτως εὐκόλως καθέξει τῆς αἰγύπτου ὁ Ναβουχοδονόσορ.

Καὶ συντρίψει τοὺς στύλους ἡλίου πόλεως τοὺς ἐνὼν, καὶ τοὺς οἴκους τῶν θεῶν αὐτῶν κατακαύσει πυρί.] ἐνὼν ὄνομα πόλεώς ἐστι πλησίον Τάφνας. ἴσως δὲ κατὰ μὲν ἕλληνας ἡλιούπολις ἐκαλεῖτο, κατὰ δὲ τὴν αἰγυπτίων φωνὴν ἐνών.

Verſ. 12. *Et transferet eos, & pediculis excutiet terram Aegypti, ſicut excutit paſtor veſtimentum ſuum*, hoc eſt vetus, ita facilè Ægyptum Nabuchodonoſor poſſidebit.

Verſ. 13. *Et conteret columnas Heliopolis, qui Enom, & domos Deorum eorum comburet igni.* *Enom* nomen vrbis prope Taphnas, & fortaſſe quæ Græcis dicitur Heliopolis, Ægyptiorum lingua Enon vocabatur.

Caput 44. à verſ. 1. vſque ad 15. Sectio Prima.

TEXTVS VVLGATÆ.

1 VErbum, quod factum eſt per Ieremiam ad omnes Iudæos qui habitabant in terra Ægypti, habitantes in Magdalo, & in Taphnis, & in Memphis, & in terra Phatures, dicens.

2 Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael: Vos vidiſtis omne malum iſtud, quod adduxi ſuper Ieruſalem, & ſuper omnes vrbes Iuda: & ecce deſertæ ſunt hodie, & non eſt in eis habitator.

3 Propter malitiam, quam fecerunt, vt me ad iracundiam prouocarent, & irent, vt ſacrificarent, & colerent Deos alienos, quos neſciebant, & illi, & vos, & patres veſtri.

4 Et miſi ad vos omnes ſeruos meos Prophetas de nocte conſurgens, mittenſque & dicens: Nolite facere verbum abominationis huiuſcemodi, quam odiui.

5 Et non audierunt, nec inclinauerunt aurem ſuam, vt non conuerterentur à malis ſuis, & non ſacrificarent diis alienis.

6 Et conflata eſt indignatio mea, & furor meus, & ſuccenſa eſt in ciuitatibus Iuda, & in plateis Ieruſalem: & verſæ ſunt in ſolitudinem, & vaſtitatem ſecundùm diem hanc.

7 Et nunc hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael: Quare vos facitis malum grande hoc contra animas veſtras, vt intereat ex vobis vir, & mulier, paruulus & lactens de medio Iudæ, nec relinquatur vobis quidquam reſiduum.

8 Prouocantes me in operibus manuum veſtrarum, ſacrificando Diis alienis in terra Ægypti, in quam ingreſſi eſtis vt habitetis ibi: & diſpereatis, & ſitis in maledictionem, & in opprobrium cunctis gentibus terræ?

9 Numquid obliti eſtis mala patrum veſtrorum, & mala Regum Iuda, & mala vxorum eius, & mala veſtra, & mala vxorum veſtrarum, quæ fecerunt in terra Iuda, & in regionibus Ieruſalem?

10 Non ſunt mundati vſque ad diem hanc: & non timuerunt, & non ambulauerunt in lege Domini, & in præceptis meis, quæ dedi coram vobis, & coram patribus veſtris.

11 Ideo hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael: Ecce ego pono faciem meam in vobis in malum: & diſperdam omnem Iudam.

12 Et aſſumam reliquias Iudæ, qui poſuerunt facies ſuas vt ingrederentur terram Ægypti, & habitarent ibi: & conſumentur omnes in terra Ægypti: cadent in gladio, & in fame: & conſumentur à minimo vſque ad maximum, in gladio, & in fame morientur: & erunt

in

TEXTVS SEPTVAGINTA.

1 VErbum, quod factum eſt ad Ieremiam omnibus Iudæis habitantibus in terra Ægypti, & ſedentibus in Magdolo, & in Taphnas, & in terra Pathures, dicens.

2 Sic dixit Dominus Deus Iſrael: Vos vidiſtis omnia mala, quæ induxi ſuper Ieruſalem, & ſuper ciuitates Iuda: & ecce ſunt deſerta ab habitatoribus.

3 A facie malitiæ ipſorum, quam fecerunt ad exacerbandum me, euntes adolere diis alienis quos neſciebatis.

4 Et miſi ad vos pueros meos Prophetas diluculo, & miſi dicens: Nolite facere rem contaminationis huius, quam odi.

5 Et non audierunt me, & non inclinauerunt aurem ſuam, vt auerterent ſe à malis ſuis, ad non adolendum diis alienis.

6 Et ſtillauit ira mea, & furor meus: & ſuccenſus eſt in portis Iuda, & extra Ieruſalem. Et facti ſunt in deſolationem, & in inuium ſicut dies hac.

7 Et nunc ſic dixit Dominus omnipotens: Vt quid vos facitis mala magna in animas veſtras? ad ſuccidendum vobis hominem, & mulierem, paruulum, & lactentem de medio Iuda, vt non relinquatur ex vobis vllus.

8 Exacerbando me in operibus manuum veſtrarum, adolendo diis alienis in terra Ægypto, ad quam veniſtis habitare illic vt excidamini, & vt fiatis in maledictionem, & in opprobrium in omnibus gentibus terræ.

9 Numquid obliti eſtis vos malorum patrum veſtrorum, & malorum Regum Iuda, & malorum principum veſtrorum, & malorum mulierum veſtrarum, quæ fecerunt in terra Iuda, & extra Ieruſalem?

10 Et non ceſſauerunt vſque ad diem hanc, & non adhæſerunt præceptis meis, quæ dedi ante faciem patrum eorum.

11 Idcirco ſic dixit Dominus: Ecce ego ſtatuo faciem meam.

12 Ad diſperdendum omnes reſiduos, qui in Ægypto: & cadent in gladio, & in fame: & deficient à paruo vſque ad magnum: & erunt in opprobrium, & in perditionem, & in maledictionem.

13 Et viſitabo ſuper ſedentes in terra Ægypto, ſicut viſitaui ſuper Ieruſalem in gladio & in fame.

14 Et non erit ſaluus quiſquam de reſiduis Iuda, qui incolunt in terra Ægypto, ad reuertendum in terram Iuda, ad quam ipſi ſperant animabus ſuis reuerti illuc: non reuertentur; niſi, qui euaſerint.

in iusiurandum,& in miraculum,& in maledictionem, & in opprobrium.

13 Et visitabo super habitatores terræ Ægypti, sicut visitaui super Ierusalem in gladio, & fame, & peste.

14 Et non erit qui effugiat,& sit residuus de reliquiis Iudæorum, qui vadunt vt peregrinentur in terra Ægypti: & reuertantur in terram Iuda,ad quam ipsi eleuant animas suas vt reuertantur, & habitent ibi:non reuertentur nisi qui fugerint.

PARAPHRASIS CHALDAICA.

1 *VErbum prophetiæ quod factum est ad Ieremiam de omnibus Iudæis qui habitant in terra Ægypti, qui habitant in Magdalo, & in Taphnes, & in Memphis, & in terra Phatures; dicendo.*

2 *Hæc dicit Dominus exercituum,Deus Israel,Vos vidistis omne malum quod adduxi super Ierusalem, & super omnes vrbes domus Iuda; & ipsa sunt deserta hodie,& non est in eis habitator.*

3 *Propter mala sua quæ fecerunt vt irritarent me,& irent,& adolerent aromata, & seruirent idolis populorum,quæ nescierunt ipsi, & vos, & patres vestri.*

4 *Et misi ad vos omnes seruos meos Prophetas, manè consurgens, & mittens, dicendo: Ne faciatis nunc rem abominationis huius quam abieci.*

5 *Et non obedierunt,nec inclinauerunt aures suas, vt conuerterentur à malitia sua,vt non adolerent aromata idolis populorum.*

6 *Et mansit furor meus & ira mea; & succensa est in ciuitates domus Iuda, & in vicos Ierusalem, & factæ sunt in solitudinem & in desolationem, sicut in die hac.*

7 *Et nunc hæc dicit Dominus Deus exercituum Deus Israel: Quare vos causa estis mali grandis contra animas vestras, vt consumam ex vobis virum, & mulierem, adolescentem, & lactentem de medio domus Iuda, vt non remaneant vobis reliquiæ?*

8 *Irritantes me operibus manuum vestrarum,adolendo aromata idolis populorum in terra Ægypti,quò vos venistis ad habitandum ibi,vt consumam vos, & vt sitis in maledictionem,& opprobria omnibus populis terræ?*

9 *Numquid obliti estis malitiæ patrum vestrorum, & malitiæ Regum domus Iuda, & malitiæ vxorum eorum, & malitiæ vestræ,& malitiæ vxorum vestrarum,quam fecerunt in terra tribus domus Iuda, & in vicis Ierusalem?*

10 *Non cessauerunt vsque in diem hanc, nec timuerunt, nec ambulauerunt in lege mea, & in pactis meis quæ posui coram eis, & patribus vestris.*

11 *Propterea hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israel: Ecce ego ponam faciem meam in vobis in malum, vt consumam omnes viros domus Iuda.*

12 *Et tollam reliquias populi domus Iuda, quæ posuerunt facies suas vt ingrederentur in terram Ægypti ad habitandum ibi: & consumentur omnes in terra Ægypti, & cadent in gladio, & fame consumentur à minimo vsque ad maximum: in gladio, & fame morientur, & erunt in iusiurandum & vastitatem, & in maledictionem & in opprobria.*

13 *Et visitabo super eos qui habitant in terra Ægypti,sicut visitaui contra Ierusalem in gladio, & in fame,& peste.*

14 *Nec erit reliquus nec superstes reliquiis domus Iuda, quæ veniunt ad habitandum ibi in terra Ægypti: & vt reuertantur in terram domus Iuda,* A *quò ipsi decipiunt animas suas vt veniant & habitent illic; quia non reuertentur nisi qui liberati fuerint.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

1 Theodorit. *Dei in Iudæos ingens affectus.* IN Theodorito quoad ea quæ habentur à principio istius capitis vsque ad vers. 11. nil præter enarrationem simplicis historiæ, & expensam Dei ingentem in Iudæos benignitatem, quâ adhuc incredulos, & perfidos rursum B adhortatur per Prophetam. Porrò circa vers. vndecimum, & sequentes ait. Et his subiicit comminationem, se ipsum vocans Dominum exercituum, & Deum Israel: vt cùm potentiæ magnitudinem audierint, & curam, quam de maioribus habuit intellexerint, conuertantur, & timeant. *Ecce constituo vultum meum contra vos in mala.* Indignantium proprium est, toruè intueri, fixum tamen habere oculum, & diutiùs eos inspicere, qui lacessunt. Ab humano igitur more format comminationem, & ait, *Constituo vultum meum contra vos in mala:vt perdam vniuersum Iudam.* C

Ad Pœnitentiã duo potissimùm adducere debent, offensi Dei, & potentia, & cura suorum.

Indignantiũ est toruè intueri fixoque oculo.

2 Rabanus. *Ieremias nusquam destitit à suo munere explendo.* Rabanus Maurus. *Verbum quod factum est ad Ieremiam*, &c. Sicuti in terra Iudæ Propheta contra reliquias Israelitarum reluctatus est, contradicentibus eis verbo Domini, ne ingrederentur Ægyptum: ita & in terra Ægypti constitutis sermonem Domini annunciat, quòd irritatus super inobedientia eorum vindictam eis præparauerit: quia eos sicut patres eorum punierit, atque consummauerit in gladio, & fame, & in peste. Magdolus ergo vrbs est Aegypti, ad quam filij Israel cùm exissent de Aegypto peruenerunt antequam transirent mare rubrum. D Legimus & in Ezechiele de Magdalo vsque Sienem: Similiter Taphnes vrbs est Ægypti, sicut supra ostensum est: & Phatures Regio Ægypti iuxta Ezechielem, [a] & Ieremiam, in qua profugi habitauêre Iudæi. Quod autem dicit: *Misi ad vos omnes seruos meos, Prophetas de nocte consurgens, mittensque & dicens: Nolite facere verbum abominationis huiuscemodi.* Ostendit immensam clementiam Domini, & vigilantiam, ac strenuitatem Prophetarum eius, qui non ignauè sed studiosè verbum Dei, ad quos missi sunt, prædicabant: Arguens trepidos E doctores, qui nunc in Ecclesia dormitant, otio, & voluptatibus deseruiunt sæculi, nec curant populo Dei voluntatem eius annuntiare, & conuertere à peccatis ad exercitium boni operis. Sed neque silendum arbitror, quod Isaias eosdem Iudæos iumenta Austri appellauerit, propter stultitiam sensus, quâ, deserto Dei consilio, ad Ægypti simulachra fugerunt, spemque habentes in Pharaone; cui qui innisus fuerit, quasi si incumbat arundini, quæ fracta manum vulneret innitentis. Nam ibi ita scriptum est; [b] *Onus iumentorum Austri. In terra tribulationis & angustiæ Leæna & Leo, ex eis Vipera & Regulus volans, portantes super humeros iumentorum diuitias suas, & super*

a Eze.30.14.

Doctorum sacrorum torpor & ocium redarguitium.

Iumentorum vocabulo appellati desertores consiliorum Dei propter stultitiã.

b Isai.30.6.

gibbum Camelorum thesauros suos, ad populum qui eis prodesse non poterit: Ægyptiis frustra & vanè auxiliabitur.

3 Hieronym. Adiicit verò Rabanus ista Hieronymi in Comment. super relatum Isaiæ locum, verba, Terra autem tribulationis, & angustiæ latissimam eremi significat vastitatem, per quam reliquiæ Ierusalem cum Iohanna filio Careæ, & filiabus Regis Sedechiæ sublatis omnibus quæ habere poterant, ad Ægyptum transfugerunt. Leænam quoque, & catulum Leonis Ierusalem, & populum eius μεταφορικῶς intellige, dicente Balaam in Numeris: [a] *Ecce populus vt Leæna consurget, & quasi Leo erigitur: Non accubabit donec deuoret prædam, & occisorum sanguinem bibat.* Vipera & Regulus volans, siue genimina Aspidum volantia, iidem nuncupantur, quòd videlicet de malis parentibus peiores generati sunt liberi. De quibus & Euangelium loquebatur: [b] *Generatio Viperarum, quis ostendit vobis fugere ab ira ventura?* Et ad terram dicitur Israel: Tu es terra in qua non pluit, nec imber venit super te in die iræ, cùm principes in medio eius, quasi Leones rugientes, rapientes prædam, animas deuorantes per pœnitentiam. Ista genimina Viperarum, siue Aspidum volantium, id est, principes populi, & omnis turba impiorum fugerunt ad populum, qui eis prodesse non potuit, dicente Ieremiâ quod traderet Dominus Pharaonem Vaphre Regem Ægypti in manus inimicorum eius, & in manus quærentium animam illius: vt consumerentur omnes viri Iuda qui erant in terra Ægypti gladio, & fame vsque ad internecionem: in tantum vt tradant Hebræi, priusquam Nabuchodonosor Ægyptum caperet, Ieremiam & Baruch imminentem captiuitatem morte vitasse.

Ierusalē dicta Leæna, Iudaicus verò populus catulus Leonis, Vipera, & Regulus volans.

a Num. 23. 24.

b Mat. 3. 7.

CATENA GRÆCA VETERVM
PATRVM GRÆCORVM.

Οὕτως εἶπε κύριος.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὅρα, τί τούτου ἂν γένοιτο σαφέστερον; ἐν ὄψεσιν εἶχον τὰ παραδείγματα. οὐκ ἦν ταῦτα ῥήματα, ἀλλὰ πράγματα ἃ ἐβόα. τὴν αἰτίαν ᾔδεσαν τῶν συμβεβηκότων.

Βίκτορος.] αἴτιον γὰρ αὐτοῖς ἀπωλείας τὸ παραβῆναι τὸν κελεύοντα νόμον. κύριον τὸν θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις. καὶ, οὐ μὴ ποιήσεις σεαυτῷ εἴδωλον. ταῦτα καὶ προφῆται πάντες ὑπέμνησαν. τί οὖν προστίθετε κακὰ ἐπὶ τοὺς αἰγυπτίων μολυσμοὺς, τὴν ἀρχαίαν παλινδρομήσαντες πλάνην, καθάπερ φιλονεικοῦντες ἐπισπάσασθαι μέχρι καὶ τῶν νηπίων τὴν ἐξ ἐμοῦ τιμωρίαν, πάντας παγγενῆ διαφθείροντος, ἐφ' εἷς τὰ λοιπὰ τῶν ἐθνῶν ὑμῖν ἐπεμβήσεται; πανοικὶ γάρ φησι καὶ πανδημεὶ σὺν ἄρχουσι καὶ βασιλεῦσι τὴν τῶν πατέρων τετηρήκατε πλάνην. καὶ οὐδὲν ὑμᾶς, οὐ λόγος ἀπειλῆς, οὐκ ἔργων πεῖρα ἀνέκοψε. κοινωνοὶ τοίνυν ὡς τῆς κακίας, οὕτω καὶ τῆς δίκης γενήσεσθε. κύριον δὲ δυνάμεων ἑαυτὸν ὀνομάζει, καὶ θεὸν Ισραὴλ, ἵνα τὸ μέγεθος τῆς ἐξουσίας ἀκούοντες, καὶ τὴν περὶ τοὺς προγόνους κηδεμονίαν, ἐντραπῶσιν. ἴδιον δὲ τῶν ἀγανακτούντων, ἀτενὲς ὁρᾶν εἰς τοὺς παροξύνοντας. ἀπὸ τῶν ἀνθρωπίνων τοίνυν σχηματίζων τὴν ἀπειλὴν, φησίν. ἐφίστημι τὸ πρόσωπόν μου ἐφ' ὑμᾶς εἰς κακά.

Ὀλυμπιοδώρου.] Κατελθόντες οἱ ἰουδαῖοι ἐν αἰγύπτῳ, πάλιν εἰδώλοις ἔθυον. προλέγει οὖν αὐτοῖς πάλιν θεὸς διὰ τοῦ προφήτου. ὅτι ἀναμνήσατε ἑαυτοὺς τῶν ἐπενεχθέντων κακῶν τῇ ἱερουσαλὴμ, καὶ τῇ ἰουδαίᾳ.

[Καὶ ἵνα γένησθε εἰς.]

Ὀλυμπιοδώρου.] οἱ γὰρ ἐθνικοὶ ὀνειδίζοντές τισι, καταρώμενοι, ἔλεγον. οὕτως γένοιτό σοι ὡς ἰσραηλίταις.

[Τοῦ ἐπιστρέψαι.]

Τοῦ

4 Vers. Sic dixit Dominus.)

2. Chrysostomi.] *Vide, quid clarius? præ oculis habebant exempla: non erant hæc verba, sed res quæ clamabant: causam bene norant eorum quæ contigerant.*

Victoris.] *Cur enim perierint causæ fuit, quòd legem iubentem,* [c] Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies; & non facies tibi Idola, *transgressi fuerint. Hæc & Prophetæ in memoriam reuocarunt. Quid igitur mala adiungitis ad Aegyptiorum fœditates, in antiquum recurrentes errorem; quasi contentiosè admittentes, vt vltionem vel ad ipsos extendam infantes, & omnes ad internecionem deleam, propter quod cæteræ gentes vobis insultent? omnes enim ait priuatim & publicè cum principibus, & Regibus parentum retinuistis errorem: nihilque vos, non minarum sermo, non malorum experimentum auocauit. Sicuti ergo estis nequitiei participes, sic eritis & pœnæ. Dominum verò exercituum Deúmque Israel se nominat, vt potestatis magnitudinem audientes, & curam quâ parentes eorum prosecutus est, rubore suffundantur: proprium verò est ægrè ferentium, fixis oculis intueri se irritantes: ex humanis itaque minas adaptans ait;* Pono faciem meam super vos in mala.

Olympiodori.] *Cùm Iudæi Aegyptum venissent, rursus Idolis sacrificabant. Prædicit itaque illis rursus per Prophetam Deus, vt mala quibus Ierusalem, & Iudæa vexatæ fuerunt, memoriâ repeterent.*

5 Ex vers. 8. (*Et vt fiatis in maledictionem.*

Olympiodori.] *Etenim gentiles dum probra in aliquos iacerent, maledicti loco dicebant: contingat tibi sicut Israelitis.*

Ex vers. 14. (*Vt reuertantur in terram Iuda.*)

San

Chrysost. *Exempla præteritorū euentuum efficacissima.*

Victor. *Legis diuinæ transgressio causa ruinæ cuiusque.*

c Exo. 20. 2.

In Ægyptum confugientes Iudæi quàm malè egerint.

Dominum exercituū, & Deum Israel simul cur se Deus apud Iudæos nuncupet.

Oculis fixis intueri est proprium indignati.

Olympiod.

Olympiod.

Τοῦ ἁγίου Κυρίλλου.] Ὅταν διώκῃ θεὸς, οὐδεὶς ἀνασώσει τὸν κινδυνεύοντα. ἀλλ' ἔνθαπερ ἂν εἴη τις, ἐκεῖ περιτεύξεται τῷ θυμῷ.

[Οὐ μὴ ἐπιστρέψωσι.]

Ὀλυμπιοδώρου.] οἱ ἐν βαβυλῶνι, καὶ οἱ σποράδην καθ' οἵους δήποτε τόπους σωθέντες.

Sancti Cyrilli.] *Cùm Deus inſequitur, nullus periclitanti ſalutem afferre poteſt, ſed vbicúmque quis fuerit, ibi iræ obuius erit.* S.Cyrill.

(Non reuertentur.

Oympiodori.] *Qui Babylone, & ſparſim quibus licet in locis ſuperſtites erant.* Olympiod.

Capitis 44. à verſ. 15. vſque ad finem. Sectio Secunda.

TEXTVS VVLGATÆ.

15 RESponderunt autem Ieremiæ omnes viri ſcientes quod ſacrificarent vxores eorum diis alienis: & vniuerſæ mulieres, quarum ſtabat multitudo grandis, & omnis populus habitantium in terra Ægypti in Phatures, dicentes.

16 Sermonem quem locutus es ad nos in nomine Domini, non audiemus ex te.

17 Sed facientes faciemus omne verbum, quod egredietur de ore noſtro, vt ſacrificemus Reginæ cæli, & libemus ei libamina, ſicut fecimus nos, & patres noſtri, Reges noſtri, & principes noſtri in vrbibus Iuda, & in plateis Ieruſalem: & ſaturari ſumus panibus, & bene nobis erat, malúmque non vidimus.

18 Ex eo autem tempore, quo ceſſauimus ſacrificare Reginæ cæli, & libare ei libamina, indigemus omnibus, & gladio, & fame conſumpti ſumus.

19 Quòd ſi nos ſacrificamus Reginæ cæli, & libamus ei libamina: numquid ſine viris noſtris fecimus ei placentas ad colendum eam, & libandum ei libamina?

20 Et dixit Ieremias ad omnem populum aduerſùm viros, & mulieres, & aduerſùm vniuerſam plebem, qui reſponderant ei verbum, dicens.

21 Numquid non ſacrificium, quod ſacrificaſtis in ciuitatibus Iuda, & in plateis Ieruſalem vos, & patres veſtri, Reges veſtri, & populus terræ; horum recordatus eſt Dominus, & aſcendit ſuper cor eius?

22 Et non poterat Dominus vltra portare propter malitiam ſtudiorum veſtrorum, & propter abominationes, quas feciſtis, & facta eſt terra veſtra in deſolationem, & in ſtuporem, & in maledictum, eò quòd non ſit habitator, ſicut eſt dies hæc.

23 Propterea quòd ſacrificaueritis idolis, & peccaueritis Domino: & non audieritis vocem Domini & in lege, & præceptis, & in teſtimoniis eius non ambulaueritis: idcirco euenerunt vobis mala hæc, ſicut eſt dies hæc.

24 Dixit autem Ieremias ad omnem populum, & ad vniuerſas mulieres: Audite verbum Domini omnis Iuda, qui eſtis in terra Ægypti.

25 Hæc inquit Dominus exercituum Deus Iſrael, dicens: Vos & vxores veſtræ locuti eſtis ore veſtro, & manibus veſtris impleſtis, dicentes: Faciamus vota noſtra, quæ vouimus, vt ſacrificemus Reginæ cæli, & libemus ei libamina, impleſtis vota veſtra, & opere perpetraſtis ea.

26 Ideo audite verbum Domini omnis Iuda, qui habitatis in terra Ægypti: Ecce ego iuraui in nomine meo magno, ait Dominus: quia nequaquam vltra vocabitur nomen meum ex ore omnis viri Iudæi, dicentis: Viuit Dominus Deus in omni terra Ægypti.

27 Ecce ego vigilabo ſuper eos in malum, & non

TEXTVS SEPTVAGINTA.

15 ET reſponderunt Ieremiæ omnes viri, qui ſciebant, quia adolent vxores ſuæ, & omnes mulieres, ſynagoga magna, & omnis populus ſedentes in terra Ægypto, in Pathure dicentes.

16 Verbum quod loquutus es ad nos nomine Domini, non audiemus te.

17 Quia facientes faciemus omne verbum, quod egredietur ex ore noſtro, adolendo Reginæ cæli, & libando ei libamina; ſicut fecimus nos, & patres noſtri, & reges noſtri, & principes noſtri in ciuitatibus Iuda, & extra Ieruſalem: & impleti ſumus panibus, & fuimus iucundi, & mala non vidimus.

18 Et vt omiſimus adolentes Reginæ cæli, imminuti ſumus omnes: & in gladio, & in fame defecimus.

19 Quia nos adolebamus Reginæ cæli, & libauimus ei libamina; nunquid ſine viris noſtris fecimus ei placentas, & libauimus ei libamina?

20 Et dixit Ieremias omni populo, potentibus, & mulieribus, & omni populo iis, qui reſponderant ei verba, dicens.

21 Nonne incenſi, quod adolebatis in ciuitatibus Iuda, & extra Ieruſalem vos, & patres veſtri, & Reges veſtri, & principes veſtri, & populus terræ, meminit Dominus? & aſcendit ſuper cor ipſius?

22 Et non potuit Dominus vltra ferre à facie malitiæ rerum veſtrarum, & à veſtris abominationibus, quas feciſtis. Et facta eſt terra veſtra in deſolationem, & in inuium, & in maledictum, ſicut dies hæc.

23 A facie eorum, quæ adolebatis, & quæ peccabatis Domino. Et non audiſtis vocem Domini: & in præceptis eius, & in lege, & in teſtimoniis eius non ambulaſtis: & apprahenderunt vos mala hæc.

24 Et dixit Ieremias populo, & mulieribus: Audite verbum Domini.

25 Sic dixit Dominus Deus Iſrael: Vos mulieres ore veſtro loquutæ eſtis, & manibus veſtris impleſtis, dicentes: facientes faciemus confeſſiones noſtras, quas confeſſæ ſumus, adolendo Reginæ cæli, & libando ei libamina. Perſeuerantes perſeueraſtis in confeſſionibus veſtris, & facientes feciſtis.

26 Ideo audite verbum Domini, omnis Iuda, qui ſedetis in terra Ægypto: Ecce iuraui nomine meo magno, ait Dominus; ſi erit vltra nomen meum in ore vniuerſi Iuda ad dicendum, Viuit Dominus, in omni terra Ægypti.

27 Quia ego vigilaui ſuper eos, ad affligendum eos, & non benefaciendum. Et deficient omnis Iuda, habitantes in terra Ægypto, in gladio, & in fame, donec defecerint.

28 Et, qui euaſerint à gladio; reuertentur in terram Iuda, pauci numero: & agnoſcent reſidui Iuda, qui ſteterūnt in terra Ægypto, ad habitandum ibi, verbum cuius permaneat.

29 Et hoc ſignum vobis; quia viſitabo ego ſuper vos in mala.

30 Sic dixit Dominus: Ecce ego do Vaphre Re-

 gem

non in bonum: & consumentur omnes viri Iuda, qui sunt in terra Ægypti, gladio, & fame donec penitus consumantur.

28 Et qui fugerint gladium, reuertentur de terra Ægypti in terram Iuda viri pauci: & scient omnes reliquiæ Iuda ingredientium terram Ægypti, vt habitent ibi, cuius sermo compleatur, meus an illorum.

29 Et hoc vobis signum, ait Dominus, quod visitem ego super vos in loco isto: vt sciatis quia verè complebuntur sermones mei contra vos in malum.

30 Hæc dicit Dominus: Ecce ego tradam Pharaonem Ephree Regem Ægypti in manu inimicorum eius, & in manu quærentium animam illius: sicut tradidi Sedeciam Regem Iuda in manu Nabuchodonosor Regis Babylonis inimici sui, & quærentis animam eius.

A *gem Ægypti in manus inimici eius, & in manus quærentis animam eius; sicut dedi Sedeciam Regem Iuda in manus Nabuchodonosor Regis Babylonis inimici eius, & quærentis animam eius.*

PARAPHRASIS CHALDAICA.

15 *ET responderunt Ieremiæ omnes viri qui sciebant quòd adolerent vxores suæ aromata idolis populorum, & vniuersæ mulieres quarum stabat multitudo magna, & omnis populus habitantium in terra Ægypti, in Phatures; dicentes.*

16 *Verbum prophetiæ quod locutus es nobiscum in nomine Domini, nolumus suscipere à te.*

17 *Sed faciendo faciemus omne verbum quod egredietur de ore nostro, ad adolendum aromata syderi cæli, & ad libandum ei libamina, sicut iam fecimus nos, & patres nostri, & Reges nostri, & principes nostri in vrbibus domus Iuda, & in vicis Ierusalem, & saturati sumus pane, & fuimus abundantes abundantiâ, & malum non vidimus.*

18 *Ex eo autem tempore quo cessauimus adolere aromata syderi cæli, & libare ei libamina; indiguimus omnibus; & gladio, & fame consumpti sumus.*

19 *Quòd si adolemus aromata syderi cæli, & libamus ei libamina, nunquid sine viris nostris facimus ei placentas, idolo inquam, & libamus ei libamina?*

20 *Et dixit Ieremias omni populo, viris & mulieribus, & omni populo qui responderat ei verbum; dicendo.*

21 *Nonne aromatum quæ adoleuistis in ciuitatibus domus Iudæ, & in vicis Ierusalem, vos & patres vestri, & Reges vestri, & principes vestri, & populus terræ, eorum recordatus est Dominus, & nota sunt coram eo?*

22 *Et non placuit vltrà Domino, vt remitteret, propter malitiam operum vestrorum, & propter abominationes quas fecistis. Et fuit terra vestra in desolationem & vastitatem, & in maledictionem absque habitatore, sicut in die hac.*

23 *Propter id quòd adolestis aromata; & quia peccastis coram Domino, & non obedistis verbo Domini; & in lege eius & in pactis eius, & in testimoniis eius non ambulastis: propterea euenit vobis malum hoc, sicut est dies hæc.*

24 *Et dixit Ieremias omni populo, & omnibus mulieribus: Suscipite verbum Domini omnes viri domus Iuda, qui estis in terra Ægypti.*

25 *Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel; dicendo: Vos, & vxores vestræ decreuistis ore vestro, & voluntate vestrâ præstitistis; dicentes: Faciendo faciamus vota nostra quæ vouimus, vt adoleamus aromata syderi cæli, & libemus ei libamina. Firmando firmatis vota vestra, & faciendo facitis vota vestra.*

26 *Propterea suscipite verbum Domini omnes viri domus Iuda, qui habitatis in terra Aegypti: Ecce ego iuraui in nomine meo magno, dicit Dominus, si fuerit vltra nomen meum innocatum in ore omnis viri Iuda, dicentis, Viuus est Dominus Deus, in vniuersa terra Aegypti.*

27 *Ecce ego visito super eos in malum, & non in bonum; & consumentur omnes viri Iuda qui sunt in* B *terra Aegypti, in gladio, & in fame; donec dispereant.*

28 *Et qui liberati fuerint à gladio, reuertentur de terra Aegypti in terram domus Iuda, populus numeri, & scient omnes reliquiæ domus Iuda, quæ ingressæ sunt in terram Aegypti vt habitent ibi, cuius verbum firmabitur, meum an illorum.*

29 *Et hoc erit vobis signum, dicit Dominus, quod visitaturus sim super vos in loco isto, vt sciatis, quia confirmatione confirmabuntur sermones mei contra vos in malum.*

30 *Hæc dicit Dominus: Ecce ego tradam Pharaonem claudum Regem Aegypti in manum inimicorum suorum, & in manum quærentium occidere eum, sicut tradidi Sedechiam Regem tribus domus Iuda in manum Nabuchodonosor Regis Babylonis inimici sui, & quærentis occidere eum.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

6 Theodorit. *Venus appellata Regina cæli, & Vrania, id est, cælestis.*

IN Theodorito notanda hæc quæ super vers. 18. & sequentibus habet. Palàm clamabant omnes tam viri, quàm mulieres maximè verò Babylonij; Reginam cæli vocant Venerem. Nam & Græci nuncupant eam οὐρανίαν, id est cælestem. Hæc autem agentes, ait, fruemur bonis ad satietatem. Quòd si deseruerimus cultum eius bello & fami trademur. Tum mulieres impudentiùs vociferabantur: (*Quòd si nos sacrificamus Reginæ cæli, & libamus ei libamina: Nonne absque viris nostris fecimus ei placentas, & libauimus ei libamina?* Impium quidem factu, sed dictu verum. In his enim quæ superiùs exposuimus, dixit Deus omnium, [a] *Num vides, quid isti agunt? Filij eorum colligunt ligna, & patres eorum ignem accendunt, & mulieres eorum subigunt farinam, vnde conficiant placentas militiæ cæli.* Propheta nihilominus respondit cunctis, ob superstitiosum deorum cultum, & circa idola errorem, Dominus Deus omnimodis suppliciis vos afficit. Hos enim fructus transgressio legis producere solet. Quos licet perspectos habueritis, pertinaces tamen fuistis in errore. (*Perseuerate in confessionibus vestris & perficite desideria vestra: veruntamen audite verbum Domini: Ecce ego iuraui per nomen meum magnum, dixit Dominus Deus.*

Mulierum impudentia maior quàm hominum. *Nota hanc lectionem.*

a Ierem. 7. 17.

Nota etiam quod ad finem capitis dicit. Vocat autem Ephree, Pharaonem: vt doceat, eum habere hoc nomen proprium: nomen autem Pharaonis, significare dignitatem regiam. Hunc etiam in modum, nostros appellamus Imperatores, Tyberius Cæsar, Claudius Cæsar, in quo alterum quidem pertinet ad regium ordinem.

7 Rabanus. *Iudæorum perfidia.*

Rabanus Maurus. *Responderunt autem Ieremiæ omnes viri,* &c. O generatio praua & peruersa: filij in quibus non fides, sed malitia dominatur: gens fatua, & non sapiens, quæ semper contraria beneficiis

neficiis Domini rependens irritauit eum per mala opera ſua: ecce quàm inſipienter loquitur, reſpondens Prophetæ Domini: *Sermonem quem locutus es ad nos in nomine Domini non audiemus ex te, ſed facientes faciemus omne verbum quod egredietur de ore noſtro: vt ſacrificemus Reginæ cæli, & libemus ei libamina: ſicut fecimus nos & patres noſtri, Reges noſtri, & principes noſtri, in vrbibus Iuda, & in plateis Ieruſalem, & ſaturati ſumus panibus, & bene nobis erat, malúmque non vidimus.* [a] *Obliti ſunt benefactorum eius, & mirabilium eius, quæ oſtendit eis coram patribus eorum*, de quibus Scriptura ſacra ſufficienter narrat: [b] *Pluens illis de cælo manna, & panem Angelorum manducauit homo, frumentationem miſit eis in abundantia: eiecit à facie eorum gentes, & ſorte diuiſit eis terram in funiculo diſtributionis, & habitauit in tabernaculis eorum tribus Iſrael: & tentauerunt, & exacerbauerunt Deum excelſum, & teſtimonia eius non cuſtodierunt: & auerterunt ſe, & non obſeruauerunt pactum, quemadmodum patres eorum conuerſi ſunt in arcum prauum in ira concitauerunt eum in collibus ſuis, & in ſculptilibus ſuis ad æmulationem eum prouocauerunt: Ideo audiuit Dominus & ſpreuit, & ad nihilum redegit nimis Iſrael: & tradidit in captiuitatem virtutem eorum, & pulchritudinem eorum in manus inimici, & concluſit in gladio populum ſuum, & hæreditatem ſuam ſpreuit. Dominati ſunt eorum qui oderunt eos, & tribulauerunt eos inimici eorum.* Et meritò. Omnes enim montes, valles, atque torrentes pleni erant dæmonum culturâ. De quibus Ieremias modò loquitur, quod patres ac filij ligna comportent, ignemque ſuccendant vt faciant χαυῶνας militiæ cæli, hoc eſt omnibus ſtellis, conterentibus fœminis atque miſcentibus ſimilæ adipes, vt Deum ad iracundiam prouocarent. Nullique dubium quid placentas ſignificet, ſiue cruſtula manu artificis præparata: hoc enim linguâ noſtrâ χαυῶνα ſonat. De his ex perſona Domini prophetali ſpiritu præcinebat Moſes in Cantico Deuteronomij, dicens: [c] *Irritauerunt me in diis alienis, & in abominationibus ſuis ad iracundiam prouocauerunt; immolauerunt dæmonibus, & non Deo:* Et hoc fecerunt propriâ voluntate, quia in noſtro conſiſtit arbitrio bonum vel malum eligere. Reginam cæli aut Lunam ſicut ſuperiùs dictum eſt, aut Iunonem ſororem Iouis, aut Berecinthiam vxorem Saturni matrem Deorum ſecundùm quoſdam nuncupat: Quibus falsò nomen maieſtatis adſcribebant: quoniam omnes dij gentium dæmonia, Dominus autem cælos fecit. Myſticè autem omnes hæretici in Ægypto iſtius mundi, hoc eſt, in tenebris erroris conſtituti, ſacrificia & libamina non Deo vero, ſed falſis numinibus offerunt, cùm fictiones peruerſas, & dogmata praua ad decipiendos homines, & ſubuertendam fidem rectam conſcribunt. *Idcirco venient ſuper eos mala, & erunt in deſolationem, & in ſtuporem, & in maledictum: quia peccauerunt Domino, & non audierunt vocem Domini, neque in lege, neque in præceptis & teſtimoniis eius*, recto tramite Catholicæ confeſſionis *ambulauerunt.*

a Pſal. 77. 11.
b Pſal. 77. 24.
c Deut. 32. 16.

Regina cæli appellata Luna, ſeu Iuno, vel etiam Berecinthia.

Hæreticorum ſcripta ſunt libamina, & ſacrificia falſis diis oblata.

8 (*Dixit autem Ieremias ad omnem populum, & ad vniuerſas mulieres*, &c.) Contradicit Propheta ex ſermone Domini, quòd nequaquam vltra nomen eius vocetur ex ore omnis viri Iudæi dicentis: Viuit Dominus Deus in omni terra Ægypti. Quoniam qui contra diuinum præceptum illuc perrexerant, protectionem Domini ibidem habere non meruerunt, ſed conſumptis aduerſariis

Contra voluntatem Dei quid faciens protectionem Dei in eo habere non meretur.

A gladio, & fame: pauci qui effugere poterant gladium, reuerſi ſunt de terra Ægypti in terram Iuda, vt poſteritas ſtirpis antiquæ ſeruaretur. Spiritaliter autem non vocatur nomen Domini ex ore omnis hæretici in terra Ægypti, quia eorum ſermo, quamdiu ſunt in errore, non oratio Deo placita, ſed blaſphemia probatur eſſe nequiſſima. Vnde ſcriptum eſt: [d] *Non eſt pulchra laudatio in ore peccatoris;* [e] *muta efficiantur labia doloſa, quæ loquuntur aduersùs iuſtum iniquitatem, in ſuperbia & contemptu.* Idcirco quicumque in errore concepto perſeuerauerit, gladio iuſti iudicij B Dei peribit: qui autem relicto errore ſuo, reuertentur de terra Ægypti in terram Iuda, & agentes pœnitentiam deinceps per omnia ritè ſequuntur fidem Catholicam ſaluabuntur.

Hæreticorum oratio haud placita eſt Deo.

d Eccl. 15. 9.
e Pſal. 30. 19.

(*Et hoc vobis ſignum, ait Dominus*, &c.) Congruè ſatis in ſignum Iudaicæ vaſtitatis Dominus Ephreæ ſiue Vaphre Regem Ægypti dedit, vt cùm illud in quo ſpem ſuæ liberationis habebant captum, & interemptum viderent, ipſi ad veri ſui liberatoris auxilium reuerterentur. Siquidem Vaphrem Regem Ægypti triginta annis regnum tenuiſſe hiſtoriæ produnt. Cuius anno ſexto Na- C buchodonoſor Rex Chaldæorum Hieroſolymis captis templum incendit, quod ab initio ædificationis ſuæ manſerat annis quadringentis quadraginta duobus. Cui ſententiæ etiam Clemens congruit in primo Stromatûm, quadrageſimâ octauâ Olimpiade, captiuitatem Iudæorum factam eſſe conteſtans, regnante apud Ægyptios Vaphre, apud Athenas Phænippo, & ſupputari ſeptuaginta annos deſolationis templi vſque in ſecundum annum Darij. Ioſephus autem de hoc Ægyptio in Antiquitatum ſuarum libro decimo narrat, dicens: Porrò Nabuchodonoſor quòd Sa- D trapa qui ab eo conſtitutus fuerat in Ægypto, & locis Syriæ inferioris, & Phœniciæ receſſiſſet ab eo: cùm ipſe iam fatigare non poſſet, committens filio Nabuchodonoſor iuueni quandam partem exercitus, miſit aduersùs eum. Nabuchodonoſor autem congreſſus aduersùs eum qui ab eius patre receſſerat, factâ dimicatione, & eum vicit, & prouinciam ex iſto principio ſuo ſubiugauit Imperio. Eo quidem tempore contigit, vt pater eius Nabuchodonoſor ægrotaret in Babylonia ciuitate, & à vita recederet. Qui regnauit annis viginti vnum. Nabuchodonoſor autem E non poſt multum tempus mortem patris agnoſcens, & diſponens cauſas Ægypti, reliquámque prouinciam, & captiuos eius, & Phœnicum, & Syriorum, & gentium Ægyptiarum, & præcipiens quibuſdam amicis, vt eum magna virtute, & omni vtilitate ad Babyloniam, cuncta deferrent, ipſe cum paucis per deſertum venit ad Babyloniam, & potitus rerum quæ gubernabantur tunc à Chaldæis, à quodam viro optimo ſibimet regnum reſeruaturo, totius regni paterni Dominus eſt effectus.

Vaphres quando regnarit in Ægypto.

Clem. Alex.

Ioſeph. Heb.

Circa verſ. 18. & ſequent. Cyrillus Alexandr. F Commenr. in Oſeam Prophetam ſuper verſ. 12. capitis ſecundi, hoc allato loco, probat ex ipſo colligi, Iudæos & res ad vſum vitæ neceſſarias, & proſperum rerum ſtatum quibus potiebantur exiſtimaſſe in precium, & remunerationem, ac mercedem honoris & cultus, quem Idolis exhibebant ſibi rependi, prout ibi apud Oſeam [f] conteſtatus eſt & Dominus, dicens, *Et corrumpam vineam eius (Iſrael) & ficum eius, de quibus dixit; Mercedes meæ hæ ſunt, quas dederunt mihi amatores mei.*

Mundani non Deo, ſed proprys ſtudiis, quibus veluti idololatria cultu torrenis indulgent, ſuam omnem acceptam ferunt proſperitatem.

f Oſeæ. 2. 12.

CATENA

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

[Καὶ ἀπεκρίθησαν.]

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] ἀληθῶς ἔφη ὁ μακάριος ἱερεμίας· ὄψις πόρνης ἐγένετό σοι. ἀπηναισχύντησας πρὸς πάντας, καὶ πάλιν πρὸς τὸν θεόν φησιν, ἐμαστίγωσας αὐτοὺς, καὶ οὐκ ἐπόνησαν. συνετέλεσας αὐτοὺς, καὶ οὐκ ἠθέλησαν δέξασθαι παιδείαν. ἐστερέωσαν τὰ πρόσωπα αὐτῶν ὑπὲρ πέτραν. τούτου καὶ τὸ, ἀσεβὴς εἰς βάθος κακῶν ἐμπεσὼν, καταφρονεῖ. συνήθες δὲ τοῖς πλανωμένοις, πρὸς τὴν βουλὴν αὐτῶν τὴν ὑπόνοιαν ἕλκουσιν, ἀγαθὸν ἐλπίζειν. τοῖς δὲ παρὰ θεοῦ, τὰ παρ' αὐτῶν λεγόμενα μαρτυρεῖ. ἐν γὰρ τοῖς πρὸ τούτων ὁ θεὸς ἀπαγορεύει τῷ παρόντι προφήτῃ μὴ προσεύξασθαι περὶ αὐτῶν. ἢ οὐχ ὁρᾷς, φησιν, τί αὐτοὶ ποιοῦσιν; οἱ υἱοὶ αὐτῶν συλλέγουσι ξύλα, καὶ οἱ πατέρες αὐτῶν καίουσι τὸ πῦρ, καὶ αἱ γυναῖκες αὐτῶν τρίβουσι σταῖς, τοῦ ποιῆσαι χαυῶνας τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ. βασίλισσαν δὲ οὐρανοῦ, ἢ τὸ ἄστρον τῆς ἀφροδίτης, ἢ τὴν σελήνην φησίν.

[Ὁ λόγος ὃν ἐλάλησε.]

Τοῦ χρυσοστόμου.] αὕτη βασίλισσα οὐρανοῦ, εἰπέ μοι; θεὸς ποιήσας τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν, ἀεὶ ἀκούεις, συνεχῶς. καὶ ταύτην βασίλισσαν καλεῖς, τὴν σελήνην; καὶ καλῶς ἦν ὑμῖν. πόθεν οὖν ὁ λιμὸς, εἰπέ μοι; πόθεν ὁ θάνατος. ὢ τῆς ἀναισχυντίας. διὰ τοῦτο αὐτοὺς ἀναμιμνήσκει.

[θυμιᾶν τῇ βα.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ταύτην δὲ ἴσως τὴν καλουμένην ἀφροδίτην ὑπενόουν εἶναι, ἣν καὶ σελήνην, καὶ ἑκάτην ἐκάλουν οἱ βδελυροί.

[Καὶ ἐπλήσθημεν.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἀπὸ γυναικῶν οἱ λόγοι. οὐδὲ ἐν αὐτοῖς οὖσαι τοῖς κακοῖς, τῶν κακῶν ἐπαισθάνονται.

[Καὶ ἐγενόμεθα.]

Ὀλυμπιοδώρου.] χρηστοὺς λέγει καὶ εὐτραφεῖς τινας, καὶ εὐθυμουμένους, καὶ ἱλαρούς.

[Καὶ εἶπεν ἱερεμίας.]

Ὀλυμπιοδώρου.] συμφώνως φησὶν ἅπαντες. εἰλόμεθα τὸ θύειν εἰδώλοις.

[Οὐχὶ τοῦ θυμιάμ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐχὶ διὰ τοῦτο ἡ αἰχμαλωσία. φησίν; οὐχὶ διὰ τοῦτο πάντα τὰ κακά; πῶς καλῶς ἦν ὑμῖν; οὐχὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἠδυνήθη ὑμᾶς ἐνεγκεῖν ὁ θεός; τί κακίας χεῖρον γένοιτο ἄν; ποῖοι μαινόμενοι ἐφθέγξαντο ἂν ταῦτα τὰ ῥήματα;

Ὠριγένους.] σύνταξον τὸ, οὐχὶ τοῦ θυμιάματος, πρὸς τὸ ἐμνήσθη κύριος δῆλον μὲν οὖν ἐστιν, ὡς τοῖς εἰδώλοις θυμιώντων φησί. τούτου γὰρ αὐτῶν ὁμολογησάντων, ἐπάγεται τὰ προκείμενα. πλὴν ἐξετάσωμεν, εἰ καὶ θεῷ τις θυμιῶν ὡς οὐ δεῖ, τοῦ ἄβατον γενέσθαι γῆν αἴτιος γίνεται, καὶ τὸ αἰσθητὸν τοίνυν, εἰ προσάγεις κατὰ τοὺς ἰουδαίους θυμίαμα, ἀρετὴν μὲν ἔχων, προσάγεις καλὸν, σύμφωνον ἔχων τὴν ἔνδοθεν εὐωδίαν, μετὰ κακίας προσφέρων,

εἰ

A Vers. ET *respondcrunt Ieremiæ.*

9 Incertus.

15. Incerti.] *Verè dixerat Beatus Ieremias*; [a] Facies meretricis facta est tibi, Impudens facta es in omnes, *& iterum ad Deum ait.* [b] Flagellasti eos & non doluerunt, confecisti eos, & noluerunt admittere disciplinam; indurauerunt facies eorum super petram, *huic simile & illud:* [c] Impius in profundum malorum incidens spernit, *moris autem est errantibus, ad suam voluntatem quæ suspecta sunt trahentibus bene sperare; iis verò qui à Deo aguntur testimonio sunt, quæ proferunt. In superioribus enim Deus huic Prophetæ mandat, ne pro eis preces effundat.* [d] Vel num ait, non vides quid ipsi operantur? filij eorum colligunt ligna, & patres eorum accendunt ignem, & vxores eorum macerant aquâ farinam, vt faciant placentas exercitui cæli. *Reginam verò cæli vocat vel Sidus Veneris, vel Lunam.*

a Ierem. 3. 3. *Obstinati descriptio.*

b Ierem. 5. 3.

c Prou. 18. 3. *Impiorum est vt ad suam voluntatem suspecta mala trahentes bene sperent.*

Ex Verbis prolatis dignoscitur quisque.

d Iere. 7. 17.

Regina cæli Sidus Veneris, vel Luna.

Vers. 16. (*Sermonem quem locutus est.*)

10 Chrysost. *Impudentia impiorum quanta.*

C Chrysostomi.] *Hæc ne quæso Regina cæli? Audis assiduè*, Deus qui fecit cælum & terram, *& hanc appellas Reginam, Lunam? Certè bene esset vobis. Vnde-nam igitur fames? vnde mors? ô impudentiam, ideo in memoriam ducit.*

Ex vers. 17. (*Vt adoleamus Reginæ cæli.*)

11 *Regina cæli Venus, vel Luna.*

Olympiodori.] *Hanc fortasse intelligebant, quæ Venus dicitur, quam & Lunam, & Hecatem detestabiles vocabant.*

D (*Et impleti sumus panibus.*)

Mulierum vitium, vt nec in malis cõstituta malum sentiant.

Olympiodori.] *Sermones muliebres: in ipsis malis constitutæ mala non sentiunt.*

(*Et fuimus boni.*)

Oympiodori.] *Bonos vocat, id est Saginatos, bonaque, atque hilari habitudine.*

Vers. 20. (*Et dixit Ieremias.*)

12 Olympiod.

Olympiodori.] *Vno omnes ore dicunt; Idolis sacrificare volumus.*

Vers. 21. (*Nonne incensi quod redolebatis.*)

Chrysost. *Mũdanorum stoliditas.*

E Chrysostomi.] *Nonne propter hoc ait, captiuitas? nonne mala omnia? Quomodo bene vobis erat? nonne propter hoc Deus ferre vos non potuit? Quid ipsâ improbitate improbius fuerit? Qui furẽtes locuti essent verba hæc?*

13 Origenes.

Origenis.] *Construe vocem, Nonne Incensi cum illo, Recordatus est Dominus; manifestum porrò est de iis sermonem esse, qui Idolis adolebant. Hoc enim illis fatentibus, inferuntur hæc. Cæterùm examinemus, an si quis Deo adolendo non vt conuenit, causa sit vt terra inuia fiat. Igitur si & sensibile incensum Iudæorũ more offers, virtutem dum possideas, offers bonum, concordantem habens internum odorem; cum nequitia verò*

Incensum quando bene, & quando malè offeratur Deo.

Si

οἱονεί πως, καὶ τὴν εὐωδίαν τὴν ἔξω χρωννύων, πρὸς δυσωδίαν μεταποιεῖς. ὅτε οὐκ ἂν λεχθείη τὸ, ὠσφράνθη κύριος ὀσμὴν εὐωδίας, ἀλλὰ τοὐναντίον. ὀσμὴ δὲ εὐωδίας παρὰ θεῷ οὐ τῶν προσενεχθέντων παρὰ Νῶε ζώων καθαρῶν εἰρημένων, ἀλλὰ τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ· καὶ τῆς τελειότητος, ἅπερ ἦν αὐτὸς ἐν τῇ γενεᾷ αὐτοῦ. θεὸς γὰρ αἵματι καὶ κνίσσαις οὐ τέρπεται, καθάπερ οἱ δαίμονες. πλὴν ὡς συνεγερθέντες Χριστῷ τὰ ἄνω ζητήσωμεν εἰς νοῦν εἰληφότες τὸ, γενηθήτω ἡ προσευχή μου ὡς θυμίαμα ἐνώπιόν σου. καθὰ γὰρ Ἰωάννης ἐν ἀποκαλύψει φησὶ, θυμιάματά εἰσιν αἱ προσευχαὶ τῶν ἁγίων, ἀλλ' εἰ μὲν λογισμοῖς ταύτην μολύνωμεν πονηροῖς συμβαίνει τὸ, ἡ προσευχὴ αὐτῶν γενέσθω εἰς ἁμαρτίαν, ἢ εἰς τὸ ἐναντίον, ἐὰν ἀπὸ δικαιοσύνης εὐξώμεθα ἐπὶ τῶν δι' ἁμαρτίας λεγόντων, προσώζεσαν, καὶ ἐσάπησαν οἱ μώλωπές μου ἀπὸ προσώπου τῆς ἀφροσύνης μου, γίνεται τὸ θυμίαμα δυσῶδες. διόπερ Ἡσαΐας εἶπεν, ἐὰν φέρητε σεμίδαλιν, μάταιον θυμίαμα, βδέλυγμά μοι ἐστί, τίνα δὲ τρόπον εὐκτέον, ἐδίδαξεν ὁ ἀπόστολος λέγων, βούλομαι οὖν ἄνδρας προσεύχεσθαι ἐν παντὶ τόπῳ, ἐπαίροντας ὁσίους χεῖρας χωρὶς ὀργῆς καὶ διαλογισμῶν. τοιούτων χειρῶν ἐπαιρομένων τοῦ Μωσέως ἐνίκα Ἰσραὴλ, καθαιρουμένων δὲ ἐνίκα ὁ Ἀμαλήκ. ὁ οὕτως εὐχόμενος, οὐκ ἀποτυγχάνει, ἀληθεύοντος τοῦ ῥητοῦ, ἔτι λαλοῦντός σου ἐρεῖ, ἰδοὺ πάρειμι. τῶν οὖν πονηρῶν. τὸ θυμίαμα φησὶν, οὐκ ἠδύνατο κύριος ἔτι φέρειν καθάπερ ἡμεῖς, κἂν ὑπομείνωμεν τινὰ δυσωδίαν, ἀλλ' οὖσαν πλείονα φεύγομεν, καὶ ὁ θεὸς οὖν μέτρον ἀνοχῆς ἔχων, μὴ μετανοοῦντας μετέρχεται. ὅπερ ἐπὶ Νῶε πεποίηκε, τῶν τότε πλημμελούντων τὴν δυσωδίαν μηκέτι φέρειν δυνάμενος. διό φησιν ἐν προφήταις. ἐσιώπησα, μὴ καὶ ἀεὶ σιωπήσομαι;

[Καὶ ἐγενήθη ἡ γῆ.]

Ὠριγένους.] ὡς γὰρ σωμάτων σεσηπότων ὁ παρακείμενος παραλαμβάνων ἀὴρ καὶ φθειρόμενος λυπηρὸν ποιεῖ τοῖς ἐντυγχάνουσιν, καὶ τὸ χωρίον ἄβατον γίνεται. οὕτω λοιπὸν, καὶ ψυχῶν ἁμαρτίαι ἀπεργάζονται.

[Καὶ εἶπεν Ἱερε.]

Βίκτορος.] κατὰ τὸν μέγαν Ἰάκωβον, εἴ τις ἐν λόγῳ οὐ πταίει, οὗτος τέλειος ἀνὴρ, δυνάμενος χαλιναγωγῆσαι ὅλον τὸ σῶμα. εἰ δὲ τῷ λόγῳ προσγένοιτο πρᾶξις, ἀφόρητον τὸ δεινὸν, καλὸν μὲν τῇ διανοίᾳ ἐναποθνήσκειν τὰ πονηρὰ κυήματα, καὶ μηδὲ λόγῳ προφέρεσθαι, σιγῇ δὲ παρελθεῖν ἐν ἑαυτοῖς δαπανώμενα. Εἰ δὲ καὶ λόγῳ προέλθοι, μὴ λαμβανέτω τὴν πρᾶξιν κατὰ γὰρ τὸν ἐκκλησιαστὴν, ἀγαθὸν τὸ ἔκτρωμα ὑπὲρ τοὺς ζῶντας. ζῶσι δὲ οἱ μετὰ πράξεων λόγοι, ὅθεν φησὶ, καὶ ταῖς χερσὶν ὑμῶν πληρώσατε. διὸ καὶ κύριος ἐξ ὑμῶν ἀφαιρεῖ τὴν μνήμην αὐτοῦ, μὴ βουλόμενος ἐν ἀκαθάρτοις μνημονεύεσθαι στόμασιν.

[Ἰδοὺ ὡμολόγησα.]

Σευήρου, ἀπὸ λόγου, 82.] βουλόμενος ἐνδείξασθαι τῶν ἑαυτοῦ λόγων τὸ ἀπαράτρεπτον, καὶ εἰς φόβον

A *Si afferas, quaſi & externum odorem contaminans, ad graueolentiam transfers; quando illud dici non poteſt;* [a] odoratus eſt Dominus odorem ſuauitatis, *ſed contrarium. Odor verò ſuauitatis apud Deum, non animalium à Noe oblatorum, quæ pura vocata ſunt, ſed iuſtitiæ illius, perfectioniſque quæ erat ipſe in generatione ſua: Deus enim ſanguine nidoréque non gaudet, ſicuti Dæmones. Cæterùm qui cum Chriſto reſurreximus, quæ ſurſum ſunt quæramus, illud animo* B *cogitantes.* [b] Fiat oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo, *ſicuti enim Ioannes in Apocalypſi ait,* [c] incenſa ſunt orationes Sanctorum: *Sed ſi cogitationibus illam prauis fœdemus, contingit illud.* [d] Oratio eorum fiat in peccatum. *Vel in oppoſitum; Si ex iuſtitia orauerimus, vt qui ob peccata dicunt.* [e] Putruerunt & corruptæ ſunt cicatrices meæ à facie inſipientiæ meæ, *fit incenſum fœtens. Quapropter Iſaias dixit;* [f] Si tuleritis ſimilaginem, ſuperuacuum incenſum eſt, abomi- C nandum mihi eſt. *Porrò quomodo ſit orandum, docuit Apoſtolus dicens:* [g] Volo homines orare in omni loco, erigentes ſanctas manus, ſine ira, & peruerſis cogitationibus. *Huiuſmodi* [h] *manus cùm erigerentur Moyſis, Iſrael vincebat, cùm verò contraherentur, vincebat Amalec. Qui ſic orat, non ſpe fruſtratur, cùm verum ſit dictum illud,* [i] Adhuc loquente te dicat, ecce adſum. *Prauorum igitur incenſum ait, non poterat Dominus vltra tolerare; ſicut & nos licet fœtorem aliquem toleremus, creſcentem* D *tamen fugimus. Et Deus ergo tolerantiæ modum habens pœnitentiam non agentes vlciſcitur, quod tempore Noe fecit, eorum qui tunc temporis delinquebant malum odorem ferre non ampliùs valens, quare ait in Prophetis;* [k] ſilui, numquid & ſemper ſilebo?

[a] Gen. 8. 21. *Odor Deo ſuauis eſt iuſtitia, & perfectionis noſtra.*
[b] Pſal. 140. 2. *Oratio quanam ſit Deo ſuaue-olens quaue non.*
[c] Apoc. 8. 3.
[d] Pſal. 108. 7.
[e] Pſal. 37. 6.
[f] Iſai. 1. 13. *Orandũ quanam ſit ratione.*
[g] 1. Tim. 2. 8.
[h] Exo. 17. 11.
[i] Iſai. 58. 9. *Peccatorum fœtorẽ Deus tolerare nequit.*
[k] Iſai 42. 14.

Ex verſ. 22. (*Et facta eſt terra veſtra in deſolationem.*) 14

Origenis.] *Veluti enim è corporibus putre-* E *factis infectus inde vicinus aër grauis eſt tranſeuntibus, & locus fit inacceſſus; ita planè & animarum peccata hoc præſtant.*

Origenes. *Peccatorum quàm grauis ſit fœtor.*

Verſ. 24. (*Et dixit Ieremias populo, &c.*)

Victoris.] *Secundùm magnum Iacobum,* [l] Si quis ſermone non offendit, hic perfectus vir, qui toti corpori poterit pœnam iniicere, *quòd ſi ſermoni addatur opus, intolerabile malum, bonum ſanè eſt, malos conceptus emori in mente, nec verbis efferri, ſilentio verò contemni in ſemet ipſis euaneſcentes, quòd ſi ſer-* F *mone efferatur, ne tranſeat in opus. Nam iuxta Eccleſiaſtem,* [m] bonum eſt abortus ſuper omnes viuentes, *viuunt autem ſermones opere firmati. Quare ait,* Et manibus veſtris impleſtis. *Idcirco & Dominus tollit à vobis ſui mẽtionem nolens, vt impura ora eius nomen pernũtient.*

Victor. [l] Iacob. 3. 2. *Silentio comprimendi praui mentis cõceptus.*
Sermones praui non ſunt viuificandi per opus.
[m] Eccl. 6. 3.

Ex verſ. 26. (*Ecce iuraui nomine meo magno.*)

Seueri ex oratione 82.] *Suorum firmitatem ſermonum volens oſtendere, & iniicere, timorem auditori*

Seuerus. *Iuret cur Deus.*

φόβον ἐμβαλεῖν τοὺς ἀκούοντας, τῷ σχήματι τῶν ὅρκων ἀνθρωποπαθῶς δι' ἡμᾶς κέχρηται.

[Ἐὰν γένηται ἔτι.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἀπειλεῖ πάλιν λιμὸν καὶ || δεσμοὺς ἀνασωζομένους, ἵνα μάθωσιν ὅτι ἀληθῆ ταῦτά ἐστιν. [καὶ μετ' ὀλίγα] διὰ τοῦτο οὕτως αὐτοὺς ἀφῆκεν, ἵνα ἀπολογῆται πρὸς σέ, ὅτι δικαίως αὐτῶν τὴν πόλιν ἐνέπρησεν. ὅταν γὰρ οἱ διαφυγόντες τοιοῦτοι εἰσί, τί χρὴ περὶ τῶν ἄλλων εἰπεῖν;

|| Deest aliquid.

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐνταῦθα φανερῶς πάντας εἰσάπαξ μετὰ τῶν ἐθνικῶν ἀπέρρηψεν.

[Καὶ γνώσονται.]

Ὀλυμπιοδώρου.] πένητες καὶ γέροντες, οὓς οὐκ ἀξιοῦσιν ἀνελεῖν οἱ πολέμιοι, ὑπολιμπάνονται δὲ ἵνα μηνυταὶ γένωνται τῶν συμφορῶν.

[Οἱ καταστάντες.]

Ὀλυμπιοδώρου.] οἱ ἑλόμενοι οἰκῆσαι ἐν αἰγύπτῳ.

[Λόγος τινός.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τί δέ, τίνος ὁ λόγος μενεῖ, δείκνυσιν ὡς ἐν τοῖς κακοῖς με ζητοῦντες οὐχ εὑρήσετε. οἱ δὲ κατάλειποι διὰ τῶν ὑμετέρων παθημάτων ὠφεληθήσονται.

[Καὶ τοῦτο τὸ ση.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] Σημεῖον τῶν ὑμετέρων κακῶν ὁ Φαραὼ ἁλωσόμενος. ἐμῇ γὰρ βουλῇ καὶ ὁ Βαβυλώνιος Σεδεκίαν εἴληφεν οὐκ ἰδίᾳ δυνάμει. πείσεται δὲ καὶ οὗτος, ἅμα μὲν ὢν ἀσεβής, ἅμα δὲ καὶ πρὸς αἴσθησιν ἄγων ἡμᾶς, ὡς ἀγαθὸν ἐλπίζειν ἐπὶ κύριον ἢ ἐλπίζειν ἐπ' ἄρχουσι. συμπεράνας δὲ ταύτην τὴν προφητείαν ἱστορίᾳ συμπεπλεγμένην, πρεσβυτέρας ἀναμιμνήσκει προφητείας ἣν ἐν ταῖς ἡμέραις Ἰωακεὶμ τῷ Βαροὺχ εἰπεῖν προσετάχθη.

auditoribus, iurandi formâ vtitur propter nos humano more.

Ex verſ. 26. (*Si erit vltra nomen meum in ore,&c.*

Chryſoſtomi.] *Minatur rurſum famam, & vincula,* qui non peribunt. Vt vera hæc eſſe intelligerent [& paucis interiectis.] Ideo ſic eos reliquit, vt ſe tibi probet offenſum, & ſcias iuſtè ciuitatem eorum abſumptam incendio. Quando enim tales ſunt qui euaſerunt quid dicendum de aliis?*

Chryſoſt. Deeſt aliquid.

Olympiodori.] *Hic manifeſtè omnes cum gentilibus abiecit.*

Olympiod.

Ex verſ. 28. (*Et ſcient reſidui Iuda.*)

16 Olympiod.

Olympiodori.] *Pauperes & ſenes quos interficere indignum putant hoſtes, relinquuntur autem, vt ærumnarum nuncij fiant.*

Ex verſ. 28. (*Habitantes.*)

Olympiodori.] *Qui Aegyptum colere maluerunt.*

Olympiod.

(*Verbum cuius permaneat.*)

Chryſoſtomi.] *Illud, cuius ſermo complebitur, ſignificat vos me quæſituros in malis, nec inuenturos, reſidui verò per veſtras calamitates fient meliores.*

Chryſoſt.

Verſ. 29. (*Et hoc ſignum vobis.*)

17 Chryſoſt.

Chryſoſtomi.] *Veſtrorum ſignum malorum erit, Pharao capiendus. Nam & meo conſilio non propriis viribus Sedeciam Babylonius capit, feret verò & ille mala hæc, tum quia impius eſt, tum vt vos ſentiatis per eum,* [a] bonum eſſe ſperare in Domino, quàm in principibus. *Terminato autem hoc vaticinio cum hiſtoria coniuncto, antiquioris meminit prophetiæ, quam temporibus Ioacim Baruch dicere iuſſus fuerat.*

Spes omnis in Deo collocanda.

a Pſal. 117. 9.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ. 44.

* ΚΑΙ οὐκ ἔσονται αὐτοῖς σεσωσμένος, οὐδὲ περιλειπόμενος οὐδεὶς τῶν ἐπιλοίπων Ἰούδα τῶν ἐλθόντων παροικεῖν ἐν τῇ αἰγύπτῳ, τοῦ ἀποστρέψαι εἰς γῆν Ἰούδα ἐφ' ἣν αὐτοὶ ἐλπίζουσι ταῖς ψυχαῖς αὐτῶν, τοῦ ἐπιστρέψαι ἐκεῖ· οὐ μὴ ἀποστρέψουσιν οἱ διαπεφευγότες.] πᾶσιν ἀπειλεῖ θάνατον τοῖς εἰς τὴν αἴγυπτον εἰσεληλυθόσιν, ὡς μαχομένοις τῇ τοῦ θεοῦ γνώμῃ καὶ χείρονα πείσεσθαι, ἢ τοὺς ἐν Ἱεροσολύμοις. σώζεσθαι μόνους ἔφη ἐκείνους, οἱ τῶν κακῶν καταλαβόντων τὴν ἰουδαίαν μεταδιώξουσι, ὡς ἂν γνοῖεν ἄμαχον οὖσαν τοῦ θεοῦ τὴν ἰσχύν, ἀφ' ὧν καὶ τοὺς δοκοῦντας εἶναι ἐν ἀσφαλεῖ, ὑποχειρίους δίδωσι τοῖς ἐχθροῖς, καὶ ἐρημοῦσαν τὴν γῆν οἰκίζει, σώζων ἅπαντας τοὺς ἐπ' αὐτὴν καταφεύγοντας, καὶ ὅτι τοῦτο οὕτως ἔχει. δηλοῖ προϊὼν σαφέστερον οὕτω λέγων.

Καὶ ἐκλείψουσι πᾶς ἀνὴρ Ἰούδα, οἱ κατοικοῦντες ἐν τῇ αἰγύπτῳ ἐν ῥομφαίᾳ, καὶ ἐν λιμῷ, ἕως ἂν ἐκλίπωσι, καὶ οἱ σεσωσμένοι ἀπὸ ῥομφαίας ἀποστρέψουσιν ἐκ γῆς αἰγύπτου ἐν γῇ Ἰούδα, ὀλίγοι ἀριθμῷ ἄνδρες. ὅτι ποιοῦντες ποιήσωμεν πάντα τὸν λόγον, ὃς ἐξελεύσεται ἐκ τοῦ στόματος ἡμῶν θυμιᾶν

CAPVT XLIV.

Verſ. 14. ET *non erit ſaluus quiſpiam,* neque reſiduus de reliquiis *Iuda, qui venerunt vt habitent in terra Aegypti, ad reuertendum in terra Iuda, ad quam ipſi ſperant animabus ſuis reuerti ibi: non reuertentur, niſi qui euaſerint,* omnibus his mortem minatur, qui Ægyptum ingreſsi ſunt, vt pote iis qui voluntati diuinæ ſe oppoſuerint, & atrociora paſſuros, ait, iis, qui in Ieroſolymis ſteterunt, & illos tantùm ſaluandos, qui graſſantibus malis, Iudæam conquirerent: vt perciperent, Dei virtutem eſſe inexpugnabilem; cùm hoſtibus dedat qui ſecuri videbantur; efficiens vt habitetur & terra deſerta, ſeruiatis omnibus, qui ad eam confugerint. Hoc autem ita ſe habere manifeſtiùs in ſubſequentibus facit, ſic dicẽs.

Cap. 44. Chryſoſt. Verſ. 14.

Verſ. 27. *Et deficiet, omnis vir Iuda habitantes in terra Aegypti in gladio, & in fame donec defecerint. Et qui euaſerint à gladio, reuertẽtur ex terra Aegypti in terram Iuda, pauci numero viri. Quoniam facientes faciemus omne verbum, quod*

Chryſoſt. Verſ. 27.

θυμιᾶν τῇ βασιλίσσῃ τουτέστι, τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ.] κἀνταῦθα δὲ ἡ ὁμωνυμία τὴν ἐναλλαγὴν τῆς ἑρμηνείας ἐποιήσατο. Μελχὲδ γὰρ στρατιά ἐστι, Μελχὲδ δὲ βασίλισσα. οὕτως δὲ ἀναισχύντως τὴν ἀσέβειαν μετιοῦσιν αὖθις ἀπειλήσας παντελῆ αἰχμαλωσίαν, ἀπόδειξιν τῶν λόγων ποιεῖται τὰ παρόντα, φησὶ γάρ.

Οὕτως εἶπε κύριος. ἰδοὺ γὰρ ἐγὼ δίδωμι τὸν Φαραὼ Οὐαφρῆ βασιλέα αἰγύπτου ἔκδοτον εἰς χεῖρας ἐχθρῶν αὐτοῦ, καὶ εἰς χεῖρας ζητούντων τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, καθὰ δέδωκα τὸν Σεδεκίαν βασιλέα ἰούδα εἰς χεῖρας Ναβουχοδονόσορ βασιλέως Βαβυλῶνος.] τῆς γὰρ ἱερουσαλὴμ ἁλούσης δείσας περὶ τῶν ὅλων ὁ αἰγύπτιος, περὶ τὴν εὐφράτην συμβάλλει τῷ Βαβυλωνίων βασιλεῖ, ἡνίκα καὶ ἑάλω. οὔπω τοίνυν τούτου δήλου τυγχάνοντος, ἀλλ' ἔτι μετεώρου τοῦ πολέμου καθεστῶτος, ἀπειλήσας τῆς αἰγύπτου ἅλωσιν, καὶ ἰουδαίοις ἀπώλειαν. ἀπόδειξιν τῶν λόγων τὴν ἧτταν τοῦ Φαραὼ ἔφη.

quod exibit ex ore noſtro, adolere reginæ. Militiæ cæli videlicet. Hic etiam nominũ ſimilitudo diuerſitatis interpretationis cauſa eſt: etenim Melched, militia eſt, Melched regina. Sic autem impudenter, impietati incumbentibus iterum extremam captiuitatem minatus, res præſentes in ſuorum dictorum confirmationem adducit: inquit enim.

Verſ. 30. *Sic dixit Dominus. Ecce enim ego tradam Pharaonẽ Vaphri Regem Aegypti in manus inimicorum eius, & in manus quærentium animam eius, ſicut dedi Sedeciam Regem Iuda in manus Nabuchodonoſor Regis.* Captâ enim Ieruſalem, de ſumma rerum Ægyptius timens circa Euphratem vnà cum Babylonio manus conſerit: quando & captus eſt. Itaque cùm hoc adhuc lateret, & bello in vtramque partem vergente, Ægypti excidium minatus, & Iudæis ruinam, in ſuorum ſermonum probationem Pharaonis cladem inducit.

Caput 45. à verſ. 1. vſque ad finem. Sectio Vnica.

TEXTVS VVLGATÆ.

1 VErbum quod locutus eſt Ieremias Propheta ad Baruch filium Neriæ, cùm ſcripſiſſet verba hæc in libro ex ore Ieremiæ, anno quarto Ioakim filij Ioſiæ Regis Iuda, dicens.

2 Hæc dicit Dominus Deus Iſrael ad te Baruch.

3 Dixiſti: Væ miſero mihi, quoniam addidit Dominus dolorem dolori meo: laboraui in gemitu meo, & requiem non inueni.

4 Hæc dicit Dominus: Sic dices ad eum: Ecce quos ædificaui, ego deſtruo: & quos plantaui, ego euello, & vniuerſam terram hanc.

5 Et tu quæris tibi grandia? noli quærere: quia ecce ego adducam malum ſuper omnem carnem, ait Dominus: & dabo tibi animam tuam in ſalutem in omnibus locis, ad quæcumque perrexeris.

TEXTVS SEPTVAGINTA.

1 VErbum, quod loquutus eſt Ieremias Propheta ad Baruch filium Neriæ; quando ſcripſit verba hæc in libro ex ore Ieremiæ in anno quarto Ioacim filij Ioſiæ Regis Iuda.

2 Sic dixit Dominus ſuper te Baruch.

3 Quia dixiſti, heu mihi, heu mihi: quia addidit Dominus laborem ſuper dolorem meum: dormiui in gemitibus: requiem non inueni.

4 Dic ei, ſic dixit Dominus: Ecce, quos ego ædificaui; ego deſtruam: & quos ego plantaui; ego euello.

5 Et tu quæres tibi grandia? Noli quærere: quia ecce ego induco mala ſuper omnem carnem ait Dominus: & dabo animam tuam in rem inuentam in omni loco, quocúmque ieris illuc.

PARAPHRASIS CHALDAICA.

1 VErbum prophetiæ quam prophetauit Ieremias Propheta de Baruch filio Neriæ; quando ſcripſit verba hæc in libro ex ore Ieremiæ anno quarto Ioachim filij Ioſiæ Regis tribus domus Iuda; dicendo.

2 Hæc dicit Dominus Deus Iſrael ſuper te Baruch.

3 Dixiſti, Væ nunc mihi, quoniam addidit Dominus dolorem ſuper contritionem meam: laboraui in gemitu meo, & prophetiam non inueni.

4 Hæc dices ei, Hæc dicit Dominus: Ecce ego quod ædificaui, ego deſtruam; & quod ſtabiliui ego transferam, & omnem terram Iſrael quæ mea eſt.

5 Et tu quæris tibi grandia? ne quæras: quia ecce ego adducam mala ſuper omnem carnem, dicit Dominus: & dabo tibi animam tuam in ſalutem in omnibus locis ad quæ ieris.

Catena ex Veterum Patrum operibus impreſſis.

THeodoritus. Dominus conſolatur Baruch, miniſtrantem Prophetæ, & oracula ſcribentem, cum miſeria & moleſtia viuentem. Hortatur verò, vt vitam dolore plenam generoſo animo ferat. Si enim, ait, cunctum populũ, quem eduxi ex Ægypto, & plãtaui in terra iſta, extirpo nunc & amputo, torque ſuppliciis afficio: deſpõdes tu animum, quòd non ſolus viuas abſque ſolatio? Certè non ita te agere oportet. Ego verò de te ſollicitus ero: & dum vlciſcar de his, tibi conſolationem afferam, & vbicúmque degas: prouidentiam meam experiẽte. Quamobrem decet nos, quia iſta accepimus, non iniquè ferre, cùm moleſtum quippiam nobis obuenerit: ſed à Deo meliora poſtulare, tolerare nihilominus præſentia. Hanc enim patientiam noſtram vbi Dominus animaduerterit, non ſinet nos tentari ſuper vires noſtras; ſed faciet cum tentatione prouentum: vt nos poſſimus ſuſtinere.

1 Theodorit. Conſolatur Deus iuſtos in tribulatione.

Solicitudo Dei de iuſtis.

In Tribulationibus patientia neceſſaria.

Rabanus Maurus. (*Verbum quod locutus eſt,* &c.) Rudis adhuc & imperfectus in tolerantia paſſio-

Rabanus.

 num,

Pusillanimes in Ecclesia tribulationibus designati per Baruch pauentē proximam Iudaici populi captiuitatē.

num, quas postmodùm experturus erat Baruch, expauit calamitatem captiuitatis, quæ iam tunc temporibus Ioachim filij Iosiæ Regis Iuda vrbi imminebat. Vnde conqueritur, dolorem additum dolori suó, sed accipit inde diuinum responsum, quòd superfluè quærat pacem sibi tribui, cùm totus populus sub fasce diuersarum tribulationum laboret. Ex quo mihi videtur in illo typum fieri eorum, qui in pressura persecutionum, quibus in præsenti tempore Ecclesia grauatur, pusillanimitate titubant, habere volentes consolationem in præsenti, quæ in futura vita bene certantibus repromittitur. [a] *Omnes* enim, vt ait Apostolus, *qui piè volunt viuere in Christo, persecutionem patiuntur.* Vnde Saluator discipulis suis ait: [b] *In mundo pressuram habebitis.*

a 2. Tim. 3. 12.
b Ioā. 16. 33.

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Οὕτως εἶπε κύριος.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐχ ἁπλῶς μέμνηται τούτου τοῦ λόγου νῦν, οὐδὲ ἀκαίρως, ἀλλ᾽ ἵνα μάθῃς, καὶ οἷος ὁ Βαροὺχ περὶ αὐτοὺς ἦν, πῶς θρηνεῖ καὶ ἀποδύρεται, ἀξιῶν περὶ αὐτῶν τὸν θεὸν αὐτὸς δέ φησι. μὴ ζήτει μεγάλα.

Ὠριγένους.] τῷ λαῷ συμπάσχων Βαροὺχ, ἀπωδύρετο, καὶ ἀξιοῖ περὶ αὐτῶν τὸν θεὸν διὸ λαμβάνει τῆς ἐν κακοῖς βοηθείας ἀπαγγελίαν, λέγοντος οὕτω τοῦ θεοῦ. οὓς καθαιρῶ, πάλιν οἰκοδομήσω. πρῶτον γὰρ ἀλγεῖν ποιεῖ, καὶ πάλιν ἀποκαθίστησιν. καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις. οὐ γὰρ δεκτὰ τὰ χρηστὰ μὴ τῶν κακῶν περιῃρημένων. λύει γὰρ καὶ τὰς μοχθηρὰς τῶν ἀπίστων οἰκοδομάς, ὡς ἀρχιτέκτων τῆς σκηνῆς τῆς ἀληθινῆς, ἣν ἔπηξεν αὐτὸς, καὶ οὐκ ἄνθρωπος. περὶ ἧς φησιν ὁ Παῦλος. θεοῦ οἰκοδομή ἐστε. καὶ ὡς γεωργὸς ἐκτίλας τὸ μὴ ποιοῦν καρπόν. πᾶσα γὰρ φυτεία, ἣν οὐκ ἐφύτευσεν ὁ πατήρ μου ὁ οὐράνιος, ἐκριζωθήσεται. καταφυτεύει ἄμπελον καρποφόρον, οὐ κατὰ τὴν εἰς πικρίαν μεταστραφεῖσαν, καὶ ἄκαρπον, ἣν ἐκκόπτει, ἵνα πάλιν αὐτὴν ἀληθινὴν ἀπεργάσηται καὶ θεοῦ γεώργιον. οὕτω τῆς ἐξ Αἰγύπτου καθεῖλε τὸν φραγμὸν ὑπὲρ ἧς εὔχεται κατὰ τὸν Δαβίδ. ἐπίβλεψον ἐξ οὐρανοῦ, καὶ ἐπίσκεψαι τὴν ἄμπελον ταύτην. καὶ οὗτοι τοίνυν ἐπ᾽ ὠφελείας παιδεύονται. ὃν γὰρ ἀγαπᾷ κύριος, παιδεύει. τίς γάρ ἐστιν ὁ εὐφραίνων με, εἰ μὴ ὁ λυπούμενος ἐξ ἐμοῦ; ἡ γὰρ κατὰ θεὸν λύπη μετάνοιαν ἀμεταμέλητον εἰς σωτηρίαν κατεργάζεται. διὰ τοῦτο γὰρ ἐπάγω κακὰ ἐπὶ πᾶσαν σάρκα, τοὺς φρονοῦντας τὰ γήινα.

|| πολυωροῦντι.

Ὀλυμπιοδώρου.] || ὀλιγωροῦντι καὶ στένοντι τῷ Βαροὺχ, φησὶ διὰ τοῦ Ἱερεμίου ὁ θεός. ὅτι περισώσω σου τὴν ψυχὴν ἐν παντὶ τόπῳ. μὴ ζήτει δὲ ἄνθρωπος ὢν ἀπαλλαγῆναι πόνων.

Τοῦ αὐτοῦ.] τοὺς νομομαθεῖς φησιν, εἰς πάντα σεμνὰ ἐχαρίσατο. ἐπὶ τὴν Ἀραβίαν φεύγοντες οἱ ἀμφὶ τὸν Σεδεκίαν. εἰς τὴν νῦν καλουμένην Δάφνην.

[Καὶ σὺ ζητήσεις.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] Μίαν πόλιν ὅλην ἐξαρπάσαι κινδύνων προσκρούσασάν μοι ζητεῖς;

Ὀλυμπιοδώρου.] μὴ ζητήσῃς, τὰ γὰρ μεγάλα, καὶ ἀξιάγαστα οὐκ ἐνταῦθα, ἀλλ᾽ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι.

[Καὶ δώσω τὴν ψυχήν.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὅπου δ᾽ ἂν ᾖς οὐ μὴ πείσῃ δεινόν. ἀλλ᾽

Vers. 2. *Sic dixit Dominus.)*

2 Chrysost. *Baruch anxius orat non tam pro suismet, quàm pro populi miseriis.*

Chrysostomi.] *Non temerè nec importunè nunc sermonis huius meminit, sed vt intelligas quos in eos Baruch animo foret. Vt defleat & ploret rogans pro illis Deum. Ille verò ait, noli quærere grandia.*

Origenes. *Aduersa præmittere solet Deus, vt postmodū iucundiora sint prospera quæ exhibet.*

Origenis.] *Populo condolens Baruch deplorabat Deúmque pro illis rogat, Quare auxilij in malis responsum accipit, dicente sic Deo; Quos destruo, rursus ædificabo; primum enim dolorem immittit, deinde restituit, & quæ sequuntur. Non enim probantur bona, nisi sublatis è medio malis. Soluit enim & prauas infidelium structuras, tamquā veri tabernaculi.* [c] Architectus quod ipse, & non homo pepigit. *De quo ait Paulus;* [d] Dei ædificium estis; *& tamquam agricola, euulso quod infructuosum erat.* [e] Omnis enim plantatio, quam non plantauit pater meus cælestis, eradicabitur, *plantat fructiferam, non, vt illam: quæ versa est in amaritudinem, & infructuosam, quam excidit, vt rursus eam veram efficiat, & Dei culturam: sic illius quæ ex Aegypto venit sepem destruxit; pro qua secundum Dauid precatur.* [f] Respice de cælo, & protege vitem hanc. *Et hi igitur suæ vtilitatis causa erudiuntur;* [g] Quē enim diligit Deus castigat: quis enim est qui me consolatur, nisi qui à me mœrore afficitur? [h] tristitia quippe, quæ Deo immittitur pœnitentiam, quæ cōmutari non potest, ad salutem operatur. *Idcirco enim induco mala super omnem carnem, eos profectò qui terrena sapiunt.*

Vitiorū structura destruēda præ omnibus est, vt progressus fiat in Spiritu.
c 2. Cor. 3. 20.
d 1. Cor. 3. 9.
e Matth. 15. 13.
Tribulationes, & flagella immittit Deus ad nostram vtilitatem.
f Psa. 79. 15.
g Heb. 12. 6.
h 2. Cor. 7. 10.

Olympiod. *A Tribulationibus vt penitus eruamur, nullatenus à Deo putandum.*

Olympiodori.] *Sollicito gementique Baruch per Ieremiam Deus ait dabo animam tuam in salutem in omni loco: sed cùm homo sis, noli quærere vt liber à doloribus sis.*

Olympiod.

Eiusdem.] *Doctos ait in lege ad honesta quæque largitus est. In Arabiam fugiens Sedecias in eam, quæ nunc Daphne appellatur.*

Vers. 5. *(Et tu quæres tibi grandia.)*

3 Chrysost.

Chrysostomi.] *Vnam integram ciuitatem è periculis eripere mihi offensam quæris;*

Olympiod.

Olympiodori.] *Noli quærere: Magna quippe & admiratione digna non hîc, sed in futuro sæculo.*

(Et dabo animam tuam.)

Chrysost.

Chrysostomi.] *Vbicúmque fueris, mali nihil patie*

ἀλλ' ὅμως καὶ οὕτως ἐπέκειτο. ἵνα μάθῃς, ὅτι οὐχὶ τὸ ἑαυτοῦ ἐσκόπει, ἀλλὰ τὸ τῶν πολλῶν. ἡμεῖς δὲ ὅτε τὰ ἡμέτερα ἐν ἀσφαλείᾳ ᾖ, τότε τῶν λοιπῶν ποιούμεθα λόγον.

Ὠριγένους.] εὑρίσκει γὰρ τὰς ψυχὰς τῶν δικαίων ὁ θεός. ψυχαὶ γὰρ δικαίων ἐν χειρὶ θεοῦ, αἱ δὲ τῶν ἁμαρτωλῶν, ὡς μὴ οὖσαι λογίζονται.

patieris: & tamen ille inſtabat. Sed & ſic vt noris illum non ſibi, ſed multorum ſaluti conſulere. At nos cùm res noſtræ tuto loco ſunt, tunc aliorum gerimus curam.

Origenis.] *Inuenit enim animas iuſtorum Deus:* [a] namque iuſtorum animæ in manu Dei ſunt, *at impiorum animæ, ac ſi non eſſent, nullo habentur in precio.*

Proximi ſalus iuſtu maximè eſt cordi.

Origenes. *Animarum vel iuſti, vel improbi quã rationem habeat Deus.* a Sap. 3.1.

ΚΕΦΆΛΑΙΟΝ. 45.

* Ὁ λόγος, ὃν ἐλάλησεν ἱερεμίας ὁ προφήτης πρὸς βαροὺχ υἱὸν Νηρίου, ὅτι ἔγραψε τοὺς λόγους τούτους ἀπὸ στόματος ἱερεμίου ἐν τῷ ἔτει τῷ τετάρτῳ ἰωακεὶμ υἱοῦ ἰωσίου βασιλέως ἰούδα. οἰηθείη μὲν ἄν τις οὐ κατὰ τάξιν ταῦτα κεῖσθαι παρὰ τῷ προφήτῃ, ὅθεν φησί. δεῖν ἐπισημαίνεσθαι, ὡς πολλαχοῦ ἐστὶ τοῦτο τῆς γραφῆς τὸ ἰδίωμα, τῶν συνθέντων τὰς ἱστορίας, οὐ τῆς ἀκολουθίας φροντισάντων, ἀλλὰ τοῦ ὅπως δήποτε συντεθεῖναι πρὸς ὠφέλειαν τῶν ἀναγινωσκόντων. μᾶλλον δ' ἄν τις ἡρμόσθαι αὐτό φησι πρὸς τὰ ἠγούμενα. ἐπειδὴ γὰρ ἔφη τῶν ἐν αἰγύπτῳ μόνους σώζεσθαι τοὺς εἰς τὴν ἰουδαίαν φεύγοντας, ἀπόλλυσθαι δὲ πάντας τοὺς λοιπούς, οὐκ ἐπείσθησαν δέ, ἀπὸ τῶν παλαιῶν ἐπιστώσατο τὸ λεγόμενον. ὡς γὰρ πάλαι φησὶν ὁ βαροὺχ ἐπὶ τοῦ Ἰωακεὶμ προλέγων τὰ δεινὰ μὴ ἀπολεῖται, ἐπαγγειλαμένου δὲ αὐτῷ θεὸς ἀβλαβῆ ἐφύλαξε μόνον ἐξ ἁπάντων, οὕτω καὶ νῦν τοὺς πειθομένους σώζει.

Οὕτως εἶπε κύριος ὁ θεός. ἐπεὶ σὺ βαροὺχ εἶπας οἴμοι, ὅτι προσέθηκε κύριος κόπον ἐπὶ πόνον μου. ἐκοιμήθην ἐν στεναγμοῖς, καὶ ἀνάπαυσιν οὐχ εὗρον.] ὁ βαροὺχ ἀποστελλόμενος παρὰ τοῦ ἱερεμίου τὰ κατὰ τῆς πόλεως ἐξειπεῖν, δεδοικὼς τὴν τοῦ βασιλέως ὀργήν, καὶ τῶν λοιπῶν τὴν ὠμότητα, ἀπιέναι οὐκ ἐβούλετο, ἐννοῶν δὲ πάλιν, ὅτι οὐχ ὁ τυχὼν κίνδυνος ἐστὶ παραβῆναι τοῦ προφήτου τοὺς λόγους, τοῦτο γὰρ ἐστὶ τῷ θεῷ πέμποντι ἀντειπεῖν, ἐν στενοχωρίᾳ κατείχετο. ἀπιών τε γὰρ θάνατον προσεδόκει, καὶ μὴ πειθόμενος οὐ διαφεύξεσθαι τὴν τιμωρίαν, οὔτε τῷ θεῷ προσκρούων. τὸ οὖν, προσέθηκε κύριος κόπον ἐπὶ πόνον μου. πόνον μὲν καλεῖ τὴν λύπην ἣν εἶχον περὶ τοῦ λαοῦ. κόπον δὲ τῆς ψυχῆς τὴν ἀνίαν, καὶ τὴν περὶ τοῦ μέλλοντος φροντίδα. τὸ δὲ ἐκοιμήθην ἐν στεναγμοῖς, καὶ ἀνάπαυσιν οὐχ εὗρον. ὡς ἐν φροντίδι ἐσχηκὼς τὸ πρᾶγμα, ὥστε μήτε ὕπνου μήτε ἀνέσεως τυχεῖν.

Οὕτως εἶπε κύριος. ἰδοὺ ἃ ᾠκοδόμησα ἐγὼ καθελῶ, ἃ ἐφύτευσα ἐγὼ ἐκτίλω. καὶ σύμπασαν τὴν γῆν ἐκείνην, καὶ σὺ ζητεῖς σεαυτῷ μεγάλα μὴ ζήτει.] τουτέστιν, οὐ προσήκοντα λογισμῷ δικαίῳ εἴληφας. διὰ γὰρ τὴν ἀσέβειαν τοῦ πλήθους κατὰ πάντων ἀποφηνάμενος, καὶ βουλόμενος μου διὰ τῆς ἀπειλῆς ἀπαλλάξαι τῶν κινδύνων, σὺ οὐ δὲ || ἀθυμεῖν ἐθέλεις, ἢ φροντίδα τινὰ τοῦ πράγματος ποιεῖσθαι. τὸ γὰρ, σὺ ζητεῖς σεαυτῷ μεγάλα τοῦτο σημαίνει. τουτέστι,

|| ἴσ. εὐθυμεῖν.

CAPVT XLV.

* Verſ. 1. VErbum quod locutus eſt Ieremias Propheta, ad Baruch filium Neriæ, quando ſcripſit verba hæc ex ore Ieremiæ in anno quarto Ioachim filij Ioſiæ Regis Iuda.* Exiſtimat ſanè quidam hæc apud Prophetam, non vt ordo poſtulabat, poſita eſſe, vnde ait notãdum, hunc plerũque eſſe in Scriptura morem eorum qui hiſtorias conſcripsêre, vt non ſeriem ſpectarint temporis, ſed tãtùm, prout res ferebat, in legentium contexerint vtilitatem. Sed melius hæc cum ſuperioribus nexa eſſe aſſereret. Etenim cùm dixiſſet, eorũ qui in Ægypto erant tantùm eos ſaluandos, qui in Iudæam cõfugiſſent, reliquos verò omnes perdendos; iis non credentibus confirmat ſermones ſuos ex antiquioribus rebus. Vt enim olim, ait, Baruch infauſta prædicens periclitatus non eſt, ſed vt illi Deus promiſerat ſolus omnium immunis ſeruatus eſt: ſic & nunc credentes ſeruat.

Chryſoſt. Verſ. 1.

Verſ. 2. 3. *Sic dixit Dominus Deus. Poſtquam tu Baruch dixiſti, heu mihi, quia addidit Dominus laborem ſuper dolorem meum: dormiui in gemitibus, & requiem non inueni.* Baruch miſſus à Ieremia, vt in ciuitatẽ vaticinia ediceret, cùm iram regis, & reliquorum immanitatem paueret, munus hoc recuſabat: & ex alia parte, cùm vnà ſecum cõſideraret, periculum non contemnendum imminere ſi verba non exequeretur, hoc enim eſt Deo mittenti ſe opponere, anguſtiis animi premebatur: nam &, ſi iret, mortem ſibi paratã expectabat; &, ſi nõ obediſſet, non poſſe ſe effugere punitionem norat, quæ diuinis mandatis reſiſtentẽ manebat. Igitur illud, *Addidit Dominus laborem ſuper dolorem meum*: dolorem vocat mœrorem, quem habebat pro populo: laborem, animi afflictionem, & circa res futuras ſollicitudinem, *Dormiui in gemitibus, & requiem non inueni*: quaſi rem cum ſollicitudine meditãs, ita vt nec ſomno, quiete potiri, mihi conceſſum fuerit.

Verſ. 4. *Sic dixit Dominus. Ecce quæ ædificaui, ego deſtruam, quæ plantaui, ego euello, & vniuerſam terram illam, & tu quæris tibi grãdia: noli quærere.* Hoc eſt, cogitaſti quæ iuſtæ minimè conueniunt ratiocinationi; cùm enim propter populi impietatem contra omnes decernerem, ac per minas è periculis velim eruere, tu nec dolorem nec ſollicitudinem vis dimittere. Etenim illud, *Tu quæris tibi grandia.* Hoc ſignificat, Ne mœrore angatur

τουτέστι, τὸ μηδὲ λυπεῖσθαι. ὅτι γὰρ οὐ περὶ συμφορᾶς αὐτὸ φησὶ, μηνύει τὸ ἐπαγόμενον, φησὶ γάρ.

Ἰδοὺ ἐγὼ ἐπάγω κακὰ ἐπὶ πᾶσαν σάρκα λέγει κύριος. καὶ δώσω τὴν ψυχήν σου εἰς εὕρεμα ἐν παντὶ τόπῳ, οὗ ἐὰν βαδίσῃς ἐκεῖ.] τουτέστι, μὴ φοβοῦ, ἀπελθὼν εἰπὲ τῷ λαῷ τὰ παρὰ τοῦ προφήτου λεγόμενα, εὖ εἰδὼς, ὡς οὐ κοινωνήσεις αὐτοῖς τῆς συμφορᾶς, οὐδὲ τί διαθήσουσί σε κακόν. τὸν δὲ τρόπον τῆς σωτηρίας ἀνωτέρω τέθηκεν ὁ προφήτης, φήσας, καὶ κατέκρυψεν αὐτοὺς κύριος καὶ οὐχ εὑρίσκοντο.

A videlicet:hoc autem non pronunciasse de calamitate id indicat quod sequitur: dicit enim.

Ecce ego induco mala super omnem carnem, ait Dominus, & dabo animam tuam in rem inuentam: in omni loco quocumque iueris ibi: quasi diceret. Noli timere abiens; dic Populo dicta Prophetæ, pro certo habens, te huius calamitatis minimè fore participem, neque aliquid tibi inferent mali: modum saluationis supra exposuit Propheta, cùm di- B xit,* *Et occultauit eos Dominus & non inueniebantur.*

a Ierem. 36.

Caput 46. à vers. 1. vsque ad 9. Sectio Prima.

TEXTVS VVLGATÆ.

1 QVod factum est verbum Domini ad Ieremiam Prophetam contra Gentes.

2 Ad Ægyptum aduersùm exercitum Pharaonis Nechao Regis Ægypti, qui erat iuxta fluuium Euphratem in Charcamis, quem percussit Nabuchodonosor Rex Babylonis, in quarto anno Ioakim filij Iosiæ Regis Iuda.

3 Præparate scutum, & clypeum, & procedite ad bellum.

4 Iungite equos, & ascendite equites: state in galeis, polite lanceas, induite vos loricis.

5 Quid igitur? vidi ipsos pauidos, & terga vertentes, fortes eorum cæsos: fugerunt conciti, nec respexerunt: terror vndique, ait Dominus.

6 Non fugiat velox, nec saluari se putet fortis: Ad Aquilonem iuxta flumen Euphratem victi sunt, & ruerunt.

7 Quis est iste, qui quasi flumen ascendit: & veluti fluuiorum, intumescunt gurgites eius?

8 Ægyptus fluminis instar ascendit: & veluti flumina mouebuntur fluctus eius, & dicet: Ascendens operiam terram: perdam ciuitatem, & habitatores eius.

TEXTVS SEPTVAGINTA.

1 *IN principio regnantis Sedeciæ Regis factum est verbum hoc de Aelam.*

2 *Ipsi Ægypto super virtutem Pharaonis Nechao Regis Ægypti, qui erat ad flumen Euphratem in Charmis: quem percussit Nabuchodonosor Rex* C *Babylonis in anno quarto Ioacim Regis Iuda.*

3 *Assumite arma, & scuta, & accedite ad bellum.*

4 *Et insternite equos, ascendite equites, & state in galeis vestris, applicate lanceas, & induimini loricis vestris.*

5 *Quid, quòd ipsi pauent, & recedunt in posteriora? quia fortes eorum cadentur: fuga fugerunt, & non sunt reuersi, obsessi vndique, dicit Dominus.*

6 *Non fugiat leuis, & non euadat fortis ad Aquilonem. Quæ ad Euphratem, infirmata sunt, & ceci-* D *derunt.*

7 *Quis iste, quasi flumen ascendet, & velut flumina, fluctuant aquam?*

8 *Aquæ Ægypti, quasi flumen ascendent. Et dixit: Ascendam, & operiam terram, & perdam habitantes in ea.*

PARAPHRASIS CHALDAICA.

1 *QVod factum est verbum prophetiæ à facie Domini ad Ieremiam Prophetam contra Gentes.*

2 *Ad Aegyptum contra exercitum Pharaonis claudi Regis Aegypti, qui erat iuxta fluuium Euphratem in Carchamis, quem percussit Nabuchodonosor Rex Babylonis in anno quarto Ioachim filij Iosiæ Regis tribus domus Iuda.*

3 *Ordinate scuta & clypeos; accedite ad pugnandum.*

4 *Iungite equos, & ascendant equites & stent cum galeis; polite lanceas, induimini loricis.*

5 *Quare vidi ipsos contritos, & terga vertentes, & fortes eorum confractos? & fugiendo fugiunt, & non respiciunt ad resistendum illis qui occidunt gladio, qui congregantur aduersùm eos vndequaque, dicit Dominus.*

6 *Non fugiet velox, nec euadet fortis: In terra Aquilonis iuxta ripam fluminis Euphratis impegerunt, & ceciderunt.*

7 *Quis est iste qui ascendit cum exercitu suo sicut nubes; & operit terram? & sicut fons aquarum cuius aqua turbata sunt?*

8 *Rex Aegypti qui ascendit cum exercitu, ascendit quasi nubes quæ operit terram; & sicut fons aquarum, cuius aquæ commouentur: & dixit,* E *Ascendam, cooperiam terram, & plenitudinem eius, perdam ciuitates, & illos qui habitant in eis.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

1 Theodorit.

THeodoritus tamquam verba textus hæc præmissa huic capiti legit, *Sermo quem habuit Dominus cum Ieremia Propheta contra omnes Gentes.* Tum partim paraphrasticè, partim ipsis textus relatis verbis, nonnumquam speciali lectione ita hæc prosequitur. Post fi- F nem impositum propheriis de populo, vaticinatur quæ ventura sunt aliis gentibus, docens, se esse omnium opificem, Deum ac Dominum. Primo itaque loco narrat de Ægypto, designato tempore prophetiæ, nempe factæ post mortem Pharaonis Nechao, qui Iosiam interfecit iuxta fluuium Euphratem, atque itidem ipse occisus est à Rege Babyloniorum

Deus vt se Gentium omnium ostenderet opificem, nedū de Iudæis, sed & de aliarum Gentium populis vaticinia proferri curauit.

Fiducia in equitatu, & armis inutilis, ni Deus adſit.

niorum. *Aſſumite arma, & ſcuta & adducite ad bellum, ſternite equos, & aſcendite equites, ſtate in galeis veſtris: torquete haſtas, & induite loricas veſtras.* Quia his confidebant, equitandi ſcilicet & armorũ peritiâ, his verbis vti iubetur, vt doceat, ea fore inutilia: Iſtud enim indicant, quæ ſequuntur. *Cur ipſi pauent, & recedunt retro? Quia fortes eorum cadentur, fugâ fugerunt, & non ſunt reuerſi; obſeſſi in circuitu ait Dominus.* Deinde imperandi modo: *Ne fugiat leuis, & ne ſeruetur fortis ad Aquilonem. Quæ iuxta flumen Euphratem, infirmata ſunt, & ceciderunt.*

Ægypti proſperitas deſcripta.

Poſtea meminit priſtinæ poſteritatis: *Quis eſt iſte, qui tanquam flumen aſcendit: & fluuiorum inſtar inundant aquæ eius?* Aegyptus vt flumen aſcendit: & velut flumen perturbant aquæ eius. Oſtendit autem ſermones eius, arrogantiâ plenos. *Et dixit Aſcendam, & tegam terram, perdam ciuitates & habitatores earum.*

2

Rabanus.

Gentiles prophetauit Ieremias ſpecialiter, vt ſciret ſingula quantùm offenſo Deo illius relatura eſſent vltionis.

Rabanus Maurus. (*Verbum quod factum eſt ad Ieremiam Prophetam, &c.*) Hactenus Propheta mixtim de Iuda & Iſrael, & de Chaldæis, atque Aegyptiis prout oportunitas narrationis ſe contulit, ſermonem habuit: dehinc verò ad diuerſas gentes ac prouincias, hoc eſt, ad Aegyptum, ad Palæſtinos, ad Moabitas, ad filios Ammon, ad Idumæam, ad Cedar, ad Elam, & ad extremum ad Babylonem, ad terram Chaldæorum ſpecialiter ſingulis verbum Domini, quod ſub nomine oneris Iſaias nuncupauit, profert: vt ſciant ſingulæ quid contra Domini voluntatem fecerint, & qualem vindictam inde ſint perpeſſuræ. Primum ergo ad Aegyptum quæ maximè ſcandalum fuit genti Iudæorum, ſermonem conuertit, commemorans tempus quando hæc legatio peracta eſt, hoc eſt in quarto anno Ioachim filij Ioſiæ Regis Iuda, quando Pharao Nechao Rex Aegypti in Carcamis contra Nabuchodonoſor Regem Babylonis pugnauit, atque ab eo contritus & liberatus eſt.

Ægyptus maximè Iudæis ſemper extitit ſcandalũ.

Sed quia diuinæ hiſtoriæ hoc quomodo factum ſit non palàm oſtendunt, neceſſarium putabam narrationem Ioſephi inde in hoc loco ponere, qui in libro decimo Antiquitatum ſuarum ita narrat, dicens: Rex igitur Aegyptiorum dum fuiſſet à pugna reuerſus, vocauit Ioachim ad ſemetipſum de ciuitate Syriæ quæ dicitur Emath. Qui dum veniſſet cum repente vinxit, & ſeniori eius fratri, ex eodem patre progenito, nomine Eliachim tradidit regnum: prouinciæ verò tributum poſuit centum talenta argenti, & vnum auri. Ioachim ergo has pecunias exoluebat. Ioachaz autem deduxit in Aegyptum, qui etiam mortuus eſt in ea, dum regnaſſet tres menſes & dies decem. Ioachim verò mater vocabatur Zabuth, de ciuitate Abuma. Hic autem vir erat naturâ iniuſtus, & valde nequiſſimus, & neque circa Deum ſanctus, neque circa homines manſuetus. Dumque quartum regni haberet annum, Babyloniæ principatum quidam nomine Nabuchodonoſor accepit. Eodem tempore cum magno apparatu ad Archamin ciuitatem venit, quæ eſt iuxta Euphratem, pugnaturus contra Regem Aegyptiorum Nechao, ſub hoc enim Syria erat vniuerſa. Dumque cognouiſſet Regis Babyloniæ voluntatem: Nechao penitus non expauit, ſed cum magno brachio ſuper Nabuchodonoſor ad Euphratem venit. Qui factâ congreſſione deuictus eſt, & multa millia variis rebus belli amiſit.

Ioſeph. Heb. cap. 7.

Hiſtoria Regis Ægypti cum Nabuchodonoſor & cum Rege Iuda ſeries.

Tranſiens autem Euphratem Babyloniæ Rex, omnem Syriam vſque ad Peluſium cæpit, præter Iudæam. Quarto igitur anno Nabuchodonoſor qui erat octauus Ioachim Regis Hebræorum, contra Iudæos cum magno exercitu caſtra metatus eſt tributa exacturus à Ioachim, aut certè dimicaturus. Ille verò metuens eius minas, & pacem habere deſiderans, præbuit ei tributa quæ præceperat annis tribus. Tertio verò anno audiens Aegyptios denuò contra Babyloniam pugnaturos, tributa non reddidit, ſed ſpe Aegyptiaci belli deceptus eſt. Nam pugnare contra eum Aegyptij minimè præſumpſerunt.

3

In Mundi auxilio ſpem ponens Deo relicto conteritur Dæmonibus.

Quibus Ioſephi lib. 10. Antiquit. cap. 7. Expoſitis verbis addit Rabanus ipſe: ſemper enim Iudæi, vt Scriptura teſtatur, auerſi ſunt cordibus in Aegyptum, & non in Dei fortitudine, ſed in brachio carneo, & in baculo arundineo confracto ſperabant: vnde meritò coram hoſtibus cadebant. Sic & omnis qui relicto vno vero Deo, in auxilium fragile iſtius mundi ſpem ponit, coram nequiſſimis hoſtibus, hoc eſt, malignis ſpiritibus, reſiſtere non valebit, ſed eius machinamentis peruerſis irretietur, capietur, & conteretur: itaque locum iſtum quem incolimus, & mundum qui in maligno poſitus eſt: Aegyptum poſſumus appellare: maximè quia מצרים vt dicitur Aegyptus interpretatur tribulans, & ad anguſtiam rediens: Et verè, quia lata via & ſpacioſa iſtius mundi, ad tribulationem atque anguſtiam adducet perpetuam. Dehinc ergo quid Propheta ad Aegyptum loquatur videamus.

Mũdus quàm rectè per Ægyptum deſignatus.

Bellicus apparatus quã inanis ni in bello nobis adſit Deus.

*(*Præparate Scutum, &c.*) Per ironiam quidem hortatur Aegyptios imbelles, & pauidos arma ſumere, & machinas belli præparare, quod tamen fruſtra faciunt: quia, pauidi & terga vertentes concitè fugiunt, nec fuga velox, neque fortitudo brachiorum contra hoſtes defendere illos, atque ſaluare poteſt: ſed Chaldæorum gladio ad Aquilonem iuxta flumen Euphratem victi ſubitò corruerunt.

4

Fluuio magno cõparata regio populorũ multitudine arrogans.

(*Quis eſt iſte qui quaſi flumen aſcendit, &c.*) Propter multitudinem populorum Aegyptum flumini comparat, & fluuiis, quæ ſe per arrogantiam fruſtra terram Iſrael & ciuitatem Ieruſalem, ſiue etiam terram Chaldæorum ac vrbem Babyloniæ operire & diſperdere habitatores eius latitabant, quia iuxta Iſaiæ vaticinium *tradetur Aegyptus in manus dominatorum crudelium, & Rex fortis dominabitur eorum, & areſcet aqua de mari, & fluuius deſolabitur atque ſiccabitur & deficient flumina, attenuabuntur & ſiccabuntur riui aggerum, & calamus & iuncus marceſcet.* Naturale eſt, vt cùm per itam Dei captiuitas venerit, indignationem eius peſtilentia ſubſequatur, & aduersùm eos qui offenderint Deum cuncta elementa deſæuiant. Vndè ſcriptum eſt in alio Propheta: Et volucres in aëre deficere & piſces in aquis, vt omnia humano vſui ſubtrahantur. Hic dicimus ſimpliciter: vt, ſiccitatem fluminis Nili, & riuorum eius, voluerimus accipere. Sin autem per metaphoram in fluuio regnum, in riuo duces eius intelligimus, & in virore & iunco & papiro cuncta Aegypti abundantia, vt per ea opera Aegypti deſcribantur, quorum Aegyptus fertiliſſima eſt. Myſticè autem quando Rex fortis & durus dominatus fuerit Aegypto, areſcet omnis doctri

Iſai. 19. 5.

In Peccatorẽ deſeruiũt elemẽta & creata omnia.

Regnũ ſuſcipiẽte Christo omnis ſæcularis eloquẽtia fluuius aruit, vnà cũ Diabolo omnium mendacij rẽ norum rẽ.

doctrina & pulchritudo eloquentiæ sæcularis & ipse fons fluuiorum omnium diabolus, à quo oriuntur omnia mendacia desolabitur, ita vt deficiant cætera flumina,& riui qui de turbidis Nili aquis implebantur. In quibus ab eo quod dicit, *Naturale est*, &c. vsque ad *Mysticè autem*, Verba sunt Hieronymi in citatum Isaiæ locum.

5 Quod in vers. 3. dicitur Cyrillus Alexandrin. Homil. 18. Paschal. paulò post initium in bonum per accommodationem assumens sensum hæc habet, Cùm nos ad fortitudinem tempus acuat, non diffluat quisquam mollitie, sed potiùs quocúmque nos Deus vocauerit, eò strenuè contendamus. Illud verò rursus dici oportere arbitror, quod est apud Ieremiam, *Corripite arma, & clypeos*, &c. Vers. 3. Oportet enim nos, atque adeo generosè admodum voluptatibus, quæ ad prauitatem impellunt, obsistere spiritalique armaturâ instructos aduersùs prauos animi motus exercere bellum. Caro enim concupiuit aduersùs spiritum.

Cyril. Alex. *Fortiter insistendū muneri ad quod vocatus quisque à Deo est. Armatura spiritualis assumenda, vt strenuè obsistamus impugnationi à spiritalibus hostibus atque à carne.*

Procopius in cap. 19. Isaiæ pag. 267. ita quod hîc dicitur in vers. 7. refert: Et apud Ieremiam, *Quis iste? tamquam fluuius ascendet, & tamquam fluuij inundant aquam.* Aquæ Aegypti tamquam fluuius ascendent. Subditque, Quibus certè verbis militares copias innuit, quarum in medio cùm Princeps sederet, extulisse se, & superbisse par est.

Procopius. *Militares copia designata per fluuiorum metaphoram.*

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Ἐπὶ δύναμιν.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἄλλος ἦν ὁ Φαραὼ ὁ οὐαφρὴν οὗτος || ὁ Νεχαώ. ὅρα πῶς διὰ παραδειγμάτων καὶ ἔμπροσθεν αὐτοὺς ἐσωφρόνιζεν ὁ θεός. ἡττηθεὶς σφόδρα οὗτος, ὅτε καὶ ἰωακεὶμ ἀνῃρέθη. καὶ οὐδὲν ἐπιεικέστεροι γεγόνασι. καὶ ὅρα ποῦ ἀπήντησεν, ἐπὶ εὐφράτῃ.

|| τοῦ νεχαώ.

Ex vers. 2. Super exercitum Pharaonis Nechao.)

6

Chrysostomi.] Alius erat Pharao hic Vaphre à Nechao (Considera, quomodo antea quoque Deus exemplis in sanam eos mentem reuocabat) Victoriâ hic maximè oppressus quando & Ioachim occisus est; nihil tamen probiores euaserunt. Et vide quòd perfectus est ad Euphratem.

Chrysost. *Per exempla optimus agēdi modus.*

[Ἐν χαρμεῖς.]

Ὀλυμπιοδώρου.] πόλις ἐστὶν ἡ χαρμὶς, ἐν τῇ μεσοποταμίᾳ.

(In Charmis.)

Olympiodori.] Vrbs est Charmis in Mesopotamia.

Olympiod.

[Ἀναλάβετε.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τίνος οὖν ἕνεκεν ἄρχεται τῆς προφητείας, λέγων καθοπλίζεσθαι. καὶ μετὰ πολλῆς τῆς ἀκριβείας ἔπεισι τὴν ὅπλησιν αὐτῶν πᾶσαν, μονονουχὶ τοὺς στρατηγοὺς μιμούμενος τοὺς ἄγοντας εἰς πόλεμον, καὶ παρακελευομένους; ἢ τι εἰρωνευόμενος τοῦτό φησι.

Vers. 3. (Assumite arma.)

Chrysostomi.] Quare igitur Prophetia hoc sumit initium dicens vt se armis induerent? & accuratè exprimit vniuersam eorum armaturam ferè instar ductorum exercitus, qui milites ad pugnam instruunt, & cohortantur. An verò hæc Ironicè profert.

Chrysost.

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] κατὰ τοὺς ἑβδομήκοντα τῶν ἄλλων ἐθνῶν προτέτακται ἡ περὶ τοῦ αἰλὰμ προφητεία, κατὰ δὲ τοὺς λοιποὺς ἡ περὶ τῆς αἰγύπτου. περὶ ἧς καὶ πρῶτον ἐροῦμεν. λέγει δὲ, ὅτι μάτην ὁπλίζεσθε, καὶ ψευδὴς ἵππος εἰς σωτηρίαν. κατ' ἐκείνων δὲ λέγει τῶν ἐθνῶν, δέκα τῶν ἀριθμὸν ὄντων, τῶν ἰουδαίοις ἐπαναστάντων ἀεί. τὰ δὲ πλεῖστα τούτων καὶ μετὰ τὴν ἐπάνοδον ἐπετίθετο. προλέγει τοίνυν, ἵνα τοὺς ἰουδαίους ἡ ἔκβασις ὡς θεῷ πιστεύειν ποιήσειε. περὶ δὲ τύρου προείρημεν ἤδη, ῥηθήσεται δὲ πάλιν, ἡνίκα περὶ τῶν ἀλλοφύλων ποιήσεται λόγον. προτάττει δὲ τοὺς αἰγυπτίους, ἐφ' οἷς ἐν τῷ παρόντι πεποιθότες ἐτύγχανον. ἅμα δὲ καὶ τὸ συμβὰν ἰωσίᾳ παραμυθούμενος. τετάρτῳ γὰρ ἔτει τῆς ἰωακεὶμ βασιλείας τοῦ ὑπὸ Φαραὼ καταστεθέντος μετὰ τὴν τοῦ πατρὸς τελευτὴν, ὁ προφήτης ταῦτά φησι. παραδείκνυσι δὲ τρεπομένους ἐν τῇ μελλούσῃ παρὰ βαβυλωνίοις μάχῃ τοὺς αἰγυπτίους. ὁ δὲ αἰγύπτιος τῇ κατὰ ἰωσίου νίκῃ γαυριῶν ὥρμησε κατὰ τοῦ βαβυλωνίου, θαῤῥήσας ὁπλίταις τε καὶ τῷ τάχει τῶν ἵππων. μάταιον οὖν φησι τὸ τάχος καὶ ἡ ἰσχύς. τὴν γὰρ χεῖρα τὴν ὑψηλὴν τίς ἀποστρέψει; παρὰ γὰρ

Incerti.] Secundùm Septuaginta prophetia de Aelam cæteras de aliis gentibus ordine præcedit, secundùm verò reliquos prophetia de Aegypto de qua primò dicemus. Ait, verò, frustra arma Sumitis, & fallax equus ad salutem: inuehitur autem in illas gentes, quæ decem erant numero, à quibus semper Iudæis bellum inferebatur: plures verò earum etiam post reditum adoriebantur. Prædicit itaque vt euentus ad credendum tamquam Deo moueret Iudæos. De Tyro autem iam prædixit, dicetur etiam postea, cùm de Alienigenis erit sermo: primos verò ponit Aegyptios in quibus hoc tempore positam spem habebant: simul etiam solatium præbens ob casum Iosiæ. Nam quarto regni Ioachim anno quem Pharao Regem constituerat post obitum patris, Propheta hæc dicit. Prædicit autem Aegyptios in futura pugna cum Babyloniis superandos: nam Aegyptius de Victoria contra Iosiam insolescens arma mouerat in Babylonium leuis armaturæ militibus, & equorum pernicitate fidens: vanum itaque, ait,

7 Incertus.

γὰρ τὸν εὐφράτην παρατατόμενοι συνεκλείσθησαν, καὶ περιτειχισθέντες ὑπὸ Ἀσσυρίων πεπτώκασιν.

[Διὰ τοῦτο αὐτοί.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ὁ προφήτης φησὶν, ὅτι οἱ || ἰσ. αἰγύπτιοι. παρασκευαζόμενοι εἰς πόλεμον αἰγύπτου, || αὐτοὶ πτοοῦνται.

[Διότι οἱ ἰσχυροί.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὅρα, καὶ τὸν τρόπον λέγει τοῦ πολέμου, ὥσπερ παρὼν, τίνι τρόπῳ ἁλώσονται.

[Μὴ φευγέτω.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὔτε ποδῶν ταχύτης, οὔτε σώματος ἰσχὺς, οὔτε ἄλλο οὐδὲν ὠφελεῖ, πάντων || ἰσ. ἀπεσβλημένων. περιεσβλημένων, || εἰ μὴ παρείσιν ἡ τοῦ θεοῦ βοήθεια.

[Τίς οὗτος ὡς ποταμός.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐ διὰ τὸ μέγεθος καὶ μόνον αὐτῶν τῷ νείλῳ παραβάλλει, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ εἰδέναι αὐτοὺς τὸν ποταμὸν, καὶ τὴν ἀθρόαν ὁρμήν. καὶ δεικνὺς, ὅτι παρὰ τοῦ θεοῦ ἡ στρατηγία, καὶ γὰρ ἐκεῖνος ὑπὸ θεοῦ αὔξει.

Ὀλυμπιοδώρου.] ὁ βαβυλώνιος.

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] ἐμφαίνει δὲ νῦν τὸ πλῆθος αὐτῶν, καὶ σφοδρὸν ὅρμημα, καὶ τὴν ἀλαζονείαν μεθ' ἧς ἐπήρχοντο. αἰνίττεται δὲ καὶ τὸν ἀόρατον φαραὼ, θεοποιοῦντα ἑαυτὸν, ἀλλ' ἥκω φησὶ μετὰ τῶν συμμάχων ἁπάντων ἐπὶ δίκην αὐτόματος. εἰς γὰρ θυσίαν μοι λογισθήσεται τῶν ἀσεβῶν ἡ ἀναίρεσις ἐχθρεῦσαι γὰρ τοῖς ἐχθρεύουσι τῷ Ισραὴλ ὁ θεὸς ἐπηγγείλατο. ἐχθρὸς δὲ ἦν τηνικαῦτα ὁ φαραὼ τῷ Ισραὴλ ἀνελὼν τὸν Ιωσίαν, εἰ καὶ δι' ἀπείθειαν ἀπώλετο. πρὸς δὲ τὴν πληγὴν ῥητίνη φησὶ, καὶ πάσης θεραπείας ἀσθενήσουσι μηχαναί. δένδρου γὰρ ἡ ῥητίνη δάκρυον πρὸς φάρμακον ἐπιτηδεία. Γαλαὰδ δὲ, χώρα σύμφυτος. καὶ οἱ μὲν ἑβδομήκοντα φησὶν, ἀνάβηθι Γαλαὰδ ἀπὸ μέρους τὴν ἰουδαίαν δηλοῦντες συνηθείᾳ τινὶ γραφικῇ. διασύρει γὰρ τὴν ἰουδαίαν ὡς ἐπ' αἰγύπτῳ θαῤῥήσασαν.

A ait, velocitas, & robur, manum enim excelſam quis auertet? Namque iuxta Euphratem inſtructâ acie, circumſepti ſunt, Aſſyriis obſepti ceciderunt.

Verſ. 5. (*Idcirco pauent ipſi.*) — 8

Olympiodori.] *Propheta ait Aegyptios, qui parabantur ad inferendum bellum, ipſos fore pauidos.* — Olympiod.

Ex verſ. 5. (*Quia fortes eorum cadentur.*)

Chryſoſtomi.] *Vide, modum etiam belli quaſi præſens proſequitur, quomodo capientur.* — Chryſoſt.

B Verſ. 6. (*Non fugiat leuis.*)

Chryſoſtomi.] *Non pedum celeritas, non corporis robur, nec quicquam aliud prodeſt, cum omnia deficiant, niſi adſit Dei auxilium.* — Chryſoſt. *Cōtra Deum nil prodeſt quidquam.*

Verſ. 7. (*Quis eſt iſte qui quaſi flumen.*) — 9

Chryſoſtomi.] *Non tantùm propter eorum multitudinem eos Nilo comparat, ſed etiam quòd ſcirent flumen, & ſubitaneum eius incrementum; & oſtendit à Deo comparatum bellum; nam & fluuius diuinitùs augetur.* — Chryſoſt. *Nilo flumini cur comparatus exercitus.*

C Olympiodori.] *Babylonius.* — Olympiod.

Incerti.] *Multitudinem porrò eorum, vehementémque impetum oſtendit hîc & arrogantiam, quâ aduentabant: innuit etiam ſpiritalem Pharaonem, Dei nomen ſibi tribuentem. Sed venio, inquit, meâ ipſe ſponte, cum auxiliaribus copiis ad puniendas pœnas. In ſacrificium enim impiorum excidium mihi computabitur. Inimicis verò Iſrael inimicum ſe fore promiſerat Deus, tunc autem hoſtis Iſrael erat Pharao Ioſiâ occiſo,* D *licet ob contumaciam interierit: ad vulnus verò ait reſina & omnis curationis medicamenta nihil valebunt. Reſina enim arboris eſt lachryma, ad medicamentum idonea. Galaad verò terra illius ferax, & Septuaginta quidem legunt,* Aſcende Galaad, *more diuinarum literarum ex parte vniuerſam Iudæam ſignificantes, deridet enim Iudæam, quòd in Aegypto ſpem repoſuerit.* — Incertus. *Flumini cur comparatus Pharao cum exercitu ſuo. Pertinent hæc ad ſubſequentem lectionem.*

Capitis 46. à verſ. 9. vſque ad 13. Sectio Secunda.

TEXTVS VVLGATÆ. E

9 Aſcendite equos & exultate in curribus, & procedant fortes: Æthiopia, & Libyes tenentes ſcutum, & Lydij arripientes, & iacientes ſagittas.

10 Dies autem ille Domini Dei exercituum, dies vltionis, vt ſumat vindictam de inimicis ſuis: deuorabit gladius, & ſaturabitur, & inebriabitur ſanguine eorum: victima enim Domini Dei exercituum in terra Aquilonis iuxta flumen Euphratem. F

11 Aſcende in Galaad, & tolle reſinam virgo filia Ægypti: fruſtra multiplicas medicamina, ſanitas non erit tibi.

12 Audierunt Gentes ignominiam tuam, & vlulatus tuus repleuit terram: quia fortis impegit in fortem, & ambo pariter conciderunt.

TEXTVS SEPTVAGINTA.

9 *Aſcendite ſuper equos, præparate currus: egredimini pugnatores Æthiopum, & Lybes armati armis, & Lydi aſcendite, intendite arcum.*

10 *Et dies illa Domino Deo noſtro, dies vltionis, vt ſumat vindictam de inimicis ſuis: & deuorabit gladius Domini, & ſaturabitur, & inebriabitur de ſanguine eorum: quia ſacrificium Domino de terra Aquilonis ſuper flumen Euphratem.*

11 *Aſcende Galaad, & ſume reſinam virgini filiæ Ægypti: in vanum multiplicaſti medicamina tua: vtilitas non eſt in te.*

12 *Audierunt gentes vocem tuam: & clamore tuo impleta eſt terra: quia pugnator aduerſus pugnatorem infirmatus eſt: in idipſum ceciderunt vtrique.*

PARAPHRASIS CHALDAICA.

9 Ascendant equi & sonent currus, & egrediantur fortes Æthiopes, & Liby tenentes clypeos, & Lydi extendentes & portantes arcus.

10 Dies enim ille coram Domino Deo exercituum dies vltionis est, vt vindictam sumat de inimicis populi sui: & occidet eos gladio, & satiabitur, & inebriabitur sanguine eorum; quia occisio est coram Domino Deo exercituum in terra Aquilonis iuxta flumen Euphratem.

11 Ascende ad Galaad, & tolle resinam regnum catus Ægypti, in nullam enim vtilitatem multiplicas medicamina, medicina non ascendet tibi.

12 Audierunt populi ignominiam tuam, & clamore tuo repleta est terra, quia fortis impegit in fortem, simul ambo interfecti sunt.

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

10 Theodorit.

Theodoritus. Et vt ostendat non succedere, prout commentatum erat & cogitatum, dicit ironicè, *Conscendite equos, praparate currus: egredimini pugnatores.* (Dicit autem adiutores Ægyptiorum.) *Æthiops, & Lybici instructi armis: & Lydi ascendite, & intendite arcum,* Mox docet, Dei nutu temeritatem Ægyptiorum euerti. *Et dies illa Domino Deo nostro, dies vindicta, vt vlciscatur de inimicis suis. Et deuorabit gladius meus carnes, & saturabitur: & inebriabitur sanguine eorum.* Per hæc declarat interfectorum multitudinem. *Quia sacrificium Domino exercituum, à terra Aquilonis ad flumen Euphratem.* Quoniam Ægyptij luerunt pœnas impietatis, & Deo volente sunt occisi, idcirco cædem illorum appellauit sacrificium. *Ascende Galaad, & cape resinam virgini filia Ægypti.* Etiam [a] fratres Ioseph resinam, & stacten detulerunt in Ægyptum. Resina verò est arborum lachryma, medicamentis apta: quam potissimùm excolit Galaad. Dixit autem hæc per ironiam, ostendens morbum esse incurabilem, quod depræhenditur ex sequentibus: *Frustra auxisti medicamina tua: vtilitas non est in te.* Et ostendens plagæ magnitudinem, subiunxit, *Audierunt gentes vocem tuam, & clamore tuo repleta est terra, Quia pugnator aduersùs pugnatorem infirmatus est: eodem loco cecidit vterque.* Per hæc etiam vincentium futuram prænunciauit interneciónem. Hæc igitur Propheta vaticinatus est de priore belli clade.

Sacrificij vocabulo expressa impiorum cædes, Dei nutu facta in pœnam scelerum eorum.

a Genes. 43. 11.

Resina est arborũ lachryma medicamentis apta.

Incurabilis morbi egregia descriptio.

11 Raban. Mau.

Rabanus Maurus. (*Ascendite equos*, &c.) Mandat vt ascendant equos, & exultent in curribus & procedant fortes, hoc illi, qui per elationem mentis confidunt, in propria potentia, ex confinibus prouinciis Ægypto, ex Æthiopia scilicet Libyæ, & Lydiæ, quæ quondam inter gentes robustissimas reputatæ sunt, quorum Rex Crœsus erat, & incipiant præliari, vt dies vltionis Domini sumat vindictam de inimicis suis, quia frustra nituntur, quibus diuinum subtrahitur auxilium. Mysticè autem omnes hæretici atque schismatici ex diuersis prouinciis orti, nequicquam disponunt contra ciuitatem Domini, quia eam subuertere non poterunt: [b] *Porta enim inferi*, iuxta promissum Saluatoris *non praualebunt aduersus eam*, sed potiùs in die vltionis Domini deuorabit ille gladius hostes eius, de quo in Cantic. Deuteronomij scriptum est: [c] *Inebriabo sagittas meas in sanguine, & gladius meus manducabit carnes*, & victima erit Domini in terra Aquilonis iuxta flumen Euphratem, hoc est, fluxum sæcularis voluptatis, cùm traduntur in manus eius, qui solium suum posuit ad Aquilonem, & plaudebat se similem fore altissimo, vt eos mittat in stagnum ignis & sulphuris, & ibi tam operè, quàm animâ crucientur in perpetuum.

Hæretici, & Schismatici ex diuersis Prouinciis conuenientes demoliri sanctã nequibunt Ecclesiam.

b Matth. 16. 18.

c Deut. 32. 42.

Hæretici, & Schismatici traditi in interitum Sathana dicti victima Domini in terra Aquilonis.

12

(*Ascende in Galaad*, &c.) Ex Hieronymo Galaad mons ad quem septem Phœnicis, & Arabiæ collibus mons Lybani copulatur, extenditurque per desertum vsque ad eum locum vbi trans Iordanem habitabat quondam Seon Rex Amorrhæorum. Cecidit supradictus mons in sortem filiorum Ruben, & Gad, & dimidiæ tribus Manasse. Resinam Græci ῥητίνην vocant, ῥεῖ enim Græcè dicitur quidquid manat: Est enim lachryma sudore exhalata lignorum, vt Cerasi, Lentisci, Balsami, vel reliquarum arborum siue virgultorum quæ sudare produntur, sicut & odorata Orientis ligna, sicut guttâ Balsami, ac ferularum vel succinorum, cuius lachryma durescit in gemmam. Prima est resina, therebinthina, omnium præstantior: Affertur autem ex Arabia Petrea, atque Iudæa, & Syria, Cypro, & Africa, ex insulis quoque Cycladibus. Secunda est lentiscina quæ mirttix vocatur: Hæc ex Cisa Insula deportatur. Tertia pinalis, quarum alia pitines, alia petitinc, alia liquida, alia arida, & afferuntur ex terra Colophonia: Vnde etiam nomen Colophonia resina sumpsit. Nam resina lenis est apta corporibus, & pro medicina accipitur. Vnde & in Ieremia scriptum est: [d] *Numquid resina est in Galaad? aut medicus non est ibi? Quare non ascendit curatio filia populi mei?* Hanc resinam habebat, & Iacob quam mittebat filio [e] Ioseph, cum melle & therebinto, nucibus, thimiamatha & stacte: [f] Ismaelitæ quoque qui emerunt Ioseph, de terra Israel hæc Ægyptum deportabant, thimiamatha & resinam de Galaad & Stacten. Resina enim Galaad vt iam superiùs diximus, in multis testimoniis Scripturarum pro pœnitentia ponitur, atque medicamine veræ conuersionis ad Deum: Vnde Propheta hortatur Ægyptum, & confines sibi prouincias, vt agant pœnitentiam de errore suo, & malis operibus: quia si hoc non fecerint frustra à diis falsis medicamina quærent, quia non accipient ab eis sanitatem sed confusionem inuenient perpetuam.

Resina quid & varia illius species.

d Iere. 8. 22.

e Gen. 43. 11.

f Gen. 37. 11.

Resina metaphora designata pœnitentia.

13

Resina, inquit, ipsemet Rabanus, vt iam superiùs. Vnde & sequitur. (*Audierunt Gentes ignominiam tuam.*) Ignominia enim tunc patuit Ægypti, quando frustrata solatio, quod à falsis numinibus expetebat, coram hostibus suis ruit, & mutuâ clade eum fortè concidit. Sic & Hæretici qui semper in discordia sunt, & in vario errore versantur in multis ab inuicem discordant, & comminùs certantes, atque alterutrum se lacerantes, non victoriam veritatis capiunt: sed errore captiui pariter in foueam perditionis cadunt.

Hæretici semper inter se discordes, licet, vniti in Ecclesia persequenda, cadunt tandem vniuersi.

Primasius.

Primasius Episcopus Vticensis lib. 3. in cap. 8. Apocalypsis de iudicij extremi die accipies quod hîc habetur vers. 10. *Dies, ait, ille Domino Deo nostro dies vltionis vt vlciscatur inimicos suos, & deuorabit eos gladius, & implebitur sanguine eorum, quoniam sacrificium Domini Sabaoth in terra Aquilonis, in flumen Euphratem:* Sacrificium hîc non placationis, sed iugulationis annunciat.

Iudicij in die facienda iugulationis victima Deo ex impiis damnationi expositis.

14 Bonauent.

Bonauentura in 11. caput Lucæ, super ea verba: [g] *Si autem fortior illo superueniens vicerit eum.* Fortior est Diabolo, diuina fortitudo, scilicet Christus,

g Luc. 11. 22.

Fortes & Christus & Diabolus, fortior tamen Christus.

Christus, Deus noster: [a] *Christum prædicamus, Dei virtutem, & Dei ſapientiam.* Et rurſum ibidem: [b] *Quod infirmum eſt Dei, fortius eſt hominibus.* Et ait Iob: [c] *Si fortitudo quæritur, robuſtiſſimus eſt.* Et propterea dicit Iſaias: [d] *Vocabitur nomen eius admirabilis, conſiliarius, Deus fortis,* Iſte ſuperuenit, id eſt ſupernis venit ſecundùm illud: [e] *Qui de cælo venit, ſuper omnes eſt.* Hic autem vicit Diabolum, tamquam minùs fortem, iuxta quod dicitur: [f] *Confidite, quia ego vici mundum.* Vnde licet victus videatur, tamen vicit, quia moriendo reuixit. Et hoc à Ieremia deſignatur: [g] *Fortis impegit in fortem, ambo pariter conciderunt:* quia Christus corporaliter, temporaliter, & viſibiliter. Diabolus verò ſempiternaliter, totaliter, & irrecuperabiliter. Vnde in Apocalypſi: [h] *Ecce vicit Leo de tribu Iuda, radix Dauid, aperire librum, & ſoluere ſeptem ſignacula eius.* [i] Et vidi, *& ecce in medio throni & quatuor animalium, & in medio ſeniorum agnum ſtantem tamquam occiſum.* Qui ideo vicit, quia occiſus eſt. Vnde poteſt dici Diabolo illud: [k] *Vbi eſt mors victoria tua?* Sequitur: *Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam, per Dominum noſtrum Ieſum Christum.*

a 1. Cor. 1. 23. — b 1. Cor. 1. 25. — c Iob. 9. 19. — d Iſai. 9. 6. — e Ioan. 3. 31. — f Ioan. 16. 33. — *In paſſione Chriſti fortis impegit in fortem, diabolus in Chriſtum, & quomodo ambo pariter conciderint.* — g Iere. 46. 12. — h Apoc. 5. 5. — i Apoc. 5. 6. *Chriſtus vicit Diabolum regnumque eius debellauit per mortem ſuam.* — k 1. Cor. 15. 55.

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Καὶ ἡ ἡμέρα.]

Ὀλυμπιοδώρου.] μετὰ τὴν ἱστορίαν τὴν χριστοῦ παρουσίαν νόει, ὅτε τελέως οἱ ἐχθροὶ τοῦ θεοῦ κατηγορήθησαν δαίμονες.

[Ὅτι θυσία.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἵνα δείξῃ, πῶς εὐφραίνει τὸν θεὸν τὸ πρᾶγμα, οὐδὲν ἀνθρώπινον γίνεται. ἐπεὶ παρασκευάζεσθε ὑμεῖς, οὐδὲν κωλύω. ἵνα μάθητε, τὸ πρὸς τὸν θεὸν πολεμεῖν περιττόν.

|| Τοῦ Χρυσοστόμου.] καὶ τοῦτο εἰρωνευόμενος. ὅτι ὅσα ἂν ποιήσῃς, καὶ συμμάχους ὅσους ἂν καλέσῃς, ταῦτα περιττά. ||

[Ἀνάβηθι Γαλαάδ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἡ Γαλαὰδ ἔχει μὲν, τὴν ῥητίνην, ἰατρικὴν οὖσαν τραυμάτων. ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν. ἡ Γαλαὰδ ἐπηγγέλλετο ἐπαμύνειν τῷ αἰγυπτίῳ. καὶ αὕτη πρώτη ἑάλω. ἡ οὖν φησιν ὑπισχνουμένη ἄλλοις βοηθεῖν. σαυτῇ βοήθησον. παρθένον δὲ τὴν αἴγυπτον φησὶν, ὡς τότε πρῶτον αἰσχρῶς ὑπὸ πολεμίων ἡττηθεῖσαν, καὶ ὡς ἂν εἴποι τις διαπαρθενευθεῖσαν, θυγατέρα δὲ αἰγύπτου, τὴν περίχωρον ὀνομάζει.

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] ὃ εἴτε ῥητίνην εἰς ἴασιν ἔλαβε τὴν ἐξ οὐρανοῦ, καὶ δένδρων προφητικῶν ἀποῤῥέουσαν διδασκαλίαν. νῦν δὲ τὴν ἐκ δαιμόνων ζητοῦσα, εἰς κενὸν ἐπλήθυνε ἰάματα. οἱ δὲ μαχηταὶ πρὸς φυγὴν ὁρμήσαντες, ὑπ᾽ ἀλλήλων ἀπώλοντο. εἰ μὴ ἄρα καὶ τῶν νενικηκότων προαγορεύει κατάλυσιν.

[Ἤκουσαν ἔθνη.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τὸ διάδηλον τῆς συμφορᾶς, ὅτι ἠσθένησαν ἐν τῇ παρατάξει.

[ἐπὶ τὸ αὐτό.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ὁ Νεχαὼ φαραὼ σὺν τοῖς ὑπηκόοις. ἢ καὶ Γαλαὰδ σὺν τῇ αἰγύπτῳ.

Ex Verſ. 10. *Et dies ille Domino Deo noſtro.)* 15

Olympiodori.] *Poſt ſenſum hiſtoricum, Chriſti aduentum intellige; quando penitus inimici Dei Dæmones edomiti ſunt.* — Olympiod.

Ex Verſ. 10. *(Victima enim.)*

Chryſoſtomi.] *Vt oſtenderet, quàm Deo gratum eſſet hoc, nihil humanitùs fit. Alioquin accingimini vos: non prohibeo; vt noueritis, fruſtra eſſe Deo bellum indicere.* — Chryſoſt.

|| Verſ. 11. *(Aſcende Galaad.)* 16

Chryſoſtomi.] *Hoc etiam ironicè ait; Nam quicquid tentaueris, & quoſcumque auxiliares vocaueris, inane erit.* — Chryſoſt.

(Aſcende Galaad.)

Olympiodori.] *Galaad gignit quidem reſinam, quæ vulneribus medela eſt, ſenſus autem huius ſermonis eſt: Galaad pollicebatur Aegyptio auxilia, at ipſa primò capta eſt, quæ igitur, inquit, aliis auxilia promittis, tibimetipſi opem fer. Virginem porrò vocat Aegyptum, quia tunc primùm ab hoſtibus turpiter deuicta eſt, & quodammodo deflorata: filiam verò Aegypti, vocat regionem circumpoſitam.* — Olympiod. *Virginis vocabulo appellata Ægyptus quum primùm ab hoſtibus deuicta fuit.*

Incerti.] *Et vtinam reſinam quæ è cælo eſt, & ex propheticis arboribus fluentem doctrinam ad curationem ſumpſiſſet; nunc eam quærens illam quæ è Dæmonibus eſt abſque vllo fructu medicamenta multiplicauit. Bellatores verò arreptâ fugâ à ſe inuicem conſumpti ſunt, niſi fortè victorum etiam prænunciat ſtragem.* — Incertus. *Doctrina Prophetarum dicta Reſina è cælo.*

Verſ. 12. *(Audierunt gentes vocem tuam.)*

Chryſoſtomi.] *Palàm facta calamitas, in acie defecerunt.* — Chryſoſt.

(Pariter ceciderunt.)

Oympiodori.] *Nechao Pharao cum ſubditis; vel & Galaad cum Aegypto.* — Olympiod.

Capitis 46. à verſ. 13. vſque ad 17. Sectio Tertia.

TEXTVS VVLGATÆ.

13 VErbum quod locutus eſt Dominus ad Ieremiam Prophetam, ſuper eo quòd venturus eſt Nabuchodonoſor Rex Babylonis, & percuſſurus terram Ægypti.

14 An

TEXTVS SEPTVAGINTA.

13 *QVæ loquutus eſt Dominus in manu Ieremiæ, cùm veniret Rex Babylonis ad percutiendam terram Ægypti.*

14 *Annunciate in Magdelum, & annunciate in*

14 Annunciate Ægypto, & auditum facite in Magdalo, & resonet in Memphis, & in Taphnis, dicite: Sta & præpara te: quia deuorabit gladius ea, quæ per circuitum tuum sunt.

16 Et multitudo tua infirmata est, & cecidit: & vnusquisque ad proximum suum loquebatur, Surgamus, & reuertamur ad populum nostrum in patriam nostram à facie gladij Græci.

A *in Memphim: dicite: Sta, & prapara te, quia deuorauit gladius smilacem tuam.*

15 *Quare fugit à te Apis, vitulus electus tuus? non perstitit; quia Dominus dissoluit eum.*

16 *Multiplicauit ruentes, ceciditque vir ad proximum suum: & dicent: Surge, & reuertamur ad populum nostrum, & ad terram natiuitatis nostræ à facie gladij columbæ.*

PARAPHRASIS CHALDAICA.

13 *Verbum prophetiæ quod locutus est Dominus cum Ieremia Propheta de aduentu Nabuchodonosor Regis Babylonis, ad percutiendam terram Ægypti.* B

14 *Annunciate in Aegypto & narrate in Magdalo, & annunciate in Memphis, & in Taphnes dicite: Accingere & prapara te, quia occidit gladius eos qui in circuitu tuo sunt.*

15 *Quare contriti sunt frates tui, & non potuerunt consistere? Quia Dominus contriuit eos.*

16 *Multiplicatæ sunt ruinæ eorum: etiam obedient vnusquisque proximo suo, & dicent: Surgite & reuertamur ad populum nostrum, & ad terram natiuitatis nostræ à facie gladij inimici, qui est sicut vinum inebrians.* C

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

17 Theodorit.

Theodoritus. Prædicit venturum in Ægyptum exercitum Nabuchodonosor, & admonet, prophetiam indicari Magdalo, Memphis, Taphnis, vniuerso denique regno Ægyptiorum, & ait, *Sta & præpara, quia deuorauit gladius hederā tuam.* Syrus interpretatur τὴν σμίλακα, quæ sunt in circuitu tuo. hoc enim ipsum subindicare videtur σμίλαξ. hoc est, Hedera. Est enim herba, quæ plantis succrescentibus implicatur. Figuratè ergo adiutores Ægyptiorum sic appellauit: quorum tum cladem, tum fugam vaticinatus est. *Quia fugit Apis, vitulus electus tuus: & non expectauit.* Vitulum electum, dicit Apin. Hic autem bos erat, qui ab ipsis alebatur, & adorabatur. Sermo igitur propheticus docet quam ob causam victi sint, quoniam scilicet Vitulum constituentes Deum, & in eo fiduciam collocantes, nullum adepti sunt auxilium. *Quia Dominus dissoluit eum.* Hoc est, vitulum. Destruxit etiam illum, qui miracula faciebat in eo, & seducebat homines. *Et multitudo tua infirmata est, & cecidit.* D

Hedera metaphorā pulchrè designata auxiliares copia.

Apis vitulus quem adorabant vt Deū Aegyptij, à quo tamen nil opis habuere.

Dicit item formidinem, quæ illos inuaserat: atque quòd se mutuò hortabantur ad fugam, veriti hostes, & eorum adiutores. *Surgamus & reuertamur,* ait, *ad populum nostrum, & in patriam nostram, à facie gladij Græci.* Verisimile est, quosdam Græcorum iuisse in expeditionem cum Rege Babyloniorum. Arbitror autem, eum vnà prædicere Macedonum dominationem: cùm Alexander, deleto Ægyptiorum regno, Macedonibus eos seruire coegerit. E

Græcorum aliquos verisimile est fuisse in Chaldæorum exercitu.

Per Græcos Macedones destruendum Aegyptiorum regnum.

18 Raban. Mau.

Rabanus Maurus. (*Verbum quod locutus est Dominus, &c.*) Loquitur Propheta verbum & ore Domini ad Ægyptum, & ad eius loca præcipua, vt se præparent ad bellum: sed tamen sciant quòd Chaldæorum gladius deuastaturus sit omnem terram ipsius. Magdolus enim est locus, vt supra memoraui, ad quem filij Israel cùm exissent de Ægypto, peruenerunt antequam transirent mare rubrum. Legimus & in Ezechiele: de Magdalo vsque Senen. Porrò Ieremias Iudæos qui secum fuerant Babyloniorum impetum declinantes, in hac vrbe Ægypti habitasse refert: Thanen metropolim fuisse Ægypti. Et Psalmista declarat, quòd ibi Moses multa signa fecerit, quæ in Exodo describuntur: [a] *Posuit in Ægyptum signa sua, & prodigia sua in campo Thaneôs.* Memphim quoque magicis artibus deditam pristini vsque ad præsens tempus vestigia erroris ostendunt. Ad has ciuitates [b] Isaias in onere Ægypti ita loquitur: *Stulti facti sunt principes Thaneôs: emarcuerunt principes Mempheôs: deceperunt Ægyptum angulum populorum eius.* Vbi breuiter indicatur, quòd Babyloniâ vastitate veniente omnia Magorum consilia, & eorum quæ futurorum scientiam promittebant, stultitiæ coarguantur, & in aduentu Christi cuncta redigantur in nihilum, non inuenientibus consilium Ægypti vatibus, quomodo dogma opprimant Christianum. Idioma autem Scripturarum est, vt angulum pro regno ponant: eò quòd populos contineat, & quasi in tota domo fortissimum sit. Vnde & Christus duorum populorum parietes continens, lapis dicitur angularis.

Tanes, seu Taphnus Aegypti metropolis.

a Psal 77.

Memphis Aegypti ciuitas magicis artibus dedita.

b Isai. 19.

Anguli appellatione designari solitū regnum.

19

(*Quare computruit fortis tuus.*) Fortem autem Idolum aliquod & Deum falsum in quem sperauerunt Ægyptij, aut Pharaonem per potentiam regni nuncupat, qui rectè coram hostibus computruit, quia in victoria non perstitit, sed tabe corruptionis putrefactus sorduit, quoniam iustum iudicium Domini illum subuertit.

Fortis nomine designatum Idolum seu Tyrannus.

(*Multiplicauit ruentes, &c.*) Multiplicauit Ægyptus ruentes, quia populis eius traditis in manus hostium ceciderunt, eos inimici persequentes: & sicut hortari se debuerant inuicem audaces ad pugnam, sic timidi alterutrum incitant se ad fugam, Columbam vocat Nabuchodonosor, non ob laudem, sed ob vituperationem: non propter simplicitatem, sed propter stultitiam: quia cùm victor Domini munere in diuersis gentibus extitisset: non illi qui sibi victoriam tribuit, sed falsis numinibus laudem impendit. Nec mirum quòd Nabuchodonosor qui Domini imperio seruiebat, destruens præuaricatricem Ierusalem, seruum suum & columbam vocat, cùm Medos quos ad subuersionem Babyloniæ direxit, sanctificatos vocet, dicens per Isaiam: [c] *Ego mandaui sanctificatis meis, & vocaui fortes meos in ira mea, exultantes in gloria mea.* Columba igitur inuenitur in laude posita, vt illud est præceptum in Euangelio: [d] *Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ.* Vt videlicet, simus simplices quasi Columbæ, & astuti quasi serpentes, imitantes simplicitatem Columbarum, & serpentis astutiam: Ne aliis nocere possimus, nec ab aliis patiamur insidias: sed simplicitate & prudentiâ exhibeamus hominem temperatum; quia prudentia absque bonitate malitia est, & simplicitas absque ratione stultitia nominatur. Item in vituperatione ponitur Columba in Osee vbi ita legitur: [e] *Factus est Ephraim quasi Columba seducta non habens cor Ægyptum inuocabat, ad Assyrios abierunt,* F

Columba nomen, vt in malam partē acceptum tributum & impio Regi Nabuchodonosor.

Columba nomen in bonū sensum tributum Regi qui Dei obtemperet imperio.

c Isai. 13. 3.

d Matth. 10. 16.

Simplicitas Christiana qualis esse debeat.

Columba nomen in vituperationem vsurpatum.

e Osee. 7. 11.

Prælatus, & Princeps ſubditorum in ſalute negligentes quàm rectè comparati Columbæ.

abierunt. Quæritur, cùm Ephraim non aliis auibus, ſed Columbæ ſit comparatus. Aues cæteræ pullos ſuos etiam cum periculo vitæ ſuæ protegere feſtinant, & cum ad nidum ſuum Accipitrem, Colubrum, Coruum, ſiue Cornicem accedere viderint, huc illucque volitant, & dimitA tunt ſe, morſu & vnguibus lacerant, & dolorem parentis querulâ voce teſtantur: ſola Columba ablatos pullos non dolet, non requirit. Et huic rectè comparatur Ephraim, quod vaſtatum per partes populum non ſentiat, ſed negligens ſit ſalutis ſuæ.

CATENA GRÆCA VETERVM
PATRVM GRÆCORVM.

Ἃ ἐλάλησε κύριος.]

Ὀλυμπιοδώρου.] λέγεται θεὸς ἐν χειρὶ λαλεῖν τῶν προφητῶν, ἐπειδὴ πάντα ὅσα ἤκουσαν οἱ προφῆται ποιεῖν, ἐποίουν. χειρὶ γὰρ ἡ πρᾶξις. ἢ καὶ ἐπειδὴ πάντα τὰ μηνυόμενα ὑπὸ τοῦ θεοῦ, ὑπὸ τῶν προφητῶν εἰς ἔργον ἐχώρει.

[Ἀναγγείλατε.]

Ὀλυμπιοδώρου.] Μέμφις, καὶ Τάφνας, καὶ Μαγδωλὸς, πόλεις ὑπῆρχον αἰγυπτίων περιφανεῖς καὶ βασιλικαί.

[Καὶ παραγγείλατε.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἑτοίμασον σεαυτὴν εἰς σφαγὴν, ἐπίστηθι, ἀντὶ τοῦ γνώσῃ ὅτι ὡς σμίλακα, οὕτως ἐκκόψει σου τὸν βασιλέα ἡ μάχαιρα τοῦ Βαβυλωνίου.

[Ὅτι κατέφαγε.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὅτι κατέφαγε μάχαιρα τὴν σμίλακά σου. βοτάνη ἐστὶ πάντα καταβρώγουσα.

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] παρεγγυᾷ τοῖς αἰγυπτίοις πρὸς πολιορκίαν εὐτρεπισθῆναι, ὡς τῶν προμάχων, τῶν σμίλακος δίκην ἀντεχομένων αἰγύπτου, πεπτωκότων ἄκαρπος γὰρ ἡ πόα καὶ ψιλὴ, τῇ σκέπῃ ψυχαγωγεῖν μὴ δυναμένη. οἱ δὲ λοιποὶ ἀντὶ τοῦ τὴν σμίλακα, τὰ κύκλῳ σου, ἐκδεδώκασιν.

[Διατί ἔφυγεν.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὁ βασιλεύς σου, ἀληθέστερον δὲ ὁ θεὸς αἰγυπτίων, ὁ ἆπις. οὕτω γὰρ ἐκάλουν τὸν μόσχον, ἀχυροφάγον ὄντα καὶ θεὸν νομιζόμενον.

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] ἆπιν λέγει μόσχον τινὰ παρ' αἰγυπτίοις τιμώμενον. οὗπερ ἰσραὴλ ἐν ἐρήμῳ τύπον διέπλασεν. ὁμοίως καὶ ἱεροβοὰμ ἥκων ἐξ αἰγύπτου, ταῖς δέκα φυλαῖς τὰς δαμάλεις ἀνέστησε, τελείως αὐτὰς ἀποστῆσαι μηχανώμενος. ὡς ἐν ὀνείδει τοίνυν φησὶν αἰγυπτίοις ὁ θεὸς, ἐπὶ τὰς πόλεις τὰς ὀχυρὰς ἀποδράμετε, οἷα ἡ μέμφις τότε πόλις βασιλικὴ, καὶ ἡ μαγδωλὸς, ἣν ἐκ τοῦ ὀνόματος φρούριον εἶναί τινες ἀποφαίνονται, ἤτοι πύργον. παρέλυσε γάρ φησιν ὁ θεὸς τὸν ἆπιν. ἐπὶ τοσοῦτον γὰρ δοκοῦσιν ἰσχύειν οἱ δαίμονες, ἐφ' ὅσον ὁ θεὸς συγχωρεῖ, τοὺς πλανᾶσθαι βουλομένους καταλιμπάνων, ἢ καὶ δοκιμάζων τοὺς εὐσεβεῖς. τὸ γὰρ αὐτεξούσιον οὐ βιάζεται. διὰ γὰρ τοῦ ταύρου, τὸν δι' αὐτοῦ ἐνεργοῦντα δεδήλωκε δαίμονα.

[Καὶ ἕκαστος.]

Ὀλυμπιοδώρου.] οἱ ἐν τῇ αἰγύπτῳ ἰουδαῖοι λέγοντες, ἀναστρέψωμεν πρὸς τὸν λαὸν ἡμῶν.

[Ἀναστῶμεν.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὅρα, πῶς πάντα ἀκριβῶς διαγραφεῖ

B Verſ. 13. *Quæ loquutus eſt Dominus.)*

20 Olympiod. *In Manu Prophetarum loqui dicebatur Deus, quòd illi faciebant, quæ ab eo audiebant.*

Olympiodori.] *Dicitur Deus in manu loqui Prophetarum, quoniam omnia quæ facienda Prophetæ audiebant, faciebant.*

Verſ. 14. *(Annunciate in Magdolum.)*

21 Olympiod.

Olympiodori.] *Memphis, & Taphnas, & Magdolus, vrbes erant Aegytiorum illuſtres & regiæ.*

(Et annunciate in Memphim.)

Olympiod.

Olympiodori.] *Præpara te ipſam ad necem,* C ſta, *pro* Percipe, *quod ſicut ſmilacem, ſic Regem tuum abſcindet gladius Babylonij.*

(Quia deuorauit.)

Chryſoſt. *Smilax eſt herba omnia corrodens.*

Chryſoſtomi.] *Quoniam deuorauit gladius ſmilacem tuam, herba eſt omnia corrodens.*

Incertus.

Incerti.] *Monet Aegyptios, vt ſe ad obſidionem accingant; quòd nempe propugnatores corruerint, qui ſmilacis inſtar Aegypto adhærebant. Herba verò hæc eſt infructuoſa, & nuda, ad præſtandam vmbram inepta. Cæteri pro Smilace,* quæ per circuitum tuum ſunt, *reddi-* D *derunt.*

Verſ. 15. *(Quare fugit à te Apis?)*

22 Chryſoſt. *Apis Deus Aegyptiorũ.*

Chryſoſtomi.] *Rex tuus, imò Apis Aegyptiorum Deus, ſic enim vitulum vocabant paleas comedentem, & pro Deo habitum.*

Incertus. *Ad Apis Aegyptiorũ Dei ſimilitudinẽ Iudæi conflarunt ſibi vitulos, quos adorarent.*

Incerti.] *Apim vocat vitulum quendam apud Ægyptios in honore habitum; cuius Iſrael in ſolitudine figuram effinxit, ſimiliter & Ieroboam veniens ex Ægypto decem tribubus vitulas erexit, penitus eas ſegregare volens. Deus* E *itaque per probrum ait Ægyptiis,* Ad vrbes confugite munitas, *qualis tunc erat Memphis vrbs Regia, Magdoluſque, quam de nomine locum munitum, vel turrim aliqui aſſerunt:* fregit *enim inquit,* Deus Apim. *Dæmones quippe tantùm valere videntur, quantùm Deus permittit, eos deſerens qui errore duci volunt, vel pios probans, libero namque arbitrio nullam vim infert; nam per Taurum expreſſit Dæmonem, qui per illum operabatur.*

Dæmones tãtùm poſſunt, quantũ Deus illis permittit.

Ex verſ. 16. *(Et vnuſquiſque ad proximum* F *ſuum loquebatur.)*

23 Olympiod.

Olympiodori.] *Iudæi qui in Aegypto erant dicentes, reuertamur ad populum noſtrum.*

Ex verſ. 16. *(Surgamus.)*

Chryſoſt.

Chryſoſtomi.] *Vide, vt exactè omnia deſcribat,*

διαγράφει, καὶ ἐν διατριβῇ ἀπὸ τοῦ σφόδρα θαῤῥεῖν.

[Ἀπὸ προσώπου.]

Ὀλυμπιοδώρου.] οἱ ἀπὸ Ἴωνος ἕλληνες ὄντες, ὑπόφοροι ἦσαν κατὰ τὸ παλαιὸν τῶν βαβυλωνίων, καὶ συνεμάχων αὐτοῖς ἐν τοῖς πολέμοις. ἀπὸ μαχαίρας οὖν ἑλληνικῆς, ἀντὶ τοῦ, τῶν συμμάχων τοῦ βαβυλωνίου.

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] μαχαίρας δέ φησιν ἑλληνικῆς, διὰ τοὺς ἀποικισθέντας ἕλληνας ἐν ἀσίᾳ, καὶ ὡς εἰκὸς τῷ βαβυλωνίῳ δουλεύοντας. ἴσως δὲ καὶ μισθοφόροι τινὲς ἐτύγχανον ἕλληνες παρ' αὐτοῖς.

A *cribat, immoreturque quòd certissima illi sint.*

(*A facie gladij Græci.*)

Olympiodori.] *Iones Græci ab Ione genus ducentes, Babyloniis olim tributa pendebant, illisque ad bella coniungebantur. A gladio itaque Græco, id est, à sociis Babyloniorum.*

Olympiod. Græci antiquitùs militarunt apud Babylonios.

Incerti.] *Gladio, inquit, Græco, propter Græcorum colonias in Asia Babylonio subditos, vt videtur, fortasse verò etiam Græci mercede conducti apud illos militabant.* B

Incertus. Græcorum colonia in Asia fuêre olim Regi Babylonia subdita.

Capitis 46. à vers. 17. vsque ad 20.

TEXTVS VVLGATÆ.

17 Vocate nomen Pharaonis Regis Ægypti, tumultum adduxit tempus.

18 Viuo ego, (inquit, Rex, Dominus exercituum nomen eius) quoniam sicut Thabor in montibus, & sicut Carmelus in mari, veniet.

19 Vasa transmigrationis fac tibi habitatrix filia Ægypti: quia Memphis in solitudinem erit, & deseretur, & inhabitabilis erit.

TEXTVS SEPTVAGINTA.

17 *Vocate nomen Pharaonis Nechao Regis Aegypti, Saon Esbie Moëd.*

18 *Viuo ego dicit Dominus Deus, quia sicut Itabyrium in montibus, & sicut Carmelus in mari, veniet.*

19 C *Vasa transmigrationis fac tibi habitatrix filia Aegypti: quoniam Memphis in solitudinem erit, & vocabitur Væ, eò quòd non sint habitantes in ea.*

PARAPHRASIS CHALDAICA.

17 *Inuitarunt tibi: Pharao Rex Aegypti cuius copiosus tumultus est, transfert tempus.*

18 *Viuo ego, dicit Rex, Dominus exercituum nomen eius; quia sicut verum est verbum hoc, quòd Thabor est in montibus, & sicut Carmelus in mari; sic veniet interitus eius.*

19 *Vasa transmigrationis prepara tibi regnum cœtus Aegypti, quia Memphis in desolationem erit, & desolabitur absque habitatore.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

24 Theodorit.

Ægyptus appellatus perturbans & transferens tempora.

Theodoritus. *Vocate nomen Pharaonis Nechao Regis Aegypti, Sao Neesbtemod.* Syrus ista sic interpretatus est, *vocate nomen ipsius, Perturbans, & transferens tempora.* Quondam enim imperium Ægyptiorum potens erat, & vicinas gentes perturbabat, multorúmque res prosperas mutabat in aduersas. *Viuo ego, dicit Dominus Deus, Rex exercituum nomen illi.* Æternitatem & potentiam ipsius simul nos docuit. *Quia sicut est Thabor in montibus, & sicut Carmelus in mari, ita veniet.* Quasi dicat. Ne dubitaueris. Quemadmodum enim confitentur omnes, absque dubio Thabor esse montem, eúmque & Carmelum esse mari proximum, ita prædictio continet veritatem. *Vasa migrationis fac tibi habitatrix filia Aegypti.* Pro, fias apta captiuitati. Memorat etiam regiæ ciuitatis desolationem. Memphis enim temporibus illis erat vrbs regia, quod edocti sumus à diuino Isaia,[a] *Defecerunt* enim, ait, *principes Taneôs, & exaltati sunt principes Mempheôs.*

Dei æternitas simul atque potentia.

Veritatis egregia confirmatio exemplo firmitatis montium.

Memphis antiquitùs Ægypti Regia.

a Isai. 19. 13.

25 Rabanus.

Nomen impositum ex proximè futuro euentu.

Ruina Ægypti futura, confirmata exemplo duorum montiū quasi in mare subuersorum.

Rabanus Maurus. (*Vocate nomen Pharaonis, &c.*) Iubet Propheta his qui audierunt Vaticinium suum de Clade Ægyptiorum, quòd nuntient Pharaoni Regi Aegypti: quoniam vicinum est tempus tumultus belli, quod hostes sui acturi sunt contra eum. Quod autem sub iuramento Domini exercituum, ipsum tumultum affirmat venturum esse, sicut Thabor in montibus, & sicut Carmelus in mari: Ostendit ex comparatione locorum frugiferorum quasi in mari submersorum grandem subuersionem imminêre Aegyptiorum. Thabor autem terminus Zabulonæ mons in medio Galileæ campo mira rotunditate sublimis, distans à Diocæsaræa decem millibus contra orientalem plagam, qui confinium quoque inter tribum Issachar, & Nephralim fuit. Carmelus autem vbi Nabal quondam fuit, & nunc villa est Chermela nomine decimo lapide oppidi Chebron: vergens ad orientalem plaD gam, vbi & Romanorum præsidium est. Mysticè autem quia Thabor veniens lumen, vel veniat lux, & Carmelus tenellus aut mollis, siue scientia circumcisionis interpretantur, significant hæreticos in lumine sæcularis sapientiæ superbientes, vel Iudæos molles, & deliciosos in carnis circuncisione gloriantes: qui verò sub Pharaone versantur, & Christo seruire renuunt in mare turbidum huius sæculi demergi, & ob hoc in damnationem venturos perpetuam.

Thabor mons, vbi.

Carmeli mõs, vbi.

Hæretici & infideles quique in mare huius sæculi demersi.

(*Vasa transmigrationis fac, &c.*) Mandat Ægypto vt vasa transmigrationis sibi faciat, hoc est, E sarcinulas ad fugiendum præparet, quia famosissima eorum ciuitas, vbi Magorum incantatio celeberrima fuit in solitudinem vertetur: & terra deseretur inhabitabilis. De vasis ergo transmigrationis Dominus ad Ezechielem similiter loquitur, dicens:[b] *Tu ergo fili fac tibi vasa transmigrationis, & migrabis coram eis per diem: transmigrabis autem de loco tuo ad locum alterum in conspectu eorum, si fortè aspiciant, quia domus exasperans est: & efferas foras vasa tua, quasi vasa transmigrantis per diem in conspectu eorum: tu autem egrediêris vespere coram eis, sicut egreditur migrans ante* F *oculos eorum. Perfode tibi parietem: & egrediêris per eum in conspectu eorum. In humeris portabis, in caligine effugies, faciem tuam velabis & non videbis terram, quia portentum dedi te domui Israel.*

Vasa transmigrationis sibi facere, est præparare sarcinulas ad fugam.

b Ezech. 12. 3.

Hieronymus super cap. 5. Oseæ, descripto loco, & situ montis Thabor addit: Hunc montem & in Ieremia Sept. Itabirium transtulerunt: in quo aues laqueis capi solent. Id quod in vers. 18. hîc videas licet.

Hieronym. Thabor appellatus à Sept. Itabyrium.

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Καλέσατε τὸ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] καιρὸς παρεληλυθεν, σὺν ταραχῇ ἦχος. παραχθέντα, ἤτοι περὶ συνθήκας ἀγνώμονα αὐτὸν φησὶ γεγενῆσθαι. ὥσπερ ἐστὶν ὁ θαβὼρ ἐν τοῖς ὄρεσι. καὶ ὡς ὁ κάρμηλος ἐν τῇ θαλάσσῃ, οὕτως ἥξει, οὕτως ἔσται μέγας φησὶ καὶ ἀχείρωτος.

Θεοδωρήτου.] τὸ σαωνεεσβιεμωήδ. ὁ σύμμαχος ἐξέδωκε, καιρὸς παρεληλυθεν. ὁ δὲ ἀκύλας, παρήγαγεν ὁ καιρός. ὁ δὲ σύρος λέγει, ταράττων καὶ καιροὺς διαφέρων ἰσχύσασα γὰρ πάλαι ἡ τῶν αἰγυπτίων βασιλεία τοὺς πλησίον οἰκοῦντας ἐταράττε, καὶ πολλῶν εὐπραξίας εἰς τοὐναντίον μετέβαλε. [ὅτι ὡς τὸ ἰταβύριον.]

Ολυμπιοδώρου.] τοῦτο τὸ ὄρος τῆς γαλιλαίας ὂν, ἔρημον ἦν πρὸ τῆς χριστοῦ παρουσίας. ὁ δὲ κάρμηλος καὶ αὐτὸς ἔρημος ἦν ἔγκειται τῇ θαλάσσῃ, καὶ τοὺς θαλαττίους δέχεται κλύδωνας. ἔσται οὖν φησὶν ἡ μέμφις θορύβου μεστὴ, καὶ ἔρημος ἐκ τῆς ἐφόδου τῶν βαβυλωνίων.

[Σκεύη ἀποικίας.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐκ ἔχει τις οὐ σώματος ἀσθένειαν, οὐκ ὀλιγότητα, αἰτιάσασθαι. ὡς μόσχοι σιτευτοὶ ἦτε. καθωπλίσθητε. οὐκ ἐν τῇ πόλει ἡμῶν ὁ πόλεμος. πρότεροι ἐπήλθετε, ὡς ἀκρίς ἦτε.

A Verſ. 17. *Vocate nomen Pharaonis.)* 27

Chryſoſtomi.] *Tempus aduenit, cum tumultu ſtrepitus, à recto abductum, vel fœdifragum eum fuiſſe ait. Quod eſt Thabor in montibus, & ſicut Carmelus in mari, ita veniet, ita magnus erit, inquit, & inuictus.*

Chryſoſt. Montium ſimilitudine expreſſa aduenientis hoſtis magnitudo, & robur.

Theodoreti.] *Illud Saoneesbiemad Symmachus reddidit,* tempus aduenit, *Aquila,* præteriit tempus: *Syrus autem legit;* turbans, temporaque transferens. *Viribus enim pollens olim principatus Aegyptiorum finitimos vexabat, multorumque ſecundas res in aduerſas commutauit.*

Theodorit.

B

Ex verſ. 18. (*Quia ſicut Itabyrium.*) 28

Olympiodori.] *Mons hic Galilææ ante Chriſti aduentum deſertus erat. Carmelus quoque & ipſe deſertus, adiacet mari, marinóſque aſtus excipit: erit itaque ait Memphis tumultus plena, deſertaque ex irruptione.*

Olympiod. Itabyrium mõs Galilææ.

Verſ. 19. (*Vaſa tranſmigrationis fac ibi.*)

C

Chryſoſtomi.] *Nemo poteſt vel corporis imbecillitatem, vel tenuitatem obtendere. Tamquam vituli ſaginati eratis, armis vos minuiſtis: non in vrbe veſtra bellum. Primi irruiſtis. Vt locuſta eratis.*

Chryſoſt. Ægyptiaca potentia, & apparatus infirmitas.

Capitis 46. à verſ. 20. vſque ad 24. Sectio Quinta.

TEXTVS VVLGATÆ.

20 Vitula elegans, atque formoſa Ægyptus: ſtimulator ab Aquilone veniet ei.

21 Mercenarij quoque eius, qui verſabantur in medio eius, quaſi vituli ſaginati verſi ſunt: & fugerunt ſimul, nec ſtare potuerunt: quia dies interfectionis eorum venit, ſuper eos tempus viſitationis eorum.

D

22 Vox eius quaſi æris ſonabit: quoniam cum exercitu properabunt, & cum ſecuribus venient ei, quaſi cædentes ligna.

23 Succiderunt ſaltum eius, ait Dominus, qui ſupputari non poteſt: multiplicati ſunt ſuper locuſtas, & non eſt eis numerus.

TEXTVS SEPTVAGINTA.

20 *Vitula adornata Ægyptus: excidium ab Aquilone venit ſuper eam.*

21 *Et mercenarij eius in ea, quaſi vituli ſaginati nutriti in ea: nam & ipſi conuerſi ſunt, & fugerunt vnanimiter: non ſteterunt: quia dies perditionis venit ſuper eos, & tempus vltionis eorum.*

22 *Vox eorum, quaſi Serpentis ſibilantis: quia in arena ambulant, in ſecuribus venient ſuper eam: quaſi cædentes ligna.*

23 *Excident Syluam eius, dicit Dominus: quoniam non ſupputabitur, quoniam multiplicauit ſuper locuſtam: & non eſt eis numerus.*

PARAPHRASIS CHALDAICA. E

20 *Regnum ſpecioſum fuit Aegyptus. Populi interfectiores venient ab Aquilone contra eam, ad eam diripiendam.*

21 *Principes quoque eius in medio eius quaſi vituli ſaginati, ipſi enim verſi ſunt, & fugerunt ſimul, & non potuerunt conſiſtere; quia dies interitus eorum venit ſuper eos, tempus viſitationis malitia eorum.*

22 *Vox colliſionis armorum eorum: quaſi Serpentum reptantium, quoniam cum exercitu ibunt contra eos: & ſicut ij qui ingrediuntur cum ſecuribus ad ſuccidenda ligna ſaltus.*

23 *Conſumpti ſunt principes eius, dicit Dominus: quia non habent finem, quia copioſiores ſunt locuſtis, & non eſt eis numerus.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impreſſis.

29

Theodoritus. *Vitula exornata Aegyptus.* His verbis declarauit illius indomitã, & iugi expertam naturam, atque delicias. Et magnam illorum arguens imbecillitatem, oſtendit, vel paucis etiã aduenientibus hoſtibus, eos reſiſtere non potuiſſe, his verbis, *Euulſione ab Aquilone venit ad eã, & mercenarij eius apud eam, velut vituli ſaginati.* Declarat antẽ auxiliatorum imbecillitatem. Nam vitulus ſaginatus non excolit terrã, ſed ab aliis comeditur. Eorum quoque fugã narrat. *Auerſi ſunt* enim, ait, *& fugerunt vnâ mente: nõ ſteterunt.* Et ſubiicit rationẽ. *Quia dies interitus venit ſuper eos: & tẽpus vindictæ eorũ.* Oportebat enim eos impietatis pœnas luere. Docet nihi

Theodorit. Vitula ornata metaphorâ deſignatus delicioſus, indomitus, iugique expers. Vituli ſaginati metaphorâ vir imbecillis & iners. Vbi patientia diutius ſuſtinuit, pœnas tandem Deus infligit.

nihilominus ex his Dominum vbi longâ patientiâ fuerit vsus, tandem postea supplicium infligere. *Vox eorum, quasi Serpentis sibilantis.* Proprium est miserorum, gemere & sibilare: & eorum qui præ desperatione excandescunt extollere spiritum.[a] *In arena ambulabunt.* Ex his debilitatem eorum innuit. Etenim Dominus audientem verbum suum, & non facientem, comparat viro stulto, qui domum ædificat super arenam. *Cum securibus venient contra eam quasi cadentes ligna.* Deinde more imperantis: *Excidite saltum eius, dicit Dominus Deus, plures sunt quàm locustæ.* De numero incolarum intelligit. Non est in eis numerus. Assimilat eam saltui: & hostes syluæ cæsoribus.

Sibilare in gemitu propriè miserorum.

Ambulare in arena, phrasis designans debilitatem.

a Mat. 7.26.

Nota specialem hanc lectionem.

30 Rabanus Maurus. In explicationem vers. 20. *Vitula elegans atque famosa Aegyptus, stimulator ab Aquilone veniet.* Ei locum affert Oseæ 4. & Hieronymi expositionem dicens: Vitulam elegantem appellat Ægyptum, quia plebs eius in delitiis nutrita, quia indomita & lasciuos mores habens, iugum disciplinæ ferre recusauit. Cui stimulator, hoc est, Nabuchodonosor ab Aquilone veniet, qui eam acie armorum in fugam vertet. Cui simile est illud Oseæ:[b] *Sicut vacca lasciuiens declinauit Israel: nunc pascit eos Dominus quasi agnum in latitudine.* Pro quo in Septuaginta habetur: *Sicut Vacca asilo percussa insaniuit Israel: nunc pascit eos Dominus in spatioso.* Sicut enim vacca lasciuiens & abiiciens legis iugum: ita Israel, id est, decem tribus declinauit à Domini seruitute, pro lasciuiente vacca, vt diximus Septuaginta transtulerunt παροιστρῶσα: quæ Oestro, asiloque percussa sit: quem vulgo tabanum vocant. De quo & Virgilius in 3. Georgicorum libro refert: *Cui nomen asilo: Romanum est Oestrum Graij vertêre vocantes: Asper acerba sonans, quo tota exterrita Syluis: Diffugiunt armenta, furit mugitibus æther: Concussus syluaque & sicci ripa Tanagri.* Quia ergo insaniuit Israel, & percussus fornicationis spiritu, incredibili furore debacchatus est, ideo non multo post tempore, sed dum prophetantium spiritus hos regit attus pascit eos Dominus; quasi agnum in latitudine. Quia metaphoram à Vacca lasciuiente, siue Oestro cæperat, seruat in reliquis, vt captiuitatem in Assyrios, & in latissimâ Medorum terram dispersionem populi Israel, quasi in campo latissimo, & in spaciosa terra gregis: agnorum pasturam vocet. Super hæreticis prona intelligentia est. Sicut enim Vacca percussa asilo, percussi sunt hæretici ardentibus diaboli sagittis, & legis noticiam reliquerunt. Ideo pascentur in lata & spaciosa via quæ ducit ad mortem, & patientia Domini bonique pastoris eos nutriet ad interitum.

Rabanus.

Vitula elegãtis metaphorâ designatus lasciuus, voluptuosus, & iugum ferre non valens.

b Oseæ.4.16.

Hieronym.

Lasciuus, & iugi expers dictus, Vacca lasciuiẽs, Oestroque percussa.

Hæretici sicut Vacca lasciuiens.

31 (*Mercenarij quoque eius, qui* &c.) Principes Ægypti non pastores, sed mercenarios vocat, qui non curam gregis habuerant, sed auaritiæ, & luxuriæ studebant. Ideo coram hostibus stare non valentes, in fugam versi sunt. *Dies enim vindictæ & interfectionis venit super eos.* Iuxta allegoriam verò mercenarios Ægypti, fictos pastores præsentis Ecclesiæ peregrinantis in hoc mundo possumus intelligere, qui lucrum terrenum quærentes, oues sibi commendatas contra vastatores defendere non præsumunt: Quos ipsa veritas in Euangelio denotat, dicens:[c] *Mercenarius autem & qui non est pastor videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit.*

Rabanus.

Prælati improbi sunt mercenarij Aegypti.

De Mercenario pastore fugiẽte ad Lupi aduentum.

c Ioã. 10.12.

Lupus venit super oues. (Verba sunt Gregorij PP.) cùm quilibet iniustus & raptor fideles quosque atque humiles opprimit. Sed qui pastor esse videbatur & non erat, relinquet oues & fugit, quia dum sibi ab eo pericula metuit, resistere eius iniustitiæ non præsumit. Fugit autem, non mutando locum, sed subtrahendo solatium. Fugit, quia iniustitiam vidit, & tacuit. Fugit quia sub silentio se abscondit. Quibus bene per Prophetam dicitur:[d] *Non ascendistis ex aduerso, neque opposuistis murum pro domo Israel, vt staretis in prelio in die Domini.* Ex aduerso quippe ascendere est: quibuslibet potestatibus prauè agentibus rationis liberâ voce contraire. Et in die Domini, pro domo Israel in prælio stamus ac murum opponimus, si fideles innocentes contra peruersorum iniustitiam ex iustitiæ authoritate vindicamus. Quod quia mercenarius non facit: cùm venientem lupum viderit, fugit. Sed est alius Lupus qui sine cessatione quotidie non corpora sed mentes dilaniat, malignus videlicet spiritus, qui caulas fidelium insidians, circuit & mortes animarum quærit. De quo Lupo mox subditur:[e] *Et lupus rapit & dispergit oues. Lupus venit, & mercenarius fugit:* quia malignus spiritus dum mentes fidelium in tentatione dilaniat, & is qui locum pastoris tenet, curam sollicitudinis non habet, animæ pereunt, & ipse de terrenis commodis lætatur. *Lupus rapit & dispergit oues,* cùm alium ad luxuriam pertrahit, alium in auaritiam accendit: alium in superbiam erigit, alium per iracundiam diuidit: hunc inuidiâ stimulat, illum in fallacia supplantat. Quasi ergo gregem Lupus dissipat, cùm fidelium populum Diabolus per tentationes necat. Sed contra hæc mercenarius nullo zelo accenditur, nullo feruore dilectionis excitatur: quia dum sola exteriora commoda requirit, interiora gregis damna negligenter patitur. Vnde & mox subiungitur: *Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ouibus.* Sola ergo causa est, vt mercenarius fugiat, quia mercenarius est. Ac si apertè diceretur: Stare in periculo ouium non potest: quia in eo quod ouibus præest, non oues diligit, sed lucrum terrenum quærit. Dum enim honorem amplectitur, dum temporalibus commodis lætatur, opponere se contra periculum trepidat, ne hoc quod diligit amittat. Quasi vituli ergo saginati tales pastores sunt, qui delitiis carnalibus dediti, continentiæ minimè operam dant. Quos dies interfectionis & tempus visitationis superueniens consumit: quia eos aduentus superni iudicis futurus, pro peccatis suis puniendos gehennæ ignibus tradit.

Deque Lupo eos fugante.

Greg Papa homil. 14. in Euang.

d Ezec. 13.5.

Prælatus quomodo pro sui gregis custodia opponere se debeat improbis.

Lupi metaphora significatus Diabolus.

e Ioã. 10.12.

Mercenarij appellatio quàm congruat Prælato prauo.

32 (*Vox eius quasi æris sonabit.*) Non solùm enim historiali Ægypto iusto iudicio Dei vindicta superuenit, sed spiritali in die iudicij superuentura est: quam nunc Sacra Scriptura in toto Orbe dare prænuntiat futuram. Vnde bene vox eius æri sonanti comparatur, quia æris metallum cæteris metallis sonoriùs tinnit: & dies futuri iudicij cunctis correptionibus quæ ante fuerant fortiùs resonabit: Tunc enim[f] *Deus noster manifestus veniet, & non silebit: ignis in conspectu eius ardebit, & in circuitu eius tempestas valida, aduocauit cælum sursum: & terram discernere populum suum.* Tunc exercitus cælestes properabunt vt colligant omnia scandala de regno eius: & ligna infructuosa securibus validi examinis cædant.

Iudicij in die vox iudicis quàm bene assimilata æri sonanti.

f Psal. 49.2.

Iudicij in die succidendus saltus innumerabilium damnandorũ.

cædant. Tuncque ſuccidetur ſaltus inutilis qui ſupputari non poteſt: [a] quia *omne lignum non faciens fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur:* multitudoque perditorum, ſuper Locuſtarum, qui breui volatu ſe iactitant, numerum exiſtens, damnabitur: & puſillus grex cui complacuit patri dare hæreditatem ſaluabitur: Tuncque patebit confuſioni omnis carnalium cogitatio, quæ voluptatibus iſtius ſæculi innitebatur, quando in poteſtatem malignorum ſpirituum tradetur.

[a] Matt.7.19.

Damnati locuſtis innumerabilibus comparati.

33 Clem. Alex. Quod in verſ.21. De Vitulis dicitur ſaginatis, Clemens Alexandrinus in bonum ſenſum ſumpA ſiſſe videtur. In primo ſiquidem libro Pœdagog. cap. vbi ponderat quomodo in Scriptura Sacra ſimplices propter innocentiam: vocantur & agnelli, & Columbæ, hæc habet. Et rurſum quando dicit, Tamquam vituli lactentes, nos rurſus allegoricè ſignificat (vt ſcil. innocentes.)

Vituli lactentes appellat ſimplices, & innocentes.

Quod in verſ.23. habetur, ita breuiter attingit, & refert Procopius in cap.19. Iſaiæ pag.266. Huius quoque (Ægypti) amplitudinem & Ieremias ipſe locuſtis, & ſaltui comparauit, vbi ait. *Succidite ſaltum eius, dicit Dominus, quia non ſupputabitur, quia multiplicabit ſuper locuſtam, & non eſt eis numerus.*

Procopius. *Aegypti amplitudo expreſſa ſimilitudinibus locuſtarum & ſaltus.*

CATENA GRÆCA VETERVM
PATRVM GRÆCORVM.

Δ Α'μαλις.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ὅτι μέρος τι τῆς δυνάμεως πέμψας ὁ Βαβυλώνιος, εἷλεν αὐτήν.

Τοῦ αὐτοῦ.] στρατιῶται, τουτέστι τὸ στιπρέσιον. ἢ καὶ οἱ ξένοι, οὓς ἐμισθώσαντο εἰς συμμαχίαν.

[Καὶ οἱ μισθωτοί.]

Βίκτορος.] τὸ σιτευτοὶ, τῶν συμμάχων ἐδήλωσε τὴν τρυφήν. καὶ γὰρ ἐτρύφων, ἡνίκα ἐπεσκόπουν τοὺς καὶ ἴσχυον. νυνὶ δὲ πάρεστιν αὐτοῖς τιμωρίας καιρός. ἴσως δὲ καὶ παρίστησιν, ὅτι σιτευτὸς μόσχος τὴν γῆν οὐκ ἐργάζεται, ἀλλ' ἐσθίεται. οὕτω καὶ οἱ μισθωτοί σου.

B Verſ. 20. V*itula adornata Aegyptus.)*

Olympiodori.] *Miſſâ copiarum parte Babylonius cæpit illam.*

34 Olympiod.

Eiuſdem.] *Milites hoc eſt ſtipendiarij; vel exteri quos in auxilium conduxerunt.*

Olympiod.

Verſ.21. (*Et mercenarij eius in ea.*)

Victoris.] *Illa vox, ſaginati, luxum auxiliarium demonſtrauit: deliciis enim affluebant, quando protegebantur, viribuſque præſtabant: Nunc verò adeſt illis tēpus punitionis. Fortè verò ſignificat & hoc quòd Saginatus vitulus terram non findit, ſed comeditur, ita & mercenarij tui.*

Victor. *Milites mercenarij luxui dediti vitulis ſaginatis comparati.*

C

[Διότι καὶ αὐτοί.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] καὶ γὰρ τοῦτο φησί πόθεν οὖν ἡ ἧττα; ἢ δηλονότι παρὰ θεοῦ. ὅτι τοσοῦτοι ὄντες ὡς ἀκρὶς εἰς πλῆθος, ἡττήθητε.

[Φωνὴ αὐτῶν.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τουτέστιν, ὀδυρόμενοι καὶ θρηνοῦντες.

Ὀλυμπιοδώρου.] ἢ στεναζόντων φησὶ καὶ φευγόντων. ἐπειδὴ, φεύγων ὁ ὄφις συρίζει.||

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] ἀπαγομένη δέ φησιν εἰς αἰχμαλωσίαν δι' ἐρήμου ψαμμώδους, ἄσθματι συνεχομένη, καθάπερ ὄφις συριεῖ. δρυμῷ δὲ παραβάλλει τοὺς αἰγυπτίους διὰ τὸ ἄκαρπον, καὶ καθάπερ πρὸς ἐκκοπὴν τὴν ὑφ' ὑλοτόμων ἑτοίμους ἑστάναι, μὴ δυναμένους ἀμύνασθαι.

[Ὅτι ἐν ἄμμῳ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τουτέστιν οὐ βεβαίως.

Ὀλυμπιοδώρου.] ἕρπουσι χαμαὶ κείμενοι, συρόμενοι αἰχμάλωτοι.

[Ἐκκόψουσι.]

Ὀλυμπιοδώρου.] τὸ ἀνείκαστον, καὶ ὑπὲρ ἀκρίδα πλῆθος αὐτῆς.

Ex verſ.21. (*Nam & ipſi conuerſi ſunt.*)

Chryſoſtomi.] *Hoc enim dicit. Quare igitur victi? an certè auctore Deo: quia cùm tot eſſetis, multitudine velut locuſtæ victi eſtis.*

Chryſoſt. *Militū multitudo non exhibet in bello victoriā, ſed Deus.*

Verſ.22. (*Vox eorum quaſi Serpentis.*)

Chryſoſtomi.] *Hoc eſt, lugentes & plorantes.*

Chryſoſt.

|| Olympiodori.] *Vel ſuſpirantium ait, & fugientium; Nam Serpens fugiens ſibilat.* ||

Olympiod. *Serpenti quàm bene aſſimilati fugientes in bello.*

D

Incerti.] *Ducta verò ait in captiuitatem per terram deſertam, & arenoſam difficultate ſpirandi afflicta, tamquam Serpens ſibilabit. Saltui verò Aegyptios comparat, vt infructuoſos, & quod ad exciſionem quaſi Syluarum exciſoribus expoſiti eſſent, cùm ſe ipſos defendere minimè poſſent.*

Incertus. *Serpenti ſibilati quam cōgruè aſſimilati abducti ab hoſtibus. Sylua quàm aptè comparatus exercitus inutilis, & ſuperatu facilis.*

Ex verſ.22. (*Quia in arena ambulant.*)

Chryſoſtomi.] *Id eſt non ſtabili pede.*

Chryſoſt.

Olympiodori.] *Humi iacentes ſerpunt, & ducuntur captiui.*

Olympiod.

E

Verſ.23. (*Excident ſyluam eius.*)

Olympiodori.] *Inexcogitabilem, & ſuper locuſtam multitudinem eius.*

Olympiod.

Capitis 46. à verſ. 24. vſque ad 27. Sectio Sexta.

TEXTVS VVLGATÆ.

24 Confuſa eſt filia Ægypti, & tradita in manus populi Aquilonis.

25 Dixit Dominus exercituum, Deus Iſrael: Ecce ego viſitabo ſuper tumultū Alexandriæ, & ſuper Pharaonē, & ſuper eos, qui confidunt in eo.

26 Et dabo eos in manus quærentiū animam eo

TEXTVS SEPTVAGINTA.

24 *Confuſa eſt filia Ægypti, tradita eſt in manus populi ab Aquilone.*

25 *Ecce ego vlciſcar Ammon filium eius ſuper Pharaonem; & ſuper eos, qui fiderunt in eo.*

26 *Et dabo eos in manu quærentium animam eorum & in manus Nabuchodonoſor Regis Babylonis, &*

eorum, & in manus Nabuchodonosor Regis Babylonis, & in manus seruorum eius: & post hæc habitabitur sicut diebus pristinis, ait Dominus.

A *& in manus seruorum eius. Et post hæc habitabitur sicut diebus pristinis, ait Dominus.*

PARAPHRASIS CHALDAICA.

24 *Confusum est regnum Ægypti; traditum est in manum populi qui venit contra illud ab Aquilone.*

25 *Dicit Dominus exercituum Deus Israel: Ecce ego visito super tumultum Alexandriæ, & super Pharaonem, & super Ægyptios, & super idola eorum; & super Reges eorum, & super Pharaonem, & super omnes qui confidunt in eo.*

26 *Et tradam eos in manum quærentium occidere eos, & in manum Nabuchodonosor Regis Babylonis, & in manum seruorum eius. Et postea habitabitur sicut in diebus antiquis dicit Dominus.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

36 Theodorit. THeodoritus. (*Pudore perfusa est filia Ægypti.*) Ista etiam Propheta prædixit Iudæis, cùm descendisset in Ægyptum: quando lapides recondidit sub vestibulis palatiorum. (*Ecce ego vlciscar de Ammone, filio eius.*) Ægyptij Iouem vocant Ammona: à quo etiam regio Ammoniaca denominata est. Huic autem delubrum maximum extruxerunt. Filium autem eius vocat Ammona, eò quòd ab ipsa constitutus sit Deus, simulachrum enim est manu factum. Minatur ergo, se traditurum Babyloniis idolum Ammon, necnon etiam alios Deos eorum. Hoc enim sibi vult. *& de Pharaone, & de Ægypto, & de Diis eius, & de Regibus eius. Et de Pharaone, & de confidentibus in eum.*) Hostes ait eodem momento victores erunt de omnibus, & de Rege, & de principibus, & de idolis, & de copiis auxiliaribus. Cæterùm vbi tradita fuerit Regi Babyloniorum, pristinam dominationem recuperabit. (*Postea enim*, inquit, *in tranquillitate viuet, iuxta dies pristinos dicit Dominus.*

Ammona appellãt Iouem Ægyptij. Filius ciuitatis alicuius is dicitur, qui ab illa constitutus sit Deus.

Ægyptus post Babylonicam euersionẽ, redituram ad pristinam libertatem, & potentiam.

37 Rabanus. Rabanus Maurus. (*Confusa est filia Ægypti, &c.*) Cùm propter peccata populi, & principum eius tradita est Ægyptus cum tota pompa sua, & cultura in manu Nabuchodonosor Regis, & Chaldæorum, qui diripuerunt omnia, & statum regni dissipauerunt. Huic simile est illud quod in Isaia legitur.[a] *Et tradam Ægyptum in manus dominatorum crudelium, & Rex fortis dominabitur eorum, ait Dominus exercituum.* Quod tamen duplici intelligentiâ accipi potest, vt Chaldæorum scilicet tempore, quando à Nabuchodonosor Ægyptus expugnata est: vel Romani imperij, quando Antonio, Cleopatráque superatis, Augustus Cæsar Ægyptum subiugauit: Babylonios fuisse crudeles omnis Scriptura testatur: exponẽs quartam bestiam habentem dentes & vngues ferreos.

Ægyptus tradita in manus hostiũ crudelium, & Chaldæorum, & Romanorũ. a Isai. 19. 4. Hieron. in Isaiam.

38 (*Et post hæc habitabitur sicut, &c.*) Quod licet videatur isti intimare, regnum Ægyptiorum non ita Nabuchodonosor Rege esse destructum, quod vltra recuperari non possit, cùm postea ibi Reges vsque ad Augustum Cæsarem perstiterint, tamen altiori sensu Christiana potest designare tempora, quando Dei cultus in Ægypto B istius mundi restauratus est, ad quem primitùs homo exercendum creatus est, de quo & Isaias ait:[b] *Et percutiet Dominus plagâ Ægyptum, & sanabit eam, & reuertentur ad Dominum, & placabitur eis, & sanabit eos.*[c] *Quem enim diligit Dominus corripit: castigat autem omnem filium quem recipit.* Nec persecutio hæc ad negationem credentium pertinet, sed ad probationem & coronam, vt destruantur ea quæ fuerunt reproba, & instaurentur ea quæ fiunt probata.

Ægypti reparatio per conuersionem ad verũ Dei cultũ Euangelij tempore. b Isai. 19. 22. c Heb. 12. 6.

39 Circa vers. 25. Pro intellectu eius quod in C Vulgata, *Ecce ego visitabo super tumultum Alexandriæ*: pro quo Sept. legunt. *Ecce ego vlciscar Ammon filium eius super Pharaonem*: Faciunt quæ habet Hieronymus in caput 3. Nahum super iis illius Prophetæ verbis:[d] *Numquid meliores ab Ammon, quæ habitat in fluminibus.* Ait enim Hebræus, qui me in Scripturis Sanctis erudiuit, ita legi posse asseruit: Numquid meliores quàm *No Amon*, & ait נא *no* Hebraicè dici Alexandriam: אמון *amon* autem multitudinem, siue populos, & esse ordinem lectionis: Numquid melior es ab Alexandria populosa siue populorum, quæ habitat in fluminibus: aqua in circumitu eius. Non D quòd eo tempore Alexandria vocaretur, quippe quæ longo post tempore ab Alexandro Magno Macedone nomen accepit. Sed quia sub nomine primo, id est, *No*, semper Ægypti Metropolis fuerit, & abundantissima populis. Denique & qui res gestas Alexandri memoriæ tradiderunt, principem eam fuisse Ægypti autumant. Sed & Propheta Ieremias *Amon* siue *No*, Alexandriam intelligens in visione contra Ægyptum, ad quam dicit: *Vitula formosa Ægyptus, stimulator ab Aquilone veniet ei:* hæc quoque manifestiùs addidit: Confusa est filia Ægypti: tradita est in manu E populi Aquilonis, ait Dominus virtutum Deus Israel. Ecce ego visitabo super אמון מנא *Amon minno* id est, super tumultum de Alexandria אמון *amon* enim, vt diximus populos: מ *mem* præpositionem *de* significat: נא *no* autem Alexandriam. *Et visitabo*, inquit, *super Pharaonẽ, & super Ægyptum, & super Deos eius, & super Reges eius, & super Pharaonem, & super eos qui in eo sperant: & dabo in manus quærentium animas eorum, & in manu Nabuchodonosor Regis Babylonis, & in manu seruorum eius.* Dicitur itaque ad Niniuem:[e] *Numquid populosior es, aut potentior Alexandria?*

Hieron. d Nahũ. 3. 8. *Alexandria antiquitus appellata Hebraico nomine No Amon & illa fuit Ægypti Metropolis populosissima.* e Nahũ. 3. 8.

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Κατῃσχύνθη.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἵνα πιστώσωσι, ὅτι τὸ ἀγαθὸν παρ' αὐτοῦ ἐστι. τινὸς ἕνεκεν λέγει;

Τοῦ

40 Chrysost. Vers. 24. *Confusa est filia Ægypti.* Chrysostomi.] *Vides inopinatam cladem, & inexpectatam victoriam.*

Chry

Τοῦ χρυσοστόμου.] ὁρᾷς παράδοξον τὴν ἧτταν, καὶ παρὰ προσδοκίαν τὴν νίκην. μὴ φοβοῦ, ὅτι ἐπανάξω σε· λανθανόντως αὐτοῖς προλέγει. καὶ καλῶς, μὴ φοβοῦ. ἐπειδὴ πλησίον ἦν.

Κυρίλλου τὸ αὐτὸ καὶ Ἀπολιναρίου.] ἀμμὼν δὲ, οἱ μὲν τὴν ἀλεξάνδρειαν λέγουσιν, οὕτω πάλαι καλουμένην. ὡς καὶ ἐν τῷ Ναοὺμ φησι. μὴ κρείττων εἶ σὺ τῆς ἀμμὼν, τῆς κατοικούσης. ἐν ποταμοῖς· ὕδωρ κύκλῳ αὐτῆς ἧς ἡ εὐπορία θάλασσα, καὶ ὕδωρ τὰ τείχη αὐτῆς· αἰθιοπία ἰσχὺς αὐτῆς καὶ αἴγυπτος. καὶ οὐκ ἔστι πέρας φυγῆς. καὶ λίβυες ἐγένοντο βοηθοὶ αὐτῆς. καὶ αὐτοὶ εἰς μετοικίαν πορεύσεται. ἀλλ' οἱ παρόντες καιροὶ τῆς Ἀλεξάνδρου πρεσβύτεροι κτίσεως. ἴσως οὖν πρὸ Ἀλεξάνδρου πόλις ὑπῆρχεν ἐκεῖ, καὶ πανσαμένην ἀνέκτισε. τινὲς δὲ φασὶν ὡς Ἀμμωνᾶν τὸν Δία καλοῦσιν αἰγύπτιοι, ἀφ' οὗ, καὶ ἀμμωνιακὴ προσαγορεύεται χώρα. ὃν αὐτῆς υἱὸν καλεῖ, ὡς παρ' αὐτῆς θεοποιηθέντα. χειροποίητον γὰρ τὸ ἄγαλμα. ὃ δή φησιν οἱ βαβυλώνιοι παραλήψονται, καὶ σὺν ἄλλους αὐτῶν οὓς ἐπάγει θεούς. τὸ δὲ ἐπὶ Φαραὼ, καὶ αἴγυπτον, κατὰ κοινοῦ ἔχει τὸ, ἐκδικῶ.

[Ἰδοὺ ἐγὼ ἐκ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἀμμωνᾶν διὰ ἐτίμων αἰγύπτιοι. καὶ αὐτὸ οὖν φησιν αὐτῶν τὸ εἴδωλον τιμωρήσομαι. τοῦτο δὲ πέπονθεν ὁ σατανᾶς ἐπὶ τῆς χριστοῦ παρουσίας.

A

Chryſoſtomi.] *Vt credant, bona ab eo eſſe. Quare autem ait.* Ne timeas quia reducam te? *latenter illis prædicit, & bene; Ne timeas quoniam prope erat.*

Chryſoſt.

Verſ. 25. *(Ecce vlciſcar Ammon.)*

Cyrilli, ſimul & Apolinarij.] *Per Ammon autem ſunt qui Alexandriam intelligunt; ita olim vocatam; vt & in Naum habetur:* Num melior es tu Ammone, quæ habitat in fluminibus, aquæ circa ipſam, cuius abundantia, mare, & aqua muri eius? Aethiopiæ fortitudo eius, & Aegyptus, & non eſt terminus, & Lybes venerunt in auxilium eius, & ipſi in tranſmigrationem ambulant. *Verùm hæc tempora priora ſunt ædificatione Alexandri. Fortaſſe ergo ante Alexandrum vrbs ibi erat, & deſtructam reſtaurauit. Quidam verò aiunt Iouem ab Aegyptiis Ammonam vocari, vnde & Ammoniaca regio nuncupatur, quem filium illius vocat, tamquam ab ipſa Diis adſcriptum; ſtatua enim eſt manu artificis confecta, quam ait Babylonij capient, cæteróſque illorum quos memorat Deos. Illud verò* ſuper Pharaonem, & Aegyptum, *commune verbum habent, Vlciſcar.*

Cyril. Apolinar. *Alexandria priùs appellata Ammon.* a Nahum. 3. 8.

B

Iuppiter ab Ægyptiis appellatus Ammon.

C

(Ecce ego vlciſcar.)

Olympiodori.] *Ammonam Iouem venerabantur Aegyptij, & ipſum ergo ait illorum Idolum puniam: hoc verò paſſus eſt Satanas in Chriſti aduentu.*

Olympiod.

Capitis 46. à verſ. 27. vſque ad finem. Sectio Septima.

TEXTVS VVLGATÆ.

27 ET tu ne timeas ſerue meus Iacob, & ne paueas Iſrael: quia ecce ego ſaluum te faciam de longinquo, & ſemen tuum de terra captiuitatis tuæ: & reuertetur Iacob, & requieſcet, & proſperabitur: & non erit qui exterreat eum.

28 Et tu noli timere ſerue meus Iacob, ait Dominus: quia tecum ego ſum, quia ego conſumam cunctas gentes, ad quas eieci te: te verò non conſumam, ſed caſtigabo te in iudicio, nec quaſi innocenti parcam tibi.

D

TEXTVS SEPTVAGINTA.

27 TV autem ne timueris ſerue meus Iacob, neque paueas Iſrael: quia ecce ego ſaluans te de longe, & ſemen tuum ex captiuitate ipſorum. Et reuertet Iacob, & quieſcet & dormiet: & non erit, qui perturbet eum.

28 Ne timeas puer meus Iacob, dicit Dominus: quia tecum ego ſum. Intrepida, & delicata tradita eſt. Quia faciam genti conſummationem in omni gente, ad quos expuli te illuc: te autem non faciam deficere: & caſtigabo te in iudicio, & innocentem faciens non faciam innocentem te.

PARAPHRASIS CHALDAICA.

27 TV autem ne timeas ſerue mi Iacob, & ne formides Iſrael: Quia ecce ego ſaluum te faciam à longè, & filios tuos de terra captiuitatis eorum. Et reuertentur viri domus Iacob, & quieſcent, & habitabunt confidenter, & non erit qui exterreat.

28 Tu autem ne timeas ſerue mi Iacob, dicit Dominus: quia in adiutorium tuum eſt verbum meum: faciam enim conſumptionem in omnibus populis ad quos diſperſi te: non faciam in te conſumptionem, ſed adducam ſuper te corruptiones, vt doceam te, verumtamen in iudicio miſericordia; & conſumendo non conſumam te.

Catena ex Veterum Patrum operibus impreſſis.

41 Theodorit.

THeodoritus. Deinde etiam Iſraeli grata prædicit, & vaticinatur reditum è Babylone. Prænuntiat etiam Babyloniorum exitium. *(Tu verò, ait, ne timeas, ſerue meus Iacob, dicit*

E

Dominus: quia ego ſum tecum. Etenim faciam conſummationem in omni gente, ad quam expuli te: te autem non faciam deficere. Et caſtigabo te in iudicio: non tamen velut innocentem abſoluam te.) Medicinali caſtigatione te afficiam. Hoc enim ſibi vult. *(Et caſtigabo te in iudicio.)* Nec vult, incorruptum abire permittam, hoc enim indicat, *(Non tamen velut innocentem abſoluam te.)*

Caſtigare in iudicio eſt caſtigatione afficere medicinali.

42 Rabanus.

Rabanus Maurus. *(Et tu ſerue meus, &c.)* Hæc promiſſio non bene conuenit carnali plebi Iudæorũ, ſed ſpiritali populo in Chriſto credentiũ. Non enim eis diuinâ voce dictum eſt, quòd non conſumerentur, cùm in toto Orbe modo diſperſi ſint, nec regnum, nec Sacerdotium habeant, ſed Chriſtiana gens quæ de vniuerſis Gentibus colligitur, & reuertetur de captiuitate erroris, & priſtinæ conuerſationis ad terram Eccleſiæ, vbi quieſcet in ſpe, & proſperabitur in ſucceſſu virtutum, nec exterret eam aduerſarius, quia fiduciam habet in Deo ſuo, ipſa non conſumitur ho

F

Promiſſio à Deo facta Iudaico populo proſperitatis & non conſũmationis poſt captiuitatẽ, intelligenda de ſpiritali Iudaico populo & Chriſtiano.

hostium persecutione, sed seruabitur atque in modum auri, quod per ignem transit perfectè purgabitur atque probabitur. Nisi fortè dicamus, quòd generatio illa antiqua ante diem iudicij penitus non consumatur, quia [a] *ex parte caecitas contigit in Israel: cùm autem plenitudo Gentium subintrauerit, tunc omnis Israel saluus erit.* Sciendum est tamen, omnes homines triplici ratione tentari, plerúmque ob probationem, nonumquam ob emendationem, interdum ob merita delictorum. Et ob probationem quidem, vt beatum Abraham, vt Iob, multósque Sanctorum, tribulationes innumeras legimus pertulisse. Ob emundationem verò, cùm iustos suos pro paruis suis quibusdam leuibusque peccatis, seu pro elatione, seu puritate humiliandos diuersis tentationibus tradit, vt omnem sordem cogitationum, &, vt verbis Prophetæ dicam, [b] scotiam quam in occultis eorum præuidit esse concretam, excoquens in præsenti velut aurum putum futuro transmittat examini, nihil in eis residere permittens, quod scrutans post hæc iudicij ignis pœnali cruciatu purgaturus inueniat. Pro merito autem peccatorum, plaga tentationis infertur, vt ibi plagas populo Israelitico immissurum se Dominus comminatur, dicens; [c] *Dentes bestiarum immittam in eos cum furore trahentium super terram*, &, [d] *Frustra percussi filios vestros, disciplinam non recepistis.* In Psalmis quoque. [e] *Multa flagella peccatorum.* Et in Euangelio: [f] *Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.* Inuenimus sanè & quartam rationem, quâ ob manifestandam solummodo gloriam & opera Domini inferri quibusdam aliquas passiones Scripturarum authoritate cognoscimus, secundùm illud Euangelij: [g] *Neque hic peccauit, neque parentes eius, sed vt manifestentur opera Dei in illo.*

a Rom. 11. 25.

Tentari & tribulari nos permittit Deus, quadruplicem ob rationem, vel ob probationem, vel ob emundationē, vel ob delictorū merita, vel ob diuinæ gloriæ manifestationem.

b Isai. 1. 25.

c Deut. 32. 24.

d Iere. 2. 30.

e Psal. 31. 10.

f Ioan. 5. 14.

g Ioan. 9. 3.

43 Cyril. Alex.

Pro vers. 27. Cyrillus Alexandrinus lib. 11. in Ioannem cap. 17. expendens ea Domini verba ad Patrem. [h] *Ego te clarificaui super terram*, &c. *Et nunc clarifica me tu Pater*, &c. post aliqua, hæc habet. Vt nobis ostendat Christus, congruè tunc gloriam futuri sæculi nos potituros: quando ministerium nostrum absque culpa consummauerimus, glorificatum esse patrem à se ait, quia opus quod sibi dederat, in terra consummauerit. Petitque ipse glorificari rursus à patre, non aduentitiâ quadam gloriâ, vt nobis petendum est: sed propriâ suâ & naturali. Animaduerte autem quomodo vtriusque rei per se ipsum naturæ nostræ fiduciam donauit. In ipso enim primo, & per ipsum factum est, vt & quæ nobis diuinitùs commissa sunt ministeria possimus peragere, & non vereamur debitum rectè agentibus honorem liberè petere. Nam olim propter imperium peccati, nec probè quicquam efficere poteramus: & liberè à Deo aliquid petere propter rebellionem naturæ factam in Adam, nequaquam audebamus. Ad quam nos libertatem Deus reducens, per Prophetam consolatur: [i] *Non timeas, ait, quia confusus es: neque confundaris, quia opprobrium passus es.* Ita vt in aliis bonis omnibus, sic in hoc quoque, origo, ianua, & via Dominus, propriam gloriam, quam vel ante creationem rerum omnium habuit, modo vt homo repetit sæculis antiquiorem, quasi debitam sibi gloriam ad imitationem Christi perendam quispiam putet.

h Ioā. 17. 4.

Gloriam cælestem tunc rectè à Deo petimus, cùm rectè nostrum in Dei seruitio explemus ministerium.

Per Christū habemus, vt & rectè viuamus, & rectè oremus.

i Iere. 46. 27.

Hieronymus lib. 2. aduersùs Pelagianos non longè à fine, Miseretur humano generi Deus, & non vult perire quod fecit. *Noli timere Iacob, dicit Dominus:* [k] *Ego enim sum tecum, & interficiam omnes gentes, in quas dispersi te: te verò ipsum perire non faciam, sed castigabo te in iustitia: & ita miserebor tui, vt te innoxium non relinquam.* Vnde & nos dicimus, esse iustos, esse sanctos viros, & post peccata placentes Deo, non suo tantùm merito, sed eius clementiâ, cui omnis creatura subiecta est, & indiget misericordiâ eius.

Hieronym.

Gratia Dei necessitas ad cōuersionem, & ad bonum quodque.

k Ier. 46. 27.

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Σὺ δὲ μὴ φο.]

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] ὡς φιλάνθρωπος πάλιν παραμυθεῖται τὸν Ἰσραήλ, συγχωρῶν ἐλθεῖν εἰς ἐπίγνωσιν. προλέγει δὲ τὴν ἐπάνοδον τοῖς ἀξίοις τῆς τοῦ πατριάρχου προσηγορίας, καὶ οὗ μετείληφε || πάλιν ὀνόματος. τοιαῦτα τὰ παρὰ Ἡσαΐου λεχθέντα. σὺ δὲ Ἰσραὴλ παῖς μου Ἰακὼβ ὃν ἐξελεξάμην. σπέρμα Ἀβραάμ, ὃν ἠγάπησα. ἀντελαβόμην ἀπ᾽ ἄκρων τῆς γῆς, καὶ ἐκ τῶν σκοπιῶν αὐτῆς ἐκάλεσα.

|| πάλαι.

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] προφητεύσας δὲ κατὰ αἰγυπτίων, καὶ τὸν ἀληθινὸν Ἰσραὴλ παραμυθησάμενος, μέτεισιν ἐπὶ τοὺς ἀλλοφύλους, τοὺς λεγομένους Φιλιστιείμ, οὓς ἐξ ἑλληνίζοντες παλαιστίνους ἐκάλεσαν. ἐπέρχονται δέ φησι πολέμιοι, πᾶν τὸ εὑρισκόμενον παρασύροντες ὧν διὰ τὸν φόβον, καὶ ὁ τῆς φύσεως καταπατηθήσεται νόμος, ἑκάστου σώζειν ἑαυτὸν ἐγχειροῦντος, καὶ μηδεμίαν παίδων ποιουμένους φροντίδα. περὶ τύρου δὲ φήσας ἤδη πλατύτερον, συντόμως νῦν διεξέρχεται. περὶ τῆς πλα

44

Vers. 27. (*TV autem ne timueris serue meus.*)

Incerti.] *Rursus vt misericors Israelem solatur, concedens illi vt resipiscat, reditum verò prædicit iis qui digni erant denominatione Patriarchæ, & nomine quod ipsi olim impositum est. Similia dixit Isaias;* [l] Tu verò Israel filius meus Iacob, quem elegi, Semen Abrahæ, quem amaui, excepi à finibus terræ, & à verticibus illius vocaui.

Incertus.

Iudæis quibusnam cōsolationis promissa facit Deus.

l Isai. 41. 8.

Ex vers. 28. (*Quia faciam genti consummationem.*)

Incerti.] *Vaticinatus contra Aegyptios, verúmque Israelem solatus, ad Allophylos accedit Philistiim nuncupatos, quos Græcâ flexione Palæstinos nominarunt. Aduenient, inquit, hostes quicquid occurrerit pertrahentes, quorum timore naturæ quoque lex post-habebitur vnoquoque sibi quærente salutem, & nihil sollicito de filiis. De Tyro verò cùm antea latiùs disseruisset, nunc paucis expedit. De qua multa*

Incertus.

πλατέως ἠσαίας τε καὶ ἰεζεκιὴλ προεφήτευσαν. εἷλε γὰρ καὶ ταύτην ὁ βαβυλώνιος.

[Καὶ παιδεύσω σε.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐπὶ μὲν τῆς ἱστορίας, ὅτι καὶ ἀνελθόντες ἐξ αἰγύπτου εἰς ἱερουσαλὴμ, πάλιν ἐπαιδεύοντο. πρὸς δὲ διάνοιαν, τῷ κατὰ χριστὸν ἰακὼβ σωζομένῳ φησὶν, ὅτι λυτρώσομαί σε τῆς δαιμονικῆς δουλείας, καὶ παιδεύσω σε κρίματα, τουτέστι δόγματα εὐαγγελικὰ, ἐὰν δὲ ἁμάρτῃς, τιμωρήσομαί σε.

A *multa Iſaias, & Ezechiel prophetarunt; cepit enim & illam Babylonius.*

Ex verſ. 28. (*Et caſtigabo te in iudicio.*)

Olympiodori.] *Hiſtoricè quidem, quòd etiam ex Aegypto regreſſi Ieruſalem, iterum caſtigabantur, ſpiritaliter verò Iacob per Chriſtum ſaluandum alloquitur, quòd liberabo te à Dæmonum ſeruitute, & erudiam te iudicia, hoc eſt Dogmata Euangelica: quòd ſi deliqueris, caſtigabo te.* B

Olympiod. De Iudæorum ſalute exhibenda per Chriſtum.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ. 46.

* Ἐπὶ δύναμιν φαραὼ Νεχαὼ βασιλέως αἰγύπτου, ὃς ἦν ποταμῷ εὐφράτῃ ἐν χάρμης, ὃν ἐπάταξε Ναβουχοδονόσορ βασιλεὺς βαβυλῶνος ἐν τῷ ἔτει τῷ τετάρτῳ υἱοῦ ἰωακεὶμ βασιλέως ἰούδα. ὅτι ταῦτα τότε εἴρηται. οὐ γὰρ ἐστὶν ἀρχὴ τῆς αἰγύπτου ὁράσεως, ἀλλ᾽ ὡς προέφην τὰ τότε ῥηθέντα ὑπομιμνήσκει. οὗτος γὰρ ὁ Νεχαὼ ἀνελὼν τὸν Ἰωσίαν κατέστησεν ἰώαχαζ. ἐπελθὼν δὲ ὁ Ναβουχοδονόσορ, ἀνεῖλε μὲν τὸν ἰώαχαζ, κατέστησε δὲ τὸν ἰωακείμ. ὡς οὖν τῆς αὐτοῦ βασιλείας παρασπωμένης ὁ αἰγύπτιος εἰς τὸν εὐφράτην γενόμενος συμβάλλει τῷ Ναβουχοδονόσορ. ἰουδαίων τοίνυν μεγάλα περὶ τῆς δυνάμεως αἰγυπτίων φρονούντων, καὶ πρὸς τὴν ἐκείνων συμμαχίαν κεχηνότων ἀπειλεῖ, καὶ τὴν ἧτταν, καὶ τὴν ἀπώλειαν τοῦ Νεχαώ. καὶ κηρύξας πόλεμον, καὶ ματαίαν συμμαχίαν ἀποφηνάμενος ὡς πρὸς ἰουδαίους ἀποτεινομένους.

C

D

Ἀνάβηθι Γαλαὰδ, καὶ λάβε ῥητίνην παρθένῳ θυγατρὶ αἰγύπτου. εἰς κενὸν ἐπλήθυνας ἰάματά σου. ὠφέλεια οὐκ ἔστι σοι. τουτέστι, σύμπραξον αὐτῇ καὶ σὺ μετὰ τῶν λοιπῶν. Γαλαὰδ γὰρ τοὺς Ἰσραηλίτας λέγει, ἀπὸ τοῦ τόπου ὀνομάσας τοὺς ἐνοικοῦντας. ἦν δὲ καὶ ἱερέων πόλις. διὸ φησὶ, λάβε ῥητίνην. τουτέστιν, ἔμπλαστρον. ἵνα εἴπῃ, ὡς πάλαι εὐσεβοῦσα ἐβοήθεις τῷ λαῷ διὰ τῆς ἱερατείας, οὕτω νῦν παρανομοῦσα δυνήθητι ἰάσασθαι τοὺς τραυματισθέντας ἐν τῷ πολέμῳ ὠνείδιζον δὲ αὐτοῖς, ὡς πολλάκις διὰ προφητῶν τῶν αὐτόθι κατοικούντων τῆς σωτηρίας ἀξιωθέντων ἐν ταῖς πρὸς τοὺς ἐναντίους μάχαις. ἵνα εἴπῃ, ὅτι νῦν ἀσεβοῦσα. χρῆσαι ἐκ τῆς τῶν εἰδώλων συνεργίας τοῖς προκειμένοις, καὶ βοήθησον τῷ αἰγυπτίῳ, ὃν προεστήκει ἡ γῆ.

E

Ὅτι μαχητὴς πρὸς μαχητὴν ἠσθένησε. τουτέστι, καὶ ὁ σύμμαχος, καὶ ὁ ἔξαρχος ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἔπεσον ἀμφότεροι. ἵνα εἴπῃ, οὐδεὶς περιελείφθη τῶν μετὰ τοῦ Νεχαώ. ἕως τούτου τὰ πάλαι διηγηταί, καὶ λοιπὸν ἄρχεται τῆς κατ᾽ αἰγυπτίων ὁράσεως.

F

* Ἐπίστηθι, καὶ ἑτοίμασον σεαυτῇ, ὅτι κατέφαγε μάχαιρα τὴν σμίλακά σου. τουτέστι, τὴν δύναμίν σου, ἢ τὴν ἀσφάλειαν. ἐχρήσατο δὲ μεταφορᾷ. σμίλαξ γὰρ ἄκανθα ἐστὶν ἐπὶ πολὺ ἐκτεινομένη, ἣ κέχρηνται μάλιστα ἐν τοῖς ἀγροῖς, οἱ φραγμοὺς ποιοῦν

CAPVT XLVI.

* Verſ. 2. **S***Vper virtutem Pharaonis Nechao Regis Ægypti, qui erat ad flumen Euphratem in Charmis, quem percuſſit Nabuchodonoſor Rex Babylonis in anno quarto Ioachim Regis Iuda.* Quòd hæc tunc dicta ſint, non enim eſt principium viſionis Ægypti, ſed, vt præmonui, meminit eorum quæ tunc euenerant. Hic quippe Nechao Ioſiâ interfecto, loco illius Ioachaz conſtituit: cùm verò Nabuchodonoſor aduenisſet, occidit Ioachaz, & in eius locum poſuit Ioachim; velut igitur ſuo regno diſcerpto Ægyptius in Euphratem ſe conferens vnà cum Nabuchodonoſore manus conſerit. Igitur cùm Iudæi magna ſibi de Ægyptiorum robore promitterent, maximéque in eorum fiderent auxilio, & Cladem minatur, & ruinam Nechao, & bellum indicit: & Ægyptiorum auxilium inane fore determinat contra reſiſtentes Iudæos.

Cap. 46. Chryſoſt. Verſ. 2.

Verſ. 11. *Aſcende Galaad, & ſume reſinam Virgini filiæ Aegypti. In vanum multiplicaſti medicamina tua. Vtilitas non eſt in te.* Hoc eſt, & tu vnà cum reliquis opem feres illi. Galaad enim Iſraelitas nuncupat, ex loco, nomine, accolis dato: erat & Sacerdotum ciuitas, vnde ait, *Sume reſinam,* hoc eſt, emplaſtrum: ac ſi diceret, quemadmodum olim Deum colens populo opem ferebas per Sacerdotium, ſic nunc, cùm iniqua geras, vulneratos in bello medicare fac valeas. Improperabant enim illis ſæpe in præliis cum hoſtibus habitis ſalutem eos adeptos ob prophetarum, qui ibi habitabant merita: ac ſi diceret, Nunc quæ impiè agis, Idolorum vtere auxilio in rebus præſentibus, & auxiliare Ægyptio, quem ducem ſequeris.

Verſ. 12. *Quia pugnator aduerſus pugnatorem.* hoc eſt, & auxiliarius & princeps *in idipſum ceciderunt vtrique*, quaſi diceret, Nullus ex his qui cum Nechao erant, remanſit. Hucuſque antiquæ narrationes, & hinc contra Aegyptios viſionis ducit principium.

Verſ. 14. *Sta, & præpara tibi, quia deuorauit gladius ſmilacem tuam.* Virtutem tuam nempe, vel ſecuritatem; vſus eſt autem metaphorâ: Smilax enim eſt ſpina, quæ valde extenditur,

Chryſoſt. Verſ. 14. Smilax ſpinæ genus.

ποιοῦντες, διὰ τὸ περιπλοκαῖς κεχρῆσθαι πολλαῖς, A καὶ ἀσφαλῆ τὸν φραγμὸν ἐργάζεσθαι.

Διατί ἔφυγεν ὁ μόσχος σου ὁ ἐκλεκτὸς ὡς πρὸς ἰουδαίους λέγει. μόσχον δὲ λέγει τὸν αἰγύπτιον, ὡς ἰσχυρόν. ἐπειδὴ ποιαύτην περὶ αὐτοῦ τὴν ὑπόληψιν εἶχον. εἶτα ἡ αἰτία.

Οὐκ ἔμεινεν, ὅτι κύριος παρέλυσεν αὐτόν. οὐ γὰρ τῇ τοῦ θεοῦ ἀποφάσει ἠδύναντο ἀντιστῆναι. ἕκαστος πρὸς τὸν πλησίον αὐτοῦ ἐλάλει, καὶ εἶπον, ἀναστῶμεν, καὶ ἀναστρέψωμεν πρὸς τὸν λαὸν ἡμῶν ἀπὸ προσώπου μαχαίρας ἑλληνικῆς. τὸ, ἕκαστος, τουτέστι, τῶν συμμάχων. ἵνα εἴπῃ, ἔγνωσαν ὅτι μάτην ἐπικουροῦντες τοῖς αἰγυπτίοις. τὸ δὲ, ἀπὸ προσώπου μαχαίρας ἑλληνικῆς, οὐκ || ἄλλως ἡρμήνευται· ὁ γὰρ ἑβραῖος οὕτως ἔχει, ἀπὸ μαχαίρας ὀξείας, καὶ σφοδρᾶς. ἔστιν δὲ κἀνταῦθα ἀπὸ τῆς ἐπωνυμίας ἡ ἐναλλαγὴ τῆς ἑρμηνείας. τὸ γὰρ ἰωάνναν σημαίνει ἕλληνες. ἐπειδὴ ἀπὸ τούτου ἴωνες. τὸ δὲ ἰῶνα σημαίνει τὸ ὀξὺ καὶ τμητικόν. ἀπὸ οὖν τῆς ὁμοιότητος. ἀντὶ τοῦ, μαχαίρας ὀξείας, μαχαίρας ἑλληνικῆς ἡρμήνευσαν.

|| ἴσ. οὐ καλῶς.

* Καλέσατε τὸ ὄνομα φαραὼ βασιλέως αἰγύπτου. Σαωὲ, ἐβηρὲ, ἐλμωὴθ. καιρὸς παρεληλυθώς. αἱ λέξεις αὗται εἰσὶ μὲν ἑβραϊκαί· ἑρμηνεία δὲ πῶς εἶναι δοκεῖ τῶν λέξεων τὸ, καιρὸς ἀπελήλυθεν. τὸ γὰρ Σαὸν, ἦχον σημαίνει, εἰονεὶ τὸ ἐξάκουστον, καὶ περίφημον. τὸ δὲ ἐβὴρ παρῆλθες. τὸ δὲ ἐλμωὴθ παραγέγονεν. ἵνα οὖν εἴπῃ, ὅτι ὁ φαραὼ ἐξάκουστος, καὶ πανταχοῦ τῇ δόξῃ βοώμενος, οὗτος τῆς προσούσης ἐξέπεσε τιμῆς, καὶ ἥκει τῆς κατ' αὐτοῦ ἀποφάσεως ὁ καιρός. τὸ δὲ καλέσατε τὸ ὄνομα αὐτοῦ, κατὰ τὸ τῆς θείας γραφῆς ἰδίωμα τὸ ὄνομα, ἀντὶ πράγματος ἔλαβεν.

Ζῶ ἐγὼ, λέγει κύριος βασιλεὺς τῶν δυνάμεων ὄνομα αὐτῷ. ὅτι ὥσπερ ἐστὶν ὁ θαβὼρ ἐν τοῖς ὄρεσι, καὶ ὡς κάρμηλος ἐν τῇ θαλάσσῃ. οὕτως ἥξει.] παραδείγματι τῆς συμφορᾶς τὸ πλῆθος ἐσήμανε. βούλεται γὰρ εἰπεῖν, ὅτι ὡς ὁ θαβὼρ ἐστὶ μεταξὺ τῶν ὀρέων, καὶ ὁ κάρμηλος περιέχεται ὑπὸ θαλάσσης, οὕτω καὶ ὑμεῖς || περιχυθήσετε τοῖς κακοῖς.

|| ἴσ. περιχυθήσεσθε.

Σκεύη ἀποικισμοῦ ποίησον σεαυτῇ κατοικίας E θυγατρὸς αἰγύπτου. τουτέστι, παῦσαι πολεμοῦσα, καὶ μετοικίας λαβοῦσα σκεύη. ἀκολούθει τοῖς κρατοῦσιν, ἵνα εἴπῃ, ὅτι μέτοικος γενήσῃ.

* Δάμαλις καλὴ, κεκαλλωπισμένη, καλὴ αἴγυπτος ἀπόσπασμα ἀπὸ βορρᾶ ἦλθεν ἐπ' αὐτήν.] κατὰ μὲν τὸν ἑλληνικὸν δῆλον ὃ λέγει, ὅτι ἡ ἰσχυρὰ, καὶ κεκαλλωπισμένη αἰχμάλωτος ἀπαχθήσεται ὑπὸ βαβυλωνίων. ἔχει δέ τινα ἐναργεστέραν τὴν ἔννοιαν ὁ ἑβραῖος. ἀντὶ γὰρ τοῦ, ἀπόσπασμα ἀπὸ βορρᾶ ἥξει ἐπ' αὐτὴν, οὕτως ἔχει, οἶστρος ἥξει ἐπί σε. εἶδος δὲ τοῦτ' ἐστὶ ζώου πλήττοντος βοῦς, καὶ εἰς μανίαν ἄγοντος. ἐπειδὴ τοίνυν δαμάλει παρείκασε τὴν αἴγυπτον σφόδρα γενναίᾳ, καὶ ἐπιτερπεῖ, οἴστρῳ παρήκασε τὸν βαβυλώνιον. ἵνα δείξῃ τὸ ἀσθενὲς τῆς αἰγύπτου. ἵνα εἴπῃ. F

σὺ

ditur, eaque vtuntur qui agros sepibus circumdant, plurimis enim circumplexibus tutas reddit sepes.

Verſ. 15. *Quare fugit vitulus tuus electus.* Ad Iudæos ſpectat hic ſermo. Vitulum autem appellat Aegyptium vti fortem, cùm talem illum haberent. Deinceps affert rationem. *Non perſtitit, quia Dominus diſſoluit eum.* Neque enim determinationi diuinæ poterat reſiſtere.

B Verſ. 16. *Vnuſquiſque ad proximum ſuum loquebantur, & dixerunt, Surgamus, & reuertamur ad populum noſtrum à facie gladij Græci.* Vnuſquiſque fœderatorum nempe: quaſi diceret, tunc fruſtra ſe Aegyptiis auxiliari cognouerunt. Illud verò, *à facie gladij Græci,* nòn rectè interpretatum eſt. Hebræus enim ita habet *à gladio acuto, & violento.* Porrò & hîc nominum ſimilitudo diuerſitatem interpretationis peperit. Etenim C Ioannam ſignificat Græcos, cùm ab hoc Iones orti ſint: Iona verò ſignificat acutum, & habens vim ſecandi: à ſimilitudine itaque pro, Gladio acuto, Gladium Græcum interpretati ſunt.

Chryſoſt. Verſ. 17.

* Verſ. 17. *Vocate nomen Pharaonis Regis Aegypti, Sanoë, Ebire, Elmoith, tempus tranſiit.* Dictiones hæ ſunt Hebraicæ. Interpretatio verò dictionum videtur quodammodo eſſe illud, *Tempus tranſiit.* etenim *Saon.* Sonum ſignificat, inſignem videlicet, & D famâ magnâ notum. *Eber* tranſiiſti *Elmoëth,* præteriit: ac ſi diceret, Pharao magni nominis, & vbique terrarum gloriâ volitans; hîc debitum ſibi honorem amiſit, & ſententiæ in eum latæ tempus aduenit. *Vocate nomen eius.* Secundùm diuinæ Scripturæ proprietatem nomen pro re ſumpſit.

Verſ. 18. *Viuo ego dicit Dominus, Rex virtutum nomen illi, quia ſicut eſt Thabor in montibus, & ſicut Carmelus in mari ſic veniet.* Calamitatis abundantiam exemplo monſtrauit. Hoc autem ſibi vult: ſicut Thabor eſt in medio montium, & Carmelus mare cingitur, ſic & vos malis cingemini.

Verſ. 19. *Vaſa tranſmigrationis fac tibi habitatio filia Aegypti.* hoc eſt, bellis finem impone, & tranſmigrationis vaſis acceptis, vincētes ſequere, ac ſi diceret, trāſmigraberis.

Chryſoſt. Verſ. 20.

Verſ. 20. *Vitula elegans adornata, formoſiſſima Aegyptus, ſucciſio ab Aquilone venit ſuper eam.* Iuxta textum Græcum manifeſtum eſt quod dicit; Fortis ſcilicet, & adornata captiua ducetur à Babyloniis. Verùm Hebræi ſententia dilucidior eſt. etenim pro, *Succiſio ab Aquilone veniet ſuper eam.* ſic habet *Stimulus veniet ſuper te.* Species verò hîc eſt animalis boues percutientis, & in furorem agentis. Quando igitur vitulæ valdè generoſæ, & lætabundæ Agyptum aſſimilauit, Babylonium comparauit ſtimulo, vt imbecillitatem inſinuaret Aegypti: quaſi diceret.

Stimulus ſpecies animalis in furorem agentis boues

σὺ ἡ δοκοῦσα πολλὴν τὴν ἰσχὺν περιβεβλῆσθαι, ὑπὸ τῶν νομιζομένων ἀσθενῶν καθαιρεθήσῃ τὴν ἰσχύν.

* ἰδοὺ ἐγὼ ἐκδικῶ τὸν Ἀμμὼν αὐτῆς, καὶ ἐπὶ Φαραώ, καὶ ἐπὶ αἴγυπτον, καὶ ἐπὶ τοὺς θεοὺς αὐτῆς. καὶ τὰ ἑξῆς.] Ἀμμανῖται ὑπόσπονδοι ἦσαν αἰγυπτίοις· ἐθάρρουν δὲ αὐτῶν σφόδρα τῇ συμμαχίᾳ, καὶ διὰ τιμῆς πάντα τὰ λοιπὰ ἔθνη ἐτύγχανον τῷ αἰγυπτίῳ· διὰ τοῦτο τοίνυν τῆς Ἀμμὼν ἐμνημόνευσεν.

A diceret. Tu, quæ multò robore valida eſſe videris, ab his, qui imbecilles exiſtimantur, robore ſpoliaberis.

Verſ. 25. *Ecce ego vlciſcor Ammon illius, & ſuper Pharaonem, & ſuper Aegyptum, & ſuper Deos illius*, & quæ ſequuntur. Ammonitæ tributa perſoluebant Aegyptiis, & in auxilio eorum mirum in modum fidebant, & præ reliquis omnibus nationibus apud Aegyptium æſtimabantur. Ideo Ammonis B mentionem fecit.

Chryſoſt. Verſ. 25.

Caput 47. à verſ. 1. vſque ad finem.

TEXTVS VVLGATÆ.

1 QVod factum eſt verbum Domini ad Ieremiam Prophetam contra Palæſthinos, antequam percuteret Pharao Gazam.

2 Hæc dicit Dominus: Ecce aquæ aſcendunt ab Aquilone, & erunt quaſi torrens inundans, & operient terram, & plenitudinem eius, vrbem & habitatores eius: clamabunt homines, & vlulabunt omnes habitatores terræ. C

3 A ſtrepitu pompæ armorum, & bellatorum eius, à commotione quadrigarum eius, & multitudine rotarum illius. Non reſpexerunt patres filios manibus diſſolutis.

4 Pro aduentu diei, in quo vaſtabuntur omnes Philiſthiim, & diſſipabitur Tyrus, & Sidon cum omnibus reliquis auxiliis ſuis, depopulatus eſt enim Dominus Palæſthinos, reliquas inſulæ Cappadociæ.

5 Venit caluitium ſuper Gazam: conticuit Aſcalon, & reliquiæ, vallis earum, vſquequò D concidêris.

6 O mucro Domini, vſquequò non quieſces? Ingredere in vaginam tuam, refrigerare, & ſile.

7 Quomodo quieſcet cùm Dominus præceperit ei aduersùs Aſcalonem, & aduersùs maritimas eius regiones, ibique condixerit illi.

TEXTVS SEPTVAGINTA.

1 SVper Allophylos.

2 Hæc dicit Dominus: Ecce aquæ aſcendunt ab Aquilone, & erunt in torrentem inundantem: & inundabunt terram, & plenitudinem eius ciuitatem, & habitantes in ea. Et clamabunt homines, & vlulabunt omnes habitatores terræ.

3 A voce impetus eius, ab armis pedum eius, & à concuſſione curruum eius ſonitu rotarum eius. Non conuerterunt ſe patres ſuper filios ſuos præ diſſolutione manuum ſuarum.

4 In die ſuperueniente ad perdendum omnes allophylos. Et delebo Tyrum, & Sydonem, & omnes reliquos auxilij eorum: Quia exterminabit Dominus reliquos inſularum.

5 Venit caluitium ſuper Gazam: proiecta eſt Aſcalon, & reliqui Enacim, Vſquequò concides?

6 Gladius Domini? Vſquequò non quieſces? Regredere in vaginam tuam, requieſce, & tollere.

7 Quomodo requieſcet; & Dominus mandauit ei ſuper Aſcalonem, & aduersùs maritimas, ſuper reliquas, vt inſurgat?

PARAPHRASIS CHALDAICA.

1 QVod factum eſt verbum Prophetiæ à facie Domini cum Ieremia Propheta, contra Philiſtæos, antequam veniret Pharao, & percuteret habitatores Gazæ. E

2 Hæc dicit Dominus, Ecce populi venient ab Aquilone, & erunt quaſi torrens inundans, & diripient terram & plenitudinem eius; vrbes, & habitantes in eis. Et clamabunt filij hominum, & vlulabunt omnes habitatores terræ.

3 A voce greſſus vngularum fortium eius, à commotione curruum eius, tumultu rotarum eius, non reſpicient patres vt miſereantur filiorum, propter remiſſionem manuum.

4 Propter diem qui venturus eſt, in quo diripietur omnis terra Philiſthæorum, & diſperdentur Tyrus, & Sydon, & omnes reliquiæ auxilij, quia diripuit Dominus terram Philiſthæorum, reliquias inſulæ Cappadociæ. F

5 Peruenit vindicta habitatoribus Gazæ, contriti ſunt Aſcalonitæ, & reliquiæ roboris eorum, quouſque tandem vos ipſos incidetis?

6 Væ mucro, qui miſſus es à facie Domini, vſquequò non quieſces? Recipe te in vaginam tuam, in domo temporis quieſce.

7 Quomodo quieſcet? quia Dominus præcepit de eo contra Aſcalonem, & contra portum maris, ibique præparauit eum.

Catena ex Veterum Patrum operibus impreſſis.

THeodoritus. Transfert prophetiam ad alienigenas, vocat autem alienigenas, eos qui incolunt. Aſcalonem, Gazam, Azotum, Geth, & Accaron. Atque prædictionem ante fuiſſe emiſſam quàm Pharao percuteret Gazam. Et comparat exercitum Babyloniorum torrenti exundanti, à quo diluuio perduntur vrbes, delentur incolæ, eiulantes, eò quòd ſtrepitum armorum & curruum ferre nequeunt. Docet etiam, præ formidine, patres oblitos eſſe naturæ, alioſque neglexiſſe. (*Non ſunt reuerſi patres ad filios tuos, præ diſſolutione manuum ſuarum, die adueniente, vt perdantur omnes alienigenæ.*) Prædicit ad hæc Tyriis & Sidoniis exitium: vt qui venerint ad auxilium eorum. (*Et vaſtabo inquit, Tyrum & Sidonem, & omnes reliquos auxiliatores eorum. Quia exterminabit Dominus alienigenas, reliquias inſularum, & Cappadociæ.*) Dum interpretaremur Prophetas, oſtendimus, aduenas, qui erant apud Cyprios,

1 Theodorit. *Alienigenarum, ſeu Allophylorum nominibus deſignati Philiſthæi. Torrenti inundanti comparatus debellantium hoſtium exercitus.*

Cyprios, & Cappadoces veniſſe à Palæſthina.

Cyprios, & Cappadocas, quondam habitasse in Palæsthina. (*Venit Caluitium ad Gazam.*) Quasi dicat, Antiquo splendore priuaberis. Caluitium autem frequenter indicat luctum. [a] *Rade enim* ait, *caput tuum, & sume in labiis lamentationem.* (*Proiecta est Ascalon, & reliqui Enacim.*) Posteri autem illius incoluerunt Ascaloniam. (*Quousque concidêris? Quousque incidet gladius Domini?*) Vocauit Nabuchodonosor, gladium Domini, eo enim permittente, fecit ista; & impij de se mutuas soluebant impietatis pœnas. (*Restituere in vaginam tuam, quiesce & tollere.*) Et ostendens quis iussit, vt vim exerceret, subdidit. (*Et Dominus præcepit ei, vt insurgat aduersùm Ascalonem, aduersùs maritimos, & aduersùs reliquos.*) Prosopopeïâ vsus est, vt doceret apertiùs, creaturam non carere gubernatore; sed factorem eius, omnibus præesse qui interdum quidem suppeditat ipsis copiam bonorum, quandóque verò permittit, vt delabantur in calamitates.

Caluitium signum luctus.

a Ierem.7. 19.

Gladius Domini omnis per quem Deus vindictam sumit ex impiis.

2

Rabanus Maurus. (*Quod factum est verbum, &c.*) Ieremias ergo Propheta, sicut & Isaias, & Ezechiel singulis nationibus, quæ confines fuerunt terræ Iudæorum, prædicit plagas quæ super eos debitæ venturæ erant, eò quòd fuerunt hostes populi Dei, & in illius aduersitate gaudebant. Vnde nunc Palæsthinis, sicut ante fecit Ægyptiis, pronunciat calamitatem vicinam, & quodammodo denotat tempus, hoc est, antequam Pharao percuteret Gazam. Hæc ergo plaga quæ ab Assyriis superuenit Palæsthinis, ante Gazæ vastationem facta est.

Rabanus. Ieremias Gentibus conuicinis prædicit venturas plagas illis commeritas.

Affert Rabanus in istius Ieremiæ Vaticinij contra Philisthæos, Isaiæ onus contra eosdem in cap.14. expositionémque illius, quam & in Comment. Hieronymi videre potes. Neque enim hîc ea refero, quia multò diuersa inter se ambo hæc sunt vaticinia; & quæ Palæsthinis vaticinatus est Isaias multò ante Ieremiam expleta sint per Ezechiam Regem Iuda, & per Sennacherib Regem Assyriorum, quæ verò prædicit Ieremias euentura essent per Regem Babylonis post euersionem Ierusalem. Quamquam & Hieronymus hæc simul iungere videatur dum super iis eiusdem cap.14. Isaiæ verbis. *Vlula porta, &c.* hæc habet. Sub Rege enim Ezechia venit Assyrius, & inter cæteras nationes vastauit Philisthæos. Ad quos loquitur Ieremias. [b] *Ecce aqua ascendent ab Aquilone: & erunt quasi torrens inundans: & operient terram, & plenitudinem eius, vrbem, & habitatores illius.* Ab Aquilone enim venit Assyrius, & de eius ardore egredientes. Niniuem & nationes cæteras subiugantes. Eo tempore, quo hæc canebantur, fumus ascendebat in excelsum, id est rumor in populos vagabatur per ordinem cunctarum gentium. Phœnices quoque & Palæsthinos esse vastandos.

Palæsthinorũ clades pronunciata ab Isaia, & à Ieremia admodum diuersa.

b Ierem.47. 2.

Fumi ascensione designatus rumor qui in populis vagatur.

3

Idem Rabanus. (*Clamabunt homines, &c.*) Grandis enim vlulatus terræ Philistiim fuerat, quando vnicuique mors imminebat, nec vlli licuit alterius curam gerere, cûm hostis in singulorum nece grassabatur, & strepitus armorum & bellatorum eius atque quadrigarum sonitus, vocem plorantium superaret in aduentu diei, quo vastabatur omnis Philistiim: Quod autem dicit: Tyrum & Sidonem in eadem clade dissipatas: ostẽdit, ipsas vrbes ad Palæstinorum pertinere consortium: licet Tyrus in sortem ceciderit tribus Nephtalim, & Sidon terminus Chananæorum ad sortem pertineret tribus Aser, sed non eam possedit, quia hostes nequaquã valuit expellere, (*Depopulatus est enim, &c.*) Palæsthinos de Cappadocia venisse, Amos Propheta testatur, dicens: [c] *Nunquid non Israel ascendere feci de terra Ægypti. Et Palæsthinos de Cappadocia, & Syros de Cirene?* Cuius loci talis est sensus: Ego Dominus Deus omnipotens, quem cælari nihil potest, qui tango terram & mouebitur, qui ædifico in cælum ascensionem meam, qui voco aquas maris & effundo eas super faciem terræ, cuius nomen est Dominus, qui creator sum omnium, cunctas gentes de eodem finxi luto, & æquali sorte generaui. Denique Æthiopes, Palæsthinos, Syros, atque Iudæos, distantes locis atque corporibus mortalitatis lege sociaui, & pro arbitrio meo seruos meos huc illucque commuto, & vniuersas prouincias transfero; nec erigimini in superbiam, quòd vos de Ægypto eduxerim, & quasi peculiarem populum meum Pharaoni seruire non passus sum: hoc idem feci & Palæsthinis, quos Sept. alienigenas transtulerunt, qui Hebraicè appellantur כפתור *chaphthor*, vt transferrem eos de Cappadocia & in Palæsthinæ regionibus collocarem. Syrus quoque id est ארם *Aram*, transtuli de Cirene, ex quo quia æquali conditione sunt facti, æquali iudicio meâ sententiâ punientur, & omnia absque discretione personarum impia regna subuertam.

Tyrus, & Sidon pertinuere ad consortium Palæsthinorum.

E Cappadocibus deuenisse Palæsthinos.

c Amos.9.7.

4

(*Venit caluitium, &c.*) Gaza & Ascalon quondam vrbes fuère Palæsthinæ, de quinque vrbibus Philistinorum præcipuis. Gaza enim erat ciuitas Heueorum, in qua habitauêre Cappadoces, pristinis cultoribus interfectis. Apud veteres erat terminus Chananæorum iuxta Ægyptum, ceciditque in sortem tribus Iudæ, sed eam tenere non potuit, quia Enachim id est gigãtes Allophilorũ fortissimè restiterunt. Et est vsque hodie insignis ciuitas Palæsthinæ. Quæritur autem quomodo in quodam Propheta dicatur Gaza futura in tumultum sempiternum. Quod soluitur ita: Antiquæ ciuitatis locum vix fundamentorum præbere vestigia: hanc autem quæ nunc cernitur in alio loco pro illa quæ corruit ædificatam. Sed & Ascalon vrbs nobilis Palæsthinæ quæ & ipsa antiquitùs vna fuit de quinque Satrapis Allophilorum: separata quidem per sortem tribui Iudæ, nec tamen retenta ab ea, quia habitatores eius superare non potuit. Super has ciuitates venit caluitium & taciturnitas maxima, quia spoliatæ sunt opibus, & robore virili priuatæ: Ideóque cessauit ab eis vox gaudij, & vox lætitiæ, perseuerauitque cum eis mœror continuus. in vltione autem, quam Propheta prædixit super Palæsthinos, & vrbes eius futuram plagam, significat quæ superuentura est hæreticis, atque Schismaticis, & cunctis hostibus Sanctæ Dei Ecclesiæ, qui pro eo quòd fidelibus Christi Confessoribus præparauerunt insidias, ingesserunt bella, & incentore Diabolo multa intulerunt persecutionum genera, ad extremum ipsi hostibus tradentur sæuissimis, & pœnis subiicientur perpetuis. Interpretantur enim Philisthæi cadentes: Tyrus angustia; Sidon venatio: Ascalon ignis: Gaza fortitudo eius. Quæ omnia bene conueniunt Anti-Christo & membris eius, qui per superbiam in apostasiam cadens, in angustia mentis æstuando venationem exercet in mundo: quatenus quoscumque possit de Ecclesia Christi rapiat & interficiat. Cuius fortitudo ignis est infamis, hoc est, concupiscentia carnalis. Vnde in libro Iob ita legitur: [d] *Virtus eius, in lumbis eius, & potestas in vmbilico.* Per libidinem enim mentes carnalium exurit,

Hæreticos, & Schismaticos tradendos in hostium manus, & in euersionem sempiternam.

De Anti-Christo eiusque progressu, & fine.

d Iob. 40.11.

rit, & per fornicationem eos interfecit, sed in nouissimo iudicio Domini iste cum suis sequacibus dissipabitur, cum omnibus videlicet auxiliatoribus suis, & in tartarum inferni in æternum cruciandus præcipitabitur.

5 *Regibus vel impiis in nostri vindictâ vtitur Deus vt gladio.* a Ezech. 21. 28.

(*Vsquequò conciderìs.*) ô mucro, &c. Hunc mucronem iuxta historiam Nabuchodonosor possumus intelligere, qui in diuersis gentibus vindictam iræ Domini permissus exercuit. Cui etiam per Ezechielem dicitur: a *Mucro, mucro, euagina te ad occidendum, lima te, vt interficias, & fulgeas cùm tibi viderentur vana, & diuinarentur mendacia vt dareris super colla vulneratorum impiorum, quorum venit dies in tempore iniquitatis præfinita; reuertere ad vaginam tuam in locum in quo creatus es, in terra natiuitatis tuæ indicabo te, & effundam super te indignationem meam.* Huius sententiæ talis est sensus: ô Rex Babylonis qui in morem mucronis, seu gladij paratus es ad cædem, qui limatus es, vt fulgeas & interficias, licet tibi idola responderint, & vanum sit omne quod à dæmonibus responderetur, vt videlicet vulneratorum ceruicibus immineres, & per te compleretur, quod multo Dominus tempore fuerat comminatus, tamen expleto opere tuo, quod egisti, contra filios Ammon, reuertere ad vaginam tuam, id est in Babylonem ad locum in quo factus es & creatus, vt in terra natiuitatis tuæ iudicem te, & effundam super te indignationem meam, & Medorum, atque Persarum virtute capiaris. Iuxta ἀναγωγὴν verò gladium acutum paratúmque ad cædem accipere possumus diabolum, de quo ait Paulus: b *Tradere huiusmodi Sathanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus fiat.* Et in alio loco: c *Hymenæus, & Alexander quos tradidi Sathanæ, vt discant non blasphemare.* Et in Psalmis scriptum est: d *Misit furorem, & iram, & angustiam, immissionem per Angelos pessimos.* Obstupescens ergo Propheta nimietatem vindictæ, quæ peccatoribus superuentura est, ex persona sufferentium, & dolentium loquitur ad gladium vltionis Domini, & interrogat vsquequò progrediatur: cur non cesset aliquando ab vltionis plaga. Ad quod ipse Propheta respondens dicit. (*Quomodo quiescet, cùm Dominus, &c.*) Ostendit quoque vnde vindictam patiantur, quia peccatis suis Dominum ad iracundiam prouocantes talem sententiam suscipere meruerunt, nec possibile esse quemquam plagam immissam conuertere, nisi Dominus placatus iubeat eam suo imperio ab interfectione reorum cessare. Iamque post Palæsthinos sermo Domini ad Moab per Prophetam dirigitur.

Diabolus gladius Dei. b 1. Cor. 5. 5. c 1. Timot. 1. 20. d Psal. 77. 49.

Clades cum à Domino sint frustra ab iis erui confidimus, ni illum placemus.

6 *Palæsthinorũ clades prænũciata à Ieremia quando facta.* Ioseph. Heb.

Pro intellectu totius vaticinij huius & sequentium nota & hæc quæ Ioseph Hebræus lib. 10. Antiquit. cap. 11. ita habet. Quinto post excidium Hierosolymitanum anno, qui fuit regni ipsius Nabuchodonosor vigesimus tertius, cum magnis copiis inuasit Celesyriam (Ad hanc pertinet Palæsthina, & Tyrus) quâ subactâ bellum gessit contra Ammonitas, & Moabitas: & his quoque perdomitis, Ægyptum hostiliter est ingressus.

Hieronym. *Allophili appellati Palæsthini.*

Faciunt & pro hoc Vaticinio quæ asserit Hieronymus in caput 1. Amos. Philistiim Sept. semper alienigenas transtulerunt: Vbicúmque enim in veteri testamento ἀλλοφύλους, Allophilos, id est, alienigenas legerimus, non commune nomen omnium externarum Gentium, sed propriè Philistiim, qui nunc Palæsthini vocantur, accipiendi sunt.

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Τάδε λέγει κύριος.]

Ὀλυμπιοδώρου.] πρὸς μὲν ἱστορίαν, τὰ πλήθη τῶν Βαβυλωνίων. πρὸς δὲ διάνοιαν, ἡ τοῦ ἀντιχρίστου παρουσία καταδημαίνεται.

[Καὶ ἀφανιῶ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐδὲ γινομένων τῶν πραγμάτων διασώζεις; ταῦτα ἀπήγγειλεν, ἵνα πιστώσηται καὶ τὴν ἐρήμωσιν, καὶ τὴν τῶν εἰδώλων ἀπώλειαν.

[Ἥκει φαλάκρ.]

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] διὰ τούτων τὴν ψίλωσιν δηλοῖ τῆς τε χώρας, καὶ τῶν ἐνοικούντων, καὶ τῆς περιφανείας. ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ τὸ πένθος παρίστησιν; ἀπόκειρε γάρ φησι τὴν κεφαλὴν, καὶ ἀνάλαβε ἐπὶ χειλέων θρῆνον. ἐνακὶμ δὲ, πολίχνη τις ἦν ἐν ἐσχατιαῖς τῆς ἰουδαίας, πρὸς τῇ κατὰ νότον ἐρήμῳ: προσήκουσα μὲν τοῖς ἰούδα σκήπτροις, ἑτερόφρων δὲ, καὶ προσκειμένη τοῖς τῶν ἐθνῶν ὁμόροις. Μωαβίταις, καὶ ἰδουμαίοις. ἐπειδὴ τοίνυν τῇ ἁλώσει τῶν ἰουδαίων ἐπεμβαίνοντες, ἀσθενῆ ἡγοῦντο τὸν τούτων θεὸν, καὶ τῆς εἰς αὐτοὺς παροινίας δίκην οὐ δώσειν, διὰ τοῦτο καὶ αὐτὴν τῶν περιοίκων τὰς πόλεις παρεδήλου θεὸς πάλαι μὲν τῷ Σεναχηρεὶμ εἰς ἐρήμωσιν, νῦν δὲ τῷ Ναβουχοδονόσορ. διὸ τοὺς καταλοίπους τῶν νήσων φησὶ, καὶ τὰ λοιπὰ ἐνακὶμ, ὡς ἤδη πεπονθότα.

7 Vers. 2. Haec dicit Dominus Ecce aquæ, &c.)

Olympiod. *Anti-Christi aduentus.*

Olympiodori.] *Ad sensum quidem literalem, multitudo Babyloniorum, ad Mysticum verò Anti-Christi præsentia denotatur.*

Ex vers. 4. (*Et delebo Tyrum, &c.*)

Chrysost.

Chrysostomi.] *Nec post factas res parcis? Hæc enunciauit, vt desolationem, & Idolorum excidium certum faceret.*

Vers. 5. (*Venit caluitium super Gazam.*)

Incertus. *Caluitium quæ significet.* Ierem.

Incerti.] *Per hæc & religionis nuditatem denotat, & habitantium, & splendoris. Nonnunquam & luctum designat.* Detonde enim, ait, caput, & assume in labiis luctum. *Enacim verò vicus quidam erat in finibus Iudeæ ad australe desertum, ad Iudeæ regnum spectans; sed cum alienigenis sentiens, & adhærens vicinis gentibus Moabitis, & Idumæis. Quoniam igitur captiuitati Iudæorum insultantes Deum illorum impotentem arbitrabantur, suaque petulantiæ nullas pœnas daturos, ideo & ipsas finitimorum vrbes proponebat Deus, olim quidem Senacherim in desolationem, nunc verò Nabuchodonosori; Idcirco reliquos Insularum ait, & reliqua Enacim, quasi iam ex parte passi*

πόνθότων ἐκ μέρους.

[Ἕως τίνος.]

Ἀπολιναρίου.] μάχαιραν. Κυρίου καλεῖ, τὸν βαβυλώνιον. ἐπεὶ θεοῦ βουλήσει κόπτει, οὐκ ἰδίᾳ δυνάμει. μάταιον οὖν φοβεῖσθαι ἀνθρώπους, ἢ διάβολον. δεῖ δὲ καταφύγειν ἐπὶ θεὸν, οὗ χωρὶς οὐ δυνήσονται. ἐρωτᾷ δέ τις, καὶ ὁ προφήτης ἀποκρίνεται τό, πῶς ἡσυχάσει; διὰ δὲ τῆς προσωποποιΐας σαφῶς ἐδήλωσεν, ὡς οὐδὲν ἀκυβέρνητον. ἀγαθὰ δὲ καὶ τἀναντία, κρίσει θεοῦ.

|| Ὀλυμπιοδώρου.] προορᾷ ὁ προφήτης τὴν πρὸς τῷ τέλει τοῦ θεοῦ ἐκδίκησιν κατὰ τῶν δαιμόνων, καὶ πάντων τῶν ἀπίστων.

[Ἀποκατάστηθι.]

Ὀλυμπιοδώρου.] εὔχεται λοιπὸν ἡσυχάσαι τὴν ὀργὴν, ἵνα εἰρηνεύσῃ ἡ κτίσις.

|| Ὀλυμπιοδώρου.] πληροφορίαν δέχεται, ὅτι οὐχ ἡσυχάσει ἡ τοῦ κυρίου μάχαιρα, ἕως οὗ τελείως αὐέτη τὴν πλάνην, καὶ ἔσχατος ἐχθρὸς καταργηθῇ ὁ θάνατος. πρὸς οὖν τῇ ἱστορίᾳ, νόει καὶ τὰ τῆς θεωρίας.

[Πῶς ἡσυχάσει.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] πόρθησιν μὲν τῆς ἰδουμαίας προλέγει ὁ προφήτης. τὴν δὲ αὐτὴν φησὶ καὶ θαιμὰν, ἥτις ἐστὶ χώρα τοῦ ἠσαῦ.

A pasſi fuerint

Verſ.6.(O mucro Domini vſquequò, &c.)

Apolinarij.] *Mucronem Domini Babylonium vocat, quoniam Dei nutu cædit, non ſuâ virtute. fruſtra itaque timentur homines, vel Diabolus; Ad Deum confugiendum eſt, ſine quo nil poterunt. Interrogat verò quiſpiam, & Propheta reſpondet; Quomodo quieſcet? per hanc verò interrogandi & reſpondendi figuram manifeſtè declarauit, nihil eſſe, quod diuinam effugiat prouidentiam, bona verò ſunt & aduerſa iudicio Dei.*

Apolinarius. Mucro Domini rex Babylonia.

Prouidentiam Dei nil effugere potest.

B || Olympiodori.] *Præuidet Propheta diuinam in fine vltionem contra Dæmones, & infideles omnes.*

Olympiod.

Ex verſ. 6. (*Regredere in vaginam tuam.*)

Olympiodori.] *Precatur deinde, vt ira ceſſet, & mundus pace fruatur.*

Olympiod.

|| Olympiodori.] *Certa fides Prophetæ fit, fore vt gladius Domini non quieſcat, donec perfectè tollat errorem; poſtremuſque inimicus deleatur mors, ergo præter hiſtoriam, hoc etiam meditare.*

Olympiod.

C Verſ.7. (*Quomodo quieſcet?*)

Chryſoſtomi.] *Idumea direptionem prædicit Propheta, quam & Thæmam vocat, quæ Eſaü regio eſt.*

Chryſoſt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ. 47.

* Ὅτι ἐξολοθρεύσει κύριος σὺν ἀλλοφύλους σὺν καταλοίπους τῶν νήσων, καὶ Καππαδοκίας || ἤτοι τῆς παραλίου νήσους καλεῖ. καὶ ὅτι ἀπὸ τῶν νήσων αὐτόθι κατῴκησαν πολεμούμενοι, ἑλόντες σὺν ἤδη πρότερον κατοικοῦντες αὐτόθι. ἐμμείναντες δὲ τῷ τόπῳ. καὶ Καππαδοκίας δὲ λέγει, ὡς νενικηκότων τούτων, καὶ ἑλομένων αὐτόθι κατοικεῖν. οὕτω γὰρ καὶ δι' ἑτέρου προφήτου λέγει. τοὺς ἀλλοφύλους ἀπὸ Καππαδοκίας ἤγαγον.

|| ἴσ. οὕτως.

Ἥκει φαλάκρωμα ἐπὶ γάζαν. ἀπερρίφη ἀσκάλων, καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἐν ἀκὴμ.] ἵνα εἴπῃ, πάντες οἱ ἰσχυροί.

CAPVT XLVII.

* Verſ. 4. Qvoniam depopulabitur Deus Allophylos, reliquias inſularum, & D Cappadociæ. Sic maris vicini inſulas nominat, & quòd bello vexati ex inſulis ibi habitarunt, primis habitatoribus deuictis, manſerintque in illo loco; Cappadociæ verò dicit, quaſi hi eam viciſſent, & ibi habitare elegerint. Sic enim & per alium Prophetam dicit. *Allophylos ex Cappadotia duxerunt.*

Cap. 37. Chryſoſt. Verſ. 4.

Verſ. 5. *Venit Caluitium ſuper Gazam: proiecta eſt Aſcalon & reliqua, quæ ſunt in Acim.* Ac E ſi diceret, omnes fortes.

Caput 48. à verſ. 1. vſque ad 10. Sectio Prima.

TEXTVS VVLGATÆ.

1 AD Moab hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael: Væ ſuper Nabo, quoniam vaſtata eſt, & confuſa: capta eſt Cariathaim: confuſa eſt fortis, & tremuit.

2 Non eſt vltra exultatio in Moab contra Hezebon: cogitauerunt malum: Venite, & diſperdamus eam de gente, ergo ſilens conticeſces, ſequeturque te gladius.

3 Vox clamoris de Oronaim: vaſtitas & contritio magna.

4 Contrita eſt Moab: annunciate clamorem paruulis eius.

5 Per aſcenſum enim Luith plorans aſcendet in fletu: quoniam in deſcenſu Oronaim hoſtes vlulatum contritionis audierunt.

6 Fugi

TEXTVS SEPTVAGINTA.

1 *AD Moab ſic dixit Dominus: Væ ſuper Naban, quia periit: capta eſt Cariathaim: & confuſa eſt Amath, & Agath.*

2 *Non eſt vltra medicamen Moab, exultatio in* F *Ezebon: Cogitauit ſuper eam mala: excidimus eam de gente: & quietè quieſcet. Poſt te vadet gladius.*

3 *Quia vox clamantium ex Oronam: perditio & contritio magna.*

4 *Contrita eſt Moab; annunciate in Zogoram.*

5 *Quia repleta eſt Aloth in ploratu. Aſcendet plorans in via Oronam: clamorem contritionis audiſtis.*

6 *Fugite, & ſaluate animas veſtras: & eritis quaſi aſinus agreſtis in deſerto.*

7 *Quoniam confidiſti in munitione tua; & tu capieris:*

6 Fugite ſaluate animas veſtras : & eritis quaſi myricæ in deſerto.

7 Pro eo enim quòd habuiſti fiduciam in munitionibus tuis, & in theſauris tuis, tu quoque capiêris : & ibit Chamos in tranſmigrationem, Sacerdotes eius, & principes eius ſimul.

8 Et veniet prædo ad omnem vrbem, & vrbs nulla ſaluabitur : & peribunt valles, & diſſipabuntur campeſtria : quoniam dixit Dominus.

capiêris : & egredietur Chamos in tranſmigrationem, & Sacerdotes eius, & principes eius ſimul.

8 Et veniet vaſtatio ſuper vniuerſam ciuitatem: non ſaluabitur : & peribit vallis, & exterminabitur campeſtris, ſicut dixit Dominus.

9 Date ſigna Moab; quia tactu tangetur: & omnes ciuitates eius in inuium erunt. Vnde habitator ei?

9 Date florem Moab, quia florens egredietur : & ciuitates eius deſertæ erunt, & inhabitabiles.

PARAPHRASIS CHALDAICA.

1 *AD Moab hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael; Væ ſuper Nebo, quoniam direpta eſt, & confuſa eſt. Subiugata eſt Cariathaim : confuſi ſunt à domo fiduciæ ſuæ, & confracti ſunt.*

2 Non eſt vltra laus Moab. In Heſbon cogitauerunt contra eam malum : Venite & conſumemus eam, ne ſit populus. Etiam Madmen contereris; poſt te ibunt occiſores gladio.

3 Vox clamoris de Horonaim, direptio, & confractio magna.

4 Contritum eſt regnum Moab; annunciarunt clamorem dominatores eius.

5 Quia aſcenſum Luith dum flent aſcendunt flentes : nam per deſcenſum Horonaim clamorem confractorum à prælio annunciabunt.

6 Fugite, liberate animas veſtras, & eſtote ſicut turris Aroër, & ſicut qui morantur in tentoriis in deſerto.

7 Quia pro eò quòd confiſa es in theſauris tuis, & in domo opum tuarum, tu quoque capiêris. Et egredietur Chamos in tranſmigrationem; cultores eius, & principes eius ſimul.

8 Et venient direptores contra omnes vrbes eorum, neque earum vlla liberabitur; & peribunt qui habitant in valle, & diſperdentur qui habitant in campeſtribus, quia dixit Dominus.

9 Auferte coronam à Moab; quia tranſmigrando tranſmigrabit; & vrbes eius in deſolationem erunt, ita vt non ſit qui habitet in eis.

Catena ex Veterum Patrum operibus impreſſis.

1 Theodorit. *Nabo erat idolũ, & ciuitas denominata ab illo.* a Iſai. 46.1.

THeodoritus. Propheta conuertit prophetiam in Moab. (*Moab ſic dixit Dominus exercituum, Deus Iſrael, Væ ſuper Nabo : quia periit, capta eſt.*) Iſtud erat idolum cuius meminit Iſaias Propheta, inquiẽs,[a] *Cecidit Bel, contrita eſt Nabo.* Eſt etiam vrbs, idolo cognominis, (*Capta eſt Cariathaim : pudefacta eſt Maſigath, atque victa eſt. Non eſt vltra medicamen Moab : inſolentia in Heſebon.*) Erant vrbes præclaræ de quibus gloriabantur Moabitæ. (*Cogitauerunt de ea mala, Venite excidamus eam de gente: & quietem quieſcet.*) Deinde, oſtendit, ne fugâ quidem ſalutem eſſe adeptutos : *Poſt te vadet gladius.* Per hoc declarantur perſecutores. Quia vox clamantium de Oronaim. Hæc eſt alia vrbs. Refert autem Zagoram accepiſſe nuntium rei triſtis, reliquaſque vrbes vlulatu perfundendas. Hortatur autem eos, vt & fugiant, & aſinorum agreſtium more degant in ſolitudine. Et docens, non muris ambientibus, ſed incorruptibili, Conditori & Domino fidendum, ſubiunxit. (*Quia confidiſti in munitionibus tuis, venient tibi afflictiones. Et non ſolùm tu ab hoſtibus capiêris, ſed etiam Chamos egredietur in migrationem.*) Chamos autem, erat idolum Moabitarum. (*Sacerdotes eius & principes eius ſimul. Et veniet vaſtitas in omnem ciuitatem. Et patientur iſtud valles ait, & regiones campeſtres.*) Prædicit ſummam hoſtium deſolationem. *Date* enim, inquit, *ſigna Moab* in deſertis locis & nulli prorſus peruiis, cùm homines poſuerint ſigna quædam ex lapidibus, hoc modo pergunt, & in ea intuentes, incedunt abſque errore quia plaga petetur. Hoc eſt, incendetur. (*Et ciuitates eius in inuium vertentur, eò quòd non ſit habitator in ea.*)

Chamos erat Idolum Moabitarum.

Signa ex lapidibus poni ſolita in locis minimè peruiis, vt ex eorum conſpectu ſine errore iri per ea poſſit.

2 Rabanus. *Contra Moab, & præcipuas illius vrbes, vt cõtra Iudæorum hoſtes acerrima pronunciat Ieremias.*

Rabanus Maurus. (*Hæc dicit, &c. Væ ſuper Nabo, &c.*) Prædicit iuxta hiſtoriam vaſtationem Babyloniorum ſuper Moab venturam, & ſuper vrbes eius inclytas : vt quia hoſtes fuerunt populi Dei, & in deriſione ſemper cum habuerunt, ipſi etiam deuaſtatæ cæteris nationibus in deriſum fierent. Vnde in ſequentibus dicitur : *Fuit enim tibi in deriſum Iſrael, quaſi inter fures reperiſſes eum : propter verba enim tua, quæ aduerſus illum locutus es, captiuus ducêris.* Contra Moabitas quoque & Iſaias in libro ſuo loquitur dicens :[b] *Murus Moab conticuit, aſcendit domus, & Dibon ad excelſa in planctum, ſuper Nabo & ſuper Medeba. Moab vlulauit, &c.* Moab verò prouincia eſt Arabum,[c] in qua fuit Bale filius Beor, qui conduxit ariolum Balaam de Meſopotamia, vt malediceret Iſraeli, vbi initiatus eſt populus Beelphegor.[d] Nabo enim ciuitas erat nobilis, in qua Chamos idolum conſecratum erat, quod alio nomine appellatur Beelphegor. Et Eſebon vrbs fuit quondam Seon Regis Amorrhæorum, de qua idem Ieremias ait :[e] *Ignis egreſſus eſt de Eſebon, & flamma de medio Seon.* Luith enim de quo nunc Propheta dicit, *per aſcenſum Luith plorans aſcendet in fletu*, intelligimus eſſe cliuum itineris quod deducit ad Aſſyrios, & per hoc captiuitatem ſignificari, quoniam in deſcenſu Oronaim hoſtes vlulatum contritionis audierunt. Longum eſt ſi velim de ſingulis dicere, cùm perſpicuum ſit, vel vrbium in Moab, vel locorum eſſe nomina quæ defecerunt tranſmigrantes. Quomodo circumciſio eſt carnalis, eſt & ſpiritalis: Et de ſpiritali ab Apoſtolo dicitur :[f] *Nos enim ſumus circumciſio, qui ſpiritu Dei ſeruimus, & gloriamur in Domino, & non in carne confidimus.* Et rurſum ad diſtinctionem ſpiritalis, Iſrael dicitur de carnali :[g] *Videte Iſrael ſecundùm carnem, & vos gentes in carne.* Sic Moab accipiendus eſt ſpiritaliter, qui interpretatur de patre, ſiue aqua paterna, de inceſto & ebrietate conceptus, quod quodammodo abſente, imò neſciente patre videretur eſſe generatus.

b Iſai. 15.1.

Moab prouincia in Arabia. c Num. 22.5.

d Iud. 11.25.

e Ier. 48.17.

Moab ſpiritaliter accipiendus, eiuſque nominis interpretatio. f Phil. 3.3.

g 1. Cor. 10. 18.

3 h Num. 24. 17.

In multis Scripturarum locis de Moab legimus, & maximè in Numerorum volumine,[h] quando Balac Rex Moabitarum ad maledicendum Balaam inuitauit Ariolum, qui inter cætera hoc etiam contra Moab myſticum prophetauit; *Orietur ſtella ex Iacob & conſurget homo de Iſrael*

Israel, & percutiet principes Moab. Significat autem Moab sapientiam sæcularem, de qua Dominus loquitur per Prophetam: [a] *Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo.* Qui authorem sui sensum habet, qui ex Dei conditione generatur, videtur quidem de patre nasci, quod interpretatur Moab: sed quia adulter est, & aduersarius populi Dei, de incesto & spelunca, ac nocte generatur. Vnde in nocte perit, in errore scilicet sempiterno: Et Ægyptij [b] in mari rubro vigilia matutina quæ nocturnum tempus ostendit fluctibus obruti sunt: [c] Et Loth in Sodomis nocte pereuntibus venit in Segor, & ortus est ei Sol. Quod intelligens Beatus Apostolus scribit de Sanctis atque perfectis. [d] *Non sumus noctis, neque tenebrarum, sed sumus filij Dei. Qui enim dormiunt, nocte dormiunt, & qui inebriantur, nocte ebrij sunt.* Nos enim qui diei sumus, vigilemus; induti loricam fidei, & charitatis. Et quia noctem reliquerat, & filius Dei esse iam cœperat, loquitur ad credentes: [e] *Nox precessit, dies autem appropinquauit. Quasi in die cum honestate ambulemus, non in commessationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus & luxuria.* Pereunt autem nocte Moabitæ iuxta Isaiam, qui dicit: [f] *Nocte vastata est Ar. Moab conticuit.* Quia nocte vastata est, Murus Moab conticuit. Quia Dialecticâ arte constructus est, in eadem nocte vastatus est, atque destructus: & æternâ diuturnitate conticuit. Notandum autem quia Nabo interpretatur sessio vel prophetia. Cariathjarim ciuitas, vel villa syluarum. Esebon cogitationes: Luith genæ. Oronaim foramen mœroris. Quia igitur omne dogma contrarium veritati, quod absque inspiratione Dei de humano sensu in erroris tenebris nascitur, nocte vastatum est, & argumenta illius, quæ intelliguntur muri, Ecclesiastico sermone destructa sunt, ita vt æterno silentio conticescerent, in tantum vt vniuersa eorum factio ad pœnitentiam, & lachrymas verteretur: super Nabo, id est prophetiam & cessionem, id est magistros eorum: & super Cariathjarim vbi non sunt arbores fructuosæ, sed saltus infertilis, in quo habitauit bestia, de quo in vigesimo octauo Psalmo scriptum est: [g] *Et reuelauit condensa saltus.* Erit vlulatus & planctus, & omnia de capitulis eorum eloquentiæ ornamenta tollentur, ita vt nudi maneant & deformes, & si quid viriditatis habere videbantur in barba, rasum à viro Ecclesiastico, & effœminatum & debile comprobaturi. Accingunt sacco pœnitentiæ, & super tecta ac domata, in quibus primum se sublimes esse credebant, & in plateis: quia non ingrediuntur per angustam viam, sed per latam quæ ducit ad mortem: erit vlulatus, & nequaquam ascendent in superbiam, quod interpretatur Hesebon, & casum ascensum superbiæ: & vox eorum audietur vsque ad mala opera, quæ fecerunt, & mandatum quod putabant Dei, propriâ se confessione damnantes. Cúmque egerint pœnitentiam per Luith id est, genarum lachrymas ad altarium conscendent: & quasi mœroris fœminæ, atque introitu clamorem contritionis leuabunt à Domino vt possint dicere: [h] *Sacrificium Dei spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non spernit.*

Moab significat sapientiã sæcularem, & ratio.

[a] 1. Cor. 1. 19.

[b] Ex. 14. 24.

[c] Gen. 19. 23.

[d] 1. Thess. 5. 7.

[e] Rom. 13. 12.

Sapientiæ sæculari addicti quomodo pereant in nocte, deque salubri eorum euersione, & pœnitentia.

[f] Isai. 15. 1.

[g] Psal. 28. 9.

[h] Psal. 50. 19.

4 (*Fugite, saluate animas vestras*, &c.) Prædicit Propheta vt intereunte Moab Chaldaicâ vastatione, quicúmque saluus fieri velit, inde fugiat, & latitet in deserto quasi myricæ: quæ arbor est humilis. Spiritaliter autem quicúmque velit animam suam saluam facere, fugiat versutam & captiosam doctrinam Philosophorum, atque hæreticorum, vbi certus est interitus: & per humilitatem confessionis agat pœnitentiam erroris, in deserto districtæ abstinentiæ manens, atque in simplicitate & veritate Catholicæ doctrinæ. *Pro eo enim quod habuisti fiduciam in munitionibus tuis, & in thesauris tuis, tu quoque capieris, & ibit Chamos in transmigrationem.* Ideo igitur Philosophi huius mundi, & hæretici qui confidunt in dialecticis disputationibus vbi sperant thesaurum esse sapientiæ, capientur ab Ecclesiasticis præliatoribus, qui scuto rectæ fidei & verbo veritatis expugnant: omnem errorem perfidorum, & cultores eius atque ministros in captiuitatem ducunt, vt cognoscant quòd nulla vrbs, hoc est, munimen doctrinæ eorum salutem veram dare possit: sed petibunt valles: falsæ vtique humiliationes, & fictæ virtutes eorum: quia hoc quod in inuentione humana, & in sæculari sapientia florere videbatur, in desertum & in solitudinem redigetur.

Doctrina captiosa Philosophorum, & hæreticorum fugienda vt mortifera.

A doctrina praua salutur animas fidelis per humilitatẽ, pœnitentiã, abstinentiam, & simplicitatem in fide Catholica.

Sapientes mundi, & hæretici quomodo ab Ecclesia Prædicatoribus capiantur.

5 Conferent non modicum ad intelligentiam eorum quæ & hac sectione, & toto isto dicuntur capite 48. Si legantur quæ & apud Isaiam item contra Moab habentur capitibus 15. & 16. Quæque super illa dicit Hieronymus, vbi & Isaiæ dicta dictis confirmat in hoc capite à Ieremia.

Pro allegorico autem sensu ex Rabano mox relato faciunt quæ idem Hieronymus Comment. super caput 25. Ezechielis hisce habet. Ad approbandum autem quòd Moab in præsenti loco super philosophorum intelligatur superbia, de quibus dicitur: [i] *Perdam sapientiam sapientium, & intelligentiam intelligentium reprobabo* pauca de Prophetis exempla replicanda sunt, Amos loquitur: Hæc dicit Dominus: [k] *Super tribus impietatibus Moab, & super quatuor non auersabor eum, pro eo quòd combussit ossa Regis Idumææ in cineres.* Verè enim quicquid in sæculo dogmatum peruersorum est, quidquid ad terrenam scientiam pertinet, & putatur esse robustum, hoc dialecticâ arte subuertitur, & instar incendij in cineres fauillasque dissoluitur; vt probetur nihili, quod putabatur esse fortissimum. Sed Isaias superbiam arguit Moab dicens: [l] *Audiuimus contumeliam Moab: contumeliosus est nimis: superbiam eius abstuli.* Ieremias quoque contra omnes vaticinans nationes, propriè loquitur ad Moab: *Quoniam confidebas in munitionibus tuis.* Et post paululum: *Habebas fiduciam in gloria tua.* Et iterum: *Quomodo dicitis, fortes sumus?* Ac deinde: *Iuxta est dies Moab vt veniat, & malitia eius velox nimis.* Et manifestiùs: *Dicite quo modo contritus est baculus gloriosus, virga magnificentiæ?* Et iterum: *Contritum est cornu Moab.* Hæc autem dicuntur, vt sub nomine Moab, stulta sæculi in cælum se efferens superbia conteratur.

Hieronym.

Philosophorũ superbia designata per Moab, quomodo dissoluenda.

[i] 1. Cor. 1. 19.

[k] Amos. 2. 1.

[l] Isai. 16. 6. iuxta Sept.

Ierem. 48.

CATE

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΟΥ̓ΤΩΣ εἶπε κύριος.]

Εὐσεβίου.] χωρεῖ καὶ κατὰ Μωάβ, ὡς πολεμησάσης πάλαι τὸν Ἰσραήλ. ἔστι δὲ ἡ νῦν ἀρεόπολις καλουμένη, μεγίστη πόλις, καὶ τῆς ἀραβίων χώρας πάλαι κρατήσασα. ἀντεπολιτεύετο δὲ τῇ ἱερουσαλήμ, ὡς κρείττονα τοῦ ταύτης θεοῦ κεκτημένη τὰ εἴδωλα. Ἀραβὼθ δὲ, Μωὰβ ἐλέγετο πρότερον. ὅθεν ἑλληνίσαντες οἱ μετὰ ταῦτα, Ἀράβων τὴν πᾶσαν χώραν ἐκάλεσαν. περὶ ἧς προεφήτευσαν Ἡσαΐας τε καὶ οἱ ἄλλοι προφῆται, ἅπερ ὕστερον ὑπὸ Ἀσσυρίων καὶ Βαβυλωνίων ἐγένετο, καὶ τῶν μετὰ ταῦτα τῆς ἀράβων χώρας κεκρατηκότων. ἃ δὴ καὶ αἱ ῥηθεῖσαι, πόλεις οὖσαι καὶ κῶμαι περὶ ταύτην, πεπόνθασιν. τὸ δὲ, ἐλογίσαντο ἐπ' αὐτὴν κακὰ, τὴν ἱερουσαλὴμ δηλονότι φησὶν ὅπισθεν δὲ μάχαιραν καλεῖ τοὺς διώκοντας. παρακελεύεται δὲ φυγεῖν, καὶ τοῖς ἀγρίοις ὄνοις παραπλησίως ἐν ἐρήμῳ διάγειν. ἔστι γὰρ καὶ διὰ φυγῆς σωθῆναι τινὰς, ὅτε τὸ ἔθνος ἀπόλλυται, ὡς ὁ Λὼτ ἐκ Σοδόμων, καὶ αἱ θυγατέρες. ἀλλὰ βουλήσει θεοῦ. χωρὶς γὰρ αὐτῆς πᾶν ὀχύρωμα μάταιον.

[Οὐαὶ ἐπὶ ναβ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] Ναβαῦ, πόλις Μωαβιτῶν, ἐν ᾗ τὸ Δευτερονόμιον ἐγράφη.

[Ἀλαώθ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἀλαὼθ, πόλις Μωαβιτῶν ὡς αἱ λοιπαί.

[Καὶ ἐξελεύσεται χα.]

Ὀλυμπιοδώρου.] χαμὼς, εἴδωλον Μωαβιτῶν.

Εὐσεβίου.] ὁ χαμὼς τοῖς πεποιθόσιν ἐπ' αὐτῷ συναπήγετο, θεὸς ὢν αὐτῶν.

[Καὶ ἀπολεῖται.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ὁ αὐλὼν, τὰ παρακείμενα τῷ ποταμῷ.

[Δότε σημεῖα.]

Εὐσεβίου.] τὸ δότε σημεῖον τῇ Μωὰβ, ἀκύλας ἐξέδωκε, δότε ἄνθος τῇ Μωάβ. ὁ δὲ σύμμαχος, βλάστημα. τουτέστιν ὑπολείπεσθε αὐτῇ σημεῖον καὶ ἄνθος, καὶ μὴ τελείως αὐτὴν ἀφανίσητε, ἵνα πάλιν ἀνθήσῃ καὶ βλαστήσῃ.

|| Ὀλυμπιοδώρου.] ἀντὶ τοῦ, προσημάνατε αὐτῇ.||

Verſ. 1. AD *Moab ſic dixit Dominus.*)

Euſebij.] *Tendit etiam contra Moab, vt quæ olim Iſraelem oppugnaſſet: eſt verò quæ nunc Areopolis nuncupatur, maxima ciuitas, quæ olim Arabiæ tenuit principatum, eratque aduerſaria Ieruſalem, certans habere idola Deo huius præſtantiora. Araboth porrò priùs Moab vocabatur; Quod poſteriores in Græcam terminationem mutantes Arabiam appellarunt; de qua Iſaias cæterique Prophetæ vaticinati ſunt quæ ſucceſſu temporis ſub Aſſyriis, Babyloniiſque euenêre, & iis qui poſt eos Arabicâ regione potiti ſunt. Quæ item dictæ vrbes videlicet, illique adiacentes pagi paſſi ſunt. Illud autem*, cogitauerunt in eam mala, *Ieruſalem profectò intelligit, Gladium verò ſequentem vocat perſequentes. Porrò vt fugam arripiant iubet, & quaſi aſinos ſylueſtres in deſerto vitam traducere. Contingit enim fugâ etiam quoſdam ſibi ſalutem parare, quando perit gens; ſicuti Lot è Sodomis eiuſque filiæ, ſed nutu Dei, ſine quo omne munimentum inane.*

6 Euſebij. *Moab olim Arabia metropolis poſt modum vocata Areopolis. Araboth antiquũ nomen Moab idem quod Arabia.*

Ex verſ. 1. (*Væ ſuper Nabau.*

7 Olympiod.

Olympiodori.] *Nabau Moabitarum eſt Ciuitas, in qua Deuteronomium ſcriptum eſt.*

Verſ. 5. (*Alaoth.*(

Olympiodori.] *Vrbs Moabitarum, ſicuti & cætera.* Olympiod.

Ex verſ. 7. (*Et egredietur Chamos in tranſmigrationem.*)

Olympiodori.] *Chamos idolum Moabitarum.* Olympiod.

Euſebij.] *Chamos deportabatur vnà cum iis qui in eo ſpem habebant, cùm illorum eſſet Deus.* Euſeb.

Ex verſ. 8. (*Et peribit vallis.*)

Olympiodori.] *Quæ flumini adiacent.* Olympiod.

Verſ. 9. (*Date ſigna Moab.*)

Euſebij.] *Date ſignum Moab, Aquila interpretatus eſt*, Date florem Moab; *Symmachus verò*, germen, *hoc eſt, ſinite illi ſignum & florem, neque penitus eam exterminate, vt iterum & florem & Virgultum emittat.* Euſeb.

|| Olympiodori.] *Pro præſignificate illi.* Olympiod.

Capitis 48. verſ. 10. Sectio Secunda.

TEXTVS VVLGATÆ.

10 MAledictus, qui facit opus Domini fraudulenter: & maledictus qui prohibet gladium ſuum à ſanguine.

TEXTVS SEPTVAGINTA.

10 M*Aledictus qui facit opera Domini negligenter, qui ſubtrahit gladium ſuum à ſanguine.*

PARAPHRASIS CHALDAICA.

10 M*Aledictus qui facit in ea opus à facie Domini in dolo, & maledictus qui prohibet gladium ſuum ab occiſione.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impreſſis.

THeodoritus. Per hæc quæ ſequũtur docet, mandato Dei omnia iſta fieri. (*Maledictus, qui facit opera Dei negligenter. Et maledictus* qui

8 *Negligentia vel etiam in occidẽdo maledictioni ſubiicit eum, cuius id ſtudij, & officij eſt.*

qui subtrahit gladium suum à sanguine.) Atqui si sermo propheticus subiicit hic maledictioni eos, qui negligenter occidunt, quantas nos pœnas exoluemus, si munus spiritale paruipenderimus.

Rabanus.

In Rabano Mauro quoad primam quidem huius sententiæ partem nil, præter ea quæ ex Gregorio Papa post modum referemus.

9

Mortificationis gladium non exercens in resecandis iis quibus velut sanguine animatur materia peccatorum maledictus asseritur.

a Gal. 5. 24.
b 1. Cor. 9. 27.
c Matth. 16. 24.
d Matth. 16. 25.

Quoad secundam verò partem præter ea quæ ex Gregorio hæc sunt quæ notes. Potest & vnicuique hæc sententia maledictionis propheticæ conuenire, qui luxum sæculi sequitur, & corpus suũ castigare: & seruituti subiicere negligit, cùm Apostolus manifestè dicat: [a] *Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis.* De semetipso ait: [b] *Castigo corpus meum & seruituti subiicio, ne fortè cùm aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar.* Hinc & ipse in Euangelio dicit: [c] *Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam & sequatur me.* Et rursum: [d] *Qui voluerit*, inquit, *animam suam saluam facere, perdet eam: & qui perdiderit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.*

10

Quia locus iste maximè apud Veteres Patres est celebris, non pigebit aliqua & hîc eorum circa illum adnotare dicta, in quibus etsi quoad sententiæ sensum idem, aut ferè idem sit, aliquid tamen est, quod speciale circa illum indat Spiritus motiuum.

Cyprian.

Solitudo in Dei obsequiis quàm necessaria.

Cyprianus lib. 3. Testimon. ad Quirinum num. 30. In comprobationem quòd citò reddendum id quod quis vouerit: ita hæc affert. *Maledictus, qui facit opera Dei negligenter.*

Hilarius:
Ierem. 48.

Negligentiæ vt simus maledictionis immunes quæramus Deum in toto corde.

e Matth. 25. 29.

Hilarius Enarratione in Psal. 118. litera Beth super verbis. *In toto corde meo exquisiui te, ne repellas*, &c. Legimus scriptum in Ieremia: *Maledictus qui facit opera Domini negligenter.* Legimus in Euangeliis scriptum. [e] *Omni enim habenti dabitur, & abundabit: & qui non habet, etiam quod habet auferetur ab eo.* Ergo habens abundabit, non habens verò ipso illo quod habet indigebit. Propheta non est obnoxius maledictionis conditioni, quia non negligenter opera Dei egit: cùm toto corde perquirens Dauid confidenter ait, ne à mandatis Dei repellatur, quia eum toto corde perquirat. Secundùm Euangelica enim *habenti dabitur, & ei qui non habet etiam quod habet auferetur.* Deus ergo non aufert, nisi non habenti, secundùm quod neque repellit nisi negligentem. Adeo autem bonitate plenus est, vt habentem abundantiâ muneretur: adeo verò non vult quemquam non habere, vt non habenti ipsum quod habet adimat.

Non Aufert Deus nisi non habenti.

Negligentem solùm, ac renitentem reiicit, ac repellit Deus.

Neminem igitur nisi obnitentem repellit, neminem nisi negligentem reiicit. Hanc enim Propheta retulit causam, cur se non repelli à mandatis Dei precaretur, quia non ex parte, neque per desidiam Deum, sed toto corde quæsisset: per quod intelligimus eum à mandatis repelli, qui per multam incuriam fuerit indignus admitti, & extra inhibentis inuidiam est, quod de culpa proficiscitur non merentis.

11

Basil. Magn.

Docuit nos Christus non solùm verbis, sed & allatis exemplis.

Basilius Magnus. De Baptismo Serm. 2. cap. 6. arguens ex hac sententia, quòd si maledictus est qui opera Dei negligenter facit, multò certè is magis qui illa omnino non facit. Iudicium, inquit, hoc Dominus noster Iesus Christus acriùs ac constantiùs affirmauit, cùm ad amolitionem præcepti erroris, tum ad confirmanda corda nostra in fide sana, volens nos iudiciorum Dei timorem docere, non solùm per verba, sed & per exempla: propterea quod ipsis rebus veritatis nobis persuasio penitus infigitur. Et primùm quidem. [f] *Nisi abundauerit*, inquit, *iustitia vestra, plusquam Scribarum, & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cælorum.* Et post totam illam pericopen doctrinæ suæ sententiam cum hypodigmate subiecit, dicens. [g] *Quisquis audit sermones istos meos, & non facit eos, assimilabitur viro fatuo, qui ædificauit domum suam super arenam, & descendit imber, & venerunt flumina, & flauerunt venti: & cum fragore proruperunt in domum illam, & lapsa est. Et fuit ruina illius magna.* Et iterum: [h] *Ficum habebat quis plantatam in vinea sua, & venit quærens ex ea fructum, nec inuenit. Et dixit ad vinitorem suum. Ecce iam tres anni sunt ex quo venio: quærens fructum in ficu hac, nec inuenio. Excinde eam. Vt quid vel terram occupat?* Et alibi apertiùs iudicium hoc exponit dicens, [i] *Discedite à me maledicti in ignem æternum, præparatum Diabolo, & Angelis eius.* Et addit non patrationem vetitorum, sed omissionem eorum operum quæ vt fiant decreta sunt, dicens. *Esuriui & non dedistis mihi cibum: sitiui & non dedistis mihi potum*, & quæ sequuntur. Multa autem similia inuenire est ex quibus demonstratur, quòd non solùm ij, qui mala faciunt, digni sint morte, quibus & ignis inextinguibilis paratus est, cum quibus condemnantur etiam illi, qui à bonis operibus vacant: Sed & qui negligenter quæ bona sunt faciunt. Scriptum namque est. *Maledictus omnis qui facit opera Domini negligenter.* Tempestiuum fuerit meminisse & Ioannis, ad eos qui peccatorum per Baptisma remissionem accipiebant, dicentis. [k] *Progenies Viperarum, quis demonstrauit vobis, vt fugiatis à ventura ira? Facite fructus dignos resipiscentiâ, nec videamini dicere inter vos ipsos, patrem habemus Abraham: dico enim vobis, quod potest Deus ex lapidibus istis excitare Abrahamo filios: Iam autem securis ad radicem arborum posita est. Quæcumque igitur arbor non facit bonum fructum, exciditur & in ignem mittitur.* Horum itaque quodque non meminit alicuius mali operis patrationem, sed vacationem à iustitia pietatis. Si namque maledictus est, quisquis opera Domini negligenter fecit, propterea quòd illa non competenti animi alacritate fecit: quantò magis maledicti sunt qui quodcúmque bonum facere non sustinent, & meritò audiunt, [l] *Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est Diabolo, & Angelis eius.* Ex omnibus itaque istis manifestum est, quòd solito maiore celeritate, & impigro studio cum bono & fixo desiderio opus sit in mandatis Domini nostri Iesu Christi, vt & nos simus digni beatitudine illâ, de qua ipse Dominus Iesus Christus vnigenitus viuentis Dei filius dixit, [m] *Beati esurientes & sitientes iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.*

f Matt. 5. 20.
g Mat. 7. 24.
h Luc. 13. 6.

Iudicij in die Iudicii sententia dãnationis non tam ob patrationẽ vitiorũ, quã ob omissionem bonorum operum.

i Matth. 25. 41.

Damnationis æternæ triplex causa, patratio malorum, omissio bonorum, & negligentia circa bona quæ facta sint.

k Matt. 3. 7.

l Matth. 25. 41.

Sollicitudo necessaria in vita spiritualis studio.

m Matt. 5. 6.

12

Bonorum Ecclesiasticorũ negligens administrator maledictioni addictus.

Idem Regularum fusius disput. iis hæc aptans, quæ administrent res Deo sacratas, bona nimirum Ecclesiæsque Cœnobiorum primùm Interrogat. nona, hæc habet. Si qui præfectus est procurandæ regiæ pecuniæ, esto de rebus iis, quæ partæ iam sunt, nihil interuerterit omnino, ad seque transtulerit: is tamen, si quæ præterea acquiri potuerant, negligentiâ suâ non acquisiuerit, sed passus sit deperire, nihilominus tamen vtique in crimine est: quàm graue tandem censere debemus iudicium illis imminere, qui in rebus Dei nomini iam consecratis vindicandis, lentè ac negligenter se gesserint? An non in eadem cum illis iudicij causa futuros, de quibus scriptum est,

Male

Ierem. 48.

Maledictus homo, qui facit opera Domini negligenter?

Dispensatoris necessariorum fratribus in conuentu quanta futura merces, si id munus bene explerit.

Interrogatione verò 34. de eo agens qui res in conuentu vsibus fratrum necessarias dispensat. Sanè, inquit; cum ij, tum reliqui omnes, qui aliud quoduis vtile, ac necessarium fratribus munus administrant, eiusmodi animum adhibere, & studium debent, proinde quasi non hominibus, sed Domino ipsi ministrent, qui pro incredibili sua bonitate delata iis qui se ipsi consecrarunt, honorem ac studium, proinde habet, quasi ea ipse accepisset, & pro his cælestis se regni hæreditatem daturum promittit. [a] *Venite* enim, inquit, *benedicti Patris mei, hæredes estote parati vobis regni à constitutione mundi, quia quatenus fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis.* Similiterque ex contrario, imminens iis qui negligentes fuerint, periculum intelligere, ac memoriâ verba illa tenere: *Maledictus omnis qui facit opus Domini negligenter;* neque enim à regno excluduntur modò, sed horroris etiam, ac terroris plenissimam Domini aduersùs istiusmodi homines latam sententiam illam expectant: *Discedite à me maledicti in ignem æternum paratum Diabolo, & Angelis eius.*

a Matth. 25. 34.

Dispensatoris necessariorum si malè expleris munus suum, quanta qualisue pœna.

Ierem 48.

13

Cyril. Alex.

Negligentia in rebus spiritualibus quàm lubrica, & periculosa.

Cyrillus Alexandrinus lib. 1. de Adoratione in spiritu & veritate circa medium. Quid illud inquit, est quod (Loth ab Angelis) dictum est, [b] *Ne stes in omni circa regione?* Illam, nisi fallor, inertiam, atque segnitiem ad resiliendum à vitiis lubricam esse, & periculosam significat. Propheticus enim sermo sic ait: *Væ qui facitis opus Dei negligenter.* [c] *Currite* etiam *vt comprahendatis*, ait, Beatus Paulus. Nam nolle fortiter ac serio à turpiori vita refugere, quòd animus ægrè se à veteri consuetudine diuelli patiatur, ac veluti cum quadam molestia à singulis quibusque vitiis discedat, grauatissiméque se ad id conferat, quod suapte naturâ prodest, non aliud est, quàm in circumposita vitio regione desidere, vnde celeri cursu excedere oportet. Fieri namque potest, vt priusquam vitij terminis excesserimus, dum semper cunctamur ac tergiuersamur, diuina nos vltio præueniat, antequam maculas purgauerimus, antequam veteris socordiæ infusam animo labem eluerimus, antequam criminum à nobis sarcinam excusserimus, iugúmque subierimus illud salutare, ac requiem per Christum inuenerimus.

b Gen 19. 17. Ierem. 48. c 1. Cor. 9. 24.

Pœnitêti fortiter & illicò dimittenda vitia, eorumdémque occasiones.

Cyrillus.

Fortitudo qualis necessaria in quolibet virtutis studio.

Idemque Cyrillus Homil. 24. Paschal. ante medium: qualis fortitudo hæc in vnoquoque esse debeat virtutis studio pertractans, Scriptum est ait, *Væ qui faciunt opus Dei negligenter.* Vt enim non satis est ad fortitudinis experimentum iis, qui bellicam gloriam adamarunt, si tantummodo præclarè spectentur armati, seque esse posse victores ostendant: sed operum gloriâ illustres eos esse necesse est: eodem modo, vt ego arbitror, nemo virtutis decus adipiscetur, si adhuc animo segnitiem, atque ignauiam retineat oportere autem assero, omni contentione, atque alacritate animi studia pietatis amplecti. Erit namque qui id fecerit, & summa dignus laude, & eximiam te verâ gloriam reportabit, Deo simul atque hominibus probatus.

Virtutis studia, strenuè, alacriterque exsequenda.

14

Prædicatori maximè cauenda segnities in suo munere.

Et in homilia prima item Paschal. aliquantò post initium, de sedulo agens prædicationis studio ait, Quibus prædicandi munus impositû est, iis non leuis metus, & non exigua negligentiæ pœna. *Maledictus*, inquit, *qui facit opera Dei negligenter.* Idque vel apertissimè cuius intelligere facile erit, de Beato Iona cogitanti, ac pelagi in ipsum sæuientis furorem, immanéque & horrificum Cete aduersùs eumdem concitatum animo reputanti.

Idem Homil. 27. Paschal. paulò post initium, iis hæc aptans quibus ob socordiam temporis opportunitas, bonorúmque elabuntur occasiones. Tempus, inquit, adiunctasque illi occasiones quicumque negligat haud sanè, vt ego arbitror, impunè tulerit. Quis enim agricolam laudet, qui cùm arare liceat, detque tempus illius facultatê, in otio degat, segnitiemque inertem, atque inutilem amplectatur? Aut quis non omni repræhensione dignos putet nautas, si omisso secundo vento, mox elapsâ opportunitate, nec ampliùs commodâ nauigatione, ad illa se inani studio quærenda conuertant, quibus ob insipientiam priuati fuêre. Quam obrem vt sapientissimus scribit Paulus. [d] *Dum tempus habemus operemur bonum ad omnes.* Affinis namque periculo est ignauia, nec sit falsus, si quis ex illa penitus exitij causam oriri dicat: Scriptum est enim: *Væ qui faciunt opus Domini negligenter.* Quòd si ne iis quidem qui agunt impunè fuerit, nisi diligenter, & sedulò agant, quænam in eos pœna statuetur, qui ab agendo penitus abstinere decreuerunt.

Têporis quanta habenda sit ratio.

d Gala. 6. 10.

Negligentia causa est exitij, damnationisque hominum.

15

Ioan. Cassia.

Iudicij moderatio maximè necessaria in iis, quæ ad Dei fiunt cultum atque honorem.

Ioannes Cassianus collatione 21. De Remissione Quinquagesimæ cap. 22. agens de discretione adhibenda in continentia, atque in remissione ait, Nihil Dominus noster ad cultum atque honorem suum absque iudicij moderatione vult fieri, quia [e] *honor Regis iudicium diligit.* Et idcirco Sapientissimus Salomon, vt in neutram partem vergente iudicio declinemus admonet, dicens: [f] *Honora Dominum de tuis iustis laboribus, & deliba ei de fructibus iustitiæ tuæ.* Etenim residet in conscientia nostra incorruptus quidam ac verus iudex, qui nonnumquam super statu puritatis nostræ cunctis errantibus solus ipse non fallitur. Omni igitur cautione atque solertiâ ingis circumspecti cordis seruetur intentio, ne quo modo iudicio nostræ discretionis errante, aut inconsideratâ cupiditate succensi, aut desiderio nimiæ remissionis illecti substantiam virium nostrarum iniquæ trutinæ examinatione libremus; sed in altera quidem lance animæ puritatem, in altera vires corporis collocantes, ita verò conscientiæ iudicio vtraque pendamus, vt in neutram partem vnius rei affectu præponderante peruersi, vel ad immodicam districtionem, vel ad nimiam remissionem, æqualitatis libram propensiùs inclinemus, & illud nobis vel pro remissionis, vel pro districtionis nimietate dicatur: [g] *Nonne si rectè offeras, rectè autem non diuidas, peccasti?* Illas etenim ieiuniorum victimas, quas nobis violentâ viscerum conuulsione inconsideratè extorquentes, Domino rectè offerre nos credimus, [h] ille qui diligit misericordiam & iudicium, execratur, dicens: [i] *Ego Dominus diligens iudicium, & odio habens rapinam in holocausto.* Illos etiam qui oblationum, id est, officiorum, atque actuum suorum præcipua ad fotum carnis, atque vsus proprios præsumentes, reliquias eorum Domino ac minimam deferunt portionem, velut operarios fraudulentos sermo diuinus ita condemnat: *Maledictus qui facit opera Domini fraudulenter.* Non ergo

e Psal. 95. 7. f Prou. 3. 9. Sec. Sept.

Iudicium rectum in conscientia cuiusque residêt iudex.

g Gen. 4. 7. Sec. Sept.

Ieiunia indiscreta reprobat Deus.

h Psal. 3[?]. 5. i Isai. 6. 8.

Fraudulêtus in Dei obsequio, adeoque & maledictus, qui potiores sui partes carni, mûdoq; tribuens, minimâ Deo dat sui portionem.

Ierem 48. Sec. Sept.

immeritò eum qui se ita iniquo fallit examine, A increpat Dominus, dicens: [a] *Verumtamen vani filij hominum, mendaces filij hominum in stateris, vt decipiant.* Er idcirco Beatus Apostolus, vt discretionis moderamina retinentes, in neutram partem illecti nimietate vergamus, admonet dicens: [b] *Rationabile obsequium vestrum.*

a Psal. 61. 10.

b Rom. 12. 1.

16

Greg. PP. *Discretionis iudicij adhibendũ in quolibet opere.*

Ad hoc pariter discretionis iudicium, sed generaliùs referens hæc Gregorius Papa lib. 3. Moral. cap. 10. Necesse est, inquit, vt non solùm intueamur quod agimus, sed etiam cum quanta discretione agamus. Primum quidem, ne mala quoquo modo, postmodùm verò ne bona incautè faciamus. B Ad quæ nimirum bona sollicitè peragenda, Propheta nos admonet, dicens: *Maledictus homo qui facit opus Dei negligenter.* Ad hoc verò ista proficiunt: vt ante terribilis iudicis subtile atque incompræhensibile examen, non solùm mala quæ commisimus, sed ipsa etiam si qua in nobis sunt benè gesta, timeamus: quia sæpe in iusto iudicio culpa esse deprænditur, quod virtus ante iudicium putatur. Et vnde expectatur pia merces operis, inde supplicium iustæ sequitur vltionis.

Ierem 48.

Virtutis opera in iudicio iusto sæpe deprehenduntur culpa esse.

17

Gregorius. *In Operibus bonis duo potissimùm timenda, negligentia, & fraus.* *Negligentiæ, fraudisque discrimen.*

C Idem verò Gregorius duas iungens lectiones Vulgatæ & Sept. lib. 9. item Moral. cap. 26. & 27. Duo sunt, ait, quæ in bonis operibus necesse est, vt studiosè formidentur, desidia videlicet: & fraus: Vnde & per Prophetam apud vetustam translationem dicitur: *Maledictus omnis qui facit opus Dei fraudulenter, & desidiosè.* Sed sciendum magnopere est, quia desidia per torporem nascitur, fraus per priuatam dilectionem. Illam namque minor Dei amor exaggerat, hanc autem malè mentem possidens proprius amor creat. D Fraudem quippe in Dei opere perpetrat, quisquis semet ipsum inordinatè diligens, per hoc quod rectè egerit, ad remunerationis transitoria bona festinat. Sciendum quoque est, quòd tribus modis fraus ipsa committitur, quia per hanc proculdubio, aut tacita cordis humani gratia, aut fauoris aura, aut res quælibet exterior desideratur. Quo contra rectè de iusto per Prophetam dicitur: [c] *Beatus qui excutit manus suas ab omni munere.* Quia enim non solùm fraus in acceptione pecuniæ est, munus proculdubio vnum non est: Tres verò sunt acceptiones munerum, ad quas ex fraude festinatur. E Munus namque à corde est captata gratia à cogitatione. Munus ab ore, est gloria per fauorem. Munus ex manu, est præmium per dationem. Sed iustus quisque ab omni munere manus excutit: quia in eo quod rectè agit, nec ab humano corde inanem gloriam, nec ab ore laudem, nec à manu recipere donationem quærit. Solus ergo in Dei opere fraudem non facit: qui cùm ad studia bona actionis inuigilat, nec ad corporalis rei præmia, nec ad laudis verba, nec ad humani iudicij gratiam anhelat: Ipsa igitur bona nostra, quia insidiantis culpæ euadere gladium nequeunt, nisi sollicito quotidie timore muniantur, per sanctum virum nunc rectè dicitur: [d] *Verebar omnia opera mea.* Ac si humili confessione diceretur: Quæ apertè egerim, video: sed quid in his latenter pertulerim ignoro. Sæpe enim bona nostra latrocinanti fraude pereunt, quia rectis se nostris actibus concupiscentiæ terrenæ subiungunt. Sæpe desidiâ interueniente deficiunt, quia à feruore quo cæpta sunt, frigescente amore ta-

Fraus tribus modis cõmitti solita.

c Isai. 33. 15.

In Opere quolibet bono verendum.

d Iob. 9. 28.

bescunt. Quia ergo culpæ subreptio, vel in ipso virtutis actu vix vincitur: quid ad securitatem superest, nisi vt studiosè semper, & in virtute timeatur?

18

Conc. Braca.

In Concilio quoque tertio Bracarensi num. 5. iunctæ pariter in hac sententia ambæ referuntur lectiones agentes enim ibi patres cótra quorumdam Episcoporum fraudulentam ambitionẽ sub pietatis specie, Bona, inquiunt, res est diuina Sacerdotibus contrectare mysteria. Sed cauendum valde est, ne hoc quisque ad vsum prauitatis suæ intorqueat, vnde soli Deo de bona conscientia placere debuerat. Scriptum est enim. [e] *Væ his, qui faciunt opus Domini fraudulenter & desidiosè.* Vt enim quorumdam Episcoporum detestanda præsumptio nostro se cætui intulit dirimendam, agnouimus quosdam de Episcopis, quòd in solemnitatibus Martyrum ad Ecclesiam progressuri reliquias collo suo imponant, vt maioris fastus apud homines gloriâ intumescant, quasi ipsi sint reliquiarum arca, Leuitæ albas induti, in cellulis eos deportent. Quæ detestanda præsumptio abrogari per omnia debet, ne sub sanctitatis specie simulata vanitas sola præualeat, si modum suum vniuscuiusque ordinis reuerentia non agnoscat. Et ideo antiqua in hac parte, & solemnis consuetudo seruabitur, vt in festis quibusque diebus arcam Domini cum reliquiis non Episcopi, sed Leuitæ in humeris gestent, quibus & in veteri lege [f] onus idem impositum nouimus esse præceptum. Quòd si Episcopus reliquias per se deportare elegerit, non ipse à Diaconis in sellula vehatur, sed potiùs pedissequâ vnà cum populis progressione procedente ad conuenticula sanctarum Ecclesiarum, sanctæ Dei reliquiæ per eumdem Episcopum portabuntur. Iam verò, qui hæc instituta sciendo adimplere distulerit, quam diu in hoc vitio fuerit, à sacrificando cessabit.

Episcoporum fraudulenta ambitio sub religionis specie damnata.

e Iere. 48.

Reliquiarum deferendarũ ab Episcopo gestato in sella à Leuitis abusus damnatus.

Reliquiæ quomodo, & à quibus deferenda in processionibus.

f 1. Par. 15. 2.

Maximus Confessor. Tom. 5. Bibl. Veter. Patrum pag. 1272. In quæstionibus de verbi Incarnatione negligentiam hac sententiâ arguit, eorum qui socordes sunt ad veram conuersionem.

Maximus. *Negligentes in cõuertendo se ad Deum, & à peccatis arguuntur.*

19

Quoad secundam istiusmet vers. 10. partem. Quod de gladio dicitur à sanguine prohibito dupliciter sumitur iuxta duplicem gladij acceptionem, vel pro verbo Dei, vel pro studio mortificationis. Iuxta hanc secundam acceptionem ita Ioannes Cassianus collat. 20. cap. 8. Ad hunc, inquit, verè pœnitentis statum quisque conscenderit, satisfactionis gratiam quotidianis ieiuniis, & mortificatione cordis, & corporis assequetur, quia sicut scriptum est: [g] *Sine sanguinis effusione non fit remissio.* Nec immeritò. [h] *Caro enim & sanguis regnum Dei possidere non possunt.* Et ideo quisquis ab huius sanguinis effusione gladium spiritus, quod est verbum Dei, voluerit inhibere, absque dubio illâ Ieremiæ Prophetæ maledictione plectetur: Nam *maledictus*, inquit, F *qui prohibet suum gladium à sanguine.* Hic namque est gladius qui illum noxium sanguinem, quo animatur materia peccatorum salubriter fundens, quidquid repererit in membris nostris carnale, terrenumue concretum, resecat & abscindit, ac mortificatos vitiis viuere Deo & spiritalibus facit vigere virtutibus; & ita iam non veteris admissi recordatione, sed spe futurorum flere incipiet gaudiorum; nec tam de præteritis malis, quàm de venturis cogitans bonis, non ex peccatorum mœrore lachrymas, sed ex æter-

Ioan. Cassia. *Mortificationis studium maximè necessarium verè pænitentibus.*

g Heb. 9. 22.

h 1. Cor. 15. 50.

Ierem. 48.

Mortificationis studiũ est gladius noxium qui in nobis fit fundens sanguinem, quodque carnale est, & terrenum resecans.

næ

næ illius lætitiæ alacritate profundet; atque [a] obliuiscens ea quæ posteriora sunt, id est, carnalia vitia, ad ea quæ in ante sunt extenditur, hoc est, spiritalia dona, atque virtutes.

a Phil. 3. 13.

20 Iuxta primam verò gladij acceptionem peregregiè Gregorius Papa 3. par. Pastoralis, cap. 26. Admonendi, inquit, sunt qui cùm prædicare vtiliter possunt: immoderatâ tamen humilitate refugiunt, vt ex minori consideratione colligant, quantùm in maioribus rebus delinquant. Si enim indigentibus proximis ipsi quas habent pecunias absconderent: adiutorem proculdubiò calamitatis extitissent. Quo ergo reatu constringantur aspiciant qui dum peccantibus fratribus verbum prædicationis subtrahunt: mentibus vitæ remedia abscondunt. Vnde & bene quidam Sapiens dicit: [b] *Sapientia abscondita & thesaurus inuisus, quæ vtilitas in vtrisque?* Si populum fames attereret, & occulta frumenta ipsi seruarent, auctores proculdubio mortis existerent. Quâ itaque plectendi sunt pœnâ considerent, qui cum fame verbi animæ pereant, ipsi panem perceptæ gratiæ non ministrant. Vnde & bene per Salomonem dicitur: [c] *Qui abscondit frumenta, maledicitur in populis.* Frumenta quippe abscondere, est prædicationis sanctæ apud se verba retinere. In populis autem talis quisque maledicitur: quia in solius culpa silentij pro multorum quos corrigere potuit pœnâ damnatur: Si medicinalis artis minimè ignari secandum vulnus cernerent, & tamen secare recusarent, profectò peccatum fraternæ mortis ex solo torpore committerent. Quantâ ergo culpâ inuoluantur, aspiciant, qui dum cognoscunt vulnera mentium, curare negligunt eâ sectione verborum. Vnde & bene per Prophetam dicitur: [d] *Maledictus qui prohibet, gladium suum à sanguine.* Gladium quippe à sanguine prohibere, est prædicationis verbum à carnalis vitæ interfectione retinere. De quo rursum gladio dicitur: [e] *Et gladius meus manducabit carnes.* Hi autem cùm apud se sermonem prædicationis occultant, diuinas contra se sententias terribiliter audiant, quatenus ab eorum cordibus timorem timor expellat. Audiant quòd talentum qui erogare noluit, cum sententia damnationis amisit. Audiant quod Paulus eo se à proximorum sanguine mundum credidit, quo feriendis eorum vitiis non pepercit, dicens: [f] *Contestor vos hodiernâ die, quia mundus sum à sanguine omnium vestrûm, non enim subterfugi quo minus annunciarem omne consilium Dei vobis.* Audiant quod voce [g] angelicâ Ioannes admonet, cùm dicitur: [h] *Qui audit dicat veni.* Vt nimirum cui se vox interna insinuat, illuc etiam clamando alios quò ipse rapitur, trahat, ne clausas fores etiam vocatus inueniat, si vocanti vacuus appropinquat. Audiant quòd Isaias qui à verbi ministerio tacuit, illustratus superno lumine, magnâ voce pœnitentiæ semetipsum ipse repræhendit, dicens: [i] *Væ mihi quia tacui.* Audiant quod per Salomonem in illum prædicationis scientia multiplicari promittitur, qui in hoc quod iam obtinuit torporis vitio non tenetur. Ait, namque: [k] *Anima quæ bene dicit, impinguabitur, & qui inebriat, ipse quoque inebriabitur.* Qui enim prædicando exteriùs benedicit: interioris augmenti pinguedinem recipit, & dum vino eloquij auditorum mentem deebriare non desinit, potu multiplicati muneris deebriatus excrescit. Audiant quod Dauid hoc Deo in munere obtulit quod prædicationis gratiam quam acceperat non abscondit dicens: [l] *Ecce labia mea non prohibebo, Domine tu cognouisti. Iustitiam autem tuam non abscondi in corde meo: veritatem tuam & salutare tuum dixi.* Audiant quod sponsi colloquio ad sponsam dicitur: [m] *Quæ habitas in hortis: amici auscultantes te: fac me audire vocem tuam.* Ecclesia quippe in hortis habitat: quæ ad viriditatem intimam exculta plantaria virtutum seruat. Cuius vocem amicos auscultare, est electos quosque verbum prædicationis illius desiderare: quam videlicet vocem sponsus audire desiderat: qui ad prædicationem eius per electorum suorum animas anhelat. Audiant quod Moyses cùm irascentem Deum populo cerneret: & assumi ad vlciscendum gladios iuberet: illos à parte Dei denunciauit existere, qui delinquentium scelera incunctanter ferirent, dicens: [n] *Si quis Domini est, iungatur mihi: ponat vir gladium super femur suum, Ite & redite de porta vsque ad portam per medium castrorum, & occidat vnusquisque fratrem suum, & amicum & proximum suum.* Gladium quippe super femur ponere, est prædicationis studium voluptatibus anteferre: vt cùm sancta quis studet dicere: curet necesse est illicitas suggestiones edomare. De porta verò vsque ad portam ire, est à vitio vsque ad vitium, per quod ad mentem mors ingreditur, increpando discurrere. Per medium verò castrorum transire, est tantâ æqualitate intra Ecclesiam viuere: vt qui delinquentium culpas redarguit, in nullius se debeat fauorem declinare. Vnde & rectè subiungitur: *Occidat vir fratrem & amicum, & proximum suum.* Fratrem scilicet & amicum & proximum interficit, qui cùm punienda inuenit, ab increpationis gladio nec eis quos per cognationem diligit, parcit. Si ergo ille Dei dicitur qui ad ferienda vitia zelo diuini amoris excitatur: profectò esse se Dei denegat, qui in quantum sufficit, increpare vitam carnalium recusat.

Greg. PP. *Prædicationis verbum subtrahentes periclitantibus, eorũ participes sunt calamitatum ac mortis.*

b Ecc. 20. 32.

c Prou. 11. 26.

Prædicationẽ subtrahens est maledictus vt prohibens gladium verbi Dei à sanguine.

d Iere. 48.

e Deut. 32. 42.

Prædicator alioquin vtilis, si ex immoderata humilitate à prædicatione desistat, quãta subeat mala & è contra.

f Matth. 25. 28.

g Act 20. 26.

h Apoc. 22. 17.

i Isai. 6. 5.

k Prou. 11. 26.

l Psal. 39. 10.

m Can. 8. 13.

n Exod. 32. 27.

Occisio spiritualis bona facienda par Sanctos Prædicatores.

21 Hunc ipsum Gregorij sensum habes apud Bedam lib. 2. Expositionis Allegoricæ in Samuelem cap. 8. Et Hugonem de Sancto Victore Eruditionis Theologicæ ex Miscellaneorum 2. lib. 1. Tit. 91. Tom. 3. & Bonauenturam super cap. 19. Euangelij Lucæ pag. 250. col. 2.

22 Tertium sensum reperio apud Petrum Damiani, qui lib 1. epistolarum epistolâ 6. *A sanguine* inquit, *gladium suum prohibet*, qui se ab inferenda reprobis dignæ sententiæ animaduersione coercet. Facti autem culpam habet, qui quod potest negligit emendare. Idipsumque idem habet epistolâ 3. libri quarti.

Petr. Dam. *Correptionem omittens delinquentis, maledictus vt prohibens gladium à sanguine.*

CATENA GRÆCA VETERUM PATRUM GRÆCORUM.

Τοὺ ἀγιωτάτου βασιλέως, ἐκ τοῦ εἰς τὸν Ἡσαΐαν.] Δεῖ γὰρ τὸν μέλλοντα φθέγγεσθαι τὰ

23 Vers. 10. Maledictus qui facit opera Domini negligenter.

τὸ τῆς κατάραν βαρὺ, μηδέποτε ἀναπαύειν τὴν πνευματικὴν μάχαιραν ἀπὸ τοῦ κατὰ τῶν τοιούτων ἁμαρτωλῶν αἵματος, φημὶ δὴ τῶν αἰσχίστων παθῶν.

[Ἐπικατάρατος.]

Εὐσεβίου.] Καταρᾶται τῷ φειδομένῳ, δεικνὺς ὡς ὑπηρέτης ἦν ὀργῆς ὁ Βαβυλώνιος. καὶ δεῖ πᾶν θεοῦ πρόσταγμα μετὰ σπουδῆς ἀνύειν, μέχρι πάλιν ἐλεήσας κωλύσῃ. διὸ καὶ γέγονε μηδεὶς οὖν ἔστω θεοῦ φιλανθρωπότερος, ἀλλὰ δράτω τὸ κελευσθὲν, μὴ πολυπραγμονῶν τὰς αἰτίας. εἰ δὲ σφαγῆς τις παυσάμενος ἐπικατάρατος, ποίας τίσομεν δίκας ἡμεῖς τῆς πνευματικῆς ἐργασίας ὀλιγωροῦντες.

|| Ὀλυμπιοδώρου.] Μωαβῖται καὶ Ἀμμανῖται || κωλύονται ἐκ τοῦ νόμου εἰσιέναι εἰς οἶκον θεοῦ. πρὸς μὲν οὖν τὴν ἱστορίαν καταρᾶται τοὺς μὴ ἀναιροῦντας αὐτοῖς. ἐκ δὲ τῆς ἀφορμῆς ταύτης γενικὸν ἐξέθετο λόγον καὶ φησίν· ἐπικατάρατός ἐστιν ὁ ἀφαιρούμενος τὴν μάχαιραν αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ ἀναιρεῖν τὰ φαῦλα. ἡ γὰρ μάχαιρα τοῦ πνεύματος ὀφείλει φονεύειν τὰ κακὰ πάντοτε.

|| Ἴσ. κωλύονται.

A

Sancti Basilij ex Commentariis in Isaiam.] *Oportet eum qui fugere vult maledictionis malum, numquam parcere spirituali gladio ab effundendo sanguine huiusmodi turpissimarum inquam passionum.*

S.Basil. *Mortificandæ Passiones.*

(*Maledictus.*)

Eusebij.] *Maledicit parcenti, ostendens ministrum iræ fuisse Babylonium. Nam omni studio quodcúmque Dei iussum exequendum est, donec iterum reuocet misericordiâ motus; idcirco & subsecuta res est. Nemo itaque ipso Deo humanior* B *sit, sed agat quod iussum est; non curiosâ indagatione causam explorans. Quòd si maledictus, qui à cæde abstinet quas nos pœnas persoluerimus, Spirituale opus negligentes.*

Euseb. *Obediendum Deo in omnibus.*

Negligens in bonis operibus quàm grauiter delinquat.

Ex vers. 10. (*Qui subtrahit gladium suum à sanguine.*

|| Oympiodori.] *Moabitæ, & Ammonitæ lege prohibentur ab ingressu domus Dei, quod itaque ad historiam attinet, maledicit. Non interficientibus illos; Huius verò occasione generalem protulit* C *sermonem, & dicit;* Maledictus qui gladium suum prohibet, *ab enecandis malis: gladius quippe spiritus trucidare semper debet mala.*

Olympiod.

Gladio Spiritus resecanda mala.

Capitis 48. à vers. 11. vsque ad 14. Sectio Tertia.

TEXTVS VVLGATÆ.

11 Fertilis fuit Moab ab adolescentia, & requieuit in fæcibus suis: nec trãsfusus est de vase in vas, & in transmigrationem non abiit: idcirco permansit gustus eius in eo, & odor eius non est immutatus.

D

12 Propterea ecce dies veniunt, dicit Dominus: & mittam ei ordinatores laguncularum, & sternent eum, & vasa eius exhaurient. & lagunculas eorum collident.

13 Et confundetur Moab à Chamos, sicut confusa est domus Israel à Bethel, in qua habebat fiduciam.

TEXTVS SEPTVAGINTA.

11 *Qvieuit Moab à paruulo, & fidens erat super gloria sua, non effundebat de vase in vas, & in transmigrationem non abiit. Ideo mansit gustus eius in ipso: & odor eius non defecit.*

12 *Propterea ecce dies eius veniunt, ait Dominus, & mittam ei sternentes; & sternent eum, & vasa eius comminuent, & cornua eius concident.*

13 *Et confundetur Moab à Chamos: sicut confusa est domus Israel à Bethel spe suâ, Fidentes in ipsis.*

PARAPHRASIS CHALDAICA.

11 *Abundantes fuerant Moabitæ ab adolescentia sua, & quieti in substantiis suis: nec fuerant translati de loco in locum, nec in transmigrationem abiuerant: propterea prorogarunt prosperitatem facultates eorum; sicut vinum quod conseruatum est super faces suas, & odor eius non est immutatus.*

12 *Propterea, ecce dies veniunt, dicit Dominus, & mittam in eos deprædatores, & deprædabuntur eos, & substantias eorum euacuabunt, & bona terræ eorum absument.*

13 *Et confundentur Moabitæ qui colebant Chamos: sicut confusa est domus Israel à Bethel fiduciâ suâ.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

24 Theodorit. *Vasorũ egregiâ parabolâ designata ciuitates.*

Theodoritus. (*Quieuit Moab à puero, & confisus est gloria sua, &c.*) Hoc est non immutauit suam habitationem, non fuit sedibus suis pulsus. (*Nec abiit in transmigrationem. Ideo permansit gustus eius in ipso, & odor eius non defecit.*) Permansit in metaphorâ quia meminit vasis, necessariò fecit etiam mentionem de gustu, & odo- E re. Propterea, inquit, permansit in prosperitate, nullam aduersitatem expertus est, velut in eisdem semper conuersans locis. (*Ecce ergo dies veniunt, dicit Dominus quibus mittam ei stratores, & sternent eum: & vasa eius comminuent: & cornua eius conterent.*) Parabolicè & tropicè posuit ista. Dixit enim, *sternent*, sicut de vase: pro exhaurient. Nec sufficit ipsis (hostibus scilicet) accipere quæ sunt in vasis, sed & vasa conterent. Vocat porrò, vasa quidem, vrbes; quæ autem sunt in vasis, opes. Vtrúmque verò fecerunt hostes, & depopulati sunt, & incenderunt. (*Et pudefiet Moab à Chamos,* F *sicut pudore affecta est domus Israel, propter Bethel, in qua habebat fiduciam.*) Ieroboam collocauit in Bethel vitulam. Docet ergo sermo propheticus, Moab nullo modo adiutam esse à Chamos, quemadmodum nec Israel nullum consecutus est auxilium ab Idolis.

Prosperitas immota egregiè designata in perduratione gustus & odoratus.

25 *Abundantia & prosperitas sæpe causa maximorum malorum, ac miseriarum.*

Rabanus Maurus. (*Fertilis fuit Moab, &c.*) Frequenter rerum abundantia ad validam perducit indigentiam: & inertem securitatem nimia sequetur tempestas: quia dum concessis rebus immodera

moderatè homo ignauus vtitur, vigor animi in luxum reſoluitur, & protinus in ſuperbiam cor eleuatur: & Deum quem per humilitatem habere potuit propitium, facit ſibi per ſuperbiam eſſe contrarium. Vnde Scriptura dicit: [a] *Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam.* Hæc autem caſus Moabitarum manifeſtiſſimè probat, qui propter fertilitatem terræ, & rerum copiam, nimiúmque otium in elationem cecidit, & populum Dei ſub faſce tribulationum ſudantem deſpexit atque irriſit: quia ipſe calamitatis expers, incolumis manſit. Sed quoniam tumore mentis ſuæ, actuque peruerſo, ad iracundiam Deum prouocauit, hoſtibus ad diripiendum traditus eſt: qui ſcrutantes omnem ſuppellectilem eius nihil illæſum omiſerunt: nec falſum numen & idolum Chamos Dei ſui quod pro vero numine colebant, aliquomodo eis ſuffragari potuit, vt non deuaſtarentur, neque ducerentur in captiuitatem, ſicut & Iſrael paſſus eſt propter vitulos aureos quos coluit in Bethel, in eis liberationis ſuæ habens fiduciam. Iuxta myſticos verò ſenſus, quicumque in humana philoſophia confidunt, & in ea ſe ſperant ſecuritatem, & vitam habere poſſe perpetuam, deſpiciuntque religioſam Eccleſiæ fidem, & ſimplicem doctrinam, venient illis ordinatores & ſtrarores dogmatum ſuorum, & direptores theſaurorum, quos habuêre in vaſis librorum, maligni videlicet ſpiritus: & tunc confundentur, quando in exitu vitæ proſpexerunt, nihil ſibi profuiſſe ſtudium ſuum, & cultu-

a Iacob. 4. 6.

Fertile ſolum, atque otium populos erigit in ſuperbiam contemptumque miſerorum.

Philoſophia inaniter tumidi, doctrinamque fidei ſimplicem contemnentes facilè ab hæreticis, & à Dæmonibus omnibus præ-ſtantur theſauris.

A ram falſorum deorum, quos multiplici laude prædicabant: [b] *Quoniam omnes dij gentium dæmonia, Dominus autem cælos fecit:* Et completo futuro examine, ibunt omnes impij cum diabolo & Angelis eius in ignem æternum: iuſti autem cum Rege ſuo Chriſto ad regnum aſcendent ſupernum.

b Pſal. 95. 5.

26 Circa verſ. 11. Gregorius Papa homil. 10. in Ezech. non longè à medio. Peruerſi quique dum praua agunt, & à iuſtis recta non audiunt: neſciunt quàm ſint grauia quæ committunt: atque ex ipſa ſua ignorantia, in ſuo ſtupore ſecuri ſunt: B & iacentes in culpis, quaſi molliter quieſcunt: ſicut de quodam peccatore & ſecuro populo dicitur: [c] *Requieuit in fæcibus ſuis*, quia ſecurus iacet in peccatis. Cùm verò audire peruerſi verbum prædicationis cæperint, quæ ſint ſupplicia æterna cognoſcere, qui terror iudicij, quàm ſubtilis examinatio de ſingulis quibuſque peccatis, illico contremiſcunt: implentur gemitibus, & non ſe capientibus ſuſpiriis anxiantur, atque magno pauore concuſſi in luctu & fletibus erumpunt.

Gregor. PP. *Peccator recta non audiens ex ſua ignorantia ſecurus in ſuo eſt ſtupore.*

In Fæcibus requieſcit ſuis, qui ſecurus iacet in peccatis.

c Ierem. 48.

Bonauentura Tomo 1. Opuſculorum opuſcu- C lo Dietæ ſalutis. Tit. 1. cap. 7. Vnum ex Acediæ damnis eſt ſpiritualis corruptio. Corrumpitur enim ad inſtar aquæ non motæ. Ideo dicit Ieremias: *Moab non eſt transfuſus de vaſe in vas.* Moab interpretatur Accedioſus, qui de vaſe in vas non eſt transfuſus, quia in bonis operibus non eſt occupatus.

Bonauent. *Corruptio ſpiritualis vnũ ex Acedia damnis.*

Acedioſus deſignatus per Moab, qui nõ eſt transfuſus de vaſe in vas.

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

[A]ΝΕπαύσατο.]

Τοῦ χρυσοστόμου.] ὅτι διὰ παντὸς ἀπήλαυσεν εὐθηνίας, καὶ ἡσυχίας, καὶ διὰ τοῦτο ταῦτα ἔπαθε τῇ εὐπαθείᾳ πρὸς οὐδὲν δέον χρησάμενος.

|| Εὐσεβίου.] ταῦτα δηλοῖ τὸ μέγεθος τῆς Μωὰβ, ὡς ἤνθει τροπαίοις ἀβρυνομένη, μηδὲν ὑποστᾶσα δεινόν. οὐκ ἀπῳκίσθη γὰρ εἰς αἰχμαλωσίαν οὐδὲ μετέστη πρὸς ἑτέρους, καθάπερ ἀγγεῖον εἰς ἕτερον ἀγγεῖον μεταβαλλόμενον. διὸ καὶ μέγα ἐφρόνει, καὶ τὸ φύσημα οὐ διέπνευσεν.

[Καὶ πεποιθώς.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ὁ μὴ ἔχων πρόσωπον εἰς οἶκον θεοῦ εἰσιέναι Μωαβίτης, πέποιθε τῇ δόξῃ τοῦ αἰῶνος τούτου.

|| Ὀλυμπιοδώρου.] μετὰ τὴν ἱστορίαν νόησον, ὅτι ἠμέλησεν τὰς νεωτερικὰς ὁρμὰς ἀνακόψαι. ||

[Οὐκ ἐνέχεεν.]

Ὀλυμπιοδώρου.] πρὸς μὲν ἱστορίαν, οὐδέποτε φησὶν ἀπῳκίσθη, οὐ δὲ ἀπώλεσέ τι τῶν ἑαυτοῦ. πρὸς δὲ διάνοιαν, ἀγγεῖον φησὶν ἐνταῦθα τὸ ποτήριον. ἔστι δὲ ποτήριον ὀργῆς, καὶ ποτήριον σωτηρίου. οὐκ ἔκλινεν οὖν φησι, τὸ τῆς ὀργῆς ποτήριον εἰς τὸ τοῦ σωτηρίου. αὐτὶ τοῦ οὐκ ἐξιλεώσατο τὴν θείαν ὀργήν.

[Καὶ διὰ τοῦτο ἔστη.]

Ὀλυμπιοδώρου.] τὸ πικρὸν τῆς ἁμαρτίας γεῦμα ὀσμὴν

D Verſ. [Q] *Vieuit Moab.*)

27 11. Chryſoſtomi.] *Quòd ſemper omnium rerum copiâ tranquillitateque abundauit; idcirco & hæc paſſus eſt, proſperitate non vtiliter vſus.*

Chryſoſt. *Proſperitas, & Abundãtia cauſant plerumque magna mala.*

|| Euſebij.] *Hæc Moab indicant magnitudinem, quæ Trophæis iactabunda florebat, nullo afflictata malo. Non enim abducta eſt in captiuitatem, non ad alios tranſmigrauit, ſicuti vas mutatum in aliud vas. Quare & inſolens erat, nec* E *ſuperbiam depoſuit.*

Euſeb. *Proſperitas cauſa ſuperbia.*

De Vaſe in vas mutatione ſignificata tranſmigratio populi.

Ex verſ. 11. (*Et fidens erat.* (

Olympiodori]. *Qui indignus eſt, vt in domum Dei ingrediatur, vt Moabita, fidens eſt ſuper gloria ſæculi huius.*

Olympiod. *Impij in gloria mundi fidentes ſunt.*

|| Olympiodori.] *Poſt hiſtoricum ſenſum intellige eum non curaſſe, vt iuueniles impetus compeſceret.* ||

Olympiod.

Ex verſ. 11. *(Non transfudit de vaſe in vas.)*

Olympiodori.] *Secundum hiſtoriam quidem numquam inquit, abiit in tranſmigratio-* F *nem, neque vllam rerum ſuarum iacturam fecit. Myſticè verò, vas hîc vocat calicem: eſt porrò calix iræ, & calix ſalutaris, non inclinauit igitur ait furoris calicem in calicem ſalutarem; hoc eſt propitiam ſibi nõ reddidit diuinam indignationem.*

Olympiod.

De vaſe in vas mutatione ſignificata pænitentia, quã propitia fit ira Dei.

Ex verſ. 11. *(Idcirco manſit guſtus eius.)*

Olympiodori.] *Amarus peccati guſtus:* odorem

Olympiod.

ὀσμὴν δὲ αὐτοῦ φησι, τὴν θανατηφόρον.

[Καὶ διὰ τοῦτο ἰδού.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐνέμεινε τῇ τροπῇ, φησὶ δέ, αἰχμαλωτίζοντας.

Διεγχέουσι.] τὸ κλινοῦσιν αὐτὸν, καὶ τὰ σκεύη αὐτοῦ λεπτυνοῦσι (σύμμαχος ἔφη καὶ στρώσουσιν αὐτὸν, καὶ τὰ σκεύη αὐτοῦ ἐκκενώσουσιν) ἐνέμεινε γὰρ τῇ τροπῇ τοῦ οἴνου, δηλῶν ὡς τῶν ἀγαθῶν κενωθήσεται. οὐκ ἀγαθὸν τοίνυν καὶ ἡ εὐθηνία τοῖς ἀλαζόσιν, ὡς καὶ τῷ ἐν ᾅδῃ πλουσίῳ, δι' ἣν ἐκολάζετο. τὰ δὲ κεράσματα ὡς ἐπὶ οἴνου ῥηθέντα, Ἀκύλας ἐξέδωκε κέρατα, ὅπερ ἀρχαῖον ποτηρίου ἐτύγχανεν εἶδος, κέρασι γὰρ ἔπινον. ὅθεν καὶ τὸ κεράσαι λέγειν παρέμεινεν. ἀγγεῖα μὲν οὖν αἱ πόλεις· τὰ δὲ ἔνδον ἄνθρωποί τε καὶ πλοῦτος, ὡς τοῦτον μὲν ἀπήγαγον, τὸν δὲ ἐνέπρησαν, καταισχύνει δὲ τὰς ἐπὶ δαίμοσιν ἐλπίδας ἡ συμφορά. ἡ δὲ ἐπὶ θεὸν ἐλπὶς οὐ καταισχύνει. ἐν δὲ τῇ Βαιθὴλ ἔστησε τὰς δαμάλεις ὁ Ἱεροβοὰμ ἐν τῇ σαμμαρείᾳ. οὐχ ὁ λέγων δὲ ἰσχυρὸς εἶναι, σώζεται. οὐ γὰρ σώζεται βασιλεὺς διὰ πολλὴν δύναμιν, ἡμέρα δὲ Μωὰβ, τῆς κολάσεως ὁ καιρός. πονηρία δὲ, τὰ καταληψόμενα τοῦτον ἐπίπονα. ἀξιοῖ δὲ τοὺς κύκλῳ πάντας ἐπεμβαίνειν αὐτῷ. τοῦτο γὰρ τὸ κινήσατε, δηλονότι πρὸς αἰσχύνην καὶ λύπην. ὑπερηφάνοις γὰρ ὁ θεὸς ἀντιτάσσεται.

[Τὰ κέρατα.]

Ὀλυμπιοδώρου.] τὴν δόξαν αὐτοῦ.

[Ἀπὸ Βαιθήλ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐν ᾗ ἔστησε τὰς δαμάλεις ὁ Ἱεροβοάμ.

Ὀλυμπιοδώρου.] ἔχει ἀναφορὰν ὁ λόγος κατὰ τῆς διαβολικῆς κακίας.

odorem verò eius ait, illum qui mortem affert.

Impœnitenti amarus persistit peccati gustus, & odor mortis.

Vers. 12. (*Propterea ecce dies, &c.*)

28

Olympiodori.] *Perstitit in metaphora; ait verò in captiuitatem ducentes.*

Olympiod. Origenes.

Origenis.] Et inclinabit eum, & vasa eius comminuet. (*Symmachus edidit,* & sternent eum, & vasa eius exhaurient) *in metaphora enim vini perstitit, bonis esse euacuandos eos denotans. Non est itaque vtile superbis rerum copiâ affluere, sicut & diuiti* [a] *in inferno, propter quod sustinebat pœnas. Mixturas autem, quasi de vino dictas, Aquila exposuit* cornua, *quæ olim poculi genus erant: cornibus enim bibebant, vnde & κεράσαι vox, hoc est temperare manauit; vasa itaque sunt vrbes, quæ verò intus, homines sunt & diuitiæ; ita illos quidem abduxerunt, has verò igni tradiderunt: Calamitas porrò confundit spem in Dæmonibus positam,* [b] *spes autem in Deum non confundit:* [c] *In Bethel autem erexit Ieroboam vitulos in Samaria. Non autem qui dicit, se fortem esse, saluus fit;* [d] non enim saluatur Rex propter multam virtutem. *Dies autem Moab, tempus est punitionis; Malitia verò dolores quos ille patietur: excitat verò omnes qui in circuitu sunt, vt insultent. Hoc enim sibi vult illud,* Mouete; *hoc est ad confusionem, & dolorem, & tristitiam.* [e] Nam Deus superbis resistit.

Abundantia bonorum temporaliũ haud vtilis superbis.

a Luc. 16. 23.

Cornu quoddam poculi genus, & in Cornibus antiquitùs bibebatur.

Vasorum metaphorâ significat a ciuitates.

b Rom. 5. 5.

c 3. Reg. 12. 29.

d Psal. 32. 16.

e Iacob. 4. 6.

Ex vers. 12. (*Cornua eius.*)

Olympiodori.] *Gloriam eius.*

Olympiod. *Cornu significata gloria.*

Ex vers. 13. (*A Bethel.*)

Olympiodori.] *In qua vitulos Ieroboam erexit.*

Olympiod.

Olympiodori.] *Sermo hic contra Diabolicam referri potest nequitiam.*

Olympiod.

Capitis 48. à vers. 14. vsque ad 29. Sectio Quarta.

TEXTVS VVLGATÆ.

14 Quomodo dicitis: Fortes sumus, & viri robusti ad prœliandum?

15 Vastata est Moab, & ciuitates illius succiderunt: & electi iuuenes eius descenderunt in occisionem: ait Rex, Dominus exercituum nomen eius.

16 Prope est interitus Moab vt veniat: & malum eius velociter accurret nimis.

17 Consolamini eum omnes, qui estis in circuitu eius, & vniuersi, qui scitis nomen eius, dicite: Quomodo confracta est virga fortis, baculus gloriosus?

18 Descende de gloria, & sede in siti habitatio filiæ Dibon: quoniam vastator Moab ascendet ad te, dissipabit munitiones tuas.

19 In via ista, & prospice habitatio Aroer: interroga fugientem: & ei, qui euasit, dic: Quid accidit?

20 Confusus est Moab, quoniam victus est: vlulate, & clamate, annunciate in Arnon, quoniam vastata est Moab.

21 Et iudicium venit ad terram campestrem: super Helon, & super Iasa, & super Mephaath.

22 Et super Dibon, & super Nabo, & super domum Deblathaim.

23 Et

TEXTVS SEPTVAGINTA.

14 *Quomodo dicetis, fortes sumus, & homo validus ad bellica?*

15 *Periit Moab ciuitas eius: & electi iuuenes eius descenderunt in occisionem.*

16 *Prope est dies Moab ad veniendum: & malitia eius velox valde.*

17 *Mouete ei omnes, qui in circuitu eius, omnes edite nomen eius: dicite: quomodo contritus est baculus gloriosus, virga magnificentiæ.*

18 *Descende de gloria, & sede, in humilitate sedens. Dabon exterretur: quia periit Moab: ascendit ad te vastans munitionem tuam.*

19 *In via ista, & prospice sedens in Arer, & interroga fugientem, & euadentem, & dic, Quid factum est?*

20 *Confusus est Moab, quoniam contritus est. Vlula, & clama, annuncia in Arnon, quia periit Moab.*

21 *Et iudicium venit in terram Misor super Chelom, & Rephas, & Mophas.*

22 *Et super Dabon, & super Nabau, & super domum Dathlatham.*

23 *Et super Cariathem, & super domum Gamol, & super domum Maon.*

24 *Et*

23 Et super Cariathaim, & super Bethgamul, & super Bethmaon.

24 Et super Carioth, & super Bosra: & super omnes ciuitates terræ Moab, quæ longè, & quæ prope sunt.

25 Abscissum est cornu Moab, & brachium eius contritum est, ait Dominus.

26 Inebriate eum, quoniam contra Dominum erectus est: & allidet manum Moab in vomitu suo, & erit in derisum etiam ipse.

27 Fuit enim in derisum tibi Israel: quasi inter fures reperisses eum: propter verba ergo tua, quæ aduersùm illū locutus es, captiuus educêris.

24 Et super Carioth, & super Bosor, & super omnes ciuitates Moab, quæ procul, & quæ prope.

25 Confractum est cornu Moab, & brachium eius contritum est.

26 Inebriate eum, quia super Dominum se magnificauit: & pulsabit Moab in manu sua: & erit in risum etiam ipse.

27 Et quidem in derisum erat tibi Israel, & in furtis tuis inuentus est, quia oppugnabas eum.

28 Reliquerunt ciuitates, & habitauerunt in petris habitatores Moab: facti sunt quasi Columba nidificantes in petris, ore fouea.

28 Relinquite ciuitates, & habitate in petra habitatores Moab: & estote quasi Columba nidificans in summo ore foraminis.

PARAPHRASIS CHALDAICA.

14 *Quomodo dicitis, Fortes sumus, & viri robusti ad prœliandum?*

15 *Direpti sunt Moabitæ, & vrbes eorum desolatæ; & pulchri iuuenes eorum tradentur occisioni, dicit Rex, Dominus exercituum nomen eius.*

16 *Propinquus est interitus Moabitarum vt veniat, & malum eorum accelerat admodum.*

17 *Dolete super eo omnes, qui in circuitu eius estis: & vniuersi qui scitis nomen eius, dicite quomodo confractus est Rex malignus, dominator tribulans?*

18 *Descende de gloria, & sede in siti regnum cœtus Dibon; quia deprædatores venerunt contra Moab: ascenderunt contra te, vastarunt arces tuas.*

19 *Ad viam state, & contemplamini qui habitatis in Aroër; interrogate fugientes; & eis qui liberati sunt, dicite: Quænam confractio hæc fuit.*

20 *Confusi sunt Moabitæ, quia contriti sunt. Vlulate, & clamate, annunciate in Arnon: quia direpti sunt Moabitæ.*

21 *Et facientes vindictam peruenerunt in terram campestrem, in Holon, & in Iathas, & super Mephaath.*

22 *Et super Dibon, & super Nebo, & super domum Deblathaim.*

23 *Et super Cariathaim, & super Bethgamul, & super Bethmaon.*

24 *Et super Kerioth, & super Bosrath, & super omnes vrbes terræ Moab, quæ longè sunt, & quæ propè.*

25 *Succisum est regnum Moabitarum, & dominatores eorum contriti sunt dicit Dominus.*

26 *Adhuc super eos angustiam, vt sint similes ebrio; quia contra populum Domini magnificati sunt: & triturabuntur Moabitæ in loco suo, & erunt in derisum etiam ipsi.*

27 *Et quia lætati estis super interitum Israel, cùm non peccauerint in vos, quasi inuenti essent inter latrones; & quia multa verba locuti estis contra eos: propterea transmigrabitis.*

28 *Relinquite ciuitates, & habitate in petra habitatores Moab; estote quasi Columba quæ dimittit ostium columbaris sui, & descendit, & moratur in pauimento loci.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

29 **Theodorit.** *Superbiæ maxima egregia descriptio metaphoris virgæ gloriosæ, & baculi magnificentiæ.*

THeodoritus. Ostendit eos qui tantopere de robore gloriabantur, interitum tamen perpeti: quia Deus omnium hoc statuit. Vbi verò dixit, supplicij tempus iam aduenisse, hortatur vicinos, vt excitent ipsum ad fortitudinem, & ad pristinum robur erigant. Denuntiat autem eis, vt dicant, (*Quomodo contrita est virga gloriosa, baculus magnificentiæ?*) Hæc autem declarat facultatem tuam, & maiorem viribus tuis superbiam. Recenset quoque ciuitates, quæ quōdam erant splendidæ & insignes: & ostendit prosperitatis immutationem: idque subiectâ causâ *Inebriate* enim inquit, *illum: quia aduersùs Dominum se extulit.* Cùm enim Moabitæ intellexissent, quæ Iudæis acciderant subsannabant, arguentes Deum vniuersorum imbecillitatis. Hoc enim docent sequentia. *Applaudet Moab manu suâ.* Quasi dicat, choreas agens & gaudens, & erit etiam ipse risui. Mox apertiùs: *At qui contemptui tibi erat Israel, An in furtis tuis inuentus est, quia oppugnabas eum?* Quid, ait, ab illo damni passus, eum impetebas? Parietum perfossores & prædatores reperisti? *Propter ipsum migrabis.* Hoc est, propter iniuriam, quā illum affecisti. Eorum etiam fugam narrat. *Qui habitabant Moab, reliquerunt ciuitates, & habitauerunt in petris, facti sunt quasi Columba, nidum construentes in petris, ore fouea.* Possederunt enim speluncas in verticibus montium constitutas, eò quòd ferre non possent incursionem hostium.

Manu applaudere significat choreas lætanter agere.

30 *Fortem frustra se sperat qui non confidit in Domino.*

Rabanus Maurus. (*Quomodo dicitis fortes sumus, &c.*) Hæc dicuntur, vt sub nomine Moab stultitia sæculi, in cælum se efferens superbia conteratur. Frustra se sperat fortem, qui in Dominum non confidit omnipotentem. Citò enim veniet ei certa damnatio, quem summi Regis non defendit protectio: omnéque robur eius dissipabitur, qui in propria virtute, seu scientia confidens gloriatur. Prope, inquit, est interitus Moab, vt veniat, & malum eius velociter occurret nimis. Quia non est diuturnum quod aliquando erit occiduum: nec iam longè distat, quod certo fine obnoxium constat. Malum ergo velociter illi occurrit: qui per pœnitentiam & correctionem vitæ illud euadere non præcauet. Solùm est enim periclitantibus refugium, à verò saluatore salutis suæ quærere remedium. De quo scriptum est: *Omnis qui confidit non confundetur.*

Per Pœnitentiam non se emendanti peccatori malum occurrit velociter.

Ad Pœnitentiam excitatio.

(*Consolamini eum omnes qui, &c.*) Consolatio quidem hæc, quâ consolari Moab iubet his, qui in circuitu eius sunt, videtur mihi iuxta ironiam debere intelligi, aut prouocationem ad pœnitentiam: vt per satisfactionem congruam, & auersione à peccatis, mereatur remedium oppressionis suæ inuenire. Aliter enim quomodo consolari potuit, à subuentoribus suis, cui diuina sententia vastationem superuenturam comminatur? Sicut præsens sententia & sequens sermo declarant. Nam sequitur.

31 (*In via sta, & prospice, &c.*) In eo quòd stare iubet habitationem Aroër, quæ Metropolis est Moabitarum, & interrogare fugientem, & eum qui

qui euasit de prælio quid acciderit: stuporem eius indicat propter subitaneum casum qui inspetatè illis euenit. Ad quod ille fugiens respondit: *Confusus est Moab, quoniam victus est: vlulate & clamate*, &c. Ac si diceret: Quod nobis propheticus sermo in persona Moab prænunciauit, repentè super nos venit, & confusus est Moab: qui ante victorem se posse fieri gloriabatur: Vnde cum vlulatu & clamore vbique hoc annunciare præcipit: quoniam clades & vastatio omnibus ciuitatibus eius communiter aduenit. Mysticè autem sapientes istius mundi & hæretici, quos in Moab persona superiùs designatos diximus, si se à stultitia sua non correxerint, & ad veritatem fidei Catholicæ non conuerterint, ingens illis ruina veniet, & deuastatio vniuersis vrbibus eius, hoc est, diuersis sectis Philosophorum, quæ longè, siue propè à veritate distabant, lucescente Euangelio Christi subuertentur. Nam adhuc sequitur.

Sapientiam mundi & Hæreticorum sectas per Christum destruendas.

(*Abscissum est cornu Moab.*) Sicut ergo contra Babylonem & Philistiim Propheta vaticinatus est, quòd oppresserunt populum Iudæorum: ita nunc vastitas prædicitur Moabitarum, id est, Arabiæ ab Assyriis & Babyloniis; ab vtraque enim gente vastati sunt: & eo tempore quo Sennacherib captiuum duxit Israel, & quando Nabuchodonosor subuertit Ierusalem. Insultauerat enim ad vtrumque hostem Ephraim, & Iudæ: *Inebriatus* ergo Moab calice iræ Domini, *in vomitu suo manum allisit*, hoc est, in pœna sua alios persequi cessauit, irrisorque aliorum, etiam ipse vniuersorum derisioni patuit. Sic & stulta huius mundi sapientia, quæ irridere solet Christianam simplicitatem, cùm ad finem venerit: tunc sui erroris stultitiam agnoscet. Verè enim quicquid in sæculo dogmatûm peruersorum est, quicquid ad terrenam scientiam pertinet, & putatur esse robustum, hoc subuertitur, & instar incendij in cineres fauillasque dissoluitur: vt probetur nihili quod putabatur esse fortissimum.

Sapientia mundi irridens Christianam simplicitatem ad finem deueniens suam agnoscet stultitiam.

(*Relinquite ciuitates*, &c.) Dat Propheta consilium huius sæculi sapientibus, vt relinquant habitacula errorum suorum, & fugiant ad petram Christum, sumantque in se simplicitatem illius Columbæ, de qua in Cantico Canticorum scriptum est:[a] *Surge amica mea, speciosa mea, & veni Columba mea in foraminibus petræ, in cauernas maceriæ:* nidificentque in summo ore foraminis, hoc est, in perfecta confessione passionis, & resurrectionis Christi, cum bonis operibus æternum sibi præparent habitaculum, vbi laborum suorum perpetuum accepturi sunt præmium.

Sapientibus mundi optimum id datũ consilium vt suis relictis errorum habitaculis ad Christi confugiant simplicitatem.

a Cant. 2. 13.

Hieronymus Commenr. in cap. 25. Ezech. super ea quæ ibi habentur de Moab, eiusque euersione longiùs eam prosequitur allegoriam de mundi sapientibus designatis per Moab, quam ex Rabano retulimus ipsis ferè Hieronymi verbis.

31 Hieronym.

Circa vers. 16. Bonauent. Serm. 5. in 2. Dom. Aduent. ex hoc loco probat pœnæ acerbitatem, quæ in inferno cruciantur impij vnum ex iis esse, quæ propè dicuntur. De tertio, inquit, (Hoc scilicet quod inter quatuor quæ prope sunt, tertium obtinet locum.)[b] *Prope est interitus Moab, vt veniat: & malum eius, accurret velociter nimis.* Moab peccatorem significat. Interpretatur enim ex patre:[c] *Vos ex patre Diabolo estis*, interitus æternam damnationem significat:[d] *Ego in interitu vestro ridebo.* Grauiter enim inerit damnandus iste risus: sed tamen iustè. Nam in hoc sæculo vbi Dominus fleuisse legitur, peccator ridet per vana gaudia, &c.[e] *Væ vobis qui nunc ridetis: quia lugebitis & flebitis vos:*[f] *Quasi per risum stultus operatur scelus.* Et ideo in futuro sæculo peccator flebit:[g] *Erit fletus & stridor dentium.* Item Dominus eum irridebit: imò etiam dæmonum ridiculum erit peccator:[h] *Tyranni ridiculi eius erunt.*

Bonauent.

b Ierem. 48.

Peccator quatenus ex patre diabolo est designatus per Moab.

c Ioan. 8. 44.

d Prou. 1. 26.

Irridebitur peccator & à Deo, & à dæmonibus cùm damnabitur, quod hic diuina irriserit.

e Luc. 6. 25.

f Prou. 10. 23.

g Matth. 22. 13.

h Abac. 1. 10.

Gregorius: Nisi contra malignos spiritus vigilemus sollicitè, ipsos irrisores patiemur quos ad malum persuasores habemus. Timendum valde est: quia interitus iste non solùm dicitur esse propè, imò accurrit velociter nimis. Peccator enim currit in interitum: & interitus currit ad eum in morte: & multò propior est quàm credant. Nam qui inter nos hic nunc sedet, fortè infra mensem, fortè infra octo dies, fortè adhuc hodie erit in inferno. Eius vtique interitus satis est propè:[i] *Cùm enim dixerint pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus.*

Greg. PP.

Damnationis interitus ita peccatori est prope vt celerrimè illi dicatur occurrere.

i 1. Thes. 5. 3.

Quod dicitur in vers. 26. *Inebriate eum, quia super Dominum se magnificauit.* affertur à Ioanne Damasceno lib. 1. Parallellorum cap. 59. contra blasphemos magnaque loquentes.

Ioan. Damasc.

In Blasphemos, magnaq; loquentes.

Vide & Cyrillum Alexandrinum, his comprobantem quæ ab Isaia cap. 15. in Moab prolata fuere super idem Isaiæ caput.

Circa vers. 28. Nota ex Beda lib. 3. in Cant. super verbis:[k] *Columba mea in foraminibus petræ*, &c. Bene Ieremiam sub specie Moab, hæreticos ad vnitatem Ecclesiæ fidei prouocantem dicere, *Relinquite ciuitates, & habitate in petra habitatores Moab.*

Beda.

k Cant. 2. 14.

Hæretici excitati ad fidei Ecclesiæ vnitatem.

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Πῶς ἐρεῖτε.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ὅτι ἐμεγαλαύχησε κατὰ τοῦ θεοῦ, καὶ ἤδειν αὐτὸν ἀδικήσαντας τοὺς ἰσραηλίτας, τουτέστιν ἡμᾶς καταπολεμεῖ.

[Βακτηρία.]

Ὀλυμποδώρου.] ἡ ἔνδοξος βασιλεία.

[Ῥάβδος.]

Ὀλυμποδώρου.] ἡ τῆς μεγαλωσύνης ἰσχύς.

[Καὶ κάθισον.]

τοῦ χρυσοστόμου.] οὕτως οὐδαμόθεν ἔσται παραμυθία.

Vers. 14. (*Quomodo dicetis, Fortes sumus?*) Oympiodori.] *Quoniam in Deum insolenter se gessit; & Israelitas à quibus nullâ est affectus iniuriâ hoc est nos oppugnat.*

33 Olympiod.

Ex vers. 17. (*Baculus.*)

Olympiodori.] *Gloriosum regnum.*

Olympiod.

Baculo significatum Regnum.

(*Virga magnificentiæ.*)

Olympiodori.] *Magnitudinis robur.*

Olympiod.

Ex vers. 18. (*Et sede in humilitate sedens.*)

Chrysostomi.] *Ita nulla ex parte solatium erit,*

Chrysost.

μυθία. ὅταν γὰρ ὁ θεὸς ἐπάγῃ κακά, οὐ σώματος ἰσχύς, οὐ σοφία ψυχῆς, οὐκ ἄλλο οὐδὲν, ὠφελεῖ.

[Καθημένη.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐν σήψει, ἐν σαπρίᾳ.

[Καὶ ἐπ' οἴκου.]

Ὀλυμπιοδώρου.] τὴν βασιλικὴν αὐτῶν πόλιν φησίν.

Τοῦ αὐτοῦ.] Αὕτη λέγεται ἡ νῦν καλουμένη δάφνη.

[Κατεάχθη κέρας.]

Ὠριγένους.] ἐπίχειρον ἢ τὸ σκῆπτρον παρίστησιν, ἢ τοὺς ὑπὸ τὴν ἀρχὴν, ἢ τοὺς μισθωτούς. ἐπίχειρα γὰρ ὁ μισθός.

Ὀλυμπιοδώρου.] αὐτὴ οὖ, καὶ ἡ δόξα αὐτοῦ, καὶ ἡ ἰσχὺς αὐτοῦ. χεὶρ γὰρ ἡ πρᾶξις.

[Μεθύσατε.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐν τῇ ἰσχύι αὐτοῦ συντριβήσεται.

Ὠριγένους.] ἐπικροτήσει ταῖς χερσίν. αἷς ἐπιχαίρων τῷ Ἰσραὴλ, καὶ κατὰ θεοῦ θρασυνόμενος ἐπεκρότει. οἱ δὲ τοῖς ὀχυρώμασι πεποιθότες τῶν πόλεων, ταύτας ἀφέντες ἐν πέτραις ᾤκουν παρακειμέναις ταῖς φάραγξιν, μιμούμενοι περιστερὰς κατὰ τὴν ἀσέλγειαν, καὶ κατὰ τὴν ἄνοιαν ἐμφωλεύουσι γὰρ ἔσθ' ὅτε τόποις, ἐξ ὧν οἱ βουλόμενοι ῥᾳδίως ἀφαιροῦνται τοὺς νεοττούς. ἀσελγὴς δὲ καὶ ὁ τελούμενος τῷ Βελφεγόρ. καὶ ἄνους, καὶ τοῖς ματαίοις, καὶ ἀνωφελέσιν εἰδώλοις προσκείμενος. ὁ ποῖος ἦν ὁ Μωάβ. εἶπε γὰρ ἄφρων ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ, οὐκ ἔστι θεός. ἢ καθόλου ἄθεος ὤν, ἢ τὸν ὄντως ὄντα θεὸν μὴ εἰδέναι παντελῶς λογιζόμενος.

[Καὶ μὴν εἰς γελ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ὅτι καὶ σὺ ἐχλεύαζες τὸν Ἰσραὴλ, ὡς οὐ δι' ἁμαρτίας, ἀλλὰ δι' ἀδυναμίαν τοῦ θεοῦ αὐτῶν τιμωρούμενον.

[Καὶ ἐν κλοπαῖς.]

Ὀλυμπιοδώρου.] κλέπτοντας φησὶν εὗρες τὰ σὰ, ὅτι ἐπολέμεις τὸν Ἰσραήλ. τοῦτο γὰρ ἁρμόσει, καὶ κατὰ δαιμόνων, τῶν μηδὲν μὲν προαδικηθέντων, δωρεὰν δὲ ἡμῖν πολεμούντων.

[Στόματι βαθύνου.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐν σχήματι φάραγγος.

Τοῦ αὐτοῦ.] ἐπαπειλεῖ κατὰ τῆς μωαβίτιδος, ὡς εἰς αὐτὸν ἐξυβρισάσης τὸν θεὸν διὰ τοῦ λέγειν, οὐκ ἰσχύει σώζειν ὁ θεὸς τὸν Ἰσραήλ.

A *erit, cùm etenim Deus infert mala, non corporis robur; non animi sapientia, non vllum aliud prodest.* — *Contra iram Dei nil humani prodest.*

Ex vers. 19. (*Sedens in Arar.*)

Olympiodori.] *In putredine, in carie.* — Olympiod.

Ex vers. 21. (*Et super domum.*)

Olympiodori.] *Regiam eorum vrbem dicit.* — Olympiod.

Eiusdem.] *Illa est quæ hodie Daphne vocatur.* — Idem.

B Vers. 25. (*Confractum est cornu Moab.*)

Origenis.] *Brachium vel sceptrum significat, vel subditos, vel mercede conductos,* ἐπίχειρα *enim merces est.* — Origenes.

Olympiodori.] *Hoc est & gloria eius, & robur eius: manus quippe actio est.* — Olympiod.

Vers. 26. (*Inebriate eum.*) — 34

Olympiodori.] *In robore suo conterent.* — Olympiod.

Origenis.] Plaudet manibus, *quibus deridens Israel, & in Deum petulanter se gerens plaudebat. Qui verò munitioribus fidebant vrbi-* C *bus, relictis illis in petris habitabant ad valles positis, æmulati columbas in libidine, & fatuitate. Quandóque enim in locis nidificant, vnde volentes facilè pullos tollunt: Salax verò est ac stultus & qui* [a] *Beelphegor initiatur, inanibus & inutilibus Idolis adductus est, qualis erat Moab:* [b] dixit enim insipiens in corde suo, non est Deus; *vel nullum esse omnino Deum putans, vel Deum verum penitus ignorare cogitans.* — Origenes. — *Columbis assimilati plerique ob salacitatem, ac stultitiam.* — a Psal. 105. 28. — b Psal. 13. 1.

Vers. 27. (*Et quidem in derisum erat.*) — 35

D Olympiodori.] *Quod & tu Israel deridebas quasi ille non ob peccata, sed ob impotentiam Dei sui puniretur.* — Olympiod.

Ex vers. 27. (*Et in furtis tuis.*)

Olympiodori.] *Tua inquit, furentes deprehendisti, quòd in Israel pugnabas. Nam & in Dæmones hoc aptari potest, qui nihil iniuriæ antea passi, nobis tamen nulla de causa bellum inferunt.* — Olympiod. — *Dæmones bellum nobis inferunt, nil iniuria priùs à nobis passi.*

Ex vers. 28. (*Ore fouea.*)

E Olympiodori.] *Instar vallis.* — Olympiod.

Eiusdem.] *Adhuc minas iactat in Moabitidem, vt quæ in Deum ipsum contumelias iecerit, dum diceret. Non valet Deus saluare Israel.* — Idem.

Capitis 48. à vers. 29. vsque ad 36. Sectio Quinta.

TEXTVS VVLGATÆ.

29 AVdiuimus superbiam Moab, superbus est valde sublimitatem eius, & arrogantiam, & superbiam & altitudinem cordis eius.

30 Ego scio, ait, Dominus, iactantiam eius: & quòd non sit iuxta eam virtus eius, nec iuxta quod poterat conata sit facere.

31 Ideo super Moab eiulabo, & ad Moab vniuersam clamabo, ad viros muri fictilis lamentantes.

32 De planctu Iazer plorabo tibi vinea Sabama: propagines tuæ transierunt mare, vsque ad mare Iazer peruenerunt; super messem tuam, & vindemiam tuam prædo irruit.

F

TEXTVS SEPTVAGINTA.

29 ET *audiui contumeliam Moab (contumeliosus est valde) contumeliam eius, & superbiam eius. Et exaltatum est cor eius.*

30 *Ego autem cognoui opera eius: non quod satis ei erat, non sic fecit.*

31 *Ideo super* Moab *vlulate vndique. Clamate super viros tonsos squalloris.*

32 *Quasi plorationem Iazer plorabo tibi vitis Aserema: propagines tuæ transierunt mare; ciuitates Iazer attigerunt: super tempus fructuum tuorum, super vindemias tuas pernicies irruit.*

33 *Corrasum est gaudium, & lætitia de Moabitide. Et vinum erat in torcularibus tuis: manè non calca-*

33 Ablata est lætitia & exultatio de Carmelo, & de terra Moab, & vinum de torcularibus sustuli: nequaquam calcator vuæ solitum celeuma cantabit.

34 De clamore Hesebon vsque Eleale,& Iasa dederunt vocem suam: à Segor vsque ad Oronaim vitulâ consternante:aquæ quoque Nemrim pessimæ erunt.

35 Et auferam de Moab, ait,Dominus, offerentem in excelsis,& sacrificantem Diis eius.

A *runt,& vespere non fecerunt hede.*

34 *A clamore Hesebon vsque ad Æthan ciuitates ipsorum dederunt vocem suam, à Zogor vsque Oronam,& Angeliam Salasia:quoniam & aqua Nebrin in combustionem erit.*

35 *Et disperdam Moab,ait, Dominus,ascendentem super aram,& adolentem Diis eius.*

PARAPHRASIS CHALDAICA. B

29 *AVdiuimus principes Moab qui superbi sunt valde, & principes eorum, & delicatos eorum, & superbiam eorum, & altitudinem cordis eorum.*

30 *Coram me manifesta sunt dicit Dominus,opera principum eorum: & non sunt recti nobiles eorum, nec fecerunt quod decebat,*

31 *Propterea super Moabitas vlulabunt,& super Moabitas omnes clamabunt, & super viros ciuitatis fortitudinis eorum dolebunt.*

32 *Idcirco sicut adduxi exercitum contra Iazer,* C *sic adducam interfectores contra Sibma migrantes ex te, transuadarunt, transierunt mare; vsque ad mare Iazer peruenerunt:super messem tuam, & super vindemiam tuam direptores irruerunt.*

33 *Et colligetur exultatio & gaudium de Carmelo, & de terra Moab: & vinum de torcularibus cessare faciam: non calcabunt calcantes, nec attollent vocem suam.*

34 *A clamore Esebon, vsque ad Eleale, vsque ad Iathas audita est vox eorum,à Segor vsque Horonaim, vitula triennis grandis: quia etiam aqua Nemrim in desolationem erunt.* D

35 *Et cessare faciam de Moabitis,dicit Dominus, offerentem oblationem in excelsis,& adolentem aromata idolis suis.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

36 Theodorit.

THeodoritus.Vocat eum (Moab) contumeliosum,arrogantem,& superbum.*Et ego,*inquit, *horum ipse spectator fui.* Et vt ostendat fastum verborum ipsâ rerum experientiâ conuictum esse subiunxit.*Nonne iuxta sufficientiam ipsius,sic & brachia eius? Non ita fecit.* Ante bellum enim magna cum arrogantia minabatur, se fortiter facturum: videns hostes, aufugit.Istud autem κεφαλὰς αὐχμῷ id est, tonsos siccitatis.Syrus ita interpretatus est,*Capita eorum erant rasa,& barbæ eorum rasæ:* is erat captiuorum habitus. Patefacit autem sermo propheticus in Moab, *Vlulate super viros murorum,tonsos siccitatis,* Id est, qui muris olim vtebantur & mœnibus: nunc autem detonsi sunt, quantùm ad pristinorum dierum,prosperitatem, & squallore circundati. *Quasi planctum Iazar plangam tibi.* Meminit cuiusdam historiæ. Et declarauit lamentationis excessum. *Vinea Sabama, palmites tui transierunt mare.* Ipsa optimum vinum & plurimum ferebat, ideóque amplitudinem vineæ comparat mari, & ait, huius terram esse calcatam, & vineam labefactatam. (*Vinum*, inquit, *erat in torcularibus tuis: manè non calcauerunt neque vespere fecerunt quicquam.*) Hoc Syrus ita interpretatus est, *Non vltra calcantes torcular dicebant,Eia,Eia.*

Arrogantiæ egregia descriptio Rasū caput, & barba habitus captiuorum.

Quia quæ hîc dicuntur paucis mutatis verbis & apud Isaiam habentur in cap.16.à vers.6.Idcirco referam quæ apud Veteres in ea reperi Isaiæ: ex quorum dictis & Rabanus suos super hæc compegit Commentarios.

37 Hieronym.

Hieronymus igitur lib.6.in Isaiam super caput citatum,Moris,inquit,est Scripturarum, vt postquam desperationem mentis humanæ læto nuncio subleuarint: rursum negligentes & nolentes agere pœnitentiam comminatione deterreant:ne bonitas Dei induret cor nostrum. Cuius rei vnū tantùm ponamus exemplum. In centesimo quadragesimo quarto Psalmo legimus: [a] *Suauis Dominus vniuersis,& miserationes eius super omnia opera illius.*Et post paulum: *Sustentat Dominus omnes qui corruunt,& erigit omnes elisos.Oculi omnium in te sperant Domine:& tu das escam eorum in tempore opportuno.*Cúmque præmisisset,*custodit Dominus omnes diligentes se:*ne negligentē faceret auditorem, intulit: *Et omnes peccatores disperdet.* Quia igitur consummatio Antichristo & parente eius diabolo,qui conculcabat vniuersam terram,præparandum(est vaticinatum) esse solium in misericordia:& eum qui sessurus sit in tabernaculo Dauid: ex persona Sanctorū,qui de Moab saluati sunt,& experimento suo eius didicere superbiā,propheta loquitur: *Audiuimus superbiam Moab*, siue *iniuriam,*vt Sept. transtulerunt.Quis enim hæreticorum non superbus est? qui Ecclesiasticam despiciens simplicitatem, ita habet Ecclesiæ homines quasi bruta animalia, & in tantum superbiæ,iniuriæque tumore erigitur, vt contra ipsum creatorem armet os suum, detrahens Prophetis eius, quasi auctoritate testimonij Euangelici, in quo saluator ait: *Omnes qui venerunt ante me, fures fuerunt, & latrones:* adeo vt Moysen quoque famulum Dei appellet homicidam, & Iesu filio Naue E detrahat, quasi homini sanguinario: qui tantæ sanctitatis fuit, vt ad imperium [c] sermonis eius Sol Lunaque constiterint: Et Dauid, [d] de cuius semine ortus est Christus, homicidam & adulterum vocet: non respiciens eius pœnitentiam & mansuetudinem, quâ Dei clementia comparatur. Sed quamuis superbus sit & arrogans & furibundus exultet:tamen plus audet, quàm eius patitur fortitudo.

Comminationes lætis subiiciunt Sacræ literæ, ne Dei bonitate induretur cor iniquorum.

a Psal.144.9.

Hæreticus omnis est maximè superbus, & arrogans.

b Ioan.10.8.

c Iosu.10.12.

d Matt.1.6.

Idcirco Moab ad Moab, i.alter ad alterum: omnes videlicet hæreticorum & sæcularis sapientiæ diuersitates contra se mugient, cùm in tormentis F fuerint. Quamobrem his qui muros habent non quadris ædificatos lapidibus, [e] de quibus templū ædificatum est:& in tantum politis,vt malleus,& securis non sit audita in domoDei:ô vos Ecclesiæ magistri,vel qui estis de Moab errore saluati, annunciate plagas suas,quibus hæreticorum iaculis vulnerati sunt. Omnes enim cogitationes eorum,quod significat Esebon:non ad vrbis Dominicæ habitationem pertinent, de qua scriptum est: [f] *Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei:* sed suburbana sunt, vt ad vrbem Domini pertinere credan

Sapientum mūdi,& Hæreticorū sectæ omnes contra seipsas mugient in tormentis.

e 3.Reg.6.7.

f Psal.45.5.

credantur: quæ ſuburbana, Dei ſunt deſerta præſidio, ſiue diuino igne combuſta, præcipue vinea Sabama, quę interpretatur attollens altitudinem: eò quòd in altum ſe erigat, & ſuperbiæ ſuæ turrim vſque ad cælum extruere conetur. Quod autem in Sept. poſitum eſt, τοῖς κατοικοῦσι Δέσεθ, id eſt habitatoribus Deſeth: in Hebraico non habetur: ſed pro hoc legitur חרשת *hareſciath* quod teſtam ſiue coctum laterem ſignificat.

38 (*Domini gentium exciderunt*, &c.) Suburbana Eſebon, de quibus ſupra diximus, deſerta ſunt: & vinea Sabama, quæ interpretari poteſt, non ſolùm extollens altitudinem, ſed & conuerſio aliqua: quia videtur in regione Moabitica ad Domini ſeruitutem aliqua ex parte velle conuerti. Huius igitur vineæ Sabama, Domini gentium Apoſtoli, & apoſtolici viri, flagella & propagines penitus abſciderunt: ne ex aliis hæreſibus, aliæ naſcetentur hæreſes, & infinita errantium fieret multitudo. Et non ſolùm exciderunt propagines Sabama: ſed vſque ad Iazet peruenerunt: quæ interpretatur fortitudo eorum: hoc eſt, ad fortiſſima quæque dogmata hæreticorum, & Dialecticâ arte conſtructa, in quibus robur ſui habere videbantur erroris: & in tantum eorum mucro bacchatus eſt, vt nouiſſimè errarent in ſolitudine; & quem interficerent non haberent. Cúmque illi exciderent flagella eius: tamen vitio radicis peſſimæ, propagines aliquæ remanſerunt. Domini autem gentium tranſierunt mare, hoc eſt tentationes huius ſæculi, de quibus in Pſalmo legimus: [a] *Veni in profundum maris, & tempeſtas abſorbuit me.* Et in alio loco: [b] *Qui deſcendunt mare in nauibus, facientes operationes in aquis multis: ipſi viderunt opera Domini, & mirabilia eius in profundo* tentationum conſpicerent, dum liberantur ex eis: Itaque ſermo propheticus plangit fortitudinem hæreticorum, id eſt, Iazèr, & vineam Sabama, quæ ſe extollit contra ſcientiam Dei. [c] *Et inebriabo te lachryma mea Eſebon*, cogitationes ſcilicet eorum: & Elealc, quibus ad excelſa conſcendunt. Cur autem plangit Iazer vineam Sabama, & inebriat Eſebon, & Eleale lachrymis ſuis? vt, dum ipſe plorat, & illos plorare doceat: [d] *Quoniam* inquit, *ſuper vindemiam tuam, & ſuper meſſem tuam vox calcantium irruit.* Vinea enim Moabitarum propter vicinam loci talis eſt, qualis & vinea Sodomorum de qua dicitur: [e] *De vinea enim Sodomorum vinea eorum, & propago eorum de Gomorrha.* Et in ſeptuageſimo ſeptimo Pſalmo, legimus de [f] Ægyptia vinea, quam Deus percuſſit grandine. Meſſes quoque Moabiticæ naſcuntur in vallibus, quæ appellãtur Raphaim: falſaque vindemia eius eſt vineæ, de qua ſupra dicitur: [g] *Domini gentium exciderunt flagella eius.* Iſti enim conterunt vuas amariſſimas, & ſuis calcant pedibus: ne Draconis de eis exprimantur venena, & omnes intetficiantur bibentes. Auferetur quoque lætitia & exultatio hæreticorum, quâ ante gaudere conſueuerant, vt poſtquam egerint pœnitentiam, illud mereantur audire: [h] *Beati lugentes, quoniam ipſi conſolabuntur.* Quodque addidit, de Carmelo hoc ſignificat, non quòd hæretici verè Carmelum habeant, id eſt, ſpiritalis circumciſionis notitiam: ſed quòd falsò habere ſe iactent. Cúmque ſuccifæ fuerint vineæ, & ablata lætitia, & exultatio de falſi nominis ſcientia: tunc nullus erit de priſtinis calcatoribus, qui calcet vuas, quas ante calcauerat: & vox eorum æterno obmuteſcet ſilentio.

Apoſtoli, viríque Apoſtolici excindere obnixi ſunt & obnitũtur praua vinea hæreticorum flagella, & propagines errorum.

a Pſal. 68.3.
b Pſal. 106. 23.

Propheticus ſermo plangit hæreticorum fortitudinẽ, vt eos plorare doceat.

c Iſai. 16.9.
d Iſai. 16.9.
e Deut. 32. 23. Sec. Sept.
f Pſal. 77.47.
g Iſai. 16.8.
h Matt. 5.4.

Nota item ex eodem Hieronymo lib. 2. aduerſùs Pelagianos non longè à fine hanc lectionem verſ. 29. *Audiuimus ſuperbiam Moab, ſuperbus eſt valde, altitudinem illius & elationem, & gloriationem, & inflationem cordis ego cognoui dicit Dominus: quoniam nequaquam iuxta inflationem eius, & fortitudo illius eſt.* Quæ hæreticis tribuit.

39 In Baſilij magni Comment. ſuper idem Iſaiæ caput 16. Ex quibus & Hieronymus multa deſumpſit, iſta ſunt quæ notemus vt ad rem noſtram conferentia. Primum circa id quod iuxta Sept. dicitur. [i] *Audiuimus iniuriam Moab*, hæc habet. Aduersùs Principem mundi huius dicta ſunt hæc, qui primus apoſtaſiam deſignauit, molituſque eſt, & contumaci ſuperbiâ elatus ſuum contempſit creatorem, homines inſuper opprobriis aſpergens, eoſque per contumeliam & impotentem ſuperbiam velut calcibus protriuit. Hic enim eſt qui Eccleſiæ filiis notam infamiæ inuſſit, & ipſos ceu vilia mancipia, & à captiuis nihilo differentes reddidit per ignorantiam. Hic qui ſingulos quoſque affecit opprobriis. Hic qui inſtigat denique & perſuadet antiſtes hæreſcôn, vt in excelſo iniqua loquantur: qui quidem ſi quando eò ſe demiſerint, vt aſſentiantur propoſitæ quæſtioni, ille docet quidem, non excuti oportere ac librati rationem ſermonis, imò verò eum qui præualet coarguere abſurditatem dogmatum ipſius, debere potiùs inceſſi contumeliis. Teſte igitur Scripturâ, Dominus adhibens medelam, ſuſtulit eius ſuperbiam. Flagitioſa enim affectio ſuperbiæ ceu morbus aboleri debuit. Quare ait: *Sed & iniuria* ſiue *contumelia eius & indignatio ipſius.* Haſce turbulentas affectiones aſtruit: peculiariter competere ipſi Moab, qui iniquarum poſſeſſionum eſt Dominus, contumeliæ quidem, excogitatæ in proximum per ignominiam: indignationis verò, iræ ſcilicet permanentis & in longum productæ.

40 Nota ſecundò quod circa eos Baſilius dicit, [k] *qui lætantur in muro fictili*, ſeu *teſtaceo.* Sunt nonnulli qui ob peritiam Dialectices maximopere ſibi placent, & inſoleſcũt, ſuiſque tuendis dogmatibus obtendunt petitum ab ea auxilium, perinde ac murum inexpugnabilem. Nimirum tales mirè exhilarantur, quod vndique ſe cingi videant muro teſtaceo & fictili. Et, vt planum fieret, quid innueret murus fictilis, adiecit illud, *loquimini.* Quid enim teſta aut vaſe fictili eſt captu facilius? Porrò Dialectici ob viles nec dignas quarum ratio ineatur, conflictatiunculas, mirè gloriantur, ſibique applaudunt. Planè iſti acquieſcunt & exhilarantur in muro teſtaceo vociferantes.

41 Nota tertiò circa id quod dicitur de Vinea Sabama. Vinea, inquit, Sabama, conuerſio dicta, ſiue reſipiſcentia: forſan dictum hoc in ſpeciem ſimulat & exprimit, fucatos hypocritas nonnihil habere timoris ac reuerentiæ, & quia iam pedem retulit quis à prauis exhortationibus: atqui per hanc fucatam hypocriſim non paucos pellicit ad imitationem ſuæ peruerſitatis. Proinde in his qui diuerſæ opinionis ſunt & ſectæ multos inuenias qui ſermonibus appoſitis ad flectendum animos & perſuaſoriis ad vitam ritè inſtituendam præualent, hos ne ob eam ſimulationem mox ſentiamus re ipsâ conuertere, ſed prætextu diuini cultus eos cogitemus tam multis moliri inſidias, & hos tempeſtiuè defugiamus, Vinea enim Sabama eſt talium agricolatio, hoc eſt, non de pietate erga Deum, non item de ſana & inco

Baſil. Magn.
i Iſai. 16.6.

Diaboli ſuperbia, iniuriaque, & opprobria in hominem.

Ob Dialectices peritiam inſoleſcentes in teſtaceo lætantur muro.

k Iſai. 16.7.

Hypocritæ deſignati per vineam Sabama, quæ interpretatur conuerſio.

Hypocritæ ſimulantes ſermonibus ſuis cõuertere homines ad bonum, fugiẽdi.

incolumi doctrina, neque enim illis suppetit doctrina de morum honestate ac sanctimonia, non vllæ admonitiones & hortamenta de suis facultatibus in communem vsum liberaliter conferendis.

42 Basilius.

Pane, vinoque doctrinæ priuat aliquãdo Deus, quando nouit eam futuram noxiam animæ.

Nota 4. item ex Basilio ibidem super id quod dicitur.[a] *Super messe tua, & super vindemia tua conculcabo, & omnia concident.* Quando id, ait Basilius, quod demetit frumentum, & vinum id quod vindemiat, aduersantur pani qui confirmat cor hominis, benignus & clemens Deus ea proculcat, non sinens ea ad maturitatem succrescere in alimoniam, & porum, vt ne ignorantes quantùm B noxæ ac detrimenti ex eis proueniat, sibi sumant promiscuè & citra discretionem. Itaque *super messe tua, & super vindemia tua conculcabo, & omnia concident.* Potest alioqui dictum hoc referri ad ædificationem siue fabricam corporis nostri. Plerique enim quum ad manus habeant collectionem fructuum, inopinâ quapiam plagâ, puta lapsu grandinis, aut alio aliquo flagello, suâ expectatione frustrati sunt, idque per hominum ingratitudinem & inexplebilem auaritiam, non sinente Deo vt his ipsis perfruantur.

a Isai. 16. 9.

Frugum prouentu priuat sæpe homines Deus ob eorũ ingratitudinem.

43 Nota quintò ex eodem, quod circa ea verba,[b] C *Et auferetur lætitia, & exultatio de vineis: & in vineis tuis non lætabuntur, & numquam calcabunt vinum in torcularibus, Desiit enim.* Potest, inquit Basilius, & hæc sententia intelligi de corporali lætitia. Nam lætitia omnis ab his tollitur qui penè momento fraudantur præsumpta de colligendis comportandisque fructibus elaboratæ terræ. Aut certe ex quo vineam hanc diximus sermonem esse mendacem, potest intelligi ea lætitia quæ insita est istis in fraudem pertractis, ac prægestientibus, & stupore quodam perculsis per falsi nominis scientiam, O infœlicem lætitiam quæ per D hanc vineam suo cultu ac labore parit in animis multifarias imaginationes: non etiam appræhendit veritatem, quâ fiat vt non in posterum inducantur in errorem! Non enim vltra lætabuntur ob ea de quibus coarguti sunt, qui priùs ea miraculi loco habebant. Non ampliùs excolent Moabiticam vuam qui didicerint quantùm noxæ ac detrimenti comitetur bibentes, expressum ex ea vinum. Fortè autem & torcularium nomine, animæ insinuantur improbatam exceptantes doctrinam.

b Isai. 16 10.

Frugum prouentu illicò priuati, & omni simul priuati lætitia.

Hypocritis, Hæreticis, falsisque doctoribus detectis, & eliminatis, cessat pessima lætitia de eorum vineis, atque de eorum doctrinæ vino in animabus vt in torculari calcato.

44 In Cyrillo Alexand. item super ipsum cap. 16. E Isaiæ hæc sunt quæ pro re nostra hîc adnotemus. Primum quod ait, Dictum est velut ex persona Sanctorum Prophetarum illud,[c] *Audiuimus insolentiam Moab valde insolens est.* Collaudant enim per hæc veluti in iudicio punientem Deum, debitumque ac dignum illis inferẽtem supplicium. Audisse se dicunt insolentiam Moab, primam illam vetustissimam historiam non ignorantes, quam diuinus Moses exponit. Vt enim supra diximus,[d] conduxit Balaamum Balakus, Ades, inquiens, execrare mihi Israelem: & quàm plurima ad hæc facta sunt, aliis atque aliis temporibus ex F fastu ac superbia Moabitarum, cum diuina maiestate pugnante.

Cyril Alex.

Damnationis impiorum Deum laudant Sancti.

c Isai. 16. 6.

d Num. 22. 5

Superbiam sustuli. Sanctis Prophetis disertissimè confitentibus audiuisse se insolentiam Moabitidis, non quidem simpliciter fastuosam, sed veluti reipsâ factum & ipsam insolentiam è medio tollendam curaui. Bellum enim gero cum superbis, & pugno cum his qui de se modestè sentire nolunt, imò frustra intumescunt, & altè tollunt supercilium, suæque naturæ ignorant imbecillitatem. Scriptum est autem, quòd[e] *Dominus superbis resistit.*

Cum Superbis Deo iuge est bellum.

e Iac. 4. 6.

45 Secundo super ea,[f] *Propterea plorabo velut ploratu Iaser, vitim Sabama arbores tuas deiecit Esebon, & loquebaris. In messe & in vindemia tua calcabo, & omnia cadent & auferentur lætitia, & exultatio ex vineis tuis, & in vineis tuis non lætabũtur, nec calcabunt vinum in torcularibus, nam cessauit.*) Effingit propheticus sermo personam Moabitarum calamitatibus illachrymantem, & etiam Iaser, supra reliquas deuastatæ. Sic & alias lugere ait, ita vt par fuit, ipsam Iaser. Vites autem, & arbores appellat eos qui inhabitarunt ciuitates, enumeratque subuersas vrbes Sabama, & Esebon. Hostilis autem populus loquitur. In messe & in vindemia tua, inquit, ad quid loquitur? *Calcabo* videlicet, *& omnia cadent.* Et ad hæc. *Auferetur* porrò *lætitia & exultatio ex vineis tuis.* Est enim festiuitatis amans Moabita pluris cæremoniis prosequens dæmonas, pernoctans in aris, & ansam lætitiæ habens, semper sacrificare. Plorabit, & flebit, omnique voluptate procul aberit. Non enim lætitiâ afficientur, non calcabunt vinum in torcularibus: Nam cessauit, non erit inquit, fructus vitibus: peribunt enim cum ipsis quæ ab iis nata sunt. Et de vitibus, si excindantur penitùs, vera hæc oratio. Sin pertineat ad nos, velut exempli gratiâ de rebus humanis docet rursus hic sermo, quòd cum gignentibus ea quæ genita sunt exolescent, vt neque ipsis prægnantibus vlla ab hostibus tribuatur misericordia. Passam hoc fuisse Ierusalem dicimus, in bello aduersùs Romanos. Seruator nimirum dixit, prænuncians ea quæ illi euentura erant, quòd obsideretur ab exercitu, acciderētque.[g] *Væ parientibus, & vterum gerentibus, illis diebus maximè.*

f Isai. 16. 8.

Vitium arborumque metaphorâ designati ciuitatum incolæ.

g Matth. 24. 19.

46 Pro iis quæ habentur in vers. 34. Ac primùm pro prima parte Versiculi, faciũt quæ habet Hieron. lib. 5. Comment. in Isaiam super ea Isaiæ 15.[h] *Clamabit Esebon, & Eleale. Vsque Iasa audita est vox eorum:* dicens. Nomina ciuitatum Moabiticæ prouinciæ: quarum Esebon vrbs fuit quondam Regis Amorrhæorum: de qua idem Ieremias: *Ignis egressus est de Esebon: & flamma de medio Seon.* Interpretatur autem Esebon cogitatio: & ideo Ieremias alludens ad nomen, *Contra Esebon,* ait, *cogitauerunt mala.* (*Vsque Iasa audita est vox eorum.* Vrbs Iasa mortuo mari imminet: vbi est terminus prouinciæ Moabitarum. Hoc ergo indicat, quod vsque ad extremos fines, vlulatus prouinciæ personabunt. Vnde & Ieremias ait: De clamore Esebon vsque Eleale & Iasa dederunt vocem suam.

h Isai. 15. 4.

Esebon quondam Regia Amorrhæorũ, & interpretatur cogitatio.

Hieron. Ierem. 48.

Vlulatus maximi egregia descriptio.

Ierem. 48.

47 Pro secunda verò parte: *A Segor vsque ad Oronaim vitula consternãte.* Quæ habet super ea Isaiæ,[i] *Vectes eius vsque ad Segor vitulam consternantem:* dicens, De hac & in libris Quæstionum Hebraicarum diximus; & nunc breuiter annotamus, quod ipsa sit quinta Vrbs post Sodomam & Gomorrham, Adamam, & Seboim, quæ ad preces Loth parua seruata est. Appellaturque Bala, id est absorpta: tradentibus Hebræis quòd tertio terræmotu prostrata sit. Ipsa est quæ hodie Syro sermone vocatur Zora, Hebræo Segor, vtroque paruula. Possumus vitulam consternantem pro perfecta ætate accipere. Sicut enim tricesimus annus in hominibus, ita in pecudibus, ac iumentis tertius robustissimus est. Vectes quoque pro terminis & robore intellige, eò quòd Segor in finibus Moabitarum sita sit, diuidens ab eis terram Philistiim.

i Isai. 15. 5.

Hieronym.

Vitula consternans quæ perfectæ est ætatis, idemque est ac triennis.

Deni

48

Hieronym.
a Iſai. 15. 6.
Sterilitatis, & ſiccitatis agrorũ egregia deſcriptio.

Denique circa tertium membrum, faciunt A quæ habet ſuper iis Iſaias, [a] *Aqua enim Nimrim deſerta erunt. Quia aruit herba*, &c. dicens, hoc oppidum ſuper mare mortuum eſt, Salſis aquis, & ob hoc ipſum ſterilibus. Siue autem alluſit ad nomen, ſiue, quod ante non fuerat, poſt vaſtitatem accidit, vt aquæ in amaritudinem verterentur. (*Quia aruit herba, &c.*) Non, vt quidam putant, verè propter ſteriles Nimrim aquas omnis herba exaruit: ſed per metaphoram Scriptura loquitur. Et eſt ſenſus: in cuncto Moab aquæ Nimrim erunt ſalſæ, & amaræ: & quomodo ibi nulla herba pullulat, ſic totam prouinciam ſiccitas conſequetur, id eſt à Segor vſque ad Oronaim, à finibus vſque ad fines. Idipſum Ieremias: *Aquæ Nimrim peſſimæ erunt.*

Ierem. 48.

49

Sicut autem ex Hieronymo tria notata ſunt quæ ad ſenſum faciunt literæ iſtius Ieremiæ verſ. 34. Ita æquum vt & pro ſenſu Morali tria pariter alia ex Commentariis notemus Baſilij Magni item in caput 15. Iſaiæ. Primum enim, pro primo membro, *De clamore Eſebon vſque Eleale & Iaſa dederunt vocem ſuam*; ſimilia explicans Iſaiæ. [b] *Quia clamauit Eſebon, & Eleale, vſque Iaſa audita eſt vox eius.* Eſebon, inquit, interpretatur C ratiocinatio, ſiue intellectus: Eleale autem, Dei aſcenſus: Iaſa verò expletum mandatum. Clamauit igitur Eſebon. Hoc eſt, Propalàm conteſtatus eſt, quia Moabitarum doctrinæ nequaquam ſunt enarrationes diuinorum myſteriorum, ſed qualeſcúmque hominum ratiocinationes. Et Eleale. Hæc etiam-num operibus ipſis clamauit, quia Deum affecerunt contumeliâ, & qui ſe totos addixerant iſtiuſmodi diſciplinis, extulerunt animos. Hunc enim ſenſum indicat Dei aſcenſus, nimirum elatio animi enitentis ad ſuperiora euadere, ac videri volentis. Et Iaſa. Etiam ſi in ſpeciem videatur expletum eſſe mandatum. At certè non iuxta veritatem effectum eſt mandatum. Simulatio tantùm eſt quædam diligentiæ circa vitæ inſtitutum exhibitæ ad probabilem quandam perſuaſionem & commendationem improbatorum documentorum, quæ malitioſâ voluntate ſuggeſſerunt. Ad hoc innuendum in ſuperioribus dictum eſt, omnia brachia conciſa & diſſecta, vt ſi quis improbatæ doctrinæ magiſter animas affectatorum pelliciens in fraudem erroréſque commentitiis opinionibus impellat, idem verò conſpiciatur animum intendere exactiori propoſito inſtituendæ vitæ: ij quos ſemel pœnituit ſe mancipaſſe tali magiſtro, reſecent quidem ſua ipſorum brachia, hoc eſt, ſpeciem illam externæ conuerſationis operatoriam nihil eſſe ducant. Planè iſti velut comam ſibi detondent & ſeipſos à reliquo ſuo ſegregant corpore, propterea quòd ſe gerant vice capitis, nimirum præſules corporis Eccleſiarum. Et hac igitur ætate Iaſa clamauit. Illecebra enim quædam eſt ad probabilem veritatis perſuaſionem iſtiuſmodi oſtentatrix vitæ exacta inſtitutio ac diſciplina. Sanè cauſa eiulandi cum ploratu, hæc eſt, quia nimirum clamauit Eſebon, & Eleale vſque Iaſa.

Baſil. Magn.
b Iſai. 15. 4.
Conuerſi eorũ qui decepti fuerint à mũdi ſapientibus vlulent per pœnitentiam primò, quia apud ipſos clamor inualuit humanarum ratiocinationum.
Pœniteat eoſdem etiam quia apud ipſos clamauit Eleale, id eſt, Dei aſcẽſus, quia in talibus ſæculi diſciplinis inani ſtudio ſe eleuarunt.
Pœniteat tertiò eoſdem quia clamauit vſque Iaſa, id eſt, expletũ mandatum: quia talibus diſciplinis per hypocriſim decepti fuêre, quòd Dei mandata explerint.
Pœnitentes poſt prauæ doctrinæ ſuſceptionem, quid à ſe debeant reſecare.

50

c Iſai. 15. 5.

Circa ſecundum membrum: *Dederunt vocem ſuam, à Segor vſque ad Oronaim vitula conternante.* Super ea Iſaiæ verba [c] *& cor Moabitis clamat in ipſa vſque Segor: Vitula enim conternans eſt.* Expoſitis iis quæ ad ſignificationem literalem terræ ſpectant Segor, Clamat igitur, ait Baſilius cor Moabitidis vſque Segor, quæ nunc vſque in Paleſtinæ finibus iacet. Equidem Scriptura eluci- dans auſteritatem & acrimoniam pœnitentiæ ſimul & graue lamentum quod ei accidit inflicta plaga ob ea quæ inique geſſerat, nobis ob oculos ponit diſtinctionem, vt clamor Moab quadantenus à multis poſſet exaudiri: Inuitat autem pœnitentia, vt quædam cum clamore pronuntiet, quæ priùs egiſſe in ſe recognoſcit, ſuumque ipſius cor prouocet ad contritionem. Deinde adornet ſe, vt aliis exemplum relinquat dignum quod vulgò prædicetur, moduſque publicetur pœnitentiæ. Vitula enim conternãs eſt. Hoc eſt, Quod B ad ætatem attinet, adulta eſt & perfecta. Trima enim vitula generare iam poteſt, ac ſubmittere colla iugo. Vt igitur oſtenderet peculiariter competere iis qui alios poſſunt ad motum conuerſionem exhortari, primum vt ad maturitatem adoleuerint iuxta hominis ætatem, deinde iidem vt habeant ſermonis gratiam quâ conuerſos ſubiiciant iugo veritatis, dixit Vitulam trimam. Ab eo enim, qui nec dum per ætatem adeptus eſt humanæ perfectionis gradum, neque ſenſum habet ſuis numeris conſtantem & abſolutum, ſed imperfectus eſt prauitate ſenſus: neque ab eo exiguntur pœnitentiæ opera, quapropter & in Geneſi, requirente Abraham ſignum, à Deo, & dicente: [d] *Dominator Domine, qua ex re id ſciam, quòd hæreditate ſim poſſeſſurus terram? reſpondit Deus, Accipe mihi vitulam triennem & arietem trimum.* In annis tribus vtrique præſcripſit abſolutam animalium perfectionem, ætatem ad generandum idoneam eligens. Turturem, & Columbam. Hiſce animalculis vtique nullum præcidit tempus, quòd penè ab exortu ſuo confeſtim generationi idonea ſint.

Pœnitentia cum clamore ſit externe, & cum cordis contritione.
Pœnitent ita ſe & extrinſecus componat, vt & aliis exemplũ ſit pœnitentiæ.
Pœnitentiam qui alios doceat, qualis eſſe debeat.
d Gen. 15. 9.

51

c Iſai. 15. 6.
Pœnitenti ei qui falsâ deceptus ſit doctrinâ, primũ exinaniatur aqua falſarũ conceptarum opinionum.

Pro membro tertio, *Aquæ quoque Nemrim peſſimæ erunt*, ſuper iis Iſaiæ verbis: [c] *Aqua Nemrim* D *deſerta erit, fœnum enim viride non erit.* Aqua ait, Baſilius opinionis falsò conceptæ priùs quidem copioſè & affatim fluens in eorum perniciem qui eam excipiunt, exinanietur (ait) & erit deſerta. Quod ſi liceat attentè perſpicere vim iſtius nominis, vtique aſſumpta hinc fuerit nonnulla occaſio ad hoc referendi efficacẽ vim nominis quod propius congruit intelligẽtiæ ſenſus prophetici, & quæ nominibus ſignificantur, accommodandi rebus ipſis: niſi quòd aqua hæc contraria eſt aquæ refectionis, & quietis, quã quidẽ Dominus quos paſcit, educat ac fouet. Et hæc eſt aqua quam dat E abundè Dominus in ſe credentibus. Huius potione qui dignus depræhẽditur, obtinet in ſe [f] fontem aquæ ſalientis in vitam æternam. Porrò aqua hæc vitiata nec adeò vllius reſpectu digna, vt aliud nihil quàm fœnũ alat quod quidem ipſum & in nihilum ibit. Hoc eſt, Animæ quæ temporariam hanc & quàm ociſſimè exoleſcentem mundi gloriam ambire & complecti edoctæ ſunt, hiſce floribus leni momento nudabuntur, & marceſcent, quod ſermo Dei deſierit eas quaſi aſpergine ſuâ madefacere, vt ne ſic ſalutæ fierent.

Opinionum falſarũ aqua aduerſa eſt aquæ doctrinæ, & gratiæ Chriſti.
f Ioan. 4. 14.
Opinionum falſarũ aquæ effectus.

F Ambroſ. lib. de Elia & Ieiunio c. 16. de Ebrio agens poſt multa, Et hæc habet. Vita his ſomnũ eſt, ſomnus his mors eſt: excitari nullis vocibus poſſunt quantolibet ſtimulando impulſu petas, niſi reſipuerint, euigilare non poſſunt. Vnde benè Ieremias huiuſmodi hominem tanquam ſuperfluam creaturam deflendum putat. Quid eſt homo ebrius, niſi ſuperflua creatura? Itaque ſic ait: *Sicut fletum Iazer defleo te vitis, quia deſerta eſt ciuitas Iazer.* Et infra: *Vinum erat in torcularibus tuis, manè non calcauerunt, meridie autem non* fece

Ambroſ.
Ebrii vita ſomniũ, omniumque mors.
Ebrius eſt ſuperflua creatura.
Ierem. 48.

fecerunt Iazer, Mobi, Ticine, Piccot factura superflua est. Moderatio enim naturalis est: Supra mensuram quicquid est, superfluum habetur, ita est ebrietas, quæ fletu prophetico deploratur.

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Καὶ ἤκουσα ὕβρ.]

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] ἐφ' οἷς κατὰ καιροὺς ὑπὸ Σαλμανασὰρ τοῦ ἀσσυρίου ἐπιστρατεύσαντος, ἔπαθεν ἡ Σαμάρεια. πολλὰς δὲ προσεδόκα πόλεις καὶ τῆς ἰουδαίας ἑλεῖν. ἐπετώθαζεν ὁ Μωαβίτης λαός. ἡ δὲ ὕβρις ἐπὶ θεὸν τὸν τῶν ἑβραίων καὶ τῶν ὅλων ἀνήγετο, πρὸς τὴν βοήθειαν ὡς ἔλεγον, ἀτονήσαντα. εἶδε δὲ τὰς καρδίας αὐτῶν, καὶ τῶν ῥημάτων ἀκήκοεν, ᾧ πάντα γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα, θεός. διό φησιν, ὡς ὑπὲρ τὴν ἰδίαν ἰσχύν τε καὶ δύναμιν ἠλαζονεύσατο, ἱκανὸν πρὸς τοσαύτην ἔπαρσιν ἔχων οὐδέν. ἐφ' οἷς ὡς ἀσεβέσιν ἀπειλεῖ τὴν ἀπώλειαν. καὶ ὡς ἀνθρώποις. αὖθις συνάχθεται. χρήσιμον γὰρ τὸ ἐπάγγελμα, τό. ἐὰν πέσῃ ὁ ἐχθρός σου, μὴ ἐπιχαρῇς αὐτῷ. ὅτι ὄψεται κύριος, καὶ οὐκ ἀρέσει αὐτῷ. καὶ ἀποστρέψει τὸν θυμὸν αὐτοῦ ἀπ' αὐτοῦ.

[Οὐχὶ τὸ ἱκανόν.]

Ὀλυμπιοδώρου.] οὐχ ὡς προσδοκῶν, ὅτι ἀνταπόδοσίς ἐστιν, οὕτως ἔπραξεν. ἢ οὕτως οὐ πᾶσαν τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν εἰσήνεγκεν εἰς τὴν κατ' ἐμοῦ ὕβριν;

[Βοήσατε.]

Θεοδωρήτου.] ἐπειδὴ δὲ τὰ ἀντίγραφα κεράδας αὐχμοῦ ἔχει. ὁ σύρος οὕτως ἡρμήνευσε. κεφαλαὶ αὐτῶν κεκαρμέναι, καὶ οἱ πώγωνες αὐτῶν ἐξυρημένοι. αἰχμαλώτων δὲ τοῦτο τὸ σχῆμα, κελεύει τοίνυν ὀλολύζειν ἐπ' ἄνδρας τοὺς πάλαι μὲν τείχεσι κεχρημένους, νῦν δὲ ἀποκειραμένους τὴν προτέραν εὐημερίαν, καὶ αὐχμὸν περικειμένους. διὰ τῶν ἑξῆς τὴν παντελῆ τούτων ἐρημίαν αἰνίττεται.

|| Ὀλυμπιοδώρου.] ἐπὶ τοὺς κεκαλλωπισμένους ἄνδρας τῆς Μωαβίτιδος. αὐχμώδης γὰρ ἡ χώρα. ἢ οὕτως ἐπὶ τοὺς ὀφείλοντας αὐχμώδεις εἶναι, καὶ πενθεῖν διὰ τὰς ἁμαρτίας. κειρομένους, δὲ καὶ τρυφῶντας διὰ καταφρόνησιν.

[Ὡς κλαυθμόν.]

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] ἀντὶ δὲ ἐπ' ἄνδρας κεράδας αὐχμοῦ. ἀκύλας καὶ Σύμμαχος, ἐπ' ἄνδρας τοίχου ὀστρακίνου, ἐξέδωκαν. οἱ δὲ 70. κεράδα τὸν τοῖχον ἴσως ἔφασαν, ἀπὸ γύψου πεπλασμένον. δι' ἀμφοτέρων δὲ τὸ εὔθραυστον δεδήλωται καὶ σαθρόν. ||

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] ὡς τῆς ἰαζὴρ ὑπὲρ τὰς ἄλλας πεπορθημένης, καὶ οὗ θρήνου ταύτης πᾶσι τοῖς Μωαβίταις ἁρμόζοντος.

Ὀλυμπιοδώρου.] ὡς τὴν ἰαζὴρ φησιν, οὕτως καὶ τὴν σεβαμὴν ποιήσω. ἀμπέλων δὲ ἐμνήσθη, διὰ τὸ τοὺς πολεμίους δηοῦν τοὺς καρπούς.

[Κλήματά σου.]

Βίκτορος.] τὸ δὲ διῆλθε τὴν θάλασσαν, δηλοῖ τὴν

παρὰ

Vers. 29. *ET audiui contumeliam Moab.)* 52

Incerti.] *Eò quod diuersis temporibus expeditionem suscipiente Salmanasare Assyrio passa sit Samaria. Multas quoque Iudææ ciuitates se capturum sperante, irridebat Moabita populus; & Iniuria recurrebat in Deum Hebræorum, Deumque vniuersorum; quem illi impotentem dicebant ad ferendum auxilium. Vidit autem corda eorum, & verba audiit is cui omnia sunt manifesta, ac patentia Deus. Quamobrem ait, supra virtutem, & fortitudinem suam arrogantem fuisse, tantæ elationi respondens nihil habentem. Pro quibus vt impiis minatur exterminium: quibus tamen tamquam hominibus condolet. Vtile enim est præceptum illud,* [a] si Ceciderit inimicus tuus, non gaudebis super eo, quoniam videbit Dominus, & non placebit ei, & auertet iram suam ab eo.

(Incertus. *Super inimici calamitate non gaudendum.* — a Prou. 24. 17.)

Ex vers. 30. *(Supra id quod poterat.)* 53

Olympiodori.] *Quasi non expectans retributionem fore, ita operatus est, vel sic non totas suas vires contulit, vt in me contumeliosus esset?* (Olympiod.)

Ex vers. 31. (*Clamate super viros tonsos squaloris.*

Theodoreti.] *Quoniam Codices habent* tonsos squaloris, *Syrus interpretatus sic est;* Capita eorum tõsa, & barbæ eorum abrasæ; *qui captiuorum habitus est. Iubet itaque vlulare super viros, quondam mœnibus cinctos, at nunc à prima illa fœlicitate detonsos, & squalore obsitos. Per ea verò quæ sequuntur, internecionem eorum innuit.*

(Theodorit. *Tonsio capitis & barbæ habitus captiuorum.*)

|| Olympiodori.] *Super comptos viros Moabitidis ob squallidam regionem. Vel sic super eos, qui squallidi esse deberent, & lugere peccata, detonsos verò, & deliciis deditos ob contemptum.*

(Olympiod. *Tonsio ad delicias.*)

Vers. 32. (*Quasi planctum Iazer plorabo.*) 54

Incerti.] *Pro,* homines tonsos squalloris; *Aquila & Symmachus legunt,* ad viros muri fictilis, *exposuerunt, at Septuaginta* κεράδα *dixerunt murum fortasse gypso oblitum: per vtrúmque autem quod fragile est, marcidumque significatur.* (Incertus.)

|| Incerti.] *Tamquam Iazere supra alias direptâ. Planctuque eius congruente Moabitis omnibus.* (Incertus.)

Olympiodori.] *Sicut Iazer ait, ita & Sebamin faciam. Vineæ verò meminit eò quòd fruges ab hostibus flammâ absumantur.* (Olympiod.)

Ex vers. 32. (*Propagines tuæ transierunt mare.*)

Victoris.] *Illud,* Transierunt mare, *denotat* (Victor.)

Asphal

|| ἰσ. ἀσφαλ. λίμνην. ταραχειμένην || ἀσφαλτῖ λίμνην ἥψαντο δέ φησι, καὶ τῆς ἰαζὴρ, καὶ σὺν τρυγῶντας τὴν ἄμπελον ἀπώλεσαν οἱ Ἀσσύριοι. λέγει δὲ σὺν ἐν ἀρχαῖς τὰ τῶν ὑποδεεστέρων ἁρπάζοντας.

Ὀλυμπιοδώρου.] ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν πολεμίων κατεκλείσθησαν.

[Πόλις ἰαζήρ.]

Βίκτωρος.] τῆς τρυφῆς αὐτῶν ἐδήλου μεταβολὴν τῆς διὰ τῆς ὀπώρας καὶ τοῦ τρυγητοῦ, ὡς καὶ διὰ τῆς ἀμπέλου || τοῦ τῆς ζωῆς αὐτῶν εὐθαλοῦς. ||ἰσ. τῆς ζωῆς εὐθαλοῦς. ἔοικε δὲ τὸ σεβαμὰ εὐθαλὲς χωρίον εἶναι πρὸς ἄμπελον ἀμπέλῳ δὲ καὶ δρυμῷ πολλάκις παρεικάζει τὰ ἔθνη.

Ὀλυμπιοδώρου.] ὁ αὐτὸς τρόπος ὁ ἁψάμενος ἰαζὴρ, καὶ σοῦ ἥψατο.

[Συνεψήφθη.]

Ὀλυμπιοδώρου.] συνεκόπη φησὶ χαρὰ τῆς Μωαβίτιδος. ἅμα γὰρ τυχὸν ἤρχοντο εὐφραίνεσθαι, ἐπεπήδετο ἡ ὀργή.

[Καὶ οἶνος ἦν.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἀλλ' οὐδὲ οἶνος φησὶν ἀποστάζων ἐκ τῆς σταφυλῆς τῆς ἀποτεθείσης ἐν τῷ ληνῷ, ἔφθασε πατηθῆναι. ἅμα γὰρ ἤρχοντο πατῆσαι, καὶ ἡ ἀκοὴ τῶν πολεμίων ἀνέκοπτεν αὐτούς.

[Πρωῒ οὐκ ἐπ'.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἀντὶ τοῦ ξηρανθήσονται. θεήλατον δέ φησιν ὀργήν.

[Καὶ ἀπολῶ τόν.]

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] καὶ ἠσαΐας ὁμοίως φησὶ, διὰ τοῦτο ἡ κοιλία μου ἐπὶ Μωὰβ ὡς κιθάρα ἠχήσει, καὶ τὰ ἑξῆς. ἐν οἷς αὐτοῦ τῆς ἀσεβείας κατηγορεῖ. οἱ αὐλοὶ τοίνυν καὶ ἡ κιθάρα, καὶ τὸ ἠχεῖ καὶ βομβεῖ, δηλοῖ τῆς τοῦ θεοῦ δικαιοκρισίας τὸ ἐναρμόνιον. καρδίαν καὶ κοιλίαν λέγει. ὃ ἀλλαχοῦ ὁ ψαλμῳδὸς ἐντὸς εἴρηκεν, εὐλόγει λέγων ἡ ψυχή μου τὸν Κύριον καὶ πάντα τὰ ἐντός μου τὸ ὄνομα τὸ ἅγιον αὐτοῦ. εἰ δὲ ὡς ἀπὸ τοῦ προφήτου ἐστὶ τὸ, ἡ καρδία μου βομβήσει, θρῆνον φησὶν εὔρυθμον ἐπ' αὐτοῖς ἀνακρούσασθαι. οὗ καὶ τὴν αἰτίαν ἐπάγει, παντελῆ σημαίνων αὐτοῖς τὴν ἀπώλειαν, ἀλλ' οὐ μερικήν. τοῦτο γὰρ τὸ, πᾶσαν κεφαλὴν ἐν παντὶ τόπῳ ξυρᾶσθαι, καὶ τὰ ἐπὶ τούτῳ ἐν οἷς εὐπραξίας μεταβολὴ, καὶ ἐν δουλείᾳ, καὶ τὸ πρὸς μηδὲν εἰς σωτηρίαν λυσιτελές τε, καὶ χρήσιμον, καὶ γέλως ἐπὶ τούτοις ἐχθρῶν.

A

B

C

D

E

Aſphaltitem lacum adiacentem: attigerunt autem ait, & Iazer, & vindemiantes interfecerunt Aſſyrij. Dicit porrò, quæ ſubditorum ſunt, à magiſtratibus rapi.

Olympiodori.] *A multitudine hoſtium interclusi ſunt.* — Olympiod.

(Ciuitas Iazer.) — 55

Victoris] *Mutationem delitiarum eorum ſignificabat per vuas, & vindemiam; ſicuti per vineam, vitæ illorum floridum ſtatum. Videtur autem Sebama locus ad vitem propagandam ferax. Viti verò & Syluæ multoties comparat gentes.* — Victor. *Vinea metaphorâ ſignificatus ſtatus floridus. Viti, ac Syluæ comparari ſolita Gentes.*

Olympiodori.] *Modus quo paſſa eſt Iazer, te quoque affecit.* — Olympiod.

Verſ. 33. *(Ablatum eſt gaudium.)*

Olympiodori.] *Exciſum eſt ait, gaudium Moabitidis. Fortè enim in ipſo lætitiæ principio ira eos adoriebatur.* — Olympiod.

Ex verſ. 33. *(Et vinum erat in torcularibus tuis.)*

Olympiodori.] *Sed neque vinum ait, ex vua defluens in torculari poſita, premi potuit; ſtatim enim ac premere incipiebant, nunciatis hoſtibus ab opere abſtrahebantur.* — Olympiod.

(Manè non calcarunt.)

Olympiodori.] *Pro exiccabuntur. iram verò notat Diuinam.* — Olympiod.

Verſ. 35. *(Et perdam Moab.)* — 56

Incerti.] *Similiter Iſaias dicit;* [a] Et Venter meus ſuper Moab, ſicut Cithara ſonum edet, & quæ ſequuntur, *vbi impietatem illius carpit. Tibiæ igitur, & Cythara, & ſonat, & bombum edit, ſignificat iuſti Dei iudicij conuenientiam. Cor & ventrem vocat; quod alibi Pſalmiſta voce interiorum expreſſit:* [b] Benedic anima mea Domino, & omnia quæ intra me ſunt, nomini ſancto eius. *Quod ſi ex perſona Prophetæ dictum eſt;* cor meum edet bombum, *ſignificat, luctum ſe numeroſum ſuper eos inſtituere, cuius infert & cauſam generalem eorum internecionem ſignificans, non peculiarem. Hoc enim ſibi vult. Omne caput in omni loco raſum iri, & quæ ſequuntur, in quibus ſignificatur fœlicitatis mutatio & ſeruitus, nihilqu fore ad ſalutem conducens & vtile, & propte hac hoſtium irriſio.*

Incertus. a Iſai. 16. 11. — *Tibia in Cythara ſignificata iuſti iudicij Dei conuenientia.* — b Pſal. 102. 1.

Capitis 48. à verſ. 36. vſque ad finem. Sectio Sexta.

TEXTVS VVLGATÆ.

F

36 PRoptereà cor meum ad Moab quaſi tibiæ reſonabit: & cor meum ad viros muri fictilis dabit ſonitum tibiarum: quia plus fecit, quàm potuit, idcirco perierunt.

37 Omne enim caput caluitium, & omnis barba raſa erit: in cunctis manibus colligatio, & ſuper omne dorſum cilicium.

38 Super omnia tecta Moab, & in plateis eius omnis planctus: quoniam contriui Moab ſicut vas inutile, ait Dominus.

39 Quo

TEXTVS SEPTVAGINTA.

36 *IDcirco cor Moab, quaſi tibia bombos edent: cor meum ſuper viros tonſos, quaſi tibia ſonabit: ideo, quæ acquiſiuit, perierunt ab homine.*

37 *Omne caput in omni loco tradent: & omnis barba radetur, & omnes manus incidentur, & ſuper omnem lumbum cilicium;*

38 *Et ſuper omnia tecta Moab, & in plateis eius: quia contriui, ait Dominus, tamquam vas, cuius non eſt vſus eius.*

39 *Quomodo commutauit, quomodo vertit dor-*

ſum

39 Quomodo victa est,& vlulauerunt? quomodo deiecit ceruicem Moab, & confusus est? eritque Moab in derisum, & in exemplum omnibus in circuitu suo.

40 Hæc dicit Dominus: Ecce quasi Aquila volabit,& extendet alas suas ad Moab.

41 Capta est Carioth, & munitiones compræhensæ sunt: & erit cor fortium Moab in die illa, sicut cor mulieris parturientis.

42 Et cessabit Moab esse populus: quoniam contra Dominum gloriatus est.

43 Pauor & fouea, & laqueus super te ô habitator Moab,dicit Dominus.

44 Qui fugerit à facie pauoris, cadet in foueam: & qui conscenderit de fouea,capietur laqueo: adducam enim super Moab annum visitationis eorum,ait Dominus.

45 In vmbra Esebon steterunt de laqueo fugientes: quia ignis egressus est de Esebon, & flamma de medio Séon, & deuorabit partem Moab & verticem filiorum tumultus.

46 Væ tibi Moab, periisti popule Chamos: quia comprǽhensi sunt filij tui, & filiæ tuæ in captiuitatem.

47 Et conuertam captiuitatem Moab in nouissimis diebus, ait Dominus. Hucusque iudicia Moab.

A *sum Moab? Confusus est, & factus est Moab in risum, & odium omnibus, qui in circuitu eius.*

40 *Quia sic dixit Dominus.*

41 *Capta est Carioth, & munitiones occupatæ sunt.*

42 *Et peribit Moab à turba, quia super Dominum se magnificauit.*

43 *Laqueus, & timor, & fouea super te, qui sedes Moab.*

44 *Quia fugit à facie timoris; incidet in foueam: & qui ascendit de fouea; & capietur in laqueo: quoniam inducam hæc super Moab in anno visitationis* B *eius.*

PARAPHRASIS CHALDAICA. C

36 *Propterea in corde suo Moabitæ quasi Cithara sonabunt, & cor eorum super viros ciuitatis munitionis eorum quasi cantus organorum mœrebit, ideo reliquæ facultates eorum quas possederunt diripientur.*

37 *Quia omnes capilli capitis defluent, & omnis barba radetur, in cunctis turmis conturbantur, & in lumbis cilicium.*

38 *Super omnia tecta Moabitarum, & in plateis eorum omnes faciunt planctum, quia contriui regnum Moab, sicut vas inutile, dicit Dominus.*

39 *Quomodo contriti sunt & vlulauerunt? quomodo verterunt terga sua Moabitæ? confusi sunt, eruntque Moabitæ in derisum, & in confractionem omnibus qui in circuitu eorum sunt.*

40 *Quia hæc dicit Dominus: Ecce sicut Aquila quæ volat, sic ascendet Rex cum exercitu suo, & castrametabitur super Moab.*

41 *Subiicieturque ciuitas, & munitiones capientur. Et erit cor fortium Moabitarum illa die sicut cor mulieris cui est tribulatio in doloribus suis.*

42 *Et consumentur Moabitæ ne sint populus; quia contra populum Domini magnificati sunt.*

43 *Timor, & fouea, & rete contra te habitator Moab, ait Dominus.*

44 *Qui fugerit à facie timoris, cadet in medium foueæ: & qui ascenderit à fouea, capietur in rete. Quia adducam super ipsos Moabitas annum visitationis peccatorum suorum, dicit Dominus.*

45 *Pro eo quòd obedierunt habitatoribus Hesbon: transmigrauerunt, abbreuiata est virtus eorum; fugerunt: quia ventus vrens, fortis sicut ignis, egressus est de Hesbon, & bellatores sicut flamma de medio Sehon: & interfecerunt principes Moab, & nobiliores filiorum turbæ.*

46 *Væ vobis Moabitæ, periistis populi, qui seruiebatis Chamos; quia abducti sunt filij tui in captiuitatem, & filiæ tuæ in transmigrationem.*

47 *Et conuertam transmigrationem Moab in fine dierum, dicit Dominus. Hucusque ad faciendum vindictam iudicij de Moab.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

Theodoritus. Vbi ista (præexposita) variè dixit, explicat (*tonsos siccitatis. Omne caput in omni loco radent: & omnis barba radetur, & omnes manus incidentur, & in omni lumbo cilicium, & in omnibus tectis Moab, & in plateis eius, planctus.*) Per hæc omnia vim calamitatis edocet. (*Quia contriui Moab, tanquam vas, cuius nullus est vsus, dicit Dominus.*) Ostendit quàm planè sit inutilis. D Subiicit item oculis velocitatem Regis Nabuchodonosor. (*Hæc dicit Dominus, Ecce, instar Aquilæ cum impetu veniet: & extendet alas suas ad Moab*) Diuinus etiam Ezechiel [a] parem facit Nabuchodonosor Aquilæ. Est enim animal regium, & omnium volucrum velocissimum, & potentissimum. Ad hæc prædicit ipsius Moab timidum animum: quem comparat cum animo mulieris parturientis. Patefacit etiam ipsius impietatem: (*Periit Moab à turba quia contra Dominum magnificata est.*) Prædicit etiam mala inuicem succedentia: *Timor, fouea, & laqueus super te, qui sedes in* E *Moab dicit Dominus. Qui fugerit à facie timoris incidet in foueam, & qui conscenderit de fouea, comprehendetur laqueo.*) significat per hæc, eos qui fugâ sibi consulere tentarunt, captos esse: & in ea decidisse, quæ minimè sibi grata fuerunt. (*Quia educam hæc super Moab, vt in anno, quo visitabo eam, dicit Dominus.*) Vocat tempus, annum. Quando inquit, placuerit mihi de illis vindictam sumere, talibus eos afflictionibus circundabo. Prædicit etiam, ipsorum bellum intestinum. (*Quia ignis egressus est de Hesebon, & flamma de vrbe Seon: & deuorauit Duces Moab.*) Suauia tamen illis quæ- F dam prædicit. *Et conuertam captiuitatem Moab in nouissimis diebus, dicit Dominus.* Ex sumpta vltione, per humana item illorum tractatione, demonstrauit, se esse Dominum omnium diuitiarum erga omnes, qui inuocant illum: neque Iudæorum duntaxat esse Deum, sed omnium hominum. *Hucusque iudicium* Moab. Id est, prolata contra eum sententia.

Rabanus Maurus. (*Propterea cor meum, &c.*) Ex Hieronymo lib.5.in cap.15.Isai. Propheta loquitur dolentis affectu, vel quòd hostes quoque creatura Dei sint, in quos tot mala superueniunt, vel

57 Theodorit. *Calamitatis maximæ egregia descriptio.*

Aquila animal regium, volucrúmque omnium velocissimum, ac validissimũ, ideóque rectè assumitur ad Regem designandum.

a Ezech. 17. 7.

Anni vocabulo significatum tempus.

Deus non Iudæorum tantùm, sed & Gentium omnium.

58 Raban. Maur. Hieronym. *Compatiuntur Sancti etiam hostibus fidei.*

vel quòd tantis calamitatibus opprimendi, vt etiam inimicis miſerabiles fiant. Vnde dicit cor ſuum, vt tibiam reſonare, quia lugubre carmen per eius ſuperbiam, & tamen fragilem & continuum gemitum promptus ſit ex corde dare, eò quòd ab hoſtibus perierit.

Tonſione, & Raſurâ ſignificatus luctus.

(*Omne enim caput caluitium, & omnis barba*, &c.) De quo & Iſaias: [a] *In cunctis capitibus eius caluitium, omnis barba radetur: In triuiis eius accincti ſunt ſacco ſuper tecta eius, & in plateis eius omnis vlulat.* Apud antiquos ergo barbæ capitiſque raſura, luctus indicium fuit. Per hæc ergo magnitudo mœroris oſtenditur. Non erunt priuatæ lachrymæ: publicum luctum, publica lamenta reſonabunt, nec matronæ, nec virgines, nec ætas parua puerorum, nec fracti ſenum greſſus tenebuntur domibus, pudorem & imbecillitatem extrema captiuitas neſciet, *quia contriui Moab ſicut vas inutile, ait Dominus*: Vas ergo inutile fuit Moab, & minus aptum ad opus bonum, ideo à Domino contritum eſt, & omnis doctrina Philoſophorum, quæ fragilis eſt, & falſitati innititur, ſuperante veritate conteritur, atque diſſipabitur, & deſpectione, atque gemitui æterno patebit.

a Iſai. 15. 23.

Calamitatis magna, eiuſq; miſeriæ, & communis deplorationis egregia deſcriptio.

Philoſophorũ doctrina inſtar inutilis vaſis contrita à veritate.

59

Sapientia humana tantũ habitura cõfuſionis, quãtum habet elationis.

(*Quomodo victa eſt*, &c.) Victa eſt Regio Moab, vnde habitatores eius vlulauerunt. Deiecit ceruicem ſuperbiæ ſuæ & confuſa eſt, eritque Moab in deriſum & in exemplum omnibus in circuitu ſuo, quia ſuperbia eius magna valde eſt deiecta. Sic & humana ſapientia quantum erigit ſe contra Dominum faſtu elationis, tantum veritate ſuperante habebit coram omnibus ruborem confuſionis.

Rex rapax Aquilæ rapacis vocabulo expreſſus.

(*Hæc dicit Dominus, Ecce quaſi Aquila*, &c.) Aquilam Nabuchodonoſor appellat, propter rapacitatem, quam in deuaſtatione diuerſarum gentium exercuit. *Qui cùm alas ſuas*, hoc eſt, trãſitum *ad Moab direxerat, capta eſt Carioth vrbs famoſiſſima, & munitiones eius, per eum comprahenſæ ſunt.* Vnde ſequitur.

(*Et erit cor fortium Moab*) Rectè cor Moab cordi comparat mulieris parturientis, quia de magna luxuria ad magnam peruenit triſtitiam, etiam ceſſauit eſſe populus, quia ſuperbè in ſua potentia contra Dominum eſt gloriatus. Vnde pauor mentis & fouea deceptionis, & laqueus captiuitatis eum compræhendit. Sicque factum eſt, vt cùm effugere pararet ab anguſtia pauoris, caderet in foueam obſeſſionis, & inde euadere tentans caperetur ab hoſtibus laqueo captiuitatis. Et quare hoc ſibi eueniret ſubiũgendo Scriptura oſtendit: quia nimirũ *Dominus adduxit ſuper Moab annum viſitationis eorum*, hoc eſt, iuſtæ retributionis, vt tandem per calamitatem ſentirent, quod in proſperitate poſiti intelligere noluerunt.

(*In vmbra Eſebon.*) In vmbra Eſebon dicit ſtetiſſe de laqueo fugientes, quia in eius munitione ſperabant ſe aliquid ſolatium habere, ſed fruſtra: quia ignis vindictæ, quæ ex meritis eorum proceſſit, verticem tumultus filiorum Moab iuſto iudice retribuente oppreſſit. Vnde ſequitur.

60

(*Væ tibi Moab.*) Nulla enim munitio vrbium ſuarum, nec vlla vis falſorum numinum quæ in Chamos nomine denotata eſt, eos ab hoſtibus eripere, ac defendere præualuit: ſed omnes filij & filiæ eorum in captiuitatem tranſierunt. Sic erit væ perpetuum his, qui confidunt in ſapientia humana, & deſeruiunt erroribus diuerſis, nec volunt audire ſapientiam Dei, & legibus ſubiici diuinis: quia filij & filiæ eorum ſimul cum parentibus ſuis, hoc eſt, diſcipuli cum magiſtris ibunt in captiuitatem, de qua non poſſunt egredi. Quod autem ſequitur.

In Sapientia humana confidentibus erit Væ perpetuũ.

De Gentium conuerſione tempore Gratiæ.

(*Et conuertam captiuitatem.*) Videtur mihi ſignificare tempora gratiæ: in quibus quicúmque voluerit credere de vniuerſis gentibus, & conuerti ab idolorum cultura, ſpes illi tribuitur ſalutis æternæ: quia non eſt perſonarum acceptor Deus, ſed in omni gente qui timet Deum & operatus eſt iuſtitiam acceptus eſt illi. Et erit iuxta prophetiam Iohel: [b] Quicúmque inuocauerit nomen Domini ſaluus erit.

b Ioel. 2. 32.

61

c Iſai. 16. 11.

Circa verſ. 36. cui ferè ſimilis ſententiæ Iſaiæ 16. ita habetur. [c] *Super hoc venter meus ad Moab, quaſi Cythara ſonabit, & viſcera mea ad murum cocti lateris*, ſeu iuxta Sept. *Et interiora mea, velut murus, quem renouaſti.* Nota primò pro literæ ſenſu, hæc quæ Cyrillus Alexandrinus lib. 2. in cap. 16. Iſaiæ Submotis inquit, gaudio & lætitiâ de vineis tuis, & nullo in illis lætante, cum hoc vſu venerit: fient interiora, Cythara, & cantilena, & modulatio ſuper te. Tua enim enunciabo mala, & percelebrabo inflictam tibi calamitatem. Et velut muſicus quiſpiam reſonabo Lyra, & ſic percutiam, & exaudibile faciam carmen, velut murum quem renouaſti. Dixit enim in principio viſionis beatus Propheta: [d] *Noctu peribit Moabitis.* Noctu enim deſtruetur murus Moabitidis. Cùm autem nos ſenſum horum dictorum interpretaremur, diximus, terræmotu facto murum diſruptum fuiſſe Moabitidis, & ante hoſtium conflictum, tantum non de fundamentis commotum, ac Moabiticam regionem quaſi tonitru perterrefeciſſe. Quem etiam refecerunt, ſed irritum planè laborem in hoc ſumentes. Ceperunt namque facilè citra laborem omnem terram Aſſyrij & Babylonij. Sonabunt igitur interiora mea, inquit, in tuis calamitatibus quaſi Cythara, & luctum adeò celebrem edam: quemadmodum ſcilicet murus, qui deiectus eſt, quem refeciſti quidem, verùm inutiliter. Etenim corruente ſuâ ſponte muro, nemo erat vel in tota Moabitide, vel etiam in aliis vrbibus ac prouinciis, quem latebat quod occiderat.

Cyril. Alex. Luctus Prophetarum de calamitatibus infideliũ talis, vt per eum illas omnibus notas faciant.

d Iſai. 15. 1.

62

Baſil. Magn. Venter noſter ſonat quaſi Cythara, quando cogitationes noſtra benedicit Dominum.

Pro ſenſu verò morali nota quæ peregregiè philoſophatur Baſilius Magnus prope finem Comment. in cap. 16. Iſaiæ dicens, Non Prophetæ venter aduersùs Moab, quaſi Cythara ſonabit: hoc eſt concinnè & ad Muſicæ artis ſolertem peritiam ſonum edet numeroſum, & artifici ſcientiâ eum quaſi Citharam pulſabit. Ventrem enim dicit ad eum ſenſum, quo & alibi Pſaltes Regius interiora expreſſit: [e] *Benedic anima mea Domino, & omnia interiora mea nomini ſancto eius.* Quis enim ſuis inteſtinis edixit vnquam, vt benedicant nomini Domini? Quin potiùs id congruit naturæ cogitationum ad extra prodeuntium, quarum quidem ordo eſt duplex. Etenim improbæ hæ ſunt, homicidia, adulteria, furta, falſa teſtimonia, & oculus nequam. Alteræ ex diuerſo probæ, & ſalutares, Amor & erga homines benignitas, caſtitas, ſiue temperantia, ſocialis communicatio, benedictio, ſiue bona ominatio, & quæ ſecundùm Deum ſunt teſtimonia, oculus purus, & quæ his aſſimilia ſunt. Itaque hoc pacto omnia interiora in procinctu ſunt, ac ritè diſponũtur ad benedicendum nomini ſancto Dei. Talis legitimè intimam animi affectionem concipit, & pulchrè ſe accommodat gratiarum actioni Deo exoluendæ. Itaque [f] Iſaias interiora animæ ſuæ obtinebat, ceu murum, quem inſtaurarat Deus. Hic

e Pſal. 102. 1.

Cogitationũ foras prodeũtium duplex ordo.

f Iſai. 16. 16.

Cogitationes virorum bonorum inſtar muri quem inſtaurat Deus cùm in eas penetrare non ſinantur cogitationes prauæ.

Hic enim instructus est & adornatus gratiâ Verbi ipsum innouantis interiorem hominem. Erant enim ipsius cogitationes, tanquam murus inexpugnabilis, ac nullis arietibus euertendus, sic vt nullus surrependi aditus relinqueretur peruersis cogitationibus, neque ingressus vndequaque eum obsidentibus inimicis ad ludificationem & calumniam. Nobis igitur profuerit hisce præcogitatis & animaduersis, ad imitandum proponere, simul & cum Propheta dicere, *Venter meus, vt Cythara, sonabit: & interiora mea, quasi murus quem innouauit Deus.*

63 Hieronym. *In Conuersione curandum vt venter noster instar Cythara chordis omnibus luctum edat pœnitentiæ, destructis vitiorum muris.*

Nota etiam quæ & Hieronymus super iisdem Isaiæ verbis ad finem lib.6. Comment. suorum in Isaiam, haud admodum à dictis ex Basilio diuersa hisce ait, Destructio errore Moabitico, imò falsâ lætitiâ in luctum lachrymasque mutatâ; *venter meus* Prophetæ (qui instar Cythatæ musicâ arte compositus est, & qui de Dei timore concipiens, multos liberos procreauit: ita vt nulla sit chorda, quæ non reddat sonum suum) resonabit luctum agentis pœnitentiam Moab, *& omnia viscera mea ad murum cocti lateris*, pro quo interpretatus est Theodotio, *ad murum dissipatum*: Omnia enim contrariorum præsidia, in quibus ante confidebant, destruentur & corruent. Hæc sunt autem viscera, & interiora Prophetæ, de quibus & Dauid dicebat in Psalmo.[a] *Benedic anima mea Domino: & omnia interiora mea nomen sanctum eius.* Quomodo enim Cythara non emittit vocalem sonum atque compositum, si saltem vna chorda rupta fuerit: sic spiritalis venter Prophetæ, si vna in eo virtutum chorda defuerit, non poterit melos dulce resonare: nec ad latericium murum cunctis clamare visceribus. Philosophorum quoque sententia est, hærere sibi virtutes, & Apostoli Iacobi,[b] vt cui vna defuerit, huic omnes deesse virtutes.

Virtutibus omnibus præditus sit qui rectè & instar bene concinna Cythara ventre suo benedicturus sit Deum.

a Psal.102.1.

Virtutes omnes simul vnitæ.

b Iacob.2.10.

64 Hieronym.

Denique circa vers.37. Nota quæ idem Hieronymus habet lib.32. in Ezech. in cap. 7. super iis verbis.[c] *In omni facie confusio, & in vniuersis capitibus caluitium*, dicens: Caluitium quoque capitis, luctus est signum quando perdit decorem cæsaries: & pulchritudinem comarum amittimus. Denique & ad Ierusalem dicitur.[d] *Pro ornamento capitis tui habebis caluitium, propter opera tua.* Et alius Propheta:[e] *Omnia*, inquit, *capita in omni loco attondentur: & omnis barba radetur.* Micheas quoque ad eamdem Ierusalem:[f] *Decaluare*, ait, *& tondere super filios deliciarum tuarum: dilata caluitium tuum sicut Aquila.* Et [g] super mortuis iubetur fieri caluitium. Soli [h] autem sancti, hoc est Nazaræi, & qui ad Pontificatum Domini meruerunt peruenire, non radunt capita sua. Neque enim habēt mortis opera, nec immundi sunt; quia Nazaræi, id est Sancti Domini sunt. Quòd si iuxta eos quispiam mortuus fuerit, omnes dies pristini non reputabuntur sanctificationi eorum. Samuel [i] Dei Sanctus erat, & propterea æterna capitis ornamenta possedit: audiuitque illud de Cantico Canticorum:[k] *Cincinni tui nigri sicut Coruus.* Porrò Samson quia perdidit comam, [l] perdidit fortitudinem: paulatimque renascentibus capillis, vires rediêre pristinæ: vt multò plures moriēs quàm viuus occideret.[m] Helisæus verò licet corporis haberet caluitium: tamen quia Nazaræus Domini erat, cincinnis capitis fruebatur. Vnde paruuli quia paruuli erant, & necdum ad ætatem viri peruenerāt, illudentes caluitio eius, atque dicentes: *Ascende calue, ascende calue*: ferarum laniati sunt morsibus, quarum saltus ac syluæ sunt habitaculum.

c Ezech. 7. 18.

Caluitium signū luctus.

d Isai.3.24.

e Iere.48.37.

f Mich.1.16.

g Deut.14.1.

h Num.6.5.

Non Radunt capita sua sancti quibus nō sunt opera mortua, & qui nec quid contrahunt immundi.

i 1.Reg.1.11.

k Cant.5.11. Sec.70.

l Iudic.16.19.

m 4.Reg.2.13.

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Διὰ τοῦτο καρ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ὁ αὐλὸς ὑπὸ τῆς βίας τοῦ πνεύματος ἑτέρου φυσῶντος βοᾷ. βιαζόμενοι τοιγαροῦν ὑπὸ τῶν πολεμίων βοήσουσι. κἀγὼ δὲ ὑπὸ τῆς ἑαυτῶν ὕβρεως συνωθούμενος κεκράξομαι ἐπ' αὐτούς.

[Πῶς κατήλλα.]

Ὀλυμποδώρου.] ἀντὶ τοῦ, πῶς ἀντεστράφη.

[Ἰδοὺ ὡς ἀετός.]

Ὀλυμποδώρου.] ἀετῷ παρείκασε τὸν Ναβουχοδονόσορ καὶ ἰεζεκιὴλ διὰ τὸ σφοδρὸν τῆς ὁρμῆς, καὶ τοῦ κινδύνου τὸ ἄφυκτον, μηδὲν εἰς τοῦτο τῶν ὀχυρωμάτων συναιρομένων, πάσης δὲ γιγνομένης μετὰ πλείστου δέους ἐκ λύσεως, γυναικὸς δίκην μελλούσης τίκτειν.

Vers. 36. Propterea cor Moab quasi tibiæ, &c.)

65 Olympiod.

Olympiodori.] *Tibia spiritus vi alterius insufflantis sonitum dat. Vim itaque ab hostibus patientes clamabunt, & ipse eorum contumeliâ impulsus clamabo super eos.*

Tibiarum proportio cum eo quem per hostes afflixerit Deus.

Vers.39. (*Quomodo commutauit.*)

Olympiodori.] *Pro, Quomodo in contrarium versa.*

Olympiod.

Vers.40. (*Ecce sicut Aquila volabit.*)

Olympiodori.] *Aquilæ & Ezechiel* [n] *assimilauit Nabuchodonosorem propter impetus vehementiam, & periculi ineuitabilitatem, nihil conferentibus ad hoc munitionibus, sed summâ sequente membrorum solutione cum maximo pauore instar parturientis mulieris.*

Olympiod.

n Ezech. 17. 3.

Aquila assimilatus Rex Nabuchodonosor.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ. 48.

* Ἀνεπαύσατο Μωὰβ ἐκ παιδίου, καὶ πεποιθὼς ἦν ἐπὶ τῇ δόξῃ αὐτοῦ τὸ ἀπροσδόκητον κακὸν ἠβουλήθη παρηστῆσαι. βούλεται γὰρ εἰπεῖν, ὅτι ἐξ ἀρχῆς μέχρι τοῦ νῦν πέπονθεν οὐδέν, οὐχ ὅτι καὶ ἤδη παρὰ τὸ Σιναχηρεὶμ οὐχ ἑάλω. ἢ γὰρ οὐχ ἡττήθη ἐν πολέμοις. τὰ γὰρ τῆς προφητείας τοῦ ἰσαΐου

CAPVT XLVIII.

* Vers. 11. Quieuit Moab à paruulo, & fidens erat super gloria sua. Malum inexpectatum voluit indicare, & sensus est, ab initio ad hunc diem nihil perpessus est: non quòd in bello à Senachirim non fuerit capta. Isaiæ [o] enim vaticinia contra

Cap. 48. Chrysost. Vers.11.

o Isai. 15. 1.

ἰσαῖε καζὰ τῆς Μωαβίτιδ☉, ἐξῆλθεν ὅπὶ ꙋ̃ Σεναχειρὴμ. ἀλλὰ βέλε) καζὰ σύγκρισιν τῶν παρόντων μηδὲν αὐτὴν πεπονθέναι. ὐδὲ γὸ ἐνεδέχετο παντάπασιν ἀλύπως αὐτὴν διαγαγεῖν. ἢ βέλε) σημάναι τὸ χρόνιον τῆς ἀνέσεως ὐδὲ γὸ ὀλίγ☉ ἀριθμὸς ἐτῶν ἐςὶν ἀπὸ τꙋ̃ Ἐζεκίꙋ, ἐφ' ἧς καὶ πέρας τὰ καζὰ τὸν Σεναχηρεὶμ ἔλαβε, μέχρι τῆς ἁλώσεως τῆς ἐχάτης ἱεροσολύμων, καὶ τῆς καζὰ τῶν λοιπῶν ἐθνῶν ἀνόδꙋ τꙋ̃ Ναβεχοδονόσορ. ὅτι ἢ ταῦτα ὕτ☉ ἔχει, μηνύει τὰ ἐπαγόμϑμα.

Καὶ σὐκ ἐνέχεεν ἐξ ἀγείꙋ εἰς ἀγεῖον, καὶ εἰς ἀποικισμὸν σὐκ ᾤχησαν. διὰ τꙋ̃το ἔςαι γεῦμα αὐτꙋ̃ ἐν αὐτῷ, καὶ ὀσμὴ αὐτꙋ̃ σὐκ ἐξέλιπεν.] παραδείγματι ἐχρήσατο, ἵνα αὐτꙋ̃ τῆς ἀνέσεως τὸν χρόνον σημάνῃ, ὡς γὸ οἶν☉ φησὶ βληθεὶς εἰς ἀγγεῖον ὅπὶ πλεῖσον χρόνον φυλαττόμϑμ☉, καὶ μὴ μεταβαλλόμϑμ☉, τὴν μϑὺ τρύγα καθίησιν εἰς τὸν τꙋ̃ ἀγγείꙋ πυθμϑ́να, εὐώδης ἢ γίνε), καὶ ἡδὺς πρὸς πότον. ὕτω φησὶ γέγονε καὶ ὁ Μωὰβ ἀνήδη ὅπὶ πολλῷ τῷ χρόνῳ καὶ ἔχει τὴν οἰκείαν σύςασιν, καὶ περίφημ☉ ὅπὶ τῇ εὐμορφίᾳ γεγένηται, ἀλλ' ὕπγε εἰς τέλ☉ διαμϑνεῖ, δίκην ἢ δώσει τꙋ̃ θεꙋ̃ ἀποφηναμϑ́νꙋ.

Καὶ ἐξαποςελῶ αὐτῷ κλίνοντας, καὶ κλινꙋ̃σιν αὐτόν.] ὁ ἑβραῖ☉, ἰῶντας ἔχει. τῇ γὸ μεταφορᾷ ἐπέμεινε δήλη ἢ ἡ ἔννοια, καὶ ἀπὸ τῆς ꙋ̃ ἑλληνικꙋ̃ ἑρμηνείας.

* Καζάβηθι ὑπὸ δόξης, καὶ κάθισον ὅπὶ ἀγρασίαν, τꙋτέςιν, ἀπὸ ꙋ̃ ὕψꙋς εἰς ἔδαφ☉. ἀνάγγειλον ἐν Ἀμὼν, ὅτι ὤλετο Μωὰβ, καὶ κρίσις ἔρχε) ὅπὶ τὴν γῆν ꙋ̃ μισώρ. ὅπὶ χηλὼν, καὶ ὅπὶ ἀσὰ καὶ τὰ ἑξῆς.] μισώρ. τꙋτέςι, τῆς πεδιάδ☉. χηλὼν ἢ καὶ τὰς λοιπὰς πόλεις λέγει, ὡς ἐν τῇ πεδιάδι κειμϑ́νας.

Κατεάχθη κέρας Μωὰβ, καὶ τὸ ὅπίχειρον αὐꙋ̃ συνετρίβη φησὶ κύρι☉.] τꙋτέςι, τὰ ἐν ταῖς χερσὶν αὐꙋ̃ ὅπλα.

* ἔχι καζὰ τὸ ἱκανὸν αὐꙋ̃, ὕτως καὶ οἱ βραχίονες αὐꙋ̃. τꙋτέςιν, σὐκ ἀξίως τῆς φήμης ἔπραξαν. ἰσχυρὰ μϑὺ γὸ νενόμισοι ὤφθη ἢ ἀσθενὴς ἐν πολέμοις ὅπὶ Μωάβ.

Παντόθεν βοήσατε ὅπὶ ἄνδρας τείχꙋ κεράδας ἀχμꙋ̃.] τὸ ἢ, ὅπὶ ἄνδρας τείχꙋ, τꙋτέςι, σὺν ἰσχυρꙋ̀ς τὸ ἢ κεράδας ἀχμꙋ̃. τꙋτέςι, κιθάρα μέλꙋς ἵνα εἴπῃ, καθέλετε αὐτὴν ἀξίαν θρήνων πεποιηκότες ἐπάγει γοῶν καὶ μέλ☉ ἐρεῖ ἡρμήνευσε γὸ τὸ κεράδας ἀχμꙋ̃. τꙋτέςιν, ὥσπερ ἐν κιθάρᾳ, ὕτως πενθꙋ̃σα ἐμμελῶς ἀνακλαύσεται εἶτα περὶ αὐτῶν πάλιν φησί.

* Διὰ ꙋ̃το καρδία ꙋ̃ Μωὰβ ὥσπερ αὐλοὶ βομβήσει καρδία μꙋ ἐπ' ἀνθρώπꙋς τείχꙋ κεράδας ἀχμꙋ̃, ὥσπερ αὐλοὶ βομβήσει, τꙋτέςι, περὶ σὺν ἰσχυρꙋ̀ς ἄνδρας, ὥσπερ μέλ☉ κιθάρας ἢ αὐλῶν ἦχ☉ γϑνήσεται τὸ πένθ☉. ὁ ἢ ἑβραῖ☉ ὕτως ἔχει. καὶ ἠχήσει πάλιν ὅπὶ ꙋ̃ τείχꙋ τꙋ̃ ἔχοντ☉ αὐπάσεις ἰσχυρꙋ̀ς τεῖχον ἢ καλεῖ τὸν βασιλέα. αὐπάσεις

contra Moabitidem effectum ſortita ſunt tempore Senachirim, ſed quòd ſi præſentia conſiderentur, nihil paſſa eſt; haud enim fieri poterat, vt ea ſine mœrore omnino tranſigerent. Vel tempus quietis ſignificare vult. Nec enim minimus eſt annorum numerus, ſi à tempore Ezechiæ computentur, quo res è Senachirim geſtæ finem habuêre, vſque ad vltimam Ieroſolymorum captiuitatem,& reditum Nabuchodonoſoris ad reliquas Gentes. Hæc porrò ita ſe habere indicant ea quæ ſubduntur.

Et non effundebant de vaſe in vas, & in tranſmigrationem non abiit; ideo erit guſtus eius in ipſo, & odor eius non defecit. exemplo vſus eſt, vt eius quietis tempus ſignificaret. Veluti enim vinum, ait, in vaſe obſeratum, ſi multi temporis ſpatio cuſtoditum non commutetur, fæcem in vaſis fundo deponit, odorem tamen, & ſuauitatem ſibi comparat: ſic ait & Moab quieuit immotus multo tempore, propriámque ſubſtantiam habet: & celebris ob pulchritudinem factus eſt, ſed non ſemper ſimilis erit, imò Deo ſic ſtatuente,pœnas dabit.

Verſ.12.*Et mittam ei ſternentes & ſternent eum.* Hebræus *Exhaurient*, habet: perſiſtit enim in metaphora. Verùm & ex interpretatione Græca manifeſta eſt ſententia.

* Verſ.18.*Deſcende de gloria,& ſede in humiditate.* Id eſt ex altitudine in pauimentum.

Chryſoſt. Verſ.18.

Verſ.20.21. *Annuncia in Amon quia periit Moab. Et iudicium venit in terram Miſor, ſuper Chalom, & ſuper Aſa.* & quæ ſequuntur. Miſor, campi ſcilicet. Chalom verò, & reliquas ciuitates enumerat vt ſitas in campis.

Verſ 25.*Confractum eſt cornu Moab, & brachium eius contritum eſt, ait Dominus*, arma nempe quæ præ manibus habebat.

*Verſ.30.*Non iuxta quod ſatis ei erat, ſic & brachia illius.* hoc eſt tantæ famæ facta non reſponderunt. Etenim exiſtimabatur eſſe fortis; tamen in præliis ſuper Moab commiſſis imbellem ſe præſtitit.

Chryſoſt. Verſ.30.

Verſ.31.*Vndique clamate ſuper viros muri tonſos ſqualloris. Super viros muri.* Fortes ſcilicet. *Tonſos ſqualloris.* hoc eſt Cithara cantionis: quaſi diceret. Proiicite eam, efficientes dignam quam lachrymis proſequantur. Igitur ſubdit, & *Cantum dicet.* Interpretatus enim eſt. *Tonſos ſqualloris*, hoc eſt veluti in Cithara ſic eiulans cum melodia lachrymas edet. Deinceps ſubſequens,iterum inquit.

*Verſ.36.*Idcirco cor Moab, quaſi tibiæ lumbos edet cor meum ſuper viros tonſos muri ſqualoris,quaſi tibia ſonabit.* Hoc eſt circa viros fortes: quaſi Citharæ cantus,vel tibiarum ſtrepitus planctus erit. Hebræus ſic habet. *Et ſonabit iterum*

Chryſoſt. Verſ.36.

βασιλέας δὲ τὸν λαόν. ἐν ἑκατέρῳ δὲ σώζεται ἡ αὐτὴ ἔννοια.

Ὅτι πῦρ ἐξῆλθεν ἐξ Ἐσεβὼν φλὸξ ἐκ πόλεως Σιὼν, καὶ κατέφαγε ἀρχηγοὺς Μωάβ. τούτοις τοῖς ῥητοῖς ἐχρήσατο Μωυσῆς ἀθρόαν τότε τὴν ἀπώλειαν τῆς Μωὰβ μηνύσας ἀπὸ τῶν τῆς Ἐσεβὼν οἰκούντων. ἵνα τοίνυν εἴπῃ, ὅτι τὴν ὁμοίαν τιμωρίαν πείσεται καὶ νῦν, ἣν πάλαι ὑπέστη.

Καὶ ἐξηρεύνησεν υἱοὺς Σαών.] ὁ ἑβραῖος, καὶ ἐξήλειψε τοὺς κυρίους τῶν βωμῶν. ἀντὶ γὰρ τῶν βωμῶν, τὸ Σαὼν ἔφη. δέον γὰρ θεῖναι Βαμὼθ, βωμὸν σημαίνει. οὕτω δὲ κεῖται καὶ παρὰ τῷ ἑβραίῳ.

iterum super muro habente concursus fortes. Murum vocat Regem; concursus, Populum, & est eadem sententia in vtroque.

Vers. 45. *Quia ignis egressus est de Esebon, & flamma de medio Sion & deuorauit principes Moab.* His dictis vsus est Moyses, [a] indicans repentinam Moabitidis ruinam ab his qui Esebon incolebant. Ac si diceret, similem nunc punitionem quam olim perpessa est, subibit.

[a] Exod. 15. 15.

Vers. 46. *Et perquisiuit filios Saon.* Hebræus *& euasit Dominos ararum:* loco enim *ararum, Saon.* posuit, cùm opus esset ponere *Baamoth* quod aram significat. verùm sic est in Hebræo.

Capitis 49. à vers. 1. vsque ad 7. Sectio Prima.

TEXTVS VVLGATÆ.

1 AD filios Ammon. Hæc dicit Dominus: Numquid non filij sunt Israel? aut hæres non est ei? Cur igitur hæreditate possedit Melchom, Gad: & populus eius in vrbibus eius habitauit?

2 Ideo ecce dies veniunt dicit Dominus: & auditum faciam super Rabbath filiorum Ammon fremitum prælij, & erit in tumulũ dissipata, filiæque eius igni succendentur, & possidebit Israel possessores suos, ait Dominus.

3 Vlula Hesebon, quoniam vastata est Hai, clamate filiæ Rabbath, accingite vos ciliciis: plangite, & circuite per sepes: quoniam Melchom in transmigrationem ducetur, Sacerdotes eius, & principes eius simul.

4 Quid gloriaris in vallibus? defluxit vallis tua filia delicata, quæ confidebas in thesauris tuis, & dicebas quis veniet ad me?

5 Ecce ego inducam super te terrorem, ait Dominus Deus exercituum, ab omnibus qui sunt in circuitu tuo, & dispergemini singuli à conspectu vestro, nec erit qui congreget fugientes.

6 Et post hæc reuerti faciam captiuos filiorum Ammon, ait Dominus.

TEXTVS SEPTVAGINTA.

1 *Filiis Ammon sic dixit Dominus: Numquid filij non sunt in Israel? vel qui accipiat hæreditatem, non est eis? Cur hæreditate accepit Melchol ipsam Galaad, & populus eorum in ciuitatibus eorum inhabitabit?*

2 *Propterea ecce dies veniunt, ait Dominus, & auditum faciam super Rabbath tumultum bellorum: & erunt in inuium, & in perditionem: & aræ eius in igne comburentur, & assumet Israel principatum suum.*

3 *Vlula Esebon, quia periit Gai: Clamate filiæ Rabbath; accingimini saccis, & plangite; quia Melchom ibit in transmigrationem, Sacerdotes eius, & principes eius simul.*

4 *Quid exultatis in Campis Enacim? filia impudentiæ, quæ confidisti in thesauris, quæ dicebas, quis ingredietur super me?*

5 *Ecce ego porto timorem super te, ait Dominus, ab omni circuitu tuo: & dispergemini vnusquisque in faciem suam: & non est qui congreget.*

PARAPHRASIS CHALDAICA.

1 *AD filios Ammon hæc dicit Dominus: Num filios non habet Israel, aut hæres non est ei? Quare hæreditate possedit Rex eorum terram Gad, & populus eius in ciuitatibus eius habitauerunt.*

2 *Propterea ecce dies veniunt, dicit Dominus, & audire faciam apud Rabbath filiorum Ammon strepitum bellatorum, & erit in aceruum desolationis, & habitatores vicorum eius igni comburentur, & possidebunt filij Israel substantias populorum qui possidebant eas, dicit Dominus.*

3 *Vlulate habitatores Hesbon; quia direpta est Hai, clamate habitatores villarum Rabbath, accingite saccos, plangite & lacerate vos in turbis; quia Rex eorum in transmigrationem ibit, ministri eius, & principes eius simul.*

4 *Quid tu gloriaris in valle tua? Desolata est fortitudo tua, regnum insipiens, quod confidebat in domo thesaurorum suorum, & dicebat: Quis ingredietur ad me?*

5 *Ecce ego inducam super te timorem, dicit Dominus Deus exercituum, ab omnibus qui in circuitu tuo sunt; & dispergemini vnusquisque contra faciem suam; & non erit qui congreget dispersos.*

6 *Et post hæc reducam transmigrationem filiorum Ammon dicit Dominus.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

THeodoritus Transit sermo Propheticus ad filios Ammon: quibus dicit Dominus omnium. (*Et filij non sunt in Israel? An non est in eis, qui assumat? Quare Melchon accepit Galaad? & populus eorum in vrbibus eius inhabitat?* Decem tribus possidebant Galaad item regionem illis ergo ductis in captiuitatem occuparunt eam Ammonitæ: quibus ait Deus, Populum contempsistis an me? προσλαμβανόμενον verò, id est, qui assumat dixit pro ἀντιλαμβανόμενον, id est, pro eo qui sumit vires, & adiuuat seipsum. Melchom autem, idolum erat filiorum Ammon. Putatisne, inquit, illud quod non est, potentius esse me, qui semper sum? *Propterea ecce dies veniunt dicit Dominus, & auditum faciam in Rabbath filiorum Ammon, tumultum bellorum.*) Rabbath vrbs erat Arabiæ τὸ δὲ ἀκουστῶ, id est auditum faciam,

1 Theodorit. *Galaad regionem occuparunt Ammonitæ translatis decem tribubus ab Assyriis.*

Melchom idolum Ammonitarum.

Rabbath erat vrbs Arabiæ.

faciam, idem eſt quod, audiri faciam. (*Et erunt in inuium: & interitum & altaria eius igne ſuccendentur: & aſſumet Iſrael principatum ſuum, dicit Dominus.*) Perſeuerat autem in prædictione eorum quæ euentura ſunt Ammonitis. (*Vlula Heſebon: quia periit virtus tua. Clamate filiæ Rabbath, induamini ſaccis, & plangite, & diſcurrite per muros, quia Melchom abibit in migrationem, & Sacerdotes eius, & principes eius ſimul.*) Demonſtrauit imbecillitatem Idolorum. Ipſa enim cum adoratoribus abierunt in captiuitatem. (*Quid exultatis in campis Enacim? Effluxerunt campi tui, filia ignominiæ.*) Impudentiam eius arguit ad temeritatem, quam de diuitiis oſtendebat, quod etiam indicant ſequentia: (*Quæ confidebat in theſauris ſuis, & dicebat, Quis accedet ad me?*) Et quia res conſpicuas attendebat, ignorabat autem Deum inuiſibilem, oſtendit quis ſit, qui plectat. (*Ecce ego inducam in te timorem, dicit Dominus exercituum, ab omni circuitu tuo.*) Vndecúmque inquit, current, qui tibi nuntient, exercitum hoſtium aduentare. (*Et diſpergemini vnuſquiſque ante faciem ſuam: & non erit qui congreget peregrinum.*) Non enim vnà fugietis: ſed timore immodico diſſipabimini. Prædicit verò illis etiam reditum: ne ſuperbiant Iudæi, vtpote ſoli regreſſum adepti.

Ex Diuitiis imprudentia, & temeritas redarguta.

Ammonitis quoque prædici Deus voluit reditũ è captiuitate, ne ſuperbirẽt Iudæi.

2 Rabanus.

Rabanus Maurus. (*Hæc dicit Dominus ad filios Ammon,* &c.) Poſt Moab igitur ad filios Ammon ſermo diuinus conuertitur, & increpat eos quòd auſi ſunt terram Iſraelitarum infeſtare, & hæreditatem Domini inuadere: prænuntians eis debitam vltionem inde imminẽre, & Iſrael poſſeſſores ſuos poſſeſſuros eſſe.

(*Vlula Eſebon,* &c.) Quòd Eſebon vrbs fuerit magna Amorrhæorum, ſupra iam dictum eſt. *Ar* quoque Metropolis ciuitas fuit Moabitarum: quæ hodie ex Hebræo, & Græco ſermone compoſita, Ariopolis nuncupatur. Nam & plerique æſtimant quòd *Ares*, id eſt, Martis ciuitas interpretetur. Meritóque prædicitur, ſceleris vindicta his ciuitatibus: quia non ſolùm Deum contempſerant diripientes, & deuaſtantes populum eius, ſed etiam idolum in loco Dei pro numine coluerunt, appellantes illud Rex meus: [a] *Quia omnes dij gentium dæmonia, Dominus autem cælos fecit.* Et maledictus eſt ille, qui ſeruit diis alienis, & non vult exhibere ſeruitium ſoli atque vni Deo, vero Patri, & Filio & Spiritui ſancto.

a Pſal. 95. 5.

(*Quid gloriaris in Vallibus?*) Vallium nomine fructuum abundantiam deſignat, in qua Ammonitæ confidentes minimè ad penuriam ſe poſſe venire arbitrati ſunt: ſed Domini verbo prænuntiatur eis deuaſtatio & diſperſio futura.

Vallium nomine ſignificata abundantia fructuum.

3

Quia & apud Ezechielem cap. 25. Simile eſt vaticinium contra filios Ammon: ad maiorem præſentis Prophetiæ Ieremiæ illuſtrationem non erit abs re ſi primùm ipſa Ezechielis verba ponamus: Tum & quæ ſuper ea in ſuis Comment. ait Hieronymus, Dicit ergo Ezechiel, [b] *Et factus eſt ſermo Domini ad me dicens: Fili hominis, pone, (ſiue, obſirma) faciem tuam contra filios Ammon, & prophetabis de eis, & dices filiis Ammon: Audite verbum Domini Dei: Hæc dicit Dominus Deus: Pro eo quòd dixiſtis, euge, euge ſuper Sanctuarium meum, (ſiue quia gauiſi eſtis ſuper Sanctuarium meum) quia pollutum eſt, & ſuper terram Iſrael, quia deſolata eſt ſuper domum Iuda, quia ducti ſunt in captiuitatem: Idcirco ego tradam te filiis Orientalibus (ſiue kedem) in hæreditatem, & collocabunt caulas ſuas in te, & ponent in te tentoria ſua, ipſi comedent fruges tuas, & ipſi bibent lac tuum (ſiue vbertatem tuam) daboque Rabbath in habitaculum Camelorum (ſiue Ciuitatem Ammon in paſcua Camelorum,) & filios Ammon in cubile pecorum, & ſcietis quia ego Dominus. Quia hæc dicit Dominus Deus: Pro eo quòd plauſiſti manu, & percuſſiſti, ſiue inſonuiſti) pede, & gauiſa es ex toto affectu (ſiue inſultaſti ex animo tuo) ſuper terram Iſrael: idcirco ego extendam manum meam ſuper te, & tradam te in direptionem gentium, & interficiam te de populis, & perdam de terris, & conteram: & ſcies quia ego Dominus Deus.*

b Ezech. 25. 1.

4 Hieron.

Hieronymus Comment. in cap. 25. Ezech. (*Et factus eſt ſermo Domini,* &c.) Capta, vel obſeſſa Ieruſalem, poſtquam venit in Babylonum qui poterat euadere, & nunciauit vrbem iamiamque capiendam, vel cum templo eſſe ſubuerſam: iuxta conſuetudinem omnium Prophetarum aduersùm cæteras in circuitu nationes, quæ inſultauerant ruinæ Ieruſalem, templique incendio, ſermo conuertitur prophetalis, primúmque contra filios Ammon, qui habebant metropolim nomine Rabbath, quæ hodie à Rege Ægypti Ptolemæo cognomento Philadelpho, qui Arabiam tenuit cum Iudæa, Philadelphia nuncupata eſt. *Fili*, inquit, *hominis, pone ſiue obſirma faciem tuã contra filios Ammõ,* qui de Lot ſtirpe generati ſunt, *& dices ad eos: Hæc dicit Dominus Deus,* (non ſunt enim Prophetæ verba, ſed Domini: De obfirmatione vultus, in hoc eodem Propheta plenius diſputauimus,) Pro eo quòd dixiſtis, euge euge, ſiue inſultaſtis & gauiſi eſtis, quia templum & Sanctuarium meum hoſtium ingreſſione pollutum eſt, & ſuper terram Iſrael, quoniam deſolata eſt, & ſpecialiter ſuper domum Iuda, id eſt duarum tribuum, quæ nunc ductæ ſunt in captiuitatem: propterea & ego tradam te filiis *kedem*, quos Orientales interpretati ſumus. Nullique dubium eſt Madianitas, & totam eremi vaſtitatem adiacere terræ Arabiæ, qui habent Camelorum greges, ouiúmque & Caprarum multitudines, & his opibus victitant. Quod & terræ Iſrael in Iudicum libro [c] audiſſe narrat hiſtoria: quando venerunt Madianei, & depaſti ſunt vſque Galam omnes regiones eorum: μεταβολαῖς, ergo per Madianeos, Iſmaelitas, & Agarenos, qui nunc Sarraceni appellantur, aſſumentes ſibi falsò nomen Saræ: quòd ſcilicet de ingenua & Domina videantur eſſe generati, Scriptura ſignificat: Diciturque de Rege Nabuchodonoſor & omni eius exercitu, quòd veniat & capiat vrbem Rabbath: quæ vel propriè hoc appellatur nomine, vel ob magnitudinem. Rabbath enim maxima dicitur.

Rabbath metropolis Ammonitarum Philadelphia poſtmodũ appellata à Ptolomæo Philadelphio.

De malo alieno non lætandum.

c Iudic. 6. 7.

Et ne dubitemus Nabuchodonoſor ſubuertiſſe Arabiam, poſtquam capta eſt Ieruſalem, ſupra Scriptura teſtatur: [d] *Et tu fili hominis, pone tibi duas vias, Ammon, & Ieruſalem, & veniet gladius Regis Babylonis.* Et iterum: *In capite viæ ciuitatis coniiciet, viam pones, & veniat gladius ad Rabbath filiorum Ammon, & ad Iudam in Ieruſalem munitiſſimam.* Et rurſum: *Hæc dicit Dominus Deus ad filios Ammon, & ad opprobrium eorum.* Venient ergo filij *kedem*, & collocabunt caulas ſuas quaſi paſtores, figéntque tentoria. Ipſi vaſtabunt fruges tuas, & bibent lac, & vbertatem terræ, immiſſis gregibus Camelorum & omnium populorum: ita vt ſint filij Ammon in cubile pecorum, & malorum neceſſitate intelligant, quod ipſe ſit Dominus, qui & futura prædixit, & vt fierent imperauit. Nec hoc ſufficit

d Ezech. 21. 19.

sufficit filiis Ammon, vt insultarent & dicerent, euge euge super templo & Sanctuario Domini, quod pollutum erat diuersarum introitu nationum: sed tanta fuit insultandi lasciuia, vt cunctus simul populus manibus & pedibus concreparet, & ex toto cordis clamaret affectu: eò quòd terra Israel esset desolata. Propterea non per Angelos, neque per alia ministeria, sed ipse Dominus extendens manum suam ad percutiendũ, tradet eam in direptionem, nequaquam Camelis, & ouium gregibus, sed manifestiùs gentibus: vt de populorum numero penitus eradicetur, & pereat, & redigatur ad nihilum: & postquam contrita fuerit, tunc intelligat quòd ipse sit Dominus, qui cuncta diiudicet, & in omnes terras habeat potestatem.

5 *Haeretici aptissimè designati in Ammonitis filiis Loth ob incestu.*

Possumus iuxta tropologiam filios Ammon intelligere (qui de Lot [a] in spelunca generati sunt semine, & generati in ebrietate & incestu) omnes hæreticos de quibus dicit & Apostolus Ioannes: [b] *Ex nobis exierunt, sed non fuerunt ex nobis. Si enim fuissent ex nobis, permansissent vtique nobiscum*: Isti enim de inclinatione orti sunt (hoc enim Lot in linguam nostram vertitur.) [c] *Quia omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonũ, non est vsque ad vnum.* Aduersùm hos ponitur siue obfirmatur facies prophetalis, vt eos suâ austeritate conterat, & dicit eis: Quia insultastis Ecclesiæ meæ tẽpore persecutionis: diuersorúmque vitiorum, quòd pollutum esset Sanctuarium meum (siue eorum vitio qui mihi seruiebant, siue hostium crudelitate, qui meos persequebantur.) Et quòd terra Israel, hoc est sensus videntes Deũ, esset desolata virtutum choro, & quoniam filij domus Iuda, id est Deum confitentis, in qua est vera fides & recta confessio, ducti sint in captiuitatem, & seruire Domino desierint, Idcirco ô omnis insultans, traderis filiis Orientalibus, qui de vero lumine sunt profecti, & traderis in hæreditatem, vt tu quoque discas Dominum confiteri. Et per translationem dicitur, quòd filij Orientis ponant super eos caulas suas, & figant tentoria, & bibant lac, & comedant fruges: & ciuitas quondam superbiæ fiat in habitaculum

a Genes. 19. 36.
b 1. Ioan. 2. 19.
c Psal. 13. 3.

Haeretici magna cum Dei offensione insultant Ecclesiæ, cùm persecutionibus concutitur, & cùm illius fideles vitiis polluti sint.

Camelorum, [d] qui possint deposito onere peccatorum intrare per foramẽ acus, & in cubile peccatorum, quæ reguntur à pastore bono: Vt cùm hoc fecerint, missi & traditi Orientis pastoribus, intelligant quid ipse sit Dominus, Rursúmque exprobrat eis, quare insultauerint nimio cordis affectu ruinis populi Dei, & terram Israel, putauerint omnino desertam, pro quo mereantur manum vlciscentis Dei: vt qui excesserant modum exultationis, & gaudii super ruina domus Iudæ, nequaquam tradantur filiis Orientis, sed sint in direptionem cunctarum gentium, & interficiantur de populis, & pereant & conterantur: & nequaquam de stirpe Abraham, sed de cunctis nationibus esse credendi sint, & tunc malorum agnoscant magnitudine, & contritione suâ, & interfectione populi, quòd ipse sit Dominus. Quod generaliter de Ecclesia intelleximus, super vnumquémque Sanctorum intelligi potest, ad quorum ruinam gaudent sæculi homines, & aduersariæ potestates: si multi temporis perdiderint pudicitiam: dum mali consolationem suorum scelerum putant, si plures habeant consortes criminum, atque supplicij: & hoc nemo faciat, nisi fuerit filius Ammon, hoc est filius populi, qui in declinatione generatus est.

d Luc. 18. 25.

Haereticis exultantibus de Catholicorum ruina, quàm acriter à Deo puniendi.

De Casu spiritualium in criminis alicuius ruinam exultant dæmones, & impij quique.

6 Theodoritus Comment. in Ezechielem super eumdem locũ cap. 25. non censet ibi agi de euersione Ammonitarum facienda à Rege Nabuchodonosor, à quo vastata est Iudæa, idque vt Dei comminatio maiorem vim habeat, vt sensus sit. Quando gauisi estis filij Ammon, dedicatum mihi templum ab improbis, nefariisque hominibus conculcatum cernentes, ac terram Israel desolatam, tribúmque Iuda in seruitutẽ redactam, vos in eorum redigam potestatem, qui Babyloniis multò fuerint inferiores & imbecilliores, qui quidem vos multis afficient calamitatibus, tentoria in vrbibus tuis collocantes, Camelorum autem greges in tuis agris pascentes, vosque ipsos ouium constituentes pastores, cùm hæc igitur vobis acciderint, intelligetis non propter meã imbecillitatem perpessum esse, quę passus est populus meus, sed propter suam improbitatem.

Theodorit.

Ammonitis post Iudaæ euersionem à Chaldæis, sub acti fuêre ab Arabibus, & Sarracenis.

Calamitates fidelium non arguunt Dei impotentiam, sed illorum potius improbitatem.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Τοῖς υἱοῖς Ἀμμών.]

Ὀλυμπιοδώρου.] Ἀμμανίτας, ἀπὸ τοῦ Ἀμμὰν ὄντες.

[Ἡ παραλειψόμ.]

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] ἀντὶ τοῦ παραληψόμενος. σύμμαχος ἐξέδωκεν καὶ κληρονόμος οὐκ ἔστιν αὐτῷ. βούλεται δὲ λέγειν, ὡς ἀδίκως τὰ ἀλλότρια κατέσχον Ἀμμανῖται ὅσον πρὸς αὐτούς, εἰ καὶ κατὰ θεοῦ κρίμα δικαίως ἐπὶ τιμωρία τῶν ἀσεβούντων. ἡ δὲ ἐκδίκησις ἐπὶ τῶν ἀλλοτρίας ἁρπασάντων κληρονομίας δικαία, καὶ μάλιστα κατὰ τῶν ἀσεβῶς ὑπολαμβανόντων, ὅτι θεὸς αὐτῶν μολχὸλ ἔδωκεν αὐτοῖς ἰσχύσας. δι' ὧν δὲ πείσονται, τὸ μηδὲν ἰσχυκέναι φανεῖται. εἶχον γὰρ τὴν Γαλααδῖτιν αἱ δέκα φυλαί, ἣν κατέσχον Ἀμμανῖται μετὰ τὴν ἅλωσιν.

Ὀλυμπιοδώρου.] παραληψόμενος, ἀντὶ τοῦ κληρονόμος φησίν. οὐκ ἔστιν ἐν υἱοῖς Ἰσραὴλ ὁ ὀφει-

Vers. 1. FILIIS Ammon.)

7 Olympiodori.] *Ammonitis Ammon filio Lot.*

Olympiod.

Ex vers. 1. (*Vel qui accipiat hæreditatem.*)

Incerti.] *Pro*, qui accipiat, *Symmachus reddidit*, Et hæres non est ei. *Vult porrò dicere, Ammonitas iniustè, quantùm in illis erat, res alienas possedisse, & si secundùm Dei iudicium iustè in impiè agentium pœnam. Vltio autem in eos, qui alienas hæreditates rapuerunt, iusta est, & præsertim contra impiè existimantes Deum suum Molchol suis viribus illis dedisse, sed nihil illum valuisse constabit per ea quæ ipsi patientur. Possidebant quippe Galaditidem decem tribus, quam post captiuitatem Ammonitæ occuparunt.*

Incertus.

Vltionẽ quã iustè excipiat Deus de impiis illis quos castigauit populum suũ.

Olympiodori.] *Qui accipiant, id est, Hæres, ait, non est in filiis Israel, cui debeatur hæreditas vrbium*

Olympiod.

λων κληρονομῆσαι τὰς πόλεις τ̃ φυλῆς τ̃ Γαλαὰδ ὅπ ταύτας εἰλήφασιν οἱ Ἀμμανῖται.

Διατί παρέλαβε.]

Ὀλυμποδώρȣ.] μολχὸλ καὶ εἴδωλον, καὶ βασιλεὺς Ἀμμανιτῶν ὅτω καλȣμένος.

Ὀλυμποδώρȣ.] ῥαββὰθ, πόλις Ἀμμανιτῶν.

[Ἀλάλαξον.]

Βίκτωρος.] Ἐσεβὼν δὲ, ἡ νῦν Ἰεβȣ̃ς καλουμένη τ̃ Ἀραβίας πόλις. ἡ δὲ Γαὶ μέχρι καὶ νῦν τῇ πέτρᾳ παράκειται κελεύει δὲ καὶ τὰς ὑπὸ ῥαββὰθ κώμας καὶ πόλεις θρηνῆσαι, αὗται γὰρ αὐτῆς θυγατέρες. διαδραμεῖν τε διὰ τ̃ φραγμȣ̃ς ἀπὸ τ̃ ἐκ τ̃ πολεμίων φυγῆς, διαπεσȣ́σης αὐτῶν τ̃ ἐλπίδος, καὶ τ̃ Μολχὸλ ἀλόντος, εἰς ὃν ἐποιθεῖσαν. φεύγουσα γὰρ ἀγαλλιάσῃ φησὶν, λειποτάκτος γενομένη, καὶ τὰς ἐρήμȣς διώκȣσα. τὸ δὲ ἀγαλλιάσῃ, καὶ ὡς ἐν ἤθει || νοοῖτο. ἦν δὲ Ζεβ, πόλις Ἀμμὼν, καὶ νῦν, δὲ κώμη, ὡς ἀπὸ δεκαπέντε σημείων ῥαββὰθ, τ̃ νῦν καλȣμένης Φιλαδελφίας. περὶ δὲ τ̃ Ἀκὶμ εἴρηται πρότερον. ἐν τοῖς πεδίοις τȣ́των ἀγαλλιάσῃ, τȣτέστι δώσεις δίκην. σὺ δὲ φησιν, θαῤῥεῖς πλȣ́τῳ ἐχθρῶν περιγίγνεσθαι. ἀλλ' ἐδὲν δυνήσῃ φησίν. ὁ γὰρ κολάζων, ἐγώ. τοῖς ὁρωμένοις γὰρ προσεῖχε, ἐ τὸν ἀόρατον ἠγνόει θεόν.

[|| ἐν ἀπηχεῖ.]

Περιζώσασθε.]

Ὀλυμποδώρȣ.] Ταῖς πόλεσι τ̃ Ἀμμανιτῶν παρεγγυᾷ τὰς ἀλλήλων ὀλοφύρεσθαι συμφοράς.

[Ἀγαλλιᾶσθε.]

Ὀλυμποδώρȣ.] Μανικῶς καὶ ἐλεεινῶς κόψασθε.

[Θυγάτηρ.]

Ὀλυμποδώρȣ.] ὁ Ἐνακὶμ κατ' ἀρχὰς ἐκείνην ᾤκει τὴν γῆν. ὀλίγον οὖν φησι μέλλετε χαίρειν ἐν ἐκείνῃ τῇ γῇ. μετ' ȣ̓ πολὺ δὲ αἰχμαλωτίζεσθε.

Τȣ̃ αὐτȣ̃.] ἀντὶ τ̃ ἀπηνὴς καὶ ἀπάνθρωπε. πρὸς δὲ τὴν γῆν τ̃ Ἀμμανιτῶν ὁ λόγος.

[Καὶ διασπαρήσεσθε.]

Ὀλυμποδώρȣ.] ἀντὶ τ̃, ὅπȣ ἂν ἕκαστος δυνηθῇ.

A *vrbium tribus Galaad, vt eas acciperent Ammonitæ.*

Ex verſ. 1 (*Cur hæreditate accepit Melchol.*)

Olympiodori.] *Molchol & Idolum, Rexque Ammonitarum ita vocatus.* — Olympiod.

Olympiodori.] *Rabbath vrbs Ammonitarũ.* — Olympiod.

Verſ. 3. (*Vlula Eſebon.*) — 8

Victoris.] *Eſebon verò, quæ nunc Iebus vocatur vrbs Arabiæ, Gai verò ad hanc vſque diem Petræ adiacet, præcipit etiam vicos vrbeſque poſitas ſub ditione Rabbath plangere; nam illæ erant* B *filiæ eius; & circumire per ſepes, dum irruentes hoſtes fugiunt earum ſpe in nihilum redacta, captoque Molchol in quem ſperabant fugiens enim exultabis ait, transfuga effecta, & deſerta, requirens illud porrò exultabis, vt contrarium intelligatur. Erat autẽ Zeb ciuitas Ammon, & nunc vicus ad quindecim milliaria diſtans à Rabbath, quæ nunc Philadelphia nuncupatur. De Aarim ſuperiùs dictum eſt. In campis horum exultabis, hoc eſt dabis pœnas: tu verò, inquit, ſperabas tuis opibus te hoſtes ſuperaturam; ſed nihil valebis qui* C *enim punit ego ſum, nam illis quæ viſu cerni poſſunt attendebat & inuiſibilem Deum ignorabat.* — Victor. — *Exultandi verbũ vſurpatũ pro pœnas dare.*

Ex Verſ. 3. (*Accingimini ſaccis.*) — 9

Olympiodori.] *Vrbs Ammonitarũ hortatur, vt calamitates ſuas mutuò deplorent.* — Olympiod.

Verſ. 4. (*Quid exultatis.*)

Olympiod.] *Furiosè & miſerabiliter plãgite.* — Olympiod.

(*Filia impudentiæ.*)

Olympiodori.] *Enacim initio illam terram habitabat: parum itaque ait, in illa terra gauiſuri* D *eſtis, non multò poſt captiui ducendi.* — Olympiod.

Olympiod.) *Pro, Crudelis, & inhumana; ad terram verò Ammonitarum eſt ſermo.* — Olympiod.

Ex verſ. 5. (*Et diſpergemini.*)

Olympiod.) *Pro, Quocumq; quiſque poterit.* — Olympiod.

Capitis 49. à verſ. 7. vſque ad 23. Sectio Secunda.

TEXTVS VVLGATÆ. E

7 AD Idumæam. Hæc dicit Dominus exercituum: Numquid non vltra eſt ſapientia in Thæman? Periit conſilium à filiis, inutilis facta eſt ſapientia eorum.

8 Fugite & terga vertite, deſcendite in voraginem habitatores Dedan: quoniam perditionem Eſau adduxi ſuper eum tempus viſitationis eius.

9 Si vindemiatores veniſſent ſuper te, non reliquiſſent racemum: ſi fures in nocte, rapuiſſent quod ſufficeret ſibi.

10 Ego verò diſcooperui Eſau, reuelaui abſcondita eius, & celari non potuit: vaſtatũ eſt ſemen eius, & fratres eius, & vicini eius, & nõ erit. F

11 Relinque pupillos tuos: ego faciam eos viuere: & viduæ tuæ in me ſperabunt.

12 Quia hæc dicit Dominus. Ecce quibus nõ erat iudicium vt biberent calicẽ, bibentes bibẽt: & tu quaſi innocens relinqueris? non eris innocens, ſed bibens bibes.

TEXTVS SEPTVAGINTA.

7 *IDumææ hæc dicit Dominus. Non eſt vltra ſapientia in Thaman: periit conſilium à prudentibus: obiit ſapientia eorum: conculcatus eſt locus eorum.*

8 *Demergite in ſeſſionem, qui habitatis in Dedan: quia dura fecit. Adduxi ſuper eum in tempore, quo viſitaui ſuper eum.*

9 *Quia vindemiatores venerunt, qui non relinquent tibi reliquias: quaſi fures in nocte, imponent manum ſuam.*

10 *Quia ego detraxi Eſau, reuelaui abſcondita eorum, abſcondi non poterunt. Perierunt per manum fratris ſui, vicini mei: & non eſt.*

11 *Relinque pupillum tuum, vt viuat. Et ego faciam viuere, & vidua ſuper me confiderunt.*

12 *Quia hæc dicit Dominus: Quibus non erat lex bibere calicẽ; & biberunt: & tu abſoluta nõ abſolueris.*

13 *Quoniam per me ipſum iuraui, dicit Dominus, quoniam in inuium, & in opprobrium, & in maledictionem eris in medio eius: & omnes ciuitates eius erunt deſerta in ſæculum.*

13 Quia per memet-ipſum iuraui, dicit Dominus, quod in ſolitudinem & in opprobrium, & in deſertum, & in maledictionem erit Boſra: & omnes ciuitates eius erunt in ſolicitudines ſempiternas.

14 Auditum audiui à Domino, & legatus ad Gentes missus est: Congregamini, & venite contra eam, & consurgamus in prælium.

15 Ecce enim paruulum dedi te in Gentibus contemptibilem inter homines.

16 Arrogantia tua decepit te, & superbia cordis tui: qui habitas in cauernis petræ, & apprehendere niteris altitudinem collis, cùm exaltaueris quasi Aquila nidum tuum, inde detraham te, dicit Dominus.

17 Et erit Idumæa deserta: omnis qui transibit per eam, stupebit, & sibilabit super omnes plagas eius.

18 Sicut subuersa est Sodoma & Gomorrha, & vicinæ eius, ait Dominus: non habitabit ibi vir, & non incolet eam filius hominis.

19 Ecce quasi Leo ascēdet de superbia Iordanis ad pulchritudinem robustā: quia subitò currere faciā eum ad illā: & quis erit electus, quem præponā ei? quis enim similis mei? & quis sustinebit me: & quis est iste pastor, qui resistat vultui meo?

20 Propterea audite cōsilium Domini, quod iniit de Edom: & cogitationes eius, quas cogitauit de habitatoribus Thæman: Si non deiecerint eos paruuli gregis, nisi dissipauerint cum eis habitaculum eorum.

21 A voce ruinæ eorum commota est terra: clamor in mari rubro auditus est vocis eius.

22 Ecce quasi Aquila ascendet, & auolabit: & expandet alas suas super Bosran: & erit cor fortiū Idumeæ in die illa, quasi cor mulieris parturiētis.

A 14 *Auditum audiui à Domino; & Angelos ad Gentes misit: congregamini & aduenite ad eam, exurgite in bellum.*

15 *Paruulum dedi te in gentibus, contemptibilem in hominibus.*

16 *Lusio tua molita est tibi, impudentia cordis tui: habitauit cauernas petrarum, apprehendit fortitudinem collis excelsi. Quoniam exaltauit, quasi Aquila nidum suum, inde detraham te.*

17 *Et erit Idumæa in inuium: omnium prætereiens super eam sibilabit.*

18 *Sicut subuersa est Sodoma, & Gomorrha, &* B *vicinæ eius, dixit Dominus omnipotens; non sedebit ibi homo, & non habitabit ibi filius hominis.*

19 *Ecce quasi Leo ascendet de medio Iordanis in locum Æthan: quia citò expellam eos ab ea: & iuuenes super eam state. Nam quis sicut ego? & quis resistet mihi? Et quis iste pastor qui stabit ante faciem meam?*

20 *Propterea audite consilium Domini, quod deliberauit super Idumæam, & cogitationem eius, quam cogitauit super habitantes Thaman, si non abripientur minima ouium, si non inuia fiet super eos habitatio ipsorum.*

21 *Quoniam à voce ruinæ eorum timuit terra, &* C *clamor maris non est auditus.*

22 *Ecce sicut Aquila videbit, & extendet alas super munitiones eius. Et erit cor fortium Idumææ in die illa quasi cor mulieris parturientis.*

PARAPHRASIS CHALDAICA.

7 *AD Idumæam hæc dicit Dominus exercituū: An non adhuc est sapientia in meridie? cessauit consilium à filiis, corrupta est sapientia eorum.*

8 *Fugite, migrate, longè recedite vt habitatores Dedan; quia interitum Esau induxi super eum, tempus visitationis peccatorum eius.*

9 *Si deprædatores quasi vindemiatores venissent super te, num reliquissent racemos? nonne Latrones in nocte diripuissent quod sibi sufficeisset?*

10 *Quia ecce ego adducam scrutatores contra Esau; reuelaui abscondita eius: quòd si quæsierit abscondi, non poterit. Vastati sunt filij eius, & fratres eius, & proximi eius, & non erant.*

11 *Vos autem domus Israel, non relinquentur orphani vestri, ego enim sustentabo eos; & viduæ vestræ in verbo meo sperabunt.*

12 *Quia hæc dicit Dominus: Ecce quorum non erat bibere calicem maledictionis, bibendo bibent: & vos putatis omnino esse innocentes? non eritis innocentes, quia bibendo bibetis.*

13 *Quia in verbo meo iuraui, dicit Dominus: quia in desolationem, & in opprobria, & in solitudinem, & in maledictionem erit Bosra, & omnes vrbes eius erunt in solitudinem in æternum.*

14 *Nuncium audiui à facie Domini, & legatus in populis missus est: Congregamini, & venite contra eam, & surgite ad præliandum.*

15 *Quia ecce infirmum posui te in populis; contemptibilem in filiis hominum.*

16 *Insipientia tua seduxit te, malitia cordis tui, tu enim similis es Aquilæ, quæ habitat in scopulis petrarū, in fortitudine excelsa habitatio eius. Si exaltaueris quasi Aquila habitaculum tuū, inde verbo meo detraham te, dicit Dominus.*

17 *Et erit Idumæa in solitudinem: omnis qui transierit per eam clamabit, & mouebit caput suum ob omnes plagas eius.*

18 *Iuxta subuersionem Sodomæ & Gomorrhæ, &* D *vicinorum eius, dicit Dominus: non sedebit ibi homo, nec habitabit in ea filius hominis.*

19 *Ecce Rex cum exercitu suo ascendet contra eos, sicut Leo qui ascendit ab altitudine Iordanis, & redigetur in casam pastorum, quia in momento adducam illos aduersùs eam, & dominatores constituam super eam; quia quis est sicut ego? & quis occurret mihi? Et non est Rex qui habeat fortitudinem coram me.*

20 *Propterea audite consilium Domini, quòd consultauit contra Idumæam, & cogitationes eius, quas cogitauit contra habitatores terræ Austri, Si non detrahant, & occidant fortes populi, si non desolabuntur super eos habitacula eorum.*

21 *A voce ruinæ eorum contremuit terra, clamor* E *in mari carrectoso, audita est vox eius.*

22 *Ecce sicut Aquila quæ ascendit & volat, sic ascendet Rex cum exercitu suo; & castrametabitur super Bosram. Et erit cor fortiū Idumæorum in die illa, sicut cor mulieris, cui est tribulatio in doloribus suis.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

10 Theodorit.

THeodoritus Prædicit item Idumææ funesta: & qui gloriabantur de sapientia, eâ priuatos esse dicit. (*Non est sapiētia in Thæman: periit consilium à prudentibus.* Ipsa erat vrbs, in qua regnauit Eliphaz. Eliphaz enim Rex erat Thæmanitarum. (*Conculcatus est locus eius. Demer-* F *gite vos ipsos in sessionem, qui habitatis in Dedan quia dura fecit. Adduxi ad eum in tēpore, quo visitaui eū.*) Dedan, erat altera vrbs. Hortatur ergo eos, vt sub terra occultētur: istud enim est, demergi in sessionem. Et docet se de illis pœnas sumpturū. Si enim tempore præterito, inquit, longâ patientiâ vsus sum, Desunt quædā, *Quia vindemiatores venerunt tibi: & non relinquent tibi reliquias.* Appellat hostes, vindemiatores: quos dicit, omnia prædari, & depopulari. Docet etiam, quo tempore venturi sint: (*Tanquā fures, nocte imponent manus suas, quia ego attraxi Esau. Reuelaui abscondita eorum: abscondi non poterunt.*

Demergi in sessionem, est occultari sub terra.

Vindemiatorum vocabulo designati hostes.

poterunt. Adiacent Idumææ maximi montes, & excelſi. In his ergo fodientes ſpeluncas, ad illas confugiebant, aduenientibus hoſtibus, verùm exciderunt ſpe ſuâ: cùm & ex eo loco Deus omnium tradidit illos: *Periit ſemen illius per manum fratris, & vicini eius.* Nullâ, inquit, affectus vel lætitiâ, ſiue à natura, ſiue à vicinia. Fratres enim erant Iacob, & Eſau, & tamen intra eoſdem terminos habitantes. Nullus enim alius ſeparauerat eos ab inuicem. (*Non eſt, qui miſericordiâ motus ſupereſſe permittat pupillos tuos, vt ſaluentur, & ego eos conſeruabo.*) Omnes enim, ait, ob multam nequitiam tuam, infenſo tibi ſunt animo, & ego iuſtus iudex ſuccurram tibi. Quia viduæ tuæ ſperauerunt in me. Poſuit hæc ironicè vt patet ex ſequentibus.

11 (*Quia hæc dicit Dominus, ecce quibus non erat lex bibendi*, &c.) Ea mihi lex eſt vt puniam eos, qui impiè & perpetam viuunt. Abducti ſunt in Babylonem Prophetæ, & Sacerdotes, Daniel, Ezechiel, necnon Ananias, Azarias, Miſael, viri pij, & alij plurimi, vt probabile eſt, quorum hiſtoria meminit. Illi porrò, ait, virtutis ergò non erãt obnoxij pœnæ, fuerunt nihilominus captiui: & tu ſperas effugere? Spe tuâ fruſtraberis. (*Quia bibens bibes. Etenim per memet-ipſum iuraui dicit Dominus, quia in interitum, in opprobrium in inuium, & in maledictionem eris. Boſor in medio eius: & omnes vrbes eius erunt deſerta in æternum.* Boſor dixit, non Boſran: ſed alteram ſitam in Idumæa.

Calamitates ſi immittuntur aliquãdo in viros iuſtos multò magis oppreſſura ſunt impios.

Boſor ciuitas Idumææ diuerſa à Boſra.

12 (*Famam audiui à Domino, Angelos miſit ad Gentes.*) Iſtud autem *Angelos miſit ad gentes*, poſuir, pto, iuſſit. Atqui veriſimile eſt, Angelos mandato diuino obſequentes, ſuſcitaſſe hoſtes. Diuus enim Dauid ait, [a] *Et miſit in eos iram indignationis ſuæ: indignationem, & iram & tribulationem: immiſſiones per Angelos malos.* Malos autem vocat, non quò naturâ tales ſint: ſed quia mittuntur ad pœnas ſumendas. Nam calamitates, quæ nobis inuehuntur, ſolemus appellare mala. Sic Angelus interfecit primogenita Ægyptiorum: ſic alij miſſi ſunt aduersùs Iſraelem quando Dauid recenſuit populum Et multa alia eiuſmodi reperire licet apud Scripturam diuinam. *Ecce, puſillum dedi te in gentibus, & contemptum inter homines.* Idumæi ſiquidem erant minimè inſignes, & planè ignoti, niſi Scriptura diuina eos illuſtraſſet, quos reddit claros non omnibus, ſed ſtudioſis. *Luſio tua, hæc tibi molita eſt, & ignominia cordis tui.* Ex his accuſat idololatriam, delicias, & intemperantiam. Habitauit in foraminibus petrarum. Iamque diximus, quæ perfugia habebant. Apprahendit robur collis excelſi. Dicit cacumina montium, quæ erant maxima, & ſublimia. (*Nam & ſi exaltaueris, vt Aquila, nidum tuum, inde te detraham, dicit Dominus.*

Angelos mittit aliquãdo Deus ad excitandos hoſtes quibus caſtigari vult aliquẽ populum.
a Pſa. 77. 44.
Angeli mali appellati, & qui Sãcti ſũt, quatenus mittũtur ad pœnas inferendas.

13 (*Et erit Idumæa in inuium,*) Dicit quoque tranſeuntes per eam, admiraturos, & exibilatione declaraturos ingentem deſolationem: prædictaſque ciuitates ad eum modum deſerendas, quo Sodoma, Gomorrha, & aliæ vrbes, quæ fuerunt eiuſdem afflictionis ſociæ. Qui ſermo verus eſt Nam Dedan, Thæman, & Boſor in ſolitudinem prorſus redactæ ſunt. Ait quoque Regem Babyloniũ, inſtar Leonis, in eam irrupturum, & per Iordanem iter facturum: & iubet, ſtrenuos armari aduersùs eam & ſubdit. (*Nam quis, vt ego? & quis reſiſtet mihi? Quis iſte paſtor, qui ſtabit ante faciem meam?*) Neque enim Reges, neque idola eorum, iubente me, reſiſtere potuerunt. (*Propterea audite conſilium Domini, quod conſuluit ſuper Idumæã: & cogitationem ipſius, quam cogitauit ſuper habitantes Theman.*) Deinde ait, oues eorum fore numeratu faciles, regionem futuram inuiam, & lamentationes ſonum occupaturum mare rubrum: Regemque Babylonis Aquilæ more infeſtaturũ, locis munitis potiturũ: Iudæos verò timiditati & doloribus ſubiiciendos, adeo, vt eorũ animus veniat conferendus cũ animo mulieris parturiẽtis.

Deo reſiſtere nemo poteſt.

14 Quia quæ hic apud Ieremiam contra Edom, ſeu Idumæam habemus, & apud Abdiam vnum ex Prophetis minoribus ferè omnia, & ad verbum prolata reperiuntur. Ex Hieronymi Commentariis ſuper ipſum Abdiam colligere eſt, quę ad præſentis faciunt intellectum Vaticinij, quod habemus præ manibus.

Hieronymus igitur ad initium citatorũ Comment. ait. Quærimus quis ſit iſte Edom, vel Idumæa, ad quam nunc per Abdiam Dominus loquitur. In libro Geneſeos [b] Eſau filium Iſaac appellatum fuiſſe Edom, (quia propter rufum lenticulæ cibum primogenita vendiderit) maniſeſtiſſimè legimus: Edom enim interpretatur πυῤῥὸς, id eſt rufus. In eodem volumine ſcribitur, hunc eumdem vocatum eſſe Seir, id eſt piloſum, quia hiſpidus erat, & non habebat leuitatem Iacob. Vnus ergo atque idem tribus nominibus appellatur, Eſau, Edom, Seir: [c] poſſedit eam regionem, quæ nunc Gebalena dicitur, & in finibus eſt Ἐλευθεροπόλεως, vbi antea habitauerant Horrhæi, qui interpretantur liberi, vnde & ipſa vrbs poſtea ſortita vocabulum eſt. Quòd ergo Hebraicè: [illegible] אדום & Græcè dicitur Ἰδουμαία, nunc viculus Palæſtinæ eſt, à conditore ſic impoſito nomine: cuius Latina quoque & Græca meminit hiſtoria, iſte eſt cui dicitur per Amos: [d] *Super tribus ſceleribus Edom, & ſuper quartum non conuertam eum: eò quòd perſecutus ſit gladio fratrem ſuum, & violauerit miſericordiam eius, & tenuerit vltra furorem ſuum, & indignationem ſuam ſeruauerit vſque in finem.* In Iſaia quoque iuxta Hebraicum legimus: [e] *Onus Duma ad me clamat ex Seir: cuſtos quid de nocte? cuſtos quid de nocte?* Et Ieremias in eamdem prophetiam pari voce conſentit, dicens: *Numquid non eſt vltra ſapientia in Thæmam?* & reliquæ vſque ad finem eiuſdem prophetiæ, vbi dicitur: *Et erit cor fortium Idumææ in die illa, quaſi cor mulieris parturientis.* Exceptóque ordine commutato, & aliis quæ videntur diſcrepate magna pars Abdiæ in Ieremiæ volumine continetur. Iſti ſunt montes Seir, aduersùm quos Ezechielis facies roboratur, & dicitur: *Dabo montem Seir, deſolatum, & deſertum.* Et poſt paululum: *Diſſipatus eris mons Seir & Idumæa omnis.* Longum eſt ſi voluero cunctas Scripturas euentilare, & proferre in medium ſuper montes Seir: maximéque Malachiæ, vbi ſtatim in principio ſcriptum eſt: [g] *Nonne frater erat Eſau Iacob, dicit Dominus? Et dilexi Iacob, Eſau autem odio habui. Et poſui montes eius in ſolitudinem, & hæreditates eius in Dracones deſerti. Quòd ſi dixerit Idumæa: deſtructi ſumus, ſed reuertentes ædificabimus quæ deſerta ſunt: Hæc dicit Dominus exercituum: Iſti ædificabunt, & ego deſtruam, & vocabuntur termini impietatis, & populus cui iratus eſt Dominus vſque in æternum.*

Hieronym.
Edom quis ſit, quidque eo ſignificetur nomine.
b Gen. 25. 30.
c Gen. 36. 8.
c Deut. 2. 4.
Idumæa quid.
d Amos. 1. 3.
e Iſai. 21. 11.
Ierem. 49.
Seir montes qui.
f Ezech. 35. 7.
g Malach. 1. 2. Sec. 70.

15 Quia ergo didicimus terram Idumæorum aduerſariam eſſe terræ repromiſſionis, & Eſau inimicum legimus Iacob, & populum eſſe, cui iratus eſt Dominus in ſempiternum: noſſe debemus ſecundùm leges tropologiæ: Aut contra Iudæos factum eſſe ſermonem (qui ſunt æmuli

Iudæis vt ſpiritualibus Idumæis euenire mala quæ contra Idumæos vaticinati ſunt Prophetæ.

li Christianis, & persequuntur fratrem suum Iacob, populum supplantatorem: qui illis primogenita præripuit.) Aut certè aduersùs omnes hæreses, & contraria dogmata veritati: quæ videntur quidem nobis esse vicina, sed magis aduersatia sunt & de paterna hæreditate simplicem, & habitatorem domus Iacob nituntur expellere. Porrò quia Idumæa & terrena interpretatur, & propter colorem rubrum, cruenta quoque intelligi potest. Idcirco Saluator reportans ad patrem de mundo victoriam: quando Angeli conclamabant: [a] *Aperite portas principes vestras, & introibit rex gloriæ.* Et in Isaia stupentes interrogabant: [b] *Quis est iste qui ascendit de Edom fuluidâ veste de Bosor: sic formosus in stola candida?* Et ad ipsum cominùs loquebantur: *Quare rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari?* Ipse loquitur in triumpho exponens palmas crucis suæ: *Torcular calcaui solus: & de gentibus non est vir mecum.* Sunt qui Idumæam ad carnem referant, & aduersùs illius pugnam animam æstimant prouocari: [c] vt mortificantes membra nostra super terram, fornicationem, immunditiam, passionem, æternam in Christo victoriam consequamur. Iudæi frustra somniant contra vrbem Romam, regnúmque Romanum hanc fieri prophetiam: Et illud quod in Isaia scriptum est: [d] *Onus Duma*, paulùlum literæ apice commutato pro ד daleth, legi posse ר resch, sonare Romam: ו vau, quippe litera & pro u, & pro, o, eorum linguâ accipitur.

Heretici quã aptè designati per Idumæos.

Mundus, à quo Christus victoriam reuexit designatus per Idumæam.

a Psal. 17. 7.
b Isai. 63.

c Col. 3. 5.
Cum Carne dimicandum iugiter est animæ.

In Romanos pronunciata quæ contra Edom proclamarunt Prophetæ, cẽsent Iudæi, sed falsò.

d Isai 21. 11.

16

Circa vers. 7. *Numquid non est vltra sapientia in Thæmam*, &c. pro quibus, apud Abdiam dicitur, [e] *Non est prudentia in eo. Numquid non in die illa dicit Dominus, perdam sapientes ex Idumæa & prudentiam de monte Esau? & timebunt fortes tui*, &c.

e Abdiæ. 7.

Hieron.

Hieronymus. Cùm hostis fines tuos possederit, & omnes viri fœderis tui illuserint tibi, & præualuerint contra te: tunc peribit sapientia de Idumæa, & calliditas eius stultitiâ demonstrabitur. Prudentiam quoque ipse Dominus auferet de monte Esau, id est, de montibus Seir; vel quia vrbs Idumæa in monte sita est: vel quia omnis illa regio quæ ad Austrum vergens confinis est eremo, præruptis montibus ædita sit. Vnde & dicitur: *pauebunt pugnatores tui de Thæmam*, quod nos interpretati sumus, meridie. Quomodo autem supra dixeram. Esau tribus nominibus appellatum: ita & plaga regni eius, quæ ad Austrum vergit, tribus vocabulis appellatur דרום תימן נגב quæ omnia iuxta Ezechielem Austrum, Aphricum, Meridiémque significant. Postquam verò timuerint fortes regni eius qui habitant in Meridie: tunc interibit vir de monte Esau: qui & pugnare pro ciuitate, & prudenter dare consilium solitus erat. Aliter: Postquam hi qui priùs decepti erant conuersi fuerint ad Ecclesiam, tunc ipso Domino dimicante peribunt Idumææ: qui carnalia & terrena sapiebant: & auferetur prudentia de monte Esau, quæ eleuabatur contra scientiam Dei: Et qui priùs pro Esau & Idumæa dialecticâ arte pugnabant, & erant in præsidiis Thæmam (quod interpretatur consummatio: desinent pugnare) pro magistris prioribus: Siue, qui ante lumen sibi scientiæ promittebant, & putabant se esse in Meridie, timebunt & formidabunt, Ecclesiastico viro obtinente sophismata eorum: in tantum vt nullus resideat qui possit, vel Regis consilio, vel pugnatoris viribus pro hæreticorum superbia & falso dogmate dimicare.

f Ezech. 20. 45.

Conuersi ad Ecclesiã Catholicam qui decepti fuerãt perit inanis sapientiũ mũdi, & Hæreticorum sapiẽtia.

17

Circa vers. 9. *Si vindemiatores*, &c. pro quibus apud Abdiam dicitur, *Si fures introissent ad te, si Latrones per noctem, quomodo conticuisses? Nonne furati essent sufficientia sibi? Si vindemiatores introissent ad te, Numquid non saltem racemum reliquissent tibi?*

Hieronymus. (*Si fures*, &c.) Ieremias similiter: licet ordine commutato: *Si vindemiatores venissent, non reliquissent racemum: si fures in nocte, rapuissent vtique quod sufficeret sibi. Ego verò discooperui Esau, reuelaui abscondita eius, & celari non poterat?* Quod dicit, hoc est: Si fures & latrones, qui de nocte domos suffodere consueuerunt, & rapere, quæ in domibus sunt, introissent ad te, & absconditi tenebris circumissent domus tuæ angulos: vtique hoc tulissent, quod sibi putabant posse sufficere, & aliquid in ædibus tuis, vel per satietatem, vel per ignorantiam reliquissent: Si vindemiatores introissent vineam tuam, & eam vel hostiliter vastare, vel à te conducti demetere cuperent: quamuis diligens eorum fuisset vindemia, tamen racemos vitibus foliisque cælatos inter palmites reliquissent. Sed omnia hostes, qui ad te venerunt Domino iubente (significat autem Babylonios, & exercitum Nabuchodonosor) inuestigauerunt: omnia secreta tua & cauernas ac foramina speluncarum, in quibus habitas, lustrauerunt. Et reuera vt dicamus aliquid & de natura loci omnis australis regio Idumæorum de Eleutheropoli vsque, Petram & Hailam (hæc est enim possessio Esau) in specubus habitatiunculas habet. Et propter nimios calores Solis, quia Meridiana prouincia est subterraneis tuguriis vtitur. *Discooperui*, inquit, *Esau*, id est, quod terra premebatur, in medium protuli, & aperta sunt omnia quæ claudebas: substantiámque tuam me pariter cum hostibus perquirente, nulla potuerunt secreta cælare.

Ierem. 49.

Hostes atroces in præda, cladéque inferenda peiores, quàm fures, & quàm vindemiatores.

Idumæorũ regio vniuersa in specubus habitatiũculas habet.

18

Aliter: Fures, & Latrones, qui ingrediuntur nocte (quia filij sunt noctis) & tenebrarum hæreticos puto, contraria veritati dogmata prædicantes, qui furantur sufficientia sibi, & quotidie de Ecclesiæ gregibus rapere festinant: Isti ingredientes vineã Domini nostri, quam [g] de Ægypto huius sæculi transtulit, & de cuius [h] genimine vinum se esse bibiturum in regno patris pollicetur: ita cupiunt vniuersa populari, vt vix racemum relinquant in ea: Sed è contrario Dominus agit: omnia enim secreta eorum, & occulta mysteria, & Patriarcharum Esau (hos quippe intelligo qui primi hæreses adinuenerũt) per Sanctos suos, & Ecclesiasticos viros, atque doctores profert in medium, & prima illius victoria est patere quæ tegebantur occulta. Vnde & cum admiratione dicitur: *Quomodo perscrutatus est Esau, deprehensa sunt occulta eius?* Vide Marcionem, & Valentinum, & omnes hæreticos, quomodo in doctrinis dæmoniorum, [i] cauteriatam habentes conscientiam, applaudant sibi, & simplices animas quasi quibusdam diuinis mysteriis imitantes, composito sermone decipiant: Sed cùm triginta æonas, & quadradas, & octoadas, & duodecadas, & duplicem Deum, & portentosum Abraxas in medium sermo protulerit, tunc prudentia Esau stultitia demonstrabitur, & inuestigabuntur secreta eius.

Heretici fures sunt, & latrones ingrediẽtes noctu, necnon & vindemiatores vineæ Domini.

g Psal. 79. 9.
h Matth. 26. 29.

Hæresiarchæ designati per Patriarchas Esau.

Hereticorum sapientia, atque prudẽtia apparet esse stultitia, quũ illorũ secreta inuestigãtur.

i 1. Tim. 4. 2.

19

Circa vers. 14. 15. & 16. quos ferè ad verbum inueni

Hieronym.

inuenimus in principio Abdiæ. Idem Hieronymus ſuper Abdiam, *(Auditum audiuimus*, &c.*)* Iam, vt ſupra diximus, eumdem eſſe Edom, quam & Idumæam: quia in Hebraico, ipſe qui condidit, in Græco vrbs, quæ ſit ab eo condita nominatur: Audiuit ergo vel Abdias, vel omnes Prophetæ pariter audierunt, (omnes enim ſcribunt contra Edom) quod ad gentes legatus miſſus ſit, [a] mediator Dei & hominum, homo Chriſtus Ieſus: de quo & pater loquitur per Aggæum: [b] *Mouebo omnes gentes, & veniet deſideratus cunctis gentibus.* Iſte in Iſaia, [c] magni conſilij Angelus, & pater futuri ſæculi ſcribitur. Quod autem pro legato, id eſt ציר *tzir*, Sept. ἀειοχλῶ, id eſt munitionem, interpretati ſunt: poſſumus dicere, quòd ipſe Legatus noſter ſit, & ipſe munitio: dicens ea quæ prophetalis ſermo contexuit: *Surgite, & conſurgamus aduerſus eum*, vel eam in prælium. Legatus qui ad gentes eſt miſſus, hæc loquitur: [d] *Surge qui dormis, & eleuare à mortuis, & illuminabit te Chriſtus.* Ac ne forſitan grauis nobis, & inſolita pugna videatur: me inquit, habetis primum in acie. Ego ero ἀρχιστρατηγὸς præliorum, qui & Ieſu [e] filio Naue gladium tenens apparui: Et Amalech [f] in crucis meæ vexillo Moyſe pugnante ſuperaui. Ieremias in viſione contra Idumæam non multùm ab his diſcrepat: *Auditum*, inquit, *audiui à Domino, & legatus ad gentes miſſus ſum: congregamini & venite contra eam, & conſurgamus in prælium.*

Chriſtus miſſus ad Gẽtes Angelus, legatus, atque munitio.

a 1.Tim.2.5.
b Aggei 2.8.
c Iſai 9. 6. iuxta Sept.
d Epheſ.5. 14.
e Ioſ. 5.13.
f Exod 17. 11.
Ierem.49.

20

(Ecce paruulum dedi te.) Ieremias cuius ſupra fecimus mentionem, prope in eadem verba conſentit, dicens: *Ecce paruulum dedi te in gentibus contemptibilem inter homines: arrogantia tua decepit te, & ſuperbia cordis tui qui habitas in cauernis petræ, & apprehendere niteris altitudinem collis: cùm exaltaueris, quaſi Aquila nidum tuum: inde te detraham, dicit Dominus.* In interpretatione prophetica debemus morem noſtrum ſequi, vt primùm hiſtoriæ fundamenta iaciamus: deinde, ſi poſſumus, excelſas turres, & tectorum culmina ſuberigamus: O, inquit, Edom, qui cùm minimus ſis inter omnes in circumitu nationes, & ad comparationem gentium cæterarum paruus in numero, vltra vires erigeris ſuperbia. Cúmque habires in ſpeluncis, imò in cauernis petrarum, humilis atque pauperculus, & excelſa ædificiorum recta non poſſidens: quaſi Aquila in ſublime extolleris: & tantùm cogitatione intumeſcis, vt inter ſidera habitare te credas: etiam ſi vltra naturam poſſes cæli alta penetrare: inde te detraherem, & ad terram deducerem, dicit Dominus Deus. Illud autem quod in Ieremia additum eſt: *& apprehendere niteris altitudinem collis*: aperuit ænigma: collem ſignificas montem Sion: ac per hoc vel ipſam vrbem Ieruſalem, vel templum quod in ea conditum eſt, vult intelligi. Aquilam autem cunctis auibus altiùs volitare, etiam hi qui de natura auium diſputant, memoriæ prodiderunt: tantique contuitus eſſe dicitur: vt cùm ſuper maria immobili pennâ feratur, nec humanis pareat obtutibus, de tanta ſublimitate piſciculos natare videat, & cùm iuxta littus fuerint, tormenti inſtar deſcendere, raptamque prædam pennis ad littus pertrahere. Si didicimus hiſtoriam, ſequamur intelligentiam ſpiritualem. Licet tibi ò hæretice magnus eſſe videaris, & contemnas Eccleſiæ paucitatem tamen paruus es in gentibus, & contemptibilis, & non ſolùm contemptibilis, ſed & cum ἐπιτάσει, valde contemptibilis. Superbia cordis tui extulit te. Quis enim hæreticorum non in ſuperbiam extollitur, Eccleſiæ ſimplicitatem paruipendens, & fidem, imperitiam reputans? Habitantem in ſciſſuris petræ, & exaltantem ſolium ſuum. Petra quamquam frequenter, vel in perſona Domini, vel in ſoliditate ponatur (vnde & Propheta dicit: [g] *Statuit ſupra petram pedes meos*, & ad Petrum dicitur: [h] *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*) tamen & in contrariam partem frequenter accipitur: [i] *Auferam*, inquit, *cor lapideum, & dabo vobis cor carneum.* Et: [k] *Potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ*: maximeque hic, vbi non dixit habitantem ſuper petram: (in qua [l] prudens ædificator domum ſuã extruit) ſed in ſciſſuris petræ: vt hæreſeõn à petra Chriſto, & ab Eccleſia ſignificet ſciſſiones. Porrò quod ſequitur: *Exaltantem ſolium tuum, & qui dicis in corde ſuo: Quis detrahet me in terram?* tumorem hæreticæ mentis oſtendit: confidentium ſibi in myſteriis, & in ſecretis ſuis, & quantùm in ipſis eſt (hyperbolicè autem hoc accipere debemus) repromittentium ſibi regna cælorum. Vnde ad huiuſcemodi homines ſcribit Apoſtolus: [m] *Iam ſine nobis regnatis: atque vtinam regnaretis, vt & nos vobiſcum regnaremus*: Tale quid & Dauid loquitur: [n] *Poſuerunt in cælum os ſuum & lingua eorum tranſiuit in terram.* Si exaltati ergo fuerint, vt Aquila (nam & ipſi Aquilarum ſibi ſimilitudinem pollicentur, [o] quæ ſolent ad Cadauer Dominicum congregari) & inter media ſidera poſuerint nidum ſuum: *inde detraham eos, dicit Dominus*: Sicut enim [p] dormiente patre familiãs, inter bonam ſementem inimicus homo zizania ſuperſeminat: Ita ſolet Aquila illa grandis magnarum alarum longo membrorum ductu, plena plumis & varietate quæ habet ductum intrandi in Libanum, & tollit de cacumine Cedri, & plantat ſuper aquas multas (vt in vineam plantaria pullulent) inter ſidera Eccleſiæ, de quibus & in alio loco dicitur: [q] *Iuſti autem ſicut ſtellæ fulgebunt*, ponere nidum ſuum. Dixi ſupra, hoc ipſum & aduerſum carnem poſſe intelligi: quòd imminutæ ſint vires eius in aduentu Chriſti, & contemptibilis ſit animæque ſubiecta imperio, & fruſtra erigatur, cùm habitet in cauernis petræ, vel ſenſibus, vel cogitationibus, & velit dominari animæ, exaltans ſolium ſuum, nec opera ſua credens poſſe ſuperari. Cui dicitur: quòd quamuis ſe erigat, & Aquilæ imitetur excelſa, multoſque Sanctorum deceperit, tamen à Domino ſuperata ſit, atque deiecta. Quod in hæreticis & in carne intelleximus, cõtra Iudæos quoque intelligi poteſt.

Scripturas interpretandi recta ratio vt priùs iaciatur fundamẽtum hiſtoriæ, tũ ſpiritualia erigantur.

Idumæorum vilitas & ſuperbia, atque arrogantia.

Aquila excellens in celſiſſimo volatu, & in acumine viſus.

21

Hæreticorum magna vilitas maximaque ſuperbia.

Petra vocabulũ in ſcriptura & in bonum & in malum ſumptum.

g Pſal. 39.3.
h Matth. 16. 18.
i Ezech. 36. 26.
k Matt. 3.9.
l Matt 7.24.

Hæretici in ſciſſuris petrarum habitare dicuntur vt ab Eccleſia ſciſſiones faciunt.

Hæreticorum tumor pollicentium ſibi regnum cælorum.

m 1.Cor.4. 8.
n Pſal. 72.9.

Aquila quã rectè comparati hæretici.

o Matth.24. 28.
p Matth.13. 25.
q Matth.13. 43.

Carnis vilitas, ac tumor quámve imminutæ ſint illius vires in Chriſti aduentu.

Circa verſ. 11. 12. & 13. Rabanus Maurus.

22

Rab. Maur.

Relinque pupillos tuos, & ego faciam eos viuere: & viduæ tuæ in me ſperabunt. Viduarum & Orphanorum pater promittit, in ſe ſperantibus vitam daturum, vt oſtendat ſe ipſum eſſe ad quem Propheta ait: [r] *Tibi Domine derelictus eſt pauper, pupillo tu eris adiutor.* Et qui alio loco inquit; [ſ] *Viduam eius benedicens benedicam, pauperes eius ſaturabo panibus.* Interfectis ergo aduerſariis Dei, pupilli eorum, & viduæ ſaluantur: quia anima ſequeſtrata à luxu mundi, atque ſæculari conuerſatione, ſi ſeſe totam ad Deum conuerterit, & in eius bonitate ſperauerit: vitam æternam habebit.

Anima quæ ſe à mundi ſeiunxerit cõuerſatione vitam æternam exhibet Deus.

r Pſal.9.34.
ſ Pſ 131.15.

Impunitatem in peccando quàm falsò ſibi pollicẽtur impij, cùm & iuſtos à Deo videant correptos.

(Quia hæc dicit Dominus: Ecce quibus non erat iudicium, &c.*)* [t] *Si vix iuſtus ſaluabitur, impij &*

t 1.Pet.4.17.

peccatores vbi apparebunt?

Et si filium pater flagellat: seruus nequam quid meretur? Frustra ergo Idumæa sperabat impunitè se posse peccare, cùm videret Iudæam Dominum pro peccatis suis in hostium manus ad corripiendum tradidisse. Bosra ergo ciuitas non est in Edom, sed in Moab, & interpretatur firma atque munita: sed tamen quia Domini iudicio deuastanda erat, quasi infima capta est, & destituta.

23

Idémque Rabanus post multa ex Hieronymo quoad vers. 14. 15. & 16. Circa reliqua quæ hic apud Ieremiam à vers. 17. vsque ad vers. 23. habentur ait, (*Et erit Idumæa deserta, &c.*)

Conciliabula malignantiũ Iudæorũ, hæreticorũ atque impiorũ redigenda in desertum.

Erit ergo in die furoris Domini conciliabulum hæreticorum, siue Iudæorum blasphemantium desertum, quia numquam postea habebũt potestatem congregare concilium malignantium. Omnísque qui transierit per eam stupebit, & sibilabit super omnes plagas eius. Quia supplicia eorum quæ sustinebunt pro impietatibus suis formidini & pauori valde digna erũt. Quoniam [a] sicut Sodomam & Gomorrham sulphur & ignis incendit, & in æternam solitudinem redegit: Ita & [b] *super peccatores pluit ignis & sulphur, & spiritus procellarum pars calicis eorum.*

a Gen. 19. 24.

b Psal 10.6.

24

Leoni infernali à Deo traditi Ecclesiæ hostes.

(*Ecce quasi Leo ascendet, &c.*) Igitur sicut Dominus castigauit superbiam Iudæorum, quos Iordanis nomine vocat: ita etiam & Idumæorum perfidiam, atque inuidiam quam exercuerant contra fratres suos, per ministros iræ suæ plena vindicta corripiet, nec est vllus qui eius consilio ac voluntati resistere possit. Similiter & hæretici & hostes Ecclesiæ Dei non euadent tormenta, iniquis operibus & dogmatibus suis condigna. Sed Leo sæuissimus & rapacissimus diabolus in tartarum eos perpetuis laniatibus cruciandos detrudit.

Hæreticorum superba dogmata deiicienda ab iis qui humiles in Ecclesia.

(*Propterea audite consilium Domini, quod, &c.*) Vastatore veniente super Idumæam & super Bosram, quem Aquilæ expandenti alas suas, hoc est ad rapiendum paratæ comparat, vox ruinæ eorum comparat, longè latéque sonabit, & terrorem vicinis prouinciis incutit: quia iuxta consilium Domini gens superba debitas pœnas luit. Mysticè autem, iuxta consilium Domini paruuli gregum, hoc est, humiles de populo Ecclesiæ, rectâ fide, & veraci dogmate, deiiciunt ac dissipant superba dogmata hæreticorum. *Et erit cor fortium Idumææ in die illa, quasi cor mulieris parturientis*: quia omnis fastus contumaciæ hæreticorum Domini nutu conteretur, & ad nihilum redigetur. Quando iuxta Psalmistam: [d] *Exurget Deus & dissipabuntur inimici eius, & fugient à facie eius qui oderunt eum. Sicut deficit fumus deficiẽt, sicut fluit cera à facie ignis, sic peribunt peccatores à facie Dei: Et iusti epulentur, & exultent in cõspectu Dei, & delectabuntur in lætitia, ac multitudine pacis.*

d Psal. 67. 1.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

|| ἀλλ.

Τῇ Ἰδουμαίᾳ.]

Βίκτωρος.] οὐκ ἀργῶς οὐδὲ περὶ θαιμὰν ἡ προφητεία καθίσταται ἣν οἱ κατοικοῦντες συνεχῶς ἐπετίθεντο τῷ Ἰσραὴλ: ἀδελφῶν γὰρ παῖδες ἀμφότεροι, Ἰδουμαῖοι καὶ Ἰσραηλῖται. οἱ μὲν ἐξ Ἠσαῦ τοῦ καὶ Ἐδώμ. οἱ δὲ ἐξ Ἰακὼβ, τοῦ καὶ Ἰσραὴλ καταγόμενοι. διό φησιν Ἀμώς. ἐπὶ ταῖς τρισὶν ἀσεβείαις τῆς Ἰδουμαίας, καὶ ἐπὶ ταῖς τέσσαρσιν οὐκ ἀποστραφήσομαι αὐτοὺς, ἕνεκεν τοῦ διῶξαι αὐτοὺς ἐν ῥομφαίᾳ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, καὶ ἐλυμήνατο μητέρα ἐπὶ γῆς, ἀνθ' οὗ σύμμαχος ἐξέδωκε. καὶ ἐλυμήνατο σπλάγχνα ἴδια. ἀπὸ μιᾶς γὰρ τῆς ῥεβέκκας οἱ τούτων πατέρες ἐγένοντο. σοφοὺς δὲ λέγει τοὺς ψευδομάντεις, καὶ οἰωνοσκόπους, καὶ τοὺς τοιούτους, οἵπερ ἂν αὐτοῖς ὡς εἰκὸς ἐμαντεύοντο νίκην. ἀλλ' ἡ πεῖρα τούτους καταγελάστους ἀπέδειξεν.

Vers. 7. [T]Dumææ.) Victoris.] *Non frustra ad Theman Vaticinium hoc fit, cuius incolæ adoriebantur assiduè Israelem, fratrum verò filii sunt Idumæi & Israelitæ, illi quidem ex Esau, qui & Edom vocatur, hi verò ex Iacob, qui & Israel nomen habebat ducentes originem. Quare ait Amos;* [a] Super tribus impietatibus Idumææ, & super quatuor non conuertam eos, quia persequutus est in framea fratrem suum, & violauit matrem super terram, *pro quo Symmachus reddidit*; & violauit viscera sua, *Vna quippe Rebeccha patres eorum peperit. Sapientes autem vocat falsos diuinos, & augures & his consimiles, quicúmque illis, vt conicere est, victoriam augurabantur. Sed experimentum eos ostendit ridiculos.*

25

Victor.

Idumæi reputati Iudæorũ fratres.

a Amos. 1. 11.

Τάδε λέγει κύριος.

Ὀλυμπιοδώρου.] δι' ἧς δύναται σωθῆναι πρὸς δὲ, διάνοιαν, ὅτι ἀπολῶ φησιν τὴν σοφίαν τῶν σοφῶν.

Vers. 7. (*Hæc dicit Dominus, Non est vltra sapientia.* (

26

Olympiodori.] *Per quam salua esse potest, ad mysticum sensum; Quoniam ait,* [b] perdam sapientiam sapientum.

Olympiod.

b 1. Cor. 1. 19.

[|| Ἠπατήθη.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐν ᾧ ἐπεποίθησαν ὡς ἀσφαλεῖ, εὑρεθήσεται ἀνωφελές.

(|| *Conculcatus est locus eorum.*)

Olympiodori.] *Cui tamque tuto confidebant inutilis deprahendetur.*

Olympiod.

[Βαθύνατε.]

Ὀλυμπιοδώρου.] εἰς βάθος καθίσατε, ἀντὶ τοῦ ἐκδέξασθε, καὶ μανθάνετε, τὰ συμβησόμενα. Δαιδὰν δὲ πόλις τῆς Ἰδουμαίας.

Vers. 8. (*Demergite in sessionem.*)

Olympiodori.] *Profundè sedete, pro expectate, quæque euentura sunt discite. Dedan verò Idumææ vrbs est.* (*Quoniam dura fecit.*)

Olympiod.

Expectare significatum sessione profundâ.

[Ὅτι δύσκολ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] τὸν μέλλοντα αὐτῇ πολεμεῖν.

Olympiodori.] *Bellum ipsi allaturum.*

Olympiod.

[Ὅτι

Vers. 9.

[Ὅτι τρυγηταί.]

Θεοδωρήτου.] τρυγητὰς δὲ τοὺς τὰς πόλεις φησὶ λογιζομένους τε καὶ πορθοῦντας. νυκτερινὸν δὲ λέγει καὶ τὸν τῆς ἐφόδου καιρόν. ἀνεκάλυψε δὲ τὰ κρυπτὰ Ἡσαῦ, μὴ συγχωρήσας αὐτὸν λαθεῖν ἐν σπηλαίοις τῶν παρακειμένων αὐτοῖς ὑψηλοτάτων ὀρῶν, εἰς ἃ παρ' ὀρύξαντες πολεμίων ἐπιόντων, κατέφυγον. [Ὅτι ἐγὼ κατέ.]

ἐπιλεγομένους.

Ὀλυμπιοδώρου.] οἱ πολέμιοι. πρὸς δὲ διάνοιαν, οἱ ἀπόστολοι, καὶ οἱ κατὰ καιροὺς τῶν ἐκκλησιῶν προεστῶτες κατὰ τῆς εἰδωλολατρείας.

[Ἀνεκάλυψα.]

Ὀλυμπιοδώρου.] τὸν σατανᾶν.

Τοῦ αὐτοῦ.] τὰ δι' ὧν τοὺς ἀνθρώπους ἠπάτων οἱ δαίμονες.

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] ἀντὶ τοῦ, οὐκ ἔστιν ὑπολείπεσθαί σου ὀρφανὸν, ἵνα ζήσηται σύμμαχος, κατέλιπεν ὀρφανούς σου φησί. καὶ αἱ χῆραι σου εἰς ἐμὲ ἐλπιζάτωσαν. φιλάνθρωπος γὰρ ἐπὶ τοῖς θλιβομένοις ὁ θεός. καὶ τὰ λείψανα τῶν ἀπολλυμένων περιποιεῖται.

[Καὶ αἱ χῆραι.]

Ὀλυμπιοδώρου.] αἱ ἀποστᾶσαι τῶν ἐθνικῶν ψυχαί.

[Ὅτι τάδε εἶπε.]

Βίκτορος.] τὸ τῆς ἀπωλείας ποτήριον οὐχ ἥρμοττεν Ἰσραὴλ, ὡς πρὸς ὑμᾶς κρινομένω. πλὴν μετέσχε πρὸς καιρόν. πολλῷ δὴ μᾶλλον οἱ τῆς ἀπωλείας ὄντες ἀπολοῦνται. ὡς γὰρ Πέτρος φησὶν, ἐν καθολικῇ. εἰ τὸ πρῶτον ἀφ' ἡμῶν, τί τὸ τέλος τῶν ἀπειθῶν; τὸ δὲ, ἔρημοι εἰς αἰῶνας. γραφικῷ ἰδιώματι, καὶ τὸ πρὸς ὀλίγον χρόνον φησίν. ὁ ποῖον παρὰ Δαβίδ. ὁ αἰὼν ἡμῶν εἰς φωτισμὸν τοῦ προσώπου σου αἰῶνα γὰρ καλεῖ τὰ ἑβδομήκοντα τῆς ζωῆς ἡμῶν ἔτη. ἐὰν δὲ κατά φησιν ἐν δυναστείαις, ὀγδοήκοντα ἔτη, καὶ Ἡσαίας δὲ τῆς Τύρου τὴν ἐρήμωσιν εἰς ἑβδομηκοστὸν ὥρισεν ἔτος. καὶ ὅμως εἰς αἰῶνα ταύτην οἱ λοιποὶ προφῆται φασίν. εἰ μὴ ἄρα τῆς ἀσεβείας τὴν ἐρημίαν φασὶ, μετὰ τὴν Χριστοῦ παρουσίαν ἀεὶ παρατείνουσαν. ἀπὸ δὲ τοῦ μέσου μέρους τὴν ἄκραν τῶν πέριξ ἐρημίαν ἐδήλωσεν.

|| Ἐξ ἀνεπιγράφου.] ὁ θεοσεβὴς φησὶ λαὸς, ὁ ἐξ Ἰακὼβ ἐτιμωρήθη, ἐπειδὴ μὴ ἐφύλαξεν τὸν θεῖον νόμον. οὐκοῦν οὐδὲ σὺ μενεῖς ἀτιμώρητος. πρὸς δὲ διάνοιαν. οἱ ἄπιστοι φησὶν, οἷς οὐκ ἦν θέμις μεταλαχεῖν θείου ποτηρίου, πιστεύσαντες πίονται.

[Καὶ ἀγγέλους.]

Τοῦ ἁγίου Κυρίλλου.] περιοχὴν δὲ εἶπεν, οὓς Ἱερεμίας ἀγγέλους. καὶ σύμμαχος δὲ ἀγγελίαν ἐξέδωκεν. νοοῖτο δ' ἂν καὶ πολιορκία. καλεῖ δὲ κατὰ τῆς Ἰδουμαίας ἔθνη πολλὰ τὸ θεῖον νεῦμα, καὶ τὴν ἐξ αὐτοῦ κίνησιν, ἀγγέλους εἶπε. κινηθέντες γὰρ ἐκ θεοῦ πρὸς πόλεμον, ἀλλήλους ἠρέθιζον, ὥς φησιν Ἀβδιού. συνεισέβαλον γὰρ τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ εἰς Ἰδουμαίαν, καὶ τὰ περίοικα τῶν ἐθνῶν. πρὸς Ἰδουμαίαν δὲ μεταστρέψας, φησίν. ἰδοὺ μικρὸν δέδωκά σε ἐν ἔθνεσιν. ἀλλ' ὅμως δικαταφρόνητος γινόμενος

Vers. 9. (*Quia vindematores venerunt.*)

27

Theodoreti.]*Vindemiatores appellat, eos qui deligunt vrbes ac diripiunt. Nocturnum verò ait & interruptionis tempus: reuelauit porrò abscondita Esau, non permittens latere illum in speluncis adiacentium altissimorum montiū, in quas confugerant à se suffossas, irruentibus hostibus.*

Theodorit. *Vindemiatorum nomine significati milites vrbiū direptores.*

Vers. 10. (*Quia ego detraxi Esau.*)

Olympiodori.] *Hostes mysticè Apostoli, & suis quique temporibus Ecclesiarum præsides contra Idolorum cultum.*

Olympiod. *Apostoli idololatrarum hostes.*

(*Reuelaui abscondita eorum.*)

Olympiodori.] *Satanam.*

Eiusdem.] *Ea per quæ homines à Dæmonibus decipiebantur.*

Olympiod. *Diabolus dictus absconditа hominū.*

Vers. 11. (*Relinqui pupillum tuum.*)

Incerti.] Loco huius, *non relinquetur tibi pupillus vt viuat,* Symmachus reddidit, (*reliquit pupillos tuos*) *& viduæ tuæ in me sperent,*) *Benignus enim est Deus in tribulatos; & pereuntium reliquias saluas facit.*

Incertus. *In tribulatos Deus Benignus.*

(*Et Viduæ.*)

Olympiodori.] *Quæ à Gentilibus desciuerunt animæ.*

Olympiod. *Viduarū nomine appellatæ animæ cōuersæ ex infidelibus.*

Vers. 12. (*Quoniam hæc dixit Dominus: Quibus non erat lex.*)

28

Victoris.] *Perditionis calix non congruebat Israeli nobiscum collato, attamen ad tempus habuit illum: multò igitur magis qui perditionis sunt peribunt. Vt enim Petrus scribit in sua Catholica epistola:*[a] Si primum à nobis, quis non credentium erit finis? *illud verò,* desertæ in sæcula, *Scripturæ Idiomate etiam ad modicum tēpus duraturum aliquid significat, vt est apud Dauid;*[b] Sæculum nostrum, in lumen facici tuæ, *sæculum quippe vocat, septuaginta vitæ nostræ annos.* Si verò, *ait,* in potētatibus, octuaginta annos, *& Isaias Tyri*[c] *desolationem septuagesimo conclusit anno; & tamen in sæculum duraturam cæteri Prophetæ dicunt, nisi de impietatis desolatione intelligant, post Christi aduentum numquam defutura, è parte verò in medio sitā extremitatum summā desolationem significauit.*

Victor. *Calamitatibus si flagellantur iusti multò certè aquius flagellādi ijs sunt improbi.*

a 1. Petr. 4. 17.

Sæculi vocabulum vsurpatū in scriptura etiam pro breui tēpore.

b Psal. 89. 8.

c Isai. 24. 15.

Desolatio impietatis semper duratura post Christi aduentum.

|| Incerti.] *Populus ait, pietatis cultor ex Iacob progenitus, punitus est, quia diuinā legem non seruauit. Nec tu igitur pœnam effugies, spiritaliter verò infideles, ait, quibus non licebat sacrum portare calicem, credentes bibent.*

Incertus. *Ad Calicem sacrū admittendos infideles quum conuertētur.*

Ex vers. 10. (*Et Angelos ad Gentes misit.*)

29

Sancti Cyrilli.] Munitionem *autem dixit, quos Ieremias Angelos, & Symmachus,* nunciū *exposuit: intelligi autem potest obsidio, conuocat verò aduersus Idumæam Dei nutus gentes multas & motos à se, Angelos vocat. Moti quippe à Deo ad bellum, mutuò se sollicitabant, vt*[d] *Abdias ait, Aggressæ enim sunt cum Israele Idumæam, & circumposita gentes. Ad Idumæā porrò conuersus ait,* Ecce paruulum dedi te in gētibus, & tamen factus contemptibilis, in ipsis

S. Cyrill. *Angeli nostra sunt munitio. Angelorū nomine appellati & y quos Deus cōmouet aduersum nos.*

d Abdias. 1.

39 Quomodo victa est,& vlulauerunt? quomodo deiecit ceruicem Moab, & confusus est? eritque Moab in derisum, & in exemplum omnibus in circuitu suo.

40 Hæc dicit Dominus: Ecce quasi Aquila volabit,& extendet alas suas ad Moab.

41 Capta est Carioth, & munitiones comprænhensæ sunt: & erit cor fortium Moab in die illa, sicut cor mulieris parturientis.

42 Et cessabit Moab esse populus: quoniam contra Dominum gloriatus est.

43 Pauor & fouea, & laqueus super te ô habitator Moab,dicit Dominus.

sum Moab? Confusus est, & factus est Moab in risum, & odium omnibus, qui in circuitu eius.

40 *Quia sic dixit Dominus.*

41 *Capta est Carioth, & munitiones occupatæ sunt.*

42 *Et peribit Moab à turba, quia super Dominum se magnificauit.*

43 *Laqueus, & timor, & fouea super te, qui sedes Moab.*

44 *Quia fugit à facie timoris; incidet in foueam: & qui ascendit de fouea; & capietur in laqueo: quoniam inducam hæc super Moab in anno visitationis eius.*

44 Qui fugerit à facie pauoris, cadet in foueam: & qui conscenderit de fouea,capietur laqueo: adducam enim super Moab annum visitationis eorum,ait Dominus.

45 In vmbra Esebon steterunt de laqueo fugientes: quia ignis egressus est de Esebon, & flamma de medio Séon, & deuorabit partem Moab & verticem filiorum tumultus.

46 Væ tibi Moab, periisti popule Chamos: quia comprænhensi sunt filij tui, & filiæ tuæ in captiuitatem.

47 Et conuertam captiuitatem Moab in nouissimis diebus, ait Dominus. Hucusque iudicia Moab.

PARAPHRASIS CHALDAICA.

36 P*ropterea in corde suo Moabitæ quasi Cithara sonabunt, & cor eorum super viros ciuitatis munitionis eorum quasi cantus organorum mœrebit, ideo reliquæ facultates eorum quas possederunt diripientur.*

37 *Quia omnes capilli capitis defluent, & omnis barba radetur, in cunctis turmis conturbantur, & in lumbis cilicium.*

38 *Super omnia tecta Moabitarum, & in plateis eorum omnes faciunt planctum, quia contriui regnum Moab, sicut vas inutile, dicit Dominus.*

39 *Quomodo contriti sunt & vlulauerunt? quomodo verterunt terga sua Moabitæ? confusi sunt, eruntque Moabitæ in derisum, & in confractionem omnibus qui in circuitu eorum sunt.*

40 *Quia hæc dicit Dominus: Ecce sicut Aquila quæ volat, sic ascendet Rex cum exercitu suo, & castrametabitur super Moab.*

41 *Subiicieturque ciuitas, & munitiones capientur. Et erit cor fortium Moabitarum illa die sicut cor mulieris cui est tribulatio in doloribus suis.*

42 *Et consumentur Moabitæ ne sint populus; quia contra populum Domini magnificati sunt.*

43 *Timor, & fouea, & rete contra te habitator Moab,ait Dominus.*

44 *Qui fugerit à facie timoris, cadet in medium foueæ: & qui ascenderit à fouea,capietur in rete. Quia adducam super ipsos Moabitas annum visitationis peccatorum suorum,dicit Dominus.*

45 *Pro eo quòd obedierunt habitatoribus Hesbon: transmigrauerunt, abbreuiata est virtus eorum; fugerunt: quia ventus vrens, fortis sicut ignis, egressus est de Hesbon, & bellatores sicut flamma de medio Sehon: & interfecerunt principes Moab, & nobiliores filiorum turbæ.*

46 *Væ vobis Moabitæ, periistis populi, qui seruiebatis Chamos; quia abducti sunt filij tui in captiuitatem, & filiæ tuæ in transmigrationem.*

47 *Et conuertam transmigrationem Moab in fine dierum, dicit Dominus. Hucusque ad faciendum vindictam iudicij de Moab.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

T Heodoritus. Vbi ista (præexposita) variè dixit, explicat (*tonsos siccitatis. Omne caput in omni loco radent: & omnis barba radetur, & omnes manus incidentur, & in omni lumbo cilicium, & in omnibus tectis Moab, & in plateis eius, planctus.*) Per hæc omnia vim calamitatis edocet. (*Quia contriui Moab, tanquam vas, cuius nullus est vsus, dicit Dominus.*) Ostendit quàm planè sit inutilis. Subiicit item oculis velocitatem Regis Nabuchodonosor. (*Hæc dicit Dominus, Ecce, instar Aquilæ cum impetu veniet: & extendet alas suas ad Moab*) Diuinus etiam Ezechiel [a] parem facit Nabuchodonosor Aquilæ. Est enim animal regium, & omnium volucrum velocissimum, & potentissimum. Ad hæc prædicit ipsius Moab timidum animum: quem comparat cum animo mulieris parturientis. Patefacit etiam ipsius impietatem: (*Periit Moab à turba quia contra Dominum magnificata est.*) Prædicit etiam mala inuicem succedentia: *Timor, fouea, & laqueus super te, qui sedes in Moab dicit Dominus. Qui fugerit à facie timoris incidet in foueam, & qui conscenderit de fouea, comprehendetur laqueo.*) significat per hæc, eos qui fugâ sibi consulere tentarunt, captos esse: & in ea decidisse, quæ minimè sibi grata fuerunt. (*Quia educam hæc super Moab, vt in anno, quo visitabo eam, dicit Dominus.*) Vocat tempus, annum. Quando inquit, placuerit mihi de illis vindictam sumere, talibus eos afflictionibus circundabo. Prædicit etiam, ipsorum bellum intestinum. (*Quia ignis egressus est de Hesebon, & flamma de vrbe Seon: & deuorauit Duces Moab.*) Suauia tamen illis quædam prædicit. *Et conuertam captiuitatem Moab in nouissimis diebus, dicit Dominus.* Ex sumpta vltione, per humana item illorum tractatione, demonstrauit, se esse Dominum omnium diuitiarum erga omnes, qui inuocant illum: neque Iudæorum duntaxat esse Deum, sed omnium hominum. *Hucusque iudicium* Moab. Id est, prolata contra eum sententia.

57 Theodorit. *Calamitatis maxima egregia descriptio.*

Aquila animal regium, volucrûmque omnium velocissimum, ac validissimû, ideòque rectè assumitur ad Regem designandum.

a Ezech. 17. 7.

Anni vocabulo significatum tempus.

Deus non Iudæorum tantùm, sed & Gentium omnium.

58 Raban. Mau. Hieronym. *Compatiuntur Sancti etiam hostibus fidei.*

Rabanus Maurus. (*Propterea cor meum, &c.*) Ex Hieronymo lib.5.in cap.15.Isai. Propheta loquitur dolentis affectu, vel quòd hostes quoque creatura Dei sint,in quos tot mala superuenirint,

vel quòd tantis calamitatibus opprimendi, vt etiam inimicis miſerabiles fiant. Vnde dicit cor ſuum, vt tibiam reſonare, quia lugubre carmen per eius ſuperbiam, & tamen fragilem & continuum gemitum promptus ſit ex corde dare, eò quòd ab hoſtibus perierit.

Tonſione, & Raſurâ ſignificatus luctus.

(*Omne enim caput caluitium, & omnis barba*, &c.) De quo & Iſaias: [a] *In cunctis capitibus eius caluitium, omnis barba radetur: In triuiis eius accincti ſunt ſacco ſuper tecta eius, & in plateis eius omnis vlulat.* Apud antiquos ergo barbæ capitiſque raſura, luctus indicium fuit. Per hæc ergo magnitudo mœroris oſtenditur. Non erunt priuatæ lachrymæ: publicum luctum, publica lamenta reſonabunt, nec matronæ, nec virgines, nec ætas parua puerorum, nec fracti ſenum greſſus tenebuntur domibus, pudorem & imbecillitatem extrema captiuitas neſciet, *quia contriui Moab ſicut vas inutile, ait Dominus*: Vas ergo inutile fuit Moab, & minus aptum ad opus bonum, ideo à Domino contritum eſt, & omnis doctrina Philoſophorum, quæ fragilis eſt, & falſitati innititur, ſuperante veritate conteritur, atque diſſipabitur, & deſpectione, atque gemitui æterno patebit.

a Iſai. 15. 23.

Calamitatis magna, eiuſque miſeriæ, & communis deplorationis egregia deſcriptio.

Philoſophorũ doctrina inſtar inutilis vaſis contrita à veritate.

59

Sapientia humana tantũ habitura cõfuſionis, quãtum habet elationis.

(*Quomodo victa eſt*, &c.) Victa eſt Regio Moab, vnde habitatores eius vlulauerunt. Deiecit ceruicem ſuperbiæ ſuæ & confuſa eſt, eritque Moab in deriſum & in exemplum omnibus in circuitu ſuo, quia ſuperbia eius magna valde eſt deiecta. Sic & humana ſapientia quantum erigit ſe contra Dominum faſtu elationis, tantum veritate ſuperante habebit coram omnibus ruborem confuſionis.

Rex rapax Aquila rapacis vocabulo expreſſus.

(*Hæc dicit Dominus, Ecce quaſi Aquila*, &c.) Aquilam Nabuchodonoſor appellat, propter rapacitatem, quam in deuaſtatione diuerſarum gentium exercuit. *Qui cùm alas ſuas*, hoc eſt, trãſitum *ad Moab direxerat, capta eſt Carioth vrbs famoſiſſima, & munitiones eius, per eum comprahenſæ ſunt*. Vnde ſequitur.

(*Et erit cor fortium Moab*) Rectè cor Moab cordi comparat mulieris parturientis, quia de magna luxuria ad magnam peruenit triſtitiam, etiam ceſſauit eſſe populus, quia ſuperbè in ſua potentia contra Dominum eſt gloriatus. Vnde pauor mentis & fouea deceptionis, & laqueus captiuitatis eum comprǽhendit. Sicque factum eſt, vt cùm effugere pararet ab anguſtia pauoris, caderet in foueam obſeſſionis, & inde euadere tentans caperetur ab hoſtibus laqueo captiuitatis. Et quare hoc ſibi euenerit ſubiũgendo Scriptura oſtendit: quia nimirũ *Dominus adduxit ſuper Moab annum viſitationis eorum*, hoc eſt, iuſtæ retributionis, vt tandem per calamitatem ſentirent, quod in proſperitate poſiti intelligere noluerunt.

(*In vmbra Eſebon.*) In vmbra Eſebon dicit ſtetiſſe de laqueo fugientes, quia in eius munitione ſperabant ſe aliquid ſolatium habere, ſed fruſtra: quia ignis vindictæ, quæ ex meritis eorum proceſſit, verticem tumultus filiorum Moab iuſto iudice retribuente oppreſſit. Vnde ſequitur.

60

In Sapientia humana confidentibus erit Væ perpetuũ.

(*Væ tibi Moab.*) Nulla enim munitio vrbium ſuarum, nec vlla vis falſorum numinum quæ in Chamos nomine denotata eſt, eos ab hoſtibus eripere, ac defendere præualuit: ſed omnes filij & filiæ eorum in captiuitatem tranſierunt. Sic erit væ perpetuum his, qui confidunt in ſapientia humana, & deſeruiunt erroribus diuerſis, nec volunt audire ſapientiam Dei, & legibus ſubiici diuinis: quia filij & filiæ eorum ſimul cum parentibus ſuis, hoc eſt, diſcipuli cum magiſtris ibunt in captiuitatem, de qua non poſſunt egredi. Quod autem ſequitur.

De Gentium conuerſione tempore Gratiæ.

(*Et conuertam captiuitatem.*) Videtur mihi ſignificare tempora gratiæ: in quibus quicúmque voluerit credere de vniuerſis gentibus, & conuerti ab idolorum cultura, ſpes illi tribuitur ſalutis æternæ: quia non eſt perſonarum acceptor Deus, ſed in omni gente qui timet Deum & operatus eſt iuſtitiam acceptus eſt illi. Et erit iuxta prophetiam Iohel: [b] Quicúmque inuocauerit nomen Domini ſaluus erit.

b Iocl. 2. 32.

61

Circa verſ. 36. cui ferè ſimilis ſententiæ Iſaiæ 16. ita habetur. [c] *Super hoc venter meus ad Moab, quaſi Cythara ſonabit, & viſcera mea ad murum cocti lateris*, ſeu iuxta Sept. *Et interiora mea, velut murus, quem renouaſti.* Nota primò pro literæ ſenſu, hæc quæ Cyrillus Alexandrinus lib. 2. in cap. 16. Iſaiæ Submotis inquit, gaudio & lætitiâ de vineis tuis, & nullo in illis lætante, cum hoc vſu venerit: fient interiora, Cythara, & cantilena, & modulatio ſuper te. Tua enim enunciabo mala, & percelebrabo inflictam tibi calamitatem. Et velut muſicus quiſpiam reſonabo Lyra, & ſic percutiam, & exaudibile faciam carmen, velut murum quem renouaſti. Dixit enim in principio viſionis beatus Propheta: [d] *Noctu peribit Moabitis.* Noctu enim deſtruetur murus Moabitidis. Cùm autem nos ſenſum horum dictorum interpretaremur, diximus, terræmotu facto murum diſruptum fuiſſe Moabitidis, & ante hoſtium conflictum, tantum non de fundamentis commotum, ac Moabiticam regionem quaſi tonitru perterrefeciſſe. Quem etiam refecerunt, ſed irritum planè laborem in hoc ſumentes. Ceperunt namque facilè citra laborem omnem terram Aſſyrij & Babylonij. Sonabunt igitur interiora mea, inquit, in tuis calamitatibus quaſi Cythara, & luctum adeò celebrem edam: quemadmodum ſcilicet murus, qui deiectus eſt, quem refeciſti quidem, verùm inutiliter. Etenim corruente ſuâ ſponte muro, nemo erat vel in tota Moabitide, vel etiam in aliis vrbibus ac prouinciis, quem latebat quod occiderat.

c Iſai. 16. 11.

Cyril. Alex. *Luctus Prophetarum de calamitatibus infideliũ talis, vt per eum illas omnibus notas faciant.*

d Iſai. 15. 1.

62

Pro ſenſu verò morali nota quæ peregregiè philoſophatur Baſilius Magnus prope finem Comment. in cap. 16. Iſaiæ dicens, Non Prophetæ venter aduerſus Moab, quaſi Cythara ſonabit: hoc eſt concinnè & ad Muſicæ artis ſolertem peritiam ſonum edet numeroſum, & artifici ſcientiâ eum quaſi Citharam pulſabit. Ventrem enim dicit ad eum ſenſum, quo & alibi Pſaltes Regius interiora expreſſit: [e] *Benedic anima mea Domino, & omnia interiora mea nomini ſancto eius.* Quis enim ſuis inteſtinis edixit vnquam, vt benedicant nomini Domini? Quin potiùs id congruit naturæ cogitationum ad extra prodeuntium, quarum quidem ordo eſt duplex. Etenim improbæ hæ ſunt, homicidia, adulteria, furta, falſa teſtimonia, & oculus nequam. Alteræ ex diuerſo probæ, & ſalutares, Amor & erga homines benignitas, caſtitas, ſiue temperantia, ſocialis communicatio, benedictio, ſiue bona ominatio, & quæ ſecundùm Deum ſunt teſtimonia, oculus purus, & quæ his aſſimilia ſunt. Itaque hoc pacto omnia interiora in procinctu ſunt, ac ritè diſponũtur ad benedicendum nomini ſancto Dei. Talis legitimè intimam animi affectionem concipit, & pulchrè ſe accommodat gratiarum actioni Deo exoluendæ. Itaque [f] Iſaias interiora animæ ſuæ obtinebat, ceu murum, quem inſtaurarat Deus. Hic

Baſil. Magn. *Venter noſter ſonat quaſi Cythara, quando cogitationes noſtra benedicũt Dominum.*

e Pſal. 102. 1. *Cogitationũ foras prodeũtium duplex ordo.*

f Iſai. 16. 16. *Cogitationes virorum bonorum inſtar muri quem inſtaurat Deus cùm in eas penetrare non ſinantur cogitationes prauæ.*

Hic enim inſtructus eſt & adornatus gratiâ Verbi ipſum innouantis interiorem hominem. Erant enim ipſius cogitationes, tanquam murus inexpugnabilis, ac nullis arietibus euertendus, ſic vt nullus ſurrependi aditus relinqueretur peruerſis cogitationibus, neque ingreſſus vndequaque eum obſidentibus inimicis ad ludificationem & calumniam. Nobis igitur profuerit hiſce præcogitatis & animaduerſis, ad imitandum proponere, ſimul & cum Propheta dicere, *Venter meus, vt Cythara, ſonabit: & interiora mea, quaſi murus quem innouauit Deus.*

63 Hieronym. *In Conuerſione curandum vt venter noſter inſtar Cythara chordis omnibus luctum edat pœnitentia, destructis vitiorum muris.*

Nota etiam quæ & Hieronymus ſuper iiſdem Iſaiæ verbis ad finem lib.6. Comment. ſuorum in Iſaiam, haud admodum à dictis ex Baſilio diuerſa hiſce ait, Deſtructio errore Moabitico, imò falsâ lætitiâ in luctum lachrymaſque mutatâ; *venter meus* Prophetæ (qui inſtar Cytharæ muſicâ arte compoſitus eſt, & qui de Dei timore concipiens, multos liberos procreauit: ita vt nulla ſit chorda, quæ non reddat ſonum ſuum) reſonabit luctum agentis pœnitentiam Moab, *& omnia viſcera mea ad murum cocti lateris*, pro quo interpretatus eſt Theodotio, *ad murum diſſipatum*: Omnia enim contrariorum præſidia, in quibus ante confidebant, deſtruentur & corruent. Hæc ſunt autem viſcera, & interiora Prophetæ, de quibus & Dauid dicebat in Pſalmo.[a] *Benedic anima mea Domino: & omnia interiora mea nomen ſanctum eius.* Quomodo enim Cythara non emittit vocalem ſonum atque compoſitum, ſi ſaltem vna chorda rupta fuerit: ſic ſpiritalis venter Prophetæ, ſi vna in eo virtutum chorda defuerit, non poterit melos dulce reſonare: nec ad latericium murum cunctis clamare viſceribus. Philoſophorum quoque ſententia eſt, hærere ſibi virtutes, & Apoſtoli Iacobi,[b] vt cui vna defuerit, huic omnes deeſſe virtutes.

Virtutibus omnibus præditus ſit qui rectè & inſtar bene concinna Cythara ventre ſuo benedicturus ſit Deum.

a Pſal.102.1.

Virtutes omnes ſimul vnita.

b Iacob.2.10.

64 Hieronym.

Denique circa verſ.37. Nota quæ idem Hieronymus habet lib.32. in Ezech. in cap. 7. ſuper iis verbis.[c] *In omni facie confuſio, & in vniuerſis capitibus caluitium*, dicens: Caluitium quoque capitis, luctus eſt ſignum quando perdit decorem cæſaries; & pulchritudinem comarum amittimus. Denique & ad Ieruſalem dicitur.[d] *Pro ornamento capitis tui habebis caluitium, propter opera tua.* Et alius Propheta:[e] *Omnia*, inquit, *capita in omni loco attondentur: & omnis barba radetur.* Micheas quoque ad eamdem Ieruſalem:[f] *Decaluare*, ait, *& tondere ſuper filios deliciarum tuarum: dilata caluitium tuum ſicut Aquila.* Et[g] ſuper mortuis iubetur fieri caluitium. Soli[h] autem ſancti, hoc eſt Nazaræi, & qui ad Pontificatum Domini meruerunt peruenire, non radunt capita ſua. Neque enim habet mortis opera, nec immundi ſunt; quia Nazaræi, id eſt Sancti Domini ſunt. Quòd ſi iuxta eos quiſpiam mortuus fuerit, omnes dies priſtini non reputabuntur ſanctificationi eorum. Samuel[i] Dei Sanctus erat, & propterea æterna capitis ornamenta poſſedit: audiuitque illud de Cantico Canticorum:[k] *Cincinni tui nigri ſicut Coruus.* Porrò Samſon quia perdidit comam,[l] perdidit fortitudinem: paulatimque renaſcentibus capillis, vires rediêre priſtinæ: vt multò plures moriês quàm viuus occideret.[m] Heliſæus verò licet corporis haberet caluitium: tamen quia Nazaræus Domini erat, cincinnis capitis fruebatur. Vnde paruuli quia paruuli erant, & necdum ad ætatem viri peruenerât, illudentes caluitio eius, atque dicentes: *Aſcende calue, aſcende calue*: ferarum laniati ſunt morſibus, quarum ſaltus ac ſyluæ ſunt habitaculum.

c Ezech. 7. 18.

Caluitium ſignû luctus.

d Iſai.3.24.

e Iere.48.37.

f Mich.1.16.

g Deut.14.1.

h Num.6.5.

Non Radunt capita ſua ſancti quibus nô ſunt opera mortua, & qui nec quid contrahunt immundi.

i 1.Reg.1.11.

k Cant.5.11. Sec.70.

l Iudic.16.19.

m 4.Reg.2.13.

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Διὰ τοῦτο καρ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ὁ αὐλὸς ὑπὸ τῆς βίας τοῦ πνεύματος ἑτέρου φυσῶντος βοᾷ. βιαζόμενοι τοιγαροῦν ὑπὸ τῶν πολεμίων βοήσουσι. κἀγὼ δὲ ὑπὸ τῆς ἑαυτῶν ὕβρεως συνωθούμενος κεκράξομαι ἐπ' αὐτούς.

[Πῶς κατήλλα.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἀντὶ τοῦ, πῶς ἀντεστράφη.

[Ἰδοὺ ὡς ἀετός.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἀετῷ παρείκασε τὸν Ναβουχοδονόσορ καὶ ἰεζεκιὴλ διὰ τὸ σφοδρὸν τῆς ὁρμῆς, καὶ τοῦ κινδύνου τὸ ἄφυκτον, μηδὲν εἰς τοῦτο τῶν ὀχυρωμάτων συναιρομένων, πάσης δὲ γιγνομένης μετὰ πλείστου δέους ἐκ λύσεως, γυναικὸς δίκην μελλούσης τίκτειν.

Verſ. 36. PRopterea cor Moab quaſi tibia, &c.)

65 Olympiod. *Tibiarum proportio cum eo quem per hoſtes afflixerit Deus.*

Olympiodori.] *Tibia ſpiritus vi alterius inſufflantis ſonitum dat. Vim itaque ab hoſtibus patientes clamabunt, & ipſe eorum contumeliâ impulſus clamabo ſuper eos.*

Verſ.39. (*Quomodo commutauit.*)

Olympiod.

Olympiodori.] *Pro, Quomodo in contrarium verſa.*

Verſ.40. (*Ecce ſicut Aquila volabit.*)

Olympiod. n Ezech. 17. 3. *Aquila aſſimilatus Rex Nabuchodonoſor.*

Olympiodori.] *Aquila & Ezechiel*[n] *aſſimilauit Nabuchodonoſorem propter impetus vehementiam, & periculi ineuitabilitatem, nihil conferentibus ad hoc munitionibus, ſed ſummâ ſequente membrorum ſolutione cum maximo pauore inſtar parturientis mulieris.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ. 48.

* Ἀνεπαύσατο Μωὰβ ἐκ παιδὸς, καὶ πεποιθὼς ἦν ἐπὶ τῇ δόξῃ αὐτοῦ τὸ ἀπροσδόκητον κακὸν ἠβουλήθη παρηστῆσαι. βούλεται γὰρ εἰπεῖν, ὅτι ἐξ ἀρχῆς μέχρι τοῦ νῦν πέπονθεν οὐδὲν, οὐχ ὅτι καὶ ἤδη παρὰ τὸ Σιναχηρεὶμ οὐχ ἑάλω. ἢ γὰρ οὐχ ἡττήθη ἐν πολέμοις. τὰ γὰρ τῆς προφητείας τοῦ ἰσαΐου

CAPVT XLVIII.

Cap. 48. Chryſoſt. Verſ.11.

* Verſ. 11. QVieuit Moab à paruulo, & fidens erat ſuper gloria ſua. Malum inexpectatum voluit indicare, & ſenſus eſt, ab initio ad hunc diem nihil perpeſſus eſt: non quòd in bello à Senachirim non fuerit capta. Iſaiæ[o] enim vaticinia contra

o Iſai. 15.1.

ἰσαίου κατὰ τῆς Μωαβίτιδος, ἐξῆλθεν ἐπὶ τοῦ Σεναχειρήμ. ἀλλὰ βούλεται κατὰ σύγκρισιν τῶν παρόντων μηδὲν αὐτὴν πεπονθέναι. οὐδὲ γὰρ ἐνεδέχετο παντάπασιν ἀλύπως αὐτὴν διαγαγεῖν. ἢ βούλεται σημᾶναι τὸ χρόνιον τῆς ἀνέσεως· οὐδὲ γὰρ ὀλίγος ἀριθμὸς ἐτῶν ἐστὶν ἀπὸ τοῦ Ἐζεκίου, ἐφ' οὗ καὶ πέρας τὰ κατὰ τὸν Σεναχηρεὶμ ἔλαβε, μέχρι τῆς ἁλώσεως τῆς ἐσχάτης Ἱεροσολύμων, καὶ τῆς κατὰ τῶν λοιπῶν ἐθνῶν ἀνόδου τοῦ Ναβουχοδονόσορ. ὅτι δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, μηνύει τὰ ἐπαγόμενα.

Καὶ οὐκ ἐνέχεεν ἐξ ἀγγείου εἰς ἀγγεῖον, καὶ εἰς ἀποικισμὸν οὐκ ᾤχετο. διὰ τοῦτο ἔστη γεῦμα αὐτοῦ ἐν αὐτῷ, καὶ ὀσμὴ αὐτοῦ οὐκ ἐξέλιπεν.] παραδείγματι ἐχρήσατο, ἵνα αὐτοῦ τῆς ἀνέσεως τὸν χρόνον σημάνῃ, ὡς γὰρ οἶνος φησὶ βληθεὶς εἰς ἀγγεῖον ἐπὶ πλεῖστον χρόνον φυλαττόμενος, καὶ μὴ μεταβαλλόμενος, τὴν μὲν τρύγα καθίησιν εἰς τὸν τοῦ ἀγγείου πυθμένα, εὐώδης δὲ γίνεται, καὶ ἡδὺς πρὸς πότον. οὕτω φησὶ γέγονε καὶ ὁ Μωὰβ ἀνήδη ἐπὶ πολλῷ τῷ χρόνῳ καὶ ἔχει τὴν οἰκείαν σύστασιν, καὶ περίφημος ἐπὶ τῇ εὐκοσμίᾳ γεγένηται, ἀλλ' οὔπω γε εἰς τέλος διαμενεῖ, δίκην δὲ δώσει τοῦ θεοῦ ἀποφηναμένου.

Καὶ ἐξαποστελῶ αὐτῷ κλίνοντας, καὶ κλινοῦσιν αὐτόν.] ὁ ἑβραῖος, ἰῶντας ἔχει. τῇ γὰρ μεταφορᾷ ἐπέμεινε· δήλη δὲ ἡ ἔννοια, καὶ ἀπὸ τῆς τοῦ ἑλληνικοῦ ἑρμηνείας.

* Κατάβηθι ἀπὸ δόξης, καὶ κάθισον ἐπὶ ὑγρασίαν, τουτέστιν, ἀπὸ τοῦ ὕψους εἰς ἔδαφος. ἀνάγγειλον ἐν Ἀμμὼν, ὅτι ὤλετο Μωάβ, καὶ κρίσις ἔρχεται ἐπὶ τὴν γῆν τοῦ μισώρ. ἐπὶ χηλὼν, καὶ ἐπὶ ἀσὰ καὶ τὰ ἑξῆς.] μισώρ. τουτέστι, τῆς πεδιάδος. χηλὼν δὲ καὶ τὰς λοιπὰς πόλεις λέγει, ὡς ἐν τῇ πεδιάδι κειμένας.

Κατεάχθη κέρας Μωὰβ, καὶ τὸ ἐπίχειρον αὐτοῦ συνετρίβη φησὶ κύριος.] τουτέστι, τὰ ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ ὅπλα.

* οὐχὶ κατὰ τὸ ἱκανὸν αὐτοῦ, οὕτως καὶ οἱ βραχίονες αὐτοῦ. τουτέστιν, οὐκ ἀξίως τῆς φήμης ἔπραξαν. ἰσχυρὰ μὲν γὰρ νενόμισται ὤφθη δὲ ἀσθενὴς ἐν πολέμοις ἐπὶ Μωάβ.

Πάντοθεν βοήσατε ἐπὶ ἄνδρας τείχους κουράδας ἀχμοῦ.] τὸ δὲ, ἐπὶ ἄνδρας τείχους, τουτέστι, τοὺς ἰσχυρούς· τὸ δὲ κουράδας ἀχμοῦ. τουτέστι, κιθάρας μέλους ἵνα εἴπῃ, καθέλετε αὐτὴν ἀξίαν θρήνων πεποιηκότες ἐπάγει γοῦν καὶ μέλος ἐρεῖ ἡρμήνευσε γὰρ τὸ κουράδας ἀχμοῦ. τουτέστιν, ὥσπερ ἐν κιθάρᾳ, οὕτως πενθοῦσα ἐμμελῶς ἀνακλαύσεται εἶτα προϊὼν πάλιν φησί.

* Διὰ τοῦτο καρδία τοῦ Μωὰβ ὥσπερ αὐλοὶ βομβήσει καρδία μου ἐπ' ἀνθρώπους τείχους κουράδας ἀχμοῦ, ὥσπερ αὐλοὶ βομβήσει, τουτέστι, περὶ τοὺς ἰσχυροὺς ἄνδρας, ὥσπερ μέλος κιθάρας ἢ αὐλῶν ἦχος γενήσεται τὸ πένθος. ὁ δὲ ἑβραῖος οὕτως ἔχει. καὶ ἠχήσει πάλιν ἐπὶ τοῦ τείχους τοῦ ἔχοντος αἰπεινάδας ἰσχυροὺς τεῖχον δὲ καλεῖ τὸν βασιλέα. αἰπεινάδας

contra Moabitidem effectum ſortita ſunt tempore Senachirim, ſed quòd ſi præſentia conſiderentur, nihil paſſa eſt; haud enim fieri poterat, vt ea ſine mœrore omnino tranſigerent. Vel tempus quietis ſignificare vult. Nec enim minimus eſt annorum numerus, ſi à tempore Ezechiæ computentur, quo res è Senachirim geſtæ finem habuêre, vſque ad vltimam Ieroſolymorum captiuitatem, & reditum Nabuchodonoſoris ad reliquas Gentes. Hæc porrò ita ſe habere indicant ea quæ ſubduntur.

Et non effundebant de vaſe in vas, & in transmigrationem non abiit; ideo erit guſtus eius in ipſo, & odor eius non defecit. exemplo vſus eſt, vt eius quietis tempus ſignificaret. Veluti enim vinum, ait, in vaſe obſeratum, ſi multi temporis ſpatio cuſtoditum non commutetur, fæcem in vaſis fundo deponit, odorem tamen, & ſuauitatem ſibi comparat: ſic ait & Moab quieuit immorus multo tempore, propriámque ſubſtantiam habet: & celebris ob pulchritudinem factus eſt, ſed non ſemper ſimilis erit, imò Deo ſic ſtatuente, pœnas dabit.

Verſ. 12. *Et mittam ei ſternentes & ſternent eum.* Hebræus *Exhaurient*, habet: perſiſtit enim in metaphora. Verùm & ex interpretatione Græca manifeſta eſt ſententia.

Chryſoſt. Verſ. 18.

* Verſ. 18. *Deſcende de gloria, & ſede in humiditate.* Id eſt ex altitudine in pauimentum.

Verſ. 20. 21. *Annuncia in Amon quia periit Moab. Et iudicium venit in terram Miſor, ſuper Chalom, & ſuper Aſa.* & quæ ſequuntur. Miſor, campi ſcilicet. Chalom verò, & reliquas ciuitates enumerat vt ſitas in campis.

Verſ. 25. *Confractum eſt cornu Moab, & brachium eius contritum eſt, ait Dominus*, arma nempe quæ præ manibus habebat.

Chryſoſt. Verſ. 30.

* Verſ. 30. *Non iuxta quod ſatis ei erat, ſic & brachia illius.* hoc eſt tantæ famæ facta non reſponderunt. Etenim exiſtimabatur eſſe fortis; tamen in prœliis ſuper Moab commiſſis imbellem ſe præſtitit.

Verſ. 31. *Vndique clamate ſuper viros muri tonſos ſqualloris. Super viros muri.* Fortes ſcilicet. *Tonſos ſqualloris.* hoc eſt Cithara cantionis: quaſi diceret. Proiicite eam, efficientes dignam quam lachrymis proſequantur. Igitur ſubdit, & *Cantum dicet.* Interpretatus enim eſt. *Tonſos ſqualloris*, hoc eſt veluti in Cithara ſic eiulans cum melodia lachrymas edet. Deinceps ſubſequens, iterum inquit.

Chryſoſt. Verſ. 36.

* Verſ. 36. *Idcirco cor Moab, quaſi tibiæ lumbos edet cor meum ſuper viros tonſos muri ſqualorũ, quaſi tibia ſonabit.* Hoc eſt circa viros fortes: quaſi Citharæ cantus, vel tibiarum ſtrepitus planctus erit. Hebræus ſic habet. *Et ſonabit iterum*

βασιλέα δὲ τὸν λαόν. ἐν ἑκατέρῳ δὲ σώζεται ἡ αὐτὴ ἔννοια.

Ὅτι πῦρ ἐξῆλθεν ἐξ Ἐσεβὼν φλὸξ ἐκ πόλεως Σιὼν, καὶ κατέφαγε ἀρχηγοὺς Μωάβ. τούτοις τοῖς ῥητοῖς ἐχρήσατο Μωυσῆς ἀθρόαν τότε τὴν ἀπώλειαν τῆς Μωὰβ μηνύσας ἀπὸ τῶν τῆς Ἐσεβὼν οἰκούντων. ἵνα τοίνυν εἴπῃ, ὅτι τὴν ὁμοίαν τιμωρίαν πείσεται καὶ νῦν, ἣν πάλαι ὑπέστη.

Καὶ ἐξηρεύνησεν υἱοὺς Σαών.] ὁ ἑβραῖος, καὶ ἐξήλειψε τοὺς κυρίους τῶν βωμῶν. ἀντὶ γὰρ τῶν βωμῶν, τὸ Σαὼν ἔφη. δέον γὰρ θεῖναι Βαμὼθ, βωμὸν σημαίνει. οὕτω δὲ κεῖται καὶ παρὰ τῷ ἑβραίῳ.

iterum super muro habente concursus fortes. Murum vocat Regem; concursus, Populum, & est eadem sententia in vtroque.

Vers. 45. *Quia ignis egressus est de Esebon, & flamma de medio Sion & deuorauit principes Moab.* His dictis vsus est Moyses,[a] indicans repentinam Moabitidis ruinam ab his qui Esebon incolebant. Ac si diceret, similem nunc punitionem quam olim perpessa est, subibit.

Vers. 46. *Et perquisiuit filios Saon.* Hebræus *& euasit Dominos ararum:* loco enim *ararum, Saon.* posuit, cùm opus esset ponere *Baamoth* quod aram significat. verùm sic est in Hebræo.

[a] Exod. 15. 15.

Capitis 49. à vers. 1. vsque ad 7. Sectio Prima.

TEXTVS VVLGATÆ.

1 AD filios Ammon. Hæc dicit Dominus: Numquid non filij sunt Israel? aut hæres non est ei? Cur igitur hæreditate possedit Melchom, Gad: & populus eius in vrbibus eius habitauit?

2 Ideo ecce dies veniunt dicit Dominus: & auditum faciam super Rabbath filiorum Ammon fremitum prælij, & erit in tumulũ dissipata, filiæque eius igni succendentur, & possidebit Israel possessores suos, ait Dominus.

3 Vlula Hesebon, quoniam vastata est Hai, clamate filiæ Rabbath, accingite vos ciliciis: plangite, & circuite per sepes: quoniam Melchom in transmigrationem ducetur, Sacerdotes eius, & principes eius simul.

4 Quid gloriaris in vallibus? defluxit vallis tua filia delicata, quæ confidebas in thesauris tuis, & dicebas quis veniet ad me?

5 Ecce ego inducam super te terrorem, ait Dominus Deus exercituum, ab omnibus qui sunt in circuitu tuo, & dispergemini singuli à conspectu vestro, nec erit qui congreget fugientes.

6 Et post hæc reuerti faciam captiuos filiorum Ammon, ait Dominus.

TEXTVS SEPTVAGINTA.

1 *Filiis Ammon sic dixit Dominus: Numquid filij non sunt in Israel? vel qui accipiat hæreditatem, non est eis? Cur hæreditate accepit Melchol ipsam Galaad, & populus eorum in ciuitatibus eorum inhabitabit?*

2 *Propterea ecce dies veniunt, ait Dominus, & auditum faciam super Rabbath tumultum bellorum: & erunt in inuium, & in perditionem: & aræ eius in igne comburentur, & assumet Israel principatum suum.*

3 *Vlula Esebon, quia periit Gai: Clamate filiæ Rabbath; accingimini saccis, & plangite; quia Melchom ibit in transmigrationem, Sacerdotes eius, & principes eius simul.*

4 *Quid exultatis in Campis Enacim? filia impudentiæ, quæ confidisti in thesauris, quæ dicebas, quis ingredietur super me?*

5 *Ecce ego porto timorem super te, ait Dominus, ab omni circuitu tuo: & dispergemini vnusquisque in faciem suam: & non est qui congreget.*

PARAPHRASIS CHALDAICA.

1 *AD filios Ammon hæc dicit Dominus: Num filios non habet Israel, aut hæres non est ei? Quare hæreditate possedit Rex eorum terram Gad, & populus eius in ciuitatibus eius habitauerunt.*

2 *Propterea ecce dies veniunt, dicit Dominus, & audire faciam apud Rabbath filiorum Ammon strepitum bellatorum, & erit in aceruum desolationis, & habitatores vicorum eius igni comburentur, & possidebunt filij Israel substantias populorum qui possidebant eas, dicit Dominus:*

3 *Vlulate habitatores Hesbon; quia direpta est Hai, clamate habitatores villarum Rabbath, accingite saccos, plangite & lacerate vos in turbis; quia Rex eorum in transmigrationem ibit, ministri eius, & principes eius simul.*

4 *Quid tu gloriaris in valle tua? Desolata est fortitudo tua, regnum insipiens, quod confidebat in domo thesaurorum suorum, & dicebat: Quis ingredietur ad me?*

5 *Ecce ego inducam super te timorem, dicit Dominus Deus exercituum, ab omnibus qui in circuitu tuo sunt; & dispergemini vnusquisque contra faciem suam; & non erit qui congreget dispersos.*

6 *Et post hæc reducam transmigrationem filiorum Ammon dicit Dominus.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

THeodoritus[1] Transit sermo Propheticus ad filios Ammon: quibus dicit Dominus omnium. *(Et filij non sunt in Israel? An non est in eis, qui assumat? Quare Melchon accepit Galaad? & populus eorum in vrbibus eius inhabitat?* Decem tribus possidebant Galaad item regionem illis ergo ductis in captiuitatem occuparunt eam Ammonitæ: quibus ait Deus, Populum contempsistis an me? προσλαμβανόμενος verò, id est, qui assumat dixit pro ἀναλαμβανόμενον, id est, pro eo qui sumit vires, & adiuuat seipsum. Melchom autem, idolum erat filiorum Ammon. Putatisne, inquit, illud quod non est, potentius esse me, qui semper sum? *Propterea ecce dies veniunt dicit Dominus, & auditum faciam in Rabbath filiorum Ammon, tumultum bellorum.)* Rabbath vrbs erat Arabiæ τὸ δὲ ἀκουστῶ, id est auditum faciam,

[1] Theodorit.

Galaad regionem occuparunt Ammonitæ translatis decem tribubus ab Assyriis.

Melchom Idolum Ammonitarum.

Rabbath erat vrbs Arabiæ.

faciam, idem est quod, audiri faciam. (*Et erunt in inuium: & interitum & altaria eius igne succendentur: & assumet Israel principatum suum, dicit Dominus.*) Perseuerat autem in prædictione eorum quæ euentura sunt Ammonitis. (*Vlula Hesebon: quia periit virtus tua. Clamate filiæ Rabbath, induamini saccis, & plangite, & discurrite per muros, quia Melchom abibit in migrationem, & Sacerdotes eius, & principes eius simul.*) Demonstrauit imbecillitatem Idolorum. Ipsa enim cum adoratoribus abierunt in captiuitatem. (*Quid exultatis in campis Enacim? Effluxerunt campi tui, filia ignominiæ.*) Impudentiam eius arguit ad temeritatem, quam de diuitiis ostendebat, quod etiam indicant sequentia: (*Quæ confidebat in thesauris suis, & dicebat, Quis accedet ad me?*) Et quia res conspicuas attendebat, ignorabat autem Deum inuisibilem, ostendit quis sit, qui plectat. (*Ecce ego inducam in te timorem, dicit Dominus exercituum, ab omni circuitu tuo.*) Vndecúmque inquit, current, qui tibi nuntient, exercitum hostium aduentare. (*Et dispergemini vnusquisque ante faciem suam: & non erit qui congreget peregrinum.*) Non enim vna fugietis: sed timore immodico dissipabimini. Prædicit verò illis etiam reditum: ne superbiant Iudæi, vtpote soli regressum adepti.

Ex Diuitiis impudentia, & temeritas redarguta.

Ammonitis quoque prædici Deus voluit reditū è captiuitate, ne superbirēt Iudæi.

2 Rabanus.

Rabanus Maurus. (*Hæc dicit Dominus ad filios Ammon, &c.*) Post Moab igitur ad filios Ammon sermo diuinus conuertitur, & increpat eos quòd ausi sunt terram Israelitarum infestare, & hæreditatem Domini inuadere: prænuntians eis debitam vltionem inde imminere, & Israel possessores suos possessuros esse.

(*Vlula Esebon, &c.*) Quòd Esebon vrbs fuerit magna Amorrhæorum, supra iam dictum est. *Ar* quoque Metropolis ciuitas fuit Moabitarum: quæ hodie ex Hebræo, & Græco sermone composita, Ariopolis nuncupatur. Nam & plerique æstimant quòd *Ares*, id est, Martis ciuitas interpretetur. Meritóque prædicitur, sceleris vindicta his ciuitatibus: quia non solùm Deum contempserant diripientes, & deuastantes populum eius, sed etiam idolum in loco Dei pro numine coluerunt, appellantes illud Rex meus: [a] *Quia omnes dij gentium dæmonia, Dominus autem cælos fecit.* Et maledictus est ille, qui seruit diis alienis, & non vult exhibere seruitium soli atque vni Deo, vero Patri, & Filio & Spiritui sancto.

a Psal. 95. 5.

(*Quid gloriaris in Vallibus?*) Vallium nomine fructuum abundantiam designat, in qua Ammonitæ confidentes minimè ad penuriam se posse venire arbitrati sunt: sed Domini verbo prænuntiatur eis deuastatio & dispersio futura.

Vallium nomine significata abundantia fructuum.

3

Quia & apud Ezechielem cap. 25. Simile est vaticinium contra filios Ammon: ad maiorem præsentis Prophetiæ Ieremiæ illustrationem non erit abs re si primùm ipsa Ezechielis verba ponamus: Tum & quæ super ea in suis Comment. ait Hieronymus, Dicit ergo Ezechiel, [b] *Et factus est sermo Domini ad me dicens: Fili hominis, pone, (siue, obfirma) faciem tuam contra filios Ammon, & prophetabis de eis, & dices filiis Ammon: Audite verbum Domini Dei: Hæc dicit Dominus Deus: Pro eo quòd dixistis, euge, euge super Sanctuarium meum, (siue quia gauisi estis super Sanctuarium meum) quia pollutum est, & super terram Israel, quia desolata est super domum Iuda, quia ducti sunt in captiuitatem: Idcirco ego tradam te filiis Orientalibus (siue kedem) in hæreditatem, & collocabunt caulas suas in te, & ponent in te tentoria sua, ipsi comedent fruges tuas, & ipsi bibent lac tuum (siue vbertatem tuam) daboque Rabbath in habitaculum Camelorum (siue Ciuitatem Ammon in pascua Camelorum,) & filios Ammon in cubile pecorum, & scietis quia ego Dominus. Quia hæc dicit Dominus Deus: Pro eo quòd plausisti manu, & percussisti, siue insonuisti) pede, & gauisa es ex toto affectu (siue insultasti ex animo tuo) super terram Israel: idcirco ego extendam manum meam super te, & tradam te in direptionem gentium, & interficiam te de populis, & perdam de terris, & conteram: & scies quia ego Dominus Deus.*

b Ezech. 25. 1.

Hieronymus Comment. in cap. 25. Ezech. (*Et factus est sermo Domini, &c.*) Capta, vel obsessa Ierusalem, postquam venit in Babylonum qui poterat euadere, & nunciauit vrbem iamiamque capiendam, vel cum templo esse subuersam: iuxta consuetudinem omnium Prophetarum aduersùm cæteras in circuitu nationes, quæ insultauerant ruinæ Ierusalem, templique incendio, sermo conuertitur prophetalis, primúmque contra filios Ammon, qui habebant metropolim nomine Rabbath, quæ hodie à Rege Ægypti Ptolemæo cognomento Philadelpho, qui Arabiam tenuit cum Iudæa, Philadelphia nuncupata est. *Fili*, inquit, *hominis, pone siue obfirma faciem tuā contra filios Ammō*, qui de Lot stirpe generati sunt, *& dices ad eos: Hæc dicit Dominus Deus*, (non sunt enim Prophetæ verba, sed Domini: De obfirmatione vultus, in hoc eodem Propheta pleniùs disputauimus,) Pro eo quòd dixistis, euge euge, siue insultastis & gauisi estis, quia templum & Sanctuarium meum hostium ingressione pollutum est, & super terram Israel, quoniam desolata est, & specialiter super domum Iuda, id est duarum tribuum, quæ nunc ductæ sunt in captiuitatem: propterea & ego tradam te filiis *kedem*, quos Orientales interpretati sumus. Nullique dubium est Madianitas, & totam eremi vastitatem adiacere terræ Arabiæ, qui habent Camelorum greges, ouiúmque & Caprarum multitudines, & his opibus victitant. Quod & terræ Israel in Iudicum libro [c] audisse narrat historia: quando venerunt Madianei, & depasti sunt vsque Galam omnes regiones eorum: μεταφορικῶς, ergo per Madianeos, Ismaelitas, & Agarenos, qui nunc Sarraceni appellantur, assumentes sibi falsò nomen Saræ: quòd scilicet de ingenua & Domina videantur esse generati, Scriptura significat: Diciturque de Rege Nabuchodonosor & omni eius exercitu, quòd veniat & capiat vrbem Rabbath: quæ vel propriè hoc appellatur nomine, vel ob magnitudinem. Rabbath enim maxima dicitur.

4 Hieron.

Rabbath metropolis Ammonitarum Philadelphia postmodū appellata à Ptolemæo Philadelphio.

De malo alieno non lætandum.

c Iudic. 6. 7.

Et ne dubitemus Nabuchodonosor subuertisse Arabiam, postquam capta est Ierusalem, supra Scriptura testatur: [d] *Et tu fili hominis, pone tibi duas vias, Ammon, & Ierusalem, & veniet gladius Regis Babylonis.* Et iterum: *In capite viæ ciuitatis conijciet, viam pones, & veniat gladius ad Rabbath filiorum Ammon, & ad Iudam in Ierusalem munitissimam.* Et rursum: *Hæc dicit Dominus Deus ad filios Ammon, & ad opprobrium eorum.* Venient ergo filij *kedem*, & collocabunt caulas suas quasi pastores, figéntque tentoria. Ipsi vastabunt fruges tuas, & bibent lac, & vbertatem terræ, immissis gregibus Camelorum & omnium populorum: ita vt sint filij Ammon in cubile pecorum, & malorum necessitate intelligant, quod ipse sit Dominus, qui & futura prædixit, & vt fierent imperauit. Nec hoc

d Ezech. 21. 19.

suffecit filiis Ammon, vt insultarent & dicerent, euge euge super templo & Sanctuario Domini, quod pollutum erat diuersarum introitu nationum: sed tanta fuit insultandi lasciuia, vt cunctus simul populus manibus & pedibus concreparet, & ex toto cordis clamaret affectu: eò quòd terra Israel esset desolata. Propterea non per Angelos, neque per alia ministeria, sed ipse Dominus extendens manum suam ad percutiendū, tradet eam in direptionem, nequaquam Camelis, & ouium gregibus, sed manifestiùs gentibus: vt de populorum numero penitus eradicetur, & pereat, & redigatur ad nihilum: & postquam contrita fuerit, tunc intelligat quòd ipse sit Dominus, qui cuncta diiudicet, & in omnes terras habeat potestatem.

5 *Hæretici aptissimè designati in Ammonitis filiis Loth ob incestu.*

Possumus iuxta tropologiam filios Ammon intelligere (qui de Lot [a] in spelunca generati sunt femine, & generati in ebrietate & incestu) omnes hæreticos de quibus dicit & Apostolus Ioannes: [b] *Ex nobis exierunt, sed non fuerunt ex nobis. Si enim fuissent ex nobis, permansissent vtique nobiscum*: Isti enim de inclinatione orti sunt (hoc enim Lot in linguam nostram vertitur.) [c] *Quia omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonū, non est vsque ad vnum.* Aduersùm hos ponitur siue obfirmatur facies prophetalis, vt eos suâ austeritate conterat, & dicit eis: Quia insultastis Ecclesiæ meæ tēpore persecutionis: diuersorúmque vitiorum, quòd pollutum esset Sanctuarium meum (siue eorum vitio qui mihi seruiebant, siue hostium crudelitate, qui meos persequebantur.) Et quòd terra Israel, hoc est sensus videntes Deū, esset desolata virtutum choro, & quoniam filij domus Iuda, id est Deum confitentis, in qua est vera fides & recta confessio, ducti sint in captiuitatem, & seruite Domino desierint, Idcirco ô omnis insultans, traderis filiis Orientalibus, qui de vero lumine sunt profecti, & tradèris in hæreditatem, vt tu quoque discas Dominum confiteri. Et per translationem dicitur, quòd filij Orientis ponant super eos caulas suas, & figant tentoria, & bibant lac, & comedant fruges: & ciuitas quondam superbiæ fiat in habitaculum Camelorum, [d] qui possint deposito onere peccatorum intrare per foramē acus, & in cubile peccatorum, quæ reguntur à pastore bono: Vt cùm hoc fecerint, misti & traditi Orientis pastoribus, intelligant quid ipse sit Dominus, Rursúmque exprobrat eis, quare insultauerint nimio cordis affectu ruinis populi Dei, & terram Israel, putauerint omnino desertam, pro quo mereantur manum vlciscentis Dei: vt qui excesserant modum exultationis, & gaudii super ruina domus Iudæ, nequaquam tradantur filiis Orientis, sed sint in direptionem cunctarum gentium, & interficiantur de populis, & pereant & conterantur: & nequaquam de stirpe Abraham, sed de cunctis nationibus esse credendi sint, & tunc malorum agnoscant magnitudine, & contritione suâ, & interfectione populi, quòd ipse sit Dominus. Quod generaliter de Ecclesia intelleximus, super vnumquémque Sanctorum intelligi potest, ad quorum ruinam gaudent sæculi homines, & aduersariæ potestates: si multi temporis perdiderint pudicitiam: dum mali consolationem suorum scelerum putant, si plures habeant consortes criminum, atque supplicij: & hoc nemo faciat, nisi fuerit filius Ammon, hoc est filius populi, qui in declinatione generatus est.

Hæretici magna cum Dei offensione insultant Ecclesiæ, cùm persecutionibus concutitur, & cùm illius fideles vitiis polluti sunt.

a Genes. 19. 36.
b 1. Ioan. 2. 19.
c Psal. 13. 3.
d Luc. 18. 25.

Hæreticis exultantibus de Catholicorum ruina, quàm acriter à Deo puniēdi.

De Casu spiritualium in criminis alicuius ruinam exultant dæmones, & impij quoque.

6 Theodorit.

Theodoritus Comment. in Ezechielem super eumdem locū cap. 25. non censet ibi agi de euersione Ammonitarum facienda à Rege Nabuchodonosor, à quo vastata est Iudæa, idque vt Dei comminatio maiorem vim habeat, vt sensus sit. Quando gauisi estis filij Ammon, dedicatum mihi templum ab improbis, nefariisque hominibus conculcatum cernentes, ac terram Israel desolatam, tribúmque Iuda in seruitutē redactam, vos in eorum redigam potestatem, qui Babyloniis multò fuerint inferiores & imbecilliores, qui quidem vos multis afficient calamitatibus, tentoria in vrbibus tuis collocantes, Camelorum autem greges in tuis agris pascentes, vosque ipsos ouium constituentes pastores, cùm hæc igitur vobis acciderint, intelligetis non propter meā imbecillitatem perpessum esse, quę passas est populus meus, sed propter suam improbitatem.

Ammonitæ post Iudaæ euersionem à Chaldæis, sub acti fuère ab Arabibus, & Sarracenis.

Calamitates fidelium non arguunt Dei impotentiam, sed illorum potiùs improbitatem.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Τοῖς υἱοῖς Ἀμμών.]

Ὀλυμπιοδώρου.] Ἀμμανίτας, ἀπὸ τοῦ Ἀμμὰν ὄντες.

[Εἰς παραλειψόμ.]

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] ἀντὶ τοῦ παραληψόμενος. σύμμαχος ἐξέδωκεν καὶ κληρονόμος οὐκ ἔστιν αὐτῷ. βούλεται δὲ λέγειν, ὡς ἀδίκως τὰ ἀλλότρια κατέσχον Ἀμμανῖται ὅσον πρὸς αὐτούς, εἰ καὶ κατὰ θεοῦ κρίμα δικαίως ἐπὶ τιμωρίᾳ τῶν ἀσεβούντων. ἡ δὲ ἐκδίκησις ἐπὶ τῶν ἀλλοτρίας ἁρπασάντων κληρονομίας δικαία, καὶ μάλιστα κατὰ τῶν ἀσεβῶς ὑπολαμβανόντων, ὅτι θεὸς αὐτῶν μολχὸλ ἔδωκεν αὐτοῖς ἰσχύσας. δι' ὧν δὲ πείσονται, τὸ μηδὲν ἰσχυκέναι φανῆται. εἶχον γὰρ τὴν Γαλααδῖτιν αἱ δέκα φυλαί, ἣν κατεῖχον Ἀμμανῖται μετὰ τὴν ἅλωσιν.

Ὀλυμπιοδώρου.] παραληψόμενος, ἀντὶ τοῦ κληρονόμος φησίν. οὐκ ἔστιν ἐν υἱοῖς Ἰσραὴλ ὁ ὀφει-

Vers. 1. **F**ILIIS *Ammon.)*

7 Olympiod.

Olympiodori.] *Ammonitis Ammon filio Lot.*

Ex vers. 1. *(Vel qui accipiat hæreditatem.)*

Incertus.

Incerti.] *Pro,* qui accipiat, *Symmachus reddidit,* Et hæres non est ei. *Vult porrò dicere, Ammonitas iniustè, quantùm in illis erat, res alienas possedisse, & si secundum Dei iudicium iustè in impiè agentium pœnam. Vltio autem in eos, qui alienas hæreditates rapuerunt, iusta est, & præsertim contra impiè existimantes Deum suum Molchol suis viribus illis dedisse, sed nihil illum valuisse constabit per ea quæ ipsi patientur. Possidebant quippe Galaditidem decem tribus, quam post captiuitatem Ammonitæ occuparunt.*

Vltionē quā iustè excipiat Deus de impiis illis quos castigauit populum suū.

Olympiod.

Olympiodori.] *Qui accipiant, id est, Hæres, ait, non est in filiis Israel, cui debeatur hæreditas*

vrbium

λων κληρονομῆσαι τὰς πόλεις τ φυλῆς τ Γαλαάδ ὅτι ταύτας εἰλήφασιν οἱ Ἀμμανῖται.

Διατί παρέλαβε.]

Ὀλυμπιοδώρου.] μολχὸλ καὶ εἴδωλον, καὶ βασιλεὺς Ἀμμανιτῶν οὕτω καλούμενος.

Ὀλυμπιοδώρου.] ῥαββάθ, πόλις Ἀμμανιτῶν.

[Ἀλλάξον.]

Βίκτωρος.] Ἐσεβὼν δὲ, ἡ νῦν Ἰεβοὺς καλουμένη τ Ἀραβίας πόλις. ἡ δὲ Γαὶ μέχρι καὶ νῦν τῇ πέτρᾳ παράκειται κελεύει δὲ καὶ τὰς ὑπὸ Ραββὰθ κώμας καὶ πόλεις θρηνῆσαι, αὗται γὰρ αὐτῆς θυγατέρες. διαδραμεῖν τε διὰ φραγμοὺς ἀπὸ τ ἐκ τ πολεμίων φυγῆς, διαπεσούσης αὐτῶν τ ἐλπίδος, καὶ τ Μολχὸλ αἰχμαλώτου, εἰς ὃν ἐπεποίθεισαν. φεύγουσα γὰρ ἀγαλλιάσῃ φησὶν, ἐστερημένη γενομένη, καὶ τὰς ἐρήμους διώκουσα. τὸ δὲ ἀγαλλιάσῃ, καὶ ὡς ἐν ἤθει || νοοῦμεν. ἦν δὲ Ζὲβ, πόλις Ἀμμὼν, καὶ νῦν, δὲ κώμη, ὡς ἀπὸ δεκαπέντε σημείων Ῥαββὰθ, τ νῦν καλουμένης Φιλαδελφείας. περὶ δὲ Ἀχὶμ εἴρηται πρότερον. ἐν τοῖς πεδίοις τούτων ἀγαλλιάσῃ, τουτέστι δώσεις δίκην. σὺ δέ φησιν, ἐθάρρεις πλούτῳ ἐχθρῶν περιγίνεσθαι. ἀλλ' οὐδὲν δυνήσῃ φησίν. ὁ γὰρ κολάζων, ἐγώ. τοῖς ὁρωμένοις γὰρ προσεῖχε, καὶ τὸν ἀόρατον ἠγνόει θεόν.

|| ὡς ἐπαγγελίᾳ.

Περιζώσασθε.]

Ὀλυμπιοδώρου.] τ πόλεσι τ Ἀμμανιτῶν παρεγγυᾷ τὰς ἀλλήλων ὀλοφύρεσθαι συμφοράς.

[Ἀγαλλιᾶσθε.]

Ὀλυμπιοδώρου.] Μανικῶς καὶ ἐλεεινῶς κόψασθε.

[Θυγάτηρ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ὁ Ἐνακὶμ κατ' ἀρχὰς ἐκείνην ᾤκει τὴν γῆν. ὀλίγον οὖν φησι μέλλετε χαίρειν ἐν ἐκείνῃ τῇ γῇ. μετ' οὐ πολὺ δὲ αἰχμαλωτίζεσθε.

Τῆς αὐτῆς.] ἀντὶ τ ἀπηνὴς καὶ ἀπαίδευτε. πρὸς δὲ τὴν γῆν τ Ἀμμανιτῶν ὁ λόγος.

[Καὶ διασπαρήσεσθε.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἀντὶ τ, ὅπου ἂν ἕκαστος δυνηθῇ.

A urbium tribus Galaad, vt eas acciperent Ammonitæ.

Ex verſ 1 (*Cur hæreditate accepit Melchol.*)

Olympiodori.] *Molchol & Idolum, Rexque Ammonitarum ita vocatus.* — Olympiod.

Olympiodori.] *Rabbath vrbs Ammonitarũ.* — Olympiod.

Verſ. 3. (*Vlula Eſebon.*) — 8

Victoris.] *Eſebon verò, quæ nunc Iebus vocatur vrbs Arabiæ, Gai verò ad hanc vſque diem Petræ adiacet, præcipit etiam vicos vrbeſque poſitas ſub ditione Rabbath plangere; nam illæ erant* B *filiæ eius; & circumire per ſepes, dum irruentes hoſtes fugiunt earum ſpe in nihilum redacta, captoque Molchol in quem ſperabant fugiens enim exultabis ait, transfuga effecta, & deſerta, requirens illud porrò exultabis, vt contrarium intelligatur. Erat autẽ Zeb ciuitas Ammon, & nunc vicus ad quindecim milliaria diſtans à Rabbath, quæ nunc Philadelphia nuncupatur. De Aarim ſuperiùs dictum eſt. In campis horum exultabis, hoc eſt dabis pœnas: tu verò, inquit, ſperabas tuis opibus te hoſtes ſuperaturam: ſed nihil valebis qui* C *enim punit ego ſum, nam illis quæ viſu cerni poſſunt attendebat & inuiſibilem Deum ignorabat.* — Victor. — Exultandi verbũ vſurpatũ pro pœnas dare.

Ex Verſ. 3. (*Accingimini ſaccis.*) — 9

Olympiodori.] *Vrbs Ammonitarũ hortatur, vt calamitates ſuas mutuò deplorent.* — Olympiod.

Verſ. 4. (*Quid exultatis.*)

Olympiod.] *Furioſè & miſerabiliter plãgite.* — Olympiod.

(*Filia impudentiæ.*)

Olympiodori.] *Enacim initio illam terram habitabat: parum itaque ait, in illa terra gauiſuri* D *eſtis, non multò poſt captiui ducendi.* — Olympiod.

Olympiod.) *Pro, Crudelis, & inhumana; ad terram verò Ammonitarum eſt ſermo.* — Olympiod.

Ex verſ. 5. (*Et diſpergemini.*)

Olympiod.) *Pro, Quocumq; quiſque poterit.* — Olympiod.

Capitis 49. à verſ. 7. vſque ad 23. Sectio Secunda.

TEXTVS VVLGATÆ.

7 AD Idumæam. Hæc dicit Dominus exercituum: Numquid non vltra eſt ſapientia in Thæman? Periit conſilium à filiis, inutilis facta eſt ſapientia eorum.

8 Fugite & terga vertite, deſcendite in voraginem habitatores Dedan: quoniam perditionem Eſau adduxi ſuper eum tempus viſitationis eius.

9 Si vindemiatores veniſſent ſuper te, non reliquiſſent racemum: ſi fures in nocte, rapuiſſent quod ſufficeret ſibi.

10 Ego verò diſcooperui Eſau, reuelaui abſcondita eius, & celari non potuit: vaſtatũ eſt ſemen eius, & fratres eius, & vicini eius. & nõ erit.

11 Relinque pupillos tuos: ego faciam eos viuere: & viduæ tuæ in me ſperabunt.

12 Quia hæc dicit Dominus. Ecce quibus nõ erat iudicium vt biberent calicẽ, bibentes bibẽt: & tu quaſi innocens relinqueris? non eris innocens, ſed bibens bibes.

13 Quia per memet-ipſum iuraui, dicit Dominus, quod in ſolitudinem & in opprobrium, & in deſertum, & in maledictionem erit Boſra: & omnes ciuitates eius erunt in ſolitudines ſempiternas.

E TEXTVS SEPTVAGINTA.

7 *IDumææ hæc dicit Dominus. Non eſt vltra ſapientia in Thæman: periit conſilium à prudentibus: obiit ſapientia eorum: conculcatus eſt locus eorum.*

8 *Demergite in ſeſſionem, qui habitatis in Dedan: quia dura fecit. Adduxi ſuper eum in tempore, quo viſitaui ſuper eum.*

9 *Quia vindemiatores venerunt, qui non relinquent tibi reliquias: quaſi fures in nocte, imponent manum ſuam.*

10 *Quia ego detraxi Eſau, reuelaui abſcondita eorum, abſcondi non poterunt. Perierunt per manum fratris ſui, vicini mei: & non eſt.*

F 11 *Relinque pupillum tuum, vt viuat. Et ego faciam viuere, & vidua ſuper me confiderunt.*

12 *Quia hæc dicit Dominus: Quibus non erat lex bibere calicẽ; & biberunt: & tu abſoluta nõ abſolueris.*

13 *Quoniam per me ipſum iuraui, dicit Dominus, quoniam in inuium, & in opprobrium, & in maledictionem eris in medio eius: & omnes ciuitates eius erunt deſerta in ſæculum.*

14 Auditum audiui à Domino, & legatus ad Gentes missus est: Congregamini, & venite contra eam, & consurgamus in prælium.

15 Ecce enim paruulum dedi te in Gentibus contemptibilem inter homines.

16 Arrogantia tua decepit te, & superbia cordis tui: qui habitas in cauernis petræ, & appræhendere niteris altitudinem collis, cùm exaltaueris quasi Aquila nidum tuum, inde detraham te, dicit Dominus.

17 Et erit Idumæa deserta: omnis qui transibit per eam, stupebit, & sibilabit super omnes plagas eius.

18 Sicut subuersa est Sodoma & Gomorrha, & vicinæ eius, ait Dominus: non habitabit ibi vir, & non incolet eam filius hominis.

19 Ecce quasi Leo ascẽdet de superbia Iordanis ad pulchritudinem robustã: quia subitò currere faciã eum ad illã: & quis erit electus, quem præponã ei? quis enim similis mei? & quis sustinebit me? & quis est iste pastor, qui resistat vultui meo?

20 Propterea audite cõsilium Domini, quod iniit de Edom: & cogitationes eius, quas cogitauit de habitatoribus Thæman: Si non deiecerint eos paruuli gregis, nisi dissipauerint eum cis habitaculum eorum.

21 A voce ruinæ eorum commota est terra: clamor in mari rubro auditus est vocis eius.

22 Ecce quasi Aquila ascendet, & auolabit: & expandet alas suas super Bosran: & erit cor fortiũ Idumeæ in die illa, quasi cor mulieris parturiẽtis.

A 14 *Auditum audiui à Domino; & Angelos ad Gentes misit: congregamini & aduenite ad eam, exurgite in bellum.*

15 *Paruulum dedi te in gentibus, contemptibilem in hominibus.*

16 *Lusio tua molita est tibi, impudentia cordis tui: habitauit cauernas petrarum, apprehendit fortitudinem collis excelsi. Quoniam exaltauit, quasi Aquila nidum suum, inde detraham te.*

17 *Et erit Idumæa in inuium: omnium prateriens super eam sibilabit.*

B 18 *Sicut subuersa est Sodoma, & Gomorrha, & vicinæ eius, dixit Dominus omnipotens; non sedebis ibi homo, & non habitabit ibi filius hominis.*

19 *Ecce quasi Leo ascendet de medio Iordanis in locum Æthan: quia citò expellam eos ab ea: & iuuenes super eam state. Nam quis sicut ego? & quis resistet mihi? Et quis iste pastor qui stabit ante faciem meam?*

20 *Propterea audite consilium Domini, quod deliberauit super Idumæam, & cogitationem eius, quam cogitauit super habitantes Thaman, si non abripientur minima ouium, si non inuia fiet super eos habitatio ipsorum.*

21 *Quoniam à voce ruinæ eorum timuit terra, &* C *clamor maris non est auditus.*

22 *Ecce sicut Aquila videbit, & extendet alas super munitiones eius. Et erit cor fortium Idumææ in die illa quasi cor mulieris parturientis.*

PARAPHRASIS CHALDAICA.

7 *AD Idumæam hæc dicit Dominus exercituũ: An non adhuc est sapientia in meridie? cessauit consilium à filiis, corrupta est sapientia eorum.*

8 *Fugite, migrate, longè recedite vt habitatores Dedan; quia interitum Esau induxi super eum, tempus visitationis peccatorum eius.*

9 *Si deprædatores quasi vindemiatores venissent super te, num reliquissent racemos? nonne Latrones in nocte diripuissent quod sibi sufficisset?*

10 *Quia ecce ego adducam scrutatores contra Esau; reuelaui abscondita eius: quòd si quæsierit abscondi, non poterit. Vastati sunt filÿ eius, & fratres eius, & proximi eius, & non erant.*

11 *Vos autem domus Israel, non relinquentur orphani vestri, ego enim sustentabo eos; & viduæ vestræ in verbo meo sperabunt.*

12 *Quia hæc dicit Dominus: Ecce quorum non erat bibere calicem maledictionis, bibendo bibent: & vos putatis omnino esse innocentes? non eritis innocentes, quia bibendo bibetis.*

13 *Quia in verbo meo iuraui, dicit Dominus: quia in desolationem, & in opprobria, & in solitudinem, & in maledictionem erit Bosra, & omnes vrbes eius erunt in solitudinem in æternum.*

14 *Nuncium audiui à facie Domini, & legatus in populis missus est: Congregamini, & venite contra eam, & surgite ad præliandum.*

15 *Quia ecce infirmum posui te in populis; contemptibilem in filiis hominum.*

16 *Insipientia tua seduxit te, malitia cordis tui, tu enim similis es Aquilæ, quæ habitat in scopulis petrarũ, in fortitudine excelsa habitatio eius. Si exaltaueris quasi Aquila habitaculum tuũ, inde verbo meo detraham te, dicit Dominus.*

17 *Et erit Idumæa in solitudinem: omnis qui transierit per eam clamabit, & mouebit caput suum ob omnes plagas eius.*

18 *Iuxta subuersionem Sodomæ & Gomorrhæ, &* D *vicinorum eius, dicit Dominus: non sedebit ibi homo, nec habitabit in ea filius hominis.*

19 *Ecce Rex cum exercitu suo ascendet contra eos, sicut Leo qui ascendit ab altitudine Iordanis, & redigetur in casam pastorum, quia in momento adducam illos aduersus eam, & dominatores constituam super eam; quia quis est sicut ego? & quis occurret mihi? Et non est Rex qui habeat fortitudinem coram me.*

20 *Propterea audite consilium Domini, quòd consultauit contra Idumæam, & cogitationes eius, quas cogitauit contra habitatores terræ Austri, Si non detrahant, & occidant fortes populi, si non desolabuntur super eos habitacula eorum.*

21 *A voce ruinæ eorum contremuit terra, clamor* E *in mari carrectoso, audita est vox eius.*

22 *Ecce sicut Aquila quæ ascendit & volat, sic ascendet Rex cum exercitu suo; & castrametabitur super Bosram. Et erit cor fortiũ Idumæorum in die illa, sicut cor mulieris, cui est tribulatio in doloribus suis.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

THeodoritus Prædicit item Idumææ funesta: & qui gloriabantur de sapientia, eâ priuatos esse dicit. (*Non est sapiẽtia in Thaman: periit consilium à prudentibus.* Ipsa erat vrbs, in qua regnauit Eliphaz. Eliphaz enim Rex erat Thæmanitarum. (*Conculcatus est locus eius. Demergite vos ipsos in sessionem, qui habitatis in Dedan quia* F *dura fecit. Adduxi ad eum in tẽpore, quo visitaui eũ.*) Dedan, erat altera vrbs. Hortatur ergo eos, vt sub terra occultẽtur: istud enim est, demergi in sessionem. Et docet se de illis pœnas sumpturũ Si enim tempore præterito, inquit, longã patientiã vsus sum, Desunt quædã, *Quia vindemiatores venerunt tibi: & non relinquent tibi reliquias.* Appellat hostes, vindemiatores: quos dicit, omnia prædari, & depopulari. Docet etiam, quo tempore venturi sint: (*Tanquã fures, nocte imponent manus suas, quia ego attraxi Esau. Reuelaui abscondita eorum: abscondi non poterunt.*

10 Theodorit.

Demergi in sessionem, est occultari sub terra.

Vindemiatorum vocabulo designati hostes.

poterunt. Adiacent Idumææ maximi montes, & excelſi. In his ergo fodientes ſpeluncas, ad illas confugiebant, aduenientibus hoſtibus, verùm exciderunt ſpe ſuâ: cùm & ex eo loco Deus omnium tradidit illos: *Periit ſemen illius per manum fratris, & vicini eius.* Nullâ, inquit, affectus vel lætitiâ, ſiue à natura, ſiue à vicinia. Fratres enim erant Iacob, & Eſau, & tamen intra eoſdem terminos habitantes. Nullus enim alius ſeparauerat eos ab inuicem. (*Non eſt, qui miſericordiâ motus ſupereſſe permittat pupillos tuos, vt ſaluentur, & ego eos conſeruabo.*) Omnes enim, ait, ob multam nequitiam tuam, infenſo tibi ſunt animo, & ego iuſtus iudex ſuccurram tibi. Quia viduæ tuæ ſperauerunt in me. Poſuit hæc ironicè vt patet ex ſequentibus.

11

Calamitates ſi immittuntur aliquãdo in viros iuſtos multò magis oppreſſura ſunt impios.

(*Quia hæc dicit Dominus, ecce quibus non erat lex bibendi*, &c.) Ea mihi lex eſt vt puniam eos, qui impiè & perpetam viuunt. Abducti ſunt in Babylonem Prophetæ, & Sacerdotes, Daniel, Ezechiel, necnon Ananias, Azarias, Miſael, viri pij, & alij plurimi, vt probabile eſt, quorum hiſtoria meminit. Illi porrò, ait, virtutis ergò non erãt obnoxij pœnæ, fuerunt nihilominus captiui: & tu ſperas effugere? Spe tuâ fruſtraberis. (*Quia bibens bibes. Etenim per memet-ipſum iuraui dicit Dominus, quia in interitum, in opprobrium in inuium, & in maledictionem eris. Boſor in medio eius: & omnes vrbes eius erunt deſerta in æternum.* Boſor dixit, non Boſran: ſed alteram ſitam in Idumæa.

Boſor ciuitas Idumææ diuerſa à Boſra.

12

Angelos mittit aliquãdo Deus ad excitandos hoſtes quibus caſtigari vult aliquẽ populum.

a Pſa. 77. 44.

Angeli mali appellati, & qui Sãcti sũt, quatenus mittũtur ad pœnas inferendas.

(*Famam audiui à Domino, Angelos miſit ad Gentes.*) Iſtud autem *Angelos miſit ad gentes*, poſuit, pro, iuſſit. Atqui veriſimile eſt, Angelos mandato diuino obſequentes, ſuſcitaſſe hoſtes. Diuus enim Dauid ait, [a] *Et miſit in eos iram indignationis ſuæ: indignationem, & iram & tribulationem: immiſſiones per Angelos malos.* Malos autem vocat, non quò naturâ tales ſint: ſed quia mittuntur ad pœnas ſumendas. Nam calamitates, quæ nobis inuehuntur, ſolemus appellare mala. Sic Angelus interfecit primogenita Ægyptiorum: ſic alij miſſi ſunt aduersùs Iſraelem quando Dauid recenſuit populum Et multa alia eiuſmodi reperire licet apud Scripturam diuinam. *Ecce, puſillum dedi te in gentibus, & contemptum inter homines.* Idumæi ſiquidem erant minimè inſignes, & planè ignoti, niſi Scriptura diuina eos illuſtraſſet, quos reddit claros non omnibus, ſed ſtudioſis. *Luſio tua, hæc tibi molita eſt, & ignominia cordis tui.* Ex his accuſat idololatriam, delicias, & intemperantiam. Habitauit in foraminibus petrarum. Iamque diximus, quæ perfugia habebant. Appræhendit robur collis excelſi. Dicit cacumina montium, quæ erant maxima, & ſublimia. (*Nam & ſi exaltaueris, vt Aquila, nidum tuum, inde te detraham, dicit Dominus.*

13

(*Et erit Idumæa in inuium,*) Dicit quoque tranſeuntes per eam, admiraturos, & exibilatione declaraturos ingentem deſolationem: prædictaſque ciuitates ad eum modum deſerendas, quo Sodoma, Gomorrha, & aliæ vrbes, quæ fuerunt eiuſdem afflictionis ſociæ. Qui ſermo verus eſt Nam Dedan, Thæman, & Boſor in ſolitudinem prorſus redactæ ſunt. Ait quoque Regem Babyloniũ, inſtar Leonis, in eam irrupturum, & per Iordanem iter facturum: & iubet, ſtrenuos armari aduersùs eam & ſubdit. (*Nam quis, vt ego? & quis reſiſtet mihi? Quis iſte paſtor, qui ſtabit ante faciem meam?*) Neque enim Reges, neque idola eorum, iubente me, reſiſtere potuerunt. (*Propterea audite conſilium Domini, quod conſuluit ſuper Idumæã:*

Deo reſiſtere nemo poteſt.

A *& cogitationem ipſius, quam cogitauit ſuper habitantes Theman.*) Deinde ait, oues eorum fore numeratu faciles, regionem futuram inuiam, & lamentationes ſonum occupaturum mare rubrum: Regemque Babylonis Aquilæ more infeſtaturũ, locis munitis potiturũ: Iudæos verò timiditati & doloribus ſubiiciendos, adeo, vt eorũ animus veniat conferendus cũ animo mulieris parturiẽtis.

14

Quia quæ hic apud Ieremiam contra Edom, ſeu Idumæam habemus; & apud Abdiam vnum ex Prophetis minoribus ferè omnia, & ad verbum prolata reperiuntur. Ex Hieronymi Commentariis ſuper ipſum Abdiam colligere eſt, quę B ad præſentis faciunt intellectum Vaticinij, quod habemus præ manibus.

Hieronym.

Edom quis ſit, quidque eo ſignificetur nomine.

b Gen. 25. 30.

Hieronymus igitur ad initium citatorũ Comment. ait. Quærimus quis ſit iſte Edom, vel Idumæa, ad quam nunc per Abdiam Dominus loquitur. In libro Geneſeôs [b] Eſau filium Iſaac appellatum fuiſſe Edom, (quia propter rufum lenticulæ cibum primogenita vendiderit) maniſeſtiſſimè legimus: Edom enim interpretatur πυῤῥὸς, id eſt rufus. In eodem volumine ſcribitur, hunc eumdem vocatum eſſe Seir, id eſt C piloſum, quia hiſpidus erat, & non habebat leuitatem Iacob. Vnus ergo atque idem tribus nominibus appellatur, Eſau, Edom, Seir: [c] poſſedit eam regionem, quæ nunc Gebalena dicitur, & in finibus eſt Ἐλευθεροπόλεως, vbi antea habitauerant Horrhæi, qui interpretantur liberi, vnde & ipſa vrbs poſtea ſortita vocabulum eſt. Quòd ergo Hebraicè: אדום & Græcè dicitur Ἰδουμαία, nunc viculus Palæſtinæ eſt, à conditore ſic impoſito nomine: cuius Latina quoque & Græca meminit hiſtoria, iſte eſt cui dicitur per D Amos: [d] *Super tribus ſceleribus Edom, & ſuper quartum non conuertam eum: eò quòd perſecutus ſit gladio fratrem ſuum, & violauerit miſericordiam eius, & tenuerit vltra furorem ſuum, & indignationem ſuam ſeruauerit vſque in finem.* In Iſaia quoque iuxta Hebraicum legimus: [e] *Onus Duma ad me clamat ex Seir: cuſtos quid de nocte? cuſtos quid de nocte?* Et Ieremias in eamdem prophetiam pari voce conſentit, dicens: *Numquid non eſt vltra ſapientia in Thæmam?* & reliquæ vſque ad finem eiuſdem prophetiæ, vbi dicitur: *Et erit cor fortium Idumææ in die illa, quaſi cor mulieris parturientis.* Exceptóque E ordine commutato, & aliis quæ videntur diſcrepare magna pars Abdiæ in Ieremiæ volumine continetur. Iſti ſunt montes Seir, aduersùm quos Ezechielis facies roboratur, & dicitur: *Dabo montem Seir, deſolatum, & deſertum.* Et poſt paululum: *Diſſipatus eris mons Seir & Idumæa omnis.* Longum eſt ſi voluero cunctas Scripturas euentilare, & proferre in medium ſuper montes Seir: maximéque Malachiæ, vbi ſtatim in principio ſcriptum eſt: [g] *Nonne frater erat Eſau Iacob, dicit Dominus? Et dilexi Iacob, Eſau autem odio habui. Et poſui montes eius in ſolitudinem, & hæreditates* F *eius in Dracones deſerti. Quòd ſi dixerit Idumæa: deſtructi ſumus, ſed reuertentes ædificabimus quæ deſerta ſunt: Hæc dicit Dominus exercituum: Iſti ædificabunt, & ego deſtruam, & vocabuntur termini impietatis, & populus cui iratus eſt Dominus vſque in æternum.*

c Gen. 36. 8.
c Deut. 2. 4.

Idumæa quid.

d Amos. 1. 3.

e Iſai. 21. 11.
Ierem. 49.

Seir montes qui.

f Ezech. 35. 7.

g Malach. 1. 2. Sec. 70.

15

Iudæis vt ſpiritualibus Idumæis euenére mala quæ contra Idumæos vaticinati ſunt Prophetæ.

Quia ergo didicimus terram Idumæorum aduerſariam eſſe terræ repromiſſionis, & Eſau inimicum legimus Iacob, & populum eſſe, cui iratus eſt Dominus in ſempiternum: noſſe debemus ſecundùm leges tropologiæ: Aut contra Iudæos factum eſſe ſermonem (qui ſunt æmuli

li Christianis, & persequuntur fratrem suum Iacob, populum supplantatorem: qui illis primogenita præripuit.) Aut certè aduersùs omnes hæreses, & contraria dogmata veritati: quæ videntur quidem nobis esse vicina, sed magis aduersaria sunt & de paterna hæreditate simplicem, & habitatorem domus Iacob nituntur expellere. Porrò quia Idumæa & terrena interpretatur, & propter colorem rubrum, cruenta quoque intelligi potest. Idcirco Saluator reportans ad patrem de mundo victoriam: quando Angeli conclamabant: [a] *Aperite portas principes vestras, & introibit rex gloriæ.* Et in Isaia stupentes interrogabant: [b] *Quis est iste qui ascendit de Edom fuluidâ veste de Bosor: sic formosus in stola candida?* Et ad ipsum cominùs loquebantur: *Quare rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari?* Ipse loquitur in triumpho exponens palmas crucis suæ: *Torcular calcaui solus: & de gentibus non est vir mecum.* Sunt qui Idumæam ad carnem referant, & aduersùs illius pugnam animam æstimant prouocari: [c] vt mortificantes membra nostra super terram, fornicationem, immunditiam, passionem, æternam in Christo victoriam consequamur. Iudæi frustra somniant contra vrbem Romam, regnúmque Romanum hanc fieri prophetiam: Et illud quod in Isaia scriptum est: [d] *Onus Duma*, paululum literæ apice commutato pro ד *dalet*, legi posse ר *resdet*, sonare Romam: ו *vau*, quippe litera & pro u, & pro, o, eorum linguâ accipitur.

Hæretici quâ aptè designati per Idumæos.

Mundus, à quo Christus victoriam reuexit designatus per Idumæam.

a Psal. 27. 7.
b Isai. 63.

c Col. 3. 5.
Cum Carne dimicandum iugiter est animæ.

In Romanos prenunciata quæ contra Edom prolata fuerunt Propheta, censent Iudæi, sed falsò.
d Isai 21. 11.

16 Circa vers. 7. *Numquid non est vltra sapientia in Thæmam*, &c. pro quibus, apud Abdiam dicitur, [e] *Non est prudentia in eo. Numquid non in die illa dicit Dominus, perdam sapientes ex Idumæa & prudentiam de monte Esau? & timebunt fortes tui*, &c.

e Abdiæ. 7.

Hieron. Hieronymus. Cùm hostis fines tuos possederit, & omnes viri fœderis tui illuserint tibi, & præualuerint contra te: tunc peribit sapientia de Idumæa, & calliditas eius stultitiâ demonstrabitur. Prudentiam quoque ipse Dominus auferet de monte Esau, id est, de montibus Seir; vel quia vrbs Idumæa in monte sita est: vel quia omnis illa regio quæ ad Austrum vergens confinis est eremo, præruptis montibus ædita sit. Vnde & dicitur: *pauebunt pugnatores tui de Thæmam*, quod nos interpretati sumus, meridie. Quomodo autem supra dixeram, Esau tribus nominibus appellatum: ita & plaga regni eius, quæ ad Austrum vergit, tribus vocabulis appellatur דשים דמין נגב quæ omnia iuxta Ezechielem Austrum, Aphricum, Meridiémque significant. Postquam verò timuerint fortes regni eius qui habitant in Meridie: tunc interibit vir de monte Esau: qui & pugnare pro ciuitate, & prudenter dare consilium solitus erat. Aliter: Postquam hi qui priùs decepti erant conuersi fuerint ad Ecclesiam, tunc ipso Domino dimicante peribunt Idumææ: qui carnalia & terrena sapiebant: & auferetur prudentia de monte Esau, quæ eleuabatur contra scientiam Dei: Et qui priùs pro Esau & Idumæa dialecticâ arte pugnabant, & erant in præsidiis Thæmam (quod interpretatur consummatio: desinent pugnare) pro magistris prioribus: Siue, qui ante lumen sibi scientiæ promittebant, & putabant se esse in Meridie, timebunt & formidabunt, Ecclesiastico viro obtinente sophismata eorum: in tantum vt nullus resideat qui possit, vel Regis consilio, vel pugnatoris viribus pro hæreticorum superbia & falso dogmate dimicare.

f Ezech. 20. 45.

Conuersis ad Ecclesiã Catholicam qui decepti fuerãt perit inanis sapientiũ mũdi, & Hæreticorum sapiẽtia.

17 Circa vers. 9. *Si vindemiatores*, &c. pro quibus apud Abdiam dicitur, *Si fures introissent ad te, si Latrones per noctem, quomodo conticuisses? Nonne furati essent sufficientia sibi? Si vindemiatores introissent ad te, Numquid non saltem racemum reliquissent tibi?*

Hieronymus. (*Si fures*, &c.) Ieremias similiter: licet ordine commutato: *Si vindemiatores venissent, non reliquissent racemum: si fures in nocte, rapuissent vtiquè quod sufficeret sibi. Ego verò discooperui Esau, reuelaui absconditа eius, & celari non poterat?* Quod dicit, hoc est: Si fures & latrones, qui de nocte domos suffodere consueuerunt, & rapere, quæ in domibus sunt, introissent ad te, & absconditi tenebris circumiissent domus tuæ angulos: vtique hoc tulissent, quod sibi putabant posse sufficere, & aliquid in ædibus tuis, vel per satietatem, vel per ignorantiam reliquissent: Si vindemiatores introissent vineam tuam, & eam vel hostiliter vastare, vel à te conducti demetere cuperent: quamuis diligens eorum fuisset vindemia, tamen racemos vitibus foliisque cælatos inter palmites reliquissent. Sed omnia hostes, qui ad te venerunt Domino iubente (significat autem Babylonios, & exercitum Nabuchodonosor) inuestigauerunt: omnia secreta tua & cauernas ac foramina speluncarum, in quibus habitas, lustrauerunt. Et reuera vt dicamus aliquid & de natura loci omnis australis regio Idumæorum de Eleutheropoli vsque, Petram & Hailam (hæc est enim possessio Esau) in specubus habitatiunculas habet. Et propter nimios calores Solis, quia Meridiana prouincia est subterraneis tuguriis vtitur. *Discooperui*, inquit, *Esau*, id est, quod terra premebatur, in medium protuli, & aperta sunt omnia quæ claudebas: substantiámque tuam me pariter cum hostibus perquirente, nulla potuerunt secreta celare.

Ierem. 49.

Hostes atrociores in præda, cladéque inferenda peiores, quàm fures, & quàm vindemiatores.

Idumæorũ regio vniuersa in specubus habitatiũculas habet.

18 Aliter: Fures, & Latrones, qui ingrediuntur nocte (quia filij sunt noctis) & tenebrarum, hæreticos puto, contraria veritati dogmata prædicantes, qui furantur sufficientia tibi, & quotidie de Ecclesiæ gregibus rapere festinant: Isti ingredientes vineã Domini nostri, quam [g] de Ægypto huius sæculi transtulit, & de cuius [h] genmine vinum se esse bibiturum in regno patris pollicetur: ita cupiunt vniuersa populari, vt vix racemum relinquant in ea: Sed è contrario Dominus agit: omnia enim secreta eorum, & occulta mysteria, & Patriarcharum Esau (hos quippe intelligo qui primi hæreses adinuenerũt) per Sanctos suos, & Ecclesiasticos viros, atque doctores profert in medium, & prima illius victoria est patere quæ tegebantur occulta. Vnde & cum admiratione dicitur: *Quomodo perscrutatus est Esau, deprahensa sunt occulta eius?* Vide Marcionem, & Valentinum, & omnes hæreticos, quomodo in doctrinis dæmoniorum, [i] cauteriatam habentes conscientiam, applaudant sibi, & simplices animas quasi quibusdam diuinis mysteriis imitantes, composito sermone decipiant: Sed cùm triginta æonas, & quadradas, & octoadas, & duodecadas, & duplicem Deum, & portentosum Abraxas in medium sermo protulerit, tunc prudentia Esau stultitia demonstrabitur, & inuestigabuntur secreta eius.

Hæretici fures sunt, & latrones ingrediẽtes noctem, necnon & vindemiatores vineæ Domini.
g Psal. 79. 9.
h Matth. 26. 29.

Hæresiarchæ designati per Patriarchas Esau.

Hæreticorum sapientia, atque prudẽtia apparet esse stultitia, quũ illorũ secreta inuestigãtur.
i 1. Tim. 4. 2.

19 Circa vers. 14. 15. & 16. quos ferè ad verbum inueni

inuenimus in principio Abdiæ. Idem Hieronymus super Abdiam, (*Auditum audiuimus*, &c.) Iam, vt supra diximus, eumdem esse Edom, quam & Idumæam: quia in Hebraico, ipse qui condidit, in Græco vrbs, quæ sit ab eo condita nominatur: Audiuit ergo vel Abdias, vel omnes Prophetæ pariter audierunt, (omnes enim scribunt contra Edom) quod ad gentes legatus missus sit, [a] mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus: de quo & pater loquitur per Aggæum: [b] *Mouebo omnes gentes, & veniet desideratus cunctis gentibus.* Iste in Isaia, [c] magni consilij Angelus, & pater futuri sæculi scribitur. Quod autem pro legato, id est ציר *tzir*, Sept. ἀγιοχλῶ, id est munitionem, interpretati sunt: possumus dicere, quòd ipse Legatus noster sit, & ipse munitio: dicens ea quæ prophetalis sermo contexuit: *Surgite, & consurgamus aduersus eum*, vel eam in prælium. Legatus qui ad gentes est missus, hæc loquitur: [d] *Surge qui dormis, & eleuare à mortuis, & illuminabit te Christus.* Ac ne forsitan grauis nobis, & insolita pugna videatur: me inquit, habetis primum in acie. Ego ero ἀρχιστρατηγὸς præliorum, qui & Iesu [e] filio Naue gladium tenens apparui: Et Amalech [f] in crucis meæ vexillo Moyse pugnante superaui. Ieremias in visione contra Idumæam non multùm ab his discrepat: *Auditum*, inquit, *audiui à Domino, & legatus ad gentes missus sum: congregamini & venite contra eam, & consurgamus in prælium.*

Hieronym.

Christus missus ad Gẽtes Angelus, legatus, atque munitio.

a 1.Tim.2.5. b Aggęi 2.8. c Isai 9.6. iuxta Sept.

d Ephes.5.14.

e Ios.5.13. f Exod 17.11.

Ierem.49.

20

(*Ecce paruulum dedi te.*) Ieremias cuius supra fecimus mentionem, prope in eadem verba consentit, dicens: *Ecce paruulum dedi te in gentibus contemptibilem inter homines: arrogantia tua decepit te, & superbia cordis tui qui habitas in cauernis petræ, & apprehendere niteris altitudinem collis: cùm exaltaueris, quasi Aquila nidum tuum: inde te detraham, dicit Dominus.* In interpretatione prophetica debemus morem nostrum sequi, vt primùm historiæ fundamenta iaciamus: deinde, si possumus, excelsas turres, & tectorum culmina suberigamus: O, inquit, Edom, qui cùm minimus sis inter omnes in circumitu nationes, & ad comparationem gentium cæterarum paruus in numero, vltra vires erigeris superbia. Cùmque habites in speluncis, imò in cauernis petrarum, humilis atque pauperculus, & excelsa ædificiorum tecta non possidens: quasi Aquila in sublime extolleris: & tantùm cogitatione intumescis, vt inter sidera habitare te credas: etiam si vltra naturam posses cæli alta penetrare: inde te detraherem, & ad terram deducerem, dicit Dominus Deus. Illud autem quod in Ieremia additum est: *& apprehendere niteris altitudinem collis*: aperuit ænigma: collem significas montem Sion: ac per hoc vel ipsam vrbem Ierusalem, vel templum quod in ea conditum est, vult intelligi. Aquilam autem cunctis auibus altiùs volitare, etiam hi qui de natura auium disputant, memoriæ prodiderunt: tantique conuitus esse dicitur: vt cùm super maria immobili pennâ feratur, nec humanis pateat obtutibus, de tanta sublimitate pisciculos natare videat, & cùm iuxta littus fuerint, tormenti instar descendere, raptamque prædam pennis ad littus pertrahere. Si didicimus historiam, sequamur intelligentiam spiritualem. Licet tibi ô hæretice magnus esse videaris, & contemnas Ecclesiæ paucitatem tamen paruus es in gentibus, & contemptibilis, & non solùm contemptibilis, sed & cum ὑπὸ τοῖς, valde contemptibilis. Superbia cordis tui extulit te. Quis enim hæreticorum non in superbiam extollitur, Ecclesiæ simplicitatem paruipendens, & fidem, imperitiam reputans? Habitantem in scissuris petræ, & exaltantem solium suum. Petra quamquam frequenter, vel in persona Domini, vel in soliditate ponatur (vnde & Propheta dicit: [g] *Statuit supra petram pedes meos*, & ad Petrum dicitur: [h] *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam*) tamen & in contrariam partem frequenter accipitur: [i] *Auferam*, inquit, *cor lapideum, & dabo vobis cor carneum.* Et: [k] *Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ*: maximeque hic, vbi non dixit habitantem super petram: (in qua [l] prudens ædificator domum suã extruit) sed in scissuris petræ: vt hæreseôn à petra Christo, & ab Ecclesia significet scissiones. Porrò quod sequitur: *Exaltantem solium tuum, & qui dicit in corde suo: Quis detrahet me in terram?* tumorem hæreticæ mentis ostendit: confidentium sibi in mysteriis, & in secretis suis, & quantùm in ipsis est (hyperbolicè autem hoc accipere debemus) repromittentium sibi regna cælorum. Vnde ad huiuscemodi homines scribit Apostolus: [m] *Iam sine nobis regnatis: atque vtinam regnaretis, vt & nos vobiscum regnaremus:* Tale quid & Dauid loquitur: [n] *Posuerunt in cælum os suum & lingua eorum transiuit in terram.* Si exaltati ergo fuerint, vt Aquila (nam & ipsi Aquilarum sibi similitudinem pollicentur, [o] quæ solent ad Cadauer Dominicum congregari) & inter media sidera posuerint nidum suum: *inde detraham eos, dicit Dominus*: Sicut enim [p] dormiente patre familiâs, inter bonam sementem inimicus homo zizania superseminat: Ita solet Aquila illa grandis magnarum alarum longo membrorum ductu, plena plumis & varietate quæ habet ductum intrandi in Libanum, & tollit de cacumine Cedri, & plantat super aquas multas (vt in vineam plantaria pullulent) inter sidera Ecclesiæ, de quibus & in alio loco dicitur: [q] *Iusti autem sicut stellæ fulgebunt*, ponere nidum suum. Dixi supra, hoc ipsum & aduersum carnem posse intelligi: quòd imminutæ sint vires eius in aduentu Christi, & contemptibilis sit animæque subiecta imperio, & frustra erigatur, cùm habitet in cauernis petræ, vel sensibus, vel cogitationibus, & velit dominari animæ, exaltans solium suum, nec opera sua credens posse superari. Cui dicitur: quòd quamuis se erigat, & Aquilæ imitetur excelsa, multosque Sanctorum deceperit, tamen à Domino superata sit, atque deiecta. Quod in hæreticis & in carne intelleximus, cõtra Iudæos quoque intelligi potest.

Scripturæ interpretandi recta ratio vt prius iaciatur fundamẽtum historia, tũ spiritalia erigantur.

Idumæorum vilitas & superbia, atque arrogantia.

Aquila excellens in celsissimo volatu, & in acumine visus.

21

Hæreticorum magna vilitas maximaque superbia.

Petra vocabulũ in scriptura & in bonum & in malum sumptum.

g Psal.39.3. h Matth.16.18. i Ezech.36.26. k Matt.3.9. l Matt 7.24.

Hæretici in scissuris petrarum habitare dicuntur vt ab Ecclesia scissiones faciunt.

Hæreticorum tumor pollicentium sibi regnum calorum.

m 1.Cor.4.8.

n Psal.72.9.

Aquila quã rectè comparati hæretici.

o Matth.24.28.

p Matth.13.25.

q Matth.13.43.

Carnis vilitas, ac tumor quãmve imminutæ sint illius vires in Christi aduentu.

Circa vers. 11. 12. & 13. Rabanus Maurus. *Relinque pupillos tuos, & ego faciam eos viuere: & viduæ tuæ in me sperabunt.* Viduarum & Orphanorum pater promittit, in se sperantibus vitam daturum, vt ostendat se ipsum esse ad quem Propheta ait: [r] *Tibi Domine derelictus est pauper, pupillo tu eris adiutor.* Et qui alio loco inquit: [s] *Viduam eius benedicens benedicam, pauperes eius saturabo panibus.* Interfectis ergo aduersariis Dei, pupilli eorum, & viduæ saluantur: quia anima sequestrata à luxu mundi, atque sæculari conuersatione, si sese totam ad Deum conuerterit, & in eius bonitate sperauerit: vitam æternam habebit.

22

Rab. Maur.

Anima quæ se à mundi seiunxerit cõuersatione vitam æternam exhibet Deus.

r Psal.9.34. s Ps 131.15.

Impunitatem in peccando quàm falsò sibi pollicẽtur impij, cùm & iustos à Deo videant correptos.

(*Quia hæc dicit Dominus: Ecce quibus non erat iudicium*, &c.) [t] *Si vix iustus saluabitur, impij &*

t 1.Pet.4.17.

[Ὅτι τρυγηταί.]

Θεοδωρήτου.] τρυγητὰς δὲ τοὺς τὰς πόλεις φησὶ λογιζομένους τε καὶ πορθοῦντας. νυκτερινὸν δὲ λέγει καὶ τὸν τῆς ἐφόδου καιρόν. ἀνεκάλυψε δὲ τὰ κρυπτὰ Ἠσαῦ, μὴ συγχωρήσας αὐτὸν λαθεῖν ἐν σπηλαίοις τῶν παρακειμένων αὐτοῖς ὑψηλοτάτων ὀρῶν, εἰς ἃ πρὸς ὀρύξαντες πολεμίων ἐπιόντων, κατέφυγον.

ἐπιλογιζομένους.

[Ὅτι ἐγὼ κατέ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] οἱ πολέμιοι. πρὸς δὲ διάνοιαν, οἱ ἀπόστολοι, καὶ οἱ κατὰ καιροὺς τῶν ἐκκλησιῶν προεστῶτες κατὰ τῆς εἰδωλολατρείας.

[Ἀνεκάλυψα.]

Ὀλυμπιοδώρου.] τὸν σατανᾶν.

Τοῦ αὐτοῦ.] τὰ δι᾽ ὧν τοὺς ἀνθρώπους ἠπάτων οἱ δαίμονες.

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] ἀντὶ τοῦ, οὐκ ἔστιν ὑπολείπεσθαί σου ὀρφανὸν, ἵνα ζήσηται σύμμαχος, κατέλιπεν ὀρφανούς σου φησί. καὶ αἱ χῆραί σου εἰς ἐμὲ ἐλπισάτωσαν. φιλάνθρωπος γὰρ ἐπὶ τοῖς θλιβομένοις ὁ θεός. καὶ τὰ λείψανα τῶν ἀπολλυμένων περιποιεῖται.

[Καὶ αἱ χῆραι.]

Ὀλυμπιοδώρου.] αἱ ἀποστᾶσαι τῶν ἐθνικῶν ψυχαί.

[Ὅτι τάδε εἶπε.]

Βίκτορος.] τὸ τῆς ἀπωλείας ποτήριον οὐχ ἥρμοττεν Ἰσραὴλ, ὡς πρὸς ὑμᾶς κρινομένῳ. πλὴν μετέσχε πρὸς καιρόν. πολλῷ δὴ μᾶλλον οἱ τῆς ἀπωλείας ὄντες ἀπολοῦνται. ὡς γὰρ Πέτρος φησὶν, ἐν καθολικῇ. εἰ τὸ πρῶτον ἀφ᾽ ἡμῶν, τί τὸ τέλος τῶν ἀπειθῶν; τὸ δὲ, ἔρημοι εἰς αἰῶνας. γραφικῷ ἰδιώματι, καὶ τὸ πρὸς ὀλίγον χρόνον φησίν. ὁ ποῖον παρὰ Δαβίδ. ὁ αἰὼν ἡμῶν εἰς φωτισμὸν τοῦ προσώπου σου αἰῶνα γὰρ καλεῖ τὰ ἑβδομήκοντα τῆς ζωῆς ἡμῶν ἔτη. ἐὰν δὲ κατά φησιν ἐν δυναστείαις, ὀγδοήκοντα ἔτη, καὶ Ἡσαΐας δὲ τῆς Τύρου τὴν ἐρήμωσιν εἰς ἑβδομηκοστὸν ὥρισεν ἔτος. καὶ ὅμως εἰς αἰῶνα ταύτην οἱ λοιποὶ προφῆται φασίν. εἰ μὴ ἄρα τῆς ἀσεβείας τὴν ἐρημίαν φασὶ, μετὰ τὴν Χριστοῦ παρουσίαν ἀεὶ παρατείνουσαν. ἀπὸ δὲ τοῦ μέσου μέρους τὴν ἄκραν τῶν πέριξ ἐρημίαν ἐδήλωσεν.

|| Ἐξ ἀνεπιγράφου.] ὁ θεοσεβής φησι λαὸς, ὁ ἐξ Ἰακὼβ ἐτιμωρήθη, ἐπειδὴ μὴ ἐφύλαξεν τὸν θεῖον νόμον. οὐκοῦν οὐδὲ σὺ μένεις ἀτιμώρητος. πρὸς δὲ διάνοιαν. οἱ ἄπιστοι φησὶν, οἷς οὐκ ἦν θέμις μεταχεῖν θείου ποτηρίου, πιστεύσαντες πίονται.

[Καὶ ἀγγέλους.]

Τοῦ ἁγίου Κυρίλλου.] περιοχὴν δὲ εἶπεν, οὓς Ἱερεμίας ἀγγέλους. καὶ Σύμμαχος δὲ ἀγγελίαν ἐξέδωκεν. νοοῖτο δ᾽ ἂν καὶ πολιορκία. καλεῖ δὲ κατὰ τῆς Ἰδουμαίας ἔθνη πολλὰ τὸ θεῖον νεῦμα, καὶ τὴν ἐξ αὐτοῦ κίνησιν, ἀγγέλους εἶπε. κινηθέντες γὰρ ἐκ θεοῦ πρὸς πόλεμον, ἀλλήλους ἠρέθιζον, ὥς φησιν Ἀβδιού. συνεισέβαλον γὰρ τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ εἰς Ἰδουμαίαν, καὶ τὰ περίοικα τῶν ἐθνῶν. πρὸς Ἰδουμαίαν δὲ μεταστρέψας, φησίν. ἰδοὺ μικρὸν δέδωκά σε ἐν ἔθνεσιν. ἀλλ᾽ ὅμως εὐκαταφρόνητος γινόμενος

A Verſ. 9. (*Quia vindematores venerunt.*) 27

Theodoreti.] *Vindemiatores appellat, eos qui deligunt vrbes ac diripiunt. Nocturnum verò ait & interruptionis tempus: reuelauit porrò abſcondita Eſau, non permittens latêre illum in ſpeluncis adiacentium altiſſimorum montiũ, in quas confugerant à ſe ſuffoſſas, irruentibus hoſtibus.*

Theodorit. Vindemiatorum nomine ſignificati milites vrbiũ direptores.

Verſ. 10. (*Quia ego detraxi Eſau.*)

Olympiodori.] *Hoſtes myſticè Apoſtoli, & ſuis quique temporibus Eccleſiarum præſides contra Idolorum cultum.*

Olympiod. Apoſtoli idololatrarum hoſtes.

B (*Reuelaui abſcondita eorum.*)

Olympiodori.] *Satanam.*

Eiuſdem.] *Ea per quæ homines à Dæmonibus decipiebantur.*

Olympiod. Diabolus dictus abſcondita hominũ.

Verſ. 11. (*Relinqui pupillum tuum.*)

Incerti.] Loco huius, *non relinquetur tibi pupillus vt viuat,* Symmachus reddidit, (*reliquit pupillos tuos*) *& viduæ tuæ in me ſperent,*) *Benignus enim eſt Deus in tribulatos; & pereuntium reliquias ſaluas facit.*

Incertus. In tribulatos Deus Benignus.

C (*Et Viduæ.*)

Olympiodori.] *Quæ à Gentilibus deſciuerunt animæ.*

Olympiod. Viduarũ nomine appellatæ animæ cõuerſæ ex infidelibus.

Verſ. 12. (*Quoniam hæc dixit Dominus: Quibus non erat lex.*) 28

Victoris.] *Perditionis calix non congruebat Iſraeli nobiſcum collato, attamen ad tempus habuit illum: multò igitur magis qui perditionis ſunt peribunt. Vt enim Petrus ſcribit in ſua Catholica epiſtola:*[a] Si primum à nobis, quis non credentium erit finis? *illud verò,* deſertæ in ſæcula, *Scripturæ Idiomate etiam ad modicum tẽpus duraturum aliquid ſignificat, vt eſt apud David;*[b] Sæculum noſtrum, in lumen faciei tuæ, *ſæculum quippe vocat, ſeptuaginta vitæ noſtræ annos. Si verò, ait, in potêratibus,* octuaginta annos, *& Iſaias Tyri*[c] *deſolationem ſeptuageſimo concluſit anno; & tamen in ſæculum duraturum cæteri Prophetæ dicunt, niſi de impietatis deſolatione intelligant, poſt Chriſti aduentum numquam defutura, è parte verò in medio ſitâ extremitatum ſummã deſolationem ſignificauit.*

Victor. Calamitatibus ſi flagellantur iuſti multò certè æquius flagellãdi iis ſunt improbi.

a 1. Petr. 4. 17.

Sæculi vocabulum vſurpatũ in ſcriptura etiam pro breui tẽpore.

b Pſal. 89. 8.

c Iſai. 24 25.

Deſolatio impietatis ſemper duratura poſt Chriſti aduentum.

|| Incerti.] *Populus ait, pietatis cultor ex Iacob progenitus, punitus eſt, quia diuinã legem non ſeruauit. Nec tu igitur pœnam effugies, ſpiritaliter verò infideles, ait, quibus non licebat ſacrum portare calicem, credentes bibent.*

Incertus. Ad Calicem ſacrũ admittendos infideles quum conuertẽtur.

Ex verſ. 10. (*Et Angelos ad Gentes miſit.*) 29

Sancti Cyrilli.] Munitionem *autem dixit,* F *quos Ieremias Angelos, & Symmachus,* nunciũ *expoſuit: intelligi autem poteſt obſidio, conuocat verò aduerſus Idumæam Dei nutus gentes multas & motos à ſe, Angelos vocat. Moti quippe à Deo ad bellum, mutuò ſe ſollicitabant, vt*[d] *Abdias ait, Aggreſſæ enim ſunt cum Iſraele Idumæam, & circumpoſita gentes. Ad Idumæã porrò conuerſus ait,* Ecce paruulum dedi te in gẽtibus, & tamen factus contemptibilis, in ipſis

S. Cyrill. Angeli noſtra ſunt munitio. Angelorũ nomine appellati & ij quos Deus cõmouet aduerſum nos.

d Abdias. 1.

μῦθος ἐφόνεις εἰς μέγα ἐπὶ ταῖς δυσχερείαις, ἀγνοῶν ὡς ἁλώσῃ, κἂν ὑψώσῃς ὡς ἀετὸς τὴν καλιὰν σου. τὸ δὲ καὶ ἔσται Ἰδουμαία εἰς ἄβατον, καὶ τοῖς ἐφεξῆς. συνῳδὰ πάλιν ἔφησεν Ἀβδίου. καὶ ἔσται ὁ οἶκος Ἡσαῦ εἰς καλάμην, καὶ ἐκκαυθήσεται εἰς αὐτοὺς, καὶ οὐκ ἔσται πυρφόρος ἐν τῷ οἴκῳ Ἡσαῦ. ἡ δὲ παροιμία ἐστὶ παρὰ τοῖς ἔξω κρατεῖ. οὐδὲ πυρφόρος ἐλείφθη, ἐπὶ τῶν ἄρδην ἀπολλυμένων. προηγεῖτο γάρ τις πῦρ ἔχων, καὶ περικαθαίρων πρὸ τῆς συμβολῆς τὰ στρατεύματα, καὶ νόμος ἦν μηδένα κατὰ τούτου χεῖρα φέρειν πολέμιον.

|| Ὀλυμπιοδώρου.] τοὺς διεγείροντας κατὰ τῆς Ἰδουμαίας τὸν πόλεμον. κατὰ δὲ τὴν θεωρίαν, τοὺς ἁγίους ἀποστόλους. ||

[Ἡ παιγνιά σου.]

Ὀλυμπιοδώρου.] τὸ στῆνος σου, ἡ ἀταξία σου.

[Συνέλαβεν.]

Ὀλυμπιοδώρου.] καὶ οἱ βουνοὶ ἐν ἀνάγκαις ὀχυρώματα εἰσίν. ἐπ᾽ αὐτῶν γὰρ ἱστάμενοι, λίθους κατὰ τῶν πολεμίων πέμπουσιν.

[Ὅτι ὕψωσε.]

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] ὅτι ἐὰν ὑψώσῃς ὡς ἀετὸς τὴν νεοσσιάν σου.

[Καὶ οὐ μὴ καθ᾽.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ταῦτα πάντα οὕτως τῇ ἱστορίᾳ ἁρμόζει. ἤρξατο δὲ κατὰ τῆς δαιμονικῆς πλάνης γίνεσθαι ἀπὸ τῆς παρουσίας Χριστοῦ, καὶ πέρας ἕξουσιν ἐν τῇ συντελείᾳ.

[Ἰδοὺ ὥσπερ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ὁ κύριος ἀνελθὼν ἐκ τοῦ βαπτίσματος.

|| Ἐξ ἀνεπιγράφου.] τὸ Ἐθὰμ, Ἀκύλας στερεὸν ἐξέδωκεν. σύμμαχος δὲ, ἀρχαία. ὡς λέων δὲ ἀναβήσεται φησὶν, ἢ ὁ Ναβουχοδονόσορ, ἢ ὁ μετὰ τὴν ἐπάνοδον λαὸς, ἢ ὁ Μακκαβαῖος. ἀναβήσεται δὲ κατ᾽ || Ἰδουμαίους ἐπιλέκτων καὶ ἀρίστων λαός. ὅτε μηδεὶς ἀντιστήσεται μου τῇ βουλῇ τῶν κακῶς ὑμᾶς ποιμαινόντων δαιμόνων. τὸ δὲ || αἰθὰμ Ἰώσηππος φησὶ, τόπον εὔυδρον εἶναι καὶ σύσκιον, οὐ πόῤῥω Ἱερουσαλήμ. διό φησιν ὅτι ἴσως ὥσπερ λέων ὁρμήσειεν εἰς τόπον αὐτῷ συνήθη, καὶ δένδροις ὠχυρωμένον, ἐν ᾧ τροφῆς οὐκ ἀπορήσειεν καὶ πολὺ, τὰ ὡς ἐν δρυμῷ κεκρυμμένα θηρῶν. ἴσως δὲ καὶ φρούριον οὕτως ἐλέγετο στερεὸν, καὶ ἀρχαῖον. τὸ δὲ, ἐὰν μὴ συμψηθῶσιν αὐτῶν τὰ ἐλάχιστα τῶν προβάτων. δηλοῖ μὲν τὸ συλληφθῶσιν. οὐδὲ τῶν σμικροτάτων γὰρ οἱ πολέμιοι καταφρονήσουσιν. ἔοικε δὲ κατ᾽ ἔλλειψιν ἡ φράσις εἰρῆσθαι, τοῦ ἀδύνατον μὴ συμψηθῆναι, καὶ τὰς οἰκίας αὐτῶν ἐπ᾽ αὐτοῖς πεσούσας ἀβάτους, γίνεσθαι τῇ τῶν πτωμάτων συγχύσει. οὐ διαφεύξονται δὲ, τοῦ πολεμίου δίκην ἀετοῦ πανταχοῦ τὰς χεῖρας ἐκτείνοντος. ὅτι καὶ τὸ ἀνδρεῖον εἰς δειλίαν λυθήσεται καὶ ἀσθένειαν.

|| ἐπί.

|| θαιμαν.

[Καὶ τοὺς νεανίσ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] περὶ ὧν εἴρηται. ἔγραψα ὑμῖν νεανίσκοι ὅτι, νενικήκατε τὸν πονηρόν.

Τοῦ αὐτοῦ.] τὰ νήπια αὐτῶν.

[Ἐὰν μὴ ἀβα.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἵνα μηκέτι ἔχωσι τοῦ καταλῦσαι

A ipsis calamitatibus insolescebas, ignorans quòd capiêris, licet exaltes tamquam Aquila habitationē. *Illi verò,* (Et erit Idumæa deserta, *& quæ sequūtur, similia dixit Abdias,*[a] Et erit domus Esau in stipulam, & accēdetur in eos, & nō erit ignifer in domo Esau. *Quod etiam prophanis scriptoribus adagij loco est.* Ne ignifero quidem parcitum, *De his qui ad internecionem cæsi sunt. Praibat enim quidam ferens ignem, & lustrans ante pugnā acies: lexque erat neminem illi hostilē iniicere manum.*

a Abdias 18.

Ne ignifero parcitum dici solitum ad designandam omnimodam internecionē.

Ignis præferri solitus in acie.

B || Olympiodori.] *Bellum in Idumæam excitantes mysticè verò sanctos Apostolos.*

Olympiod. *Apostoli bellū excitātes in fidelibus.*

Vers. 16. (*Immodestia tua.*)

Olympiodori.] *Petulantia tua, proteruitas tua.*

30 Olympiod.

Ex vers. 16. (*Apprahendit fortitudinem, &c.*)

Olympiodori.] *Colles etiam in necessitatibus præsidia sunt; in illis enim stantes lapides in aduersarios mittunt.*

Olympiod. *Colles præsidio esse solēt.*

C Ex vers. 18. (*Quoniam exaltauit.*)

Incerti.] *Et si exaltaueris quasi aquila nidum tuum.*

Incertus.

Ex vers. 18. *(Et nō habitabit ibi filius hominis.*

Olympiodori.] *Hæc omnia sic historiæ conueniunt, tamen & post Christi aduentum contra Dæmonum errores hæc fieri cæperunt; in consummationéque mundi finem habebunt.*

Olympiod. *De conuersione infidelium per Christum facienda.*

Vers. 19. *(Ecce quasi Leo ascendet.)*

31

Olympiod.) *Dominus ascendens è lauacro.* Olympiod.

D Ol.) *E Baptismo Christus apprahendit vt leo.*

Incerti.] Etham *Aquila* fortem *reddidit; Symmachus,* antiqua, *Ascendet verò, inquit; quasi Leo, vel Nabuchodonosor, vel per regressum populus, vel Macchabæus. Ascēdet porrò in Idumæos, & victoriosorum populus, cùm nullus cōsilio meo resistet Dæmonum, qui vos malè pascunt. Etham autem Iosephus ait locum aquosum esse, & vmbrosum non longè à Ierusalem, quare ait: Quòd fortè sicut Leo irruet in locum sibi notum, arboribusque munitum, in quo nec alimentum, nec potus illi desit ad venandum ea, quæ latent in saltu. Fortasse verò etiam locus aliquis munitus sic dicebatur fortis, & vetus. Illud verò,* si non auferantur minima ouium, *quasi diceret, corripiantur; hostes enim nec minima præteribunt. Videtur autem orationi aliquid deesse: vt sit sensus, Fieri non potest, quin capiantur, domusque eorum super eos collapsa inuia fiant confusione ruinarum euentibus. Non effugient autem extendente manus hoste, quasi Aquila quaquauersus, quando & fortitudo soluetur in timiditatem & imbecillitatem.*

Incertus.

Etham locus qualis esset.

E

F

Ex vers. 19. (*Et iuuenes super eam stare.*)

32

Olympiodori.] *De quibus dictum est.*[b] *Scripsi vobis ô iuuenes, quòd vicistis malignum.*

Olympiod.

b 1. Ioa. 2. 13.

Eiusdem.] *Infantes eorum.*

Olympiod.

Ex vers. 20. *(Si non inuia fiet.)*

Olympiod. *Conuersio Gentium.*

Olympiodori.] *Ne deinceps Dæmonibus vllus*

λῦσαι οἱ δαίμονες, τῶν ἀνθρώπων ἐλευθερουμένων, καὶ τῶν εἰδωλίων καταστρεφομένων.

(Ἰδοὺ ὥσπερ ἀετός.)

Ὀλυμπιοδώρου.) ὁ μέλλων αὐτὴν καταλύειν.

A *ullus relinquatur habitationis locus, hominibus in libertatem reſtitutis, & fanis Idolorum euerſis.*

Verſ. 22. (*Ecce quaſi Aquila videbit.*).

Olympiodori.) *Quæ deſtructura eſt illam.*

Olympiod.

Capitis 49. à verſ. 23. vſque ad 28. Sectio Secunda.

TEXTVS VVLGATÆ.

23 AD Damaſcum: Confuſa eſt Emath, & Arphad: quia auditum peſſimum audierunt, turbati ſunt in mari: præ ſollicitudine quieſcere non potuit.

24 Diſſoluta eſt Damaſcus, verſa eſt in fugam, tremor appræhendit eam: anguſtia & dolores tenuerunt eam quaſi parturientem.

25 Quomodo dereliquerunt ciuitatem laudabilem, vrbem lætitiæ?

26 Ideo cadent iuuenes eius in plateis eius: & omnes viri prælij conticeſcent in die illa, ait Dominus exercituum.

27 Et ſuccendam ignem in muro Damaſci, & deuorabit mœnia Benadad.

B

TEXTVS SEPTVAGINTA.

23 D*Amaſco. Confuſa eſt Emath, & Arphath, quia audierunt auditum peſſimum, obſtupuerunt indignati ſunt requieſcere non potuerunt.*

24 *Diſſoluta eſt Damaſcus: auerſa eſt in fugam: tremor apprahendit eam.*

25 *Quomodo non reliquit ciuitatem meam, pagum dilexerunt?*

26 *Propter hoc cadent iuuenes in plateis tuis, & omnes viri bellatores tui cadent, ait Dominus:*

27 *Et ſuccendam ignem in muro Damaſci, & deuorabit biuia filij Ader.*

PARAPHRASIS CHALDAICA.

23 A*D Damaſcũ. Confuſi ſunt habitatores Hemath & Arphad, quia nuncium malum audierunt: contriti ſunt; timor & ſollicitudo apprahendit eos, ecce ſicut deſcendentes in mare, qui non quieſcunt, nec poſſunt fugere.*

24 *Diſſoluti ſunt habitatores Damaſci reſpexerunt vt fugerent, & ruina apprahendit eos; tribulatio & dolores tenuerunt eos, ſicut dolores parturientis.*

25 *Quomodo non fuit derelicta ciuitas laudabilis, arx læta?*

26 *Propterea proiicientur iuuenes eius in plateis eius, & omnes fortes bellatores contererentur in tempore illo, dicit Dominus exercituum.*

27 *Et ſuccendam ignem in muris Damaſci, & diſperdet palatia filij Hadad.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impreſſis.

33 Theodorit.

THEODORITVS. Hoc loco vbi finem fecit prædicendi quæ pertinent ad Idumæam, traducit ſermonem ad Damaſcũ, inquiens, Pudefacta eſt Emath, & Arphat: quia rumorem malum audierunt. Emath, vt ante iam diximus, nuncupat Emeſan. Eſt enim alia Emath, quæ etiam nunc dicitur Epiphania. Arphat autem, quidam aiunt eſſe, quæ nunc vocitantur Rephaneæ. Obſtupuerunt in mari: irati ſunt, quieſcere non poſſunt. Mare vocauit multitudinem exercitus. Demonſtrauit autem primum Damaſcenorum impetum, dixit enim de ipſis. Irati ſunt. Poſtea formidinem arguit: *Diſſoluta eſt Damaſcus, verſa eſt in fugam, proiecta eſt, timor apprahendit eam, & dolores velut parturientis obtinuerunt eam.* Et quæ ſit cauſa calamitatis, docet. *Quare non dereliquit vrbes meas? Villam meam amauit?* Meas inquit, vrbes & villas occupare conatus eſt, Vrbes, & villas ſuas vocat, quæ ſunt Iſraelis: quibus aduerſarium ſemper Damaſceni geſſerunt animum. (*Propterea cadent iuuenes tui in plateis tuis: & omnes viri bellatores cadent in die illa, dicit Dominus exercituum: & ſuccendam ignem in muro Damaſci & deuorabit biuia filij Ader.*) Filius Ader, eſt nomen. Ben-Adad enim nominabatur linguâ Syrorum, hic enim erat Rex Damaſci: & vt prophetia innuit, ſplendidis ædificiis eam exornauit: quibus minatur incendium.

Emath duæ extitêre Ciuitates, quarum altera alio nomine Emeſa, altera Epiphania dicitur.

Maris vocabulo ſignificata exercitûs multitudo.

Hieronym.

34 Rabanus.

Rabanus Maurus magna ex parte ex Hieronymi Comment. ſuper caput 17. Iſaiæ, & ſuper caput primum Amos. Quibus locis pariter contra Damaſcum prophetatur.

Damaſcus olim ciuitas regalis Syriæ.

Ad Damaſcum: Confuſa eſt Emath.) Poſt Philiſthæos & Moabitas. Ammonitas quoque & Idumæos, ad Damaſcum, id eſt Arabiam ſermo conuertitur, quæ & ipſa regalis quondam ciuitas fuit, & in omni Syria tenuit principatum. Nec dum florebat Antiochia & Laodicea, & Apamia, quas vrbes per Alexandrum & Macedonum imperium auctas eſſe cognouimus. Quia igitur ſemper decem tribubus contra Iudam præbebat auxilium, & Regum & Paralipomenôn narrat hiſtoria, etiam ipſi vaſtitatem ab Aſſyriis appropinquare ſignificat, dicente Rege Aſſyriorum.[a] *Cepi Arabiam & Damaſcum & Arphath. Sicut enim illas cepi, & vniuerſa regna capiã.* Item in regum volumine legimus:[b] *Aſcendit Rex Aſſyriorum Damaſcum, & cepit eam, & tranſtulit in Cyrenen.* Raſin quoque interfecit, qui erat Rex Damaſci: quæ omnia Ezechiâ Ieroſolymis regnante perpeſſa ſunt. Emath ergo & Arphath, quæ in Iſaia, & in Ieremia leguntur, vrbes ſunt Damaſci, atque Arabiæ, quas Rex Aſſyriorum vaſtauit. Sed ſciendum quòd ab Iſaia vicina captiuitas Aſſyriorum: à Ieremia quoque Babylonia captiuitas Damaſcenæ vrbis deſcribitur, id eſt, paucorum quos Aſſyriorum Rex reliquerat in ea: Alij æſtimant de Romana captiuitate prædici, quando & Iudæorum populus captus eſt, & Damaſcus cui imperabat Aretha ſimilem ſuſtinuit ſeruitutem, vt cuncta quæ ſuper ea ſcripta ſunt, ad Chriſti tempus & Apoſtolorum myſteria transferantur. Prædicitur enim Damaſco verbum crudele captiuitatis, quod Prophetæ auditum peſſimum nuncupat, quodque vigore diſſoluto appræhendet eam, timor & dolores quaſi parturientem exagitent, murôſque Damaſci & mœnia Benadad ignis deuoret.

[a] 4. Reg. 19. 12.

[b] 4. Reg. 16. 9.

In Damaſcũ Vaticinia Iſaiæ ac Ieremiæ diuerſam reſpiciunt eiuſdẽ ciuitatis euerſionẽ.

Damaſci primum nomen in Geneſi[c] legimus qui ante Iſaac fuit vernaculus Abraham & putabatur hæres, niſi eſſet Saræ filius ex promiſſione genera

[c] Gen. 15. 2.

generatus. Interpretatur autem aut sanguinis poculum: aut sanguinem bibens, aut sanguis cilicij, quæ omnia populo conueniunt Ethnicorum, qui ante Christi fidem amicus erat sanguinis & crudelitatis, & digna opera planctu agebat. Per Damascum vocatio Gentium significatur, quæ amabant, vel bibebant sanguinem, quæ postquam in Christo crediderint, pristinæ conuersationis ciuitas esse desistent, *& erunt*, iuxta Isaiæ vaticinium, [a] *sicut aceruus lapidum in ruina.* Quomodo enim acerui lapidum, qui in agris dispersi sunt in vnum tumulum comportantur, sic de vniuersis nationibus aceruus credentium congregatur in ruinam populi Iudæorum, illis cadentibus, & nobis resurgentibus. Damascum ergo spiritalem timor apprehendit, angustiæ & A dolores quasi parturientem, hoc est illos qui coram Deo pro peccatis suis pœnitentiam egerunt, vt parturirent spiritum salutis, & bonorum operum fructum proferrent. Ideo ergo versi sunt in fugam salubrem, vt deserentes idololatriam ad verum Deum conuertantur, & qui priùs fuerant per ferocitatem præliatores Diaboli, nunc fiant per mansuetudinem deuoti milites Christi.

Damasci triplex interpretatio nominis.

Damasci sub typo designati qui ex Gentibus, vel & qui à peccatis conuersi sunt.

a Isai. 17.1.

Circa vers. 27. Nota ex Hieronymo super id capitis 1. Amos, & mittam ignem in domum Azael, &c. A Ben-Adad filio Azael qui patri in regnum successerat, omnes postea Reges Aram, id est Syriæ, & Damasci Ben-Adad vocabulo nuncupatos.

Hieronym. *Ben-adad nomen commune Regũ Syriæ.*

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΤΗ Δαμασκῷ.

Ὀλυμπιοδώρου.] τοῦ Δαμασκοῦ προλέγει τὴν ἅλωσιν.

[Τῇ Δαμασκῷ.]

Θεοδωρήτου.] τινὲς ἡμὰθ φασὶν εἶναι τὴν ἐμισσαν. καὶ ἡ ἀρφὰθ δὲ πόλις Δαμασκοῦ, ἣν ῥεφανέας νῦν εἰρῆσθαι, φασίν.

[Κατῃσχύνθη.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἡμὰθ καὶ ἀρφὰθ, ἡ νῦν Ἀντιόχεια, τότε ἐκαλεῖτο. ἐβασιλεύοντο δὲ ἐκεῖνα τὰ χωρία τότε ὑπὸ τῆς Δαμασκοῦ. αὕτη γὰρ ἦν τότε ἡ τῶν σύρων βασιλικὴ χώρα.

B

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] ἐπιὼν γὰρ τῇ Ἱερουσαλὴμ ὁ Ναβουχοδονόσορ, καὶ τὴν Δαμασκὸν ἐκ βάθρον ἠφάνισεν. ἀλλ' ὅμως ἀνῳκίσθη πάλιν, ὡς καὶ βασίλειον ἐν αὐτῇ συστῆναι μέχρι καὶ ἀποστολικῶν χρόνων. ἡμὰθ δὲ δευτέρα συρίας πόλις, ἐπιφάνεια νῦν λεγομένη. ἐτέλει δὲ τότε ὑπὸ Δαμασκὸν, πάσης συρίας οὖσαν μητρόπολιν.

C

[Ὅτι ἤκουσαν.]

Τοῦ αὐτοῦ.] ἀκοὴ πονηρὰ, ἡ τοῦ Ναβουχοδονόσορ ἡ ἔφοδος. δίκην δέ φησι τῶν ἐν θαλάσσῃ ναυτιλλομένων ἐταράχθησαν, καὶ οὐκ ἔσχον ἀνάπαυσιν, ὡς αὐτῇ νηῒ καταδύεσθαι μέλλοντες. ἢ ὥσπερ θάλασσα ἐταράχθησαν. κατὰ γὰρ Ἡσαΐαν, ὡς θάλασσα κυμαίνουσα, οὕτω ταραχθήσεσθε. ἴσως δὲ καὶ τροπικῶς τὰς συμφορὰς ἐκάλεσε θάλασσαν.

D

[Πῶς οὐχὶ ἐγκατ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐν ταῖς τῶν πολεμίων ἀκοαῖς καταλιμπάνοντες τὰς πόλεις, εἰς τὰς κώμας ἔφευγον. πῶς οὖν φησιν ἐπὶ τοιαύταις ἀκοαῖς οὐκ ἔμελλον καταλιμπάνειν τὴν πόλιν, καὶ ἀπιέναι εἰς τὰς κώμας; πόλιν δὲ ἐμὴν φησιν, ἐπειδὴ αἱ πᾶσαι πόλεις τοῦ θεοῦ εἰσιν.

E

Κώμην ἠγάπησαν.]

Θεοδωρήτου.] τὸ, ἣν ἠγάπησαν, ἐν εἰρωνείᾳ. εἰ μὴ ἄρα περὶ τῆς Ῥεμμὼθ Γαλαὰδ λέγει. ταύτην γὰρ ἦσαν προκατασχόντες οἱ σύροι. εἶτα τοῦ Ἰσραὴλ λαβόντος αὐτὴν, ἐπέθεντο πάλιν, καὶ πολλὰς τοῦ Ἰσραὴλ ἐπόρθησαν πόλεις, ἐν αἷς καὶ τὴν Γαλαάδ. πάντως δὲ καὶ τὴν Ῥεμμὼθ, ἣν

ἠγά

Vers. 23. DAMASCO.) 36

Olympiodori] *Damasci prædicit expugnationem.* *Olympiod.*

Ex Vers. 23. (*Confusa est Emath.*)

Theodoreti.] *Quidam affirmant, Emath Emessam esse; Arphath quoque Damasci, quam hoc tempore vocari aiunt Rhephaneas.* *Theodorit.*

(*Confusa est.*)

Olympiodori.] *Emath, & Arphath, quæ nunc Antiochia, tunc vocabatur: erant autem loca illa tunc temporis sub ditione Damasci, quæ regia ciuitas Syrorum erat.* *Olympiod.*

Incerti.] *Nabuchodonosor enim mouens in Ierusalem bellum Damascum etiam funditùs deleuit. Sed tamen iterum reædificata est, vt regia quoque fieret ad tempora ipsa Apostolorũ: Emath verò secunda erat Syriæ ciuitas, quæ nunc Epiphania vocatur; Tunc verò suberat Damasco vniuersæ Syriæ Metropoli.* *Incertus.*

Ex vers. 23. (*Quia audierũt auditũ pessimũ.*)

Eiusdem.] *Auditus malus, Nabuchodonosoris irruptio. Instar verò eorum qui nauigant commoti sunt absque vlla quiete, quasi cum ipsa naui submergendi. Nam vt Isaias ait,* [a] veluti mare fluctibus æstuans sic commouebimini. *Fortasse verò etiam Tropicè calamitates appellauit mare.* *Incertus.* a Isai. 57.20. *Maris vocabulo designata calamitates.*

Vers. 25. (*Quomodo nõ reliquerunt ciuitatẽ.*)

Olympiodori.] *Cùm hostes aduentare audirent, vrbes deserentes ad vicos confugiebant. Quomodo itaque ait hæc audientes ciuitatem non erant deserturi, vt se in pagos conferrent? Ciuitatem verò meam dicit, quoniam omnes ciuitates Dei sunt.* *Olympiod.*

Ex vers. 25 (*Pagum dilexerunt.*)

Theodoreti.] *Quàm amarunt, ironicè dictũ, nisi fortè de Remoth Galaad dicit; hanc enim ante occupauerant Syri, Deinde sub ditione Israelis factam, iterum aggressi sunt; multasque Israelis vrbes depopulati sunt, inter quas & Galaad fuit, Certè verò & Remoth quam dilexerunt,* *Theodorit.*

ἠγάπησαν ὡς πεοκαταχόντες αὐτὴν. ὁ δὲ υἱὸς ἄδερ τῇ Σύρων φωνῇ, Βαραδὰρ ἐκαλεῖτο, βασιλεὺς ὢν Δαμασκοῦ. καὶ ὡς ἡ προφητεία λαλεῖ, λαμπροῖς αὐτὴν οἰκοδομήμασι κατεκόσμησεν. οἷς καὶ τὸν ἐμπρησμὸν ἀπειλεῖ. [Ἄμφοδα.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ὡς βασιλεῖς Σύρων, ἄδερ ἐκαλοῦντο, ὡς καὶ οἱ Αἰγύπτιοι φαραώ.

A xerunt, vti prius eâ potiti. Filius verò Ader Syrorum linguâ Baradar vocabatur, qui Rex erat Damaſci, vt in prophetia habetur, præclaris eam ædificiis ornauerat, quibus & incendium minatur. (Biuia.)

Olympiodori.] *Reges Syrorum Ader nominabantur, ſicut & Aegyptiorum Pharao.*

Capitis 49. à verſ. 28. vſque ad 34. Sectio Quarta.

TEXTVS VVLGATÆ.

28 AD Cedar, & ad regna Aſor, quæ percuſſit Nabuchodonoſor Rex Babylonis. Hæc dicit Dominus: Surgite, & aſcendite ad Cedar, & vaſtate filios Orientis.

29 Tabernacula eorum, & greges eorum capient: pelles eorum, & omnia vaſa eorum, & Camelos eorum tollent ſibi: & vocabunt ſuper eos formidinem in circuitu.

30 Fugite, abite vehementer, in voraginibus ſedete, qui habitatis Aſor, ait Dominus, iniit enim contra vos Nabuchodonoſor Rex Babylonis conſilium, & cogitauit aduersùm vos cogitationes.

31 Conſurgite & aſcendite ad gentem quietam, & habitantem confidenter, ait Dominus, non oſtia; nec vectes eis: ſoli habitant.

32 Et erunt Cameli eorum in direptionem, & multitudo iumentorum in prædam: & diſpergam eos in omnem ventum, qui ſunt attonſi in comam: & ex omni confinio eorum adducam interitum ſuper eos, ait Dominus.

33 Et erit Aſor in habitaculum Draconum, deſerta vſque in æternum: non manebit ibi vir, nec incolet eam filius hominis.

B *TEXTVS SEPTVAGINTA.*

28 *IPſi Cedar Reginæ aulæ, quam percuſſit Nabuchodonoſor Rex Babylonis, ſic dixit Dominus: Surgite, & aſcendite ſuper Cedar, & implete filios Cedem.*

29 *Tabernacula eorum, & oues eorum tollent: veſtimenta eorum, & omni vaſa eorum, & Camelos eorum tollent ſibi. Et vocate ſuper eos perditionem vndique.*

30 *Fugite, valde demergite vos in ſeſſionem, qui ſedetis in aula; quoniam conſultauit ſuper vos Rex Babylonis conſilium, & cogitauit cogitationem.*

C 31 *Surge & aſcende ſuper gentem tranquillam ſedentem in refrigerio, quibus non ſunt portæ, non ſeræ, non vectes: ſoli habitant.*

32 *Et erunt Cameli eorum in direptionem: & ventilabo omnes ſpiritui attonſos ante faciem ipſorum ex omni termino eorum afferam euerſionem eorum, ait Dominus.*

33 *Et erit aula commoratio Struthionum, & inuia in ſæculum: non ſedebit ibi homo: & non habitabit ibi filius hominis.*

PARAPHRASIS CHALDAICA.

28 *AD Cedar, & ad regna Haſor, quæ percuſſit Nabuchodonoſor Rex Babylonis; Hæc dicit Dominus, Surgite & aſcendite, ad Cedar, & vaſtate filios Orientis.*

29 *Tabernacula eorum, & oues eorum capient, cortinas eorum, & omnia vaſa eorum, & Camelos eorum tollent ſibi. Et congregabuntur contra eos, qui occidunt gladio per circuitum.*

30 *Fugite & migrate vehementer: procul abite ad habitandum habitatores Haſor, dicit Dominus: Quia iniit contra vos conſilium Nabuchodonoſor Rex Babylonis, & cogitauit aduersùs vos cogitationem.*

31 *Surgite, aſcendite ad populum qui habitant tranquillè, & morantur confidenter, dicit Dominus: quibus non ſunt portæ & vectes, ſoli enim habitant.*

32 *Et erunt Cameli eorum in direptionē, & multitudo pecorum eorum in prædam, & diſpergam eos in omnem ventum circumeuntes angulum, & ab omnibus lateribus adducam interitum eorum, dicit Dominus.*

33 *Et erit Haſor in habitaculum Draconum, deſerta vſque in æternum: non ſedebit ibi homo, nec habitabit in ea filius hominis.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impreſſis.

38 Theodorit. *Cedar nomine appellati Iſmaëlitæ, quòd inter illos tribus Cedar filij Iſmael primas teneret.*

THEODORITVS. Prædicit item Propheta, etiam Iſmaelitis qui nunc dicũtur Sarraceni, calamitates obuenturas Cedar Reginæ Aulæ, quam percuſſit Nabuchodonoſor Rex Babylonis, *ſic dicit Dominus.* Cedar, vnus erat de filiis Iſmahel: idque docemur ex libro Creationis. Illo verò tẽpore illa reliquis tribubus, vt veriſimile eſt, imperabat: vnde etiam illã appel-

D lauit Reginam, aulam verò nominat, vniuerſum ſtatum Sarracenorum. Erant namque paſtores habitantes in tentoriis. Adhortatur autem, vt in eos ducant expeditionem, & deprædentur oues, & Camelos, ac tentoria depopulentur. Cedma quoque erat filius Iſmahelis. Admonet eos vt ſub terra lateant, quod dicitur per id, *demergite vos in ſeſſionem:* vt euitare poſſint hoſtium impetum. *(Surge, aſcende ad gentem quietam, ſedentem in refrigerio, dicit Dominus. Quibus non ſunt portæ, non ſeræ, non vectes: ſed ſoli habitant.)* Tibi ſunt hæc, ait, facilia: quando nullâ obſidione, aut diuturnâ morâ tibi opus eſt, aut tẽpore longo: captu faciles ſunt & morigeri. Oſtendit porrò, ſe vltionem immittere. E *Et ventilabo eos omni vento, qui ſunt attonſâ facie. Ex omnibus finibus eorum afferam inuerſionem eorum.)* Hoc eſt, ad omnia climata vertẽtur in fugam: & qui ſedent ad Orientem Solem, & qui habitant circa veſperam. *Et erit Aula, commoratio Struthionum & inuia, vſque in æternum:* Non ſedebit illic homo, nec habitabit filius eius, qui è terra natus eſt. Quibus verbis res ipſæ teſtimoniũ perhibent. Nam relictâ illâ planè deſertâ, accedunt ad loca tutiora, quæ inhabitantur.

39 Hieron. Hieron. Comment. ſuper id cap. 21. Iſaiæ, *Onus in Arabia.)* Liber Geneſeos docet ex Iſmaële Cedar, & Agarenos, qui peruerſo nomine Sarraceni F vocantur, eſſe genitos.[a] Hi per totam habitant ſolitudinem: de quibus puto & Poëtam dicere: Latéque vagantes Barcæi: & ſupradictum volumẽ,[b] *contra faciem omnium inquit fratrum ſuorum habitabit:* eò quòd latiſſima eremus ab India ad Mauritaniam vſque tendatur, & Athlanticum Oceanũ, quod puto Ieremiæ titulum ſonare: *Ad Cedar & ad regna Aſor quæ percuſſit Nabuchodonoſor Rex Babylonis*

a Geneſ. 25. 13.

b Geneſ. 25. 18.

Ierem. 49.

bylonis: statimque sequitur: *Hæc dicit Dominus: surgite & ascendite ad Cedar & vastate filios Orientis. Tabernacula eorum & greges eorum capient: pelles eorum, & omnia vasa, & Camelos tollent sibi.* Et iterū: *Iniuit enim contra vos Nabuchodonosor Rex Babylonis consilium, cogitauit aduersùs vos cogitationes: Surgite & ascendite ad gentem quietam & confidēter habitantem, ait Dominus: non ostia, non vectes eis: soli habitant: Et erunt Cameli eorum in direptionem: & multitudo iumentorum in prædam. Et dispergam eos in omnem ventum, qui sunt attonsi in comam: & ex omni confinio eorum adducam interitum super eos, ait Dominus: eritque Asor habitaculum draconum, deserta in sempiternum: non manebit ibi vir: nec incolet eā filius hominis.* Totum prophetiæ testimonium de Ieremia posui: vt quæ sit Cedar indubitanter intelligas. Et considera quomodo Ismaelitarū, hoc est, Sarracenorum propriè gentem descripserit: qui habitat in tentoriis: qui quas nox cōpulerit, sedes tenent: quibus armenta sunt & pecota, Camelorumque greges: qui non habent ostia, nec vectes: non enim versantur in vrbibus, sed in solitudine habitant. Et hi ergo à Babyloniis deleti sunt: eò quòd Asor ciuitatem, quæ metropolis gētis illius in eremo fuit, vsque ad solum subuerterint. & tamen cùm Camelorum & ouiū greges capti sunt, pellesque eorum atque tentoria sorte diuisa, non omnis gentis illius significatur interitus: eò quòd Dromedariis Camelis centum, & ampliùs millia vno die per vastam solitudinem fugere soleant. *Auferetur*, inquit, *omnis gloria Cedar*: & imminuto sagittariorum numero, quia maximè pollent arte pugnandi, cæteri qui fugerint remanebunt.

Cedarenæ Gentis descriptio.

40 Rabanus Maurus spiritaliter hæc exponēs ait: Spiritaliter Cedar, qui interpretatur tenebræ, & Asor, qui interpretatur sagitta luminis, significāt hæreticos mente tenebrosos, & tamen sententiis dogmatûm suorum sagittas luminis fingētes, qui se simulant esse filios Orientis, cùm veraciter sint filij tenebrarum. Horum tabernacula & greges, pelles, & vasa, Camelos & iumenta, Chaldæi spiritales cum Nabuchodonosor mystico vastantes capiūt, quia doctores cum discipulis vasa nequitiæ, cum morticinis facinorum, brutos homines, à fortitudine peccatorum deformes, in voraginibus scelerum suorum latitantes capiunt, atque in interitū sempiternum abducunt, qui licet attōsi sint in coma, & priuatos crinibus vitiorum se arbitrentur, tamen propter peccata sua, & hipocrisin nequissimam morti obnoxij sunt perpetuæ. Eritque ciuitas eorum, quæ semper contraria extiterat ciuitati Dei habitaculum Draconum spiritalium, nec ibi manebit vir Ecclesiasticus, atque Catholicus, nec incolet eā filius hominis, veraciter vtens à Deo in se cōditā ratione, sed soli perditi ac erroribus decepti manebunt in perpetuū. De hoc spiritali Cedar Psalmista commemorat, dicens:[a] *Heu me, quia incolatus meus prolongatus est, habitaui cum habitantibus Cedar.*

Rab. Maur. Heretici designati per Cedar, id est, tenebras, & Asor, id est, sagittam luminis. Eorūdémque direptio per Chaldæos spiritales.

a Psa. 119. 5.

D. Thom. 3. p. in supplement. Quæst. 40. ar. 1. argumentum contra Clericorū tonsurā ex eo facit, quòd hîc vers. 32. asseritur. Videtur enim, inquit, quòd ordinati non debent coronā tōsuræ habere, quia Dominus comminatur captiuitatem, & dispersionem his qui sic attondētur: vt patet Deut. 32.[b] *De captiuitate inimicorum denudati capitis*, & Ierem. 49. *Dispergam eos in omnem ventum qui sunt attonsi in comam.* Idem verò in responsione ad primum dicendum ait, quod Dominus comminatur illis, qui hoc ad cultum Dæmonum faciebant.

D. Thomas. Tonsura clericalis defenditur.

b Deut. 32. 42.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Τῆς κηδάρ.] || ἴδιον.

Θεοδωρήτου.] ἡ κηδὰρ Σαῤῥακηνῶν. ἦν δὲ κηδὰρ υἱὸς Ἰσμαὴλ τοῦ Ἀβραάμ. τινὲς δέ φασιν, αὐτὴν κηδὰρ λέγειν τὴν || νῦν καλουμένην καβουλᾶν, ἔρημον οὖσαν νῦν, πάλαι δὲ μεγίστην, καὶ τῆς Ἀῤῥαβίας, ἤτοι τῶν νῦν Σαῤῥακηνῶν λεγομένων μητρόπολιν. περὶ ἧς φησι καὶ Ἡσαΐας. ἐκλείψει ἡ δόξα κηδάρ, καὶ τὸ λοιπὸν τῶν ἰσχυρῶν τῶν υἱῶν κηδάρ, βασίλισσαν τὴν αὐλὴν καλεῖ. καὶ Ἰεζεκιὴλ ἰδιάζουσαν τὴν προφητείαν περὶ ταύτης εἶπεν. ἐπειδὴ καὶ ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ὡς εἰκὸς, αὐτὴ τῶν ἄλλων ἐκράτει φυλῶν. αὐλὴν δὲ καλεῖ πᾶσαν τὴν τῶν Σαῤῥακηνῶν σύστασιν. ἐπειδὴ νομάδες εἰσὶν ἐν σκηναῖς κατοικοῦντες.

|| Ὀλυμπιοδώρου.] κατὰ τῆς κηδὰρ ἡ προφητεία. χώρα δὲ αὕτη τῶν Σαῤῥακηνῶν, ἄρχουσα τῆς ἐρήμου, ἐν ᾗ οἰκοῦσιν οἱ Σαῤῥακηνοί. ||

[Κεδέμ.]

Θεοδωρήτου.] τὸ δὲ κεδὲμ, ἀνατολῶν λοιποὶ ἐκδεδώκασι. εἰσὶ δὲ οἵτινες φασὶν ἀπὸ Ἰσμαὴλ. τούτου γὰρ παῖς ὁ Κεδέμ. υἱοὺς δὲ Κεδὲμ ἕτεροι τοὺς Βαβυλωνίους εἰρήκασιν. ἄμεινον δὲ Σαῤῥακηνοὺς νοεῖν. οὓς ἐκάλεσεν ἔθνος ἡσυχάζον, καὶ καθήμενον εἰς ἀνάψυχιν, διὰ τὸ μὴ ἔχειν ὁμόρους, πολεμεῖν αὐτοῖς δυναμένους, ἀλλ᾽ εἶναι μόνους ἐν ὑπαίθρῳ, μὴ μοχλῶν possent illis bellum inferre. Sed sola sub dio degerent, quibus non erat opus vectibus, & repagulis; quæ

Vers. ... PSI Cedar.)

41 28. Theodoreti.] *Cedar regio est Sarracenorum. Erat autem Cedar filius Ismaelis filij Abraham. Quidam porrò asserunt, Cedar ab ipso appellari quæ nunc vocatur Cabula, nunc desertam, sed olim maximam, Arabiaque siue corū qui nunc Sarraceni dicuntur, Metropolim, de qua ait & Isaias;*[a] Deficiet gloria Cedar reliquumque sagittarum filiorū Cedar fortiū. *Cedar igitur Reginam Aulæ vocat, & Ezechiel*[b] *peculiarem de illa prophetiam dixit; quòd tunc temporis, vt videtur, cæteris hæc imperabat tribubus. Aulam autem vocat vniuersam Sarracenorū congregationem, quoniam sparsim degunt in tabernaculis habitantes.* Olympiod.] *Cōtra Cedar est hoc vaticinium: regio verò hæc est Sarracenorum princeps deserti, in qua Sarraceni habitant.*

Theodorit. Cedar nomen Regionis.

Cedar nomen Ciuitatis olim Metropolis Arabiæ.

a Isai. 21. 16.

b Ezech. 27. 21.

Olympiod.

42 Ex vers. 28. (*Et implete filios Cedem.*)

Theodor.] *Cedē Orientis reliqui reddiderūt. Hi verò aiunt genus ducūt ab Ismaele, cuius filius fuit Cedem: filios verò Cedem alij Babylonios dixerunt, Sed meliùs est Sarracenos intelligere, quas vocauit gentem quiete fruentem, & sedentem in refrigerio, quòd finitimos non haberēt, qui*

Theodorit. Cedem filios aliqui esse fuerunt esse Babylonios, alij Sarracenos.

enim

μηδὲ βαλάνων τῶν ἐν κλειδώμασι δεομένους. (τὰ γὰρ ὑπὸ τῶν κλειδίων κινούμενα βάλανοι λέγονται). διόπερ καὶ τὰς κλεῖς βαλανάγρας ἐκάλουν. τοῖς οὖν ἀσεβέσιν οὐδὲ ἡ παντελὴς ἔρημος ἀσφαλής. κἂν σπήλαια βαθύνωσιν ἑαυτοῖς, ἐκεῖθεν ἁλώσονται. ἀντὶ δὲ τοῦ, παντὸς πέραν αὐτῶν ὁ μὲν Ἀκύλας, ἐκ παντὸς μέρους αὐτῶν, ἐξέδωκεν. ὁ δὲ Θεοδοτίων, ἐκ πάντων μερῶν αὐτοῦ.

[Λίαν ἐμβαθ.

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐνομίσατε ἀσφαλῶς καθῆσθαι, τουτέστιν οἰκεῖν.

[Ἐν τῇ αὐλῇ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐν τῇ ἐρήμῳ. αὐλὴ δὲ διὰ τὸ αἴθριον. [Ἀνάστηθι καί.]

Ὀλυμπιοδώρου.] Καθήμενον εἰς ἀναψυχὴν, ἡσυχάζον, εὐσταθοῦν.

[Οἷς οὐκ εἰσὶ θύ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] Βάλανοι, αἱ κλεῖδες. διὰ τὸ αἰθρίους οἰκεῖν.

[Μόνοις κατά.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἀντὶ τοῦ διεσπαρμένοι.

[Κεκαρμένους.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἀντὶ τοῦ, τὴν εὐπρέπειαν ἀφῃρημένους. ἄλλα δὲ βιβλία ἔχουσι. κεκερασμένους, ἀντὶ τοῦ, συγκεχυμένους. [Ἐκ παντός.)

Ὀλυμπιοδώρου) ἐκ παντὸς τρόπου τροπὴν αὐτοῦ ποιήσω.

enim clauiculis mouentur. Balani dicuntur: Vnde & claues Balenagras vocabant. Impiis itaque tutum non eſt neque intimum deſertum. Et ſi ſpeluncas, ſibi effodiant, inde capientur: loco autem illius (ex omni termino eorum,) *Aquila quidem,* (ex omni parte eorum) *interpretatus eſt: Theodotion verò,* ex omnibus partibus eius.

43 Ex verſ. 30. (*Fugite valde in profundo fuiſtis.*)

Olympiod. — Olympiodori.) *Putaſtis in tuto ſedere, ſcilicet habitare.* (*In aula.*)

Olympiod. — Olympiodori.) *In deſerto; vocatur verò aula quia ſub dio.*

Verſ. 31. (*Conſurge, & aſcende.*)

Olympiod. — Olympiodori.) *Sedentem voluptuosè, quietè degentem, & confidenter habitantem.*

(*Quibus non ſunt portæ.*)

Olympiod. — Olympiodori.) *Balani, id eſt claues ex eo quòd ſub dio habitarent.*

Ex verſ. 31. (*Soli habitant.*)

Olympiod. — Olympiodori.) *Pro diſperſi.*

Ex verſ. 32. (*Attonſos.*)

Olympiod. — Olympiodori.) *Id eſt decore ſuo priuatos, alij Codices legunt, commixtos ſcil. confuſos.*

Ex verſ. 32. (*Ex omni.*)

Olympiod. — Olympiodori.) *Omni modo efficiam.*

Caput 49. à verſ. 34. vſque ad Finem.

TEXTVS VVLGATÆ.

34 QVod factum eſt verbum Domini ad Ieremiam Prophetam aduerſus Ælam in principio regni Sedeciæ Regis Iuda, dicens:

35 Hæc dicit Dominus exercituum: ecce ego confringam arcum Ælam, & ſumam fortitudinem eorum.

36 Et inducam ſuper Ælam quatuor ventos à quatuor plagis cæli: & ventilabo eos in omnes ventos iſtos: & non erit gens, ad quam non perueniant profugi Ælam.

37 Et pauere faciam Ælam coram inimicis ſuis, & in conſpectu quærentium animam eorũ: & adducam ſuper eos malum, iram furoris mei, dicit Dominus: & mittam poſt eos gladium donec conſumam eos.

38 Et ponam ſolium meum in Ælam, & perdam inde Reges & Principes, ait Dominus.

39 In nouiſſimis autem diebus reuerti faciam captiuos Ælam, dicit Dominus.

TEXTVS SEPTVAGINTA.

34 *QVæ prophetauit Ieremias ſuper gentes quæ Ælam.*

35 *Hæc dicit Dominus. Contritus eſt arcus, Ælam, principium potentatus eorum.*

36 *Et inducam ſuper Ælam quatuor ventos à quatuor extremis cæli: & diſpergam eos in omnibus ventis iſtis: & non erit gẽs, quo non veniet illuc expulſi Ælam.*

37 *Et terreſaciam eos coram inimicis eorũ, quærentibus animam eorum: & inducam ſuper eos ſecundum iram furoris mei: & immittam poſt eos gladium meum donec abſumpſero eos.*

38 *Et ponam thronum meum in Ælam, & emittam inde Regem, & magnates.*

39 *Et erit in nouiſſimo dierum, & reducam captiuitatem Ælam, dicit Dominus.*

PARAPHRASIS CHALDAICA.

34 *QVod factum eſt verbum prophetiæ à facie Domini cum Ieremia Propheta aduerſus Ælam, in principio regni Sedechiæ Regis tribus domus Iuda, dicens:*

35 *Hæc dicit Dominus exercituum: Ecce ego conteram fortitudinem Ælam, caput roboris eorum.*

36 *Et inducam ſuper Ælam quatuor regna à quatuor vẽtis cæli, & diſpergam eos in omnes vẽtos iſtos, & non erit populus quo non abeant profugi Ælam.*

37 *Et conteram Ælam coram inimicis ſuis, & coram iis qui quærunt occidere eos, & inducam ſuper eos malum, iram furoris mei, dicit Dominus: & mittã poſt eos illos qui occidunt gladio, donec conſumam eos.*

38 *Et ponam thronum regni mei in Ælam, & perdam inde Regem & dominatorem, dicit Dominus.*

39 *Et erit in fine dierum conuertam captiuitatem Ælam, dicit Dominus.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impreſſis.

44 Theodorit. — THeodoritus. Prædicit itẽ quæ ventura ſunt Ælã: explicato prophetiæ tẽpore. Nam refert eã, ſtatim vt regnare cæpit Sedecias; emiſſam eſſe. *Hæc dicit Dominus exercituum, Ecce ego contero arcum Ælam, & caput dominationis eorum.* Ælam, eſt vrbs ſita in

Ælam vrbs ſita in ore maris rubri olim inſigne emporium.

in ore maris rubri. Erat autem hæc quondam emporium insigne:vnde etiam hodie prouehuntur,qui nauigant ad Indos: *Et inducam super Ælã quatuor ventos, è quatuor extremis cæli. Et non erit gens, quæ non veniat illuc.* Cùm Rex Babylonis obtinuisset Ægyptum, rediens irrupit in eam, pristinum habens exercitum, è partibus Aquilonis,& Orientis coactum. Cui etiam aderat multitudo hominum insulas Occidentis incolẽtium: ac secum etiam assumpserat Ægyptios,Afros, & Æthiopes, qui plagam sortiti sunt Australem. Hæc propheticus sermo prædixit.

45 *(Et attonitos eos reddam coram hostibus suis,quærentibus animam eorum. Et inducam in eos iuxta irã indignationis meæ, dicit Dominus. Et immittam à tergo eorum gladium meum, donec consumam eos.* Vocauit rursum gladium suum Babylonios: quoniã eorum ministerio pœnas ab his exegit: *Et ponam solium meum in Ælam, & perdam inde Regem & magnates, dicit Dominus. Ponam solium meum*, dixit, pro, illic iudicium exercebo, & proferam sententiam, vtens hostibus, tanquam publicis quibusdam ministris. Nunc autem, eadem ciuitate conuersâ, ibi etiam solium tenet ad pietatẽ: ita vt iuxta hunc sermonem vera sit prophetia: *Et erit in extremo dierum, conuertam captiuitatem Ælam, dicit Dominus.* Existimo bonum Dominũ per hanc & alias prophetias;quibus promisit reuocationem, non modò polliceri liberationem à captiuitate corporis,sed etiam à captiuitate mẽtis:vtpote qui maiorem animarum curã habeat. Ea enim de causa castigationes infligit corporibus. Prædicit ergo destructionem Diaboli cessationem ab impietate, & liberationem hominum,à peccato in captiuitatem redactorum.

Gladium suũ appellat Deus hostes quorũ ministerio pœnas sumit ab iis quos corripere velit.

A captiuitate peccati, atque Diaboli liberationem designat per Prophetas Deus per promissam reuocationem à captiuitate corporea.

46 Rabanus Maurus.(*Quod factum est verbum Domini,&c.*)Ælam esse regionem Persidis non ambigamus, vnde & Ælamitæ nuncupantur.Prædicit enim Propheta Medis,& Persis,licet Babylonem deuastauerint,regnúmque Chaldæorum destruxerint:.ipsi tamen per Macedones atque Alexandri Magni potentiam destruendi sunt. Ipse enim qui cætera regna pro iniquitatibus suis corripuit, istud regnum pro scelere suo & impietatibus impunitum non reliquit. Interpretantur ergo Aelamitæ despiciẽtes,siue tentantes, & significant persecutores Ecclesiæ Christi, quibus potestas data est à Domino, vt secundùm tẽpus Ecclesiã Dei decipientes, variis persecutionibus tẽtando fatigent. Sed venit hora quando à quatuor plagis cæli illis vindicta superueniat,& paueant coram inimicis suis, quia vndique eis malum imminet, & valida tempestas futura erit. [a] *Mittet enim filius hominis Angelos suos à quatuor vẽtis cæli, vt colligant omnia scandala de regno eius, & eos qui operantur iniquitatem mittant in caminũ ignis ardentis,ibi erit fletus & stridor dentium*, ibique eos gladius vindictæ Domini consumet in æternum. Attamen quia multi sunt, qui ex ipsis persecutoribus ante ad fidem Christi conuertentur, & in numero fratrum recipientur,sermo diuinus non tacet cùm dicit: *In nouissimis autem diebus reuerti faciam captiuos Ælam dicit Dominus:*quia ipsi qui ante peccatis fuerant captiui, per Christi gratiam postmodùm erũt liberi, & qui ante fuerant inimici, iam fient amici & proximi.

Rab Maur. Ælam regio Persidis,vnde Ælamitæ.

Ecclesiæ persecutores significati per Ælamitas, quorum vocabulũ interpretatur, despicientes siue tentantes.

a Mat.13.27.

Persecutorũ Ecclesiæ pœna,multorũq; eorum cõuersio prænũciata.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Α ἐσοφῆτ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ὃ καὶ γέγονε Κύρου τοῦ Πέρσου καθέλοντος τὴν βασιλείαν Χαλδαίων, καὶ σὺν Ἰουδαίους εἰς τὴν ἰδίαν ἀποστείλαντος.

Ὠριγένους.] ταύτην ὡς ἔλεγον, οἱ μὲν 70. τῶν κατὰ τῶν ἐθνῶν ὁράσεων πεντάταξαν. οἱ δὲ λοιποὶ τετάρτην. Αἰλὰμ δὲ ἔθνος Ἀραβικὸν, πρὸς τῇ ἐρυθρᾷ κείμενον θαλάσσῃ.

Ὀλυμπιοδώρου.] Αἰλὰμ ἡ τῆς Βαβυλῶνος, ἢ καὶ πάσης χώρας ἧς ἦρξε Κῦρος. χρὴ εἰδέναι ὅτι ὁ ἅγιος Ἰωάννης ὑπομνηματίζων τὸν Ἱερεμίαν, μέχρι τοῦ ὧδε ἀκολούθως ὑπεμνημάτισεν. ἐάσας δὲ τὰ μετὰ ταῦτα, ἄρχεται ὑπομνηματίζειν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τῆς βασιλείας Ἰωακείμ. ἔνθα καὶ τὸ ὑποκείμενον σημεῖον κεῖται. καὶ οὕτω τὰ λοιπὰ ὑπεμνημάτισεν.

Ὠριγένους] ἐφρόνουν γὰρ ἐπὶ τοξείᾳ μὴ μαθόντες ψάλλειν. οὐ γὰρ ἐπὶ τὸ τόξον μου ἐλπιῶ, καὶ ἡ ῥομφαία μου οὐ σώσει με. ἔθνη δὲ πανταχόθεν ἀπειλεῖ κινεῖν ἐπ᾽ αὐτόν. ὅθεν ἀνέμους ἐκ τῶν ὅθεν ὁρμῶντο καλεῖ.

Ὠριγένους.] ἕκαστος ἡμῶν ἀνάλογος τῇ καταστάσει ἢ αἰλαμίτης ὁμώνυμός ἐστιν, ἢ Ἰδουμαῖος, ἢ Μωαβίτης, ἢ Αἰγύπτιος, ἢ Ἰσραηλίτης. δυνατὸν δὲ μεταβάλλειν ἐξ ἑτέρου ἔθνους εἰς ἕτερον κρεῖττον, ἢ χεῖρον. τὰ ψυχικὰ γὰρ ἔθνη μεταπίπτειν οἶδεν εἰς ἄλληλα. πλὴν ἕκαστος ἡμῶν ἀναλόγως οἷς ἐθησαύρισε, πίεται τὸ τῆς ὀργῆς Κυρίου ποτήριον,

47 Vers. 34. *Qvæcumque prophetauit Ieremias.)* Olympiodori.] *Quod & factum est deleto regno Chaldæorum à Cyro Persa, Iudæisque in propriam terram dimissis.*

Origenis.] *Visionem hanc,vt dicebam, Septuaginta quidem visionibus contra gentes præposuêre; cæteri verò contra Aelam gens Arabica est, rubroque mari adiacet.*

Olympiodori.] *Aelam, vel Babylonis;vel vniuersa terra cui præfuit Cyrus. Sciendum,est sanctum Ioannem cùm Commentarios in Ieremiã conscriberet,vsque ad præsentem locum continuatã serie conscripsisse, relictis verò quæ sequuntur, cõmentarios cæpisse scribere ab initio Regni Ioa- vbi & appositũ videtur signum,& deinceps cætera exposuit.*

Origenis.] *Arcubus enim & sagittãdi peritia superbiant,quia nõ didicerãt canere,* [a] Nõ enim in arcu meo sperabo, & framea mea non saluabit me. *Gentes verò minatur se in eũ cunctis è partibus excitaturum,quapropter & ventos partes eas vnde venirent, appellat.*

Orig.]*Vnusquisque nostrũ iuxta statũ & rõditionẽ suam vel Aelamita quidẽ est,vel Idumæus, vel Moabita,vel Aegyptius,vel Israelita:fieri verò potest vt quis de alia gente transeat in aliã meliorem,vel peiorem gentes:enim quòd ad animam pertinẽt,altera in alterã migrat.Cæterũ quisque nostrũ pro eo quòd sibi thesaurizauit ira Domini calicẽ, bibet*

Olympiod.

Origenes. *Chrisostomus commẽtarius contexuit in magnã partẽ vaticiniorum Ieremiæ.*

Olympiod. *Nota nunc in Ieremia Vaticiniis non seruatũ ordinem illũ, quẽ habebãt Chrysostomi tẽpore.Vnde & in subsequẽtibus sæpe eiusdem Chrysostomi reperiuntur glossæ.*

Origenes. a Psal.43.7. *Ventorũ vocabulo vocata varia mũdi partes.*

Origenes. *De Gente in Gentẽ, quod ad animam pertinet, migrare nostrũ quisq; potest. Ira Dei calicẽ bibet quisque prout illi sibi miscuerit.*

ἀκράτου ἢ κεκερασμένης. πάντες γὰρ ἡμάρτομεν πλέον ἢ ἔλαττον. ὡς δὲ Ἰσραὴλ ἐπώνυμος γέγονεν οὗ πεποίηκεν, ἰσχύσας πρὸς τὸν θεὸν ἐν τῇ πάλῃ, οὕτω τινές εἰσι περιβεβλημένοι, ψεκτοὶ αἰλαμῖται. οὕτω γὰρ ἑρμηνεύεται. παραβάλλονται δὲ, οὓς κατὰ τὸν ἀπόστολον παρέδωκεν ὁ θεὸς, εἰς ἀδόκιμον νοῦν, εἰς πάθη ἀτιμίας δηλοῖ δὲ τίνες, οἱ περὶ ὧν ὁ λόγος, ἀνέμοις, Παῦλος εἰπών. ἵνα μηκέτι ὦμεν κλυδωνιζόμενοι, καὶ περιφερόμενοι παντὶ ἀνέμῳ διδασκαλίας ἐν τῇ κυβείᾳ τῶν ἀνθρώπων, ἐν τῇ μεθοδείᾳ τῆς πλάνης. περιφέρεται δὲ παντὶ ἀνέμῳ ὁ παραβεβλημένος εἴτε διδασκαλίας, εἴτε θυμοῦ, εἴτε ἐπιθυμίας ἀνέμῳ: ἄνεμοι δὲ τέσσαρες γενικοὶ, ταράσσοντες τὴν ἀνθρώπου ψυχὴν, ἐπιθυμία, φόβος, ἡδονὴ, λύπη. οἷς αἰλαμίτης ἐκ τοῦ θεοῦ καταλειφθεὶς παραδίδοται. ἀλλὰ τί τὸ τόξον αἰλάμ, ἐν ᾧ ἡ ἀρχὴ τῆς δυναστείας; αὐτὸς ἔφη μελῳδῶν ὁ Δαβὶδ, ἰδοὺ οἱ ἁμαρτωλοὶ ἐνέτειναν τόξον. ἡτοίμασαν βέλη εἰς φαρέτραν τοῦ κατατοξεῦσαι ἐν σκοτομήνῃ τοὺς εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ. [καὶ μετ' ὀλίγα] ἀλλ' ὁ σωτὴρ ἐπιδημήσας τοὺς τέσσαρας ἀνέμους ἐπὶ τοὺς αἰλαμίτας ἐπῆγε, κυκλοῦντας ἡμᾶς, ἵνα τούτους διασκορπίσῃ. παραδίδονται γὰρ δυνάμεις ἀντικείμεναι δυνάμεσιν ἑτέραις ἀντικειμέναις εἰς κόλασιν. ὡς ὁ Φαραὼ τῷ Ναβουχοδονόσορ. καὶ ὄφεις γὰρ ἰοβόλους εἰ κατακλείσεις ὄψει τοὺς ἀσθενεῖς ὑπὸ τῶν δυνατωτέρων ἀπὸ λιμοῦ, κατεσθιομένους, ἕως οὗ ὁ πάντων ἰσχυρότατος πληρωθεὶς ὑπὸ τῶν ὄφεων οὓς κατεδήδοκεν ὁ καλούμενος γένηται βασιλίσκος, ἰὸν ἔχων ἐκ μόνης θέας καρποφόρον δένδρον ξηραίνοντα. οὕτως αἱ πονηραὶ δυνάμεις ὑπ' ἀλλήλων κολάζονται, μέχρι καταλειφθῇ τελευταῖον, ὁ ἐχθρὸς κυρίου θάνατος, βασιλίσκος. περὶ οὗ φησιν. ἐπὶ ἀσπίδα καὶ βασιλίσκον ἐπιβήσῃ. ὁ γὰρ χριστὸς ἰσχυρότερος ὢν τοῦ βασιλίσκου, ἐπιβέβηκεν αὐτῷ, καὶ δέδωκεν ἡμῖν ἐξουσίαν πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπιῶν. [Καὶ ἐπάξω.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐπαγωγὴν κυκλόθεν. ἢ καὶ τὰ πανταχόθεν ἔθνη σημαίνει, τὰ συνελθόντα ἀλεξάνδρῳ εἰς τὸν κατὰ Δαρείου πόλεμον.

[Καὶ ἀποστελῶ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] τὴν ἀποτομίαν: καὶ θήσω.

Τοῦ αὐτοῦ.] ἀντὶ τοῦ, μετ' ἐξουσίας ἐπελεύσομαι αὐτοῖς. ἢ περὶ ἐκκλησίας προθεσπίζει μελλούσης ἔσεσθαι παρ' αὐτοῖς.

Βίκτωρος.] τέλος χρηστὸν ἐπαγγέλλεται, καὶ ἐκκλησίας ἐν ταύτῃ κατάστασιν, ἐν ᾗ Θεὸς ἀναπαύεται, τὸν πρὶν αὐτῆς ἄρξαντα συντρίψας σατανᾶν. εἰς ὕψος γὰρ ἀναβὰς διὰ τοῦ σταυροῦ ὁ Κύριος τῶν δυνάμεων ᾐχμαλώτευσεν αἰχμαλωσίαν ἀγαθὴν τῆς προτέρας ἀποστρέψας τοὺς αἰλαμίτας.

[Καὶ ἀποστρέψω.]

Βίκτωρος.] ἡ προφητεία μέχρι τῶν ἐνταῦθα πεπλήρωται. μετὰ ταῦτα γὰρ ἱστορικώτερον περιέχει τὰ κατὰ Σεδεκίαν, καὶ τὴν ἅλωσιν Ἱερουσαλὴμ, καὶ τὰ σκεύη τὰ ληφθέντα τοῦ ἱεροῦ. ἐν οἷς ποδιστῆρας ὁ Σύρος τοὺς νιπτῆρας τῶν ποδῶν ἐξέδωκεν. τοὺς δὲ ἐφαθ, οἱ μὲν τοὺς ὀβελίσκους φασὶν, οἱ δὲ τοὺς ἀποχυτῆρας. Μεσαμερὼθ δὲ τὰς λυχνίας. Ἰωακεὶμ δὲ τὸν Ἰεχονίαν.

A bibet pura vel temperatæ; omnes enim peccauimus plus vel minus, & quemadmodum Israel nomen traxit ab eo quod fecit, cùm præualuisset luctando in Deum sic proiecti: quidam sunt vituperabiles Aelamitæ, sic enim interpretantur, Dantur autẽ iĳ de quibus hic sermo; iuxta illos quos secundum Apostolum, [a] Deus tradidit in reprobũ sensum, in passiones infamiæ, ventis; eos verò Paulus Apostolus describit, inquiens, [b] Ne inposterum fluctuemur, & circumducamur B omni vento disciplinæ, in ludo hominũ, in instructione erroris. *Circumfertur verò omni vento, qui aut vẽto doctrinæ traditus est, aut iræ, aut concupiscentiæ. Venti verò quatuor sunt principales, qui hominis animum turbant, Concupiscẽtia, timor, voluptas, tristitia, quibus derelictus à Deo Aelamita traditur. Sed quis sit arcus Aelam, in quo summa fortitudinis, Dauid canendo ait,* [c] Ecce peccatores intenderunt arcũ, parauerunt sagittas in pharetra, vt in tenebris sagittent rectos corde, [*Et post pauca*] *sed ad-* C *ueniens Saluator quatuor ventos in Aelamitas inuexit, qui nos circumdabant, vt eos dispergeret. Traduntur quippe virtutes oppositæ virtutibus aliis oppositis ad puniendum, sicuti Pharao Nabuchodonosori. Nã & Serpentes venenosos si includas, videbis imbecilliores à fortioribus præ fame absumi, donec repletus omniũ robustissimus Anguibus quos deuorauit, fiat, qui Basiliscus vocatur venenum habens solo aspectu potentem arefacere fructuosam arborem. Ita malignæ virtutes à se in-* D *uicem pœnis affliguntur, donec postremum relinquatur, vltimus Christi inimicus mors Basiliscus, de quo ait dictum,* ([d] Super Aspidem & Basiliscum ambulabis) *Christus enim ipso Basilisco fortior super eum ambulauit, nobisque* [e] dedit potestatem, *conculcandi serpentes, & Scorpiones.*

Vers. 36. (*Et inducam Aelam quatuor vẽtos.*)

Olympiodori.] *Inductos è circuitu vel omnes vndique collectas gẽtes significat quæ secutæ sunt Alexandrum ad bellum contra Darium.*

E Ex vers. 37. (*Et mittã gladium meũ post eos.*)

Olympiodori.] *Rigidam seueritatem.*

Vers. 38. (*Et ponam thronum meum.*)

Eiusdem.] *Pro, cum potestate accedam ad eos vel de Ecclesia vaticinatur, apud eos futura:*

Vict.] *Bonum finẽ promittit. Ecclesiæque in ea statum, in qua Deus quiescit, primo eius principe Satanâ confecto.* [e] *In altũ enim ascendens per crucem Dominus virtutũ bonâ captiuitate captiuauit, liberans à prima Aelamitas.*

F Vers. 39. (*Et reuerti faciam Aelam.*)

Victoris.] *Hic finis est prophetiæ; Nã quæ sequuntur ea continẽt historicè quæ Sedeciæ euenerũt in expugnatione Ierusalẽ, vtque vasa tẽpli fuerint direpta; In quibus ποδιστῆρας, Syrus peluas ad lauãdos pedes interpretatus est: Ephath verò, quidã obeliscos esse aiunt, aliĳ verò vasa ad infundendũ. Mesamerod verò cãdelabrũ, & Ioachim Iechoniã.*

Nomina sortimur à gestu bonis, vel malis.

Ventis dari dicũtur traditi in reprobum sensum.

a Rom. 1. 28.

b Eph. 4. 14.

Vento omni quis circunferatur.

Vẽti spiritales quatuor præcipua passiones.

Arcus impiorum quinam, & qualis.

c Psal. 10. 2.

Dæmones traduntur aliis dæmonibus cruciandi, sic & impĳ aliis impiis.

Basiliscus ille fit anguis qui serpẽtes omnes simul inclusos deuorauit.

d Psal. 90. 13.

e Luc. 10. 19.

50

Victor.

Olympiod.

Olympiod.

Ecclesia status ibi, vbi Christus posuit solium suum.

Victor.

e Psal. 67. 19.

Victor.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ XLIX. A CAPVT XLIX.

* ΜΗ ΌΝ υἱοὶ οὐκ εἰσὶν ἐν Ἰσραὴλ, ἢ παραλειπόμενος οὐκ ἔστιν ἐν αὐτοῖς; τουτέστι, μὴ οὐκ οἰκοῦνται τῷ θεῷ; ἢ ἔρημοι εἰσὶ πάσης βοηθείας; ὅτι κατὰ τῶν Ἰσραηλιτῶν, οὕτως ἐπήρθησαν; ἵνα δείξῃ Ἰουδαίοις, ὅτι διὰ τὰ κατ᾽ αὐτὸν γινόμενα κακὰ τιμωρεῖται τὰ ἔθνη.

Τί ἀγαλλιάσῃ ἐν τοῖς πεδίοις, ἐν Ἰακίμ.] Ἰακὶμ πόλις ἦν μεγίστη ἐν τῇ πεδιάδι κειμένη, ἣν ὁρμητήριον κατὰ τῶν πολεμίων ἐκέκτηντο. λέγει οὖν ὅτι μὴ θαρσεῖτε ἐπ᾽ αὐτῇ. κατασπράφεῖται γάρ.

Διεῤῥύησε τὰ πεδιά σου. τουτέστιν, οὐκ αὐτὴ μόνον ἀπώλετο, ἀλλὰ καὶ αἱ λοιπαὶ ἐν ταῖς πεδιάσι κείμεναι μετ᾽ αὐτῶν τῶν πεδίων, τῶν πολεμίων πάντα τὰ προστυχόντα δηουμένων.

Ἐπὶ κατάρασιν τοῦ Βοσὼρ ἐν μέσῳ μέρους αὐτῆς. τὴν Βόσραν λέγει. ἡ γὰρ νῦν Ἀῤῥαβία, τότε Ἰδουμαίας ἦν. τὸ δέ, ἐν μέσῳ μέρους αὐτῆς, συμμαθίας ἔχει, διὰ τὸ εἶναι αὐτὴν μητρόπολιν.

Ἰδοὺ ὡς λέων ἀναβήσεται ἐκ μέσου τοῦ Ἰορδάνου εἰς τόπον Ἐθάμ, ὅτι ταχὺ ἐκδιώξω αὐτοὺς ἀπ᾽ αὐτῆς.] τὸ Ἐθὰμ ὀφείλει ἔχειν κατὰ τὸν Ἑβραϊκόν. σημαίνει δὲ τὸ ἰσχυρόν. βούλεται, δὲ εἰπεῖν, ὅτι ὁ βάρβαρος καθάπερ λέων ἀναβὰς, πορθήσει τὴν χώραν. τοῦ δὲ Ἰορδάνου ἐμνημόνευσεν, ὡς αὐτόθι μάλιστα τούτων τῶν θηρίων δεικνυμένων, καὶ ὄντων φοβερῶν.

* Τῇ Κιδὰρ βασιλίσσῃ τῆς αὐλῆς ἣν ἐπάταξε Ναβουχοδονόσορ ὁ βασιλεὺς Βαβυλῶνος. λέγει κατὰ τῶν Σαρακηνῶν. οὕτως γὰρ ἔχει ἔθος ἡ θεία γραφὴ καλεῖν τὸ ἔθνος τῷ τοῦ Κιδὰρ ὀνόματι. τὸ δὲ τῇ βασιλίσσῃ τῆς αὐλῆς ὄνομα ἐστι πόλεως. ὃ κατὰ μὲν τὴν Ἑβραίαν φωνὴν ἐκαλεῖτο Μελχὲθ Ἀσὼρ, ὅπερ ἑρμηνευόμενον, ἐποίησε βασίλισσαν. τὸ δὲ Ἀσὼρ, αὐλὴν σημαίνει ἴσως οὖν καὶ ὡς μητρόπολιν οὕτως ἐκάλουν τὴν πόλιν ὥστε τὰ πολλὰ γίνεσθαι φιλεῖ, ταύτην ἔλαχεν οὖσα τὴν ἐπωνυμίαν. εἶτα μετὰ τοῦτο προφητεύει κατὰ τῆς Αἰλά. φασὶ δὲ εἶναι Ἐλαμίτας, τοὺς νῦν καλουμένους Πέρσας.

Vers. 1. NVNQVID filij non sunt in Israel? vel qui accipiat non est in eis? hoc est, Num in obsequium Dei non habitantur, aut omni auxilio carent, vt contra Israelitas ita animo intumuerint? vt Iudæis ostenderet, se gentes punire propter mala quæ in eos intulerunt.

Cap. 49. Vers. 1.

Vers. 4. *Quid gloriaberis in campis Iacim?* Iacim ciuitas erat maxima in campis sita, quam possidebant, vt belli munitionem eam contra hostes haberent. Dicit itaque, ne fidatis in ea, etenim destruitur. *Defluxerunt campi tui*, id est, Non tantùm ipsa destructa est, sed & cæteræ vrbes, quæ erãt in campis vnâ cum ipsis, hostibus obuia vniuersa diripientibus.

B

* Vers. 13. *In maledictionem Bosor in medio partis illius.* Bostram ait, quæ enim nunc Arabia, tunc Idumæa erat. Illud verò, *In Medio partis illius, coniunctas*, habet, eò quòd esset Metropolis.

Chrysost. Vers. 13.

C

Vers. 19. *Ecce quasi Leo ascendet de medio Iordanis in locum Etham, quia citò expellam eos ab ea.* Iuxta textum Hebraicum, *Etham* legendum est, quod robustum significat: & sensus est, Barbarus quasi Leo ascendens terram vastabit: Meminit porrò Iordanis, cùm ibi belluæ hæ præcipuè maximéque horribiles videantur.

* Vers. 28. *Ipsi Cedar Reginæ aulæ, quam percussit Nabuchodonoser Rex Babylonis.* Contra Saracenos sermonem dirigit: ita enim solet diuina Scriptura Cedar nomine nationem illam appellare. *Reginæ aulæ.* Nomen est vrbis, quæ voce Hebraicâ *Melcheth Asor*, vocabatur, quod interpretatur fecit Reginam. *Asor* aulam significat: fortasse igitur veluti Metropolim ita vrbem nominabant, vt sæpius contingere solet. Post hæc contra Aila vaticinatur: asserunt verò hos esse Elamitas, qui nunc Persæ vocantur.

Chrysost. Vers. 28.

D

Capiut 50. à vers. 1. vsque ad 8. Sectio Prima.

TEXTVS VVLGATÆ. E

1 VErbum, quod locutus est Dominus de Babylone, & de terra Chaldæorum, in manu Ieremiæ Prophetæ.

2 Annunciate in Gentibus, & auditum facite: leuate signum, prædicate, & nolite celare: dicite: Capta est Babylon, confusus est Bel, victus est Merodach, confusa sunt sculptilia eius, superata sunt idola eorum.

3 Quoniam ascendit contra eam gens ab Aquilone, quæ ponet terram eius in solitudinem: & non erit qui habitet in ea ab homine vsque ad pecus: & moti sunt & abierunt.

4 In diebus illis, & in tempore illo, ait Dominus: venient filij Israel, ipsi & filij Iuda simul: ambulantes & flentes properabunt, & Dominum Deum suum quærent.

TEXTVS SEPTVAGINTA.

1 *VErbum Domini: quod loquutus est super Babylonem.*

2 *Annunciate in Gentibus & audita facite, & ne abscondatis. Dicite: capta est Babylon: Confusus est Belus interrita, delicata tradita est Merodach.*

3 *Quia ascendit super eam gens Ab Aquilone. Hic ponet terram eius in desolationem: & non erit, qui habitet in ea ab homine, & vsque ad pecus.*

4 *In diebus illis, & in tempore illo venient filij Israel, ipsi & filij Iuda in idipsum: euntes, & plorantes ibunt, Dominum Deum suum quærentes.*

5 In

5 In Sion interrogabunt viam, huc facies eorum. Venient, & apponentur ad Dominum fœdere ſempiterno, quòd nullâ obliuione delebitur.

6 Grex perditus factus eſt populus meus: Paſtores eorum ſeduxerunt eos, fecerúntque vagari in montibus: de monte in collem tranſierunt, obliti ſunt cubilis ſui.

7 Omnes qui inuenerunt, comederunt eos: & hoſtes eorum dixerunt: Non peccauimus: pro eo quòd peccauerunt Domino decori iuſtitiæ, & expectationi patrum eorum Domino.

A

6 Vſque ad Sion interrogabunt viam: huc enim faciem ſuam dabũt: & venient & confugient ad Dominum Deum. Teſtamentum enim æternum obliuioni non tradetur.

6 Oues perditæ factus eſt populus meus: Paſtores eorum expulerunt eos in montes, ſeduxerunt eos, de monte in collem abierunt: obliti ſunt cubiculi ſui.

7 Omnes inuenientes eos abſumebant. Inimici eorum dixerunt, ne dimittamus eos, eò quòd peccauerunt Domino. Paſcua iuſtitia ei, qui congregauit patres eorum.

PARAPHRASIS CHALDAICA.

1 *VErbum quod locutus eſt Dominus contra Babylonem, & contra terram Chaldæorum in manu Ieremiæ Prophetæ.*

2 *Narrate in populis & annunciate & leuate ſignum, annunciate & nolite ceſſare: dicite, Capta eſt Babylon. confuſi ſunt qui colebant Bel, confracti qui colebant Merodach: confuſa ſunt ſimulachra eius, contrita eius idola.*

3 *Quia aſcendit contra eam populus de terra Aquilonis; ipſe ponet terram eius in deſolationem, & non erit qui habitet in ea; ab homine vſque ad pecus, moti ſunt migrauerunt.*

4 *In diebus illis & in tempore illo, dicit Dominus, iungentur filij Iſrael, ipſi & filij Iuda ſimul: cùm migrarent, flentes migrarunt; at cùm reuertentur de terra tranſmigrationis ſuæ, cultum Domini Dei ſui quærent.*

5 *De Sion interrogabunt vt eant viâ tritâ ante ſe: ibunt, addentur ad populum Domini: inibit cum eis pactum ſempiternum: quod numquam caſſabit.*

6 *Oues diſperſæ fuerunt populus meus; Reges abduxerunt eos, dominatores deprædati ſunt eos: de monte in collem migrauerunt, obliti ſunt domus confidentiæ ſuæ.*

7 *Omnes qui inuenerunt eos, diripuerunt eos, & inimici eorum dicunt, Non reputabitur nobis peccatum, quia pro eo quòd peccauerunt coram Domino, longè receſſerunt ab habitaculo veritatis eius, & ab expectatione patrum ſuorum Domino.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impreſſis.

1 Theodorit.

THEODORITVS. Poſtquam vaticinatus eſt quæ ſunt aliis nationibus euentura, prædicit de cætero Babylonis exitium. *Annunciate in gentibus, auditum facite, attollite ſignum: euulgate, & ne celetis, dicite, Capta eſt Babylon.*) Cùm Rex Babyloniorum euertiſſet alia regna, ſuoque ſubiugaſſet imperio, iubet ſignificari gentibus, regni Babylonici deſtructionem. *Pudefactus eſt Bel.* Idolum erat, quod apud Babylonios ſummo habebatur in honore: & nonnulli quidem, vocant illud Iouem: quidam verò Saturnum. Aitque pudefactum eſſe, tũ quòd adoratoribus ſuccurrere nequiuerit: tum quòd ſuis cultoribus omnino ſit ſpoliatus. *Belus* inquam, *imperterritus & delicatus.* Facultatum eorum & mollitiem indicat. *Traditus eſt Merodach.* Eum qui primus imperauit Babyloniis, nominarunt Merodach. Hoc igitur loco, vel poſtremum dicit, ſub quo euerſio regni contigit: vel primum, qui tranſtulit regnum à Niniue in Babylonem. Iſtud autem, *traditus eſt*, poſſit quiſpiam accipere tam primi, quam ſecundi tempore factum eſſe, modo ſub ſecundo de ipſo regno

Bel Idolum Babyloniorũ vocatum ab aliquibus Iouem, ab aliis Saturnum.

Idola pudefacta dicuntur, quum & ſibimet ſuccurrere nequiuerint, & ſuis priuati ſint cultoribus.

Merodach nomen primi Regis Babylonis, necnon & vltimi.

B intelligat: cuius omnia idola dicit eſſe pudore perfuſa, ac perſpicuam oſtendiſſe eorum imbecillitatem. Per gentem, quæ in expeditionem aduersùs Babylonios venit ab Aquilone, vult dicere Medos, hi enim, ait, terram ipſorum reddiderunt deſertam, ac depopulati ſunt.

Medi Babyloniã vaſtarunt regnum.

Illo, inquit, tempore decem ac duæ tribus recipient libertatem: *& vnà reuertentur & confugient ad Dominum. Teſtamentum enim æternum non dabitur obliuioni.*) Hoc eſt, promiſſio patribus facta. Deinde comparat eos ouibus, quæ pereunt: adſcribens paſtoribus cauſam interitus ouium. Vocat autem paſtores, non modò reges, C ſed etiam Sacerdotes. Et refert, in quo fecerint eos errare. (*Expulerunt eos in montes, errare fecerunt eos. De monte in collem abierunt: obliti ſunt cubilis ſui.*) Delubra idolorum, appellat colles & montes: quoniam in eis adorabant idola: templum autem, diuinum, cubile eorum. Inde enim conſequebantur bonorum fruitionem. Error, inquit, ille tradidit eos hoſtibus, propter ea ea quæ commiſerunt in Dominum. *Paſcua iuſtitiæ ei, qui congregauit patres eorum Domino.* Sic & Beatus Dauid dicit,[a] *Nos autem populus eius & oues paſcuæ eius.* Iſtud etiam hîc dicit, eos fuiſſe paſcua iuſtitiæ Domino, qui patres eorum elegit.

2 *E captiuitate Babylonica redière ex omnibus tribubus Iudæorum.*

Subditorũ errata Principibus, atque Prælatis tributa.

Templa Dei appellata cubilia fideliũ.

Paſcua iuſtitiæ Dei appellati fideles.

a Pſal. 99. 3.

D Rabanus Maurus. (*Verbum quod locutus eſt Dominus de Babylone*, &c. Iſaias, Ieremias, atque Ezechiel verbum Domini contra Babylonem, & terram Chaldæorum protulerunt, in quo præuaricationes & iniquitates eius plurimas replicauerunt, & meritam vindictam inde ſibi venturam prædixerunt. Quomodo ergo à Medis & Perſis vrbs Babylon ſubuerſa ſit hiſtoria prodit, & libri Prophetarum non tacent. Vnde præſens Propheta iubet annuntiare in gentibus & prædicare quod capta ſit Babylon, confuſus Bel, & victus Merodach, idola videlicet quæ Chaldæi pro diis colebant. Confuſa ſunt omnia ſculptilia eius, & ſuperata ſunt idola eorum, quoniam E aſcendit contra eam gens Perſarum vtique, atque Medorum ab Aquilone quæ ponet terram eius in ſolitudinem: ita vt non ſit qui habitet in ea, ab homine vſque ad pecus.

3 Rabanus.

In Babylonẽ & eius euerſionẽ prophetarũt Iſaias, Ieremias, & Ezechiel.

Merodach vnum ex idolis Chaldæorum, ſecũdum Rabanum.

Ponit enim Rabanus Iſaiæ verba capitis 13. à verſ. 17. vſque ad finem totamque Hieronymi ad verbum literalem ſuper ea expoſitionem quam videre potes lib. 5. Comment. illius in Iſaiam.

Alteram enim idem Hieronymus ſpiritalem ſuper ea omnia quæ Iſaias habet contra Babylonem, aliaſque gentes Iudæis infeſtas, proſequitur F expoſitionem à principio libri ſexti ipſorummet Commentariorum.

In diebus illis, & in tempore illo, ait Dominus, venient, &c. Hæc ergo promiſſio ad reuerſionem populi Dei de captiuitate, quam ſub Aſſyriis, vel Chaldæis paſſus eſt in terram Iuda pertinet, vel magis Chriſtiana tempora ſignificat, quando de

4 Rabanus.

Gentes multiplices in vnum corpus in Eccleſia colligendas.

diuersis gentibus filij Dei conueniunt, ad Ecclesiam Catholicam, & ad veram religionem. Ibique quærent Dominum suum, interrogantes, & discentes viam veritatis, vultúmque cordis sui ad faciendam voluntatem Dei conuertunt, iunguntúrque illi fœdere sempiterno, quod nullâ obliuione vnquam delebitur. Nam & hoc quod sub alia similitudine Ezechiel Propheta in libro suo describit, dicens: [a] *Tu fili hominis sume tibi lignum vnum, & scribe super illud Iuda, & filiorum Israel, & sociis eius, & tolle lignum alterum, & scribe super eum Ioseph, lignum Ephraim, & cunctæ domui Israel, sociorúmque eius: Et adiunge illa vnum ad alterum, tibi in lignum vnum, & erunt in vnionem in manu tua.*

a Ezech. 37. 16.

A Principibus prauis est, vt eorum subditi à recto Dei cultu abstrahantur.

Describit namque Rabanus ad verbum hoc loco totum Ezechielis vaticinium capitis 37. à vers. 15. vsque ad Finem, & quicquid super illud in Hieronymi est Commentariis, vt videre est lib. 11. Comment. eius in citatum caput Ezechielis.

(*Grex perditus*, &c.) Hac sententiâ denotantur Reges Israelitarum qui errare fecerunt populum à cultu diuino, & declinare ad Idololatriam: quorum primus Ieroboam fuit filius Nabath, qui decem tribus fecit adorare vitulos aureos, quorum vnum posuit in Dan, & alterum in Bethel, & Achab, de quo Scriptura dicit: [b] quod venundatus sit, vt faceret malum in conspectu Domini, nec non & cæteros Reges eiusdem populi quos arguit Scriptura præuaricatores esse legis Dei. Mysticè autem significat Scribas, & Pharisæos, vel etiam hæreticos qui fastum superbiæ suæ induxerunt Sectas perditionis in populum Dei, variis transgressionibus facientes obnoxium: & quoniam deseruerunt traditionẽ diuinæ legis, & recesserunt de cubili Sanctæ Ecclesiæ, vbi spõsus cum sponsa colloquitur: Oues Dei Christum, qui ostium est, opposuerunt contra illos, qui lacerant eas peccati spiculis, quique hoc pro nihilo perpetuo ducunt, & duxerint. Vnde & sequitur.

b 3. Reg. 21. 25.

Per hæreticos est vt multis in locis populus fidelis fit grex perditus in varias discissurus sectas.

(*Hostes eorum dixerunt*, &c.) Possunt & Sacerdotes mali iuxta tropologiam in ipsis pastoribus accipi, qui curis mundanis, & illecebris voluptatum dediti, causæ fiunt perditionis plebis sibi commissæ. De quibus per Prophetam dicitur: Causa ruinæ populi Sacerdotes mali. Qui licet peccatum grande per negligentiam suam commiserint, eò quòd contra præceptum iustitiæ, & spem futuræ remunerationis, oues Christi luporum morsibus tradiderint: tamen nullâ pœnitentiâ, vel metu futuræ vindictæ commoti se à peccatis corrigere student: & excæcati puluere curarum terrenarum, cæci ad ignem vadunt perpetuum. Quâ autem mente animatum Præsul honore pastorali inter cæteros vtitur, inter terrena negotia quæ reprehendere in aliis debuit, ipse versatur: quòd videlicet, ex ira iustæ retributionis per Prophetam Dominus minatur, dicens: [c] *Et erit sicut populus sic Sacerdos.* Sacerdos quippe est vt populus, quando ea agit is qui spiritali officio fungitur, quæ illi nimirum faciunt, qui adhuc de studiis carnalibus iudicantur.

Prelati, & Sacerdotes praui sunt totius Christianæ plebis ruina.

c Oseæ. 4. 9.

5 Basil. Magn.

Pro toto hoc, quod & sequenti in capite 51. continetur, faciunt hæc quæ à Basilio Magno habentur ad initium Comment. suorum super cap. 13. Isaiæ. Certè iuxta historiam videtur ipsa dicta esse Babylon, is locus in quo natiua linguæ proprietas confusa est in his qui dicebant: [d] *Venite, ædificemus nobis ipsis ciuitatem & turrim, cuius fastigium*, siue vertex *pertingat cælum*, Eò vsque cùm descendisset Deus, eorum confudit linguas, quocirca inditum illi est nomen σύγχυσις, confusio, siue miscellanea conspersio. Locus igitur ædificatæ Babylonis ager est confusionis, nõ modò natiuæ linguæ proprietate, sed & dogmatũm, sententiarum, & eius qui creditur intellectu præditus ea cernere. Hæc quidem visio aduersùs Babylonem qualemcúmque consolatoriam refocillationem Israelitico populo impressione Babyloniorum diuexato & miserè afflicto attulit. Ne enim in pusillanimitatem prolaberentur, ac de spe deciderent diuinæ prouidentiæ quasi essent Dei ipse prorsus destituti, hoc mali præuertens, oraculo prophetico Isaias, ea edisserit quæ essent inamœna, & velut obuiam appræhensura Babylonios, vt ne animis elanguescerent, mœrore præsentium calamitatum contabescentes, sed confidentiores fierent certâ expectatione aduenientium bonorum. Etenim vltio de inimicis vindex certò expectata, & affutura breui non paruam adfert afflictis tranquillitatem.

Babylon locus confusionis linguarum.

d Gen. 11. 4.

Babylonis locus est ager & cõfusionis dogmatum.

Babylonis euersionem Iudaico populo prædicendam curauit Deus in eiusdẽ populi consolationem.

Cyrillus Alexandrinus, lib. 2. in Isaiam tom. 2. in caput 13. pro literali quoque istius vaticinij intellectu, post aliqua hæc præfatur. Cyrus patre quidem Cambyse, matre verò Mandana natus, Persiæ, ac Mediæ Rex oppugnauit Babylonem & omnem regionem Chaldæorum, licet ampla sit & maxima: & sanè expugnauit, cepitque eam non viribus suis, neque robustiori manu, (inuicta siquidem & insuperabilis est gens Chaldæorum, & propter multitudinem, & propter magnam rei militaris peritiam) sed potiùs quòd Deus ei aduersarios subiiceret, impiúmque Babyloniorum imperium labefactaret: quippe apud quos plurima veneficia, ac innumerabilia idolorum examina extiterint, nimirum terra τῶν γλυπτῶν, id est, sculptilium nominata est, vel propter turbam sculptilium, vel etiam quòd nullus incolarum, in eo inquam quòd impotenter & effrenatè in errorem prolabebatur, etiam à quoquam seruo differre deprehenderetur. At hæc, quia sancta terra & Deo deputata, id est, Iudæa deuastata, & Hierosolymis ipsoque diuino templo incensis, abduxerunt in suam ipsorum regionem vasa Sacra, atque impotenti irâ concitati Israelem occiderunt, quantumuis Sãctus populus, & portio, & sors Dei nominaretur. Nam quòd Israelem idola colentem tradiderit Deus in manus hostium, non obscurum est Sacrarum literarum scientibus, sed qui ad hoc vocati sunt, eos non leui supplicio affecerunt. Inuenitur enim alicubi dixisse vniuersitatis Deus voce Zachariæ: [e] *Æmulatus sum Ierusalem & Sion, æmulatione magnâ, & furore magno irascor gentibus conspirantibus, pro eo quòd ego iratus fui modicè, ipsa verò conspirarunt in mala.* Et Babyloni ait: *Ego dedi eos in manus tuas, tu autem non impartiuisti illis misericordiam.* Cyro igitur tradidit Deus superbam & insolentem, omnis vitiositatis matrem & nutricem, dico autem Babylonem. Hoc autem manifestum esse poterit, dicente ipso, voce Isaiæ sic: [f] *Hæc dicit Dominus Christo meo Cyro, cuius prahensaui dexteram, vt auscultent coram eo gentes, & ciuitates non occludentur. Ego ante te ambulabo, & montes complanabo, portas æneas conteram, & vectes ferreos confringam.* Cùm subegisset verò Cyrus, laxauit captiuitate Israelem, domumque lætos ire iussit, ipsumque Dei templum restaurare. Quin & Propheta Ieremias inquit: *Verbum quod*

6 Cyril. Alex.

Babylonia eiusque Regio vniuersa à Cyro non tam propriis illius viribus, quã Dei ope vastata est.

Babylonios acerrimè puniuit Deus, & propter eorũ scelera, & quòd crudeliores fuerant in Iudæos.

e Zach. 1. 15.

f Isai. 45. 1.

Ierem. 50.

quod loquutus eſt Dominus ſuper Babylonem: Annunciate inter gentes, & audita facite, & ne celate, dicite: Capta eſt Babylon, confuſus eſt Bel, imperterrita, mollis tradita eſt Merodach, quia aſcendit contra eam gens ab Aquilone, ipſe rediget terram eius in vaſtitatem, nec erit inhabitans in ea, nec homo nec iumentum. Diebus illis & tempore illo venient filij Iſrael & filij Iuda, vnà ambulantes & flentes ibunt, Deum ſuum quærentes, vſque ad Sion interrogabunt viam. Hinc enim faciem ſuam dabunt, & venient & confugient ad Dominum. Fœdus enim æternum non tradetur obliuioni. Et rurſus: *Propterea hæc dicit Dominus: Ecce ego vindictam ſumam de Rege Babylonis & de terra ipſius, ſicuti vindictam ſumpſi de Rege Aſſur: & reſtituam Iſrael in paſcua ſua, & paſcētur in Carmelo, & in monte Ephraim, & in Galaad, & implebitur anima eius.*

7 Hieronym. *Mundus iſte per Babyloniam ſignificatus, in quo nedum lingua, & opera, menteſque confunduntur.* a Gen. 11. 9. b Ioa. 5. 19. c Iſai. 14. 16. *Mundi vt Babylonis Rex eſt Diabolus.* d Iſai. 14. 13. d Matt 4. 9.

Pro Morali autem ſenſu præponenda & hæc ſunt quæ Hieronymus in principio lib. 6. Comment. in Iſaiam capite item 13. hiſce proſequitur. Quia Babylon quæ Hebraicè dicitur Babel,[a] interpretatur confuſio, eò quòd ibi ædificantiū turrim ſermo confuſus ſit: ſpiritualiter mundus iſte intelligitur,[b] qui in maligno potus eſt: & nō ſolùm lingua, ſed opera ſingulorum menteſque confundit. Huius Babylonis Rex eſt verus Nabuchodonoſor contra Dominum ſuperbiēs,[c] qui dicit in corde ſuo: *In cælum aſcendam; ſuper ſidera cæli ponam ſolium meum: ſedebo in monte teſtamenti in lateribus Aquilonis: aſcendam ſuper altitudinem nubium, ero ſimilis altiſſimo.* Iſte eſt qui oſtēdit Domino vniuerſa regna mundi, & dixit ei:[d] *Hæc omnia mihi tradita ſunt: & tibi dabo, ſi cadens adoraueris me.* Denique in conſequentibus nequaquam contra Babylonem, ſed contra Orbem terrarum comminatio eſt. Dominus Sabaoth præcipit genti bellicoſiſſimæ, vt veniat de terra longinqua à ſummitate cæli, vt diſperdat Orbem terrarum. Et iterum: *Ecce dies Domini venit inſanabilis furoris & iræ: vt ponat Orbem terrarū deſertum, & peccatores diſperdat ex eo.* Ac deinde: *Præcipiam Orbi terrarum vniuerſo mala, & impiis peccata ſua.* Ex quibus probatur omnia quæ dicuntur contra Babylonem, ad mundi huius confuſionem & interitum pertinere.

8 Hieronym. e Iſai. 13. *Contra mūdum, vt per Babyloniam deſignatum prædicaturi, leuent in Eccleſia crucis ſignum.*

Circa verſ. 2. Pro eo quòd dicitur: *Leuate ſignum, prædicate, & nolite celare.* Faciunt quæ loco mox citato aſſerit. Hieronymus ſuper ea Iſaiæ verba,[e] *Super montem caliginoſum, ſiue campeſtrem leuate ſignum; exaltate vocem, leuate manum:* dicens: Apoſtolis præcipitur, & Apoſtolicis viris ac magiſtris Eccleſiaſticarum, vt dimicaturi contra Babylonem, ſignum eleuent Dominicæ crucis, non in humili loco, & in demerſis vallibus, ſed in monte caliginoſo, ſiue campeſtri. Quorum alterum ſignificat abſcondita Eccleſiæ Sacramēta, quæ vt videret Moyſes,[f] & audiret vocem Dei, intrauit tenebras, & caliginem.[g] *Poſuit* enim *Deus tenebras latibulum ſuum:*[h] *& nubes & caligo in circuitu eius.* Alterum docet, ſic nos ad excelſa Eccleſiaſticorum dogmatûm debere cōſcendere: vt (iuxta Apoſtolum Paulum) humiliemur atque dicamus:[i] *Qui non ſum dignus vocari Apoſtolus, quia ſum perſecutus Eccleſiam Dei.* Qui & ipſe eleuauit ſignum in monte campeſtri, quando inſitâ ſibi humilitate dicebat:[k] *Ego autem iudicaui, nihil ſcire me in vobis, niſi Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum.* Hoc autem ſignum & in ſuperioribus leuauit ipſe, qui ortus eſt de radice Ieſſe in nationibus, vt congregaret perditos Iſrael.

f Exod. 19. 16. g Pſa 17. 12. h Pſal. 96. 2. *Eccleſia mōs caliginoſus ob abſcondita fidei Sacramenta, & cāpeſtris ob humilitatē, quā habere debet qui in eius aſcendit dogmata.* i 1. Cor. 15. 9. k 1. Cor. 2. 2.

(*Exaltate vocem, leuate manum.*) Exaltat vocem ſuam qui de ſublimibus loquitur, & præſentia quaſi breuia & tranſitura contēmnit: qui audit ab eodem Iſaia:[l] *Super montem excelſum aſcende qui euangelizas Sion. Eleua in fortitudine vocem tuam, qui euangelizas Ieruſalem.* Eleuat manum ſuam qui poteſt cum Dauid dicere:[m] *Eleuatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum:* & qui[n] in omni loco leuat ſanctas manus: vt non ſolùm leuet manus, ſed etiam conſoletur manu, ne dicat pauperi, cras veni & accipe: vt paupertiem eius & neceſſitatem præſenti miſericordiā conſoletur.

Hieron. *Vocem exaltat qui de ſublimibus loquitur, trāſitura cōtemnens.* l Iſai. 40 9. m Pſ. 140. 2. n 1. Tim. 2. 8. *Manū leuat qui purum in operibus, in oblationibus & in eleemoſynis ſe exhibet.*

Circa verſ. 4. Vide quæ relata ſunt ſupra cap. 3. in noſtra ex Veterum Patrum expoſitionum Appendice ſuper verſ. 18. vbi ſimilibus dicebatur,[o] *In diebus illis ibit domus Iuda ad domum Iſrael, & venient ſimul de terra Aquilonis ad terram quam dedi Patribus veſtris.* Sed & in cap. 14. Iſaiæ, vbi de vaſtatione item Babyloniæ inſigne eſt vaticinium, cum epitaſi non modica ſimilia prædicta his ſunt,[p] *Miſerebitur Deus Iacob, & eliget adhuc de Iſrael, & requieſcere eos faciet ſuper humum ſuam: adiungetur aduena ad eos, & adhærebit domui Iacob,* &c.

9 *Tribuum Iudaici populi vnio poſt reditum è captiuitate Babylonica.* o Ier. 3. 18. p Iſai. 14. 1. *Iudæorū verū Dei cultum amplexuros & plures Gētilium poſt reditū è Babylonia.*

Circa verſ. 6. Hieronymus Comment. in cap. 10. Zachariæ, *Grex perditus factus eſt populus meus, Paſtores eiecerunt eos,* vt vitio magiſtrorum diſcipuli punirentur: non iniuſtitia iudicis qui peccata patrum reddit in filios ſed quia illis peccantibus populus applauſit ſimul.

Hieronym. *Diſcipuli à Deo puniti ob magiſtrorum quidē vitia, cui tamē illi applauſerāt.*

Bonauentura ſuper cap. 11. Lucæ, in ea verba,[q] *Væ vobis Legiſperitis,* &c. *Grex perditus,* &c. Paſtores eorum ſeduxerunt, ſcil. à recta via, vel malis exemplis, vel falſis doctrinis.

Bonauent. q Luc. 11. 51. *Grex fideliū perditus ob Prælatorum mala exēpla, prauámque doctrinam.*

Quod in verſ. 7. dicitur ita refert Hieronymus prope finem libri 2. Aduersùs Pelagianos. *Inimici eorum* (haud dubium quin gregis Domini) *confirmant, dicentes: non peccauimus, cùm peccauerint in pulchritudinem iuſtitiæ, & in expectationem patrum.*

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΑΝΑΓΓΕΙΛΑΤΕ.] Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὥσπερ παραδόξου πράγματος, καὶ οὕτως ἐκβαίνοντος, τὰ προοίμια, οὕτω ποιεῖται. τὸ γὰρ εἰπεῖν, μὴ κρύψητε, ὡς παρ' ἀξίαν αὐτῆς παθούσης. ἢ ὅτι καὶ οὐδεὶς αὐτῶν ἀγνοήσει τὰς συμφορὰς, καθάπερ ἐπὶ τοῦ Φαραὼ πεποίηκεν ὁ Θεὸς, ἵνα ἐνδείξηται τὴν ὀργὴν αὐτοῦ, καὶ γνωρίσῃ

Verſ. 2. ANnunciate in Gentibus.) 10 Chryſoſtomi.] *Tamquam de re inopinata & iam euentu probata, ſic exorditur, Nā quod dicit,* Ne abſcondatis, *quaſi indigna paſſa ſit. Vel quòd nemo ignorabit eius calamitates, ſicuti*[a] *Pharaoni Deus fecit, vt ſuam oſtēderet iram & potentiam ſuam notam faceret: Sic & eius*

Chryſoſt. a Rom. 9. 17. *Malitiā impiorū vtitur Deus ad cæterorum vtilitatem.*

ἐλση τὸ δυνατὸν αὐτοῦ, οὕτω καὶ τῆς πόλεως ταύτης τῆς Βαβυλῶνος. ὁρᾷς αὐτὸν ὁλοκλήροις ταῖς πονηρίας εἰς τὴν ὠφέλειαν τῶν λοιπῶν ἀποχρώμενον διὰ τὴν οἰκείαν εὐμηχανίαν.

Θεοδωρήτου.] ἡ τοῦ θεοῦ δίκη τοὺς πονηροὺς ἔσθ' ὅτε δι' ἀλλήλων ἐκτρίβει. κολάσασα τοίνυν τῶν ἐθνῶν τὰ εἰρημένα διὰ τῶν Βαβυλωνίων, νῦν καὶ τούτους τὴν προσήκουσαν εἰσπράττεται τιμωρίαν. τῆς δὲ Ἀσσυρίας μητρόπολις ἡ Βαβυλών. οἱ δὲ Ἀσσύριοι πρῶτοι τῆς Ἀσίας ἦρξαντο, ἐπ' ἔτεσιν χιλίοις καὶ τετρακοσίοις, ἑλόντες δὲ τὴν Ἱερουσαλὴμ, οὐκ εἰς μακρὰν κατελύθησαν τῆς ἀρχῆς. διὸ καὶ προφητεύεται ταῦτα πρὸς παραμυθίαν τῶν ὑπ' ἀσεβῶν ἔσθ' ὅτε παιδευομένων, ὡς ἂν καρτεροῖεν, τὴν ἐκδίκησιν τὴν παρὰ τοῦ θεοῦ περιμένοντες. [καὶ μετ' ὀλίγα.] ὁ δ' οὖν Κῦρος ἑλὼν τὴν Βαβυλῶνα, τῆς αἰχμαλωσίας ἀνῆκεν τὸν Ἰσραήλ, ἀνοικοδομηθῆναι θεσπίσας καὶ τὸν ναόν. ἐφ' οἷς ὁ προφήτης χαίρων, καὶ ὡς παρόντα βλέπων τὰ μέλλοντα, πᾶσι τοῖς ἔθνεσι τὴν Βαβυλῶνος πτῶσιν εὐαγγελίζεται, τῆς ἀναλώτου δοκούσης εἶναι, καὶ τρυφώσης ἐν εὐπραξίᾳ.

Ὀλυμπιοδώρου.] μετὰ τὴν ἱστορίαν πρὸς τοὺς ἀποστόλους ὁ λόγος.

|| [Κατῃσχύνθη Βῆλος.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] Δείκνυσιν ὅτι οὐκ ἀνθρωπίνης ἀνελεύθιας τὸ πρᾶγμα ἦν. ἦν γὰρ πασῶν ἰσχυροτέρα, καὶ ἐν εὐπραγίᾳ διάγουσα. οὐ τὸ τρυφερὸν ἐδυσώπησε τὸν Θεὸν, οὐκ ἄλλο οὐδέν. καὶ καλῶς κατῃσχύνθη παρὰ προσδοκίαν ὑπὸ ἀναξίων.

[Παρεδόθη.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οἱ ἐλάττους αὐτῶν, καὶ εἰς τέλος αὐτοὺς ἀναλώσουσι.

Θεοδωρήτου.] τὸν δὲ Μαιωδὰχ οἱ μὲν τὸν Δία, οἱ δὲ τὸν Κρόνον εἶναί φασιν. ἄλλοι δὲ αὐτὸν εἶναι τὸν πρῶτον Βαβυλωνίων βασιλεύσαντα, ἢ τὸν ἔσχατον, ὑφ' οὗ γέγονε τῆς βασιλείας ἡ κατάλυσις. ἐπὶ τοῦ πρώτου. λάβοι τις ἂν τὸ, παρεδόθη. ἐτιμᾶτο γὰρ ὡς ἔοικε παρ' αὐτοῖς. ἐπὶ δὲ τοῦ δευτέρου, τὴν βασιλείαν αὐτήν.

|| Ὀλυμπιοδώρου.] ἡ μὲν ὅλη χώρα ὡς πρὸς τὴν Ἱερουσαλὴμ Βορρᾶς καλεῖται. ἡ δὲ Βαβυλὼν ὡς πρὸς τὴν θέσιν τῶν τόπων, νοτιωτέρα ἐστὶ τῶν Μήδων. φησὶν οὖν, ὅτι ὁ Μαιωδὰχ μετὰ τῶν Μήδων ἀνιὼν λήψεται τὴν Βαβυλῶνα. ||

[Ἐν ταῖς ἡμέραις.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὅρα αὐτοὺς οὐχὶ φεύγοντας, ἀλλὰ συντεταγμένους. τίνος ἕνεκεν κλαίοντες. ἐν τῷ καιρῷ τῶν εὐεργεσιῶν μάλιστα τῶν ἁμαρτημάτων αἰσθάνονται, ὅτι εἰς οὕτως ἥμερον καὶ φιλάνθρωπον θεὸν ἐξύβρισαν, τὸν οὐκ ἀνεχόμενον εἰς τέλος αὐτοὺς ἀπολέσθαι, τὸν ἐν τῇ τῶν ἐχθρῶν ἐκδικίᾳ αὐτοὺς ἀναγαγόντα.

Θεοδωρήτου.] εἰ καὶ μὴ πάντες ἐπανῆλθον, ἀλλ' ἡ τοῦ λόγου πλήρωσις εἰς τέλος μένει. ἡ γὰρ πρὸς τοὺς πατέρας αὐτῶν οὐκ ἐπιλησθήσεται διαθήκη. νῦν μὲν οὖν εἴρηται τὸ, κλαίοντες, διὰ τὴν μετάνοιαν. τὸ δὲ αὐτὸ καὶ χαρὰν αὐτοῖς ἐνεποίει κατὰ τὸ, ἐρχόμενοι δὲ ἥξουσιν ἐν ἀγαλλιάσει. προδήλου ὄντος ὡς ἡδονὴ πολλάκις τίκτειν οἶδε καὶ

A & ciuitati huius Babylonis. Vides vt generali vtatur nequitiâ in reliquorum vtilitatem ob eximiam res administrandi peritiam.

Theodoreti] *Iustitia Dei quandoque prauos à prauis mutuâ clade conterit. Punitis igitur memoratis gentibus per Babylonios, nunc, & ab ipsis debitas sumit pœnas. Assyriæ vero Metropolis est Babylon. Porrò Assyrij primi Asiæ regnū verè tenuerunt per annos mille quadringentos. Captâ verò Hierosolymâ, non longè post imperium amisêre.* B *Hanc ob causam hæc de re Prophetia loquitur ad eorum consolationem, qui ab impiis quandoque castigantur, vt forti animo sint, vltionem à Deo expectantes,* (& post pauca) *Cyrus igitur occupatâ Babylone Israelem è captiuitate dimisit, reædificandum quoque statuens templum. Ob id lætus Propheta, futuraque vti præsentia cernens cunctis gentibus de Babylonis lapsu nuntium dat, quæ nullo modo capi posse videbatur, & deliciis in prospera fortuna affluebat.*

Theodorit. Impios castigat Deus plerumque per alios impios. Babylon metropolis Assyria. Assyriorū imperium quatam durarit.

Cyrus diuisit Iudæos è Babylonia, templumque reædificari statuit.

C Olympiodori.] *Post historicum sensum ad Apostolos spectat hic sermo.*

Olympiod.

|| Ex vers. 2. (*Confusus est Belus.*)

Chrysostomi.] *Ostendit rem non humano more successisse; omnium enim fortissima erat & feliciter degens. Non eius deliciæ Deum flexerunt, non aliud quippiam. Et bene confusus est præter expectationem ab indignis.*

Chrysost. Babyloniæ vastatio à Deo.

Ex vers. 2. (*Tradita est Merodach.*)

Chrysostomi.] *Inferiores ipsis, & penitus* D *illos delebunt.*

Chrysost.

Theodoreti.) *Merodach verò quidam Iouem, quidam Saturnum esse affirmant, alij verò primum, qui Babyloniis imperauit, vel vltimum sub quo finem habuit imperium. De primò quis potest intelligere, illud,* Tradita est: *honorabatur enim, vt par est ab illis, de secundo verò regnum ipsum.*

Theodorit. Merodach Babyloniorū Deū, & Regē primum, vltimumque significare.

Olympiodori.] *Tota quidem regio, si Hierosolymam spectes, vocatur Aquilo. Babylon verò* E *situ locorum considerato Medis australior est. Ait igitur, Merodach cum Medis ascendente captum iri Babylonem.*

Olympiod. Babylon esse ad Aquilonē, Medis tamen est Australior.

|| Vers. 4. (*In diebus illis.*)

12

Chrysostomi.) *Considera eos non fugientes, sed ordine ambulantes: cur verò flentes? tempore beneficiorum præcipuè peccatorum sensum habent, Quòd in tam mansuetum humanúmque Deum contumeliosi fuêre, qui eos omnino perire non patitur, qui vlciscendo hostes* F *reduxit ipsos.*

Chrysost. Beneficiorum diuinorū tempore maior habenda admissorum peccatorum contritio.

|| Theodoreti.) *Etsi non omnes reuersi sunt, sermonis tamen impletio ad finem vsque manet: Fœdus enim cum Patribus eorum pactum obliuioni non tradetur. Nunc itaque dictum est, flentes ob pœnitentiam, quod ipsum & gaudium illis afferebat iuxta illud,* [a] Venientes autem venient in exultatione, *cùm constet, è voluptate sæpe lachrymas oriri.*

Theodorit.

Pœnitentia fletus gaudiū affert.

[a] Psal. 125. 6.

Disper

καὶ δάκρυα. λέγει δὲ καὶ τοὺς διασπορεῖς τοὺς αἰτίους, τουτέστι τοὺς λαὸν μὴ δικαίως ποιμαίνοντας, οὐδὲ γὰρ ἐπὶ τὴν καλὴν τῆς θεοσεβείας ἦγον νομὴν, τὴν ἐν νόμῳ τε καὶ προφήταις, ἀλλὰ τὴν εἰς εἰδωλολατρείαν ἐν ὄρεσι καὶ βουνοῖς. ταῦτα καὶ Ἰεζεκιὴλ φησι. διεσπάρη, καὶ ἀπεπλανήθη τὰ πρόβατά μου ἐν παντὶ ὄρει, καὶ ἐπὶ παντὸς βουνοῦ ὑψηλοῦ. ||

(Ὧδε γὰρ τὸ πρό.)

Ὀλυμπιοδώρου.) αὐτὴ οὖν ἐνταῦθα ἐν τῇ Σιὼν, ὅπου ὁ προφήτης προεφήτευσεν.

(Διαθήκη γάρ.)

Τοῦ Χρυσοστόμου.) ὅρα πάλιν αὐτῶν ὡς καταστέλλει τὰ φρονήματα. ἵνα γὰρ τὴν ἐπάνοδον μὴ τοῖς οἰκείοις κατορθώμασι λογίσωνται, φησὶν, ἐκ παλαιᾶς συνθήκης τοῦτο γεγονέναι.

Ὀλυμπιοδώρου.) ἡ πρὸς τὸν Ἀβραὰμ ἐπαγγελία, ἥτις ἐπληρώθη διὰ Χριστοῦ.

(Πρόβατα ἀπο.)

Τοῦ Χρυσοστόμου.) ἵνα γὰρ μὴ λέγῃ τις, τίνος ἕνεκεν ἀπώλεσας καὶ σώζεις; διὰ τὴν οἰκείαν ῥᾳθυμίαν ἀπώλοντο αὐτοὶ, καὶ οἱ προστάται. οὐκοῦν ἐκείνους ἔδει δοῦναι δίκην, ἀλλὰ καὶ τούτους, ὥστε καὶ πείθεσθαι.

(Οἱ ποιμένες.)

Ὀλυμπιοδώρου.) οἱ ἱερεῖς, καὶ βασιλεῖς, νομοδιδάσκαλοι, ψευδοπροφῆται.

Τοῦ αὐτοῦ.) ἀπὸ κακίας εἰς κακίαν. ἔθυον δὲ καὶ ἐπὶ τοιούτων, τοῖς δαίμοσι.

(Ἐξ ὄρους.)

Θεοδωρήτου.) τὸ οὖν, ἐξ ὄρους ἐπὶ βουνὸν, τὸ, θεοὺς ἐκ θεῶν ἀμείβονται, ἔδειξεν, καὶ ἐπελάθοντο κοίτης αὐτῶν, τὸν θεὸν ἐφ᾽ ὃν ἀνεπαύοντο, καὶ τῆς νομικῆς λατρείας τὴν γνῶσιν. πάντες οἱ εὑρίσκοντες αὐτοὺς κατηνάλωσαν αὐτοὺς, δαίμονές τε καὶ οἱ πανταχόθεν αὐτοῖς ἐπελθόντες πολέμιοι. ἀφύλακτοι γὰρ ὄντως ἦσαν εὐάλωτοι, οἱ ἐχθροὶ αὐτῶν εἶπαν, οὐ μὴ ἀνῶμεν αὐτοὺς, ἀνθ᾽ ὧν ἡμάρτηκαν Κυρίῳ. τοῦτο καὶ ὁ Ναβουζαρδὰν εἰρηκὼς φαίνεται τῷ προφήτῃ.

(Ἐπελάθοντο.)

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τοῦτο αὐτῶν ἔγκλημα, τὸ τῆς πατρίδος ἐπιλαθέσθαι.

(Πάντες οἱ εὑρ.)

Ὀλυμπιοδώρου.] τοῦ νοῦ, καὶ τῶν θείων μαθημάτων, οἷς ἐπανεπαύοντο.

Ὀλυμπιοδώρου.] οἱ ἀλιτήριοι δαίμονες.

Τοῦ Χρυσοστόμου.) ὅρα πῶς αὐτὸς φιλάνθρωπος ἄνωθεν εἰωθὼς αὐτοὺς εὐεργετεῖν, οἱ δὲ ἄδικοι.

|| Θεοδωρήτου.) ἀντὶ δὲ τοῦ, νομὴ δικαιοσύνης τῷ συναγαγόντι τοὺς πατέρας αὐτῶν τῷ κυρίῳ. σύμμαχος ἐξέδωκεν. εὐπρέπεια δικαιοσύνης, καὶ ἐλπὶς πατέρων αὐτῶν κύριος. εἰ γὰρ καὶ οὗτοι τοιοῦτοι, ἀλλ᾽ οἱ πατέρες αὐτῶν ἤλπιζον ἐπὶ τὸν θεὸν, δικαιοσύνῃ κοσμούμενοι, καὶ θεὸν ἔχοντες φύλακα.

Ὀλυμπιοδώρου.) μετὰ τὴν ἱστορίαν, πρὸς τοὺς πιστοὺς ὁ λόγος.

Τοῦ αὐτοῦ.) αὐτοὶ δέ φησιν εἰσὶ νομὴ τοῦ θεοῦ, ἐπὶ

A *Diſperſionis quoque auctores ponit hoc, eſt populum non iuſtè paſcentes: non enim ad pulchra pietatis paſcua ducebant quæ in lege & Prophetis ſunt; ſed ad Idolorum cultum in montibus & collibus. Hæc & Ezechiel ait:* [a] Diſperſæ ſunt, & errauerunt oues meæ in omni monte, & ſuper omni colle excelſo.

Prælati praui diſpergunt Chriſti gregẽ retrahẽtes illum à iuſtitiæ paſcuis.

a Ezech. 34. 5.

Ex verſ. 5. (*Huc enim faciem ſuam dabunt.*)

Olympiodori) *Hoc eſt, huc ad Sion, in qua* B *Propheta vaticinia edidit.* — Olympiod.

Ex verſ. 5. (*Fœdus enim æternum*, &c.)

Chryſoſtomi.) *Conſidera rurſus vt eorum arrogantiam reprimat, ne enim ſuis meritis adſcribant, quòd regreſſi ſint, ex veteri hoc ait eſſe fœdere.* — Chryſoſt.

Regreſſus à captiuitate Babylonica non fuit ex Iudæorũ meritis, ſed ex antiquo Dei pacto.

Olympiodori.) *Promiſſio facta Abrahæ, quæ per Chriſtum adimpleta eſt.*

Verſ. 6. (*Oues perditæ factus eſt populus meus.*) — Olympiod.

13

Chryſoſtomi.) *Nam ne quis diceret, cur* C *perdidiſti, & ſaluas, propter ſuam ſegnitiem perierunt ipſi, & qui præerant. Igitur illos dare pœnas oportebat, ſed & iſtos, ne illis pareant.* — Chryſoſt.

Subditos vnà cum prauis dare pœnas æquum eſt, cùm ſimul delinquunt.

(*Paſtores eorum expulerunt eos.*)

Olympiodori.) *Sacerdotes, Reges, legum doctores, Pſeudoprophetæ.* — Olympiod.

Eiuſdem.) *De malo in malum; ſacrificabant enim & his in locis dæmonibus.*

Ex verſ. 6. (*De monte in collem abierunt.*)

Theodoreti.) *Illud igitur*, de monte in D collem, *Deos ex Diis mutantes oſtendit*: & obliti ſunt cubilis ſui, *Dei ſuper quo quieſcebant, legaliſque cultus notitiam*, omnes inuenientes eos, abſumpſerunt eos, *Dæmones, & hoſtes vndique eos aggreſſi. Dixerunt enim eorum hoſtes; non cuſtoditi, faciles captu ſunt. Non ſinemus eos, eò quòd peccarunt Domino. Hoc enim & Nabuzardam ad Prophetam dixiſſe ſcimus.* — Theodorit.

Cubile fidelium Deus, & eiuſdem lex.

Dæmones liberè aggrediuntur, quos diuinâ cuſtodiâ deſtitutos viderint.

(*Obliti ſunt cubilis ſui.*)

14

E Chryſoſtomi.) *Patriæ oblitos eſſe, eorum delictum.* — Chryſoſt.

Patria cuiuſque dicta cubile illius.

Verſ. 7. (*Omnes qui inuenerunt eos abſumebant eos.*)

Olympiodori.) *Mentis diuinarúmque diſciplinarum, in quibus quieſcebant.* — Olympiod.

Cubile mẽtis, diſciplina diuina.

* Olympiodori.) *Nefandi Dæmones.* — Olympiod.

Chryſoſtomi.) *Vide, vt benignus ipſe ſit, ſolitus ab initio beneficia in illos conferre; illi contra, iniqui.* — Chryſoſt.

Beneficiis Dei quam malè reſpondeant plerique.

F || Theodoreti.) *Loco verò huius* Paſtus (iuſtitiæ ei qui congregauit patres eorum Domino) *Symmachus reddidit*; Decor iuſtitiæ, & ſpes patrum eorũ Dominus: *Etenim & ſi tales hi ſunt; patres tamen eorũ in Deum ſperabant, iuſtitiâ ornati, Deúmque cuſtodẽ habẽtes.* — Theodorit.

Iuſtitia decor, & ſpes patrũ Deus.

Olympiodori.) *Poſt hiſtoricum ſenſum, verba hæc ad fideles ſpectant.* — Olympiod.

Eiuſdem.] *Ipſi verò ait, ſunt paſtus Dei ad* — Olympiod.

ἐπὶ δικαιοσύνῃ ὑπὸ θεοῦ ἐκλεχθεῖσα. ἐπειδὴ γὰρ θεὸς τοὺς πατέρας αὐτῶν ἐκλεξάμενος ἐξήγαγεν ἐξ Αἰγύπτου, εἰκότως καὶ πρόβατα καλοῦνται, καὶ νομὴ θεοῦ ὡσανεὶ κλῆρος.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τουτέστι, μὴ ἐμφιλοχωρεῖτε τῇ Βαβυλῶνι, ἐπειδὴ ἐναπέμειναν ἐκεῖ. ἢ εἰ μὴ τοῦτο, ὡς δράκοντες, τουτέστι, φοβεροὶ καὶ ἐπαχθεῖς.

A *ad iustitiam à Deo electus. Nam quia Deus patres eorum selectos ab Aegypto eduxerat, meritò & oues vocantur, Deique pastus vti possessoris.*

Pascua Dei dicti fideles, & meritò.

|| Chrysostomi.] *Hoc est, ne sit vobis grata habitatio Babylon, quoniam ibi remanserunt, vel si non hoc, tamquam Dracones, id est, horribiles, & infesti.*

Chrysost.

Capitis 50. à vers. 8. vsque ad 17. Sectio Secunda.

TEXTVS VVLGATÆ.

8 Recedite de medio Babylonis, & de terra Chaldæorum egredimini: & estote quasi hædi ante gregem.

9 Quoniam ecce ego suscito, & adducam in Babylonem congregationem Gentium magnarum de terra Aquilonis: & præparabuntur aduersùs eam, & inde capietur: sagitta eius quasi viri fortis interfectoris, non reuertetur vacua.

10 Et erit Chaldæa in prædam: omnes vastantes eam replebuntur, ait Dominus.

11 Quoniam exultatis, & magna loquimini, diripientes hæreditatem meam: quoniam C effusi estis sicut vituli super herbam, & mugistis sicut tauri.

12 Confusa est mater vestra nimis & adæquata pulueri, quæ genuit vos: ecce nouissima erit in Gentibus, deserta, inuia, & arens.

13 Ab ira Domini non habitabitur, sed redigetur tota in solitudinem: omnis qui transibit per Babylonem, stupebit & sibilabit super vniuersis plagis eius.

14 Præparamini contra Babylonem per circuitum omnes qui tenditis arcum, debellate eam, non parcatis iaculis: quia Domino pec- D cauit.

15 Clamate aduersùs eam, vbique dedit manum, ceciderunt fundamenta eius, destructi sunt eius, quoniam vltio Domini est: vltionem accipite de ea, sicut fecit, facite ei.

16 Disperdite Satorem de Babylone, & tenentem falcem in tempore messis: à facie gladij Columbæ vnusquisque ad populum suum conuertetur, & singuli ad terram suam fugient.

B *TEXTVS SEPTVAGINTA.*

8 *Abalienamini de medio Babylonis: & de terra Chaldæorum, & egredimini: & estote velut Dracones ante faciem ouium.*

9 *Quia ecce ego suscito super Babylonem congregationes Gentium de terra Aquilonis, & aciem opponent ei: inde capientur: quasi iaculum pugnatoris intelligentis non redibit vacuum.*

10 *Et erit Chaldæa in direptionem: omnes diripientes eam implebuntur.*

11 *Quia lætabimini, & gloriabimini diripientes hæreditatem meam: quia gestiebatis quasi vituli in herba, & cornu petebatis, velut tauri.*

12 *Confusa est mater vestra valde: pudefacta est mater, quæ peperit vos ad bona: nouissima Gentium, deserta:*

13 *Præ ira Domini, non habitabitur: & erit vniuersa in solitudinem: & omnis, qui transibit per Babylonem tristabitur: & sibilabunt super omnem plagam eius.*

14 *Instruimini super Babylonem in circuitu omnes, qui tenditis arcum: iaculamini super eam: ne parcatis in iaculis vestris, & subiicite eam.*

15 *Dissoluta sunt manus eius, ceciderunt propugnacula eius, & suffossus est murus eius: quia vltio à Deo est: vlciscimini super eam: sicut fecit, facite ei.*

16 *Exterminate semen de Babylone; tenentem falcem in tempore messis: à facie gladij Græci, vnusquisque ad populum suum reuertemur, & vnusquisque in terram suam fugiet.*

PARAPHRASIS CHALDAICA.

8 *Recedite de medio Babylonis, & de terra Chaldæorum egredimini: estote quasi principes in capite populi.*

9 *Quia ecce ego adducam, & ascendere faciam contra Babylonem copias populorum multorum de terra Aquilonis, & ordinabunt contra eam prælium; inde capietur: sagitta eius quasi fortis orbans, non reuertetur vacua.*

10 *Et erit terra Chaldæorum in direptionem; omnes diripientes eam saturabuntur, dicit Dominus.*

11 *Quia gaudetis & lætamini diripientes hæreditatem meam, quia exultatis quasi vitulus saginatus, & hinnitis quasi fortes.*

12 *Confusa est congregatio vestra nimis, contrita est prouincia vestra, ecce finis populorum desertum, desolatio & solitudo.*

13 *Eo quòd tu Babylon irritasti Dominum, non habitaberis, & eris in desolationem vniuersa. Omnis enim qui transierit per Babylonem, clamabit, & mouebit caput suum, ob vniuersas plagas eius.*

14 *Ordinate contra Babylonem per circuitum omnes tendentes arcum, proiicite in eam, & ne parcatis* E *sagittis; quia coram Domino peccauit.*

15 *Vlulate super eam per circuitum, tracta est in manus eorum, ceciderunt fundamenta eius, destructi sunt muri eius; quoniam vltio populi Domini est: vlciscimini eam: sicut fecit facite ei.*

16 *Disperdite regem de Babylone, & tenentem gladium in tempore occisionis, à facie gladij inimici, qui est sicut vinum inebrians: vnusquisque ad populum suum conuertetur, & vnusquisque ad terram suam fugiet.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

F

Theodoritus. (*Abalienamini de medio Babylonis: & de terra Chaldæorum egredimini. Et estote velut arietes ante faciem ouium,*) τοὺς κριοὺς, id est, arietes, Syrus interpretatus est, τράγους, id est, hircos. Hortatur ergo eos, vt sint potentiores Babyloniis, & patriam suam occupent. Propterea comparauit eos hircis. Sunt enim hirci robustiores ouibus. Hunc etiam in modum diuinus Daniel [a] vidit Alexandrum, hirco similem: Darium

15 *Theodorit.*

Hircorum, arietúmque metaphorâ significata roboris & potentiæ præpollentia super alios velut oues.

a Dan. 8. 5.

Darium autem, arieti. Narrat porrò multitudinem aggredientium Babylonem: qui, vt ait, superiores erunt, & implebuntur bonis ibi congregatis. Et explicat causam, propter quam patiatur aduersa. (*Quia exultatis, & gloriamini diripientes hæreditatem meam, & quoniam more vitulorum in herba lasciuiebatis, & cornu petebatis, vt tauri. Et pudore vehementi affecta est mater eorum,*) id est, Babylon. *Effossa est mater, quæ peperit vos,* quantùm ad bona. Pro, *exhausta est.* Istud euersionis superlationem indicat, quod, etiam sequentia docebunt, ecce. Extrema gentium deserta, & aqua currens, præ ita Domini non habitabitur, tota vastabitur. Ait etiam, prætereuntes, ob vim tribulationis immensam, tristem vultum gestare, & sibilo stupore significare.

Milites insolentes comparati vitulis lasciuientibus in herba, taurisque cornupetentibus.

16 Præcipit insuper sagittariis, vt incessanter iaculentur, & sumant pœnas de impietate ipsius. Peccauit enim, inquit, Domino. Prædicit item formidinem Babyloniorum, ac murorum euersionem: causámque calamitatis colligit. Quia vltio à Deo est. *Vlciscamini de ea: sicut fecit, ita facite illi. Disperdite semen de Babylone, tenentem falcem in tempore messis.* Quasi diceret, Non solùm milites, sed etiam agricolas interficite. Id enim ipsi perpetrarunt, dum bellum gererent aduersùs Israelem. A facie gladij Græci vnusquisque ad populum suum reuertetur: & quisque ad terram suam fugiet. Cyrus ante destruxit Lydos, quàm Babylonem. Subiugauit etiam Iones, & Æoles: qui migrantes è Græcia, habitauerunt in Asia. Hos ergo Cyrus etiam ducens iniit expeditionem contra Babylonem. Nec certè frustra Græcorum meminit sermo propheticus: verùm vt doceret, etiam nationes vbicumque procul habitantes, diuinâ sententiâ congregatas esse aduersùs Babylonem.

Græci quoque militibus vsus est Cyrus in Babylonia euersionem, quanta ratione.

17 Rabanus Maurus (*Recedite de medio Babylonis,* &c.) Secundùm historiam monet Propheta Israelitas, qui in captiuitate Chaldaica ituri erât in Babylonem, vt non stabilem possessionem arbitrarentur, ibidem se habituros, sed spem haberent reuersionis suæ in terram propriam, & quãdo tempus relaxatæ captiuitatis vniret, festinarent abire: quoniam futurum erat, vt à Medis & Persis vastarentur, & opulentissimum regnum Chaldæorum in prædam hostium verteretur.

Rabanus. In Babylonica captiuitate existentibus spes data reuersionis.

Hortatur autem vox diuina, vt qui in confusione istius sæculi captiui fuerunt peccatis, per conuersionem & correctionem vitæ de regno Diaboli, & de potestate tenebrarum recedant, redeántque per pœnitentiam ad terram Ecclesiæ: Nam hædi pœnitentes significant: Vnde & in lege pro peccatis offerebantur. Auditâ ergo deuastatione Babylonis, & destructione regni Chaldæorum, Israelitæ egrediuntur: Cùm electi quique sanctorum doctorum, vocibus instructi ante gregem prædicatorũ aguntur, vt vadant in terram repromissionis futuræ: terram videlicet, viuentium, quam mites & mansueti possidebunt in æternum: quoniam cùm audierint Ioannem Apostolum sibi dicentem: [a] *Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt. Mundus autem transit, & concupiscentia eius.* Egredientes de confusione vitiorum certant singuli, in calle virtutum gressu bonorum operum ociùs peruenire ad habitationem cælestis patriæ.

Per Pœnitentiam è sæculi captiuitate recedendum.

Hædorũ metaphorâ significati pœnitentes.

a Ioan. 2. 15.

18 (*Et erit Chaldæa in prædam.*) Postquam casum memorauit Babyloniæ, & deprædationem Chaldææ retexuit: exponit causam vnde hæc patiebantur, quoniam exultauerunt in interitu Iudæorum, & superbia locuti sunt. Diripientes hæreditatem Domini, lasciuientes in deuotatione eius, sicut vitulus super herbam, & superbo clamore velut taurino mugitu captis atque deiectis Israelitis insultantes, sed non diuturnâ inde fruebantur lætitiâ, imò confusione deiectæ sunt perpetuâ.

Lætari de alieno malo quàm Deo displiceat.

(*Confusa est mater vestra nimis,* &c.) Huic similia de Babylone Isaias in libro suo loquitur, dicens: [b] *Et erit Babylon illa gloriosa, in regnis inclyta in superbia Chaldæorum, sicut subuertit Deus Sodomam & Gomorrham. Non habitabitur vsque in sempiternum, & non fundabitur vsque ad generationem & generationem.* Vsque in præsentem ergo diem, vt supra diximus, prophetia Babylonis expletur, confusa est & adæquata pulueri, redactaque est in solitudinem. Et sicut subuertit Deus Sodomam & Gomorrham, sic ista subuersa non habitabitur in æternum. Pro illa enim Seleuciã & Tesiphontem vrbes Persarum inclytas fecerunt, cunctisque gentibus in stuporem versa est, eò quòd tanta potentia regni ad tam magnam venerit despectionem. Dicit ergo secundùm tropologiam, quòd in fine mundi, vel mortis vniuscuiusque, omnis gloria & superbia Chaldæorũ, & confusio mundi recedat, & ita omnia subuertantur, sicut subuertit Deus Sodomam & Gomorrham, nec vltra voluptatum sæculi, vel mundi istius futurus sit status, sed pereat.

b Isai. 13. 19.

In morte vniuersa mũdi gloria perit.

19 (*Præparamini contra Babylonem.*) Præcepit propheticus sermo Medis & Persis & cunctis nationibus; quæ contra Babylonem in illorum venerunt auxilium, vt præparent contra eam arma bellica, instaurent prælium, clamorem aduersùs eam leuent: Vt sicut illa Nabuchodonosor Regem, quem hîc Columbam vocat, non propter simplicitatem mentis, sed propter superbiæ suæ stultitiam, intenta fuit ad deuastandas omnes per circuitum gentes, ita & ipsi vltionem ei reddant, & sicut fecit aliis, ita & faciant ei. Deiiciant muros eius, & fundamenta destruant, disperdant ab illo satorem, & messorem, nec cultorem loci eius derelinquant. Refert Herodotus & multi alij, qui Græcas historias conscripserunt, Babylonem fuisse potentissimam, & campestribus, per quadrum sitam ab angulo vsque ad angulum muri sedecim millia tenuisse passuum, id est, semel per circuitum LXIIII. Arx autem, id est, Capitolium vrbis illius turrisque post diluuium in altitudinem quatuor millia dicitur tenere passuum, paulatim delato in angustias coarctata, vt pondus imminens facilius à latioribus sustentetur. Describit ita templa marmorea, anteas statuas, plateas lapidibus, auróque fulgentes, & multa alia quæ penè videntur incredibilia. Hoc totum narrauimus, vt ostẽderemus, quod ad itam Dei omnis potentia polluta sit, & fauillæ & cineri comparetur. Si liceret introire propter barbaras nationes, & videre tantæ vrbis extrema vestigia, videremus possessionem eorum exitij, & paludes aquarum, & verè completum esse quod Isaiæ vocibus canitur: [c] *Scopabo eam in scopa terens,* exceptis enim muris coctilibus, qui propter bestias concludendas, post annos plurimos instaurantur, omne in medio spatium solitudo est.

Herodotus. Babylonia ædificia ferè incredibilia relata ex Herodoto.

c Isai. 14. 23.

(*Vnusquisque ad populum suum conuertetur.*) Id ipsum testimonium & Isaias in libro suo ponit, ostendens quòd postquam capta fuerit Babylon, & per portas eius intrarit hostilis exercitus, cun-

cta auxilia, & diuersarum gentium turmæ, quibus priùs ciuitas defensabatur ad suas prouincias reuerterentur.

20 Circa vers. 14. Cyrillus Alexandrinus, Homil. 11. Paschal. non longè à fine. Vide quo pacto Idumæi propterea quod subleuandos auxilio Israelitas non putauerunt, verùm inhumanitatem hostium imitati sunt, ipsi nec opinantes, cum tota gente perierunt, vt per Abdiam Prophetam fuerat prænunciatum. Illatam verò sanctæ telluri contumeliam Babylonius impunè tulit, ac de læsorum calamitatibus triumphans, diuturnâ voluptate securè potitus est? Nullo modo. Meritas namque illum pro iis quæ ausus est confestim pœnas luisse ostendam. Postquam enim relictâ Idumæâ de patria repetenda cogitauit, ac decretâ profectione viæ capessendæ signū proposuit, nemine contra illum quo minus institutum iter perageret obnitente, & iam ille quidem barbaricam contra regiam peruenerat, conuentusque solemnes agebat, sibique gloriosam eorum quæ sancti perpessi fuerant commemorationem arbitrabatur, tum ad publicum epulum conuocari optimates iubet, iamque conuiuium vndique faustis acclamationibus ac plausibus personabat. Quidam verò plenos dementiæ sermones deblaterabant, & vt quisque maximè absonum quidpiam patrasset, ita primos sibi honores præ cæteris deposcebat; præmiaque apud illos vnicuique pro modo inhumanitatis adhibitæ tribuebantur. At verò tum maximè iracundiam in tyrannum effudit qui omnia potest Deus, ac non expectatis calamitatibus superbum vndique onerauit. Seditionibus siquidem qui eius imperio continebātur diuisi sunt, ac discordiis inter se mutuò distractæ nationes; iamque ad defectionem subditorum promptissimi quique spectabant, iamque apparabant summis odiis bellum, primaque illis cura & labor erat, vt ipsam tyranni regiam incederent, superbámque & illustrem Babyloniorum vrbem ex ipsis veluti fundamentis euerterent. Et quidem inita pugna trophæum erexére, ac Babylone flammis, ferro verò qui in illa degebant absumptis, præclara facinora glorioso exitu, nempe tyranni cæde claudere festinarunt, Sed hoc omnibus modis ita futurum esse, cùm spiritus illustratione Ieremias Propheta cognouisset, magnâ & contentâ voce clamat, ac velut ad pugnam contra illum ciendam multitudinem hortatur. Ita enim ait: [a] *Præparate aciem contra Babylonem in circuitu. Omnes tendentes arcum sagittate in eam, ne parcatis sagittis vestris, & obtinete eam. Dissoluta sunt manus eius, ceciderunt propugnacula eius, destructus est murus eius, quoniam vltio Dei, est vltio populi sui.* Audiens verò propemodum cadentis populi gemitum, sic rursum ait: *Vox belli & contritio magna in terram Chaldæorum, Quomodo confractus est, & contritus est malleus vniuersæ terræ? Quomodo redacta est in perditionem Babylon in gentibus? inuenientur in te, & vt capieris Babylon, non cognosces, Inuenta es, & capta es, quia Domino restitisti.* Sunt verò hæc vobis à me propterea commemorata, non vt vanâ oratione temerè vestris auribus obstrepamus, sed vt experientiâ eorum quæ gesta sunt, velut pædagogo vtentes, malorum imitationem vitemus. Oportet enim nos, quoniam vniuersorum Deum agnouimus bonum & misericordem, nequaquam aliorum miseriis lætari, sed communem potiùs dolorem existimare, sociumque iis se adiungere, ac minimè malignâ

A charitate eorū molestias obtegere, atque obruere. Illud quoque præterea est animaduertendum, ne in eos qui iam prostrati iacent insurgamus, vel eorum qui ceciderunt, calamitatibus insultemus, etiam si licentiam nacti fuerimus omnia nemine prohibente faciendi: sed metuamus potiùs in vtraque fortuna, velut in bonis alacritatem retinentes, ac generoso spiritu præstantes, nostros ad virtutem animos præparemus, fundamenta priùs veluti quædam, & quasi radices fidei inculpatæ rectitudinem nostris mentibus immittentes.

B 22 Pro eo quod in vers. 15. dicitur. *Dissolutæ sunt manus eius*, congruum id est, quod Basilius Magnus Comment. in cap. 13. Isaiæ super iis verbis.[a] *Propter hoc omnis manus dissoluetur, & omnis anima hominis timebit*, moraliter ea pertractans ait. Contritio cùm à Domino veniat, necesse sit vt ipsi, præuertentes eius aduentum, nostrum cor de se plus iusto sentiens conteramus, vt eius humiliatio fiat hostia & sacrificium. Itaque operosissima manus omnis ac rebus agendis maximè idonea & efficacissima exoluetur quasi ad Deum & eius opera: propter quod dicit: *Quiescite manus remissæ & genua dissoluta.* C Nemo fiduciam in propriis collocet viribus ad expetendam de superuenientibus bellicosis vltionem, nemo in pernicitate pedum spem reponat suam, quasi præpete cursu possit euadere illum contritionis diem, quo venturi sunt ad disperdendam omnem terram. Omnis enim anima hominis expauescet & timore concutietur. Pulchre additur dictio, *Hominis*. Neque enim Angelorum anima subiacet pauori. Hac enim turbulentâ affectione longè est superior. Neque item brutorum anima. Non enim illa tangit talis pauor, quum sit perpessio rationa- D lis creaturæ, & inopia siue defectus dogmatum quæ de magnanimitate & virili fortitudine traduntur. Stupori quidem & timori brutæ animātes subiacent: rationis autem capaces mox vbi non se digna perpessi timore perculsi fuerint, deficiente in eis ratione quæ priùs viuidum robur constantiæ inserebat animæ, ad grauissima quæque nihil grauarim toleranda, hac demum perpessione timiditatis intercipiuntur.

Hieronymus super eadem Isaiæ verba lib. 6. Comment. Cùm dies, inquit, iudicij, vel dormitionis aduenerit omnes manus dissoluentur: qui- E bus dicitur in alio loco: [b] *Confortamini manus dissolutæ.* Dissoluentur autem manus, quia nullum opus dignum Dei iustitiâ reperietur: & non iustificabitur in conspectu eius omnis viuens. Omne quoque cor, siue anima hominis tabescet, & pauebit conscientia peccati sui.

23 Pro eo quod in vers. 16. dicitur. *Disperdite Satorem de Babylone, &c. A facie gladij columba vnusquisque ad populum suum conuertetur, & singuli ad terram suam fugient.* Similia habemus citato capite 13. Isaiæ, his verbis.[c] *Et erit quasi Damula fugiens, & quasi grex ouium: & non erit qui congreget:* F *vnusquisque ad populum suum conuertetur, & singuli ad terram suam fugient.* Super quæ Hieronymus literaliter lib. 5. Comment. ait, Babylonium significat, & Chaldæorum populum, quod ita pauidus ad irruptionem Medorum, Persarúmque fugiat, quasi Damula, & ouis rugitum Leonis, & vlulatum Lupi: nec habeat defensorem, aut principem, cuius sequatur imperium, (*Vnusquisque ad populum suum, &c.*) Postquam capta fuerit Babylon, & per portas eius intrarit hostilis exercitus, cuncta auxilia & diuersarum gentium turmæ

Marginal notes:

Cyrill. Alex. *Inhumanitas aeque proximi quàm Deo displicebat.*

Babylonia ruina quando, & quomodo contigerit.

21 *Lætari in alienis miseriis quàm cauendum.*

a Ier. 50. 14.

Miseris non insultandum, neque in oppressos calamitatibus insurgendū, sed potiùs compatiendum.

Basil. Magn. a Isai. 14. 13. *Contritionem per calamitates à Deo nobis venientē nostri præuertere debemus contritione cordis. Manus nostræ tunc dissoluūtur vtiliter, cùm vim nostram operādi operationi subiicimus Dei. Fidendum nō est in viribus propriis.*

Timor nō est in Angelis. Et quomodo differant timor brutorum, ac timor animæ hominis.

Hieronym. *Manus tunc dissoluuntur, cùm nullum reperitur opus, quod Dei sit dignum iustitia.* b Isai. 35. 3.

c Isai. 13. 14.

Babyloniorū pauor, & fuga peregrinè descripta.

...bus ciuitas priùs defenſabatur, ad ſuas ...ncias reuertentur.

Idem verò Hieronymus lib. 6. item Commēt. in idem cap. 13. myſticè eadem ſic exponit Cælo, terráque commotis, fugiet Diabolus [a] Coluber tortuoſus, vel omne dogma contrarium veritati: quod in magiſtros ac diſcipulos ſcinditur: quorum priores propter ἐξυδέρκειαν Græco ſermone Doreades, id eſt, Capreæ nuncupantur. Serpentes quaſi bruta animalia, & huc atque illuc errantia non habent qui eos dirigant: perdiderunt enim eum, de quo ſcriptum eſt: [b] *A Domino greſſus hominis diriguntur*: qui liberati à magiſtris peſſimis, conuertentur ad populum ſuum: & ſinguli ad terram ſuam fugient, de qua orti ſunt: qui verò inuentus fuerit, occidetur ſiue iugulabitur. Hoc autem non ſolùm in conſummatione mundi, ſed vſque hodie fit in Eccleſia: quando magiſtris ſuperatis, grex deceptus reuertitur ad populum, & ad terram ſuam.

[a] Iob. 26. 13. *Magiſtris prauis ex Eccleſia ſublatis decepti ab illis reuertuntur illico ad fidem priſtinam.*

[b] Prou. 20. 24.

CATENA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Ἀλλοτριώθητε.] Θεοδωρήτου.] εἶτα παρακελεύεται τῷ λαῷ ἐξελθεῖν, καὶ ἀπαλλοτριωθῆναι χαλδαίων, μηδὲν τῆς ἐκείνων ἀσεβείας ἐπαγομένους. ἀξιοῖ δὲ αὐτοὺς καὶ κριοὺς γενέσθαι, διδασκάλους ἑτέρων ὄντας, καὶ πρὸς εὐσέβειαν ἡγουμένους. κινήσω γὰρ ἐγώ φησι τοὺς αἰρήσοντας βαβυλῶνας. τὸ δὲ ἐκεῖθεν ἁλώσεται, ἐκ τῶν ἀπὸ βορρᾶ κινουμένων. οὐ γὰρ ἀποστρέψουσι κενοί, ὡς ἀριστέως δόρυ μὴ σφαγὴν ἐργασάμενον.

[Καὶ ἐξέλθετε.]

Ὀλυμπιοδώρου.] Ἀσύμφωνοι γένεσθε τοῖς βαβυλωνίοις, καὶ φοβεροὶ τοῖς δαίμοσιν.

[Ὅτι ἰδοὺ ἐγώ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] Τὰ κατεψυγμένα τῇ ἁμαρτίᾳ ἔθνη, αὐτὰ διὰ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως στρατεύουσι κατὰ τῆς εἰδωλολατρείας.

[Καὶ ἔσται ἡ χαλ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἡ τῶν χαλδαίων χώρα, ἡ βαβυλών.

[Ὅτι ηὐφραίν.]

Θεοδωρήτου.] τὸ δὲ καὶ κατακαυχᾶσθε διαρπάζοντες, οὐκ ἐπὶ τῶν αὐτουργησάντων εἴρηται, ἀλλ' ἐπὶ τῶν ἐξ ἐκείνων καταγομένων. οὐ γὰρ ἐκείνους εἷλεν ὁ Κῦρος, ἀλλὰ τοὺς μετὰ ἔτη ἑβδομήκοντα. εἰκὸς δὲ ἦν καὶ ἐκείνων ἔτι περιεῖναί τινας. μήτηρ δὲ αὐτῶν ἡ βαβυλὼν εἰς ἀγαθὰ καταισχυνθεῖσα. πάντως γὰρ ἀνέσεως τυγχάνουσιν οἱ τὴν ἐνταῦθα δίκην μετέχοντες πρὸς τὴν μέλλουσαν κρίσιν, καὶ τοῦ κακοῦ τέλος δεχόμενοι. νοοῖτο δὲ καὶ εἰς ἀγαθὰ τοῖς ἄλλοις, ὅσοι παρ' αὐτῶν ἐκακώθησαν. ἐπεὶ καὶ Ἰσραὴλ ἐκείνης κακωθείσης, ἀνέθη. λέγοι τὸ δὲ καὶ τῶν ἀγαθῶν ἡ ἔκπτωσις, αἰσχύνη ἐπ' ἀγαθοῖς.

[Ἀνετράπη ἡ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἡ βαβυλών, ἥ τις ἐπὶ δόξῃ καὶ πλούτῳ ἐγέννησεν ὑμᾶς.

[Ἐπ' ἀγαθά.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ἀπὸ τοῦ τόπου φησὶν ἐσχάτην, ὅτι κατὰ πάντων ἐκράτησεν ἀναιροῦσα αὐτούς. ἢ ὅτι τῷ Θεῷ ἥμαρτε. μάλιστα μὲν καὶ ἐκ τῆς προρρήσεως, ἔπειτα δὲ ἐκ τῆς ἀνόδου τῆς Ἰουδαϊκῆς τοῦτο δῆλον. ὁ γὰρ τοὺς λαβόντας τὴν πόλιν ἀναπείσας τούτους ἀφεῖναι μετὰ τοσαύτης τιμῆς, οὗτος καὶ τὴν νίκην εἰργάσατο. πανταχοῦ φησὶν, ὅτι ὁ Θεὸς αὐτὴν παραδίδωσι.

Verſ. 8. Ἀλλοτριώθητε. (*Abalienamini de medio Babylonis.*)

Theodoreti.) *Deinde præcipit populo, vt egrediatur, & abalienatur à Chaldæis, nihil eius impietatis ſecum ferendo, Vult verò etiā eos, vt fiant arietes, Magiſtros cæterorum, & ad Dei cultum ductores.* Moueho enim ego ait capturos Babylonem, *quod verò ait, inde capientur, ex iis qui ab Aquilone excitabuntur: non enim redibunt vacui, vt iaculum pugnatoris non niſi patratâ cæde.*

Ex verſ. 8. (*Et egredimini.*)

Olympiodori.] *Diſcrepantes eſtote à Babylonijs, & Dæmonibus tremendi.*

Verſ. 9. (*Quia ecce ego ſuſcito.*)

Olympiodori.] *Peccato refrigeratæ gentes, ipſæ per fidem Chriſti militant aduersùs Idolorum cultum.*

Verſ. 10. (*Et erit Chaldæa in direptionem.*)

Olympiodori.) *Chaldæorum regio Babylon.*

Verſ. 10. (*Quia lætabimini.*)

Theodoreti.) *Illud,* Et gloriabamini diripientes, *non de his dictum eſt, qui ipſi rem geſſerunt, ſed de illorum poſteris, non enim illos cæpit Cyrus, ſed eos qui poſt annos ſeptuaginta fuerunt, & fieri certè poterat eorum quoque aliquos ſupereſſe, mater verò eorum Babylon, in bonum confuſa. Planè enim reſpirant qui hic iuſtitiam experiuntur ad futurum iudicium, mali finem accipientes. Intelligi etiam poteſt, in bona quoque aliis, qui ab illis malè excepti ſunt, nam & Iſrael illâ malè habitâ dimiſſus eſt. Dici etiam poteſt bonorum amiſſio confuſio de bonis.*

Verſ. 12. (*Euerſa eſt.*)

Olympiodori.) *Babylon, quæ ad diuitias, & gloriam peperit vos.*

Ex verſ. 12. (*In bona, nouiſſima.*)

Chryſoſtomi.) *Vltimam vocat ratione loci, quòd omnes deuicerit deſtruens eos. Vel quia Deo peccauit, idque præcipuè quidem ex prædictione, deinde verò ex reditu Iudaico manifeſtum eſt. Qui enim perſuaſit eis qui ciuitatem ceperant, vt hos dimitterent tanto cum honore, is vtique & victoriam operatus eſt, paſſim affirmat illam à Deo tradi.*

Margin: 24 Theodorit. *Diſcedendum ita ab impiis, vt nil ſecum quis ferat impietatis eorum. Conuerſi ex infidelibus ſtudeant & aliorum ad fidem eſſe doctores.* — Olympiod. *Conuerſi ex infidelibus diſcrepēt ab illis, ſintque dæmonibus tremendi.* — Olympiod. — Olympiod. — 25 Theodorit. *Confuſio in bonum multiplex. Caſtigati in hac vita cōfundi dicuntur in bonū, pœnā accipiētes, quā puniri debuiſſēt in finali iudicio. Bonorum remiſſio dici poteſt confuſio de bonis.* — 26 Olympiod. Chryſoſt. *Victoria omnis à Deo.*

[Πάντες τείνον.]

Ὀλυμπιοδώρου.] πρὸς τοὺς ἀποστόλους ὁ λόγος, ἐπὶ τὴν νοητὴν Βαβυλῶνα.

[Ἔπεσαν.]

Ὀλυμπιοδώρου.] οἱ ἀλιτήριοι δαίμονες.

[Καὶ κατεσκάφη.]

Ὀλυμπιοδώρου.] αὐτὸς ὁ ἀρχέκακος σατανᾶς.

[Ἐξολοθρεύσαντες.]

Ὠριγένους.] ἔστι τις ἀνὴρ Βαβυλώνιος, καὶ νήπιον Βαβυλώνιον. καὶ δεῖ πρὸς τούτοις ἀγωνίζεσθαι. τουτέστιν ἢ πρὸς μεγάλα, ἢ πρὸς νῦν ἀρχόμενα πάθη. πλὴν μακάριος ὃς ἂν κρατήσας ἐδαφίσῃ πρὸς τὴν πέτραν τὸν Χριστὸν τὰ νήπια Βαβυλῶνος, πρὶν εἰς ἄνδρας προέλθωσιν. ἔτι δὲ μακαριώτερον ἐξολοθρεῦσαι Βαβυλώνιον σπέρμα, λογισμὸν δηλονότι συγχυτικόν. ἐναντίον δέ. τούτῳ σπέρμα, περὶ οὗ λέλεκται. μακάριος, ὃς ἔχει σπέρμα ἐν Σιών. καὶ μακάριοι οἱ σπείροντες ἐπὶ πᾶν ὕδωρ οὗ βοῦς καὶ ὄνος πατεῖ. οὐ μόνον ἄνδρα τινὰ, οὐδὲ παιδίον, ἀλλὰ καὶ μόνον σπέρμα. δύναται γὰρ καρποφορεῖν γεωργούμενον. ποῖον δὲ τὸ ὕδωρ, ἐφ᾽ ὃ σπείρειν δεῖ τὸ καλὸν σπέρμα; τὸ τῆς παλιγγενεσίας λουτρόν. ἐκεῖ βοῦς καὶ ὄνος πατεῖ, βοῦς ὁ καθαρὸς, καὶ Ἰσραηλίτης, ὄνος ὁ ἐκ γένους ἀκάθαρτός τε καὶ ἐθνικός. σύμβολα δὲ ταῦτα τὰ ζῶα, τοῦ καταγγελλομένου λόγου τοῖς Ἰσραηλίταις, καὶ τοῦ κεκηρυγμένου τοῖς ἔθνεσιν.

(Κατέχοντα δρέ.)

Ὠριγένους.) κατέχει δὲ δρέπανον ὁ Βαβυλώνιος οὐκ ἐπὶ τῷ σῶσαι, ἀλλ᾽ ἐπὶ τῷ ἐκτεμεῖν τῆς γῆς τῆς ἁγίας, καὶ θερίσαι ἐκκλησίας. ὃν, πρὶν τοῦτο παθεῖν, ὀλοθρεύσωμεν, τοὺς τῶν αἱρετικῶν ἐξαφανίσαντες λόγους. οἷος ἦν ὁ Παῦλος λέγων. ἑτοίμως ἔχοντες ἐκδικῆσαι πᾶσαν παρακοήν. ὁ λέγων, πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως καθαιροῦντες. εἶτα μαρτυρεῖ τῷ ἑλληνικῷ λόγῳ δύναμιν, ὡς πάντα τὰ ἔθνη τούτῳ παραχωρεῖν, ἀποδεικτικῷ πως εἶναι δοκοῦντι.

Θεοδωρήτου.) δρέπανα δὲ κατέχειν λέγονται, διότι τὴν Ἰουδαίαν ἐδῄωσαν. εἰ μὴ ἄρα μὴ μόνους τοὺς στρατευομένους λέγει. καὶ τοὺς γεωργοῦντας τῷ θανάτῳ παράδοτε, τοῦτο γὰρ ἔδρασαν. καὶ αὐτοὶ τὸν Ἰσραὴλ πολεμήσαντες. ἔχομεν δὲ ἐξ ἱστορίας, ὡς πρὸ Βαβυλῶνος ὁ Κῦρος Λυδοὺς, καὶ Ἴωνας, καὶ Αἰολέας, ὑπέταξεν. αὐτοὶ δὲ ἐκ τῆς Ἑλλάδος τὴν Ἀσίαν ἐπῴκησαν. οὓς ἄγων ὁ Κῦρος ἐπεστράτευσε Βαβυλῶνι, καὶ διὰ τοῦτο λέγει, μαχαίρας ἑλληνικῆς.

(Ἀπὸ προσώπου.)

Ὠριγένους.] τῆς ἑλληνικῆς. οἱ λοιποὶ περιστερᾶς ἐξέδωκαν. πάλιν δὲ ὁ κατὰ Βαβυλωνίων ἰσχύων, περιστερὰ κέκληται, ὡς ἐκεῖνοι πρότερον. ὁ γὰρ ἀεὶ συνταττόμενος τῇ θείᾳ κρίσει πρὸς ὑποζυγίαν, οὗτος ἐν κάλλει καὶ τιμῇ εἰ μὴ παρὰ τὸν χρηματισμὸν, ὃν εἶχον διὰ τὸ σέβας οἱ Βαβυλώνιοι, τοῖς ἐπιοῦσιν αὐτοῖς ἀποδιδῶσιν, ὡς ἐναλλαγείσης τῆς τάξεως καὶ δυνάμεως.

Ὀλυμπιοδώρου.) τῷ Κύρῳ Ἕλληνες συνεμάχησαν. νικησάσης οὖν τῆς ἑλληνικῆς μαχαίρας, ἀφ

Ex verſ. 14. (*Qui tenditis arcum.*)

Olympiodori.) *Ad Apoſtoloss tendit hic ſermo in ſpiritalem Babylonem.*

Olympiod. Apoſtoli appellati tendentes arcum in Babylonē.

Ex verſ. 15. (*Ceciderunt propugnacula eius.*)

Olympiodori.) *Funeſti Dæmones.*

Olympiod.

(*Et ſuffoſus eſt murus eius.*)

27

Olympiodori.) *Ipſe malorum omniū princeps Satanas.*

Olympiod. Diabolus murus Babylonis.

Verſ. 16. (*Diſperdite ſemen de Babylone.*)

Origenis.) *Eſt & vir quidam Babylonius, & paruulus Babylonius & cum his certandum eſt, hoc eſt, vel contra grandes, vel nunc naſcentes paſſiones.* Beatus *tamen* qui, tenebit, & allidet ad petram, *id eſt, Chriſtum*, infantes *Babylonios, antequàm ad virilem ætatem perueniant: ſed magis etiam beatum eſt diſperdere ſemen Babylonium, id eſt cogitationem turbulentam. Semen verò huic oppoſitum eſt, de quo dictum eſt*, Beatus qui ſemen habet in Sion, & Beati, qui ſeminant ſuper omnem aquā, vbi Bos, & Aſinus calcat. *Nec tantùm virū quempiam, aut infantem, ſed & ipſum ſemen; poteſt enim ferre fructum, ſi excolatur. Quæ porrò eſt aqua, ſuper quam ſemen bonum iaci debet? lauacrum regenerationis, ibi Bos, & Aſinus calcat; Bos purus & Iſraelita; Aſinus qui genere impurus eſt, & gentilis; Animalia verò hæc ſymbola ſunt ſermonis, qui prænuntiatus Iſraelitis, prædicatus eſt Gentibus.*

Origenes. Paſſionū noſtrarū aliqua dicta infātes Babylonia, aliqua viri Babylonij. Quomodo cū vtriſque agē. dum. Pſa. 136. 9. Paſſionū prauarū diſperdendum & ſemen. Baptiſmus eſt aqua ſuper ſemen bonum iacendum.

28

Ex verſ. 16. (*Tenentē falcē in tempore meſſis.*)

Origenis.) *Tenet verò falcem Babylonius, non vt ſaluet, ſed vt terram ſanctam præcidat, & metat Eccleſiam, quem antequam hæc patiamur, exterminemur, hæreticorum deletis ſermonibus, qualis erat Paulus dicens:* Parati eſtote vlciſci omne malum auditum, *dicens;* omne ſublime contra mentem exiliens definientes. *Deinde robur ineſſe Græco ſermoni atteſtatur, ita vt gentes omnes illi cedant, cùm videatur eſſe quodammodo demonſtratiuus.*

Origenes. Falcem hæreticorū ſermonum tenet Diabolus ad metendam, & ſecādam Eccleſiam. Falcē ſermonum hæreticorum exterminare conātur, qui Eccleſiā ſaluam volunt. Græcorū Philoſophorū ſermonis robur maximum.

Theodoreti.] *Falcem verò tenere dicuntur, quòd Iudæam vaſtauerint; ni ſermo illi ſit, non ſolos militantes, & terram colentes morti tradite: hoc enim & illi fecerant debellato Iſraele. Scimus quoque per hiſtorias, Cyrum ante Babylonem ſubegiſſe Lydos, & Ionas, atque Aeoles; Qui è Græcia Aſiam habitauerant; quibus ſecumductis Cyrus Babylonem aggreſſus eſt, ideoque ait, gladij Græcorum.*

Theodorit. Falcē tenere dicitur exercitus debellatam vaſtans terram. Graci milites cū Cyro quādo debellarint Babylonem.

29

|| (*A facie gladij Græci.*)

Origenis.) Græci, *alij*, Columbæ; *interpretati ſunt. Rurſus verò qui aduerſus Babylonios præualet columba dicitur, ſicut & illi antea: Quicúmque enim diuino iudicio coniungitur ad miniſterium aliquod is pulcher, & in honore eſt. Niſi dicatur hoc propter iuris dicendi poteſtatē quā ob reuerentiam Babylonij habebant tranſlatū in hoſtes eorum, quaſi ordine & poteſtate commutatā.*

Origenes. Miniſterio in aliquo cōiunctus Deo dicitur columba, quia pulcher, & in honore habitus. Iuris dicendi poteſtas dicta Gladius Columba.

Olympiodori.] *Cyro milites Græci operam ſuam præſtiterant gladio, gladio igitur Græco victore,*

Olympiod.

ἀφεθέντες ὑπὸ τοῦ Κύρου οἱ αἰχμάλωτοι εἰς τὴν ἰδίαν ἐπανεστρέφουσιν.

Τοῦ Χρυσοστόμου.] εἰ μὴ γὰρ πεπλανημένον ἦν, οὐκ ἑάλω τὴν γὰρ ἀπὸ τῆς φύσεως ἀσθένειαν ἐτείχιζεν ἡ τοῦ ποιμένος ἰσχύς. πρόβατον ἦν, ἀλλ' ὑπὸ ποιμένι θεῷ εἰ πρόβατον ἔμεινε καὶ καταπειθὲς, καὶ ὑπήκοον, οὐκ ἂν ἔπαθεν ἃ περ ἔπαθεν. οὐδὲ γὰρ ἐξ ἀσθενείας, ἀλλ' ἐκ τοῦ τῆς ποιμαντικῆς ἀποῤῥαγῆναι προνοίας, ὑπέμεινεν ἅπερ ὑπέμεινεν.

A ctore captiui, liberi à Cyro dimiſſi in patriam reuertentur.

Chryſoſtomi.] *Etenim ſi errans non fuiſſet, capta non eſſet quippe naturæ imbecillitatem vis paſtoris circumuallabat, Ouis erat, ſed ſub Paſtore Deo; ſi ouis permanſiſſet ſubdita & obediens, non paſſa eſſet, quæ paſſa eſt, non enim propter impotentiam, ſed quòd ſe è paſtoris prouidentia ſubduxit, ſuſtinuit quæ ſuſtinuit.*

Chryſoſt. Oues Chriſti obnitãtur ſuo ſubeſſe paſtori. Ab illo errantes illico perduntur.

Capitis 50. à verſ. 17. vſque ad 23. Sectio Tertia.

TEXTVS VVLGATÆ.

17 Grex diſperſus Iſrael, Leones eiecerunt eum: primus comedit eum Rex Aſſur: iſte nouiſſimus exoſſauit eum Nabuchodonoſor Rex Babylonis.

18 Propterea hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael: Ecce ego viſitabo Regem Babylonis, & terram eius, ſicut viſitaui Regem Aſſur.

19 Et reducam Iſrael ad habitaculum ſuum: & paſcetur Carmelum, & Baſan, & in monte Ephraim, & Galaad ſaturabitur anima eius.

20 In diebus illis, & in tempore illo, ait Dominus: quæretur iniquitas Iſrael, & non erit: & peccatum Iuda, & non inuenietur: quoniam propitius ero eis, quos reliquero.

21 Super terram dominantium aſcende, & ſuper habitatores eius viſita, diſſipa, & interfice quæ poſt eos ſunt, ait Dominus: & fac iuxta omnia quæ præcepi tibi.

22 Vox Belli in terra, & contritio magna.

B. TEXTVS SEPTVAGINTA.

17 Ouis errans Iſrael: Leones expulerunt eum. Primus comedit eum Rex Aſſur, & hic poſterius oſſa eius Rex Babylonis.

18 Propterea hæc dicit Dominus: Ecce ego vlciſcor ſuper Regem Babylonis, & ſuper terram eius, ſicut vltus ſum ſuper Regem Aſſur.

19 Et reſtituam Iſrael in paſcua ſua, & paſcet in Carmelo, & in monte Ephraem, & in Galaad: & implebitur anima eius.

20 In diebus illis, & in tempore illo quærent iniquitatem Iſrael; & non erit: & peccata Iudæ, & non inuenientur: quia propitius ero reſiduis.

C *21 Super terram, dicit Dominus. Amare aſcende ſuper eam, & ſuper habitantes in ea: vlciſcere gladio, & dele, dicit Dominus, & fac ſecundum omnia, quæ mandauero tibi.*

22 Vox belli, & cõtritio magna in terra Chaldaorũ.

PARAPHRASIS CHALDAICA.

17 Populus diſperſus Iſrael. Reges tranſtulerunt eos: primus dominatus eſt eis Rex Aſſur, & iſte nouiſſimè conſumpſit eos Nabuchodonoſor Rex Babylonis.

18 Propterea hæc dicit Dominus exercituũ Deus Iſrael: Ecce ego viſitabo ſuper Regem Babylonis, & ſuper terram eius, ſicut viſitaui ſuper Regem Aſſur.

19 Et reducam Iſrael ad locum ſuum, & nutrientur in terra Charmel, Baſan, & in monte domus Ephraim & Ghilgad, & ſanctuarij, ſaturabitur anima eorum.

20 In diebus illis, & in tempore illo, dicit Dominus: quærentur iniquitates domus Iſrael, & non erunt: & peccata domus Iuda, & non inuenientur, quoniam parcam reliquiis quas reliquero.

21 Super terram populi rebellis; aſcendite aduerſus eam, & aduerſus habitatores Pecod: qui occidunt gladio, veniant ad conſumendas reliquias eorum, dicit Dominus: & fac iuxta omnia quæ præcepi tibi.

22 Vox belli de terra, & interitus magnus.

Catena ex Veterum Patrum operibus impreſſis.

THEODORITVS. *Ouis errans Iſrael.* Error circa Idola fuit illi cauſa malorum. *Leones eiecerunt eum.* Nominauit ita Reges Aſſyriorum. Primus deuorauit eos Rex Aſſur Theglath phalaſar, Salmanaſar: & Sennacherib: atque ita poſteriore loco Nabuchodonoſor Rex Babylonis oſſa eius comedit, quaſi dicat proauorum reliquias. Quamobrem, inquit, pœnas exigã ab eis: & eadem patietur, quæ paſſa eſt Niniue, antiqua metropolis Aſſyriorum. Vbi verò de his vindictam ſumpſero, reducam Iſraelem ad terrã

30 Theodorit. Error circa peccata cauſa malorũ omnium. Leonũ nomine appellati hoſtes rabidi.

D paternam, quam vocat Baſan, Carmelũ, & montẽ Ephraim. Prædicit quoque commutationem in meliora, & ab errore priſtino liberatione, Deinde terram Chaldæorum vocat, terrã rurſus exacerbantium, gladium verò hoſtes, quibus præcepit, vt irruant in illos, & mandata ſua peragant.

Iudaici populi melioratio quoad mores poſt reditum è Babylone.

Rabanus Maurus, *(grex diſperſus Iſrael.)* Eadem ferè quæ ex Theodotio. *(Propterea hæc dicit Dominus, &c.)* Viſitauit ergo Dominus Regem Babylonis, hoc eſt, Balthaſar, qui nouiſſimus regnauit in Babylone; & terram eius, quando per Cyrum & Darium, Medos & Perſas regnum Chaldæorum deſtruxit. Sicut viſitauit Aſſur Sennacherib, & populum eius qui blaſphemauit Deum Iſrael in E manu nunciorum ſuorũ: vnde egreſſus Angelus[a] Domini percuſſit in caſtris Aſſyriorum CLXXXV. millia, & reuerſus eſt Sennacherib Rex Aſſyriorũ, & habitauit in Niniue. Et factũ eſt cùm adoraret in templo Neſrach Deum ſuum, Adramalech, & Saraſar filij eius percuſſerunt eũ in gladio, fugerũtq; in terrã Ararad, ſicut lib. Iſaiæ[b] teſtatur. Relaxataque eſt captiuitas Hebræorũ per Cyrũ qui 50. fermè millia hominum regredi fecit in Iudæam, & poſtea templo ædificato, & ciuitate reſtauratã Iſraelitæ terram ſuam colere cœperũt. Myſticè autem Dominus viſitat Regem Babylonis, hoc eſt, confuſionis, ſicut viſitauit Regem F Aſſur, qui interpretatur gradiens, vel dirigens, cùm diabolum regem confuſionis, & rectorem tenebrarum harum deſtruxerit, ſicut deſtruxit Antichriſtum, & omnes perſecutores Eccleſiæ, qui direxerunt arma nequitiæ ſuæ contra Sanctos Dei, & effuderunt ſanguinem innocentem, vel etiam hæreticos qui dirigunt iacula prauæ doctrinæ in animas ſimplicium, vt interficiant eas. In fine enim mundi diabolus qui ſeducebat gentes mittendus eſt in ſtagnũ ignis & ſul-

31 Rab. Maur. Babylonios, & Aſſyrios quomodo, & quando Deus viſitarit.

a 2 Paral. 32. 22.

b Iſai. 37. 38.

In Mũdi fine punitione ſua viſitabit Deus diabolum, ſicut & Antichriſtũ, omneſque hæreticos.

pluris, vbi est bestia Antichristus cum impiis membris suis & persecutoribus, & pseudoprophetæ, sine dubio hæretici, & cruciabuntur die & nocte in sæcula sæculorum, & regnabunt sancti cum Rege suo in æternum, & satiabitur anima eorum omnibus bonis, tuncque veraciter implebitur illud quod dicitur: *In tempore illo quæretur iniquitas Israel, & non erit, & peccatum Iuda, & non inuenietur;* quia [a] tunc alligabit Dominus vulnus populi sui, & sanabit contritiones eius, [b] abstergetque omnem lachrymam ab oculis Sanctorum suorum, & mors non erit vltra, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltra; quæ prima abierunt: sed nouus populus, nouam ciuitatem introiens, ibi multiplici exultatione gaudebunt in perpetuum.

a Isai.30.26.
b Apoc.21.4.

(*Super terram dominantium ascende, &c.*) Sermo diuinus ad regnum Medorum atque Persarum dirigitur, vt super terram dominantium, hoc est, super Babylonem & super habitatores eius, Chaldæos ascendens visitet, dissipet, & interficiat, quæ post eos sunt, vt posteritas Babylonis funditus intereat, nec iam vltra habitetur, factâ desolatione iuxta omnia quæ præcepit Dominus. Mysticè autem Doctoribus & prædicatoribus Christi præcipitur, vt regnum diaboli in mundo studeant euertere, & dissipent opera eius maligna, & destruant consilia eius pessima, [c] vt interficiant omnes peccatores terræ, & disperdent de ciuitate Domini omnes qui operantur iniquitatem.

Prædicatoribus, famili & Doctoribus mandatū vt diaboli regnum eiusque opera euertant.

c Psal. 144. 20.

Quod in vers. 20. asseritur ad peccatorum remissionem ita refert Clemens Alexandrinus lib. 2. Stromatum cap. 6. Et remittit, ait, peccata Verbum illuminans. Et in tempore illo inquit Dominus, quærent iniustitiam Israel, & non erit, & peccata Iudæ, & non inuenientur. Quoniam quis sicut ego, & quis stabit contra faciē meam? Vides vnum Deum annunciari bonum, & qui retribuit pro meritis, & peccata remittit.

32 Clem. Alex. *Remittis Deus peccata illuminans, præsentiáque suâ, veluti tenebras Sol, illa abigens.*

Hieronymus quoque prope finem lib. 2. contra Pelagianos. Vis, ait, scire, quandō omnia peccata finiantur, audi Prophetam, *In tempore illo, dicit Dominus, quæretur iniquitas Israel, & non erit. & peccatum in Iuda, & non inuenietur.* Cur quæso? Sequitur: *quia propitius ero illis.* Vbi autem propitiatio est, præcessit ante peccatum. Tolle igitur posse; & concedam, omnia donante Deo subsistere.

Hieron. *Propitiatione Christi abigūtur peccata.*

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΠΡΟ'ΒΑΤΟΝ κτλ.] Ὠριγένους.] πρόβατον φησὶν, ὡς ἑνὸς πεπλανημένου. καὶ ἐν εὐαγγελίῳ δέ φησιν. ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἦλθεν ἐκζητῆσαι, καὶ σῶσαι τὸ ἀπολωλός. καὶ ἐν τῇ παραβολῇ δὲ ἓν ἐκ τῶν ἑκατὸν ἀπώλετο μόνον, ὅπερ ἦλθεν εὑρεῖν ὁ ἐπιδημήσας ποιμήν. ὃ καὶ ἐπὶ τῶν ὤμων ἀναλαβὼν ἀπέδωκε τῷ ἀριθμῷ τῶν ἐνενήκοντα ἐννέα. εἰ γὰρ πάντες ἓν σῶμά ἐσμεν, καὶ ἓν πρόβατον, ὁ μέν τις ἐστὶ πούς, ὁ δὲ κεφαλή, ὁ δὲ ἄλλο τι, ὁ δὲ ποιμὴν ἐλθὼν συνήγαγεν ὀστέον πρὸς ὀστέον, καὶ ἁρμονίαν πρὸς ἁρμονίαν. καὶ ἑνώσας ἀνέλαβεν ἐπὶ τὴν χώραν αὐτοῦ. ἡ δὲ ἑνότης γίνεται δι' ἀγάπης, καὶ ἀληθείας, καὶ προαιρέσεως ἀγαθῆς. τῷ ἰδίῳ μὲν οὖν λόγῳ πάντας ἥνωσεν. εἰ δέ τινες ἀπειθοῦντες ἐφάνησαν, ἀνίατον τὸ πάθος ἐκτήσαντο. εἷς οὖν ὁ πᾶς Ἰσραηλίτης κατὰ τὴν συγγένειαν τὴν ἀληθινήν, εἰ πάντες ἓν σῶμά ἐσμεν, καὶ εἷς ἄρτος, καὶ τοῦ ἑνὸς μετέχομεν πνεύματος. πλανώμενον δὲ πρόβατον, ὁ μὴ τυγχάνων τῆς τοῦ καθήκοντος θήρας ἔν τε λόγῳ καὶ πράξει· ἢ τῷ μὴ ζητεῖν, ἢ τῷ μὴ εὑρεῖν. ὁ δὲ εἰδώς, καὶ ποιῶν τὰ τῆς ἐπιγνώσεως, οὐ πλανᾶται. ὁ δὲ πλανώμενος, ὑπὸ λεόντων ἐξωθεῖται. ὁ γὰρ ἀντίδικος ἡμῶν διάβολος ὡς λέων ὠρυόμενος περιπατεῖ ζητῶν τίνα καταπίῃ. ἤδη δὲ καὶ σκύμνοι λεόντων ὠρυόμενοι ἁρπάσαι, καὶ ζητῆσαι παρὰ θεοῦ βρῶσιν αὐτοῖς. ἐπιβουλεύουσι τοῖς δικαίοις, βουλόμενοι ἐξῶσαι ἡμᾶς ἀπὸ τῶν ὅρων τῆς εἰρήνης. ἀλλ' ὡς Δαβὶδ λαβὼν τοῦ πώγωνος τὸν λέοντα ἔπνιξεν, οὕτω τὸν πνευματικὸν Δαβὶδ τὸν Χριστὸν ἐκζητήσωμεν, λαβόντα τὸν λέοντα, καὶ πᾶν τὸ τῶν θηρίων συνέδριον ἀνελεῖν. || δύο δὲ νῦν λαμβάνει λέοντας γενικούς, τόν τε Ἀσσύριον, καὶ τὸν Βαβυλώνιον. κατὰ τὴν ἱστορίαν τὴν ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν Βασι-

|| ἀνεῖλε.

Vers. 34. VIS errans Israel.) Origenis.] *Ouis ait, tamquam vnâ errante. Nam & in Euangelio ait,* [a] Filius hominis venit; quærere, & saluare quod perierat, *& in Parabola* [b] *item, vna tantum è centum perit, quam vt inueniret, aduenit pastor peregrè profectus, quam & super humeros sublatam restituit numero nonaginta nouem: si* [c] *enim omnes vnum corpus, & ouis vna sumus. Vnus quidem est pes, alius verò caput, alius aliud; pastor autem adueniens, os ad os, harmoniámque ad harmoniam coaptauit; & coaptata, in regionem suam traduxit; fit verò coniunctio per amorem, & veritatem, bonámque voluntatē. Quod igitur in illo fuit, omnes coniunxit, si quidam verò renitentes visi sunt, morbo laborarunt incurabili. Vnus igitur est totus Israel cognatione verâ, si omnes vnum corpus sumus, & vnus panis, vniusque participes spiritus. Errans verò ouis est, qui non assequitur quod venari conuenit, siue agendo siue loquendo, vel quia non quærit, vel quia non inuenit. Qui verò scit & agit quod nouit, nō errat: qui verò errat, à Leonibus eiicitur.* [d] Aduersarius noster Diabolus quasi Leo rugiens circuit quærens quem deuoret. [e] Tam verò sunt & catuli Leonis rugientis, arripere & quærere à Deo cibum sibi, *insidiantur verò iustis expellere volentes nos è montibus pacis, sed sicuti Dauid* [f] *apprehendens Leonis mentum, suffocauit, ita spiritualem Dauid Christum exquiramus; qui Leonem arripuit, & omnem ferarum gregem interfecit. Duos verò nunc intelligit Leones principes, Assyrium nempe, & Babylonium, iuxta historiam quæ*

33 Origenes.
a Luc.19.10.
b Luc.15.4. *Per Ouē vnā errantē, quam reduxit Iesus vniuersā Ecclesia corpus significatum.*
c Cor.10.17. *In Ecclesia vno corpore cōiūgit Deus fideles per amorē, & veritatē & bonā voluntatem*
1. Cor. 10. 17. *Ouis errans qui-nam dicendi sint. Ouem errantem arripit Leo infernalis.*
d 1.Petr.5.8.
e Psal. 103. 21. *Diabolū Leonem inferni suffocat Christus.*
f 1. Reg.17. 34.

βασιλεῶν δύο εἰσίν. ὁ μὲν γὰρ Ἀσσύριος ἀπῴκισε τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ εἰς Ἀσσυρίους ἕως τῆς σήμερον. ὁ δὲ Βαβυλώνιος τοὺς υἱοὺς Ἰούδα εἰς Βαβυλῶνα. πλὴν οὐκ ἔφη νῦν πρῶτος καὶ δεύτερος, ἀλλὰ πρῶτος. καὶ ἔσχατος. πρῶτος γὰρ λέων ὁ ἀντικείμενος διάβολος, αὐτὸς ὁ ἀνθρωποκτόνος. τελευταῖος δὲ ὁ ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος, ὁ ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας, ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας, ὁ ἐπαιρόμενος ἐπὶ πάντα λεγόμενον θεὸν ἢ σέβασμα.

[Λέοντες ἐξῶσαν.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] ὅρα, πῶς πανταχοῦ τὴν ὑπόστασιν τῆς τιμωρίας ἐγκαλεῖ.

[Ὁ πρῶτος ἔφα.]

Ὀλυμπιοδώρου.) Ἀσσύριος ὢν ὁ Σενναχηρεὶμ πρῶτος τὰς δέκα φυλάς, σάρκας οὔσας ἔφαγε, τουτέστιν ᾐχμαλώτευσεν.

(Καὶ οὗτος ὕστερον.)

Ὀλυμπιοδώρου.) ὁ Ναβουχοδονόσορ. ὀστᾶ δὲ καλεῖ τὸν Ἰούδα, ὡς σύστασιν ὄντα τοῦ παντὸς σώματος.

(Διὰ τοῦτο τάδε.)

Τοῦ Χρυσοστόμου.) οὐκ εἶχες ἱκανὸν παράδειγμα; οὐκ ἤκουες τί ἔλεγεν ἐκεῖνος; καταλήψομαι τὴν οἰκουμένην ὡς νοσσιάν, καὶ ὡς καταλελειμμένα ᾠὰ ἀρῶ. τοῦτο γέγονε, καὶ τέλος ἔλαβεν. εἶδες ὅτι ἐγὼ ἐκεῖνον παρέδωκα, πολλῷ μᾶλλον καὶ περὶ σαυτοῦ πείσθητι.

|| Ὠριγένους.) οὐ δύναται ὁ Ἰσραὴλ ἀποκατασταθῆναι εἰς τὴν νομὴν αὐτοῦ, ἐὰν μὴ πάθωσιν οἱ δύο βασιλεῖς, ἃ δεῖ παθεῖν ὑπὲρ τῆς τῶν πεπονθότων κακῶς ἐκδικήσεως. μὴ πάντως δὲ ἐπὶ τὸν διάβολον ἢ τὸν ἀντίχριστον ἐκλαμβάνεις τὸν || λόγον. ἐν ἐμοὶ γὰρ αἱρετώτερον συντριβόμενος ὁ σατανᾶς ὑπὸ τοὺς πόδας μου ἐν τάχει. ὅταν δὲ ἀνέλῃ τοὺς δύο τούτους, καὶ τοὺς || μεταξὺ, ἀποκαταστήσει τὸν Ἰσραὴλ εἰς τὴν νομὴν αὐτοῦ. ὅτε καὶ νεμήσεται ἐν τῷ Καρμήλῳ, καὶ τῇ Βασάν, καὶ ἐν ὄρει Ἐφραίμ, καὶ ἐν Γαλαάδ. τοσούτων τόπων ὄντων τῆς Ἰουδαίας, καὶ τῆς γῆς τῆς κληρονομουμένης ταῦτα μόνον ὠνόμασε.

|| τὸν λόγον.

|| ἴσ. τὸ τοὺς μεταξύ.

(Ἐν ταῖς ἡμέραις.)

Ἀπολιναρίου.) ὅταν γὰρ ἐν τοῖς εἰρημένοις γένηται, οὐχ εὑρίσκεται αὐτοῦ ἡ ἀδικία, κεκαθαρμένου τῇ τιμωρίᾳ, καὶ μετανοίᾳ. ἐν γὰρ ταῖς συμφοραῖς ἡ ἁμαρτία φαίνεται κατὰ τό, πολλαὶ αἱ μάστιγες τοῦ ἁμαρτωλοῦ. τοῦτο δέ, ἐὰν μὴ περιστῇ τι ἐξ ἐλέους θεοῦ. ὅπερ ἐπὶ δικαίων κακουμένων γίγνεται κατὰ τό, μετ' αὐτοῦ εἰμι ἐν θλίψει.

(Ζητήσουσι.)

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐκ εἶπεν, ἐπειδὴ διορθώσατο. ἀλλ' ἐπειδὴ τῆς ὀργῆς ἀπέστην ἐγώ. οὐκ εἶπεν, ὅτι ἔσται μέν, οὐ τιμωρήσεται δέ, ἀλλ' οὐδὲ φανεῖται αὐτή. ἄρα τὰ ἁμαρτήματα αὐτὴν παρέδωκεν, οὐκ ἀσθένεια.

|| Ὀλυμπιοδώρου.) ὅτι πᾶσι τοῖς πιστεύσασι, τὴν ἀμνηστίαν τῶν ἁμαρτημάτων ὁ Χριστὸς ἐδωρήσατο. ||

(Πικρῶς ἐπίβηθι.)

Βίκτορος.) ταῦτα ὡς πρὸς τὸν Κῦρόν φησι, κατὰ Βαβυλῶνος αὐτὸν διεγείρων. ἐντέλλεται δὲ αὐτῷ, ἅπερ αὐτοῦ εἰς τὴν καρδίαν ἐμβάλλει. ᾧ γὰρ μέτρῳ μετρεῖ τις, ἀντιμετρηθήσεται αὐτῷ, κατὰ τό. αὐ

quarti Regum duo ſunt; Aſſyrius namque deduxit filios Iſrael ad Aſſyrios adhuc vſque tempora: Babylonius verò, filios Iuda in Babylonem. Cæterùm non dixit nunc primus & ſecundus; ſed primus & nouiſſimus, primus quippe Leo eſt aduerſarius Diabolus, ipſe interfector hominum; Nouiſſimus verò erit, qui in fine ſæculi, [a] homo peccati, filius perditionis, qui erigetur ſupra omne quod Deus vocatur, aut colitur.

Leones duo, diabolus primus, & Antichriſtus nouiſſimus. a 2. Theſſ. 2. 3. *Vide Chryſoſtomum ad finem præcedẽtis Sectionis.*

Ex verſ. 17. (*Leones expulerunt eum.*) 34

Chryſoſtomi.) *Vide vt paſſim exprobret pœnæ.* Chryſoſt.

(*Primus comedit eum Rex Aſſur.*)

Olympiodori.) *Aſſyrius Sennacherim primus decem tribus, quæ caro erant, comedit, hoc eſt captiuas duxit.* Olympiod.

Ex verſ. 17. (*Et hic nouiſſimus oſſa eius.*)

Olympiodori.] *Nabuchodonoſor. Oſſa verò Iudam appellat, quòd fulcra ſint totius corporis.* Olympiod.

Verſ. 18. (*Propterea hæc dicit.*) 35

Chryſoſtomi.] *Non habebas aptum exemplum? Non audiebas?* [b] Compræhendã Orbem terrarum quaſi nidum, & quaſi derelicta oua conſumam, *hoc factum eſt, & finem habuit, Vidiſti; quod ego illum tradidi, multò magis de te ipſo certus ſis.*

Chryſoſt. *Deus quantâ facilitate impios vniuerſos conterat.* b Iſai. 10. 14. iuxta Sept.

|| Origenis.] *Iſrael in ſua paſcua redire non poteſt, ni duo Reges patiantur quæ pati eos oportet pro malè vexatorum vltione. Ne verò in Diabolum, & Antichriſtum ſermonem hunc omnino excipias, in me enim conteratur Satanas ſub pedibus meis citò. Cùm autem deleti fuerint hi duo, & intermedij reſtituet Iſrael ad habitaculum ſuum, quando & paſcetur in Carmelo, & Baſan, & in monte Ephrem, & in Galaad; cùm tot loca Iudææ ſint, terræque in hæreditatem acceptæ, hæc ſola nominata ſunt?*

Origen. *Ante Iudæorũ conuerſionem conculcandus Diabolus, & conterendus AntiChriſtus. Tunc enim eorũ reliquiæ ſalua fient.*

Verſ. 20. (*In diebus illis.*) *Quærent iniquitatem*, &c. 36

Apolinarij.] *Cùm enim paſſus fuerit quæ dicta ſunt, non inuenitur iniquitas eius, punitione & pœnitentiâ iam expurgati; in calamitatibus enim apparet peccatũ, iuxta illud,* [c] multa flagella peccatoris, *hoc autẽ fit; niſi adſit miſericordia Dei; quod iuſtis mala tolerantibus cõtingit, ſecundùm illud,* Cum [d] ipſo ſum in tribulatione.

Apolinarius. *Tribulationibus purgatur iniquitas. Calamitates ſunt peccatorum vigentiũ teſtes.* c Pſal. 31. 10. d Pſa. 90. 15. *Tribulationes iuſti ſunt ad meriti augmentum.*

Ex verſ. 20. (*Quærent iniquitatẽ Iſrael*, &c.)

Chryſoſtomi.] *Non dixit; quia ille in meliorem frugem ſe reuocauit. Sed quoniam ego irã abieci. Nec dixit, erit quidem ira, ſed non vlciſcetur, ſed planè non apparebit: peccata ergo eam tradiderunt non impotentia. Quod omnibus qui crediderunt Chriſtus integram peccatorum obliuionem largitus eſt.*

Chryſoſt. *Conuerſis ad pœnitentiam remiſſionem peccatorum largitur Chriſtus.*

Verſ. 21. (*Amarè aſcende ſuper eam.*)

Victoris.] *Hæc veluti ad Cyrum ait, contra Babylonem eum irritans, mandat verò ei, quæ in cor eius immittit, quâ enim menſurâ metitur aliquis, remetietur illi; iuxta illud,* [e] retribue re-

Victor. Matth. 7. 2. e Pſal. 27. 4.

αὐταπόδοσ· ἢ αὐταπόδομα αὐτῶν αὐτοῖς.

|| Ὀλυμπιοδώρε.) πρὸς μὲν τὴν ἱστορίαν ἐπὶ τὴν Βαβυλῶνα, πρὸς ἢ διάνοιαν ἐπὶ τὴν εἰδωλολατρείαν ||

A tributionem eorum illis.

Olympiodori.] *Literali quidem sensu hæc ad Babylonem pertinent, mysticè verò in idololatriam.* Olympiod.

Capitis 50. à verſ. 23. vſque ad 26. Sectio Quarta.

TEXTVS VVLGATÆ.

23 QVomodo confractus eſt, & contritus malleus vniuerſæ terræ: quomodo verſa eſt in deſertum Babylon in Gentibus.

24 Illaqueaui te, & capta es Babylon, & neſciebas: inuenta es, & appræhenſa: quoniam Dominum prouocaſti.

25 Aperuit Dominus theſaurum ſuum, & protulit vaſa iræ ſuæ: quoniam opus eſt Domino Deo exercituum in terra Chaldæorum.

B TEXTVS SEPTVAGINTA.

23 *QVomodo fractus, & contritus eſt malleus vniuerſæ terræ: quomodo facta eſt in ſolitudinem Babylon in Gentibus?*

24 *Aſcendent in te, & non cognoſces, quia Babylon, & capieris. Inuenta es, & capta, quia Domino reſtitiſti.*

25 *Aperuit Dominus theſaurum ſuum, & protulit vaſa iræ ſuæ: quoniam opus Domino Deo in terra Chaldæorum.*

PARAPHRASIS CHALDAICA.

23 *QVomodo ſuccisus eſt & contritus eſt Rex qui commouebat vniuerſam terram? quomodo facta eſt in deſertum Babylon in populis?*

24 *Venatus ſum te, & etiam capta es Babylon, & tu neſciebas; quæſita ſunt peccata tua, & inuenta ſunt, & etiam capta es quia contra populum Domini irruiſti.*

25 *Reuelauit Dominus domum theſauri ſui, & eduxit vaſa calicis maledictionis coram eo, quia opus eſt coram Domino Deo exercituum in terra Chaldæorum.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impreſſis.

37 Theodorit. *Mallei metaphorá vis magna Babyloniorum explicata in cæterendis allis regnis. Theſauri Dei vltrix eius ſententiá. Temporu nomine ſignificatum ſupplicium.*

THeodoritus. Regnum Babyloniorum, nominauit malleum vniuerſæ terræ, eò quòd cunctas gentes plagá affecerit, & alia regna euerterit. Nã mallei propriũ eſt, comminuere quæ percutiuntur. *Aperuit Dominus theſaurum ſuum, & protulit vaſa iræ ſuæ, quia opus Deo ac Domino exercituum eſt in terra Chaldæorum, venerunt enim tempora eius.* Theſauros enim vocauit, vltricem ſententiam: tempora verò eius, ipſum ſupplicium. Non vltra ſiquidem ait, Dominus longanimiter feret, ſed de impietate ſumet pœnas.

38 Origenes.

Origenes fusè, & luculenter totum hunc locum myſticè proſequitur homiliâ 3. in Ieremiã. Cæterùm in confuſione multorum quæ ab eo dicuntur, obtuamur. Et quia in Catena Græca ferè omnia, ſed valde perplexè attinguntur. Diſtinctè nos ſingulos iſtius ſectionis pertractantes verſus, & quicquid ab illo aſſeritur breui concludam Epilogo, & quæ apud alios veteres Patres reperi referre non grauabor.

a 3. Reg 6. 7. *Diabolus vt malleus conterere ſatagit fideles, ne vt lapides viui in Eccleſia aptentur ædificio. Iuſti in medio tentationũ, & ærumnarũ ſunt vt Adamas inter malleum & incudem.*

Circa verſ. igitur 23. in principio citatæ homiliæ. Supponit Origenes malleum vniuerſæ terræ eſſe Diabolum, quod probat ex eo quòd 3. [a] Reg. 6. in laudem domus Dei dicitur, in illius ædificatione non eſſe auditũ malleum, & ſecurim: vtpote per quem quantùm in illo eſt impediantur, & perturbentur fideles, ne vt lapides viui ædificentur in Eccleſia. Probat idipſum ſecundò ex eo quòd viros Sanctos ille ipſe vt malleus, vtque incus tentationibus, perſecutionibus, ærumniſque premere obnititur, quos tamen confringere nequit, ſed probatos potiùs, indomitos, ac præfulgidos manifeſtat eos eſſe ada-

C adamantes. Tertiò probat ex eo quòd per ipſum per eius nimirum tentationum ac perſecutionum ictus Euangelij præcones inſtar productilis tubæ ſonori redduntur. Si enim malleus non eſſet tuba productilis, quæ iuxta legem, ad ſolemnitatem Dei excutiat, quæve audientium animos clangore ſuo accendat ad bellum? Iſtius mallei malleatorem, quemlibet dicit eſſe Diaboli miniſtrum in tentationibus, &c. filium certè impij Cain, vt colligitur ex Geneſ. 4. [b] Quorum miniſtrorum, ac malleatorum copiam magnam obſeruat fuiſſe Paſſionis Chriſti tempore.

Verbi Dei præcones perficiuntur perſecutionibus, vt malleo tuba ductiles.

Diaboli miniſtri dicti Malleatores ex impio Cain.

b Gen. 4. 19.

D Vnumquémque autem iſtiuſmodi malleatorum hortatur, vt proiiciant malleum iſtum de manu ſua. Tum ponderat quòd Diabolus vt ſic dicitur malleus vniuerſæ terræ, tum quia eos ſolos ſenſibiliter percutit qui terra terrenique ſunt, neque enim eſt cæli malleus: tum quia aduersùs cũcta terrena is ſuam exerceat potentiam: cùm alioqui ſint mallei partium terræ, contrariæ nimirum poteſtates ſpeciales cum particularibus hominibus colluctantes.

Diabolus malleus vniuerſalis, ſed terrenorũ potiſſimùm.

E Denique ait malleum iſtum vniuerſæ terræ ab vno Chriſto confractum primò, tum & contritum. Confractum quando illum, vt in Euangelio [c] legimus tentationibus ſe impetentem deuicit. Contritum verò paſſionis tempore. Sicque & à nobis per eumdem Chriſtum confringi eum ipſum quando introducimur in Eccleſiam, & proficimus ad fidem. Conteri verò quando ad profectum venimus.

Diabolus vt malleus vniuerſæ terræ à Chriſto quãdo cõfractus, & quãdo cõtritus. Et quando eadẽ à nobis cõtingant.

c Matth. 4. 3.

39 Paulinus.

Paulinus Epiſcopus Nolanus epiſtolâ 12. ad Seuerum non longè à fine. Oremus, ait, Altiſſimum eam pacem ædificationis noſtræ, quã pacis ille aliquando in Templi murum factus [d] eſt, vt malleus & ſecuris, & omne vas ferreũ non audiatur in ea: nec ſicut poſtea in eiuſdẽ templi reparatione, inimica Perſarum [e] inuidia, fabricam reſurgentem hoſtilis impediat, & interrumpat incurſus. Sic enim in domum orationis & pacis perficiemur, ſi nulla nos carnalium cogitationum cura concidat, quiercm noſtram ſæculi tumultus interſtrepat: Malleus enim nobis cura victus, & cura veſtitus eſt: ſecuris & ferrum nobis cupiditas temporalium & nocturnus mortis timor, & liuor inimicus, & res huius ſæculi: in cuius aut malè, cura, aut bene, amore, Anima conditur, mens compeditur; & pax bonæ voluntatis, quæ compoſitis religioſo ſilentio ſenſibus confirmatur; atque orationis intentio, quæ inoffenſa de libero & puro corde dirigitur,

Ædificatio noſtra ſpiritualis in pace vt fiat eurãdum eſt

d 3. Reg 6. 7.

F

e 2. Eſdr. 4. 8.

Victus ac veſtitus cura, rerumque temporaliũ ſollicitudo ſunt malleus, ſecuris, ac ferrum quietẽ ædificij tẽpli turbantes.

carna

a Rom. 16. 20. Ierem. 50.

Hieron. *In Paſſione Chriſtus velut duriſſima incus Diabolũ contriuit malleũ vniuerſæ terræ.*

b Luc. 9. 51. c Ezech. 2. 6.

d Ezech. 3. 4.

Ierem. 50.

50 Auguſtin. *Libidinis tẽtatio malleus vniuerſæ terræ. Libidinis tẽtatio tameſsi malleus vniuerſæ terræ, confracta, & cõtrita in iis qui caſtitatẽ ſeruant.*

Caſsiodor. Pſalm. 97 6. *Tribulationũ & Tentationum malleo percuſſi fideles in Dei miniſterium.*

Greg. PP. Iob 41. 20. *Mallei varia acceptio in ſcript. ſacra.*

Ierem. 50. *Diabolus in ſtudijs cõtinuis malleus vniuerſal ra.*

f 3 Reg. 6. 7. *Malleo ſignificata; tereuſſa cæleſtis. Cæleſti in pace nulla aſſiò nulliue mallei, ac ſecuris tamẽ...*

carnalium oblatratione curarum quaſi interſtrepente malleo, vel ſecuri feriente conuellitur: Sed quia maior eſt qui in nobis eſt, quàm qui in hoc mundo, potens eſt [a] Dominus conterere Sathanam ſub pedibus noſtris, vt impleatur & illa pro nobis prophetia: *contritus eſt malleus vniuerſæ terræ.*

a Rom. 16. 20. Ierem. 50.

Hieronymus tom. 3. epiſtolarum epiſtolâ 151. ad Algaſiam. Quæſt. 5. Chriſtum viroſque ſanctos tamquam incudem malleo duriorem Diabolum contriuiſſe, atque conterere per hæc ſignificatum arbitratus, per id quod in Lucæ Euāgelio de Chriſto ipſo dicitur,[b] *Obfirmauit faciem ſuam vt iret in Ieruſalem.* Obfirmatione enim, ait, & fortitudine opus eſt ad paſſionem ſponte properanti. Vnde & Ezechieli, cui dixerat Deus: [c] *Fili hominis in medio ſcorpionum tu habitas, & ne timeas eos: obfirma*, inquit, *faciem tuam:* Et [d] *dedi faciem tuam æneam, & frontem tuam ferream:* vt, ſi forſitan ſurrexiſſet contra eum malleus vniuerſæ terræ, quaſi incus duriſſima reſiſteret, malleúmque contereret, de quo ſcriptum eſt: *Quomodo confractus eſt, & contritus eſt malleus vniuerſæ terræ?*

Hieron. *In Paſſione Chriſtus veluti duriſſima incus Diabolū contriuit malleū vniuerſæ terræ.* b Luc. 9. 51. c Ezech. 2. 6. d Ezech. 3. 4. Ierem. 50.

50

Auguſtinus tom. 10. ſerm. 250. de tempore. Libidinis potiſſimum tentationum per malleum vniuerſæ terræ accipiens, De infelici, ait, libidine credendum eſt illud, quod Propheta dixit, *Quomodo confractus eſt malleus vniuerſæ terræ.* Quāuis autem poſt aduentum Domini per innumerabilia Monaſteria, & per Cleros, vel Laicos caſtitatem ſeruantes quaſi confractus eſſe malleus videatur ille, adhuc tamen, quod peius eſt, multò plures ſunt, qui ab ipſo malleo confringuntur, quàm illi qui de ruina, & concluſione ipſius liberantur.

Auguſtin. *Libidinis tētatio malleus vniuerſæ terræ. Libidinis tētatio tametſi malleus vniuerſæ terræ, confracta, & cōtrita in iis qui caſtitatē ſeruant.*

Caſſiodorus in illud Pſalmi 97. *In tubis ductilibus, & voce tubæ corneæ*, ſenſum affert ex Origene ſupra indicato de Verbi præconibus malleo afflictionum perfectis. Quamquam generaliùs ſumere id videatur, dicens: Ductilibus autem ſignificat, quia fideles diuerſis paſſionibus tunſi, Domino largiente proficiunt, & tantò plus creſcunt, quantò ampliùs duri mallei fuerint iteratione percuſſi. Malleus enim eſt diabolus, de quo Propheta dicit: *Contritus eſt malleus vniuerſæ terræ.*

Caſsiodor. Pſalm. 97 6. *Tribulationū & Tentationum malleo percuſſi fideles in Dei miniſterium.*

Gregorius Papa lib. 34. Moral. cap. 7. Super illud capitis 41. Iob. [e] *Quaſi ſtipulam æſtimabit malleum.* In Scriptura, inquit, ſacra, mallei nomine aliquando Diabolus deſignatur, per quem nunc delinquentium culpæ feriuntur. Aliquando verò percuſſio cæleſtis accipitur, quâ vel electi ſuper nos ictus ſentiunt, vt à prauis itineribus corrigantur, vel iuſtâ irâ reprobos percutit, vt iam ſupplicia æterna præueniens, quid etiam in poſterum mereantur, oſtendat. Nam quia appellatione mallei antiquus hoſtis exprimitur, Propheta teſtatur, cùm ſuper eum vim extremi iudicij contemplatur, dicens: *Quomodo confractus eſt, & contritus malleus vniuerſæ terræ?* Ac ſi diceret: Eum per quem vaſcula ſua Dominus in miniſterij vſum formanda percutit, quis perpendat quo turbine veniente extremo iudicio in æterna damnatione confringit? Rurſum per malleum percuſsio cæleſtis exprimitur, quod Salomone[f] templum ædificante ſignatur, cùm dicitur: Domus autem cùm ædificaretur lapidibus dedolatis, atque perfectis ædificata eſt, & malleus & ſecuris, & omne ferramentum non ſunt audita in domo, cùm ædificaretur. Quid enim domus

Greg. PP. e Iob 41. 20. *Mallei varia acceptio in Script. ſacra.* Ierem 50. *Diabolus in die iudicij cōterēdus malleus vniuerſæ terræ.* f 3. Reg. 6. 7. *Malleo ſignificata percuſſio cæleſtis. Cæleſti in patria nulla afflictio nullique mallei, aut ſecuris vel ferramēti ictus.*

A illa, niſi ſanctam Eccleſiam, quam in cæleſtibus Dominus inhabitat, figurabat? Ad cuius ædificationem electorum animæ quaſi quidam expoliti lapides deferuntur. Qui cùm ædificantur in cælis, nullus illic iam diſciplinæ malleus reſonat: quia dolati atque perfecti illuc lapides ducimur, vt locis iuxta meritum congruis diſponamur. Hîc enim foris tundimur, vt illuc ſine reprehenſione veniamus. Hîc malleus, hîc ſecuris, hîc omnia tunſionum reſonant ferramenta. In domo autem Dei nulli ictus audiuntur: quia in æterna patria omnis iam percuſſionum ſtrepitus conticeſcit. B Nequaquam ibi malleus percutit: quia nulla animaduerſio affligit. Nequaquam ſecuris incidit: quia receptos interiùs nulla foras ſeueritatis ſententia proiicit. Nequaquā ferramenta perſtrepunt: quia nec quælibet minima vltrà iam flagella ſentiuntur.

Circa partem eiuſdem eiuſdem verſ. 23. poſtremam. *Quomodo verſa eſt in deſertum Babylon in Gentibus.* Origenes citatâ homiliâ 3. in Ieremiam, aliter ita legens. *Quomodo facta eſt in exterminium Babylon*, quodque additur in Gentibus ad ſubſequentia verſ. 24. referens. Hiſce totum hunc C pertractat locum. Mirabiliter & præclaro ordine Propheta vſus eſt dicens. (*Quomodo confractus eſt & contritus malleus vniuerſæ terræ? Quomodo facta eſt in exterminium Babylon?*) Quod primò factum eſt, primum enarrauit: quod ſecundò, conſequenter expoſuit. Et hoc oportet per ſingulos ſcripturarum obſeruare ſermones. Quando itaque, fit in exterminium Babylon? Quando exterminantur omnes confuſiones de anima mea, neque vlteriùs me confundit mors filij, aut obitus vxoris: cùm non eſt qui me irritet, & pro- D nocet ad triſtitiam, ad iram, ad concupiſcentiā, ad voluptatem, quando maneo inconfuſus, aſſumens rationem quæ me confirmet, & roboret, tunc mihi accidit quod dictum eſt. *Facta eſt in exterminium Babylon*, hoc eſt vniuerſa confuſio.

42 Origenes. *Ordinis magna in ſcript. ſacra habēda eſt ratio.* *Confuſio tūc in anima ceſſat, quū contrito malleo vniuerſæ terræ nullius ærumnæ perturbatur cōcuſſione.*

Ad explicationem verò verſ. 24. addit Fiunt iſta id eſt confringi, & conteri malleum omnis terræ, & demoliri Babylonem, cum gentes ſuperponuntur malleo, & Babyloni. Scriptum eſt enim: (*In gentibus ſuperponentur tibi*, hoc eſt, ij qui de gentibus ſunt, ſuperponentur tibi ô Babylon, ſuperponentur tibi ô mallee, vt confringa- E ris, & conteraris. Quando iſta facta ſunt? In aduentu Domini mei Ieſu Chriſti, cùm Euangeliū cunctis gentibus prædicatum eſt, tunc ſuperpoſiti ſunt Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus Babyloni, & malleo vniuerſæ terræ, & impletum eſt hoc quod ſcriptum eſt, *In gentibus ſuperponentur tibi, & capiêris Babylon, & non cognoſces.* Vtinam caperetur Babylon & per ſingulos noſtrûm. Ex anterioribus autem poteſt intelligi captiuitas Babylonis, quando capta ſuffoditur, ſubuertitur, deſolatur, vt nihil in nobis reſideat confuſionis. (*Et capiêris Babylon & non cognoſces: inuen-* F *ta es, & comprehenſa, quia Domino reſtitiſti.*) Ergone ſola Babylon Domino reſtitit, & non potiùs omnes gentes, dum creatore deſerto idola venceratæ ſunt Domino reſtiterunt? An figuraliter dicit omnem animam contrariam Ieruſalem, id eſt viſioni pacis, Babylonem eſſe? Vnde & Sancti in Ieruſalem, peccatores in Babylone erant. Etſi peccabant Hieroſolymitæ, mittebantur in Babylonem, & ſic conuertebantur ad pœnitentiam in Babylone conſiſtentes. Sancti verò regrediebantur in Ieruſalem. Capitur ergo Babylon, & non cognoſcit. Babylon, quippe legi non ſubii

43 *Gentium in conuerſione poſt Chriſti aduentum vi Sanctiſſimæ Trinitatis, & Babylō capta eſt cōfuſionis, & Diabolus contritus eſt.* *Peccatrix anima vt Babylō & inuēta vt reſiſtēs Domino, capitur, non cognoſcit, quum legi Dei nolens ſubiici ex diuina gratia fit vt ex illa tollatur confuſio peccati.*

subiicitur, neque enim potest non inuentâ Babylon compræhensa esse: sed ob id compræhensa est cùm inuenta est, quia Domino restitit.

44 Circa vers. 25. *Aperuit Dominus thesaurũ suum.* Nota idipsum & apud Isaiam hisce exprimi cap. 13.[a] *Dominus exercituum præcepit militiæ cæli, venientibus de terra procul, à summitate cæli Dominus, & vasa furoris eius, vt disperdat omnem terram.* Ad quorum explicationem Hieronymus lib. 6. Coment. in Isaiam ait, in Regum[b] & Paralipomenôn[c] volumine legimus; quòd ira Dei accensa sit super Israel, quando Dauid numerauit populum, & offendit Dominum. In Psalmis quoque scribitur:[e] *Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me:* & cætera his similia: per quæ legi in cuiusdam Commentariis, iram Dei posse intelligi contrariam fortitudinem, cui tradimur ad puniendum: de quo & in Octauo Psalmo cantatur:[d] *Vt destruas inimicum & vltorem.* Possunt bellatores dici qui de terra procul veniunt: & à summo cæli, etiam ministri Angeli: qui in mundi consummatione[e] mittẽdi sunt, vt zizaniorum manipulos faciant, & separatos à frumento, incendio præparent sempiterno. Omnis quoque terra disperditur, quando terrena opera subuertuntur. Sunt & alij domini bellatores instructi armaturâ Apostoli: qui quotidie in Ecclesia, quæ οἰκουμένη, id est, orbis & habitata intelligitur; disperdant eos, & interficiant, qui eriguntur contra scientiam Dei.

a Isai. 13. 5. Hieronym. b 2. Reg. 24. 1. c 1. Paralip. 21. 1. e Psal. 6. 1. & 37. 1. *Iræ Dei vocabulo significatus Diabolus, cui tradimur ad puniendum.* d Psal 8. 3. *Angeli dicti bellatores à summo cæli* e Math. 13. 30. *Prædicatores sunt bellatores Dei.*

45 Origenes. Specialiter autem Origenes allegoricè nostrũ hunc Ieremiæ locum pertractat citatâ homil. 3. in Ierem. Et quidem pluribus: quorum pleraque habes in Catena Græca circa distinctionem vasorum in vasa iræ, & vasa misericordiæ circa thesaurum, eiusque apertionẽ. Quibus id tantùm adde, quòd Origenes vult eos qui extra Ecclesiã sunt, vasa quidẽ dicẽda esse, sed neque misericordiæ, neque iræ, at vasa testea in contumeliam, domuique magnæ necessaria, tametsi non mundata, cuius verba retulimus supra in vers. 28. capit. 22. vbi dicebatur:[f] *Inhonoratus est Iechonias, quasi vas, cuius nulla est vtilitas.* Quamuis autem Origenes apertionem Ecclesiæ thesauri Dei faciendam dicat in die iudicij ad proferenda ex illa iræ vasa. Adiicit tamen, & nunc pariter aperiri eumdem thesaurum, & proferri dicta iræ vasa: quando qui in Ecclesia præsunt satagunt vt ex ipsa proiiciantur impij. Tale enim quiddam est, ait, quod Apostolus Paulus Corinthiis ait:[g] *In tantum auditur inter vos fornicatio, qua nec in Gentibus, vt vxorem quidem patris aliquis habeat, & non magis planxistis, vt auferatur de medio vestrûm qui hoc opus gessit:* quasi diceret, aperto thesauro Dei egrediantur vasa iræ suæ. *Aperuit* siquidem *Dominus thesaurum, & protulit vasa ira suæ.*

Vasa triplicis generis in magna mũdi huius domo alia misericordia, alia ira, & alia testea immũda iusti, ac impij fideliũ, & infideles. Thesaurũ suũ aperit Deus vt proferat vasa ira sua & in die iudicij, & nunc quum impij proiiciuntur ex Ecclesia. f Ierem. 22. 28. g 1. Cor. 5. 1.

Circa illam eiusdem vers. 25. partem *Opus Domino virtutum in terra Chaldæorum.* Idem Origenes eadem homil. Chaldæorum, inquit, terram ob id quia plurima quæ geruntur in terris, stellis conferrent, & peccatorum nostrorum caussas, siue virtutem eorum quæ accidunt nobis, ex earum motibus asserant fieri, eos esse diximus, qui talibus se superstitionibus dedicauerunt. Omnis igitur qui his credit, in terra Chaldæorum est.

Astrologi, & Genethliaci in terra Chaldæorũ esse dicuntur, citra quos opus Domino est.

Ex Rabano Mauro nil quoad sectionem istam refero, quia quicquid in illo reperitur ex Origene ipso ad verbum descriptum est.

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Πῶς συνεκλάσθη.] Τοῦ Χρυσοστόμου.] εἶδες πῶς παρέστησεν αὐτῆς τὴν ἰσχύν; πῶς τὴν πληγὴν τὴν ἀφόρητον; εἶτα πανταχοῦ φησίν, ὅτι τῷ κυρίῳ ἀντέστη, ἥμαρτε. καὶ τὸν τρόπον τῆς ἁμαρτίας καθὼς ἐποίησε, ποιηθήσεται αὐτῇ.

Τοῦ ἁγίου Κυρίλλου ἐκ τοῦ κατὰ Λουκᾶν.] Πάλαι μὲν γάρ, ἤτοι πρὸ τῶν τῆς ἐπιδημίας καιρῶν τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ, πεφρόνηκεν ἐφ᾽ ἑαυτῷ μέγα τι καὶ ἐξαίσιον ὁ πάντων ἐχθρός. κατεγέλα γὰρ τῆς ἁπάντων ἀσθενείας τῶν ἐπὶ τῆς γῆς. καταλήψομαι λέγων τὴν οἰκουμένην τῇ χειρὶ ὡς νοσσιάν, καὶ ὡς καταλελειμμένα ὠὰ ἀρῶ. καὶ οὐκ ἔστιν ὃς διαφεύξεταί με, καὶ ἀντείπῃ μοι. καὶ ἦν μὲν οὐδεὶς ὁμολογουμένως τῶν ἐπὶ γῆς ὁ τῆς ἐκείνου δυνάμεως ἀντεγαρθῆναι δυνάμενον. ἀντέστη δὲ αὐτῷ καὶ μεμάχηται ὁ καθ᾽ ἡμᾶς γενόμενος ἄνθρωπος. ἵν᾽ ὡς ἔφην, ἡ ἀνθρώπου φύσις ἐν αὐτῷ νικήσασα κομίσηται τὸ βραβεῖον.

Ὀλυμπιοδώρου.] ἡ σφῦρα πάσης τῆς γῆς, ἡ τὴν οἰκουμένην συντρίψασα Βαβυλών, ἢ καὶ εἰδωλολατρεία.

|| Ὠριγένους.] σφῦραν τὴν Βαβυλῶνα καλεῖ, τοῖς ἰδίαις πλεονεξίαις τοὺς ἐπὶ γῆς κατατρίψασαν. ὅτε δὲ τὸν θεῖον ναὸν ὁ Σολομὼν κατεσκεύασεν, ἐν ἐπαίνῳ τῶν βασιλειῶν ἡ τρίτη φησίν, ὅτι σφῦ

46 D. Vers. 23. QVOMODO confractus & contritus est malleus.)

Chrysostomi.] *Vides quomodo illius vires expreßit? quomodo plagam intolerabilem? Deinde paßim ait; Quia Domino restitit, peccauit: modúmque exprimit peccati;* Sicut fecit, fiet illi.

Chrysost. *Nabuchodonosoris vires, & scelera expressa.*

Sancti Cyrilli ex Commentariis in Lucam.] *Olim quippe, hoc est, ante tempus aduentus Saluatoris omnium nostrûm Christi communis omnium inimicus superbißimè de se sentiebat; audacter enim intumescebat aduersùs omnium terram incolentium imbecillitatem,*[a] Compræhendam, inquiens, terrarum Orbem manu quasi nidum, & vt derelicta oua absumam, nec erit qui effugiat me, & aduersetur mihi. *Et re verâ nullus erat in terra, qui viribus eius posset resistere; sed restitit illi, & pugnauit cum illo, qui secundùm nos factus est homo: vt in ipso natura humana, quemadmodum dixi, victoriam consequuta, reportaret Brabium.*

s. Cyrillus. *Diaboli audacia, & vires ante Christi aduentũ, in genus humanum.* a Isai. 10. 14. *Diaboli vires confracta per Christũ carne indutum.*

|| Olympiodori.] *Malleus vniuersæ terræ, qui totum terrarum Orbem contriuit, Babylon vel etiam Idololatria.*

Olympiod. *Idololatria dicta malleus vniuersa terra.*

47 Origenes. || Origenis.] *Malleum vocat Babylonẽ, quæ suis rapacitatibus mortales contriuerat. Cùm verò sacrum*[b] *templum extrueret Salomon Tertius Regum liber in laude ponit quòd malleus & securis* in

b 3. Reg 6. 7.

σφύρα καὶ πέλεκυς οὐκ ἠκούσθη ἐν τοῦ θεοῦ τῷ οἴκῳ κυρίου, οἶκος δὲ ἡ ἐκκλησία θεοῦ, ἐν ᾗ μὴ δεῖ ἀκοῦσαι σφύραν. ἔστι δὲ σφύρα πάσης τῆς γῆς ὁ διάβολος, καὶ ἔστιν ὁ μὴ φροντίζων αὐτῆς, οἱονεί τις ὕλη, τυπτομένη παρ' αὐτῆς καὶ μὴ πάσχουσα. ἰδοὺ γάρ φησιν ἀνὴρ ἑστηκὼς ἐπὶ τείχους ἀδαμαντίνου, καὶ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ ἀδάμας. ὅς τις ἀδάμας ὑπ' οὐδεμιᾶς συντρίβεται σφύρας. κἂν ἐφεστήκῃ γοῦν ὁ διάβολος ἡ σφύρα. καὶ ὑποκείμενος ὁ δράκων, ὥσπερ ἄκμων ἀνήλατος, οὐδὲν ὁ ἐν τῇ χειρὶ κυρίου, καὶ ὑπὸ τὴν σκέπην αὐτοῦ ἀδάμας πείσεται. τεῖχος γὰρ ὁ ἅγιος ἀδαμάντινον. καὶ ἐν χειρὶ κυρίου μένων, ἀπαθής. κἂν μέσος ληφθῇ τῆς τε σφύρας, καὶ τοῦ δράκοντος. ὅσον δὲ τύπτεται, λαμπρότερον αὐτοῦ τὴν ἀρετὴν ἀποδείκνυσι. ὁ γὰρ διάβολος οἷά τις λίθων ἀγνοῶν φύσιν, διὰ πολλῶν δοκιμάζει πληγῶν τὸν οἷον ἀδάμαντα, Θεοῦ μόνου καλῶς τὴν τούτων φύσιν εἰδότος. εἰ σφύρα μὴ ᾖ οὐκ ἔσται σάλπιγξ ἐλατή, ἡ κατὰ τὸν νόμον ἣν διεγείρουσα ἐπὶ τὰς ἑορτὰς τοῦ Θεοῦ, ἡ παροξύνουσα εἰς πόλεμον τοὺς ἀκούοντας. τοιοῦτον ἐποίησε τὸν Παῦλον διὰ πειρασμῶν ποικίλων ἡ σφύρα, μηδὲν μὲν ἐξ αὐτῆς παθόντα, μεγάλῃ δὲ φωνῇ πρὸς τὸν τῆς κακίας διεγείροντα πόλεμον. ἐργάζεται μὲν οὖν ἡ σφύρα τὸν πειρασμόν, ὑπηρετεῖ δὲ τῇ σφύρᾳ ὁ ἀπὸ τοῦ Κάϊν σφυροκόπος, ὁ χαλκεὺς χαλκοῦ καὶ σιδήρου. τοιοῦτος ὁ ἐπὶ τοῦ σωτῆρος Ἰούδας, καὶ οἱ, σταύρου σταύρου αὐτὸν κεκραγότες, διὰ τῶν τοιούτων ὑπηρετούντων τῇ σφύρᾳ.

(Ἐπιθήσονταί σοι.)

Ὀλυμπιοδώρου.) πρὸς μὲν τὴν ἱστορίαν, διὰ τὸ τῶν πολεμίων αἰφνίδιον. πρὸς δὲ διάνοιαν, διὰ τὸ κρυπτὸν τοῦ βάθους τοῦ κατὰ Χριστὸν μυστηρίου.

(Ἤνοιξε κύριος.)

Ὀλυμπιοδώρου.) διὰ τὸ κεκρυμμένον ἀπὸ τῶν αἰώνων μυστήριον.

Βίκτορος.) σκεύη νοήσεις ὀργῆς, τοὺς πορθήσαντας Βαβυλῶνα, ὡς ὑπουργοὺς τῆς ὀργῆς, οἷς προστάττει μετ' ἐπιμελείας ταύτην ἀνδραποδίζεσθαι. καρποὺς δὲ φυλαττομένους, τοὺς ἀνθρώπους φησίν. ἡμέραι δὲ ταύτης καὶ καιροί, τῆς τοῦ Θεοῦ μακροθυμίας τὸ πέρας. ἐκ θησαυρῶν δὲ αὐτοῦ, ὅτι ἐξ ἀδήλων, καὶ ἀπροσδοκήτων οἱ ἐπιόντες. ἢ τὴν τιμωρητικὴν αὐτοῦ ψῆφον δηλοῖ.

Ὠριγένους.) σκεύη ὀργῆς καὶ ὁ ἀπόστολος οἶδε κατηρτισμένα εἰς ἀπώλειαν, ἵνα γνωρίσῃ τὸν πλοῦτον τῆς δόξης αὐτοῦ ἐπὶ σκεύη ἐλέους. πάντας γὰρ ἀνθρώπους εἰς δύο ταῦτα διεῖλε σκεύη, τὰ μὲν ὀργῆς, τὰ δὲ ἐλέους. τὰ μέν, οἷος ὁ Φαραώ, καὶ οἱ Αἰγύπτιοι. τὰ δέ, οἷος ὁ Παῦλος καὶ οἱ πιστεύσαντες. ἀλλά τίς ὁ θησαυρὸς κυρίου, ἐν ᾧ τὰ σκεύη τῆς ὀργῆς; ἴσως ἡ ἐκκλησία, ἐν ᾗ τοιοῦτοι πολλάκις λανθάνουσιν. ἔστι δὲ ὁ καιρός, ὅτε ἀνοίγει τὴν ἐκκλησίαν. νῦν γὰρ κέκλεισται, καὶ τὰ σκεύη τῆς ὀργῆς μετὰ τῶν σκευῶν τοῦ ἐλέους νέμεται, καὶ τὰ ἄχυρα μετὰ τοῦ σίτου εἰσί, καὶ ἐν μιᾷ σαγήνῃ οἵ τε ἀπόβλητοι, καὶ οἱ ἐκλεκτοὶ ἰχθύες. ἀνοίγει δὲ τὸν θησαυρὸν αὐτοῦ ὁ Κύριος κατὰ τὸν καιρὸν τῆς κρίσεως. ὅτε τῶν σκευῶν τῆς ὀργῆς ἐκβαλλομένων, ὁ ἐλέους σκεῦος ὑπάρχων εἴποι ἂν εἰκότως. ἐξῆλθον ἀφ' ἡμῶν, οὐ γὰρ ἦσαν

A *in laude ponit quòd malleus & ſecuris in domo Dei audita non ſunt. Domus verò Eccleſia Dei eſt, in qua malleum audiri non decet. Malleus autem vniuerſæ terræ diabolus eſt, eſtque qui illum paruipendat, quaſi materia quadam ab illo percuſſa, ſed nihil patiens.* [a] Ecce enim, ait, vir ſtans ſuper muro adamantino, & in manu eius Adamas; *qui Adamas nullo conteritur malleo. Igitur quamuis inſtet Diabolus, qui malleus eſt, ſubiaceat Draco veluti incus indomita, nihil is* B *qui in manu Domini eſt, & in protectione eius patietur adamas; murus quippe adamantinus eſt, ſanctus, & in manu Domini ſtans ab omni paſſione liber eſt, licet medius ſit inter malleum & Draconem. Sed quò plus percutit eò clariorem oſtendit eius virtutem. Nam Diabolus, vt qui lapidum ignorat naturam, multis ictibus probat illum qui veluti Adamas eſt. Deus quippe ſolus eorum naturam optimè nouit; Niſi ſit malleus, non fiet tuba ductilis, quæ ſecundùm legem conuocabat ad dies feſtos Domini, & erat ad pu-* C *gnam audientes excitans, talem fecit malleus Paulum per varias tentationes, nihil quidem ab eo paſſum, ſed magnâ voce excitantem ad pugnam contra vitia, efficit itaque Malleus tentationem, Malleo verò deſeruit progenitus è Caino malleator, faber æris, & ferri, talis fuit Saluatoris tempore Iudas, quique crucifige, crucifige clamarunt, per tales mallei miniſtros.*

Diabolum in Dei domo, & Eccleſia audiri nō decet.

Diabolū malleū vniuerſæ terræ parui pendunt viri iuſti.

a Ier 7 7. iuxta Sep.

Iuſti vt adamātes in Dei manu perſiſtentes tentationum Diaboli ictibus ſunt inſuperabiles.

Tentationum ictibus illuſtriorem iuſtorū virtutem reddit Diabolus.

Tentationum Diaboli ictibus ſiūt optimi Dei præcones.

Malleatores mallei ſpirituales ſūt qui Diabolo miſterium exhibent contra iuſtos.

Verſ. 24. (*Aggredientur in te.*)

48 Olympiod.

Olympiodori.] *Ad literam quidem, propter* D *repentinū hoſtium impetum ſpiritaliter verò propter arcanum profundi Chriſti myſterij, quod per Chriſtum actum eſt.*

Verſ 25. (*Aperuit Dominus theſaurū ſuum.*)

Olympiodori.] *Propter occultum à ſæculis myſterium.*

Olympiod. *In Incarnationis myſterio Deus aperuit theſaurum ſuum.*

Victoris.] *Vaſa iræ intelliges, eos qui Babylonē expugnarunt, veluti miniſtros iræ quibus præcipit vt diligēter eam deprædentur, fructus verò aſſeruatos homines vocat. Dies vero eius & tēpora ſūt* E *diuinæ longanimitatis terminus, è Theſauris verò eius, quoniā ignotis modis & inopinatis irruunt hoſtes: vel decretū ſuū inferendæ pœnæ ſignificat.*

Victor. *Iræ Dei miniſtri appellati vaſa iræ. Theſauri Dei ignoti ſunt modi, quibus illa ſuum implet decretū inferēdæ pœnæ.*

Ex verſ. 25. (*Et protulit vaſa iræ ſuæ.*)

49 Origenis.

Origenis.] *Vaſa iræ & Apoſtolus* [a] *nouit in perditionē facta, vt manifeſtes diuitias gloriæ eius in vaſa miſericordiæ, omnes enim homines in hæc duo diuiſit vaſa, hæc quidē iræ, illa verò miſericordiæ, hæc qualis Pharao, & Aegyptij: illa, qualis Paulus & qui fidem ſuſceperunt. Sed quiſnam eſt* F *Domini theſaurus, in quo vaſa iræ ſunt? fortaſſe Eccleſia in qua ſæpe huiuſmodi latent, eſt verò tēpus, cùm aperit Eccleſiam, nūc enim clauſa eſt, vaſaque iræ cum vaſis miſericordiæ paſcuntur; paleæq; vnà cum grano ſunt, & in vna ſagena reiectitij, electique piſces: Aperit verò theſaurū ſuum Dominus tempore iudicij; quando, vaſis iræ proiectis, qui miſericordiæ vas eſt congruenter dixerit,* [b] exierunt à nobis, non enim erant ex nobis,

a Rom 9. 21.

Vaſa duplicis generis ſunt in Eccleſia, iræ, & miſericordiæ.

Eccleſia eſt Dei theſaurus in quo ſeruata ſūt vaſa iræ, & vaſa miſericordiæ.

Iudicij in die aperiet Deus theſaurū vaſorum ſuorū iræ, & miſericordiæ.

b 1. Ioa. 2. 19.

ἦσαν ἐξ ἡμῶν. τὰ δὲ ἔξω τοῦ θησαυροῦ ἁμαρτάνοντα σκεύη ὀργῆς ἐστιν, ἀλλ' ἐλάττονα. δοῦλοι γάρ εἰσι μὴ εἰδότες τὸ θέλημα τοῦ κυρίου αὐτῶν, καὶ μὴ ποιοῦντες αὐτό. σκεύη τοίνυν εἰσὶν ἁπλῶς εἰς ἄλλο τηρούμενα.

A *nobis, qui verò extra Dei thesaurum delinquũt, vasa iræ sunt, sed minora, Etenim serui* [a] *sunt voluntatem Domini sui nescientes, & non facientes eam. Vasa igitur simpliciter sunt, sed ad aliud asseruata.*

Peccatores qui extra Ecclesiam sunt, vasa quidem iræ existunt, sed minora.

a Luc. 12. 47.

Capitis 50. à vers. 26. vsque ad 33. Sectio Quinta.

TEXTVS VVLGATÆ.

26 VEnite ad eam ab extremis finibus, aperite vt exeant qui conculcent eam: tollite de via lapides & redigite in aceruos, & interficite eam: nec sit quidquam reliquum.

27 Dissipate vniuersos fortes eius, descendant in occisionem: væ eis, quia venit dies eorum, tempus visitationis eorum.

28 Vox fugientium, & eorum, qui euaserunt de terra Babylonis, vt annuntient in Sion vltionem Domini Dei nostri, vltionem templi eius.

29 Annunciate in Babylonem plurimis, omnibus qui tendunt arcum; consistite aduersùs eam per gyrum, & nullus euadat: reddite ei secundùm opus suum: iuxta omnia quæ fecit, facite illi: quia contra Dominum erecta est, aduersùm sanctum Israel.

30 Idcirco cadent iuuenes eius in plateis eius: & omnes viri bellatores eius conticescent in die illa, ait Dominus.

31 Ecce ego ad te superbe, dicit Dominus Deus exercituum: quia venit dies tuus, tempus visitationis tuæ.

32 Et cadet superbus, & corruet, & non erit qui suscitet eum: & succendam ignem in vrbibus eius, & deuorabit omnia in circuitu eius.

B

TEXTVS SEPTVAGINTA.

26 *QVoniam venerunt tempora eius. Aperite apothecas eius. Scrutamini eam, velut speluncam, & exterminate eam: non sint eius reliquiæ.*

27 *Exsiccate omnes eius fructus: & descendent in occisionem. Væ eis, quia venit dies ipsorum, & tempus vltionis eorum.*

28 *Vox fugientium, & euadentium de terra Babylonis, ad annunciandum in Sion vltionem à Domino Deo nostro.*

29 *Annunciate super Babylonem multis, omni intendenti arcum: castrametamini super eam in circuitu: non sit ex ea, qui euadat: retribuite ei secundùm opera eius: iuxta omnia, quæcumque fecit, facite ei: quoniam aduersùs Dominum stetit Deum sanctum Israel.*

C

30 *Propter hoc cadent adolescentes eius in plateis eius: & omnes viri eius bellatores proiicientur, dixit Dominus.*

31 *Ecce ego super te superbiam contumeliosam dicit Dominus: quia venit dies tua, & tempus vltionis tuæ.*

32 *Et infirmabitur superbia tua, & cadet; & nemo erit, qui restituat eam. Et accendam ignem in sylua eius: & deuorabit omnia, quæ in circuitu eius.*

PARAPHRASIS CHALDAICA.

26 I*Ngredimini ad eam à latere; aperite horrea eius, absumite facultates eius: sicut absumunt aceruos tritici, sic absumite eam, non sint ei reliquiæ.*

27 *Disperdite omnes fortes eius, tradantur occisioni. Væ eis, quia peruenit dies interitus eorum, tempus visitationis malitiæ eorum.*

28 *Vox fugientium, & eorum qui euadunt de terra Babylonis ad annunciandum in Sion vindictam Domini Dei nostri, vltionem templi eius.*

29 *Annunciate in Babylonem plurimi, omnes tendentes arcum, castrametamini contra eam per circuitum, ne sit ei liberatio: reddite ei iuxta mercedem eius, iuxta omnia quæ fecit, facite ei, quia contra populum Domini exprobrauit, dicens verba quæ non sunt recta coram sancto Israelis.*

30 *Propterea proiicientur iuuenes eius in plateis eius, & omnes fortes bellatores eius conterentur in tempore illo, dicit Dominus.*

31 *Ecce ego mitto furorem meum contra te Rex impie, dicit Dominus Deus exercituum: Quia peruenit dies interitus tui, tempus visitationis malitiæ tuæ.*

32 *Et impinget Rex impius, & cadet, & non erit qui suscitet eum: & succendam ignem in vrbibus eius, & consumet omnia quæ in circuitu eius sunt.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

50 Theodorit.

Prosperitatis & felicitatis omnimoda consumptio egregiè descripta.

THEODORITVS. Vt doceat Dominus, se esse, qui pœnas irroget, mandat, vt scrutentur apothecas, & cuncta perdant,

D ac ne vestigium quidem prioris fœlicitatis relinquant. Prædicit item, quo pacto Iudæi cum magna multitudine illinc aufugientes, sint recuperaturi Ierusalem, declaraturique mala, quæ Babylonem appræhenderint. Tum, postquam iussit eam pati, quæ commisit, *Reddite*, inquit, *ei iuxta opera eius.* Ac demonstratâ illius contra ipsum Deum insaniâ, alloquitur eam. *Ecce, ego in te*, inquit Dominus exercituum, *superbiam contumeliosam.* Nomen ὑβρίστρια, id est, superbia contumeliosa, hîc positum, superbiam aduersùs Deum obscurè indicat, & declarat iniquitatem E in homines. *Quia venit dies casus tui, & dies vltionis tuæ. Et infirmabitur superbia tua, & cadet & non erit qui suscitet eam. Et accendam ignem in sylua eius: & deuorabit omnia, quæ sunt in circuitu eius.* Syluam vocat, multitudinem domorum atque habitantium: ea quæ sunt in circuitu, subditos: infirmitatem verò superbiæ, imperij dissolutionem.

Superbia contumeliosa quæ scil. in Deum, & in homines est, maximè ipsi perfecta est Deo.

Sylua nomine designata multitudo domorum, & habitantium.

51 Origenes.

Quod in vers. 26. iuxta versionem Sept. dicitur, *Aperite apothecas eius*, &c. Origenes citatâ homil. 3. in Ieremiam eum prosequens sensum, quo in præcedentibus verbis contra Astrologos, & Genethliacos actum censuit designatos per F Chaldæos. Sunt, ait, apothecæ Chaldæorum doctrinæ natiuitatum. *Scrutamini eam quasi speluncam, & disperdite.* Qui respuit supputationem natalium; qui veritatis sermone vtitur aduersùm eam; qui ostendit nihil eorum quæ mathematici dicunt verum esse, qui docet inscrutabilia iudicia Dei, nec ea posse ab hominibus comprændi, qui asserit quia sydera non sunt causæ eorum quæ fiunt super terram, minùs autem eorum quæ nobis Christianis accidunt, iste exequitur

Natiuitatum doctrina appellata sunt Chaldæorum apotheca.

Astrologorum Genethliacorũ deceptiones aperiẽda, & impugnãda, ac disperdenda.

Genethliacorum nulla ſeruanda reliquiæ.

quitur præceptum Domini dicentis: *Diſperdite eam.*) Quid autem ſit hoc quod ſequitur, (*Non ſiant ei reliquiæ*) quærendum eſt. Ne aliqua, inquit, reſcindatis Chaldæorum, reliqua reſeruetis. Ob id iubet, ne impunè puſillum quidem relinquatur in ea.

52 Rabanus. *Prædicatores ſancti ſpiritualem Babyloniā & confuſionem in Eccleſia, & in animabus penitus euertere ſatagūt.*

Pro noſtra Vulgatæ lectione Rabanus Maurus, *Venite ad eam ab extremis finibus*, &c. Sicut tunc in deuaſtationem Babyloniæ venerunt vndique qui conculcarent eam, & lapides eius tegerunt in aceruos, & interfecerunt eam, ita vt non fieret quicquam reliquum, & diſſipauerunt vniuerſos fortes eius, deſcendentes in occiſionem: Ita & ſpiritalis Babyloniæ nunc ſunt plurimi deuaſtatores, & diſſipatores, & fortium eius interfectores, cùm prædicatores ſancti in his quæ de gentibus credunt Chriſto deſtruunt regnum Diaboli, & interficiunt vitiorum cateruas, ne ſit quicquam reliquum: quia nullum doctores ſancti laudant vitium, nec deſinunt aliquod perſequi peccatum: ſed ſecundum virtutem ſibi datam à Deo euellere, & ſubuertere ſtudent, vniuerſam factionem hoſtis antiqui.

Beda. *Lapidū metaphorā ſignificata peccata.*

Beda lib. 1. in Iob. cap. 8. Lapides peccata nominantur, de quibus Propheta cùm doceret populum ait: *Et lapides de via proiicite*, id eſt, de vita ſanctæ conuerſationis auferte peccata.

Petrus Bleſenſis ſerm. 11. in Quadragesima. *Euerte lapides de plateis.* Ad expellenda à nobis vitia in quadrageſima Catholica conſueuit Eccleſia quædam etiam viſibilia operari, quibus non tantùm vitia depella, ſed etiam in his diebus maximè repellenda fidelibus inſinuet. Cùm autem vniuerſitatem criminum non ſufficiat numerare linguâ hominis, de ſeptem principalium fuga ſufficiat aperire. Hi ſunt lapides eiiciendi de plateis.

53 Origenes. *Confuſionis fructus qui exſiccare poſſis vniuerſos beatus aſſerendus.*

Circa verſ. 27. iuxta verſionem Sept. Origenes citatâ homiliâ 3. in Ieremiam. *Exſiccate omnes fructus eius.* Quis ita beatus, vt poſſit exſiccare omnes fructus terræ Chaldæorum, & deſcendant in occiſionem. *Væ eis, quia venit dies eorum, & eſt tempus vindictæ eorum.*

Origenes. *De Gentium conuerſione.*

Circa verſ. 28. & 29. Idem Origenes ad finem citatæ homil. 3. *Vox fugientium, & reſaluatorum de terra Babylonis*, &c. De his nunc prophetat, qui mores patrios relinquentes, & leges gentium, & incredulitatem veterem, veniunt ad ſermonem Dei. Tale enim quiddam ſignificatur in eo quod dicit: *Vox fugientium, & reſaluatorum de terra Babylonis.* Vtinam & veſtra Cathecumeni vox fugientium eſſet de Babylone, fugientium vitia, fugientium peccata. Vox enim fugientium, & reſaluatorum. Non ſufficit fugere de terra Babylonis, ſed & reſaluari ex terra Babylonis ad annunciandum in Sion vindictam Domino Deo noſtro, vt fugientes de terra Babylonis veniatis ad Sion ſpeculatorium Eccleſiam Dei. Ad annunciandum in Sion, id eſt Eccleſiam vindictam à Domino Deo noſtro. *Vindictam populi eius de-*

Peccata fugere non ſufficit, ſed & reſaluari ex eis oportet, & in Eccleſiam ad Deū laudandum venire.

A *nunciante in Babylone multis, omni intendenti arcum.* Significanter poſitum eſt *multis*: multi enim ſunt qui in Babylone ſunt, in Ieruſalem verò pauci.[a] *Non enim idcirco, ait, dilexit vos Dominus Deus veſter quia multi eratis: vos quippe eſtis pauci ab omnibus.* Et benè his qui ex parte Dei erant, dictum eſt, *pauci eſtis ex omnibus gentibus.* Intellige porrò & hoc. Pauci ſunt qui ſaluantur. Sed & illud:[b] *Contendite intrare per anguſtam portam portam.* (In lata autem & patenti *annunciate in Babylone multis, omni intendenti arcum.* Non ſit ex ea qui ſaluetur. *Diſperdite, interficite omnia Babylonis.*) Nuper diximus de parabolis Babylonis, de viris B Babylonis, de ſemine Babylonio. *Non ſit & qui reſaluetur de ſemine Babylonis, retribuite ei iuxta opera eius, ſecundum omnia quæ fecit & facite ei, quia Domino reſtitit, & aduerſum Dominum Deum ſanctum Iſrael.* Quamdiu habes in te cogitationes nequam reſiſtentes pietati & fidei veræ, habes in te Babylonios. Sed fac vindictam, & interfice omnes peccatores terræ, quæ in te eſt, id eſt omnes Babylonios, vt poſſis mundatus in Ieruſalem tranſgredi ciuitatem Dei.

Electi pauci, improbi verò multi.
a Deut. 7. 7.
b Matth. 7. 13.

Peccata, eorumque minimas occaſiones penitus ex anima terra tollēda.

54 Rabanus. *Eccleſiæ perſecutores, & impij quique conticeſcēt in die iudicij.*

Circa verſ. 30. 31. & 32. Rabanus Maurus. (*Idcirco cadent iuuenes.*) Iuuenes pro fortibus poſuit, & bellatores pro robuſtis. Iuuenes ergo C Babylonis, qui in plateis eius quæ ad mortem ducunt gradiuntur, nec anguſtam viam arripiūt, quæ ducit ad vitam, procul dubiò in die viſitationis Domini cadent. Similiter & omnes viri bellatores, qui cum Rege ſuo diabolo contra Eccleſiam Chriſti pugnauerunt conticeſcēt: nec poſt diem iudicij vlla eis datur poteſtas præliandi, atque nocendi militibus Chriſti: ſed æterno ſilentio ſuffocantur.

Antichriſti denunciata futura damnatio.

(*Ecce ego ad te ſuperbe*, &c.) Loquitur Propheta ad Regem Babylonis indicans ei futuram cladem, & genti ſuæ ſimul imminere: inſuper incendium deuaſtaturum eſſe vrbes eius, & oppida quæ fuerunt in circuitu. Myſticè autem præ- D nunciat Regi ſuperbiſſimo Antichriſto, qui extollitur ſuper omne quod dicitur Deus, aut quod colitur: & membris eius, hoc eſt, omnibus iniquis futuram damnationem, & omnes munitiones eius quas habuit in ſapientia ſæculari conſtructas, & conciliabula maligna, in quibus homines decipere gaudebat, futuro incendio concremanda: ita vt vniuerſæ machinationes eius, & arma cum quibus orbém Sanctæ Dei Eccleſię impugnabat, in interitu deuorentur æterno, eò quòd non timuerint calumniam inferre, & captiuitatem populo Dei præparare.

Greg. Naz. Hæreticorum cœtus Deo contumelioſus, quaue ratione contumelioſas voces inferat SS. in Deum.

E Quod in verſ. 31. habetur ita contra Hæreticorum collectionem vſurpat Gregorius Nazianzenus in initio orationis primæ de Theologia. Vt à Sacrarum literarum verbis exordiar, *Ecce ego aduerſùm te contumelioſam in erudiendo, & audiendo, & cogitando.* Super quæ Elias Cretenſis. Addidit, ait, (Ieremiæ verbis) Theologus in erudiendo, & in cogitando.

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ἘΡΕΥΝΗΣΑΤΕ αὐτὴν.)

Ὀλυμπιοδώρου.) ἐξ αὐτῶν τῶν λογισμῶν ἀναμοχλεύσατε τὴν εἰδωλολατρείαν.

[Ἀναξηράνατε]

F Verſ. 26. (Scrutamini eam.)

Olympiod. Olympiodori.) *Ex ipſis imis cogitationibus idololatriam demolimini.*

Verſ. 27. (*Exſiccate omnes eius fructus.*)

Ὀλυμπιοδώρου.) πρὸς μὲν τὴν ἱστορίαν, τοὺς τυράννους τῆς Βαβυλῶνος. πρὸς δὲ διάνοιαν, τοὺς τῆς ἁμαρτίας καρποὺς, πορνείαν, καὶ ἀκαθαρσίαν, καὶ τὰ ἑξῆς.

(Ὅτι ἥκει ἡμέρα.)

Ὠριγένους.) ἥξουσι φησὶ τῶν αἰχμαλώτων τινὲς τῆς Ἰουδαίας, διαγγελιζόμενοι τὴν κατὰ Βαβυλῶνος ἐκδίκησιν. λέγοι δ' ἂν καὶ περὶ τῶν ἐξ εἰδωλολατρείας ἐπιστρεφόντων, ἣν καλεῖ Βαβυλῶνα. οἵ τινες ἐλθόντες εἰς Σιὼν τὸ σκοπευτήριον, τὴν ἐκκλησίαν, τὴν παρὰ Κυρίου θεοῦ ἡμῶν ἐκδίκησιν ἀναγγέλλουσιν.

|| Ὀλυμπιοδώρου.] τῶν εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν καταφυγόντων.

(Παραγγείλατε.)

Ὠριγένους.) οἱ μὲν ἐν Βαβυλῶνι πολλοὶ, οἱ δὲ ἐν Ἱερουσαλὴμ ἐλάχιστοι. εἴρηται γὰρ, οὐ παρὰ τὸ ἠγάπησεν ὑμᾶς Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν, παρὰ τὸ εἶναι πολλοστούς. ὑμεῖς γάρ ἐστε ὀλιγοστοὶ παρὰ πάντα τὰ ἔθνη. ὀλίγοι γὰρ ὄντως οἱ σωζόμενοι, καὶ διὰ τῆς στενῆς εἰσερχόμενοι θύρας. παραγγέλλεται δὲ πᾶς. ἐπὶ τὴν πλατεῖαν, καὶ εὐρύχωρον Βαβυλῶνα τόξον ἐκτείνειν, καὶ μηδένα ταύτης περιποιεῖσθαι. (Ἀνταπόδοτε αὐτῇ.)

Τοῦ Χρυσοστόμου.] καὶ τὴν μακροθυμίαν, ὅτι ἥκει ὁ καιρὸς αὐτῆς. ὥστε καὶ τὸν καιρὸν ἀνέμεινε, καὶ οὐδὲν πλέον ἔσχετο.

Ὠριγένους.) ὅσους τις ἔχει λογισμοὺς ἀντιτείνοντας θεοσεβείᾳ, πολλοὶ εἰσὶ Βαβυλώνιοι, οὓς ἀναιρετέον, ἁμαρτωλοὺς ὄντας τῆς γῆς. ἐξ ὧν ὁ καθαρεύσας, ἐν τῇ πόλει γίνεται τοῦ Θεοῦ, τοῦ ἐκδικουμένου τῆς Βαβυλῶνος τὴν ὕβριν. ὤετο γὰρ οἰκείᾳ δυνάμει κεκρατηκέναι, καὶ κατηλαζονεύετο τοῦ θεοῦ. ἐμπρησθέντος δὲ τοῦ ναοῦ, τὰ σκεύη τὰ ἱερὰ τῆς παλλακῆς εἰς χρῆσιν ἐδόθη. διόπερ ὡς περὶ τὸ ἄκαρπον ἔθνος, καθάπερ δή τινα δρυμὸν καταναλῶσαι. ταύτῃτοι φησίν. ἰδοὺ ἐγὼ ἐπὶ σὲ τὴν ὑβρίστριαν, λέγει Κύριος τῶν δυνάμεων.

(Ἰδοὺ ἐγὼ ἐπί.)

Ὀλυμπιοδώρου.) δύναται ταῦτα καὶ κατὰ τῆς τῶν Ἰουδαίων συναγωγῆς ἐκλαμβάνεσθαι.

(Καὶ ἀνάψω.)

Ὀλυμπιοδώρου.) δρυμῷ μὲν, τῷ πλήθει. ἰστέον δὲ ὅτι καὶ τὸ θεῖον πῦρ ἐμπίπτον εἰς ψυχὰς, ὥσπερ φλὸξ ἐν δρυμῷ ξύλων, πάντα καταναλίσκει τῆς κακίας τὰ εἴδη.

A Olympiodori.) *Ad literam quidem Babylonis Tyrannos: Ad sensum vero mysticum peccati fructus, fornicationem, immunditiam & cætera.*

Olympiod. Fructus peccati exscindi.

Ex vers. 17. (*Quia venit dies ipsorum.*)

Origenis.] *Venient quidam, ait è captiuis Iudææ fœliciter annunciantes vltionem contra Babylonem. Potest etiam intelligi de his, qui ex Idololatria conuertuntur, quam Babylonem appellat, qui venientes in Sion ad locum scilicet in quo excubiæ aguntur, Ecclesiam, nuntiant, vltionem à Domino Deo.*

Origenes. Idololatria dicta Babylon.

B Vers. 28. (*Vox fugientium, &c.*)

|| Olympiodori.] *Eorum qui ad Dominum nostrum confugiunt.*

Olympiod.

Vers. 29. (*Annunciantes super Babylonem.*) 56

Origenis.] *In Babylone multi sunt, Hierosolymis pauci: dictum est enim;* [a] Non propter hoc dilexit vos Dominus Deus vester, ex eo quòd multi estis, vos enim præ omnibus paucissimi estis. *Nam pauci verè sunt qui saluantur, quique per angustam viam ingrediuntur: iubetur autem vnusquisque arcum tendere in* C *latã & spatiosam Babylonẽ, vt in ea nullus euadat.*

Origen. a Deut. 7.7. Salui nderant exiguus numerus.

Ex vers. 29. (*Retribuite ei secundũ opera eius.*)

Chrysostomi.) *Et longanimitatem, quoniam aduenit tempus eius: ita & tempus expectauit, & nihil boni consecutum.*

Chrysost. Lõganimitas Dei infructuosa in impiis obfirmatis.

Origenis.) *Quot quisque habet cogitationes pietati repugnantes. Multi tum Babylonij, qui vti peccatores terræ necandi sunt; à quibus qui liber euaserit, Ciuitati Dei adscribitur, qui Babylonis* D *iniuriam vlciscitur, putabat enim se propriis viribus victoriam obtinuisse, & aduersus Deum superbiebat. Combusto autem templo, sacra vasa in pellicium vsum conuersa sunt, quapropter infructuosam gentem, vti Syluam quandam igni absumpsit, ideóque ait;* Ecce ego ad te cõtumeliose agentem, dicit Dominus exercituũ.

57 Origen. Cogitationes praua necanda.

Vers. 31. (*Ecce ego superbiam super te.*) 58

Olympiodori.] *Possunt hæc, & in Iudæorum Synagogam referri.*

Olympiod. Superbia quã ta Iudais.

E Ex vers. 32. (*Et succendã ignem in sylua eius.*)

Olympiodori.] *Sylua, id est in multitudine. Sciendum porrò ignem quoque diuinũ in animos labentem quasi flamma in sylua lignorum absumere omnia nequitiæ genera.*

Olympiod. Ignis diuini in animã labentis maxima vis.

59 Theodor.

Capitis 50. à vers. 33. vsque ad 39. Sectio Sexta.

TEXTVS VVLGATÆ.

33 HÆc dicit Dominus exercituũ: Calumniam sustinent filij Israel, & filij Iuda simul: omnes, qui ceperunt eos, tenent, nolunt dimittere eos.

34 Redemptor eorum fortis Dominus exercituum nomen eius, iudicio defendet causam eorum, vt exterreat eam terram, & commoueat habitatores Babylonis.

35 Gladius ad Chaldæos, ait Dominus, & ad habitatores Babylonis, & ad principes, & ad sapientes eius.

36 Gladius ad diuinos eius, qui stulti erunt: gladius ad fortes illius, qui timebunt.

F TEXTVS SEPTVAGINTA.

33 *HÆc dicit Dominus. Oppressi fuerunt filij Israel, & filij Iuda simul: omnes, qui captiuauerunt eos, oppresserunt eos: quia noluerunt emittere eos.*

34 *Et qui redimit eos fortis; Dominus omnipotens nomen ei: iudicium iudicabit contra aduersarios eius, vt liberet terram: & acuet habitantibus Babylonem.*

35 *Gladium super Chaldæos, & super habitantes Babylonem, & super magnates eius, & super sapientes eius.*

36 *Gladium super pugnatores eius: & dissoluentur.*

57 Gla

37 Gladius ad equos eius, & ad currus eius, & ad omne vulgus, quod eſt in medio eius: & erunt quaſi mulieres: gladius ad theſauros eius, qui diripientur.

38 Siccitas ſuper aquas eius erit, & areſcent: quia terra ſculptilium eſt, & in portentis gloriantur.

A

37 Gladium ſuper equos eorum, & ſuper currus eorum: Gladium ſuper pugnatores eorum, & ſuper commiſtum; qui in medio eius: & erunt quaſi mulieres: Gladium ſuper theſauros, & diſpergentur.

38 Super aquam eius: & confundentur, quia terra ſculptilium eſt: & in inſulis, vbi gloriabantur.

PARAPHRASIS CHALDAICA.

B

33 *HAEc dicit Dominus exercituum: Vi oppreſſi ſunt domus Iſrael, & domus Iuda ſimul, & omnes qui captiuauerunt eos, tenent violenter eos, nolunt dimittere eos.*

34 *Redemptor eorum fortis eſt, Dominus exercituum nomen eius. Vindicans vindicabit iniuriam eorum, vt conterat impios terra, & vt adducat commotionem omnibus habitatoribus* Babylonis.

35 *Occiſores gladio venient contra terram Chaldaeorum, dicit Dominus: & contra habitatores Babylonis, & contra principes eius, & contra ſapientes eius.*

36 *Qui occidunt gladio, venient contra diuinos eius, & inſanient: qui occidunt gladio, venient contra fortes eius, & conterentur.*

37 *Qui occidunt gladio venient contra equos & contra currus eorũ, & contra omnia auxilia quæ ſunt in medio eius, & erũt infirmi ſicut mulieres: qui occidũt gladio venient, contra domum theſaurorum eius, & diripientur.*

38 *Siccitas ſuper aquas eius, & areſcent, quia terra ſimulachrorum eſt, & in idolis gloriantur.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impreſſis.

59 Theodorit.

THeodoritus. Corruent, ait, Dominus, qui cùm populum meum in ſeruitutem redegiſſent, noluerunt tempore opportuno eis concedere libertatem. Propterea minatur, ſe traditurum hoſtibus ciuitatem, & incolas, falſa etiã vaticinia, eoſque qui felicitatem collocare conſueuerunt in illis adiutores eorum, & theſauros reconditos. Minatur item, ſe aquam effecturum inanem multitudinem figuratè vocauit aquam. Veriſimiliter itaque prænuntiat, quæ ſunt aquis obuentura. Quondam enim Euphrates vrbem ipſam mediam diuidebat: nunc autem fluuius conuerſus eſt ad aliam viã, & minimo alueo per rupes fluit. Inſulas verò vocat domos ciuitatis: quaſi aqua muros ambientes circumfluat, rurſúmque vrbis in medio flumen habeat.

Aquarũ nomine ſignificata multitudo.

Inſularum nomine ſignificata domus ciuitatis.

60 Rabanus.

Rab. Maurus (*Hæc dicit Dominus*, &c.) Gladius

C

enim Domini deuorat omnes peccatores terræ: & nõ ſolũ Chaldæos, & habitatores Babyloniæ, hoc eſt, principes eius, & ſapiẽtes eius, atque diuinos cũ omni vulgo, imbelles quaſi mulieres per Medos, atque Perſas hiſtorialiter deſtruxit: ſed etiam omnes qui in confuſione mundi verſantur, & ſapientiã ſæculari innitentes, erroris ſimulachra pro veritate colunt, cum theſauris doctrinarum, & operũ ſuorum futuro iudicio damnauit: areſcétque doctrina hæreticorum atque ſiccabitur: quia ſynagoga eorum terra ſculptilium eſt, & in portentis, hoc eſt, figmentis falſis gloriatur. De quo gladio ipſe Dominus in Cantico Deuter. dicit:[a] *Si acuero vt fulgur gladium meum, & arripuerit iudicium manus mea: Reddam vltionem hoſtibus meis, & his qui oderunt me retribuam. Inebriabo ſagittas meas ſanguine, & gladius meus deuorabit carnes: De eruore occiſorum & de captiuitate nudati inimicorum capitis.*

Gladij Domini effectus multiplices.

D

a Deut. 32. 41.

CATENA GRÆCA VETERVM
PATRVM GRÆCORVM.

ΤΑ'ΔΕ λέγει κύριος.] Ὀλυμπιοδώρου.) περὶ τῆς αἰσθητῆς αἰχμαλωσίας τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, καὶ τῆς τῶν ψυχῶν νοητῆς αἰχμαλωσίας, καὶ τῆς αὐτῶν διὰ τοῦ κυρίου ἀπολυτρώσεως φησίν. ||

E

Τοῦ Χρυσοστόμου.] οὐκ ἠθέλησαν ἀπολῦσαι αὐτούς. ἢ τοῦτό φησιν, ὅτι οὐκ ἂν ἀπέλυσαν οὓς κατεῖχον αὐτοὶ προαιρέσεως, ἀλλ' ἀνθίσταντο τῷ θεῷ, καθάπερ ὁ Αἰγύπτιος φαραώ.

Βίκτορος.] τίς ὁ βασιλεὺς τῶν δυνάμεων, ἐδήλωσεν ὁ Δαβὶδ λέγων. Κύριος τῶν δυνάμεων, αὐτός ἐστιν ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης. περὶ οὗ καὶ Παῦλος φησίν. εἰ γὰρ ἔγνωσαν, οὐκ ἂν τὸν Κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν. αὐτὸς οὖν ὁ τὰ παρόντα θεσπίζων. πῶς δὲ καταδυναστεύθησαν υἱοὶ Ἰσραὴλ, ἀλλ' ἢ περὶ τὴν εὐσέβειαν ἀσθενήσαντες; οἱ δὲ τούτους ἑλόντες, ἐχθροὶ νοητοί τε καὶ αἰσθητοὶ, οὐκ ἤθελον αὐτοὺς τῆς αἰχμαλωσίας ἀφεῖναι. ἀλλ' ἐλυτρώσατο αὐτοὺς ἐκ χειρὸς ἐχθρῶν αὐτῶν, καὶ ἐκ χειρὸς ἁπάντων τῶν μι-

F

61 Olympiod.

Verſ. 33. HÆc dicit Dominus.) Olympiodori.] *De corporali filiorum Iſrael captiuitate, & intelligibili animarum, deque earum per Dominum liberatione loquitur.*

Chryſoſt.

Chryſoſtomi.] *Noluerunt eos dimittere. Vel hoc dicit, quòd non ſponte dimiſiſſent eos, quos detinebant: ſed reſiſtebant Deo, quemadmodum Aegyptius Pharao.*

62 Victor.

Victoris.) *Quis ſit rex exercituum Dauid illis verbis docuit;* [a] Dominus virtutum ipſe eſt Rex gloriæ, *de quo item Paulus, ait;*[b] Nam ſi cognouiſſent Dominum gloriæ non crucifixiſſent. *Ipſe itaque eſt, qui hæc oracula dat, Quomodo verò filij Iſrael oppreſſi ſunt, niſi quia circa pietatem errarunt? & qui eos oppreſſerant aduerſarij ſpiritales, & ſenſibiles, nolebant ipſos à captiuitate liberare. Sed liberauit eos de manu inimicorum ſuorum, & de manu omnium qui oderunt eos potens*

Rex exercituum Deus.

a Pſa. 23. 10.

b 1. Cor. 2. 8.

Incarnatus Chriſtus liberauit & Iudæos, & Gẽtiles è diaboli captiuitate.

σουύτων αὐτοῦ ὁ δυνατὸς θεὸς μετὰ κρίματος, τὴν ἐλευθερίαν πάλαι μὲν τοῖς ἀπὸ Βαβυλῶνος ἰουδαίοις, κατὰ δὲ τὸν τῆς οἰκονομίας καιρὸν, πᾶσιν ἡμῖν δωρησάμενος. κέκριται γὰρ πάλαι μὲν ἡ Βαβυλὼν, νῦν δὲ πάλιν ὁ ἄρχων τοῦ αἰῶνος τούτου, καθά φησιν ἐν εὐαγγελίοις αὐτὸς ὁ σωτήρ. περὶ δὲ κρίσεως, ὅτι ὁ ἄρχων τοῦ αἰῶνος τούτου κέκριται. ἐξῆρε δὲ πάλαι μὲν τὴν Βαβυλωνίαν γῆν, νῦν δὲ πᾶσαν ἁμαρτίαν γεώδη, καὶ φρόνημα σαρκικόν.

[Κρίσιν κρινεῖ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] Διὰ τοῦτο ἔλεγεν ὁ σωτήρ. νῦν κρίσις τοῦ κόσμου τούτου. νῦν ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου ἐκβεβλήσεται.

[Μάχαιρα ἐ.]

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] Θησαυροὶ δὲ Βαβυλῶνος τὰ τῶν δογμάτων || ἀπόῤῥητα. περὶ ὧν φησιν ὁ σωτήρ. οὐδεὶς δύναται τὰ σκεύη τοῦ ἰσχυροῦ ἁρπάσαι, ἐὰν μὴ πρῶτον δήσῃ αὐτόν. τοῦτο γὰρ ποιήσας ἐκάλεσεν εἰς θεογνωσίαν τὰ ἔθνη. τὸ δὲ ὕδωρ Βαβυλῶνος φασὶ μετοχετεύσας ὁ Κῦρος, εὐάλωτον ταύτην εἰργάσατο.

|| δαιμόνων.

[Ἐπὶ τῷ ὕδατι.]

Ὀλυμπιοδώρου.] Καθ' ἱστορίαν μὲν, ἐπὶ τῷ πλήθει. πρὸς δὲ διάνοιαν, ἐπὶ τῷ ὑγρῷ, καὶ ἀνειμένῳ, καὶ ἁμαρτωλῷ βίῳ.

[Καὶ ἐν ταῖς νήσοις.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ὡς καὶ τούτων κρατοῦντες οἱ Βαβυλώνιοι. πρὸς δὲ διάνοιαν, ἐν τοῖς εἰδώλοις.

A *Deus cum iudicio; qui libertatem olim quidem Iudæis è Babylone, tempore verò incarnationis omnibus nobis largitus est. Siquidem olim iudicata est Babylon, Nunc autem princeps sæculi huius, vt ipse Saluator in Euangelijs: de iudicio autem,* [a] Quoniam princeps mundi huius iudicatus est. *Et olim quidem Babyloniam terram exterminauit, nunc verò omnem iniquitatem terrenam, & carnalem cogitationem.*

Diabolus post Christi incarnationem, & superatus fuit, & iudicatus.
a Ioa. 12. 31.
Post Incarnationē Christi exterminata omnis terrena cogitatio, & iniquitas.

B · Ex verſ. 34. (*Iudicium iudicabit contra aduersarios eius.*)

63

Olympiodori.) *Idcirco Saluator aiebat,* [b] nunc iudicium huius mundi, nunc princeps mundi huius eiectus est.

Olympiod.
b Ioa. 12. 31.

Ex verſ. 37. (*Gladium super thesauros eius.*)

Incerti.) *Thesauri verò Babylonis sunt, Dæmonum arcana; de quibus Saluator inquit;* [c] Nemo potest vasa fortis accipere ni priùs ipsum alliget. *Hoc namque cùm ipse fecisset, gentes ad Dei cognitionem aduocauit. Aquam* C *verò Babylonis cùm Cyrus aliò deriuasset facilem captu eam sibi reddidit.*

Incertus.
Dæmonū arcana sūt thesauri Babylonis.
c Marc. 3. 17.

Verſ. 38. (*Super aquam eius.*)

Olympiodori.] *Ad literam quidem, id est, multitudine; mysticè verò propter humidam & fluxam nefariamque viuendi rationem.*

Olympiod.

Ex verſ. 38. (*Et in insulis.*)

Olympiodori.) *Nam & harum potiebantur Babylonij, mysticè verò in Idolis.*

Olympiod.
Idola appellata insulæ.

Capitis 50. à verſ. 39. vſque ad Finem, cap. Sectio Septima.

TEXTVS VVLGATÆ.

39 PRopterea habitabunt dracones cum faunis ficariis: & habitabunt in ea Struthiones: & non inhabitabitur vltra vſque in sempiternum, nec extruetur vſque ad generationem, & generationem.

40 Sicut ſubuertit Dominus Sodomam, & Gomorrham, & vicinas eius, ait Dominus: non habitabit ibi vir, & non incolet eam filius hominis.

41 Ecce populus venit ab Aquilone, & gens magna, & Reges multi conſurgent à finibus terræ.

42 Arcum & ſcutum appræhendent: crudeles ſunt & immisericordes: vox eorum quaſi mare ſonabit, & ſuper equos aſcendent: ſicut vir paratus ad prælium contra te filia Babylon.

43 Audiuit Rex Babylonis famam eorum, & diſſolutæ ſunt manus eius: anguſtia appræhendit eum, dolor quaſi parturientem.

44 Ecce quaſi Leo aſcendet de ſuperbia Iordanis ad pulchritudinem robuſtam: quia ſubitò currere faciam eum ad illam: & quis erit electus, quem præponam ei? quis eſt enim ſimilis mei? & quis ſuſtinebit me? & quis eſt iſte paſtor, qui reſiſtat vultui meo?

45 Propterea audite conſilium Domini, quod mente concepit aduersùm Babylonem: & cogitationes eius, quas cogitauit ſuper terram Chaldæorum: Niſi detraxerint eos paruuli gregum, niſi diſſipatum fuerit cum ipſis habitaculum eorum.

D TEXTVS SEPTVAGINTA.

39 PRopter hoc habitabunt phantaſmata in inſulis: & habitabunt in ea filiæ Syrenum: non habitabitur vltra in ſæculum.

40 Sicut euertit Deus Sodomam, & Gomorrham, & vicinas eis, ait Dominus; non habitabit ibi homo, & non incolet ibi filius hominis.

41 Ecce populus venit ab Aquilone, & gens magna, & Reges multi excitabuntur ab extremo terræ.

42 Arcum & gladium habentes. Crudelis eſt, & non miſerebitur. Vox eorum, quaſi mare ſonabit: in equis equitabunt, præparati, quaſi ignis ad prælium, aduerſùs te filia Babylonis.

43 Audiuit Rex Babylonis famam eorum: & diſſoluta ſunt manus eius: tribulatio obtinuit eum, E dolores quaſi parientis.

44 Ecce, ſicut Leo, aſcendet de Iordane in Gethan, quia citò expellam eos ab illa: & omnem adoleſcentem ſuper eam ſtatuam. Quoniam, quis ſicut ego? & quis reſiſtet mihi? Et quis iſte paſtor, qui ſtabit contra faciem meam?

45 Propter hoc audite conſilium Domini, quod decreuit ſuper Babylonem, & cogitationes eius, quas cogitauit ſuper habitatores Chaldæos, ſi non corrumpantur agni ouium eorum, ſi non diſperdantur paſcua ab eis.

46 A voce

46 A voce captiuitatis Babylonis cōmota est terra, & clamor inter Gentes auditus est.

A 46 *Quia à voce captiuitatis Babylonis commouebitur terra: & clamor in gentibus audietur.*

PARAPHRASIS CHALDAICA.

39 PRopterea occurrent Cercopitheci felibus, & habitabunt in ea filiæ Struthionum: non habitabitur vltra in æternum, nec incoletur vsque in generationem, & generationem.

40 *Proiiciet vos Verbum meum, sicut proiecit Dominus Sodomam & Gomorram, & vicinas eius, ait Dominus, non habitabit ibi homo, nec erit incola in ea filius hominis.*

41 *Ecce populus venit de terra Aquilonis, & populi magni, & Reges multi venient publicè à finibus terræ.*

42 *Arcus & scuta tenentes, crudeles sunt, nec est eis misericordia. Vox eorum quasi maris cùm tumultuatur: & super equos vehuntur, ordinati sunt, quasi vir bellator, contra te cætus Babylonis.*

43 *Audiuit Rex Babylonis famam eorum, remissæ sunt manus eius, angustia apprehendit eum quasi dolores parturientis.*

44 *Ecce Rex cum exercitu suo ascendet contra eos sicut Leo, qui ascendit de altitudine Iordanis, & est in habitaculum pastorum. Quia in tempore quos adducam ipsos in eam, dominatores constituam super eam, quoniam quis est similis mei? & quis est qui occurrat mihi? & non est Rex qui habeat fortitudinem coram me.*

45 *Propterea audite consilium Domini quod consultauit super Babylonem, & cogitationem eius quam cogitauit super habitatores terræ Chaldæorum: Nisi detraxerint eos, & occiderint fortes populi, nisi desolauerint super eos habitacula eorum.*

46 *A voce quâ capta est Babylon, commota est terra: & clamor in populis auditus est.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

64 Theodorit. *Syrenarū nomine significati Dæmones demulcentes, & fallentes homines.*

THEODORITVS. Statuas dæmonū imaginationes vocat. *Filias Syrenarum* Syrus interpretatus est, *Struthio-camelos*, atque Scriptura diuina solet ita vocare dæmones: eò quòd demulceant & fallant homines, quæ ambo vastitatem significant. *Et non ædificabitur vltra in sæculum: & non habitabitur amplius in generationes, & generationes;* Et vtrunque euenit. Nam non est ædificata: sed in hodiernum vsque diem caret muris, & vt plurimùm manet non habitata. Hoc enim sibi vult, in generationes, & generationes. Nunc itaque pauci talem incolunt Iudæi. Et comparat illam Sodomæ & Gomorrhæ, ob cladem postea inflictam. Subiecit etiam oculis armatum exercitum hostium, quem æstuanti mari similem esse dicit: & cum igne confert eius promptitudinem. Babyloniorum porrò manus dicit esse præ metu dissolutas: & horum dolores. Docet præterea, se ducem esse Medorum. *Quis enim, vt ego? & quis resistet mihi? Et quis iste pastor, qui stabit contra faciem meam?* Quoniam pastor Israelis nominabitur, & Reges Babylonis arbitrabantur se superaturos Deum omnium, demonstrat se esse eum, qui vlciscitur de illis, incomparabili præditus potentiâ. Deinde hortatur, vt ipsos etiam ouium agniculos interficiant, & pascuum deuastent. Vocat autem agniculos, infantes: pascuum verò, ciuitatem ac terram subditam. De pueris quidem Beatus Dauid etiam vaticinatur. [a] *Beatus enim, ait, qui tenebit paruulos tuos, & allidet eos ad petram.* Quoniā à voce captiuitatis Babyloniææ, cōmouebitur terra, & clamor eius, in gentibus audietur. Etenim cùm esset vrbs insignis, peruagata est fama gentes vniuersas.

a Psal. 136. 8.

65 Rabanus. *Babylonici & Chaldæorum regni euersionis historia.*

Rabanus Maurus Circa vers. 39. & 40. verba affert Hieronymi quæ mox referam & ipse. Circa vers. autem reliquos ait. (*Ecce populus venit ab Aquilone, &c.*) Manifesta est historia, quòd gens magna Medorum seu Persarum, & Reges multi B cum Cyro Persarum Rege, & Dario Medorum conuenerunt ad deuastandam Babyloniam, vbi Balthasar Rex tunc regnauerat. Is dum conuiuiū maximum satellitibus suis, & principibus præpararet, placuit ei vt templi Dei vasa, quæ de Hierosolymis Nabuchodonosor asportauerat in suos vsus, & concubinarum suarum adportandū verteret, & hoc modo blasphemaret in Deo. Tunc [b] itaque vidit de muro venientem manum, & in pariete quasdam syllabas scribentem. Quâ visione turbatus, cōuocauit Magos atque Chaldæos, & omne genus similium, quod inter barbaros somnia & huiusmodi signa decernere præualebat, vt ei quæ scripta fuerant manifestarent. C Cùmque magi nihil penitus inuenire, neque intelligere se posse dicerent: Daniel ei interpretatus est scripturam: & prædixit ei cladem mox illi superuenturam. Vnde mærore & tristitiā fatigatus, hostibus suis nequaquam resistere parauerat, quoniam eadem nocte interfectus est Balthasar Rex Chaldæus, & Darius Medus successit in regnum, de quo nunc dicitur: *Audiuit Rex Babylonis famam eorum, & dissoluta sunt manus eius: angustia apprehendit eum, dolor quasi parturientem.*

b Dan. 5. 5.

Cyri vt Babylonis euersoris prænunciatio.

(*Ecce quasi Leo ascendet, &c.*) Hoc videtur hic D locus insinuare, quòd Nabuchodonosor Rex cum Chaldæis, postquam regnum Iudæorum crudelis vt Leo subuertit, terram vastauit, vrbemque Ierusalem & templum destruxit, atque succendit, ad sedem suam in Babylonem, quasi victor, & securus de hostibus suis reuersus sit, posterisque suis regnum incolume reliquerit. Sed Domino dissipante vltione in ea perpetratā, in Cyri regis totum regnum redactum est dominium: de quo nunc dicit: *Et quis erit electus, quem proponam ei?* Et vt hoc demonstraret non suā potentiā, sed Domini iudicio factum esse, cuius voluntati nullus regum neque hominum resistere poterit, mox subdidit.

E (*Quis enim similis mei, &c.*) Hoc etiā Isaias manifestissimè declarat dicens: [c] *Hæc dicit Dominus Christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram, vt subiiciam ante faciem eius gentes, & dorsa Regum vertam, & aperiam coram eo ianuas, & portæ non claudentur. Ego ante te ibo, & gloriosos terræ humiliabo. Portas æreas conteram, & vectes ferreos confringam: & dabo tibi thesauros absconditos, & arcana secretorum: vt scias quia ego Dominus qui voco nomen tuum, Deus Israel propter seruum meum Iacob, & Israel electum meum: & vocaui te nomine tuo. Assimilaui te, & non cognouisti me. Ego Dominus & non est ampliùs: extra me non est Deus. Accinxi te,* F *& non cognouisti me. Vt sciant hi qui ab ortu Solis, & qui ab Occidente, quoniam absque me non est Deus. Ego sum Dominus & non est alter, formans lucem, & creans tenebras, faciens pacem, & creans malum: Ego Dominus faciens omnia hæc.*

c Isaiæ. 44. 1.

66 *Scripturis sãctu inserta poëtarum dicta.*

Ambrosius lib. 3. de Fide cap. 1. probans sententias, & versiculos poëtarum Scripturis sacris insertos, inter alia & id affert quod vers. 39. hic dicitur ait, ait enim. Et Ieremias de Babylone memorauit, quòd habitabunt in ea filiæ Sirenum: vt ostenderet Babylonis, hoc est sæcularis confusionis illecebras, vetustæ lasciuiæ fabulis comparandas, quæ velut scopuloso in istius vitæ littore, dulcem resonare quandam, sed mortiferam cantilenam ad capiendos animos adolescentium viderentur, quam sapiens etiam ab ipso Poëta Græco inducitur quasi quibusdã prudentiæ suæ circundatus vinculis prætertiisse. Ita difficile iudicatum est ante aduentum Christi, etiam fortiores non posse capi speciosæ delitiis voluptatis. Nostræ salutis causa Christum corporis infirmitates suscepisse.

Sæcularis cõfusionis illecebra comparata fabulosis Sirenis.

67

Huic quam præ manibus habemus Ieremiæ vaticinio concinunt, quæ & apud Isaiam in simili item contra Babylonem prophetia, ad finem cap. 13. hisce habentur. [a] *Ecce ego suscitabo super eos Medos*, qui, &c. vsque ad finem capitis, Super quæ videndus est Hieronymus lib. 5. Comment. in illud Isaiæ caput secundùm literam. Non sunt tamen hîc omittenda quæ ad rem nostram facientia idem Hieronymus pro moribus lib. 6. eorumdem Comment. in caput 14. pertractat. Ait quippe. Medis aduersùs confusionis vrbem suscitatis, qui nec aurum in bonis reputant, nec argentum: qui sagittis interficiunt paruulos: & lactentibus vteri non miserentur, & super filios non parcit oculus eorum: vrbs quondam inclyta, quæ erat in superbia Chaldæorum: qui interpretantur, quasi dæmonia: sic subuertetur, quomodo subuersa est Sodoma & Gomorrha: vt nullum in ea maneat pristinæ mansionis vestigium: sed postquam fuerit cælum nouum, & terra noua, & præterierit figura huius mundi: non habitabitur vrbs confusionis in perpetuum: & nequaquam eundem statum recipiet.

a Isai. 13. 17.

Hieronym.

68 *Mortis tẽpore omnis confusionis superbia, & gloria recedet à nobis.*

Tum post aliqua. Dicitur, inquit, ergo secundùm tropologiam: quod in fine mundi, vel mortis vniuscuiusque omnis gloria & superbia Chaldæorum, & confusio mundi recedat à nobis, & ita omnia subuertantur, sicut subuertit Deus Sodomam & Gomorrham: nec vltra mundi istius futurus sit status, sed pereat in æternum. Nec ponat ibi Arabs tentoria sua: de quo in sexagesimo septimo Psalmo dicitur, *Iter facite ei qui ascendit super occasum, Dominus nomen eius.* Nec Pastores ibi requiescant: Angeli videlicet qui humano præsunt generi, & quotidie [b] vident faciem patris: sed requiescant ibi bestiæ, & Dracones, & Struthiones, & pilosi, & Vlulæ, & Sirenæ: quas omnes bestias in figura intelligimus Angelorum, vel Dæmonum, & eorum, quibus tradimur ad puniendum. Et in domibus quondam voluptatis, vbi erat lætitia & gaudium, fit planctus Vlularum, & lamentabilis vox Sirenarum: quæ auditores suos ducit ad mortem. Tempus autem imminere iudicij, & diem consummationis Babyloniæ non elongari, nequaquam mirabitur, qui quotidie per sanctos viros in his qui credunt in Domino, subuerti viderit Babylonem; & æternitati comparatam, omnem longitudinem esse vicinam. Hoc quoque considerandum, quod postquam Ecclesiasticus sermo & doctrina Saluatoris vrbem confusionis euerterit, ita vt Sodomæ & Gomorræ comparetur, non habitetur à sanctis viris: nec Pastores requiescant in ea, qui Christi gregem pascere consueuerant: sed è contrario requiescant ibi bestiæ, & Dracones, & Struthiones, & Pilosi saltent in ea. Quidquid enim hæretici loquuntur in synagogis Satanæ, non est doctrina Domini, sed vlulatus Dæmonum, & Pilosorum, quos imitabatur Esau. Et Sirenæ requiescent in delubris voluptatis: quæ dulci & mortifero carmine animas pertrahunt in profundum: vt, sæuiente naufragio, à lupis & canibus deuorentur.

Psal. 67. 5. *Arabis nomẽ in bonã partẽ acceptum pro Domino.*

b Matth 18. 10. *Angeli non requiescũt in anima quæ mortua sit peccato: sed requiescũt in ea dæmones.*

Iudicij tẽpus imminere, & omnimodã cõsumptionis Babylonis arguere licet ex infideliũ conuersione.

Hæreticorum doctrina, omnisque sermo est vlulatus dæmonum, & Sirenarũ cantus.

69 Basilius.

Ponderat Basilius Magnus ad finem Comment. in idem caput 13. interpretationem nominis Medorum, quod mensuram, & dimensionem significat, aitque. Dici igitur possunt Medi induci ad exigendam de his qui perperam vixerunt pœnæ dimensionem. Ob eam causam vnicuique nostrûm merces rependitur, siue rectâ viâ fueris ingressus, seu peccaueris. Quatenus enim recta egeris, merces te manet: si deliqueris, appræhendet te supplicium. Equidem tales sunt Medi: neque enim vllâ flectentur misericordiâ super filiis Babyloniorum, non item sustinent quicquam alienæ facultatis sibi vendicare. Forsan nomine filiorum insinuat nũc Scriptura fructus & germina animæ Babyloniorum. Eiusmodi germina reor esse filios, quorum commeminit ille qui Beatus [c] prædicatur apud Psalmographum, in quo quidem Psalmo, mulier, sapientia est, quam ad se ascitam in sponsam duxit, sibique copulauit in contubernalem iustus decoris eius amator. Filij autem germina sunt mentis & sapientiæ in vnum confluentia, de quibus arbitror dictum esse Psalmo centesimo trigesimo sexto: [d] *Filia Babylonis misera, beatus qui retribuet retributionem tuam quam retribuisti nobis. Beatus qui tenebit, & allidet paruulos tuos ad petram.*

Ad Mensurã benefactorũ, vel malefactorum redditur cuique merces, & pœna.

Filiorum Babylonia vocabulo significata animæ, cogitationes & germina.

c Psal. 127. 6.

d Psa. 137. 8.

70 Hieron.

Quam Basilij Theoriam hisce illustrauit Hieronymus loco supra citato lib. 6. in cap. 13. Isaiæ. Inuenimus in Genesi, quod Madai auctor gentis Medorum fuerit, qui interpretatur mensura, siue à potente vel forti. Igitur contra Babylonios, qui mente confusi sunt, suscitantur à potente & forti Deo ministri ad puniendum fortitudinis: vt reddant vnicuique secundùm opera sua. [e] *In qua enim mensura mensi sunt, remetietur eis.* [f] *Mensuram agitatam, atque concussam, & plenam, & super effundentem restituent in sinus eorum.* Qui nec argẽtum nec aurum, id est, nec eloquij pulchritudinem, nec acumen ingenij: in quibus sibi ante plaudebant, recipient: sed pœnis afficient traditos: & paruulis ac lactentibus vteri non miserebuntur, vt magis misereantur. Atque vtinam & nos suscitemur à Domino: & hæc nobis detur potestas, vt nec argentum, nec aurum velimus eloquentiæ, & sapientiæ sæcularis: sed filios hæreticorum, & omnium qui decepti sunt, interficiamus sagittis spiritualibus, id est, testimoniis Scripturarum: & qui lacte nutriuntur erroris, absque vlla misericordia trucidentur, vt clementi crudelitate pereant: nulliusque misereamur infantiæ: & illâ beatitudine digni simus. [g] *Beatus, qui tenebit, & allidet paruulos tuos ad petram.*

Madai, vnde Medi, interpretatũ mensura, vel, à potente, & forti.

e Matt. 7. 2.

f Luc. 6. 38.

In peccatores mente cõfusos suscitantur à Deo qui ipsos puniãt iuxta operum eorũ mensuram.

Dæmones suscitati à Deo ad puniendos peccatores nõ habebant rationẽ eloquij pulchritudinis, & acuminis ingenij eorum.

Sapientia sæcularis contemnenda.

Hæreticorum sectatores in initio, vt eorũ infãtes sagittis spiritualibus interficiẽdi, & allidẽdi ad petram.

g Psa. 137. 8.

CATE

CATENA GRÆCA VETERVM
PATRVM GRÆCORVM.

ΔΙὰ τοῦτο κατοι.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ὁμοιώματα ἀνθρώπων, οὐκ ἄνθρωποι, ἵνα εἴπῃ τὴν ἀσθένειαν τῶν συμμαχεσάντων τοῖς βασιλείοις.

[Καὶ κατοικήσουσιν.]

Ὀλυμπιοδώρου.] καὶ γὰρ καὶ τοὺς ἀντιπράξαντας τῶν νησιωτῶν εἷλεν ὁ Κῦρος. τὴν δὲ τούτων ἐρημίαν σημαίνει διὰ τῶν σειρήνων, ὡς ἀνθρωπομόρφων λοιπὸν δαιμονίων, ἢ καὶ ᾠδικῶν ὀρνέων, διὰ τὴν ἐρημίαν οἰκούντων τοὺς τόπους.

[Καθὼς κατέστρε.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] τί οὖν; οὐ κατοικεῖται; ὥσπερ οὖν τοῦτο τῆς ὑπερβολῆς, οὕτω καὶ ὅταν λέγῃ. καθὼς ὤμοσα, ἐν τῷ ὕδατι τῷ ἐπὶ Νῶε ἐξ ὑπερβολῆς. εἶτα συνεχῶς ἐνδιατρίβει τοῖς αὐτοῖς λόγοις. τίνος ἕνεκεν; ἐπειδὴ ἄπιστον ἦν καὶ παράδοξον τὸ λεγόμενον, ὅτι Βαβυλὼν ἁλώσεται, ταχυτέρῳ κέχρηται τρόπῳ, ἐκτείνας τὴν ἅλωσιν αὐτῆς.

[Ἰδοὺ λαὸς ἔρχεται.]

Ὀλυμπιοδώρου.] οἱ ἐξ ἐθνῶν πιστεύσαντες.

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] ταῦτα περὶ Κύρου, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ, Μήδων τε καὶ Περσῶν.

[Καὶ βασιλεῖς.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἔθνος γάρ εἰσιν ἅγιον βασίλειον ἱεράτευμα. ταῦτα δὲ ἐνοῖ μετὰ τὴν ἱστορίαν.

Τοῦ αὐτοῦ.] ὁ ἐν τῷ Ἰορδάνῃ βαπτιζόμενος λαός. ὁ τὴν νοητὴν Βαβυλῶνα καταπολεμῶν.

[Θλίψις κατεκρά.]

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] τὸ δὲ, ἰδοὺ ὡς λέων, καὶ τὰ ἑξῆς. ἤδη ἐν τῇ περὶ τῆς Ἰδουμαίας ὁ προφήτης ἐξέδωκεν. νῦν δὲ ἴσως τῷ Ἰορδάνῃ παραδείγματι κέχρηται, καὶ τῷ ἀπ' αὐτοῦ ἀναβαίνοντι λέοντι, ὁ ποῖον δηλοῖ, τὸν κατὰ Βαβυλῶνος ἐπιστρατεύσαντα.

(Εἰς Γαιθάμ.)

Ὀλυμπιοδώρου.) Γαιμὰθ τόπος τοῦ Ἰορδάνου, ἐν ᾧ πολλοὶ λέοντες.

(Ὅτι ταχέως.)

Ὀλυμπιοδώρου.) τοὺς Χαλδαίους ἐκ τῆς Βαβυλῶνος.

(Ὅτι τίς ὥσπερ.)

Ἐξ ἀνεπιγράφου) τὸ δὲ, τίς ὡς ἐγώ; τῶν ψευδωνύμων Θεῶν ἔλεγχος, οὓς ποιμένας καλεῖ. τοιοῦτοι γὰρ ἐδόκουν τοῖς κακῶς ὑπὸ τούτων ποιμαινομένοις, ὧν οὐδεὶς ἀντιστήσεται Θεῷ, κωλῦσαι τὴν τιμωρίαν δυνάμενος. τὴν γὰρ χεῖρα τὴν ὑψηλὴν τίς ἀποστρέψει;

(Καὶ τίς οὗτος.)

Ὀλυμπιοδώρου.) τοῦ γὰρ ἀγαθοῦ ποιμένος ἐξαιρουμένου ἡμᾶς, οὐδὲν ἡμῖν ποιεῖν δύναται ὁ πολέμιος.

(Ἐὰν μὴ διαφ.)

Ὀλυμπιοδώρου.) ἀντὶ τοῦ φίλτατα τέκνα. δεῖγμα δὲ τοῦτο πικρᾶς αἰχμαλωσίας.

A Verſ. 39. PROPTEREA habitabunt.) 71

Olympiodori.) *Simulacra hominum, non homines, vt eorum qui Babyloniis ſuppetias ferebant, infirmitatem exprimeret.*

Olympiod.

(*Et habitabunt.*)

Olympiodori.] *Nam & Inſularum incolas, qui ſibi obſtiterant, cepit Cyrus. Eas porrò nullos incolas habere per Sirenes ſignificat, quæ Dæmonia ſunt humanâ figurâ, vel aues canoræ quæ ſolitaria loca inhabitant.*

Olympiod. *Sirenarũ vocabulo ſignificata dæmonia in humana figura vel aues canoræ ſolitaria loca incolentes.*

B Verſ. 40. (*Sicut ſubuertit.*)

Chryſoſtomi.] *Quid ergo an non habitatur? Sicut igitur hoc dictum Hyperbolicè eſt, ita & cùm ait, ſicut iuraui de aqua tempore Noe, Hyperbolicè. Deinde pluries eadem repetit, quid ita? Quoniam incredibile erat, & præter opinionem quod dicebatur, fore vt Babylon expugnaretur, paucis rem exprimit, amplificans eius expugnationem.*

72 Chryſoſt.

Verſ. 41. (*Ecce populus venit ab Aquilone.*)

Olympiodori.) *Qui è Gentibus crediderũt.*

Olympiod.

C Incerti.) *Hæc de Cyro & Medis, ac Perſis qui cum eo erant.*

(*Et Reges multi.*)

Olympiodori.) *Gens enim ſancta ſunt regale Sacerdotium: hæc autem historiæ ſubnectit.*

Olympiod. 1. Pet. 2. 9.

Eiuſdem.) *Populus qui in Iordane baptizatur. Qui ſpiritalem Babylonem expugnat.*

Olympiod. *Baptiſmo expugnatur Babylon ſpiritalis.*

Ex verſ. 42. (*Tribulatio appræhendit eum.*)

Incerti.) *Illud verò*, Ecce quaſi Leo, & *quæ ſequuntur, iam in Vaticinio de Idumæa Propheta ediderat: nunc verò fortaſſe Iordanem* D *in exemplum adduxit, & Leonem qui de eo aſcendit; qualem eſſe vult eum qui in Babylonem expeditionem ſuſcepit.*

73 Incertus. *Baptiſmo qui ſpiritalē expugnaturus ſit Babylonē, debet ex illo aſcendere vt Leo.*

Ex verſ. 44. (*In Gæthan.*)

Olympiodori.] *Locus eſt Iordanis Gæmath, Leonibus abundans.*

Olympiod.

(*Quia citò expellam eos.*)

Olympiodori.) *Chaldæos è Babylone.*

Ex verſ. 44. (*Quoniam quis ſicut ego.*)

Olympiod.

Incerti.) *Illud verò*, Quis ſicut ego, *ad redarguendos falſos Deos, quos vocat paſtores.* E *Tales enim videbantur iis, qui malè per illos paſcebantur, quorum nemo Deo reſiſtet, ſupplicium impedire valens. Manum enim excelſam quis auertet?*

Incertus. *Paſtorũ nomine appellatidij falſi.*

Ex verſ. 44. (*Et quis iſte paſtor.*)

Olympiodori.) *Nam paſtore bono nos liberante, nihil nobis nocere poteſt aduerſarius.*

Olympiod.

Ex verſ. 45. (*Niſi corrumpantur agni ouium.*)

Olympiodori.) *Hoc eſt, chariſſima pignora, indicat porrò hoc duriſſimam captiuitatem.*

Olympiod.

ΚΕΦΆΛΑΙΟΝ L. A

* ΙΔΟΥ λαὸς ἔρχεται ἀπὸ βοῤῥᾶ, καὶ ἔθνος μεγα, καὶ βασιλεῖς ἐξεγερθήσονται ἀπ' ἐσχάτου τῆς γῆς, τόξον, καὶ ἐγχειρίδιον ἔχοντες, τουτέστιν, ἀσπίδα τὴν ἑρμηνεύει τὸ ἐγχειρίδιον, τῷ περὶ τὸ ἐν τῇ χειρὶ φέρεσθαι.

Ἰδοὺ ὡς λέων ἀναβήσεται ἀπὸ φρυάγματος τοῦ ἰορδάνου εἰς τόπον ἐθάμ. λέοντι παρείκασε τὸν μῆδον. τὸ δὲ, ἀπὸ φρυάγματος τοῦ ἰορδάνου εἰς τόπον ἐθάμ, ὡσανεὶ αὐτόθι τῶν λεόντων εἰωθότων φαίνεσθαι. ἐθάμ δὲ πόλις ἐστὶν ὅμορος τοῦ ἰορδάνου.

CAPVT. L.

Vers. 41. ECCE *populus venit ab Aquilone, & gens magna, & Reges excitabuntur ab extremo terræ.* Vers. 41.

Vers. 42. *Arcum & Manuale habentes.* Scutum nempe, hoc enim Manuale significat, ex eo quòd manu gestatur.

Vers. 44. *Ecce quasi Leo ascendet de tumore Iordanis in locum Etham.* Leoni cõparauit Medum, *de tumore Iordanis in locum Etham.* Quasi ibi Leones consueuerint habitare: Etham ciuitas est Iordani vicina.

Caput 51. à vers. 1. vsque ad 6. Sectio Prima.

TEXTVS VVLGATÆ. B

1 HÆc dicit Dominus: Ecce ego suscito super Babylonem, & super habitatores Chaldæos ventum vrentem corrumpentem.

2 Et emittam in Babylonem contumeliosas, & contumeliâ afficient eam, & vastabunt terram eius. Væ super Babylonem in circuitu in die afflionis eius.

3 Tendat, qui tendit arcum suum, & circumponat, cui sunt, arma sua: & ne parcatis super adolescentibus eius, & delete omnem virtutem eius.

4 Et cadent interfecti in terra Chaldæorum, & confossi de foris eius.

5 Quia non fuit viduatus Israel, & Iudas à Deo suo, à Domino omnipotente, quia terra eorum repleta est iniquitate à sanctis Israel.

TEXTVS SEPTVAGINTA.

1 *HÆc dicit Dominus: Ecce ego suscitabo super Babylonem & super habitatores eius, qui cor suum leuauerunt contra me, quasi ventum pestilentem.*

2 *Et mittam in Babylonem ventilatores, & ventilabunt eum, & demolientur terram eius, quoniam venerunt super eam vndique in die afflictionis eius.*

3 *Non tendat qui tendit arcum suum, & non ascendat loricatus, nolite parcere iuuentibus eius, interficite omnem militiam eius.*

4 *Et cadent interfecti in terra Chaldæorum, & vulnerati in regionibus eius.*

5 *Quoniam non fuit viduatus Israel, & Iuda à Deo suo Domino exercituum; terra autem eorum repleta est delicto à sancto Israel.*

PARAPHRASIS CHALDAICA. C

1 *HÆc dicit Dominus: Ecce ego adducam super Babylonem, & super habitatores terræ Chaldæorum populos interfectores, quorum cor eleuatum est, & elegantes staturâ, quorum spiritus dissipat.*

2 *Et mittam super Babylonem direptores qui diripiant eam, & exhauriant terram eius; quoniam fuerunt super eam per circuitum in die mala.*

3 *Non tendat qui tendit arcum suum, nec ascendat in lorea sua: nec pareatis iuuenibus eius: consumite omnem substantiam eius.*

4 *Et proiicientur interfecti in terra Chaldæorum, & vulnerati in vicis eius.*

5 *Hæc enim dicit Dominus: Non sunt derelicta domus Israel, & Iuda à Deo suo, à Domino exercituum. Quia terra eorum impleta est peccatis homicidij à verbo sancti Israel.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

1 Theodoret. *Medi, ac Persæ cõtra Chaldæos suscitati vt ventus vrens.*

THEODORITVS. Post hæc denominat hostes variis nominibus. Et in primis quidem, ventum vrentem, qui plantas interimere solet: mox, contumeliosos. In quo iustam supplicij causam depromit. Patieris enim ait, quæ commisisti. Præcipient eis, ne parcant, sed furorem contra omnes effundant, subiunxit, *Quoniam Israel & Iudas non sunt viduati Deo suo, nec Domino omnipotenti*, quia terra eorum repleta est iniquitate, à sanctis Israel. Propter impium dæmonum cultum & iniquitatem eorum, contempsi illos, neque enim ipsos meâ curâ prorsus priuaui.

Viduus nõ est Dei populus fidelis, tametsi illum peccatis offẽdat.

Rabanus Maurus. (*Hæc dicit Dominus: Ecce ego suscitabo*, &c.) Ventilatores isti, qui ventilauerunt Babylonem, & Chaldæam, sæpe dicti D. Medi sunt atque Persæ, contra quos arcus Babyloniæ, & lorica resistere non poterant: sed hostes eorum victores vbique existentes, nec senibus, nec iuuenibus, sed neque vlli ætati, aut sexui pepercerunt: Imò omnem militiam eius interfecerunt: quoniam in vindictam furoris Domini, ad hoc missi fuerant, vt meritam pœnam à reis exigerent: eò quòd populum Dei non corripiendo castigauerant, sæd prædando deuastauerant, atque internecioni tradiderant.

Raba. Maur. *Medi ac Persæ cõtra Chaldæos suscitati vt ventilatores eorũ.*

Affert deinde Rabanus Isaiæ in cap. 10. verba E, *Væ Assur virga furoris mei*, &c. aliaque ex cap. 18. vers. 15. *Numquid gloriabitur securis contra eum qui secat in ea*, &c. Vnà cum Hieronymi in suis Comment. illorum interpretatione, quæ apud ipsum videri possunt; Neque enim quid similitudinis cum præsenti habent Ieremiæ loco.

CATE

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Τάδε λέγει Κύριος.]

Ἐξ ἀντιγράφου.] ὁ μὲν σύμμαχος τὴν Ἑβραϊκὴν ἔθηκε λέξιν, ἀντὶ τοῦ, ἄνεμον καύσωνα, λεκκάβη. δηλοῖ δὲ καιομένην, καὶ διεγειρομένην καρδίαν. ὁ δὲ ἀκύλας, καρδίαν ἐπεγειρόντων, ἐξέδωκεν. ὑβριστὰς δὲ τοὺς μετὰ Κύρου, καὶ Ἡσαΐας καλεῖ δι᾽ ἃς ἔμελλεν ὕβρεις ἐπιφέρειν βαβυλωνίοις. τῇ δὲ ταυτολογίᾳ καὶ τοὺς αἰχμαλώτους εὐφραίνει. καὶ βεβαιοῖ μειζόνως τὴν μέλλουσαν προφητείαν. καὶ ἡμεῖς γὰρ εἰς χαίρομεν, πολλάκις λεγομένων τε, καὶ πάλιν ἡδέως ἀκούομεν. εἰ γὰρ καὶ παρεδόθη φησὶν εἰς σωφρονισμὸν Ἰσραήλ, ἀλλ᾽ οὐ παντελῶς καταλέλειπται, οὐδὲ μὴν ἐχήρευσεν ἔχων τὸν νυμφίον ὡς νύμφη. γέγραπται γὰρ, ἐὰν ἐγκαταλίπωσιν οἱ υἱοὶ αὐτοῦ τὸν νόμον μου, ἐπισκέψομαι ἐν ῥάβδῳ τὰς ἀνομίας αὐτῶν, τὸ δὲ ἔλεός μου οὐ μὴ διασκεδάσω ἀπ᾽ αὐτῶν. λέγοι δ᾽ ἂν οἰκείως καὶ τὸ, διαθήκη αἰώνιος οὐκ ἐπιλησθήσεται.

[Ἄνεμον καὶ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] μετὰ τὴν ἱστορίαν νόει τοὺς ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος βοηθουμένους, τοὺς ξηραίνοντας καὶ διαφθείροντας τὰ τῆς κακίας ῥεύματα.

[Καὶ μὴ φείσησθε.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἀντὶ τοῦ, μὴ πτοηθῆτε τὴν ἀπειλὴν τῶν δαιμόνων. ἐγὼ γάρ εἰμι μεθ᾽ ὑμῶν.

[Ὅτι ἡ γῆ αὐτῶν.]

Ὠριγένους.] προφητεύει τὴν συντέλειαν ἀθρόως γενησομένην. ὥσπερ γὰρ ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ κατακλυσμοῦ, καὶ ταῖς ἡμέραις τοῦ Λὼτ τὰ βιωτικὰ πάντες ἐποίουν, ἕως ἦλθεν ὁ κατακλυσμὸς, καὶ τὸ πῦρ, καὶ ἦρεν ἅπαντας. οὕτως ἔσται τὸ τῆς συντελείας αἰφνίδιον. οὗ δὴ σύμβολον ἦν ἡ ἀθρόως πεσοῦσα φωνῇ καὶ μόνῃ σαλπίγγων Ἱεριχώ. καὶ κατὰ τὸν καιρὸν δὲ τοῦ σωτηρίου πάθους, ἄφνω ἔπεσε Βαβυλὼν, Χριστοῦ τὰ περὶ τῶν ἐθνικῶν εἰδώλων καταργήσαντος δόγματα, καὶ τοὺς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ῥυσαμένου πιστεύσαντας.

Ὀλυμπιοδώρου.] πλήρωμα γάρ φησι τῆς ἀδικίας τῶν χαλδαίων, τὸ καὶ τὰ σκεύη τὰ ἅγια, καὶ ἁγίους ἄνδρας μετάγειν εἰς Βαβυλῶνα.||

A HAEC dicit Dominus.)

Incerti.] *Symmachus quidem Hebraicam appoſuit vocem, pro* Vento vrēte, Leccabe, *ſignificat verò, ardens excitatumque cor. Aquila verò,* Cor leuantium, *reddidit. Contumelioſos porrò Cyri milites vocat & Iſaias, propter contumelias quas erant Babyloniis illaturi, repetitione verò & captiuos delectat, & confirmat ampliùs futuram prophetiam. Nam & ipſi quibus delectamur, ſæpius dicta, rurſus libenter* B *audimus. Nam etſi traditus eſt, inquit, Iſrael ad erudiendum, haud tamen omnino relictus eſt; nec viduatus eſt, cùm habeat ſponſum vt ſponſam, ſcriptum eſt enim;* [a] Si dereliquerint filij eius legem meam, viſitabo in baculo imprcbitates eorum, miſericordiam verò meam non diſperdam ab eis, *congruenter etiam & illud dixerit,* fœdus ſempiternum nullâ obliuione delebitur.

2 Incertus. Audimus repetita libēter quæ delectāt. a Pſal. 88. 31.

(*Ventum & vrentem.*)

C Olympiodori.] *Poſt ſenſum hiſtoricum intellige eos quos adiuuat Spiritus ſanctus exſiccantes, & corrumpentes nequitiæ fluxiones.*

3 Olympiod. Venti vrentis appellatione exſiccātes malitiæ fluxiones ſignificātur.

(*Et ne parcatis.*)

Olympiodori.] *Hoc eſt ne timueritis Dæmonum minas. Ego enim ſum vobiſcum.*

Olympiod. Dæmonū minæ nō timēdæ ei, cui Chriſtus ſit comes.

(*Quia terra eorum.*)

Origenis.) *Conſummationem repentè futuram prædicit, ſicut enim Diluuij tempore & in diebus Lot omnes negocia vitæ tranſigebant, donec venit diluuium, & ignis, & deleuit omnes,* D *ſic erit & conſummatio repentina, atque improuiſa, cuius figura fuit,* [b] *quæ vno momento concidit, vel ſolo tubarum clangore Iericho, & tempore Domininicæ paſſionis repentè concidit Babylon abrogante Chriſto dogmata gentilium idolorum, & liberante eos, qui è gentibus crediderunt.*

Origenes. Iudicij vniuerſale, Mūdique cōſummationem ex improuiſo, & illico futura. b Ioſu. 6. 20. Paſſionis Chriſti tēpore repentè cecidit Babylon.

|| Olympiodori.] *Complementum enim iniuſtitiæ Chaldæorum ait, fuiſſe, quòd ſancta vaſa, ſanctoſque homines Babylonem tranſtulerint.*

Iniuria in ſacra vel vaſa, vel homines fūt impietatis complemētū.

Capitis 51. à verſ. 6. vſque ad 9. Sectio Secunda.

TEXTVS VVLGATÆ.

6 FVgite de medio Babylonis, & ſaluet vnuſquiſque animam ſuam: nolite tacere ſuper iniquitatem eius: quoniam tempus vltionis eſt à Domino, viciſſitudinem ipſe retribuet ei.

7 Calix aureus Babylon in manu Domini, inebrians omnem terram: de vino eius biberunt gentes, & ideo commotæ ſunt.

8 Subitò cecidit Babylon, & contrita eſt: vlulate ſuper eam, tollite reſinam ad dolorem eius, ſi fortè ſanetur.

E TEXTVS SEPTVAGINTA.

6 *FVgite de medio Babylonis, & ſaluate vnuſquiſque animā ſuam, & ne proiiciamini in iniquitate eius: quoniam tempus vltionis eius eſt à Domino: retributionem ipſe retribuit ei.*

7 *Calix aureus Babylon in manu Domini, inebrians omnem terram: de vino eius biberunt gentes: ideo commotæ ſunt.*

8 *Et repentè cecidit Babylon, & contrita eſt. Lamentamini eam, ſumite reſinam corruptioni eius; ſi quomodo ſanabitur.*

PARA

PARAPHRASIS CHALDAICA.

6 *FVgite de medio Babylonis, & liberate quisque animam suam; ne occidamini in peccato eius, quia tempus vindictæ est coram Domino retributionem ipse reddit ei.*

7 *Ecce sicut calix aureus qui est desiderabilis præ cunctis vasis; sic supremum est peccatum Babylonis: ideo vltio grauis ventura est contra eum à facie Domini. Futurum est vt inebrientur ex ea ebrij omnes Reges populorum, & de calice vltionis bibent populi, propterea conturbabuntur populi.*

8 *Subitò cecidit Babylon, & contrita est. Vlulate super eam: tollite resinam confractioni eius, si fortè sanabitur.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

4 Theodorit. a Dan 2.32. *Calix aureus rectè dictum supplicium per Chaldæos inferendum, quorum regnum & aureum caput.*

THEODORITVS. Nihil de vers. 6. *Poculum aureum Babylon*, &c. Beatus Daniel [a] interpretás somnium, regnum Babylonicum dixit esse caput aureum. Hoc itaque loco, supplicium aliis gentibus à Deo illatum, nuncupauit poculum aureum. Ait ergo Babylonem & reliquas gentes pœnis affecisse, & mox, præter spem omnem captam esse & euersam. Deinde dicit gentibus, quæ in auxilium venerant. *Lugete illam: adhibete resinam corruptioni eius, vt sanetur.* Pro medicamentum auxilij adferte illi.

Augustinus. *E mundo fugiendum fidei passibus proficiendo in dilectione.*

Circa vers. 6. Augustinus lib. 18. de Ciuitate Dei cap. 18. in principio. Propheticum id inquit, præceptum, *Fugite de medio Babylonis*, ita spiritaliter intelligitur, vt de huius sæculi ciuitate, quæ profectò & Angelorum & hominum societas impiorum est, fidei passibus, quæ per dilectionem operatur, in Deum viuum proficiendo fugiamus. Quantò quippe in hæc ima potestatem dæmonum maiorem videmus, tantò tenaciùs mediatori est inhærendum, per quem de imis ad summa conscendimus.

5 Origenes.

Exactiùs autem totam istam sententiam pertractans Origenes homil. 2. in Ierem. plura in illius congerit intellectum quæ ad capita nos reducemus.

Loco in aliquo spiritaliter quæque est Anima. In Babylone quenam esse dicatur Anima.

Primùm enim supponit, Vnamquamque animam spiritaliter in loco aliquo esse, sicut & corpus est sensibiliter. In Babylone, ait, est quando confunditur, quando turbatur; quando pace deserta bella sustinet passionum, quando tumultus malitiæ circa eam fremit, tunc, vt diximus, in Babylone est. Et ad istam animam prophetalis sermo dirigitur, dicens: (*Fugite de medio Babylonis, & resaluate vnusquisque animam suam.*

In loco meliori, vel peiori, aut minus malo esse dicitur anima iuxta vitæ cuiusque qualitatem.

Et sicut peccatores in Babylone, sic è contrario iusti in Iudæa. Veruntamen iuxta qualitatem vitæ, & fidei, & in ipsa Iudæa locis inter se variis separantur. Siue enim in Dan est, quæ extremæ Iudææ partes sunt, siue in superioribus paululum locis, melioribúsque quàm Dan, siue in mediis finibus Iudææ, siue circa Ierusalé, & est omniũ beatissima, quæ in media Ierusalem vrbe cósistit. Qui verò peccator est, & nimiis sceleribus oppressus, hîc in Babylone est: hoc autem modico minor, & necdum vsque ad summum peccatorum culmen ascendens, qui in Ægypto, & in partibus Ægypti commoratur.

6 *E mundo non simpliciter exeundũ, sed veloci cursu fugiendum.*

Ponderat secundò verbum, *fugite*, & quòd non simpliciter dicitur, *Fugite de Babylone, sed de medio Babylonis*, Quid enim præcepit, inquit, A Deus non dicit, *exite*, hoc enim potest fieri gradatim, & pedetentim; sed cum velocitate, & cursu, hoc quippe est fugere: *fugite de medio Babylonis.* Potest namque euenire, vt aliquis in Babylone sit, sed cùm in extremis eius finibus commoretur, quodammodo extra Babylonem esse videatur. Aliud autem est in medietate Babylonis consistere, vt ex omni parte æquale sit spatium, & ita in vmbilico eius quasi medio cordis animalis habitet. Sicuti enim animalis medietas cor est, & in Euangelio secundùm Matthæum, [b] cor terræ medietas terræ nominatur: sic mihi videB tur & in Ezechiele dictum, in cor maris posita Tyrus: & nunc peccatores de medio Babylonis, hoc est de corde eius fugere debere: *Fugite* ergo *de medio Babylonis*, vt medietatem Babylonis deserentes in finibus eius incipiatis esse, non in medio. Quòd si cui videtur obscurum, sic fiet manifestius: quia qui valde demersus est in vitiis, hic medius habitator est. Qui verò paulatim relinquens malum, & naturam suam ad meliora conuertens non tam cœperit virtutes possidere, quàm cupere, iste licet ex medio fugerit Babylonis, tamen nec dum de Babylone discessit.

Medium alicuius regionis, ac terra dicitur illius cor.

b Matth. 12. 40.

c Ezech. 27. 4.

In Babylonis medio is esse dicitur qui valde est demersus in vitiis. In Babylonis finibus, & quodammodo extra Babylonẽ sunt, qui paulatim relinquunt malum, virtutes possidere cupientes.

C Tertiò perpendens quod immediatè adiectum est. *Et resaluate vnusquisque animam suam.* Primùm oportet, ait, fugere de medio Babylonis, deinde singulos animas suas resaluare cùm fugerint. Neque verò dixit saluare, sed resaluare. Appositio syllabæ significat Sacramẽtum, Quia quondam gustantes salutem, & de ea propter peccata postea corruentes, venerunt ad Babylonem. Cuius rei causa oportet resaluare animam suam, vt incipiat recuperare quod perdidit, secundùm Apostolum Petrum dicentem: [d] *Ista reportauimus, finem fidei salutem, de qua salute exquisierunt & scrutati sunt* D *Prophetæ, qui propter nostram prophetarunt gratiam.* Veruntamen in nobis est fugere de Babylone, & in nostra positum est potestate, si velimus resuscitare quod corruit.

7 *Post recidiuã quoque peccati eniſendũ vt resurgamus.*

d 1. Petr. 1. 9.

In subsequenti eius vers. membro, *Et neque proiiciamini in iniquitatem eius*, ponderans vim verbi *proiiciendi.* Cùm quis, ait, fugerit iustitiam Babylonis, & non egerit pœnitentiam, tunc consequens est vt proiiciatur. Dicit in alio loco Scriptura, [e] *Elegi abiectus esse in domo Domini*, & non ait *proiectus.* In præsenti autem non posuit, *& ne abiiciamini in iniustitiam eius*: sed, *ne proiiciamini* E *in iustitiam eius.* Aliud est enim proiici, aliud abiici. Quod enim in despectione est & neglectu, hoc non proiicitur, sed abiicitur. Quod verò foris est à salute, & à beatitudine alienum, hoc proiicitur.

Proiiciẽdi & abiiciẽdi verborum discrimen.

e Psal. 83. 11.

Proiici in iniquitatem dicitur, qui expers est salutis, quòd ipsũ non pœniteat iniquitatis.

Quintò, quod additur, *Quia tempus vindictæ eius est à Domino*: in bonum accipiens sensum. Miro sensu, inquit, supplicia dicit irrogari propter eius qui ea patitur vltionem. Quando enim quis non vindicatur & relinquitur impunitus, frequenter me dixisse memini id quod in duodecim Prophetis scriptum est. [f] *Et non visitabo super filias vestras quando fornicantur, & super nurus* F *vestras quando adulterantur.* Non ergo vt quidam existimant, Deus peccatores punit iratus, sed si sic expedit loqui, magna ira est à Deo tormenta non perpeti. Qui enim punitur, etiam si ab ea quæ vocatur ira Dei, corripitur, ad hoc punitur vt emendetur.

8 *Non puniri peccatorem à Deo, maxima omnium est pœna.*

f Ose. 4. 14.

Puniri & castigari à Deo peccantẽ maxima est Dei misericordia.

Sextò in vltima vers. parte. *Retributionem ipse retribuet ei*, ponderans pronomen *ipse*, ait, Non per ministros retribuet Babyloni Deus, sed ipse retribuit quod meretur. Volo quiddam dicere in addi

Castigat Deus aliquãdo per semet, aliquãdo per ministros suos.

in additamento pronominis, in eo quod ſcribitur *ipſe*: ait enim, *retributionem ipſe retribuet ei.* Non omnibus Deus ipſe retribuit quæ merentur, ſed ſunt quidam quibus per alios reſtituit, ſiue puniens, ſiue medicans per dolorem, vt in Pſalmis continetur: [a] *Miſit in eos iram indignationis ſuæ, furorem & iram, & anguſtiam, immiſſionem per Angelos peſſimos.*

a Pſa.77.44.

Caſtigandi ratio vel per ſemet, vel per miniſtros, quã ſeruat Deus inſtar peritiſſimi medici.

Quando ſunt vulnera facilia & prompta curationi, medicus mittit ſeruum ſuum, mittit diſcipulum, vt per eum languentem medicetur, neque enim magna ſunt vulnera. Euenit quoque aliquoties vt ſectionis & ferri indigeat qui ſanatur: attamen non ipſe medicus pergit ad curam, ſed eligens vnum ex diſcipulis qui curare valeat, eo vtitur miniſtro. Quando verò inſanabiles plagæ ſunt, vt & emortuâ carne putredo contabuerit, & in tantum mala valetudo eſt: vt non ſerui, vel diſcipuli qui iam prope eum per ſciẽtiam artis acceſſit, ſed ipſius magiſtri manibus indigeat, tunc ipſe magnus medicus præcinctus lumbos ad ſectionem teterrimi vulneris concitatur. Similiter itaque, quando ſunt minora peccata, non reſtituit Deus ipſe peccantibus, ſed aliis vtitur miniſtris. Quando verò per merita ſua ingens hominem ægritudo comprehendit, vt nunc Babylonem, quæ grauibus propriæ malitiæ eſt confiſſa vulneribus, tunc ad retributionem Deus ipſe feſtinat.

9

Circa verſ. 7. *Calix aureus*, &c. cùm quæ apud Origenem fusè citatâ homilia 2. in Ieremiam tractantur, ferè omnia in Catena Græca breuiter expoſita habeantur vſque ad eam iſtius verſ. partem, *De Vino eius biberunt Gentes, propter hoc commota ſunt.* Satius erit ſi Ambroſij referam, quæ ipſius Origenis inhærens veſtigiis circa totius huius ſententiæ intellectum aſſerit.

Ambroſius. *In Vino indulgentes.*

Libro enim de Elia, & Ieiunio ad finem capitis 15. & ad initium capitis 16. hæc ille habet. Vix diluculum, & iã curſabatur per tabernas, vinum quæritur, excutiuntur tapetes, accubitum feſtinant ſternere, lagenas argenteas, auratos calices exponunt. Væ, inquit, iſta quærentibus. *Calix aureus Babylon in manu Domini inebrians omnem terram. A vino eius biberunt omnes gentes, ideo commotæ ſunt. Et ſubitò cecidit Babylon, & contrita eſt.* Calix ergo aureus contritus eſt: quia Babylon contriſtata eſt, quæ eſt calix aureus. Sed quãuis auro ſe iactet & precio, in Domini & ipſa eſt poteſtate. Denique diuinâ indignatione conteritur. Quã ratione calix aureus? quoniam qui à veritate deficit, quærit illecebram, vt ſpecie ſaltem precioſâ ad bibendum aliquos poſſit illicere. Conſtitue ante oculos tuos pompam huius ſæculi, vide ſpecioſam illecebram, ſed inanem gratiam. Non ſeducant te aurea vaſa & argentea. [b] *Habemus & nos theſaurum in vaſis fictilibus.* Vas Apoſtolorum fictile eſt, ſed in eo theſaurus eſt Chriſti: [c] *Væ ſiceram manè ſectantibus.* Aureum eſt hoc vas, poculum eſt, & in eo poculo venenum mortis, venenum libidinis, venenum ebrietatis. Hoc qui biberit, commouetur & cadit. Commouetur non ſolùm corpore, ſed etiam corde turbatur. Commoueri enim peccati eſt.

Ierem. 51.7.

Mundi põpa quamuis precioſa in Domini eſt poteſtate, à quo cum ipſo mũdo cõteritur. Mundani, atque Hæretici mundi illecebris, atque põpâ illicere adnituntur homines ad bibendũ carnalia.

b 1. Cor. 4. 4.
c Iſai. 5. 1.

Mũdi in aureo calice eſt venenũ ſcelerum, commotionem cauſãque cauſans in bibente. Motus, tremorque cauſatur per peccatum.

Denique Cain [d] exiens à conſpectu Dei, habitauit in terra Naid, quod per interpretationem ſignificat commotionem. Ergo qui calice aureo inebriatur, peccato mouetur. Quid te ſub maledicto conſtituis Cain illius parricidæ, vt tremẽs atque profugus mouearis? [e] Sed & perſecutores Domini tranſeuntes mouebant capita ſua. Exagitabat enim eos ſpiritus nequam, qui repleta à ſe corpora mouere conſueuit. Et ille cum defuerit, tremor deſinit: ebrietas enim perpetuum dat tremorem.

d Gen. 4. 16.
e Matth. 27. 39.

Tremor per ebrietatem iugis.

10

Haud longè ab hoc ſenſu diſcrepant quæ & Gregorius Papa lib. 34. Moralium cap. 8. hiſce aſſerit: [f] Auri nomine nitor gloriæ temporalis exprimitur, ſicut per Prophetam dicitur: *Calix aureus Babylon.* [g] Quid enim Babylonis nomine, niſi huius mundi gloria deſignatur? Quæ calix aureus dicitur: quia dum pulchra eſt, temporalia oſtentat; ſtultas mentes in ſua concupiſcentia deebriat, vt ſpecioſa temporalia appetant, & inuiſibilia pulchra contemnant. Hoc aureo calice prima ſponte ſuâ Eua [h] deebriata eſt, de qua hiſtoria veritatis dicit: quia cùm vetitum lignum concupiſceret, *vidit quòd eſſet pulchrum viſu, aſpectuque delectabile, & comedit.*

Greg. PP.
f *Gloria tẽporalis nitor nomine expreſſa.*
g Iere. 51. 7.
Mundi gloria dicta calix aureus mentiũ temporalium pulchritudine inebrians.
h Gen. 3. 6.

Iſidorus Hiſpalenſis lib. Allegor. in Sacr. ſcripturam, Oſtendit, ait calicem aureum Babylonis, per quem inebriatus eſt mundus letifero hauſtu idololatriæ. Intellige iuxta Origenis ſenſum, de Poëtis nitore humanæ eloquentiæ ad idololatriam populos allicientibus.

Iſid. Hiſpal. *In idololatriã illectus mundus nitore humanæ eloquẽtiæ inſtar aurei calicis inebriantis.*

11

Circa verſ. 8. pluribus agit Origenes citatâ homil. 2. in Ieremiam, Quod dicitur, *Repentè cecidit Babylon, & contrita eſt*, & de conſummatione mundi intelligi: & de eo quod poſt aduentum contigit Chriſti.

Origen.

Primum his explicat. Quando dicit, *Repentè cecidit Babylon*, videtur mihi prophetizare conſummationem mundi ſubitò futuram. [i] *Quomodo enim diebus diluuij comedebant & bibebant, emebant, & vendebant, plantabant & ædificabant, donec veniret diluuium*, & tulit omnes, & ſubitò venit innundatio, ſimiliter autem & in diebus Loth: & conſummatio mundi non per partes fiet, ſed repentè. Huic conferendum exiſtimato id quod ſcriptum eſt in Ieſu Naue, [k] quando à voce ſola tubæ, Hiericho ciuitas corruens ſubitò diſperiit: Et iuxta hanc ſimilitudinem Babylonem quoque in conſummatione ſæculi caſuram eſſe, & ſubitò conterendam.

Mundi conſummatio ſimul, & illico futura.
i Luc. 17. 26.
k Ioſ. 6. 20.

12

Aduentu verò Chriſti, ſeu poſt eumdem duobus modis Babylonem repentè cecidiſſe inquit, & per idolololatriæ è mundo euerſionem: & per confuſionis peccati ſublationem ab animabus fidelium. Si veneris, inquit, ad Aduentum Domini mei Ieſu Chriſti, & videris eius magnum opus, quomodo ſubuerterit omnia gentium de idolis dogmata, vt credentes de erroris eximerer iugo, intelliges quia in tempore paſſionis eius Babylon ex templo corruit, & contrita eſt. Vnuſquiſque noſtrûm conſideret ſe-ipſum, & animaduertat Babylonẽ in ſuo pectore corruiſſe. Si autem & in alicuius corde non cecidit ciuitas confuſionis, huic Chriſtus nec dum aduenit; Veniente quippe eo Babylon ruere conſueuit. Propter hoc ad orationum præſidia confugientes, petite vt veniat Ieſus in corda veſtra, & conterat Babylonem, & faciat ruere omnem malitiam eius, & reædificet pro his quæ ſubuerſa ſunt, pro Babylone quæ fuerat ante conſtructa, in ipſo principali cordis veſtri. Hieruſalem ciuitatem ſanctam Dei.

Aduentu Chriſti cõtrita Idololatria.

Adueniente Chriſto in animam quãpiam facit illicò corruere in illa confuſionis malitiam, ædificans in eius corde Ieruſalem.

Hieronymus lib. 7. Comment. in Iſaiam cap. 21. vbi hæc ipſa habentur verba, *Cecidit, cecidit Babylon*, &c. ad Idololatriæ euerſionem, mundique conuerſionem poſt Chriſti aduentum, ea refert.

Hieronym. *Mundi cõuerſio poſt Chriſti aduentum.*

13

Vltimam denique eiuſdem verſ. 18. partem, *Plangite*

Pœnitentiâ quilibet in hac vita sanari potest peccator.

Plangite eam, & accipite resinam correptionis eius, si quomodo sanabitur, ita de studio explicat conuersionis, vel maximè peccatricis animæ. Plangite ait Babylonem. Deinde quia omnis anima recipere potest salutem, & neque vna apud Deum est insanabilis; idcirco consilium dat his qui possunt transmigrare in Hierusalem ad testimoniū, habere resinam ad emplastra facienda, vt assumant medicamina, & quātò valent studio sanitati restituant Babylonem. Hoc experiamur & nos facere, deprecantes Deum, vt det nobis resinam rationabilem, & de rationabili resina discamus ei malagma imponere, & oleum, & alligaturas, & imponentes alligemus vulnera Babylonis, imitantes [a] Samaritanum, & sanetur misera ciuitas, & curata desinat esse quod fuerat: Illud est quod ait, *accipere resinam correptionis eius, si quomodo sanabitur.* Vbi sunt hæretici? vbi sunt qui naturas quasdam introducentes, asserunt esse naturam desperabilem quæ penitus non recipiat salutem? Si est natura quæ pereat, quæ alia talis erit vt Babylon? Attamen neque istam despicit Deus. Præcipit enim Medicis Deus, vt accipiant resinam super Babylonem, si quomodo sanetur.

a Luc. 10. 34.

Desperanda nullius salus est in hac vita degentis.

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΦΕΥΓΕΤΕ ἐκ μέ.]

Ὀλυμπιοδώρου.) Φεύγειν ὁ προφήτης κελεύει ἐκ μέσου τῆς Βαβυλῶνος τοὺς σωζομένους, εἴτε τῆς αἰσθητῆς, εἴτε καὶ τῆς τοῦ κόσμου συγχύσεως.

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] ὁ γὰρ μὴ χωριζόμενος τῶν ἀσεβῶν, συναπόλλυται, διὸ Δαβὶδ μὴ συναπολέσῃς φησὶ μετὰ ἀσεβῶν τὴν ψυχήν μου, καὶ μετὰ ἀνδρῶν αἱμάτων τὴν ζωήν μου.

[Ποτήριον χρυ.]

Τοῦ Χρυσοστόμου.] εἰ ποτήριον χρυσοῦν ἐν χειρὶ κυρίου, τίνος ἕνεκεν κολάζεται; ὅτι μειζόνως ἐκόλασε, καὶ ἐτιμωρήσατο; ἄρα καὶ ἴσχυσε δι' ἐμοῦ.

|| Ὀλυμπιοδώρου.] ποτήριον πολλαχοῦ παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ ὠνόμασται ἡ λεγομένη ὀργὴ τοῦ Θεοῦ: ἐπειδὴ οὖν τοὺς προσκυνοῦντας αὐτῷ Θεὸς διὰ Βαβυλωνίων ἐτιμωρεῖτο, ποτήριον μεθύσκον αὐτὴν κέκληκεν. χρυσοῦν δὲ, διὰ τὸν ἐν αὐτῇ πλοῦτον.

|| Βίκτορος.] τὸ ποτήριον ἀντὶ τιμωρίας παραλαμβάνεται, ὡς τὸ ποτήριον ἐν χειρὶ κυρίου οἴνου ἀκράτου, ἐξ οὗ πίονται φησὶν, πάντες οἱ ἁμαρτωλοὶ τῆς γῆς. ἐκ τούτου ποτίσαι τὰ ἔθνη ὁ παρὼν προφήτης κελεύεται. ἦν δὲ χρυσοῦν διὰ τὸ τῆς βασιλείας ἔνδοξον. καὶ παρὰ τῷ Δανιὴλ γὰρ ἡ τῆς εἰκόνος κεφαλὴ χρυσῆ οὖσα τὴν τῶν Βαβυλωνίων βασιλείαν ἐδήλου. ἐτιμωρεῖτο δὲ τὰ ἔθνη ὁ Βαβυλώνιος ὑποτάττων ἀφορήτῳ || βασιλείαν λαβὼν ἐκ θεοῦ. ὅτε δὲ οἰκείᾳ δυνάμει ταῦτα πράττειν ἐνόμισε, τῆς συνεχούσης αὐτὸν χειρὸς ἐξέπεσε, καὶ συνετρίβη κατὰ τὸ, συνέτριψε κύριος τὸν ζυγὸν τῶν ἁμαρτωλῶν ἢ τὴν ῥάβδον κατὰ τὸν σύμμαχον.

|| ἀνεῖχε τὴν βασιλ.

Ὠριγένους.] χρυσοῦν ἐστι τοῦ Ναβουχοδονόσορ τὸ ποτήριον εἰς ἀπάτην ἀνθρώπων, ἵνα δεξάμενοι πίωσιν, ὁρῶντες τὸν χρυσὸν, ὅτι καλὸν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν, καὶ ὡραῖον τοῦ κατανοῆσαι, τὸ δὲ κρίμα τὸ ἐν τούτῳ μὴ λογιζόμενοι. τὰ μοχθηρὰ γὰρ αὐτοῦ δόγματα καλλιλεξίᾳ κεκόσμηται, τῷ τῆς φράσεως δελεάζοντα κάλλει, καὶ τῇ μεθόδῳ τῇ τεχνικῇ. καὶ πᾶς δὲ ποιητὴς ἄκρος εἶναι δοκῶν, ποτήριον χρυσοῦν κατεσκεύασε, δηλητήριον ἐμβαλὼν εἰδωλολατρείας αἰσχρολογίας, καὶ τῶν ψυχικῶν, ἁπαν

14 Vers. 6. (FVgite de medio Babyloniis.)

Olympiod. *Fugiendum è mundo, & è sensibilibus.*

Olympiodori.] *Fugere iubet Propheta de medio Babylonis eos qui saluantur, vel quæ ad sensum pertinet, vel de confusione mundi.*

Incertus. *Fugiendū ex impiorū consortio.*

Incerti.) *Qui enim ab impiis non secernitur, vnà cum illis perit. Idcirco David,* [a] non conficias ait, cum impiis animam meam, & cum hominibus sanguinum vitam meam.

a Psal. 25. 9.

15 Vers. 7. (*Calix aureus Babylon.*)

Chrysost. *Babylonia cur à Deo grauiter punita, quæ in ipsius Dei manu fuisse dicuntur calix aureus.*

Chrysostomi.] *Si calix aureus in manu Domini, quare ergo castigatur? quòd grauiùs puniuit, & affecit suppliciis; igitur per me & potens fuit.*

Olympiod. *Calix Dei ira eius.*

|| Olympiodori.) *Calix sæpe in Sacris literis vocata est, quæ dicitur ira Dei. Quoniam igitur Deus cultores suos puniuit per Babylonios, calicem inebriantem eam appellauit; aureum verò, propter eius diuitias.*

Calix dicta Babylon vt ministra iræ Dei in Iudæos, aureus verò, propter ipsius opes.

Victor. *Calix pro punitione.*

Victoris.) *Calix pro punitione accipitur secundum illud.* [b] Calix in manu Domini vini sinceri, ex quo bibent, ait, omnes peccatores terræ. *Ex hoc potum dare Gentibus Propheta hic iubetur. Erat verò aureus, propter regiam maiestatem. Nam & apud Danielem* [c] *statuæ caput aureū Babyloniorum regnum significabat. Puniebat verò gentes Babylonius, durissimo subiiciens iugo, acceptâ potestate à Deo. Quando verò hæc suâ virtute efficere se putauit, è manu eum corroborante cecidit, & contritus est.* [d] Contriuit *enim* Dominus iugum peccatorum, *vel* baculum, *vt Symmachus legit.*

b Psal. 79. 9.

Babylō dicta Calix aureus ob regiā maiestatem.

c Dan. 2. 32.

d Isai. 14. 5.

18 Origen.

Sapiētia humana dicta Calix aureus Babylonis.

* || Origenis.) *Aureus est Nabuchodonosoris calix ad fallendos homines, vt accipientes bibant dum vident aurum, & visu pulchrū, & cogitatu speciosum; sed quod in eo iudiciū est, no animaduertunt. Improba enim eius dogmata vocem elegantiâ ornata sunt, decipientia elocutionis formâ, & methodo artificiosâ. Nam & omnis Poëta excellens, calicem aureum comparauit, venenum immiscens idololatriæ, turpiloquij, & omnium animæ malorum. At* Iesus

Poësis calix aureus Babylonis.

ἁπάντων κακῶν. ὁ δὲ Ἰησοῦς οὐ χρυσοῦ ποτηρίου προενόησατο, μήποτε καὶ δόξῃ ἐκείνῳ ὅμοιον εἶναι. διόπερ ἔχομεν τὸν θησαυρὸν τοῦτον ἐν ὀστρακίνοις σκεύεσιν, ἀλλὰ τῆς ἐν αὐτῷ σωτηρίας. τὸ δὲ χρυσοῦν ποτήριον ἡ Βαβυλὼν, ὅταν ἐπὶ τὴν ἐκδίκησιν ἔλθῃ, ἐν χειρὶ κυρίου γίνεται τῇ ἀψαμένῃ ποτὲ τοῦ Ἰώβ, μεθύσκον πᾶσαν τὴν γῆν ἀπὸ ὀργῆς, ἀπὸ λύπης, ἐρώτων, κενοδοξίας. ὅσα γὰρ ἁμαρτήματα, τοσαῦται καὶ μέθαι, καθάπερ ἐξ οἴνου πάντων σαλευομένων, καὶ βέβαιον οὐδέν. ὁ δὲ δίκαιος οὐκ ἔστι γῆ. ὢν γὰρ ἐπὶ γῆς, ἔχει ἐν οὐρανοῖς τὸ πολίτευμα. καὶ οὐκ ἂν ἀκούσῃ. γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ. ἀλλ' ἐκ τῶν εἰκότων, οὐρανὸς εἶ, καὶ εἰς οὐρανοὺς ἀπελεύσῃ. φορεῖς γὰρ τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου, καὶ παγίως ἕστηκας.

A *Ieſus noluit calicem aureum, ne illi ſimilis eſſe videretur. Quapropter* [a] habemus theſaurum hunc in vaſis fictilibus, *ſed ſalutis, quæ in eo eſt.* Cæterùm calix aureus Babylon, *cùm ad vltionem venerit*, in manu Domini eſt, *quæ olim tetigit Iob*, inebrians vniuerſam terram, *irâ, mœrore, amoribus, inani gloriâ: Quot enim ſunt peccata; totidem etiam ſunt ebrietates, tamquam vino commotus omnibus, nihilque ſtabile habentibus: Iuſtus verò terra* B *non eſt: cùm enim in terra ſit*, habet in cælis conuerſationem, *& non audiet*, terra es, & in terram reuertêris. *Sed conuenienter* cælum es, & in cælum reuertêris, *fers enim cæleſtis imaginem, fixuſque ſtas.*

Sapientia Chriſti non in Calice aureo, ſed vt theſaurus in vaſis fictilibus.

a 1. Cor. 5. 4.

Mundanarū rerum aureo calice ad vltionem inebriantur impÿ paſſionum ebrietatibus.

Peccata dicta ebrietates.

Iuſtus dicitur non eſſe in terra, ſed in cælo.

Capitis 51. à verſ. 9. vſque ad verſ. 13. Sectio Tertia.

TEXTVS VVLGATÆ.

9 Curauimus Babylonem, & non eſt ſanata: derelinquamus eam, & eamus vnuſquiſque in terram ſuam: quoniam peruenit vſque ad cælos iudicium eius, & eleuatum eſt vſque ad nubes.

10 Protulit Dominus iuſtitias noſtras: venite, & narremus in Sion opus Domini Dei noſtri.

11 Acuite ſagittas, implete pharetras: ſuſcitauit Dominus ſpiritum Regum Medorum: & contra Babylonem, mens eius eſt vt perdat eum, quoniam vltio Domini eſt, vltio templi ſui.

12 Super muros Babylonis leuate ſignum, augete cuſtodiam: leuate cuſtodes, præparate inſidias: quia cogitauit Dominus, & fecit quæcumque locutus eſt contra habitatores Babylonis.

C

TEXTVS SEPTVAGINTA.

9 *Curauimus Babylonem, & non eſt ſanata derelinquamus eam, & abeamus vnuſquiſque in terram ſuam: quoniam appropinquauit ad cælum iudicium eius; eleuauit ſe vſque ad aſtra.*

10 *Protulit Dominus iudicium ſuum. Venite, & annunciemus in Sion opera Domini Dei noſtri.*

11 *Præparate arcus, implete pharetras. Suſcitauit Dominus ſpiritum Regis Medorum: quoniam in Babylonem ira eius ad diſperdendam eam: quia vltio Domini eſt, vltio populi eius eſt.*

12 *Super muros Babylonis leuate ſignum, ſtatuite pharetras: ſuſcitate cuſtodias, parate arma, quoniam aggreſſus eſt, & faciet Dominus, quæ loquutus eſt ſuper habitatores Babylonis.*

PARAPHRASIS CHALDAICA.

9 *Curauimus Babylonem, & non eſt ſanata: relinquite eam, & eamus vnuſquiſque in terram ſuam: quoniam appropinquauit vſque ad cælos confractio eius, & ſublata eſt vſque ad cælos cælorum.*

10 *Reuelauit Dominus iuſtitiam noſtram, venite & annunciemus in Sion opus quod fecit Dominus Deus noſter.*

11 *Acuite ſagittas & implete pharetras. Suſcitauit Dominus ſpiritum Regum Medorum, quia contra Babylonem eſt voluntas eius vt diſperdat eam: quia vltio Domini eſt, vltio templi eius.*

12 *Super muros Babylonis leuate ſignum; roborate cuſtodiam; ſuſcitate cuſtodes; præparate inſidias: quia cogitauit Dominus, etiam fecit quod locutus eſt ſuper habitatores Babylonis.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impreſſis.

17 Theodorit.

Superbia Babylonica quāta.

THEODORITVS. Vſus eſt Propheta ethopeia ſubiungens illorum reſponſionem: (*Medelam adhibuimus: & non eſt ſanata. Derelinquamus eam, & abeamus vnuſquiſque in terram ſuam. Quia appropinquauit ad cælum iudicium eius, & elatum eſt vſque ad aſtra: protulit Dominus iudicium eius.*) Prædixit hanc Babylonicam ſuperbiam etiam Beatus Iſaias: Dixit, enim ait, [a] *Supra ſidera ponam ſolium meum.* Docet porrò clariùs, quis ſub.miniſtret, & iubeat. *Suſcitauit Dominus ſpiritum regis* D *Medorum*, quia contra Babylonem ira eius, vt perdat eam. Quandoquidem vltio Domini eſt, vltio templi ſui, in muris Babylonis. Infigam muris Babylonis, quæ perpetrauit contra templum. Tùm ironicè loquens, hortatur Babylonios, vt conſtituant in muris cuſtodes, quos excitent, & commoneant, arma ſumere. Et vt doceat, nullam illis vtilitatem inde affuturam, ſubdidit. *Et faciet Dominus, quæcumque locutus eſt de habitantibus in Babylone.* Prænuntiauit ſiquidem per Prophetas eius euerſionem.

a Iſai. 14. 13.

Templi ſui iniuriā quàm acriter vlciſcatur Deus.

Circa verſ. 9. Origenes ad finem citatæ hoE mil. 2. in Ierem. Angelis hæc tribuit. Steterunt, inquit, medici ſub magno medico Angeli Dei, volentes curare imbecillitates noſtras, volentes animam liberare de vitiis, ſed nos ipſi repellimus eos, dum conſiliis eorum non acquieſcimus. Vident ſe operam perdere, cùm loquuntur inuicem, & dicunt. *Relinquamus eam, & abeamus vnuſquiſque in terram ſuam*, id eſt, in domeſticum locum, & proprium. Manifeſtum eſt autem, quia abſceſſio eorum, condemnatio ſit nolentis curari. Vide in Catena Græca.

Hieronymus Comment. in cap. 7. Eccleſiaſt. F huic [b] inhærens ſenſui præclari quid addit, & ait, Decem, qui poteſtatem habent, & in vrbe conſiſtunt, Angeli ſunt: qui ad perfectum numerum perueneêre denarium, & auxiliantur humano generi. Sed ſi quis conſideret omnia auxilia, maius eſt auxilium ſapientiæ, id eſt, Domini noſtri Ieſu Chriſti. Poſtquam enim dixerunt Angeli: *Curauimus Babylonem, & non eſt ſanata,* relin

Origenes.

Angeli omnē adhibent curam vt à peccatorū ſanemur ægritudine.

Angeli curā noſtrorū criminum relinquere dicuntur, quando in noſtri condemnationem nos illos repellimus.

Hieronym.

b Eccl. 7. 20. iuxta Sept.

Angelorum abſceſſio à peccatore eſt cōdemnatio illius nolentis curari.

Angeli dicti decē qui poteſtatem habēt in mundi ciuitate, quia perfecto numero auxiliantur humano generi.

Angelorū auxilio quàm maius nobis ſit auxilium Chriſti.

Ierem. 51. 9.

relinquamus eam, & abeat vnusquisque in terram suam: tunc magister medicorum ipse descendit, & respersos nos sanguine, & peccatorum madentes cruore (qui omnem substantiam nostram expenderamus in medicos)[a] tactu fimbriæ suæ sanauit. Sanauit autem in ciuitate, hoc est, in mundo isto.

a Luc 8.44.

19 Ioan Cassia. *Impœnitentium ruinam Dominus & deflet, & alios excitat vt cum fletu illos curare obnitantur.* Ierem. 51. *Ex impœnitentis desperatione & Angeli, & viri Apostolici de eius salute desperant.*

Eumdem Origenis sensum & Ioan. Cassianus collat. 7. cap. 31. ita vnà cum dictis in præcedenti vers. 8. de impiis impœnitentibus, hisce prosequitur. Quorum ruinam deflente Domino per Prophetam, & ad eorum curationem medicos atque doctores sollicitè dirigente, & quodammodo eos ad planctum similem pronocante, ac dicente: *Subitò cecidit Babylon, contrita est, vlulate super eam, tollite resinam ad dolorem eius, si fortè sanetur*, respondent desperantes Angeli, quibus salutis humanæ cura commissa est; vel certè Propheta ex persona Apostolorum, seu spiritualium virorum, atque doctorum videntium duritiam mentis eorum, & impœnitens cor: *Curauimus Babylonem, & non est sanata, relinquamus eam & abeamus vnusquisque in terram suam, quoniam peruenit vsque ad cælos iudicium eius, & eleuatum est vsque ad nubes.* De istorum igitur desperato languore, ex persona Dei loquitur Isaias ad Ierusalem: [a] *A planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas: vulnus & liuor, & plaga tumens; non est circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo.*

a Isai. 1.6.

20 Greg. PP. Ierem. 51. *Corruptio salubris per verba, vel per flagella quãdo sine fructu dimittitur aliquando in perniciem obstinatorum.*

Gregorius Papa refert hæc ad studium correptionis dimissum ex eo quòd sine fructu in aliquo curando exerceatur, siue ab Angelis, siue à sanctis viris. Vnde 3. part. Pastoral. Admonitione 14. hæc habet. Hinc voce flagellantium Propheta Ieremias conqueritur dicens: *Curauimus Babylonem, & non est sanata.* Babylon quippe curatur, nec tamen ad sanitatem reducitur, quando mens in praua actione confusa verba correctionis audit, flagella correptionis percipit, & tamen ad recta salutis itinera redire cõtemnit.

Ipsamet Gregorij præallata verba habes apud Hincmarum Episcopum Rhemensem opusculo de diuortio Lotharij Regis.

21 Ambrosi. *Resina spiritualis ad quã deseruiat.* *Synagoga non est sanata spirituali resinâ.* Ierem. 51.

Ambrosius lib. de Ioseph cap. 3. ad Synagogam derelictam hæc referens, est, inquit, resina spiritalis, quæ fracturas animæ tuæ solidet, & diuulsa connectat, & soluta constringat. Hæc enim spiritalis resina corroborat, & quædam comminuta animæ membra componit, vt sine offensione socientur. Denique Ieremias hanc quærit resinam, vt Babyloniam curet sanare si possit, dicens: *Accipite resinam corruptioni eius, si quo modo sanabitur. Curauimus Babyloniam, & sanata non est.* Non est sanata Synagoga, quia resina ista migrauit ad Ecclesiam, Ideo ex Galaad [c] veniebant negociatores, hoc est de possessione, vel incolatu testimonij, merces suas ad Ecclesiam transferentes, vt gentium peccata resina ista curaret. De quibus dicitur: [d] *Conualescite manus dissolutæ, & genua dissoluta.* Fides syncera resina est. Quem sensum illustrant hæc Cyrilli Alexandrini super ea cap. 1. Isaiæ, [e] *Omne caput dolet*, &c. *A planta pedis*, &c. Quando enim, ait modicæ plagæ humanum corpus infestant, & vnum tantummodo membrum peruasit læsio, tunc moderatæ curationes eorum qui rei medicæ gnari sunt, puta malagma, ligamenta, & olei inunctio contentas partes ac rigidas resoluens esse poterunt vsui. Cùm autem corpus totum corruptum est, quodnam curationis genus proderit?

c Genes. 37. 25.

d Isai. 35.3. *Resina spiritalis est fides sincera.*

Cyrill. Alex. e Isai. 1.6. *Sanetur quis facilè, quis difficillimè.*

A Superat enim omnem remediorum vim ac virtutem artis magnitudo morbi. Itaque populus Iudaicus iam consauciatus sanari non potest: & inueteratis morbis cùm laboret, intolerabiliter, nec vllo modo ei succurri possit, omnino perijt. Vnde & diuini Prophetæ dixerunt: *Curauimus Babylonem, non est sanata, deseruimus eam.* Babyloni siquidem gentium vrbi, hæc vrbs licet sancta dicta sit, propter impietatem in Christum maximè, & quia eam manu-factis oppleuerunt, comparata est: vtpote cùm à consuetudine institutoque Babyloniorum neutiquam recederet: B quæ dicta est etiam ciuitas sculptilium.

Iudaicus populus & Synagoga cur sanari nequeat. Ierem. 51. *Synagoga, & Ierusalẽ propter Christi necem dicta Babylon.*

22 Procopius. *Apostoli quã meritò, Iudæã relictã, transierint ad Gentes.*

Procopius quoque eidem inhærens sensui item in cap. 1. Isaiæ pag. 13. ait, In Iudæos graue est Christi discipulorum testimonium, quod cùm ab eis primùm cæpissent, repulsam passi ad gentes conuersi sint, his ferè verbis, *Curauimus Babylonem, & non est sanata, Dereliquimus eam.* Babyloni enim impij assimilantur: Nam & ante Saluatoris aduentum medicinam admittebant peccata, cùm in Babylone essent Prophetæ: cùm item post reuersionem eo cultu, qui secundùm legem, vterentur. Sed non amplius post C Romanorum tempora, cùm disturbatum esset templum, omnesque variè dispersi.

S. Marcus. *Orationibus Sanctorũ curatur peccatum, quod nõ sit ad mortẽ, per impœnitentiam.*

S. Marcus exercitor, Disputatione cum sæculari quodam causidico, tom. 5. Bibliot. Vet. Patrum, singulari ratione. Illud, ait, est peccatum ad mortem quod ne aliorum quidem precibus sanatur. *Curauimus Babylonem, & non est sanata*: quia spontaneus erat morbus.

23

Quia locus iste videtur esse contra diuinam prouidentiam, & contra iugem Angeli custodis curam fidelis sibi commissi.

D. Thomas. *Prouidentiã an Deus habeat de impiis.*

Propositum ipsum habes contra diuinã prouidentiam apud D. Thomam, De Veritate q. 5. D art. 5. argum. 2. Ad prouidentiam, ait, quã Deus homines gubernat pertinet, quòd eis Angelorum custodiam adhibeat: sed Angeli custodientes quandoque homines relinquunt, ex quorum voce dicitur Ierem. 51. *Curauimus Babylonem & nõ est curata, derelinquamus ergo eam*, ergo mali diuinâ prouidentiâ non gubernantur.

Angeli custodes relinquere dicuntur aliquẽ, quatenus ex iusto Dei iudicio sinunt eum cadere in peccata. *Operatio Dei & operationes Angelorum, & corporũ cælestiũ in homine quomodo discrepent.*

Cuius tamen difficultatis solutio pendet ex solutione alterius quæ fit contra iugem Angelorum custodiam. Quæ diuersimode & ab ipsomet D. Thoma diuersis in libris, & à D. Bona- E uentura assignatur. In præcitato enim loco qu. de Verit. in responsione ad secundum, ait, D. Thomas. Dicendum, quòd Angeli qui sunt deputati hominibus ad custodiam, nunquam totaliter hominem dimittunt: sed dicuntur dimittere in quantum ex iusto Dei iudicio permittunt eum cadere in culpam, vel pœnam.

Idemque lib. 3. contra gentes cap. 92. Attendenda est differentia, nam operatio Angeli, & corporis cælestis est solùm sicut disponens ad electionis, operatio autem Dei est sicut perficiens, cùm autem dispositio quæ est ex cor- F poris qualitate, vel intellectus persuasione, necessitatem ad eligendum non inducat: non semper homo eligit id quod Angelus custodiens intendit, neque illud ad quod corpus cæleste inclinat: semper tamen hoc homo eligit, quod Deus operatur in eius voluntate, vnde custodia Angelorum interdum cassatur, secundùm illud Ierem. 51. *Curauimus Babylonem, & non est curata*, & multò magis inclinatio cælestium corporum: diuina verò prouidentia semper est firma.

Angelorũ custodia irrita redditur, quia illorũ operatio est tãtùm disponens.

Denique ipsemet D. Thomas 1. part. qu. 113. art.

Prouidentia diuina quomodo fit vt aliquos derelinquat.

Angelus custos secundùm aliquid dumtaxat dimittere dicitur quẽ custodit, vt non impedit quin tribulationibus subdatur iuxta Dei iudicia.

art. 6. in corpore dicit: In tantum Deus secundùm ordinem suæ prouidentiæ dicitur hominẽ derelinquere, in quantùm permittit hominem pati aliquem defectum vel pœnæ, vel culpæ. Similitèr etiam dicendum est, quòd Angelus custos nunquam totaliter dimittit hominem, sed ad aliquid interdum eum dimittit, prout scilicet non impedit, quin subdatur alicui tribulationi, vel etiam quin cadat in peccatum, secundùm ordinem diuinorum iudiciorum. Et secundùm hoc Babylon, & domus Israel, ab Angelis derelictæ dicuntur: quia Angeli earum custodes non impediuerunt, quin tribulationibus subderentur.

D. Bonau.

Angelus custos deserere dicitur obstinatos in malo quãtùm ad effectũ dumtaxat custodiæ qui est in promouendo ad bonum.

D. Bonauentura lib. 2. sent. dist. 11. Quæst. prima in responsione ad argumenta post allatos duos aliorũ soluendi modos, quos & improbat. Est, inquit tertius modus dicendi probabilior prædictis, quòd effectus Angelicæ custodiæ & est respectu boni, & respectu mali. Respectu boni conseruandi, vel acquirendi, vel augendi. Respectu verò mali deferendi, vel euitandi, vel minuendi. Bonus igitur Angelus obstinatos non deserit quantùm ad actum custodiæ, qui respicit malum, quia semper retrahit hominem ne labatur in peius, & hoc ostendunt rationes prædictæ secundò inductæ, & concedendę sunt. Quantùm verò ad actum qui respicit bonum, obstinatos deserit, & Antichristum non custodiet: & sic intelliguntur tres auctoritates ad illam partem inductæ: vna quæ dicit, quòd Angeli nos relinquunt, & nos eos repellimus: alia quæ dicit, quod abscessio Angeli est damnatio infirmi. Et tertia Damasceni quæ dicit quòd Antichristus carebit Angelorum præsidio.

25

Origenes.

Angelus custos derelinquere dicitur obstinatũ in malo, vt medicus relinquens inobsequentẽ ægrotum, ne illius mors ei imputetur.

His ex Scholastica Theologia allatis, facilè erit & iuxta quid illorum intelligere quod in idem argumentum asserit Origenes, Ad finem enim citatæ homiliæ 2. in Ieremiam hæc habet. Accedit aliquis medicorum ad languentẽ, quantùm ars patitur, & industria medicamina non cessant: sed si aut ægritudo tanta sit vt repugnet curationi, aut ipse inualidus per impatientiam doloris contra faciat quàm iubetur, relinquit medicus, desperat huiusmodi hominem & recedit, ne inter manus suas expirans causam interitus eius ad se retorqueat. Sic ergo & nos, ne in sanctorum Angelorum manibus qui ad nos curãdos à Domino destinati sunt, moriamur, relinquunt nos desperantes animam nostram, & aiunt:[a] *Non est malagma imponere, neque oleum, neque alligaturas.*

a Isai. 1. 7.

Circa eiusdem vers. 9. extremam partem illam, *Quia appropinquauit ad cælum iudicium eius, eleuauit se vsque ad astra, protulit Dominus iudicium suum.* Origenes finem præcitatæ homiliæ 2. imponens ait. Qui paruum habet peccatum, non vsque ad cælum & sidera iudicium eius affertur. Pusillum enim & humile est. Qui verò crescit in scelere, crescit & in iudicio, simulque cum vitiis augetur & pœna: & quia in tantum delinquit, vt iudicium eius vsque ad cælestia subleuetur; & per impietatem suam resistens Deo ad superiora conscendat, profert Deus iudicium suum in humiliationem eius iudicij quod eleuatum est à peccatore: & proferens iudicium suũ, humiliat quidem peccatorem, retribuit autem iusto digna vitæ eius.

Origen.

Peccatorum paruorum & venialiũ iudicium non dicitur afferre vsque ad cælum.

Peccatorum grauium & quoad culpã, & quoad pœnam conscendere iudiciũ dicitur vsque ad cælum.

Cyrillus Alexandrinus ad Comment. in Nahum. In cælum iudicium & in sublime peccatum est. Non enim in verum sanctorum simpliciter, sed in sanctorum Dominum sceleratos sese præbuerunt.

27

Quia Theodoritus, vt supra visum est, hæc per illa explicari censuit quæ Isai. 14. dicuntur.[b] *Quomodo cecidisti de cælo Lucifer, qui mane oriebaris,* &c. *qui dicebas in corde tuo in cælum conscendam, super astra cæli exaltabo solium meum,* &c. Et communi Patrum consensu vt latè probat Leo de Castro in Isaiam. Vt tamen appareat congruentia illorum cum his quæ hoc loco apud Ieremiam de Babylonio dicuntur, & cuilibet aptari possunt impio maximè superbo Cyrilli Alexandrini quæ super ea Isaiæ in suis Commentariis asserit referam verba. Componit, ait, cum Lucifero stella lucidissima Babylonium, eò quòd antecellat cæteris, & nemo ei similis imperiis & regnis conspiciatur, itaque conspicuus & illustris sit, vt quasi inter astra reliqua Lucifer habeatur. Cæterùm quacumque, inquit, gloriâ circundatus, & in sublime eleuatus, & inuictâ nobilitate replendens, quomodo decidit velut ex cælo? attritusque est ad terram qui mittit ad cunctas gentes? Illud autem, *Mittit*, pro Iubet, dicit, vel etiam alio modo. Placuit enim ferè semper Babyloniorum tyrannis, genus humanum omne in suam manum ac potestatem redigere, & ad iugum seruitutis trahere. Miserunt ergo ad omnes gentes, glebam petentes terræ, & aquam in vas: velati ex parte quærentes totum, terram inquam & mare, quasi Domini essent rerum omnium.

b Isai. 14. 12.

Cyril. Alex.

Babyloniorũ regũ mos ad significandum se esse rerum omnium dominos, terræ glebas, & vas aqua petere.

Tu autem dicebas cum animo tuo, in cælum ascendam, supra astra cæli ponam solium meum, sedebo in monte celso, super montes celsos qui ad Aquilonem, ascendam supra nubes, ero similis altissimo. Nunc autem ad inferos descendes & ad fundamenta terræ, qui videbunt te, admirabuntur te, & dicent: Hiccine est ille homo, qui concitans terram vniuersam, qui tremefaciens Reges, Orbem totum in solitudinem redigit, & vrbes euertit, & qui in inductione erant non soluit? Inopinatis calamitatibus inuoluendum esse ait, & cùm in malis præter spem & opinionem versatur, vix tandem ex rebus ipsis discit hominem se esse, & hominibus ante se mortuis similem. Quantùm enim spectat ad verba superbiæ, & ad animum Dei odio flagrantem, atque adeo summæ insolentiæ ac fastus plenissimum: Paululum te, inquit, à diuinæ præstantiæ celsitudine abesse putasti, cælumque fortè ipsum tibi fore peruium expectasti, tuum solium supremo throno adæquauisti: Deo æqualem te esse & supra creaturam stolidè existimasti: te vltra nubes scandere, & in ipsis stellis considere credidisti. Cæterùm captus es, ac frustra hæc cogitasti. Arguit tuam sinistram incogitantiam rerum exitus. Descende enim ad inferos, & ad fundamenta terræ, & hæc ait, vt forte locum significet intimum, id est, exteriores tenebras. Eritque, inquit, miraculum videntibus, idque iure optimo. Crebræ enim mutationes simul præter spem percellunt spectantes.

Ex Calamitatibus discũt superbi magnates & homines se esse, & mortuis similes. Superbia verba quantũ puniatur humiliatione.

28

Quod in vers. 10. hic legimus, *Protulit Dominus iustitias nostras, venite,* &c. ita explicat Rabanus Maurus. Vox hæc Angelorum Domini est, aut sanctorum prædicatorum, qui videntes incurabilem esse plagam Babylonis, hortantur se inuicem, vt annuncient opus Domini Dei nostri, & virtutes eius in Ecclesia Catholica, quæ meritò Sion dicitur, hoc est, speculum: quia illa sola pertinet ad contemplationem vultus Dei, cum sanctis Angelis qui sunt in cælo. Cæterùm illa

Rab. Maur.

Prædicatores sãllitate vbi se viderint non proficere inter obstinatos hortantur se inuicem, vt Dei opera prædicẽt vbi magis profecturi sint.

illa terrestris Ierusalem atque Sion, magis Babylonæ quàm Sion, vel Ierusalem nomine, propter erroris sui scandalum nuncupari potest: De qua per Isaiam dicitur: [a] *Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequam filiis sceleratis. Reliquerunt Dominum,* &c.

a Isai 1.4. *Ierusalē terrestris propter peccata dicēda potiùs Babylon quàm Sion.*

Circa vers. 11. & 12. Idem Rabanus, Ad Medos, inquit, & Persas vastatores Babylonis loquitur, vt præparent arma sua ad interficiendam eam, atque destruendam in vltionem populi Dei. Quæ enim Dominus cogitauit super Babylonem, & per Prophetas suos ei se facturum comminatus, omnino opere compleuit: ita vt A de magna potentia, & amplitudine regni, ad angustum finem, vel magis ad nihilum eam perduceret. Iurare enim dicit Dominus per animam suam: non quòd more humano cum iuramento aliquid decernat, sed vt consilium suum atque verbum stabile, & firmum esse nobis ostendat: quia [b] *cælum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt.* Repleuit ergo Babylonem hominibus quasi Brucho, quia ad deuastationem eius innumerabiles contraxit exercitus: qui eam superātes pro victoria sibi concessa carmen triumphale gaudentes cantabant.

Iurare Dei quid.

b Matth. 24. 35.

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Ἰατρεύσαμεν.] Τοῦ ἁγίου Κυρίλλου.] Βαβυλῶνα τὴν Ἱερουσαλὴμ ἐν τούτοις κατονομάζουσιν, ὡς τὰ ἐκείνης μιμεῖσθαι σπουδάζουσαν, καὶ οὐδὲν ἀποδέουσαν τῆς τῶν ἐθνῶν χώρας: τοῦ γε ἥκειν εἰς ἕξιν τελείαν, καὶ τὸ μὴ ἀνέχεσθαι τιμᾶν τὸν νόμον, ἤτοι τῆς προφητικῆς παιδαγωγίας τὸ ἐπωφελές.

Ὠριγένους.] ἡ δὲ Βαβυλὼν, οὐκ ἀπέγνωσται. οὐ γὰρ ἂν ἔλεγεν, εἴπως ἰαθήσεται. ποίαν ψυχὴν ἑτέραν ἀπογνωσόμεθα; εἰ δὲ μὴ σέσωσται, τοῦτο γέγονε παρ' αὐτῇ. ὡς τοὺς ἀρίστους ἰατροὺς ἀπολογεῖσθαι καὶ λέγειν. ἰατρεύσαμεν τὴν Βαβυλῶνα, καὶ οὐκ ἰάθη. ἐγκαταλίπωμεν αὐτήν. οὐ παρ' αὐτοὺς γὰρ, οὐδὲ παρὰ τὴν ἰατρικὴν, οὐδὲ παρὰ τὴν ῥητίνην τοῦ μὴ ταύτην θεραπεύεσθαι. ἰατροὶ δὲ ἄγγελοι, ὑπὸ τὸν μέγαν ὄντες ἰατρὸν τὸν θεὸν, καὶ θεραπεῦσαι τοὺς πειθομένους ἐθέλοντες. εἰ δὲ μὴ, ἐροῦσιν, ἐγκαταλίπωμεν αὐτὴν, ἀπέλθωμεν ἕκαστος εἰς τὴν γῆν αὐτοῦ, καὶ τὸν οἰκεῖον τόπον, καὶ τὴν οἰκείαν πρᾶξιν. ὅτι ἤγγικεν εἰς τὸν οὐρανὸν τὸ κρίμα αὐτῆς, καταδικάσαντες αὐτῆς ὡς ἀνίατον, καὶ πεισομένην τὰ τῆς ἀπογνώσεως, καὶ οἱ τῶν σωμάτων γὰρ ἰατροὶ τοὺς ἀνιάτους ἐγκαταλείπουσι, μήπως ἐν ταῖς αὐτῶν χερσὶ τελευτήσωσιν. ὃ δὴ ποιοῦσιν ἄγγελοι. ὅσα δὲ ἁμαρτάνομεν, τὸ κρίμα ἡμῶν αὔξει, καὶ ἐξαίρεται ἕως τῶν ἄστρων, τῶν ἁγίων δηλαδή. καὶ τότε ὁ θεὸς ἐκφέρει τὸ κρίμα αὐτοῦ εἰς ταπείνωσιν τοῦ ὑψωθέντος κρίματος ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας, ταπεινῶν τὴν ἁμαρτίαν, καὶ τὰ πρὸς ἀξίαν ἀποδιδούς.

|| [Δεῦτε καὶ ἀ.]

Ὠριγένους.] καὶ ὁ Ἡσαΐας ἐθέσπισεν. ἐπ' ὄρους πεδινοῦ ἄρατε σημεῖον, ὑψώσατε τὴν φωνὴν αὐτοῖς. παρακαλεῖτε τῇ χειρί. ταῦτα γὰρ Πέρσαις, καὶ Μήδοις οἱ προφῆται παρεκελεύοντο, ὡς κρατήσασιν ἤδη Βαβυλῶνος, ἐπὶ τῶν αὐτῆς τειχῶν ἁλωσομένης ἀνατείνειν τοῦ πολέμου τὸ σύνθημα, δι' οὗ δηλοῦσι τοῖς στρατιώταις τὴν ἔφοδον. καὶ τὰ ὅπλα ἔχειν ἐν ἑτοίμῳ παρακελεύεται. τὰ τόξα τοῖς Μήδοις φησίν.

[Ἤγειρε κύριος.]

Ὀλυμπιοδώρου.] προφητῶν ἡ φωνὴ δὶ χαριστούντων, ἐπὶ ἐλυτρώθη ὁ λαὸς τῆς τε καθ' ἱστορίαν αἰχμα

B Vers. 9. Curauimus *Babylonem, &c.)* 29

S. Cyrilli.] *Babylon hic vocata est Ierusalem quippe quæ illam imitata est, nihilque differebat à locis Gentilium, quod attinet ad perfectum animi statum, & voluntatem non honorandi legem, vel instructionis propheticæ vtilitatem.*

S. Cyrillus. *Ierusalē appellata Babylon.*

Origenis.) *Babylon autem non est desperata; non enim dixisset;* si fortè sanetur. *Quam aliam animam pro desperata habebimus? quòd si non salua est, per ipsam stetit vt optimi quique* C *Medici respondeant, dicantque,* Curauimus Babylonem, & nō est sanata, Derelinquamus eam. *Nec enim defectu eorum aut medicinæ aut Resinæ curata non est. Porrò Medici sunt Angeli sub magno Medico Deo, qui curare obsequentes volunt. Sin minùs dicent;* Derelinquamus eam, eamus vnusquisque in terram suam, *suúmque locum, & suum opus,* quoniam prope cælum accessit iudicium eius, *reprobantes eam vt incurabilem, & passuram, quæ* D *decet desperatos; Nam & corporum medici deserunt incurabiles, ne in manibus eorum mortem oppetant, quod faciunt Angeli. Porrò quoties peccamus iudicium nostrum crescit & vsque ad sidera tollitur, id est vsque ad Sanctos, & tunc Deus profert iudicium suum ad deprimendum iudicium à peccato subleuatum, humilians peccatum, & condigna retribuens.*

Origenes. *Desperata anima ægritudo ab illa ipsa est, quæ sanctos admittere non vult medicos.*

Angeli sunt animarum sub Deo magno medico.

Peccando eleuamus iudicium nostrum vsque ad sāctos: quaue ratione id fiat.

Ex vers. 10. (*Venite & annunciemus in Sion.*) 30

E Origenis.] *Isaias quoque vaticinatus est,* [a] Super monte campestri extollite signum, eleuate vocem illis, hortamini manu. *Ita porrò Persas, Medosque hortabantur Prophetæ iā rerum Babylonicarum potitos, vt super muros illius expugnandæ belli signum erigerent, quo militibus aggressionem indicarent, & in promptu habere arma iubet, arcus Medorum ait.*

Origenes. a Isai 13. 2.

Ex vers. 11. (*Suscitauit Dominus spiritum Regis Medorum.*)

Olympiodori.] *Prophetarum vox gratias Deo agentium, quòd liberatus sit populus, & ab historica*

Olympiod.

αἰχμαλωσίας, κ. τ̃ ἐκ τ̃ κόσμȣ συγχύσεως διὰ τ̃ σωτῆρ☉- ἡμῶν ἰησȣ̃ χριςȣ̃.

A *hiſtorica captiuitate & è mundi confuſione per Saluatorem noſtrum Ieſum Chriſtum.*

Capitis 51. à verſ. 13. vſque ad 20. Sectio Quarta.

TEXTVS VVLGATÆ.

13 QVæ habitas ſuper aquas multas, locuples in theſauris: venit finis tuus pedalis præciſionis tuæ.

14 Iurauit Dominus exercituum per animã ſuam: Quoniam replebo te hominibus quaſi Brucho, & ſuper te celeuma cantabitur.

15 Qui fecit terram in fortitudine ſua, præparauit Orbem in ſapientia ſua, & prudentia ſuâ extendit cælos.

16 Dante eo vocem, multiplicantur aquæ in cælo: qui leuat nubes ab extremo terræ, fulgura in pluuiam fecit: & produxit ventum de theſauris ſuis.

17 Stultus factus eſt omnis homo à ſcientia: confuſus eſt omnis conflator in ſculptili, quia mendax eſt conflatio eorum, nec eſt ſpiritus in eis.

18 Vana ſunt opera, & riſu digna, in tempore viſitationis ſuæ peribunt.

19 Non ſicut hæc pars Iacob: quia qui fecit omnia ipſe eſt, & Iſrael ſceptrum hæreditatis eius: Dominus exercituum nomen eius.

B TEXTVS SEPTVAGINTA.

13 *HAbitantes in aquis multis, & multitudine theſaurorum eius. Venit finis tuus verè in uiſcera tua.*

14 *Quia iurauit Dominus per brachium ſuum: quia implebo te hominibus, ſicut locuſtis: & loquentur ſuper te deſcendentes.*

15 *Dominus faciens terram in fortitudine ſua parans Orbem in ſapientia ſua; in intellectu ſuo extendit cælum.*

16 *Ad vocem poſuit ſonum atque in cælo, & eduxit nubes ab extremo terræ, fulgura in pluuiam fecit, & eduxit lumen de theſauris ſuis.*

17 *Stultus factus eſt omnis homo à ſcientia:* C *Confuſus eſt omnis aurifex à ſculptilibus ſuis; quia falſa conflauerunt: non eſt ſpiritus in eis.*

18 *Vana ſunt opera ridicula: in tempore viſitationis ipſorum peribunt.*

19 *Non talis pars ipſi Iacob: quoniam qui plaſmauit omnia, ipſe eſt hæreditas eius Dominus nomen illi.*

PARAPHRASIS CHALDAICA.

13 *QVæ habitas ſuper aquas multas, multæ ſunt domus theſaurorum eius: peruenit dies interitus tui, tempus viſitationis malitiæ tuæ.*

14 *Iurauit Dominus exercituum in verbo ſuo, niſi impleuero eos exercitibus populorum multorum quaſi reptilium, & tollent ſuper te vocem ſuam.*

15 *Dixit hæc, qui fecit terram virtute ſuâ, fundauit Orbem ſapientiâ ſuâ, & prudentiâ ſuâ appendit cælos.*

16 *Ad vocem eius qui dat tumultum aquarum in cælis; & ſubuehit nubes ab extremis terræ; fulgura in tempore pluuiæ fecit; & adducit ventos de domo theſaurorum ſuorum.*

17 *Inſipientes facti ſunt omnes populi; ita vt neſciant ſapientiam. Confuſus eſt omnis argentarius à faciendo ſimulacbro; quia falſa ſunt quæ conflauit, nec eſt ſpiritus in eis.*

18 *Vana ſunt, opera irriſionis: in tempore quo viſitauero ſuper eos peccata ipſorum, peribunt.*

19 *Non eiuſmodi eſt pars Iacob: quia qui creauit omnia, ipſe eſt, & Iſrael eſt portio tribus hæreditatis eius, Dominus exercituum nomen eius.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impreſſis.

31 Theodorit. *Iurare Dei per brachiũ, eſt iurare per potentiam ſuam.*

THEODORITVS. Ait, Deum iuraſſe per brachium ſuum: ac ſi dicat per ſuam ipſius potentiam. Hoc enim ſubiunxit: *Qui fecit terram robore ſuo, qui parauit Orbem terrarum ſapientiâ ſuâ, intellectu ſuo extendit cælum. Qui poſuit aquarum multitudinem in cælo, vt audiatur ſonus vocis eius. Et eduxit nubes ab extremo terræ, fulgura in pluuiam fecit. Et eduxit lumen de theſauris ſuis.* Poſuit tum ea quæ pertinent ad creationem, tum quæ faciunt ad prouidentiam, quia non modò condidit vniuerſa, ſed etiam in iis gubernandis perſeuerat. Iſtud autem, *Poſuit aquarum multitudinem in cælo, vt audiatur ſonus vocis, eius,* explicat tonitrui ſtrepitum,

CreationiDei iungẽda eiuſdem prouidẽtia increata.

D qui miniſterio nubium editur. Sed diuinæ ſapiẽtiæ opponit dæmoniorum imbecillitatem: quæ oſtendit, aurificum induſtriâ opus habere, & ab aliis confici: nec perinde vt animalia bruta, reſpirare poſſe. Illaque prædicit ceſſatura. Tempore enim viſitationis, ait, peribunt. *Non eſt eiuſmodi pars Iacob. Nam qui formauit omnia, ipſe eſt pars eius: & Iſrael virga hæreditatis eius: Dominus exercituum nomen illi.* Hi ſunt Dij Babylonis: Iſraelis autem Deus eſt, qui omnia condidit. Quare meritò illi diſſoluuntur: iſti verò redeunt.

Tonitrui ſtrepitus vox Dei facta nubium miniſterio.

Dæmoniorum imbecillitas quanta.

32 Rab. Maur.

Rabanus Maurus. Quod dicitur habitaſſe Babylon ſuper aquas multas, oſtendit eam fieri E locupletem in theſauris, ſiue aquarum abundantiam ibi eſſe, interfluente per mediam Euphrate flumine hiſtorialiter indicat; vel multitudinem populorum in ea eſſe tropicè ſignificat. Namque Babyloniam à Nemroth gigante fundatam, à Nino, vel Semiramide reparatam multi prodidère. Hæc campi planitie vndique conſpicua, naturâ loci latiſſima, caſtrorum facie, mœnibus paribus per quadrum diſpoſita, murorum eius vix credibilis relatu firmitas & magnitudo, id eſt, latitudine cubitorum quinquaginta, altitudine quater tanta. Cæterùm ambitu CCCCLXXX. ſtadiis circumuenitur murus coctili latere, atque interfuſo bitumine compactus foſſa extrinſecus latè patens, vicè amnis F circumfluit: à fronte murorum centum portæ æreæ. Ipſa autem latitudo in conſummatione pinnarum vtroque latere habitaculis defenſorum, atque diſpoſitis mediâ intercapedine vicenas quadrigas capit. Domus intrinſecus quater geminæ habitationis minaci proceritate mirabiles; & tamen illa magna Babylon illa prima poſt reparatiónem humani generis condita, nunc penè etiam ſine mora victa, capta, & ſubuerſa eſt. Cyrus igitur cunctis aduersùm quos ierat prædomitis: Aſſyrios, & Babyloniam petit gentem, vrbemque tunc cunctis opulentiorem: ſed impetum eius Gindeus fluuius ſecundæ Euphraten magnitudinis intercepit. Nam cùm vnum regio-rum

Babylon quomodo dicatur habitãs ſuper aquas multas.

Babylonia ciuitatis magnitudo.

Babylonia quomodo capta, & ſubuerſa.

rum equitum candore formaque excellentem transmeandi fiduciâ persuasum, quo per rapacem alueum offensi vado vortices attollebantur abreptum præcipitarumque merserunt, Rex iratus vlcisci amnem statuit, contestans eum, qui nunc præclarum equitem vorauisset, fœminis vix genua ringentibus per meabilem relinquendum: nec peragendum segnior fuit totis copiis perpeti; anno Gindem fluuium per magnas concisum deductumque fossas in CCCCLX. alueos comminuit. Eo opere prædoctis fossoribus etiam Euphraten longe validissimum, & mediâ Babyloniam interfluentem deriuauit, ac sic meabilibus vadis siccum etiam patentibus aluei partibus iter fecit, cepitque vrbem, quam humano opere extrui potuisse, vel humanâ virtute destrui posse, vtrumque penè incredibile apud mortales erat. Ibi tunc Crœsus Rex Lydorum famosus opibus, cùm ad auxiliandum Babyloniis venisset, victus sollicitè in regnum refugit. Cyrus autem postea quàm Babyloniam vt hostis inuasit, vt victor euertit, vt Rex disposuit, bellum transtulit in Lydiam: ibi contritum superiori iam prælio exercitum nullo negocio superauit: ipsum etiam Crœsum cepit, captumque & vita, & patrimonio damnauit. Sed nec illud silendum arbitror, quòd discedente Arbato Rege in Medos, partem regni penes se retinuère Chaldæi: qui Babyloniam sibi aduersùs Medos vindicauerunt. Ita Babyloniæ potestas apud Medos, proprietas apud Chaldæos fuit. Chaldæi autem propter antiquam regiæ vrbis dignitatem non illam suam, sed se illius vocare maluerunt. Vnde factum est vt Nabuchodonosor, cæterique post eum vsque Cyrum Reges, quamuis Chaldæorum viribus potentes, & Babyloniæ nomine Darij legantur, in numero & ordine Regum non habeantur illustrium. Babylon itaque eo anno sub Arbato præfecto dehonorata est, quo Roma sub Rocha Rege, vt propriè dixerim, seminata est. Babylon nouissimè eo tempore à Cyro Rege subuersa, quo primò Roma à Tarquiniorum Regum dominatione liberata est.

33 *Creata omnia Dei verbo, quod & brachium, & sapientia, virtusque eius Dei dicitur.*

(*Qui fecit terram*, &c.) Rectè demonstratâ Babylonis subuersione sermo propheticus, ad autorem tantæ cladis rediit, quia non est potestas nisi à Deo, cùm excelsus dominatur in regno hominum, & cui voluerit dabit illud: *Qui fecit terram in fortitudine sua, & preparauit Orbem in sapientiâ suâ, & prudentiâ suâ extendit cælos:* quia per verbum suum, hoc est, filium vnigenitum, qui brachium, virtus, & sapientia eius dicitur, creauit omnia quæ in cælo, & quæ in terra, & quæ in mari sunt; quia [a] *ipse dixit, & facta sunt, ipse mandauit, & creata sunt.* [b] *Omnia* enim *per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.* Rerum omnium creator ipse, & ordinator est, & gubernator: & vniuersa secundùm voluntatem suam disponit, Psalmistâ testante qui ait: [c] *Omnia quæcunque voluit Dominus fecit in cælo & in terra, in mari, & in abyssis, & educens nubes ab extremo terræ, fulgura in pluuiam fecit, qui producit ventos de thesauris suis.* Nam quamuis sint inenarrabilia opera Domini, totusque mundus referre non præualeat, quod operatur: in mundo tamen hic vniuersa stipendia breuitate conclusa sunt, omnia Deum fecisse quæ voluit in cælo & in terra, in mari, & in abyssis: vt & creata quæ vides, eius voluntate facta esse cognosceres; & illa quæ humanis nequeunt conspectibus apparere, ipsius potentiâ contineri posse sentire. Cælum positum est pro cunctis cælestibus: terra pro omnibus quæ in humo gignuntur: mare commemoratum dicamus pro istis finibus quos commeantium discursus inuisitat: Abyssus verò Oceanum designat, qui & nobis ignotus, &, vt quidem referunt, altitudine magnâ profundus est. In his autem omnibus voluntas Domini sine aliqua dubitatione completur. Quod autem dicit, *educens nubes ab extremo terræ, fulgura in pluuiam fecit: qui producit ventos de thesauris suis.* Hoc si ad literam intendas, secreta naturæ, Domini testatur administratione compleri. Sed quoniam de Hebræo populo dicit inferiùs, conuenit hoc quoque hominibus applicare: *Eduxit nubes ab extremo terræ.* Quando Prophetas ab humili proposito ad prædicationis fecit fastigia peruenire, qui meritò nubibus comparantur, quoniam imbre sui eloquij à futuri iudicij nos calore defendunt, dum animabus nostris de futuro depromunt. Nubes enim, sicut frequenter dictum est, Prophetas accipi debere Scriptura testatur, dicens: [d] *Mandabo nubibus meis: ne pluant super eam pluuiam.* Sequitur. *Fulgura in pluuiam fecit.* Prædicationes itaque Prophetarum fulgura sunt, cùm percutiunt inimicos: pluuiæ, cùm deuotos à peccatis diluunt, & imbrem eis salutis infundunt. Vnde spiritales germinent fructus, & in maturam messem Domino præstante coalescunt. Addidit: *Qui producit ventos de thesauris suis.* Ventos non impropriè ponimus Apostolos: quorum prædicatio totum mundum tanquam ventus celerrimus percucurrit. De quibus alio loco scriptum est: [e] *Sagittas suas ardentibus effecit.* Nã ipsis quoque ventis pennæ per discursus suâ celeritate tribuuntur: Ait enim: *Transcendit super Cherubim & volauit, volauit super pennas ventorum.* Subnectit, *De thesauris suis*, Vnde reuera spiritales poterant prodire diuitiæ.

Nubiũ nomine significati Prophetæ.

Prædicatio verbi Dei fulgura, & pluuia.

Apostoli ventorum metaphorâ designati.

34 *(Stultus factus est omnis homo.)* Bene ergo post subuersionem Babylonis reprehendit idolorum fabricatores, quia per stultitiam humanæ mentis facta opera sunt vana, & risu digna: quia nec spiritus in eis, nec vox, neque sensus, neque vlla efficacia operum in est: Vnde nec se, neque cultores suos in die visitationis liberare poterunt. Non enim erat talis actus Israel qui vnius Dei cultor erat: quorum licet plurimi aberrauerint, multi tamen in fide permanserunt, & eius auxilio sæpe liberati atque protecti sunt. Mysticè autem stulti facti sunt omnes hæretici, atque schismatici, fingentes simulachra errorum suorum: quia dogmata eorũ vana sunt & risu digna: Vnde in tempore visitationis, hoc est, in die vniuersalis iudicij simul cum auctoribus suis peribunt. Non enim talis est doctrina Apostolica, atque Prophetica, quæ in Catholica prædicatur Ecclesia, & laudem Patres, & Filij, & Spiritus sancti, vnius videlicet Dei quotidie annunciat fidelibus eius, quia veraciter ipse est, hoc est, solus in semetipso immutabilis semper extat Deus omnium creator, & omnium formator: & sancta Ecclesia sceptrum hæreditatis eius, cui nomen est Dominus Sabaoth in æternum.

Hæreticorum stultitia, eorumque doctrina cõparatio cũ doctrina Apostolorum.

35 Hæc omnia quæ à vers. 15. vsque ad 20. hîc habentur iam supra & in cap. 10. ferè ad verbum iterum habita fuêre. Quo loco & plurimorum Patrum in eorum explicationem sententias videre est in Appendicibus singulorum versiculorum. Quibus & hæc modica hîc addam.

Tertullianus lib. aduersùs Hermogenem cap. 45.

Tertull.

[a] Psal. 32. 9.
[b] Ioan. 1. 3.
[c] Psal. 134. 6.
[d] Isai. 5. 6.
[e] Psal. 7. 14.

45. Sic, ait, & Ieremias commendat: *Deus faciens terram in valentia ſua, parans Orbem in intelligentia ſua, & ſuo ſenſu extendit cælos.* Vides ergo quemadmodum operatione Deus vniuerſa conſtituit: valentiâ facientis terram, intelligentiâ parantis Orbem, & ſenſu extendentis cælum, non apparentis ſolummodo, nec appropinquantis, ſed adhibentis tantos animi ſui niſus, Sophiam, valentiam, ſenſum, ſermonem, ſpiritum, virtutem. Quæ illi non erant neceſſaria, vt apparendo tantummodo, & appropinquando profectus fuiſſet.

Creationis in opere quantū Deus adhibuerit animi ſui niſum.

36 Cyril. Alex. Cyrillus Alexandrinus, Dialogo 4. cum Hermia aliquantò ante finem, dicente Hermiâ. Quomodo igitur? Nonne dicunt, Condidit Pater omnia per filium. Reſpondet Cyrillus. Tamquā per ſermonem & ſapientiam, & potentiam quæ eſt in illo. Omnia enim hæc ſunt. Filius Patri. Porrò hîc ampliùs exerceamur, regiam viam euntes, & rectâ ad veritatem pergentes. Nonne bene intellexiſti, quòd ſiquidem eſſe dixerimus Patrem opificem, ſequetur omnino intelligendum, quòd neque impotens, neque inſipiens exiſtat, neque etiam ſine verbo condat. Hermias. Sequetur vtique: nam Pſaltes dicit: [a] *Omnia in ſapientia feciſti.* Ieremias autem Propheta clariùs vniuerſi natiuitatem enarrans clamauit, dicens: *Dominus qui fecit terram in virtute ſua, qui ſtatuit*

Verbum eſt Patri ſermo, ſapientia, & potentia.

a Pſal. 103. 24.

Ierem. 51.

A *Orbem terrarum in ſapientia ſua, & ſenſu ſuo extendit cælum.* Cyr. Cur autem, nonne in ſapientia, & fortitudine, & etiam ſenſu omnia facta eſſe manifeſtè nobis ſcribente Ieremiâ, Omnia per Filium facta eſſe dicit ſapiens Ioannes. *Omnia enim, inquit, per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil.*

Creata omnia à Patre per filium.

In tomo 1. Conciliorum impreſſ. Venet. pag. 333. in epiſtolâ 1. Decretali Soteris Papæ notanda hæc lectio, *Dominus fecit terram in virtute ſua magna, & erexit Orbem terræ in ſapientia, & prudentiâ ſuâ extendit cælum, & poſuit ſonum aquæ in cælo.*

Soterus PP.

B Epiphanius, Quod in verſ. 17. habetur ad hæreticos aptans Hæreſi 26. ait, Cùm creatus, & creare potens non ſit per ſe exiſtens, ſed creatus: quæretur etiam alius qui huius cauſa fuit, & ab hoc alius nomine concipietur, & multa erat profunditatis erroris cogitationum vanitas, mēte non ampliùs ſtabilitatem habente, ſed implente id quod dictum eſt. *Stulti facti ſunt ſerui Dei, & ſtultus factus eſt omnis homo à ſcientia & cognitione.* Non enim quis ſibi ipſi viuit, neque ſibi ipſi moritur. Neque quis cognoſcet aliquid præter Deum, qui reuelauit nobis veram fidem, & dicit, *Hic eſt filius meus dilectus, ipſum audite:* ſed & qui ex ſe ipſo genitus eſt, reuelauit nobis Patrem ſuum, & dicit: [c] *Ego ex patre exiui & venio.*

Epiphanius. *Per Hæreſim ſtulti ſunt fideles.*

c Matth. 3. 17.

c Ioan. 16. 28.

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

K Αταϲκηνοῦντας.]

Ὀλυμπιοδώρου.] τοῦ Κύρου. φασὶ δὲ ἕτεροι Δαρείου.

Ὀλυμπιοδώρου.] καθ᾽ ἱστορίαν, τῇ πολυπληθείᾳ τῶν ἀνδρῶν, πρὸς δὲ διάνοιαν, τοῖς τῆς καρδίας ῥεύμασιν.

[Ὅτι ὤμοσε κύριος.]

Ὀλυμπιοδώρου.] κατὰ τῆς ἑαυτοῦ δυνάμεως.

[Καὶ φθέγξονται.]

Ὀλυμπιοδώρου.) ἀντὶ τοῦ ὀνειδίζοντές σε.

[Κύριος ποιῶν.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἀπὸ τῆς δημιουργίας ἀναλόγως θεωρεῖσθαι διδάσκει τὸν θεόν.

Τοῦ αὐτοῦ.] ἐν τῷ οὐρανῷ, εἰς τὸ ἀποτελεῖν βροντάς.

[Ἐμωράνθη.]

Ὀλυμπιοδώρου.] μὴ νοήσας ἀπὸ τῆς καλλονῆς τῶν κτισμάτων τὸν αὐτῶν δημιουργόν. ἢ καὶ καθόλου, ὅτι νῦν ἐκ μέρους γινώσκομεν.

Ὠριγένους.] συμφώνως δὲ τῷ, ἐμωράνθη πᾶς ἄνθρωπος ἀπὸ γνώσεως, ὁ Παῦλος φησίν. οὐχὶ ἐμώρανεν ὁ θεὸς τὴν σοφίαν τοῦ κόσμου τούτου; καιρὸς δὲ ἐπισκέψεως μάλιστα, ἡ τῆς εἰδωλολατρείας ἀπὸ τῆς Χριστοῦ παρουσίας καθαίρεσις. σκεύη δὲ πολέμου, ἅπερ ὁ Βαβυλώνιος διεσκόρπισεν, οἱ τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ Ἰούδα πολέμων ἔμπειροι ἄνδρες, ἀνθ᾽ ὧν ἀπειλεῖ μηδενὸς ποιεῖσθαι φειδώ.

(Ὅτι ὁ πλάσας.)

Σευήρου ἀπὸ λόγου, 47.] καὶ γὰρ οὐκ ἀνθρωπίνως κατ᾽ ἀρετὴν προκόψας, καὶ εἰς ἐπίδοσιν ἐλθὼν κέκληται θεὸς, ὁ Χριστός. ἀλλὰ τοὐναντίον, Θεὸς κατὰ φύσιν

C Verſ. 13. HAbitantes in aquis multis.) Olympiodori.] *Cyri quidam aiunt, alij Darij.*

37 Olympiod.

Olympiodori.) *Ad ſenſum hiſtoricum copia hominum: myſticè, fluxionibus cordis.*

Olympiod.

Verſ. 14. (*Quia iurauit Dominus per brachium ſuum.*

Eiuſdem.) *Per ſuam virtutem.*

(*Et loquentur ſuper te.*)

Olympiodori.) *Pro tibi exprobrantes.*

Olympiod.

D Verſ. 15. (*Dominus faciens terram.*)

Olympiodori.) *Ab opificio Deum proportione cognoſcendum docet.*

Olympiod.

Eiuſdem.) *In cælo ad exploranda tonitrua.*

Verſ. 17. (*Stultus factus eſt omnis homo à ſcientia.*)

38 Olympiod.

Olympiodori.) *Non intellecto opifice ex opificij pulchritudine, vel generaliter quia nunc ex parte cognoſcimus.*

E creaturis non intelligēs creatorē ſtultus eſt.

Origenis.) *Simile huic,* ſtultus factus eſt omnis homo à ſcientia, *Paulus habet,* Nonne E ſtultam fecit Deus ſapientiam huius mūdi? *Tempus verò viſitationis, deſtructio eſt idololatriæ poſt Chriſti aduentum, vaſa autem belli ſunt quæ Babylonius diſperſit, viri Iuda & Iſraelis bellatores, pro quibus minatur ſe in omnes animaduerſurum.* Ex verſ. 19. (*Quoniam qui plaſmauit omnia ipſe, &c.*)

Origen. *Viſitationis tēpus deſtructio idololatria per Chriſtum. Milites appellati vaſa belli.*

Seueri ex orat. 47.) *Etenim non more humano per virtutū progreſſus facto profectu Chriſtus appellatus eſt Deus, ſed contra, cùm naturâ Deus*

Seuerus. *Chriſtus Deus ſecundū naturam, non vt cæteri homines per adoptionē ex virtutū progreſſu.*

φύσιν ὢν οἷα δὴ λόγος, κεκένωκεν ἑαυτὸν, ἀτρέπτως γενόμενος ἄνθρωπος.

Deus esset: quippe vt Verbum exinaniuit semetipsum, immutabiliter factus homo.

Capitis 51. à vers. 20. vsque ad 33. Sectio Quinta.

TEXTVS VVLGATÆ.

20 Collidis tu mihi vasa belli, & ego collidam in te Gentes, & disperdam in te regna.

21 Collidam in te equum, & equitem eius: & collidam in te currum, & ascensorem eius.

22 Et collidam in te virum & mulierem: & collidam in te senem & puerum: & collidam in te iuuenem & virginem.

23 Et collidam in te Pastorem & gregem eius: & collidam in te agricolam & iugales eius: & collidam in te duces & magistratus.

24 Et reddam Babyloni, & cunctis habitatoribus Chaldææ omne malum suum: quod fecerunt in Sion in oculis vestris, ait Dominus.

25 Ecce ego ad te mons pestifer, ait Dominus, qui corrumpis vniuersam terram: & extendam manum meam super te, & euoluam te de petris, & dabo te in montem combustionis.

26 Et non tollent de te lapidem in angulum: & lapidem in fundamenta, sed perditus in æternum eris, ait Dominus.

27 Leuate signum in terra: clangite buccinâ in Gentibus, sanctificate super eam Gentes: annunciate contra illam Regibus Ararat, Menni, & Ascenez: numerate contra eam Taphsar, adducite equum quasi Bruchum aculeatum.

28 Sanctificate contra eam gentes, Reges Mediæ, duces eius, & vniuersos magistratus eius, cunctamque terram potestatis eius.

29 Et commouebitur terra, & conturbabitur: quia euigilauit contra Babylonem cogitatio Domini, vt ponat terram Babylonis desertam & inhabitabilem.

30 Cessauerunt fortes Babylonis à prælio, habitauerunt in præsidiis: deuoratum est robur eorum, & facti sunt quasi mulieres: incensa sunt tabernacula eius, contriti sunt vectes eius.

31 Currens obuiam currenti veniet, & nuncius obuius nuncianti: vt annunciet Regi Babylonis quia capta est ciuitas eius à summo vsque ad summum.

32 Et vada præoccupata sunt, & paludes incensæ sunt igni, & viri bellatores cõturbati sunt.

TEXTVS SEPTVAGINTA.

20 Dispergis tu mihi vasa belli: & dispergam in te gentes, & tollam de te Reges.

21 Et dispergam in te equum, ascensorem eius: & dispergam in te currus, & ascensores eorum.

22 Et dispergam in te adolescentem, & virginem: & dispergam in te virum, & mulierem.

23 Et dispergam in te pastorem, & gregem eius: & dispergam in te agricolam, & agriculturam eius: & dispergam in te profectos, & duces militiæ tuos.

24 Et retribuam Babyloni, & omnibus habitatoribus Chaldæis omnes malitias eorum, quas fecerunt super Sion ante oculos vestros, dicit Dominus.

25 Ecce ego ad te montem corruptum, qui corrumpis vniuersam terram: & extendam manum meam super te: & deuoluam te super petras: & dabo te sicut montem combustum.

26 Et non accipient de te lapidem in fundamentum: quia in desolationem eris in sæculum dicit Dominus.

27 Leuate signum super terram: clangite in gentibus tubâ: sanctificate super eam gentes: annunciate super eam, reges tollite à me, & Achanazais: statuite super eam machinas: facite ascendere super eam equum quasi locustarum multitudinem.

28 Facite ascendere super eam gentes, Regem Medorum, & vniuersæ terræ, præfectos eius, & omnes duces eius.

29 Commota est terra, & laborauit: quia insurrexit super Babylonem cogitatio Domini, ad ponendam terram Babylonis in desolationem, & vt ea non habitetur.

30 Defecit pugnator Babylonis à bellando: sedebunt illic in præsidio: quassata est potentia eorum: facti sunt, quasi mulieres. Combusta sunt tabernacula eius: contriti sunt vectes eius.

31 Persequens in occursum persequentis persequetur, & nuncians in occursum nunciantis, ad nunciandum Regi Babylonis, quia capta est ciuitas eius, ab extremo transituum eius capti sunt.

32 Et collectiones eorum incensæ sunt in igne, & viri eius bellatores egrediuntur.

PARAPHRASIS CHALDAICA.

20 Dissipator tu es coram me, ciuitas in qua sunt arma bellica & dispergam in te populos multos, & dissipabo in te regna.

21 Et dispergam in te equos, & currus, & dispergam in te currum, & ascensorem eius.

22 Et dispergam in te virum & mulierem: & dispergam in te iuuenes & virgines.

23 Et dispergam in te pastorem & gregem eius, & dispergam in te agricolam & par boum eius: & dispergam in te dominatores & duces.

24 Et reddam Babyloni & omnibus habitatoribus terræ Chaldæorum omne malum suum quod fecerunt in Sion, in oculis vestris, dicit Dominus.

25 Ecce ego mitto furorem meum contra te ciuitas dissipans, dicit Dominus: quæ dissipas vniuersam terram: & leuabo plagam fortitudinis meæ contra te, & consumam te à fortibus, & dabo te in ciuitatem combustionis.

26 Et non tollent ex te Regem in regnum, & principem in principatum, quia desolatio æterna erit, dicit Dominus,

27 Leuate signum in terra, clangite buccinâ in populis, præparate contra eam populos, annunciate contra illam regnis terræ Cardu, exercitui Armeniæ & Hadeb, præparate contra eam populos bellatores, qui ascendant equos suos hinnientes instar Bruchi inflammati.

28 Præparate contra eam populos, Reges Medorum, & dominatores eorum, & omnes duces eorum, & omnem terram dominij eorum.

29 Et commouebitur terra, & infirmabitur, quoniam confirmatæ sunt contra Babylonem cogitationes Domini, vt ponat terram Babylonis in desolationem absque habitatore.

30 Cessauerunt fortes Babylonis à prælio, habitauerunt in munitionibus contritum est robur eorum, facti sunt infirmi sicut mulieres: succensa sunt palatia eius, contriti sunt vectes eius.

31 Cur

31 *Currens obuiam currenti curret, & nuncius obuiam nuncianti ad annunciandum Regi Babylonis, quia capta est ciuitas eius à summo eius.*

32 *Et vada capta sunt, & stagna succensa sunt igni, & viri bellatores turbati sunt.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

39 Theodorit.

THEODORITVS. *Tu dissipas mihi vasa belli, & dissipabo gentes in te.* Syrus interpretatus est illud, *prepara mihi instrumenta bellica.* Et iuxta Græcam interpretationem, sic intelligendum est. Quoniam vsus es armis tuis contra populum meum, & tela, hastasque eiaculatus es in eos: & ego dissipabo in te gẽtes. Hoc enim innuit, *Et ego dissipans dissipabo gentes, quæ venerunt in auxilium tuum: equos & ascensores eorum:* homines cuiuscumque ætatis & sexus, principes, & subditos: Pastores, & agricolas. Et hæc patiemini propter ea quæ commisistis in Sion. *Ecce ego ad te, mons corrupte, qui corrumpis vniuersam terram, dicit Dominus.* Ipsam vocat *montem*, ob excellentiam imperij: *corruptum* autem, impietatis & iniquitatis ergo. *Et extendam in te manum meam, & deuoluam te à petris.* Hoc est, humilem te exhibebo. *Et dabo te in montem combustum.* pro, planè inutilem, quod declaratur ex sequentibus. *Et non sument de te lapidem in angulum, & lapidem in fundamentum, quia redigeris in vastitatem æternam, dicit Dominus.* Nec Regem crearunt, nec principem ex recentibus incolis. Fundamenta enim sustinent ædificium, anguli verò compingunt. *Erigite signum in terra. Canite tubâ inter gentes. Sanctificate contra eam gentes,* pro, segregate. Annunciate contra eam regnis Ararat, Menni, & Aschanezeis. Armeniam appellat Ararat. Aschanazei verò, sunt gens alia, illorum vicina. Hos porrò cunctos coëgit Rex Persarum, ac Medorum, hoc enim subiungit: *Sanctificate contra eam gentes,* Regem Medorum, & omnes magistratus eius, & omnes duces eius. Atqui dicit terram esse commodam: *Quia surrexit cogitatio Domini contra Babylonem: vt redigat terram Babylonis in vastitatem, ne ipsa inhabitetur.* Prædicit etiam obsidionem, & imbecillitatem bellatorum intus existentium: vrbis incendium, & hos qui captiuitatem eius regi sunt nuntiaturi.

Babylon dicta mõs ob imperij sublimitatem, & corruptus ob impietatem.

Rex ac Principes designati appellatione fundamẽti, & anguli.

40 Rabanus.

Recipit quisque iusto Dei iudicio malũ quod aliis fecerit.

Rabanus Maurus. *(Collidisti mihi vasa belli, &c.)* Prædicit sermo diuinus Babyloni, quòd sicut illa in terra Iudæorum, & in diuersis prouinciis collidebat vasa belli, hoc est, arma bellica, vel homines bellantes, ita in illa collidat Dominus omnes gentes, & disperdat regna, & conterat equos & equites, & collidat homines diuersi sexus atque ætatis, agricolas, duces, & magistratus, quatenus iusto iudice retribuente recipiat vnusquisque malum quod fecit in proximis suis. Sic etiã erit in futuro Dei iudicio, vt persecutorum Ecclesiæ Christi recipiat vnusquisque pœnam debitam quam promeruit per iniustam vitam.

Diabolus mõs pestifer propter superbiã.

(Ecce ego ad te mons pestifer.) Montem pestiferum, aut historialiter Nabuchodonosor cum Chaldæis propter crudelitatem tyrannidis eius, quam exercuit in diuersis gentibus, aut spiritaliter diabolum propter superbiam nuncupat: quem alibi [a] montem caliginosum propter erroris tenebras scriptura appellat. Hic corripit vniuersam terram: hoc est, terrenos & carnales homines diuersis vitiis polluit: Ad quem Dominus extendit manum vindictæ, & euoluit de petris, hoc est, ab eis qui firmi sunt in fide separat, & dabit in montem combustionis æternæ, vt luat semper pœnas superbiæ suæ: nec de eo tollatur lapis angularis in fundamentum ædificij cælestis, sed perditus fiat in æternum. Ad hunc scilicet montem pertinent infideles Iudæi, blasphemi, hæretici, atque omnes impij qui perdurant in malitia sua, nec volunt conuerti ad Dominum: vt fiant lapides viui, & habiles ad ædificium Dei: E contrario alius est ille lapis, [b] quem Danielis Prophetia commemorat, qui abscissus est de monte sine manibus, & percussit statuã illam grandissimam in pedibus eius ferreis; & comminuit ferrum, testam, æs, argentum, & aurum; factusque est mons magnus, ita vt impleret vniuersam terram. Hic ergo est, [c] *lapis quem reprobauerunt ædificantes, attamen factus est in caput anguli: à Domino factum est, & est mirabile in oculis nostris,* cuius regnum in æternum non dissipabitur, nec populo altero tradetur, sed regnum eius regnum erit omnium sæculorum, & dominatio eius in omni generatione & progenie: Beati omnes qui confidunt in eo.

a Isai. 13. 2.

Diabolus corripit, quidem terrenos, & carnales, sejũgitur verò ab iis qui firmi sint in fide viua.

Hæretici & infideles pertinent ad Diabolũ mõtem pestiferũ.

b Dan. 2. 34.

Mons quo discrimine sint & Christus, & Diabolus.

c Luc. 20. 17.

(Leuate signum in terra.) Loquitur Propheta ad gentes, & ad Reges earum, quæ in circuitu Chaldææ & Babylonis consistebant, vt leuent vexilla sua, & arma bellica, clangantque buccinis in montibus, & conuocent omnes nationes ad subuersionem Babylonis. Nam Ararath, Armenia, & Aschenez, filius fuit Gomer, filij Iaphet, filij Noe, vnde reges exorti sunt. Siquidem à septem filiis Iaphet, possessa est Asia, ab Amano & Tauro Syriæ cœles, & Ciliciæ montes vsque ad fluuium Tanaim: In Europa verò vsque ad Gadra, nomina locis & Gentiles relinquentes, sanctificare iubet gentes cõtra Babylonem, quæ expletura erat sanctam Dei voluntatem, vt iustam retributionem illi retribueret pro peccatis suis: desertam eius terram poneret inhabitabilem. Vnde sequitur.

41

Cessauerunt fortes Babylonis, &c.) Robur enim Babylonis & principum eius defecit Cyro, & Dario super se veniente cum exercitibus suis, & facti sunt imbelles quasi mulieres; idcirco incensa sunt tabernacula eius, & omnis munitio destructa. Quod etiam Regem Balthasar licet in conuiuio fuerit, tamen non latuit, sed nuntij discurrentes Regi nuntiauerunt quod ciuitas eius à fine vsque ad finẽ capta esset. vada fluminis Euphrates præoccupata, paludes igni incensæ, & omnes bellatores turbari: nec iam fuerat qui hostibus resistere præualeret.

Circa vers. 25. Est quod notemus apud Ambrosium lib. 3. de fide cap. 7. dicentem. Aduertimus altitudinem illam extollentem se aduersus scientiam Dei, verbo Domini corruisse, cùm diceret Dei filius: [d] *Obmutesce, & exi immunde spiritus.* De quo & in Propheta dixit: *Ecce ego ad te mons corrupte.* Isti ergo ceciderunt montes, & reuelatum est quod esset in Christo diuina substantia, dicentibus iis qui viderunt: [e] *Verè filius Dei est.* Non enim humanâ, sed diuinâ potestate dæmoniis imperabat.

Ambrosius.

Diabolus vt mons corruptus corruit ad Christi imperium.

d Marc 5. 8.
Iere. 51. 25.

e Luc. 4. 41.
e Marc. 15. 39.

CATE

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Διασκορπίζεις.] Ὀλυμπιοδώρου.) αἰσθητῶς μὲν, ὡς πρὸς τὴν Βαβυλῶνα ὁ λόγος. ἀληθέστερον δὲ πάντα ἐφεξῆς πρὸς τὸν σατανᾶν εἴρηται. ὡς ἐκ τοῦ θεοῦ σύ φησιν, ἐπιχειρεῖς διασκορπίζειν τοὺς ἀνθρώπους τοὺς θεοσεβεῖς, τοὺς δυναμένους σοι πολεμεῖν. ἐγὼ δὲ διασκορπίζω σου πᾶσαν δαιμονιώδη πληθὺν, καὶ τοὺς αὐτῶν ἐν κακίᾳ ἐπικρατεστέρους.

[Καὶ διασκορπ.]

Ὠριγένους.] ἀναβάται ἵππων οἱ δαίμονες, οἱ ταῖς σαρκικαῖς ἡδοναῖς ἐπικαθήμενοι. καὶ πάλαι μὲν τὸν Αἰγύπτου ἵππον, καὶ ἀναβάτην ἔρριψεν εἰς θάλασσαν, οὗτοι δὲ ζευγνῦντες ἐν ἡμῖν διάφορα πάθη, ταῖς τέτρασιν ἀρεταῖς ἀντικείμενα κατασκευάζουσιν ἅρματα. καὶ ὁ μὲν θυμώδης, καὶ πρὸς κακίαν ἐρρωμένος, ἀνήρ. ὁ δὲ πρὸς ἡδονὰς λελυμένος, γυνή. καὶ πρεσβύτης μὲν ὁ πεπαλαιωμένος κακῶν ἡμερῶν. νεανίσκοι δὲ περὶ ὧν Ἡσαΐας φησί. πεινάσουσι νεώτεροι, καὶ κοπιάσουσι νεανίσκοι, καὶ ἐκλεκτοὶ ἀνίσχυες ἔσονται. καὶ τοὐναντίον. οἱ δὲ ὑπομένοντες τὸν Θεὸν ἀλλάξουσιν ἰσχὺν, πτεροφυήσουσιν ὡς ἀετοὶ, δραμοῦνται, καὶ οὐ κοπιάσουσι. τοὺς ἐκλεκτοὺς δὲ νῦν ἐν κακίᾳ φησίν. ὁ ποῖόν ἐστι τὸ, καὶ τὰ βρώματα αὐτοῦ ἐκλεκτά. οἱ κατ' ἀρετὴν ὄντες ἐκλεκτοὶ ὑπὸ τοῦ Ναβουχοδονόσορ καταπίνονται. ἔχει δὲ καὶ παρθένους, τὰς μὲν ἑστιακάς, τὰς δὲ πυθίας, τὰς δὲ ἄλλως. καὶ ψυχὴ δὲ μὴ δεξαμένη τὸν θεῖον σπόρον, παρθένος ἐστὶν αὐτῷ. ἔχει δὲ καὶ ποιμένας, καὶ διδασκάλους τοὺς ἑπομένους παιδεύοντας. ἀλλὰ καὶ γεωργοὺς, τοὺς τὰ ζιζάνια σπείροντας, καὶ γεωργοῦντας ἀκάνθας τε καὶ τριβόλους, τὰς βιωτικὰς ἐν ἀνθρώποις μερίμνας. ἔχει καὶ ἡγεμόνας ἐν κακίᾳ, καὶ ἄρχοντας, καὶ μάλιστα πρὸς οὓς ἡμῖν ἐστιν ἡ πάλη, πρὸς τὰς ἀρχάς, καὶ τὰς ἐξουσίας. τούτοις οὖν πᾶσιν ὁ θεὸς ἀποδίδωσιν ἐνώπιον τῶν ἔναγχος εἰρηκότων. δεῦτε καὶ ἀναγγείλωμεν ἐν Σιὼν τὰ μεγαλεῖα τοῦ θεοῦ.

|| Ὀλυμπιοδώρου.) ἡδονὴν τὴν θηλυμανῆ, καὶ τὸν ταύτην ἐνεργοῦντα δαίμονα.

[Καὶ διασκορπ.

Ὀλυμπιοδώρου.) τὰς φιλοδοξίας, τὰς φιλοχρηματίας καὶ τοὺς αὐτὰς ἐνεργοῦντας δαίμονας.

(Καὶ διασκορπ.)

Ὀλυμπιοδώρου.) τοὺς ἀγόνους εἰς ἀρετήν.

(Καὶ διασκορπ.)

Ὀλυμπιοδώρου.) τὴν φιληδονίαν.

(Καὶ διασκορπ.)

Ὀλυμπιοδώρου.] τοὺς τῆς ψευδωνύμου γνώσεως διδασκάλους σὺν τοῖς πειθομένοις.

[Καὶ διασκορπιῶ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] τοὺς τῶν εἰδώλων ἱερουργοὺς, καὶ τὰς τελετὰς αὐτῶν καὶ τὰ εἴδωλα.

(Καὶ διασκορπιῶ.)

Ὀλυμπιο

Vers. 20. (Dispergis tu mihi vasa belli, &c.) 42

Olympiodori.) *Ad literam quidem, Babylonem respicit hic sermo: sed verò proprius est, omnia quæ sequuntur ad Satanam dirigi ex persona Dei, tu inquit, hoc agis vt dispergas pios homines qui tecum pugnare possunt. Ego verò dispergam vniuersam Dæmonum multitudinem, & qui in illis sunt ad malum potentiores.*

Olympiod. — *Diaboli studiũ peculiare vt pios disper gat homines, qui contra ipsum dimicant.*

(Et dispergam te in gentes.)

Origenis.) *Ascensores equorum Dæmones sunt, qui carnis voluptatibus insident. Et olim quidem* [a] *Aegypti equum & ascensorem proiecit in mare: Hi verò varios affectus in nobis vigentes quatuor virtutibus oppositos moliuntur currus. Et iracundus quidem, & valens ad malum est vir; qui verò voluptatibus deditus est, mulier; & senex quidem, inueteratus dierum malorum; Iuuenes autem, de quibus Isaias dicit,* [b] Efurient Iuniores, & fatigantur Iuuenes, electique sine viribus erunt, *& contra;* Qui sustinent Dominum commutabunt fortitudinem plumas abiicient vt Aquilæ, current, & non fatigabuntur. *Electos nunc in malo ait. Quale illud est,* [c] & esus illius electi. *At qui sunt pro virtute electi, à Nabuchodonosore deglutiuntur. Habuit quoque virgines, has quidem Vestales, illas verò Pythias, alias aliis modis. Quin & anima quæ diuinum non suscepit semen, illi virgo est. Habet & Pastores, & doctores qui sequaces instruunt; sed & Agricolas* [d] *Zizania disseminantes, & culturæ spinarum tribulorumque studentes terrenarum in hominibus curarum, habet & Duces in malitia, & principes, & præcipuè illos,* [e] quibus cum nobis est colluctatio ad dominatus & principatus. *His itaque omnibus Deus retribuit in conspectu eorum, qui paulò ante dixerant;* Venite & annunciemus in Sion magnalia Dei.

Origenes. — *Voluptatibus vt equis insident dæmones contra nos belligerantes.* — a Exod. 15. 21. — b Isai. 40. 30. — Isai. 40. 31. — *Electorũ nomen in malũ sensum.* — c Abac. 1. 16. — *Virgines habet & diabolus suas.* — *Doctores, & Pastores suos habet & diabolus.* — d Matth. 13. 25. — *Duces, ac Principes suos habet & diabolus.* — e Eph. 6. 12.

|| Olympiodori.] *Voluptatem fœmineâ libidine æstuantem, eiusque opificem Dæmonem.* Olympiod.

Vers. 21. *(Et dispergam in te equum, &c.)* 34

Olympiodori.] *Inanes gloriæ, pecuniarum appetitus, eorúmque operarium Dæmonem.* Olympiod.

Vers. 22. *(Et dispergam in te adolescentem.)*

Olympiodori.] *Steriles ad ferendũ fructũ.* Olympiod.

(Et dispergam in te vinum & mulieres.)

Olympiodori.] *Voluptatis studium.* Olympiod.

Vers. 23. *(Et dispergam in te pastorem.)*

Olympiodori.) *Fallacis scientiæ Doctores, & audientes illis.* Olympiod.

(Et dispergam in te agricolam.)

Olympiodori.) *Idolorum sacrificos, & sacrificia eorum, & Idola.* Olympiod.

(Et dispergam in te præfectos.)

Olym

Ὀλυμπιοδώρου.) τοὺς ἄρχοντας ἐν κακίᾳ δαίμονας.

(Ἰδοὺ ἐγὼ πρός.)

Ὠριγένους.] ὄρος, τὴν Βαβυλῶνα διὰ τὸ τῆς βασιλείας ὕψος καλεῖ, ὅπερ ἦν ἐξ εἰδωλολατρείας, καὶ τῶν ἀδίκων ἔργων, δι' ὧν διέφθειρε τοὺς ἄλλους διεφθαρμένον. ἦν δὲ καὶ ἐφ' ὕψους ἡ πόλις, διὰ τὸν παρακείμενον ποταμόν, ἐξ οὗ τινες ἀναβαθμοὶ πρὸς τὴν πόλιν ἀνέφερον, διμερῆ τε οὖσαν, καὶ ἐξ ἑκατέρας ὄχθης παρακειμένην τοῦ ποταμοῦ, πρὸς τοῦ καὶ εἶναι τὰ τείχη τῆς πόλεως ὑψηλότατα. χεῖρα δέ, τὴν τιμωρητικὴν δύναμιν, τὴν τῆς ἰδίας αὐτὴν ὡς ἐκ πετρῶν καθαιροῦσαν ἀσφαλείας τε καὶ φρουρᾶς. εἰς ἄχρηστον δὲ καὶ τοὺς λίθους αὐτῆς διὰ τὸ πῦρ ἀφανίζουσαν, ὡς μὴ συνίστασθαι λίθον πρὸς στερροτέραν οἰκοδομίαν. ἀναγωγῆς δὲ λόγῳ ἐστὶν ὁ διάβολος ὄρος ὠνόμασται, ὡς ἐν τῷ Ζαχαρίᾳ. τίς εἶ σὺ τὸ ὄρος τὸ μέγα, τὸ πρὸ προσώπου Ζοροβάβελ; ἐστὶ περὶ τοῦ ἔχοντος κωφὸν καὶ ἄλαλον δαιμόνιον ἔλεγεν ὁ σωτήρ, ἐὰν ἔχητε πίστιν ὡς κόκκον σινάπεως, ἐρεῖτε τῷ ὄρει τούτῳ μετάβηθι, καὶ μεταβήσεται. ὄρος οὖν ὁ διάβολος, ἀπὸ τῆς ἰδίας διεφθαρμένος κακίας, καὶ διαφθείρων τούς, ὅσοι φρονοῦσι τὰ γήϊνα.

Ὀλυμπιοδώρου.] αἰσθητῶς μὲν τὸν Ναβουχοδονόσορ πρὸς δὲ διάνοιαν, τὸν σατανᾶν. διεφθαρμένον δέ, ὅτι εἷς καὶ αὐτὸς γεγονὼς τῶν ἀρχαγγέλων, αὐτοπροαιρέτως τῆς οἰκείας ἐξέπεσεν ἀρετῆς. ||

[Καὶ ἐκτενῶ τήν.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐξώσω ἀπὸ τῶν πεπιστευκότων, τῶν ἁγίων λίθων, τῶν κυλιομένων ἐπὶ τῆς γῆς. ἢ καὶ ὁμωνύμως τῇ πέτρᾳ τουτέστι Χριστῷ, καὶ οἱ πιστοὶ πέτραι ἐκλήθησαν διὰ τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν, καὶ τὸ ἀκλόνητον τῆς πίστεως.

[Καὶ δώσω σε.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἀντὶ τοῦ, ἄκαρπον, ἀχρεῖον.

[Καὶ οὐ μὴ λάβωσι.]

Ὀλυμπιοδώρου.] οἱ στερεοί, καὶ ἐρρωμένοι λίθοι εἰς τοὺς θεμελίους καταβάλλονται, καὶ εἰς γωνίας. ἔσῃ οὖν ἀσθενής φησι, καὶ ἀχρεῖος, καὶ ἀνωφελής.

[Ἄρατε σημεῖ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] τὴν σάλπιγγα, σημεῖον φησί. κελεύει δὲ τοῦτο θεός, ἴσως ἀγγελικαῖς τισι δυνάμεσιν, ἐπὶ τῷ διεγεῖραι τὰς ψυχὰς τῶν μελλόντων πολεμεῖν τῇ Βαβυλῶνι. κελεύει δὲ καὶ τοῖς ἀποστόλοις συνάγειν τοὺς πιστούς, τοὺς μέλλοντας πολεμεῖν τῇ εἰδωλολατρείᾳ.

[Ἁγιάσατε ἐπ' αὐτ.]

Ὠριγένους.] τὸ ἁγιάσατε τὰ ἔθνη, ἀντὶ τοῦ, ἀφορίσατε, ἁγιασμὸς γὰρ ἡ θεοῦ ὑπηρεσία, κἂν ᾖ τιμωρητική: βέβηλος γὰρ ὁ πρὸς ταύτην ἀφωρισμένος, ὁ ποῖος ἦν ὁ Κῦρος. πρὸς ὃν φησὶ διὰ Ἠσαΐου. σὺ δὲ οὐκ ἔγνως με. τινὰ δὲ τῶν ἐπὶ Βαβυλῶνος στρατευσάντων ἐκάλεσεν ἔθνη, ἐν οἷς Ἀραρὲτ τοὺς Ἀρμενίους καλεῖ.

|| Ὀλυμπιοδώρου.] ἀφορίσατε τοὺς μέλλοντας ἐπ' αὐτῇ πολεμεῖν. ||

(Ἄρατε παρ' ἐ.)

Ὀλυμπιοδώρου.) τῆς Ἀρμενίας ὄρη τὰ Ἀραράτ.

(Ἐσείσθη ἡ γῆ.)

Ὠρι

A Olympiodori.) *Principes nequitiæ Dæmonas.*

Olympiod.

Verſ. 25. (*Ecce ego ad te montem corruptũ.*) 44

Origenis.) *Montem vocat Babylonem propter regni altitudinem, qui ex Idolorum cultu iniuſtiſque conſtabat operibus, quibus corrupta ipſa cæteros corruperat. Erat præterea & in ſublimi loco ſita Ciuitas propter fluuium illi vicinum, ex quo quibuſdam gradibus ad vrbem aſcendebatur, in duas partes diuiſam, & ex vtraque ripa flu*-B *mini adiacentem; & præterea ciuitatis mœnia altiſſima erant. Manum verò, vim puniendi vocat, è propria illa ſecuritate & munimento, tamquam è petris deturbantem, lapideſque illius prodentem nullo vſui futuros propter ignem, vt non extet lapis ad firmum ædificium aptus. Anagogiæ verò ratione mons eſt vocatus & Diabolus, vt apud Zachariam;* [a] quis es tu mõs magnus, qui eſt ante faciem Zorobabel, *& de eo qui habebat dæmonium ſurdum, & mutum aiebat Saluator;* [b] Si fidem habebitis tã-C quam granum Sinapis, dicetis huic monti, Vade & abibit, *mons itaque Diabolus eſt ſuâ prauitate corruptus, corrumpénſque eos qui terrena ſapiunt.*

Origen. *Babylon cur appellata mõs corruptus.*

Mons corruptus nomen Diaboli.

a Zach. 4. 7.

b Matth. 17. 20.

Olympiodori.] *Hiſtoricè quidem Nabuchodonoſorem, ſpiritali verò ſenſu Satanam corruptũ autem, quia cùm & is vnus eſſet ex Archangelis, ſponte ſuâ propriam virtutem deſeruit.* 45

Olympiod. *Mons corruptus Rex Nabuchodonoſor. Diabolus quã rectè corruptus dicatur mons.*

Ex verſ. 25. (*Et extendam manũ meã ſuper te.*)

Olympiodori.) *Expellam te ab his qui cre*-D *diderunt, ſanctis lapidibus, qui ſuper terrã voluntantur vel eodem nomine cum petra, id eſt Chriſto fideles quoque petræ vocati ſunt, eò quòd credant in ipſum, & fidem habeant inconcuſſam.*

Olympiod. *Petra nomen quàm cõgruè tributum, & fideli cuique Chriſto firmiter inhærẽti.*

Ex verſ. 25. (*Et dabo te ſicut mõtem cõbuſtũ.*)

Olympiod.) *Infructuoſum ſcilicet, inutile.*

Olympiod.

Verſ. 26. (*Et non accipient de te lapidem.*

Olympiodori.) *Fortes ac duri lapides ad fundamenta iaciuntur & in angulos. Eris itaque ait infirmus, inutilis, & ineptus ad vſum.*

Olympiod.

Verſ. 26. (*Leuate ſignum ſuper terram.*) 46

E Olympiodori.] *Tubam ſignum vocat. Præcipit verò hoc Deus, fortaſſe Angelicis quibuſdã virtutibus ad excitandos animos eorum, qui bellum contra Babylonem erant ſuſcepturi. Præcipit item & Apoſtolis vt fideles colligant illaturos bellum idololatriæ.*

Olympiod.

Apoſtolis mãdatũ vt fideles colligant contra idololatriam.

Ex verſ. 27. (*Sanctificate ſuper eam gentes.*)

Origenis.] *Sanctificate gentes, hoc eſt Segregate, ſanctificatio enim eſt Dei miniſteriũ, quãuis ad puniendum ſit: profanus enim eſt qui ad hoc*-F *ſegregatus eſt, qualis erat Cyrus, ad quem per Iſaiam ait.* [c] Tu verò non cognouiſti me. *Quidam verò qui in Babylonios arma ſumpſerũt, vocauit gentes, in quibus Araret, Armenios vocat.*

Origen. *Sanctificatio eſt ſegregatio ad quodcumque Dei miniſterium.*

c Iſai. 45. 4.

|| Olympiodori.] *Segregate contra eam pugnaturos.* || (*Tollite à me.*)

Olympiodori.) *Araret Armeniæ ſunt mõtes.*

Olympiod.

Verſ. 29. (*Commota eſt terra & laborauit.*)

Orige

Ὠριγένους.] ἐσείσθη δὲ ἡ γῆ τῶν ἐπ' αὐτῆς ἀνθρώπων ἐν τοῖς παράγουσι χρόνοις παγίως ἱδρυμένων, καὶ βεβαιότητα ἐχόντων ἐν αἷς ἦσαν δυναστείαις τε καὶ βασιλείαις, τὰ δὲ νῦν μεταβολὴν πονηρὰν καὶ ἐπώδυνον δεχομένων τὴν ἐρημίαν καὶ πᾶσα δὲ διάνοια Βαβυλωνίαν γῆν ἐσχηκυῖα, ἐκ τοῦ πρὸς τὴν τοιαύτην ἀσέβειαν, καὶ σύγχυσιν πρὸς || συμπαθείας σειομένη, ἀποβάλλει τὴν τοιαύτην διάθεσιν, ἐπὶ τὸ πνευματικὴν καὶ ἐπουράνιον ἕξιν ἀναλαβεῖν.

|| συσπου-δάσ. || πνευματι-κήν.

[Καθήσονται ἐκεῖ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἀντὶ τοῦ πολιορκήσουσιν αὐτήν.

[Ἐνεπυρίσθη τά.]

Ὠριγένους.] Θεὸς γὰρ ἦν ὁ τοῦτο ποιῶν, ὁ καὶ διὰ Ἡσαΐου πρὸς Κῦρον εἰπών. ἐγὼ ἔμπροσθέν σου πορεύσομαι, καὶ ὄρη ὁμαλιῶ, θύρας χαλκᾶς συντρίψω, μοχλοὺς σιδηροὺς συνθλάσω. καὶ παρὰ τοῖς ἔξω γὰρ τοιαύτας ἱστόρηται πύλας ἔχειν ἡ Βαβυλών, καὶ ἐκ τῶν εἰς τὸν ποταμὸν || μέσον ὄντων καταβάσεων ἑαλωκέναι, μέρους ἑκατέρου συναπτομένου γεφύραις παρὰ τὰς ἀναγούσας ἐπὶ τὴν πόλιν ἀνόδους πρὸς ἑκάτερον μέρος διῃρημένας τῆς πόλεως. καὶ φησὶν ἡ ἱστορία, ὡς τῶν παρ' ἔσχατα τῆς πόλεως ἁλισκομένων οἱ ἄλλοι πανήγυριν ἄγοντες, διὰ τὸ μέγεθος τῆς πόλεως οὐκ ᾐσθάνοντο, ὅτε εἰκὸς, τῶν μὲν εἰς ἀγγελίαν τρεχόντων, τῶν δὲ λοιπῶν ἐκ ταύτης ὑποστρεφόντων θορύβου πλήρη τὴν πόλιν ὑπάρχειν συστήματα δὲ νῦν τὰς οἰκίας λέγειν ἔοικε. τῇ γὰρ συνεχείᾳ πρὸς ἀλλήλας συνίσταντο, διὸ ἐπιφέρει. οἱ οἶκοι βασιλέως Βαβυλῶνος, καὶ τὰ ἑξῆς. ἤγουν ἀπὸ τῶν ἐν αὐτοῖς συνισταμένων τὰ φρούρια.

|| φερομέ-νων.

(Διώκων εἰς ἀπαν.)

Ὀλυμπιοδώρου.] ἕκαστος τῷ πλησίον εὐαγγελιζόμενος. ἐποίουν δὲ τοῦτο οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι, ἐκδιώκοντες μὲν τὴν δαιμονικὴν πλάνην, ἑαυτοῖς δὲ τὴν σωτηρίαν τῶν πιστῶν εὐαγγελιζόμενοι.

(καὶ ἀναγγέλλων εἰς.)

Ὀλυμπιοδώρου.] ἀπαντῶν ὁ πρῶτος, καὶ ἀπαγγέλλων τῷ ἀποστελλομένῳ δευτέρῳ.

Origenis.) *Commota autem est terra hominum eius incolarum, qui superioribus annis firmiter stabiliti erant, & soliditate potentatuum, & regnorum suorum potiebantur: nunc verò mutationem tolerant damnosam & grauem desolationis, & omnis mens terræ Babylonicæ habitatrix ex affectu in talem impietatem confusionemque commota deponit huiusmodi studium, spiritalemque & cælestem habitum assumit.*

Origenes.

Peccatoris cōuersio quomodo fiat.

Ex vers. 30. (*Sedebunt illic in præsidio.*)

Olympiodori.) *Pro, obsidebunt illam.*

Ex vers. 30. (*Combusta sunt tabernacula eius.*) 48

Origenis.) *Deus enim erat qui hoc operabatur, qui & per Isaiam ad Cyrum dixerat,* [a] Ego ante te ambulabo, & montes læuigabo, portas æneas confringam, & vectes ferreos conteram. *Nam apud profanos scriptores huiusmodi portas Babylon habuisse perhibetur, & captam per gradus illos, qui ad fluuium deducebant, vtraque vrbis parte Pontibus coniuncta, prope ascensus ad ipsam vrbem ducentes, vtrique ciuitatis parti commodo diuisos. Narratque historia dum extrema vrbis caperentur, cæteros festis celebritatibus deditos non sensisse propter vrbis amplitudinem. Quando par est, his quidem ad annunciandum currentibus, aliis verò prolato nuncio recurrentibus, vrbem tumultu plenam extitisse. Congregationes autem nunc domos appellare videtur: iuncta enim sibi inuicem sita erant. Quare & subdit; regis Babylonis & reliqua: hoc est ex ipsis munitioribus locis.*

Origenes.

a Isai 45.2.

Babylonis situs, & quomodo à Cyro ea capta sit.

Congregationum nomen tributum domibus.

Vers. 21. (*Currens obuiam persequenti.*) 41

Olympiodori.) *Vnusquisque proximo annũcians, hoc verò sancti Apostoli faciebant, expellentes quidem dæmonum errorem, sibi verò met ipsis fidelium salutem annunciantes.*

Olympiod.

Ex vers. 31. (*Et annuncians in occursum nunciantis.*)

Olympiodori.) *Obuiam factus primus, annuncians que illi qui secundus mittebatur.*

Olympiod.

Capitis 51. à vers. 33. vsque ad 41. Sectio Sexta.

TEXTVS VVLGATÆ. E

33 QVia hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israel: Filia Babylonis quasi area, tempus trituræ eius: adhuc modicum, & veniet tempus messionis eius.

34 Comedit me, deuorauit me Nabuchodonosor Rex Babylonis: reddidit me quasi vas inane, absorbuit me quasi Draco, repleuit ventrem suum teneritudine mea, & eiecit me.

35 Iniquitas aduersùm me, & caro mea super Babylonem, dicit habitatio Sion: & sanguis meus super habitatores Chaldææ, dicit Ierusalem.

36 Propterea hæc dicit Dominus: Ecce ego iudicabo causam tuam, & vlciscar vltionem tuam, & desertum faciam mare eius, & siccabo venam eius.

37 Et erit Babylon in tumulos, habitatio Draconum, stupor, & sibilus, eò quòd non sit habitator.

TEXTVS SEPTVAGINTA.

33 *QVia hæc dicit Dominus: Domus Regis Babylonis, quasi area matura, triturabuntur: adhuc modicum, & veniet messis eius.*

34 *Comedit me, diuisit me, apprehenderunt me tenebræ tenues: Nabuchodonosor Rex Babylonis absorbuit me quasi Draco, impleuit ventrem suum de teneritudine mea.*

35 *Expulerunt me labores mei, & vexationes meæ in Babylonem, dicet habitatrix Sion: & sanguis meus super habitatores Chaldæos, dicit Ierusalem.*

36 *Ideo hæc dicit Dominus: Ecce ego iudicabo aduersariam tuam, & vlciscar vltionem tuam, & desolabo mare eius, & arefaciam fontem eius.*

37 *Et erit Babylon in solitudinem, & non habitabitur.*

38 Si

38 Simul vt Leones rugient, excutient comas veluti catuli Leonum.

39 In calore eorum ponam potus eorum, & inebriabo eos, vt ſopiantur, & dormiant ſomnum ſempiternum, & non conſurgant, dicit Dominus.

40 Deducam quaſi agnos ad victimam, & quaſi arietes cum hædis.

A

38 Simul enim vt Leones excitati ſunt, & ſicut catuli Leonum.

39 In calore eorum dabo potum eis, & inebriabo eos, vt ſopiantur, & dormiant ſomnum ſempiternum, & conſurgant dicit Dominus.

40 Et deduc eos, quaſi agnos ad mactationem, & quaſi arietes cum hædis.

PARAPHRASIS CHALDAICA.

33 *QVia hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael: Cœtus Babylonis ſimilis eſt areæ cuius trituræ tempus peruenit. Adhuc paululum, modicumque, & venient direptores ad eam.*

34 *Dixit Ieruſalem, Diripuit ſubſtantiam meam, & conſumpſit me Nabuchodonoſor Rex Babylonis, cõminuit me quaſi vas vacuum, abſorbuit me quaſi Draco: impleuit domum theſauri ſui bonis terræ meæ, transmigrare me fecit.*

35 *Depopulatio mea, & deprædatio mea ſuper Babylonem, dicit cætus Sion: & peccatum ſanguinis innocentis qui effuſus eſt in me, ſuper habitatores terræ Chaldæorum, dicit Ieruſalem.*

36 *Propterea hæc dicit Dominus: Ecce ego iudico cauſam tuam, & vlciſcar vltionem tuam, & areſaciam mare eius, & ſiccabo fontes eius.*

37 *Et erit Babylon in aceruos, & habitaculum Draconum, deſertum & deſolatio, abſque habitatore.*

38 *Simul quaſi Leones rugient, & quaſi filij Leonum attollent vocem ſuam.*

39 *Adducam ſuper eos tribulationem, & erunt ſimiles ebriis, vt non ſint fortes, ſed moriantur morte ſecundâ, & non viuant in ſæculo futuro, dicit Dominus.*

40 *Tradam eos quaſi tauros occiſioni, & quaſi arietes cum hircis.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impreſſis.

50 Theodorit.

THEODORITVS. Comparántque domorum deſtructionem cum area attenuata; & meſſe matura, & infert verba, quæ dicebat Ieruſalem de Rege Babyloniorum: *Diuiſit me: abſorbuit me: inſtar tenuium tenebrarum comprehendit me Nabuchodonoſor, Rex Babylonis.* Tenuiſſimus aër magi[illegible]rrar corpora noſtra. Ait ergo, tenebræ calamitatis vel ipſa animæ meæ membra repleuerunt. *Reddidit me velut vas inane: abſorbuit me, quaſi Draco: ventrem ſuum impleuit deliciis meis.* Spoliauit, inquit, me omnibus bonis: & accipiẽs vniuerſas opes meas, & proſperitate me priuans, imitatus eſt Draconem, Struthionum catulos abſorbentem. Enimverò docet, quomodo iniquitates eius illam infirmam exhibuerunt, illum autem robuſtum. *Expulerunt me labores mei, & miſeria mea in Babylonem, dicet Sion habitantibus: & ſanguis meus ad habitantes Chaldæam, dicet Ieruſalem.* Vindicabitur, inquit, ſanguis meus de illis: & perſoluent pœnas eorum nomine, quæ perperam geſſerunt in me hac ratione, quæ dicta ſunt de Ieruſalem, oſtendunt iuſtam à Deo latam eſſe ſententiam. *Propterea hæc dicit Dominus, Ecce, ego iudicabo aduerſariam tuam, & vlciſcar vltionem tuam.* Quia agnouiſti, quantùm tibi ex peccato naſcitur detrimẽti. *Et deſertum efficiam mare eius,* hoc eſt, ſubditorum multitudinem. *Et deſiccabo fontem eius.* Regnum & dominationem in omnes. Deinde refert, quæ propriè pertinent ad vaſtitatem, de quibus ſæpe diximus. *Non habitabitur vna.* Paucas enim nunc habet domos, eaſque diſſipatas. Optimates autem eius cùm pares feciſſet Leonibus, prædicit meticuloſum eorum animum, & internecionem, *Dabo enim*, ait, *potum eis, & inebriabo illos: vt conſopiantur, & dormiant ſomnum ſempiternum, & non excitentur, dicit Dominus. Et deducam eos, vt arietes, ac victimam, & ſicut agnus cum hædis*, & Principes, & quibus imperant, & vnà cum rege ſubditos. Agnos enim & hædos, appellauit ſubditos: arietem autem principes.

Calamitates intimè animæ attingentes, dictæ tenebræ leues, quia tenuiſſimus aër maximè eſt penetrans.

Peccata noſtra reddunt nos quidem infirmos, hoſtes verò noſtros robuſtos.

Maris metaphorâ ſignificata ſubditorũ multitudo.

Principes arietum metaphorâ deſignati, ſicut & ſubditi metaphoris agnorum atque hædorum.

Rabanus Maurus. (*Quia hæc dicit Dominus.*) Quaſi area fuit plebs Babylonis, quando per potentiam regni, & diuitiarum magnitudinem triturabat atque conterebat gentes, ad quas miſſa eſt: ſed tempus meſſionis venit, quando cogebatur id accipere quod iniquè geſſit. De quo ex perſona plebis Iudaicæ conſequenter dicitur.

51 Rabanus. *Area triturantis ſimilitudine expreſſus hoſtilis incurſus.*

(*Comedit me, &c.*) De hoc mare & Iſaias in libro ſuo dicit: [a] *Onus deſerti maris. Sicut turbines ab Aphrico veniunt: de deſerto venit, & de terra horribili: Viſio dura annuntiata eſt mihi.* Perſpicuum eſt ergo quòd deſertum mare, Babylon appellatur: Ieremias hîc hoc probante ex perſona Domini, dicente: *Deſertum faciam mare eius, & ſiccabo terram illius, & erit Babylon in tumulos arenarum.* Mare autem propter multitudinem inhabitantium dicitur. Vnde & ſupra Ægypti multitudo mari comparata eſt. Hanc autem Dominus per exercitus Medorum atque Perſarũ quos hîc Leonibus comparat, & catulis Leonum, deſtruxit, & redegit in tumulos arenarum, vt poſtmodum fieret habitatio Draconum, & ſtupor, & ſibilus videntium, & mirantium interitum eius, eò quòd nõ ſit in eo habitator. In æſtu ergo tribulationum ſuarum biberunt calicem iræ Domini, & inebriati ſunt, ita vt ſopirentur, & dormirent ſomno ſempiterno, nec conſurgerent ampliùs. Myſticè autem Mare huius ſæculi ſignificat turbulentiam, quod Dominus deſertum ponit, cùm ceſſare faciet luxum eius, & diſſipabuntur iniqui qui confuſione errorum & vitiorum deſeruiebant: venientque ſuper eos maligni ſpiritus, ſæui vt catuli Leonum, cum Leone diabolo, qui rugiendo circuit quærens quem deuoret, & inebriabunt eos potu vindictæ, & vltionis futuræ, vt ſopore mortis æternæ dormiant, nec vltra à vindicta ad vitã reſurgãt, ſed fiant victima gladio Domini occiſa, & habitent cum Draconibus ſpiritalibus in lacu inferni in perpetuum.

a Iſai 21.1. *Babylon appellata mare deſertum.*

Maris appellatione ſignificata turbulentia ſæculi huius & quomodo mare iſtud fiat deſertum.

Quod in verſ. 34. de Iuliano Apoſtata loquens Gregorius Nazianzenus, Orat. ad centum quinquaginta Epiſcopos, non longè à principio hiſce vſurpat verbis. Primus Nabuchodonoſor nos oppreſſit, ille poſt Chriſtum aduersùs Chriſtum furore percitus, atque ob eam cauſam Chriſtum execratus, quia eius beneficio ſalutẽ conſecutus fuerat, eòque amẽtiæ prouolutus, vt ſacros libros cum impiis ſacrificiis commutarit. *Deuorauit me, in partes diſtraxit me, Contexerunt me tenebræ tenues.* Super quæ Nazianzeni verba Nicetas ait, Ieremias

52 Greg. Naz. *Iulianus Apoſtata à Nazianzeno appellatus Nabuchodonoſor.*

Iulianus Apoſtata ſacrorum librorũ lector in Eccleſia fuit.

Niceta Schol. in Nazianzenũ.

remias Israelis calamitatem lugens, ait, *Primus deuorauit eum Rex Assur.* Et rursus, *Dimisit me, & deuorauit me, & apprehendit, velut caligo tenuis,* Nabuchodonosor Rex Babylonis. Hic autem Nabuchodonosor à Theologo Iulianus dicitur, qui cùm Clericus esset, & librorum sacrorum lector, aduersùs Christianum insaniit, proiectisque sacris libris, quos in Ecclesia legebat, iisdem manibus impura & scelesta sacrificia, eorum loco accepit, & iugulatos Christianos comedebat, id est, consumebat, nonnullos etiam diuidebat, eos inter se dirimens atque exilio mulctans. Tenebræ autem tenues dici possunt, obscuratio illa animi, quam grauis mæstitia parit, ad cerebrum vsque penetrans.

Iulianus Apostata necibus comedebat fideles, exiliisque diuidebat Christianos.

Tenebræ tenues appellata magna animi tristitia.

53 Hieronym.

Cyrillus Alexandrinus Comment. in Oseæ caput 8. vers. 8. expendens quòd hîc dicitur, *Comedit me*, &c. *Absorbuit me quasi Draco, impleuit ventrem suum à cibo meo*, est, inquit, verum Draconem multicipitem à charitate in Deum excidentes sorbere quodammodo, & suum sibi facere: quem & Psalmista Psalm. 73. dicit escam datum populis Æthiopum. Qui enim nigerrimam, & lucis orbam in seipsis mentem habent, iure Æthiopes & intelligi, & dici à nobis ipsis, & à Deo possunt. Hi multicipitem Draconem pascunt, ipsique vicissim ab eo pascuntur.

Circa id quod vers. 36. dicitur, *Et desertum faciam mare eius.* Nota quæ Hieronymus lib. 7. Comment. in Isaiam ad initium cap. 21. mystico sensu super Isaiæ verbis, *Onus deserti maris*, &c. ita habet. Quid nobis videatur iuxta historiam breuiter diximus, (Libro nimirum quinto in idem caput, vbi, prout supra inferente Rabano vidimus, mare desertum intellexit Babylonem) nunc Tropologiæ summa carpamus.

Visio vel pondus contra sæculi huius cernitur mare, & cernitur à Propheta, quantis tentationibus mundus, hic plenus sit. Quod autem mare appelletur sæculum (vt multa prætercam) vno testimonio Psalmi contentus sum: [a] *Qui descendunt mare in nauibus, facientes operationes in aquis multis: Ipsi viderunt opera Domini, & mirabilia eius in profundo.* Qui enim operantur in hoc sæculo opus Dei, & cum Propheta dicunt, [b] *Veni in profundum maris*: ipsi vident mirabilia eius in profundo. Et liberati de tentationibus & angustiis, horribilem & duram visionem audisse se dicunt. Hæc autem, ipsa tempestas à deserto venit, [c] in quo tentatus est Dominus: & [d] Israel colubri morsibus, & scorpionum ictibus [e] patuit. Cúmque venerit, pertrãsit, & præterit: & tunc intelligit ille qui sustinet, quòd non præuaricatur nisi qui præuaricator est: & non agit iniquè, nisi iniquus. Vt igitur maris fluctibus obruamur, & opprimat nos sæua tempestas, nostri vitij est, qui ante tempestatem præuaricatores fuimus & iniqui.

Sæculũ istud appellatum mare.

a Psal. 106. 23.

b Psal. 68. 3.

c Marc. 4. 1.
d Num. 21. 6.
e Deut. 8. 15.

Tentationum fluctib. quòd obruamur nostri vitij est.

CATENA GRÆCA VETERVM
PATRVM GRÆCORVM.

Διότι τάδε λέγ.]

Ὀλυμπιοδώρου.) τὴν εἰς λεπτὸν συντριβὴν τῶν οἰκημάτων ἐδήλωσεν. ὡς ἀπὸ Ἰερουσαλὴμ δὲ οἱ λόγοι, τὸ κατέφαγέ με, καὶ τὰ ἐπ' αὐτῷ. διὰ μὲν οὖν τὸ θηριῶδες κατέφαγε, διὰ δὲ τὰ λάφυρα, καὶ τὰ σκῦλα ἐμέρισε. σκότος δὲ λεπτὸν, τὴν ὑπερβάλλουσαν ἀθυμίαν δηλοῖ. ὁ λεπτὸς γὰρ ἀὴρ μᾶλλον τῶν ἡμετέρων καθικνεῖται σωμάτων.

(Κατέφαγέ με.)

Ὀλυμπιοδώρου.) Ἱερουσαλὴμ προστρεχομένη τῷ θεῷ κατὰ τοῦ Βαβυλωνίου ταῦτα φησὶν ἀληθέστερον δὲ ἡ ἐκκλησία τῷ ἑαυτῆς νυμφίῳ κατὰ τοῦ σατανᾶ. τὸ δὲ ἐμέρισαν, ὁ μέν τις δαίμων εἰς πορνείαν, ὁ δὲ εἰς φιλαργυρίαν, καὶ ἄλλος εἰς ἄλλην ἀπειρημένην ἐνάγοντες πρᾶξιν. τὸ δὲ κατέφαγον, ἐπειδὴ καὶ Θεοῦ ἀποστήσαντες, ἑαυτοῖς προσκυνεῖν ἀνέπεισαν.

(Κατέλαβεν.)

Ὀλυμπιοδώρου.] ἡ ἐξ ἁμαρτιῶν προδοσία. τὸ γὰρ || πολὺ ἀφεγγὲς λεπτόν ἐστιν.

|| ἴσ. πρωϊ.

(Ἔπλησε τὴν.)

Ὀλυμπιοδώρου.) ἐξείλκυσάς με τῆς ἐμῆς τρυφῆς; τουτέστι τῶν θείων μαθημάτων. ἢ καὶ οὕτως ἐντρυφῶν ἐν ἐμοὶ ἐπλήρωσε τὴν κοιλίαν αὐτοῦ.

(Ἐξῶσαί με.)

Ὀλυμπιοδώρου.) τὰ μοχθηρὰ, καὶ ταλαίπωρα ἐπιτηδεύματα.

(Καὶ αἱ ταλαιπω.)

Ἐξ ἀνεπιγράφου.) τουτέστιν αἱ παρανομίαι μου ἀσθενῆ

Vers. [33.] Quia hæc dicit Dominus.)

54 Olympiod.

Olympiodori.] *Domos in minutissimas partes contritas significauit: sunt verò quasi ab Ierusalem verba,* Comedit me, & *quæ sequuntur. Comedit itaque propter feritatem; propter verò spolia & manubias diuisit. Tenebræ autem tenues summum animi mærorem notant, tenuis quippe aër corpora nostra magis penetrat, per eaque diffunditur,*

Tenebræ tenues summa tristitia.

Vers. 34. (*Comedit me.*)

Olympiod.

Olympiodori.] *Ierusalem ad Deum confugiens hæc in Babylonium effatur; imò verius Ecclesia suo sponso aduersùs Satanam: Illud autem* (diuisit.) *Hic quidem Dæmon in fornicationem, illi in auaritiam, & alius in aliud inducentes vetitum opus. At comedit, quoniam & à Deo auersos sibi adorationis cultum offerre persuaserunt.*

Diuidit animam dæmon, quum in diuersa distrahit vitia.
Comedat quo modo homines dæmon.

Ex vers. 34. (*Apprehenderunt me tenebræ.*)

Olympiodori.] *Propter peccata proditio; matutinæ enim tenebræ tenues sunt.*

Olympiod.

(*Repleuit ventrem suum.*)

Olympiodori.) *Extraxisti me à delitiis meis, hoc est à disciplina diuina. Vel sic, in me luxurians impleuit ventrem suum.*

Olympiod.

Vers. 35. (*Expulerunt me labores mei.*)

55 Olympiod.

Olympiodori.) *Improba & miserabilia studia.*

(*Et miseria mea.*)

Incerti.] *Iniquitates scilicet meæ imbecillem quidem*

Incerti.

ἀσθενῆ μὲν ἐμὲ, ἰσχυρὸν δὲ ἐκεῖνον κατέστησαν.

[Καὶ τὸ αἷμά μου.]

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] καὶ τὸ αἷμά μου ἐπ' αὐτοῦ, δίκην αὐτῆς ὧν ἀνεῖλον εἰσπραττομένους. τοιαύτη μὲν ἡ κατὰ Βαβυλῶνος γραφή. ὁ δὲ τὰ δίκαια κρίνων κατὰ ταύτης ψηφίζεται.

[Καὶ ἐρημώσω.]

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] θάλασσαν δὲ Βαβυλῶνος, τὸ ἄπειρον πλῆθος καλεῖ. πηγὴν δὲ τὴν βασιλείαν. τὸ δὲ οὐ κατοικηθήσεται ἔτι, πρὸς τὴν ἀρχαίαν κατάστασιν εἴρηται. νῦν γὰρ ἔρημος ὡς πρὸς ἐκείνην καθέστηκεν.

|| Ὀλυμπιοδώρου.] αἴτιοι τοῦ αἴτιοί μοι τῆς σφαγῆς οἱ Χαλδαῖοι γεγόνασιν. ἢ καὶ οὕτως. ἐκδικήσω μου τὸ αἷμα ἀπὸ τῶν Χαλδαίων.

||(Καὶ ἔσται.)

Ὀλυμπιοδώρου.] τὴν χορηγίαν τῶν κακῶν.

(Ὅτι ὡς λέον.)

Ὀλυμπιοδώρου.] οἱ βασιλεῖς αὐτῆς.

(Ἐν τῇ θερμασίᾳ.

Ἐξ ἀνεπιγράφου.) τοὺς δὲ ταύτης οἰκήτορας θηριώδεις ὄντας, διὰ τῆς τιμωρίας μεθύσω. λέγει δὲ κάρον μὲν τὴν ἔκστασιν, αἰώνιον δὲ ὕπνον τὸν θάνατον.

|| Ὀλυμπιοδώρου.) ἐν τῇ αὐτῶν θρασύτητι.

|| (δώσω πό.)

Ὀλυμπιοδώρου.] τουτέστι τὴν ἀνταπόδοσιν τῶν κακῶν.

(Καὶ καταβιβάσω.)

|| (Ὀλυμπιοδώρου. (ἢ ὁ προφήτης τοῦτο ἐπεύχεται κατὰ τῶν δαιμόνων, ἢ καὶ θεὸς τῇ ἐκδικήσει τοῦτο ποιεῖν προστάσσει κατὰ τῆς αἰσθητῆς καὶ νοητῆς Βαβυλῶνος. ||

Ἐξ ἀνεπιγράφου.) τῷ δὲ ὡς ἄρνια, καὶ κριούς. τοὺς ἄρχοντας μετὰ τῶν ἀρχομένων ἐδήλωσεν.

A *quidem me, fortem verò illum reddiderunt.*

(Et ſanguis meus ſuper habitatores.)

Incerti.) *Et ſanguis meus ſuper eos, pœnas pro illata pernicie dantes, & hac quidem in Babylonem querela. Ille verò qui iuſtè iudicat, ſententiam fert in illam.*

Peccata reddunt nos imbecilles, dæmonem verò fortem. Incertus.

Ex verſ. 36. *(Et deſertum faciam mare eius.)*

Incerti.) *Mare eius Babylonis innumeram multitudinem vocat, fontem verò regiam potentiam. Porrò illud*, non habitabitur vltra, *reſpectu veteris illius ſtatus dictum eſt. Nunc enim* B *deſerta eſt, ſi cum illa comparetur.*

Incertus. *Ieruſalē nunc eſt deſerta, ſi cum antiqua comparetur.*

Ex verſ. 35. (*Et ſanguis meus habitatores Chaldæos.*

|| Olympiodori.) *Pro necis mihi auctores Chaldæis fuère. Vel ſic; Vlciſcar ſanguinem meum à Chaldæis.*

Olympiod.

Verſ. 37. (*Et erit Babylon in ſolitudinem.*) 56

Olympiodori.] *Abundantiam malorum.*

Olympiod.

Verſ. 38. (*Quoniam vt Leones.*)

Olympiodori.) *Reges ipſius.*

Verſ. 39. (*In calore eorum.*)

C Incerti.) *Habitatores autem eius, cùm ferini ſint, ſuppliciis inebriabo. Vocat præterea ſoporē quidem Ecſtaſim; ſempiternum verò ſomnum mortē.*

Incertus. *Ecſtaſis dicta ſopor. Mors ſomnus ſempiternus.*

|| Olympiodori.] *In eorum audacia.*

Olympiod.

|| (*Dabo potum eis.*)

Olympiodori.] *Retributionē ſcil. malorum.*

Olympiod. *Malorum retributio dicta potus.*

|| Verſ. 40. (*Et deduc eos quaſi agnos ad mactationem.*)

Olympiodori)*Vel Propheta hoc Dæmonibus imprecatur; vel Deus, vt vlciſcatur, hoc fieri præcipit contra ſenſibilem ac ſpiritalem Babylonem.*

Olympiod.

|| Incerti] *Per illud verò*, quaſi agnos, & arietes, *principes cum ſubditis ſignificauit.*

Incertus.

Capitis 51. à verſ. 41. vſque ad 51. Sectio Septima.

TEXTVS VVLGATÆ.

41 QVomodo capta eſt Seſach, & comprehenſa eſt inclyta vniuerſæ terræ? quomodo facta eſt in ſtuporem Babylon inter Gētes?

42 Aſcendit ſuper Babylonem mare, multitudine fluctuum eius operta eſt.

43 Factæ ſunt ciuitates eius in ſtuporem, terra inhabitabilis & deſerta, terra in qua nullus habitet, nec tranſeat per eam filius hominis.

44 Et viſitabo ſuper Bel in Babylone, & eiiciam quod abſorbuerat de ore eius, & non confluent ad eum vltra gentes, ſiquidem & murus Babylonis corruet.

45 Egredimini de medio eius populus meus: vt ſaluet vnuſquiſque animam ſuam ab ira furoris Domini.

46 Et ne fortè molleſcat cor veſtrum, & timeatis auditum, qui audietur in terra: & veniet in anno auditio, & poſt hunc annum auditio, & iniquitas in terra, & dominator ſuper dominatorem.

47 Propterea ecce dies veniunt, & viſitabo ſuper ſculptilia Babylonis: & omnis terra eius confundetur, & vniuerſi interfecti eius cadent in medio eius.

48 Et laudabunt ſuper Babylonem cæli & terra, & omnia quæ in eis ſunt: quia ab Aquilone venient ei prædones ait Dominus.

49 Et quomodo fecit Babylon vt caderent occiſi in Iſrael: ſic de Babylone cadent occiſi in vniuerſa terra.

50 Qui fugiſtis gladium, venite, nolite ſtare: recordamini procul Domini, & Ieruſalem aſcendat ſuper cor veſtrum.

D TEXTVS SEPTVAGINTA.

41 *QVomodo capta eſt, & per venationem occupata gloriatio vniuerſa terra? quomodo facta eſt Babylon in deſolationem in gentibus?*

42 *Aſcendit ſuper Babylonem mare in ſonitu fluctuum eius, & cooperta eſt.*

43 *Facta ſunt ciuitates eius, quaſi terra ſine aqua, & inuia: nemo habitabit in ea: neque diuertet in ea filius hominis.*

44 *Et vlciſcar ſuper Babylonem, & extraham, quæ abſorbuit, ex ore eius: & non congregabuntur ad eam gentes vltra: & in Babylone cadent interfecti vniuerſa terra.*

E 50 *Qui euaditis de terra, ite, & non ſubſiſtatis. Qui de longe, recordamini Domini: & Ieruſalem aſcendat ſuper cor veſtrum.*

Reliqui verſus non habentur in verſione Sept. tametſi Theodoritus illos habeat 50. ex Theodotione.

PARAPHRASIS CHALDAICA.

41 *QVomodo subiugata est Babylon, & captum est decus vniuersæ terræ, quomodo facta est Babel in desolationem inter populos?*

42 *Ascendit contra Babylonem Rex cum copiis suis numerosis, quasi aquis maris, tumultu fluctuum eius cooperta est.*

43 *Factæ sunt ciuitates eius in desolationem, terra desolata, & deserta, terra in qua non habitabit omnis homo, nec transibit per eam filius hominis.*

44 *Et visitabo super eos qui colunt Bel in Babylone, & diripere faciam substantiam eius ab ea, & non obedient ei amplius populi, muri quoque Babylonis corruent.*

45 *Egredimini de medio eius popule mi, & liberate vnusquisque animam suam ab ira furoris Domini.*

46 *Et forsitan commouebitur cor vestrum, & timebitis à facie nuncij qui audietur in terra. Et veniet in anno nuncius, & postea in anno sequenti nuncius, & multiplicabuntur raptores in terra, & surget dominator super dominatorem.*

47 *Propterea ecce dies veniunt, & visitabo super symulachra Babylonis, & destruetur vniuersa terra eius, & omnes occisi eius proiicientur in medio eius.*

48 *Et laudabunt super Babylonem cæli & terra, & omnia quæ in eis sunt, quia ab Aquilone venient contra eam direptores, dicit Dominus.*

49 *Etiam in Babylone proiecti sunt occisi Israel: in Babylone quoque proiicientur occisi vniuersæ terræ.*

50 *Et qui liberati estis à gladio, migrate, ne moremini: recordamini ex longinquo cultus Domini, & Ierusalem ascendat super cor vestrum.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

57 Theodoret. Babylon nomine Sesach appellatam fuisse, simile vero simile est.

THEODORITVS. *Quomodo capta est Sesach: & venando arrepta est gloria vniuersæ terræ?* Babylonem ipsam ita vocauit: Illius enim Regem, in his quæ superiùs interpretati sumus, Sesach vocitauit: Verisimile porrò est, cùm ita quondam nominaretur, postea Babylonem fuisse nuncupatam. Et quòd eo nomine ciuitatem vocet, testimonio sunt, quæ subiiciuntur: Quomodo redacta est Babylon ad vastitatẽ in omnibus gentibus: Ostẽdit etiam multitudinem exercitus inuadentis. *Ascendit in Babylonem mare: in sonitu fluctuum eius capta est*: Deinde post prædictionem vastitatis, denuò profert in medium ipsum Bel. *Vlciscar* enim, ait, *de Bel in Babylone: & eiiciam ex ore eius quæ deuorauit. Et non congregabuntur ad eum vltra gentes.* [a] Daniel quoque meminit ciborum, qui offerebantur ei: & quo pacto Sacerdotes consumabant eos. Prædicit verò sermo propheticus erroris cessationem: & consolatur populum, exhortans, ne pertimescat mala, quæ obuentura sunt Babyloni, docens, ea multò ante denuntiata esse. *Ingredietur* enim *eodem anno auditio: & post hunc in anno auditio, & iniquitas in terra: potestas aduersùs potestatem, & acies aduersùs aciem.* Quoniam vno aut duobus annis ante denuntiatum aduentum hostium more suo perseuerabant in iniustitia & iniquitate, propterea minatur interitum tam sculptilibus quæ adorantur, quàm his qui adorant illa. Et vniuersam creaturam dicit lætari de excidio eius. Nec non iustam esse vindictæ causam ostendit, potissimúmque de Babylone. In qua cũ reciderint vulnerati Israel, ob id Babylonis vulnerati ab vniuersa terra cadent. Quæ enim cõmiserunt in Israelem, patiẽtur ab aliis. *Cũ abducemini è terra, pergite ne substiteritis. Memores estote Domini, qui procul venistis.* (Iudæis captiuis ista dicit,) *& Ierusalem ascendat in cor vestrum.* Ne obliuiscamini dedicatæ Deo ciuitatis.

Belo Babyloniæ idolo offerri soliti cibi ad comesionem.

a Dan. 14. 13.

58 Rabanus.

Rabanus Maurus, (*Quomodo capta est Sesach,* &c.) Quod autem Sesach ipsa sit Babylon, supra iam ostensum est. Quomodo autem subuersio Babylonis facta sit, quam mare, hoc est, multitudo populorum simul cum Deo suo, vel subuertit atque destruxit, iam sæpius dictum est, nũc pauca de allegoria subrogemus. Sesach enim byssus sacci, siue manus sacci interpretatur, sicut Babylon confusio. Capta est ergo Sesach, & in stuporem facta est Babylon, cùm illi qui idololatriæ operá dabant, & diuersis vitiis mancipati erant fluctibus venturi iudicij subuertentur, & seram agentes pœnitentiam cum Bel, qui interpretatur vetustas, hoc est, cum antiquo hoste confusionem in inferno habebunt perpetuam. Vnde sermo propheticus admonet fideles, vt egrediantur, & separent se de eorum societate, ne forte cum illis pereant.

Pœnitentiam seram agẽtes impij quem finem habituri sint.

(*Egredimini de medio eius,* &c) Opus est ergo vnicuique qui vult animam suam saluare, vt se sequestret de perditorum consortio, & reuereatur sermonem Domini, de vindicta peccatorum futura comminantis, qui quotidie prædicatur in Ecclesia, & auditur ab omnibus Scripturis sanctis de anno in annum id ipsum attestãtibus, quòd iudex cælestis dicturus sit in extremo examine, his qui ad sinistram eius erunt: [b] *Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui præparatus est Diabolo & Angelis eius.* Non enim debet cor nostrum in desideriis carnis mollescere, & nos segnes in opere bono reddere, sed magis per auditum sollicitos in meditatione legis Dei, & strenuos in exercitio virtutum exhibere, quia iniquitas terræ remunerabitur in pœna gehennæ, & dominator super dominatorem veniet, vt qui potentiores fuerunt in peccatis, potentiora tormenta patiantur.

Egrediendum de consortio prauorũ, si saluare velimus animã.

b Matth. 25. 41.

Mollescere nõ debemus corde per segnitiem, sed audito Dei verbo solliciti esse.

59 Io. Chrysost.

Circa vers. 43. *Egredimini,* &c. Notandum insigne Morale Io. Chrysostomi homil. 56. in Ioannem ad medium, vbi ait. Est & mala concordia, & discordia bona. Siquidem [c] qui turrim ædificabant, concordes erant in malo suo, inde & si inuiti, ad bonum tamen dissenserunt. Et [d] socij Chore malè conueniebant, ideo bene diuisi sunt. Et Iudas cum Iudæis prauè consentit: est ergo bona discordia, & concordia mala. Quamobrem ait: [e] *Si oculus tuus scandalizat te, erue eum: & si pes, abscinde.* Quòd si membrum male coniunctũ, abscindendum est, nonne longè magis praui amici? Quare concordia non semper bona, sicut neque discordia mala. Dico hoc vt mala fugiamus, sequamur bonos. Nam si membrum insanabile metu ne reliqua corrumpat, incidimus, non quòd illud negligamus, sed vt seruemus cætera: quantò magis in his, qui malè nobis iuncti sunt, ita faciendum? Quòd si eos meliores reddere possemus, & nobis non efficeremus, omnia essent facienda: sin incorrigibiles sunt, & nos lædimus, abscindendi sunt à nobis. Sæpe enim hoc pacto mala proficiunt: vnde Paulus, [f] *Tollite malum de medio vestrûm,* quod vt eiiceretur, ita fecisti. Grauis etenim, est conuersatio malorum, sed non tam citò contagium sequitur, aut detegitur, vt prauorum hominum malitia.

Concordia aliqua mala, sicut & discordia aliqua bona.

c Gen. 11. 8.

d Num. 16. 1.

e Matth. 5. 29.

Cõsortia improborum fugienda.

f 1 Cor. 5. 2.

Cor

a 1. Cor. 15. 33. *Amicus haud conciliandus improbus.* Iere. 34. 51.

Corrumpunt [a] *enim bonos mores colloquia mala*, Et Propheta: *Egredimini ex medio eorum, & ſegregamini.* Nemo malum amicum ſibi concilier. Nam ſi perditos filios emancipamus, neque veremur naturam, neque eius leges, neque vllam neceſſitudinem: longè magis notos, & conſuetudine deuinctos fugiemus, ſi mali erunt. Quãuis enim nullum inde nobis proueniat detrimentum, malas tamen ſuſpiciones vitare non poſſumus: Alieni enim vitam noſtram non perſcrutantur, ſed à ſociis, & conſuetudinibus indicant.

60 Cyril. Alex. *Muri nomine ſignificatus Rex & Princeps.* *Muri Babylonici mira ſtructura.* Iere. 51. 44.

Circa verſ. 44 Cyrillus Alexandrinus Comment. in cap. 23. Iſaiæ ſuper ea verba, *Et murus eius* (terræ Chaldæorum) *cecidit*, Murum, ait, opinor, vocat vel Chaldæorum præſidem & regem, vel ipſum murum, cui innixi Babylonij nihil aduerſi ſperabant ſe paſſuros, ſed hoſtium impetum fore irritum. Sic enim extructus erat, vt etiam ſi plauſtra alternatim ſuccederent, via in eo lata ac ſpacioſa conſpiceretur. Et hinc voce Ieremiæ dicit Vniuerſorum Dominus, ſpem hãc Babyloniorum labefaciens: *Murus Babylonis dilapſus eſt, ſuſ eſſus ſuſfodietur.*

Hieronym. b Zach. 10. 9. Ierem. 51. *Gentiles qui longè à Deo erant, per cõuerſionem, recordati eiuſdẽ ſunt Dei.*

Circa verſ. 50. Hieronymus Comment. in cap. 10 Zach. Quod dicitur, ait, [b] *De longè recordabuntur mei*, illi ſimile eſt. *Qui longè eſtis recordamini Domini, & Ieruſalẽ aſcendat ſuper cor veſtrum.* Longe fuit omnis gentium multitudo, ſed recordata eſt Dei: quia ex vno omnes parente generamur. Cúmque Apoſtolis in cunctis gentibus ſeminatis, gentes longè poſitæ, Dei fuerint recordatæ, viuent cum filiis ſuis: vt qui priùs infidelitate mortui erant, fide viuere incipiant.

91 Cyril. Alex. b Pſal. 94. 1. *In chorum ad Dei laudes proferendas quã ratione eundum.*

Cyrillus Alexandrinus homil. 1. Paſchal. ad initium Beatus Dauid nos ad præclaram ſocietatem conuocans Chriſto victoriale carmen occini iubet. [b] *Venite*, inquit, *exultemus Deo ſalutari noſtro.* Homines nimirum diuinæ legi ſeruandæ addictos ad ſalutarem inuitat chorum, atque in vnam prorſus ſententiam concordes ire iubet, ita vt non opinionum diſtracti, non diuiſi animis Chriſti profiteamur fidem: ſed idem ſentientes, idemque, vt ait Paulus, ſapientes, confeſſionem in ipſum ſtabilem firmamque teneamus. Ita namque diuino, & immaculato cætui nos, vt deinceps ad ſpiritalem Ieruſalem aſcendamus hortanti, atque vt feſtino curſu ad pietatem contendamus per Prophetam excitanti auſcultemus. *Seruati è terra ambulate, & non ſtetis: mementote qui procul eſtis, Domini, & Ieruſalem aſcendat in cor veſtrum.*

Iere. 51. 50.

Cyrillus. *Animus noſter inſtar fœcũda telluris, quaſi ſit naturam à Deo ſortitus.* *Obliuio cauſa malorum omnium.*

Idemque Cyrillus homil. 6. Paſchal. circa medium, Animus in nobis eſt, quo nihil habet omnis natura fœcundius, in quo inſunt omnium ſemina virtutum, quique occultis incrementis, telluris inſtar cupiditates ad honeſtiſſima quæque capeſſenda aſſiduè ſubmittit. Hanc namque is naturam à ſuo conditore eſt ſortitus. At circa ipſum inſtar inuolucri cuiuſdam diſcurrit tamquam ex innata radice pullulans obliuio, quæ quidem omnis impuritatis altrix & mater eſt. Hæc meliora deſideria nebulæ inſtar diffuſa inuoluit, ac depaſcitur, & poſtquam amorem optimarum rerum velut vmbris obduxit, memoriæ ſenſum in nobis pro ſpiritali terrenum efficit, ex quo omnis impuritatis copia ingens in hominum animis exuberat. Proinde & ij quibus id mali contigit, propheticâ voce admonentur. *Recordamini qui procul eſtis, Domini, & Ieruſalem aſcendat in cor veſtrum.* Oportuit ſiquidem velut aquam extinguendo igni, ita rerum bonarum memoriam inductis ab obliuione calamitatibus ſuperinfundi, & ex contrariis petere contractæ ægritudinis medicinam.

Memoria Dei, & diuinorum eſt ſicut aqua extinguens ignem.

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΠΩΣ ἑάλω.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐκπλήττονται οἱ ἅγιοι ἐπὶ τῇ πτώσει τῆς Βαβυλῶνος, καὶ ἐρημώσει. ||

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] ἐθαυμάστωσεν ὁ προφήτης τὴν Βαβυλῶνος ἀπώλειαν, τῆς ἐνδόξως ἀδομένης παρὰ πᾶσιν. οὐ γὰρ λέγει, ἐφ' ᾗ μεγάλα ἐφρόνουν. λέξει γὰρ, ὡς ἡ πᾶσα γῆ τοῖς τούτων ἐπεχάρη κακοῖς. τῶν δὲ πολεμίων τὸ πλῆθος ἐκάλεσε θάλασσαν. αὐτὴ δὲ γέγονεν ἄνυδρος, τὸ πλῆθος ὅλον αὐτῆς ἀπολέσασα. εἶτα τρέπει τὸν λόγον κατὰ τοῦ δαίμονος, δεχομένου τὰ παρὰ τῶν ὑποτεταγμένων ἐθνῶν Βαβυλῶνος ἀναθέματα, ἅμα μὲν πρὸς χάριν τοῦ βασιλέως, ἅμα δὲ τῷ νομίζειν αὐτὸν τῶν ἄλλων θεῶν ἰσχυρότερον τῇ δυνάμει.

(Ἀνέβη ἐπὶ Βαβυ)

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐπὶ μὲν τὴν αἰσθητὴν Βαβυλῶνα, τὸ πλῆθος τῶν πολεμίων. ἐπὶ δὲ τὴν νοητὴν, τὸ λουτρὸν τῆς παλιγγενεσίας, τὸ ἐξαφανίζον τὴν ἁμαρτίαν.

(Ἐγενήθησαν.)

Ὀλυμπιοδώρου.) τὰ τῆς βασιλείας πολιτεύματα.

Verſ. 41. QVomodo capta eſt.]

62 Olympiod.

Olympiodori.) *Stupent ſancti de ruina & deſolatione Babylonis.*

|| Incerti.) *Miram habet Propheta Babylonis euerſionem celeberrimæ apud omnes non enim dicit*, de qua gloriabantur: *ſiquidem addet quòd vniuerſa terra de malis eorum gauiſa fuerit, hoſtium verò multitudinem vocauit mare; ipſa autem ſicca facta eſt, amiſsis ſuis omnibus copiis. Deinceps ſermonem conuertit in dæmonem, à ſubiectis Babylonis gentibus accipientem donaria, tum vt Regi aſſentarentur, tum quia illum putabant omnibus aliis Diis potentiorem.*

Incertus. *Maris nomine ſignificata magna hoſtiũ multitudo.*

Verſ. 42. (*Aſcendit ſuper Babylonem mare.*)

Olympiodori.] *Super terrenam quidem Babylonem copia hoſtium; ſuper ſpiritalem verò Lauacrum regenerationis, quod exterminat peccatum.*

Olympiod. *Baptiſmi lauacrum exterminãs peccatũ ſignificatũ per mare aſcendens ſuper Babylonem.*

Verſ. 43. (*Factæ ſunt ciuitates eius, quaſi, &c.*)

Olympiodori.) *Inſtituta & adminiſtratio regni.*

Olympiod.

[Καὶ Ex

[Καὶ ἐν βαβυλῶν.]

Ὀλυμπιοδώρου.) αἰσθητῶς μὲν τὰ λάφυρα, ἃ πρώην νικῶσα τοὺς πολεμίους ἐλάμβανε. πρὸς δὲ διάνοιαν, ὅτι κατέπιεν ὁ θάνατος ἰσχύσας. καὶ πάλιν ἀφεῖλεν ὁ θεὸς πᾶν δάκρυον ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς.

[ἀνασωζόμενοι.]

Ὀλυμπιοδώρου.] οἱ τῶν γηίνων φησὶν ἀποστάντες, ἀεὶ προκόπτετε εἰς ἀρετὴν, καὶ μὴ ἵστασθε, ἀλλὰ τρέχετε, ἵνα καταλάβητε.

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] παραγγέλλει δὲ καὶ Βαβυλῶνος ἔξω γενέσθαι διὰ τὴν μέλλουσαν τῆς πόλεως ἅλωσιν, κατὰ τὸ, λαός μου ἀποκρύβηθι μικρὸν ὅσον ὅσον, ἕως οὗ παρέλθῃ ἡ ὀργὴ Κυρίου, καὶ αὐτὸς γὰρ ὁ φόβος ἱκανὸς εἰς ἀναίρεσιν, καὶ εἷς ἐστὶν ὅτε συνάντημα δικαίῳ τε, καὶ ἁμαρτωλῷ.

(Οἱ μακρόθεν.)

Ὀλυμπιοδώρου.] οἱ πάλαι τοῦ Θεοῦ μακρόθεν εἰδωλολάτραι.

[Καὶ Ἱερουσαλήμ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐν μὲν τῇ Ἱερουσαλὴμ ἔθυον Ἰουδαῖοι, κελεύει δὲ τὴν ὅρασιν τῆς εἰρήνης, τοῦτο γὰρ ἑρμηνεύεται Ἱερουσαλήμ. ἀναβαίνειν εἰς τὰς τῶν πιστῶν καρδίας, ἵνα εἰρηνεύωσι πρὸς θεὸν τὰ ἀρεστὰ αὐτῷ ποιοῦντες.

A Ex verf. 25. (*Et in Babylone cadēt interfecti.*)

Olympiodori.] *Ad fenfum quidem fpolia quæ antea debellatis hoftibus lucrabatur, myftice verò quia mors abforbuit præualens; & rurfus, abfterfit Deus omnem lachrymam à facie terra.* — Olympiod.

Verf. 50. (*Qui euaditis de terra.*)

Olympiodori.) *Qui terrena, inquit, reliquiftis femper in virtute proficite; nec fubfiftatis,* fed currite, vt compræhendatis. — 63 Olympiod. *Profectui fpirituali fẽper infiftendum.*

Incerti.] *Monet verò etiam de Babylone* B *egredi, ob futuram illius expugnationem, iuxta illud*, [a] popule meus abfconde te parum tantùm, donec pertranfeat furor Domini. *Nam & timor ipfe fufficit ad mortem*, & vnus quãdocúmque cafus, & iufto, & peccatori. — Incertus. — a Ifai.26.20.

Ex verf. 50. (*Qui de longe.*)

Olympiodori.] *Qui olim procul à Deo, Idolorum cultores.* — Olympiod.

Ex verf. 50. (*Et Ierufalem afcendat, &c.*)

Olympiodori.) *Hierofolymis quidem facrificabant Iudæi: iubet verò vifionem pacis, hoc* C *namque Ierufalem interpretatur, afcendere fuper fidelium cor. Vt pacem habeant ad Deum, quæ illi placita operantes.* — Olympiod. *Pacis vifio habenda in corde. Pax ad Deũ habetur per bona opera.*

Capitis 51. à verf. 51. vfque ad 59. Sectio Octaua.

TEXTVS VVLGATÆ.

51 CONfufi fumus, quoniam audiuimus opprobrium: operuit ignominia facies noftras: quia venerunt alieni fuper fanctificationem domus Domini. D

52 Propterea ecce dies veniunt, ait Dominus: & vifitabo fuper fculptilia eius, & in omni terra eius mugiet vulneratus.

53 Si afcenderit Babylon in cælum, & firmauerit in excelfo robur fuum: à me venient vaftatores eius, ait Dominus.

54 Vox clamoris de Babylone, & contritio magna de terra Chaldæorum.

55 Quoniam vaftauit Dominus Babylonem, E & perdidit ex ea vocem magnam: & fonabunt fluctus eorum quafi aquæ multæ: dedit fonitum vox eorum.

56 Quia venit fuper eam, id eft fuper Babylonem prædo, & apprænhenfi funt fortes eius, & emarcuit arcus eorum, quia fortis vltor Dominus reddens retribuet.

57 Et inebriabo principes eius, & fapientes eius, & duces eius, & magiftratus eius, & fortes eius: & dormient fomnum fempiternum, & non expergifcentur, ait Rex, Dominus exercituum nomen eius.

58 Hæc dicit Dominus exercituum: Murus Babylonis ille latiffimus fuffoffione fuffodietur, & portæ eius excelfæ igni comburentur, & labores populorum ad nihilum, & gentium in ignem erunt, & difperibunt.

TEXTVS SEPTVAGINTA.

51 *COnfufi fumus, quia audiuimus opprobrium noftrum: cooperuit ignominia faciem noftram: intrarunt alienigenæ in fancta noftra, in domum Domini.*

52 *Propter hoc ecce dies veniunt, dicit Dominus: & vlcifcar fuper fculptilia eius: & in omni terra eius cadent interfecti.*

53 *Quia fi afcenderit Babylon, tanquam cælum, & quia, fi munierit muros fortitudine; à me venient, qui exterminent eam, dicit Dominus.*

54 *Vox clamoris in* Babylone, *& contritio magna in terra Chaldæorum.*

55 *Quia exterminauit Dominus Babylonem, & difperdidit ex ea vocem fonantem, quafi aquas multas: dedit in perditionem vocem eius.*

56 *Quoniam venit fuper Babylonem calamitas, capti funt pugnatores eius, tremuit arcus eorum: quia Dominus retribuit eis. Dominus retribuit.*

57 *Et inebriabit ebrietate præfectos eius, & fapientes eius, & duces eius, dicit Rex. Dominus omnipotens nomen illi.*

58 *Hæc dicit Dominus: Murus Babylonis dilatatus eft: effodiendo effodietur: & portæ eius excelfæ comburentur: & non laborabunt populi in vacuum: & gentes in principio deficient.*

PARAPHRASIS CHALDAICA.

51 *COnfufi fumus quia audiuimus opprobria, operuit ignominia faciem noftram; quia ingreffi funt extranei, & polluerunt domum fanctuarij Domini.*

52 *Propterea ecce dies veniunt, dicit Dominus:* F *& vifitabo fuper fimulachra eius, & in vniuerfa terra eius proiicientur occifi.*

53 *Quia fi ædificauerit Babylon ædificia excelfa vfque ad cælum, & munierit quoque arces validas vfque in excelfum, à facie mea venient direptores contra eam, dicit Dominus.*

54 *Vox clamoris de Babylone, & contritio magna*

gna de terra Chaldæorum.

55 *Quoniam vaſtauit Dominus Babylonem, & perdidit exercitus multos ex ea; & congregabuntur ſuper eos exercitus populorum multorum, & tollent in tumultu vocem ſuam.*

56 *Quia venerunt ſuper ipſam Babylonem direptores, & capti ſunt fortes eius, confracti ſunt arcus eorum: quia Deus Dominus retributionum eſt Dominus; reddendo reddet eis retributionem eorum.*

57 *Et inebriabo principes eius, & ſapientes, & dominatores eius, & duces eius, & fortes eius; & morientur morte ſecundâ, & non viuent in ſæculo venturo; dixit Rex, Dominus exercituum nomen eius.*

58 *Hæc dicit Dominus exercituum: Muri Babylonis lati ſuffoſſione ſuffodientur, & portæ eius excelſæ igni comburentur: & laborabunt populi in vanum, & regna conſumet ignis, & deficient.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impreſſis.

64 Theodorit.

THEODORITUS. Deinde ex perſona illorum: *Erubuimus quia audiuimus opprobrium noſtrum. Ignominia cooperuit faciem noſtram. Ingreſſi ſunt alienigenæ in ſancta noſtra, in domum Domini.* Eumque in modum lugentibus illis, dixit Dominus. *Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & vlciſcar, de ſculptilibus eius: & in omni terra eius cadent vulnerati. Quia ſi aſcenderit Babylon, ſicut cælum: & ſi munierit ſublimitatem potentiæ ſuæ à me prodibunt, qui deuaſtent eam, dicit Dominus.* Maximis muris ac valde ſublimibus Deus illos nullum inde cõſecuturos ait, auxilium, ipſo contra eos ferente ſententiam. Annectit etiam ſententiæ diuinæ effectum & dicit: *Vox clamantis in Babylone, & contritio magna in terra Chaldæorum, quia vaſtauit Dominus Babylonem, & ſuſtulit ex ea vocem ſonantem, quaſi aquæ multæ.* Per hæc multitudinem incolarũ deſignauit: & quòd ei tela vel haſtæ nihil prodeérunt, Deo pœnas ab ea exigente. Præter ducum & imperatorum interitum, munus ingens illius effodietur: & portæ ſublimes fient pabulum ignis.

Munitio maximum, & loci ſublimitas nil cõtra Dei ſententiam proſunt.

65 Rabanus.

Rabanus Maurus. (*Propterea ecce dies veniunt,* &c.) Dies iſti retributionis ſunt, quando iudex cæleſtis, [a] *iudicabit Orbem terræ in iuſtitia, & populos in veritate.* Tunc viſitabuntur ſculptilia Babylonis, hoc eſt, ſimulachra errorum, quos hæretici in dogmatibus ſuis finxerunt, & omnis terrena conuerſatio eorum confundetur, vniuerſique errantes & in errorem mittentes cadent gladio vindictæ Domini. Et quomodo Babylon ſpiritalis fecit, vt caderent occiſi in populo Dei, ſic quoque illius habitatores cadent occiſi in vniuerſa terra. Vnde laudabunt ſuper Babylonem cæli & terra, & omnia quæ in eis ſunt, quia prędo vniuerſarum gentium deuaſtatus eſt.

a Pſal. 9. 9.

Iudicij in die quàm acriter punitur & hæreticorũ errores, & vitiorum confuſio.

(*Confuſi ſumus, quoniam,* &c.) Erubeſcere ſe dicunt propter opprobrium vicinarum gentium, quæ inſultabant illis quaſi captiuis, ſicut in Eſdræ [b] libro legitur, eò quòd deuulſi ſint de terra ſua, & ſedes eorum deſertæ, ſanctificatioque templi Domini deſtructa, quibus iterum Propheta reſpondet.

b 2. Eſdræ. 4. 1.

(*Propterea ecce dies veniunt,* &c.) Enumerat vniuerſas plagas, quæ ſuperuenturæ erant Babyloni, & vniuerſis optimatibus eius, ducibus & magiſtratibus, & vniuerſo populo, quòd diuerſis ſuppliciis interempti dormituri ſint ſomno mortis ſempiternæ, nec vltra inde expergecturi. Myſticè autem hæc omnia, ruinam perfidæ prænunciant ciuitatis; quam diabolus ab initio conſtruxit, & per quam contra ciuitatem Dei ſedulò pugnauit, quòd erutis de morte ſanctis, & electis Dei, impia ciuitas in æternum ſupplicium demergatur. De hac ciuitate & Ioannes in Apocalypſi ſufficienter diſputauit, dicens: [c] *Vidi Angelum deſcendentem de cælo, habentem poteſtatẽ magnam, & terra illuminata eſt à gloria eius, & exclamauit in forti voce, dicens: Cecidit, cecidit Babylon illa magna, & facta eſt habitatio dæmoniorum, & cuſtodia omnis ſpiritus immundi, & cuſtodia omnis volucris immundi, & odibilis, quia de ira fornicationis eius biberunt omnes gentes, & Reges terræ cum illa fornicati ſunt, & mercatores terræ de virtute delitiarum eius, diuites facti ſunt. Et audiui aliam vocem de cælo dicentem: exite de illa populus meus, vt nec participes ſitis delictorum eius, & de plagis eius non accipiatis, quoniam peruenerunt peccata eius vſque ad cælum, & recordatus eſt Dominus iniquitatum eius. Reddite illi ſicut ipſa reddidit, & duplicate duplicia ſecundũm opera eius: in poculo quo miſcuit miſcete illi duplum: Quantum glorificauit ſe, & in delitiis fuit, tantum date illi tormentum & luctum. Quia in corde ſuo dicit: Sedeo Regina, & vidua non ſum, & luctum non videbo, ideo in vna die venient plagæ eius, mors & luctus, & fames, comburetur, quia fortis eſt Deus qui iudicauit illam. Et flebunt & plangent ſe ſuper illam Reges terræ, qui cum illa fornicati ſunt & in delitiis vixerunt.* Et poſt aliquanta ſubiungit, dicens: *Exulta ſuper eam cælum, & ſancti Apoſtoli, & Prophetæ, quoniam iudicauit Deus iudicium veſtrum de illa.* Nulla eſt enim niſi diaboli ciuitas, quæ omnem animam capiat immundam, in qua omnis immundicia per Orbem commoratur. *Et mercatores terræ de virtute delitiarum eius, diuites facti ſunt.* Diuites peccatis dicit eos, qui pro abundantia temporali, infelici mercatu animas committant. Nam nimietas luxuriæ, pauperes potiùs facit quàm diuites, *Exite,* inquit, *de illa populus meus, & ne participes ſitis delictorum eius.* Sic & Iſaias: [d] *Exite de medio eorum, & immundum ne tetigeritis: Mundamini qui fertis vaſa Domini;* prænunciatâ ruinâ Babylonis, inducit diſceſſionem electorum. Quæ eſt Babylonis ruina? Cùm enim diſceſſerit Loth à Sodomis, funditùs tollentur. *Reddite,* ait, *illi, ſicut ipſa reddidit vobis.* De Eccleſia enim exeunt in mundum plagæ viſibiles, & inuiſibiles. *Et duplicate duplicia ſecundùm opera eius.* Itaque temporalibus fruebatur delitiis, tormentis crucietur æternis.

Mũdi huius, vt ciuitas eſt Babylonis ædificata à Sathana ruina deſcripta.

c Apoc. 18. 1.

Diuites peccatis dicuntur, qui ex delitiis pauperes ſiunt.

d Iſai. 52. 11.

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΚΑΤΕΚΑ'ΛΥΨΕΝ.] Ὀλυμπιοδώρ8.] πρὸς μὲν τὸ ῥητὸν, ὅτι εἰς τὸν θεῖον ναὸν εἰσῆλθον οἱ πολέμιοι. πρὸς δὲ

Ex verſ. 51. (*Operuit ignominia, &c.*) Olympiodori.) *Ad literam quod hoſtes in ſacrum templum ingreſſi ſunt, myſticè*

66 Olympiod.

διάνοιαν, ὅτι εἰς τὰ ἄδυτα τῆς ψυχῆς ἐσκήψαν οἱ ἀκάθαρτοι δαίμονες.

(Διὰ τοῦτο ἰδοὺ.)

Ἐξ ἀνεπιγράφου.) καὶ τοῖς γλυπτοῖς, καὶ τοῖς προσκυνοῦσιν αὐτὰ τὸν ὄλεθρον ἀπειλεῖ. ἡ δὲ φήμη πάθεσιν ἑτέρων, τὰ μέλλοντα γίνεσθαι τῇ Βαβυλῶνι παρέβαλεν: οἱ δὲ τὴν γῆν αὐτῆς οἰκοῦντες καταισχυνθήσονται, τῆς ἐπὶ τοῖς εἰδώλοις διημαρτηκότες ἐλπίδος. οἱ δὲ ἐν οὐρανῷ χαίρουσιν ἄγγελοι διελεγχομένης ἀπάτης, καὶ ἀσθενούντων δαιμόνων.

(Φωνὴ κραυγῆς.)

Ἐξ ἀνεπιγράφου.) τὸ δὲ μὴ εἶναι φωνὴν ἐν Βαβυλῶνι, τὴν ἐρημίαν δηλοῖ. ἢ μεγάλην φωνὴν, τὴν μεγάλα κομποῦσαν ἐξ ἀλαζονείας φησὶν, ἧς περ ἀντίρροπον ἕξει τὴν ἐξ ὀλέθρου φωνήν. ἐκ θεοῦ δὲ πέφυκεν, ἀλλ' οὐκ ἐκ τοῦ παρατυχόντος ἡ δίκη.

(Καὶ ἀπώλεσεν.)

Ὀλυμπιοδώρου.] πρὸς μὲν τὸ ῥητὸν, τῆς ἐκ τῶν ἀνθρώπων πολυθείας. πρὸς δὲ διάνοιαν, ὅτι ἀνέκραζον ἐκβακχευόμενοι ὑπὸ τῶν δαιμόνων.

(Τάδε λέγει κύριος.)

Ὀλυμπιοδώρου.] ὁ σατανᾶς, καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης τὰ τεμένη εἰδώλων ἱδρύσας.

|| ἐν μεγέθει.

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] τοῦ δὲ τῶν τειχῶν ὕψους || τὸ μὲν ὕψος ἦν βασιλικῶν πήχεων ἑκατόν. τὸ δὲ πλάτος, ὡς ἐπ' ἄκρων ἀμφοτέρων ἔχειν ἀντικειμένας οἰκήσεις τοῖς φύλαξι, καὶ τὸ μέσον αὐτῶν εἶναι τεθρίππῳ πλάτος εἰς ἔλασιν. ἀλλ' ὅμως ἀπόνως ἁλώσεται. ἐκ γὰρ πρώτης προσβολῆς ὅσα ταύτῃ συμμαχεῖ τῶν ἐθνῶν ἀσθενήσει. ἤγουν τὰ ὑπὸ ταύτης ἀρχόμενα, καὶ δηλαδὴ συμμαχοῦντα λέγοι δ' ἂν ἔθνη, καὶ τὰ πλήθη τῆς πόλεως.

(Καὶ αἱ πύλαι.)

Ὀλυμπιοδώρου.) αἱ ἀπάγουσαι εἰς τὴν ἀπώλειαν. τοῦτο δὲ τελείως γίνεται ἐν τῇ καθόλου συντελείᾳ.

(Οὐ κοπιάσουσι.)

Ὀλυμπιοδώρου.) τῷ Βαβυλωνίῳ, ἢ καὶ τῇ πλάνῃ δουλεύοντες.

Ὀλυμπιοδώρου.) οὐκ ἐκλείψουσι φησί. τὸ γὰρ, οὐ, κατὰ κοινοῦ κεῖται. ὑπὸ τῆς ἀρχῆς τῶν Βαβυλωνίων τυραννούμενοι, ἢ καὶ τοῦ σατανᾶ. ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ πάντες ζωοποιηθήσονται.

A *sticè quòd impuri dæmones in animæ penetralia irrepserint.*

Vers. 52. (*Propterea ecce dies veniunt.*)

Incertus. Incerti.) *Et sculptilibus, & venerantibus illa minatur perniciem. Fama verò, aliorum cladibus quæ Babyloni erant euentura tribuebat, qui verò terram illius incolunt confundentur spe, quam in Idolis fixerant, frustrati. At Angeli gaudent in cælo dum fraus detegitur, & Dæmones infirmantur.*

B Vers. 54. (*Vox clamoris in Babylone.*)

Incertus. Incerti.) *Non esse verò vocem in Babylone, desolationem significat. Vel vocem magnam appellat, quæ propter arrogantiam iactabunda est, cuius oppositam habebit vocem ad perdendum. A Deo verò lata est, non casu incidit pœna.*

67

Ex vers. 55. (*Et perdidit ex ea vocem sonantem.*)

Olympiod. Olympiodori.) *Ad literam multitudinis Deorum ex hominibus; spiritaliter verò, quâ voce tollebant debacchantes furore Dæmonum.*

Vers. 58. (*Hæc dicit Dominus.*)

Olympiod. Olympiodori.) *Satanas qui per totum terrarum Orbem fana Idolorum erexerat.*

Incertus. Murorũ Babylonis altitudo, & latitudo. Incerti.) *Porrò murorum magnitudinis. Altitudo quidem erat regiorum cubitorum centum; latitudo verò, vt ambabus extremitatibus oppositas haberet custodibus habitationes, mediúmque earum quadrigæ transeunti spatium esset; nullo tamen labore capietur, primò enim congressu omnes eius copiæ auxiliares infirmabuntur; hoc est subditæ illi, & militantes videlicet per illa potest etiam dicere gentes, & frequentissimum ciuitatis populum.*

D Ex vers. 58. (*Et portæ eius excelsæ cõburentur.*)

Olympiod. Olympiod.) *Quæ in perniciem ducunt, hoc verò perfectè fit in vniuersali consummatione.*

(*Et non laborabunt populi in vacuum.*)

Olympiod. Olympiodori.) *Babylonio, vel etiam errori seruientes.*

Olympiod. Olympiodori.] *Non deficiet ait, vox enim,* non, *communis vtrique est; sub Babyloniorum tyrannide, vel ipsius Satanæ constituti. Namque omnes in Christo Iesu viuificabuntur.*

Capitis 51. à vers. 59. vsque ad Finem. Sectio Nona.

TEXTVS VVLGATÆ.

59 Verbum quod præcepit Ieremias Propheta Saraiæ filio Neriæ, filij Maasiæ cùm pergeret cum Sedecia Rege in Babylonem, in anno quarto regni eius: Saraias autem erat princeps prophetiæ.

60 Et scripsit Ieremias omne malum, quod venturum erat super Babylonem in libro vno: omnia verba hæc, quæ scripta sunt contra Babylonem.

61 Et dixit Ieremias ad Saraiam: Cùm veneris in Babylonem, & videris & legeris omnia verba hæc.

62 Dices: Domine tu locutus es contra lo-

TEXTVS SEPTVAGINTA.

E 59 *Verbum, quod mandauit Dominus Ieremiæ Prophetæ, vt diceret Saraæ filio Neriæ filij Maasiæ; quando ibat à Sedecia Rege Iuda in Babylonem in anno quarto regni eius: & Saraas princeps donorum.*

60 *Et scripsit Ieremias omnia mala, quæ venient super Babylonem, in libro omnia verba hæc scripta super Babylonem.*

61 *Et dixit Ieremias ad Saraam: Cùm veneris in Babylonem, & videris, & legeris omnia verba hæc.*

62 *Et dices: Domine, tu loquutus es super locum istum ad disperdendum eum, & vt non sint in eo habitan*

cum iſtum, vt diſperderes eum: ne ſit qui in eo habitet ab homine vſque ad pecus, & vt ſit perpetua ſolitudo.

63 Cúmque compleueris legere librum iſtũ, ligabis ad eum lapidem, & proiicies illum in medium Euphratem.

64 Et dices: Sic ſubmergetur Babylon, & non conſurget à facie afflictionis, quam ego adduco ſuper eam, & diſſoluetur. Hucuſque verba Ieremiæ.

A *bitantes ab homine vſque ad pecus: quia ſolitudo in ſæculum erit.*

63 Et erit, cùm ceſſaueris legere librum hunc, & ligabis lapidem ad eum, & proiicies eum in medio Euphratis.

64 Et dices: Sic demergetur Babylon, & non reſurget à facie malorum, quæ ego induco ſuper eam.

PARAPHRASIS CHALDAICA.

59 VErbum quod præcepit Ieremias Propheta Saraiæ filio Neriæ filij Maaſiæ, quando pergebat in legatione Sedechiæ Regis tribus domus Iuda, in Babylonem, in anno quarto regni eius. Saraias autem erat princeps munerum.

60 Et ſcripſit Ieremias omne malum quod venturum erat ſuper Babylonem, in libro vno; omnia verba hæc quæ ſcripta ſunt contra Babylonem.

61 Et dixit Ieremias ad Saraiam; cùm veneris in Babylonem, & videbis, & leges omnia verba hæc.

62 Et dices: Domine tu decreuiſti contra locum iſtum, vt diſperderes eum, ne ſit in eo habitator ab homine vſque ad iumentum: vt perpetua ſit vaſtitas.

63 Et erit cùm conſummaueris legere librum iſtum, ligabis in eo lapidem, & proiicies eum in medium Euphratis.

64 Et dices: Sic mergetur Babylon, & non conſurget, propter malum quod ego adducam ſuper eam, & deficient. Hucuſque prophetia ſermonum Ieremiæ.

Catena ex Veterum Patrum operibus impreſſis.

68 Theodorit. THEODORITVS. Oſtendit ſe prophetiam hanc iuſſu diuino ſcripſiſſe, anno regni Sedeciæ quarto: librúmque tradidiſſe Saraiæ, qui Babylonem à Sedecia miſſus eſt: cui denuntiauit, vt librum iſtum legeret in Babylone, & diceret, *Domine, tu locutus es contra locum iſtum, vt depopularêris eũ, & vt non eſſet habitator in eo ab homine vſque ad pecus, quia vaſtitas in ſempiternum erit.* Iſta verò, inquit, cùm precatus fueris, & librum alligaueris lapidi, proiice in Euphratem: *& dices, ſic ſubmergetur Babylon: & non reſurget à facie malorum, quæ ego induco ſuper eam.* Hoc autem Dominus fieri præcipit in conſolationem captiuorum: vt cũ illius captiuitatem, ſuámque liberationem intellexerint, pro conſolatione, ſpem bonorum concipiant. Hic prophetia finem accepit.

Ieremiæ vaticinia finiũtur capite 51.

69 Rabanus. Rabanus Maurus. (*Verbum quod præcepit Ieremias.*) Non enim ſecundùm hiſtoriam Babylon in Euphratem ſubmerſa eſt, licet poſt ſubmerſionem in ſolitudinem redacta ſit: ſed Propheta ſpiritalis Babylonis interitum æternum prædicit futurum, quæ in profundum inferni ſimul cum principe ſuo diabolo in die iudicij demergenda erit. Hoc enim & Prophetæ in veteri teſtamento præconati ſunt, quod & noui teſtamenti prædicatores firma & veraci narratione declarant. Vnde Ioannes in Apocalypſi ſua narrat, dicens: [a] *Et ſuſtulit vnus Angelus fortis lapidem quaſi molarem magnum, & miſit in mare, dicens: Hoc impetu mittetur Babylon ciuitas illa magna, & vltra non inuenietur, & vox citharædorum & muſicorum, & tibiâ canentium, & tuba non audietur in te amplius, & lux lucernæ non lucebit tibi ampliùs, & vox ſponſi & ſponſæ non audietur poſthac in te, quia mercatores tui erant principes terræ, quia in veneficiis tuis errauerũt omnes gentes, & in ea ſanguis Prophetarum & Sanctorum inuentus eſt, & omnium qui interfecti ſunt in terra.* Ciuitas ergo ſæculi, pro peccatorum pondere & errore inſtabili molæ comparatur; [b] *In circuitu enim impij ambulant*, quæ iure fluctibus vltionis abſorbetur, quia ciues Ieruſalem fluctibus oppreſſit infidelitatis, cùm [c] ſuper flumina Babylonis ſedentes cæleſtis Sion abſentiam flerent. Ait enim Dominus, authores ſcandali pœnâ plectendos: & Eccleſia quidem lapidi ſimilatur, ſed ſtabili, & firmo, quæ tempeſtatum ſpernat incurſus. Poteſt mola etiam pro contritione pœnarum intelligi. Nam & beatus Ignatius fertur dixiſſe paſſurus: *Frumentum Dei ſum, beſtiarum dentibus molar, vt panis mundus efficiar. Vox*, inquit, *citharædorum & muſicorum, & tibiâ canentium, & tuba non audietur in ea ampliùs.* De illis quinque ſenſibus ſonum diſtulerat, quem nunc inter alia de mundo dicit auferri: ac ſi diceret, quod viſu pulchrum, auditu canorum, tactu planum, odoratu ſuaue, guſtu delectabile, de ſæculo tranſlatum eſt. Omnia quoque quæ ad vſum, vel iucunditatem humanæ vitæ pertinent, tolluntur ab impiis. Et adiecit cauſam, dicens: *Quoniam mercatores tui erant principes terræ*, id eſt, quoniam in vita tua percepiſti bona, & in ea ſanguis Prophetarum & Sanctorum interfectus eſt, & omnium qui interfecti ſunt in terra. Nunquid eadem ciuitas occidit Apoſtolos, quæ & Prophetas, & omnes Sanctos? Sed hæc eſt ciuitas quam [d] Cain fratris ſui ſanguine fũdauit, & vocauit nomine filij ſui Enoch, id eſt, totius poſteritatis ſuæ. Nam ſeptem generationes deſcriptæ ſunt Cain. In eius ciuitatis ædificium fundirur omnis ſanguis iuſtus à ſanguine Abel iuſti vſque ad ſanguinem Zachariæ, id eſt, populi & Sacerdotis.

Mundus, vt Babylon eſt vnà cùm Sathana principe ſuo, demergetur in infernum.

Mundus iſte ob peccatorũ pondus, & inſtabilitatem comparatus molæ.

a Apoc. 18. 21.
b Pſal. 11. 9.
c Pſa. 136. 1.
d Gen. 4. 17.

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Ὁ λόγος ὃν ἐνετείλ.] Ἐξ αὐτογράφου.] Τοὺς θείους τούτους χρησμοὺς ὁ προφήτης τοῖς ἐν αἰχμαλωσίᾳ γνωρίσαι βουλόμενος, χρῆται διακόνῳ Σαραίᾳ, πρεσβεύοντι παρὰ Σεδεκίου πρὸς τὸν Βαβυλώνιον. τούτοις

F Verſ. 59. V*Erbum quod præcepit Dominus.*) Incerti.] *Sacra hæc oracula volens Propheta nota facere iis qui in captiuitatem ducti erant, miniſterio Sareæ vtitur miſſi ad Babylonium à Sedecia. Quibus Aquila ſubiunxit;*

70 Incertus.

Ἀκύλας ἐπλώεγκεν. καὶ ἐσιώθμησαν ἕως ἐνταῦθα οἱ λόγοι Ἱερεμίου. δῆλον, ὡς οἱ κατὰ Βαβυλῶνος ῥηθέντες· ἐπεὶ καὶ μετὰ ταῦτα θεσπίζει. τετάρτῳ γὰρ ἔτει τῆς Σεδεκίου βασιλείας τοῖς ἐν αἰχμαλωσίᾳ τὴν προφητείαν ἀπέστειλεν. ἐπέμεινε δὲ καὶ ἕως τῆς πολιορκίας, καὶ μετὰ ταύτην ἔτι προφητεύων τοῖς ἀπομείνασιν.

A xit; Et hic terminus sermonum Ieremiæ; eorum nempe qui in Babylonem enunciati sunt. Nam & post hos adhuc vaticinatur. Quarto etenim anno regni Sedeciæ captiuis Prophetiam misit; mansit quoque vsque ad obsidionem, & postea etiam iis qui remanserant prophetans.

Hoc ait, quia in versione Sept. istud nõ est caput 51. sed 28.

(Εἰπὼν τῷ Σαρ.)

Ex vers. 59. (Vt diceret Sareæ.)

Ὀλυμπιοδώρου.) ἔπεμψεν ὁ Σεδεκίας τὸν Σαραίαν πρεσβευτὴν, δῶρα κομίζοντα τῷ Ναβουχοδονόσορ. οὗτος λέγεται εἶναι ὁ Βαρούχ.

Olympiodori.] Misit Sedecias Saream legatum, munera Nabuchodonosori deferentem. Hic dicitur esse Baruch.

Olympiod. Baruch idem quod Sarea, per quem Sedecias misit in Babylonem munera Regi Nabuchodonosor.

[Καὶ εἶπεν Ἱερε.]

Vers. 61. (Et dixit Ieremias ad Saream.)

B

Ὀλυμπιοδώρου.] οὗτος λέγεται εἶναι ὁ Βαρούχ, κατὰ χάριν μετωνομασμένος.

Olympiodori.) Hic dicitur esse Baruch, cui secundùm gratiam nomen mutatum est.

Olympiod. Baruch Propheta mutatum nomen.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΝΑ.

CAPVT LI.

C Καὶ δώσω σε εἰς ὄρος ἐμπεπυρισμένον.] τουτέστιν, ὡς κόνιν, ἵνα εἴπῃ. ἰσχυρόν σε ὄντα εἰς οὐδὲν ἐργάσομαι. ἔλαβε δὲ αὐτὸ ἐκ μεταφορᾶς τῶν καιομένων λίθων εἰς ἄσβεστον.

Cap. 51. Chrysost. Vers. 25.

Vers. 25. Et dabo te sicut montem combustũ. Sicut puluerẽ videlicet: quasi diceret. Te robustum in nihilum redigam. Sũpsit porrò metaphorã ex lapidibus, qui comburuntur, vt conuertantur in calcem.

Παραγγείλατε ἐπ' αὐτὴν βασιλείαις Ἀραράθ, παρ' ἐμοῦ.] καρδαουίνους εἶναι φασὶ, καὶ τοὺς Ἀχαναζαίοις.] τοὺς ἀπὸ πόντου λέγει. διώκων εἰς ἀπάντησιν διώκοντος διώξεται.] τουτέστι, φεύγων ἀπαντήσει πολεμίῳ, κἀκεῖνος διώξεται, ὥστε αὐτὸν ἁλῶναι.

Vers. 27. Annunciate contra illã regnis Arrath à me. Carduinos esse dicunt, & Achanazæis, eos qui è Ponto sunt, dicit.

Vers. 31. Persequens in occursum persequentis, persequetur, hoc est, fugiẽs occurret hosti, & ille persequetur, ita vt capi eũ necesse sit.

* Καὶ ἔσται Βαβυλὼν εἰς ἀφανισμὸν, καὶ εἰς κατοικίαν δρακόντων, καὶ εἰς θῖνας. κατὰ μὲν τὸν ἑλληνικὸν μηνύει ὅτι εἰς ἐρημίαν ἔσται ἀκανθώδη. θῖνας γὰρ λέγει τὰς θάμνους. ὁ δὲ ἑβραῖος εἰς κοιλότητας ἡρμήνευσε. θωὸν γάρ ἐστιν ἡ κοιλότης, ὅπερ θῖνας ἡρμήνευσεν ὁ ἑλληνικός.

D * Vers. 37. Et erit Babylon in solitu dinem, & in habitationem draconum, & in cumulos. Iuxta textum Græcum, illam in solitudinẽ spinosam futurã indicat; cumulos enim vocat frutices. At Hebræus in concauitates habet. Thoon enim cauitas est, quod cumulos Græcus legit.

Chrysost. Vers. 37.

Ἐπὶ τὸ αὐτὸ, ὡς λέοντες ἐρεύγονται οἱ νεανίσκοι αὐτῶν.] τινὲς μὲν ἐπὶ τῶν πληττομένων αὐτὸ ἔλαβον τῶν Βαβυλωνίων, ὡσανεὶ ἀναβοώντων ἀπὸ τῆς πληγῆς ἐξάκουστον, καθάπερ λέων βρύχων. ἄμεινον δὲ ἐπὶ τῶν Μήδων αὐτὸ λαβεῖν, ὡς φοβερῶν αὐτῶν ὄντων, τῷ δὲ λέοντος παραδείγματι εἴωθε χρῆσθαι ἡ θεία γραφή.

Vers. 38. Simul vt Leones rugiẽt iuuenes eorum. Quidam hoc de Babyloniis percussis accipiunt, qui plagis clament, ita vt intelligi possit, sicut Leo rugiens. Verùm melius est, hoc de Medis accipere, cùm horribiles sint, & Scriptura sacra, cùm de illis loquitur, Leonis exemplo vti consueuerit.

E * Πῶς ἑάλω Σισάχ;] ὄνομα βασιλέως εἶναι φασὶ τὸ Σισάχ, μηνύειν δὲ τοὺς Αἰθίοπας. ἑρμηνεύεται δὲ ἀπὸ τοῦ Χοῦς, ἀφ' οὗ Αἰθίοπες γεγόνασιν, ὡς οὖν τούτων συμμαχούντων τοῖς Βαβυλωνίοις ἐν τῷ πρὸς τοὺς Μήδους πολέμῳ, καὶ ἡττωμένων φασὶ τὸν προφήτην αὐτῶν μνημονεῦσαι.

* Vers. 41. Quomodo captus est Sisoch? Nomẽ Regis esse Sisoch asserunt, & Æthiopes significare, ducique à Chus, à quo Æthiopes ducunt originem: asserunt item ideo eorum Prophetam meminisse, quia Babylonio opem tulêre in bello, quod contra Medos gesserat.

Chrysost. Vers. 41.

Καὶ ἐκδικήσω ἐπὶ τὸν Βὴλ ἐν Βαβυλῶνι, καὶ ἐξοίσω ἃ κατέπιεν ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ, καὶ οὐ μὴ συναχθήσονται ἔτι πρὸς αὐτὸν τὰ ἔθνη.] κατὰ μὲν τὴν πρὸς τὰ ἀκόλουθα, ἐπὶ τῶν Βαβυλωνίων τοῦτ' ἐστὶν ἐκλαβεῖν, ὅτι μετὰ τῶν εἰδώλων, καὶ πᾶσαν τὴν δυναστείαν αὐτῶν καθελῶ. κατὰ δὲ τὸ ῥητὸν ὡς ἐπὶ τῶν εἰδώλων. τινὲς δὲ οὕτως ἐνόησαν τὸ, ἐξοίσω ἃ κατέπιε. τουτέστιν, ἐξαρῶ τὸ μαντεῖον τοῦ Βὴλ, ὥστε αὐτὸν τοῖς πᾶσιν εἶναι καταφρόνητον. παραβολὴ ἐπὶ παραβολήν.] τουτέστι, διήγημα ἐπὶ διήγημα. ἵνα εἴπῃ,

Vers. 44. Et vlciscar super Bel in Babylone, & extraham quæ absorbuit ex ore eius, & nõ congregabuntur vltra ad eum gentes. Si hæc cum superioribus construenda sint, de Babyloniis possumus intelligere; quod cum Idolis nempe, & omne robur eorum disperdam. Si literam consideremus, vti de Idolis hæc dicta sunt. Quidam autem illud, extraham quæ absorbuit, sic exposuerunt; auferam oraculum Bel, vt apud omnes nullius sit æstimationis.

F

Vers. 46. Parabola super parabolam. Narratio scilicet super narrationem, vt diceret;

Crebræ

ἀλλεπάλληλα ἔσται τὰ κακὰ τῇ Βαβυλῶνι.

* Ὁ λόγος ὃν ἐνετείλατο κύριος Ἱερεμίᾳ τῷ προφήτῃ εἰπεῖν τῷ Σαρέᾳ υἱῷ Νηρίου, ὅτε ἐπορεύετο παρὰ Σεδεκίου βασιλέως Ἰούδα εἰς Βαβυλῶνα, ἐν τῷ ἔτει τῷ τετάρτῳ τῆς βασιλείας, καὶ Σαρέας ἄρχων δώρων.] τουτέστιν, ὁ πρῶτος τῶν ἀποκομιζόντων τὰ δῶρα ἦν ὁ Σαρέας. λέγει δὲ τὰ δῶρα τὰ παρὰ Σεδεκίου ἀποστελλόμενα, τῷ Ναβουχοδονόσορ, ἔνθα προστάττει αὐτῷ λαβεῖν τὸ βιβλίον, καὶ δῆσαι λίθον ἐπ' αὐτό, καὶ ῥίψαι εἰς τὸ μέσον τοῦ Εὐφράτου, μήνυμα τῆς ἀπωλείας τῆς Βαβυλῶνος. ἵνα γὰρ μὴ νομισθῇ κατὰ χάριν ὑπὲρ τοῦ Βαρβάρου λέγειν ἅπαντα, ἔτι ἀνθοῦντος τοῦ Ναβουχοδονόσορ τὴν κατὰ τῆς Βαβυλῶνος προφητείαν ἐποίησατο, διὰ πάντων πιστούμενος τὸν Ἰσραήλ, ὡς οὐ κολακείᾳ τῶν πολεμίων προφητεύων λέγει τὰ καλὰ τῆς πόλεως, ἀλλ' ἐπὶ σωφρονισμῷ τῶν ὄντων. τοῦτο τέλος τοῦ βιβλίου τοῦ προφήτου ἐπεσημήνατο, ὁ συνθεὶς τὰ τοῦ προφήτου ῥήματα, τὰ δὲ μετὰ ταῦτα φασὶ ἐκ τῶν Βασιλειῶν μετενηνέχθαι, οὐδεμίαν ἀκολουθίαν ἔχοντα πρὸς τὴν τοῦ Ἱερεμίου προφητείαν.

A Crebræ erunt calamitates Babylonis.

* Verſ. 59. *Verbum quod mandauit Dominus Ieremiæ Prophetæ vt diceret Sareæ filio Neriæ, quãdo ibat à Sedecia Rege Iuda in Babylonem, in anno quarto regni, & Saræas princeps Donorũ*; hoc eſt, primus inter eos qui dona ferebant, erat Saræas: & enumerat dona à Sedecia vti ſubdito Nabuchodonoſori miſſa; vbi præcipit illi, vt librum accipiat, & liget lapidem ad eum, & proiiciat in mediũ Euphratis, ſignum excidij Babylonici. B Ne enim omnia in Barbari gratiam proferre videretur, adhuc Nabuchodonoſore vigente, vaticinium in Babylonem confecit, his omnibus conteſtans Iſraeli, non ad hoſtium aſſentationem hæc dicere; ſed vt ciuitas reſipiſceret. Hoc finem eſſe libri Prophetici ſignauit, qui verba Prophetæ concinnauit; quæ verò ſequuntur dicunt exſcripta eſſe ex libris Regum, cùm minimè ad hanc prophetiam videantur facere.

Caput 52. à verſ. 1. vſque ad 12. Sectio Prima.

TEXTVS VVLGATÆ.

1 Filius viginti & vnius anni erat Sedecias cùm regnare cæpiſſet: & vndecim annis regnauit in Ieruſalem, & nomen matris eius Amital, filia Ieremiæ de Lobna. C

2 Et fecit malum in oculis Domini, iuxta omnia quæ fecerat Ioakim.

3 Quoniam furor Domini erat in Ieruſalem & in Iuda vſquequò proiiceret eos à facie ſua, & receſſit Sedecias à Rege Babylonis.

4 Factum eſt autem in anno nono regni eius, in menſe decimo, decimâ menſis: Venit Nabuchodonoſor Rex Babylonis, & ipſe, & omnis exercitus eius aduersùs Ieruſalem, & obſederunt eam, & ædificauerunt contra eam munitiones in circuitu. D

5 Et fuit ciuitas obſeſſa vſque ad vndecimum annum Regis Sedeciæ.

6 Menſe autem quarto, nonâ menſis obtinuit fames ciuitatem: & non erant alimenta populo terræ.

7 Et dirupta eſt ciuitas, & omnes viri bellatores eius fugerunt, exieruntque de ciuitate nocte per viam portæ, quæ eſt inter duos muros, & ducit ad hortum Regis (Chaldæis obſidentibus vrbem in gyro,) & abierunt per viam, quæ ducit in eremum. E

8 Perſecutus eſt autem Chaldæorum exercitus Regem: & appræhenderunt Sedeciam in deſerto, quod eſt iuxta Iericho: & omnis comitatus eius diffugit ab eo.

9 Cúmque comprælendiſſent Regem, adduxerunt eum ad Regem Babylonis in Reblatha, quæ eſt in terra Emath: & locutus eſt ad eum iudicia.

10 Et iugulauit Rex Babylonis filios Sedeciæ in oculis eius: ſed & omnes principes Iuda occidit in Reblatã.

11 Et oculos Sedeciæ eruit, & vinxit eum compedibus, & adduxit eum Rex Babylonis in Babylonem, & poſuit eum in domo carceris vſque ad diem mortis eius.

TEXTVS SEPTVAGINTA.

1 *Cvm viginti vnius annorum eſſet Sedecias in regnando ipſum, & vndecim annis regnauit in Ieruſalem: & nomen matri eius Amitaal filia Ieremiæ de Lobena.*

4 *Et factum eſt anno nono regni ipſius, in menſe nono, decimâ menſis, venit Nabuchodonoſor Rex Babylonis, & omnis virtus eius ſuper Ieruſalem: & circumuallarunt eam, & circumædificarunt eam quadratis lapidibus in circuitu.*

5 *Et venit ciuitas in obſidionem vſque ad annum vndecimum Regis Sedeciæ.*

6 *In nona menſis: & inualuit fames in ciuitate, & non erant panes populo terræ.*

7 *Et dirupta eſt ciuitas: & omnes viri bellatores exierunt nocte per viam portæ inter murum, & antemurale, quod erat ad hortum Regis: (& Chaldæi ſuper ciuitatem in circuitu,) iuerunt viam, quæ ad Araba.*

8 *Et perſequuta eſt virtus Chaldæorum poſt Regem: & apprahenderunt eum trans Hiericho: & omnes pueri eius diſperſi ſunt ab eo.*

9 *Et ceperunt Regem, & duxerunt eum ad Regem Babylonis in Deblatha. Et locutus eſt ei cum iudicio.*

10 *Et iugulauit Rex Babylonis filios Sedeciæ ante oculos eius: & omnes principes Iuda iugulauit in Deblatha.*

11 *Et oculos Sedeciæ excæcauit, & ligauit eum in compedibus. Et duxit eum Rex.*

PARAPHRASIS CHALDAICA. F

1 *Filius viginti & vnius anni erat Sedechias quãdo regnauit, & vndecim annis regnauit in Ieruſalem: & nomen matris eius Hamutal filia Ieremiæ de Lobna.*

2 *Et fecit quod malum eſt coram Domino, iuxta omnia*

omnia quæ fecerat Ioachim.

3 *Quia pro eo quòd irritassent Dominum, fuit ira Domini in Ierusalem & Iuda, donec transmigrare fecit eos de terra domus maiestatis suæ. Et rebellauit Sedechias in Regem Babylonis.*

4 *Et factum est anno nono regni eius, mense decimo, decimâ die mensis, venit Nabuchodonosor Rex Babylonis, ipse & omnis exercitus eius contra Ierusalem, & castrametati sunt contra eam, & ædificauerunt aduersùs eam machinas per circuitum.*

5 *Venitque ciuitas in obsidionem vsque ad vndecimum annum Regis Sedeciæ.*

6 *Mense quarto, nonâ die mensis, preualuit fames in ciuitate, adeò vt non essent alimenta populo terræ.*

7 *Et dirupta est ciuitas, & omnes viri bellatores fugerunt, & egressi sunt de ciuitate nocte per viã portæ inter muros qui erant iuxta hortum Regis. (Chaldæi autem castrametati erant per circuitum ciuitatis,) & abierunt per viam campestrem.*

8 *Et persecuti sunt exercitus Chaldæorum post Regem, & appræhenderunt Sedeciam in campestribus Iericho: & omnis exercitus eius dispersus est ab eo.*

9 *Et comprahenderunt Regem, & adduxerunt eum ad Regem Babylonis in Riblath in terram Hemath, & locutus est cum eo verba iudiciorum.*

10 *Et iugulauit Rex Babylonis filios Sedechiæ in oculis eius, & etiam omnes principes Iuda iugulauit in Riblath.*

11 *Oculos autem Sedechiæ excæcauit, & vinxit eum catenis æreis, & duxit eum Rex Babylonis in Babylonem, & posuit eum in domo vinctorum vsque in diem mortis eius.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impressis.

1 Theodorit.

THEODORITVS. Quæ sequuntur historico potiùs more (Ieremias prosequitur & docet,) quo pacto Sedecias regnauit, perseuerauit iniquè agere: Quo etiam modo, anno nono regni eius, exercitum adduxit Nabuchodonosor, qui in obsidenda Ierusalem perdurauit vsque ad annum vndecimum, altero extrinsecus ex ingenti lapide muro extructo: vtque fames eos qui intus erãt cruciauit acerbiùs, quàm hostes ipsi. Recitat autem quemadmodum post casum murorum potentiores noctu cum Rege aufugerunt: quos persecuti Chaldæi compræhenderunt, & abduxerũt in Reblatha, & Regi Nabuchodonosor exhibuerunt. Ille verò redarguens Sedeciam, quòd iusiurandum violasset, primùm quidem filios eius interfecit, deinde principes, & post acerbum illud spectaculum, cùm Regis oculos effodisset, & ei compedes imposuisset, deduxit in Babylone, & pistrino tradidit.

Ob iuramentum violatũ Sedechias à Nabuchodonosor & redargutus, & punitus est.

2 *Sedechias à Rege Nabuchodonosor obcæcatus pistrino traditus.*

Rabanus.

Rabanus Maurus. *(Factum est in anno nono, &c.)* Nouenarius numerus qui minùs habet denario, imperfectionem legis significat, sicut vndenarius transgressionem. Et rectè dictum est, quòd Nabuchodonosor in nono anno Sedechiæ obsederit ciuitatem, mense decimo, & decimâ die mensis, quia cùm mali pastores decalogi mandata, quæ scientiam tenent, opera & doctrina perficere negligunt, necesse est, vt plebem sibi commissam antiquus hostis cum suo exercitu obsidione circundet, & munitione vitiorum atque erroris constructa claudat, vallando ciuitatem, sicque fames in ciuitate præualeat, fames vtique verbi Dei, cùm non expenditur libe-

Prælatorũ ex negligentia circa decem præceptorum Dei impletio-nẽ, atque doctrinã, quanta mala eueniant plebi.

A re panis doctrinæ populo terræ. *Et interrupta est ciuitas, omnésque viri bellatores nocte fugerunt.* Interrupta quidem per tentationes varias malignorum spirituum custodia populorum. Hi qui debuerant armis ciuitatem defendere nocte ignorantiæ, & tenebris peccatorum vallati fugiunt: quia secundùm veritatis vocem, [a] *mercenarius, & qui non est Pastor vidit lupum venientem, & dimittit oues, & fugit, & lupus rapit & dispergit oues.* Et Apostolus, inquit, [b] *Qui dormiunt, nocte dormiunt, qui ebrij sunt, nocte ebrij sunt.* Quod autem sequitur, quod per viam portæ, quæ est inter duos mu- B ros, & ducit ad hortum regis, fugerunt: latenter arguit inertiam doctorum, qui inter duplicem murum duorum testamentorum constituti, non bellum gerere, sed effugere quærunt, & delitiis magis diffluere, quod hortus significat, quàm scuto fidei hostibus obsistere.

Prælati praui fugiunt quando tueri populum deberent.

a Ioan. 10. 12.

b 1. Thess. 5. 7.

(Persecutus est autem exercitus Chaldæorum.) De hoc in libro Regum ita legitur: *Fugit itaque Sedechias per viam quæ ducit ad campestria solitudinis, & persecutus est exercitus Chaldæorum Regem, comprahenditque eum in planitie Hiericho, & omnes bellatores qui erant cum eo dispersi sunt, & reliquerunt eum,* C & reliqua. Malignis spiritibus populum circundantibus rector non fugit ad montes. De quibus scriptum est: [c] *Montes in circuitu eius, & Dominus in circuitu populi sui,* sed ad campestria solitudinis, hoc est, ad dilatationem luxuriæ. Vnde scriptum est: [d] *Angusta & arcta via est quæ ducit ad vitam,* lata & spaciosa quæ ducit ad mortem. Comprahenditque eum in planitie Hiericho, & omnes bellatores qui erant cum eo dispersi sunt, & reliquerunt eum. Rectè ergo cùm virtutes hominem deserunt quæ eum defendere debuerant, in deserto capitur, siue in planitie Hiericho, hoc D est, in lasciuia, siue in defectu carnalis conuersationis. Hiericho enim interpretatur Luna, & significat defectum carnis. Vnde [e] *ille homo qui de Ierusalem descendebat in Hiericho in Latrones incidisse* legitur. *Apprahensum ergo Regem adduxerunt ad Regem Babylonis in Reblatha, qui locutus est cum eo iudicium,* hoc est, iustum in eo exercuit iudicium, *filios autem Sedechiæ occidit coram eo, & oculos eius effodit, vinxitque eum catenis, & adduxit in Babylonem.*

3 *Prælati praui insurgentibus malignis spiritibus in populũ fugiunt in campestria luxuriæ, viaque lata.*

c Psal. 124. 2.

d Mat. 7. 14.

e Luc. 10. 30.

Circa vers. 10. & 11. Gregorius Papa lib. 7. Moral. cap. 16. Quia sæpe & recta operatio exte- E riùs perditur, & tamen adhuc rationis lumen in corde retinetur, Propheta Ieremias insinuat, qui dum Sedechiæ captiuitatem narrat, ordinem captiuitaris internæ denunciat, dicens: *Occidit Rex Babylonis filios Sedechiæ in Reblatha, in oculis eius, & omnes nobiles Iuda occidit Rex Babylonis, oculos quoque Sedechiæ eruit.* Rex Babylonis est antiquus hostis, possessor intimæ confusionis, qui priùs filios ante inuentis oculos trucidat, quia sæpe sic bona opera interficit, vt hæc se amittere ipse qui captus est, dolens cernat. Nam bona plerúmque gignit animus, & tamen carnis suæ de- F lectationibus victus, bona quæ genuit, amans perdidit, & quæ patitur damna considerat, nec tamen virtutis brachium contra Regem Babylonis leuat. Sed dum videns nequitiæ perpetratione percutitur, ad hoc quandoque peccari vsu perducitur, vt ipso quoque rationis lumine priuetur. Vnde Babylonis Rex, extinctis priùs filiis Sedechiæ oculos eruit, quia malignus spiritus subductis priùs bonis operibus, post & intelligẽtiæ lumen tollit. Quod rectè Sedechias in Reblata patitur. Reblata quippe multa hæc interpreta

4 Greg. PP. *Opera bona nobis à Diabolo sæpe abripiuntur, id optimè animaduertentibus, nec illi resistentibus.* Iere. 52. 10.

Peccati consuetudine perducimur ad mentis cæcitatem rationis lumine priuati.

pretatur. Ei enim quandóque & lumen rationis clauditur, qui prauo vſu ex iniquitatis ſuæ multitudine grauatur.

Nota hîc, Hieronymum Comment. in cap. 19. Ezech. afferere Sedeciam cæcum ductum in Babylonem ibique ſtatim occiſum.

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

Θυγάτηρ Ἱερεμίου.)

Ὀλυμπιοδώρου.) οὐ τοῦ προφήτου. παρθένος γὰρ ἱστορεῖται εἶναι ὁ προφήτης, ὡς κελευσθεὶς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ μὴ γῆμαι, καὶ ὁ μὲν πατὴρ αὐτῆς ἐκ Λοβενὰ, ὁ δὲ προφήτης ἐξ Ἀναθώθ. ταύτην εὑρήσεις, καὶ ἐν τῷ τέλει τῆς τετάρτης τῶν Βασιλειῶν.

(Καὶ ἐλάλησεν αὐ.)

Τοῦ Χρυσοστόμου.) ὅρα βάρβαρον ἄνθρωπον, τὸ συνειδὸς ἔχοντα καθαρὸν, ἐπειδὴ μετὰ παῤῥησίας παρεγένετο τῶν ὅρκων. οἱ δὲ τῆς δίκης κρατοῦντες οὐ παραιτοῦνται, καὶ τοῖς ὑποδεεστέροις διδόναι λόγον, οὕτως πανταχοῦ πολλὴ τοῖς ἀνθρώποις ἡ σπουδὴ τοῦ καλοῦ. ἠβουλήθη δεῖξαι, ὡς οὐκ ἀδικεῖ. καὶ ἀπάγει λοιπὸν αὐτὸν, παράδειγμα τοῖς μετὰ ταῦτα ἐσομένοις.

Ὀλυμπιοδώρου.) ἐνδίκως αὐτὸν ἔκρινεν, ὡς παραβεβηκότα τὰς ἐν τῷ θείῳ ναῷ ὁρκωμοσίας.

Ἐξ ἀνεπιγράφου.) ἀντὶ τοῦ, ὡς ἐν προόδῳ ἐδέξατο αὐτὸν, ὡς διὰ βήματος κρινόμενον. ἐπεὶ δὲ καὶ εἶδεν υἱοὺς ἐκτυφλωμένους, καὶ αὐτὸς πεπεδημένος ἀπήχθη εἰς Βαβυλῶνα, καὶ αἱ τῶν προφητῶν ἐπληροῦντο προῤῥήσεις, Ἱερεμίου τε ἐν Ἱερουσαλὴμ, καὶ Ἐζεκίου ἐν Βαβυλῶνι, ἐβούλετο γὰρ ὁ Θεὸς εἰδέναι τοὺς ἐκεῖ, καὶ τοὺς ἐνταῦθα διὰ τῶν προφητῶν. ὅτι κατὰ τὴν αὐτοῦ κρίσιν γίνεται τὰ γινόμενα, καὶ οὐ κατὰ δύναμιν τῶν πολεμίων, καὶ γὰρ ἦν τὰ πάθη μεγάλα, καὶ ὑπερβάλλοντα διὰ πολλὰς ἀδικίας καὶ δυσσεβείας, φθορὰ νέων, παρθένων γερόντων: συλήσεις τῶν ἐν τῷ ἱερῷ χρημάτων, σκευῶν ἱερῶν: ἐμπρησμὸς τοῦ ναοῦ: τειχῶν περιαίρεσις. αἰχμαλωσία ἱερέων, λαῶν, αὐτοῦ τοῦ βασιλέως.

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐργάζεσθαι ἐν τῷ μύλωνι.

Ex *Filia Ieremiæ, &c.)*

verſ. 1. Olympiod.) *Non Prophetæ traditum quippe eſt, Virginem fuiſſe Prophetam, vt qui [a] iuſſus erat vxorẽ non ducere à Deo. Et pater quidem illius de Lobena, Propheta verò ex Anathoth, huius mentionem factam reperies & in fine quarti libri Regum.*

Olympiod. *Ieremias fuit Virgo.* a Ier. 16. 1. 5

Ex verſ. 9. *(Et locutus eſt ei cum iudicio.)*

Chryſoſtomi.) *Perſpice barbarum hominẽ, conſcientiam puram habẽtem, quoniam cũ fiducia iuris iurandi venerat, & quibus eſt poteſtas iudicij non refugiunt vel inferioribus reddere rationẽ. Ita inditum eſt hominibus honeſti ſtudium. Voluit oſtendere, ſe non iniquè agere. Abducit deinde illum, vt eſſet poſteris exemplum.*

Chryſoſt. *Honeſti ſtudium ita hominibus ingenitum, vt vel barbari illud venerentur.*

Olympiodori.] *Iuſtè de illo iudicauit, vt iuris iurandi in templo exhibiti violatore.*

Olympiod. *Iuramenti violatio quã cauenda.*

Incerti.] *Quaſi diceret; Occurrens illi excepit eum, vt pro tribunali iudicandum. Vidit autẽ & filios excæcatos, & ipſe vinctus Babylonẽ adductus eſt; prophetarumq́; vaticinia cõplebantur Ieremiæ in Ieruſalem, Ezechielis Babylone. Volebat enim Deus & eos qui ibi, & qui hic erãt per Prophetas ſcire, quòd ſecundùm ſuum iudicium eueniũt quæ fiunt, non ſecundum hoſtium vires. Etenim calamitates magnæ & grauiſſimæ erãt propter multas iniquitates & impietates: corruptio iuuenum, Virginum ſenum: deprædatio rerum templi, pecuniæ ſacrorum vaſorum, templi incendium, murorum euerſio, Sacerdotũ captiuitas, populorũ, ipſius regis.*

6 Incertus. *Sedechias vidit filios ſuos excæcatos. Calamitates non tã ab hoſtibus, quàm à Deo obueniunt.*

Verſ. 11. *(Et oculos Sedeciæ eruit.)*

Olympiodori.] *Vt operaretur in piſtrino.*

Olympiod. *Sedechias Babylone mola molenda addictus.*

Capitis 52. à verſ. 12. vſque ad Finem. Sectio Secunda.

TEXTVS VVLGATÆ.

12 IN menſe autem quinto, decimâ menſis, ipſe eſt annus nonus decimus Nabuchodonoſor Regis Babylonis: venit Nabuzardan princeps militiæ, qui ſtabat coram Rege Babylonis in Ieruſalem.

13 Et incendit domum Domini, & domum Regis, & omnes domos Ieruſalem, & omnem domum magnam igni combuſſit.

14 Et totum murum Ieruſalem per circuitum deſtruxit, cunctus exercitus Chaldæorum, qui erat cum magiſtro militiæ.

15 De pauperibus autem populi, & de reliquo vulgo, quod remanſerat in ciuitate, & de perfugis, qui transfugerant ad Regem Babylonis, & cæteros de multitudine, tranſtulit Nabuzardan princeps militiæ.

TEXTVS SEPTVAGINTA.

12 *ET in menſe quinto, decimâ menſis, venit Nabuzardan princeps coquorum, qui ſtabat ante faciem Regis Babylonis, in Ieruſalem.*

13 *Et incendit domum Domini, & domum Regis, & omnes domos ciuitatis: & omnem domum magnam incendit in igne.*

14 *Et omnem murum Ieruſalem in circuitu deſtruxit virtus Chaldæorum, quæ cum principe coquorũ.*

15 & 16 *Et reliquos de populo reliquit princeps coquorum in vinearum, & agrorum cultores.*

17 *Et columnas æneas, quæ in domo Domini, & Baſes, & mare æneum, quæ in domo Domini, & contriuerunt Chaldæi, & tulerunt æs eorum, & aſportarunt in Babylonem.*

18 *Et coronam, & phialas, & creagras, & omnia vaſa ænea, in quibus miniſtrabant in eis.*

16 De pauperibus vero terræ reliquit Nabuzardan princeps militiæ vinitores, & agricolas.

17 Columnas quoque æreas, quæ erant in domo Domini confregerunt Chaldæi, & tulerunt omne æs eorum in Babylonem.

18 Et Lebetes, & creagras & Pſalteria, & phialas, & mortariola, & omnia vaſa ærea, quæ in miniſterio fuerant, tulerunt.

19 Et hydrias,& thymiamateria, & vrceos, & pelues, & candelabra,& mortaria & cyathos: quotquot aurea, aurea,& quotquot argentea tulit magister militiæ.

20 Et columnas duas, & mare vnum,& vitulos duodecim æreos, qui erant sub basibus,quas fecerat Rex Salomon in domo Domini:non erat pondus æris omnium horum vasorum.

21 De columnis autem, decem & octo cubiti altitudinis erãt in colũna vna, & funiculus duodecim cubitorũ circuibat eam:porrò grossitudo eius quatuor digitorum,& intrinsecus caua erat.

22 Et capitella super vtrãque ærea: altitudo capitelli vnius quinque cubitorũ & retiacula, & malogranata super coronam in circuitu, omnia ærea.Similiter columnæ secũdæ,& malogranata.

23 Et fuerunt malogranata nonaginta sex dependentia : & omnia malogranata centum,retiaculis circumdabantur.

24 Et tulit magister militiæ Saraim Sacerdotem primum, & Sophoniam Sacerdotem secundum : & tres custodes vestibuli.

25 Et de ciuitate tulit Eunuchum vnum qui erat præpositus super viros bellatores:& septem viros de his,qui videbant faciem Regis, qui inuenti sunt in ciuitate:& scribã principem militũ, qui probabat tyrones : & sexaginta viros de populo terræ,qui inuenti sunt in medio ciuitatis.

26 Tulit autẽ eos Nabuzardan magister militiæ,& duxit eos ad Regẽ Babylonis in Reblatha.

27 Et percussit eos Rex Babylonis, & interfecit eos in Reblatha in terra Emath: & translatus est Iuda de terra sua.

28 Iste est populus,quem trãstulit Nabuchodonosor.In anno septimo, Iudæos tria millia & viginti tres.

29 In anno octauo decimo Nabuchodonosor de Ierusalem animas octingentas triginta duas.

30 In anno vigesimo tertio Nabuchodonosor,transtulit Nabuzardan magister militiæ animas Iudæorum septingentas quadraginta quinque:omnes ergo animæ, quatuor millia sexcẽtæ.

A 19 *Et ipsas apothecas,& ipsas Masmaroth,& pelues,& candelabra, & mortariola,& cyathos,quæ erãt aurea, aurea, & quæ erant argẽtea, argentea, tulit princeps coquorum.*

20 *Et columnæ duæ,& mare vnum,& vituli duodecim ænei subter mare,quæ fecerat Rex Salomõ in domo Domini, cuius non erat pondus æris eorum.*

21 *Et columnæ triginta quinque : cubitorum altitudo columnæ vnius : & funiculus duodecim cubitorum circumdabat eam : & crassities eius digitorum quatuor in circuitu.*

B 22 *Et gisum super eas æneum, & quinque cubitorũ longitudo, excessus gisi vnius; & rete, & malogranata super gisum in circuitu,omnia ænea:& iuxta hæc colũnæ secundæ,octo malogranata cubito, duodecim cubitis.*

23 *Et erant malogranata nonaginta sex latus vnum: & erant omnia malogranata centum super rete in circuitu.*

24 *Et tulit princeps coquorum Sacerdotem primum, & Sacerdotem secundum, & tres illos, qui custodiebant viam.*

25 *Et Eunuchum vnum, qui erat præfectus virorum bellatorum, & septem viros nominatos,qui in facie Regis, inuentos in ciuitate, & Scribam virtutum scribentem populo terræ & sexaginta homines de populo terræ, inuentos in medio ciuitatis.*

E 26 *Et tulit eos Nabuzardan princeps coquorum Regis:& duxit eos ad Regem Babylonis in Reblatha.*

27 *Et percussit eos Rex Babylonis in Reblatha in terra Æmath.*

31 *Et factum est in trigesimo, & septimo anno transmigrationis Ioacim Regis Iuda in duodecimo mẽse in vigesima quarta mẽsis,accepit Vlamadachar Rex Babylonis, in anno, quo regnum adiit, caput Ioacim Regis Iudæ:& totondit eum, & eduxit eum de domo in qua custodiebatur.*

D 32 *Et loquutus est ei bona : & dedit thronum eius super Reges, qui secum in Babylone.*

33 *Et mutauit stolam carceris eius : & comedebat panẽ semper ante faciẽ eius cunctis diebus,quibus vixit.*

34 *Et demensum ei dabatur perpetuò à Rege Babylonis de die in diem,vsque ad diem quà mortuus est.*

31 Et factum est in trigesimo septimo anno transmigrationis Ioachin Regis Iuda, duodecimo mense, vigesimâ quintâ mensis,eleuauit Euilmerodach Rex Babylonis ipso anno regni sui caput Ioachin Regis Iuda, & eduxit eum de domo carceris.

32 Et locutus est cum eo bona, & posuit thronum eius super thronos regum,qui erant post se in Babylone.

33 Et mutauit vestimenta carceris eius,& comedebat panẽ corã eo semper cũctis diebus vitæ suæ.

34 Et cibaria eius, cibaria perpetua dabantur à Rege Babylonis statuta per singulos dies, vsque ad diem mortis suæ cunctis diebus vitæ eius.

PARAPHRASIS CHALDAICA. E

12 *MEnse autem quinto,decimâ die mensis (ipse est annus decimus nonus Regis Nabuchodonosor Regis Babylonis)venit Nabuzardan princeps occidentiũ,& stetit ante Regem Babylonis in Ierusalẽ.*

13 *Et succendit domum Sanctuarij Domini,& domum Regis,& omnes domos Ierusalem,& cunctas domos principum succendit igni.*

14 *Et omnes muros Ierusalem per circuitum destruxit omnis exercitus Chaldæorum qui venerat cum principe occidentium.*

15 *Et de pauperibus populi,& reliquum populum qui remãserat in ciuitate,& profugos qui trãsfugerant ad Regem Babylonis,& reliquam multitudinẽ transmigrare fecit Nabuzardan princeps occidentium.*

16 *Et de pauperibus populi terræ reliquit Nabuzardan princeps occidentium, vt colerent agros,& vineas.*

17 *Et columnas æreas quæ erant in domo Sanctuarij Domini, & bases, & mare æneum, quod erat in domo Sanctuarij Domini confregerunt Chaldæi,& detulerunt omne æs eorum in Babylonem.*

18 *Et lebetes,& scopas,& psalteria,& phialas,& cochlearia, & omnia vasa ærea quibus ministrabant, tulerunt.*

Et hydrias,& thuribula, & pelues,& ollas,& candelabra,& mortariola,& cyathos quæ aurea,aurea,& quæ argentea,argentea, tulit princeps occidentium.

19 *Columnas duas,mare vnum,& duodecim boues æneos qui sub basibus erant, quæ fecerat Rex Salomon in domo Sanctuarij Domini, non erat pondus æris omnium vasorum istorum.*

20 *Columnarum autem,decem & octo cubitorũ erat altitudo columnæ vnius,& funiculus mẽsura duodecim* F *cubitorum ambiebat eam circumquaque, & grossitudo eius erat quatuor digitorum,& concaua erat.*

21 *Et capitella erant super eã ærea,& altitudo capitelli vnius quinque cubitorũ erat:& retiaculũ,& malogranata super capitella in circuitu, omnia ærea : & similia erant columnæ secundæ & malogranata.*

22 *Fuerũt autẽ malogranata 96.in latere vno:omnia malogranata centum super retiaculum per circuitum.*

24 *Et tulit princeps occidentium Saraiam Sacerdotem*

dotem magnum, & Sophoniam principem Sacerdotum ſecundum, & tres theſaurarios.

25 *Et de ciuitate tulit Eunuchũ qui erat præpoſitus viris bellatoribus, & ſeptem viros qui videbant faciem Regis, qui inuenti ſunt in ciuitate, & Scribã principem exercitus, qui congregabat populum terræ, & ſexaginta viros de populo terræ, qui inuẽti ſunt in medio ciuitatis.*

26 *Et tulit eos Nabuzardan princeps occidentium, & duxit eos ad Regem Babylonis in Riblath.*

27 *Et percuſſit eos Rex Babylonis, & occidit eos in Riblath in terra Hemath: & tranſlati ſunt viri domus Iuda de terra ſua.*

28 *Iſte eſt populus quem tranſtulit Nabuchodonoſor in anno ſeptimo, Iudæos ter mille & viginti tres.*

29 *Anno decimo octauo Nabuchodonoſor tranſtulit de Ieruſalem animas octingentas & triginta duas.*

30 *Anno 23. Nabuchodonoſor trãſtulit Nabuzardan princeps occidentium Iudæorum animas 745. Omnes animæ, & quater mille & ſexcentæ.*

31 *Et factum eſt trigeſimo & ſeptimo anno tranſmigrationis Ioachim Regis tribus domus Iuda, duodecimo menſe, vigeſimã quintã die menſis, magnificauit Euilmerodach Rex Babylonis, in ipſo anni regni ſui, caput Ioachin Regis tribus domus Iuda, & eduxit eum de domo carceris.*

32 *Et locutus eſt cũ eo verba recta: & poſuit thronũ eius ſuper thronos Regũ qui erant cum eo in Babylone.*

33 *Et mutauit veſtimẽta carceris eius, & comedebat panem coram eo ſemper omnibus diebus vitæ ſuæ.*

34 *Et cibaria eius continua dabantur ei à facie Regis Babylonis ſtatuta per ſingulos dies, vſque ad diem mortis ſuæ, omnibus diebus quibus vixit.*

Catena ex Veterum Patrum operibus impreſſis.

7 Theodoṙit.

THeodoritus. Docet item, quã ratione Nabuzardan, miſſus à Nabuchodonoſor, templum diuinũ incẽdit, & præterea palatia Regis, illuſtreſque ciuitatis domos, & muros vrbis funditus euertit. Et reliquis omnibus in Reblatha traductis, paucos quoſdam è pauperibus reliquit, vt terram excolerent. Columnas etiã æneas immẽſæ magnitudinis, quas apparauerat Salomõ, & mare æneũ cùm conflauiſſent tranſtulit Babylonẽ, & τοὺς ποδιςῆρας, ac pelues viriũ recreationi paratas (ποδιςῆρας autem Syrus interpretatus eſt, peluces lauãdis pedibus aptas) & alia cũ eis vaſa abſtulit Babylonẽ. Sapho autem, vocat obeliſcos. Docet porrò quonã pacto Rex Babyloniorum interemit primũ, & ſecundũ Sacerdotem, & quos abduxerat cũ illis. Recenſetque numerum captiuorũ, quos abduxerat. Et ad hæc refert, qui ſeptimo & trigeſimo anno poſt captiuitatẽ Iechoniæ (ipſum enim vocat Ioachin) Euilmerodach Rex, illũ ipſum Iechoniã è carcere liberatũ, beneuolentiæ participẽ effecit, dignatus eum ſolio regio, quem etiã ante reliquos ſedere præcipiens, conuiuã habebat, omniúmque rerum neceſſariarum, quibus frui liceret, copiam ſuppeditabat. Quæ quidem res prædicat clementiam & benignitatem Domini. Puniens enim, miſeretur: & caſtigatione vtens, cõſolatur, iuſtitiæq; ſententiam clementiã temperat. Quare nos iuſtũ iudicium formidare debemus: & beneuolentiã eius freti, de ſalute non deſperare: verùm miſericordiam diuinam expectantes, rectã viã debemus incedere, quo beatum finem adipiſci poſſimus.

Puniens miſeretur Deus.

8 Rabanus.

Rabanus Maurus. (*In menſe autem quinto, &c.*) Congruit ergo temporis ordo, cum ratione vindictæ, menſe quinto legitur vaſtata eſſe ciuitas, quæ Pentateuchum legis deſpexit, & decimã die menſis, quoniã decalogum legis violando omnia contraria præceptis diuinis egit: fruſtra ſibi blandiens de ſecuritate, pro ſanctorũ locorum habitatione. Vnde in ſuperioribus per eumdem Ieremiam Dominus dicit: *Nolite confidere in verbis mẽdacij, dicentes: templum Domini, templum Domini, tẽplum Domini: quoniam ſi bene direxeritis vias veſtras, & ſtudia veſtra, &c.* Venit Nabuzardan, qui interpretatur ventilabrum, ſiue prophetia alieni iudicij, iuſto Dei iudicio ſuper peccatores: princeps vtique exercitus Regis Babylonis, ſuper Ieruſalẽ intelligibilem, & ſuccendit domum Domini: cùm antiquus hoſtis qui, & rex cõfuſionis, & princeps omnium iniquorum eſt, tam malignorum nimirũ ſpirituum, quàm etiam impiorum hominum, plebem inuadit fidelium, & domũ Regis, & domos Ieruſalem. i. rectores, & eos qui videbantur in viſione pacis manere inflãmatos cupiditate ſubuertit: omnemque domũ combuſſit igni, cùm vniuſcuiuſque conſcientia per flãmam illiciti amoris perturbat: & muros Ieruſalẽ in circuitu deſtruit: cùm intẽtionem orationis, & virtutũ ſtudia, quæ contra ſe valere nouit, in deſperantibus diſſoluit, ne per ſpem veniæ ad diuina ſuccurrãt auxilia, & correctionis vitæ appræhendãt munimina, populumque in captiuitatẽ ducens. De pauperib. terræ reliquit vinitores & agricolas: quia eos qui vtiles verbo & exemplo eſſe poterãt, per vitia captiuãs, ſtultis & hebetibus cõmendat agriculturã: quatenus nõ vinum gratiæ ſpiritalis, & frumentũ ſanæ doctrinæ in vineis & agris populorũ fructificẽt, ſed ſpinæ magis & tribuli vitiorum exceſcant.

Tempore ordo in caſtigatione Ieruſalẽ congruus cum ratione vindictæ.

Ierem. 4. 7.

Diabolus ſuper peccatores veniẽs, fidelémque plebem inuadens quanta mala operetur.

Agriculturã Eccleſiæ quibus cõmendet Diabolus captiuatis per vitia qui vtiles eſſe poterant verbo & exemplo.

(*Columnas quoque æreas, &c.*) Columnas æreas & baſes, doctores poſſumus accipere, qui ſonoritate prædicationis, & fidei firmitate debuerunt alios ſuſtẽtare. Mare autem æreũ Baptiſmi lauacrũ, vel compunctionẽ lachrymarum. Hæc quidẽ omnia Chaldæi ſpiritales per inertiam magiſtrorum de domo Domini auferre nituntur, & cõfringere: *ita vt* [a] *non remaneat teſta, quã poſſit igniculus ferri de incendio.* Nam & diuerſa vaſa quæ enumerat, diuerſa officia in Eccleſiaſticis ordinibus inſinuant. Hæc quoque malignus ſpiritus de Dei ſeruitio auferens, in ſuum vſum nequiſſimum vertere ſtudet. *Vnde dicit, quotquot autem aurea, aurea, & quotquot argentea, argentea, tulit magiſter militiæ:* quia tam ſenſum pretioſum, quàm etiam eloquij venuſtatem, hoſtis nequam de domo Domini auferre molitur, & ſecum in confuſionem ducere.

9

Miniſtros Eccleſiæ in ſuũ prauũ vſum conuertere ſatagit Diabolus.

a Iſai. 30. 14.

(*De columnis autem, &c.*) Quod autem deſcribit facturam columnarum cum capitellis ſuis, & retiaculis malogranatis, oſtendit myſticũ opus eſſe: quia ſicut colunæ ſignificant doctores, ita & capitella, hoc eſt, ſuprema pars eorũ præcordia ſunt fidelium doctorũ, & retiacula diuerſa chariſmata exprimunt Spiritus ſancti: ſicut & malogranata bonarum virtutũ exprimũt ſuauitatẽ: quæ omnia ſpiritalis Nabuchodonoſor, hoc eſt, hoſtis antiquus per miniſtros ſuos de tẽplo Dei auferre conatur. Si quis autem hæc pleniùs noſſe voluerit, legat opus noſtrũ quod in expoſitionem Regum voluminis nuper edidimus; & ibi quid inde ſacti patres ſenſerint, ſatis vt reor, explanatũ inueniet.

Rabanus Maurus ſcripſit expoſitionem in libros Regum.

(*Et tulit magiſter militiæ, &c.*) Non ſolùm enim populares, ſed & fortes, & principes in Eccleſia diabolus decipere, & peccatis captiuare ſatagit. Vnde de ipſo in Iob ſcriptum eſt: [b] *Ecce eorũ electa ſunt. Tulit quoq; Saraiã,* qui interpretatur vinctus, Sacerdotem primum: cùm primum Eccleſiæ ordinem, qui in Epiſcopis eſt, amore voluptatis terrenæ, & vitiorum catenã conſtringit. *Tulit quoque ſimiliter & Sophoniã,* qui interpretatur, abſcõditus, *Sacerdotem ſecundum:* cùm ſecundi ordinis viros, hoc

10

Diaboli ſtudiũ, vt quos in Eccleſia deprædatur, ad perpetuã ducat mortem.

b Matt. 1. 16.

a Matth.25. 25.

hoc est, presbyteros,[a] qui talentum verbi Dei in terra fodientes absconderant, in suum dominiū subiit. *Et tres ianitores, siue custodes vestibuli*: illos videlicet ianitores qui hostiū fidei aperire debuerāt,[b] *& tenentes clauē scientia, nec ipsi introierunt, nec alios introire permiserūt. Et de ciuitate Eunuchū vnū, qui erat præfectus super viros bellatores.* Eunuchus iste significat eos, quos alibi Script. Sac.[c] stultas virgines appellat, qui vasa oleo vacua in manibus habēt, continētes videlicet se à coitu corporali, nec tamen oleū gratiæ & misericordiæ in pectore suo habere volebant: Qui frustra super viros bellatores constituuntur: cùm arrogantiam præcauere non meditantur: *Tulit & septem viros de his, qui videbant faciem Regis*: illos profectò qui cum Baptismate Christi erant abluti, & spiritu septiformi sanctificati, perdiderunt gratiā quam habuerūt. Vnde & septem spiritibus nequioribus traditi, nō iam Regis cælestis, & Domini virtutū sensum, & mandata intuentur, sed Regis vitiorū voluntatē adimplere conantur. *Et Scribam principē militum*, quem liber Regum Sophar nuncupat:[d] *qui probat tyrones populo terræ.* Sophar interpretatur dissipās, vel diuidens: significās eos qui rudes in Ecclesia, quos ad militiam Christi nutrire debuerāt, prauis exemplis dissipantes, à cætu fidelium per errorem sequestrant. *Et sexaginta viros de populo terræ*, siue è vulgo qui inuenti fuerāt in ciuitate, hoc est, stultos operatores, qui meritò vulgi nomine nuncupantur: quia vtilitatem consiliorum diuinorū discere, & factis implere neglexerāt. Hos videlicet, omnes tollens Nabuzardā princeps militū, *duxit ad Regem Babylonis in Reblatha. Percussitque eos Rex Babylonis, & interfecit in Reblatha in terra Emath*: quia antiquus hostis cùm per nequitiā suam talē prædam ab Ecclesia euellens tollit, hoc voti ambit, hoc toto studio agit, vt ad perpetuæ mortis interfectionē eos perducat. Quos percutit rex cōfusionis in Reblatha: hoc est, in multitudine scelerum & amore voluptatum. Vnde Script. dicit:[d] *Lata & spaciosa est via quæ ducit ad mortē, & multi sunt qui intrant per eam. Et trāslatus est Iuda de terra sua*: cùm illi qui confessionē nominis Dei in Ecclesia videbantur habere, per scelera & peccata multiplicia, de terra virtutum translati in regnū confusionis, & erroris abducuntur: sub quo imperio quicúmque nequiter seruiētes perseuerauerint, nec merebuntur per Iesum ducatū regredi in terram Iuda, templumque Domini ibidē reædificare: Hi post ærumnam præsentis vitæ tradētur in carcerem mortis perpetuæ, vbi[e] *vermis eorū nūquam morietur, & ignis eorū non extinguetur*, implebitúrque in iis illa B. Petri sententia cùm dicit:[f] *Melius quippe erat non cognoscere viam iustitiæ, quā post agnitionem eius retrorsum conuerti*: Ab eo quod illis traditum est sancto mandato, quia attestante veritate:[g] *Seruus qui scit voluntatem Domini sui, & non facit vapulabit multis*; *qui autem nescit, & non facit vapulabit paucis.*

b Luc.11.52.

c Matt.25.3.

d Mat.7.13.

e Marc. 9. 44.

f 2.Petr. 2. 20.

g Luc. 12. 47.

(*Iste est populus quē*, &c.) Tribus vicibus, vt Scriptura Regum, & Paralipomenôn testatur, Nabuchodonosor vastauit terrā Iuda: hoc est, primò cū Ioachim, qui & Eliachim nominatus est, filiū Iosiæ Regis Iuda superatum, & vinctū catenis duxit in Babylonem cum vasis domus Domini, quę posuit in templo suo. Secundò, cùm Ioachim cognomēto Iechoniam filium eius simul cū matre, & Eunuchis principibus atque seruis eius trāstulit in Babylonem, asportatis simul pretiosissimis vasis domus Domini. Tertiò, cùm Sedeciā cæpit, oculísque priuauit, filios eius interfecit, ac meliores quosque occidit, nec est misertus adolescētis, & virginis, senis & decrepiti, & incendit domum Domini, murosq; Ierusalē destruxit: & quicquid pretiosum fuerat demolitus est. Si quis autē euaserat gladium ductus est in Babylonē, & seruiuit Regi & filiis eius. Vnde Ieremias iuxta ternariū numerum enumerat translationē Iudæorum de terra sua. Primò tria millia & viginti tres. Secūdò octingentas triginta duas. Tertiò septingentas quadraginta quinque. Summam eorū computans dicit esse animas quatuor millia sexcentas. Quod licet historialiter propter peccata populi ita factū fuerit: tamen spiritaliter innuit, quòd omnes qui sanctæ Trinitatis fidem per errorem polluunt, ac quatuor Euangeliorum doctrinam seruare non consentiunt, perfectionémque bonorum operum habere despiciunt, obnoxij sunt seruituti Regis Babylonis, qui eos lumine scientiæ priuatos, in confusionis perpetuæ captiuitatē, si se ante non correxerint, neque semetipsos per pœnitentiā liberauerint, abducet, redigétq; in carcerē inferni, vbi æternis claustris dānati gemunt in perpetuū.

Iudicia sua exercet Deus tam in bonū, quàm in malum, etiā per reprobos.

(*Et factum est*. &c.) Quod Euilmerodach nepos Nabuchodonor Rex Babylonis caput Ioachin Regis Iuda eleuauit, & eduxit eum de domo carceris, honoribusque atq; opibus sublimauit, quid spiritaliter significet nō inuenio: nisi quòd nobis manifestis indiciis demonstrat, potentē esse diuinitatem, sicut per bonos, ita etiam per malos sua exercere iudicia. Nā sicut Sedechiam incorrigibilem, & propheticis admonitionibus inobedientem per Nabuchodonosor cæcitate, & captiuitate damnauit perpetuâ: Ita per Euilmerodach Ioachim Regem, licet peccator fuerit, tamquam populi sui saluti & saluationi ciuitati consulens, semetipsum ac matrem suam tradidit Regi Babylonis abducendum, post correptionem, eius misericordiæ intuitu respexit, atque de pœnis liberās quieti, ac honori restituit.[h] *Iustus enim est Dominus in omnibus viis suis, & sāctus in omnibus operibus suis.* Vnde cùm flagellat nos, æquus: cùm autem consolatur, misericors esse probatur.

h Psal. 144. 13.

11

Greg. Pap. *Gula vitiis virtutes animæ per luxuriā destruuntur*

Circa vers. 14. Gregorius Papa 3. par. Pastoral. Admonit. 20. Quia gulæ deditos luxuriæ sequitur, Propheta testatur, qui dum aperta narrat, occulta denunciat, dicens: *Princeps coquorum destruxit muros Ierusalem*; princeps namque coquorum venter est, cui magna cura obsequium à coquis impēditur, vt ipse delectabiliter cibis impleatur. Muri autem Ierusalem virtutes sunt animæ, ad desiderium supernæ pacis eleuatæ. Coquorum igitur princeps muros Ierusalem deiicit, qui dum venter ingluuie extenditur, virtutes animæ per luxuriam destruuntur.

Iere. 52.14

Nilus Abb. *Ciborum varietas euertit virtutis propugnaculum.*

Eumdem sensum exactiùs prosequitur Nilus Abbas lib. Ascetico, tom. 5. Bibliot. Vet. Patrum, dicens, Gula superante, ac dominatum obtinēte, temperantia, modestia, fortitudo, constantia, & reliquæ virtutes concidant necesse est. Quod ænigmate Ieremias ostendit, *Euertit*, inquiēs, *muros Ierusalem per circuitum princeps coquorum Babylonis.* Gulæ vitium appellat coquorum Principem. Sicut enim ille omnem adhibet diligentiam, vt gulæ, ventrique satisfaciat, & innumerabiles voluptatum artes excogitat, sic vitium gulæ omni studio quærit gutturis voluptatem explere. Et ciborum varietas euertit virtutum propugnaculum. Suauitas enim condimentorum tamquam machina bellica prosternit munimenta iam à virtute constructa, & firmum, ac solidum robur ipsius affigit humi.

CATE

CATENA GRÆCA VETERVM PATRVM GRÆCORVM.

ΗΛΘΕ Ναβουζαρδάν.]

Ἐξ ἀνεπιγράφου.] ἢ τῶν ἐδεσμάτων τοῦ βασιλέως αὐτοῦ ἦν ὁ ἄρχων. ἢ τῶν κελευομένων σφάζεσθαι παρὰ τῆς εἰς τοῦτο τεταγμένων ἦρχε. διὸ καὶ ὡς ὠμὸς ἐπέμφθη εἰς ἐκεῖνον τὸν πόλεμον.

Οὗτος ἐνιαυτὸς ἐννεακαιδέκατος Ναβουχοδονόσορ βασιλέως Βαβυλῶνος.

[Καὶ τὰς βάσεις καί.]

Ὀλυμπιοδώρου.] δοχεῖον ἦν ὕδατος, διὰ τὸ πολυχώρητον θάλασσα καλούμενον.

[Καὶ τοὺς τρεῖς τούς.]

Ὀλυμπιοδώρου.] τοὺς ἐπιστάτας τῶν θυρωρῶν.

[Καὶ τὸν γραμματέα.]

Ὀλυμπιοδώρου.] τὸν ἀπογραφόμενον τὰ τέλη, καὶ τοὺς εἰσιόντας, καὶ τοὺς ἐξιόντας εἰς τὸν πόλεμον. Κατακαύσας δηλονότι καὶ τὰ ἄλλα πάντα σκεύη τὰ ἱερὰ τὰ δυσκατακόμιστα. τοῦτο δηλοῦται τὸ πάχος τοῦ στύλου.

[Ἐν γῇ Ἡμάθ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] Ἡμὰθ ἡ νῦν καλουμένη Ἀντιόχεια. Δεβλαθὰ δὲ τὸ ταύτης προάστειον, ἡ Δάφνη.

|| [Ἔλαβεν οὐαλεβαρδ.]

Ὀλυμπιοδώρου.] ἐπειδὴ δὲ οἱ αἰχμάλωτοι κάτω νεύουσιν ὑπὸ τῆς συμφορᾶς, ἔλαβε φησὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. ἀντὶ τοῦ, ἀνώρθωσεν, ὕψωσεν, ἄνω βλέπειν παρεσκεύασεν. ὡς καὶ Δαβὶδ λέγει. ἰδοὺ ὕψωσε κεφαλήν μου ἐπ' ἐχθρούς μου τὸ, ἔλαβεν ἀντὶ τοῦ, ὕψωσεν. ||

Ὀλυμπιοδώρου.] αὖ ἔλαβεν ἤτοι ὕψωσεν. ὡς ἐν τῷ τέλει τῆς τετάρτης τῶν βασιλειῶν φησίν.

A

Ex vers. 12. (**V**Enit Nabuzardan.)

Incerti.) *Vel regio cibo hic erat præfectus. Vel iis qui dãnatos ſupplicio mortis afficiebant, præerat. Quare & tamquam crudelis miſſus eſt ad bellum illud. Hic annus decimus nonus Nabuchodonoſor Regis Babylonis.*

12 Incertus. *Coquorum Princeps, vel is qui regio cibo præfectus erat, vel is qui præerat carnificibus.*

Ex verſ. 17. (*Et Baſes & mâre æneum.*)

Olympiodori.] *Receptaculum erat aquæ, propteréque eius capacitatem mare vocatum.*)

Olympiod.

Ex verſ. 24. (*Et tres.*)

Olympiodori.) *Ianitorum præfectos.*)

Olympiod.

B

Ex verſ. 25. (*Et Scribam.*)

Olympiodori.) *Tributa deſcribentem. Ingredienteſque atque egredientes ad bellum. Combuſtis ſcilicet & reliquis omnibus ſacris vaſis quæ aſportari difficilè poterant. Per hæc craſſities columnæ explicatur.*

Ex verſ. 27. (*In terra Emath.*)

Olympiodori.) *Emath quæ nunc Antiochia vocatur; Deblata verò eius ſuburbium Daphne.*

13 Olympiod. *Antiochia prius dicta Emath.*

|| (Verſ. 31. (*Accepit Vallebardach.*)

C

Olympiodori.) *Quoniã verò captiui deorſum ſpectant miſeriis oppreſſi*, accepit, *inquit*, caput illius, *hoc eſt erexit, eleuauit, vt ſurſum videret effecit: ſicuti & Dauid ait*, [a] Ecce eleuauit caput meum ſuper inimicos meos. Accepit, *id eſt eleuauit.*

Olympiod. *Caput alicuius accipere ſignificat illũ erigere.* a Pſal 3. 4.

|| Olympiodori.) *Accepit quaſi diceret, eleuauit; vt in fine quarti Regum habetur.*

Olympiod.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ. LII.

ΚΑΙ ἐπορεύθησαν τὴν ὁδὸν τὴν εἰς ἄραβα.] τουτέστιν, ἐπὶ τὴν πεδιάδα ἔφυγον. τοῦτο γὰρ μηνύει τὸ ἄραβα. καὶ τὴν στεφάνην, καὶ τοὺς λέβητας.) στεφάνην λέγει τὸ καγκελωτὸν σχῆμα, τὸ περὶ τοὺς κίονας, καὶ τὰ θυμιατήρια, καὶ τὰ σπονδεῖα.) σπονδεῖα λέγει, φιάλας χρυσᾶς, δι' ὧν τὸν οἶνον ἔσπενδον, καὶ τὸ θυμίαμα ἐπέβαλλον τῷ πυρὶ, καὶ τὰς ἀφώθ, κρατῆρας λέγει, οἵ εἰσιν οἱ ποτηροπλῆται, καὶ τὰς μασμαρώθ. τοὺς ῥαντιστῆρας λέγει τοῦ αἵματος, καὶ τοὺς κυάθους.] τὰ μικρὰ ξέστια λέγει, ἐν οἷς ἐλάμβανον τῶν μεγάλων ἀγγείων τὸν οἶνον, καὶ τῶν στύλων τῶν δύο, καὶ τῆς θαλάσσης, ὧν ἐποίησεν ὁ βασιλεὺς σολομὼν εἰς οἶκον κυρίου.] εὔδηλον ὡς προτεθεῖναι ταῦτα. φαίνεται γὰρ ἤδη ὑπὸ τῶν ἀπογόνων τοῦ σολομῶντος ἐπαρθέντα, ὥστε καὶ ἐπὶ λιθίνης βάσεως ἑστάναι τὸν λουτῆρα, ὃν δὴ θάλασσαν προσηγόρευσεν ἡ γραφή.

CAPVT LII.

D

Verſ. 7. **E**T iuerunt viam quæ ad Araba. Hoc eſt in campos aufugerunt: hoc enim innuit *Araba*.

Cap. 52. Chryſoſt. Verſ. 7.

* Verſ. 18. *Coronã, & lebetes.* Coronam dicit figurã clathratã, quod erat circa colũnas.

Chryſoſt. Verſ. 18.

Verſ. 19. *Et thymiateria, & libatoria.* Libatoria vocat Phialas aureas, quibus vinum libabant, & incenſum igni apponebant, *& ipſas aphoth*, aquæ receptacula dicit, quæ ſunt vaſa, in quibus lauantur pocula, *&*

E

Maſmaroth, inſtrumenta, quibus aſpergebatur ſanguis, *& cyathos*, parua ſextaria air, quibus vinum ex magnis vaſis hauſtum continebant.

Verſ. 20. *Et columnarum duarum, & maris, quæ fecerat Rex Salomon in domo Domini.* Manifeſtum vt proponantur hæc: iam enim à poſteris Salomonis in altũ eleuata fuiſſe apparet, ita vt ſuâ baſi lapideâ ſtaret Peluis, quem mare Scriptura appellauit.

τέλος τῆς ἱερεμίου πραγματείας.

Finis operis Ieremiæ.

INDEX

ADDENDA AD TOMVM II. EX IOAN. *Chryſoſtomo, ſub finem Cap. vndecimi, pag. 83.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ.

Ο λόγος ὁ γενόμενος πρὸς τὸν ἱερεμίαν παρὰ κυρίου λέγων· ἀκούσατε τοὺς λόγους τῆς διαθήκης ταύτης.] δείξας μάταιον τὸν λόγον τῶν λεγόντων, ὡς οὐδὲ ἁμαρτάνοντας αὐτοὺς κολάσει θεὸς, προνοῶν τοῦ ναοῦ. καὶ ὡς οὐδὲ ἐκ τῆς περιτομῆς ὄφελός τι ἕξουσιν ἁμαρτάνοντες εἰς θεόν. διὰ τοῦτο ἀπειλεῖ αὐτοῖς, ὡς τὴν ἐσχάτην ὑφέξεσθε τιμωρίαν μὴ ἀκούσαντες τῆς τοῦ προφήτου παραινέσεως.

* Ἐπικατάρατος ἄνθρωπος, ὃς οὐκ ἀκούσει τὸν λόγον τῆς διαθήκης ταύτης, ἧς ἐνετειλάμην τοῖς πατράσιν ὑμῶν, ἐν ἡμέρᾳ ᾗ ἀνήγαγον αὐτοὺς ἐκ γῆς αἰγύπτου, ἐκ τῆς καμίνου τῆς σιδηρᾶς.] ὁ ἑβραῖος, ἐκ τῆς καμίνου σιδήρου, λέγει. ἵνα εἴπῃ, ὅτι οἱ πατέρες ὑμῶν οὕτως κακοῖς διαφόροις ἐνέπεσον, ὡς ὁ σίδηρος ἐν καμίνῳ μαλαττόμενος καὶ τυπτόμενος.

* Τί ἡ ἠγαπημένη ἐν τῷ οἴκῳ μου ἐποίησε βδέλυγμα;] τουτέστι, διατί ἡ ὑπ' ἐμοῦ τοσοῦτον ἀγαπηθεῖσα εἰς τὸν ναὸν τῆς ἐμῆς προσκυνήσεως τοῖς εἰδώλοις ἐλάτρευεν; μὴ εὐχαὶ, καὶ κρέα ἅγια ἀφαιρήσουσιν ἀπὸ σοῦ τὴν κακίαν σου;] τουτέστι, μὴ τὸ θύειν ἐμοὶ καθαίρει σου τὴν εἰδωλολατρείαν, λατρεύουσαν τοῖς εἰδώλοις; ἢ τούτοις διαφεύξῃ; τουτέστι τῇ διὰ τῶν λογων λατρείᾳ.

* Ἐλαίαν ὡραίαν, εὔσκιον τῷ εἴδει ἐκάλεσε κύριος τὸ ὄνομά σου εἰς φωνὴν περιτομῆς αὐτῆς.] ἐγὼ μὲν γὰρ ἀεὶ θάλλουσάν σε ἐποίησα, καθάπερ ἐλαίαν. τῷ δὲ, εἰς φωνὴν περιτομῆς αὐτῆς, τουτέστι μὴ ἔχουσαν καρπὸν ἀπερίτμητον, ἵνα εἴπῃ ἀκάθαρτον. ἀλλὰ πανταχόθέν σε ἐκόσμησα, καὶ τοῖς νομίμοις, καὶ τῇ λατρείᾳ, καὶ τῇ τῶν ἱερέων ἐπιστασίᾳ, καὶ τῇ παρ' ἐμαυτοῦ προνοίᾳ. ἀνήφθη πῦρ ἐπ' αὐτήν. ἀλλ' ἐπεσπάσω φησὶ τὴν τιμωρίαν.

Καὶ ἠχρειώθησαν οἱ κλάδοι αὐτῆς.] τουτέστιν ἄκαρπος ἔμεινε. ταῦτα ἀκούων ὁ προφήτης εἰς πλείστα ἀθυμίαν καταπίπτων εἰκότως ἐδεῖτο τὸν θεὸν ὑπὲρ τοῦ λαοῦ. εἰρηκὼς οὖν ὑπεράνω, καὶ σὺ μὴ προσεύχου ὑπὲρ τοῦ λαοῦ τούτου. καὶ ἐπαγαγὼν τούτων τὸν ἔλεγχον, ἀπὸ τοῦ, τί ἡ ἠγαπημένη ἐν τῷ οἴκῳ μου ἐποίησε βδέλυγμα; καὶ τὰ ἑξῆς.] ἐπειδὴ ἔτι ἐπέμενεν ὑπὲρ τοῦ λαοῦ. βουλόμενος ὁ θεὸς δεῖξαι τοῦ πλήθους τὴν κακίαν, καὶ ὡς ἀμεταμέλητα πταίουσι, καὶ τὴν κατ' αὐτοῦ βουλὴν ἐμήνυσε τῷ προφήτῃ, καὶ ἀπιστοῦντι σαφῶς ἔδειξεν αὐτῶν τὴν κακίαν. λέγει τοίνυν οὕτως.

* Κύριε γνώρισόν μοι, καὶ γνώσομαι. τότε εἶδον τὰ ἐπιτηδεύματα αὐτῶν. τουτέστιν ἐλανθανόν

CAPVT XI.

A Verſ. 1. 2. VERBVM *quod factum eſt ad Ieremiam à Domino, dicens. Audite verba teſtamenti huius.* Oſtendit iam inanē eſſe ſermonem dicentium, Deum, cum de templo curam gereret, etiā peccātes ipſos non punituru̅: & eos nil ob circumciſionem relaturos vtilitatis, ſi Deum offenderent. Quapropter illis extremum minatur ſupplicium, ſi adhortationibus Prophetæ animum non aduertant.

* Verſ. 3. 4. *Maledictus homo qui non audiet* B *verbum teſtamenti huius, quod mandaui patribus veſtris in die, qua eduxi vos de terra Aegypti, de fornace ferrea.* Hebræus *de camino ferri* legit. Ac ſi dicat, Patres veſtri ſic malis variis afflictati fuerunt, quemadmodum ferrum in camino, dum ſubigitur, & percutitur.

* Verſ. 15. *Quid dilecta in domo mea fecit abominationem?* id eſt, Quare tanto à me ſtudio amata, in tēplo cultus mei idola venerata eſt? *Num preces, & carnes ſanctæ auferant à te iniquitatem tuam?* hoc eſt, Num ſacrificia C mihi oblata purgabu̅t tuam idololatriam, dum colis idola? *aut iſtis effugies?* hoc eſt, verborum cultu.

* Verſ. 16. *Oliuam pulchram, benè opacam ſpecie vocauit Dominus nomen tuum, ad vocem circumciſionis eius.* Ego enim te continuè vireſcentem, quemadmodum oliuam feci. Illo autem, *Ad vocem circumciſionis eius*, hoc eſt, nōn habētem fructum incircumciſum, quaſi diceret, immundum. Sed vndique te exornaui, & legibus, & cultu, & Sacerdotu̅ D adminiſtratione, & prouidentia mea. *Exarſit ignis ſuper eam.* Sed violenter adſciſciſti, inquit, tibi pœnam. *Et inutiles facti ſunt rami eius*, hoc eſt, ſine fructibus manſit. Hæc audiēs Propheta, ac maiori animi dolore oppreſſus, Deo pro populo preces effu̅debat. Cùm autem ſuperius dixiſſet Deus, *Et tu noli orare pro populo iſto*, & harum rerum argumēta adduxiſſet: *Quid dilecta in domo mea fecit abominationem?* & reliqua, adhuc pro populo Propheta inſtante, Deus populi E malitiam manifeſtare cupiens, & quod eos non pœnitet rerum malè geſtarum, Prophetæ ipſi quod in eu̅met moliebantur palàm fecit, & non credenti manifeſtè oſtendit eorum iniquitatem, ait itaque ſic.

* Verſ. 18. *Domine notum fac mihi, & cognoſcam. Tunc vidi ſtudia eorum.* Hoc eſt, antequam

Chryſoſt. Verſ. 1. & 2. *Templorū & Sacramentorum abuſus maiori nobis eſt damnationi.*

Chryſoſt. Verſ. 3. & 4.

Chryſoſt. Verſ. 15. *Cultus templorum praui maximè damnoſus.*

Chryſoſt. Verſ. 16. *Iudaicus populus à Deo cur comparatus oliua pulchra.*

Chryſoſt. Verſ. 18.

θανόν με περὶ τοῦ σε γνωρίσαι μοι. τίνα δὲ ἦν ταῦτα;

* Ἐπ' ἐμὲ ἐλογίσαντο λογισμὸν, λέγοντες. δεῦτε, καὶ ἐμβάλλωμεν ξύλον εἰς τὸν ἄρτον αὐτοῦ, καὶ ἐκτρίψωμεν αὐτὸν ἀπὸ γῆς ζώντων.] τουτέστι ῥίζαν θανάσιμον. τοῦτο γὰρ λέγει ξύλον. σὺ δὲ κύριε τῶν δυνάμεων ὁ κρίνων δίκαια, δοκιμάζων νεφροὺς, καὶ καρδίας, καὶ τὰ ἑξῆς.] τουτέστι δικαίαν εἴσπραξαι παρ' αὐτῶν δίκην. γνοὺς γὰρ αὐτῶν τὴν πονηρίαν, ἐπαύσατο τοῦ προσεύχεσθαι.

A quam mihi hæc nota faceres, latebant. Quæ autem erant hæc?

* Verſ. 19. *Super me cogitauerunt cogitationem, dicentes: Venite, & immittamus lignum in panem eius, & exteramus eum è terra viuentium.* Hoc eſt, radicem mortiferam: hanc namque vocat lignum.

Verſ. 20. *Sed tu Domine exercituũ iudicans iuſta, probans renes, & corda,* & quæ ſequuntur. Hoc eſt, iuſtas de eis ſume pœnas. Eorum namque compertâ malitiâ precibus finem impoſuit.

Chryſoſt. Verſ. 19.

Chryſoſt. Verſ. 20.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒ'.

Δίκαιος εἶ κύριε, ὅτι ἀπολογήσομαι πρὸς σέ. τουτέστι γνοὺς σε δίκαιον, ἐξ ὧν ἐδίδαξάς με τὰ κεκρυμμένα· ἀπολογοῦμαι ὑπὲρ οὗ σε ἱκέτευσα. πλὴν κρίματα λαλήσω πρὸς σε. τὸ ἐναντίον φησὶ, νῦν δικαιολογήσομαι πρὸς σὲ ὦ δέσποτα ἐπισπεύδων τῶν πονηρῶν τὴν δίκην. τί ὅτι ὁδὸς ἀσεβῶν εὐοδοῦται; περὶ τῶν παρανόμων τοῦ λαοῦ λέγει. γνοὺς γὰρ τὴν κατ' αὐτοῦ συσκευὴν, κατεύχεται αὐτῶν, ἐπείγων τὴν κατ' αὐτῶν τιμωρίαν. σοῦ οἱ πόδες τρέχουσι καὶ ἐκλύουσί σε. πῶς παρασκευάσῃ ἐφ' ἵπποις καὶ ἐν γῇ εἰρήνης; τινὲς ὡς πρὸς τὸν λαὸν εἰρημένα ταῦτα ἐξέλαβον. τουτέστιν οἱ πρὸς τοὺς περιοίκους μαχόμενοι οὐ μὴ ἐδυνήθητε πεζοῖς οὖσιν ἀντιστῆναι, τί ποιήσετε διωκόμενοι ὑπὸ ἱππέων; οὐ ταύτην δὲ σώζεσθαι τὴν διάνοιαν νομίζω, ἀλλ' ἐπειδὴ τὴν κατ' αὐτοῦ κακίαν ἐγνωκὼς ὁ προφήτης ἐπηράσατο αὐτοῖς, ἐπισπεύδων τὴν κατ' αὐτῶν τιμωρίαν, φησὶ, σπεύδων αὐτοὺς ἀναιρεθῆναι, γνοὺς τὴν κατ' αὐτοῦ συσκευήν. καὶ ταῦτα ἐν εἰρήνῃ ὢν, οὐχ ὑπὸ πολεμίων ἐλαυνόμενος. τί ποιήσουσιν οὗτοι τῶν πολεμίων ἐπιστάντων, ἡνίκα οὐδὲ φυγῆς ἔχουσι καιρὸν τάχιστα τῶν ἵππων αὐτοὺς ἐπιφθανόντων; σὺ πέποιθας, πῶς ποιήσεις ἐν φρυάγματι τοῦ ἰορδάνου; τουτέστι σὺ οἶδας, ὅτι οὐδὲν πείσῃ παρ' αὐτοῦ. τί ποιήσουσιν οὗτοι καθάπερ ποταμὸν κατ' αὐτῶν ὁρῶντες φερόμενον τὸν πολέμιον; πῶς οὖν ὡς ἀνήκεστα παρ' αὐτῶν πεπονθὼς ἐπηράσω αὐτοῖς κακά; ὅτι καὶ οἱ ἀδελφοί σου, καὶ ὁ οἶκος τοῦ πατρός σου, καὶ οὗτοι ἠθέτησάν σε. καὶ αὐτοὶ ἐβόησαν ἐκ τῶν ὀπίσω. τουτέστι καὶ ταῦτα αὐτοῖς, ἀντὶ τοῦ τὰ κακὰ ἐπεύχῃ, συσκευὴν ἀκούσας κατὰ σοῦ. ἀδελφοὺς γὰρ καὶ οἰκείους τοῦ πατρὸς τοὺς ὁμογενεῖς λέγει, τουτέστι τοὺς ἰσραηλίτας. ἐπισυνήχθησάν σοι. μὴ πιστεύσῃς αὐτοῖς, ὅτι λαλοῦσι πρὸς σὲ καλά. ταῦτα φησὶν, οὐ τῆς σῆς ἀσφαλείας μὴ προνοῶν. βούλομαι γάρ σε μηδὲν πιστεῦσαι αὐτοῖς, ἀλλὰ θέλων ἐκείνους δι' ἀνεξικακίας μεταβαλεῖν ἐπὶ τὸ κρεῖττον. Ἐγκαταλέλοιπα τὸν οἶκόν μου, ἀφῆκα τὴν κληρονομίαν μου.] ἴσθι μέν τοι, ὡς ἄλωσιν αὐτῶν

CAPVT XII.

B * Verſ. 1. IVSTVS es Domine, *quia reſpondebo tibi.* Hoc ſat ſcio, te iuſtum eſſe, idque ex tuis iudiciis, quæ me docuiſti. *Reſpondeo,* ſuper eo quod ita te ſũ obteſtatus. *Veruntamen iudicia loquar ad te.* Contrarium, ait, nunc diſceptabo apud te Domine, vt vindictam acceleres impiorum. *Quid eſt, quod via impiorum proſperatur?* Sermo eſt de præuaricatoribus populi: cõpertas enim habens ſtructas in ſemet inſidias, contra eos preces effundit, vt pu-C niantur.

* Verſ. 5. *Tui pedes currunt, & diſſoluunt te: quomodo præparaiis in equis, & in terra pacis?* Quidã hęc vt ad populum dicta intellexerunt, id eſt, ſi bello decertantes cũ vicinis, reſiſtere iis non valuiſtis peditibus, quid facietis in fugam dati ab equitibus? Verũ neutiquam cenſeo hunc eſſe loci huius ſenſum. Sed quia Propheta, agnitis ſtructis aduerſum ſe machinis, maledicta in eos contulit, eorũ feſtinam punitionẽ implo-D rans, inquit. Cognitis illorum in te technis tu ſollicitas eorũ cædem, & hæc in pace, nec vexatus ab hoſtibus. Quid ipſi faciẽt, inimicis irrumpentibus, quando nec fugæ locus erit, nec tempus, citiſſimè eos equis anteuertentibus? *Tu confidiſti, quomodo facies in fremitu Iordanis?* Hoc eſt, tu noſti, nihil te ab illis perpeſſurum. Quid hi faciẽt, hoſtem intuẽtes in ipſos inſtar fluminis percurrentem? Quomodo igitur, æquè ac ſi ab iis ſæuiſſima paſſus eſſes, maledictis il-E los proſequeris?

* Verſ. 6. *Nam & fratres tui, & domus patris tui, etiam ipſi ſpreuerunt te, & ipſi clamauerunt ex poſterioribus.* Hoc eſt, & hæc illis mala ſcilicet precaris, cum precepiſſes, quæ ij in te moliebantur. Fratres enim, & affines patris, homines ex eadem gente nominat, Iſraelitas nempe.

Congregati ſunt, ne credas eis, quia loquuntur ad te bona. Hæc, inquit, tuæ quidem ſecuritati proſpectum volo: opto enim te illis nihil credere, ſed eos patientia in melius commutare ſatago.

* Verſ. 7. *Reliqui domum meam, dimiſi hæreditatem meam.* Scias igitur, me illis excidium

ad

αὐτῶν παντελῆ κατεψηφισάμην διὰ τὸ τοῦ τρόπου μοχθηρόν. μὴ οὐ σπήλαιον ὑαίνης ἡ κληρονομία μου ἐμοί; τινὲς μὲν οὕτως ἡρμήνευσαν· ἐπειδή, φασι, τὸ τῆς ὑαίνης ζῶον ἀκάθαρτον, τοῦτο εἰπεῖν ἠβουλήθη, ὅτι ἀκαθαρσίας τὸν οἶκον μου ἐπληρώσατε. ὁ δὲ ἑβραῖος οὕτως ἔχει. ὡς ὄρνεον ποικίλον τοῖς πτεροῖς ἐγένετο ἡ κληρονομία μου ἐμοί. τουτέστι, ποικίλην τὴν ἀσέβειαν ἐπιδειξαμένη εἰσέρχεται εἰς τὸν ναόν. δι' ἐμὲ ἠφανίσθη ἀφανισμῷ πᾶσα ἡ γῆ. ὅτι οὐκ ἔστιν ἀνὴρ τιθέμενος ἐπὶ καρδίαν. ἐπὶ πᾶσαν διεκβολὴν τῆς ἐρήμου. τουτέστι, διὰ τὴν εἰς ἐμὲ ἀσέβειαν. ἐπειδὴ ἀκούοντες τὰς συμφορὰς οὐ μετεβάλοντο.

A ad internecionem vſque propter morum improbitatem ſtatuiſſe.

* Verſ. 9. *Nónne ſpelunca Hyanæ hereditas mea mihi?* Quidam ſic expoſuerunt. Cùm, inquiunt, Hyæna ſit animal impurum, tale quid ſibi voluit. Impuritate domum meã impleuiſtis. Hebræus ſic habet. *Tamquam auis varia pennis facta eſt hereditas mea mihi.* Id eſt, adit Templum, multiplicem, variamque exhibens impietatem.

* Ex verſ. 11. *Propter me diſſipatione diſſipata eſt vniuerſa terra, quia non eſt vir, qui ponat in corde.*

* Verſ. 12. *Ad omne diuerticulum in deſerto.* Hoc eſt, propter impietatem contra me. Quando cùm audirent calamitates, nil bonæ faciebant mutationis.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ΄.

Βάδισον, καὶ κτῆσαι ἑαυτῷ περίζωμα λινοῦν. ζώνην λέγει λινῆν, ἐπάγει γοῦν, καὶ περίθου περὶ τὴν ὀσφὺν σου. τὸν δὲ προφήτην εἰς τύπον λαμβάνει τοῦ θεοῦ. τὸ δὲ περίζωμα, εἰς τύπον τοῦ λαοῦ. περίθου οὖν περὶ τὴν ὀσφὺν σου. ὡς ἐγὼ τὸν λαόν μου συνῆψα ἐμοὶ διὰ τῶν νομίμων. καὶ ἐν ὕδατι οὐ διελεύσεται. ἀπὸ τοῦ ῥύπου μὴ ἀπορρύψῃς. ὡς οὐδὲ ἐγὼ ἀπεστράφην αἵμασιν εἰδωλολατρείας πεφυρμένον. καὶ ἐὰν μὴ ἀκούσητε αὐτοῦ, κεκρυμμένως κλαύσεται ἡ ψυχὴ ὑμῶν ἀπὸ προσώπου ὕβρεως. τουτέστιν, οὐδὲ μετὰ ἀδείας ὑμῖν ἔξεσι πενθεῖν ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ. καὶ σὺ ἐδίδαξας αὐτοὺς ἐπὶ σὲ μαθήματα εἰς ἀρχὴν σου. τουτέστιν ἐπικαλουμένη αὐτῶν τὴν βοήθειαν, καὶ εἰδωλολατροῦσα προεσκεύασας αὐτοὺς ἄρχειν σου.

CAPVT XIII.

B Verſ. 1. **V**ADE, *& poſſide tibi cinctorium lineum.* Cingulum dicit lineũ, & addit: *Et pone circa lumbum tuum.* Prophetam in typum Dei accipit; cinctorium verò in typum populi. *Pone itaque circa lumbum tuum*, quemadmodum ego populum meum mihi lege coniunxi. *Et per aquam nõ tranſibit.* Propter immunditiam ne abiicias, ſicut nec ego abieci inquinatum idololatriæ ſanguinibus.

Chryſoſt. Verſ. 1.

* Verſ. 17. *Quod ſi non audieritis, in abſcondito plorabit anima veſtra à facie iniuriæ.* Hoc eſt, in captiuitate nec lacrymas vobis liber fundere permittetur.

C Ex verſ. 21. *Et tu docuiſti eos aduerſum te doctrinas in principatum tuum.* Hoc eſt, eorum aduocans auxilium, & Idolorum cultui dedita, illos tibi conſtituiſti Principes.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΔ΄.

Ὄναγροι ἔστησαν ἐπὶ νάπαις, εἵλκυσαν ἄνεμον ὡς δράκων. ἄγριον τὸ ζῶον ὁ ὄναγρος, καὶ ἐπιβαίνων πεδιάσιν, καὶ διαφθείρων καρπούς. λέγει τοίνυν, ὅτι ἐκ τῆς ἀβροχίας εἰς ἀσθένειαν ἦλθε, καὶ τοῦτο τὸ ζῶον. τὸ δέ, εἵλκυσαν ἄνεμον ὡς δράκων, ὁ ἑβραῖος τινὰ τοιαύτην τὴν ἔννοιαν ἔχει. εἵλκυσαν ἄνεμον ὡς ζῶον ὑπ' ἀνέμου συλλαμβάνον. φασὶ δὲ τοιαύτην εἶναι τὴν σφίγγα. ὥσπερ γὰρ ἐκείνη ἥδεται τῇ τοῦ ἀνέμου προσβολῇ ὡς ἐν συνουσίᾳ γιγνομένη. οὕτω φησὶ καὶ οἱ ὄναγροι πρὸς τὸν ἄνεμον εἱστήκεισαν ὑπὸ τῆς ἐνδείας παραμυθίαν ἔχοντες τοῦ ἀνέμου τὴν φοράν. μᾶλλον δ' ἄν τις οὕτω νοήσοιτο, εἵλκυσαν ἄνεμον ὡς δράκων, τουτέστιν, ἀπὸ τῆς ἐνδείας ὠγκῶντο· ἐπιλειπούσης γὰρ τῆς τροφῆς, ἀναβοᾶν ἔθος τοῖς ἀλόγοις, οἷον ὄνοις, ἵπποις, καὶ τοῖς τοιούτοις. τοῦτο δὲ ποιεῖν καὶ ὁ ὄναγρος εἴωθε. τὸ οὖν, εἵλκυσαν ὡς δράκων, τουτέστιν, ὡς οὗτος συρίζων ἐπὶ πολὺ τὴν φωνὴν ἐκπέμπει, οὕτω καὶ οἱ ὄναγροι βοήσουσιν ὑπὸ

CAPVT XIV.

D Verſ. 6. **O**Nagri ſteterunt in rupibus, traxerunt ventum, quaſi Draco. Ferum animal eſt Onager, campis inſiliens, & deſtruens fructus. Ait itaque, præ ſiccitate in ægritudinem decidiſſe & hoc animal. Illud verò, *traxerunt ventum quaſi Draco*, Hebræus hunc habet ſenſum, *traxerunt ventum vt animal ex vento concipiens.* Hoc porro Sphingẽ eſſe aſſerunt. Vt enim illa occurſu venti gaudet, ac ſi in coitu eſſet; ſic, ait, & Onagri ad ventũ ſteterunt præ inopia flãtis venti

Chryſoſt. Verſ. 6.

Sphinx animal concipit è vento.

E ſolatio recreati. Quin meliori hoc intelligi poteſt ſenſu, *traxerunt ventum quaſi draco*, hoc eſt, præ inopia rudebant; deficiente quippe cibo animalia rationis expertia vocem extollere conſueuerunt, aſini ſcilicet, equi, & ſimilia; hoc item & onagro vſu venit. Igitur, *traxerunt ventum vt draco*, videlicet, ſicut hic ſibilans longè vocem emittit, ſic & onagri præ inopia clama

Ventum trahere pro rudere.

ὑπὸ τῆς ἐνδείας ἐξάκουστον. λέγουσι δὲ σύροι τὸ, ὡς δράκων, μὴ ἔχειν. τινὲς δέ φασιν, ὅτι ὁ δράκων πέφυκε τῷ ἀνέμῳ τρέφεσθαι. παρέβαλεν οὖν τούτῳ τῷ ζώῳ τοὺς ὀνάγρους, ἵνα δείξῃ τὴν ἐκ τῆς ἀβροχίας συμφοράν.

* Οὕτως ἠγάπησαν κινεῖν πόδας αὐτῶν, καὶ οὐκ ἐφείσαντο.] τουτέστιν, ἔστερξαν τρέχειν ἐπὶ τὰ εἴδωλα, καὶ οὐ μετέγνωσαν.

A clamabunt, vt audiri possint. Syri autem illud, *vt draco*, non haberi asseuerant. Quidam etiam dicunt, draconem naturâ suâ vento nutriri: itaque feræ huic onagros comparauit, vt siccitatis significaret calamitatem.

Draconem nutriri vento.

* Vers. 10. *Dilexerunt mouere pedes suos, & non pepercerunt.* Id est, summo studio in Idola currebant, nec eos pœnituit.

Chrysost. Vers. 10.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΕ'.

CAPVT XV.

Καὶ παραδώσω αὐτοὺς εἰς ἀνάγκας πάσαις ταῖς βασιλείαις τῆς γῆς, διὰ μανασσῆν υἱὸν ἐζεχίου βασιλέως ἰούδα.] οὐ διὰ τὰς ἐκείνου ἁμαρτίας λέγει ἐπαγαγεῖν αὐτοῖς τὰ κακά, ἀλλ' ὅτι ταῖς ἐκείνου εἰδωλολατρείαις ἐνέμειναν.

* Ἐπέρριψα ἐπ' αὐτὴν ἐξαίφνης τρόμον, καὶ σπουδήν.] περὶ τῆς πολύπαιδος λέγει γυναικός. τρόμον, τουτέστι, φόβον. σπουδήν, ἵνα εἴπῃ, ταραχήν.

* Ἐκενώθη ἡ τίκτουσα ἑπτά.] τουτέστιν, ἄπαις ἡ πολύπαις ἐγένετο. ἀπεκάκησεν ἡ ψυχὴ αὐτῆς.] C τουτέστι, πενθοῦσα.

Ἐπέδυ ὁ ἥλιος αὐτῇ ἔτι μεσούσης ἡμέρας.] ἡ γὰρ συμφορὰ, οὐδὲ καθαρῶς ὁρᾶν τὸ φῶς συνεχώρει.

* Οἴμοι ἐγὼ μήτηρ, ὡς τίνα με ἔτεκες ἄνδρα δικαζόμενον, καὶ ἄνδρα διακρινόμενον ἐν πάσῃ τῇ γῇ; οὐκ ὠφέλησα, οὐδὲ ὠφέλησέ με οὐδείς.] ἀποδυσπετεῖ ὁ προφήτης τὰ πάνδεινα πάσχων παρὰ ἰουδαίων. τί φησιν, ἐτικτόμην ἑκάστοτε πρὸς τοὺς παρανόμους μαχόμενος, καὶ δικαζόμενος πρὸς αὐτοὺς, καὶ ἐλέγχων αὐτῶν τὰ κακά, ἀνὴρ ἐν εἰρήνῃ διάγειν βουλόμενος; D οὔτε ὀφλήσας πώποτε τινὶ, οὔτε χρεώστην ἐσχηκώς; ἡ ἰσχύς μου ἐξέλιπεν ἐν τοῖς καταρωμένοις με.] τουτέστιν, ἔκαμον ὑπ' αὐτῶν ὀνειδιζόμενος, καὶ μυρίαις λοιδορίαις βαλλόμενος.

* Γένοιτο κύριε κατευθυνόντων αὐτῶν εἰς ἀγαθόν.] τουτέστιν, εἰ δικαίως ἐπαρῶνται, κύρωσον αὐτῶν τὰ ῥήματα.

Εἰ μὴ παρέστη σοι ἐν καιρῷ τῶν κακῶν αὐτῶν, καὶ ἐν καιρῷ θλίψεως αὐτῶν εἰς ἀγαθὰ E πρὸς τὸν ἐχθρόν.] τουτέστιν, εἰ μὴ συμμαρτυρεῖς, ὅτι ἡνίκα ἀναγγέλλειν αὐτοῖς τῶν πολεμίων τὴν ἔφοδον ἔλεγες, εἱστήκειν προσευχόμενος ὑπὲρ αὐτῶν, ἀγαθὰ ὑπὲρ αὐτῶν αἰτῶν.

* Εἰ γνωσθήσεται σίδηρος, καὶ περιβόλαιον χαλκοῦν.] τουτέστι περιφράξω σε τῇ ἐμαυτοῦ βοηθείᾳ, καθάπερ σιδηρέῳ ἢ χαλκέῳ ἐνδύματι. σιδήρεον μὲν ἔνδυμα λέγει, τὸν ἁλυσιδωτὸν χιτῶνα. χάλκεον δὲ, τὸ καταφρακτόν. ὥσπερ οὖν οἱ ταῦτα ἐνδεδυμένοι πάσης εἰσὶν ἐκτὸς βλάβης τοῦ βέλους, οὐ καθικνουμένου. οὕτως οὐδὲ σύ τι πείσῃ παρ' αὐτῶν. τινὲς δὲ περὶ τοῦ λαοῦ, ὅτι οὐδὲ οὕτω φραξάμενοι σώζονται.

B Vers. 4. Et tradam eos in angustias omnibus regnis terræ, propter Manassem filiū Ezechiæ regis Iuda. Non propter illius peccata ait illis intulisse mala, sed quia in eius idololatriis perstiterunt.

Chrysost. Vers. 4.

* Vers. 8. *Inieci super eam repentè tremorē, & festinationem.* Sermo est de muliere, multos habente liberos. *Tremorem*, id est, timorem, *festinationem*, quasi diceret, perturbationē.

Chrysost. Vers. 8.

* Vers. 9. *Vacua facta est quæ parit septem.* Hoc est, quæ multos habebat liberos, sine C liberis facta est. *Afflicta est anima eius*, id est eiulans. *Occidit ei sol cum adhuc esset meridies.* Calamitates enim, nec permittebant vt clarè lumen conspiceretur.

Chrysost. Vers. 9.

* Vers. 10. *Heu me mater, quare genuisti me virum qui iudicer, & virū qui discernar in omni terra? Non profui, nec profuit mihi quisquā.* Pertæsus Propheta, atrocissima à Iudæis tolerans mala. Quid, ait, natus sum, qui quotidie contra iniquos decerto, & iudicor apud ipsos, eorum iniquitates coarguens, D cum vir sim qui vitam in pace traducere velim, quique numquam vlli debui, nec debuit mihi quisquam? *Fortitudo mea defecit in iis, qui maledicunt mihi*; hoc est, defatigatus sum, & opprobriis affectus ab ipsis, & sexcentis petitus iniuriis.

Chrysost. Vers. 10.

Vita præsentis tædium tenet Sanctos.

* Vers. 11. *Fiat Domine dirigentibus illis in bonum.* Hoc est, si iustè mala mihi imprecātur, confirma eorum verba. *Si non adstiti tibi in tempore malorum eorum, & in tempore af-* E *flictionis eorum in bona contra inimicū.* Hoc est, si non testimoniū profers, tūc cum impellebas, vt hostium impetum ipsis denunciarem, perseuerasse me in precibus pro eis, bonaque illis postulasse.

Chrysost. Vers. 11.

* Vers. 12. *Si cognoscetur ferrum, & operimentum aneum.* Hoc est, sepiam te meo auxilio, veluti ferreo, aut æneo vestimento. Ferreum quidem vestimentum concatenatam loricam; æneum, constratam vocat. Sicut itaque qui his operiuntur noxā non timent iaculi, penetrare non valentis: sic neque tu aliquid ab illis patieris. Quidam hoc accipiunt de populo, quòd nec ita armatis saluari fas erat.

Chrysost. Vers. 12.

Armorū munimen parum tutum peccatori.

* Ἰσχύν σου καὶ θησαυρούς σου εἰς προνομὴν δώσω.] ὡς πρὸς τὸν λαόν. αὐτὶ τοῦ, διὰ τὰ κακὰ αὐτῶν αἰχμαλώτους ἐργάσομαι. εἴρηται δὲ ὡς παρὰ τοῦ προφήτου ἐκ προσώπου τοῦ θεοῦ πρὸς τὸν λαόν.

* Τέλεσον αὐτούς, καὶ ἔσται ὁ λόγος σου ἐμοὶ εἰς εὐφροσύνην, καὶ χαρὰν καρδίας μου, ὅτι ἐπικέκληται τὸ ὄνομά σου ἐπ' ἐμοί.] τουτέστι, ψεύσασθαί με τὴν τιμωρίαν. ὥστε φανῆναί με ἀληθεύοντα, καὶ δίκαιον προφήτην ὄντα. ἐπειδὴ τὸ σὸν ὄνομα ἐπικαλούμενόν με, οὐδὲ δυνατὸν διαψεύσασθαι.

* Ἡ πληγή μου στερεά, πόθεν ἰαθήσομαι;] τουτέστιν, οὗτοι ἐχθραίνουσι, καὶ τὰ τῶν πολεμίων διαπράττονται. τὴν ἔκβασιν τῶν ἐμῶν λόγων οὐχ ὁρῶ. οὐδαμόθεν ἔχω παραμυθίαν.

Γινομένη ἐγενήθη μοι, ὡς ὕδωρ ψευδὲς οὐκ ἔχον πίστιν.] τουτέστιν, ἡ προφητεία. ἵνα εἴπῃ, ἐνομίσθη ψεύδεσθαι. καὶ καθάπερ τὸ ὕδωρ στάσιν οὐκ ἔχει, οὕτως οὐδὲ τοῖς ἐμοῖς λόγοις ἀλήθειαν προσεῖναι νομίζουσι.

* Διὰ τοῦτο τάδε λέγει κύριος. ἐὰν ἐπιστρέψῃς, καὶ ἀποκαταστήσω σε πρὸ προσώπου μου στήσῃ.] τουτέστι, προσῆκόν σε πρὸς ἐμὲ ἀφορᾶν, μὴ πρὸς τὴν τῶν ἀνθρώπων ὑπόληψιν.

Καὶ ἐὰν ἐξαγάγῃς τίμιον ἐξ ἀναξίου, ὡς στόμα μου ἔσῃ.] τουτέστιν, εἰ γὰρ ἀναμένων τοῖς συνεχέσι λόγοις μεταβάλλῃς τινά, ἔσῃ μιμούμενος ἐμέ, ὃς μακροθυμίᾳ τῶν ἀνθρώπων τὸ γένος ἄγειν ἐπὶ τὸ κρεῖττον σπουδάζω.

Καὶ ἀναστρέψουσιν αὐτοὶ πρὸς σέ, καὶ σὺ οὐκ ἀναστρέψεις πρὸς αὐτούς.] τουτέστι, στερεὸς ἐπὶ τῆς εὐσεβείας μένον, ὥστε ἐκείνους ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβαλεῖν, ἀλλὰ μὴ αὐτόν σε ὑπὸ ὀλιγωρίας μεταβληθῆναι πρὸς τὴν ἐκείνων γνώμην.

* Καὶ δώσω σε τῷ λαῷ τούτῳ τεῖχος χαλκοῦν ὀχυρόν, καὶ τὰ ἑξῆς.] τουτέστιν, εἰ δὲ κακὰ διατιθέασιν, αὐτὸς ἐπαμυνῶ, κρείττονά σε τῶν συμφορῶν ποιῶν.

* Vers. 13. *Fortitudinem tuam, & thesauros tuos in direptionem dabo.* Ad populum hæc habet, ac si diceret, propter eorum iniquitates in captiuitatem eos dabo. Dictũ autem est à Propheta ex persona Dei. *Chrysost. Vers. 13.*

* Vers. 16. *Consumma eos, & erit verbum tuum mihi in lætitiam, & gaudium cordis mei, quoniam inuocatum est nomen tuum super me.* Hoc est, me mentiri de punitione, vt appareat esse me veracẽ, & iustum Prophetam. Quandoquidem inuocans nomen tuum, fieri minimè potest vt mentiar. *Chrysost. Vers. 16.* *Credo desse verbũ & negatiuã (non) ostende eis, me non mentiri.*

* Vers. 18. *Plaga mea solida est, vnde sanabor?* Id est, hi inimico sunt animo, & veluti hostes omnia peragũt. Exitum verborum meorum nondum video: nusquam mihi solatium adest. *Dum fit, facta est mihi, quasi aqua mendax, non habens fidem.* hoc est, prophetia, quasi dicat, mentiri visa est, & veluti aqua stabilitatem non habet, sic & verbis meis veritatem inesse haud existimãt. *Chrysost. Vers. 18.*

* Vers. 19. *Ideo hæc dicit Dominus, si reuerteris, & restituam te, & ante faciem meam stabis.* Hoc est, conueniens est, te ad me respicere, & non ad hominum existimationẽ. *Et si eduxeris pretiosum à vili, quasi os meũ eris.* Hoc est, si patientia vsus, sermonibus frequentibus id efficias, vt aliquis seipsum mutet, mei æmulator eris, qui longanimitate humanũ genus in melius traducere studeo. *Et conuertentur ipsi ad te, & tu non conuerteris ad eos.* Hoc est, firmus sis in pietate, vt eos in saniorem mentem possis deducere, neque tu ex negligentia in eorũ sententiam eas. *Chrysost. Vers. 19.* *Respectus bonus manus non auertat oculos nostros à Deo.* *Prædicator patientiã exercens peccatorem est Dei æmulator.*

* Vers. 20. *Et dabo te populo huic in murum æneum munitum,* & reliqua. Hoc est, & si malè te tractarint, ipse tibi adsto ope, calamitatibus præstantiorem reddens. *Chrysost. Vers. 20.* *Tribulatis adstat ope sua Deus.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙϚ.

* Τάδε λέγει κύριος. μὴ εἰσέλθῃς εἰς θίασον αὐτῶν, καὶ μὴ πορευθῇς τοῦ κόψασθαι, καὶ μὴ πενθήσῃς αὐτούς, ὅτι ἀφέστακα τὴν εἰρήνην μου ἀπὸ τοῦ λαοῦ τούτου, φησὶ κύριος, καὶ τὰ ἑξῆς.] τουτέστι, μὴ εἰς συνέδριον αὐτῶν ἔλθῃς. θίασον γὰρ καλεῖ τὴν καταφιλικὴν σύνοδον, ἣν ποιοῦνται, καὶ ἐν συμποσίοις, καὶ ἐπὶ πένθει, πρὸς παράκλησιν τοῦ πενθοῦντος.

* Ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω ἁλιεῖς πολλούς, λέγει κύριος, καὶ ἁλιεύσουσιν αὐτούς. καὶ μετὰ ταῦτα ἀποστελῶ θηρευτὰς πολλούς, καὶ θηρεύσουσιν αὐτούς.] λέγει μὲν περὶ Βαβυλωνίων. τουτέστι, Ναβουχοδονόσορ, καὶ τῶν αὐτοῦ στρατηγῶν. ἁλιεῦσι δὲ καὶ θηρευταῖς παρέβαλεν, ἵνα εἴπῃ καὶ τοὺς κρυπτομένους ἀνιχνεύσας εἰς τιμωρίαν ἄξει. λέγει γοῦν.

Καὶ θηρεύσω αὐτοὺς ἐπάνω παντὸς ὄρους, καὶ ἐπάνω παντὸς βουνοῦ, καὶ ἐκ τῶν τρυμαλιῶν τῶν πετρῶν.

KE

CAPVT XVI.

* Vers. 5. *HAEC dicit Dominus. Ne ingrediaris in Thiasum eorum, & non vadas ad plangendum, neque lugeas eos, quia abstuli pacem meam à populo isto, dicit Dominus,* & reliqua. Hoc est, ne in sodalitium eorũ ingrediaris. Thiasum enim vocat cœtum amicabilem, quem tenent & in conuiuiis, & in luctu, ad mœrentis solatium. *Chrysost. Vers. 5.* *Thiasũ quid sit.*

* Vers. 16. *Ecce ego mitto piscatores multos, dicit Dominus, & piscabũtur eos, & post hac multos venatores, & venabuntur eos.* Sermo est de Babyloniis, Nabuchodonosor nempe, & eius ducibus. Piscatoribus autem & venatoribus assimilauit, vt designet, & eos qui in latebris latent perscrutatos ducet ad pœnam; ait igitur. *Et venabor eos desuper omni monte, & desuper omni colle, & de cauernis petrarum.* *Chrysost. Vers. 16.*

CAP.

ΚΕΦΆΛΑΙΟΝ ΙΖ'.

Ἁμαρτία ἰούδα ἐγγέγραπται ἐν γραφῇ, ἐν σιδήρῳ, ἐν ὄνυχι ἀδαμαντίνῳ. ἐγκεκολαμμένη ἐπὶ τοῦ στήθους τῆς καρδίας αὐτῶν.] ἵνα εἴπῃ, ἀνεξάλειπτον ἔχουσι τὴν ἀσέβειαν, ὥσπερ ἐν ἀδάμαντι καὶ ἐν σιδήρῳ ἐγκεκολαμμένην ἐπὶ τῆς ἑαυτῶν καρδίας. τὸ δὲ, καὶ ἐν τοῖς κέρασι τῶν θυσιαστηρίων αὐτῶν, τὴν περὶ τὰ εἴδωλα σπουδὴν ἵνα δείξῃ.

A

* Καὶ ἔσται ὡς ἡ ἀγριομυρίκη ἐν τῇ ἐρήμῳ.] ἀσθενὲς τὸ ξύλον τοῦτο. καὶ κατασκηνώσει ἐν ἀλίμοις, ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἐν γῇ ἁλμυρᾷ, ἥτις οὐ κατοικεῖται.] τουτέστιν, οὐδενὸς ἀπολαύσει ἀγαθοῦ. ἀλλ' ἄγονος ἔσται. καὶ ἡ γῆ ἁλμυρὰ, ἥτις οὐ κατοικεῖται πρὸς καρπογονίαν.

B

* Βαθεῖα ἡ καρδία παρὰ πάντα, καὶ ἄνθρωπος, καὶ τίς γνώσεται αὐτόν; ἐγὼ κύριος ὁ θεός.] πρὸς τοὺς λεληθότως ἀσεβοῦντας, καὶ λανθάνειν οἰομένους ὁ λόγος.

* Ἐφώνησε πέρδιξ, συνήγαγεν, ἃ οὐκ ἔτεκε ποιῶν πλοῦτον αὐτοῦ οὐ μετὰ κρίσεως.] πρὸς τοὺς πλεονεκτοῦντας ὁ λόγος. τινὲς δὲ οὕτως ἡρμήνευσαν. ἔθος, φησὶ, τοὺς πέρδικας μετὰ τὸ ἀποτεχθῆναι, τῶν ᾠῶν τοὺς νεοττοὺς τῇ φωνῇ προσκαλεῖσθαι, καὶ γυμνοῦν τὴν τεκοῦσαν. οὕτω φησὶ καὶ οὗτοι τὸν ἀλλότριον πόνον συνάγουσι, περὶ οὓς οὐκ ἐπόνησαν.

C

Ἐν ἡμίσει ἡμερῶν αὐτοῦ καταλείψουσιν αὐτόν.] τουτέστιν, οὐκ ἀπολαύσει ἀλλοτρίων.

Καὶ ἐπ' ἐσχάτων αὐτοῦ ἔσται ἄφρων.] τουτέστιν, εἴσεται τὸ μάταιον τῆς σπουδῆς τελευτῶν, καὶ ἀλλοτρίοις τὸν πλοῦτον καταλιμπάνων. τινὲς δὲ αὐτὸ οὕτως ἡρμήνευσαν ἐκ τοῦ ἑβραϊκοῦ. πέρδιξ θάλπει, καὶ οὐ γεννᾷ. ὡς ἂν εἰωθότος ὑποκλέπτειν τῆς θηλείας τὰ ᾠὰ, εἶτα θερμαίνας καὶ ἀποτεκὼν, ἀγαγὼν ἐφ' ὕδωρ, καὶ ποτίσας ἀναιρεῖ. ἵνα τοίνυν εἴπῃ, ὅτι οὕτως εἰς μάτην ὁ πλεονέκτης τὸν πλοῦτον συνάγει. ἐν ἡμίσει ἡμερῶν αὐτοῦ καταλείψουσιν αὐτόν.] τὸ ἑβραϊκὸν φησὶν, οὕτως ἔχει. ἐν ἡμίσει ἡμερῶν τούτων καταλείψει αὐτόν. τουτέστι, τὸν πλοῦτον.

D

Καὶ ἐπ' ἐσχάτων αὐτοῦ ἔσται ἄφρων.] ὁ ἑβραῖος φησὶ, καὶ τὸ τέλος αὐτοῦ ἔσται πένθιμον. ἀμείνονα δὲ νομίζω, καὶ σαφεστέραν τὴν προτέραν ἔννοιαν.

* Σὺ ἐπίστασαι τὰ ἐκπορευόμενα ἐκ τῶν χειλέων μου πρὸ προσώπου σου.] τουτέστι, σὺ οἶδας, ὅτι ἀληθεύω. μὴ γένῃ μοι εἰς ἀλλοτρίωσιν φειδόμενος μου ἐν ἡμέρᾳ πονηρᾷ.] τουτέστι, μὴ ὀφθείην ψευδόμενος, μή ποτε διαχειρίσωνταί με. καταισχυνθήτωσαν οἱ διώκοντές με. καὶ μὴ καταισχυνθείην ἐγώ.] τουτέστι, δίκην δότωσαν οὗτοι, καὶ μὴ ὀφθείην ἐγὼ ψευδόμενος.

E

* Τάδε λέγει κύριος. φυλάσσεσθε τὰς ψυχὰς ὑμῶν, καὶ μὴ αἴρετε βαστάγματα ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων. καὶ τὰ ἑξῆς.] προσετάχθησαν ἀργεῖν τὸ σάββατον, ἐπὶ τῷ ἐξιλεῶσθαι τὰ

CAPVT XVII.

Vers. 1. Peccatum Iuda scriptum est in scriptura, in ferro, in vngue adamantino. sculptum in pectore cordis eorum. Quasi diceret. Ita præ se ferunt impietatẽ, vt eradi nõ possit, ac si esset in adamãte, & ferro sculpta in pectore eorum. Illud porro, *& in cornibus ararum eorum*, circa Idola studium ostendit.

Chrysost. Vers. 1.

Peccatoris obstinati quale in peccando studium.

* Vers. 6. *Et erit sicut myrica syluestris.* Fragile lignum hoc. *Et habitabit in saltis, & in deserto, in terra salsa, quæ non habitatur.* Hoc est, nullius particeps erit boni, sed sterilis erit & terra salsa, quæ non habitatur, ad fructificationem.

Chrysost. Vers. 6.

* Vers. 9. *Profundum est cor super omnia, & homo, & quis cognoscet eum? Ego Dominus Deus.* Sermo est ad eos qui clam impiè agunt, & latere se præsumunt.

Chrysost. Vers. 9.

Absconditum nihil esse Deo.

Vers. 11. *Clamauit Perdix, congregauit quæ non peperit, faciens diuitias suas non cum iudicio.* Sermo est ad eos, qui plura habere, præualereque viribus volunt. Quidam verò sic interpretati sunt. Perdicibus aiunt hoc esse in vsu, post ouorum exclusionem pullos clamore aduocare, iisque matrem priuare. Sic, ait, & hi alienos labores colligũt, pro quibus nullum susceperũt laborem. *In dimidio dierum eius relinquent eum*, hoc est, rebus alienis non fruetur. *Et in nouissimis suis erit insipiens.* Hoc est, studij sui, curæque vanitatẽ percipiet moriens, & diuitias alienis relinquens. Quidam autem ex Hebraico sic interpretati sunt. *Perdix fouet, & non parit.* Perdici namque id est in more, vt fœminæ oua subripiat, tum foueat, & pullos post fœtũ in aquam conductos potu exhibito interimat. Ac si dicat, frustra eum qui plura appetit diuitias congregare. *In dimidio dierum eius relinquent eum.* Hebræus sic habet. *In dimidio dierum eius derelinquet eas.* Id est, diuitias. *Et in nouissimis suis erit insipiẽs.* Hebræus legit, *& finis eius erit lugubris.* Verum primum sensum & potiorem, & manifestiorem existimo.

Chrysost. Vers. 11.

Perdicis praua natura.

Auari rapax studiũ inane.

* Vers. 16. *Tu scis quæ egrediuntur per labia mea ante faciem tuam.* Hoc est, tu nosti, me vera dicere.

Chrysost. Vers. 16.

* Vers. 17. *Non fias mihi in alienationem, parcens mihi tu in die malo.* Hoc est, ne mendacij conuincar, ne vnquam in eorum veniam potestatem.

Vers. 17.

Vers. 18. *Confundantur, qui persequuntur me, & non confundar ego.* Id est, pœnas luant hi, neque mendacij conuictus redarguar.

Vers. 18.

* Vers. 21. *Hæc dicit Dominus, custodite animas vestras, & nolite portare põdera in die Sabbatorum.* Præceptum illis erat, vt in die Sabbati quiescerent ab omni opere, quò Deum pro

Chrysost. Vers. 21.

Festorum obseruatio.

ἁμαρτήματα. οἱ δὲ ἐμπορείας προφάσει ἐποιοῦντο τὴν ἡμέραν, καὶ συναλλάγματα εἰργάζοντο. κωλύει τοίνυν αὐτοὺς ταύτης τῆς πράξεως.

A pro peccatis placarent: hi vero diem illam in mercatum impendebant, & conuentiones stipulabantur. Igitur eos à similibus actionibus auocat.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΗ'.

* Μὴ ἐκλείψουσιν ἀπὸ πέτρας μαστοὶ, ἢ χιὼν ἀπὸ τοῦ Λιβάνου. ἢ ἐκκλινεῖ ὕδωρ βιαίως ἀνέμῳ φερόμενον;] ἀκρώρεια τις ἦν πέτρα καλουμένη μαστοί· λέγει τοίνυν, ὅτι ὥσπερ οὐκ ἔνεστιν ἐκεῖθεν ἐκλείπειν ὕδωρ, ἢ χιόνα τοῦ Λιβάνου, καὶ ὕδωρ φερόμενον βιαίως οὐκ ἄν ποτέ τις παρατρέψειε, μὴ κατ' εὐθεῖαν φέρεσθαι, οὕτως ὁ λαὸς καὶ ἀδιαλείπτως ἥμαρτε, καὶ σφοδρῶς εἴχετο τῆς παρανομίας.

Καὶ ἀσθενήσουσιν ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν σχοινίοις αἰωνίοις, τοῦ ἐπιβῆναι τρίβους οὐκ ἐχούσας ὁδόν.] σχοινίοις. τουτέστι, τῆς γῆς τὴν κληρονομίαν. ἀσθενήσαντες τοίνυν ἐντεῦθεν φησὶν ἐξελεύσονται, ὥστε αὐτὸν πορευθῆναι, καὶ ξένην ὁδόν. ἵνα εἴπῃ τὴν τῆς αἰχμαλωσίας.

* Ὡς ἄνεμος καύσων διασπερῶ αὐτοὺς κατὰ πρόσωπον τῶν ἐχθρῶν αὐτῶν.] τουτέστιν, ὡς ἐν καύσωνι ἄνεμος θερμὸς σφοδρῶς φλέγειν οἶδε τὰ εὔθρυπτα. οὕτω καταναλώσω τοὺς ἰουδαίους.

Καὶ εἶπον. δεῦτε, καὶ λογισώμεθα ἐπὶ ἱερεμίαν λογισμὸν, ὅτι οὐκ ἀπολεῖται νόμος ἀπὸ ἱερέως, καὶ βουλὴ ἀπὸ συνετοῦ, καὶ λόγος ἀπὸ προφήτου. δεῦτε, καὶ πατάξωμεν αὐτὸν ἐν γλώσσῃ, καὶ οὐκ ἀκουσόμεθα πάντας τοὺς λόγους αὐτοῦ.] ὃ λέγει τοῦτό ἐστιν. εἶπον φησὶ παρ' ἑαυτοῖς, ὅτι οὐκ ἐνδέχεται προφήτου λόγον διαμαρτεῖν, ὥσπερ οὐδὲ ἱερέως χρησμόν. νόμον γὰρ λέγει τὸν διὰ τοῦ ἐφοὺδ λόγον λεγόμενον. ἵνα τοίνυν φησὶ μὴ εἰς ἔλεγχον ἡμῶν καθιστάμενος ἐλέγχῃ τὰς παρανομίας, καὶ λέγῃ τὰς συμφορὰς, ἐνεδρευσάμενοι αὐτὸν ἀνέλωμεν. τὸ δὲ, πατάξωμεν αὐτὸν ἐν γλώσσῃ. τουτέστιν, εὕρωμεν αὐτοῦ ἁμαρτίαν, ἢ εἰς θεὸν, ἢ εἰς βασιλέα, ἵνα οὕτως εὐπροσώπως τὴν κατ' αὐτοῦ ἐνέγκωμεν ψῆφον.

Ὅτι συνελάλησαν ῥήματα κατὰ τῆς ψυχῆς μου, καὶ τὴν κόλασιν αὐτῶν ἔκρυψάν μοι.] τουτέστι, τὴν τιμωρίαν ἀποκρυψάμενοι ὡς φίλοι προσῄεσαν. τινὲς δὲ ἔφασαν, ὡς γυναῖκα αὐτῷ ἐπέρριψαν. εὔλογον δὲ, οὐ γὰρ ἂν αὐτὸ ἐσιώπησεν ὁ προφήτης.

CAPVT XVIII.

B Verſ. 14. *Nvmquid deficient de petra vbera, aut nix de Libano? Numquid declinabit aqua violenter vento ſublata?* Petra erat quoddam montis cacumen, quod dicebatur vbera. Ait itaque, quemadmodum fieri non poteſt, vt inde deficiat aqua, aut nix de Libano, & aquam violenter currentem nunquam quis deflectat, ne recto feratur curſu, ſic populus ſine intermiſſione peccabat, nimiumque adhærebat iniquitati.

Chryſoſt. Verſ. 14. Peccatoris iuge peccandi ſtudium.

Verſ. 15. *Et infirmabuntur in viis ſuis, funiculis ſempiternis, ad conſcendendum ſemitas non* C *habentes viam. Funiculis*, hoc eſt, terræ hæreditatem. Infirmati itaque inde, ait, egredientur, vt ignotam viam proficiſcantur, quaſi diceret, viam captiuitatis.

Verſ. 15.

* Verſ. 17. *Sicut ventus vrens diſpergam eos ad faciem inimicorum ſuorum.* Hoc eſt, veluti tempore æſtiuo ventus calidus vehementer comburit ea quæ mollia & delicata ſunt, ſic perdam Iudæos.

Chryſoſt. Verſ. 17.

Verſ. 18. *Et dixerunt: venite & cogitemus* D *aduerſus Ieremiam cogitationem: non enim peribit lex à Sacerdote, neque conſilium à Sapiente, nec ſermo à Propheta; venite, & percutiamus eum in lingua, & nõ audiemus vniuerſos ſermones eius.* Huius loci ſenſus eſt: Dixerunt, inquit, illi apud ſemet, Prophetæ ſermonem, ſicut & Sacerdotis oraculum non poſſe falli. Legem enim vocat, ſermonem ab Ephod habitum; ne igitur, inquiunt, ipſe nos redarguat, refellatque, atque noſtras patefaciat iniquitates, cum adorti occidamus. At illud, *Percutiamus eum in lingua*, id eſt, in- E ueniamus in ipſo peccatum, vel in Deum, vel in Regem, vt ſic ſententiam in eum bono ferre poſſimus nomine.

Verſ. 18.

Verſ. 20. *Quia colloquuti ſunt mala contra animam meam, & punitionem ſuam occultarunt mihi.* Hoc eſt, pœnam occultantes, vti amicos obuios ſe exhibebant. Quidam autem aſſeruere, fornicationem, ſiue adulterium obiectum ei fuiſſe, quod fatuum videretur; neque enim ſiluiſſet Propheta.

Verſ. 20.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΘ'.

Τότε εἶπε κύριος πρός με. βάδισαι, καὶ κτῆσαι βίκον ὀστράκινον πεπλασμένον.] τουτέστι, ξέστην. καὶ ἄξεις ἀπὸ τῶν πρεσβυτέρων, καὶ ἐξελεύσῃ εἰς τὸ πολυάνδριον υἱῶν τῶν τεθνηκότων αὐτῶν, ὅ ἐστιν ἐπὶ τῶν θυρῶν τῆς πύλης τῆς χαρσίθ.] πολυάνδριον τεθνηκότων λέγει

CAPVT XIX.

F * Verſ. 1. *Tvnc dixit Dominus ad me: Vade, & poſſide doliolum teſteum fictum.* Sextarium nempe. *Et habebis à ſenioribus: & exibis in polyandrium filiorum mortuorum eorum, quod eſt iuxta veſtibula portæ Charſidis.* Polyandrium mortuorum vocat

Chryſoſt. Verſ. 1.

Polyandrium quid.

λέγει τὸν τόπον, ἔνθα ὁ Ἀσσύριος ἀνῃρέθη, καὶ τῶν ἰουδαίων ὑπὸ τῶν χαλδαίων πολλοὶ διεφθάρησαν. ὡς οὖν ἱκανοῦ ὄντος τοῦ τόπου ὑπομνῆσαι αὐτοὺς, καὶ τῆς προτέρας εὐεργεσίας, καὶ τῆς μετὰ ταῦτα τοῦ θεοῦ ἀποστροφῆς, ἐπὶ τοῦ τόπου ἐκείνου προσέταξεν εἰπεῖν, ἅπερ ἔμελλε λέγειν ὁ προφήτης.

Καὶ οἱ βασιλεῖς ἰούδα ἔπλησαν τὸν τόπον τοῦτον αἱμάτων ἀθώων, καὶ ᾠκοδόμησαν τὰ ὑψηλὰ τῷ βάαλ.] ὑψηλὰ κατὰ τὸ συνήθες τῆς θείας γραφῆς, τοὺς βωμοὺς λέγει. βάαλ δὲ νῦν τὸ εἴδωλον αὐτό.

Τοῦ κατακαίειν τοὺς υἱοὺς αὐτῶν ἐν πυρὶ, ὁλοκαυτώματα τῷ βάαλ.] ἕτερον εἶδος ἀσεβείας λέγει, ὃ τελευταῖον ἐπενθήθη. ἐγκαλέσας γὰρ αὐτοῖς, ὡς εἴδωλον ποιήσασι, καὶ περὶ τὴν τοῦ πλούτωνος θεραπείαν ἐσχολακόσι, μετὰ τὴν τοῦ σεναχηρεὶμ ἀναίρεσιν. τούτῳ τοίνυν φησὶ τῷ εἰδωλίῳ, ὁλοκαυτώματα ἐποιεῖτε τῷ τοῦ πλούτωνος, ὡσανεὶ κρείττους τοῦ θανάτου ἐσόμενοι. καὶ ὅτι περὶ τούτου λέγει, μηνύει τὰ ἀκόλουθα. φησὶ γάρ.

Διὰ τοῦτο ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχονται, λέγει κύριος, καὶ οὐ κληθήσεται τῷ τόπῳ τούτῳ διάπτωσις, καὶ πολυάνδριον υἱοῦ ἐννώμ.] ὁ δὲ ἑβραῖος οὕτως ἔχει. διάπτωσις τοῦ τοφεθ, ὅπερ ἐστὶ βωμὸς τῆς κόρης, υἱοῦ δὲ ἐννὼμ ἡρμήνευσαν, ἀπὸ τοῦ τὸν τόπον τοῦ ἐννὼμ εἶναι. σαφεστέρα δὲ κεῖται ἡ ἔννοια παρὰ τῷ ἑβραϊκῷ διελέγχουσα αὐτῶν τὴν ἀσέβειαν. ἀλλ' τὸ πολυάνδριον τῆς σφαγῆς.] τουτέστιν, κοιλάς σφαγῆς. οὕτω γὰρ ὁ ἑβραῖος ἔχει. σημειωτέον δὲ, καὶ ἐνταῦθα, ὡς τὸ πολυάνδριον, ἀπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἀναιρεθέντων ἡρμήνευσαν αὐτὸ οἱ ἑρμηνεύσαντες. ὅτι δὲ περὶ τοῦ τοφὲθ νῦν διαλέγεται. ὅπερ ἡρμήνευσεν υἱοῦ ἐννὼμ, μηνύει προϊών. φήσας γὰρ, ὅτι συνέτριψε τὸν βίκον κατὰ πρόσταγμα τοῦ θεοῦ ἐπάγει.

* Καὶ ἔσονται οἱ οἶκοι ἱερουσαλὴμ, καὶ οἱ οἶκοι βασιλέων ἰούδα, καθὼς ὁ τόπος ὁ διαπίπτων.] τουτέστιν, ὅπου ἔπεσαν οἱ βάρβαροί ποτε τῇ πόλει ἐπελθόντες. πάντες οἱ οἶκοι βασιλέων ἰούδα ὡς τόπος τοῦ τοφὲθ, ἕνεκεν τῶν ἀκαθαρσιῶν, ὧν ἐποίησαν ἐν πάσαις ταῖς οἰκίαις. ἐθυμίων ἐπὶ τῶν δωμάτων αὐτῶν πάσῃ τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ.] τουτέστιν, οὕτω καὶ νῦν διαπεσεῖται πᾶς ἰούδας, καὶ τῶν βασιλέων οἱ οἶκοι διὰ τὸν τόπον τοῦ ταφέθ. τουτέστι, τὸν βωμὸν τοῦ πλούτωνος, καθὼς διέπεσον οἱ ἐπελθόντες τῇ πόλει. καὶ προϊὼν φησὶ, καὶ ἐν τῷ ταφὲθ θάψουσι παρὰ τὸ μὴ ὑπάρχειν τόπον τοῦ θάψαι.] ἐπειδὴ οὖν περὶ πολλοῦ ποιοῦνται τὸν τόπον, καὶ ὡς θεὸν θεραπεύοντες, ἀκάθαρτον οὐδὲν εἰσῆγον, ἀπειλεῖ αὐτοῖς νεκρῶν πληρῶσαι τὸν τόπον.

cat locum, vbi peremptus est Assyrius,& ex Iudæis quamplurimi à Chaldæis interfecti sunt. Iraque hoc in loco vt perapto ad reducenda in memoriam & primum beneficium,& auersionē à Deo, quæ postmodum subsecuta est, mandauit vt promptè diceret, quæ dicturus erat.

* Vers. 4. *Et reges Iuda repleuerunt locum istum sanguinibus innocentum.* Vers. 5. *Et ædificauerunt excelsa Baal.* Excelsa, iuxta diuinæ Scripturæ morem Aras dicit. Baal autem nunc idolum ipsum. *Ad comburendos filios suos in igne holocausta Baal.* Aliam speciem impietatis insinuat, quod vltimo loco deploratum est. Cū enim eos reprehēdisset, & quòd idolum confecerint, & Plutonis cultui operam dederint post obitum Senechirim; huic, ait, Idolo Plutonis scilicet holocausta offerebatis, atque obsequium, quasi morte superiores. Quod autē de his sit sermo, patefaciunt quæ sequuntur. Infert enim.

Vers. 4. — *Plutoni sacrificabant Iudæi filios suos.*

* Vers. 6. *Idcirco ecce dies veniunt, dicit Dominus: & non vocabitur locus iste ruina, & Polyandrion filij Ennom.* Hebræus ita legit, *Ruina Tophet*, quod est, *Ara puellæ. Filij* porro *Ennō* interpretati sunt, quòd locus ille erat Ennom; & sententia dilucidior est apud Hebræum, eorum impietatem redarguēs. *Sed Polyandrion occisionis*, hoc est, vallis occisionis. sic enim legit Hebræus. Sciendum autem est hic, Polyandrion ex multitudine occisorum interpretes nuncupasse. Quod autem nunc de Tophet sermo sit, quem *filij Ennom* appellarunt, prosequens manifestat. Cum enim dixisset, ex præcepto Dei doliolum confregisse, addit.

Vers. 6.

* Vers. 13. *Et erunt domus Ierusalem, & domus Regum Iuda, sicut locus corruens.* Hoc est, vbi ceciderunt Barbari aliquando, dū in ciuitatem irrumperent. *Omnes domus Regum Iuda sicut locus Tophet propter immunditias quas fecerunt in omnibus domibus. Sacrificabant in domatibus suis omni militia cæli.* Hoc est, pari ratione, & nunc decidet omnis Iuda, & domus Regum propter locum Taphet, Aram Plutonis videlicet, quemadmodum ceciderunt, qui impetum fecerunt in vrbem; & prosequens ait, *Et in Taphet sepelient, eò quòd non sit locus ad sepeliendum.* Cùm itaque magni facerent locum, ac tamquam Deum colentes, nil immundi in eum inferrent, eis minatur cadaueribus locum illum se repleturum.

Chrysost. Vers. 13.

Omissa, reponenda in vers. 16. Cap. 13. ad finem numeri 11. pag. 180.

Peccata pœnitẽti remissa Deus in gloriosũ veluti triumphum circũducit.

Quid Augustinum refero, cùm adeò gloriosum tibi semper censuerit Deus, pœnitenti, atque ex vera cordis contritione confitenti dimittere peccata, vt ea ipsa quæ hac ratione remiserit, ad illustrioris gloriæ ostentationem veluti in triumphum ipsemet circumducat? Quod per Nathan Prophetam pœnitenti Dauid, vt primùm contrito corde id protulit, *Peccaui Domino*, significatum voluit, vbi iuxta lectionem Tertulliani lib. 4. contra Marcionem cap. 19, pro eo quod in Vulgata legimus; *Dominus quoque transtulit*, &c. hæc habuit. [a] *Et Dominus circunduxit peccatum tuum.* Ea sanè loquendi phrasi, qua & de dæmonibus à Christo in cruce deuictis, atque expoliatis dicitur per Apostolum Paulum: *Et expolians principatus, & potestates traduxit confidenter*; vti nimirum in more esse consueuit triumphantium, hostes subactos, prædamque collectam in triumpho circumducere, cunctisque exhibere spectanda, iuxta vim Græci verbi ἐδειγμάτισεν: quod & per ea comprobatur, quæ subiiciuntur, *palam triumphans illos in semetipso*, id est, palam de illis dæmonibus per semet, suamque virtutem triumphum agens. Quamquam si iuxta eandem Tertulliani lectionem subtiliùs ipsum Prophetæ Nathan ad pœnitentis Dauid confessionem perpendamus responsum, formalem in illo subindicatam sub alia metaphora animaduertemus rationem, qua per peccati confessionem demus Deo gloriam: siquidem particula *quoque*, seu *&*, immediatè confessioni subiecta quid præ se fert similis eius quod à Deo factum sit, ad illud quod priùs factum fuerat à Rege Dauid. Enimuerò cum is dixerat: [c] *Peccaui Domino*, duo certè coniunxit in infinitum alioquin ab inuicem distantia, peccatum, & Deum. Peccati namque formalitas in auersione, & elongatione à Deo sita est, vt explicauimus aliàs. Posuit tamen pœnitens admissum peccatum intra cordis sui conscientiam, veluti graue, & durum intra fundam lapidem,[d] *Iniquitatem meam*, inquiens, *ego cognosco, & peccatum meũ contra me est semper*: tum in spiritu contritionis cor idem suum cum peccato veluti fundam circumduxit, [e] *conuersus sum*, dicens, *in ærumna mea.* Postmodum vehementissimo eiusdem spiritus impetu grauissimum iecit delictum suũ ante Dominum; *Tibi*,[f] inquiens, *soli peccaui, & malum coram te feci*, & [g] *delictum meum cognitum tibi feci, & iniustitiam meam non abscondi*: vnde audacter addidit: *Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meã Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei.* Eâdem nimirum ratione se habens instar funditoris, prout significasse iam dixi Nathã Prophetam responso suo: *& Dominus circumduxit peccatum tuum à te*, collocatum videlicet in funda misericordiæ suæ, quam tanto circumduxit robore, vt ipsemet Dauid aliàs hac de re pleniùs edoctus dixerit: [h] *secundum altitudinem cæli à terra corroborauit misericordiam suam.* Quid verò hac præstitit circumductione, quam fecit remissione peccati? Ipsum profectò, plumbeæ alioquin grauitatis peccati lapidem adeò longè proiecit, omni ablata eius iniquitate: vt meritò ille ipse, qui hoc expertus est, post præallata illicò subdiderit:[i] *Quantum distat ortus ab occidente, longè fecit à nobis iniquitates nostras* Ita vt & summo iiẽ iure ob idipsum, eidẽ dans Deo gloriam, exclamarit: [k] *Miserator, & misericors Dominus, longanimis, & multum misericors*,[l] *& miserationes eius super omnia opera eius.*

Per confessionem peccati damus Deo gloriam, peccatum ipsum ad illius pedes, veluti circumductã fundã, conuerso corde proiicientes.

Peccatũ contrito corde confessum longissimè, veluti fundâ proiiciens Deus, maximam exinde conciliat sibi gloriam.

a 2. Reg. 12. 13.
b Coloss. 2. 15.
c 2. Reg. 12. 13.
d Psal. 50. 5.
e Ps. 31. 4.
f Psal. 50. 5.
g Psal. 31. 5.
h Psal. 102. 11.
i Psal. 102. 12.
k Psa. 102. 8.
l Psal. 144. 9.